








60263/D
VOL 5

457
K

jos. Aug. Oe de Touring - Gromfeld -



GLOSSARIUM

AD

SCRIPTORES

MEDIÆ ET INFIMÆ

LATINITATIS.

TOMUS QUINTUS.

P—R.

GLOSSARIUM
AD
SCRIPTORES
MEDIÆ ET INFIMÆ
LATINITATIS,

*Auctore CAROLO DUFRESNE, Domino DU CANGE,
 Regi à Consiliis, & Franciæ apud Ambianos Quæstore.*

EDITIO NOVA LOCUPLETIOR ET AUCTION.

**OPERA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI
 è Congregatione S. Mauri.**

TOMUS QUINTUS.



PARISIIS,

Sub Oliva **CAROLI OSMONT**, via San-Jacobæa.

M. DCC. XXXIV.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.

GRAND

MEMORIAL

OF THE

WELL

LIBRARY

OF THE

WELL

LIBRARY



WELLCOME
LIBRARY



GLOSSARIUM AD SCRIPTORES MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS.

P

P



LITERA numeralis, quæ 400. denotat. Ita Notæ antiquæ numerorum: P. CCC. *quadringenta*, & versus apud Ugutionem:

P. similem cum G. numerum monstratur habere.

G. autem 400. designat. At Baronius pro G. habet S. ita ut P. septenarium numerum

tantum confecerit. Quæ Baronii lectio videtur confirmari ex Epitaphio Joannis Nepesini Episcopi, quod Romæ visitur in Ecclesia Monasterii S. Sabæ, quod sic clauditur:

*Extensum per Θ. P. Q. E. Δ. connexa,
Christi annum monstrant, quo transit iste Sacerdos,
Obiit in pace 11. Kal. Nov.*

E. Ψ. O. I.

Si colligantur, inquit Baronius, numeri quinque harum literarum, partim Latinarum, partim Græcarum, fiunt anni 770. nempe Θ. 9. P. 7. Q. 500. E. 250. Δ. 4.

Eidem literæ P. si recta linea superaddatur, quadringenta millia significat.

P. in superscriptione cantilena, *pressionem*, vel *præcisionem* predicat. Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singula significant literæ in superscript. cantilena.* Vide A.

P. pro B. ut *apsens*, pro *absens*; *apsolutum* pro *absolutum*, passim legi in veteribus inscriptionibus observat Scaliger in Indice 19. ad Gruteri Inscriptiones. [In Charta Childeberti III. ann. 694. apud

Tom. V.

Felibian. Hist. S. Dionys. p. xv. *optulit* pro *obtulit*.] Vide *Absus*.

¶ P. C. id est, Post Consulatum. Hac nota usi sunt veteres Pontifices, in annis Imperatorum designandis; qui mos ab ipsis Imperatoribus usurpari cœpit, ut observat Mabillonius Diplom. lib. 2. cap. 25. num. 3. ab anno 567. cum ante id tempus ab anno 542. *Post Consulatum Basilii* computarentur anni. Vide *Consul*.

¶ PAAGERIUS, PAAGIUM. Vide *Pedagium*.

¶ PABA. Chartarium Eccl. Auxitanæ cap. 77. de Clodovæo Rege Franc. *Fuit miles quidam nomine Raimundus, cognomento Paba, sic cognominatus, quia literas noverat.* Vocis etymon non percipio.

¶ PABELUM, f. *Ideum quod Pulmentum*. Charta Guillelmi Com. Forcalquerii 7. Id. Apr. 1212. in Hist. MS. Mont. Major. *Testes probaverant monasterium habuisse pacifice ab omnibus ibi piscantibus ... & à saunaderiis colligentibus singulis Pabelum cum bispio aut olamine singulis annis tres denarios.*

PABO, Vehiculum. Vide *Pavo* 1.

¶ PABSERE FINEM, *barbare profus pro Finem ponere, Pacisci*, ut videtur. Charta ann. 1011. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 195. *Licentiam abeatis absque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsum redendi, finem Pabsendi, &c.* Infra pag. 201. in Charta ann. 1002. eodem sensu legitur, *finem ponendi*.

PABU, *Barba*, *Papix*: in Glossis antiquis MSS. *Basta*. PABULA, *Bruma*, *nives*, *Papix*.

¶ PABULAMENTUM, *φωμνίς*. Glossar. Latino-

A

- Græcum ubi emendant viri docti *Paludamentum*.
- ¶ PABULARE, Pascere, Gall. *Paistre*. Chron. Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 380. *Et liceat nobis proprias monasterii terras omni tempore defendere, atque animalia nostra ad Pabulandum mittere, absque cujuslibet persona vel potestatis contrarietate. Pabulo, βόσκω, in Gloss. Lat. Gr.*
- ¶ PABULATICUM, Census vel tributum pro jure pabulandi seu pascendi animalia in pabulis domini. Charta Ottonis III. Imp. an. 1001. apud Murator. tom. 16. col. 37. *Damus & donamus cum omni jure Johanni Patriarchæ (Aquileiensi) . . . nec non medietatem omnium domorum, vinearum, camporum, pascuorum, herbariorum, . . . silvarum, Pabulaticorum, &c. Vide Pashio.*
- PABULATOR, *Pastor*, qui bubus pabula præbet, vel pater, qui præbet pabula, in Glossis Isidori. In Glossis antiquis MSS. *Pastor, qui præbet pabula.*
- ¶ PABULUM CARITATIVUM, Hospitium, convivium, procuratio. Statuta Ordinis Cisterc. ann. 1402. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1540. *Dominus episcopus Autissiodorensis Pabulum, quod dicimus in ordine Caritativum, sibi tamquam debitum omni anno de jure à Rigniâcensi monasterio suæ diocesis requirit cum violentia sibi & suis exhiberi.*
- ¶ PABULUM LAMPADIS, Oleum quo lampas nutritur. Charta an. 1218. apud Stephanot. tom. 4. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. p. 765. *Ut exinde uni lampadi Pabulum ministraretur, quæ coram corpore B. Leonii die ac nocte lumen præbeat incessanter.*
- ¶ PACABILIS, Reddendus, exhibendus, à Gall. *Payable*. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 301. *Et sex altitia Pacabilia in qualibet vigilia Natalis Domini. Vide Pagabile.*
- ¶ PACABILITAS, Pax. Missale Gothicum apud Mabill. de Liturg. Gall. lib. 3. p. 252. *Ut tribuat temporum quietem, Regum Pacabilitatem, &c.*
- ¶ PACALARIUS, pro *Baccalarius*. Epitaphium Fr. Petri de Alinvilla, apud Felibian. in Hist. Sandion. p. 580. *Hic jacet Perrus de Alinvilla, Pacalarius in Decretis & quondam cenarius istius ecclesiæ, qui obiit an. D. M. CCC. LXXXIV.*
- PACARE, Solvere, exsolvere, *Payer*, vox orta vel ex *pacare*, pacem facere debitum solvendo: vel ex *pacitare*, pactum seu tributum solvere, quod vult Salmasius lib. de Trapezitico fenore p. 517. &c. Vide in *Pactare*. [Diploma Henrici Ducis Silesiæ ann. 1338. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 548. *Recognoscentes nos persufficienter esse Pacatos & solutos. Tabular. Prioratus S. Johan. Tolos. De quibus dictus procurator nomine quo supra se tenuit pro bene Pacatus, & contentus.*] Leges Burgor. Scotior. c. 130. *Et si non Pacaverint, non tenentur plus commodare. Tolnetum Pacare, in Monastico Anglic. to. 1. p. 324. Adde to. 2. p. 885. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 17. Statuta Venetorum an. 1242. lib. 3. cap. 37. veterem Chartam in Hist. Bellunenfi pag. 90. &c.*
- PACCARE, in Foris Jaccæ: *Paccet tres solidos, quomodo nobis videbuntur partiendos.* [Testament. Guidonis Guetegiati an. 1177. to. 9. Spicil. Acher. pag. 151. *Si Guillelmus de Montepessulano noluerit Paccare primo anno quinque millia solidos, &c.*] Charta Ildefonsi Regis Aragoniæ æræ 1211. apud Marcam lib. 6. Hist. Beneharn. c. 5. *Et illi de Biscarra solebant tenere in pignora per mille & trecentos Morabotinos, quod ei Paccetis, & magis, si plus ibi habent.*
- PACATIO, Solutio, *Payement*. Matth. Paris: *Sine Pacationis retributione. Infra: Pretii solutionem, quam Pacationem appellamus. Rursum anno 1248. Pan-*

- nos sericos & alia rapit sine Pacationis retributione.* [Charta Johannis Reg. Angl. in Lib. nig. Scaccarii pag. 383. *Decem millia marcarum argenti fini suo adderet, pacanda in prima Pacatione sua, . . . & termini Pacationum in scripto illo fuerunt assignati.*] Est etiam
- PACATIO, Transactio, pactum, conventio. Charta 28. inter Alamannicas Goldasti: *Et ut firmior & credibilior omnibus in futurum maneret, placuit inter nos cartam Pacationis ex utraque parte allevari. Vita Aldrici Episc. Cenoman. pag. 116. Volebant eorum amici & boni homines eos inde Pacare & concordare.*
- PAGA, PAGUA, Solutio, *Paga* Italica, nostris *Paie*: *Pague*, in Consuetudine Baïonenfi tit. 13. art. 14. inde *Pagare*, pro *solvere*. Acarissius: *Pago è detto da Paco latino, che vale Concordo, precio che il debitore, quando Paga il suo creditore, & lo contenta, & quasi fa pace con lui.* Charta Hugonis D. Brecharum ann. 1215. in Tabulario Campaniæ: *Mater mea debet 1040. libras pagandas eidem Judæo ad quatuor annos, quarum prima Paga incipiet ab octabis S. Remigii. Tabulæ nuptiales Mariæ, filiæ Guillelmi D. Montipess. & Bernardi Comitis Convenarum, mense Decembr. an. 1187. Ita quod fructus vel redditus inde exeuntes in sortem vel Paguam computentur. Aliæ Ildefonsi Regis Aragonum apud Marcam: Et computentur in Paga & solta de jam dictis 1300. Morabotin. [Edictum Ludovici VIII. an. 1223. tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. p. 47. *Debita universa, quæ debentur Judæis, sunt aterminata ad novem Pagas infra tres annos. Chartarium Eccles. Auxit. ann. 1277. Quibus solutis quittant eandem Agnes ab omni debito quo tenebatur Ecclesiæ Auxitana usque ad istam Pagam. Paga dupla, stipendium duplum, Gall. *Double paie*, in Chron. Andr. Danduli apud Murator. to. 12. col. 457. *Paga duplicata*, in Chron. Domin. de Gravina ibid. col. 679.] Vide Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 58. Histor. Cortusior. lib. 7. c. 12. 18. &c. [& Baluz. to. 7. Miscell. p. 252.]**
- ¶ PAGA, Eodem significato, in Chron. Petri Azarii apud Murator. to. 16. col. 391.
- PAIGA, Eadem notione, in Charta libertatum villæ de Graciaco in Biturigibus an. 1246. apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. lib. 1. cap. 61. non semel.
- PAGARE, Idem quod *Pacare*: *Pager*, Ligeris accolis. Charta Libertatum villæ Montis-Regalis in Sebustianis: *Si quis portaverit pannum infra operatorium ad faciendum indumentum, non debet vadiari ab operatorio, sed tantum ab eo, cujus est pannus, si non fuerit Pagatus.* [Charta an. 1142. *Ita quod nemo ex ipsis det & Paget, & ipsi sint liberi & quieti.* Alia Guidonis Comitis Nivern. in Tabular. urbis Autiff. an. 1234. *Et quoniam missæ & expensæ prisiarum & arestorum burgensium Autissiodorensium Pagari solent de censa supra dicta. Diploma Bolkonis Ducis Silesiæ an. 1350. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 412. Pro septuaginta marcis grossorum Pragensium, polonicis numeri ac pagamenti sibi actu solutas totaliter & Pagatas. Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 48. De quibus me teneo præ manibus pro Pagato.]*
- APPAGARE, Idem, ex Italico, in Statutis Venetis an. 1241. lib. 1. c. 43. 51. lib. 5. c. 10. *Appacare*, c. 62. & lib. 3. c. 39.
- IMPAGATUS, Insolutus. Henricus Rebdorff. ann. 1346. *Relinquens stipendiarios suos Impagatos, ab eis clam in Ungariam est reversus.*
- PAGAMENTUM, Idem quod *Paga*: *Gallis, Payement*. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 5. §. 6. *Et non in spe onerandi patriam, per quam transit sine Pagamento faciendo.* Chron. Reicherspergense

an. 477. *Ejus petitionibus annuit, Italiam per Pagamentum tribuens.* [Charta an. 1342. apud Ludewig. Reliq. MSS. to. 5. p. 620. *Pro quadraginta marcis grossorum denariorum polonicis Pagamenti.*] Occurrit apud Radulph. à Rivo in Engelberto à Marka Episc. Leod. cap. 2. [Adde Statuta Vercell. lib. 2. fol. 31. verso.]

¶ PAGAMINTUM, Eadem notione, in Litteris an. 1224. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. p. 376. *Et serviens noster Pagamintum factum creditoribus probatet.*

¶ PAXARE, ut *Pacare*. Diploma Henrici Ducis Silesiæ an. 1339. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 548. *Renunciantes illis scriptis, exceptioni doli mali, non numerata aut Paxata pecunia, &c.*

¶ PACATOR. Vide in *Paciaris*.

PACATORIUM. Glossæ antiquæ MSS. *Pacatorio, Plantatorio.* Infra, *Pagatorio* scribitur. [Gloss. vetus MS. Sangerm. *Pacatorium, plantatorium.*] Glossæ vero Isidori: *Pactorio, Plantorio.* [Vide *Pacturium.*]

¶ PACATUS & IRATUS. Vide *Iratus*.

¶ PACCARE, In fasces colligare, Gall. *Empaqueter, embaler*, Angl. *Pack*. Charta an. 1341. apud Rymer. to. 5. p. 278. *Tibi præcipimus, quod tantum de canevario, quantum pro dictis centum saccis lana... saccandis & Paccandis rationabiliter indigatur... liberari faciatis.* Alia notione vide in *Pacare*.

¶ PACCARIUS, Qui in fasces componit, ab Angl. *Packer*, Gall. *Embaleur*. Charta an. 1478. apud Rymer. to. 12. p. 81. *Quisque Pacarius, huic Ordinationi contraveniens, sic puniatur, ut aliis sit in exemplum.*

¶ 1. PACCATOR, Idem qui *Paccarius*. Charta an. 1499. apud eumd. Rymer. to. 12. p. 714. *Item, conventum est quod nullus Paccator de partibus Australibus Angliæ de cætero exercebit officium paccatura.*

¶ 2. PACCATOR, Sponsor, vas, fidejussor, Gall. *Répondant*. Charta an. 1270. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 548. *Obligaverunt se & constituerunt principales debitores & Paccatores.* Alia an. 1354. ibid. p. 320. *Constituerunt se & quemlibet eorum in solidum deytas, plegios, fidejussores, ac principales Paccatores, promissores & solutores penes dictam Ysabellam.* Vide *Pagator*.

¶ PACCATURA, Mercium in fasces compactio, officium *Paccarii*, Gallice *Embalage*. Charta an. 1478. apud Rymer. to. 12. p. 81. *Si forte evenerit quod lanis hujusmodi veteribus aut pellibus fraus vel deceptio quævis comperta, vel quod indebita nominatio aut injusta Paccatura fiat, venditor emptori reparabit damnum & interesse.* Vide *Paccator* 1.

¶ PACCEOLUM. Vide *Paculum*.

¶ PACCIOLOUS, *πασσιόλιον* ἢ *πασσιόλιον τῶν γραμματέων*: ἢ *πάσης ἐπὶ τῆς τοῦ ξυλῶδης, καθ' ὃ ἐξήρηται τῆ κλαδῆ*, in Gloss. Lat. Gr. sed *Petiolum* legendum docet Salmasius ad Plin. pag. 219.

¶ PACCUS, Fasciculus, sarcina, Angl. *Pack*, Gall. *Paquet, balot*. Charta an. 1506. apud Rymer. to. 13. p. 134. *Non tamen licebit præfatis mercatoribus Angliæ... pannos suos scindere, nec quoquo modo tingere, tondere, aut per fullones parari facere, nec aliter nisi per Paccum vel Paccos, vel integrum pannum, vel integros pannos in grosso duntaxat vendere & exponere.*

PACEATUR. Leges Inæ Regis West-Saxon. c. 45. *Et recipiat agenfrida corium ejus & carnem, & Pacea-tur de cætero.* Id est, sit *pacatus*, seu liber de cætero.

PACERE, *Pacisci*, in Glossis antiquis MSS.

¶ PACHINA, pro *Pagina*. Vide in hac voce. Charta an. 746. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 8. *Ad monasterio S. Gregorii & ceterorum Sanctorum, qui es*

constructus in Vagesio inter duas Pachinas fluvium.

¶ PACTUS, pro *Pactus*, à Teuton. *Pacht*, Tributum quod ex pacto exigitur. Charta an. 1476. apud Miræum to. 2. p. 891. *Omnisque & singulos Pachtos & census sibi debitos in loco, ... nec non eorum Pachtos & census eis debitos in dominio de Herten.* Vide infra *Pactum*.

¶ PACIAGIUM. Vide *Paxiagium*.

¶ PACIARIA CASTRA, Quæ à *Paciaris* muniuntur ut paci observandæ invigilent. Concil. Tolos. to. 2. Spicil. Acher. p. 628. *Guerra finita in eodem statu dominis ea (castra) restituere teneantur ... Hoc idem de castris Paciaris erit observandum.*

PACIARI, Quibus pacis indictæ à Summo Pontifice & Conciliis observandæ cura commissa erat, in Concilio Monspeliensi an. 1214. c. 33. 34. 39. 42. Adde Tolosanum, an. 1229. c. 31.

PAX, Ipsum *Paciariorum* Collegium. Concil. Tolosanum an. 1229. c. 34. *Si vassalli homines rebel-laverint contra dominos, Pax adsistat dominis contra eos.*

PACIARIUS, Pacificator, dignitas, olim collata ad triennium Carolo I. Siciliæ Regi à Clemente IV. PP. flagrante Guelforum & Gibellinorum dissidio, vacanteque Imperio anno Chr. 1267. *Clemens, &c. Cum te in partibus Tusciæ Romano subjectis Imperio, nunc vacanti, Pacis constituerimus per nostras litteras servatorem, in eisdem tibi Paciaris seu Pacis servatoris officium committentes, &c.* Vide Odoricum Raynald. hoc an. n. 5. 6. 7. 8. Ughellum to. 3. p. 525. Waddingum tom. 4. Annal. Minorum in Regesto p. 10. &c. Gloss. Gr. Lat. *Ἐπιπράχης*, *Pacator, Irenarcha. Paciaro*, Joanni Villaneo lib. 7. cap. 56. lib. 8. cap. 42. 49. lib. 9. cap. 342.

PACIARI, Scabini. Vide *Pax*.

PACIARI, qui & *Suprajunctarii*. Vide *Juncta*.

¶ PACIDICUS, Qui pacem loquens, eam non sectatur. S. Bernardus de Convers. ad Clericos to. 1. col. 494. *Considera diligenter non Pacidicos, sed pacificos commendari. Sunt enim qui dicunt & non faciunt.*

¶ PACIELLUM, f. diminut. à *Paxera*. Computus an. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. to. 2. pag. cxlv. *De magistro Ricardo, pro Paciello, c. f.*

¶ PACIFER, Pacificus. Epist. Manfredi ad Urbanum IV. PP. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 93. *Idem electus, non Pacifer, sed belliger inventus.* Vita S. Bibiani apud eundem to. 6. Ampliff. Collect. col. 766. *Sole enim orto, pro episcopo misit, eumque ad se verbis Paciferis venire coegit.* Alia paululum notione Christum *paciferum* vocat Tertull. lib. 3. advers. Marc. cap. 21. qua notione utuntur Latini.

PACIFICÆ LITERÆ, videntur appellatæ generatim Epistolæ omnes *amica*, pacis ac divinæ caritatis conciliatrices, maxime quæ Clericis alio proficifcentibus ab Episcopis dabantur. Concilium Eliberritan. an. 305. c. 81. *Ne femina suo potius absque maritorum nominibus, laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel literas alicujus Pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.* Vide Mendozam & Albaspinæum ad hunc Canonem. Vetus Interpres Concilii Antiocheni an. 341. c. 8. *Presbyteri qui sunt in agris canonicas epistolas dare non possunt, ... Chorepiscopi autem qui sunt irreprehensibiles, dare possunt Pacificas, id est, generales.* Græca editio, *ἐπιπράχης*, tantum præfert. Egbertus de Ecclesiastica institutione p. 97. *Quisquis vero fratrum contra interdicta venerabilium Canonum transfugam Clericum vel Monachum sine litteris Pacificis susceperit, &c.* Vide Formulas veteres to. 2. Concil. Sirmondi p. 667. Baronium ann. 825. n. 24. Franciscum Turrianum lib. 3. pro Epist. Pontific. c. 4. p. 219. Ferrarium

- lib. 1. de antiq. Eccl. Epist. c. ult. Priorium, &c.
- ¶ PACIFICALE, Tabella quæ defertur osculanda ad *Pacem* in sacra Liturgia. Acta S. Bennonis to. 3. Junii p. 168. *Extat . . . mirabile quoddam dictu, ut scilicet incluse argento seu Pacificali, ut vocant, petiuncula, aliis quidem osculantibus appareant, aliis vero minime.* Vide *Osculum pacis*.
- ¶ 1. PACIFICARE, Solvere, exsolvere, Gallice *Payer*. Testamentum Alionoræ Comit. Bononiæ apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 119. *Volo & præcipio quod clamores mei & patris mei Pacificentur & emendentur de plano & sine strepitu judicii . . . Et clamores meos & patris mei Pacificent, & de me & de Patre meo expetentibus satisfaciant competenter.* Vide *Clamor pacificatus*.
2. PACIFICARE, [Sese invicem inter Missæ solemnia osculari.] Vide *Osculum pacis*.
- ¶ PACIFICATIVUS, Pacificatorius. Concil. Pisanum ann. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 1099. *Alias electio non videbatur esse de jure Pacificativa conscientiarum.*
- ¶ PACIFICATORES seu PACIFICI, Illi dicti sæculo V. qui Henoticon Imperatoris Zenonis sequuti, sub specioso concordie inter Catholicos & erroneos faciendæ prætextu, Fidem destructum ibant, Concilio Chalcedonensi stabilitam. Evagr. lib. 3. Baron. ad an. Christi 482. Hæc Hofmannus.
- ¶ PACIGER, Pacificus, pacatus, tranquillus. Georg. Stella in Annal. Genuens. apud Murator. to. 17. col. 1001. *Premissi Capitanei quietum & Pacigerum tenuerunt regimen.*
- ¶ PACISCI, Relinquere, demigrare. Acta S. Cassiani Episc. apud Illust. Fontaninum in Antiq. Hortæ pag. 349.
*Mandans Ægypti gentes & rura Pacisci
Atque Sicambrigenum vasto præ æquore regnum
Expetere.*
Ibidem pag. 359.
Tum divos adiens, & terras morte Paciscens.
- PACONANTES, Planantes, Papiæ. In edito est *Pacovantes*: fecus Ugutio.
- ¶ PACTA, Pignus, fiducia, Gall. *Suretè*. Testamentum R. Vicecom. Biter. an. 1180. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 598. *Item debeo v. millia solidorum domui Caciari pro mea sepultura; & habeant pro illis in Pacta post Natale Domini illud pignus quod habeo in sextaria Biterrensi de tribus millibus solidis, & alii duo millia solidi persolvantur eis ad diem obitus mei de denariis quos habeo apud Pezenacium.*
- ¶ PACTARE. Vide *Pactum*.
- ¶ PACTATOR, Fidejussor, vas, sponzor, Gall. *Caution*. Charta Guillelmi de Hala an. 1337. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 312. *Recognoverunt . . . se esse & constituisse principales debitores, Pactatores, deytas & fidejussores pro ipso domino Comite.* Occurrit etiam in antiquis Statutis Avenion. rubr. 2. Vide *Paccator* 2. & *Pagator*.
- ¶ PACTATUS, Pactum, conditio. Charta ann. 1068. in Append. ad Marcam Hist. col. 1144. *Dono . . . omnia placita quæ pertinent ad senioreni majorem, in tali vero Pactato ut Castlani ipsorum castorum supradictorum donent potestatem de dictos castros ad Abbatem, &c.* Vide *Pactuatio*.
- PACTIMONIUM. S. Augustinus Epist. 223. de Recipiendis Donatistis: *Testem Deum facio . . . sic eos me suscepturum, ut non solum baptismum Christi quem acceperunt, ipsum habeant, sed etiam honorem Pactimonii & continentiam.* Sed videtur legendum *patrimonii*, ita ut innuat recuperaturos patrimo-

- nium, & continentiam, hoc est, redditus suos, & quod cuique necessarium est ad suam conditionem manutenendam. Vide *Continere*.
- ¶ PACTIO, Tributum ex *Pacto* concessum. Charta Rodulfi Reg. an. 923. to. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 222. *Ut nullus Comes, aut judex publicus, aut aliqua secularis potestas ibi audeat aliquam exactiorem facere, neque mansionaticas, aut Pactiones aut aliquas redhibitiones exigere.* Vide *Pactum*.
- ¶ PACTIONALIS REMISSIO, Quæ ex *Pacto* certisque conditionibus conceditur. Epist. Friderici Reg. ad Barchin. in Chron. Siciliae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 74. *Quo enim modo de bonis querendis esset illorum, quorum crimen nequit ex Pactionalis remissionis effectu, quam constat crimen & ejus effectum in perpetuum extinxisse. Pactionale instrumentum, Charta conventionis, in Codice MS. D. Brunet fol. 80. ex Charta an. 1245. Instrumentum Pactionale factum inter dominum Hugonem de Bancio condam, & dominum condam Potestatem Arelatis observetur.*
- ¶ PACTIONARIUM, Tributum quod ex *pacto* persolvitur. Charta Eduardi IV. Reg. Angl. ann. 1471. apud Rymer. to. 11. p. 732. *Pactionariis, reddituariis, custumariis omnium & singulorum theloneorum & custumarum, &c.* Vide *Pactum*.
- PACTISIS, Vini species. Vide *Gracum*.
- ¶ PACTITIUM, idem quod *Pactionarium*. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1401. apud Rymer. to. 8. pag. 204. *Consimilem reformationem pro parte nostra faciendum, & ordinandum super moderatione pactionum seu Pactitorum infra Ducatum prædictum, si quæ sint excessiva, ex una parte vel alia, secundum formam & effectum treugarum ipsarum, disponendum & ordinandum.* Vide *Pactum*.
- PACTORIUM, *Pactum*, vel locus ubi fit *Pactum*. Ugutio & Joan. de Janua. Vide *Pactum*.
- PACTUARE, *Pactum* inire, pacisci. Gesta Constantini M. p. 479. *Pactuatus est, ut si victus fuisset Odoachar, &c.*
- PACTUATIO, *Pactum*. Chronicon Farfensis Monasterii p. 657. *Dedit vel delegavit Sigualdus Episcopus Ingoaldo Abbati ad partem hujus Monasterii, pro causa firmitatis ac Pactionationis coloniam unam, &c.* Pag. 664. *Breves Pactionationis seu convenientie quæ ex ipsis rebus factæ sunt.* [Charta an. 1005. apud Ill. Fontaninum in Antiquit. Hortæ p. 396. *Postea inter eos venit pactum & bona convenientia & amica Pactionatio.* Adde Epist. Leonis III. PP. pag. 23.]
- PACTUM, quodvis *Fœdus*, *Contractus*, *Traité*. Glossæ ad Regulam S. Benedicti c. 2. *Testamentum, placitum, vel Pactum.* Hesychius, Πάκτα ἢ γμομύνα. Anonymus Casinensis ann. 1149. *Eugenius Papa Pactum cum Romanis reformans.* Erchembertus in Hist. Langobard. *Cum autem uterque se junxerit ad Pactum, vel ad bellandum, quod deinceps egerint, presenti opusculo inseram.* [Charta an. 1350. apud Stephanot. to. 2. Antiquit. Occitan. Bened. MSS. p. 503. *Nihilominus promisit idem Englesius sub juramento prædicto per Pactum expressum, eidem domine abbatisse stipulanti & recipienti ut supra, quod, &c.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 16. §. 12. *Quod autem dictum est de solutione vel remissione debiti Pactive de non petendo opponendis & probandis sic determinamus videlicet, &c.*]
- PACTARE, *Pactum* inire. Carolus IV. Imp. in Vita sua: *Et cum ibi exercitus diu stetisset, Pactaverunt illi de castro cum eis.* [Vita S. Stanislai Episc. to. 2. Mart. p. 268. *Cæpit cum sancto Stanislao mente tenus Pactare dicens, &c.* Statuta Arnaldi II. Episc. Barcin. *Ipsumque servitium fieri Pactent diebus & terminis desi-*

gnatis.] Græci recentiores *παλιεῖν* dixerunt. Chronicon Alexandr. pag. 906. *Εγὼ τὴν ἐξουσίαν εἶχον τῆ λαλῆσαι καὶ παλιεῖναι μέλας.* Vide Meursium in Gloss. & in Notis ad Constantinum Porph. de Adm. Imp. pag. 149. Consule præterea Glossarium hoc nostrum in v. *Apatifatio*, & *Peclare*.

PACTURA, pro *Pacto*, apud Jul. Cæsarem. Vide Salmasium ad Jus Atticum p. 803.

PACTUM, Tributum ex *pacto* concessum, qua notione Teutones etiamnum *Pachi* usurpant. Hiltor. Miscella lib. 18. pag. 538. *Sarracenorum vero tunc sub Pactis Persarum constitutorum multitudo Equitum clam in Imperatorem irruere meditabantur.* Lib. 19. p. 604. *Locaverunt . . . residuas septem generationes quæ sub Pacto erant.* Lib. 23. *Aut tribue mihi Pacta, aut veniam usque ad Auream portam.* Speculum Saxonie lib. 3. art. 76. *Licebit . . . censum seu pensionem, aut Pactum solvere.* Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. cap. 32. *Ut coloni tertiores non dent in collata, nec in Pactum.* Charta Arnoldi Wesemaliæ Domini ann. 1269. apud Miræum in Donat. Belg. *Notum facio quod teneor Decano & Ecclesie Trajectensi in centum marcas Colonienisium denariorum legalium occasione Pactus detenti, & etiam expensarum pro ipso ab eis factarum.* Ubi Miræus *Pactum detentum*, censum non solum interpretatur, qui Flandris *Pache* dicitur. Græci *πάκτα* hac notione frequenter usurpant. Theophanes *ὑποσχόμενος καὶ ἐτήσια τῷ βασιλεῖ παρέχειν πάκτα.* Cedrenus: *Εζήτησαν οἱ Βέλγαροι πάκτα διὰ τὰ κίστρα.* Veteres Glossæ verborum Juris: *Πέκτικα, ἐστὶ, δημοσία εἰρήνη, τὸ πάντα λαὸν τῆ βασιλεία πείθεσθαι, καὶ πάκτα δέναι.* Constant. de Adm. Imp. c. 30. *καὶ τελεῖσθαι αὐτοῖς πάκτα.* Adde pag. 71. 96: Chronicon Alexandrin. pag. 694. 900. Antiquit. Constant. Lambecii pag. 148. Hinc *πακτάριος* apud Nicetam Choniatem in Joanne Comneno num. 4. qui *pacta* exigebat.

☞ Exemplis supra laudatis maxime significatur tributum quod ex *pacto* Principi qui regionem subegit exsolvitur ab incolis, ut à cædibus & incendiis temperet. Nostri *Pactis* vel *Paclis* eadem notione dixerunt. Froissart. vol. 3. p. 276. *Ce Geoffroi . . . avoit mis tout le pays à certains Pactis, & parmi toutes ces pactions toutes gens labouroient en paix dessous lui & demeuroient.* Vide *Appatiamentum* & *Appatiffamentum*.

☞ **PACTITII**, Qui ejusmodi tributa exsolvebant, apud Paul. Emil. in Carolo VII.

☞ **PATUUM**, Eadem notione, in Charta an. 1434. ex Tabul. Archiep. Aufc. *Item fuerunt capti plures per dictos inimicos ad causam dictorum Patuorum.* Hinc

☞ **APPATUARI**, De ejusmodi tributo pacisci, vel illud solvere, nostris *Apaticher* vel *Apatisser*. Charta laudata: *Item terra comitatus Astariaci non erat nec fuit Appatuata cum inimicis domini Regis. . . Insidiando transeuntibus pro eis depredandis, capiendis, & appriisionandis qui essent de terra non Appatuata.* Vide Menag. in Orig. Gall. & *Apatifatio*.

PACTUM, Professio Monastica. S. Hieronymus ad Demetriadem Epist. 8. *Nunc quia seculum reliquisti, & secundo post baptismum gradu iniisti Pactum cum adversario tuo, dicens ei, Renuntio tibi, diabole, seculo tuo, pompa tua, & operibus tuis, Pactum custodi, ne tradat te tortori.* Concilium Eliberitanum can. 13. *Virgines quæ se Deo dedicaverunt, si Pactum virginitatis perdidierint, &c.* In Regula S. Fructuosi cap. 18. *Annotari in Pacto, est Professionem monasticam edere.* Ita *συνθήκην* vocant Græci Patres, Clemens Alexandr. lib. 3. Strom. initio, Origenes Homil. 3. super Numer. S. Basilius ad virg. laps. in Jure Gr.

pag. 435. &c. Hinc votorum transgressor, *παράβατος τῶν συνθηκῶν ἐαυτῷ* dicitur in Concilio Oecumen. VIII. can. 14. ubi Anastasius, *propriorum transgressor Pactorum.* Exstat apud Anton. de Yopez in Chronico Ordinis S. Benedicti, an. 944. c. 1. Charta continens electionem Abbatis, cui Monachi electores subjectionem & obedientiam profitentur, cujus prima verba sunt: *Sub Christi nomine & individua Trinitatis, hoc est Pactum quod pepigimus nos omnes, &c.*

PACTUM vel **PACTUS**, Lex quæ ex *pacto* convento, ex communi populorum consensu fertur, & admittitur: quo nomine donantur fere Leges omnes nostræ veteres, seu quarum usus fuit in Francia & Germania: ac Romana quidem in Charta Heccardi Comitum ex Tabulario Perfiacensi apud Perardum p. 26. *Waltario Episc. Pacto Romano libro, & anapo corneo majore, &c.* Gundebada Burgundionum, in eadem Charta: ubi *Pato Gunbaldo* perperam pro *Pacto* scribitur. Salica, quæ inscribitur in editione Heroldi, & in Codd. MSS. uti monet Steph. Baluzius, *Pactus legis Salicæ.* Præfatio ad eandem Legem: *Quidquid in Pacto habebatur minus idoneum, &c.* Eadem Charta Heccardi Comitum: *Heccardo filio Heccardi tabulas corneas, & Pacto saleco, & sigulos (i. sigulios) duos, &c.* Hariulfus lib. 3. c. 3. *Lex Romana, Pactum legis Salicæ, &c.* Alamannica in veteri Cod. MS. inscribitur *Pactus legis Alamannorum*, ut observat idem Baluzius. Ripuaria, apud Reginonem, qui in lemmate c. 405. lib. 1. de Ecclesiast. discipl. hæc habet: *De eadem re ex Pacto; nempe ex cap. 58. ejusdem Legis Ripuariæ.* Bajwaria, in Concilio Bavarico an. 772. cap. 9. *De eo ut nullus hereditate sua privetur nisi per tres causas quæ in Pacto scribentur, i. in Pacto scribuntur, seu in Lege Bajwariorum tit. 2. Denique Lex Francorum, Pactum Francorum appellatur ab eodem Reginone lib. 1. c. 404. Burchardo lib. 2. c. 29. & Ivone p. 6. c. 130. Quia sic scriptum est in Pacto Francorum.* [Eodem titulo donatur Constitutio Arichis Principis Beneventani apud Camillum Peregrinum to. 1. Hist. Longobard. p. 319. *Incipit Pactum quod constituit dominus Archiepiscopus gloriosus Princeps, &c.*] Quod vero *Pactus*, pro *Pactum*, interdum scribitur, vitio dari debet barbari seculi, tametsi eadem perinde voce usus est Plautus in Cistellaria: *Meretrices facimus, illa te & ego mihi educari ex Pactibus conventis.* In eadem porro Lege Salica tit. 11. §. 8. *Pactus sumi videtur pro ea particulari lege, quæ in aliquo mallo, seu placito, vel conventu definitur.*

☞ Atque hinc est etiam quod *Pactum* pro *judicium*, decretum, usurpabant, quia nimirum secundum legem, quam *Pactum* vocabant, judicabatur. Gloss. vetus MS. Bibl. regię: *Decretum, Pactum, judicium.* **PACTUM**, Catalogus, Matricula. Regula S. Fructuosi: *Adnotetur in Pacto cum fratribus, & vivat inter Monachos probatus & ipse Monachus: i. in Catalogo eorum qui professionem ediderunt.* Acta Murenensis Monasterii p. 25. *De jure vero sive legitimis sacre familie non possumus nec volumus pro prolixitate quid scribere, quia in libro qui vocatur Pactum, in quo omnium nostrorum jura conscripta sunt, hoc plenius habetur, &c.* Id est, in quo professiones Monachorum scriptæ erant.

PACTURIUM, Plantatorium, Papiæ, qui infra, *Pactorium* habet: alibi, *Pangratorium*, seu ut præfert Codex MS. *Pangatorium.* [*Pacturiam* vel *Pactorium* à pangendo, inquit Grævius in notis ad Gloss. Isid. ubi panguntur arbores & plantæ.] Vide *Pactorium*.

- ¶ PACTUUM, Pascuum, Gallice *Pastis*, *pasturage*. Charta an. 1385. *Item retinet dicta universitas Pætua Castelleti, Montis-majoris & Auriculæ & quacumque alia, tam piscationes, quam venationes, lignairagia & explechas quorumcumque Pactuorum territorii Arelatensis.* Inventar. Recognit. de Vouta dioc. Vivar. tom. 2. fol. 343. ex Tabular. Principis de Rohan: *Pro nemore confrontante cum Pactuo loci de la Freydeyra.*
- PACULUM, *Sacculum*, *pacceolum*, in Glossis Isidori, [vel *Pasceolum*. Nonius: *Pasceolus*, ex *aluta* *sacculus*.]
- ¶ PACUS, pro *Pagus*, Territorium. Judicium Agilberti Vicedomini Narbonæ an. 821. to. 1. Hist. Occitan. inter Instr. col. 56. *Ad monasterio sancto Petro, qui est constructus infra Paco Narbonense, in locum qui dicitur Caunas.*
- PADELENGA, PALENGA, Anguilla decumana, anguilla procerior, Flandris *Palinc*; Kiliano, *Paelinck*. Charta Theodorici Comitis Flandriæ in Tabular. Lehunensi n. 89. *Robertus Freso Comes Flandrensis Deo & S. Petro de Lehun . . . hujusmodi elemosynam donavit; & singulis annis reddendam constituit, quod quicumque feodum de Rinegges tenuerit, unoquoque anno perpetualiter tria pondera Padelengarum predictis Monachis reddat, & ei Monacho, sive clienti qui pro ipsis Palengis recipiendis venerit, procuracionem de suo proprio provideat.*
- ¶ PADENA, Sartaginis species, qua in conficiendo sale utuntur, in Consuet. Beneharn. Rubr. de Sent. art. 6. Gloss. S. Andreae Avenion. 13. sæc. *Patina, id est, Padena vel sartago.* Tabular. Turenæ ann. 1334. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 188. *Quod dictus Johannes furatus fuerat veches sive verroilhs, Padenas & gofetos.* Italis *Padella*. Hisp. *Padilla*, nostris *Poële*. *Paelles*, in Charta an. 1125. apud Calmet. to. 2. Hist. Lothar. col. 276. *Item avons donné . . . les salines & toutes les Paelles des salines.*
- PADES, Arbor Picea, Gallis, ut auctor est Plinius lib. 3. cap. 6.
- ¶ PADEZENUS. Instrumentum an. 1372. tom. 1. Annal. Tolos. inter Instr. p. 94. *De mille serviensibus armatis equitibus & de quatuor azilibus balestrieris & Padezenis medium per medium equitibus pro toto anno venienti. An Padezeni dicti milites, qui machina bellica ad modum Padena seu sartaginis efformata uterentur. Vide Padena.*
- ¶ PADI, f. pro *Paria*, in Testamento Bertichramni Episc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. p. 140. *Hoc jubeo tunc Archidiacono, ut ipsius dominus qui peccatorem sepelire dignaverint, donent eis caballis Padi duo, & poledros congregans duos.*
- ¶ PADOENA, PADOENTIA. Vide in *Paduire*.
- ¶ PADOHAMENTO, Ponderis genus. Charta Jacobi Reg. an. 1272. ex magno *Talamus* Montipess. fol. 21. inter Schedas Peiresc. *Statuimus . . . quod argentum etiam grossius non debet tenere in marcha, nisi unum ternale, & unum dictum Padohamento, &c.*
- PADRINCA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4. cujus vetus interpres Gallicus habet *Paderinca*.
- ¶ PADUAGIA, Pascua. Charta Henrici VI. Reg. Angl. an. 1426. apud Rymer. to. 10. pag. 363. *Molendina, boscos, prata, piscarias, pasturas & Paduagia cum omnibus aliis pertinentiis, &c.* Occurrit rursus pag. seq. semel & iterum. Vide *Paduire*.
- ¶ PADUENSA, PADOENTIAE. Vide *Paduire*.
- PADUIRE. Charta anni 1273. in Regesto homagiorum Nobilium Aquitan. fol. 9. *Et propter hoc*

- debet Paduire vias, aquas, vineas, nemora, prata, & alia Paduentia.* Alias vocem *Paduir*, pro pascere animalia usurpat. [Charta an. 1108. to. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 277. *Concedentes etiam pascua porcorum ingenue, & vaccas à Paduir per forestem tam in atate quam in hyeme.* Eadem notione] Consuetudo Solensis tit. 14. art. 2. *Cascun deudit pays pot far Padoyr & erbadgear lors bestiars de noeits & de jorns, &c.* Adde Consuetud. Aquensem tit. 11. art. 2. Hinc
- PADOENTIAE, Pascua, *Pasturæ*, *Padomens*, *Padoence*, in eadem Consuetud. Solensi tit. 13. art. 4. Beneharn. tit. 51. art. 5. Labourtensi tit. 3. art. 16. 23. 27. tit. 20. art. 4. Regest. Constabulariæ Burdegal. fol. 96. *Solebant dare & solvere Regi annuatim pro Paduentiis herbarum, aquarum & foliorum, &c.* Et fol. 100. *Occupat mille jornaliala landarum, in quibus homines Regis habebant Padoentiam animalium suorum.* [Charta an. 1201. to. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 322. *In eodem quoque loco dedi Deo & B. M. de Faezia & fratribus ibidem manentibus jure perpetuo in foresta mea de Faezia pascherium scilicet & Paduentiam ad omne genus animalium.*] Charta ann. 1166. apud Marcam in Hist. Beneharn. l. 5. cap. 21. *Et si forte aliquis homo aliqua occasione dominationis, vel Padoentia contra predictas domos surrexerit, &c.* Ubi Padoentia videtur sumi pro quavis exactioe, ut *Panagium*, seu *Pastionaticum*, uti in hac voce docuimus. Alia Guillelmi Ducis Aquitaniæ ann. 1027 apud Sammarthanos in Archiepiscopis Burdegal. *Et aliam salvitatem S. Mariae de Macha cum decima, & omne jus & consuetudines & eam prope adjacentem insulam, & cum Paduensa in terra & cum mare, &c.*
- ¶ PADOENÆ, Eadem notione. Consuetud. MSS. Aufcior. an. 1301. art. 18. *Item consuetudo est in civitate & villa Auscitana quod consules ordinent & disponant per se & aliis . . . super Padoenis restringendis, vel etiam ampliandis ad eorum omnimodam voluntatem.*
- ¶ PADULECTUM, Stagnum, palus. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 511. *Et concesserunt in hoc monasterio, sicut antea concesserant in ecclesia S. Adriani, terram sementariciam cum verilibus & Padulectis & cryptis in fundo Persiceta.* Vide *Padules*.
- PADULES, Palus, stagnum, ex Italico *Padulo*, qua voce utuntur Joannes Villaneus lib. 1. c. 17. l. 6. cap. 47. Crescentius & alii. Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. pag. 685. *Ecclesia S. Petri in Accule subrus ipsa crypta, supra ipsos Padulos, & campo de Mesu.* Bulla Eugenii PP. an. 1153. apud Ughellum to. 3. p. 736. *Vinearum, silvarum, pratorum, Padulium, & pantanorum.* [Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 932. *Hortis, areis, vineis, silvis, terris, pascuis, ac stalaris, rivis, rupinis ac Padulibus, &c.*] Occurrit aliquoties in Chartis Hispanicis, apud Ant. de Yopez.
- PÆANES, inter nocturnas imagines recensentur à Gervasio Tilberienfi de Otiis Imperialibus decis. 3. cap. 88. Vide *Fadus*.
- PÆBLUM, in Gloss. Saxon. Ælfrici, *Pæh*, i. tela. [Corrupte, ni fallor, pro *Peplum*.]
- ¶ PÆDA, Idem quod *Peda* 2. Vide in hac voce. Chartul. Prioratus S. Roberti de Montis-Ferrando apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 63. *Dederunt similiter monasterio de Montis-ferrando in villa Montis-ferrandi infra murum Padam ac domum adificandam libere & sine censu habendam.*
- PÆDAGOGARE, Docere. Occurrit in Vita SS. Severini & Victorini num. 2.

¶ PÆDAGOGATUS, Magisterium. Tertullianus adv. Valentin. cap. 13. *Christi & Spiritus sancti Pædagogatum.* Supra dixerat: *Convenientibus ipsis quoque novis fratribus & magistris Christo & Spiritu sancto.*

¶ PÆDAGOGIANI, Pueri honorarii, qui in Palatio ministerio Principis militabant, cujusmodi sunt ii quos inde *Pagios* appellatos viri docti volunt. [Italis *Paggi.*] Ammianus l. 29. *Adultus quidam ex his quos Pædagogianos vocant.* Meminit & lib. 26. ut & Notitia Imperii Orient. cap. 91. in qua recensentur inter Castrenseianos *sub dispositione viri spectabilis Castrensis.* Sic porro appellati, quod sub *pædagogis*, utpote pueri, essent, quorum mentio est in veteribus Inscriptionibus 585. 6. 7. 586. 1. quorum ministerium & munus vel potius ordo ipse Pædagogianorum, *Pædagogium* appellatur, qui inde *de Pædagogio* esse interdum dicuntur, ut in veteri inscriptione; PHILONICUS TI. CÆSARIS. GERM. DE PÆDAGOGIO. VIXIT. ANN. XIIIX. ubi ætas Pædagogiani observanda. De ejusmodi *Pædogiis* & *Pædogianis* copiose egerunt Cujacius, *Dorleans* ad lib. 4. Annal. Taciti, Jacobus Gothofredus ad d. l. 5. Cod. Th. de Divers. offic. & alii.

¶ PÆDAGOGIUM, Magisterium. Gaufridus Serm. de S. Bern. to. 2. operum ejusd. Bern. col. 1312. *Omnes atatis gradus supra virtutem transscenderit, majorque semper inventus sit, ut prorsus divino quodam Pædagogio educatum putem.*

¶ PÆDAGOGUM. Vide *Paradegium.*

¶ PÆDONOMUS, Idem qui Pædagogus, à Græco *παιδονόμος.* Acta B. Celsi Odrovantii to. 4. Julii p. 190. *Et ne quid cultura illius deesset, in ipso limine juvenia adsciverunt ei Pædonomos magna & experta virtutis, à quorum doctrina & convictu, studio sapientie & exemplis probitatis formaretur.*

¶ PAELA, *Jacula vel tela.* Gloss. vetus MS. Sangerman. num. 501.

¶ PAELETIS, Pala, à veteri Gall. *Paeste*, nunc *Pelle.* Index utensilium de Ruminiano in Chartul. Compend. *Et quinque mensura ad bladam & avenam tam magna quam parva & deus Paeletis, & deus wansbeifons & una broia.* Vide *Paella.*

¶ PAELEZ DE SIAU. Codex redituum Episcopat. Autissiod. an. circ. 1290. exaratus: *Dictus le Paelez de Siau venditus ultra XII den. debet ob.* Vide *Sium.*

¶ PAELLA, Sartago, nostris olim *Paeste*, nunc *Poeste.* Computus an. 1239. *Pro XLII. Paellis ad boux, XII. l. XI. f. Pro XII. Paellis ad caudas XXII. f. Pro XVIII. Paellis ferri ad frisseria facienda LXXII. f.* Vide *Paella.*

¶ PAERRIA, Hæreditaria portio, alibi *fratriagium*, *frateschia* dicitur. Tabular. S. Barthol. Betun. *Qui mansus erat de Paerria dicti Willermi. . . Et sciendum est quod dictus Willermus nec hæredes sui nec ego. . . aliquid de cætero ratione Paerria exigere debemus.*

¶ PÆTUS, Strabo. Vide *Petuosus.*

1. PAGA, *Pagus*, territorium. Afferus de rebus gestis Ælfredi Regis Anglor. *Natus est Ælfred Anglosaxonum Rex in villa regia qua dicitur Wanading, in illa Paga, qua nominatur Barroscire, qua Paga taliter vocatur à Barroc silva, ubi buxus abundantissime nascitur.* Utitur crebro in tota hac historia, & ex eo Simeon Dunelmensis an. 871.

2. PAGA, Solutio. Vide *Pacare.*

¶ PAGABILE VINUM, Legitimum. Charta Beatrix abbatis B. M. Sueffion. an. 1232. *Et sciendum, quod omnia vinagia debent esse ab albo vino, sano, legali & Pagabili.* Vide *Pacabilis.*

PAGÆ, *Memoria sine idolis*, in Gloss. Isid. Papias nude habet *Memoria.* Vide *Pagani.*

PAGALIA. Vetus Formula 121. ex Lindenbrogiana: *De securitate pro homicidio facto si se pacificaverit, ita ut pro ipsa causa sol. tantos in Pagalia nobis dare deberes*, id est in *pagam* seu solutionem. Hæbentur binæ aliæ Formulæ cum simili titulo apud Bignonium, in quibus vox ista abest.

¶ PAGAMATER, *παναμία*, in Gloss. Lat. Græc. *Panacea.*

¶ PAGAMENTUM, PAGAMINTUM. Vide in *Pacare.*

PAGANENSES, Pagani, Pagenfes: Gallis *Paysans.* Occurrit in Vita S. Heldradi Abbat. Novalic. n. 9.

PAGANI, Scriptoribus Christianis vulgo appellati Gentiles, & Idololatæ. Lex 46. Cod. Theod. de Hæretic. *Gentiles, quos vulgo Paganos appellant.* Marius Victorinus de Homouulio recipiendo: *Græci quos ἑλληνας vel Paganos vocant, multos Deos dicunt.* S. Augustinus lib. 2. Retract. cap. 43. *Deorum falsorum mutorumque cultores, quos usitato nomine Paganos vocamus.* Sic rursus de opere Monachor. cap. 11. Gloss. Græc. Lat. *ἑλλήν τὴν ἑρηνείαν, Paganus.* Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Arianum cap. 5. *Cum tres sint in mundo religiones, Judæorum, Paganorum, & Christianorum.* Ita ex his patet id nominis gentilibus à vulgo Christianorum inditum, cujus quidem mentionem non fieri apud scriptores ante annum 365. pridem observarunt viri docti ex lege 18. Cod. Th. de Episc. quæ est Valentiniani & Valentis, qua tempestate scribebat etiam supra laudatus Marius Victorinus: tametsi antea obtinuisse existimari possit. Unde vero natum, varii varia tradiderunt, etiam ex antiquioribus, Philastrius, Isidorus in Origin. Beda, & alii, quos jure explodunt qui rem attentius investigarunt, & in hanc ferme sententiam concedunt, à *Pagis*, Paganos appellatos Deorum cultores: quod cum Constantini M. & filiorum edictis proscriptus esset ab urbibus & civitatibus profanus Deorum cultus, eorumque fana passim in iis clauderentur, in pagos sese reciperent, ibique Deos suos colerent, & clandestina sacra peragerent, quæ est Baronii & aliorum vulgatio sententia: quam fulciunt Glossæ antiquæ MSS. & Isidori, in quibus *Paganicus*, ut (leg. vir) *occultus* dicitur, & *Paganus*, *ab eo quod paga colit*, id est *pagos incolit: Pagi, Pagani in pagis habitantes.* In iisdemque *Paga* dicuntur *memoria sine Idolis*, quod Paganis & Gentilibus non liceret habere fana publica, ex quo Imperatores Christiani effecti sunt. Et sane Christum in majoribus urbibus duntaxat cultum innuit sanctus Severus, seu Endeichus Rhetor, in carmine de Mortibus boum:

*Signum quod perhibent esse Crucis Dei,
Magnis qui colitur solus in urbibus,
Christus perpetui gloria nominis,
Cujus filius unicus.*

Hanc quidem sententiam mire firmat Epist. 75. Nili Monachi lib. 1. qui gentiles *καὶ τὰ ἑρηνεία* sacrificia sua exegisse significat. Alii sic appellatos volunt, quod pro superstitionibus paganis contumaciter ea tempestate contenderent, uti Jacobus Gothofredus, cum nempe singuli fere pagi suos haberent Deos, suaque sacra, quod ex Libanii loco probare nititur. Salmasius vero ad Vopiscum *Paganos* dictos contendit à *pagus*, voce quæ idem valet ac *gens*, ἔθνος, unde promiscue *Gentiles* & *Pagani* appellati. Est denique alia Anonymi sententia in Codice regio: *Paganus, qui sine aliquo jure est. Pagus, Collegium, curia vel possessio ampla sine aliquo jure: unde & Paganos dicimus alienos à jure, sacris Constitutionibus.* Atque is respexisse videtur illud

Orosii in præfat. ad l. 1. Hist. *Præceperas mihi uti adversus vaniloquam pravitatem eorum, qui alieni à civitate Dei, ex locorum agrestium compitis & pagis Pagani vocantur, sive Gentiles, quia terrena non sapiunt.* Sive igitur Baronii, sive Gothofredi, vel Salmasii & aliorum sententia obtineat, constat à Pagis, & à Pagenſi idololatria Paganos nuncupatos, ex Prudentio lib. 1. Peristeph. in S. Romano: *Non erubescis stulte, Pago dedite.* Idem lib. 1. contra Symmach.

Sunt hæc barbaricis Gentilia nomina Pagis.

Et infra:

*Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet.*

Vide Petrum Abælardum in Epist. ad Roman. lib. 1. pag. 505.

¶ Paganæ Gentes, Eadem notione, in Capitul. Caroli M. an. 803. *Credimus quia corruent ante nos omnes Pagana Gentes, & erimus victores.* Eadem leguntur in Epist. Zachariæ PP. to. 1. Capit. col. 823.

¶ Paganī dicti etiam Mahumetani, in Chron. Pifano de captione Hierusalem & Majoric. apud Murator. to. 6. col. 100. *Terrestris autem Christianorum exercitus cum ad liberandum Jerusalem proficisceretur, grandia & innumera contra Paganos iniit certamina.*

Paganī appellati interdum infantes, quorum certis ex causis differebatur Baptismus, quibus postea id in *jocularē*, ut Aufonii verbo utar, *nomen* transiit: quod attigimus in Notis ad Alexiadem. Nam posterioribus sæculis nomen tum primum datum infantibus, cum baptizarentur, cum olim secus fieret, quod pluribus ostendit Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii M. p. 98. 99. Quippe baptizandi *nomen dare* dicebantur, eorumque nomina recitabantur, cum ad Baptismum percipiendum evocabantur: quod sane mirum videri non debet de adultis, qui à Paganismo ad Christianismum transibant, cum nomina sua haberent.

¶ Ea nihilominus, cum ad baptismum accedebant, interdum mutasse, testis est le Roman de Partonopex MS.

*Guillemot ot dit au provoire,
Et il le baptiza en Oirre,
Et li Quens l'a de fons levez,
S'il ont Anselet apelez.*

Idem docet le Roman de Rou MS.

*Tranchez li Archevesque li Duc Rou baptisa,
Li Duc Robert le tint & Robert l'apela.*

Infantium vero baptizandorum scripta etiam fuisse nomina docuimus in voce *Nomen*: unde etiamnum Sacerdos priusquam procedat ad Baptismi ceremoniam, hæc verba profert, *Quis vocaris*, ut est in libro Sacrament. tum enim Patrinus nomen pueri edit. Cumeanus Abbas de Mensura pœnitentiarum cap. 6. extremo: *Infans infirmus & Paganus commendatus Presbytero, si moritur, Presbyter deponatur, si negligentia parentum sit, uno anno pœniteat.* Eadem notione vocem *Ethnicus* usurpant Leges Presbyterorum Northumbrensiū in Conciliis Anglicanis circa an. 977. cap. 10. *Si exactis 9. noctibus per negligentiam mortuus fuerit (infans absque baptismo) componatur utique apud Deum, . . . quod infans tam diu fuisset Ethnicus.*

¶ Paganīæ, Superstitiones Paganorum à Christianis fidei adhuc dubiæ observari solitæ, quæ in Conciliis passim proscribuntur. Capit. Caroli Mag. lib. 5. c. 2. Capitul. an. 709. cap. 6. & Otholonus in Vita S. Bonifacii Archiepisc. Mogunt. l. 1. c. 42. *Ut populus Dei Paganias non faciat, sed omnes gentili-*

tatis spurcicias abjiciat. Idem lib. 2. c. 2. *Nam si istas Paganias ibi Paternitas vestra prohibuerit.* Exstat *Indiculus superstitionum & Paganiarum* in Concilio Lepontensi capite 4. Recensentur eæ in Vita S. Eligii lib. 2. c. 15. Vetus Pœnitentiale MS. *Kalendas Januarii secundum Paganiam honorare.* Pœnitentialis Egberti Archiep. Cantuar. pag. 18. *De iis, qui Paganias faciunt.*

¶ Paganismus, Paganorum religio. Concilium Duſiacense I. part. 2. in Præfat. de Lauduno municipio: *Quod ab exordio sui nunquam inter sedes Provinciales Remorum Provincia in Paganismo, vel in Christianismo nomen vel locum habuit.* [Le Roman de Rou MS.

*Se Rou vouloit por nous chrestien devenir,
Bautestire rechoire, Paiennime guerpir.]*

¶ Paganismus, Mahumetanorum secta. Chron. Pifanum de captione Hieruf. & Majoric. apud Murator. to. 6. col. 103. *Ibique abrenuntians Paganismo, Christianum nomen cum suo parvulo filio suscepit.*

¶ Paganismus, Terra Paganorum. Ordericus Vitalis lib. 10. p. 761. *ut Coadunatis viribus totius Paganismi bello illos exciperent.* Epistola Guill. de Carnoto Magistri Templi ad Honorium III. PP. apud Rubeum lib. 6. Hist. Ravennat. *Et hoc vobis intimamus, quod annis pluribus retroactis non recolimus Paganismum in statu fuisse debiliori.* Matth. Paris ann. 1193. de Saladini filiis: *Qui in omni versutia, in Paganismo, omnibus præminebant.* Et an. 1250. *Sic totus contremiscet Paganismus.* Bromptonus an. 1161. *Proficiscens igitur Paganismum prospere pertransivit.* Liber MS. de Statu Terræ Sanctæ: *Baudas est chiès de Payennie, aussi come Rome est chiès de toute Chrestienté.* Joinvilla in S. Ludovico: *Le Souldan estoit le plus puissant Roy de toute Payennie.* Adde Notas nostras ad eundem scriptorem pag. 58. [Le Roman de Blanchandin MS.

*Mais Blanc conois ge bien,
En Paënisme est en prison,
S'el tient un Sarrazin felon.]*

¶ Paganismus, idem quod Paganīa, Superstitio Paganorum. Concilium Sueffionense an. 744. c. 6. *Ut populus Christianus Paganismum non faciat.*

¶ Paganitas, Paganorum mores. Bulla Clementis VI. PP. an. 1345. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 528. *Nos tunc de hujusmodi pravis conatibus, & oppressionibus, quos fera Paganitas in eosdem fideles sic atrociter exercebat condolentes in intimis, &c.*

¶ Paganitas, Paganismus, Paganorum religio, in leg. ult. Cod. Th. de Spectacul. Iso Magister in Glossis, *superstitio, Paganitas, vana religio.* Symmachus I. PP. Epist. 7. *Roma mihi testis est, utrum à fide Catholica, quam . . . veniens ex Paganitate suscepit, aliqua ex parte deviaverim.* Tudebodus lib. 1. Itineris Hierosol. *Obscrantes D. Jesum Christum, ut suum defendat populum, & Christianis militibus victoriam prestet, suamque sanctam Christianitatem exaltet, & Paganitatem destruat.*

¶ Paganimitas, Eadem notione. Concil. Terracon. an. 1329. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 307. *Quapropter non volentes tantam Dei offensam & ecclesiæ tolerare, cum juxta ecclesiasticas sanctiones peccatum Paganimitatis incurrat, qui se Christianum asserens Sedi Apostolica obedire contempserit, &c.*

¶ Paganitius, *Vir occultus*, in Gloss. Isid. Ita enim legendum ex Papia, pro, *ut*; id est, vir paganicæ religioni addictus, quam palam profiteri non licebat ætate Isidori, ut quidam volunt. Sed magis placet *Paganitium*, *virum occultum* dici, pagensem, qui nullius est nominis.

¶ Paganicus

- ¶ **PAGANICUS RITUS**, Paganorum religio, in Vita MS. S. Winwaloei.
- ¶ **PAGANISSIMUS**, Paganismo addictissimus. Acta S. Edelburgæ to. 2. Julii p. 482. *Sed Britanniam perveniens, ac primum Gevifforum gentem ingrediens, cum omnes ibidem Paganissimos inveniret, &c.*
- PAGANIZARE**, Paganum agere, Paganorum superstitionem profiteri. Occurrit apud Hadrianum I. PP. in Capitulis & in Concilio Ancyrano cap. 4. apud Joann. Diacon. lib. 3. Vitæ S. Gregorii PP. cap. 1. &c.
- ¶ **PAGANI**, dicti non veteribus Romanis dumtaxat, sed & Scriptoribus sequioris ævi, qui militiam nondum consecuti, ad eam sese accingebant. Tabul. Majoris Monast. *Subscripsit Radulfus Vicecomes, & uxor ejus Emelina, necnon & filii eorum, Hubertus (Episc. Andegav.) & Radulfus Paganus.*
- PAGANI**, apud Saxones, dicti Pagenfes, censuales, qui *Scultetorum civili, Archipresbyterorum vero Ecclesiasticæ jurisdictioni subfunt.* Speculum Saxonicum lib. 1. artic. 2. §. 2. *Libertas etiam est triperita, quorum primi Episcoporum Synodum querere solent: & hi Banniti dicuntur; Proprietarii summorum Præpositorum; Pagan autem Archipresbyterorum.* Lib. 3. artic. 45. §. 7. *Paganis vero, seu censualibus, qui judicium Sculteri querere solent, 15. solidi pro emenda, & 10. talenta loco verigeldi numerantur.* Adde §. seq. & lib. 2. art. 53.
- ¶ **PAGANUS PANIS**. Vide in *Panis*.
- ¶ **PAGARCHI**, à Pagus, & Græco ἀρχή, Pagorum præfecti, in Justin. Novellis & Edicto 13.
- ¶ **PAGARE**, Solvere. Vide *Pacare*.
- ¶ **PAGAS ET IRATS**, apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. pag. 260. Vide *Iratus*.
- ¶ **PAGATOR**, Sponfor, vas, fidejussor, Gall. *Répondant, caution.* Charta an. 1251. ex Schedis Præf. de *Mazaugues: Damus vobis fidejussores, Pagatores & juratores nobiles viros &c.* Alia an. 1296. to. 2. Hist. Dalphin. p. 110. *Quilibet ipsorum in solidum principaliter & principales Pagatores & solutores, se constituentes & obligantes erga ipsos procuratores & quemlibet ipsorum. Statuta Arelat. MSS. fol. 21. Quicumque emerit possessiones . . . vel merces . . . vel se Pagatorem constituerit pro emptore, satisfacere teneatur creditori in pecunia numerata.* Charta Caroli Reg. Fr. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 207. *Et inde se fidejussorem & principalem Pagatorem & attensorem constituit penes nos notarios publicos.* Vide *Paccator* 2. & *Pactator*.
- PAGELLA**, Matthæo Silvatico, *Corium, vel petra lata ubi ponitur emplastrum.* Vide *Pagina* 1.
- PAGELLUS**, **PAGENSES**, **PAGESII**. Vide *Pagus*.
- PAGENA**. Vide *Pagina* 1.
- PAGENSALES**. Vide *Pagus & Pagensales*.
- ¶ **PAGENTES**, perperam pro *Pagenses*, qui ex pago & districtu Comitum sunt. Charta Dagoberti I. Reg. Franc. an. 630. apud Miræum to. 1. p. 241. *Et illi Saxones, & Ungarii, & Rothomenses, & ceteri Pagentes de alias civitates persolvant de illos navigios de unaquaque quarrada denarios duodecim.* Vide in *Pagus*.
- PAGERAMENTUM**, [f. Linearis adumbratio, descriptio, Gall. *Dessain.*] Tabularium Aufciense, apud Marcam, lib. 4. Hist. Beneharn. c. 7. n. 5. *Fundamenta demum jaciens Ecclesie construenda, villa adificanda Pageramenta composui.*
- ¶ **PAGERE**; verbum antiquum, quo usus est Auditor ad Heren. lib. 2. num. 13. pro Pacisci, negotium tractare. Litteræ an. 1350. pro Consulibus villæ Gleolæ to. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 473.

- Quod per judicem ordinarium dicti castris, ab eis (Consulibus) recipiatur juramentum, in talibus prestari consuetum, quo recepto, uti valeant, Pagere, & exercere suum officium Consulatus.* Occurrit rursus pag. 481. *Reparationes factæ in Senescallia Carcaffonæ an. 1435. MSS. Et faciendo diligentiam habendi & querendi plures fustes necessarias pro dicta reparatione . . . in quibus omnibus Pagendis ipse fuit & vaccavit per xx. dies.* *Pago, συντιθημι, in Gloss. Latin. Græc. MS. Sangerman. Vide Pagit.*
- ¶ **PAGES**, Famuli, à Gall. *Pages.* Charta an. 1378. apud Menagium in Orig. Gall. *Et exiit foras ad plateam Judæam; & vidit aliquos de populo quasi duodecim cum suis tablaeriis & lanceis & bacinatis, quos portabant sui Pages, alias famuli.* Vide *Pagius*.
- ¶ **PAGESIA**, **PAGESIUS**. Vide in *Pagus*.
- PAGETTUS**. Vide *Pagius*.
- ¶ **PAGHA**, Solutio. Vide in *Pacare*.
1. **PAGINA**, non tam modus agri, quam fundus, aut ager mensura sua definitus, nostris, *Piece de terre.* Innocentius Agrimenfor: *Si (fundus) in monte fuerit constitutus, excogimus finem habere contra duas Paginas fundorum.* Tabularium S. Benigni an. 849. apud Perardum p. 48. *In primis dedit . . . Teuboldus Episcopus (Lingonens.) de campo Paginam, de ratione S. Stephani in pago Oscarenfi, in Patriciaco villa, &c. Econtra ad vicem in augmentum & commutationem reddendi, dedit præfatus Elderalis aliam Paginam in ipso pago, & in ipsa villa, &c. . . . habet in longum perticas agripedales 45. pedes 6. &c.* Charta Karlomanni Regis an. 881. apud eundem Perardum p. 880. *Quod dederit . . . Paginam terræ ex rebus S. Aniani continentem in se azingas 2. & quartam partem unius jornalæ, &c.* In alia Goffredi Comitum Andegav. an. 1040. apud Sammarth. in Episc. Andeg. *Altera similiter Pagina pratorum circiter arpenos decem, &c.* Tabular. S. Cyrici Nivern. n. 25. *Dedit igitur isdem Rainaldus . . . ad opus S. Stephani Paginam terræ ex sua proprietate, quæ est in medio Condomina S. Stephani, &c.* Tabul. Capellæ in Biturigib. *In qua Pagina sunt mansiones, &c.* [Tabular. S. Sulpicii Bituric. *Dedit itaque præfatus Gunfendus Paginam de campo quæ est posita in pago Biturigo.*] Vita S. Romani Abb. Jurenfis cap. 1. *A limite Rheni . . . usque Paginam Mausatis (Mosæ) extimum.* Hinc compaginantes agri, vel limites, apud Frontinum de Limitibus agrorum, qui invicem cohærent, vicini sunt. Vide *Reinesii* inscript. pag. 12.
- PAGENA**. Charta foundationis Corbeiensis Monasterii: *Et villam quæ vocatur Templum Martis, sitam in pago Ambianense, ad integrum, cum Pagena de silva de foreste nostra Windegonia.*
- PAGINOLA**, **PAGINULA**. Tabularium Ecclesiæ Viennensis f. 65. *Habet & in alio fronte perticas 9. habet Paginole vinearum in eodem pago in villa Brociano, &c.* Mox: *Habent Paginola supradicta inter utraque in uno fronte perticas 3. &c.* Tabular. S. Cyrici Nivern. ch. 25. *Paginulam terræ, quæ vulgo olea vocatur.* Tabularium S. Benigni, in Charta Teutbaldi Episc. Lingon. an. 841. *Placuit atque convenit . . . ut Paginolas de terris tam de jure Ecclesiastico, quam de propria possessione inter se commutare deberent.* Et mox: *Una Paginola de terra, de ratione S. Benigni ex beneficio Andraldo, &c. alia Paginola in campo, &c.* [Charta Hererici an. 868. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 189. *Et curtiles ac vineas in diversis Paginulis, &c.*]
- PAGELLA TERRÆ**, seu *vineæ*, in Tabulario majori S. Sergii Andeg. c. 254. *Notitia vetus in Tabul. Eccl. S. Laudi Andeg. Pagella una & dimidia*

vinagii. Charta Caroli C. an. 861. in Append. ad Capit. n. 90. *Simul etiam dixit nobis de quibusdam Pagellis quæ suæ sunt, &c.*

¶ 2. PAGINA, Charta, instrumentum, diploma. Charta an. 1230. to. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 62. *Et ne prædicta donatio aliquod impedimentum vel detrimentum amodo patiatur, præsentem Paginam coram omni parrochia S. Michaëlis sigilli nostri munimine roboravi. Privilegium Theod. apud Ludewig. to. 1. Reliq. MSS. p. 221. A nobis petiit presentem Paginam super præmissis confectam nostri sigilli munimine roborari. Occurrit ibid. pluries & alibi passim. Pagina testamentalis, in Chartul. Aptensi fol. 62.*

¶ PAGINOLA, in Tabular. S. Vincentii Cenom. *Et si sensus vester nobis contulerit claritatem hanc; Paginola donationis quasumus vestro ut firmetur robore.*

¶ PAGINA CAUTIONUM, Cautionis chirographum. Pelagius II. PP. apud Behotium de Antiquo jure procurat. p. 40. *Illud magnitudinem tuam minime volumus ignorare quod Syracusana civitatis Episcopus inter alia quæ cautionum suarum Pagina spondit, &c.*

¶ PAGINA SAXI, Lex Decalogi sculpta in tabulis lapideis. S. Paulinus Poëm. 6. pag. 11.

*Vel quas ipse Deus leges interprete Mose
Condiderat, sacri quas servat Pagina saxi.*

¶ PAGINA, nude, Codex. Agnellus in Vita S. Felicis apud Murator. to. 2. p. 164. *Igitur beatissimus hic Felix post aditam ecclesiam multas Reliquias condidit, & Paginas ex argento extruxit; hoc est, ni fallor, codices argenteis laminis ornavit.*

¶ PAGINÆ, Folia lusoria, ni fallor. *Ludus ad Paginas, nostris Jeu de cartes. Statuta ann. 1337. ex Tabular. S. Viçt. Massil. Quod nulla persona audeat nec presumat ludere ad taxillos, nec ad Paginas, (nec) ad eyssuchum. F. eyssachum, Echets. Vide Ludus de Rege.*

¶ PAGINALIS, Epistolaris. Epist. Martini Episc. ad Bonifacium Episc. to. 2. Conc. Hisp. p. 507. *Hæc pro vestra jussionis impulsu Paginali brevitate perstrinxi. Ennodius 2. 13. Paginalis styli cura.*

PAGINALITER, Per paginas. Isidorus Pacensis Episc. æra 780. *Quia jam in alia epitoma qualiter cuncta extiterunt gesta, potenter & Paginaliter manent nostro stylo conscripta.*

¶ 1. PAGINARE, Breviter scribere, summam de re aliqua differere. S. Ambrosius Epist. 50. n. 16. *Hoc munusculum sanctæ menti tuæ transmisi; quia vis me aliquid de veterum Scriptorum interpretationibus Paginare.*

¶ PAGINARE, Nota breviori sibi que propria Chartam vel codicem per paginas insignire, Gall. *Parapher. Chartarium Gellonense apud Mabill. to. 2. Annal. Bened. p. 404. Juliofredus abbas ipsius cænobii Gellonensis brevi subsignavit sigillo (codicem,) Paginato per Ingilbodem presbyterum, Grafsmarem decanum, &c.*

¶ 2. PAGINARE, Compingere. S. Paulinus Poëm. ad Cytherium de naufragio Martiniani to. 2. pag. 108. edit. 1685.

*Solidoque navem Paginatam robore
Ad pervehendum præparat.*

PAGINATOR. Chronicon Windeshemense lib. 2. cap. 43. *Magnarum literarum Missalium, biblia, & librorum cantualium optimus pictor & Paginator. Ubi editori, paginator, videtur esse compactor, qui paginas & folia in codicem compingit. Ego vero paginatorem puto, qui paginas exornat picturis ac vineolis, vignettes.*

PAGINEUMA. Inscriptio quæ legitur Romæ in S.

Jacobi ad Longaram: *Hanc turrem & Pagineuma facta à Militia Capratorum tempore Dn. Leonis IV. PP. ego Agatho C. Ubi Pagineumata, repagula, seu antemuralia, quæ obtendi solent ad arcendos hostes, interpretatur Josephus Maria Suaresius Vasionensis Episcopus in Diatriba de Foraminibus lapidum in præfiscis ædificiis pag. 7.*

¶ Alii legunt, ut monet Fleetwoodus in Sylloge Inscript. antiq. pag. 438. *Hanc turrem & Pagine una facta à millitia Capratorum tēm. Dom. Leonis Quar. PP. ego Agatho ei. . . ; & per Pagine intelligit spatium inter duas tures, quomodo Angli Pan vocant quodcumque planum jacet inter duas quasvis eminentias. Ubi etiam pro Capratorum, legit Capitatorum, hoc est, eorum qui censum de capite debebant.*

PAGIT, in Glossis antiquis MSS. *aut palum figit, aut cytharam tangit. Ita etiam Glossæ Isidori. Infra in Glossis MSS. pro Pagit, legitur Pangit. Vide Pagere.*

¶ PAGITA, Idem qui Pagensis, Rusticus, servus glebæ. Chron. Clusinum Bodonis p. 366. *Illa namque peste & Pagitas & oppidanos servos & dominos præcellente Lutheranam ob factionem immissam timuere. Vide in Pagus.*

¶ PAGIUM, Idem, ut videtur, quod Peagium seu Pedagium. Vide in hac voce. Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. pag. 169. *Ut addam purificationem pratorum, herbagiorum & aliorum fructuum vel costume vel Pagii vel colinii vel aliorum hujusmodi, quæ debent emendari vel persolvi, prout requirunt usus temporum & consuetudines villarum, mercatorum, nundinarum & passagiorum.*

PAGIUS, Famulus. Historia foundationis Abbatia Pipwellensis in Anglia: *Et habuit sub ipso forepagios tres pedites, cum Pagis eorum. Computum hospitii Regis an. 1312. Guiotus Pagius palefr. Domini K. Johannetus de Caprasia Pagius palefr. D. Philippi. Pages de cuisine, in Testamento Ludovici Hutini Reg. an. 1316. Aux aideeurs, souffleurs, hasteurs, Pages, enfans & les autres appartenans à nostre cuisine 300. ll. &c. Ibid. Page de la palefrenerie. Will. Guiart an. 1301.*

*Metent à mort és herberjages
Chevaliers, Escuyers, & Pages.*

Chron. Bertrandi Guesclini:

*Et en cele heure commença un estris,
Des valets & des Pages qui gardoient les roucis.*

Alibi:

Son bacinet faisoit à son Page porter.

Certe olim quivis pueri, seu potius ministri, Pagii appellabantur, voce ut plerique autumant, à πᾶσι Græco vocabulo, quod famulum sequiore Græcia significabat, deducto: [quod ad tempora Caroli VII. perseverasse auctor est Fauchetus lib. 1. Orig. Milit. cap. 1. *Le mot de Page, jusques au temps des Rois Charles VI. & VII. sembloit être seulement donné à de viles personnes, comme à garçons de pied. Car encore aujourd'hui les tuilliers appellent Pages ces petits valets, qui sur des pallettes portent seicher les tuilles vertes.* Alii vocis originem accersunt à Pagus, quod à pagis ut plurimum ejusmodi ministros pueros assument; hinc Occitani etiamnum Pagés & Pageses vocant rusticos & rusticas.] Nunc vero Pagios dicimus pueros honorarios, qui magnatibus adsunt, [voce contracta, ut opinor, à Pedagogiani. Vide in hac voce. Translat. Crucifixi miraculosi to. 3. Julii p. 455. *Abbatibus autem & Generalis prædicti non deserebant manibus cereas faces, ut reliqui Patres, sed eas ferebant DD. ephebi serenissimi magni Ducis, quos vulgo Pagios vocant, qui hinc inde*

circa abbates astabant.] Vide Ægidium Menagium in Originibus Gallicis p. 500. & 817. Honorarios porro ephebos istos, παιδοπύλας vocat Pachymeres lib. 1. Hist. cap. 9. & 12. Narratio de Bertrando Romano MS. Καὶ μετὰ τρία παιδοπύλα καλεῖται λέγει μόνος. Occurrit ibi pluries, apud Codinum de Offic. & Nicetam p. 548. edit. Genev.

PAGETTUS, diminut. ex Page seu Pagius. Rotulus expensarum domus Domini Bromondi Comitis S. sub tit. *Mariscalcia: In feno de instauro pro 13. equis emptis 10. den. item in avenis de eodem pro præbenda . . . 1. quart. dimid. pret. 2. sol. & sic in vadiis 4. garcionum, cum tot Pagettis 12. den.* Knyghtonus ann. 1342. *Anglici non perdiderunt nisi duos sagittarios & unum Pagettum.* Matthæus Villaneus lib. 11. c. 81. *Ciascum di loro haveva uno o due Pagetti.*

PAGLERIA, Palearium, vel palearum acervus, cumulus, Academicis Cruscanis, *Pagliaio, Massa grande di paglia, fatta a guisa di cupola*, Gall. *Paillier* vel *Tas de paille*. Statuta Montis Regal. fol. 188. *Adjicientes & declarantes, quod si aliquis imponeret ignem in aliquibus paleis, vel Pagleriis, mugis fœni, &c.* Statuta civit. Saluciar. cap. 162. *Statutum est quod qui fecerit incendium . . . tam in edificiis, quam gerbis, Pagleriis, &c.*

PAGLIARICIUM, Cohors, Gall. *Basse-cour*, quod in ea servantur palearum acervi sic dicta; vel ab ædificiis in ea exstructis, quæ ut plurimum palea cooperiuntur. Charta Guillelmi II. Reg. Siciliae, apud Rocchum Pirrum in Sicilia Sacra p. 343. *Et quod in casali de Sabuchi fratres possint adificiare domunculas, Pagliaricia & quoddam oratorium fratrum deputatorum pro Massariis ad reddendas orationes altissimo Creatori.*

PAGLOLA, ab Ital. ut videtur, *Paglivola*, auri bracteola, Gall. *Paillette d'or*. Statuta Astens. ubi de Intratis portarum: *Aurum in Paglola tam in virga quam in plata . . . solvat pro qualibet onzia lib. xx.*

PAGLORIUS. Statuta Montis Regal. fol. 199. *Item statutum est, quod aliqua persona non audeat vel presumat ire ad aliquam batagloriam, seu Paglorios in toto sine & posse civitatis Montis Regalis, &c. f. Lupanar.*

PAGNA GENS, pro Pagana. Hac voce designantur Saraceni qui castrum Fraxinetum in Provincia diu occuparunt. Charta an. 993. in majori Chartul. S. Vict. Massil. fol. 28. vº. *Cum gens Pagna fuisset è finibus suis egressa, videlicet de Fraxineto & terra Tolonensis cepisset vestiri & à cultoribus coli, venerunt ad abbatem blandis verbis ut concederet eis Cathedram (la Cadriere) vestire ad medium vestem.*

PAGNI, Sportæ seu amplæ fiscinæ quæ equis clitellariis imponuntur, Gall. *Paniers*. Charta ann. 1309. to. 1. Hist. Dalphin. p. 87. *Levatur magnum pedagiun in hunc modum. De qualibet grossa bestia equina vel mulina onerata Pagnis venientibus de Francia, & re quæ portatur, cujuscunque hominis vel mulieris sit de Lombardia vel de Provincia, capiuntur tres solidi.*

PAGNOTA, Domus eleemosynæ; sic dicta à pane, Italis *Pagnotta*, qui ibi pauperibus distribuitur. Innocentius VI. PP. in Ep. an. 1361. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 905. *Cum pro usibus nostrorum hospitii & Pagnota, ad quam propter ingruentem ad præsens in Romana curia & circumstantibus partibus bladorum caritundinem major solito confluit pauperum multitudo, sex millia primo, & deinde pro usu Romanae curia alia sex millia modiorum frumenti de provincia nostra patrimonii B. Petri in Tuscia deferrri mandavimus ad curiam prælibatam.* Occurrit pluries ibid. in

Tom. V.

Epist. ejusdem Innocentii 50. 51. 52. 55. 67. Vide *Pignota*.

¶ 1. PAGO, pro *pagina*, Ager. Vita S. Romani Abb. Jurenfis to. 3. Febr. p. 741. *A limite scilicet Rheni sive flatibus Aquilonis usque Pagineum Mausatis extimum.* Vide *Pagina 1*.

¶ 2. PAGO, pro *Pagina*, Instrumentum. Charta Leodegarii Episc. Aptensis in Chartul. Apt. fol. 66. *Et sæculi leges & ecclesiastica jura præcipiant quod quicumque rem suam in alium transferre voluerit, per Pagineum scripturæ transferat.* Passim occurrit in eodem Chartul. Vide *Pagina 2*.

3. PAGO, pro Compago. Rabanus Maurus Poëm. 29.

*Undique conglobantibus
Membrorum Pagineibus.*

PAGOTI, Calones, inermes, vel ignavi, *Pagots*. Continuator Nangii an. 1356. *Qui etiam garcionibus & Pagotis sine defensione aliqua fugere non valentes se reddebant.* Vocis forte origo à *bagaudis*, de quibus suo loco, aut à *pagensibus* seu rusticis: nisi hoc loco legendum sit *pagetis*, de quibus supra.

¶ PAGUA, Solutio. Vide in *Pacare*.

PAGULA, *Frena*, in Glossis Isidori, sed legendum *Bagula*. Vide in hac voce.

¶ PAGUM, ut supra *Paçtum*, contractus. Placitum an. 878. inter Instr. Hist. Occit. to. 1. col. 135. *Inter se contententes consenserunt . . . ut inter se Pagum fecissent.*

PAGUS, in Gloss. Gr. Lat. *διηρημένος κατὰ χώραν τόπος*. Ita *Pagus* pars est regionis: atque ut regio in pagos, ita pagi in villas, oppida, & burgos tributis erant. Id pluribus jam docuere Freherus in Orig. Palatin. lib. 1. cap. 5. Cluverius lib. 1. Germ. antiq. pag. 91. Pithœus ad leg. Salic. Bignonius ad lib. 1. Form. Marculfi, Lindenbrogius, [Christian. Fr. Paullini de Pagis antiq. German. edit. Francofurt. an. 1699.] & alii.

¶ PAGUS, Collegium, curia. Gloss. Isid. & Anonymus in Codice Regio. Vide *Pagani*.

PAGUS, [Ager, territorium, comitatus, districtus,] quomodo *Pays* dicimus. Fortunatus in Vita S. Albini Episc. Andegav. n. 3. *Cum adhuc puerulus per Pagum in Abbatis sui proficisceretur obsequium. [Lex Salica tit. 1. Nam si in jussione Regis fuerit occupatus, maniri non potest. Si vero infra Pagum in sua ratione fuerit, potest maniri.]* Præceptum Childeberti apud Mabill. to. 3. Analect pag. 221. *Ut in ipso Pago Cenomannico accipere non debeant Ducem aut Comitum, nisi per electionem ipsius Pagi pontificis, & pagensium.* Aliud Caroli Mag. an. 771. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 10. *Abbas de monasterio Vivario peregrinorum, qui ponitur in Pago Alsacensi super rivum Morbach.* Eadem habentur ibid. col. 18. in Charta Ludovici Pii an. 816. ubi pro *Pago*, *Ducatu* legitur. Ermoldus Nigellus in Carmine pro Ludovico Imper. lib. 1. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 19.

*Nec facilis prohibere labor, quin agmine denso
Infesti cœant, diripiantque dapes.*

*Haud aliter Franci, cum primo tempore frugum
Adsunt, & Pagi munera diripiunt.*

Occurrit passim in Histor. Glabri Rodulphi apud Duchesnium to. 4. Hist. Franc.]

PAGELLUS, Pagus minoris amplitudinis, vel tractus. Charta Ludovici II. Regis, apud Guillimanum lib. 1. de Rebus Helvet. c. 2. *Curtim nostram Turegum in pago Turgaugensi, & Pagellum Urania, &c.* Charta Caroli Calvi an. 861. in Appendice Capitular. num. 90. *Simul etiam dixit nobis de qui-*

B ij

- busdam Pagellis, qui suæ sunt parochie, &c.*
- PAGENSES, ejusdem pagi homines qui una eademque lege vivunt, in Lege Longob. lib. 2. tit. 18. §. 7. tit. 35. §. 12. in Capit. Caroli Magni lib. 3. cap. 43. lib. 4. c. 19. in Capitulari ejusdem Caroli ann. 797. cap. 4. & in Formulis non semel. Odo Cluniac. libro 1. de Vita S. Geraldii cap. 7. *Satius esse temerarios vi bellica premi, quam Pagenses & inermes ab eisdem injuste opprimi.* Adde cap. 25. & lib. 3. c. 5. Charta 77. inter Alamannicas Goldasti: *Ante Pagenses nostros omnem rem nostram & hereditatem paternam communis manibus tradidimus ad ipsum Monasterium.* Infra: *In earatione quod superius scriptum est, & ipsum censum in silvaticas feras, quantum possumus consequi solvamus, & quantum non possumus, quod ceteri Pagenses nostri faciunt Regi aut Comiti, ita & nos ad ipsum Monasterium faciamus.*
- PAGENSES, interdum dicuntur qui ex pago & districtu Comitum sunt; non solum quod pagis præessent, sed & civitatibus: nam & Pagenses civitatis dicuntur in Form. 4. apud Lindenbrog. Ita porro in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. §. 17. lib. 2. tit. 51. §. 7. tit. 52. §. 14. in Capitul. 3. an. 811. cap. 1. 6. in Capit. Caroli Magni lib. 3. cap. 73. in Appendice 3. lib. 4. cap. 10. in Epist. Episcoporum Franc. ad Ludovicum Regem cap. 12. in Edicto Pistensi cap. 26. in Concilio Valentino III. an. 855. cap. 23. in Formula 39. ex Lindenbrogianis. Gregorius Turon. lib. 8. cap. 18. *Wintrio Dux à Pagensibus suis depulsus, Ducatu caruit, &c.* Tabularium Dervenensis Monasterii: *Et quia Pagensis erat, & quomodo terra pergeret sciebat, &c.* Galli dicerent, *parce qu'il estoit du pays.* Interdum etiam
- PAGESII, eadem notione, in Charta an. 1434. ex Tabul. Archiep. Aufc. *Item fuerunt capti plures per dictos inimicos ad causam dictorum patuorum, inter alios quidam Pagesius de Barta qui habuit frivare centum scuta.*
- PAGENSES dici videntur qui nec summi, nec infimi ordinis sunt, in Translat. S. Hilarii Episc. Carcaffon. an. 970. inter Instr. to. 2. Hist. Occit. col. 120. *Conglobati sunt pariter prædicti proceres, id est Rogerius Comes cum conjuge sua Adalais, & dom. Episcopus Franco, & Abbates Warinus & Benedictus, cæterorumque tam procerum quam etiam illustrissimorum virorum & clericorum insignis turma, necnon & Pagensium utriusque sexus copiosa plebis in prædicto cœnobio.*
- PAGENSES dicuntur Sacerdotum plebes, ejusdem Parochiæ, ut apud Odonem Cluniac. lib. 1. Col. lat. c. 22. & in Lege Longobard. l. 3. tit. 1. §. 29.
- PAGENSES FRANCI, Liberæ conditionis, in Edicto Pistensi c. 26. quibus opponuntur
- PAGENSES, nude interdum dicti, i. rustici, servi glebæ. [*Homi pagées, in Foris Beneharn. art. 4.*] Agobardus Lugdun. lib. de Privileg. & jure Sacerd. n. 11. *Habeo unum Clericium, quem mihi nutrivit de servis meis propriis, aut beneficalibus, aut Pagensibus.* Tabularium Lascurrense, apud Marcam lib. 4. Hist. Beneh. cap. 10. *Dedit B. Petro in morte sua corpus suum in sepultura, & unum Pagensem in Bardinis, donec aliquis suæ generationis daret B. Petro 300. solidos pro Pagensi.* Tabular. S. Petri Generensis apud eundem lib. 9. c. 3. *Dedit B. Petro totam tertiam partem mercati Lurdensis, & unum Pagensem in Ader, & unum casalem nominatum Susach, &c.* Instrum. an. 984. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 334. *In presentia Guillelmo Comite . . . & aliis plus bonis hominibus tam satellites quam Pagenses, quicquid in presentibus partibus fuerit*

- hordinatum habebit plenissimam firmitatem.* Tabular. Rothon. to. 2. Hist. Britan. p. 56. *Tunc respondit Ratfred se ibi non habere sumptum, quia non erant ibi sui Pagenses.]*
- PAGENSALES, Idem qui Pagenses, in Capitulari Pipini Regis Italiae c. 36.
- PAGESII, Pagenses, Villani, glebæ obnoxii: *Pages, Occitanis rustici.* Fori Bigorritani art. 33. *Pagesius qui in consuetudine non habet somatas deferre, si inventus fuerit à Milite, &c.* Secunda Curia Generalis Cataloniae an. 1299. *Exceptis Pagesibus, & filiis Pagesiorum de terris ubi consueverunt redimi. Quo loco pagesibus idem est ac pagesiis.* Tabular. Brivatense an. 1256. *Investio & in possessionem quasi induco prædictum Bartholom. de Portal Pagesium prædicti campi, qui Pagesius de mandato meo promisit reddere deinceps dictum debitale, &c.* Charta alia: *Volumus quod ille qui Prior fuerit, habeat in dictis mansis decimas carnalagii, & primitiam à quolibet Pagesio dictorum locorum, qui nunc sunt, scilicet unum panem primitialem, &c.* [Tabul. Piperac. *Prior dictæ Ecclesiæ & dictus Comes assensaverunt & concesserunt quibusdam Pagesiis subannuo censu xx. sol.* Tabular. S. Johannis Tolos. *Recognovit & confessus fuit dicto procuratori & michi notario . . . se tenere & tenere velle dictas res & possessiones in emphyteosim . . . pro quibus omnibus & singulis promisit esse bonus Pagesius & fidelis.]*
- PAGESIA, Tenementum Pagensium, quod apud nos Villenagium dicitur. Constitutiones Cataloniae MSS. *Ne quis per aliquem titulum adquirat honores alicujus personæ, neque honores rusticorum, sive Pagesias sine consensu dominorum suorum.* Charta an. 1240. ex Tabul. Brivatensi: *Et 2. troffis pallia quæ annuatim percipere consuevi apud Crespiacum in Pagesia sive tenemento quondam Petri de Conchas.* Alia an. 1272. fol. 180. *In emphyteosim sive Pagesiam.* Charta an. 1279. in Tabulario S. Flori in Arvernus: *Conventus Monasterii S. Flori, & cum Pagesia, seu tenentia quam tenebat.* Alia an. 1261. *Dederunt & concesserunt in perpetuam emphyteosim, seu Pagesiam, eidem Austorgio . . . mansum de Vedrinis.* Alia: *Unam gallinam, quam debet in dictis duabus Pagesiis quas tenet.* Alia an. 1274. *Dico tamen quod si illi qui habent ibi Pagesias, alienarent, quod ego deberem laudare, & vendas habere.* Charta an. 1306. in Comitatu Ruthenensi exarata, ex 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. Tabularii Regii n. 7. *Videlicet quasdam Pagesias seu emphyteosias in pratis & terris circa dictum molendinum ab emphyteotis mansi Del Maionil & quibusdam aliis ignobilibus, pro quibus dare debet certum censum consuetum & incartatum domino nostro Regi, &c.* Infra: *Et pro medietate dictarum Pagesiarum Dominus Rex vendas habere debet.*
- TENERE IN PAGESIAM, Idem ferè est quod tenere in Villenagium, vel in censum. Tabular. Brivatense fol. 1. *Ita quod Pagesii, qui tenent dictam terram ad censum, &c.* De ejusmodi tenura, sequentia excerptimus ex adversariis Augusti Gallandi celeberrimi Advocati Parisiensis, alia tamen manu descripta, quæ illustriff. & doctiff. viro Guill. de Lamignon Primo Senatus Parisiensis Præfidi debemus: *Tenir en Pagesie est une espece de tenure qui se trouve spécifiée és terriers de plusieurs Seigneuries és pays de Velay, de Forests, & de Bourbonnois, & est de mesme effet que terre en freresche és pays d'Anjou, Touraine, & le Maine, ou que les Masures en Normandie: c'est à dire que chascun des detenteurs du fond est tenu solidairement aux cens & redevances, sans que le Seigneur soit tenu de diviser ny s'adresser à tous les detenteurs si bon lui semble. Ce qu'estant rude pour les debiteurs qui*

se multiplient de temps en temps, la prudence des Normans a esté telle, que l'une des maisons tenans en mesure est le Collecteur de la redevance sur tous les detenteurs, & pour ce qualifié Prevost fondé à faire la contrainte pour paier le Seigneur. Charta Petri Danglars an. 1294. *Recognosco me tenere in feudum francum à D. Herrico D. G. Comite Ruthenensi scilicet pratum meum, quod tenet à me in Pagefiam Deodatus del Boisso, &c. . . Item plus totam fazendam meam, quam tenet à me in Pagefiam Laurentii de la Baiaria, &c.*

Prædia seu tenura quæ in pagefiam tradebantur, interdum relevio obnoxia erant, hoc est, jura quæ domino fundi & directo competunt pro mutatione domini, quovis modo eveniat, debebant. Charta Annæ d'Abfaco dominae de Monte-Astruco an. 1488. *Bladum vero (solvent feudatarii) & avenam in festo B. Michaëlis Archangeli mensis Septembris, castanhas in festo Omnium Sanctorum, argentum & gallinas in festo Nativitatis Domini, & quatuor manuoperas ad voluntatem dicti domini cum accaptagiis in dicto loco de Monte-Astruco exsolvi consuetis in mutatione domini vel Pagefiis, quando contingerit evenire.*

PAIA, Solutio, Gall. Paie. Charta Gregorii IX. Pape ex Regesto Eccles. Lugdun. *Pro pagamentis, quæ Paia vulgariter nuncupantur.*

PAIARE, Idem quod Pagare, solvere, ex Gallico Paier. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 46. extremo, ubi statuitur superius indumentum Baronum, cum hominum Regi præstant, ad Camerarium Regis pertinere: *Quod plus honeste dictum est pro religiosis quam secularibus, quia honestius est quod Religiosi (Prælati) Paiant pro superiori indumento, quam exuant.*

PAJELLA, Certâ lignorum mensura apud Tolosates; *Pajellare, Pajella metiri; Pajellator, Cui ex officio ligna pajellare competit.* Charta Petri de Roteys vicarii Tolos. an. 1272. ex Cod. MS. Consuet. & Privil. urbis Tolos. fol. 27. in Bibl. D. Abb. de Crozat: *Requirimus. . . quatenus amodo faciatis fieri per magistros & carpentarios vestros & fusterios vobis subditos fustas bonas & pulcras & de legitimis Peciellis (i. Pajellis), videlicet quod pèytrales de tor & de abiete de vi. brachiatis & de v. & de iv. quod illas habeant infra trancos & infra escalmamentos secundum longitudinem cujus debent esse. . . & fustes de tribus brachiatis & de duabus & dimidia & de duabus quæ sunt pedales & palmales, & quod sint prædictarum Pajellarum infra trancos. . . Et quod columpnæ quæ appellantur de Pajella habeant unum palmum de amplo & tres digitos de spisso. . . Nec aliquis prædictorum fusteriorum Tholosa, vel aliquis alius emptor fustæ seu trabum sit ausus solvere precium nec solvat donec ipsa fustæ fuerit à Pajellatoribus per nos constitutis fideliter Pajellata.*

PAIGA, Solutio. Vide Pacare.

PAILES. J. Less. Scot. de Orig. moribus & rebus gestis Scotor. apud Spelmannum: *Ædificia sunt casa & tuguria, de quorum incendiis nihil sunt solliciti: potentiores sibi pyramidales turres, quas Pailles vocant, ex sola terra, quæ nec incendi, nec nisi magna militum vi ac sudore dejici possunt, sibi construunt.*

PAILHUM, f. idem quod Pastio, Censûs vel tributum pro glandatione & jure pascendi porcos in silva domini. Charta an. 1231. *Vendidit & donavit azempium de tailho & Pailho super omni jure suo, quæ habebat & decimario S. Bausilii d' Anhas.*

PAILLARDUS, Scortator, libidinosus. Statuta pro Canonicis S. Capellæ Paris. p. 10. *Quod nullus deferat caligas rebrassatas ad genua ad modum Paillardorum.* Menoti Sermones fol. 116. *O domini mei ne vela pas grant oultraige? vos qui estis domini*

Consilii, quid videtis vobis faciendum illis malis Pail-lardis? R. malos male perdet. Vide Menagium in Orig. Gall.

PAILLO, Pannus, velum quod domibus, prædiis aliisque possessionibus, vel ratione gardie vel hypotheca, apponitur. Ordinat. Philippi V. an. 1319. to. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 690. *Volumus & concedimus eisdem, quod de cetero, ad quorumvis instantiam panuncellus, Paillo, brando, baculus, vel quodvis aliud simile signum regale in quibusdam abbatibus, religiosis locis, aut aliis quibuscumque existentibus, infra altam justitiam Baronum, vel nobilium aut habitantium prædictorum ratione gardie nullatenus apponantur, appositæque jubemus illico amoveri, esto quod illi ad quorum instantiam, seu requestam tales penuncelli, Paillones, brandones, baculi, vel alia similia signa regalia jam posita, &c. Vide Brando 2.*

PAIOLA, Puerpera, ex Ital. Pagliola, in Statut. Mediolanenf. 2. part. c. 257.

PAIRONAL, an Censûs qui exigitur à domino feudali pro singulis focis seu domibus subditorum ac tenentium suorum? Charta an. 1233. in minori Chartul. S. Victoris Massil. fol. 142. *Servitium censuale quod faciunt homines qui morantur & faciunt focum in tenemento de Santropes. . . Consistebantur quod quodlibet albergum Paironal seu foca faciebat pater pro tota familia.* Vide Payrola, Payrolius.

PAISARE, apud Rollandinum in Chronico Patavino cap. 2. lib. 4. cap. 41. ex Ital. Paesare, Hesychio, *ἀργαγεύειν, Courir le pays.*

PAISNAGIUM, in Chron. Bonæ-Spei pag. 125. idem quod Pastio. Vide in hac voce.

PAISO. Vide mox Païso.

PAISSELLARE, Idem quod Paxillare. Vide in hac voce. Charta an. 1270. in Tabular. Eccl. Autissiod. fol. 108. *Quam (vineam) circumfodient, taillabunt, Paissellabunt, fodient & binabunt.*

PAISSELLATOR, PAISSELLIA, Qui paisselliis seu paxillis vineam fulcit. Charta Libertat. Bello-mont. in Cod. MS. Coislin. *Liberantes & absolventes prædictos homines ab omni tallia, . . . falcatoribus Paissellatoribus & Paisselliis.* Vide Paxillare.

PAISSO, Pastio porcorum in silvis, glandes, ex Gall. Païsson, ut est in Consuetudine Pictavensi art. 159. *Monasticum Anglicanum to. 1. p. 594. Et decimam omnium nemorum de honore Halmaci in Paissone, venditione, & omnibus aliis exitibus: & pasturam & Païssonem omnibus porcis suis, &c. Pag. 596. Et in nemore de Haunac ignem & materiam ad omnia adificia sua, & Païsson porcis suis, & pasturam cum his animalibus suis. Pag. 682. Et in Acheleia 30. acras terra, & Païssonem centum porcorum, & communem pasturam, quæ Robertus filius Lancelini dedit eis in liberam elemosinam.* Charta Libertatum S. Paladii in Biturigib. an. 1279. *Excepto tempore quo pastio sive Païssons erit in illa foresta generalis.*

PESSUS, Eadem notione. Ibidem p. 116. *Concessit autem ut porci Prioris cum suis in Pessum communiter eant, & pannagium edant.*

PESSO, PESSONA. Charta Guillelmi Catalaunensis Episcopi, an. 1225. *Ita quod illi qui excolunt illas terras in nostris nemoribus de Marchesvilla usufructum suum habebunt libere & quiete, videlicet nemus vivum ad herbagium, & nemus mortuum ad calefaciendum; & Pessonem porcorum suorum, & pasturam aliorum animalium suorum, ibidem in domibus suis nutritorum.* Bracton. lib. 2. cap. 34. §. 1. *Quot acra bosci valeant. . . . cum Pessona, vel sine.* Adde eundem lib. 4. Tract. 1. cap. 38. §. 12. Charta Rotroci Comitum Perticensis an. 1136. *Pasturam glandium, & Pessona*

nam, ac pasnagium pro suis porcis, ac animalibus quibuscunque, &c. [Monast. Anglic. to. 2. pag. 231. Quod... homines sui in bosco de Derley, apud Cruche, Pessonam, scilicet glandes & nuces virgis & cortis excussissent. Idem pag. 113. Quod habeat decem porcos in tempore de Pesson in bosco meo.]

PAJUM. Charta Adefonsi Imperat. Hispaniæ apud Colmenaresium in Hist. Segobienfi cap. 15. §. 11. Concedo etiam eis, ut quicumque voluerit in domo sua furnum faciat. Sed furnus de Pajo nullus nisi ille, qui de palatio fuerit in tota villa fiat.

¶ **PAKTHRED**, vox Anglica, Funiculus, Gallice *Ficelle*. Computus ann. 1425. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. p. 574. Et in VIII. snoden de Pakthred emptis ibidem pro quodam reti faciendo pro cuniculis capiendis hoc anno VI. sol.

1. **PALA.** Isidorus lib. 20. cap. 14. & Papias, *Pala*, quæ ventilabrum vulgo dicitur à ventilandis paleis. Amos Propheta cap. 9. *Pala frumenta in area ventilantur.* S. Hieronymus contra Luciferianos: *Nemo sibi potest Christi Palam assumere, nemo ante iudicii diem de hominibus iudicare*, ubi quidam palmam legunt. Utuntur præterea Tertullianus & S. Cyprianus. Hinc

¶ **FRUMENTUM DE PRIMA PALA**, Quod semel est ventilatum. Chartarium Eccl. Auxit. cap. 98. *Triginta concas frumenti ad mensuram de Auxis, & eas in villam istam afferrent. Frumentum autem debet esse de prima Pala.*

2. **PALA ALTARIS.** Vide *Palla* 2.

3. **PALA**, Fossorium instrumentum quo solum vertitur, nostris *Paele*, vel *Pele*. Chron. Windeshemense lib. 2. c. 31. *Palas & fossoria, follos & muscipulas, trabas atque gerulas, & cætera similia ad formam fabricando.* [Charta ann. 1036. in Chartular. S. Vedasti Atrebat. V. p. 243. *Qui facillas vendit in anno, 1. facillam. Qui ferrum Palarum in anno, 1. ferrum.* Guillelmus in Vita S. Bernardi tom. 2. oper. ejusdem col. 1083. *Cumque pavimentum omne operuissent, Palis ejicientes eas (muscas) ita demum basilicam mundaverunt.*] Vide Plin. lib. 18. cap. 6.

¶ 4. **PALA**, Instrumentum coquinarium, batillum. Computus an. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 273. *Angelo de Apparere per manus Guillelmi de Bles magistri coquina domini pro incisoriis, ... astis, Palis, & aliis rebus, &c.*

¶ 5. **PALA**, Stipes, palus, Gall. *Pieu*, Genus tormenti apud Turcas, quo per medium hominem stipes adigitur, qui per os emergat. Instrum. an. 1459. to. 8. Spicil. Acher. pag. 321. *In servitute pueri capiuntur, matrona ac puella libidinem foedissima gentis replere coguntur: virorum alii cruces, alii Palas subeunt.* Capitul. Caroli M. an. 794. *Si servilis conditionis ... flagelletur nudus ad Palam coram populo.*

¶ **PALACITIUM**, pro *Placitum*. Vide *Gravaria*.

¶ **PALACIUM**, pro *Palitium*, Contextus & series palorum, Gallice *Palissade*. Litteræ Johannis Comit. Armaniaci ann. 1353. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 4. pag. 324. *In claudendo, muniendo & fortificando eandem (bastitam) fossatis, Palaciis, &c.*

¶ **PALACTA**, Pila, Gall. *Boule*. Acta S. Francisæ Romanæ to. 2. Martii pag. 165*. *Lapidabantur enim à demonibus cum Palaëlis ferreis & igne succensis.*

PALÆ, Ugutioni, *Dorsi dextra levaque eminentia membra*, dicta sic, quia in luctando eas promimus, quia luctari vel luctum Græci dicunt *Palim*. [Isid. lib. 11. cap. 1. *Pala, sunt dorsi dextra levaque eminentia membra: dicta quod in luctando eas promimus, quod Græci παλαίω dicunt.*] Cælius Aurelianus lib. 3. Chronic. cap. 2. *De hinc vaporaciones inter scapulas sive Palas*

adhibenda. [Nostris *Paleron* dicitur pars scapulæ prominens, *omoplata*.]

¶ **PALÆMULIERES.** Ugutio: *Vigilia, quæ vulgo dicuntur Palamulieres.* Ubi forte *pala*, idem valet quod *pallida*, cuiusmodi esse solent illæ mulieres quæ vigiliis gravantur.

¶ **PALÆSTRARE**, Luctari, certare. Supplem. ad Vitam S. Bonifacii to. 1. Junii pag. 474. *Eadem nocte vir Dei in somnis putabat se cum tauro Palastrare.* Pro impense laborare, apud Fulgent. 1. Mythol. *Sudor hic opus est Palastrantis ingenii.*

¶ **PALÆSTRIZARE**, Eadem notione, in Vita S. Godelevæ to. 2. Julii pag. 373. *Palastrizans in Palastra, galeante Dei dextra se, sortitur bravium.*

PALAFREDUS, **PALAFRENARIUS**, **PALAFRENUMS**, &c. Vide *Paraveredi*.

PALAGIUM, **PALLAGIUM**, Tributi species. Sugerius lib. de Rebus in administr. sua gestis c. 11. *Removimus etiam ab eadem terra quandam consuetudinem malam Vicecomitis Stampensis, quæ Palagium vocatur.* Charta Ludovici Reg. Franc. ann. 1144. in Tabul. S. Dionysii: *Talliam de annona quæ dicitur mestiva, avenam quam accipiebat ab unoquoque hospite, porcos, sive frescengias, anseres, gallinas, pullos, ... corveias, & carectum, Palagium, expeditionem, latronis redditionem, &c.* Charta foundationis Abbatie Savigniæ ab Henr. II. Rege Angl. *Quieta de omni teloneo & passagio, ... pasnagio, cohugio, Pallagio, servicio, &c.* [Hist. MS. Beccensis Monast. p. 592. *Amalricus Vicecomes de Meseio Palagium navium & beccarum Becci quod jure hereditario sibi deberi contendebat, penitus remisit Beccensibus.*] *Palagium navium & baccorum*, in veteri Charta in 20. Regesto Chartarum Regum Angl. in Camera Comput. Paris. p. 24. Videtur eadem præstatio quæ *Pellage* appellatur in Consuetud. Meduntensi art. 186. quod competere aiunt dominis qui prædia sua vel agros aut portus habent Sequanæ fluvio adjacentes, in Balliviis Meduntensi & Mellentensi, quibus præstatur certus census pro doliis vinariis quæ in eorum portibus onerantur in navigiis, vel ex iis extrahuntur. Gallandus *Pellagium*, ab appellere dictum censet in Adversariis MSS. cui non assentior.

¶ Idem jus exactum quoque pro solo navium appulso, earumque in portu ad *palos* alligatione, unde vocis etymon, probant Litteræ patentes à D. de Lauriere in Glossario Juris Gallici v. *Pellage* laudatæ ex Lib. rub. novo Magist. Castelleti fol. 4. *De laquelle terre de Fresne dependent plusieurs gros fiefs & droits, comme droits de justice & jurisdiction haute, moyenne & basse, four, moulin & pressoir banniers, rouage de vins qui se levent en ladite terre & seigneurie, & aussi Pallage sur la riviere de Marne des bateaux qui garent en ladite riviere, & abordent le long d'icelle terre & seigneurie.* Idem apertius docet Tabular. Latiniac. an. 1442. *Les Religieux de l'Eglise de S. Pierre de Lagny ont en leur terre & seigneurie ung droit seigneurial nommé & appelé le Pallage en toute leur terre & seigneurie au long de la riviere de Marne ... C'est assavoir que toutes & quantes fois que aucuns basteaulx, nefz ou nasselles vuides ou chargées, menans denrées ou marchandises estoient arrivez ou arrivoient à port sur ladite terre & arrivaige, & que les marchands bastelliers, voituriers menans & conduisans iceulx basteaulx mettoient ou affichoient en ladite terre, rivaige, aucuns pieulx ou pieu pour à iceulx pieulx ou pieu atacher & lier leur dis basteaulx ou basteau, soit qu'ils les affichent ou qu'ils trouvent lesdits pieulx affichés, iceulx marchands voituriers sont tenus & doivent payer ausdits Religieux ledit droit de Palaige &*

atache; c'est assavoir huit deniers Tournois avant qu'ils puissent ou doyent deslier leursdits basteaulx. Idem ergo *Palagium* quod alibi *Arripagium*, *Arrivagium*, *Anchoragium*. Vide in his vocibus & infra *Pelagium*.

PALALDUIT, Consuetudines Ecclesiæ de Regula apud Labbeum: *Item Passapont recepit nomine nostro de ligassa lini Palalduit in foro, & plenam manum lana, juxta quod ibi fuerit.*

¶ **PALAMEISIUM**, Crates, ni fallor, in qua casei reponuntur, in Statutis Montis Regal. fol. 308.

¶ **PALANCATUM**, **PALANCHATUM**, vox Italica, Contextus & series palorum, Gall. *Palissade*. Memoriale Potestatum Regiens. ad annum 1238. apud Murator. to. 8. col. 1110. *Et ipsi Brixienfes suspenderunt captos Imperatoris pro brachiis extra Palancatum civitatis.* Ibid. ad an. 1266. col. 1166. *Tanta fuit in dicto castro sitis & fames . . . quod dictum castrum, dum ipsius Palancatum die tertio Julii per violentiam perdidissent, jam ad extrema deducti, habito personarum affidamento, reliquerunt.* *Pallancatum*, ibidem col. 1114. Annal. Mutin. ad an. 1226. apud eundem Murator. to. 11. col. 69. *Die quarto Julii in Sabbato captum fuit per vim & combustum Palancatum dicti castri.* Occurrit rursus col. 77. & 82. *Palangatum*, in Chron. Modoët. Bonincontri Morigiæ ibid. to. 12. col. 1137. Thomas Reinesius in Defensione var. lect. pag. 131. *Vocabulum parcus, pro silva, muro, palicio vel Palanchato, ut loquitur Petrus Crescentinus, verubus cincta servandis veris; pro curte & clausura animalium usurpant Latino-barbari, Itali, Galli, &c.* Vide *Palitium* & *Palongata*.

¶ **PALANGA**, **PALANGARIUS**. Nonius: *Palanga dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad littora subducuntur: unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt.* *Levamentarii* vocantur in Cod. Theod. l. 1. tit. 5. de Naviculariis; unde nostrum *Levier*, quia levandis oneribus aptum. Vide *Falanga*.

¶ **PALANGARE**, Fustibus deducere. Afranius: *Carinam unam semilaceram quaterni simul Palangabant.*

¶ **PALANGATUM**, ut *Palancatum*. Vide in hac voce.

PALANSGRAVIUS, Comes Palatinus, Germanis *Pfaltsgreve*, vel *Pfaltsgraffen*, ex Theutonico *Pfalts*, five ex vetusta dialecto *Pfallems*, Palatium vel Curia regalis: unde hodie Curia Argentinenfis die *Pfalts* appellatur. Glossæ veteres à Frehero laudatæ: *Palatinus*, *Palensgreve*. Speculum Saxon. lib. 3. art. 52. §. 5. *Palatinus seu Palansgravius, Imperatoris Judex est.* Et art. 53. §. 1. *Qualibet provincia Theutonice terra habet suum Palansgravionatum, Saxonia, Bavaria, Franconia, & Suevia.* Vide *Comites Palatini*.

PALANTIA, **PALLANTIA**, Palatinatus, Jurisdicctio Comitum Palatini, seu jus lites decidendi supremo jure, cujusmodi habuit Magdeburgum ex Imperatorum indulto, uti videre est in Charta Ottonis II. apud Goldastum tom. 1. Constit. Imp. p. 226. & in Wichbild Magdeb. art. 12. & seqq. & quinque aliæ Saxonie civitates, quæ ideo *Palantia* dictæ, ut est in Speculo Saxon. art. 62. §. 1. Vide Freherum in Orig. Palatin. part. 1. cap. 2. Gorop. Bekanum lib. 2. Francicorum p. 44. &c. Chronicon Magistri Jordanis pag. 106. & infra in voce *Palas*.

¶ 1. **PALARE**, f. Locutorium, vulgo *Parloir*. Tangmarus in Vita S. Bernwardi Episcopi Hildesh. apud Leibnit. to. 1. Script. Brunsv. p. 451. *Præsidente domino Gerberto Apostolico cum Imperatore (Hen-*

rico) in *Palare*. Nostris etiam usitatum fuit *Paller* pro *Parler*, loqui: *Palaures* pro *Paroles*, in For. Beneharn. art. 39.

2. **PALARE**, **PALATA**, **PALATICUM**. Willelm. Brito in Vocabulario MS. *Palo, las, dicitur palis aptare, vel palis parare, à palus, li.* Apud Columellam lib. 11. cap. 2. *Vitis palari dicitur, quæ pedamentis fulcitur.*

PALATA, Palorum series, Italis *Palata*, nostris *Palissade*; maxime ad continendas aquas in molendinis. Charta Guill. filii Rogerii Ducis Calabriae an. 1142. apud Ughellum in Episc. Frequentinis: *Et cum lignaminibus sufficientibus ad aptandam varcaturam solum pro Palata ejusdem molendini.*

PALATICUM, Tributum quod pensatur pro jure figendi palos in fluvio ad opus molendini aut excludarum. Tabularium Majoris Monasterii Turon. seu Vindocinense Thuani, Charta 87. *Expetivit censum de Palatico molendini quem nobis vendidit. . . . nam palus ejusdem molendini fixus erat in terra ipsius.* Et mox: *Et quidem census 4. denar. de terra illa reddebatur, non tamen pro Palatico, sed pro motatico, hoc est pro eo quod ex ipsa terra prenditur ad opus exclusæ molendini illius.* Infra: *Palus molendini in terra de Radenaco fixus est, censum de eo reddi petit.*

Inter operas & servitia consueta *Palos* dare & figere ad opus molendini tenebantur rustici. Charta Chrodegangi Episcopi Metensis apud Meurissium in Historia Metensi p. 168. 169. *Debent autem . . . aquam molendinariam mundare, Palos dare, domum ipsam edificare, &c.* Infra: *Solvit unusquisque 30. denarios . . . cum Palis molendinariis & verubus, & reliquum omne servitium, &c.* Vide *Palificatura*.

PALORUM SERVITIA ad opus Castellorum. Tabularium Dervenfe: *Sex prandia & carropera ad Palos virgasque ferendas ad opus Castri sui, hoc modo ut mane euntia in vespere reverterentur.*

¶ 3. **PALARE**, *Ædium parietes palliis exornare, Tappiffer.* Vide in *Pallium* 2.

PALARIA, *Cum milites ad palos exercentur.* Papias, ex Sofipatro lib. 1. Instit. Gramm. Gloss. Gr. Lat. *Όταν στρατιώται μεθ' όπλων γυμνάζονται, Palaria.* Vide *Paletare*.

¶ **PALARIS SILVA**, in qua pali cæduntur seu ad fulciendas vites, seu ad aliud quodvis opus. D. lib. 7. tit. 1. l. 9. *Nisi forte salicti ei vel sylva Palaris vel arundineti ususfructus sit legatus.*

PALAS. Ita Palatium Trevirense vocat Ditmarus lib. 6. pag. 68. *Propter hoc subdola generationis furor accenditur, Palas à Trevirensibus contra Regem firmatur, ac terra hac, hætenus pacifica, crebris concremationibus quatitur, &c.* Mox: *Obsidione etiam continua eos, qui Palas turbarant, in tantum constrinxit, ut fame & assidua impugnatione defatigati, aut interius perire, aut in potestatem Regis inviti deberent exterius venire.* Adde Historiam Trevirensis in Spicilegio Acheriano to. 12. p. 236. *Regionem, cui Capellatii, vel Palas nomen erat, ubi terminales lapides Alamannorum & Burgundionum confinia distinguebant, memorat Ammianus lib. 18. ad quam Palatinorum Comitum nomenclaturam & originem referunt Aventinus, Rhenanus, & alii, levi sane fundamento: quasi Comites Palatini non iidem essent qui Comites Palatii, de quibus fufe egimus ad Joinvillam.*

¶ **PALASEA**. Vide *Plasea*.

PALASTRIA, [f. Idem quod *Paisellia*, Paxillus, Gall. *Echelas*. Vide *Paisellator*.] Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. *Id mihi placuit delegare, ut villa Nimione . . . cum vineis, quæ Frontanito ad*

Palastrias & vinitores esse noscuntur, &c. [Ubi *Plastarias* minus bene edidit *Courvaifier* in *Hist. Episc. Cenoman.* p. 188. *Cum vineis quæ fundi ratione aptæ ad Plastarias & vinitores esse noscuntur.* Quod de *gypsi fodina* interpretatur *Menagius* in *Probat. Vitæ Guillelmi Menagii* p. 531.]

1. PALATA. *Historia Cortusiorum* lib. 11. c. 10. *Ungari auxilio bannitorum Tarvisii in Palatis Venetorum ceperunt navigantes: unde Palata clauduntur* (al. dicuntur) à *Venetis.* *Chron. MS. Andree Danduli* an. 1238. *Qui resistentes Palatas claudunt, & bellatoribus muniunt.* [*Pallata*, in edit. apud *Murator.* to. 12. col. 457.] *Raphanus de Carefino* in *Chron. MS.* an. 1379. *Magno impetu transferuntur ad Palatam firmatam in canali.* [*Annal. Cæsenates apud Murator.* to. 14. col. 1151. *Castrum ipsum occupavit & Palatam portus fecit comburi & buccam impleri portus.* *Ibid.* col. 1183. *Comburi fecere totam Palatam dicti portus.*] *Videntur dicti loci in æstuariis Venetis palis conclusi.* Vide supra *Palare* 2.

¶ 2. PALATA, inter varia ornamenta & vestes recensetur in *Charta* an. 1382. apud *Rymer.* to. 7. p. 356. *Palatam, quinque mantellos de panno Hibernico.* Idem videtur quod *Palletot* vel *Palthot*, quo nostri vestis militaris five pallii genus significant, Aliis *saldo* vel *paldo* dictum. Vide *Faldones. L'An des sept Dames* apud *Borellum*:

*Je ne vettray en Palletot,
Vers ma sixiesme iray soubit
Pour l'abiller sans dire mot.*

¶ PALATA ARMA, vox *Heraldica*, nostris *Armes palés*, *Palis* aureis & rubris exarata. *Litteræ patentes Ludovici III.* ann. 1432. apud *Honoratum Bouche* in *Hist. Provinc.* pag. 447. *Deferat* (civitas *Aquensis*) *in presenti arma, seu insignia Marchionum Catalonia quæ listata seu juxta galatium vulgare, Palata de auro & guellis esse noscuntur.* Nostris *Palé d'or & de gueules.* Vide in *Pallium* 2.

PALATÆ, PALATHÆ, in lib. 1. *Reg.* c. 25. in 1. *Paralipom.* c. 12. & *Judith* c. 5. *Massa de ficis, dicta quia inter duos palos posita siccantur ad servandum:* ita *Papias.* *Auctor Mamotrecti: Palatas, i. ficus inter palos compressas.* *Eucherius Lugdun.* *Palatha, in Regnorum, massa quæ de recentibus ficis compingi solent, & Græcum est, Παλάθη.* *Gr. Lexicon Herodoti: Παλάθας, τὰ ἐν τευγῶς κλάσματα, κυρίως δὲ ἡ τῶν συνῶν ἐνάλληλος ἑστῆς.* *Aldhelmus de Virg.* cap. 21. *Tempore præpostero, id est vernali, non autumnali, divinitus impendebantur mala punica, & mala granata, cum palmeti dactylis, quos Nicolaos vocant, favos, uvas, & Palatas, id est, ficarum caricarum massas, &c.* Vide *S. Hieronym.* in cap. 6. *Ezechiel.* sub finem.

PALATIA REGIA, PUBLICA, Ea dicebantur, quæ Reges nostri intra ditionum suarum limites variis in locis ac provinciis habebant; quo, si hac iter facere incumberet, in ea diverterent, ac interdum hiemarent. *Vita Ludovici Pii* an. 796. de *Carolo M.* *Ordinavit qualiter in quatuor locis hiberna transigeret, ut tribus annis exactis, quarto demum anno hiematurum se quisque eorum susciperet locus: Theodwadum scilicet Palatium, Cassinogilum, Andiacum, & Eurogilum; quæ loca, quando quartum redibatur ad annum, sufficientem regio servitio exhibebant expensam.* Ex quibus patet hisce palatiis ac suburbanis attributos & annexos fuisse amplos reditus, quibus regia aleretur familia. *Narratio de depositione Ebonis Remorum Archiepiscopi* an. 835. *Qui scilicet Lotharius veniens per Imperialia Palatia adduxit patrem suum usque Sueffionis ad Monasterium S. Medardi.* *Annales Francor. Bertiniani* p. 868. *Carolus*

autem per curtes regias in pago Laudunensi consistentes pergens, &c.

In hæc etiam divertebant *Missi Domini* ac *Regii*, ne *populus eorum gravaretur mansionibus.* *Synodus Ticinensis* an. 855. *Sancimus, ut singuli conventus & exactores rei publicæ in suis ministeriis... per loca solita restaurent Palatia, quibus cum iter dictaverit, nos legatosque nostros valeant recipere, ne gravetur Ecclesia.* Alii vero in iis hospitare vetabantur. *Edictum Pistense Caroli Calvi* c. 37. *Volumus & expresse mandamus, ut sicut nec in nostro Palatio, ita nec in isto herebergo, aliquis alius sine nostra jussione manere præsumat.* *Concilium Ravennense* an. 904. c. 4. *Ut homines Comitum nullatenus in domibus Arimannorum resideant, sed domos reipublicæ instaurent, ibique resideant.* Nam et si *Palatia* non modo regia, sed & publica dicerentur, usui tamen regio unice addicta erant, cum quod *publicum* dicitur, *Regii* esse intelligatur patrimonii: nam *villa regia & proprietates* dicuntur in *Annalibus Francorum Bertiniani* an. 858. Unde promiscue utraque nomenclatura donantur apud scriptores, & in veteribus *Tabulis.* Verbi gratia, *Carisiacum*, quod nomine *Palatii regii* vulgo & fere semper indigitatur, *Palatium publicum* vocatur in *Charta Ludovici Pii* pro confirmatione privilegiorum *Ecclesiæ Parisiensis*, quæ sic clauditur: *Dat. 4. Kal. Nov. anno Christo propitio 7. Imperii Do. Ludovici Imper. Actum Carisiaco Palatio publico.* Sic inquam passim in aliis *Chartis.* Eodem modo dicuntur esse *publicæ ditionis*, id est regię. *Vita S. Eucherii Episcopi Aurelianensis* num. 9. *Vernum quoque fiscum publicæ ditionis illico convolvit.* Nam *fiscus publicus, regius, & villa publica ac regia*, idem sonant quod *Palatium.* [*Hinc Palatium, pro fiscus regius, usurpatur in Leg. Luitprandi apud Murator.* to. 1. part. 2. p. 59. *Omnes res ejus ad Palatium deveniant.*] *Villas* etiam interdum nude vocant scriptores. *Vita Ludovici Pii* an. 795. de *Carolo M.* *Misit illi Missos suos, Wilhelmm scilicet, Rotomagensis postea urbis Archiepiscopum, & Richardum Comitem, villarum suarum provisorem, præcipiens ut villa, quæ eatenus usui servierant regio, obsequio restituerentur publico, quod & factum est.* Ubi *Regium & Publicum* eadem sunt. *Supra enim dixerat idem scriptor villas regias plerasque in usus privatos seu privatorum conversas.* Sed & hinc advertere licet villis ac palatiis regis præfuisse *Magistratum*, qui *Provisor regiarum villarum* dicebatur, ut fuit apud Romanos *Cura Palatiorum*, in *Notit. Imp.* & apud Byzantinos *Ἀρχων τῶν Παλατίων.*

In iis etiam *Palatiis Placita* tenebant, ac festa solennia *Natalis & Paschatis* cum apparatu celebrabant; quod passim docent *Annales Francorum.* Atque hinc est, ni fallor, quod promiscue *placitum* pro *palatium*, & vicissim *palatium* pro *placitum* sæpissime occurrit in veteribus *Instrumentis.* *Exemplis*, quæ in hanc rem congeffit *Baluzius* in *Notis ad Capitularia* unum addere placet ex *Gestis Aigliberti Episc. Cenoman.* to. 3. *Analect. Mabill.* pag. 192. *Quod & Theodoricus Rex Francorum diligenter per fidelissimos Missos, & ipse postea in generale suo Palatio investigans, &c.* Ubi *Palatium* idem sonat quod *placitum.*

Quæ porro in singulis regni provinciis complura erant *Regum Palatia*, ab ipsis *Regibus* distracta pleraque, & proceribus concessa; quod à *Carolo M.* factitatum docet auctor *vitæ Ludovici Pii*, loco laudato, deinde ab ipso *Ludovico*, ut habent *Annales Francorum Metenses* an. 837. *In tantum largus, ... ut villas regias, quæ erant patris sui, & avi,*

& *trivivi*, fidelibus suis tradidit in possessionem sempiternam, & praecepta construxit, & anuli sui impressione cum subscriptione manu propria alienavit.

Sed postmodum Normannorum incurfionibus pene omnia deleta sunt, adeo ut nulla ferme loci ubi extructa fuerint, ac ne nomenclaturæ quidem supersint vestigia; quod quidem exerte tradit autor Chronici Normannorum an. 881. *Quo finio, Normanni famosissimum Aquisgrani Palatium igne cremaverunt, ... Palatia quoque Regum & villas, cum habitatoribus terræ interfectis, igne cremaverunt.* Similia habet sub ann. 886. Ne tamen eorum omnino interciderat memoria, locorum qui vel Palatiorum, vel Villarum Regiarum appellatione donantur in veteribus Chartis & apud Scriptores, brevem catalogum hic subjungemus ordine literarum, æditiis Scriptoribus, qui horum mentionem agunt.

¶ Huic catalogo inferenda iterum duximus Palatia quæ nobis inter scribendum occurrerunt; iis etiam additis vel potius indicatis quæ ex Michaële Germano edidit Mabillonius in Diplom. lib. 4. ne quod ad historiam nostram vel maxime spectat, in libro huic illustrandæ in primis instituto, desideretur. Observandum vero non omnes Chartas, quæ vocem *palatium* præferunt, re ipsa in palatio seu domo regia concessas fuisse. Ea enim formula nihil interdum sonat nisi *publicum conventum, curiam*, quod in quibusdam aliis per *publice* exprimitur. Instar omnium sit proposita Charta S. Ludovici ex Regesto 31. Chartophylacii Regii num. 482. data in *Castris in Ægipto juxta fluvium Nyli, anno Inc. Dom. 1249. mense Decembris. Regni vero nostri an. 24. Astantibus in Palatio nostro quorum nomina supposita sunt, &c.*

¶ ADELHAIDIS Palatium, nunc *Villa-nova S. Germani*, apud vulgus *Franqueville*, prope Compendium. Vide Mabill. lib. 4. Diplom.

¶ ALBINIACUM Villa in pago Ribuariensi. Charta Lotharii an. 855. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 139.

¶ ALBULFI-VILLA Palatium in pago Wormacensi, in Præcepto Ludovici Pii an. 835. apud Martenium ibidem col. 94.

¶ ANDELAUM, vulgo *Andelot*, in pago Lingonico, apud Fredegar. lib. 5. & ult. Chronici.

¶ ANDIACUM Palatium, [*Angeac*, in pago Engolismensi; idem forte quod *Pandiacum* apud Miræum Dipl. Belg. pag. 262. Michaeli Germano pseudo-palatium. Charta Caroli M. an. 771. apud eundem Miræum to. 1. novæ edit. pag. 496.] Vita Ludovici Pii ann. 798. [Consulendi Mabillonius lib. 4. Dipl. & Valesius in Defens. Notit. Gall.]

¶ ANDREI-VILLA Palatium, Idem quod *Andrenacum, Anternacum, Antonacum, Antunnacum*, vulgo *Andrenac*, in pago Megenensi. Charta Caroli C. an. 866. apud Miræum to. 2. p. 933. Vide Mabill.

¶ ANSA-VILLA, alias *Afa Pauli* vel *Afa Paulini*, hodie *Anse*, non procul ab Arari & Lugduno, in Charta Rodulfi Reg. an. 932. inter Probat. Hist. Occitan. to. 2. col. 69.

¶ AQUISGRANUM Palatium, [*Aix la Chapelle*.] Doubletus pag. 714. 722. Capitul. Caroli C. tit. 36. Capitul. Caroli III. Reg. tit. 1. §. 4. Chron. Farfense p. 654. Labbeus tom. 2. Biblioth. p. 755. Diplom. Belgica pag. 17. [Append. ad Marcum Hispan. col. 770. 772. 774. &c. *Aquis nude*, in Præcepto Caroli M. an. 807. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 61. & alibi.] Vide *Capella Regia*.

¶ ARCÆ Palatium, *Arques*, ad Mosam prope Mactem. V.

rias. Annal. Bertin. ad an. 859. Vide Mabillon. ¶ ARELATE, *Arles*, in Præcepto Ludovici Imper. an. 904. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 263.

¶ ARELAUNUS & ARELAUNUM *Jocundum Palatium*, in Vita S. Lambertii Episc. Lugdun. cap. 3. [Vide Mabillonium.]

¶ ARESTALIUM & ARISTALLIUM Palatium, Idem quod *Heristallum* infra, ut videtur, in Præcepto Pippini Reg. an. 751. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 27. & in alio Ludovici Imper. an. 823. ibid. col. 80. *Aristalhum*, in Charta Caroli Magni an. 772. inter Probat. Hist. S. Germ. Paris. pag. 11.

¶ ARGENTORACUM Palatium, *Strasbourg*, in Charta Lotharii Reg. *Stratzburg*, in alia ejusdem. Vide Mabillonium.

¶ ARLEGIA Palatium, f. *Arleux*, in Artesia Cameraicum inter & Duacum. Charta Lotharii Reg. ann. 884. tom. 7. Spicil. Acher. pag. 187. Nisi *Arlegia* scriptum sit pro *Marlegia*. Vide infra.

¶ ARTIACUM Villa supra fluvium *Ararim*, in Charta Rodulfi Reg. an. 925. apud Perardum pag. 163. Alia proinde ab Artia ad Albam in agro Tricafino, *Arci sur Aube*, & Arcia ad flumen Icaunam, vulgo *Arcey*.

¶ ASNERIÆ Palatium, *Asnieres*, ad Sequanam in agro Parisiaco. Charta S. Ludovici ann. 1261. in Chartular. Domus Dei Pontifar.

¶ ATEIÆ Villa, in pago Viromandensi ubi Rade-gundis Regina educata est; *Athies*, in Mandam. Philippi Pulcri an. 1305. tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 432.

¶ ATTINIACUM Palatium, [in agro Remensi ad Axonam Vongisum inter & Reiteste, vulgo *Attigny*, in Charta Childerici III. apud *le Blanc* de Monet. p. 125.] Capitula Caroli Cal. p. 441. Annal. Fr. an. 786. &c. Capitul. an. 808. cap. 10. Doubletus pag. 691. 815. Baluzius in Notis ad Lupum Ferrar. p. 523. Bergerius lib. de Itineribus Rom. p. 49. Labbeus tom. 2. Miscell. p. 498. Diplom. Belgica Miræi p. 29. 264. Hincmar. to. 2. pag. 604. Bignonius ad Leg. Salic. p. 178. 179. [Sirmondus edit. Lupar. to. 3. col. 91. Appendix ad Marcum Hispan. col. 773. 783. & Mabillonius Diplom. lib. 4.]

¶ AUDRIACA Villa, in Charta Caroli M. an. 769. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 32. Vide *Odreiavilla*.

¶ AVINCIUM Villa super fluvium *Tarni*, hodie *Aveins*. Charta Caroli C. an. 843. tom. 1. Hist. Occitan. inter Instr. col. 83. Idem quod *Avizium*, in Charta Pipini Reg. Aquit. an. 830. inter Probat. Hist. S. Germ. Paris. p. 16.

¶ AURELIA, *Aurelianense Palatium, Orleans*. Diploma Odonis Reg. an. 898. inter Instr. Hist. Occitan. to. 2. col. 28. Edictum Henrici I. an. 1051. to. 1. Ordinat. p. 2. Aliud Ludovici IX. an. 1246. ibid. p. 60. Charta Ludovici VI. an. 1115. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 634. Alia Philippi Aug. an. 1188. ibid. col. 981.

¶ BACIVUM, *Bafia*, [vel *Bacium* & *Baisum*, vulgo *Baisieu*, duabus à Corbeia distans leucis versus Occidentalem plagam. Vide Mabillonium.] Chronic. Fontanell. an. 847. Chifflet. in Tornutio p. 190.

¶ BELGENTIACUM ad Ligerim, *Boisgency*, in Edicto Philippi V. an. 1320. tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 750.

¶ BELLITAS prope Vicenas ad Matronam, vulgo *Beauté*. Vide Mabillonium.

- ¶ **BELSONANCUM**, Villa regia in media silva Arduenna regnoque Austriae posita, à Gregorio lib. 8. cap. 21. memorata. Hæc Hadr. Valesius in Defens. Notit. Gall.
- ¶ **BELVACUM Palatium**, *Beauvais*, in Charta Ludovici VII. an. 1151. apud Pillet. Hist. Gerber. pag. 97.
- ¶ **BESTISIACUM & BISTISIACUM Palatium**, *Betisi*, tribus à Compendio distans leucis versus Meridionalem plagam. Edictum Philippi Aug. an. 1200. tom. 1. Ordin. Reg. Franc. p. 25. Vide Mabillonium.
- ¶ **BIBRAX**, Idem quod à Cæsare memoratur lib. 2. de Bello Gall. num. 7. Fimas esse, vulgo *Fimes*, cum Samfone lubens crediderim. Charta Chilperici an. 575. apud Miræum to. 1. p. 6.
- ¶ **BIDOLIUM** vel **BEDOLITUM Vicus publicus**, vulgo *Beloy en France* aut *Bisseuil*. Vide Mabillon.
- ¶ **BIELTAVUM Villa**, in Charta Caroli Reg. Provinciae Lotharii Imper. filii an. 857. ex Tabular. Vivariensi.
- BIGARGIUM Palatium** [in agro Parisiensi. Vide Vales. in Notit. Gall. & Mabillon.] Gesta Dagoberti Reg. cap. 40.
- ¶ **BITURICENSE Palatium**, in Annal. Franc. ad an. 767. & in Charta Ludovici VIII. Reg. Franc. an. 1224. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1187.
- ¶ **BLAZON Fiscus regius**, vulgo *Blaison*, in agro Andegavensi. Vita S. Mauri num. 63.
- ¶ **BLESENSE Palatium**, *Blois*, ad Ligerim fluvium. Vide Mabillonium.
- ¶ **BODOMA Palatium**, in Charta Ludovici Pii an. 26. imperii ejusdem, to. 4. Analect. p. 471. Idem forte quod *Bodobriga* apud Vales. in Notit. Gall.
- ¶ **BONOGILUM & BONOILUM Villa**, *Boneuil*. Vide Vales. in Notit. Gall. & Mabill.
- ¶ **BORCIACUM Villa sita in conitatu Arvernensi super fluvium Helerium, l'Alier**. Præceptum Lotharii an. 982. in Append. ad Marcam Hisp. col. 929.
- BRENNACUM Villa publica**. Annal. Franc. Metenses an. 754. [vulgo *Braine* ad Vidulam fluviolum. Vide Mabillonium.]
- ¶ **BRIONA Villa**, nunc *Brienna*, *Brienne*, in Campania Gallica. Præcept. Caroli C. an. 851. apud Baluz. to. 2. Capitul. col. 1461.
- ¶ **BROCMAGAD Palatium**, Idem quod *Brocomagus*, hodie *Brumat* vel *Broumat*, ab Argentorato duabus circiter distans leucis. Præceptum Karolomanni an. 770. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 33. Vide Vales. in Notit. Gall. v. *Brocomagus*.
- BRUCHARIACUM Palatium**, [vulgo *Bourcheresse*, inter Cabilonum & Augustodunum.] Vita S. Agili Abb. Resbac. cap. 6.
- ¶ **BURDEGALÆ Palatium**, *Bordeaux*, in Diplom. Ludovici Junioris an. 1137. to. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 8.
- ¶ **CABALAUNUM Palatium**, Cabilonum ad Ararim, *Châlon sur Saone*, in Diplom. Ludovici Pii an. 26. imperii ejusdem, to. 4. Analect. p. 469.
- ¶ **CACHENTUM Palatium** in recentioribus Instrumentis, *Caticantum* in antiquioribus, *Cachant*, prope Parisios. Mandat. Philippi Pulcri ann. 1305. tom. 1. Ordin. Reg. Franc. p. 431. *Cachamp*, in Ordin. Johannis Reg. an. 1356. ibid. tom. 3. pag. 68.
- ¶ **CADRIUS-MONS Palatium**, in agro Lemovicensi, hodie *Les-Cars*. Vide Mabillonium.
- ¶ **CADUPPA Villa**, in Charta Ludovici Pii an. 19. imperii ejusd. ex Tabul. Majoris Mon. Idem forte

- quod *Caduffa*, *Chaourse*, in pago Laudun. quam villam monasterio S. Dionysii concessit Carolus C. Charta an. 867. apud Felibian. inter Probat. Hist. ejusdem Monast. pag. 75.
- ¶ **CALA, Chelles**. Vide *Kala*.
- CAMBISONUM**, in Charta Caroli Reg. Provinciae Lotharii Imp. filii an. 857. in Tabul. Viennensis Ecclesiae fol. 74. [*Chameffon*, à Castellione una leuca distantem hic indicari scribit Michael Germanus apud Mabill. haud satis recte; positum quippe est in tractu Dufmensi 15. leucis à Lingonibus distans.]
- ¶ **CAMELIACUM** seu **CAMLIACUM**, *Chambly l'Auberger*, apud Mabillonium.
- ¶ **CAMPUS in Vosago Palatium**, *Champ de Vôge*, prope Bruyerias, *Bruyeres*, ad Velognam fluviolum, *Velogne*. Annal. Franc. ad an. 805. apud Duchesn. to. 2. p. 43. Vita Caroli M. ibid. p. 61. alia auctore Monacho Engolism. ibid. p. 82. Hist. Tullensis R. P. *Benoit*.
- ¶ **CANTILUPUM**, *Chanteloup*, in Briegio Latinicum inter & Turnomium; melius *Campus Lupi* diceretur, monente Valesio, uti vocatur interdum in Append. Chron. Nangiacen. Litteræ Johannis Reg. Franc. to. 4. Ordin. pag. 7.
- ¶ **CAPRÆ-MONS Villa regia**, *Cheuremont*, ad Mosam in finibus diocesis Leodic. apud Mabill.
- CAPTONACUM Palatium**, [Idem quibusdam quod *Catonacum*, *Chatou*, ad Sequanam.] Charta Bertefridi Episc. Ambian. pro Monasterio Corbeiensi. [Vide Mabillonium.]
- ¶ **CARBONACUM Villa**, *Palatium regium*, in Diplom. Ludovici Pii an. 822. to. 2. Annal. Bened. inter Probat. p. 724. Forte Palatium in ea silvæ Arduennæ parte situm, quæ *Carbonaria* dicebatur.
- CARISIACUM & KARISIACUM Palatium**, [*Kierzy*, ad Isarum in pago Sueffionico, alibi *Cariciacum*, *Carraciacum*.] Annales Franc. passim, Doubletus pag. 690. 709. 712. Capitula Caroli C. p. 127. 143. 167. 253. 266. 269. 276. 288. 424. 427. 440. 447. 448. Hariulfus lib. 3. cap. 15. 17. [Append. ad Marcam Hisp. col. 787. 790. 791. Perardus p. 115. Sirmondus edit. Lupar. to. 3. p. 116. Mabillonius Dipl. lib. 4. &c.]
- ¶ **CARMENTUADIS Villa**, in Præcepto Caroli Simplicis to. 3. Annal. Bened. inter Probat. p. 695. f. Carmentradis, *Charmentray*, in pago Meldensi ad Matronam, ut conjectat Mabill. ibid. p. 315.
- ¶ **CASIACUM**, **CAZIACUM**, *Caziei*, vulgo *Chezzy*, in diocesi Sueffionensi. Præceptum Caroli M. an. 782. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 44. Vide Mabillonium.
- CASSINOGLIUM Palatium**, in quo natus Ludovicus Pius. Aimoinus de Miracul. S. Bened. lib. 1. cap. 1. Idem de Vita S. Abbonis cap. 20. [*Casse-neuil*, Bessio in Ducib. Aquitan. p. 1. *Casseuil*. Vide Vales. in Defens. Notit. Gall. & Mabill.]
- ¶ **CATALAUNENSE Palatium**. Vide Mabillonium.
- ¶ **CAUCIACUM**, **CUSIACUM Palatium**, *Choisy*, in Noviomensis pago, sed diocesi Sueffionica. Vide Mabillonium.
- ¶ **CERSILLA** vel **SARCELLA**, vulgo *Sarcelle*, Fiscus regius, apud Mabillonium.
- ¶ **CISPIACHUM in Ardna Palatium**, in Præcepto Ludovici Pii an. 822. to. 2. Capitul. col. 1423.
- CLEPIACUM Palatium**, [aliis *Clipiacum* & *Clippiacum*, *Clichy*, in agro Parisino.] Charta Dagoberti apud Doubletum p. 657. 662. 677. Chlodovei II. pag. 682. 684. Childerici p. 686. Vita S. Ansberti Archiepisc. Rotomag. num. 22. Vita

- S. Amandi num. 17. Gesta Dagoberti cap. 38. [Vide Mabillonium.]
- ¶ CLUNACUM *Villa*, in Præcepto Lotharii Imper. an. 840. pro Eccl. Helenensi, in Append. ad Marcam Hisp. col. 777.
- ¶ COCIACUM seu CODICIA CUM, *Coucy*, in pago Laudunensi. Vide Mabillonium.
- ¶ COLONIA *Villa*, prope Vindinum Cenomanorum, *Couleines*, apud Sirmondum in Notis ad Capitul. Caroli C. edit. Lupar. tom. 3. col. 1. 2. 3. 5. & 6.
- ¶ COMBELLI *Villa regia*, in Briegio non procul à Matriona, vulgo *Combeaux*. Ibi exstitisse Palatium ex eo maxime efficitur quod typum proferant Bouterouis & *le Blanc* in quo inscriptum legitur *Combellis fit*. Vide Vales. Notit. Gall. p. 415.
- ¶ COMMERCIA CUM *Villa*, *Commercy*, in pago Tullensi. Annal. Franc. Fuldens. & Eginhardus ad an. 823. & 825. Vide R. P. Benoit in Hist. Tull.
- ¶ COMPENDIUM *Palatium*, [*Compiègne*. Præceptum Childeberti Reg. Franc. an. 536. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 5. Aliud Clotharii II. to. 3. Analect. p. 158. Charta Chilperici II. an. circ. 720. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 268.] Capit. Caroli C. p. 422. 425. 434. 447. 459. 492. Doubletus p. 777. 778. 780. 790. 801. 813. Bibl. Floriac. tom. 1. p. 253. [Adde Marcam Hisp. in Append. col. 940. Duchesn. to. 4. p. 64. Godefredum in Observ. ad Hist. Caroli VII. p. 355. & Mabillonium.]
- ¶ CONEDA *Vicus*, vulgo *Cande*, ad Ligerim, ubi S. Martinus obiit. Præcept. Caroli C. an. 869. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 211.
- ¶ CONFLUENTES ad Rhenum, *Coblentz*, apud Mabillonium.
- ¶ COPSISTAINUM vel COPSISTANIUM, vulgo *Cuffstein*, vel *Kupffstein*, in suburbio urbis Moguntia ad Lapidem illum famosum Moguntinum, qui à recentioribus *Aichelstain* vocatur. Hæc Schilterus in Gloss. Teuton. de rebus patriis differens. Charta Caroli M. ann. 790. apud Felibian. inter Probat. Hist. S. Dion. p. 42.
- ¶ CORBARIA *Palatium*, *Corbiere*, apud Mabill.
- ¶ CORBINIACUM *Palatium*, [*Corbeny*, vulgo *S. Marcoul*, in diœcesi Laudunensi.] Charta Caroli C. in Hist. Corbiniac. S. Marculfi p. 90. Vide Annal. Franc. Fuld. an. 771. [& Mabill.]
- ¶ COSTA *Villa*, in Charta Carolomanni an. 882. inter Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 20. Vide quæ de hac villa differunt ejusdem Histor. Scriptores pag. 13.
- ¶ COTIA & CAUSIA seu *Cuista*, *Cuise*, apud Mab.
- ¶ CRISCIACUM, & CRECIA CUM *Palatium*, *Crécy*, ad rivum Maïam in Pontivo. Charta Clotharii an. 660. apud Miræum to. 2. p. 926. Litteræ Philippi V. an. 1321. to. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 815. Vide Mabillonium.
- ¶ CRISPIACUM, CRISPINIACUM opidum Valesii tractus primarium, *Crespy*, in Charta S. Ludovici an. 1247. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1297. & Mandato Philippi Pulcri an. 1311. to. 1. Ordin. Reg. Fr. p. 484.
- ¶ CROICIA CUM, CROVIACUM, vulgo *Croüy*, secus Augustam Sueffionum. Vide Mabill.
- ¶ CRUZIACUM *Villa*, vulgo *Gruzenach*, ad Rhenum prope Bingium, in Charta Caroli Mag. an. 909. apud Miræum to. 2. p. 937.
- ¶ CUNIGUST *Curtis Regia*, in Præcepto Carolomanni an. 879. to. 2. Capitul. col. 1505. f. *Königstein* 4. aut 5. leucis à Moguntia distans.

- ¶ CUSIACUM, CUCIACUM. Vide *Cauciacum*.
- ¶ DIONYSIANUM *Palatium*, *S. Denis*. Vide Mabill.
- ¶ DIVIO *Palatium*, (*Dijon*.) Guichenonus in Probat. Hist. Bressensis pag. 216.
- ¶ DORDINGTUM, DORDINGUM ad Urbiam, *Dourdan sur Orge*. Chartul. vetus Prioratus Longipontis: *Hoc factum est apud Dordingtum in camera (Ludovici Crassi) Regis*. Vide l' *Escornay* in Comment. de civit. Dordin.
- ¶ DRIPIO *Palatium*, in Charta Caroli Mag. an. 3. regni ejusdem. Haud scio an non idem fuerit cum *Rouauné* vel *Royaumaix* in agro Tullensi, quod *Regale madium & Regalis hortus* dicitur in Charta an. 898. Dupium vulgo *Duffel*, Mabillonio.
- ¶ DUODECIACUM & DUZIACUM, *Douzy*, inter Sedanum & Mosomagum. Vide Mabill.
- ¶ DURA vel DURIA *Palatium*. Doublet. pag. 708. 716. 718. Chiffletius in Tornutio p. 268. *Duria* villæ mentio est passim in Annal. Franc. [vulgo *Duren* Ubiorum vicus, veteribus *Marcodurum*. Vide Mabillonium.]
- ¶ ELIDIO *Villa*, in Præcepto Caroli C. an. 876. to. 3. Annal. Bened. inter Instr. pag. 681. Locus est, teste Mabillonio, haud procul ab opido Trajecto ad Mosam.
- ¶ EMBRECHA *Villa supra Rheni fluenta*, *Embricum*, *Emmerick*, in Westphalia. Charta Caroli Simplicis an. 922. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. inter Instr. col. 337.
- ¶ ERCHARIACUM, ERCHERECUM, *Eschery*, non longe à Lauduno. Vide Mabill.
- ¶ ESSONA seu EXONA, *Essonne*, in agro Parisiensi. Vide eundem Mabill.
- ¶ EVROGILUM, [sive EBROGILUM, *Ebreüil*, in Arvernens ad Sicaulam flumen.] Vita Ludovici Pii an. 798. [Vide Mabill.]
- ¶ FERE IN TARDANESIO CASTRUM, *Fere en Tardenois*, in Sueffionibus. Litteræ Johannis Reg. an. 1363. to. 3. Ordin. pag. 438.
- ¶ FERRUCIUS *Villa* ad Garumnam, *Castel-Ferrus*, in Charta Caroli an. 843. inter Instr. to. 1. Hist. Occitan. col. 78.
- ¶ FLAMERESHEIM *Villa Regia*, in Ripuaria seu Ripuariae confinio. Annal. Metenses ad an. 870. apud Duchesn. to. 3. Hist. Franc. p. 312.
- ¶ FLATTANA *Palatium*. Præcept. Lotharii an. 846. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 115.
- ¶ FOLLEYE in silva Leonum, à *Foliata*, Gall. *Fouillée*, locus foliis obsitus, dicta. Charta Philippi IV. ann. 1293. in Chartular. Domus Dei Pontifar. Actum apud domum nostram *Folleye in Leonibus*, &c.
- ¶ FONS-BLAUDI, seu *Bliaudi*, *Fontainebleau*, in silva Bieria pagi Vastinensis. Vide Mabill.
- ¶ FOSIANUM *Villa*, in Charta Karlomanni ann. 881. to. 2. Capitul. col. 1510.
- ¶ FRANCONOFURT *Palatium*, [*Francfort*. Charta Caroli M. an. 794. to. 2. Capitul. col. 1400.] Theganus de Gestis Ludovici Pii cap. 40. Chron. Farfense pag. 655.
- ¶ FRISGODIOS. Vide *Trisgodios*.
- ¶ GARDINA *Palatium regium* non longe, ut videtur, ab Aquisgrano situm. Charta Lotharii an. 833. in Append. ad Marcam Hispan. col. 771. Consule Baluz. ibid. col. 351.
- ¶ GAVARCIACUM *Fiscus regius*, vulgo *Javarçay*, in pago Pictavenfi. Vide Vales. in Notit. Gall.
- ¶ GAVERDOLIUM *Villa*, Idem f. quod *Gavarciacum*; vel *Gargogilum* seu *Gargolium* ad Ligerim, vulgo *Jargeau*. Charta Caroli C. an. 851. ex Tabular. S. Albini Andegav.

- ¶ **GEMMETICUM** *Villa regia*, vulgo *Jumieges*, in pago Rotomag. ad ripam Sequanæ. Vita S. Filiberti apud Duchesn. tom. 1. pag. 650.
- ¶ **GENTILIACUM**, [*Gentilly*, agri Paris. villa.] Annal. Franc. an. 766. [Vide Mabillonium.]
- ¶ **S. GERMANUS** in silva Ledia sive Laia, *S. Germain en Laye*. Vide Mabillonium.
- ¶ **GERMINIACUM Palatium**, [*Germigny*: quodnam vero sit istud *Germiniacum* pronuntiare haud ita facile est. Vide Mabill. Charta Caroli C. an. 854. tom. 2. Capitul. col. 1462.] Hariulfus lib. 3. cap. 9. pag. 499.
- ¶ **GESEICUM**, **GESIACUM** *Regalis Sedes*, in Charta ann. 24. Lotharii ex Chartular. S. Petri in Vallibus.
- ¶ **GODDINGA Villa**, in Diplom. Caroli Magni. Vide Mabillonium, & infra *Gundovilla*.
- ¶ **GRANIA Villa**, in Charta Caroli Crassi Imper. an. 886. apud Perardum p. 160. An idem quod
- ¶ **GRANI-AQUIS**, pro Aquisgrani, in Charta Caroli M. to. 3. Analect. p. 262. Vide supra.
- ¶ **GUNDOVILLA**, *Godingovilla*, vel *Gundulsvilla Palatium*, [*Gondreville*, ad Mosellam una leuca infra Tullum-Leucorum.] Frotharius Episc. Tullensis Ep. 11. Claudius *Thiroux* in Hist. Comit. Augustodun. p. 55. Doublet. p. 715. Columbus in Episcopis Vivariensibus lib. 2. n. 38. Charta Ludovici Balbi an. 2. Ind. 12. in Tabul. Heduenfis Eccl. [Adde Annal. Bertin. ad an. 869. Hincmarum tom. 2. p. 613. Reginonem ad an. 984. & 985. Chifflet. in Tornutio p. 275. Mabill. &c.]
- ¶ **GURZIAICA Villa super Madernam fluvium**, in Charta Ludovici Transmarini an. 940. apud Perardum pag. 165.
- ¶ **HERISTALLUM**, [*Herdallum*, *Haristallium Palatium publicum*, vulgo *Herstal*, ad Mosam Leodium inter & Trajectum: patria Pippini Majoris Domus Franciæ. Charta Caroli Mag. an. 780. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 291.] Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 67. Sammarthani in Episc. Andegav. n. 27. Diplom. Belgica Miræi p. 271. Meurissius in Præfat. ad Hist. Episc. Metenf. pag. 22.
- ¶ **HISENTIACUM Palatium à Mosella flumine** 8. fere millibus constructum, in Annal. Franc. Bertin. an. 842. [pro *Sentiacum*, *Sentzich*.]
- ¶ **HORTUS REGIUS**. Vide *Dripio*.
- ¶ **HURNUS**. Vide infra *Turnus*.
- ¶ **HUXORI**, **HUXORIUM**, *Heuxter*, ad Wiseram in Episcopatu Paderbornensi: quem locum etiam ante Carolum M. villam regiam fuisse scribit Visselbeccius in Chron. Huxor. Vide Paullin. Rer. Germ. syntagm. to. 1. part. 2. p. 1. & Mabill.
- ¶ **JENVILLA Palatium**, *Janville*, in pago Aurelianiensi inter Aurelias & Carnutum. Charta Ludovici Junioris an. 1141. ex Tabular. Bonæ-vallis.
- ¶ **INGELHEIM Palatium**, Bingium inter & Maguntiam, in Præcepto Ludovici Pii ann. 826. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 25. *Ingelinheim*, in Charta ejusdem Imper. an. 831. tom. 5. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 463.
- ¶ **INSULÆ super Matronam**, *Isles sur Marne*. Vide Mabillonium.
- ¶ **JOCUNDIACUM**, alias *Joguntiicum Palatium*, vel *Jogentiicum*, in Lemovicino, [nunc *Joac*.] Vita Ludovici Pii an. 832. Ademarus in Chron. ann. 829. Gesta Lemovicensium Episc. cap. 1. Vita S. Genulfi cap. 7. [*Jucuntiacum*, apud Aimoinum lib. 5. cap. 13.]
- ¶ **JOPILA Villa publica**, [*Jupila*, *Jupil* vel *Jopil* prope

- Leodicum. Charta Dagoberti II. tom. 3. Analect. p. 220. *Jobvilla*, in Charta an. v. Pippini ibid. p. 239.] Annal. Franc. Metenf. an. 714.
- ¶ **ISEMBURGUM Palatium**, *Issembourg*. Vide Mabill.
- ¶ **ISSIACUM** vel **ISCIACUM**, *Iffy*, ad Sequanam. Vide eundem Mabillonium.
- ¶ **JUVENCIACUM Palatium**, Idem quod *Jocundiicum*, in Charta Ludovici Pii an. 832. to. 1. Hist. Occitan. inter Instr. col. 67.
- ¶ **KALA**, vulgo *Chelles*, hodie Abbatia Sanctimonialium, [pone quam situm fuisse palatium regium probabilissimum est.] Præceptum Roberti Regis in Tabul. S. Dionysii: *Auctoritate nostra & Episcoporum nostrorum, qui nobiscum hoc præceptum in sancta Synodo, qua 16. Kl. Junii Kala sedis nostra Palatio, collecta resedit, firmaverunt, &c.* [Vide Mabill.]
- ¶ **KIRCHEIMUM Palatium**, vulgo *Kirkem*, in Alsatia inferiori haud procul à Marlegio. Vide Mab.
- ¶ **LATINIACUM Villa**, *Lagny*. Vide Mabill.
- ¶ **LAUDUNUM Palatium**, [*Laon*. Præceptum Caroli M. an. 797. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 15.] Beslius in Comit. Pictav. p. 252. Codex Donat. piar. Miræi p. 120. [*Lugdunum Palatium* dicitur in Charta Caroli Simplicis an. 921. apud eumd. Miræum 2. edit. to. 1. p. 36. *Laudunum clavatum*, in Charta Lotharii an. 954. ibid. pag. 43. Vide Append. ad Marcam Hispan. col. 856. 871. Sirmondum edit. Lupar. tom. 3. col. 63. Mabillonium, &c.]
- ¶ **LEMEGIA Villa**, in Charta Odonis Reg. ann. 890. inter Probat. to. 2. Hist. Occitan. col. 26. Haud scio an *Lemegia* idem sit quod *Limogia* in silva Aquilina, vulgo *Limoux*; vel *Limolium*, *Liméuil*, in Briegio.
- ¶ **LENS**, in pago Atrebatensi, inter villas Regias accensetur in Capitul. Caroli C. an. 877. tit. 53. §. 32. Vide Sirmondum edit. Lupar. tom. 3. col. 344.
- ¶ **S. LEODEGARIUS**, in silva *Lisga* vel *Lisica*. Charta Ludovici VI. an. 1125. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 685. Vide Mabill.
- ¶ **LEODICUM Vicus publicus**, aliis *Leudica*, *Liuga* & *Legia*, *Liege*. Vita Caroli M. ad an. 769. Præcept. Lotharii an. 853. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 130. Vide eumd. Sirmondum col. 95. 101.
- ¶ **LEONES**, in finibus Velioassium, vulgo *Lions*. *Castrum nostrum de Lyons*, in Charta Philippi Aug. an. 1217. Vide Valesium in Notit. Gall.
- ¶ **LINGONENSE Palatium**, *Langres*, in Diplom. Caroli Simplicis an. 921.
- ¶ **LIPCIACUS Villa Andegavensis**, in Charta Carlomanni an. 882. inter Probat. to. 1. Hist. Occit. col. 138.
- ¶ **LIPTINÆ Palatium**, [vulgo *Lestines* in Cameracensi pago.] Mirac. S. Ursuari num. 19. Fulcuinus de Gest. Abbat. Lobiens. c. 3. 6. Cod. Donat. piar. Miræi p. 38. [Vide Mabillonium.]
- ¶ **LIVRIACUM in Alneto**, *Livry en Aunis*, in Edicto Philippi V. an. 1317. tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 650.
- ¶ **LOCIÆ Castellum**, *Loches*, in finibus Turonum ad Angerim. Mandat. Johannis Reg. an. 1356. to. 3. Ordin. pag. 84. Vide Vales. Notit. Gall. v. *Lucca*, pag. 288.
- ¶ **LOCUS-SANCTUS Palatium**, vulgo *Loursain*, in Briegio. Vide eundem Vales. pag. 422.
- ¶ **LONGALARE**, **LONGLARE Palatium** in silva Arduenna, diocesisque Leodicensi, non procul à S. Huberti cœnobio, vulgo *Glare*. Charta Lotha-

- rii an. 844. apud Miræum tom. 1. p. 338. Vide Mabill. Haud scio an idem sit quod *Lo'gcamp* in Charta Caroli Craffi, Defens. Abbat. Prum. p. 58. *Actum in pago Arduenna in villa nuncupata Longcamp.*
- ¶ LORIAM Palatium in pago Vastinensi, *Lory*, apud Mabillonium.
- ¶ LUGDUNUM Palatium, *Lyon*. Charta Ludovici Pii an. 836. in Append. Marcæ Hisp. col. 775. Alia Lotharii an. 968. ibid. col. 892.
- ¶ LUSARCA Palatium, *Lusarche*, in agro Parisiensi. Vide Mabillonium.
- ¶ MADOALLUS *Fiscus dominicus*, in pago Cenomannico ad flumen Meduanam. Præceptum Childberti I. an. 528. apud Marten. to. 1. Amplif. Collect. col. 4. Vide Vales. Notit. Gall. p. 312.
- ¶ MAMACCA Palatium, [*Maumaques*, in agro Noviomensi. Præcept. Dagoberti II. to. 3. Analect. p. 217.] Annal. Franc. Metens. an. 692. [Vide Mabill. & Cointium in Epist. quam Regi inscripsit tom. 4. Annal. Eccles. Franc.]
- ¶ MANDERFELT Palatium haud procul à Prumiensi monasterio in Electoratu Trevir. Charta Lotharii an. 854. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 134.
- ¶ MANTALA Palatium in pago Viennensi, *Mantaille*. Vide Mabillonium.
- ¶ MARELEIA, MARLEGIA Palatium in Elisatia, *Marlen*. Vide eundem Mabill. Perperam *Metlagium* apud Felibian. inter Probat. Hist. S. Dion. pag. 79.
- ¶ MARISCARIAS Villa in pago Arvernico. Præcept. Caroli Calvi an. 843. apud Felibian. ibid. pag. 64.
- ¶ MARLACUM, MARLIACUM & Morlacum Palatium, *Morlay*. Vide Mabillonium.
- ¶ MARSNA seu MARSANA Palatium, *Mersen*. Vide eundem Mabillonium.
- ¶ MASLARIUM Palatium, f. *Mafeyck* ad Mofam in Episcopatu Leodicensi. Charta Pippini Reg. an. 766. in Defens. Abbat. Prumiensis pag. 52.
- ¶ MASOLACUM seu MASOLAGUM Palatium. Vide Vales. in Defens. Notit. Gall. & Mabill.
- ¶ S. MEDARDUS Palatium, Idem quod *Croiciacum*. Vide Mabillonium.
- ¶ MEDIANA Villa, *Moyenvic*, ut videtur, in Episcopatu Metensi. Charta Caroli C. an. 845. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 111.
- ¶ MELEDUNUM ad Sequanam, *Melun*. Charta Ludovici VII. an. 1139. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 392. Alia S. Ludovici an. 1230. to. 1. Ordin. pag. 54.
- ¶ METLAGIUM. Vide *Mareleia*.
- ¶ METTENSE Palatium, *Mets*, in Charta Caroli Simplicis an. 912. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 270. Vide Mabillonium.
- ¶ MOGUNTIA Palatium, [*Mayence*. Charta Pipini Reg. an. 765. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 280.] Diplomata Belgica Miræi pag. 24. [Vide Mabillonium.]
- ¶ MONASTERIOLUM pagi Pontivi, *Montreuil*. Præcept. Caroli C. an. 877. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 48. Vide Mabillonium.
- ¶ MONCELLUM seu MONTICELLUM, *Monceaux*. Vide Mabillonium.
- ¶ MONS DESIDERII in finibus Ambianorum, *Mondidier*. Vide Vales. Notit. Gall.
- ¶ MONTELETHERICUM Castrum, *Montleheri*, in agro Parisino. Litteræ Johannis Reg. an. 1356. to. 3. Ordin. pag. 94. Vide Vales. Notit. Gall. pag. 406. col. 2.

- ¶ MONTILZ prope Turones. Regest. Camerae Comput. Paris. sign. S. M. fol. 1. *Dominus Rex Francie Ludovicus hujus nominis Undecimus, diem suum clausit extremum in domo sua vocata Gallice les Montilz juxta Turones die Sabbati 30. mensis Augusti circa horam nonam post meridiem an. D. 1483.* Vide Godefredi notas ad Hist. Caroli VIII. p. 351.
- ¶ MORETUM Palatium in Vastinensi agro ad Lupiam, *Moret*. Charta Philippi Aug. an. 1197. tom. 1. Ordin. pag. 22.
- ¶ NANTOGILUM, NANTOILUM Palatium, *Nanteuil*. Vide Mabillonium.
- ¶ NARBONENSE Palatium, *Narbonne*, in Charta Caroli C. an. 850. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 121.
- ¶ NEAFLA, aliis NIELFA Palatium, hodie *Neaufle*, in pago Vilcassino parœciæ Rotomag. Capitul. Caroli C. tit. 20. Poëma cui titulus, *Les Adventures advenues en France* ab an. 1214. ad 1412. *L'an mil III^c. III^{xx}. avec XVIII. ans, De la Raine Blance fu assiné le temps A Neaufle le Chastel.*
- Ubi Nelfa Castellum, *Neaufle le Chasteau*, in Carnutibus indicatur.
- ¶ NEMETENSE, [*Spire*,] in Præcepto Caroli M. de Institut. Episcopat. per Saxoniam an. 789.
- ¶ NEMETODORUM Palatium agri Parisiensis, *Nanterre*. Vide Mabillonium.
- ¶ NEOMAGUM Palatium. Vita Caroli M. p. 100. Regino an. 881. Lambertus Schaffnaburg. ann. 1046. W. Heda p. 226. 244. 1. edit. &c. [*Numaga*, in Præcepto Caroli M. an. 780. apud Miræum tom. 1. p. 246. *Niumaga*, in Charta Ludovici Pii an. 815. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 62. aliis *Noviomagus*, *Nimegue*, ad Vahalim in Geldria.]
- ¶ NERONDA Villa, in Præcepto Carolomanni an. 880. inter Instrum. to. 4. novæ Gall. Christ. col. 64.
- ¶ NICIAS Castellum in Provincia, *Nice*. Charta Ludovici Reg. an. 894. apud Baluz. to. 2. Miscell. pag. 158.
- ¶ NIGELLA Domus Regia Parisiis, vulgo *l'Hostel de Nelle*, quæ portæ urbis cui proxima erat nomen dedit. Charta Johannis Reg. an. 1350. to. 2. Ordin. pag. 340.
- ¶ NIORTUM Palatium in Pictonibus ad ripam fluvii Separis, *Niort*. Charta Ludovici Junioris an. 1141. inter Instr. to. 2. Gall. Christ. col. 386.
- ¶ NOBILIS DOMUS S. Audoëni, *S. Oüyn*, ad Sequanam prope Parisios, ubi Ordinem Stellæ ann. 1351. primum instituit Johannes Rex Franc. Eiusdem palatii pluries occurrit mentio to. 3. Ordin. Reg. Franc.
- ¶ NONIANTUS Palatium ad Vidum in pago Beldensi, hodie *Void*. Hist. Tull. R. P. *Benoit*.
- ¶ NOVAVILLA, *Neuville*, ad ulteriorem ripam Sequanæ contra Clippiacum. Præcept. Caroli Simplicis an. 922. in Append. Marcæ Hisp. col. 843.
- ¶ NOVIENTUM vel NOVIGENTUM, vulgo S. Clodoaldus, *S. Clou*. Vide Mabillonium.
- ¶ NOVIOMAGUS. Vide *Neomagum*.
- ¶ NOVIOMENSE, [*Noyon*.] Vita S. Godebertæ n. 4. [Vide Mabillonium.]
- ¶ NOVIOMUM Villa, Idem videtur quod *Neomagum*. Præcept. Caroli Calvi an. 845. to. 2. Annal. Bened. pag. 748.
- ¶ NOVUM-CASTELLUM Arduennæ proximum, *Neuf-Chastel*, in Diplom. Lotharii an. 855. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 138.

- ¶ **NOVUS-MERCATUS** ad Ittam Gomacum inter & Gifortium, *Neuf-Marché*. Charta Philippi Pulcri an. 1308. to. 1. Ordinatio. p. 452.
- ¶ **NUCETUM** seu **NOCETUM** *Villa*, ad Matronam, *Noisy*. Vide Mabillonium.
- ¶ **ODONIS-VILLA**, quæ *Curta Odonis-villa super amnem Liberitum* (l. Lidericum, *le Loir*) dicitur in Diplom. Caroli C. an. 862. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 167.
- ¶ **ODREIA-VILLA** sive *Audriaca-villa*, *Orreville*. Vide Mabillonium.
- ¶ **OLLONA** *Palatium* apud Insulres ad fluvium Olenam, sextodecimo circiter milliario à Mediolano versus Occidentem æstivum. Præcept. Lotharii Imper. an. 838. to. 2. Capitul. col. 1439.
- ¶ **OPATINACUM**, in Præcepto Childeberti to. 3. Analect. p. 95. perperam pro *Captonaco*: quod vide.
- ¶ **OSTRENHOVA** *Palatium* in inferiori Saxonia ad Olfam, *Ostervick*. Charta Ludovici Pii apud Coitium to. 8. Annal. Ecclesiast. Franc. p. 431.
- ¶ **PACIACUM** *Palatium* ad flumen Auturam inter Ebroicas & Meduntam medium, vulgo *Pacy*. Charta Philippi Aug. an. 1203. inter Instr. to. 4. Gall. Christ. col. 197.
- ¶ **PADREBURNA** *Fiscus regius*, nunc urbs Episcopalis Westphaliæ, *Paderborn*. Charta Caroli M. an. 790. apud Miræum to. 1. p. 131. Alia ejusdem an. 807. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 296.
- ¶ **PALATIOLUM** *Villa*, agri Parisiensis, vulgo *Palaiseau*. Vide Mabillonium.
- ¶ **PANAGO**, pro *Pontigo*, in Charta Caroli Calvi an. 861. to. 2. Capitul. col. 1482.
- PAPIA** *Palatium*, in Italia, *Pavie*, Ticinum. Chron. Farfense pag. 666.
- ¶ **PARINTANIACUM** *Villa sita in Comitatu Arvernensi subtus castrum Uzlo*, in Præcepto Lotharii an. 982. Append. Marcæ Hisp. col. 931.
- PARISIENSE** *Palatium*. Helgaudus in Roberto Rege p. 66. Charta Philippi I. Reg. apud Doublet. p. 835. [Vide Valesium & Mabillonium.]
- ¶ **PAULIACUM** *Vicus* non longe distans à Floriaco, vulgo *Pouilly*. Charta Carolomanni an. 881. inter Instr. to. 2. Hist. Occitan. col. 19. Adrevaldus in Mirac. S. Bened. cap. 37. nisi idem sit quod *Pauliacum*, vulgo *Pauliac*, in diocesi Mimat. cum Vienne tunc obsideret Carolomannus; à qua obsidione hoc anno revocatus quidem est, sed utrum in Franciam incertum est omnino.
- PERONA** *Palatium*, [ad Suminam, *Peronne*.] Chron. Fontanell. an. 849. [Charta Philippi Aug. an. 1210. apud Duchesn. Hist. Bethun. p. 160. Vide Mabillonium.]
- ¶ **PETRA-FICTA** *Villa*, *Pierrefite*. Vide Mabill.
- ¶ **PETRÆFONS** *Domus regia*, *Pierrefons*. Vide Mabillonium.
- ¶ **PETTINGEHM** *Villa*, vulgo *Petinghem*, ad Scaldim prope Aldenardam Flandriæ opidum. Præcept. Caroli Calvi an. 864. apud Miræum to. 1. p. 27.
- PICTAVUM** *Palatium*, [*Poitiers*.] Charta Ludovici Pii an. 839. apud Perardum in Burgundicis p. 25. [Vide Bessium in Histor. Comit. Pictav. pag. 317.]
- PISSIACUM** *Palatium*, [ad Sequanam, in extremis Carnotenæ diocesis finibus, *Poissy*.] Helgaudus in Roberto Rege p. 65. Ph. Labbeus tom. 2. Miscell. p. 586. [*Pisciense Palatium*, in Charta Roberti Reg. an. 1030. inter Probat. Histor. S. Germ. Paris. pag. 25.]

- ¶ **PISTÆ** *Villa* ad Andellæ atque Auduræ confluentes, vulgo *Pistes*. Vide Mabillonium.
- ¶ **PLADELLA** *Villa* Campaniæ Brabanticæ, vulgo *Bladel*, in Charta Caroli Simplicis an. 913. apud Miræum to. 1. p. 35.
- ¶ **PLESSEIUM** *Palatium* prope Turones, *Plessis du Parc lez-Tours*; an idem quod *les Montils*? Vide Godefredi notas ad Hist. Caroli VIII. p. 389.
- ¶ **PONS S. MAXENTIÆ** *Villa* ad Isaram in Insula Franciæ, *Pont S. Maixance*. Charta Roberti Reg. an. 1016. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 380.
- ¶ **PONTIANUM** prope Narbonam. Vide Mabill.
- PONTILIACUM** *Palatium*, [ad Ararim, vulgo *Pontailier*; quod probant multa Instrumenta in quibus legitur, *Pontiliacus ad Sagonam: Pons Arlie*, in Chron. Virdun. ad an. 1095.] Charta Caroli C. apud Perardum in Burgund. p. 49.
- PONTIO** seu **PONTIGO** *Palatium*. Justell. in Probat. Hist. Turen. p. 11. Ph. Labbeus to. 2. Miscell. p. 474. Diplom. Belgica Miræi p. 32. Baluz. in Append. ad Capitul. num. 89. 90. 106. [Vide Mabillonium.]
- ¶ **PONTISARA**, **PONTESIA** in Veliocassibus ad Isaram, *Pontoise*. Charta Ludovici VII. an. 1177.
- ¶ **PRUMIA** *Villa*, *Pruym*, in Electoratu Trevir. Charta Theodorici Reg. an. 722. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 269.
- ¶ **QUENTOVICUS**, quasi vicus ad *Quentam*, *la Canche*, unde *Wicus* nude interdum dicitur: locus non longe à Stapulis & à monasterio S. Judoci. Edictum Pistense an. 864. cap. 12. Vide Vales. Notit. Gall. p. 461. & *le Blanc* de Monet. p. 110.
- ¶ **RAMPERT** *Villa* ad Mortanam in Lotharingia, *Ramberville*. Charta Ludovici Pii an. 836. apud Perardum in Burgund. p. 19.
- ¶ **RAUSIACUM** *Villa* ad Axonam in Campania Remensi, vulgo *Roucy*. Præcept. Caroli C. an. 845. to. 2. Capitul. col. 1456. *Rauciacus*, Frodoardo ad an. 948. *Rauziacus*, in Chron. Fontanell. ad an. 851. *Raugio palatio* inscriptum monetæ, cujus typum exhibet *le Blanc*, de Monet. p. 130.
- ¶ **REGALE MADIUM**, *Regalis Hortus*. Vide Dripio.
- ¶ **REGALIS-LOCUS** prope Compendium, *Royal-lieu*. Vide Mabillonium.
- ¶ **REMENSE** *Palatium*. Vide eundem Mabill.
- ¶ **ROFIACUM** seu **RUFACUM**. Vide Mabill. *Rufiacovilla*, in Charta Caroli C. an. 867. ex authentico descripta apud Felibian. inter Probat. Hist. S. Dion. p. 76. quod in Doubleto improbat ibidem Mabillon.
- ROMARICIMONS** *Palatium*, *Remiremont*, in Lotharingia, apud Acher. to. 7. Spicil. pag. 185. Vide Mabillonium.
- ¶ **ROMILIACUM** *Villa*, *Reüilly lez-Paris*. Vide Mabill.
- ¶ **ROTOIALUM**, **RODOLIUM**, &c. *Ruel*. Vide Mabillonium.
- ¶ **ROUVRA** *Castrum*, *Rouvre*, duabus vix leucis à Divione distans, in diocesi Cabilonensi. Litteræ Johannis Reg. an. 1361. to. 3. Ordinatio. p. 550.
- ¶ **RUBAC** *Villa*, *Ruffach* in Elifatia. Charta Caroli Simplicis an. 912. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 335.
- ¶ **RUFLACOVILLA**. Vide *Rufiacum*.
- ¶ **RUGANESBURG** *Palatium*, haud procul ab Aquif-grano, f. *Rolduc*. Charta Caroli M. an. 821. fac. 4. Bened. part. 1. pag. 203.
- ¶ **RUGITUSIT**, in Capitul. Caroli C. an. 877. recensetur inter Palatia in quibus morari non debet Ludovicus Caroli filius, nisi necessitas fuerit. Forte

- idem quod *Reitefte*, *Retel*, opidum ad Axonam in finibus Remorum, quod *Regitestum* in veteribus Chartis nuncupatur.
- ¶ *SALÆ Palatium* prope Neostadium Carolo Mag. adamatum. Vide Eccardum ad Leg. Salic. p. 5. & Sirmondum edit. Lupar. to. 3. col. 109.
- ¶ *SALMONCIACUM Palatium*, [*Samoucy*,] in Laudunensi diœcesi. Hincmarus Remens. to. 2. p. 298. Labbeusto. 1. Biblioth. p. 755. Doublet. p. 705. 706. Capitul. Caroli C. p. 441. [Annal Pithœani ad an. 771. Aimoinus lib. 5. cap. 34.]
- ¶ *SAPONARIÆ Palatium*, *Savonieres*. Vide Mabill.
- ¶ *SATANACUM Palatium*, nunc opidum pagi Vabrensis trans Mosam, *Stenay*. Vide Mabill.
- ¶ *SCANDEBOLT Palatium* excipit Carolus Cal. in Capitul. ann. 877. à Palatiis quæ frequentare potest Ludovicus ejus filius. Vide Sirmondum edit. Lupar. tom. 3. col. 345.
- ¶ *SCARPONNA Palatium* ad Mosellam prope Muffipontem, vulgo *Charpeigne*, seu *Scarpeigne*, memoratur in Itiner. Antonini, in Tabula Putingeriana, apud Ammianum lib. 27. & in Actis SS. Bened. sæc. 5. p. 399. nunc villula quam rustici *Sanponne* vocant.
- ¶ *SCLADISTATUM Palatium* in Elifatia superiore, *Schlesiat*. Vide Mabillonium.
- ¶ *SCODONIS-VILLA Palatium*, in Charta Ludovici Pii an. 815. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. col. 298. Leg. forte *Theodonis-villa*.
- ¶ *SCOLINARE* vel *SCONILARE Palatium*, nunc, ut mihi videtur, *Schoinech*, opidulum in Electoratu Trevirensi, à Trevis octo distans leucis versus Septentrionem. Charta Lotharii Imper. an. 855. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 306. *Sconilare* editum apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 140.
- ¶ *SENONENSE*, [*Sens*,] in Charta Henrici I. an. 1048. apud Camusat. in Prompt. antiq. Trecent. p. 23.
- ¶ *SENTIACUM*. Vide *Hisentiacum*.
- ¶ *SILVACUS*, apud Hincmarum Epist. 1. ex Labbeanis. *Silvagus*, in Charta Caroli C. in Append. ad Capitul. n. 100. [*Sylvarius*, in Diplom. ejusdem Imper. an. 846. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 305. hodie *Servais*, in pago Laudunensi, à Codiciaco non integris quatuor leucis distans. Vide Mabillonium.]
- ¶ *SILVANECTUM Palatium*, *Senlis*, urbs Episcopalis. Charta Roberti Reg. in Tabular. Fiscan. fol. 21. Sammarthani in Abbat. Gall. p. 16. & in Episc. Silvanect. n. 53. [Sirmondus edit. Lupar. tom. 3. p. 64. Duchesnius to. 3. p. 345. & to. 4. p. 77. 96. & 148.]
- ¶ *SPINOUILUM* seu *SPINOILUM* ad Sequanam, *Espinay*. Vide Mabillonium.
- ¶ *SPISSIA* vel *SPINSIA Villa*, *Esposse*. Vide Mabillonium.
- ¶ *STAMPENSE Palatium*, *Estampes*. Vide Mabill.
- ¶ *STERPINIACUM* vel *STIRPINIACUM Villa*, *Estrepagny*, in Vilcassino. Vide Mabillonium.
- ¶ *STIRPIACUS Villa* in pago Tullensi, vulgo *Estrepey*, à Tullo-leucorum duabus distans leucis, ubi etiamnum veteris castelli parietinæ cernuntur. Charta Caroli Crassi an. 885. to. 2. Miscell. Baluzii p. 153. Alia ejusdem Imper. apud R. P. Benoit in Histor. Tull. inter Instrum. p. vi. & Vita MS. S. Cadroei.
- ¶ *STRAMIACUM Palatium*, *Stramiatis*, in Charta Caroli Reg. Burgund. an. 857. tom. 12. Spicil. Acher. p. 121. *Streniacum*, pro *Stramiacum*, legitur in Charta Ludovici Pii an. 835. tom. 1. Hist.

- Occitan. inter Instr. col. 68. Vicum esse in Bressia tribus leucis à Lugduno distantem, qui nunc *Tramoye* dicitur, scribit Menesterius in Hist. Lugdun. *Cremieu* pagi Lugdunensis villam esse opinantur Valesius & Mabillonius.
- ¶ *SUESSIO Palatium*, *Soissons*, urbs Episcopalis. Doublet. p. 697. [Vide Mabillonium.]
- ¶ *SYLVIARIUS*. Vide *Silvacus*.
- ¶ *TAVERNIACUM Villa* in decanatu Montismauriac. *Taverny*. Charta Philippi V. an. 1317. to. 1. Ordin. pag. 649.
- ¶ *TAURIACUM Villa* in finibus Carnutum, *Toury*. Charta Bosonis Reg. ann. 881. tom. 2. Capitul. col. 1508.
- ¶ *TECTIS Palatium* in agro Leodicensi, haud procul à Stabulensi monasterio. Charta Ludovici Pii an. 827. apud Marten. to. 2. Ampl. Collect. col. 25.
- ¶ *THEODONIS-VILLA Palatium*, [*Thionville*,] Doublet. p. 713. Chifflet. in Tornut. p. 264. Hugo Flaviniac. in Chron. Virdun. p. 270. Annal. Fr. Metens. an. 773. [Vide Mabillonium.]
- ¶ *THEODWADUM Palatium*, [pagi Andegavenis, vulgo *Doué*. Charta Pippini I. an. 835. inter Instrum. tom. 1. Hist. Occitan. col. 70.] Theganus de Gest. Ludovici Pii cap. 41. Vitā ejusdem Ludovici an. 796.
- ¶ *TILLUM* prope Senonas, *Teil*. Odorannus in Translat. SS. Saviniani, &c. sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 264.
- ¶ *TOLOSANUM Palatium*, *Toulouse*. Vide Mabill.
- ¶ *TORNACENSE Palatium*, *Tournai*, apud S. Audoënum in Vita S. Eligii.
- ¶ *TORNODORIUM Palatium* ad Hormentionem in Lingonibus, *Tonnere*. Charta Philippi Aug. ann. 1187. apud Perard. in Burgund. p. 340.
- ¶ *TRAJECTUM* ad Mosam, *Mastricht*. Vide Mabill.
- ¶ *TRECÆ* urbs Episcopalis, *Troies*. Præcept. Ludovici Balbi an. 878. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 210.
- ¶ *TREVIRENSIA Palatia*, *Treves*. Vide Mabill.
- ¶ *TRIBURINUM Palatium* ad Rhenum apud Moguntiam urbem, etiamnum *Tribur*. Charta Ludovici Pii an. 829. inter Instr. to. 1. Hist. Occitan. col. 67. *Triburias villa regia*, in alia an. 870. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 192. Adde Baluz. to. 4. Miscell. p. 426.
- ¶ *TRISGODIOS Villa publica*, in Charta Pipini Reg. an. 763. in Defensione Abbat. Prumiensis p. 51. *Trisgodios* edidit Mabillonius inter Instr. to. 2. Annal. Bened. pag. 707. male *Frisgodios* in ipso contextu ibid. pag. 202.
- ¶ *TROSLEIUM Palatium*, *Trosly*. Vide Mabill.
- ¶ *TRUPCHIACUM Villa*, f. *Truccia* in pago Suesfionico, vulgo *Droisy* vel *Trouci*. Charta Carlomanni an. 883. to. 2. Capitul. col. 1511.
- ¶ *TUINUM Fiscus*, vulgo *Tuin*, ad flumen Sabim. Vide Vales. Notit. Gall. p. 564.
- ¶ *TULPIACUM Castrum publicum*, alias *Tolpiacum* vel *Tolbiacum*, Coloniam inter & Marcodurum, in Charta Caroli Martelli an. 725. apud Miræum to. 1. p. 492.
- ¶ *TUMBAS Palatium regium*. Præcept. Lotharii Imper. in Defens. Abbat. Prum. p. 59. Vicus in Arduenna silva. Vide Capitul. Caroli C. tit. 43.
- ¶ *TURNUS Villa regia* infra castrum Porciani haud procul à dextra fluvii Axonæ ripa, vulgo *le Tour*. Præcept. Caroli Simplicis an. 898. in Append. ad Marcam Hisp. col. 830. *Turnuvilla*, in alio ejusdem Reg. an. 899. ibidem col. 833. *Hturnus*, in

- Chartis ejusd. Caroli inter Instr. to. 2. Hist. Occitan. col. 37. 38. 39. *Actum in Setico contra Toru*, ibid. col. 60. ex Charta an. 922.
- ¶ **TURONES** *urbs metropolis, Tours*, in Præcepto Caroli Calvi an. 861. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 166.
- ¶ **TUSSIACUM** *Villa super Mosam* in pago Tullensi prope Vallem-coloris, vulgo *Tufey*, non *Tulley* seu *Tullé aux groseilles*, inter Mosellam & Mosam, ut vult Germanus apud Mabill. Charta Caroli C. an. 859. to. 2. Capitul. col. 1473. Vide Hist. Tull. R. P. Benoit.
- ¶ **VALENTIANÆ Palatium**, [*Valenciennes* ad Schaldim fluvium.] Charta Lotharii Reg. apud Doublet. p. 787. alia Caroli Cal. an. 843. apud Perardum pag. 143. [Vide Sirmondum edit. Lupar. tom. 3. col. 77. 78. 79. 80. & Mabill.]
- ¶ **VALLIS-RODOLFI** *Castrum, Vaudreuil*, in Normannia. Litteræ Johannis Reg. an. 1351. tom. 4. Ordin. pag. 77.
- ¶ **VAUDILOGITUM** *Villa* in Burgundiæ Comitatu, *Vau-loye*, apud Perardum in Burgund. p. 24.
- ¶ **VAUMAIN** in Vilcastino, *Vexin*, in Litteris Caroli IV. an. 1324. to. 1. Ordin. p. 782.
- ¶ **VEDRARIÆ** *Villa*, vulgo *Verrieres*, agri Parisiaci, in Præcepto Caroli C. an. 850. inter Instr. to. 4. Gall. Christ. col. 48.
- ¶ **VELSATUM** *Fiscus*, vulgo *Viset*, prope Leodium, in Capitul. Caroli C. tit. 43. idem quod *Veosatum* in Annal. Bertin. nuncupatur.
- ¶ **VENDERIA** *Villa regia partim Mettensis, partim Tullensis territorii, Vendiere*. Vita S. Johannis Abbat. Gorziens. sæc. 5. Bened. n. 9. p. 368. *Vendera*, in Translat. S. Gorgonii sæc. 3. Bened. part. 2. p. 215. Vide Hist. Tull. R. P. Benoit.
- ¶ **VENDOPERA** *Fiscus regius, Vendeuvre*. Vide Mabillonium.
- ¶ **VENITTA** *Villa regia* in pago Bellovacensi, *Vennette*. Vide Mabillonium.
- ¶ **VERMERIA** *Palatium*, [prope Ifaram, *Verberie*.] Capitul. Caroli M. an. 808. c. 9. Hincmar. Epist. 1. ex Labbeanis, Doublet. pag. 696. Flodoard. 1. 3. c. 4. Will. Heda p. 222. 1. edit. Diplom. Belgica Miræi pag. 22. Johan. à Leydis lib. 3. cap. 12. Chron. Hildesheim. c. 25. [Sirmondus edit. Lupar. to. 3. p. 71. 72. 74. 100. Acta SS. Bened. sæc. 4. part. 2. p. 506. Martenius novæ Collect. to. 1. part. 2. p. 5. & Mabillonius.]
- ¶ **VERN, VERNUM** *Palatium*, [Vernolium ad Ifaram, *Verneuil*.] Concil. Vernense an. 755. Capitul. Caroli Cal. pag. 23. 38. 144. 441. 460. Beslius in Episc. Pictav. p. 29. Chifflet. in Tornut. p. 265. Vita S. Eucherii n. 9. [Vern, in Charta Ludovici Pii an. 821. Append. Marcæ Hisp. col. 767. Sirmondus edit. Lupar. to. 3. col. 15. 16. 101. & Mabillonius.]
- ¶ **VERNIMPTÆ** *Villa*. Vide Mabill.
- ¶ **VERSALIUM** *Palatium, Versailles*. Vide Mabill.
- ¶ **VETUS-DOMUS** *Palatium* in pago Rotomagensi. Henricus Mon. in Mirac. S. Germani Autissiodor. cap. 45.
- ¶ **VICENÆ** seu **VICENNÆ** *Palatium* in agro Parisiensi, *Vincennes*. Vide Mabill.
- ¶ **VICTRIACUM** *Palatium*. Charta Henrici I. Regis apud Baluz. in Not. ad Lupum Ferrar. pag. 526. Aimoinus lib. 4. de Mirac. S. Bened. c. 26. [Vitry. De aliis Palatiis ejusdem nominis, vidē Mabill.]
- ¶ **VIENNA** *Palatium, Vienne*. Charta Caroli Simplificis ann. 898. inter Probat. tom. 2. Hist. Occitan. col. 34. Vide Mabillonium.

- ¶ **VILLA-NOVA REGIS** *juxta Senonas, Villeneuve-le-Roy*, in Stabilimento Philippi Aug. ann. 1209. to. 1. Ordin. pag. 30. de utraque *Villa-Regis*, vide Mabillonium.
- ¶ **VILLARE** *juxta collum Resti* in pago Vadensi, *Villers-Coste-rez*, in Charta Philippi VI. ann. 1328. Vide Mabillonium.
- ¶ **VISKERIUM** *Palatium* in pago Tullensi, vulgo *Vicherey*. Tabular. Tullense. Vide Hist. Tull. R. P. Benoit.
- ¶ **VIZELIACUM** *Villa* in agro Nivernensi ad Coram, *Vezelay*. Charta Philippi Aug. ann. 1190. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 636.
- ¶ **WARA** inter Palatia recensetur in Capitul. Caroli C. an. 877. An idem cum *Warc* quod à Maceriis, *Maisieres*, parum distat? Vide Sirmondum edit. Lupar. to. 3. col. 344.
- ¶ **WARMATIA** seu **WORMATIA**, *Wormes*. Vide Mabillonium.
- ¶ **WASALIA** *Villa regia, Wesel*. Vide Mabillonium.
- ¶ **WEIBILINGA** *Villa*, in Charta Caroli Crassi an. 887. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 223.
- ¶ **WEIMODUS** *Villa regia*. Vide Mabillonium.
- ¶ **WICUS**. Vide *Quentovicus*.
- Sed & Infancionum ædes apud Aragonenses *Palatia* fere semper vocant Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. in quibus eadem erat immunitas, quæ in Ecclesiis, adeo ut *si quis malefactor perpetrato crimine, vel maleficio, pro se defendendo, eas intraverit, non debeat inde extrahi violenter, nisi fuerit latro, vel raptor, aut traditor manifestus*.
- ¶ **PALATIUM** in Monasteriis, apud Petrum Diacorum Casin. lib. de Miracul. S. Benedicti Casini patris n. 29. sed quæ pars ædium Monasterii fuerit, non omnino liquet, nisi fuerit domus Abbat. quam Aulæ nomine donat Vita S. Hermelandi Abbat. num. 30. ubi de quodam Abbate: *Cæpit igitur Aulam sibi edificare, necessariis non contentus domibus, &c.* Id nominis etiam tribuitur cæteris dignitatibus seu officialibus Monasterii ædibus in veteri Scheda apud Angelum à Nuce: *Camerarius, (Casinensis Monasterii) debet facere reparare Palatium, quod dicitur Palatium Infirmarii, quod est juxta cæmeterium, extra paradisum, & omnes alias cameras, &c.* Infra: *Firmatarius debet facere Palatium Infirmarii cum subjacentiis suis.* Interdum pro *Refectorio*, seu majori aula usurpatur, ut in Regula Militum Templariorum in Concilio Trecenti ann. 1127. c. 8. *In uno quidem Palatio, sed melius dicitur refectorio, communiter vos cibum accipere credimus, &c.* seu potius pro cellis, vel quibusvis ædibus monasticis. Charta Sanctii Regis, qui ad Zamorram obiit, apud Ant. de Yopez, in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. *Sit etiam Monasterium vestrum cum ipsa villa, in qua situm est, & omnes vestra decania, sive Palatia vestra, per totum regnum meum sine portatico de vestris propriis rebus, &c.* Charta Sanctii Ramirez Regis Aragonum apud Martinezum in Hist. Pinnatensi lib. 3. c. 27. *Campos, & hortos, & Palatia S. Joannis, si quis fregerit, peitet 60. solidos.* Alia ejusdem Regis æræ 1131. apud Yopez in Chron. Ord. S. Benedicti to. 7. *Dono pralibatis sanctis ac prescripto cænobio Monasterium S. Urbicii de Servol, cum omnibus suis pertinentiis, & cum omnibus decimis suis, cum villis & mansis & Palatiis suis & possessionibus, &c.*
- ¶ *Palatium* potiori jure dicta domus excipiendis hospitibus destinata, in Guidonis Discipl. Farfensi. lib. 2. c. 1. *Juxta galileam constructum debet esse Palatium longitudinis CLV. pedes, latitudinis XXX. ad recipiendum*

cipiendum omnes supervenientes homines qui cum equibus adventaverint monasterio. Ex una parte ipsius domus sunt preparata XL. lecta & totidem pulvilli ex pallio, ubi requiescant viri tantum, cum latrinis XL. Ex alia namque parte ordinati sunt lectuli XXX. ubi Comitissa vel alia honesta mulieres pausent, cum latrinis XXX. ubi sola ipsa suas indigencias procurent. In medio autem ipsius Palatii affixa sint mensa sicuti refectorii tabula ubi edant tam viri quam mulieres.

¶ PALATIUM PONTIFICALE, Domus Episcopalis, in Charta Matthæi Episc. Trecens. an. 1172. Actum est hoc in Palatio Pontificali Trecensi.

¶ PALATIUM, Domus urbis publica, in qua Ædiles seu Scabini jus dicunt aut coeunt, *Hostel* vel *Maison de Ville*. Chron. Veronense ad an. 1242. apud Murator. to. 8. col. 632. Et eo anno D. Henricus de Egna tunc existens Potestas Veronæ fecit magnam curiam militum & dominarum cujuscumque conditionis in Palatio Communis Veronæ. Statuta Massil. lib. 5. cap. 56. Decernentes . . . quod annis singulis mutentur & renoveantur ex toto omnes & singuli Notarii Palatii, & aliarum curiarum ville vicecomitalis Massilia. Ubi perperam virgula ante vocem Palatii posita est.

¶ PALATIUM, Conventus publicus. Anonymus de Elevat. S. Theoderici Abb. sæc. 5. Bened. p. 521. Ut Remorum finibus Rex (Lotharius) appropinquaret, habiturus quidem apud metropolim Palatium cum optimatibus suis. Vide quæ observavimus supra in præmissis ad Palatia.

¶ PALATICUM, Tributum. Vide *Palare* 2.

¶ PALATINA AUDIENTIA, Judicium Palatinorum, hoc est, eorum qui in Regum palatiis iudicium officio fungebantur. Capit. Karolomanni an. 882. cap. 2. Decernimus igitur ut omnes in palatio nostro commanentes, & illud undique adeuntes, pacifice vivant. Quod si aliquis corrupta pace, rapinam exercuerit, per nostram regiam auctoritatem & Missi nostri jussionem ad Palatinam adducatur Audientiam, ut . . . legali multetur iudicio.

¶ PALATINUM SCRINIUM, Archivum regium. Præcept. Ludov. Pii an. 832. tom. 1. Capit. col. 678. Alteram (conscriptioem) nostram magnitudini direxerunt, ut illam Palatinis Scriniis juberemus recondi. Infra Imperialis aulae reconditorium dicitur.

PALATINI, Qui in Palatio militant. Scholiastes Juliani Antecessoris cap. 82. Omnes qui in palatio militant, possunt appellari Palatini. Quomodo hominem Palatinum vocat Ekehardus junior de Casibus S. Galli cap. 1.

PALATINI, Proceres, Optimates Palatii. [Vita sancti Johannis Episc. Valent. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1696. Sicut autem Palatinis ex consuetudine, quæ eis à natura secunda est, rectissimum videtur principi suo blandiri. Palatinorum potestates, in Vita S. Rodingi sæc. 4. Bened. part. 2. p. 535.] Primores palatii, in Vita S. Genulfi c. 7. Palatini Principes, apud Poëtam Saxonice. ann. 782. Palatinus Senatus, apud Claudianum de quarto Consulatu Honorii:

. . . & in mediis effulget curia castris
Ipsa Palatino circumvallata Senatu.

Charta Roberti Regis Franc. an. 996. in Historia Mommorenciaca: Ex sententia Palatinorum nostrorum adjudicavimus ei, &c. Alia ejusdem Regis an. 1029. Noverit itaque sancte Dei Ecclesie fidelium solertia, & Palatinorum simul industria, qualiter, &c. Infra Proceres Palatii appellantur. Chartæ Ludovici VI. & Ludovici VII. apud Doubletum p. 849. 854. Communicato cum Palatinis nostris consilio, &c. ubi & Optimates dicuntur. Ita usurpant Monachus

Tom. V.

Sangallensis lib. 1. cap. 4. 5. 27. 33. Flodoardus lib. 3. cap. 23. pag. 493. cap. 24. p. 506. edit. Colvenerii, & alii.

Ex hac nomenclatura scriptoribus nostratibus infimæ ætatis *Paladini* dicuntur regni proceres. Liber de Castro Ambasiæ pag. 567. *Qua mulier de Paladinorum stirpe descendit ex linea regii sanguinis*: ubi perperam *Palladiorum* præfert codex editus. Ita porro seu veros, seu fictitios Caroli Magni comites expeditionum, & præcipuos copiarum duces vocabant, Orlandum, Renaldum, Oliverium, Ogerium, quos Παλαδίνας etiam appellatos fuisse observat Laonicus lib. 2. p. 57. edit. Genev.

¶ PALATINUS CONSUL vocatus Willelmus in Charta laudata inter Acta SS. Bened. sæc. 5. pag. 82. qui ab aliis Comes & Dux Aquitanorum, id est, Arvernorum appellatur; *Palatinus Consul* idem ergo sonat quod *Palatinus Comes*. Vide *Consul*.

PALATINI, nude, pro Comitibus Palatinis, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 52. §. 5. *Palatinus Rheni*, in Wichbild Magdeburg. art. 9. §. 1.

PALATINI, dicti sub Impp. Romanis, qui rei privatæ & largitionales titulos exigebant, de quibus est titulus in utroque Codice de *Palatinis sacrarum largitionum*. Scholiastes Juliani Antecessoris c. 82. *Palatini dicuntur, qui pertinent ad Comitem rerum privatarum, vel ad Comitem sacrarum largitionum*. Horum Palatinorum meminit Gregorius Magnus lib. 8. Epist. 10. *Gloriosi filii nostri Cethegus atque Flora jugales pro cortis causis suis Maximum, virum clarissimum, Palatinum Privatarum ad Siciliam transmittentes, &c.* Idem in Epist. 27. *Questus nobis est, quod Joannes vir clarissimus Palatinus multis eos frustra affligat incommotis, &c.* Quo loco describitur *Palatine exactionis enormitas*, de qua Novella Theodosii 43. de Palatinis. Agit de eodem Joanne Palatino Epist. 52. idem Gregorius. Meminit præterea alterius *Palatini* importuni lib. 9. Epist. 24. ut *Maximi Palatini*, Sidonius lib. 4. Epist. 24.

PALATINUS, apud Hungaros dignitas præcipua, de qua sic Decreta Andreae Regis Hungariæ ann. 1222. cap. 10. *Palatinus omnes homines regni nostri indifferenter discutiat ad causam nobilium. Quæ autem ad prodicionem capitis, vel ad destructionem possessionum pertinent, sine conscientia Regis terminare non possit.* Palatini porro prærogativæ insignes sunt eæ: si regium semen defecerit, in alterius electione primam vocem habet. Si Rex filium hæredem in tenera ætate reliquerit, ejus tutor est, ut & regni Gubernator, & Dietas indicit. Exercituum Dux & supremus Capitaneus est, juxta tamen voluntatem & arbitrium Regis. Controversias regnicolarum dijudicat: in controversiis inter Regem & subditos arbiter est: Regis, si negligens sit, aut minime idoneus defectum supplet: si Rex in exercitum pergat, ejus Vicarius ac Locumtenens est, &c. [Hinc in Vocab. utriusque juris: *Palatini aliter dicuntur Vicarii, quia quodam modo gerunt vicem principis.*]

¶ PALATURA, Intervallum, spatium, Gall. *Distance*. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 456. *Erant xxxiii. galea sibi invicem simul junctæ ad remorum extensionem contigua; terribilissimi bombardarum lapides . . . cadebant ante, vel post, seu inter remorum Palaturas.*

PALATUS. Vide *Pallium* 2.

¶ PALAX, *Dolosus, fallax*, in Gloss. Isid. ad quas recte Grævius: lege, ut habent Excerpta, *Pellax*. Constantiensis; *Pellax, dolosus, fallax*. Hinc apud Festum, *pellicator, qui pellicit in fraudem.*

PALAZZOLI, Virgulæ, apud Petrum de Crescen-

D

- tiis lib. 10. de Agricult. cap. 28. *Vergettes*, veteri Gallico interpreti.
- ¶ PALCUM, Suggestus, Italis *Palco*. Acta SS. Maii tom. 2. p. 60. de S. Angelo Mart. *In humeris portando* (arcam) *sub baldacchino, sub ara ad hoc erecto, in Palco ligneo ornamentis insignito, &c.*
- PALDONES, Vestis species. Vide *Faldones*.
- ¶ PALDUS, Palus, Gall. *Pieu*, vel Contextus & ferries palorum, *Palissade*. Rolandinus de factis in marchia Tarvis. lib. 5. c. 18. apud Murator. to. 8. col. 247. *Cum tentoriis & fossis & Paldis taliter circumdederunt locum, quod nemo poterat ingredi vel exire.*
1. PALEA, Vox, quæ præponitur ut titulus quibusdam capitibus Decretorum Gratiani, ut notetur additicia esse, nec à Gratiano primitus illi libro inserta, cum in veteribus MSS. Gratiani, quæ *palea* nomine insigniuntur desiderentur. Andreas J.C. ad Speculat. & ex eo Anton. Augustinus lib. 1. dial. 2. de Emendat. Gratiani, aiunt *Paleam* fuisse discipulum Gratiani, qui capita hæc adjecerit. Vide, quæ habet Admonitio Gregorianæ Editionis.
- ¶ 2. PALEA, Præstationis species, quæ in paleæ manipulis exigebatur. Charta Adhemari Com. Engolism. ann. 1196. apud Stephanot. Antiquit. Bened. Engolism. MSS. pag. 189. *qua homines suos eximit, ab omni talliata, injusta exactione, exercitu, ... caseis & Paleis.*
- ¶ PALEACEUS, Stramineus. Acta S. Contardi to. 2. April. pag. 449. *Homo ille qui in Paleaceo tugurio eum exceperat, dixit, &c.*
- ¶ PALEAGIUM, Idem quod *Palea* 2. citatur ex antiquis Recognit. to. 1. Hist. Dalphin. p. 78.
- PALEALES UVÆ, in palea conditæ & asservatæ, apud Cælium Aurelian. lib. 3. Acut. cap. 21.
- ¶ PALEANCHE, Inveterati faucium tumores, quique discuti non possunt: quasi obluētans obsistensque præfocatio. Vocab. Sulfannæi, ex Gr. *πάλη* & *ἀγχος*.
- ¶ 1. PALEARE, Locus ubi paleæ reponuntur. Vide *Palearium* 2.
- ¶ 2. PALEARE, Straminea fax, Gall. *Torche de paille*. Annal. Mutin. apud Murator. to. 11. col. 66. *De anno 1264. apparuit cometes faciens fumum, sicut faceret unum Paleare ardens.*
- ¶ 3. PALEARE, Ædium parietes *palliis* exornare, *Tapisser*. Charta an. 1261. in Tabular. S. Victoris Massil. *Quod helemosinarius faciat natus in claustro & capitulo & eas copari & innitari ac etiam Paleari in festivitatibus Natalis Domini, Paschæ & Pentecostes, &c. Vide Pallium* 2.
- PALEARIA, Horreum palearum, in Mirac. S. Cataldi Episc. num. 29.
- ¶ PALEARIA MINUTA, Omne genus herbarum & granorum, ut medica, &c. quod falce metitur & datur equis & pecori comedendum. Charta an. 1313. in Tabul. S. Martini Pontif. *Redecima quam percipit de fructibus . . . tam de minutis Paleariis quæ producuntur extra granchiam ad fauchetum, quam de abis fourragiis.*
- PALEARII, Gallis, *Paillers*. Gaufridus Vosiensis in Chron. part. 2. c. 10. *Philippus Galliarum Rex scero suo Anglorum Regi Henrico, quasi auxilium, tartareas direxit legiones: eorum pedes veloces erant ad effundendum sanguinem. Hi ex diversis terrarum partibus conglobati unam Ecclesiam fecerunt malignantium, unoque vocabulo Palearii, quasi à palea vocabantur. Infra: Palearii apud Castrum Dunum delentur. Vide c. 13. & 21. Idem lib. 1. c. 73. Immisit Deus in Aquitaniam hostes crudelium populorum, . . . & ut rustice loquar, Brabançons, Hainniers, Asperes, Paillers, Navar, &c. Incertum porro, an ita dicti Palcarii, quod*

- paleam pro insigni ad caput aut galeam deferrent an vero quod incendia, ubique ignem palea immittendo excitarent. Vide Glossar. mediæ Græcitatatis in *Αχυραίταις*. [& infra *Pilardi*.]
- ¶ PALEARITIUM, Straminea culcita, Gall. *Paille*. Acta S. Franciscæ Romanæ to. 2. Martii pag. 159*. *Malignus spiritus immisit in lecto sui mariti & adhuc in Palearitiio ipsius Beata lectuli tot pulices quod stupendum erat.*
1. PALEARIUM, in Gloss. Græc. Lat. dicitur *τὸ ὑποκάτω τῆ βότῃ κρεμάμενον δέρμα*, *pellis, quæ sub collo bovis fluitat huc & illuc ad modum paleæ, &c.* apud Joannem de Janua. Occurrit in Vita S. Benedicti Anianensis.
2. PALEARIUM & PALEARE, Locus, ubi paleæ reponuntur, apud eumd. Joan. de Janua. Constitutiones Catalonia MSS. *Olivæ vero & fructus earum, columbaria & Palearia non inscindantur, vel comburantur, nec destruantur.* Vita S. Endei Abbatis Aranenensis n. 18. *Sic diligenter exercebat trituratoris officium, ut in Paleario territorii (quidam legunt territorii) non posset granum, quod culmen faceret, inveniri.* [Adde Statuta Vercell. lib. 5. fol. 125.]
- ¶ 3. PALEARIUM, Tugurium paleis tectum. Vita S. Gerii tom. 6. Maii p. 160. *Ubi rus sive villa aliquantum habitantium sub Paleariis seu casinis.*
- ¶ PALEATUS, Bicolor, vel etiam multiplici colore distinctus, nostris *Palé*. Inventarium ornament. & Reliq. Eccl. Noviom. ann. 1419. ex Archivo ejusd. *Item tres cortina de samito Paleata de rubro & albo, hortata desuper ad arma Francie.* Vide in *Pallium* 2. *Paleatus*, alia notione, vide in *Paleta* 2.
- PALECTUM. Rollandinus in Summa Notariæ c. 2. *In 10. brachiis panni de Pruyn. & uno Palecto de flanchiis pro vestibis ipsius Domina Mathilde, &c.* [Nostris *Palesteau* vel *Paleteau*, pro segmentum panni, lacinia. Le Roman de la Rose MS. *Povre est la cote & mont erresse, Et plaine de viés Paletiax.*
- Ibidem: *Ele n'avoit cun viés sac estroit Tout plains de mauvés Paletiax, C'estoit sa cote & ses mantiax.*
- ¶ PALECTUS, vel PALETTUS, Armorum genus, quod palmulam lusoriam, Gall. *Palette*, referret, sic appellari videtur. Liber Anglicus inscriptus *Justice of peace* pag. 69. *Vi & armis, videlicet baculis, gladiis, arcibus, sagittis, . . . Palectis, lanceis, &c.* Charta Henrici VI. Reg. Angl. ann. 1450. apud Rymer. to. 11. p. 262. *Quod nullus de catero Paletos, loricas, gladios, . . . seu aliqua alia arma invasiva, &c.*
- ¶ PALED, Idem quod *Paleatus*. Charta an. 1440. apud Madox Formul. Anglic. p. 432. *Item do & lego . . . unum lectum de Arras, cum costeris Paled de colore rubeo, viridi & albo, &c.*
- ¶ PALEE, Eadem notione, in Testamento Johannis de Newill an. 1486. ibid. p. 427. *Unum lectum de serico Palee cum rubeo & nigro, &c.*
- ¶ PALEFERNARIUS, PALEFREDUS, &c. Vide *Paraveredi*.
- ¶ PALEG, pro Pales, *Dea pastorum*, in Gloss. MS. 13. sæc. monast. S. Andreae Avenion.
- PALENGA. Vide *Padelenga*.
- ¶ PALENGREJATUS, Nassæ species, quæ Italis *Palengaro* dicitur. Charta an. 1434. ex Tabular. Piscator. Massil. *Volumus & ordinamus quod piscatores possint reponere & reponi sinant pisces in vasculis quibuslibet . . . sive sint banastoni, canastelli, sive sint essavegatorum sive Palengrejatorum, &c.*

¶ PALEPRUST. Vide *Puleprust*.

¶ PALERGIUM. Anastasius Bibl. in Benedicto II. p. 272. *In Ecclesia B. Valentini, via Flaminia, fecit coopertorium super altare cum clavis & fastellis, & in circuitu Palergium chrysoclavum pretiosissimum. Mox: Et in circuitu Palergium de holoserico pulcherrimum. Idem videtur, quod phalergium apud Papiam, ubi ornamentum esse dicitur, forte ex Græco, παλαργον, quod additamentum & ornamentum operis significat in veteri Inscript. 59. 2.*

¶ PALESCÂRMUS, Navigii genus. Georg. Stella in Annal. Genuens. ad an. 1399. apud Murator. to. 17. col. 1204. *In vestra etiam comitiva duxistis septem aut octo parva navigia, brigantinos aut Palescarmos vocata, pluribus fulcita armigeris, &c. Italis Paliscalmo & Palischermo est Scapha, cymba, Gallice Esquis.*

¶ PALESTES, à Græco παλαιστή, apud S. Hieronymum in cap. 40. Ezech. Mensura unius palmi minoris.

1. PALETA, Idem quod *Pala*, annuli pars, quæ gemmam cohibet. Gloss. Lat. Gr. *Paleta, σφενδόνων διακτυλίς ὡς ὕψος.*

2. PALETA, Mensuræ frumentariæ species, in Regesto Parlamenti B. fol. 28. *Quod licet Major & Pares Medontenses... exercuerint iustitias, quæ sequuntur, videlicet mensuras, pondera, boissellos, Paletas molendorum, &c. Paleata farina, in 1. Regesto fol. 4.*

¶ PALETARE, Gall. *Paleter*, proprie est ad palos, quibus urbium & castrorum muniuntur & sepiuntur ingressus, dimicare. Apud Vegetium lib. 1. cap. 11. & lib. 2. cap. 23. *ad palum dimicare*, species est armaturæ, seu exercitationis militaris, [qua milites se ad palum in terram defixum gravi clava numeros omnes armaturæ implentes exercebant.] Anonymus de Recuperatione Terræ Sanctæ capite 66. in Gestis Dei per Franc. *Ut Paletando contra hostes, quoties necesse fuerit, fines ipsos, civitates & castra defendant.* Continuator Nangii ann. 1326. *Post aliquam Paletationem factam cum Bidaldis prope castellum, &c. Willelmus Guiart an. 1270.*

*Un jour pour les desbareter,
Vindrent Sarrazins Paleter.*

[Le Roman de Rou MS.

*Li borjoiz de la ville sont as portes allé
O le Conte Tiebault qui grant peuple a amené,
Souvent ont as Normans lancié & Paleté,
Mainte mellée y ont & maint homme tué.]*

Chronicon Flandriæ cap. 16. *La garnison issit hors encontre lui, & Paleterent tant, que le Comte du Perche fut abatu sous son cheval. Et cap. 46. Et tantost firent les Flamens arrester leurs grosses batailles sans rien faire fors Paleter l'un encontre l'autre. Hinc palet, & paletis, pro ipso congressu. Hugo Plagon vetus interpres MS. Willelmi Tyrii lib. 17. cap. 7. Ut qui tota vita sua regno militantes, sic vertit, Car ils sont toujours au content & au Palet. Et cap. 12. Et ex ea parte continuis impugnaretur congressionibus, sic habet, Si que tous les jours les conviendrait estre au Palet & au contens de quelque part. Chron. Bertrandi Guefclini MS.*

Adonc issi Bertrand tout hors du Paletis.

Le Roman de Garin :

Sor lui avoit moult grant Paleteis.

Will. Guiart an. 1296.

*Car pour venir au chapeis,
Est lessié le Paleteis.*

Utitur pluries, ut & citatus auctor Chronici Flandr. cap. 67. 79.

Tom. V.

¶ PALETARII, f. Frumenti, vel quorumcumque granorum mensores aut agitadores, à *Paleta*. Vide supra, & infra *Paletegium*. Charta an. circ. 984. to. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 46. *Dedimus autem iterum iis omnes emendationes & omnia vadimonia omnium satisfactionum omnium ibidem consistentium, & consuetudines macellariorum & Paletariorum in alodum illam habitantium.*

¶ PALETATIO. Vide *Paletare*.

¶ PALETĒGIUM, Jus quod competit domino pro mensuratione frumentaria per *paletas*. Memorial. Camerae Comput. Paris. an. 1364. mensis Sept. fol. 94. v°. *Gratia facta est decano & capitulo ecclesie S. Ulframi de Abbativilla, quod de granis dictæ ecclesie venditis seu emptis non solvatur Paletegium seu minagium. Vide Paleta 2. & Paletarii.*

¶ PALETTUS. Vide supra *Palectus*.

¶ PALETUM, à Gall. *Palet*, Discus, orbiculus. Regest. 93. Chartophyl. reg. Ch. 125. 18. Dec. 1362. *Ludentes ad Paletum in quadam carreria seu vico regio, ... & cum essem in dicto ludo in discordia super duobus ictibus, &c.*

¶ PALEUNCULA, Parva palea. Vita B. Gerardschæ tom. 7. Maii pag. 179. *Dixit: O Paleuncula, quam magna est potentia Dei que in te manet!*

¶ PALEUS. Vide *Pallium* 2.

¶ PALEZARE, vox Italica, Declarare, denunciare, indicare, quasi palam facere. Statuta Montis Regal. fol. 316. *Item pro somata grossa coraminis bagnati, recentis, non Palezati sol. tres den. Vide Palificare.*

¶ PALEZINE, Idem quod *Padelenga*, Anguilla procerior. Charta an. 1080. apud Miræum tom. 1. pag. 70. *Quartum vero halec, quartum Palezine, & quartum ovum me illis auxisse, tam futuris quam presentibus sit cognitum.*

¶ PALFERRUM, Instrumentum ferreum muris subruendis aptum. Castelli Chron. Bergom. ad an. 1404. apud Murator. to. 16. col. 949. *Et ipsamet die Gibellini de civitate & burgis Bergomi iverunt cum stipendiariis ad dictam turrin cum Palferris, & aliis utensilibus, & cavaverunt ipsam turrin circum circa, &c.*

¶ PALFREDUS, PALFRIDUS. Vide in *Paraveredi*.

¶ PALFREY-SILVER, Exactionis genus apud Anglos, quibus *Palfrey* est equus, & *Silver* pecunia. Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Custumam ibidem vocatam Palfrey-Silver, qua levare debet annuatim de villis de Botelesford, &c.*

¶ PALHERIUM, Palearium, ex Gallico *Pallier*. Charta an. 1306. in Comitatu Rutenensi exarata, ex 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franciæ n. 7. in Tabulario Regio: *Cum 6. denariis Ruthen. quos habebat censuales in Palheriis & ortis Stephani, &c.*

¶ PALIA. Judicatum an. 1250. apud Rocchum Pirum in Notitia Ecclesie Pactensis: *Pro unoquoque porco tarenos 60. Item de Palia mille retia ad valens tarenos 50. &c.* [Charta an. 1212. in Tabul. S. Ilidii Claromont. *De fructibus & Palis Abbas & monachi duas partes habeant. Ubi Palia pro palea scriptum videtur.*]

¶ PALICARII, *Ministri militia*. Leo Taft. apud Laur. in Amalth.

¶ PALICIUM, ut *Palitium*. Vide in hac voce.

¶ PALIFICARE, Palam facere, exponere, declarare. Diedericus Monachus de Illatione corporis S. Benedicti, in præfat. *Exigis à me... quatenus... Palificare quantocius non differam, quam causa existat illius festivitatis.* Anonymus in Vita S. Severi Episcopi Ravenn. cap. 1. num. 1. *Nec non & obitum sacratissimum qualicumque stylo Palificare gestientes.*

D ij

[Chron. Domin. de Gravina apud Murator. to. 12. col. 713. *Et tunc cepit abbas Palificare seipsum, & ait adstanti viro, &c.*] Utuntur præterea Theodericus Mon. de Invent. S. Celsi Episcopi Trevir. num. 17. & Dudo Decan. S. Quintini in præfat. ad Hist. Normai. p. 51. [Vide *Palezare.*]

¶ 1. PALIFICATA, vox Italica quæ idem quod *Palitium* sonat. Memoriale Potest. Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1090. *Primo per flumen navigare ceperunt, & ad Palificatam Saracenorum, quam in flumine fecerunt, venientes ipsam per vim ceperunt & diruerunt.*

¶ 2. PALIFICATA, Opus acupictum. Anonymus in Annal. Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 811. *Paramentum unum cetonini rubei laborati ad ramam cum Palificata una ad duas dominas, &c.*

PALIFICATURA, PALIFICATIO, Telonci species, in Charta Berengarii & Adalberti Italiae Regum ann. 952. in Bibl. Sebûf. Cent. 1. cap. 99. quod pro palis, quibus fluviorum ripæ continentur, exolvebatur: Itali quippe *Palificare* etiamnum dicunt, palis instruere, palos defigere: *Portonaticum, Palificaturam, tholoncum, ripaticum, navium ligaturam.* Charta Henrici Reg. Roman. an. 1311. *Ductus aquarum, Palificationes molendinorum, ripatica, &c.* Charta Ludovici Pii Imp. apud Ughellum to. 4. p. 789. *Et... peragere negotium voluerit in portis Walparioli & Cremonæ cum milites applicent, & in sorte stent, sic milites Comaclenses & debitum reipublicæ, quod est ripaticum, & Palificaturam, partumque ad duos riparios... adimpleant. Pali molendinarii, in Charta Grodegangi Episcopi Metensis apud Meurissium p. 169. Vide *Palare* 2.*

¶ PALIMPSESTUS, Membrana iterum abrasa, charta deletilis. Laur. in Amalth. Græc. *παλιμψηστος.*

¶ PALINGENESIA, à Græc. *παλιγενεσία*, Regeneratio, alter natalis. Epistola Gunzonis ad Augienses fratres an. 969. apud Marten. to. 1. Amplif. Collect. col. 303. *Si Palingenesiam vel metempsychosim Pythagoræ stulte quis accipere vellet, animam circumcisi Achar corpori istius nullatenus inesse dubitaret.*

¶ PALINODIA DEI, Sic canticum *Te Deum* laudamus vulgo S. Augustino adscriptum vocat Abbo Floriac. in Epist. ad monachos Anglos apud Mabill. to. 4. Annal. p. 30. laudata, ubi idem canticum S. Hilario Pictavensi Episcopo tribuit. Laurentio in Amalth. *Palinodia est iter reciprocum. Item, recantatio seu retractatio, contrarius cantus.* Unde patet vocis origo, quod scilicet canticum illud divinis choris soleat decantari.

PALIOSUM. Anonymus de re Architecton. cap. 17. *Camera structiles fortiores erunt, figulina autem ad contiguationem suspendantur, ita ut catenis anchoratis fixæ, tegulas, vel Paliosa, quæ cameram circinent, sustineant.* Confer Vitruvium lib. 5. cap. 10.

PALIOSUS, Dives, qui pallio dorsum tegit. Guill. de Podio Laurentii cap. 43. *Factamque ut nonnulli dorsa Paliosa habentes ceperint difficultates opponere, quibus possent inquisitionis officium impedire.* Vide infra *Pallium* 2.

¶ PALIPODIUS, Idem qui *Palafredus*, nostris *Palafroi*, Equus gradarius. Charta venditionis Sergentariæ seu ostiariæ Episc. Eduensis ann. 1271. in Tabular. ejusd. Eccl. *Item qualibet nocte in hospitacione equorum, videlicet pro Palipodio domini Episcopi & pro sommeriis unam mensuram avenæ, prout datur ejusdem equo.* Vide *Paraveredi*.

¶ PALISSATA, à Gall. *Palissade*, ut mox *Palitium*. Charta ann. 1371. in Archivo S. Victoris Massil. *Ut faciat reparare, reficere & compleri catherenam ser-*

ream & clausuram Palissata portus Massilia. Vide infra *Palizata*.

PALITIUM, PALLICIATUM, PALLATIUM, Contextus ac series palorum. Willel. Brito lib. 7. Philipp.

Paliciumque triplex, quod erat Gaillardica subtus Mœnia, quadratis palis, & robore duro Usque sub extremas protensum fluminis oras.

Anonymus de Gestis Friderici II. Imper. *Quia si Princeps illos in illa clausura invaderet, Palitia illa quibus Papalis exercitus se totum clauserat, &c.* Infra:

Quo lignaminibus ipsarum domorum, quæ inde disrumperere potuerunt, facerent stichatos, sive Palliciata circumcirca civitatem. Expressit nostrum *Palissade*.

[Consuetud. antiquæ Norman. n. 3. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 118. *Et ibi nulli licuit facere Palicium, nisi in una regula: & id sine propugnaculis & alatoriis.* Charta ann. 1201. in Tabular. S. Vincentii Cenoman. *Super via quæ ducebat inter farnum & Palitium monachorum.* Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CXLII. *Pro Palicio reficiendo x. s.* Vide *Palium* 1.]

PALLACIUM, Eadem notione. Bracton. lib. 4. tit. 1. cap. 37. §. 1. *Si faciat quis fossatum & hayam, murum, vel Pallacium, per quod oportet me ire per circuitum, ubi prius ingressus sum per compendium.* Apud eundem d. tract. cap. 44. *Fossato, muro, haya, vel Palatio. Palicium, cap. 45. §. 2. Palit & closture,* in Consuetud. Vitriacensi art. 55. *Pallis,* in Consuet. Altisiod. art. 53.

¶ PALLITIUM, in Charta Matthæi Abbat. Fufniac. ann. 1225. *Nec de terra dictum salvarium existente (potest) includere, nisi quantum ad præsens Pallitio est inclusum.*

¶ 1. PALIUM, Idem quod *Palitium*, vel locus palis circumseptus. Charta an. 1347. tom. 1. Histôr. Dalphin. pag. 67. *Item viderunt Palium quod est à domo quæ fuit Amedei Comitis, ... in quo deficit magna quantitas palicii & injunxerunt castellano ut dictum palicium reficere... faciat.* Charta an. 1196. in Tabular. S. Victoris Massil. *De malosossato perceperunt quod esset Palium & gastrum.*

¶ 2. PALIUM, Præmium equestris vel pedestris decursionis, Italis *Palio* vel *Paglio*. Sic dici videtur, quod victor *pallio* seu panno serico, alteriusve pretiosioris materiæ donabatur. Breviarium Hist. Pisanæ ad an. 1264. apud Murator. to. 6. col. 194. *Item cursus nostri honorabilis Palii factus ab equis & plures milites cingulo novæ militiæ decorati.* Vita S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis tom. 6. Maii pag. 251. *Cum ergo circa festum S. Joannis aliisque temporibus publicæ decursiones ad Pallium, ut aiunt, celebrarentur, & multa domina eo consuerent; nunquam persuaderi potuit ut spectandi causa ad fenestram accederet.* Statuta Vercell. lib. 1. fol. 17. *Ordinatum est quod unum Palium sive bravium sufficiens & idoneum, & omnia alia pertinentia dicto Palio, ementur per Commune Verecellarum ad quod in honorem festi B. Eusebii curatur.* Vide *Pallium* 2.

¶ PALIUS, Sericus. Ordinar. MS. Abbat. Piperac. an. 1301. *In festo Purificationis exeundo per claustrum capis Paliis veniunt ante portam ecclesiæ.* Vide *Pallium* 2.

¶ PALIZATA, PALIZATUM, Sepimentum è palis, *Palissade*. Johan. Stella in Annal. Genuens. ad an. 1383. apud Murator. to. 17. col. 1269. *Ubi clausum erat iter ad aquas, sudes, quas palos vocant, ita breves fundo erant affixæ, ut aquæ sub eis palis ingrederentur, & sic everteretur objectum, quod nominant Palizatam, aut panizatam vulgares.* Regestum

Comput. Dalphin. tit. Grayfivod. an. 1334. fol. 292. *Item ponit solviffe pro reparatione domorum dicti D. Dalphini . . . tam videlicet pro faciendo ibi Palizatum cum portis clavaturis & aliis necessariis, &c. Vide Palissata.*

1. PALLA, Globus, nostris *Bale*, Italis *Palla* & *Balla*, Germanis, *Ballen*, pro *Pila*. [Addit. ad Vitam S. Antonini to. 1. Maii p. 349. *Dum luderet ludo pila inflata, qua dicitur Pallagrossa, fregerat sibi brachium.*] Hefychius: Πάλλα, σφαῖρα ἐκ πομίλων νημάτων πεποικιμένη. Ita porro Globum crucigerum Imperialem, qui inter Regalia insignia reponitur, appellat Gotefridus Viterbiensis:

*Aureus ille Globus Pomum vel Palla vocatur,
Quando coronatur, Palla ferenda datur.*

Infra:

Crux & Palla simul pariter connexa tenentur:

Hec ferit, hac sanat, hac perit, illa manet.

Versus alii in Chr. MS. Andreae Danduli an. 1130.

Crux, ensis, sceptrum, corona, lancea, Palla.

De ejusmodi globis crucigeris pluribus agimus in nostro Syntagmate de Numismatibus Imperator. Constantinop.

2. PALLA, Aulæum. Gloss. Lat. Gr. *Palla*, μίτρα, πέπλος, παραπέτασμα. Matth. Paris an. 1236. *Ornata igitur civitas tota holosericis & vexillis, & coronis, (forte cortinis) & Pallis, & cereis, & lampadibus.* Alibi: *Obtulit Ecclesie quatuor Pallas, unam assignavit altari ad pendendum, & maceriam adornandum.* Et anno 1251. *Obtulitque ad majus altare tres Pallas S. Albano, & unam S. Amphibalo.* De hisce pallis intelligendus, ni fallor, Gregorius Turon. lib. 10. cap. 16. *De Palla holoserica (Ecclesie) vestimenta neptis sua temerarie fecerit, foliola aurea, qua fuerant in gyro Pallæ, inconsulte sustulerit, & ad colulum neptis sua facinorose suspenderit.* [Paille, eadem notione usurpat le Roman de la guerre de Troyes MS.

En une chambre à or ouvrée, . . .

Portendue de Pailles chiens.]

PALLA ALTARIS, in veteri Vocabulario, dicitur vestis qua altare cooperitur, videlicet lineus pannus consecratus, qui super altare ponitur, super quem extenditur corporale. Neque fere aliter Durandus lib. 1. Rational. cap. 3. n. 49. tametsi interdum Pallam altaris cum corporali videatur confundere: *Clemens etiam statuit, ne mortui sepeliantur vel involvantur, seu operiantur, vel etiam feretrum, cum Palla, id est, pannis altaris, aut cum mappa, qua calix involvitur, . . . quando vero Palla, id est, corporalia, & vela, id est, ornamenta altaris, seu cortina super altare pendent sordidate fuerint.* Et mox: *Palla vero, id est, corporalia in alia pelvi laventur.* Rursum: *Si altaris Palla, id est, vestimenta, &c. Ubi palla promiscue usurpatur pro linteo, quo tegitur altare, & pro corporali.* Distinguuntur tamen in Concilio Meldensi apud Burchardum lib. 4. c. 13. *Similiter ad corporale lavandum, & ad Pallas altaris propria vasa habeantur, in quibus nihil aliud fiat.* Et in Concilio Remensi apud eundem lib. 3. cap. 97. *Observandum est, ut mensa Christi, id est altare, ubi Corpus Dominicum consecratur, . . . cum omni veneratione honoretur, & mundissimis linteis & Pallis diligentissime cooperiatur.* Denique Concilium Arvernense can. 7. *De opertorio Dominici Corporis, seu Palla altaris, nunquam Sacerdotis corpus, dum ad tumulum evehitur, obtegatur.* Ubi, seu, idem valet quod vel, ita ut aliud sit Palla altaris, aliud opertorium Dominici corporis; id est, Corporale, quod Corporalis palla, in Ordine Romano, & apud Gregorium Magnum in Sacrament. ubi de ordine Subdiaconi, appellatur, ubi distin-

guitur à cæteris pallis altaris: *Palla vero, que sunt in sulstratorio, in alio vase debent lavari, in alio Corporales Palla.* [Idem legitur in Statutis Synodalibus Guidonis Episc. Helen. tom. 3. Concil. Hispan. p. 595. *Corporales palla ab Episcopo consecrandæ & benedicende, in Capitul. lib. 7. c. 431.*] *Pallei corporales dicuntur in Testamento Riculfi Episcopi Helenensis. Corporale Pallium, apud Bonifacium Archiep. Moguntinum Epist. 11. Pallium altaris, apud Gregorium Turonensem lib. 7. c. 32. Cumque jam altarium cum oblationibus Pallio serico opertum esset, &c. Infra: At ego, cum hac audirem, ad te conversus dixi: Adprehende Pallium altaris, infelix, quo sacra munera conteguntur, ne hinc abjiciaris.* Alia igitur palla, quæ altari substernitur, [quam frontale alii vocant, vide in hac voce;] alia, quæ sacra Christi munera contegit, quam Corporale appellant Scriptorum. Prior palla, ea est Palla Dominica, ad quam non licet mulieri manum suam mittere, ut est in Concilio Antifiodor. can. 37. & Palla altaris, in qua manus pueri oblatis ad Monasterium à parentibus involvatur, ut est in Regula S. Benedicti cap. 66. & illa, cujus meminit Lex Bajwar. tit. 1. cap. 3. §. 3. *Si autem de ministerio Ecclesie aliquid suraverit, id est, calicem aut patenam, aut Pallam, &c.* Adde Capitulare Heytonis c. 16. Hugonem Archiepisc. Rotomag. lib. 2. de Hæret. c. 4. Arnoldum Lubec. lib. 6. c. 5. &c. Vide Substratorium.

Hujus Palla forma sic describitur in Statutis MSS. Augerii Episc. Conseran. ann. 1280. *Corporalem Palam non de serico aut de tincto seu operibus variato, sed solum de simplici albo panno lineo, fieri prohibemus, precipientes ut munda & bene composita & plicata sit. Debet autem habere quatuor in longitudine plicas, in latitudine vero tres.*

Ea vero Palla, quam corporale vocabant, contra incendia deferri solebat. Aimoinus in Mirac. S. Benedicti sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 365. *Effertur denique lugentium mærentiumque manibus illud admirabile margaritum; & cum Palla, super quam pridie sacrosanctum Corpus Jesu Christi fuerat confectum, circumducitur. Cum repente aquilone qui ad horrea fratrum flammam impellebat, flare cessante, totus ignium globus volumine facto calum versus cacumen extendit.* Adde Consuetud. Cluniac. lib. 2. cap. 30 Rodolphum Glabrum lib. 5. Hist. c. 1. ubi *Christinale* appellatur, & Rupert. Abbat. de incendio Tuitiensi.

PALLIÆ ALTARIUM. Historia de exordio Ordinis Cisterciensis cap. 17. *Pallia autem altarium, ut de lino fierent, &c.*

PALLA LINOSTIMA, Diaconorum maxime vestis propria. Liber Pontificalis ex decreto Zozimi PP. *Ut Diacones lavas tectas haberent de Pallis linostimis. Palla linostima, pro mantile, Gall. Essui-main, in Linostimus.* Vide infra Pallium 2.

PALA, Eadem notione. Prudentius Trecensis Episcopus in Vita S. Mauræ: *Quis oleum ad lampades ministrabat? Maura. Quis Palas conferebat? Maura. Quis vestimenta sacerdotalia de proprio comparabat? Maura.* Versus inscripti palæ altaris ædis S. Marci Venetiis:

Anno milleno centeno jungito quinto,

Tunc Ordelaphus Faledrus in orbe ducabat:

Hac nova facta fuit gemmis ditissima Pala,

Quæ revocata fuit te, Petre, ducante Ziani,

Et procurabat tunc Angelus acta Faledrus,

Anno milleno bis centenoque noveno.

Ibidem:

Tunc vetus hac Pala gemmis pretiosa novatur.

Vide Sanfovinum & Stringam in Venetia lib. 1. cap. 39. 40.

- PALLÆ SEPULCHRALES**, Quibus Sanctorum & Honoratorum tegebantur sepulchra. Concilium Arvern. c. 3. *Ne Pallis vel ministeriis divinis defunctorum corpora obvolvantur. Palla sepulchri S. Martini*, apud Gregorium Turonensem lib. 5. Histor. Franc. cap. 48. Idem lib. 1. Miraculorum c. 72. *Pallam holosericam auroque exornatam, quæ sanctum tegebat sepulchrum, temerario ausu diripuit. Pallia lectorum*, apud Eutropium lib. 9. *Milites, qui eum sequebantur, factore commoti, diductis lecticula Palliis, post aliquot dies mortem ejus notam habere potuerunt.* S. Hieronym. Epist. 25. cap. 1. *Ex more parantur Exequiæ, & Nobilium ordine præeunte, aureum ferebro velamen obtenditur.* In Vita S. Pauli Eremitæ: *Cur & mortuos vestros avaratis obvolvitis vestibus?* [Chartular. vetus à Pithæo laudatum in Gloss. ad Leg. Salic. *In redemptionem unius tapetis, quod patri mortuo superpositum est, ut est consuetudo nobilium.*] Gloss. Basilic. τῶ ἐνόμασι τῆς σρωμνῆς, πᾶσα ἐστὶν περιέχειται, καὶ τὰ στραγάλια, καὶ τὰ παλία, καὶ πᾶν τὸ περιβαλλόμεθα. Vide *Aristato, Coopertorium & Pallium* 2.
- ¶ **PALLACIUM**, pro *Palatium*, in Charta Guidonis Episc. Corisopit. an. 1480. to. 2. Hist. Britan. col. 1616. *In multitudinē copiosa, eques, associatus, de Pallacio suo episcopali de Lauriron sue Corisopitensis diocesis, &c.*
- ¶ **PALLAGIUM**. Vide *Palagium*.
- ¶ **PALLAMENTUM**, pro *Parlamentum*, in Charta Ludovici VII. Reg. Franc. ex Chartular. S. Vandregesili to. 2. pag. 1616. *Terminatum fuit in Pallamento, &c.*
- ¶ **PALLANCA**, ut *Palancatum*, Contextus ac series palorum, *Palissade*. Annal. Cæsenat. ad an. 1341. apud Murator. tom. 14. col. 1178. *Violenter burgum Trocha foris acceperunt: postque immediate per Pallancas Trocha intus introverunt domos Sampioli.*
- ¶ **PALLANCATUM**. Vide *Palancatum*.
- ¶ **PALLANDIONES**, Navium genus, quæ traducendis equis sunt idoneæ. De expugnatione urbis CP. apud Marten. tom. 5. Amplif. Collect. col. 787. *Viginti alterius generis naves, quas scaphas vocare possumus, pro transvehendis hominibus, seu Pallandiones pro traducendis equis, aliorumque generum naves & navicula non pauca.*
- PALLANTIA**. Vide *Palantia*.
- ¶ **PALLARE**, pro *Palari*, apud Albert. Mussatum to. 10. Script. Italic. Murator. col. 650. *Pervagus soluta suorum stipendiariorum cohorte, neglecta suburbii custodia, per exteriora suburbii agmina ambitiosus Pallabat.*
- ¶ **PALLARENSES**. Vide *Pavenses*.
- ¶ **PALLASSA**, Straminea culcita, Gall. *Paillasse*. Statuta Monast. Gellon. an. circ. 1150. apud Stephanot. tom. 8. Fragm. Hist. p. 175. *Debet etiam deferre & habere pro lecto suo Pallassam novam, &c.*
- ¶ **PALLATA**, ut *Palata*. Vide in hac voce.
- PALLATORIUM**, pro *Parlatorium*, vulgo *Parloir*, alias *Locutorium*, & *Salutatorium*; Locus scilicet in Monasteriis virorum, ubi excipiebantur visitaturi. Charta an. 1258. in Hist. S. Martini de Campis pag. 208. *In Pallatorio ante cameram Ballivorum.* Vide *Locutorium*.
- ¶ 1. **PALLEA**, ut supra *Pallanca, Palissade*. Regest. 84. Chartophyl. reg. Ch. 245. an. 1354. *Chevillias seu grossos clavos ferreos in quadam Pallea de lignis facta, ad tuitionem castri fixa, extraxerat à Pallea predicta, &c.*
2. **PALLEA, PALLEUM, PALLEUS**. Vide *Palla* 2. & *Pallium* 2.
- PALLEARICIA**. Vide *Tectora*.

- ¶ **PALLEDO**, Pallor. Vita S. Agnetis de Montepolit. to. 2. April. p. 805. *Faciæ Pallido adstantibus demonstravit id quod puella occultare volebat.* Nostris olim *Palisseur*.
- ¶ **PALLEFREDUS, PALLEFRIDUS**. Vide infra *Paraveredi*.
- ¶ **PALLENS**. Anonymus in antiq. Regula monast. apud Marten. to. 9. Amplif. Collect. col. 165. *Isidorus Episcopus. Per omnem autem hebdomadam fratres viles olerum cibos, ac Pallentia utantur legumina.* An *pullescentia*, vel *nascentia leguminum*, ut habet S. Benedictus in sua Regula? Vide *Nascentia*.
- ¶ **PALLIALES PECUNIÆ**, Quæ Romano Pontifici pro accepto *pallio* exsolvebantur. Gudenus Hist. Erfurt. lib. 1. §. 19. ex MS. Petrensi to. 1. Rer. Mogunt. p. 596. *Roma item per antecessores nostros multa debita contracta sunt, ob non exsolutas pecunias Palliales.*
- ¶ 1. **PALLIARE**, Vestire, tegere, *pallio* amicare. Chron. S. Petri Vivi to. 2. Spicil. Acher. p. 745. *Corporibus honestissime Palliatis, aromatizatis, &c.* Utitur Apuleius in Floridis. Hinc
- ¶ **PALLIARE**, metaphorice pro Simulare, fingere, qua notione etiam *Pallier* dicimus. S. Bernardus tom. 1. col. 578. *Gloriosa res humilitas, qua ipsa quoque superbia Palliare se appetit, ne vilescat.* Charta Willelmi Episc. Abrinc. an. 1227. apud Marten. to. 1. Vet. Script. part. 2. col. 107. *Cumque ipsis impropertur hujusmodi, ad sui deffensionem errores in pietatem Palliantes, sub nomine pietatis velamen malitiæ libertatem impendunt.* Chron. Romualdi II. Archiep. Salernitani apud Murator. to. 7. col. 194. *Quum autem hac & alia illius scelera, quæ sub umbra Christiani nominis Palliabat.* Adde eundem Murator. tom. 12. col. 455. 457. & tom. 16. col. 780. Vide *Palliatio*.
- ¶ 2. **PALLIARE**, Pallium Archiepiscopale conferre. Vide *Pallium* 3.
- ¶ 3. **PALLIARE**, pro *Balliare*, ni fallor, mutato, ut sæpe fit, *b* in *p*, Administrare res & bona pupilli. Vide *Bajulus* 3. Charta apud Stephanot. in Antiquit. Bened. Lemovic. MSS. part. 1. pag. 127. *Notum vobis fieri volumus, quod cum Aimericus de Rupe Cavardi propter . . . exactiones quas pluribus ecclesiis . . . intulerat, sepultura careret; Aimericus de Rupe Cavardi filius ejusdem Aimerici mortui, & Aimericus Bruni qui terram & filium ejusdem mortui Palliabat ante nos . . . constituti, prestita fide in manu nostra firmaverunt, &c.*
- ¶ **PALLIASTRUM**, Rude ac vile pallium. Apuleius lib. 1. Metamorph. *Humi sedebat (Lupus) scisfili Palliastro semiamictus.*
- ¶ **PALLIATA TENSA**, Genus Scripturæ. Vide *Scriptura*.
- ¶ **PALLIATE**, Simulate. Limborch. Sent. Inquis. Tolos. pag. 60. *In prima confessione sua alia quam fecit Palliate. Et pag. 66. Fuit confessus Palliate & diminute.* Vide *Palliare* 1.
- ¶ **PALLIATIO**, Simulatio, dissimulatio, nostris *Palliation*. Jac. de Layto in Annal. Estens. ad an. 1404. apud Murator. tom. 18. col. 1006. *Hac tamen sic sancita in consiliis suis Ducale dominium non publica faciebat, sed sub Palliatione servabat, nulla depromens in aperto sue intentionis vestigia sive signa.* Vide in *Pallium* 2.
- ¶ **PALLIATURA**, Supellex ecclesiastica, præcipue ornamenta ecclesiæ. Sugerius de Administratione sua cap. 23. *Parrochiales ecclesias, quas Rogerius presbyter & frater ejus Gaufridus hereditario jure sibi vendicabant, ad dominicaturam ecclesiæ in novitate præ-*

latura nostra retraximus, easque & redditus earum thesaurario ad renovandas & augmentandas ecclesie hujus Palliaturas, in sempiternam contulimus.

¶ PALLIATUS, Pallio seu aulæo, vel potius panno ferico indutus, coopertus. Sugerius in Vita Ludovici Grossi: *Albo & Palliato equo insidentem* (Innocentium PP.) *educunt*: qui vero eum comitabantur ipsi Palliati equos albis operturis variatos equitantes, odas personando festive geminati procedunt. Vide infra Pallium 2.

¶ PALLIATUS ORDO, Monachi, quorum pallium vestis propria fuit. Vita S. Adalhardi n. 32. sæc. 4. Bened. part. 1. p. 353. *Quanta denique fuerit receptus ambitione, quis valet perorare? procedit Palliatus ordo monachorum, monachosque precedit candidatus ordo clericorum.* Vide Pallium 1.

¶ PALLIATUS, De sole dicitur, cum tenebris obumbratur, in Concil. Toletano IV. inter Hispan. to. 2. pag. 481. *Et dum sol eodem die tenebris Palliatus lumen subduxerit, &c.*

¶ PALLICIATUM. Vide Palitium.

¶ PALLIDESCERE, Pallefcere. Vita S. Guthlaci to. 2. April. p. 48. *Velut lucerna in die Pallidescere videbatur.*

¶ PALLIDO, Imago, delineatio, apud Geographum Ravennatem laudatum in Disquisit. Leibniti de Orig. Franc. ad calcem Leg. Salicæ edit. Ecardi pag. 251.

¶ PALLIGER. Vide Pallium 3.

¶ PALLINGUS, Fustis genus. Vide Falanga.

¶ PALLIOLUM, Minus aulæum. Inventar. vetus apud Marten. in Itiner. p. 241. *Unum offertorium, Palliolum 1. super analogium.* Vide Pallium 2.

¶ PALLITIUM, ut Palitium. Vide in hac voce.

1. PALLIUM, Christianorum fuisse indumentum testatur Tertullianus lib. de Pallio, à quo ita describitur cap. 6. *In viris autem Pallii extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus, ab utroque laterum regeffus, & cervicibus circumstrictus, in fibula morsu humeris acquiescebat.* Infra, de quatuor pallii angulis: *Omnis liberalitas studiorum, quatuor meis angulis tegitur.* Nec uno hoc loco Christianorum fuisse proprium innuit, illudque describit; hinc apud eundem *de toga ad Pallium transire*; cum toga, Gentilium fuerit: tamen in controversiam cadat, an Christiani ab Ethnicis vestitu diversi fuerint, quod fufe disputat Baronius anno 197. Utcumque sit, Tertullianum istud Pallium, ex iis fuit, quæ τετραγωνα vocabant, de quibus fufe Salmasius ad hunc Tertulliani librum. Sed & inferioribus sæculis

PALLIUM QUADRANGULUM, cujusmodi etiam fuit Romanorum paludamentum, Regum nostrorum primæ, secundæ & tertiæ stirpis proprium fuit; sic autem describitur à Monacho Sangallensi lib. 1. cap. 33. *Gloriosissimus Carolus ad nocturnas laudes pendula & profundissimo Pallio, (cujus jam usus & nomen recessit) utebatur.* Cap. 36. *Nocturnum atque pendulum Augusti Pallium adhuc nos retrahit. Ultimus habitus eorum erat Pallium canum, vel sapphirinum quadrangulum, duplex, sic formatum, ut cum imponeretur humeris, ante & retro pedes tegetet, de lateribus vero vix genua contegeret.* Quod quidem pallii genus etiamnum retinent Principes nostri in suis inaugurationibus: nam cum quadratum sit, ad sinistrum humerum fibula constringitur, ad dextrum erigitur, & in arcos ipsos fustollitur, quo dextra libera sit. Ita latera nudantur, pedes ante & retro teguntur, quod ait Sangallensis. Verum in hoc diversum fuit è regiis hodiernis, quod ut Romanorum paludamentum, ad humerum dextrum fibula

astringeretur. Id etiam de palliis sui ævi docet præcæteris Nilus Mon. lib. 2. Epist. 245. *Οἱ μὲν μοναχοὶ σελιζόμενοι ἐπὶ τῷ ἀριστερῷ ἀναβάλλονται ὡς γυμνῆντες ὅλον τὸ εὐώνυμον μέρος. οἱ δὲ φορέοντες κοσμητοὶ τὰς χλαρίδας τὸ δεξιὸν μέρος τῆ σώματος τοῖς πᾶσι φανερὸν καλεσῶσι.* Quod vero Pallium Sangallensis, Sagum vocat Eginhardus, ubi de Carolo M. *Sago Veneto amictus, & gladio semper accinctus, &c.* Infra: *In festivitibus veste auro texta, & calciamentis gemmatis, & fibula aurea Sagum astringente, diademate quoque ex auro & gemmis ornatus, incedebat.* Sed in primis observationem exigit, quod idem Sangallensis scribit, saphyrini coloris fuisse, id est carulei, quale est hodie Regum Franciæ liliis distinctum: ut inde discant Heraldicæ artis magistri, unde hic color in armorum regionum insignibus manarit. Eiusdem etiam formæ fuit Regum Anglicorum Pallium: sic enim describitur à Thoma Walsinghamo, ubi de coronatione Ricardi II. Regis Angliæ p. 196. *Postea induit eum Archiepiscopus regali pallio, ita dicens: Accipe Pallium quatuor nuntiis formatum, per quod intelligas quatuor mundi partes divina potestate esse subjectas, nec quemquam feliciter posse regnare in terris, nisi cui potestas regnandi fuerit collata de celis.* Scribit Dionysius Halicarnassæus lib. 3. ἀρχαιολογ. accepisse Tarquinium, Romanorum Regem, à Legatis Hetruscorum, *χιτώνά τε πορφυρῆν, χρυσοσημον, & περιβόλαιον πορφυρῆν ποικίλον, οἷα Λυδῶν τε καὶ Περσῶν ἐφόρον οἱ Βασιλεῖς, πλὴν ἔ τετραγώνον γε τῶ σχήματι, καθάπερ ἐκεῖνα ἦν, ἀλλ' ἡμικύκλιον.* Vide Dissertationem 5. ad Joinvillam pag. 158. Utebantur etiam Judæi palliis quadrangulis. Petrus Comestor in Histor. Eccles. cap. 19. Numeror. *Quadratis tunc Judæi utebantur Palliis, & adhuc in angulis vestis quadrata in Synagogis suis habent fimbrias hyacinthinæ ob recordationem legis data de celo.*

¶ PALLIUM DUPLEX dicitur Monacho Sangallensi illud, quo novus Miles à feminis induebatur. Duplex appellatum vult la Colombiere in Theatro honoris pag. 572. quod ipsi pallio aliud palliolum assutum erat. Haud scio an non potius ob attexam pallio pretiosam pellem, Gall. *Doublure*, sic nuncupatum fuerit.

¶ Pallio, vel potius palliolo, maxime usi sunt veteres Galli; qui mos à Romanis dum Galliis imperarent interruptus, sensim iterum receptus est. Id autem breve admodum dimidiasque nates vix tegens, ut hodiernum Hispanicum. Martialis l. 1. Epigr. 93. *Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna, Dimidiasque nates Gallica Paila tegit.*

¶ PALLIUM FUNDATUM, f. Auro textum. Vita S. Ansegisi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 634. *De vestimentis vero ecclesiasticis largitus est Pallia, quæ dicuntur fundata, tria.* Vide Fundatus 2.

¶ PALLIUM PLUVIALE, Ornamentum ecclesiasticum, Cappa, vulgo Chape. Vita S. Odonis lib. 2. num. 2. *Adspiciebat, & ecce vir venerabilis canitie decoratus, stolaque splendida indutus, super quam Pallio pluviali utebatur, & Episcoporum more ferulam manu ferebat.* Est etiam

¶ PALLIUM ROTATUM, Pallii ecclesiastici species, in formam rotæ efficti, vel pallium rotarum figuris distinctum, nostris olim *Paille roé*. Gesta Gaudfridi Episc. Cenoman. to. 3. Analect. pag. 390. *Dedit etiam in primo reditu de Roma samitum, de quo fecimus duas capas; alia vice rediens unum Pallium rotatum.*

PALLIUM, Monachorum vestis propria fuit. [Eo cum aliquando uterentur Gallicani Episcopi, eam ob rem à Cælestino I. PP. reprehensi sunt.] Sal-

vianus lib. 8. de Gubern. Dei : *Palliatum & pallidum, & recisis comarum fluentium jubis ad cutem tonsuram videre tam infelix ille populus, quam infidelis sine convicio atque execratione vix poterat.* Idem lib. 4. ad Eccl. Cathol. *Licet religionem vestibus similes, licet fidem cingulo asseras, licet sanctitatem Pallio mentiaris, non credis omnino, non credis.* Concilium Aurelian. I. cap. 21. *Monachus, si in Monasterio conversus, vel Pallium comprobatus fuerit accepisse, & postea uxori fuerit sociatus, &c.* [Hinc Palliatus ordo dicuntur monachi. Vide supra.]

PALLIUM, Velum Sanctimonialium. Benedictionale Ecclesiæ Rotomag. editum à Jacobo Petito p. 295. de Benedictione virginis: *Post hac imponas puella Pallium, & dicas, Accipe, puella, Pallium, quod perferas sine macula ante tribunal Christi, &c.* Ita in Missali Franc. vet. pag. 412. Concil. Tolet. X. can. 4. de viduis: *Ut autem nihil devocetur in dubium, Pallio purpurei vel nigri coloris caput contegat ab initio susceptæ religionis.* Vita S. Aldegundis Abbatissæ Melbodiensis cap. 4. *Nimio vapore fidei accensa, à Pontifice B. Audeberto consecratum Pallium accepit, seque in Monasterio . . . retrudi præcepit.* Collectio Canonum Hibern. l. 43. c. 10. *Virgines palliatæ, id est, velatæ.*

PALLIUM, Velum, quod inter Missæ solennia supra caput nubentium expanditur, dum quædam conceptæ orationes à Sacerdote recitantur. Durandus lib. 1. Ration. cap. 9. n. 9. *Ideo nubentes post benedictionem vitta (vitta) uno invicem vinculo copulantur, ne compagem, id est, fidem unitatis conjugalis disrumpant. Eadem vero vitta candida est, purpureoque colore permiscetur, quia candor est munditia vite, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo & continentia, & lex continendi, ab utrisque ad tempus admoneatur, post hoc ad reddendum debitum non negetur.* Hujusmodi nuptialis velaminis meminit Nicolaus I. PP. in Responsis ad consulta Bulgarorum cap. 3. *Ut primum quidem in Ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per Sacerdotis manum, statuuntur, sicque demum benedictionem & velamen caeleste suscipiunt ad exemplum videlicet, quod Dominus primos homines in Paradiso collocans, benedicens eis dixit, Crescite & multiplicamini, &c. veruntamen velamen istud non suscipit, qui ad secundas nuptias migrat.* Et Joannes Sarisberienensis lib. 8. Policrat. cap. 11. *Inolevit etiam consuetudo, ut quos in commercium carnis Ecclesiæ jungit auctoritas, Pallio velentur altaris, aut alio ab Ecclesia constituto, ut thorax, qui Christo conciliante construitur, sic in fide castitatis fragilitatis suæ maculas protegat, ut totius sit probri aut confusionis ignarus.*

PALLIO COOPERIRE filios natos ante matrimonium, *mettre les enfans sous le drap, [vel, sous le poile,] natos scilicet ex concubina, quam pater postmodum in uxorem legitimam coram proprio Sacerdote accipit.* Cujus ritus initium fluxisse arbitror ab eo, qui in adoptionibus observabatur: quippe adoptivos pallio ac stola propria adoptantes quodammodo involvebant, ut ab iis quasi prognatos indicarent, de quo quidem pluribus egimus ad Joinvillam & ad Annam Comnenam. Ita in legitimationibus per subsequens matrimonium, liberi in ipsis nuptiarum sacris solennibus, cum patre & matre pallio operiuntur, ut ab iis ex legitima conjunctione procreati innuantur. Willelmus Gemmeticensis lib. 8. Hist. Norm. cap. 36. *Hac itaque de causa Comes Richardus Gunnorem Comitissam more Christiano sibi copulavit, filiique, qui jam ex ea nati erant, interim dum sponsalia agerentur, cum patre*

& matre Pallio cooperti sunt. Philippus Mouskes in Lothario :

*Li Duc ki les enfans ama,
Gunnor adonques espousa,
Et li si ki ja furent grant,
Furent entre autre deus en estant
Par deffous le Mantiel la mere
Furent fait loial cil trois frere.*

Ubi observandum solo matris pallio opertos Gunnoris filios. Hujusce etiam ritus meminit Robertus Grosseteste Lincolnensis Episcopus in Ep. 13. ad Walterum Ralegium tribunalis Regii Præsidentem: *Et ut seniorum relatione didici, consuetudo etiam in hoc regno antiquitus obtentâ & adprobata tales legitimos habuit & hæredes: unde in signum legitimationis nati ante matrimonium consueverunt poni sub Pallio super parentes eorum extento in matrimonii solemnizatione.* Item Ralegius in Epistola ad Robertum proxima: *Ad confirmandam hanc legem, quod bastardus sub Pallio supra parentes nubentes extento positus fuit bastardus, induxisti testimonium Richardi de Luce (Justitarii Angliæ sub Henrico II.) cujus testimonium quantam & qualem habeat comparationem ad testimonia divina Scripturæ & canonica contrarium testificantia, lippis patet & tonsoribus.* Subdit Seldenus, ex quo præallata ex Roberto Lincolnensi eruimus ex ejus Dissertatione ad Fletam: *Ceterum ritum eundem ipsum sub Richardo II. quando autoritate Parliamentaria legitimi sunt facti liberi Joannis Gandavensis Ducis Lancastriæ à Catharina uxore tertia ante matrimonium suscepti, idque in ipsis Comitibus adhibitam alicubi me legisse memini.* Vide Legitimare, Mulier & Purificare.

PALLIA, dictæ nostris eæ vestium liberationes, quæ fiebant Officialibus regiis convivis, seu commensalibus. Nam aliis Pallia, aliis Robæ dabantur statis anni tempestatibus, ut observatum à nobis ad Joinvillam Dissert. 5. *Droit de manteau.* [Computum Thesauri an. 1239. *Pallia Militum. Dominus Robertus de Curtiniaco pro Pallio xv. lib. . . Pallia Clericorum Archiepiscopo Senonensi pro Pallio x. lib. &c.*] Comput. Thesauri an. 1300. *Pallia Militum de termino Pentecost. . . Pallia Clericorum, . . Robæ Vallentorum & aliorum hospitii.* [De suis vadiis & Palliis assignentur & solvamur, in Statuto Johannis Reg. an. 1361. to. 3. Ordinat. pag. 483.] *Wadia & Palia, in Statuto Caroli V. Reg. Fr. an. 1368. pro Officialibus Parlamenti.* Vide, quæ ibi observamus. [Exstat Statutum ejusdem Reg. pro iisdem Officialibus an. 1364. tom. 4. Ordinat. p. 418. in quo eadem leguntur.]

PALLIUM, Prætextus, simulatio. Nicolaus de Jamsilla de Gestis Frider. II. Imper. apud Murat. to. 8. col. 518. *Cumque Marchio se de hoc alicujus licet frivole Pallio rationis excusaret, &c.* Epist. Concil. Pisani ad Benedictum PP. an. 1409. to. 3. Concil. Hispan. p. 642. *Hæc enim convocatio ad locum & terminum ante dictos nullo valet colore difficultatis impediri, seu quocumque confecto Pallio differri, declinari seu mutari.* Vide Palliatio.

2. **PALLIUM**, Aulæum, vel Palla. Victor Uticensis lib. 1. de Persecut. Vandalica p. 8. *De Palliis altaris, pro nefas! camisas sibi & femoralia faciebat.* Alcuinus Poëmate 3.

*Plurima Basilicæ sunt ornamenta recentis,
Aurea contortis flavescent Pallia villis,
Quæ sunt altaris sacri velamina pulchra.*

Et Poëm. 66.

*Pallia suspendit parietibus, atque lucernas
Addidit, &c.*

Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Dedit etiam & Pallia*

Pallia tria pretiosa in ornatu Ecclesie, &c. Rupertus lib. 2. de Divin. offic. c. 23. *Pallia, quae solenniter appenduntur templi parietibus.* Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. *Per singulas denique columnas Palliorum cortinas pendere iussit Regina.* Hist. foundationis Monast. S. Clementis in insula Piscaria lib. 1. *Fuerant etiam in ejus dono diversa Pallia auro & gemmis radiantia, quibus parietes Ecclesie ornabantur, & fratres induebantur, quoties magna festivitas in Ecclesia celebrabatur.* Historia Episcoporum. Autifiodor. cap. 50. *Dedit Ecclesie Pallium ingens optimum, quod vulgo Dorsale dicitur.* Gervasius Dorobernensis in Descript. Ecclesie Cantuar. *In circuitu vero ad altitudinem fornix praedicta via quadam facta est, qua Pallia & cortinae possunt suspendi.* Eadmerus lib. 5. Histor. Novor. p. 108. *Pallia valde bona quamplurima, ac nonnulla alia decori domus Dei competentia juri Ecclesie perpetuo possidenda concessit.* Petrus Damian. lib. 6. Ep. 9. *S. Laurentii Monasterium a se constructum nuper, ut dedicaretur, effecit, & duodecim ibi Pallia munificus obtulit.* Hariulfus lib. 2. cap. 10. *Insuper donavimus ibi Pallia optima 78.* Lib. 3. c. 3. *Pallia 78. vestimenta 49. viginti alia, cum Pallio paratum unum.* Chronicon S. Trudonis lib. 1. p. 350. *Cussinos sericos tres, Pallia 4. majora, & minora 44. item Pallium unum cum friso & margaritis.* Vide Vitam S. Willelmi Ducis cap. 21. edit. Mabillonii, Vitam S. Benedicti n. 28. edit. ejusd. Mabillonii, Visionem Wettini Monachi num. 9. Leonem Ost. lib. 2. c. 38. Honorium Augustod. lib. 1. cap. 137. &c.

PALLIUM ALTARIS. Vide *Palla* 2.

PALLIUM LINOSTIMUM, de quo Anastasius in S. Silvestro & in S. Zozimo, ut videre est in *Linostimus*, quodnam fuerit ornamentum ambigitur inter eruditos. Mappulam seu *manipulum* & *stolam* sive orarium hac voce simul significari tradit Altaserra: *manipulum* esse putat Gavantus: cum Marcris fratribus in Hierolex. iuberentius crediderim orarium lineis staminibus & filis intextum (quod est *linostimum*) intelligi debere. Vide Anastasium cum notis variorum to. 3. pag. 81.

PALLIA OLOBERA, vel *Olovera*, id est, infecta mero vel vero conchylio seu murice, hoc est, purpura. Vide *Holoverus* & *Oloforus*.

PALLIUM, Vexillum ex panno serico. Acta B. Michelinæ to. 3. Junii p. 936. *Quilibet ars ordinet habere unum novum Pallium, pro qualibet arte, secundum conditionem & qualitatem artis.*

PALLIUM interdum, atque adeo in plerisque supra allatis locis, ipsa pallii materia, pannus ipse, sericus aut pretiosioris materiae, dicitur. Ugutio: *Pallium, à pellibus, unde fiebat: sed modo dicitur Pallium quoddam genus panni ex serico, & quilibet mantellus.* Hariulfus lib. 2. cap. 10. *Casulas de Pallio 30. fanones de Pallio auro paratos 10. Lib. 3. cap. 3. Fanones ad offerendum auro parati 14. ex brandeo 3. ex Pallio 15. . . . in sacrario ad tabulam cooperiendam vestimentum lineum Pallio paratum.* Liber ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 4. *Casulam de Pallio non habeat.* Ibidem: *Absque aurifrisio & Pallio & omnibus sericis.* Vetus Charta in Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. *Et unam capam Pallii.* Hugo de Clericiis de Majoratu Franciæ: *Scannum pulcherrimum fulcro Pallii, aut tapeto coopertum.* Sugerius Abb. in Ludovico VI. *Ubi etiam aurum & argentum, & vasa concupiscibilia, & Pallia, & Palliatis culcitrae, & omne mobile, quod possidebat. . . egenis distribuens, &c.* Infra: *Cappas de Pallio pretioso decem.* Chronicon Trudonense l. 1. p. 350. *Cappæ 33.*

Tom. V.

pretiose de Pallio. Lib. 6. p. 403. *Similiter & cingulos duos, unum de nigro bonoque pallio, . . . alium, de Pallio varii coloris valde bonum, &c. . . . Cappam unum albi Pallii valde bonam, &c.* Arnoldus Lubecensis lib. 2. cap. 9. *Inde adducti sunt cavalli fortissimi 30. cum frenis argenteis & sellis optimis de Pallio & ebore compositis, quos Duci dedit.* Testamentum Riculfi Episc. Helen. an. 915. *Roquos 4. unum purpureum cum auro, & alium Palleum Græco, . . . & alios Palleos corporales quatuor, Palleos 4. è brofido unum, . . . cossino pallio uno, &c.* Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 246. *Cum cappa una de Pallio, &c. Casula sine Pallio, auro & argento, in Hist. de Exordio Ordin. Cisterc. cap. 17. Cuculla fluxa & Pallio ornata, in Vita S. Odon. Cluniac. lib. 3. cap. 1. Testamentum Guillelmi D. de Montepessulano an. 1146. Donet . . . optima vestimenta, & unum lectum de Pallio.* Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 95. *Habeo Pallium sericum, de quo mihi casulam vel planetam facere volo.* Infra: *Et quid operis de serico facere possimus, simul inspiciamus.* Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 1. *O quam dignum erat & amœnum nobis omnibus cruce illas cernentibus, vel sericas, vel auro textas, aut quolibet genere Pallii decoras, quas in chlamydis suis aut birrhis, sive tunicis peregrini. . . super humeros consuebant.* [Hist. Mediani Monast. pag. 242. *Casula tres de Pallio; cappæ 1x. dalmatia quatuor de Pallio.* Chron. Abbatiae S. Theofridi Calmeliac. apud Stephanot. to. 3. Fragm. Histor. MSS. *Planetas Sacerdotales ex serico Pallio x. . . & alias de simplici Pallio VII.*]

PALLEA, Aulæum, vel potius pannus sericus. Nam & *palleum*, pro *pallium* dicebant. Glossæ antiquæ MSS. *Peplum, stola vel Palleum. Pepulo, Palleum.* Heito Episcopus Basiliensis in Visione Wettini Augiensis cap. 12. *Dona magnifica & innumerabilia in Palleis & vasis argenteis, &c.* Anastasius in S. Zacharia PP. *Pendentia vel inter columnas ex Palleis sericis fecit.* Ita fere semper in Cod. Thuano, ut monet Fabrotus ad pag. 110. 111. Appendix MS. ad Hist. Turpini: *In qua B. Romani basilica optima & pulcherrima erat, Palleis & codicibus optimis, & crucibus argenteis, & testibus aureis decorata.* Encomium Emmæ Reginae: *Ingens allata est Palleali (f. pallea) extento in gremio, quam ipse Rex suis manibus imposuit.* Fulbertus Carnot. Epist. 115. *Dabit vobis pro hoc negotio mille libras denariorum, & centum Pallias.* Lege *palleas*. Durandus l. 1. Ration. c. 3. num. 23. *Ornatus Ecclesie consistit in cortinis, & aulæis, & Palleis sericis & purpureis, & similibus.* Et n. 24. *Altaris vero ornatus consistit in capsis, in Palleis, in phylacteriis, &c.* Chron. Trudon. l. 1. pag. 350. *Item pallium unum cum friso & margaritis. Item Palleas lineas serico coopertas 10. Item Palleas lineas sine serico 98.* Testamentum Arnaldi Episc. Tolosani an. 1159. *Cum salinis argenteis & candelabris, & omnibus meis Palleis & cappis sericeis.* [Concil. Hispan. to. 3. p. 163. *Et ego Gormarus episcopus dono ibidem cortina 1. Palleam ad honorem S. Mariae. . . ad ipso altare cooperiendum.* Guidonis Discipl. Farf. cap. 23. *Ornent ecclesiam hinc & inde parietes cortinis nec non Palleis.*]

PAULEUM, pro *Pallium*, in Monastico Anglic. to. 1. p. 210. *Et duas imagines magnas auro argentoque bene ornatas, & casulam unam per totam brudatam, & alias tres optimas de Pauleo.* Ita præferre MS. codicem monet editor. Sic

PAULIUM, Eadem notione, in Necrologio Eccl. Carnotensis 18. Kal. Maii: *Qui huic ecclesie unum*

E

Paulium, & duas cappas sericas dedit. Occurrit præterea hæc vox apud Anonymum de Miracul. S. Honorinæ apud Mabillon. to. 6. Vitarum SS. Ord. S. Benedicti pag. 527. sed pro ipso pallio.

PALLIUM, ex *pallio*, seu ex serico. Charta Rudesindi Episcopi Dumienfis æræ 930. apud Anton. de Tepez to. 5. Chronici Ord. S. Benedicti: *Plumatos digniores Paleos decem, alios subminores 8. . . . almucellas morgones 6. fatoles, Paleos duos, &c. Alia æræ 1062. ibid. Nec non etiam & de lectuaria, certos Paleos duos, vasos de argenteo 4. &c.* [Charta an. 1009. in Append. Marcæ Hispan. col. 969. *Et iste meminitas bonatius dimitteret eidem omnem substantiam quam ille defunctus supralibatus iussit distribuere pro anima sua, id sunt Palleos xlv. de variis coloribus.*] Charta Hugonis Ducis Burgund. an. 1077 to. 6. Spicileg. Acheriani p. 456. *Pallia 4. aurea, & 20. sine auro, cortina Pallea novem, facitergia decem, &c. Vide in Fatoles.*

PALIOSUS, Sericeis vestibus indutus. Will. de Podio Laurentii c. 43. *Factumque est, ut nonnulli dorso Paliosa habentes, cœperint difficultates opponere, &c. Quo spectant primi versus Epitaphii Conradi Imper. Viennæ:*

*Quæ vestes geritis pretiosas, qui sine fine
Non profecturas accumulatis opes.*

*Discite, quod paucis opibus post funera sitis
Contenti, saccus sufficit atque lapis.*

Ita Paille notatione eadem usurparunt olim nostrates. Le Roman de Garin le Lohrans MS.

Dessus un Paille. li ont devant lui mis.

Alio loco:

Une Paille d'Andre li ont desor lui mis.

Rursum:

Buës i offre un vert Paille roez.

Idem Poëta:

*Et le mantel à son col li pandi,
Riche d'orfreis, de Paille Alexandrin.*

Rursum:

*Bien fut vestuë d'un peliçon hermin,
Et par dessus d'un Paille Alexandrin;
A bandes n'or, mult belement li sist.*

Alibi:

D'or & d'argent & de Pailles plaiéz.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Qui donc vousist hermines & Pailes d'Orient.

Alter Poëta:

La ot maint Goufanon de Paile Alexandrin.

Le Roman d'Aie d'Avignon, MS.

Or, argent, & Pailles, sachiés tout est noiant.

Galerius Metensis in Mappa mundi MS. c. 14.

*Envoya très & pavellon,
Laines & Pailles riches & biaux,
Et mains autres soutiens joiaus.*

Le Roman de la prise de Hierusalem MS.

Qui portoient cendals & Pailes Effriquans.

Id est Africana pallia. Vetus Poëma de Alberico Burgundo MS.

Elle prinft Paille, & main riche Bezant.

Alibi:

S'il i trasnist maint Paille seignori.

[Le Roman de Partonopex MS.

*Moult m'a doné or & argent,
Pierres & Pailes d'Orient.*

Le Roman de Blanchandin MS.

*Ses chaucés furent de brun Paile
Tranchiées à menue maille.]*

Historia MS. Normannor. Apulienfium: *Et li donnoient divers Pailles, & li mandoient diverses piéces d'or & d'argent, & pour le vestement de li freres, &*

pour le mangier mandoient chascun jor Besant mult & Tarin & en la solemnelle feste honoroit lor refector de vaisselle d'or & d'argent. Statuta MSS. Ordinis Coronæ spineæ edita à quodam Cælestino sub Carolo VI. Et sur le cors du defunt Chevalier esdites obseques aura un Paile de drap de soie, & au milieu une courone d'espines. [Perceval apud Borellum:

Si ot dedans la biere un corps,

Et lor le Paile par defors

Avoit une espée couchié.]

Hinc nomen mansit panno nigro, qui feretro infernitur, cum mortui cadaver humandum deferretur: ut & umbraculo quatuor hastis sustentato, sub quo vel divina deferri solet Eucharistia, vel quod Regibus aut viris Principibus in solemnibus ceremoniis, ac urbium ingressibus prætenditur, quæ quidem umbella, *poile*, pro *paille*, perperam appellatur. Gervasius Dorobernensis in Ricardo I. Rege Angliæ an. 1194. *Processerunt omnes ad Ecclesiam, Rege ultimo subsequente, portantibus 4. Baronibus 4. cereos accensos ante eum, & aliis 4. Pallium in 4. hastis super caput ejus.* Joann. Villaneus lib. 12. cap. 111. *La Reina entro in Vignone con Pallio sopra capo.* Matth. Villaneus lib. 1. c. 20. *Adestrati da Baroni sotto Pallii ricchi d'oro.* [Chron. Siciliae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 79. *Rex Fredericus. . . . intravit Panormum per portam S. Georgii, vadens sub Pallio usque ad palatium.* Nicolaus de Jamilla de Gestis Friderici II. Imper. apud Murator. tom. 8. col. 505. *Itaque præordinato solemniter Palleo, sub cujus umbraculo Rex à maris litore, ubi descenderat in terram, usque ad civitatem processurus erat ex consuetudine regia dignitatis, Rex sub eodem Palleo principem secum simul procedere turbis circumquaque spectantibus voluit.* Tabularium Rothom. *Et erat Pallium super eum, quod habuerunt servitores sui in ingressu cimiterii.* D. de Maure, D. de Quebriac. . . . portaverunt Pallium. Adde Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 901.] Vide Petrum IV. Regem Aragon. in Chron. lib. 2. c. 24. 25. *Pal*, pro *paille*, seu *pallio*. Monasticum Anglic. to. 3. p. 327. *Alba cum apparatu de Pal, & parura, amictus de Pal.* Pafsim ibi.

Ab eadem voce vernacula *paille*, deducta vox *Palare*, & *Paller*, pro ædium parietes *palliis* exornare, *Tapisser*. Michael Carbonellus in Chronic. Hisp. p. 27. *La Palau dels marbres era ornat y Empaliat de draps de ras molt fort bells, &c.* Monasticum Anglic. to. 3. p. 330. *Unum frontale Palatum de cendalo & croceo.* [Charta Henrici VI. Reg. Angl. an. 1428. apud Rymer. tom. 10. p. 392. *Palatos quatuor lectos de media assisa, colorum rubei & vididis, Palatos duos lectos rubei coloris, cum curtinis de media assisa.*] Computum Stephani de la Fontaine Argentarii incipiens à 1. Julii an. 1351. *Autres parties d'une chambre à parer, Pallée de draps d'or & de camocas.* Infra: *Pour dix piéces de cendaux azurez & blans à faire courtines Paelées d'icelle chambre.* Rursum: *Et est à savoir, que 12. draps d'or de deux sortes, c'est à sçavoir six ouvrées à bestes & oiseaux sur champ azuré: les autres six ouvrez d'estranges feuillages d'outremer sur champ blanc cendré, & 6. camocas azurez, desquels draps d'or & camocas fu Pallée ladite chambre.* Sane ex his, opinor, perspicue docemur, unde vox *pallé*, in armorum seu insignium descriptionibus, originem ducat: cum certo certius videatur, ita in iis *pallia* bicoloria designari, non vero *palos*, seu *paxillos*, ut hactenus creditum est ac persuasum à viris Heraldicæ artis peritis. Ita insignia Regum Aragonensium *palliata* sunt ex auro & rubeo, seu

Pallii aureis & coccinei coloris distincta. [Vide *Palata arma.*]

Sed & Itali *Paglio* vocarunt, quod nostri *Paille*. Hinc enim *correre il Paglio* dicunt, cum equorum vel equitum cursus instituitur, *pallii* pretiosioribus in præmium propositis, uti observatum à Falceto. [Vide *Pallium* 2.]

2. PALLIUM, Græcis *ἠμοφορίον*, Vestis species Summis Pontificibus, Patriarchis, Primatibus, & Metropolitanis propria, quæ sic describitur à Durando lib. 3. Ration. cap. 17. n. 3. *Est autem Pallium de candida lana contextum, habens circum humeros constringentem, & duas lineas ab utraque parte, videlicet ante & retro pendentes: à sinistris est duplex, à dextris simplex: habet quatuor cruces purpureas, scilicet ante & retro, à dextris & à sinistris. Infiguntur in Pallio tres acus aurea.* Auctor Ceremonialis Romani lib. 1. sect. 10. *Cura conficiendorum & conservandorum palliorum ad Subdiaconos Apostolicos pertinet, qui ex lana munda & alba illa hoc pacto conficiunt. Sanctimoniales Monasterii S. Agnetis, vel Religiosi, qui sunt in illa Ecclesia, offerunt quotannis agnos duos albos super altare illius Ecclesie in die festivitatis sancte Agnetis, dum in Missa solemniter cantatur Agnus Dei: qui Agni recipiuntur à duobus Canonicis Ecclesie Lateranensis, & ab eis postea consignantur Subdiaconis Apostolicis, qui agnos ipsos in pascha mittunt, quoad veniat tempus tondendi ipsos agnos opportunum. Ex his agnis lana tondetur, quæ mixta cum alia lana alba & pariter munda reducitur in filum, ex quo Pallia hujusmodi contextuntur latitudine digitorum trium, redacta in orbem, ita ut humeros præsulum ambiant. A pectore & renibus particulam pendente[m] habet Pallium longitudinis palmi, & in extremitatibus laminas plumbeas tenues ad parem latitudinem, & in fine orbiculatas, nigro serico tectas, insutas supra pendentes particulas ante & post, & super humeros utrosque. Sic confecta Pallia per Subdiaconos portant ad Basilicam Principis Apostolorum, & per Canonicos Basilicæ ponuntur super corpora Petri & Pauli Apostolorum sub altari majori: ubi factis ex more vigiliis illa per noctem dimitunt, deinde restitunt Subdiaconis, qui in loco honesto ea conservant. Hinc Pallia de corpore B. Petri sumpta passim dicuntur. Hanc etiam descriptionem attigit Cencius Camerarius in Ceremoniali: Prior S. Laurentii sacri palatii ponit Pallium super altare, quod ipse Prior propria manu debet parare, & statim Archidiaconus cum secundo Diacono dat in manu Pontificis, & solus Archidiaconus dicit Pontifici: Accipe Pallium, plenitudinem scilicet Pontificalis officii ad honorem omnipotentis Dei, & gloriosissima Virginis ejus Genitricis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & S. R. E. & nihil aliud. Statimque ipse Archidiaconus cum Priore Basilicario aptat Pallium prædictum super Pontificem, intromissis spinulis aureis tribus ante & retro, & sinistro latere, in capite quarum sunt immixti tres hyacinthi lapides, & sic ornatus accedit Pontifex ad altare, & ibi celebrat honorifice Missam.* Jacobus Cardinalis de Coronat. Bonifacii VIII. Papæ lib. 2.

*Pallia tunc humeris crucibus candentia nigris
Imposuit Levita rubens, quibus aurea puros
Sapphiros desicit acu.*

- Et hæc quidem est forma hodierni pallii; diversam vero olim fuisse innuere videtur Johannes Diaconus in Vita S. Gregorii M. lib. 4. c. 8. *Pallium ejus bysso candente contextum, nullis fuisse cernitur acubus perforatum, sic ipsum circa scapulas obvolutum fuisse, non autem confixum dignoscitur, sicut vetustissimis musivis vel picturis ostenditur.* Et c. 84. *Pallio mediocri à dextro videlicet humero sub pectore super sto-*

Tom. V.

machum circulariter deducto: deinde sursum per sinistrum humerum post tergum deposito, cujus pars altera super eundem humerum veniens, propria rectitudine, non per medium corporis sed ex latere pendet. Ex quibus recte concluditur Pallium antiquum quoddam vestimenti genus fuisse ab Omophorio Græco non multo diversum. Vide D. de Marca Concord. lib. 6. cap. 6.

- Sed & illud quoque ex Johannis Diaconi verbis efficitur, Pallium hodiernum etiam quoad materiam à veteri esse distinctum; Gregorianum enim ex bysso candente, hoc est, ex tenuissimo lino contextum scribit: hodiernum vero ex lana conficitur. Hanc mutationem tum materiæ cum formæ circa sæculum octavum accidisse existimat Ruinartius noster in Dissertatione de Pallio Archiepisc. quæ edita est to. 2. oper. posth. Mabillonii; unde pleraque desumpta sunt, quæ eidem rei illustrandæ hic addenda judicavimus.

Ejus originem & usum ab ipso Lino quidam repetunt. Alii ante S. Marci Papæ, qui vixit an Chr. 336. tempora, ejus mentionem non fieri observant: alii denique pallii prærogativam Silvestro Papæ à Constantino M. tunc demum concessam volunt, unde ad cæteros Patriarchas & Archiepiscopos profluxerit. Quædam in hanc rem observamus in Dissert. de Byzantinorum Imp. nummis.

- Ea probabilior longe videtur sententia quæ Pallii originem divisioni provinciarum ecclesiasticarum asserit, eo maxime tempore quo Sacerdotes à Diaconibus, à Sacerdotibus Episcopi, atque inter ipsos qui primas obtinebant, vestibus distingui cœperunt; neque enim aliud ornamentum genus præter Pallium mihi occurrit quo Episcopi inter se discernentur.

Ad Summum Pontificem solum spectat Pallium concedere, quod, ut diximus, de corpore S. Petri sumi solet. Scribit Will. Tyrius lib. 15. cap. 13. Radulfum Patriarcham Antiochenum, Romanæ Ecclesiæ subjacere dedignantem, quod diceret *utramque Petri esse Cathedram, suamque quasi primogenita insignem prærogativa*, Pallium de altari Antiochenæ Ecclesiæ sua sibi sumsisse auctoritate: sed postmodum eo resignato, aliud ei sumtum de corpore B. Petri, more solemniter, per Priorem Diaconorum traditum.

Hæc etiam Patriarcharum prærogativa fuit, ut Pallium suffraganeis suis concederent; cum ipsi à Romana Sede acciperent. Innocentius III. Patriarchæ Constantinopolitano indulgit, ut Archiepiscopis suffraganeis suis usum pallii concederet, Epistola, quæ exstat in Gestis ejusdem Pontificis pag. 102. 103. Sed id postmodum privilegii concessum omnibus Patriarchis in Concilio Lateranensi an. 1215. c. 5. in Actis Concilii.

- Obtinuit quidem hæc disciplina ut à solo Romano Pontifice pallium concederetur, sed in sequioribus sæculis; nam circa natales pallii penes omnes Patriarchas jus fuit pallium independentem à quocumque alio habere, atque illius usum sibi subditis Metropolitanis largiri. Concilium generale VIII. can. 17. apud Labbeum tom. 8. col. 1136. *Sancta Synodus tam in seniori & nova Roma quam in Sede Antiochiæ & Jerosolymorum præsentem consuetudinem decernit in omnibus conservari; ita ut earum Præsules universorum Metropolitanorum qui ab ipsis promoventur, & sive per manus impositionem, sive per Pallii dationem episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem videlicet ad vocandum eos urgente necessitate ad conventum synodalem, vel etiam*

E ij

ad coercendum illos & corrigendum. Cui sententiæ nihil omnino nocet exemplum Radulphi à Wilielmo Tyrio relatam; is quippe è Latinis secundus Antiochiæ Patriarcha fuit, quos non iisdem privilegiis potitos fuisse constat ac veteres Græcos.

Recentior illa disciplina inducta quoque videtur in Gallias approbante Synodo Sueffionensi ann. 742. in ea enim, suggerente Bonifacio Moguntinæ Archiepiscopo, illud decretum est, ut singuli Metropolitanæ Romanæ Pallium à Sede apostolica suscipere in posterum satagerent. Id testatur idem Bonifacius Epist. 105. ad Cuthbertum Angliæ Episcopum. Aliquandiu tamen titubarunt Galliarum Antistites quasi metuissent, uti suspicatur D. de Marca, ne tali novitate ad insolitam erga Sedem Romanam subjectionem adigerentur; vel, quod probabilius est, ne juri suo cessisse viderentur, quo hæctenus Metropolitanæ à comprovincialibus Episcopis consecrationem simul & pallium accipere consueverant. Hinc nata est pallii Romani & Gallicani distinctio, quam tamen respiciunt nonnulli doctissimi viri, tametsi aliis eruditis stabilita videtur Canone sexto Concilii Matiscon. I. inter quos pacem conciliare haud difficile erit, modo pallium tunc temporis idem fuisse quod *Rationale*, concedatur. Vide Ruinart. in laudata Dissert. cap. 10. & infra *Rationale*.

Pallium olim, ex antiquæ traditionis usu, non nisi Romam & ad Apostolorum limina venientibus, & fortiter postulantibus Metropolitanis dabatur, ut est apud Greg. M. lib. 7. ind. 1. Epist. 5. Greg. VII. lib. 1. Epist. 24. Petr. Damian. lib. 7. Epist. 4. Ivon. Carnot. Epist. 252. in Vita S. Theodardi p. 761. &c. Vide Jac. Petitem ad Pœnitentiale Theodori pag. 531. Postea tamen missum legitur per Legatos Apostolicæ Sedis, apud eosdem Gregor. M. lib. 7. ind. 1. Epist. 5. & Petr. Damian. ead. Epist. Will. Malmesbur. p. 206. &c. Denique per procuratores, cum hac formula, *Instante, instantius & instantissime in Consistorio à Summo Pontifice ex petito*, ut est in Ceremoniali Romano, &c.

Huic petitioni adjuncta erat fidei professio, quam exigit Concilium Ravennatense can. 1. sub Johanne VIII. PP. immo & Romano Pontifici obedientiam profitebantur, quod à Bonifacio Moguntino introductum arbitratur D. de Marca Concord. lib. 7. c. 7. Formulam edidit Sirmondus to. 2. Conc. Gall. p. 56. *Beato vero Petro & Vicario ejus debitam subjectionem & obedientiam ... profiteor.* Hæc circa sæculi XI. medium mutata, auctore Gregorio VII. ut plerique opinantur, in quoddam veluti juramentum fidelitatis conversa est. Eam primus emisit Henricus Aquileiæ Archiepiscopus in Conc. Romano VI. apud Labbeum to. 10. Concil. col. 379. his verbis: *Se non fore nec in consilio nec in facto, ut Papa Gregorius, successoresque ipsius, vitam, aut membra, aut papatum perdant, aut capti sint mala captione, &c.*

Antequam vero Metropolitanus pallio decoretur, non ei licet Clericos ordinare, Pontifices consecrare, vel Ecclesias dedicare, nec potest Archiepiscopus appellari. Ita Joannes VIII. PP. Epist. 26. ex iis, quas edidit Sirmondus, Synodus Ravennensis an. 878. c. 1. Innocentius III. Papa lib. 1. c. 63. c. Quod sicut. 28. §. Super eo. Extr. de elect. Petrus Damian. lib. 7. Epist. 4. An vero illud recipere possit ante consecrationem, vide Will. Neubrigensem lib. 4. cap. 17. & Menardum ad libr. Sacram. Gregorii M. pag. 314.

Iis omnibus præiverat Nicolaus I. PP. in Respon-

sionum ad consulta Bulgarorum cap. 72. *Propter longitudinem itineris non jam huc consecrandus qui electus est veniat, sed hunc Episcopi, qui ab obeunte Archiepiscopo consecrati sunt, simul congregati consituant sane interim in throno non sedentem, & præter Corpus Christi non consecrantem, priusquam Pallium à Sede Romana percipiat, sicuti Galliarum omnes & Germania & aliarum regionum Archiepiscopi agere comprobantur.* Ubi quod de Galliarum usu habet Nicolaus penes fidem illius sit: certum enim est Johannem VIII. qui secundus ab ipso Pontificatum obtinuit, è Galliis cum in Italiam esset reversus, graviter conquestum esse in Epist. ad Rostagnum Arelat. Archiepisc. quod Galliarum Metropolitanæ, nondum Pallio à Sede Apostolica suscepto, dignitatis suæ munia exercere non dubitarent, ac si jurisdictionem Metropolitanorum non censerent Pallio annexam: *Proh dolor! cum in Gallia partibus essemus, inter cetera unum valde prohibendum invenimus. Metropolitanæ antequam Pallium à Sede Apostolica suscipiant, consecrationem facere præsumunt, quæ antecessores nostri & nos canonico decreto ne fieret interdiximus.* Eo tandem auctoritatis pervenit Pallium, ut electo Archiepiscopo, uti supra observatum est, ante illius susceptionem nec dignitatis munia exercere, nec nomen habere permissum fuerit; quin & sigillo proprio caruisse docet Charta Johannis Archiep. Arelat. an. 1233. tom. 3. Analect. pag. 502. *Et quoniam sigillum proprium non habemus, cum nondum Pallium fuerimus assecuti, &c.*

Pallii privilegia pro varietate temporum, personarum & locorum diversa fuerunt; potiora adnotabimus. Præcipuum est ut qui Pallio decoratur cæteros antistites ejusdem ordinis præcedat, adeo ut Archiepiscopi eum ordinem inter se servent, quo à Sede Apostolica Pallii usum acceperunt; quod egregie firmatum fuit occasione celebris controversiæ, quæ orta est inter Harduinum Pefixium Archiepisc. Paris. & Henricum de la Mothe d'Houdancourt Auscensem. Pallio annexa pontificalis officii plenitudo, atque Archiepiscopalis nominis appellatio ex hodierna disciplina: unde Episcopi qui eo donati fuerunt, interdum nomen Archiepiscopi sibi assumsere, ut Mettenses: Pallium iis tantum concessum est qui aut sedis dignitate aut virtute cæteris præeminerent.

Pallii usus ad solemniores solemnitates restrictus passim legitur, ne, ut est in Concilio VIII. cap. ult. hujusmodi cultu per fastum aut superbiam abuterentur Metropolitanæ: quæ quidem sacra festa designantur in Epistolis Pontificiis, scilicet Nativitas Domini, festivitas S. Stephani, S. Joannis, Circumcisio Domini, Epiphania, Dominica Palmiarum, Cœna Domini, Sabbatum sanctum, Pascha, Feria secunda post Pascha, Ascensio Domini, Pentecoste, tres (alias quatuor) festivitates S. Mariæ, Natalis B. Joannis Baptistæ, solemnitas omnium Apostolorum, Commemoratio omnium Sanctorum, Dedications Ecclesiarum, Consecrationes Episcoporum, Ordinationes Clericorum, Ecclesiæ propriæ principales festivitates, & anniversarius consecrationis dies. Ita Leo VII. pro Laureacensi Episcopo apud Tegnagelium, Innocentius III. Papa lib. 15. Epist. 57. 58. Gesta ejusdem Innocentii p. 64. 102. Hincmarus Remensis tom. 2. p. 311. Ceremoniale Episc. lib. 1. c. 16. &c. Pallii præterea usum in Imperatoris & aliorum Magnatum & Principum sepulturis Patriarchæ Constantinop. indulgit Innocentius III. ut in ejus Gestis legitur pag. 102. cum alias id inter-

dictum sit, nisi hoc in privilegio contineatur expressum, Extr. cap. Si Episcopus, &c. Ejus etiam usus erat in Synodis. Vide Hist. Archiepisc. Bremens. an. 1179.

☞ Et quidem in Summi Pontificis beneplacito fuit ut dies assignaret quibus Pallio uterentur ii, qui eo donabantur; unde orta in Pallii usu pro variis ecclesiis diversitas.

Pallio autem utuntur Metropolitanis in Missarum solemnibus in Ecclesiis sibi subjectis: non vero in processibus, & aliis occasionibus, nisi ex indulto Pontificis. Ita Gregorius M. lib. 2. Epist. 54. ind. 11. lib. 4. Epist. 11. 15. 50. lib. 5. Epist. 33. lib. 7. ind. 2. Epist. 78. lib. 12. Epist. 15. Leo VII. Papa post Chronicon Reichersp. pag. 6. 7. Gesta Innocentii III. Papæ p. 64. Durandus lib. 3. cap. 17. num. 22. 23. &c.

☞ Alia fuit Archiepiscoporum Hispaniæ consuetudo: ipsis enim in usu erat Pallium deferre etiam extra propriam provinciam; quem usum potius *corruptelam*, quam consuetudinem dicendum esse scribit Innocentius III. PP. Id tamen ob frequentes barbarorum excursus apud Hispanos invaluisse probabile est; cum enim Archiepiscopi propriis sedibus pulsi in alienis provinciis degere compellerentur, iis ad solatium Archiepiscopalis honor servatus est; quod processu temporis in jus abire cœpit.

Solus vero Romanus Pontifex in Missarum solemnibus pallio semper utitur & ubique: quoniam assumptus est in plenitudinem Ecclesiasticæ potestatis, quæ per Pallium significatur: cum alii non in plenitudinem potestatis universalem, sed tantum intra parœciæ suæ limites vocati sint, ut scriptum legitur in iisdem Gestis Innocentii III. Papæ pag. 64.

Interdum tamen ex peculiari indulto concessum legitur à summis Pontificibus ut Metropolitanis quoties vellent pallio uterentur, ut Brunoni Coloniensi Archiepisc. ab Agapeto II. Flodoardus lib. 3. cap. 10. de Hincmaro Remensi Archiepiscopo: *Hic denique venerabilis Præsul Hincmarus, pro suæ sanctitatis ac sapientiæ reverentiâ, per interventionem Lotbarii Imperatoris, Pallium ad cotidianum suscepit usum à quarto Leone Papa, à quo jam aliud perceperat in designatis sibi solemnitatibus debite fruendum. Quem cotidianum Pallii usum nulli unquam Archiepiscopo se concessisse, vel deinceps concessurum esse idem Papa in Epistola tunc ad eum directâ testatur.*

☞ At ne antiqua consuetudo violata videretur hocce privilegio, duplici Pallio donatum Hincmarum suspicatur Ruinartius, Archiepiscopali uno quo certis tantum diebus uteretur, altero ob præclara ejus merita ad quotidianum usum concessio: quod firmat exemplo Alexandri II. PP. qui duplex Pallium S. Lanfranco Cantuariensi contulisse dicitur apud Willel. Malmesburiensem lib. 1. de Gestis Pontif. Angl. p. 117. Verum non arridet Ruinartii conjectura, cui nihil favet allatum exemplum, ut ex ipsis Willelmi verbis deprehendere promptum est: *Honorifice à Sede Apostolica susceptus (Lanfrancus) unum quidem Pallium ab altari Romano more accepit, alterum vero in indicium sui amoris, videlicet cum quo Missam celebrare solebat, Alexander ei Papa sua manu porrexit.* Ubi alterum pallium in pignus amoris concessum, nihil nisi Alexandri in Lanfrancum benevolentiam probat.

Quanta autem reverentia pallium ab Episcopo delatum in vase argenteo, ab Archiepiscopo susciperetur, eidemque imponeretur, pluribus narrant

Eadmerus lib. 2. & 5. Novorum pag. 34. 113. Willelmus Malmesburiensis lib. 1. de Gestis Pontif. pag. 220. Auctor Historiæ Archiepiscoporum Bremensium an. 1179. & Ceremoniale Episcoporum lib. 1. c. 16. factio prius Sacramento Summo Pontifici, ut est cap. 3. de Juram. Extra, & cap. de Elect. apud Gregor.

Translati ab una Ecclesia Metropolitana ad aliam, non possunt uti pallio quod acceperant in prima sua Ecclesia, & minus pallio prædecessoris defuncti seu translati: sed oportet quod de novo petatur Pallium, & obtineatur: & interim non possunt consecrare, Synodum celebrare, & alia pleraque Pontificalia exercere. Ceremon. Rom. lib. 1. sect. 10.

☞ Ab ea consuetudine, ob longinquam regionum distantiam, primus recessisse videtur Clemens V. PP. qui erecto Cambaliensi Archiepiscopatu sub Tartarorum dirione, novum Archiepiscopum Pallio donavit, quo non solum ipse, sed & ceteri ejus successores uterentur. Idem pro Archiepiscopo Sollaniensi præstitit Johannes XXIII. PP. ut observat Ruinartius in laudata Dissertatione. An vero mos iste locum habuerit in majoribus sedibus, vel saltem prioribus sæculis merito addubitari potest. Ut ut est, constat Orientales Patriarchas suorum prædecessorum pallio libere usos fuisse.

Post obitum, Archiepiscopi debent cum pallio sepeliri: siquidem sepeliantur in provincia sua, circa humeros supra planetam: si vero extra provinciam, ponendum erit pallium plicatum sub eorum capite. Ceremoniale Episc. lib. 1. c. 16. Adde Adamum Bremensem c. 45. & Leonem Grammaticum p. 467. Exstat Epistola Alexand. III. PP. in Conciliis Rotomagensis Ecclesiæ p. 160. qua ad quæsitum Rotrodi Archiep. Rotomag. *utrum liceret sibi pallium suum alii Metropolitanano commodare, si contingeret ipsum sine Pallio suo ad Ecclesiam sibi (Archiep. Rotomag.) commissam in aliqua præcipua solemnitate venire & in eadem Ecclesia Missarum solennia celebrare: respondet, non videri esse conveniens, ut Pallium suum alii commodaret, cum Pallium suum non transeat, sed quisquam cum eo debeat sepeliri.*

Denique ut pallium Archiepiscopis confertur in signum plenariæ potestatis: ita si degradentur, eis aufertur. Vide Liberatum Diacon. cap. 21. 23. Anastasium in Silverio Papa, Flodoardum lib. 4. cap. 35. præterea Theophanem p. 121. & 371. & Vitam S. Nili jun. pag. 154.

Pallium sæpe aliis concessum legitur quam Metropolitanis; Episcopis scilicet, quibus id privilegii indulgere Summi Pontifices, quod quibusdam personale, i. ad vitam, aliis reale fuit, id est, eorum Ecclesiis concessum. Verbi gratia ad vitam concessum legimus, aliquot Episcopis Metensibus, Urbicio scilicet, Chrodegango, Angilranno, Drogoni, Walæ, Roberto, & Stephano Barrensi, uti tradunt Chronicon Trudonense, Chronicon Metense editum à D. Luca Achério, & Meurissius in Episcopis Metens. quorum etiam aliquot inde Archiepiscopi nomen ac titulum usurparunt, atque in iis Chrodegangus, ut ex ejus Chartis colligitur, Angilrannus in Capitulari Francofordiensi ann. 794. cap. 53. quæ quidem dignitas ei ascribitur, non quod fuerit Archicapellanus Palatii, uti censet vir doctissimus, sed quod pallio donatus fuisset à Summo Pontifice. Vide Joannem VIII. Papam Epist. ad Walam Metensem Episc. in nova Conciliorum editione p. 239. Concessum etiam He-

duensi & Hispalensi à Gregorio Magno lib. 7. ind. 3. Epist. 114. 118. & 127. item Actardo Nannetensi, ab Adriano II. Papa Ep. 11. ut & Theodulpho Aurelianensi, ut ipsemet testatur:

*Solius illud opus Romani Præfulis extat,
Cujus ego accepi pallia sancta manu.*

Unde se ipsum non semel Archiepiscopum Aurelianensem inscribit in Chartis quæ habentur apud Hubertum in Hist. S. Aniani Aurelian. Vide Chronicon Montisfereni an. 1161. Idem pallii privilegium indultum aliquot Cenomanensibus Episcopis pariter legimus, qui ex eo Archiepiscopos sese inscripserunt, ut testantur Acta Episcoporum ejusdem urbis edita à doctissimo Mabillonio tom. 3. Analector. atque in his Bertichramnus, p. 112. *Prædictus autem Dominus Bertichramnus Archiepiscopus erat, & pallium, sicut mos est Metropolitanorum, ferebat, atque omnibus Episcopis totius regni præerat & proderat. Eadem Acta de Aigliberto Episcopo: Jam dictus enim Aiglibertus Archiepiscopus & Magister totius regni cunctorum Episcoporum, ducendo & gubernando, Palliumque, ut mos Metropolitanorum est, deferendo fuit, &c.* [Concessum etiam Algrino Lingon. à Benedicto IV. PP. Petro Gerund. à Johanne XIX. PP. an. 1030. Marcæ Hisp. col. 1044. & Henr. Xaver. de Belsunce Massil. à Clemente XII. PP. mense Sept. 1731.]

Eodem honore donati interdum etiam Episcopi nulli fedi addicti, inter quos præcipui sunt Corbinianus, priusquam Frisingensem episcopatum erigeret; Willebrordus postea Trajectensis antistes & Bonifacius Sedi Moguntinæ nondum præfectus.

Episcopis vero, & eorum Ecclesiis, concessi pallii exempla prostant in Aniciensi in Gallia, apud Durandum lib. 3. Rat. cap. 17. Parisiensi, ex concessione Gregorii XI. Papiensi in Lombardia, & Massano in Regno Neapolitano apud Hostiensem in Summa tit. de Usu pallii: Lucensi in Tuscia, Bambergensi in Germania; Quinqueecclesiensi in Hungaria, in cap. Cum in juventute, Extra de Præsumpt. Catanensi in Sicilia Episcopo pallium indulserat Alexander III. sed Lucius III. abstulit, ut est apud Rocchum Pirrum: ut & Richardo Syracusano idem Alexander apud eundem Pirrum, sed Clemens III. ademit. Sed & haud ita pridem, 3. scilicet Octobr. an. 1678. Innocentius XI. Papa, Pallium Augustodunensi Episcopo concessit, cum aliquot ante sæculis eo privilegio, uti supra docuimus, donata non semel legatur eadem Ecclesia. Ejusmodi indultam Episcopis pallii prærogativam ægre passi sunt Archiepiscopi, ut est apud Floardum lib. 4. cap. 4. extremo. Vide Epistolam Hadriani Papæ ad Bertherium Viennensem Episc. apud Sanjulianum in Matiscone pag. 272. Lalandium, & Hist. Trevirensis editam ab Acherio pag. 215. 248. 249. Cujusmodi vero essent privilegia & prærogativæ pallii in Episcopis, & an ex eo eximerentur à jurisdictione Primatum & Metropolitanorum, docte disputat Fr. Florens ad tit. 8. lib. 1. Decretal. Sed & Portuensis Episcopus, quo die Pontificem ordinabat, utebatur pallio, ex decreto Marci Papæ an. 336. [Pallio etiam donatus Samson Episcopus Dolensis aliquotque ejus successores, quo privati ab Innocentio III. PP.]

Pallium deferunt omnes Episcopi apud Græcos. Luitprandus in Legatione: Scimus, immo videmus Constantinopolitanum Episc. pallio non uti, nisi S. Patris nostri permisso: verum cum impiissimus Albericus, quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens impleverat, Romanam civitatem sibi usurparet, . . . Romanus

Imperator filium suum Theophylactum Eunuchum Patriarcham constituit, eumque cum Alberici cupiditas non lateret, missis ei muneribus satis magnis, effecit ut ex Papa nomine Theophylacto Patriarcha mitterentur, quorum auctoritate cum ipse, tum successores ejus absque Paparum permisso palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non solum Patriarcha, sed etiam Episcopi totius Græciæ palliis utantur. Quod quam absurdum sit, censore opus non est. Vide Synodum VIII. cap. 14. Greg. III. Ep. 1. Concil. Matisf. I. cap. 6. Synod. Ravenn. sub Joann. VIII. cap. 3. Plura de Pallio, ejus forma, & significatione habent Gregorius M. lib. 7. ind. 2. Epist. 131. Clemens II. Papa apud Baronium an. 1047. n. 12. Diurnus Romanus cap. 4. Amalarius lib. 2. de Eccles. offic. c. 23. Rabanus lib. 1. de Instit. cleric. c. 23. Innocentius III. Papa lib. 1. Myster. missæ cap. 10. 63. Jacobus de Vitriaco in Histor. Occid. cap. 35. Bruno Signiensis de Vestiment. Episcop. p. 98. Durandus lib. 3. Ration. cap. 17. Ceremoniale Roman. lib. 1. sect. 10. Serrarius lib. 3. Rerum Moguntin. cap. 26. Franciscus Florens ad titulum de Usu & auctoritate pallii, & Nicolaus Bralionus in Pallio Archiepiscopali, Joan. Garnerius in Dissertat. 3. ad Diurnum Romanum. Thomassinus in libro de Eccles. Disciplina, &c.

PALLIARE, Pallium Archiepiscopale conferre. Synodica Concilii Sueffionensis an. 866. *Luitbertum Moguntiacensis Ecclesie Archiepiscopum, Paternitatis vestra largitate Palliatum, &c.* Gesta Innocentii III. Papæ: *Palliavit dictum Archiepiscopum, & fecit eum Primatem totius Bulgaria, &c.* Occurrit ibidem p. 69. 112. & apud Ericum Upsalensem lib. 3. Hist. Suecor. an. 1196. Vide Joann. VIII. Papam Epist. 24.

PALLIGER, Archiepiscopus, apud Voolferrum, in Vita S. Godehardi Episcopi num. 21. [& in Vita S. Bernwardi Episc. Hild. num. 15. & 35. sæc. 6. Bened. part. 1. p. 209. & 223.]

PALLOCTA, & **PALLOTA**, pro *Ballotta*, Tesseræ suffragii, calculus, Gall. *Balote*. Acta SS. to. 3. Martii p. 244. de S. Ambrosio Senensi: *Missa fuerunt in bussulo albi del si, & in eodem bussulo reperta ducenta viginti tres Pallocta.* Billius in Histor. apud Murator. to. 19. col. 85. *Itaque jactis fortibus, quas illi Palloctas vocant, &c.*

PALLOCTITIUM, Armaturæ seu exercitationis militaris species, velitatio, singulare certamen. Sallas Malaspinæ lib. 4. Rer. Sicul. cap. 8. apud Baluz. to. 6. Miscell. p. 298. *Sane utrinque magna erat aviditas configendi, & tanta quippe quod modo milites, modo pedites manualiter singulari concertatione se jungunt &, ut ita loquar, frequenter Palloctitia faciunt singulariter & configunt.* Vide *Paletare*.

PALLOTA, ut supra *Pallocta*. Vide ibi.

PALLUS, vel **PALLUM**, pro *Palus*, Gall. *Pieu*. Charta Philippi Aug. an. 1215. apud Labbeum in Miscell. pag. 641. *Prædicti etiam homines ad firmandum castrum adducunt Pallum & legariol.* Charta Petri Noviom. Episc. an. 1412. *Tenebitur claudi facere dictus miles de parvis muris terreis seu de Pallis ligneis competenter.*

PALMA. Anastasius in S. Symmacho PP. *Et ex musivo agnos, & cruces, & Palmas ornavit. al. fecit.*

PALMA, olim porrecta Regibus nostris in eorum solennibus inaugurationibus, una cum sceptro, in victoriæ adprecationem; apud Hincmarum in Coronationibus Regiis, p. 746. *Ad ista verba, Det tibi Dominus velle, dederunt illi Palmam & sceptrum. Det tibi Dominus velle & posse quæ præcipis, ut in re-*

gni reginine secundum voluntatem suam proficiens, cum palma perseverantis victoria ad palmam pervenias gloria sempiterna, &c. Adde Capitula Caroli Calvi pag. 490. Ita Palmas virentes ad Carolum Calvum Imperatorem misit Joannes VIII. PP. Epist. 32. hacce formula: *Hodieque manui vestra, speciali voto & prerogativa, plenam benedictione Palmam, sicut cernitis, destinamus, adversus visibiles hostes & invisibiles triumphum; optantes enim vos de cunctis adversariis triumphare, nihil aptius vobis, quam ramos palmarum duximus offerendum, &c.* Infra: *Optantes enim vos de cunctis adversariis triumphare, nihil aptius vobis quam ramos palmarum duximus offerendum, quos & pueri sternebant in via Domino Hierosolymam venienti, antiquum hostem triumphaturo, & mundum victuro.*

PALMÆ, Palmarum dies, sic dictus dies Dominicus qui Pascha antecedit, quia in eo, inquit Isidorus lib. 1. de Divin. officiis cap. 27. *Dominus & Salvator noster, sicut Propheta cecinit, Hierusalem tendens, asello sedisse perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo plebium obviam ei cecinerunt, Osanna in excelsis, &c.* Ditmarus l. 2. *Recto itinere ad Magdeburgensem pergens civitatem, Palmas ibidem festivo duxit honore.* Lib. 4. *Cum Palmarum solemnia in Magdeburg celebrare voluisset.* Lib. 7. *In predicto loco Palmas & sanctum Pascha celebravit.* [Otto Frising. de Reb. gestis Frider. I. Imper. l. 1. cap. 58. apud Murator. to. 6. col. 691. *Illi ergo qui tam mature applicuerant, circa Palmas civitatem sanctam intravere, Dominicam passionem sanctamque, singula loca ubi hac facta sunt, circumeundo.* Memoriale Potestatum Regienf. ad an. 1218. apud eundem to. 8. col. 1092. *In ramis Palmarum scientes Soldanus & Corradinus, quod Christiani volebant celebrare qualiter Christus venit Hierosolymam... & ita Christiani celebraverunt Palmam cum armis.*] Ingelramus Centulensis Abbas de relatione S. Richarii: *Exercebat ovans ex consuetudine Palmas Plebs Domini &c.*

Vide *Dominica in Palmis.*

2. **PALMA**, Alapa palmis inflictæ. Acta S. Proculi Martyr. *Et solventes eum ministri, injuriaverunt eum, ita ut Palmas in faciem ejus darent.* Hinc

PALMARE, & depalmare, Alapam infligere. Glossæ vet. *Depalmare, κολαφίζω.* Petrus Blesensis serm. 24. *Attendamus Filium Virginis, illitum sputis, Palmatum colaphis, &c.* Vide *Palmizare*, & *Palmata* 1.

3. **PALMA**, Mensuræ frumentariæ species. Bulla Alexandri PP. pro Monasterio S. Crispini in cavea Sueffion. in Tabulario ejusdem Monasterii: *Decimam Novæ villæ, octo Palmas frumenti, &c.* Idem videtur quod

PALMATA salis, frumenti: quantum salis aut frumenti palma manus continere vel haurire quis potest: jus nempe quod domino feudali ex salis aut frumenti in mercatis publicis venditorum mensuris competit. [Statuta villæ Montis-olivi an. 1231. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 968. *Item, solvimus & definimus illas Palmatas salis quas alibi milites per tollant & forciam consueverunt percipere in mercato.*] Charta Gastonis Vicecomitis Beneharn. an. 1282. apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 28. *Et in mercato, quod Gavardina vocatur, decimam totam, ab integro, & cum tribus digitis Palmatas de sale in eadem Gavardina.* Monasticum Anglic. to. 2. p. 405. *Sciatis nos confirmasse leprosis S. Egidii de Salopesbiria, quod habeant Palmatas bladi & farine de omnibus saccis qui cum blado & farina exponuntur ad vendendum*

in mercato, &c. Infra: *Scilicet de unoquoque sacco bladi Palmatam duarum manuum, & de sacco farine, Palmatam unius manus, &c.*

PALMARE, Palma mensuraria metiri, mensurare. Vetus Charta in Hist. Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 55. *Omniū mercatorum quæ fierent vel Palmarentur die qui proximus festivitati imminet. Et ipso festivitatis die costumarum dimidietatem S. Nicolai & Monachorum ejus esse sive in terra, sive in aqua, hac facta fuerint mercata.* Infra: *Ita quidem si in vigilia festivitatis, aut die, mercatum factum fuerit, vel Palmatum.*

Veteribus nostris *Pasmoier & Paumoier*, pro manu fortiter apprehendere. Le Roman de la Rose MS.

*En son poin tient une machuë,
Fierement la Paumoie & ruë.*

Le Roman de Partonopex MS.

*Li Roix revint d'estordoison's,
Bien s'est rasis en ses arçons,
Et Pasmoie son fort espié
Qu'il n'a encore pas brisié.*

4. **PALMA**, Pila. *Palma ludus*, Gall. *Jeu de paume*; quia palma olim pilam percutiebant. Statuta Collegii Major. Mon. an. 1390. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 397. *Item quod caveant omnino à ludo taxillorum, alearum & Palma.* Charta an. 1427. ibidem to. 5. pag. 693. *Statuimus quod nullus vacet ludo taxillorum, . . . nec etiam ludis permissis ut Palma, vel aliis, maxime in locis communibus.*

PALMARIUS LUDUS, Eadem notione, in Statut. Collegii Turon. an. 1540. ibid. to. 3. pag. 419. *Ordinamus quod nulli, tam bursarii quam extranei, de cætero ludant ad ludum Palmarium, &c.*

PALMADA SALIS, ut supra *Palmata* in *Palma* 3. Tabular. Monaster. Solemniac.

PALMÆUM; *Vestis pastoralis*, in Gloss. Isid.

PALMALIS, pro *Palmaris*, mensuræ unius palmi. Charta Petri de Roteys Vicar. Tolos. an. 1272. è Bibl. D. de Crozat: *Fustes de tribus brachiatis & de duabus & dimidia, & de duabus quæ sunt pedales & Palmales.* Vide *Palmes*.

PALMARE. Vide *Palma* 2. & 3.

PALMARIA, Chirothecæ species, quæ manuum palmas tegit. Udalricus lib. 2. Consuet. Cluniac. Mon. cap. 36. quod est, de Utensilibus coquinæ, 4. *paria manicarum, ne stamineorum manica Fratrum de nigredine coquina familiari sordidentur; 2. paria Palmariarum, quæ ita Romanice appellantur, manufque defendunt à calore caldarii, quando recens ablatum ab igne quoque est movendum, vel inclinandum.*

PALMARIS SYNODUS: ita appellata Synodus Romana quarta habita Rufio Magno Fausto Avieno Consule sub Symmacho PP. anno Chr. 502. ut est in Codice Narbonensi, uti observat Sirmondus in Notis ad Avitum Epist. 31. quam alii nomenclaturam Synodo Avieno juniore Consule celebratæ attribuunt. Hanc porro sic dictam putant, quod in porticu Basilicæ S. Petri, quæ hanc appellationem sortita est, coacta fuerit. Anastas. Bibl. in Honorio PP. *In porticu B. Petri Apostoli, quæ appellatur ad Palmaria, &c.* *Palma*, loci dicti Romæ meminit præterea Anonymus de Constantino M. à Vallesio editus p. 482. ubi etiam de eodem Symmacho: *Deinde veniens ingressus urbem, venit ad Senatum, & ad Palmam populo adlocutus, &c.* Ubi forte *Palma* idem est quod *Palmaria*. Vide *Baronium* an. 502. num. 1. 2.

1. **PALMARIUM**, [Domus excipiendis *Palmaris* seu peregrinis destinata.] Charta G. Episcopi Ebredunensis [vel potius Transactio inter Episcopos

pum & Capitul. Niciens.] an. 1159. in Histor. Episcoporum Niciensium: *Omnes administrationes sive balias consilio Episcopi disponendas, similiter adjudicavimus Canonici, & hospitale cum honore suo, & Palmarium, excepta illa parte inferius & superius, quam edificavit Episcopus, prout columna consistunt ab angulo sue domus usque ad angulum parietis, &c.* [Vide *Palmarius.*]

¶ 2. PALMARIUM, Merces, pretium, maxime honorarium quod advocato, qui causam obtinuit, conceditur. Charta Rodulphi Episc. Cabilon. an. 980. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 227. *Ad augendum enim sperata retributionis Palmarium, pro rogavit oratu quo canonicam . . . traderemus.* Vide Cassiodor. lib. var. Lect. & Jan. à Costa in Decretal. pag. 235.

PALMARIUS, PALMATUS, Peregrinus. *Palmarii* porro dicebantur, qui peregrinationem Hierosolymitanam seu ex voto ac pietatis intuitu, vel cruce ac sacra expeditione suscepta, in patriam redierant, quod in signum exactæ istius peregrinationis palmarum, quarum ferax est Syria, ramos præ manibus redeundo deferrent. Rationem delatæ palmæ aliam profert Durandus lib. 1. Ration. c. 3. n. 14. *Qui de Hierosolymis veniunt, Palmam in manibus ferunt, in signum quod illi Regi militarunt, qui Hierosolymis cum palmis honorifice receptus est, & postmodum ibidem cum diabolo pugnans victor extitit.* Henricus de Knyghton l. 1. de Eventibus Angliæ. c. 5. *Eia, inquit, jam adest certe peregrinus, iste est qui nefandum Colibroudum occisurus est. Ad quem sermonem Palmarius accedens, &c.* Mox: *Domine peregrine, &c.* Ita Poëtæ nostrates *Paumiers*, peregrinos vocant. Le Roman d'Auberi:

*A icest mot, i estes vous un Paumier,
Qui d'outremer siert mis au repairier?*

Rursum:

*Lambers appella tantost un despanfier,
Va, si me fai tost disner c'est Paumier.*

Infra:

*Et voit brisié son grand bordon fraisfin;
Mais de ses Paumes le siert li pelerin.*

[Le Roman de Blanchandin MS.

*Blanc les reconut bien
Qu'il estoient Crestien
As escharpes & as bords;
Et as barbes & as grenons.*

Infra:

*Et de Jerusalem venons,
Vez les Paumes que nos portons.]*

Le Roman de Parise la Duchesse:

Jaurai bordon, & Paume, & jupe autretel.

Alibi:

Il ot Paume & escherpe, & bon bordon ferré.

Passim apud eundem Poëtam. Jam vero cum palma rediisse in patriam peregrinos Hierosolymitanos, testantur passim scriptores. Chronicon Uspersense & Albertus Stadenfis ann. 1104. *Nonnulli etiam Palmati de Hierosolyma redeuntes, &c.* Petrus Damianus lib. 2. Epist. 15. *Ex Hierosolymitana peregrinatione deveniens Palmam ferebat in manu.* [Sed palma juncta maxime utebantur. Willelmus Tyrrius lib. 21. cap. 17. *His ita gestis dominus Comes, (Philippus Alfaciæ) cum Hierosolymis per quindecim dies fuisset, completis orationibus, & juncta Palma quod est apud nos consummate peregrinationis signum, &c.* Hinc usus palmarum in processibus Confraternitatis peregrinorum Terræ Sanctæ apud Franciscanos Paris. erectæ.] Omitto alios in Dissert. 15. ad Joinvillam laudatos scriptores: addo

tantum cum patriam attigissent, susceptos cum processione Ecclesiastica. Chron. Moriniacense lib. 2. *Se suscipi cum processione, quippe de Hierosolyma rediens, permitteret, Abbas ab eo postulavit & impetravit.* Ex prædictis emendandus videtur Reinerius in Catalogo hæreticor. *In secunda secta sunt qui se fingunt peregrinos S. Jacobi, plumbati, & ultramarinos, & spatulatos pœnitentes.* Quippe pro *plumbati, palmatos* legendum puto. Vide Lexicon Runicum Olai Wormii in v. *Palmare.*

1. PALMATA, Pœnitentiæ apud veteres species. Vetus Pœnitentiale MS. & Beda de Remedio peccat. c. 14. *Si quis tinxerit manum in aliquo liquido cibo, & non idonea manu, centum Palmatis tundatur.* Pœnitentiale MS. Thuanum, quod Theodori esse volunt, cap. 3. *Quidam dicunt 20. Palmatas valere pro uno die (pœnitentiæ.)* Infra c. 10. *Alio modo 12. triduana, singula cum psalteriis tribus impletis, cum Palmatis 300. per singula psalteria, excusant unius anni pœnitentiam, &c.* Adde Burchardum lib. 19. cap. 17. & 25. Joannes Laudensis in Vita Petri Damiani Cardinalis cap. 3. *Ceteris autem spiritualibus exercitiis disciplina, videlicet metaneis, Palmatis, prolaxis ulnarum extensionibus . . . incumbebant.* Vide eundem Petrum Damianum Opusc. 15. cap. 18. Ejusmodi palmatarum meminit etiam Nilus Mon. lib. 3. Ep. 243. *Και κροσὸν μετώπῃ, καὶ παταγμὸν στήθεσ, καὶ γόνα κλινομένον, καὶ χειρῶν διαπαταγμὸν, μετὰ ὄνου καρδίας, &c.* Ubi Allatius & manas cum dolore extensas, non recte vertit. Quærent viri docti quid his locis *palmata* denotet. Baronius anno 1055. n. 11. existimat pœnitentium palmas ferula verberatas fuisse: quod certe verosimile videtur de iis quibus ob crimina perpetrata imponebatur hæc pœnitentiæ species, quod ex verbis laudati Pœnitentiale MS. elici potest, ubi *centum palmatis tundi* dicitur, qui tinxerit manum, &c. At in spontaneis *palmatis* non idem dicendum, cum à vero absonum sit, eos qui pietatis & devotionis gratia has fibimet imponebant pœnitentias, ab aliis *palmatas*, seu palmarum percussiones accepisse. Ii igitur harum vice, *palmas* allidebant ad pavementum: quod potissimum colligitur ex eodem Petro Damiano lib. 6. Epist. 27. *Lorica est homo indutus ad carnem, ferreis membra divisa circulis ambit, mittit cum labore metaneas, allidit in pavementum sæpius palmas.* Nescio, an huc referri possit istud Ethelwlfii de Abbatib. Lindisfarn. cap. 10.

*. . . Suis non parcit tondere membris
Marmora.*

Vide *Percussio*, & Morinum lib. 7. de Pœnitent. cap. 14.

Simile est mortificationis, uti vocant, monachicæ genus, quod refertur ab Hugone Flaviniacensi pag. 160. de B. Richardo Abbate Virdunensi: *Cui etiam moris erat psalterium ex ordine quoquo die dicere, & primos quidem quinquagenos prostando manibus ad terram deflexis dicebat, quinquagenos erectus, quinquagenos prostratus toto corpore, sed suspensus, articulis pedum manuumque sustentatus perorabat.*

¶ 2. PALMATA, Contractus emptionis vel venditionis, Gall. *Marché*; *palmata* dicitur quod in signum pretii conventi dextram dextræ committere solent, cujus violator multæ pecuniariæ subiacebat domino loci exsolvendæ. Charta an. 1230. ex Bibl. regia: *Ad petitiones que fiunt ex parte Regis, dicimus quod de Palmatis que fiunt in mercato & in die mercati, de illis qui nolunt stare contractui, debet habere Rex quinque solidos.* De *Palmatis* vero que fiunt extra mercatum quibuslibet diebus, dicimus quod sint dominorum

- dominorum illorum ad quos locorum spectat iurisdicção. Fori Oscæ an. 1247. Cum inter emptorem & venditorem super re, qua venditur, sit certa conventio pretii per Palmatam, solvat alteri quinque solidos qui voluerit resiliere. Statuta Massil. lib. 3. cap. 6. Statuimus ut postquam principales persona contrahentes... de re ipsa vendenda, vel emenda, & pretio convenerint, & postmodum Palmata, vel denarius Dei, vel arrha facta inde fuerint, contractus ille sive venditio, ex tunc rata & firma habeatur quantum ad eos inde contrahentes. Consuet. Lemovic. art. 70. Si hospes vel ejus uxor vel filius venditoris dictarum rerum venditioni interfuerint, & se velle habere partem dictarum rerum in factione seu prestatione Palmata dixerint & prestati fuerint de promissis, habeant de ipsis rebus sicut unus de aliis qui ibidem fuerint. Neque alia est vocis Palmée significatio in Consuet. Montensi cap. 12. ubi & Palmants nuncupantur qui palmatis contrahunt & de re aliqua datis dextris conveniunt: quod egregie confirmat Consuet. Hannon. p. 9. edit. 1663. *Entant que touchent les arrentemens qui se feront volontairement de maisons & edifices, on y pourra pareillement mettre devise de faire about d'ouvrages sur le lieu ou autrement, selon que les arrentans & Palmians le voudront diviser à la Palmée faire.* Paumée, apud Belomaner. cap. 44: Vide de Lauriere in Glossario Juris Gallici.
- ¶ PALMATUM, Eadem notione. Statuta Mont. Regal. fol. 115. *Teneantur & debeant (vicarius & iudex) facere attendi & observari omnia mercata sive contractus, qui & que fiunt in dicta civitate, vel districtu, si denarius Dei, vel arræ data fuerint, vel si Palmatum fuerit, vel si mercatum, seu contractus celebratus fuerit.*
- ¶ PALMELLA, Eodem significato, in Statutis Perus. fol. 58. *Si quis non observaverit Palmellam, seu pactum Palmella firmatum in die mercati, solvat pro banno sol. v.*
- ¶ 3. PALMATA, Mensura. Vide Palma 3.
- PALMATIA, Locus confitus palmis, Palmularium, Palmetum, φοινικῶν, in Gloss. Græc. Lat. edito & MS. & apud Procopium lib. 1. de Bello Persico c. 19. Rad. de Diceto: *Et stabulabant equos suos in Palmatia de Baldac.* [Vide Palmerium.]
- ¶ PALMATIÆ, Vibrationes, à Gr. πάλαιον. Apuleius in mundo: *Oste sunt motus, quibus solum quatitur: Palmatia vero appellantur, quorum pavitatione illa que trepidant, sine inclinationis periculo nutant, cum directi tamen rigoris statum retineant.*
- PALMATIANA. Gregorius M. lib. 1. Epist. 64: *Nobis de cetero ne quid transmittere debeas inhibemus. Et quoniam non delectamur xenis, Palmatianas; quas tua direxit Fraternitas, cum gratiarum actione suscipimus, sed eas, ne quod exinde potuisses sentire dispendium, digro fecimus pretio venundari, &c.* Ubi loci Cerda *Datiles*, seu *Dactiles*, intelligi censet. At Baronius ad *uvas palmatianas*, seu *vinum palmatianum*, de quo Senator lib. 12. Epist. 12. Alexander Iatrophilista lib. 2. passim & alii, seu *palmarum fructus expressos in liquorem*, ut ait S. Hieronymus de Vita Clericorum, vocem referendam putat, nescio an vere, ad an. 591. n. 11. nam Altaserræ ad hunc Gregorii locum, non placet Baronii conjectura, quin potius *Palmatianas* existimat vestes fuisse auro & palmis intextas. Alii ramos palmarum intelligi putant. Ita in varias quisque abit sententias. Vide Menagium in Origin. Italic. pag. 1029.
- ¶ PALMATUM. Vide Palmata 2.
- PALMATUS. [Palmatus irradias, in Conc. Carthag. Tem V.

- sub Bonifacio to. 4. Conc. p. 1634.] Vide *Palmarius*. *Equi Palmati*, in *Equis*.
- PALME. Adamnanus lib. 3. de locis SS. c. 4. *Ejusque digiti, quasi in Palmæ vel tuto intrantes, in eadem impressi columnam inhaeserunt.* Ita editio viri doctissimi Joannis Mabillonii.
- ¶ PALMELLA. Vide Palmata 2.
- PALMENTUM, Torcular, Italis *Palmento*, Gallis *Pressoir*. Charta Roberti Regis Siciliae ann. 1326. apud Ughellum in Episcopis Casertanis: *Cum curtibus salis, cameris; . . . coquina, puteis duobus, & Palmentis, cum portis, fenestris, &c.* Infra: *Videlicet in domibus palatiatis, & Palmento uno, & aliis domibus coopertis, &c.* Habentur præterea in Charta Sikelgaitæ uxoris Roberti Guiscardi Ducis Calabriae apud eundem to. 7. pag. 396: *Palmentum*; à pedum palmis dictum censet idem Ughellus, quia ibi tivæ pedibus premuntur.
- ¶ PALMERIUM, Locus confitus palmis: Charta Eduardi II. Reg. Angl. to. 2. Monast. Angl. pag. 256. *De uno mesuagio cum orto & crosto, & cum medietate crosti Palmerii.* Vide *Palmatia*.
- ¶ PALMES, Mensura palmi. Miracula B. Henrici Baucens. to. 2. Junii p. 387. *Habebat tibiam dextram breviorē altera de una Palmite.* Charta Tolosana an. 1272: in Bibl. D. de Crozat: *Quod trabes peales & Palmites de cor & de abiete de vi. brachiatibus, &c.* Vide *Palmalis*.
- PALMETIE. Glaber Rodolphus lib. 5: cap. 1: *Circa medium cujusdam diei cecidit de cælo quod Græce dicitur Selas, vel Casna, seu Palmetie, dum fulgor atherei splendoris insolito ad terras emittitur: insulsum enim vulgus perhibet stellam de cælo cadere.* Huc spectant ista Ovidii ex *Metamorph.*
*. . . Ut interdum de cælo stella sereno,
 Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri.*
 Sed ibi legendum *fasina*, ex Græco φάσμα, apparitio, ut *selas*, ex Græco σέλας, jubar, fulgor: *Palmetie* vero nescio an non legendum sit *planetie*, vel *planetia*, i. stella errans, [planetes vel planeta.]
- ¶ PALMIFER, Peregrinus. Acta SS. tom. 1. Junii p. 250. de S. Nicolao peregrino: *Cum navis quædam Palmiferis onerata, rediret à Syria.* Vide supra *Palmarius*.
- ¶ PALMISANA TORTA, Placentæ species, à Parma civitate Lombardiæ sic dicta. Computus ab an. 1333: ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 273: *Guillelmo fasticerio (l. pasticerio) regio pro tortis Palmisanis factis per eum . . . taren. xviii.*
- 1: PALMISARE; in Glossario MS. Reg. Cod. 1701: *Est dare alapas, vel Barguinier.* Vide *Palma* 2.
- 2: PALMISARE, Vox naupegorum. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 12. de Galeis: *Sub fundis extrinsecus Palmizentur usque supra ad aquam, secundum quod cuique ipsarum fuerit opportunum.* Infra: *Calésatisfari & reparari, ac etiam de sepo Palmisari oportet, &c.*
- ¶ PALMIZARE, Eadem notione, in Chron. Tarvisino apud Murator. to. 19. col. 768. *Nec curabat bellum inire, nisi reliquas (naves) in terram pro Palmizando actas secum haberet.*
- ¶ PALMOLA, Frumenti genus, hordeum, vulgò *Pamoule*, Provincialibus *Paumouille*. *Pamel* hordeum vocant etiamnum Picardi. Charta an. 1328. apud Plantavit: in Episc. Lodovens. p. 297. *Sub onere 7. sextariorum hordei, seu Palmole.* Tabul. S. Illidii Claromont. *J. Olers ont ha XII. d. debtais e 1. em. de Palmola e li seignoria.* Vide *Paumellya*.
- PALMORERIUM, Palinae ramus, Italis *Palmero*, Gall. *Palmier*. Vetus Inquesta apud Puricellum in Monumentis Basilicæ Mediolanensis Ambrosianæ

pag. 1133. *Et ipse dominus Archiepiscopus dat Abbati maximam truitam, & Palmererium, & sic Abbas venit cum Archiepiscopo cum processione usque ad altare B. Ambrosii. Ubi sermo est de processione in Ramis palmarum.*

¶ PALMOS, *Subsultatio, palpitatio in cute & nervis. Palmoscopus, qui de subsultatione fibrarum auguratur. Ita Laurentius in Amalthea, à Græco παλμός.*

PALMOSUS, *Victoriosus. Glossæ Isidori.*

PALMULA, *Ratis, Πλάτη, ἐν ᾗ διαπλέομεν, in Gloss. Lat. Græc. Vide Schefferum de Militia navali lib. 2. cap. 5.*

¶ PALMULARIUM. *Vide Palmatia.*

¶ PALMUS, *Mensura vulgo octo circiter unciarum; Palmus vero Occitanicus, ut & Græcorum, est novem unciarum cum duabus lineis. Charta Tolosana an. 1272. in Bibl. D. de Crozat: Et quod trabes peales & palmites de cor & de abiete... habeant unum bonum Palmum de spisso. Alia an. 1292. ex Tabul. Abbat. Gimont. in Occit. Perticus cum quo mensurantur arpenta & terra vinea & alii honores, habeat in perpetuum & habere debeat decem Palmos bonos & largos, de longo, &c.*

¶ PALMUS, *Mensura pannorum. Transactio inter Abbatem & Monachos Crassenses an. 1351. Item prepositus de Pediliano facit annuatim dicto Conventui in festo Pasche... triginta aunas de panno lineo, cum quo panno exterguntur pedes & manus pauperum in mandato in die Jovis sancta, de quo panno post mandatum factum recipit Conventus predictus quatuor canas ad faciendum manustergium in claustris, & duos Palmos pro bagnis in ipso monasterio faciendis. Residuum vero dicti panni recipit cellerarius domini abbatis.*

¶ PALOMBARUS, *Qui intrat sub aquam, cum expedit, in Dictionar. Fed. Ubaldini ad calcem Documenti d' Amore Francisci Barberini edit. Romæ an. 1640.*

PALOMERIA. *Libertates concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Aragonum ann. 1283. Concedimus quod de navibus, lignis vel barchis, transeuntibus, que non dederint Palomeriam firmam in terra, vel non disscarcaverunt, non dent lesdam, nisi sicut antiquitus consuetum est. Raimundus Montanerius in Hist. Regum Aragon. cap. 277. Et yo ab un bon cavall que tenia mi terç de cavallers armats ab llogrigues e perpunts contraste als Palomers de prendre terra, &c. ubi Palomers naves dicuntur, quas Græci πωνηρές vocabant, nostri Huissieres. Vide Huissierium.*

¶ PALONARI. *Chron. Andr. Danduli ad an. 1379. apud Murator. to. 12. col. 446. Galea veteres reparantur in portu Polensi sed antequam reaptata fuissent, quia aliqua Palonabantur, aliqua non omnes viros suos habebant, &c.*

PALONGATA, *Septum è palis in flumine, aut aquis factum, Italis Palancato, & Palancatico. Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 40. Ad impediendum transitum, Palongatam invenerunt. Infra: Securibus eadem Palongata succisa. Occurrit Palangatum, eadem notione apud Petrum Crescentium lib. 1. de Agricult. cap. 6. [Vide Palancatum.]*

¶ PALORICUM, *Columbar. Vide Pilorium.*

PALOTA, *pro Pilota. Vide Pilatus.*

¶ PALPA, *Monetæ species; an eadem quæ Parpailola. Vide in hac voce. Charta ann. 1465. apud D. Chanteloup in Hist. Montis-major. Adbibebant Antoniani duplas, sive Palpas, ex quibus 34. pro floreno uno numerabant.*

¶ PALPANISTA, *Palpatrix. Acta S. Godelevæ to. 2. Julii pag. 422. Puellam hanc Palpanistam, adultricem & mendacem, &c.*

¶ PALPANTIA, *Trementia. Janssonii Auctarium ad Gloss. Isidori. Hinc*

PALPARE LANCEAM, *[Vibrare, Gall. Brandir.] Gauterius de Bellis Antioch. Laxis habenis, Palpatibus lanceis, impetuose ac strenue cohortem sibi obviam percutere maturavit. [Le Roman de la Violette MS.*

Girart qui bien fut appensez

Saisi l'escu, puis a Branlée

La lance. Sur la targue lée

Va ferir le seigneur d'eulx tous.

Le Roman d'Arhis MS.

Brandist la lance & l'escu prent,

Des esperons point l'auferrant.]

¶ PALPATICUS, *Palpabilis, in Vita S. Mariæ Ægypt. num. 16.*

¶ PALTENA. *Historia Fuld. p. 31. Secundus colonus reddit arietes II. & duas Paltenas & ovem.*

¶ PALTEUM, *Murum vel fastigium, Gloss. Isidori; ubi Grævius: addunt Excerpta pluteum. Leg. Pluteum, murum, quia pluteus militibus erat loco muniti. Vide Festum in Pluteus.*

PALTONARIUS, *Superbus, ferox, ex veteri Francico Pautonnier. Statuta Guigonis II. Prioris Cartusienensis cap. 20. num. 4. Ergo ego relicta cella mea, claustris meo, & quid proposuerim, oblitus, propter gyrovagos, gyrogavos, propter Paltonarios, Paltonarios, & propter suspiciendos pascendosque seculares efficiar secularis? Philippus Mouskes in Philippo Augusto:*

Et tant les avoit en destroit,

Qu'il maintenoit ces Cevaliers,

Come vilains & Pautoniers.

Le Roman de Garin le Loberans:

Foucaut appelle, qui fu né de Paris;

Truans estoit, Pautoniers & coquins.

Rursus:

Nel tenist pas par garçon Pautonier.

Guill. de Guignevilla:

Si que contre tele Pautoniere,

Fait boin avoir cette gorgiere.

Alibi:

Adont li lisse Pautoniere,

Que le male passion fiere,

Maresna, en moy abaiant, &c.

Alanus Charterius in Curiali: Souvent fait le peuple de grans admirations de la riche robe d'un orgueilleux Pautonnier, mais il ne sçait par quel labour, ny à quelle difficulté il l'a acquise. Hinc Pautoniere, pro superbia: Le Doctrinal de Courtesie:

Et s'il est aucuns hom qui volentiers tournie,

Ki seit fel & mesle plein de Pautonerie,

Anvers, & angouissos, à poi de corteisie.

¶ PALTUM, *Teli genus. Laurentius in Amalth. & Vocabular. Suffannæi. Græc. παλτόν.*

¶ PALUDANDUS, *Militia adscribendus. Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 540. ex Guidonis Histor. Palæst. Paludamentum quippe erat militum vestis propria.*

¶ Eo nihilominus nomine exterius indumentum quo virgines utebantur, quod instar paludamenti ad talos fere usque demissum erat, appellat Gualvanus de la Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1033. *Virgines, antequam nuptui traderentur, vestiebantur tunica de pignolato, quæ dicebatur sotanum, & desuper portabant Paludamentum, id est soccam de lino albissimo.*

PALUDELLUM, *Palliolum, in Regula Tertiariorum Ordinis S. Francisci cap. 3.*

¶ PALVITA, *Pelvis. Agnellus in Vita S. Johannis apud Murator. to. 2. p. 170. Domine pater, non te pigeat in palatium ad Exarchum ire, & offerre illi ex*

- Argyrio Palvitam magnam, & postula ab eo, ut coarctet viros illos ad iudicium, qui te in exilium miserunt.*
- PALUMBACIUS** COLOR, Columbinus. Arcadius Augustus inter Agrimensores: *Sunt enim termini marmorei in limite, alii marmorei virides, alii Palumbacii, alii prasini, &c.*
- ¶ **PALUMBARIA**, Idem quod mox *Palumbarium*. Charta an. 922. Marcæ Hispan. col. 844. *Et ipsas Palumbarias quæ adjacent in Muriario & omnia quæ Adrovarius dedit S. Maria (concedimus.)* Charta Pontii Comitis Emporitani an. 1063. in Append. ad Capitul. Reg. Franc. n. 149. *Descendit usque ad ipsas Palumbarias, sicque conjungitur usque in ipsa villa via de ipso maliolo.*
- PALUMBARIUM**, Locus ubi Palumbes nidificant. Edictum Nunonis Sancii D. Rossilionis, de Treuga tenenda an. 1217. *Sub ejusdem pacis regimine sint alvearia sive Palumbaria, molendina, palearia, &c.*
- PALUS**, Fossorium ligneum, seu ligo ligneus, quo terra egeritur, nostris *Pelle*. Ita usurpat Lex Salica tit. 61.
- PALUS**, Lignum acutum quod in terram defigitur ad sustinendam sepem. Lex Aleman. tit. 99. §. 24. *Si alicujus caballus sepem alienam fallierit, & de Palo transpunctus fuerit, &c.*
- PALUS**, Paxillus quo sustentatur vitis, *Eschalas*. Vox Jurisconsultis nota. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 34. *Si quis Palum quod est carratium de vite tulerit, &c.* Vide *Carratium*.
- NUDUS AD PALUM VAPULARI**, Pœna fervorum, in Lege Longob. lib. 3. tit. 7. §. 1. & Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 30.
- PALI**, pro Terminis positi. Siculus Flaccus: *In quibusdam regionibus Palos pro terminis posuimus, alii iliceos, alii oleaginos, alii vero junipereos.* Occurrit præterea apud alios Agrimensores. [Charta an. 1403. apud Rymer. to. 8. p. 327. *Ac super villa de Gravelinghes infra Palum Flandriæ notorie constituta.*]
- PALI SACRIFICALES**, apud eisdem. Vide Gloss.
- PALI MOLENDINARIUM**. Vide *Palare* 2.
- PALUS JUSTITIARIUS**. Vide *Furca*.
- PALUSTRES**. S. Avitus Viennensis Epist. 63. ad Apollinarem Episcopum, qui *marinas copias*, id est, pisces ei miserat: *Octo Palustres quis quia se duo paria solearum, quæ dentibus maceratis, ... direxi.* Ubi per *Palustres, auca*, seu *anates silvaticæ* forte intelliguntur, quas Avitus direxit, pro duobus paribus solearum, quas Apollinari miserat. Cætera locus vitiosus est, quem foli Codices MSS. sanare possunt. Vide *Dies Palustres*.
- ¶ **PALUSTRICUS**, Palustris, paludosus, Gallice *Marécageux*, in Charta Caroli Simpl. an. 909. inter Probat. to. 2. novæ Hist. Occit. col. 52.
- PAMBICIUM**, [Tela gossypina, facta ex bombace.] Vide *Bombax* 1.
- ¶ **PAMÆUM**, *Vestis pastoralis*. Gloss. Isid. ubi legendum putat Grævius *pæmenicum*, à Græco ποίμν.
- ¶ **PAMONARIUS**, Ædituus, custos ecclesiæ. Acta S. Procopii tom. 2. Julii p. 147. *Dum Pamonarius ecclesiæ ejusdem festivitatis die, ante nocturnos in lecto suo se recollocasset, &c.*
- ¶ 1. **PAMPA**, Squama. Canones Hibern. num. 11. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 13. *Si quis caput alterius percussit usque ad cerebri Pampas, libras argenti III. reddat.*
2. **PAMPA**. Capitularia Caroli M. lib. 7. cap. 314. *Ut Clerici Pampis, aut tlangis, vel armis non utantur.* Ubi Lindenbrogius, ficæ genus in Germania usitatæ esse ait, & *Pampt* etiamnum vocari. At vox *Pampe*, Gallica, videtur deducta à *Pamipinus*. Nicolaus

- Gillius in Hist. Francica: *En une fleur de lys y a trois Pampes ou fleurons, &c.*
- ¶ **PAMPILIO**. Vide *Papilio*.
- ¶ **PANADELLA**, vox Italica, quæ idem sonare videtur quod *Panello*, Fax, tæda. Chronic. Existente apud Murator. to. 15. col. 346. *Præparaverunt se ad bellum cum Cremonensibus canibus; & cum circa quingentis lumeriis accensis cum Panadellis, igne comburendo dictam civitatem, & canes.* Vide *Papellus* & *Pavenses*.
- ¶ **PANAGATOR**. Vide *Pastio*.
- PANAGIA**, Panis benedictus, Παναγία, Græcis dictus. Regestum Ecclesiæ Herefordiensis apud Spelmannum, de Græcis: *Item dicunt panem nostrum Panagiam.* Quid vero proprie sit Παναγία apud Græcos, pluribus docet eruditus Goarus ad Eucherologium Græcor. pag. 867.
- ¶ 1. **PANAGIUM**, pro *Appanagium*, apud Paulum Emiliam ex Choppino de Dom. Franc. lib. 1. cap. 6. Vide *Apanare*.
- ¶ 2. **PANAGIUM**, Panis confectio. Charta ann. 1335. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 24. *Item pro Panagio ad opus pauperum in dicto hospitali confluentium novem asinatas siliginis, &c.*
- ¶ 3. **PANAGIUM**, ut *Pastio*. Vide in hac voce.
- PANALATA**, terræ; nemoris, &c. in Charta ann. 1269. in Regesto Feodorum Ducatus Burgundiæ 1. parte fol. 8. *Accepit à Duce Burgundiæ cum homagio manuali quingentas Panalatas terrarum plenarum, & ... quater centum Panalatas nemoris, & 220. operatas vinearum, & 60. sextuarias pratorum.* [Vetus Martyrol. Eccles. Cathedr. Aquensis in cujus margine adnotantur obitus: *Reliquit tres quartalatas vineæ & tres Panalatas terræ.*] In Consuetudine S. Severi tit. 18. art. 2. *Canna* quæ est mensuræ species, dividitur in *Panas*, Gall. *Pans*, Panæ in 5. pollices.
- ¶ **PANALESANNANA**, Eadem notione, modus agri. Vetus Necrologium S. Salvatoris Aquensis: *Ipso die Pontius Murator obiit, pro cujus anniversario gadiatores ejus dederunt Ecclesiæ S. Salvatoris XL. solidos, de quibus fuerunt emptæ tres Panalesannana censuales.*
- ¶ Est etiam *Panalata*, mensura frumentaria, vulgo *Panal*, quæ *saumata* seu oneris equi sagmarii pars est decima. Vetus Martyrol. mox laudatum: *Ipso die Sibila Gamella obiit quæ pro anniversario suo unam Panalatum ferraginis reliquit.*
- ¶ **PANALE**, Eadem notione. Obituarium Bellijoc. 500. circiter annorum: *Dedit duos anseres & de frumento unum Panale.* Valet autem Bellijocense *Panale*, quod & *Panantum* vel *Panotum* dicitur, duos bichetos.
- ¶ **PANALIS**, Eodem significatu. Inventarium ann. 1336. in Tabular. S. Victoris Massil. *Duas meginas carniū porcinarum, tres Panales de ciceribus, &c.*
- ¶ **PANARIA EBRIETAS**, *Arrogantia licentiaque*. Vocabular. Suffannæi.
- PANARITIUM**, nostris *Panaris*, apud Apuleium lib. de Virtutib. herbar. cap. 42. §. 3. quod Græcis Παναρίον, unde & deductum vocabulum putat Gabriel Humelbergius: abscessus qui circa unguis & ad radices illorum nascitur, non sine doloris pungentis vehementia.
- PANARIUM**, *Excipulum*, in Gloss. Isid. [Locus vel vas ubi panis servabatur: *Excipulum* ab Isidoro dictus, quod veteres *panaria* opere reticulato facere consueverant; hinc *reticulum* vocant Horatius lib. 1. Sat. 1. & Juvenalis Sat. 12. 60. vas illud in quo venales panes deferebantur.] Charta plenariæ securitatis scripta Ravennæ sub Justiniano apud Bris-

fon. lib. 6. Formul. *Cute olearia valente siliquis duas asprionis: Panario rupto uno, &c.*

¶ PANARIUS, ἀσπρίον, in Glossis Lat. Græc.

¶ PANAROLUS, Fiscella, Gall. *Petit panier*. Anonymus in Annal. Mediol. apud Murator. to. 16. col. 729. *Fecit ille venire plures vestitos in modum mulierum nuptiarum, viduarum, & religiosarum, cum baculis singulis & Panarolis, qui ipsam arborem contendentes excutiebant.*

PANATA. Tabularium Monasterii Conchenfis in Ruthenis Ch. 85. *Ipsam Ecclesiam de Licairago, quam vocant sanctam Columban, cum primitiis & decimis, & Panatas, & cum alodio, sicut ad ipsam Ecclesiam pertinent, &c.* Occurrunt eadem verba infra.

¶ PANATARIA, PANATERIA. Vide Panetarius.

¶ PANATERII, Sic vocantur Ecclesiastici quidam sæculares quibus ex prioratibus à S. Victore Massil. dependentibus certa annui redditus portio adscripta erat, ea conditione ut monasticam vitam profiterentur; sed ab ea lege tandem sese eximerunt. Illos Capitulum gener. an. 1348. repræsentat his verbis: *Serpens in gremio, mus in pera, ignis in sinu.* Aliud an. 1313. *Statuimus quod in prioratibus dicti monasterii habentibus clericos, ducherios, Panaterios seu convivias, &c.* Ubi habes vocis originem.

¶ PANATERIUS. Vide Panetarius.

¶ PANATICA, PANATICUM, Commeatus, militaris annona, Italis Panaggio. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuenf. ad an. 1242. apud Murator. to. 6. col. 495. *Panatica, victualia & cetera necessaria præparata.* Jacobi Auriz iidem Annal. ad an. 1283. ibid. col. 582. *Quum Panatica pro nostris ad sufficientiam non adessent.* Chron. Tarvisin. apud eumd. to. 19. col. 765. *Et quod interim Senatus Venetorum caveret de Panatica & commestatione distribuenda.*

¶ PANAUTUM. Vide Panale.

PANCALIA. Acta Murenfis Monasterii: *Sunt & hic duo offertoriola, & linteum analogium subter Evangelium ponendum in festivis diebus, & 5. confanones, & unum sericum super sedile Sacerdotis ponendum, & quatuor vela, & tria tapetia, & adhuc de aliis palliis, quæ vocantur Pancalia quatuordecim partes, & 8. candelabra, &c.* Ubi forte leg. *Bancalia.* Vide *Bancale* in *Bancus*.

PANCAREA. Vide *Votarea*.

PANCARPUM. Glossar. Longobard. S. Germani Paris. MS. *Pancarpum, genus spectaculi est, ut fieri solet, ab his qui coram Regibus congregati bestiis prætorum contemplatione consueverunt: ii seras quascunque fortiores robore, vel ferociores rabie conspexerint duriores, adversus eas primæ congressionis certamen suscipiunt, quibus ex cunctis reliquis quæ minus terribiles minusque vehementes sunt, ex ictu faciliore prosternunt.* Glossæ aliæ MSS. *Ludus quo ludebant antiqui cum bestiis, omnigenis scilicet, ut ex Cassiano & S. Augustino adversus Secundinum colligitur. Nam quicquid miscellum erat, & ex varii generis contextu, Græci πάνταρον vocant.* Julianus Antecessor Constit. 98. *Quarta autem (processio Consulium) ea quæ Monimerium dicitur, ubi & quod Pancarpum vocant, celebrandum est.* Vide Cujacium ad Novell. de Consulib. & Salmasium ad Capitolinum.

¶ PANCEPS, ἄλκος κίβητις ἐπὶ τραχηλῆι, in Gloss. Lat. Græc. *Pantex* restituit Meursius. Vide *Patices*.

PANCEREA, PANCERIA, Lorica, Italis *Panziera*, Germ. *Panzer*, quæ scilicet ventrem tegit, quem nostri *Panse* vocant, Itali *Pancia*. [Academici Cruscani: *Quella parte del l'usbergo che arma la pancia.*] Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 9. *Prohibemus ut nullus arma molita & prohibita, cultellos & en-*

ses, lanceas, Pancereas, scuta vel loricas, clavos ferreas, deferre præsumat. [Edit. ann. 1560. habet: *Panceras.*] Statuta Caroli I. Reg. Sicil. MSS. c. 11.

Que nus ne porte armes ne couteaus a pointes, ne espées, ne lance, ne Paniere, ne escus, ne haubers, &c. Adde cap. 12. Charta Petri Ziani Ducis Venetiarum an. 1211. in Hist. Bellunensi p. 109. *Similiter debet habere unusquisque Miles ospergum unum, aut Panceriam cum capirone, & alia arma, sicut decet.* Joann. Thwroczius in Chron. Hung. in Geysa Rege cap. 65. *Habebat Sanson sub tunica Panceriam, & præ gravamine lorica natate non poterat.* [Rolandinus Patavinus de factis in marchia Tarvisina lib. 10. c. 8. apud Murator. to. 8. col. 318. *Lapso jumentum pede in profundum gurgitem obrutus Berrocrius ipse, cum jumento & Panceria quæ stultus ille vestitus erat, non comparuit ulterius super aquam.*] Matth. Villaneus lib. 11. c. 81. *La laro armadura quasi di tutti erano Panzeroni.* Jacobus Hemricurtius de Bellis Leodiensib. c. 41. *Mais à present cascon est armeis d'une cote de fier appelée Panchire, sor petits chevaux, & ont vestu on jupon de festaine à le deseur, &c.* [Vide *Panzeria*.]

¶ PANCERONUS, Italis *Panzerone*, Sagum militare, quod *panceria* seu *loricæ* superinduebatur. Castellus in Chron. Bergom. ad an. 1404. apud Murator. to. 16. col. 957. *Ipsi Guelpi dimiserunt de eorum armis plusquam scutos cccc. balistas 1. & multas curazias & Panceronos. Panzeronus, in Decret. Placent. ad calcem Statut. fol. 108. recto.*

PANCHARTA, Quævis Charta, Diploma, [maxime vero *Pancharta* dicebantur Diplomata illa, quibus Reges bona ecclesiæ seu monasterii omnia confirmabant, præcipue post amissa instrumenta: haud dubie quod in iis omnia prædia, jura & privilegia recenserentur. Ejusmodi *Pancharta* formulam videtis tom. 3. Analect. Mabill. pag. 270.] Charta Caroli C. pro Monast. Curbionensi, to. 6. Vitar. SS. Ordin. S. Benedicti p. 252. *Gratissima largitione per hanc Panchartam, quam fieri jussimus. Infra: Per hanc Panchartam confirmamus.* Charta Caroli Simplicis pro Monasterio S. Martini Turon. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 137. *In hac nostræ præceptionis Pancharta, &c.* Infra: *Corroborantes hanc denovo Panchartam, &c.*

PANTOCARTA, Idem quod *Pancharta*. Acta Episcopor. Cenoman. p. 270. *Exemplar præcepti quod . . . Franco firmitatis studio à Domino Ludovico piissimo Imperatore percipere studuit, quod Pantocharta vocatur.* Charta Ludovici IV. Regis in Tabulario Eccl. Augustod. *Hoc Celsitudinis nostræ præceptum, quod Pantocarta nuncupatur, fieri jussimus.* *Panchartas* vulgo etiam vocant Regesta chartarum, seu Tabularia Ecclesiarum; uti appellatur Regestum chartarum Ecclesiæ S. Martini Turonensis, quod *Pancharta nigra* vulgo inscribitur, quod nigro corio tectum sit. *Pancarte*, in Consuet. Turonensi art. 81. dicitur *peagiorum*, seu tributorum, ac consuetudinum programma.

¶ PANCHINA, Saxi species. Translatio S. Clementis tom. 1. Junii pag. 451. *Corpus hoc inventum sub petra ad cornu epistolæ, ubi ex antiquissima traditione habetur fuisse sepultum corpus S. Justini in tumba cavata in Panchina ad longitudinem corporis humani, eminente ad duas circiter ulnas supra fundum capella.*

PANCHON, Instrumentum piscatorium. Tabular. S. Genovesæ Paris. an. 1224. *Et instrumentum piscandi in aqua ejusdem molendini, quod appellatur Panchon.* Vide *Gordana*.

¶ PANCHRA. Vide *Panera*.

¶ PANCHRESTA. Salvianus lib. 6. de Gubern. Dei:

Infantes quoque parvulos contumaces, quos morigeros mina ac serula non efficiunt, interdum Panchresta atque blanditia ad obedientiam trahunt. Ex Græco πᾶν χρῆμα, crustula.

PANCHRYSTARIUS. Arnobius lib. 2. adversus Gentes: Phrygiones, coquos, Panchrystarios, muliones, &c. Vide conjecturam Turnebi lib. 13. Adv. c. 14.

¶ **PANCIÆ VARIORUM**, Pelles murium Ponticorum, Italis *Pelli di vaio*, quod à parte quæ ventrem tegit maxime sunt pretiosiores sic dici videntur. Castellus in Chron. Bergom. apud Murator. to. 16. col. 856. *Fecit sibi largiri . . . petiam unam velluti de grana, Pancias variorum numero MD. &c.*

¶ **PANCIARIUS**, perperam pro *Partiarius*, Partium fautor, Gall. *Partial*. Epistola Clementis IV. PP. an. 1267. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 457. *Ceterum nullus timeat quod se faciat Panciarium, quem paciarium nominamus, communem etenim cum omnibus esse volumus, qui vitam tranquillam eliget & quietam, & eidem obedient dum officio tali fungetur.* Vide supra *Paciarium*.

¶ **PANCKETA**, Tabulatum machinis bellicis sustinendis idoneum. Diarium obsidionis Varadinensis, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 328. *Cum vero illud propugnaculum ligneum quoddam pavimentum, in quo machinae sisti solent, (vulgo Panketam) haberet, fossis mihi erectis milites aliquot Hungaros, qui noctu diuque hosti accessum prohiberent, imposui. Panketa occurrit ibid. p. 330.*

¶ **PANCOSSERIUS**, Pistor, vox ibrida, à Lat. *panis*, & Gr. *κῆσος*, exustio; quasi qui panem coquit, Occitanis *Pancotssier*, Gall. *Boulanzer*. Transactio inter abbatem & monachos Crallenses an. 1351. *Pancosserii ipsius domini abbatis debent prædicta facere, scilicet dictos stauzones, artocreas, . . . & decoquere in furno ejusdem. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolosæ. Prædictos rausellos superius nominatos debet solvere Pancosserius qui facit panem conventualem. Ex consuetudine autem domnus agat cum Pancosserio; quia si Pancosserius nollet solvere, non propter hoc conventus amitteret jus suum. Hinc*

PANCOSSERIA, Pistrix, mulier quæ *pancosseria* artem exercet, in Consuetudinibus Tolosæ part. 2. Rubr. de Debitis.

¶ **PAN CRA.** Vide *Panera*.

PANCRATIARIUS, Pugil, Πανκράτης, in Gloss. Reg. MS. Cod. 1013. Papiæ, Pugil, qui præcivit. Idem: *Pancratiari, flagellis aut tormentis subjici, unde æquo animo tolerantes coronentur.* [Biblioth. Patrum ascetica tom. 3. p. 50. *Sunt enim in seculo Pancratiarii, qui cum minus caduntur, & stant & fortes apparuerunt.*] Vide *Agonistica Fabri*.

1. **PANDARE, PANDIARE**, Pandum vel bandum, seu bannum apponere, *Apposer ban sur quelque heritage.* Charta an. 1231. pro villa Arkenfi in Tabulario S. Bertini: *Abbas vel Præpositus pro redditibus suis vel debitis per duos scabinos Pandare poterit. Qui pandum contradixerit, 3. libr. domino emendabit, & si pandum vi abstulerit, iterum 3. libr. emendabit. Præco vero Chora neminem pandare potest, nisi per judicium Choremannorum. Quod si fecerit, & de hoc convictus fuerit, 3. libr. domino emendabit, & injuriam 5. sol.* Charta Roberti Advocati Atrebatensis an. 1228. *Et si homines mei ibidem manentes exercitus meos vel equitaturas meas non fecerint, sicut debent, vel ad placita mea non venerint, ego pro foresacto tali, sicut homines mei judicaverint, potero Pandiare super feodum, quod mei homines tenent de me, & nullam aliam justitiam majorem vel minorem in dicta villa habebo.* [Charta Margarete Flandriæ Comit. ann.

1250. apud Miræum to. 2. pag. 1231. *Serviens episcopi semper quando voluerit, redditus episcopi . . . accipere poterit & Pandare propria auctoritate . . . & nos vel noster Ballivus tenemur statim sine contradictione commodare episcopo vel ejus nuncio scabinos nostros ad Pandandum dictum reddit.* Occurrit præterea in alia ejusdem Comit. an. 1272. ibid. p. 1240. *Consuetud. Furnenses MSS. ex Tabul. Audomar. Ubicumque Pandatur & vadia accipiuntur, minister de primo vadio debet habere 8. denarios . . . Nullus debet Pandare nisi per Coratores.*] Alia Charta Arnoldi Comit. Guinensis an. 1272. *Et cognissons, & voir est, que en ne puet, ne doit homme ne femme manant forerne dedens Bredenarde traictier ne mener autrement que par le loi devant nommée, ne Pander, ne desvagner, ne prandre, ne arrester, si ce n'est par la devant dite loi, par Eschevins, ou par le Comte meismes, &c.*

¶ **PANDATOR**, Qui pandum seu bandum apponit, apparitor. Consuet. Furnenses mox laudatæ: *Qui Pandatori contradicit, emendabit Comiti tres libras.*

¶ **PANDATIO**, Jus bandum apponendi, seu emendas quæ hinc proveniunt exigendi. Charta Guidonis Comit. Flandr. an. 1237. in Tabular. S. Barthol. Betun. *Habere debent in tota terra sua . . . omnia relevia, introitus, exitus, concessionem, leges reddituum suorum & Pandationes, emendas saisinarum fractarum, &c.* Alia an. 1244. Nicolai de Condato ibid. *Sciendum est etiam quod dictus præpositus & capitulum habent & habere debent imperpetuum in tementis prædictis relevia, telonia, . . . & Pandationes pro redditibus suis.*

¶ 2. **PANDARE, Incurvare.** Onom. apud Martin. **PANDARIUS LANÆ**, Qui lanam pectit, carminat. Bulla Honorii III. PP. an. 3. apud Ughellum to. 1. Ital. Sacr. p. 823. *Quicumque est vel erit Pandarius lana, dabit Episcopo annuatim mediam libram cere.*

PANDECTA, pro *Pandectæ*. Ita autem vulgo vocant libros Legum à Justiniano digestarum. Petr. Blesensis Epist. 140. *Vides . . . quam inmeabile pelagus sit Pandectæ, in qua civile Jus continetur.* Vide H. Stephanum de Abusu linguæ Græcæ cap. 1. pag. 12. 13. Addit Papias ita etiam vocari vetus & novum Testamentum: quod & firmant versus Alcuini Bibliorum libris adscripti, apud Baronium an. 778. num. 27.

Nomine Pandecten proprio vocitare memento,

Hoc corpus sacrum, lector, in ore tuo.

Quod nunc à multis constat Bibliotheca dicta,

Nomine non proprio, ut lingua Pelasga docet.

Beda in Historia Monasterii Wiremuthensis c. 15. *Bibliothecam utriusque Monasterii, quam Benedictus Abbas magna cæpit instantia, ipse non minori geminavit industria: ita ut tres Pandectæ nova translationis, quem (f. quos) de Roma attulerat, ipse super adjungeret, quorum unum senex Romam rediens, secum inter alia promunere sumpsit, duos utriusque monasterio reliquit.*

¶ Inter Eruditos controversia est quo genere effrenda sit vox *Pandectæ*. In feminino, maxime in plurali, scribi usitatus observat Brenemannus in Hist. Pandect. lib. 3. cap. 6. ubi singulorum opiniones accurate recenset. Quoad cætera quæ ad *Pandectas* spectant, ipsum consule, ut & Laur. Theodor. Gronovium de Emendat. Pandect. Vide *Litera Pisana in Litera*.

¶ *Pandectæ* etiam dicuntur Glossæ à Matthæo Sylvatico medico Salernitano concinnatæ, quas Roberto Regi Siciliæ & Provinciæ Comiti nuncupavit. Hæ primum Neapoli editæ an. 1474. Vide *Maittaire Annal. Typogr. to. 1. pag. 106.*

PANDIARE. Vide *Pandare* 1.

PANDICULARIUS, Joanni de Janua, *Homo hians & toto corpore oscitans*, à *pando, is. Pandiculare*, pro *oscitare*, vox Festo nota. *Pandiculans oscitatur*, apud Plautum. [Onom. *Pandicular*, *σχεδνωματι. Pandiculatio*, *σχεδνωματις.*] Vide Regulam Isaiaë Abbatis cap. 21. apud Holstenium.

¶ PANDITUS, pro *Pansus*, Apertus. Processus de Vita & Mirac. B. Guillelmi to. 1. April. p. 381. *Clausula, sigillata & nemini Pandita.*

¶ PANDOCHIUM, PANDOCIUM. Vide *Pandox.*

PANDOX. Gloss. Isid. *Pandox*, qui semper pandit ora ad potandum. Ugutio & Joan. de Janua: *Pandox*, ebriosus, vel gulosus, leccator, qui semper pandit ora propter escas. *Pandocium*, leccacitas, ebriositas, taberna. Imo ex Gr. *πανδοχεις*, stabularius, caupo, & *πανδοχειον* hospitium, caupona. *Pandochium*, in Vita S. Marinæ virg. c. 2. Josephus lib. 3. Antiq. Jud. apud veterem Interpretem: *Neque ancillam neque captivam eis nubere voluit, ut eas qua de cauponibus & Pandochibus vitam agunt.* Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 7. *Nec venale quidpiam à Pandocibus & cauponibus sisteretur.* Hinc

PANDOXARE, Cauponam exercere, agere; cerevisiam venum exponere, atque adeo conficere. Synodus Sodorensis: *Sivir vel mulier cervisiam vendendam Pandoxaverint, sive communis Pandoxator, vel Pandoxatrix fuerit, sive non, si duos denarios & obolum de unaquaque Pandoxatione accipiat, lagunculam decimalem Ecclesie persolvat.* Thomas Walsinghamus in Ricardo II. p. 273. *Salliat interim Abbas carnes quas maceravit, ne putrescant: & vendat cervisiam, quam Pandoxavit, ne acefcant, &c.* [Consuet. villæ de Mountgomery apud Th. Blount. in Nomolex. Anglic. Item utimur de Pandoxatricibus, quod nemo potest braziare sive Pandoxare in villa & burgo nostro, nisi per redemptionem aliquam factam ad voluntatem comburgensium nostrorum; & si talis Pandoxatrix braziaverit, &c.]

PANDOXATRIX, Inter artifices recensetur in Provinciali Cantuar. Ecclesie Lindwodi lib. 3. tit. 16. & in Concilio Mertonensi an. 1300.

PANDURIZARE, *Pandura* canere: est autem *Pandura* instrumentum musicum *τετραχορδον* Polluci, cujus mentio est apud Varronem, Isidorum & alios. Lampridius in Heliogabalo: *Ipsè cantavit, saltavit, ad tibias dixit, tuba cecinit, Pandurizavit, organo modulatus est.* Vide Casaubonum & Salmasium ad hunc locum.

¶ PANEARIUM, Cista, canistrum, Gall. *Panier*. Radulfus de Gestis Frider. I. Imper. apud Murat. to. 6. col. 1194. *Postea inierunt pactum, & dederunt eis bonum forum; sed porrigebant cum funibus in canistris & Paneariis; & ipsi eodem modo portabant eis nummos.*

¶ PANEFICA, PANEFICUS. Vide *Panificus*.

¶ PANEGENA. Vide *Panigeria*.

PANEGORISARE, *Pane* sustentare, Joanni de Janua & Ugutioni, qui hæc ex S. Augustino affert: *Panigorizamur quotidie sustentamenti Dei.* Vide *Panegorizare*.

¶ PANEGYRICUS, *Laus* in promptu dicta. Gloss. Isidori.

¶ PANELLARE. Vide *Panellum* 2.

1. PANELLUM. Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. c. 18. *Lectualia sunt hæc, culcitra, bambucina, id est, Panellum, pulvilli, pulvi, &c.* Supra cap. 17. *Lectos etiam in domo hospitali... preparatos habere debet, videlicet cum bambucinis, id est, Panellis laneis suppositis.* [Vide *Pannus* 2.]

2. PANELLUM, Scheda, pagina, pagella, *Panell*

Anglis. Fortescurus de Laudibus Legum Angliæ cap. 25. *Vicecomes returnabit breve predictum coram eisdem justitiariis, una cum Panello nominum eorum (juratorum) quos ipse ad hoc summonuit.* Crebro ibi. Hinc *Panellare*, & *impanellare*, pro, in paginam referre, apud practicos Anglos: *juratores impanellati*, in pagellam relati. Vide Edw. Cokum ad Littleton. sect. 234. [& *Pannellare*.]

¶ PANELLUS, Retis species, Gall. *Paneau*. Charta an. 1233. ex Schedis Pr. de *Mazaugues*: *Præcipimus ne aliquis eorum de cetero intromittat... in dicta sylva furam, vel furon, vel Panellos, vel canes solutos.* Statuta Arelat. MSS. art. 30. *Statuimus quod nullus deferat vel teneat retia vel Panellos, vel furonem in Camarguis vel aliis territoriis Arelat. nisi habeat propriam venationem.*

¶ 2. PANELLUS, Parvus panis. Vita S. Catharinæ Senens. to. 3. Apr. p. 928. *Quarum manuum sacrarum virtute Panelli multiplicabantur.*

¶ 3. PANELLUS, Fax, tæda, Italis *Panello*. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 183. *Item prevederunt quod olearii capiant de qualibet pilata olei quam facient extraneis personis denarios sex Pap. & non ultra, & Panelli remaneant domino.* Vide *Panadella*.

1. PANERA, *Panora*, *Panchra*, (ita enim varie scribitur) rapina, in Gloss. Isid. [Ubi Grævius: *Papias Panera*, Græcis rapina. A *panera* est verbum *panero*, cujus compositum est apud Catonem *impanero*, teste Nonio, cui *impanerare* est invadere; rectius dixisset, rapere. Varro Ecclesia: *in regiam arcam Impanerarunt.* Sic legendum, non ut vulgo: *Ecclesiam in regiam arcam impanerarunt*; Ecclesia enim est index Libri.]

¶ 2. PANERA, vox Hispanica, Granarium, Gall. *Grenier*. Synodus Limensis an. 1594. to. 4. Concil. Hispan. p. 697. *Indorum parochi non permittent ut Indi degant in aliis granariis vulgo coltas vel pincas, troxes aut Paneras, etiam ab oppidis procul distitis.*

¶ PANERETTA, diminut. à *Panera*, Canistrum, cophinus. Vita B. Justinæ de Aretio to. 2. Martii p. 244. *In fenestra quamdam Panerettam invenit plenam albis panibus.*

PANERIUM, pro *Bannerium*, Vexillum, *Banniere*, usurpat non semel Albertus Argentin. in Chronic. p. 115. 136. &c.

¶ 1. PANERIUS, Sporta, corbis, Gall. *Panier*. Statuta Arelat. MSS. art. 34. *Pro quolibet Panerio vel canastello 5. sol.* Charta an. 1292. apud Lobinell. to. 4. Hist. Paris. p. 515. *Episcopus Parisiensis habet pretium suum ad Panerium piscis vel ad summam.* Occurrit præterea in Sentent. arbitrarij ejusdem anni inter Abbatem & Consules Gimont. Vide *Panerum*, & *Pannerius*.

¶ 2. PANERIUS, Pistor, in Tabul. Dunensi Ch. 29.

¶ PANERNA, f. Perna, Gall. *Jambon*. Tabular. SS. Trinit. Cadom. *Recepit in stauramento iv. boves, & xl. bidentes, vi. postes & ii. Panernas.* Vide *Pannarium*.

PANERUM, Cista, arca, ex Gallico *Panier*. Vide in v. *Pretium*, & supra *Panerius* 1.

PANESCULUS, Parvus panis. Will. Thorn. anno 1143. *Ipsi vendicabant, scilicet de pane 30. Panesculos.*

PANETA, qui vel qua facit panem; Ugutioni & Jo. de Janua. Occurrit etiam in Glossar. Lat. Gall.

¶ PANETARIA. Vide post *Panetarius*.

PANETARIUS, Qui panem conficit, Pistor, *Paneter*, in Consuetud. Perusensi apud Thomasse-rium. [Index MS. reddituum Monast. S. Petri Corbeien- sis; *Singuli Panetarii debent singulis dominicis*

panem unius denarii una dominica, & altera panem unius oboli. Codex MS. redituum Episcopat. Autissiodor. an. circ. 1290. exaratus: *Quilibet Panetarius de extra villam debet in illis sex Sabbatis supra dictis denariatam panis.*] Est etiam Paneter nostris, panem conficere. Charta an. 1304. *Lequel blé doit estre cuis & Panetez, & estre le pain distribué aus pauvres.* Maxime vero ita appellabant officialem domesticum, qui mensæ panem, mappas, & manutergia subministrabat. Officium Panetarii describitur in gestis Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. cap. 23. *Nobis autem assistitis, venit nobilis D. Guido de Camilliaco in tunica, gerens mappam supra collum, quam ante nos supra mensam posuit, ministris suis eum coadjuvantibus: qua posita, manibus propriis duos panes coram nobis posuit, & alios panes in dicta mensa in qua sedebamus: quod officium eidem incumberebat ratione feudi de Camilliaco quod tenet à nobis, unde dicta die officium Panistarum subire tenebatur. . . . Finito prandio, omnes mappas dictorum locorum habuit, quia jus suum erat.* Vide Concilium Parisiense part. 4. cap. 11.

In aula vero Regum Franciæ dignitas etiam ca olim viguit, qua qui donatus erat, *Panetarius Franciæ* nuncupabatur, vel *Magister Panetarius Franciæ*, ut Hugo de Atheis Miles anno 1223. Cui similis fuit *Pistor* ille qui cæteris pistoribus præerat in aula Pharaonis, ἀρχισιτωαίης, Genes. cap. 40. v. 1. & ὁ ἐπὶ τραπεζῆς, apud Byzantinos, de quo Codinus & alii. In Aresto an. 1439. descripto in Historia Castilionensi pag. 235: *Dominus de Graville Consiliarius & Cambellanus Regis dicitur fuisse Magnus Pistor seu Panetarius Franciæ.* Atque ut id obiter moneam, *Pestors* vocabant nostri, quos *Bolengarios* dicimus. Charta Caroli filii primogeniti Regis Siciliæ, data Andegavis an. 1279. in Regesto Andegav. fol. 71. *Que tous Pestors, tous Boulangers de la ville d'Angers fissent loiaux danrées de pains.* In Hypomnestico de Anastasio Apocrisario, mentio fit *Plutini beatissimi Imperatorii Pistoris*, id est, qui super omnes pistorum publicos est, de quibus egimus in v. *Manceps*. Hugo de Cleeriis de Senescallia Franciæ: *Tunc Panetarius mittet Comiti duos panes atque vini sextarium, & Coquus frustum carnis & vini haustum.* Magnus vero Franciæ Panetarius, ex sua dignitate præerat omnibus Pistoribus publicis, jusque habebat per se, aut per suos Vicarios, panes qui venum exponebantur visitandi, & habendi super eos cognitionem, correctionem, & punitionem, & emendas, erogandique ad pios usus panem minus sufficientem repertum, ut est in Aresto anno 1333. descripto in Histor. Monmorenciaca pag. 373. Vide *Talemarii*.

¶ PANATERIUS, Pistor, in Charta an. 1252. *Pro pedagio in dicto festo de singulis Panateriis unum panem unius denarii.* Adde Chartam an. 1314. apud Lobinellum to. 4. Hist. Paris. col. 519.

¶ PANATERIUS, inter officiales ecclesiæ Aniciensis recensetur in Charta ejusdem Eccl. an. 1312. *Pro alia libratione fieri solita officiariis ecclesiæ Aniciensis ratione reddimii; succentori xl. s. vi. d. senescallo totidem, cellerario cum suis servitoribus xl. s. xi. d. Panaterio xxvii. s.* Viguit & in aliis Ecclesiis idem officium. Panetarius Remensis Ecclesiæ eodem jure quo Capellani antiquæ institutionis gaudet, certis in ecclesia addictus servitiis. Vide Indicem beneficiorum ejusdem Ecclesiæ. Inter officiales feudatarios Abbatis S. Barnardi de Romanis Panetarius memoratur to. 1. Hist. Dalph. p. 142. Haud scio an idem omnino sit in Ecclesia Lugdunensi qui Pa-

netarius nuncupatur: inter ea enim quæ in Ordinat. MS. Officii divini ejusdem Ecclesiæ recensentur ad Panitarii officium pertinentia, nihil occurrit quod ad nominis interpretationem accommodari possit: *Panitarius debet purgare totam ecclesiam extra chorum usque ad portas occidentales & subtus coclearium. . . . Item Panitarius tenetur resarcire in trabibus & postibus coclearium, & tornos campanarum meliorare, si necesse fuerit, & ligaturas ferri ad firmandum campanas intornis, & tradere ligaturas batellorum, & omnes alias expensas, tam in cocleari quam in aliis locis ecclesiæ, sive in choro, si inest aliquid resarciendum, vel in portis vel in ostiis, clavibus, vel trabibus, vel cindulis, vel tegulis vel in aliis ecclesiæ meliorandis. Item Panitarius debet facere candelas trusebuse, sed Thesaurarius tradit ei tres libras & dimidiam cera.*

¶ PANATARIA, Pistrix, quæ panes vendit. Concil. Legion. can. 34. inter Hispan. to. 3. p. 192. *Panataria quæ pondus panis falsaverint, in prima vice flagellentur.*

¶ PANATERIA, Eodem significato, in Statutis Mont. Regal. fol. 283. *Et revenditrices nec Panateriæ stando ad vendendum panem & fructus, &c.*

PANETARIA, Officium Panetarii, seu quod ad ejus ministerium pertinet, in Computo Hospitii regii an. 1312. *Panetaria: pro mappis & manutergiis emptis Parisiis pro Parlamento & pro Paschate, & Pentecoste, burellis Regis, & liberorum, & aliis, &c.*

¶ PANATERIA, Eadem notione, in Computo an. 1333. to. 2. Hist. Dalphin. p. 272. Charta an. 1240. ibid. to. 1. p. 142. *Feudus autem Clementis de quo dictum est superius, est Panateria quam habet ab Abbate, &c.*

¶ PANETRIA, Idem quod Panetaria. Charta an. 1327. apud Rymer. to. 4. p. 290. *Cum mittamus dilectum servientem nostrum Alexandrum de Norhump-tonia, ad ea quæ pro officio Panetrie, &c.*

¶ PANETARIA, Cellarium, seu locus ubi conficitur panis. Charta Agnetis Comit. an. 1050. tom. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 468. *Sed quia ecclesia consuetudinariam procuracionem nobis debet, quam præ nimia paupertate ferre non potest, placuit domno abbati, & fratribus ejus monachis, ut de redditibus ecclesiæ concederent nobis pro ipsa procuracione minagium. . . & in Panetariis diebus Dominicis unum denarium.*

¶ PANNETERIA, Eadem notione. Reparat. factæ in Senescal. Carcassonæ ann. 1435. ex cod. MS. D. Lancelot: *In quadam fenestra domus Panneteriæ dictæ thesaurariæ, &c.*

PANETARIA, dictum præterea Cellarium, seu uti vocatur ab Anastasio Bibliothecario, *Paracellarium* Summi Pontificis in Ceremoniali Cencii Camerarii, ut auctor est Nicolaus Alemannus in Disfert. de Lateran. parietin. cap. 4.

¶ PANFILUS, Navis species. Jacobi Auriæ Annal. Genuens. ad an. 1282. apud Murator. to. 6. col. 578. *Pisani igitur milites preparaverunt & pedites pro dicti judicis auxilio. Unde Commune Januæ armavit galeas xxiii. & Panfilos xii. ad apodixias de civitate & potestatis.*

¶ PANIFIL, Eadem notione; in Miracul. MSS. Urbani V. PP. ex Tabular. S. Vict. Massil. *Patronus cujusdam navigii sive Panifil.* Infra: *Cum galea sua sive Panifil, &c.*

PANGA, apud Petrum de Crescentiis lib. 8. de Agricul. cap. 8. *Si capiti ejus rapæ semen immittas, sine ferro & Pangis, multum increfcere fertur. Ubi panga idem videtur quod vanga, i. fossorium.* Vide in hac voce. Hinc

PANGATORIUM, apud Papiam, *Plantatorium.* Vide

- Formulas Briffonii pag. 648. & *Pañurium*.
- PANGITARE**, *Laudare*, in Gloss. Isidor. ubi viri docti legunt *plantare*, quia *pangere*, Festo, est *figere*. Sed cum dicamus *pangere* carmina, quidni & *laudes*?
- PANGITORIUM**, *Locus ubi multi simul canunt*, i. *Chorus*, à *pango*. Ugutio, & Joan. de Janua.
- ¶ **PANHYPERSEBASTUS**, Gr. *πανυπερσεβαστος*, totus Augustus, Titulus novæ dignitatis in Imperio CP. qua primus Alexius Comnenus Imperator Michaëlem Taronitam affinem suum ornavit ac Cæsarei throni participem fecit. Hofmannus ex Hierolex. Macri in v. *Sebastocrator*.
- PANICE**, Papiæ MS. *Rosea*, al. *rosa*. *Panicenum*, genus vestis. Ugutio: *Panicium*, quadam vestis pastoralis.
- ¶ **PANICELLUS**, Parvus panis. Plinius lib. 1. Medic. cap. 6. *Post hac supermittis Panicellos de buccellatis, quos conficis ita: buccellati optimi bene conditi, tumsi, & cribrati farina lib. 4. &c.*
- ¶ **PANICERIUS**, Idem qui *Panetarius*, officium monasticum. Epitaphium Fr. Severini Colletet apud Felibian. Hist. Sandionys. pag. 586. *Hic jacet fr. Severinus Colletet, quondam Panicerius & officialis hujus monasterii, &c.*
- ¶ **PANICEUS**, Dicitur de eo quod ad panem spectat. Vita B. Columbæ Reatinæ to. 5. Maii pag. 337. * *Ut primo sex magnos imo majores panes formaverint, demum tres placentas, quos Berlingotios dicunt multos, plurimas itidem Paniceas differentias.*
- ¶ **PANICHIUM**, Panicum, minutioris grani species, idem quod *Panicium*. Vita S. Antonii de Padua tom. 2. Junii pag. 717. *Quadam alia mulier sancti viri sepulcrum invisere cupiens, dum Panichii custodia deputata, propter passerum multitudinem à loco divertere non auderet, &c.*
- PANICIUM**, Genus annonæ, qua in quibusdam locis homines vice panis sustentantur. Ugutio & Joan. de Janua. *Panicum* Latini vocant: *Panis*, nostri. Paulinus Epist. 3. ad Severum: *Fabam intrivit Panicio, &c.* Infra: *Fabam tantum milio, Panicioque confundens.* Capitulare de villis cap. 44. *De piscato seu formatico... aceto, milio, Panicio, &c.* *Panicum*, c. 62.
- PANITIA**, Eadem notione. Fortunatus in Vita S. Germani Parisiens. cap. 32. *Suggerunt ut segetem Panitia, ... qua ab urfis vastabatur, visitare preciperet.* [Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. p. 822. *Similiter de miliis, Panitiis & de videmia.*]
- ¶ **PANICLUM**, Idem quod *Panicium*, ni fallor. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 545. *Et pro solidis XII. concessit in villa S. Viti de casale S. Dominici ad quartam omnium frugum, excepto Paniclo & semunlo, & musti mundi tertiam & olivarum medietatem.* Forte legendum *Panicio*.
- ¶ **PANICOCTARIUS**, Pistor, apud Chrysologum Serm. 99.
- ¶ **PANICULA**. Vide *Panucula* 1.
- ¶ **PANIFER**, pro *Panifex*, Pistor. Charta an. 1279. apud Thomasserium Consuet. Bituric. pag. 112. *Quilibet Panifer dictæ villæ solvet nobis qualibet septimana unum denarium.* Alia an. 1482. ex Tabular. Cartusie de Bello-larico: *Johannes Panifer in dicta villa.* Vide *Panificus*.
- ¶ **PANIFEX**, Eadem notione, in Charta Archembaldi Borbonii: *Quisque Panifex (dabit) duos denarios.* Vide *Panificus*.
- ¶ **PANIFICARE**, Panem fingere, coquere. Vita S. Anselmi Archiep. Cantuar. to. 2. Aprilis. p. 880. *Arant homines, seminant, metunt, molunt, Panificant, comedunt.* Index MS. redituum Monast. Corbeienfis: *Singuli panetarii dant in festo S. Johannis duos so-*

- tidus, & qui Panificant in Augusto in festo S. Remigii 18. denarios... Non licet panetariis reddere officium Panificandi nisi in festo S. Johannis vel in Purificatione.*
- PANIFICUS**, Glossar. Gr. Lat. *Αρτοποιός*, Pistor; *Panificus*. *Αρτοποιείον*, *Panificium*, quæ vox occurrit apud Celsum lib. 8. *Αρτοποιός*, *Panarius*, *Αρτοφόρον*, *Panarium*. Papias: *Panifica, pistrices, quæ panes faciunt.* Catholicum parvum, & Gloss. Lat. Gall. MS. Thuanum: *Panifica, Panetiere. Panifex, celle qui fait le pain. Panificium, paneterie, locus in quo efficitur.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. c. 11. *Panificus quidam meruit bis quatuor ira.*
- Charta Hldefonsi Comitis Tolosæ an. 1144. apud Catell. lib. 2. *Rerum Occitanar. c. 17. Panificus & Panifica, qui panem venalem fecerit, &c.* Ubi Regestum Tolosanum Camerae Comput. Paris. fol. 27. habet, *Panificus & Panifica.* Charta Communiæ S. Quintini: *Nullus panifex panem faciet, nisi ad obolum.* [Charta Hugonis Ducis Burgund. ann. 1172. to. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 187. *Et astalagium quod mihi debebant Panifici.*] Utuntur Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 692. Joan. Sarisber. lib. 3. Policrat. cap. 14. &c. Adde 1. Reg. c. 8.
- ¶ **PANIFIL**, ut *Panifilus*. Vide in hac voce.
- ¶ **PANIGAROLA**, Lampyris, insectum noctu lucens. Vita S. Francæ to. 3. Aprilis p. 391. *Statim sic loquenti comparueram luminaria multa & innumerabilia quasi cornuzula vel Panigarolæ.*
- PANIGERIA**. Pistola Manuelis Comneni Imper. ad Regem Ludovicum VII. *Cum magna latitia accepturam est Imperiam meam tuam Nobilitatem, & opportune viam tuam preparaturam, & transitum extructuram, & Panigeriam, id est, conventum rerum venalium.* Erroson, id est, vale. Ubi *panigeria* idem valet quod *forum*, commeatus: ex Græco forte *πανηγυρις*, uti recte conjectat Somnerus. [Marten. to. 1. Anecd. col. 400. edidit, *Panegenæ.*]
1. **PANIS** vel **PANUS**, Celfo lib. 5. c. 27. dicitur tumor, non altus, sed latus, qui maxime in vertice, aut in alis, aut inguinibus; sic dictus à panis figuræ similitudine, Græcis *φύεθλον*. [Galeno, *φύμα ἀπεπλον*. Vide Lexic. med. Pancr. Brunonis.]
2. **PANIS**, Sacra Eucharistia, caro Christi, quæ cum nobis cæleste pabulum suppeditet, vocatur à Cyrillo, aliisque spiritualis alimonia, *τροφή πνευματική*, & *Panis* simpliciter. Isidorus lib. 7. cap. 2. *Dicitur enim Panis, quia caro.* At cum epitheto sæpius, ut *panem Dei cælestemque* vocat Ignatius Epist. 14. quæ appellatio desumpta ex Joanne 6. & 1. ad Corinth. 10. & 11. atque istud etiam Lucæ 24. *Cognoverunt eum in fractione panis*, de discipulis profectis Emmauntem; plerique omnes de Eucharistia exposuerunt, in hisque Augustinus de Consensu Evang. lib. 3. quemadmodum & in Oratione Dominica, *Panem quotidianum.* Ita Tertullianus de Orat. Ambrosius lib. 5. de Sacramentis, Chrysostomus, Cyrillus, aliique. Ac Græci quidem Patres, cum de Eucharistia accipiunt, rationem nominis hanc afferunt, quod panis iste divinus & animæ & corporis substantiam, ut vocant, fulciat. Sic enim *ἐπιείσοιον* cum Chrysostomo Cyrillus Catech. myst. 5. interpretatur; & Ambrosius in simillimo loco paulo aliter: *Non est iste panis, inquit, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit, ideoque Græce ἐπιείσοιος dicitur.* Chrysostomus etiam nomen *ἐπιείσοιος* deducit ab *ἐσθία*, homilia in Orat. Dominicam: atque ita nuncupari, quod substantiam corporis permeet, eamque colligere valeat. Quamquam ibidem in Matthæum idipsum vocabulum interpretatur

tatur ἐφήμερον, quotidianum, à voce ἐπιείσα, quæ vulgatae editioni magis concinit. Cui notioni nomen ἐπιείσιος ἀπὸ τῆς ἐπίας etiam profectum nonnulli accommodant: utpote quod pani præclare conveniat, qui quotidie per nutritionem substantiæ, τῆς ἐπίας adjici addique videatur. Quo itidem fortasse sensu ἐπιείσιον, transsubstantialem, vel supersubstantialem vertit Ambrosius. Damascenus denique de Mysteriis, eandem vocem de pane cælesti accipit, quo beati pascentur in cælis, cum hic eum ante in Eucharistia delibaverint: ἔτος, inquit, ὁ ἄρτος, ἐστὶν ἡ ἀπαρχὴ τῆς μέλλοντος ἄρτου, ὅς ἐστιν ἐπιείσιος· τὸ γὰρ ἐπιείσιον δηλοῖ τὸν μέλλοντα, τετέσι, τὸν τῆς μέλλοντος αἰῶνος, *Hic panis est primitia futuri panis, qui est adventurus: ἐπιείσιος enim futurum significat, hoc est, panem venturi sæculi.* Hæc damus ex Dissertationibus sacris ac historicis MSS. Michaëlis Dufresne Soc. Jesu Presbyteri, ac fratris τῆς μακαρίτης, Diff. 4. c. 2.

¶ PANIS, pro mensura frumentaria, Gall. *Boisseau*, in Terragio Insulæ-Adami laudato in Gloss. Jur. Gall. *En la ville de Chanvery, huit pains & les trois parts d'un pain, & vault chacun Pain un boisseau froment.*

PANIS ACROZIMUS, Saxonice, *ꝛeȝeorid*, in Gloss. Ælfrici: ubi perperam editum *acrizimus*. Isidorus lib. 20. c. 2. *Panis acrozymus, leviter fermentatus, quasi acroazymus.*

PANIS ÆSTIVATUS, in veteri Glossario Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana, *Pains muisis*: panis mucidus, *Pain moisy*.

PANIS ALEXANDRINUS, Biscoctus, apud Apitium lib. 4. de Re culin. c. 1. Alexander Iatrosophista lib. 2. Pass. c. 67. *de Alexandrino pane.* Ubi Glossæ MSS. superlineares, *biscocto*. Matth. Silvaticus: *Panis Alexandrinus, vel rubicundus, i. recoctus & rubescens, vel biscoctus.* Adde Constantinum African. de Rat. vict. p. 278. & Plin. lib. 18. c. 7.

PANIS qui in aqua coquitur, & melior esse solet quam quotidianus, apud Udalricum lib. 2. Consuetud. Cluniac. cap. 4. Ruellius lib. 2. de natura stirp. c. 20. *Laudabatur & Parthicus (panis) non pridem huc advectus, quem alii Aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur à spongiosa inanitate.*

PANIS ARDINIENSIS, Sordidus, in l. 5. Cod. Th. de Annonis civicis, &c. Unde vero ita appellatus, profus incertum. Conjecturas varias contulit Jacobus Gotofredus ad hanc legem.

PANIS ARMIGERORUM, Qui famulis quos vulgari vocabulo *Escuiers* vocabant, distribui ac dari solebat. Monasticum Anglic. to. 1. p. 420. *Infirmantibus (Leprosis) ministrat granetarius singulis diebus duos Panes Armigerorum ad opus unius servientis. Ministrat etiam omni tempore singulis eorum singulos Panes Armigerorum, & singulos galones cervisiæ mediocris.* Liber Joannis de Westerham Episcopi Rossensis editus an. 1314. *Primo die adventus D. Regis ad Ross. debent Spigurnelli habere 4. Panes Armigerorum, & 4. panes de pane garcionum.* Vide infra, *Panis servientialis.*

¶ PANIS ARTOPTICUS, apud Plinium lib. 18. cap. 20. à vase seu testo, inquit Harduinus, in quo ii excoquebantur, dictus. Vide Turneb. Advers. lib. 14. cap. 5.

¶ PANIS ASPER, Ater, furfureus, *Gros pain, Pain bis.* Glaber Rodolphus apud Duchesn. to. 4. pag. 6. *Vir sanctus (Majolus) secularis, dum interim à Sarracenis captus teneretur, cujus meriti esset latere non potuit. Nam cum ei hora prandii obtulissent cibos, quibus vescerentur, carnes videlicet Panemque admodum asperum, & dicerent, comede; respondit, ego vero,*

Tom. V.

si esuriero, Domini est me pascere; ex his tamen non comedam, quia non mihi in usu fuerunt. Cernens enim unus illorum viri Dei reverentiam, pietate ductus, exuens brachia, simulque abluens, & clipeum, super quem etiam in conspectu venerabilis Majoli satis mundissime panem confecit, quem etiam citissime decoquens, ei reverentissime detulit; ipse quoque suscipiens illum, atque ex more oratione præmissa ex eodem reficiens, Domino gratias egit.

PANIS AVENACEUS, in Concilio Francoford. an. 794. cap. 4. [*Le Roman de Partonopex MS.*

Trois fois meniue en la semaine,

Ce est pain d'orge & pain d'aveine.]

¶ PANIS DE AULA, Abbatis scilicet vel hospitum. Charta an. 1284. in Tabular. Fiscamn. *Vendidimus duos Panes de aula, duas mensuras vini, &c.*

PANIS AUTOPYRUS, Ex quo nihil neque pollinis neque furfuris excretum vel ademptum, quasi totum in se triticum non imminutum habens, ex Gr. αὐτόπυρος. Ejusmodi panis mentio est passim apud scriptores, Celsum lib. 2. c. 17. Marcellum Empiricum c. 31. Cælium Aurelian. Siccensem l. 5. Tardar. passion. cap. 12. Horatianum p. 84. Guibertum Abb. S. Theoderici in Vita S. Bernardi l. 2. c. 1. §. 6. &c. Vide Joan. Bruyerinum Campesium lib. 6. de Re cibaria c. 9. [*Idem qui nostris Pain Chaland dicitur*]

PANIS AZYMUS, sive crudus, apud Constantinum Afric. lib. 5. Loc. commun. medic. cap. 15. [& S. Wilhelmum lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 6.] Vide Iter Camerarii Scot. c. 9. §. 4.

PANIS BEATUS, Eulogia, panis à Sacerdote benedictione consecratus. [*Pain benit.*] Hartmannus in Vita S. Wiboradæ virg. *Remuneratus ab ea fragmen beati Panis accepit.* Supra benedictionem appellavit.

PANIS BENEDICTUS. Cum Catechumeni ante baptismum divinatorum mysteriorum participes esse non possent, proindeque sacram Eucharistiam percipere, dabatur iis, veteri Ecclesiæ ritu, à Sacerdote panis ab ipso consecratus & benedictus, quo præpararentur ad Corporis Christi sumptionem, unde & sanctum fuisse ait S. Augustinus lib. 2. de Peccator. merit. & remiss. cap. 26. *Et quod accipiunt, quamvis non sit Corpus Christi, sanctum est tamen, & sanctius quam cibi quibus alimur, quoniam Sacramentum est.* Hinc Panis benedictus fieri vetatur in die Paschæ, & in festivitate qua debent & solent corpus Christi recipere Christiani, in Præceptis Synodaliibus Petri de Collemedio Archiep. Rotomag.

Postmodum his panibus benedictis non soli Catechumeni, sed fideles etiam usi pro munere in signum mutuae amicitiae & communionis invicem transmissæ. Rainerus contra Valdenses in catalogo Hæreticor. de Græcis: *Eucharistiam conficiunt de panibus fermentatis: excidunt rotulas: ex illo conficiunt Corpus Domini, & panes illi vocantur Panis benedictus, & datur omnibus qui volunt sumere in cibum.* Ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ, in Concilio Neocæsar. can. 13. *Panem sanctificatum dare vertunt Isidorus Mercator & Dionysius Exiguus. Vetantur Ministri i. Subdiaconi, ἄρτον διδόναι, ἐδὲ ποτήριον εὐλογεῖν, in Concilio Laod. c. 25. Et can. 49. non oportet in Quadragesima ἄρτον προσφέρειν, nisi Sabbato & Dominica tantum. At in Quadragesima non benedicebatur panis, sed oratio super populum dicebatur. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 67. Statutum est ut panis post Missam benediceretur, & populo pro benedictione communionis partiretur: hoc & Enlogia dicebatur. Sed quia hoc in Quadragesima fieri non licuit, orationem super populum dici Ecclesia in-*

stituit, ut per hanc particeps communionis sit. Vide Eulogia.

PANIS BISCOCTUS, Nauticus, Biscuit. Abbo lib. 2. de Obsid. Paris.

*His Panem cupiens quadam corrumpere, jussit
Ut biscocta Danum deferri.*

Will. Brito lib. 4. Philipp.

*Rebus, aquis, armis, biscocto Pane, meroque,
Innumeras onerat naves.*

Chronicon Richardi de S. Germano ann. 1242. Biscoctum fieri jubet per loca maritima & loca alia pro fodro 150. galearum & 20. navium, quas armari mandat super Pisanos, &c. [Epist. Frider. II. Imp. an. 1245. apud Baluz. to. 1. Miscell. pag. 459. Sunt autem hac in mari pericula, Panis indigestibilis & bis coctus, &c.] Paulus Venetus lib. 3. cap. 46. de provincia Aden: *Fiunt etiam ab incolis Panes biscocti ex piscibus, idque in hunc modum: Concidunt pisces minutatim, atque contundunt in modum farinæ, & postea commiscent & subagitant quasi pastam panis, atque ad solem desiccari faciunt, & vivunt ipsi & jumenta ipsorum de illis panibus factitiis per totum annum.* [In usu etiam apud monachos fuisse Panem biscoctum testatur S. Wilhelmus lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 6.]

PANIS BISUS, Ater, furfureus, Gallis, Pain-bis, qui sordidus, Suetonio in Nerone c. 49. & in l. 5. Cod. Th. de Annonis civic. Monasticum Anglic. to. 1. p. 420. *Jejunans debet sedere in area ante mensam, & comedere Panem bisum suum super scamnum sine panno.*

PANIS CACABACIUS. S. Zeno Veronensis serm. 6. ad Neophytos: *Hi (panes azymi) quos videtis egregia coctura suave redolentes, qui excocti sunt non furno, sed fonte, non humano, sed igni divino, . . . certe Cacabacii non sunt, non vetusti, non usti, non crudi, non mucidi, &c.* Nugatur hoc loco vir doctus, qui cacabacios, nugaces & garrulos interpretatur, cum hic de panibus agatur. Casaubono dicuntur ejusmodi panes, qui saporem malum ex aqua in cacabo calefacta retinent, in Notis ad Lamprid. Ego vero malim cacabacios dictos, nigros, & quibus nihil ademptum est furfuris. Vide Cacabatus. Papias: *Similiter autem & cacabacius Panis calidus siccat: frigidus vero minus multo siccus ex parte extenuat.*

PANES CALENDARIUM, Qui in Kalendis offeruntur. Durandus lib. 4. Ration. cap. 30. n. 40. *In nonnullis locis parrochiani in die Natalis Domini offerunt Sacerdotibus panes, quos Calendarios vocant, propter illud quod legitur Levit. 22. Offeretis panes duos Sacerdoti, qui cedunt in usum ejus, & vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum, &c.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu, fol. 102. *Et medietatem sepultura, & medietatem Panis qui in Kalendis offertur, &c.*

PANIS CALIDATUS, Delicatus, tener, recens, Pain mollet. Chartular. S. Germani Paris. fol. 1. *In festivitate B. Vincentii habet Propositus Regis de Parisiis in ecclesia B. Germani de consuetudine 1. modium vini & 2. sol. Paris. & 12. Panes Calidatos . . . Si vero comedere voluerint (servientes ejus) dabitur eis unus Panis Calidatus & una assatura, &c.*

PANIS CANIBIUS. Charta Geraldii Abb. Angeriac. an. 1385. in Chartular. ejusdem Monast. p. 462. *Item dominus abbas leprosis debet facere . . . in die omnium Sanctorum XXVI. panes frumenti, XIII. panes sunt ratione Canibii Panis & XIII. panes mandati, & XIII. justitias vini ratione mandati.*

PANIS CANONICUS, Pain de Chapitre, dicitur

Rotomagi parvulus panis qui unicuique Canonico quotidie præbetur. Vita S. Rigoberti Rem. Archiepisc. à Mabill. laudata Liturg. Gall. p. 414. *Prinus quippe quam exoptabilis hic altor ac pater eorum adveniret, non eis dabatur Canonicus Panis, & non erant, ut sunt hodie, Canonici, sed sicut matricularii.*

PANIS CANTARRUS, Furfureus. Vide Cantabrum 2. PANIS CAPITULARIS, Idem qui Canonicus, ex Regesto Eccl. Andegav. an. 1443. in Vita Matth. Menagii pag. 92.

PANES CELARII, f. ex cellario communi. Obi-tuarium MS. Eccl. Morin. fol. 8. *Cuilibet Canonico residenti tenenti statum duo Panes Celarii ponderis quilibet 2. unciarum & 5. estrelingorum.*

PANIS CENALIS, pro refectioe vespertina. Consuetudines MSS. Eccl. Colon. è Bibl. Eccles. Atrebat. *Panis Cenalis ponderabit 8. marc. & dimid. marcam.*

PANIS CEPARIUS, *χρυσῶς ἄγρος*, in Glossario Græc. Lat.

PANES CIVILES. In Novella Justiniani 7. & in Addit. 3. Ludovici Pii cap. 30. in Capitul. Caroli M. lib. 2. c. 29. Ecclesiæ & xenodochia alienare vetantur res immobiles . . . sive etiam rusticum mancipium, vel Panes civiles, atque titulo speciali vel generali hypothecæ titulo obligare. Vide Panis gradilis.

PANIS CLIBANITES, ex Gr. *κλιβανίτης*, in furno coctus. Gloss. Ælfrici: *Panis clibanus, oxen-bacenlaſ.* Alexander Iatrosophista lib. 2. Pass. cap. 79. *Quales sunt Panis bene confectus clibanitis, bis coctus, &c.* Ubi Glossæ MSS. *quasi furni. Panis fermentatus in clibano coctus*, apud Constantinum de Rat. vict. pag. 279. cui opponitur *Panis sub cinere coctus*, p. 278. *Panis clibanitius, in testa coctus*, apud Isidorum lib. 20. cap. 2.

PANIS DE COKET, Similaceus. Fleta lib. 2. c. 9. s. 1. Vide Ifungia.

PANIS CONJURATUS. Vide Corsned.

PANES CONSUECUDINALES, Qui ex consuetudine præstantur. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 60. *Decrevimus autem quod monachi duas partes Panum Consuetudinalium & oblationum quicquid quinque festivis solemnitatibus pertinentium acciperent, quacumque die redderentur. Panes Consuetudinarii, ibid. fol. 41. Cum . . . contentio moveretur . . . de Panibus Consuetudinariis in Natali Domini debitis. Panes Consuetudini, ibid. fol. 44. Insuper (habebunt monachi) medietatem Panum Consuetudinorum, scilicet in Natali & in Pascha. Vide Panis Natalitius.*

PANIS CONVENTUALIS, Quo vescitur Conventus. Charta ann. 1254. ex Tabular. Fiscann. *Vendidi . . . octo Panes Conventuales & octo galones vini.* Alia an. 1270. in Chartular. S. Vandreg. to. 1. p. 767. *Dederunt mihi . . . per totum cursum vitæ meæ unum Panem Conventus & unum panem hospitem qualibet die.*

PANES CORONATI. Charta an. 1050. apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 428. *In profesto ad vesperum fructus & vinum similiter secundum eandem consuetudinem: in solemnitate vero Panes Coronatos, & vinum similiter, &c.*

PANES CURIALES, Qui è Curia domini proferuntur ad alendam familiam. Charta Theobaldi Comitis Blesensis Senescalli Franciæ ann. 1190. in Regesto censuum Carnot. *Et concessi leprosis Belli-loci omnibus diebus, quibus ego jacebo Carnoti, . . . carnis 12. den. in coquina, 12. sextarios vini, 12. den. in pane, vel 60. Panes curiales, si curiales panes habuerit curia. In Charta Catharinæ Comitissæ Ble-*

senfis & Claromont. ann. 1208. pro fundatione Capellæ Novævillæ in Hez., statutum legitur, quoties Comes vel Comitissa Claromontensis in eodem loco morabuntur: *Que li Chapelains ara par livroi-son par sengles jours quatre Pains curiaux, ou dex denrées de pain, & demi sestier de vin à taule, & une piece de char, ou deux deniers.* Alia Charta ejusdem Comitissæ ann. 1209. pro Capella de Creil: *Ara en chascune nuit pour livroi-son 3. Pains curiaux.* Charta Henrici II. Regis Angl. in Reg. Normannico Cameræ Comput. Paris. sign. P. *Et volo & confirmo, quod in Curia mea habeat omnibus diebus, quamdiu ero apud Rotomag. liberationem, scilicet in dispensa mea 4. denariatas Panis, & in meo cellarario unum sextarium vini, & in coquina mea 4. fercula, &c.*

PANIS CURIÆ, Eadem notione. Vide in *Matutimellum.*

¶ PANIS DISPENSATORIUS. Vide *Panis secundus.*

PANIS ECCLESIASTICUS. Charta Philippi I. an. 1106. in Tabul. Monasterii Maurigniacensis: *Si aliquis ipsorum Canonicorum infirmitate prægravatus, ... de morte animæ metuens, habitum sanctæ religionis recipere proposuerit in præfata domo sanctæ Trinitatis, Panem Ecclesiasticum & habitum S. Benedicti, quasi frater ejusdem loci, omni postposita pecunia, paratum invenerit.*

PANIS ELEEMOSYNARIUS, Qui ad eleemosynas distribui solet pauperibus. Silvester Giraldus in Itinerario Cambriæ lib. 2. cap. 12. *Cum Rege apud Slopeburiam in mensa sedens, cum ei de panibus propriis unum in honoris, ut assolet, & amoris signum Rex misisset; ipse statim in regio conspectu tanquam Eleemosynarium Panem in frustra concidit, & eleemosynarii more primoremotius exposita, deinde singulatim retracta comedit universa.*

¶ PANIS EMENDATIONIS, seu de Emendamento. Polyptychus Fiscamn. ann. 1235. *Filius Bernerii fabri debet habere unum galonem vini & unum Panem Emendationis, quando fabricat batellos magnorum signorum.* Vide *Emendamentum 3.*

¶ PANES ESCAUDATI. Vide *Escaudati panes.*

PANIS FERMENTATIUS, ꝥeha ꝥenhlaꝥ, in Glossario Saxon. Ælfrici.

¶ PANES FESTI, Qui diebus festis apponebantur, consuetis delicatiores. Charta Philippi Franc. Reg. an. 1271. in Bullario Fontanell. f. 38. *Caro unius mutonis, duodecim Panes Festi, unum sextarium vini.*

PANIS FISCALIS, seu *Ostiensis*, in l. un. Cod. Th. de Pretio panis Ostiensis, qui de fiscali frumento, quod Ostiæ pistoribus vendito confectus populo Romano vendebatur. Vide Jacobum Gotofredum & Salmasium ad *Vopiscum* pag. 408.

¶ PANES FOLIATI, Placentulæ genus. Charta an. 1303. in Tabular. Fiscamn. *Quatuor Panes foliatos & quatuor galones vini.* Vide *Foliata 2.*

PANIS FORTIS ET DURUS, apud JC. Anglos dicitur, cum quis de Felonia accusatus, accusatori aut judici respondere renuit, aut mutum se fingit, vel certe os aperire, aut loqui non vult: tum enim pœna ea illi imponitur, donec Judici satisfaciatur, ut in carcerem tetrum conjiciatur, in eoque, solo pane, duro, ac mucido alatur. Fortis autem dicitur, inquit Stanfordius lib. 2. Placitor. coronæ cap. 61. quod adeo sit ponderosus & gravis, ut illum ferre aut sustinere nequeat reus: durus autem, quia toto vitæ tempore, alio non victitabit, donec in eo moriatur. Statutum primum Westmonasteriense cap. 12. hanc pœnam videtur induxisse: *Purveu est ensement, que les felons escriés, & queux sont apertement de male fame, & ne soi volent mettre*

Tom. V.

en enquest des felonies queux homes leur mit seur devant Justices à la suit le Roy: soient mises en la prison fort & dure, come ceux queux refuseront estre à la comon ley de la terre, mes ceo n'est mie à entendre pur prisoners queux sont prises pur leger suspicion.

Sic porro pœnam hanc pluribus describit & explicat Stanfordius: *Le jugement du Pain fort & dure est tiel, sçavoir que il sera remandé à le prison, d'où il vient, & mise en une basse meason estoppé, & la girra nude sur la nude terre, sauns aucun littour, surps, ou auter draps, & sans ascuns garnishe environ luy, savant un chose, qui couera ses privi membres, & que il girra sur son dorse, & que son teste soit veste, & ses pees este, & que un brach soit trahi à un quarter del meason ove une corde, & l'auter brache à l'auter quarter, & insint in mesme le maner soit fait de ses jambes, & que sur son corps soit mise ferre & pierre taunt, come il peut porter & plus, & le premier jour insuant, il aura Pain fait de barley trois morcels sans aucun boyer, & le second jour il boyra trois soites, tant si come il peut de levve que est prochain à l'huys del prison, excepté ovve couraunt, sauns ascun pane, & ceo serra son dict, tant que il soit mort.* Hæc fere Latine expressit Cowellus lib. 4. Instit. tit. 18. §. 35. *Reus, inquit, in loco aliquo infero carceris & tenebricoso constituitur, nudus super nuda terra, pudendis tantum tectis, brachiisque & pedibus fune in quatuor domuncula angulos tractis, supinus extenditur. In hunc autem modum ligatus, tanto ferri saxive pondere pectori imposito oneratur, quantum sine contusione ferre potest. Die sequenti tria Panis hordeacii frustra sine potu sumit: nudius tertius totidem aquæ haustos quantoscumque, dummodo non profluentis, quæ carceri proxima reperitur, sed sine pane: atque ita per vices pane & aqua istiusmodi quotidie vescitur, donec oneri, frigoris, atque famis cruciatu extinguitur.* Henricus de Knyghton ann. 1389. *Quidam Vicarius de Wintringham obmutescens, adjudicatus est ad pœnam mutorum.* Huc forte referri potest Charta Philippi Augusti anno 1200. pro Universitate Parisiensi: *Quia factum negat, in perpetuis vinculis detinebimus, in arcta custodia & paupere victu, quandiu vixerit, nisi forte elegerit Parisiis publice aquæ subire judicium, &c.*

PANIS FRACTIO, de qua hæc accipe ex Dissertationibus sacris ac historicis ineditis Michaëlis Dufresne, Soc. Jesu Presbyteri, fratris olim charissimi, de antiquis Sacramentorum ritibus, &c. Dissert. 4. cap. 2. *Ad idem caput (de variis nominibus Eucharistiæ) vox itidem alia pertinet, qua fractio Panis, κλάσις ἄρτου, de celebratione Eucharistiæ usurpatur, ob Christi etiam factum, quem expresse notant Evangelistæ Sacramentum hoc instituentem fregisse panem: unde & tota actio distributioque Sacramenti hujus Fractio panis appellata est, Actorum Apostol. 2. & alias sæpe. Nec est necesse huc revocare veterem inter Judæos cerimoniam, qua sub initium Cœnæ Paschalis panem unum ex azymis paterfamilias duas in partes divideret, & alteram quidem abderet sub mappa, alteri vero hac fere formula benediceret: Benedictus es Domine Deus noster, Rex universi, qui educis panem de terra. Quippe panem frangere locutio Hebræis, Scripturæque ipsi usitatissima est de sumentibus cibum, vel porrigentibus. Frange, inquit Isaias 58. esurienti panem tuum: que ad Eucharistiam translata. Unde Actorum 2. v. 42. dicitur, Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & in communicatione fractionis Panis. Ubi ex articulo τῆς ἄρτης in editione Græca appposito, interpretes colligunt panem illum per antonomasiam, scilicet Eucharistiam, quasi digito demonstrari. Per diu vero ea consuetudo tenuit in Ecclesia, ut panis Eucharisticus Chri-*

G ij

stianis distribuendus in partes minutas tribueretur, quas vocant è re, *Christique factio*, κλάσματα, hoc est, fragmenta, ac μερίδας, nempe particulas potius, quam μέρη, id est, partes: quia ut aiunt Concilii Nicani Patres can. 5. εὐ πολλὸν λαμβάνομεν, ἀλλ' ὀλίγον, ἵνα γινώσκωμεν ὅτι ἐκ εἰς πληρομὴν ἀλλ' εἰς ἀγιασμόν illa capi intelligamus. Hinc etiam forsitan idioma manavit Ecclesiarum Africanarum, cujus mentio fit apud Gratianum dist. 11. can. 58. qui hac Augustini verba refert: *Norum fideles, quemadmodum manducant carnem Christi: unusquisque accipit partem suam, unde & ipsa Gratia (Eucharistia) partes vocatur.*

PANIS FRACTIO apud Catharos Valdenses sectarios. Vide Reinerum contra Valdenses cap. 6. pag. 66.

PANIS FRACTUS, dictus postmodum *Panis benedictus*, qui in particulas dissectus, dirempta ea, quæ ad consecrationem sumitur, plebi & fidelibus distribui solebat. ἱερὸν κλάσματος μετέληψις, *Panis benedicti participatio*, apud Pachymerem lib. 7. cap. 6. 15. 22. lib. 8. cap. 10. Sed proprie

FRACTIO PANIS dicebatur *Eulogiarum benedictio*, quæ à Presbyteris vel Episcopis fiebat ante cibi sumptionem, seu prandium, quas amicis vel convivis distribuere in *communione* symbolum. Unde Gregorius Turonensis in *Vitis Patrum* cap. 6. dixit: *Pane confracto communionem largiri*, & Theodorus Cantuariensis Archiepisc. in *Capitul. c. 95. Fracta oblatione communicare*. Idem c. 5. *Cum Gracis non frangunt Panem sanctum, nec collectionem dicunt, vel Dominus vobiscum, Diacones, nec Completum*. Eddius Stephanus in *Vita S. Wilfridi c. 57. Et illa die omnes Episcopi se invicem osculantes & amplexantes, Panemque frangentes communicaverunt, &c.* Supplex libellus Monachorum Fuldensium Carolo M. porrectus, art. 4. apud Browerum lib. 3. *Antiq. Fuld. Quod communicationem fracti Panis ante cibum quotidie sumere non respuat, secundum exempla precedentium patrum*. Hincmarus Rem. in *Capitulis ad Presbyteros parochiæ suæ* cap. 16. ubi de Conventibus & Gildoniis Presbyterorum, in quibus reconciliantur, qui invicem dissident: *Et post debitas admonitiones, qui voluerint eulogias, à Presbytero accipiant, & panem tantum frangentes, singuli singulos bibere accipiant*. *Vita S. Aicadri Abb. Gemetic. c. 20. Nec mora post longa peracta, & Missarum solenniis celebratis, post fractionem Panis, commendato grege Domino, petierunt prosperum iter, &c.* Hugo Flaviniac. p. 177. de B. Richardo Virdunensi Abbate: *Erat autem viro Dei familiare mane surgere, laudes Deo dicere, iter accelerare, atque consuetum Domino in via pensum reddere: & sic hora fractionis Panis imminente, Missarum solemnias agere, quocumque esset, & expletis mysteriis ad frangendum panem discumbere, ne gravarentur fratres labore itineris, & continuatione jejunii*. Vide Eckhardum juniorem de *Casibus S. Galli* cap. 1. p. 48. Reinerus contra Valdenses p. 94. *Si singulis per domos Panem frangis*. Vide *Panis Benedictus, Eulogia*.

PANIS FRANCICUS, Placentæ genus. Charta an. 1291. to. 1. Hist. Dalphin. pag. 26. *Item quilibet burgenfis & habitator dictæ villæ potest, si voluerit, facere & habere infra dictam franchesiam dictæ villæ furnum ad Panem Francicum, & non ad alterum panem & pastellos decoquendos.*

PANIS FRIXIUS, zehpnyç hlaꝥ, in Glossario Saxonico Ælfrici.

PANIS FRUMENTI, Qui nobilium erat, vel certe honoratorum aut divitum. Plinius lib. 19. cap. 4. *Alio pane procerum, alio vulgi, tot generibus usque ad*

insimam plebem descendente annona. Usatici Barcinonenses à Raymundo Berengarii Comite & Adelmodi editi cap. 7. *Bajulus interfectus vel debilitatus, vel casus, vel captus, si nobilis est, & Panem Frumenti comedit cotidie, & equitat, emendetur sicut Miles*. Vide *Consuetud. Labourtensem* tit. 18. art. 4. *Constantinus African. lib. 5. Commun. loc. medic. cap. 15. Omnis Panis de Frumento calidus est in primo gradu. Panis Frumentarius*, in *Statutis antiq. Corbeiensib. lib. 1. cap. 4.*

PANIS FURFURATIVUS, pro *Furfureus*, apud Alexandrum Iatrosophistam lib. 1. *Passion. ubi Glossæ MSS. Panem Furfurativum, qui fit ex ordeo vel furfure*, interpretantur: πιτυρώδης, Græcis.

PANIS GRADILIS, Qui ad gradus plebi distribuitur: nam cum summa esset plerumque in urbe Constantinopolitana rei frumentariæ penuria, tum propter civium & incolarum in ea multitudinem, tum quod Thracia atque adeo vicinæ regiones, frumenti haud multum feraces, iis alendis vix sufficerent, provisum ab Imperatoribus, ut per annos singulos, certis ac statis temporibus, annona ex Alexandria & Ægypto in urbem transferretur: quam quidem transvectionem *Felicem embolam* vocitabant, quod ea populus gaudens reficeretur. Nec hac ratione penuriæ publicæ cautum duntaxat, sed & panes, Imperatoris nomine, dividebantur, non pauperibus modo, verum etiam honestioribus è populo, atque iis præsertim, qui domos in urbe exstruxerant, quos κλητόρων nomenclatura, non uno loco donat *Chronicon Alexandrinum, Possessorum, Liberatus Diaconus cap. 20. nos dicimus, Proprietaires*. Unde panis, sive jus capientorum panum è publico domos sequebatur, ita ut qui illas quomodo distraxisset, id juris amitteret, ut est in l. 1. Cod. Theod. de Annonis civilibus. Distribuebantur porro ejusmodi panes in gradibus, unde *Gradiles* appellati sunt. *Prudentius lib. 1. contra Symmach.*

*Omnis, qui celsa scandit cœnacula vulgus,
Quique terit silicem variis discursibus atram,
Et quem Panis alit gradibus dispensus ab altis.*

Distribuebantur vero panes isti datis tesseras. Themistius orat. 4. p. 116. *Δαπανῶ μὲν γὰρ πάρος βασιλικὴς ἐκ τῶν σιλοφυλακίων τῶν δημοσίων*. Deinde, ἀλλὰ καὶ οἱ νευροῦράφοι, καὶ οἱ σκυλοτόμοι, καὶ πάντες ὅσοι καλαμφοῦσιν ὄρηται ἐπὶ τὰς ἐριάνας. Ubi καλαμφοῦσιν, est tesseras ferre: κάλαμος enim tessera exponitur in Glossis Philoxeni. Proinde de ejusmodi tesseras intelligendus auctor *Chronici Alexand. in Commodo: Ἐν Ἀντιοχείᾳ, Ἀρτάβασιος φιλοτιμῶς ἐξέειπεν τοῖς δῆμοις καλάρμια συντόμια διαμεινίζόντων, καὶ ἐκέλευσεν τὰς ἀρτὰς πολιτικὰς*. Quæ verba haud recte reddidit interpres. Erant porro tesserae illæ æreae, aut certe malleo ductæ: δέλοι enim σφραγιδάτοι dicuntur mox eidem Themistio, quod etiam indicat l. 5. Cod. Theod. de Annonis civicis. Sed hæc pluribus prosequimur in Constantinopoli nostra Christiana, ubi de Gradibus.

PANIS GRESUS, Cinereus, ater, furfuraceus. Inquisitio pro canonisatione S. Yvonis MS. *Hamo Tolleflun famulus D. Yvonis, postea reclusus. Hunc misit D. Yvo apud Lohanec pro quarendo panem, qui detulit panem nimis deliquatum, prout videbatur D. Yvoni, qui dixit: tu vis habere delicias, nonne invenisti panem magis grossum? Qui respondit: non inveni nisi panem fursureum, qui nihil valet pro sustentatione hominis. Et tunc prædictus D. Yvo remisit illum panem, & famulo dixit ut afferret illum panem magis grossum: & ille detulit illi Panem Gresum.*

PANIS HEBDOMADARIUS. Vita S. Nili Junioris p. 40. Καὶ τὸν ἑβδομαριστιᾶϊον ἄρτον ὁ μέγας Φαίτινος σὺν πολλῇ παρακλήσει πείσας τὸν ὄσιον Νεῖλον διέξασθαι παρ' αὐτῆ ἐκ τῆς τῶν χειρῶν ἐργασίας ἀνίστηναι. Qui forte uni hebdomadi sufficit alendo homini.

PANIS HERBATICUS, vel HERBACEUS. Glossæ Biblicæ MSS. *Borith, herba, de qua sunt panes, quos Herbacios appellant, quibus siccatis pro sapone utuntur.* Eadem habent Papias & Joannes de Janua. Panis ex herba facti meminit Suetonius in Julio cap. 68.

PANIS HORDEACEUS, in Concilio Francoford. ann. 794. cap. 4. Fortunatus lib. 10. Poëm. in Epist. 2. ad Mumolenum: *Quod triticei pavit oblectante candore, vel suavitate pascente, post Hordeacea frugis aristosa cibaria fastidioso nimium dente, nare, fauce, transitur.* Artemidorus lib. 1. cap. 71. Ἄρτοι κρίθιοι, πᾶσιν ἀγαθοί. πρῶτην γὰρ τροφήν ταύτην ἀνθρώποις διδόνθαι παρὰ θεῶν λόγος ἔχει. Vide Casaubonum ad Sueton. de Grammat. & Rhetor. De examine & purgatione per panem hordeaceum, vide in *Corsned.*

¶ PANIS HOSPITUM, vel ad hospitem, Quo refici solent hospites. Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 721. *Mibi quamdiu vixero quolibet die quemdam Panem ad hospitem dederunt.* Ibid. pag. 764. *Qualibet die unum Panem hospitem & unam tortam.* Pains d'hospitalage, in Consuet. Dunensi art. 27. idem ac Censu, qui exigitur à domino feudali pro singulis focis seu domibus subditorum ac tenentium suorum.

PANES LAVITII. Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromand. apud Hemereum p. 116. *Debet Ecclesia S. Petri unicuique de intrinsecis 1. panem, scilicet 60. panes de medio, & Lavitios Panes, scilicet 6. sext. frumenti, &c.* Infra: *Debet custos cuique privato 1. panem & 2. sext. frumenti ad Panem Lavitium.* Isidorus lib. 20. cap. 2. *Sfungia, panis aqua diutissime laxatus, simillam modicam accipit, & fermentum modicum, & habet humectationis plusquam omnis panis: unde & spongia nomen accepit.* Vide Jo. Ruellium lib. 2. de Natura stirpium cap. 31.

¶ PANIS MATINELLUS, f. Qui ad jentaculum apponebatur. Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 844. *Duos Panes qui vocantur Matinelli tantummodo percipiet.*

PANIS MEDIUS, Dimidius panis. Regula Magistri cap. 26. *Medius Panis pensans libram singulis fratribus in die sufficiat secundum formam divinæ dispensationis, cum Medium Panis celestis corvus Paulo servo Dei cotidie vescendum paraverit.*

PANES MELLITI, nostris Pains d'espice. Arnoldus Lubecensis lib. 3. c. 32. *Et defecerat panis in sistarcis eorum: fuerunt tamen inter eos, qui Panes Mellitos, cum in abundantis erant, sibi preparaverant, & utcumque sustentabantur.*

¶ PANIS MILITIS, Idem qui Armigerorum. Charta an. 1248. in Chartular. Fiscamn. *Præter ea vendidi eisdem duos galones vini & duos panes albos & duos Panes Militis.* Alia an. 1270. ibid. *Vendidi octo Panes Militis & octo galones vini.*

PANIS MIXTUS, in Itinere Camerarii Scotici c. 9. §. 4. *Panis de mixtura, in Statutis antiq. Corbeien-sibus lib. 1. c. 4. Pain de meteil.* Vide *Mixtum* 2.

PANES MONACHILES. Monasticum Anglic. to. 1. p. 149. *A Celerario singulis diebus debent venire in refectorium 72. Panes Monachiles, quorum quilibet erit ponderis 65. solidorum, ex quibus singuli Monachi singulos percipient.*

¶ PANIS MUTUATUS, in vetusto Chartular. unde nostris corrupte *Pain mouton*, quasi panis vervecius. *Mutuatus* vero dici ex eo videtur, quod illum di-

vitibus offerre soleant pauperes pecuniam inde ab eis accepturi, ac si mutuum darent. Vide Dictionarium Trevolt. v. *Pain.*

PANIS NATALITIUS, cujusmodi fieri solet in die Natalis Domini, & præberi dominis à prædiorum conductoribus, in quibusdam provinciis, qui ex farina delicatiori, ovis, & lacte confici solent: *Cuingnets* appellant Picardi, quod in *cuneorum* varias species efformentur. Gervasius Dorobernensis an. 1188. *Nec eorum devotioni sufficere potuit, Panem conferre Natalitium, nisi etiam conventui panem conficerent piperatum.* Charta Petri Meldensis Episcopi an. 1228. in Tabular. ejusdem Ecclesiæ fol. 35. *Item quittamus hominibus de Varedis consuetudines nemoris, videlicet gallinas, Panes de Natali, & bolos, & ipsi quittaverunt nobis, &c.* Charta Guillelmi Episcopi Ambian. in Tabular. Episcoporum. ejusd. urb. fol. 27. *Omniibus candelis & Panibus de Natali & de Paschate, qui vocantur tortelli, exceptis.* Charta an. 1214. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 179. *Habet etiam de quolibet hospite unum Panem ad Natale Domini, &c.* [Hist. MS. Beccensis Monast. pag. 662. *Recepit ad firmam . . . tertiam partem decimarum vini, Panem Natalis Domini & Pascha & Purificationis B. Mariæ.*] Neque aliæ videntur oblationes panum & caterarum rerum, quæ in Epiphania Advocato fiebant, in Charta Friderici I. Imperat. an. 1159. in Metropol. Salisburg. tom. 3. pag. 49. 409. Vide *Torta.*

PANIS NAUTICUS, Marcello Empirico cap. 27. p. 137. qui alias *Biscoctus. Miscebis . . . Panem candidum vetustum, vel tostum, vel, quod est melius, Nauticum. Vetus aut Nauticus Panis,* apud Plinium lib. 22. cap. 25. *Panis navalis,* Cœlio Aureliano lib. 5. Chron. cap. 1.

PANIS NICOLAUS. Ita Placentas appellavit Augustus à Nicolao Damasceno sibi exhibitas & donatas, ut est apud Photium in Bibl. Palladius in Hist. Lausiaca c. 47. Καὶ Νικόλαος παρμεγέθεις ἄρτους λευκὰ καθαροὺς καὶ θερμαροὺς, &c. Ruffinus de Vitis Patrum c. 7. *Nicolai etiam ingentes, & Panes calidi & mundissimi, &c.* Vide ibi Rosweidum.

PANIS NITIDUS, apud Bedam lib. 2. cap. 5. & Marculfum lib. 1. form. 11. *Mundus,* apud Lampridium in Alexandro Severo, & in l. 5. Cod. Th. de Pane Gradili. Καθαροὺς ἄρτους, apud Theophanem anno 40. Theodosii Junioris. Ita porro sæpe dicitur, qui ad sacrificium paratur. Concilium Toletan. XVI. can. 6. *Ut aliter Panis in altari Domini sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer & Nitidus, qui ex studio fuerit preparatus, &c.* Chilienus in Vita S. Brigidæ num. 52.

Hos igitur manibus Nitidos de robore Panes Detulerat secum servandos inde Sacerdos, In Pascha Domini, vel festis munera Christi Hæc sumenda Dei servis, sanctisque puellis.

PANES NUNTII, Qui nuntiis dari solent, in nuntii allati mercedem. Philippus Eystetensis Episc. in Vita S. Willibaldi, de quodam contracto sanato ad Translationem reliquiarum S. Walpurgis: *Claudicando chorum ascendit prorumpens in hæc verba, O gloriose Præsul Christi Willibalde, da mihi Panem Nuntii, soror tua advenit te benigne salutatura.* Ubi Gretzerus ad oram libri scripsit hoc verbum Germanicum *Bottenbrott*, ex *Brott*, panis, & *Bott*, nuntius. Josua Pictorius *Bottenbrott*, Evangelia interpretatur.

PANIS OBLATUS, in Fleta lib. 2. cap. 14. §. 4. *Oblatus,* lib. 2. c. 72. §. 19. Vide *Oblata.*

¶ PANIS OCULATUS, nostris *Plein d'yeux*, Rarus, fistulosus, in Medicina. Salernit. edit. 1622. p. 155.

PANIS OPIRUS. Glossæ ad Alexandrum Iatroloph. *Opirus Panis*, i. panis medie maacius. Sic in MS. [Vide *Opirus*.]

¶ PANIS OSTIENSIS. Vide *Panis Fiscalis*.

¶ PANIS PAGANUS, à Rusticis seu hominibus qui in pagis habitant, confectus. Charta ann. 1309. tom. I. Hist. Dalphin. p. 86. *De quolibet vendente eodem modo Paganum Panem, pelleteriam, &c.*

PANIS PAPALIS. Matth. Silvaticus: *Simila sic fit. Frumentum fractum in frusta, vel mollitum grosse, in qua diversa substantia dividitur per cribra, extrahitur furfur, & farina subtilissima, quæ pollina dicitur, postea remanet simila, quæ dividitur in grossum, subtilem & mediocrem. De pollina fit Panis Papalis, &c.* Eadem habet nescio quis Cotta. Idem & *Panis Romanus* vulgo appellatur. Vide Angelum Paleam in *Antidotarium Mesuæ*.

¶ PANIS DE PARIBUS. Charta Radulfi de Clarom. Domini Ailliaci an. 1224. in Tabular. Corbeienfi: *Advocatus habet apud Brach de singulis hospitiibus unum Panem de Paribus.* Idem qui

¶ PANIS DE PERS, in Charta an. 1293. ex eodem Tabular. *Beatrix Tierrée & duo liberi sui pro manerio suo (debent) in Natali unum caponem, XII. denarios & unum Panem de Pers . . . Domina Peronale Carpentier pro manerio suo in Natali Domini unum caponem, unum denarium & tres Panes de Pers . . . Item Agnes Raimbalde pro domo sua in Natali duos capones, duas fouachias de Pers.*

¶ PANIS PAXIMATIUS. Vide *Paximatum*.

¶ PANES PELE. Tabular. Calense p. 40. *Item XII. panes qui vocantur Panes Pele. Item XII. capones.*

PANIS PICENTINUS, Qui ex alica fiebat, ut auctor est Plinius l. 18. cap. 11. de quo etiam Apicius lib. 4. de Re culin. cap. 1.

PANIS PIPERATUS, [Idem qui *Mellitus*.] Vide *Panis Natalitius*.

PANES PRÆBENDARIUM, Qui diatim distribui solent Canonicis Præbendariis ex communi pistrino. Honorius III. in 5. Compilat. tit. 16. cap. 2. ad Canonicos Compostellanos, ubi quærit, an in vigesima Ecclesiasticorum proventuum in subsidium Terræ sanctæ decreta in triennium, istiusmodi panum vigesima exigi debeat: *Non oportuit nos de quotidianis dubitare stipendiis, quæ in Pane, vino ac numerata pecunia consistunt.* Et infra: *Nec multum dubii remanet de Panibus illis, quos dicitis in vestro vulgari Reguaffas.* Ubi Innoc. Cironus observat ejusmodi panes *Præbendarios* dici, & in Tolosano tractu *Moufflets* appellari. Vide eundem in *Paratitl. Juris Can.* lib. 5. tit. 5.

PANES PRÆBENDALES dicuntur in Concilio Coloniensi ann. 1260. can. 11. [Regula reformat. Monast. Mellic. an. 1451. in Chron. ejusdem pag. 413. *Panis Præbendalis est triticeus & esibilis, moderata quantitatis; & apud prandium cuilibet fratrum unus apponitur, addito uno in medio fratrum duorum.*]

¶ PANIS DE PRICKED-BREAD, Re aliqua resperfus, ut panis specarius; ab Angl. *Bread*, panis, & *Prickt*, punctus. Monast. Anglic. tom. I. pag. 498. *Molendinario septem panes de conventu, & septem Panes de Pricked-Bread.*

PANES PRIMITIALES, Qui Ecclesiis aut dominis, pro primitiis offeruntur. Tabularium S. Flori in Arvernia: *Quilibet homo Dom. P. unum Panem Primitialem exsolvat.* Idem qui

PANES PROPOSITIONIS dicuntur in Charta Avæ Comitissæ Ruscinonensis apud Steph. Baluzium in *Append. ad Capitul. num.* 144. *Cum ipsas primitias & ipsas decimas vel Panes Propositionis, vel cum*

ipsas redhibitiones, quas ipsa Ecclesia habet, vel habere debet. Nam iis folis Sacerdotibus & Levitis licet bat vesci, ex 1. Reg. 21.

PANES PROVENDARICIUM. Adalardus lib. 2. Statutorum Corbeiensium c. 1. *Unicuique fratri hortolano per vices centum Panes Provendaricios, quos panes debet dare frater, qui panem providet fratrum.*

¶ PANIS DE REBULETO, Ex farina, unde pollen excretum est, factus. Charta ann. 1297. in Chartul. Fiscamn. *Item quolibet die totius anni unum Panem de Rebuleto post panem conventus.*

¶ PANIS REVERSATUS. Vide *Focacia*.

¶ PANIS ROMANUS. Vide *Panis Papalis*.

PANIS RUBIDUS, recoctus & rubefactus. Isid. l. 20. c. 2.

¶ PANIS DE SALA, Idem qui Hospitum, *Pain de sale.* Chartular. S. Vandreg. to. I. p. 844. *Et habebat duos Panes de Sala & vinum.*

¶ PANIS SANCTÆ ORATIONIS dicebatur *Panis benedictus* apud Albigenfes. Limborch. Inquis. Sent. Tolos. pag. 29. *Item comedit de pane benedicto (Albigenfium) quem vocant Panem Sanctæ Orationis.* Occurrit iterum pag. 30.

¶ PANES SANCTI SPIRITUS, Qui pauperibus per totam Pentecostes hebdomadam erogabantur. Charta Geraldii Abbat. Angeriacenf. an. 1385. in Chartul. ejusdem Monast. pag. 465. *Item in festo Pentecostes reficiuntur singulis diebus illius septimanæ septem pauperes, quibus dantur à cellerario quotidie septem panes frumenti & totidem justæ vini, . . . Et isti septem panes vocantur Panes Sancti Spiritus.*

PANES SANCTORUM, Qui ad altare offeruntur. Herardus Archiep. Turon. in Capitul. cap. 24. *De mulieribus ac Laicis, ut ad altaria non accedant, & ut Sacramenta & Panes Sanctorum, exceptis quæ offerunt, non tangant.*

¶ PANIS qui in sartagine coquitur, apud S. Willelmum lib. I. Constitut. Hirsaug. cap. 9.

PANIS SECUNDUS, Cui furfuris aliquantum admixtum est. *Sequentem* vocat Lampridius in Alexandro Severo, qui scilicet *Mundum* excipit. Constantinus African. lib. 5. Commun. loc. medic. cap. 15. *Panis Secundus, minus est nutritivus, & citius digeritur: quod fit, quia multum est fursureus.* Horat. lib. 2. Epist. 1.

. . . . *Vivit siliquis & Pane Secundo.*

Ubi Schol. *Pane Secundo, non siligineo, non primo, non postremo, sed dispensatorio.* Nostris *Pain de mesnage*, quo ut plurimum in familiis nostris utimur.

PANIS SEGALATIUS. Vide *Segalum*.

¶ PANIS SENIORUM. Guidonis Discipl. Farfens. c. 45. *Debet frater procurator ejusdem loci cotidie accipere ex promptuario panes decem & septem, & libras tres de illo Pane, quem Seniores habuerint in refectorio.*

PANIS SERVIENTALIS, Qui servientibus seu famulis dari solet. Consuetudines Monasterii de Regula: *De Sturgone & Salmone primo captis in Beta medietatem piscatores dabunt, & tunc accipient illi duo piscatores duos Panes Servientales & duas mensuras vini.* *Panis puerorum*, id est, famulorum, appellatur à Petro Damiano lib. I. Epist. 89. *Edebat Panem, non fratrum, non denique Puerorum, sed eum, qui vel ex puro fieret hordeo, &c.* *Panem vassallorum*, vocat Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. cap. 25. *Et illis, qui soliti sunt habere panem de siligine, qui vulgo Vassalors, & qui panem, qui vocatur Vassalors, soliti sunt habere, triticeus albus unicuique justæ una, denarios autem dat Camerarius.* [Processus de Vita S. Yvonis to. 4. Maii p. 550. *D. Yvo panem siliginis, aliquando hordei, aliquando avenæ, aliquando Panem Vassalorum cum oleribus vel pisces aut fabis coctis in*

aqua absque condimento aliquo comedebat.] Huic opponitur panis, qui Plinio procerum dicitur.

¶ PANIS SICCUS, Idem videtur qui *Secundus*. Epistola Episc. cujusdam à Mabillonio laudata to. 3. Annal. p. 310. qua jejuniū triduanum indicitur: *Ad hac Pane Sicco alantur omnes, & crudis ole-ribus cum sale atque pomis, & uno vasculo seu poculo de cervisia refocillentur.*

¶ PANIS SIGILACIUS, apud Baluz. Hist. Tutel. col. 436. *Decem quoque sextaria sigilis propter oblatos Panes Sigilacios.* Idem qui

¶ PANIS SILIGINEUS, apud S. Wilhelmum lib. 1. Constit. Hirfaug. cap. 6. Vide *Sigalum*.

PANIS DE SIMENEL, Joanni Villaneo lib. 8. cap. 82. *Pan de simola.* Vide *Simenellus*.

PANIS TEMPERATUS, Cui opponitur *Distemperatus*, apud Constantinum African. lib. de Ratione victus agr. p. 278. 279. *Panis Temperatus vel sub cinere coctus*, eidem. *Panis coctus temperate*, lib. 5. Commun. loc. medic. c. 15. *ita ut nec exteriora nimis exusta, nec interiora nimis mollia, &c.*

¶ PANIS TRAVERS. Hist. MS. Monast. Beccens. p. 592. *Quandiu vixerit singulis diebus unam micham panis & duos Panes Travers, unam mensuram cervisia, quatuor ova.*

PANIS DE TREIT, in Fleta lib. 2. cap. 9. §. 1. & in Itinere Camerarii Scotie. cap. 9. §. 4. Vide *Wastellus*.

¶ PANIS TRIBOLETI. Charta an. 1442. ex Archivo S. Victoris Massil. *Dominus abbas dare tenetur bonum panem album, qui dicitur Panis Triboleti, quorum quilibet debet esse de pondere VIII. unciarum in pane cocto.* Haud scio an idem sit qui

¶ PANIS DE TRUSET. Capitul. gener. an. 1294. ex eodem Tabular. *Quod nulli speciale vinum vel Panis de Truset omnibus communiter provideatur.*

In veteribus Statutis MSS. pro talemelleriis seu panificibus Parisiensibus horum panum mentionem fieri observavimus, *Pain doubleau. Le Pain pote, qui est plus de 2. deniers. Pain reboutis, c'est à dire refusé, & que les Boulengers n'ont pû vendre. Pain raté, que rat ou souris ont entamé. Pain trop dur, ars, ou eschaudé, pain trop levé, pain alis, pain mestourné, c'est à dire trop petit. Pain blanc appelé de Chailly. Pain bourgeois. Pain faitis, que on dit pain de brode.* Sed de variis panum generibus consulendus Joannes Bruyerinus Campegius l. 6. de Re cibaria c. 9.

PANUM PRÆSTATIO, in venditionibus. Necrologium Ecclesiæ Carnotensis: *Acquisivit, quidquid dictus Miles habebat apud Mundinvillam, videlicet partem suam Panum & vendarum.*

PANEM OFFERRE, ad sacrificium scilicet, in Capitulari Pipini Regis Italiæ c. 32. Vide *Offerre*.

ESSE AD PANEM ET VINUM dicitur domesticus, qui est è familia alicujus, qui ex pane domini victitat. Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 202. *Dominus hereditatis, vel filius suus, vel alius, qui secum sit in domo ad Panem & vinum.* Stabilimenta S. Ludov. lib. 1. cap. 30. *Homme, qui emble à son Seigneur, & il est à son pain & à son vin.* Idem, qui *Larron domestique*, in Consuet. Burdegal. art. 107. & Lodunensi art. 7. *Esse in pane, seu ad panem patris, estre en pain, dicitur filius, qui est in potestate patris, in Consuet. Hannoniæ cap. 42. 98. 106. Montensi cap. 6. 8. 9. 10. 36. & aliis.* Ita *emancipatio* appellatur *mise hors de pain*, in Montensi art. 10. & Allevensi art. 14.

PANEM AUT HOSPITALITATEM DARE, Wargis seu bannitis & fugitivis servis, vel eos in hospitium colligere vetitum, in Lege Salica tit. 57. §. 5.

& tit. 59. in Lege Burgund. tit. 6. & in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 1. §. 4. 5. 6. ubi *humanitatem dare*, idem valet.

PANIS ET AQUÆ REFECTIONE damnati delinquentes Episcopi, in Legibus Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 18. ut & Monachi, in Regula S. Isidori cap. 18. in Concilio Taracon. I. can. 1. & Clerici, in Matiscon. I. can. 5. in Turon. II. cap. 18. 19. &c. *Pœnitentia in pane & aqua*, in Pœnitent. Egberti cap. 31. 32. in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 2. lib. 7. c. 36. in Regula Canonicorum Metensium Chrodegangi Episc. cap. 4. *Parvo pane & aqua brevi, cum abundantia divini verbi, usque ad satisfactionem frui*, in Concilio Metensi an. 888. c. 9. *In pane, sale, & aqua tantum corripit*, in Concilio Triburiensi an. 895. c. 8. 55. Remensi an. 923. Vide Rainardum Abbat. Cisterciensem in Constit. ejusdem Ord. c. 79. Nomasticon Cisterc. p. 287. 317. 365. Huc spectant ista Hieronymi de Vita Clericor. *Fortissimum jejuniū est aqua & panis, &c.*

¶ PANISSA, Minutioris grani species, idem quod *Panicium*. Transactio inter Abbatem & Monachos Crassenses an. 1351. *Duas partes decima & primitia omnium bladorum & vini, fabarum & viminum; sed de millio & Panissa nihil recepit.*

¶ PANISTARIUS, PANITARIUS. Vide supra *Panetarius*.

¶ PANITIA. Vide *Panicium*.

¶ PANITTARIUS, Idem qui *Panetarius*. Charta Eduardi I. Reg. Angl. ann. 1299. apud Rymer. to. 2. pag. 853. *Matthæi de Cria Panittarii Francia, &c.*

¶ PANIZATA. Vide *Palizata*.

¶ PANKETA. Vide *Pancketa*.

¶ 1. PANNA, Sartago, caldarium amplum. Apud Andegavenses, vas fictile majus in quo panni lexivio mundantur, vocant *Panne*. Charta Wichmanni Magdeburg. Archiep. an. 1178. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 8. *Contulimus . . . tantam portionem de puteo salinarum, ut ad coquendum salem quatuor inde Panne instruantur . . . Curiam suam adjacentem donavit presate ecclesie sub ea dispositione, ut de censu tam curie quam predictarum IIII. Pannarum in anniversario suo fratribus jam dicte ecclesie perpetim refectio administraretur.* Consuet. Andegav. ad calcem à Menagio laudata: *Tous marchands de Panne à faire buée.*

¶ 2. PANNA, Vox lignariorum qua lignum designant quadratum sex aut septem pollicum, quod super tecti canterios impositum, ligneisque retentum fulcris, portat asseres, Gall. *Panne*. Hinc *Panna* in Cathedralibus aliisque majoribus ecclesiis vocatur tignum illud transversarium quod ad ambonem positum pluribus cereis ornatur. *Panna* apud Vitruvium dicuntur templa. Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. p. 98. *Item fustum quod vocatur Panna, debet duodecim denarios.*

¶ 3. PANNA GUTTÆ, Ea fastigii pars, quæ tabulato respondet. Tabular. S. Clodoaldi: *Et si predictus Remboldus domus pinnaculum auferre voluerit, vel heres ipsius usque ad Pannam Gutta auferre licebit.* Vide *Gutta* 4.

¶ 4. PANNA, Pellitium. Vide *Pannus* 2.

¶ PANNAGIUM. Vide *Pastio*.

¶ PANNALIUM, Vexillum minus. Funus Johan. Galeaz ann. 1402. apud Murator. tom. 16. col. 1035. *Alia duo (scuta) cum Pannalio de comitatu Anglerie.* Vide *Bandum* 1.

¶ 1. PANNARIUS, Canistrum; *Panier*. Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin.

- p. 276. *Apud Scaulum in primo jardeno ubi Dominus accepit fructus arangiarum & limuncellorum pro ipsis fructibus & uno Panario, taren. 1. Vide Pannerius.*
- ¶ 2. **PANNARIUS**, Pannorum venditor, Gall. *Marchand drapier*. Charta Eduardi III. Reg. Angl. an. 1376. apud Rymer. tom. 7. p. 117. *Concessimus vobis in auxilium pramissorum assisam panis, vini & cervisia ac stallagium Pannariorum & carnificum, aliorum mercatorum, &c. Occurrit etiam apud Madox Formul. Anglic. pag. 283. Menoti Sermones fol. 120. Mitti ad querendum les Drapiers, les grossiers, marchands de foye . . . Pannarios, grossarios & mercatores setarios.*
- PANNEI LAPIDES**, Imbrices, tegulæ, Theuton. *Panne*, & *Gleenpannen*. Chronicon Vindhemiense lib. 1. c. 11. *Quæ Panneis Lapidibus cemento contexerunt.*
- ¶ **PANNELLARE**, in Paginam seu schedulam referre, apud practicos Anglos. Charta Eduardi III. Reg. Angl. an. 1377. apud Rymer. to. 7. p. 147. *Et ideo tibi precipimus quod predictos homines residentes & habitantes in eadem insula, ad comparandum . . . non compellas, nec ipsos vel eorum aliquem in assisis, juratis seu recognitionibus aliquibus (licet nos specialiter tangant) ponas aut Pannelles, nec poni vel Pannelari facias ullo modo. Vide Panellum 2.*
- PANNELLUS**. Vide in *Pavenses*, & *Panellus* 3.
- ¶ **PANNERIUS**, Sporta, corbis, *Panier*. Charta an. 1309. to. 1. Hist. Dalphin. p. 98. *Unus Pannerius piscium debet duodecim denarios. Vide Panerius.*
- ¶ **PANNETERIA**. Vide in *Panetarius*.
- ¶ **PANNETERIUS**, Idem qui *Panetarius*. Proceffus de Vita B. Petri de Luxemb. to. 1. Julii pag. 586. *Robinus Prepositi, Panneterius domini Ducis Borbonii.*
- PANNICIDÆ**, Qui pannos scindunt, Sartores, *Tailleurs*, nostris. Tidericus Langenius in Saxonia: *Sunt mercatores, quibus attribuuntur honores, Sunt Pannicida pleni super omnia fide.*
- PANNICLEROSUS**. Historia Episcoporum Antifiodorensium cap. 51. *Quando ipse intravit Ecclesiam, sic nudum vestimentis Presbyterium, sic Ecclesia corpus ornamentis exutum, sic chorum cappis expoliatum reperit, ut in quinque tantum Panniclerosis, & sexta, quæ bona erat, chorus psallendo triumpharet, &c. Forte pannosis, vel panniculosis, id est, detritis & in frustra decisis.*
- ¶ **PANNICULARIA**, apud JCtos quid sint discimus ex Rescripto Hadriani D. de bonis damnat. *Non enim bona damnatorum Pannicularia significari quis probe dixerit: nec si zonam circa se habuerit, protinus sibi vindicare debet. Sed vestem, qua is fuerit indutus, aut nummulos in venteralem, quos victus sui causa in promptu habuerit, aut leves annulos. Vide Hofmannum.*
- ¶ **PANNICULUS**, Quisquiliarum fasciculus. Miracula B. Simonis de Lipnica tom. 4. Julii p. 560. *Ipsium dum sic quaesivit circumiens littus predicti fluvii, vidit verticem capitis cum crinibus in aqua; existimans utique vel caules altas vel Panniculum supernatare, corpusque non videns quod fuit totum in aqua.*
- ¶ **PANNICUSOR**, Sartor, Gall. *Tailleur*. Charta ann. 1366. pro Aquariatu de Talemundo: *Item dabit & ministrabit Pannicufori qui fuerit Conventui singulis diebus generale sicut uni de religiosis monasterii memorati.*
- ¶ **PANNIFEX**, Idem qui *Pannificus*, in Charta ann. 1478. apud Rymer. to. 12. pag. 61.
- ¶ **PANNIFICIUM**, Pannorum textura, fabrica. Litteræ Philippi VI. Regis ann. 1335. tom. 2.

- Ordinat. Reg. Franc. p. 114. *Ne per contrafactum dicti signi Pannificium Carcassona per alios diffamaretur.*
- PANNIFICUS**, Pannorum confector. Charta Communie Belvacensis an. 1182. *Ad extensionem quoque pannorum penditoria equali altitudine in terra affigi debent, & quidquid de penditoriis, vel de Pannifico, vel de rebus Pannificorum appendentibus forisfactum fuerit, &c. [Baluzius lib. 7. Miscell. p. 304. edidit: Et quicumque de penditoriis vel de Pannifico, vel de rebus Pannifico appendentibus forisfactum fecerit, &c. Quod de pannorum officina intelligendum videtur.]*
- ¶ **PANNITONSOR**, Pannorum tonfor, Gall. *Parreur de draps*. Obituarium MS. S. Gerardi in Lemovic. fol. 31. Die 4. mensis Julii fit anniversarium Gregorii Crofa Pannitonforis.
- ¶ **PANNONCELLUS**, Gall. *Pannonceau du Roy*, Velum quod prædiis obsignatis apponitur. Ordinat. Ludovici X. an. 1315. to. 1. Ordinat. Reg. Fr. p. 572. *Pannoncellos, & signa nostra in jurisdictionibus eorum, nisi in casibus ad nos pertinentibus, per Senescallos, ballivos, & alios iudices nostros, & nisi prius causa cognita legitime poni de cetero prohibemus. Pannoncellos seu baculos nostros . . . apponant, in Charta Caroli V. Reg. Franc. an. 1369. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 473. Vide Brando 2. Pannus 5. & Pennones.*
- PANNUCEUS**, Papiæ, *Pannofus*. *Pannucea vestis, quasi pannosa, dicta, quod sit diversis pannis obsita.* Isidorus lib. 19. cap. 22. habet *Pannutia*. Pro *Obsita*, Ugutio legit *abscisa*. [Perfius Sat. 4. v. 21. *Dum ne deterius sapiat Pannucia Baucis.*]
- ¶ *Panusle* ea, ni fallor, accipienda notione, pro veste scilicet pannosa seu detrita, non pro crepidis, Gall. *Pantoufles*, ut vult Borellus. Le Roman de la Rose MS. *L'en te devoit en un Putel Toueiller comme un viés Panusle.*
- ¶ **PANNUCULA**. Vide *Panucula*.
- PANNULÆ**. Vide *Panucla* [& *Pannus* 2.]
- ¶ **PANNULEIUM**, *Sudariolum à panno, &volvendo filo*. Laur. in Amalth. *Pannuclium* Turnebo lib. 22. Advers. cap. 6.
- PANNULULA**, *Navicula textricum, qua ejus discursu panni texuntur*. Ugutio.
- ¶ **PANNUM**, *Vadium, pignus. Pan ou gage*, in Consuet. Montarg. cap. 4. art. 9. Aurelian. art. 158. Kyliano: *Pand, pignus, hypotheca*. Leges Balduini Flandriæ Comit. ann. 1200. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 766. *Si quis in custodia fructuum terrarum suarum, vel nemorum . . . per se, vel per servientem suum Panna, seu vadia accipere voluerit, & ei Pannum, vel vadium denegatum, id est sconditum fuerit, & inde inter eum & illum qui vadium denegaverit, id est scondiverit, quem supra suum invenerit, rixa & contentiones, vel conflictus moveantur, &c.*
- ¶ **PANNUM GALLINARUM**, pro *Bannum*, ut videtur, Censuræ gallinarum. Vide *Gallinagium*. Charta Alexandri Leodic. Episc. an. 1131. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 709. *Venatores suos seu canes eorum, ancipitres suos & quoslibet officiales, clientes, forestarios, ab impetratione messis, Pannum Gallinarum & quarumlibet exactionum . . . placuit ei omnimode excludere.*
- ¶ **PANNUNCULA**. Vide *Panucula*.
1. **PANNUS**, Portio, segmentum, vulgo *Pan*. Silvester Giraldu de Hibernia expugnata cap. 21. *Militis quoque coxa ferro utrinque vestita uno securis ictu cum Panno lorica præcisa, &c.* Idem in Itinerario Cambriæ lib. 1. c. 4. *Accidit . . . Militem quandam suum*

suum in conflictu contra Wallenses à quodam ipsorum per mediam coxam, cum Panno lorica ocreali ferro utrinque vestitam sagitta percussum esse. U fatici MSS. urbis Ambianensis: Il convarroit, que chil qui le dete claime tenise le tesmoing par le Pan du fercot, ou par le Pan de la cote, ou par le Pan de la cappe, ou par le Pan du premerain garnement kil aroit vestu, & cil qui le conduise doit dire, sire Prevos, veschi Robert, qui chi est contre Huon, qui la est, &c. [Le Roman de la Rose MS.

Chascuns ses Pans à sa ceinture
Met au fuir toute sa cure.]

¶ PANNUS, Pars Ecclesiæ. Ordinar. Eccles. Cabil. apud Marten. Tract. de Ritib. pag. 125. Fit statio in primo Panno & fit statio in secundo Panno.

¶ PANNUS LIGNEUS, Portio nemoris. Charta an. 1245. in Chartular. Pontifar. Leprosi de Arumvilla (legat) unam culturam cum duobus Pannis ligneis. In Consuet. Remensi art. 377. Pan de fust, est murus ex ligno compactus.

2. PANNUS, Cambro-Britannis Pan, Pellitium, pili molliores, Gallis Panne. Tudebodus lib. 5. Itineris Hierosol. Et fecit illis magnum mercatum fieri de equis & asinis, & pane & caseis, & Pannis, & omnibus bonis. Regula Militum Hospital. S. Joannis Hierosol. cap. 12. Deinde Pannos religioni nostra non congruos, nec pelles silvestres omnino portant, &c. Gervasius Dorobernensis an. 1188. Statutum fuit, . . . quod nullus habeat Pannos decisos ac laceratos. Chronicon Vosiense cap. 74. Barones tempore prisco munifici largitores vilibus utebantur Pannis, adeo ut Eustorgius Episcopus, Vicecomes Lemovicensis, & Vicecomes Combornensis arietinis ad vulpinis pellibus aliquoties uterentur, quas post illos, mediocres deferre erubescunt. Adde Fletam lib. 2. cap. 14. §. 2. Vide Dissertat. 1. ad Joinvillam pag. 130.

¶ PANNA, Idem quod Pannus. Testam. Oliverii de Clicio an. 1406. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. col. 827. Dedit domino de Vaucler Pannam seu forraturam hoppulanda sua. Testam. Margaritæ Ducissæ ann. 1469. ibid. col. 1317. Plus donnons à notredit belle-seur deux de nos Pannes, l'une de martre, & l'autre d'armines des meilleures de nos longues robes.

¶ PANNULA, diminut. à Panna. Charta an. 1366. pro Aquariatu de Talemundo: De biennio in biennium (ministrabit Aquarius) Pannulas seu forraturas agnorum, & novitiis capriolorum.

PENNA, Eadem notione, ex Gallico Penne. Statuta Ordinis de Sempringham p. 715. de fratribus Pellipariis: Habeant unde pellicea & Penna Sandlimonialibus & Sororibus Canonicis & Fratibus fiant. [Computus an. 1255. apud D. Brussel de Usu feud. to. 1. pag. 470. Pro Pennis ad dictos drapos & ad drapos auri 1111^e. lib. xxix. fol. Alius ab an. 1333. ad an. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 273. Pro Pennis de veyro robarum Domini & Comitissæ . . . unc. x. taren. xviii. Statuta Monialium S. Salvatoris Massil. ann. 1400. Pōnatur mantellus honestus Penna forratus. Penne de scurrollis, in Statutis Astens. Penna agnina in Privil. Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. ann. 1036. ex Chartul. V. ejusdem Monast. pag. 243. Penna agnina vel pellicia, 1. denar. Le Roman de la guerre de Troyes MS.

Dou mantiel fu la Pene chiere,
Sans piece fu trestot entiere.

Paines, Pesnes vel Piennes nuncupant nostri eas lanæ vel fili partes quæ circa insubulum remanent, de quibus interdum pannus vilior texebatur, unde illum Piennes vocabant, ut ad Litteras Johannis Reg. Franc. an. 1361. to. 3. Ordinat. p. 515. observat Cl. V. Secousse: On ne peut tixtre en une cou-
Tom. V.

verture de laine pignée à sain, plus de deux aulnes de Piennes, puisqu'il y a listieres.]

¶ Hinc Penne vel Pane apud nostrates Poëtas, pro Pellitium quo clypeum seu scutum tegebant. Le Roman de Partonopex MS.

Vait ferir Gaudins durement,
Halt tres parmi l'escu l'asene
De soz la bouche lez la Penne.

Ibidem:

De lez la Penne de l'escu
Parmi l'espaule l'a feru.

Le Roman de la Violette MS.

Et le jayant parmi la Pane
De l'escu le fiert de sa mache.

Le Roman d'Athis MS.

De fort escus fait Tarevenne
Lui perce la premiere Penne.

Vide Buccula 1.

¶ PANNUS BERETTINUS, Cinerei coloris, panni spissioris & vilioris species. Chron. Estense ad an. 1391. apud Murator. to. 15. col. 521. Dominus marchio in signum vera contritionis induit se de Panno Berettino vestibibus superioribus. Pluries ibi. Vide Berretinus & Birrus.

¶ PANNUS DE BIGARIA, f. de bigeria, Pannus rufus, villosus. Vide Bigera. Charta Johannis Comit. Carnot. an. 1222. ex Schedis D. Lancelot: Concedo quod burgenses dampnari Carnotenses portant Pannos suos de Bigaria, salvo omni jure meo.

¶ PANNUS BRUNUS de Duasia, à Duaco civitate, Gall. Douay, nomen habens. Computus ab ann. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 274. Pro una canna de Panno bruno de Duasia pro caligis Domini, taren. xxiv. Ibid. p. 288. ex Academicis Cruscanis hæc laudantur: Lo stesso che Doagio citta di Fiandra dalla quale anticamente ci veniva una spezie di Panno dal nome della città chiamato Doagio.

¶ PANNUS CARTARINUS. Testam. Johan. Gafguy Episc. Massil. an. 1344. ex Tabul. ejusdem Eccl. Lego ecclesie Massiliensi . . . duos Pannos cartarinos, cum quibus saepe jussit parare altare B. Mariæ, in quorum altero est historia sancti Nicolai de opere Anglicano. Occurrit rursus ibid.

¶ PANNUS DIASPRETUS, Panni pretiosioris species, Diaspré. Vide Diasprus.

¶ PANNUS FRATUS, pro Frestatus, vel Fricatus; ni fallor, Cancellatus, Gall. Raié. Litteræ Patentes Caroli V. Reg. Fr. an. 1367. Item quod nulla ipsarum mulierum audeat portare in suis mantellis vel aliis vestibibus aliquas foderaturas Pannorum Fratorum vel de camocato. Vide Fresta.

¶ PANNI GRANÆ, Pannus coccineus. Statuta Massil. l. 1. c. 36. Pro qualibet petia excedente quantitatem seu mensuram VII. cannarum, dentur duo denarii, exceptis Pannis Granæ pro quibus dentur, pro qualibet petia IIII. denarii. Vide Grana 1.

PANNI IMPERIALES. Radulphus de Diceto ann. 1178. Comes Willelmus de Magnavilla Hierosolymis rediit 8. Id. Octobris. Qui peregre profectus, sicut altaria multarum per Angliam Ecclesiarum habuerat in memoria sic & rediens habuit in veneratione Pannos, quos civitas Constantinopolis vocat Imperiales, passim locis distribuens Religiosis. [Le Roman de la guerre de Troyes MS.

Les voilles dreciés ou vent
Fetes de porpre & de cendals,
Et de Pailles Emperials.

Vide Pallium 2.]

¶ PANNUS NIELLATUS, Subniger. Vide Nigellus 1.

¶ PANNUS PLANEUS. Vide Planeus.

- ¶ **PANNUS PROMISCUUS**, Ferruginei coloris. Vita S. Johannis Gualberti to. 3. Julii pag. 348. *Quas (vestes) cum providus pater diversi coloris esse cerneret, nigredinis scilicet & albedinis, timuit, ne si seorsum faceret nigram & seorsum albam, alter aliquando pannum vellet nigrum, alter album . . . qua de causa fieri praecepit Pannum Promiscuum.*
- ¶ **PANNI ROTUNDI**. Bulla Adriani IV. PP. pro Canonicis Placentinis apud P. Mariam Campum in Hist. Eccl. Placent. in Regesto 2. part. n. 12. *Et Pannos rotundos deferentes in Ecclesia constitutis horis domino secundum consuetudinem deservire.* Adde ch. 60.
- ¶ **PANNUS VIRGATUS**, Virgis quibusdam, in longum vel in latum varia serie & colore porrectis, distinctus. Limborch. Histor. Inquis. Tolos. pag. 50. *Item in Monte Albano . . . emit Pannum Virgatum & fecit inde fieri supertunicale.* V. *Virgatus.*
- ¶ **PANNI DE WORSTED**. Skinner. Lex. Etym. *Wordsted, Lana quadam textilis à Worsted oppido Norfolc. ejus opificio quondam celebri.*
- ¶ **3. PANNUS**, Habitus, vestimentum. Liber de Castro Ambasiæ to. 10. Spicileg. Acher. p. 550. *Quadam die Calvomontenses venatorem Fulcoii cum equis, canibus & venatione ab ipso capta ceperunt: Pannos, quorum induti homines Sulpicii, equosque eorum equitantes cum canibus & venatione summo diluculo Ambasio ad domum Fulcoii pervenerunt. Statuta Astens. fol. 2. recto: Pannorum vero eorum (hæreticorum) & rerum mobilium medietas sit accusantium.*
- ¶ **PANNI MONIALES**, Vestes monasticæ. Notitia apud Mabill. to. 4. Annal. p. 742. *Aliam partem cuidam filio suo, quem ipse sicuti seipsum in monachum obtulit, dereliquit hoc modo, quod quando ipse filius pannos indueret, vel si absque Pannis Monialibus moreretur, illa pars monachis funditus remaneret.*
- ¶ **4. PANNUS**, Peristroma, Gall. *Tapissérie*. Johannes Diaconus in Vita S. Athanasii Episc. Neapolit. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1046. *Eodem enim opere in ecclesia Stephania tredecim Pannos fecit, Evangelicam in iis depingens historiam, quos jussit de columnarum capitibus ad ornamentum pendere, & in altare ejusdem ecclesie hujus operis quatuor velamina obtulit, multo auro, multisque gemmis decorata.*
- ¶ **5. PANNUS**, Vexillum, signum bellicum, Gall. *Bannière*, quod præ se ferre in expeditionibus militaribus consueverant nobiliores; atque id fuit etiam Episcoporum & Abbatum jus, ut vassallos suos in prælium sub ecclesiarum suarum vexillis conducerent, cum à Rege vel Principe submonebantur. Charta donationis Comitatus Camerac. ab Imper. Henrico II. an. 1007. *Præcipimus ut prælibatæ sedis Eratwinus Episcopus sui que successores liberam dehinc habeant potestatem eundem Comitatum in usum ecclesie suprædictæ tenendi, Comitum eligendi, Pannos habendi, seu quidquid sibi libeat modis omnibus inde faciendi.* Ex his facile efficitur Pannos fuisse supremi domini insignia: quod firmare iterum licet ex Charta Michaëlis Archiep. Arelat. an. 1214. in Bibl. regia, qua Comiti Montisfortis castrum Belliquadri in feudum concedit: *Et nos Symon Comes Montisfortis . . . in recognitionem domini recipimus vos infra castrum Belliquadri, & reddemus vobis claves ipsius castri, & levabitis signum vestrum in turribus ejusdem castri.* Nec aliunde, ut obiter dicam, vocis banni originem repetendam esse existimo: banni quippe seu vexilla erant Panni hastis affixi; hinc etiam habes nativam, ni fallor, vocis Gallicæ *Pannonceau* originationem. Vide *Penones*.
- ¶ **6. PANNUS OCULI**, Oculi albugo, *λευκωμα*. Constantinus African. lib. de Gradib. *Petroleum . . .*

- valet catarractis & Pannis oculorum.* Idem lib. 2. de Morbor. curat. cap. 2. *Panni in oculis fiunt & albugines ex vulneribus vel pustulis.*
- ¶ **PANNUTIA**. Vide *Pannuceus*.
- ¶ **PANNYCHISMUS**, Nocturnæ vigiliæ, pervigilatio, Græcis *πανυχίδες*. Vide Gloss. med. Græcit. in hac voce. Arnobius lib. 5. p. 173. *Quibus mysteriis pervigilia consecrata sunt & Pannychismi graves.*
- ¶ **PANOCETA RHEINOVIANA**, Panacis species, sic dicta quod circa Rhenum facilius crescat. S. Willelmi Constitur. Hirsaug. lib. 1. cap. 12. *Pro signo Panocetæ Rheinoviænæ, generali præmissio, manum extensam pectori appone, addito boni signo, eo quod res satis commoda sit infirmis.*
- ¶ **PANOCLYSTA**, pro *Spanoclysta*: quod vide.
- ¶ **PANORA**. Vide *Panera* 1.
- ¶ **PANORUM**, Modus agri. Guiduccius lib. 2. cap. 18. de S. Humilitate to. 5. Maii pag. 210. *Anno 1282. 19. Octobris emit Sancta 12. sextaria & 9. Panora terræ à fratribus quibusdam de Pœnitentia dictis, tunc Florentie habitantibus, pro libris 382. & solidis 10. in parochia S. Laurentii.* Vide *Panalata*.
- ¶ **PANOSUS**. Cælius Aurelian. lib. 1. Tard. passion. cap. 4. *Dabimus etiam tum cibum plurimum atque Panosum.* Ubi interpres *Panosum* esse ait panem aridum, vel succo aliquo liquido conditum, vel jure.
- ¶ **PANOTHI**, Populi, iidem qui *Satmali* in Pomponio Mella lib. 3. & *Fanesii* apud Plinium lib. 4. cap. 13. dicuntur: sed legendum apud utrumque *Panotii* probat Turnebus lib. 6. Advers. cap. 19. ex Isidoro lib. 11. Origin. cap. 3. *Panotii, apud Scythiam esse feruntur, tam diffusa aurium magnitudine, ut eis omne corpus contegant. Pan enim Græco sermone, omne: otia, aures dicuntur.* Idem confirmat Carmen de varia Erneſti Ducis Bavar. fortuna lib. 7. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 361. *Audiit interea Panothos cognomine gentes Exercere maris vicini littora, quorum Natura jussu corpus mirabile longis Auribus increvit, adeoque cuncta perosi.*
- Quam prodigiosam fabulam ex eo fictam suspicatur idem Turnebus, quod ii toto corpore pelliti & brachati erant, ut cum hinc inde penderent pellium prægrandes alæ, aures viderentur.
- ¶ **PANOTUM**. Vide *Panale*.
- ¶ **PANS**. Statuta Massil. lib. 2. c. 37. *Addimus quod omnes prædicti aurifabri teneantur sub eodem sacramento non deaurare nec deaurari facere letonem, nec deaurare de folio quod appellatur Pans, nec operari nec facere operari argentum à media uncia.*
- ¶ **PANSA**, *Qui ambulat pedibus in diversa tendentibus.* Gloss. Isid. Vox nota Latio pro Latipes.
- ¶ **PANSELENOS**, *Tota lux noctis, scilicet Luna plena, vel Plenilunium*, Joanni de Janua. Glossar. Gr. Lat. Πανσελνός, luna plena. Alibi: Πληροσελνόν, plena luna. Vitæ Abbatum S. Albani pag. 106. *Cum fuisset luna Panselenos.* Perperam
- ¶ **PANSENIA**, apud Felicem Monachum Girwensem in Vita S. Guthlaci n. 2. *Ad hujus utilitatis commodum hunc codicellum fieri ratus sum, ut illis, qui sciunt memoriam tanti viri, nota revocandi fiat: his vero, qui ignorant, velut late Pansenia indicium innotescat.* Ubi leg. *Panselina*, ex Græc. πανσελνόν, plenilunium, seu πανσελνός, Luna plena, ut est in Gloss. Gr. Latin. Guill. Brito lib. 6. Philipp. *Procedunt igitur, & jam piger astra Bootes Flexerat, & lento girabat plaustra rotatu, Panselenonque poli medio se Luna serebat.*
- Ita legendum, pro *Panselumque*. Petrus Bleſensis Epist. 8. de Luna: *Cum vero in plenitudine tota sua*

est serena, *Panfelenos*. Vide [Ammian. lib. 20. &] Martian. Capellam lib. 8.

¶ PANSERIA, Lorica, Italis *Panziera*, à *Panza*, ut videtur quod Italis & Francis ventrem sonat. Acta S. Petri Cælestini to. 4. Maii pag. 434. *In harum vero quadragenarum aliquibus . . . usus est pro veste solo cilicio; in quibusdam vero cilicio & super ipsum Panseria sive lorica, cujus pondere caro ejus per subintrantes nodos cilicii, ut testantur ejus socii, aliquoties rumpebatur.* Vide *Pancerea*.

¶ PANSPERMIUM, Commune seminarium, materia prima, à *παν* & *σπέρμα*. Goclenius in Lex. Phil.

PANT. Lex Frison. in Addit. tit. 9. §. 2. *Servum alterius per vim sustulit, quod Pant dicunt.*

¶ PANTALERIA, ut *Panthera* 2. Statuta Mont. Regal. fol. 204. *Intelligatur banchum extraxisse de platea, qui illud posuerit subter Pantalerias, juxta murum, pillas vel colonas quæ sunt circumquaque plateam predictam.*

PANTANUM; PANTANELLUM, Palus, ex Italico *Pantano*, luogo pien d'acqua ferma, è di fango: Acarisio, qui vocem Longobardam esse ait, *Il fango tenere e molle. Pergamino, aqua fangosa.* Charta Benedicti PP. an. 1033. apud Ughellum to. 1. Ital. fac. part. 1. p. 121. *Vel alias turres, quæ extensa sunt ab una parte juxta terram vestram, & Pantanum cum eodem ipso Pantano saliente ad viam publicam, &c.* Et pag. 144. *Cum . . . piscuis & silvis, Pantanis & rivis cultis & incultis, &c.* Ita legendum pag. 136. pro *pantariis*. [Charta Goffridi Alifinæ Comitis an. 1165. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1010. *Primum quidem quemdam locum prope Alesnam Pantano circumdatum versus Septentrionem . . . Insuper quamdam domum in predicta civitate constitutam juxta domum Marandi Alberti, & prope Pantanum.*] Charta Friderici Imp. an. 1211. apud Rocchum Pirrum to. 2. p. 639. *Et ducere (aquam) per conductum per terras ipsius domus in parvum Pantanellum suum, & piscarium ibi habere, &c.* Alia ejusdem Imp. an. 1229. ib. p. 640. *Tenimentum terrarum cultarum & incultarum, quod dicitur Pantanium salsum.* Dantes in *Infern.* cap. 7.

Vidi genti fangose in quel Pantano.

Joan. Villaneus lib. 9. cap. 68. *Ed erano si circondati di Pantano, che si non potevã appena andare dal un padiglione all'altro.* Adde c. 70. V. Menagium.

¶ PANTAPOLA, *Simplasiarius*. Gloss. Isid. Leg. *Seplasiarius*, ut est in Excerptis, autore Grævio.

¶ PANTATIO, Pignoratio. Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MISS. pag. 307. *Harum autem querelarum quedam sunt ex debito, quedam de prestito, quedam de pacto, quedam de dampno, quedam de promisso, quedam de Pantatione, quedam de furto.*

¶ PANTERA, PANTERIA. Vetus Notitia ex Tabular. B. M. de Argentolio fol. 59. XIX. fol. . . . *super stallum in Pantera B. Dionysii.* Sugerius de Administr. sua c. 1. *Triginta quinque (solidos) de censu stallorum pistorum in Pantera. . . refectio[n]i fratrum apposuimus.* Idem Suger. de Consecrat. Eccl. S. Dion. *Exeuntes per plateam, quæ Panteria, eo quod inibi omnia emptio[n]i & venditioni teruntur, antiquitus vocantur, &c.* Ubi habes vocis originem, haud multum certam. Hoc forum *Pantere* hodie dicitur, quod à vendito ibi pane duci posset. Huic etymo favet prior locus ipsius Sugerii. Vide *Panthera* 2.

PANTHEMA. Eckehardus junior de Casibus S. Galli cap. 3. pag. 59. de quadam imagine ab ipsa Deipara depicta: *In bractea autem ipsa aurea, cum reliquisset circuli planitiem vacuam, nescio cujus arte posse calati sunt apices;*

Tom. V.

Hoc Panthema pia celaverat ipsa Maria.

Puto legendum *anthema*, seu potius *anathema*, ex Gr. *ἀνάθημα*, donarium.

¶ PANTHEON, Templum omnium Deorum, cui nunc S. Mariæ Rotundæ nomen. Anastasius in Epitome Chron. Casin. apud Murator. to. 2. p. 354. *Impetravit (S. Bonifacius PP. IV.) donari Ecclesiæ Christi templum Romæ quod ab antiquis Pantheon antea vocabatur, quod quasi omnium videretur esse Deorum.* Vide Lexic. Pitisci.

¶ PANTHEUM, pro Basilica, in vet. Inscript. apud Mabillonium Itin. Ital. pag. 224. *Sacrophagum & Pantheum cum tricono disposuit & perfecit; id est, Basilicam tricameratam.*

1. PANTHERA, Retis species, qua capiuntur anates. Describitur à Petro Crescentio lib. 10. de Agricult. cap. 17. [Normanni inferiores *Pantiere* vocant Rete quo capiuntur aves maritimæ. Salmasius de Usur. p. 352. *πανθηρα*, genus est retis, quo omne genus minutarum avium capitur; ut *πανθηρα*, quo piscium omne genus. Vide Lexicon Martinii.]

2. PANTHERA, Tentorium, sub quo mercès in publicis locis venum exponuntur; quod in modum retis *panthera* dicti efformatum esset, forte sic dictum. Statuta Astens. c. 71. fol. 62. *Item quod aliqua persona vendere volens aliquid in mercato de sancto non possit ibi tenere seu teneri facere nisi tabulum unum seu bancham unam longam & longum, unã teysa, & copertum de una tenda seu Panthera tolle.* Vide *Pantaleria* & *Pantera*.

¶ PANTHEUM. Vide *Pantheon*.

¶ PANTIA, Lucanicæ species. Vide *Toma*.

PANTIATUS, Ventrosus Plinio, *ventriosus* Plautō, Græcis *γαστροειδής*, Gallis *Pansu*. Vir *pantiatus*, *venter pantiatus*, apud Michaëlem Scotum lib. de Physiologia cap. 21. & 85. Vide *Pancerea*.

PANTOCHARTA. Vide *Pancharta*.

¶ PANTOFLA, Calcamenti genus, aliud ab hodierno Gallico *Pantoufle*, Germ. *Pantoffel*. Concil. Senon. an. 1480. to. 5. Spicil. Acher. pag. 626. *Ordinamus, quod viri ecclesiastici, religiosi ac ecclesiarum ministri tunicas retro scissas neque cornetas, & pileos, & brodequinos seu Pantofflas, nisi forsan causa invaletudinis alicujus . . . quoquomodo deferant.* Adde Conc. Hispan. to. 4. pag. 246. Vide *Menagium*, Schilterum in Gloss. Teuton. & infra *Sandalia*.

¶ PANTONARIUS, Pontis custos, nostris *Pantonier*. Epistola Laurentii Abbatis S. Vitoni ad Canonicos Virdun. tom. 5. Annal. Bened. pag. 684. *Nonne scandalum lingua erat, quando fratres nostros non monachos, sed rusticos, gardones, Pantonarios & advenas penuria congregatos vocabatis.* Vide *Pontanicum*. Le Roman de *Vacce* MS.

Un Pantonnier fist sus lever

Qui la porte devoit garder . . .

Le Pantonnier qui vout dormir

Ala les pelerins hastant

O son baston plusours boutant.

PANTONERIA, Bursa, seu marsupii species, in Fleta lib. 2. cap. 82. §. 2. forte pro *Panneteria*.

PANTONIUM, *Navigium tardum & grave*, Papiæ. Sed legendum *Pontonium*. Vide in *Pontones*.

PANTUS, Omnis, ex Gr. *παν*, *παντες*. [Charta Regis Merciorum an. 816. apud Hickef. Grammat. Anglo-Sax. pag. 173. *Regimina scepuri cum consilio & consensu Pantorum procerum, pratorumque meorum, &c.*] Aldhelmus Abbas Malmesburienfis: *Pantorum, procerum, pratorumque pio potissimum paternoque presertim privilegio, &c.*

PANUCELLIUM, Penus, vel locus recondendo pã-

H ij

- ni, quocasu legendum esset *Panicellium*. Gloss. Lat. Gr. *Panucellium*, πανυκιον. Salmasius reponit πανυκιον.
- PANUCLA**. Isidor. lib. 19. c. 29. *Panulia*, vel *Panucle*, dicta, quod ex iis panni texantur: ipse enim *discurrunt per telam*. Ubi Papias legit *Pannula*. Gloss. Ælfrici cap. de vestibus: *Panula*, ζελευταδηπαζελ, i. confuta vestis. Ubi Somnerus *pannutia* reponendum censet. *Panucla*, nude habent Glossæ Arabico-Lat. Vide Meursium in πανυκλα, [Martinium in *Panuelium*, & *Pannus* 2.]
1. **PANUCULA**, Morbi species, [feu ulcus magnum, quod *Chironium* Theodoro, aliis *Telephium* dicitur, ut notant Bollandistæ.] Miracula S. Richarii lib. 2. c. 3. *Cui post hanc vocem morbus venenosæ lacerte, sive Panucula, miserabiliter inolevit, quo morbo tertia die vita terminum posuit.* [Pannucula, ediderunt Bollandistæ to. 3. April. pag. 453. *Pannucula*, Mabillonius fac. 2. Bened. pag. 223.] Nonio, *Panucula*, est tumor sub auribus vel inguibus: πανυκλα, Alexandro Tralliano, [Panicula, πανυκλα, in Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm.] *Panicula*, Plinio lib. 3. de Medic. cap. 27. Vide *Papula*.
- ¶ **PANNUCULA**, Eadem notione, in Vita S. Simeonis Stylitæ to. 1. Januar. p. 266. *In femore plagam à diabolo accepit, quemadmodum B. Job: unde morbus Pannucula dictus: & convulsus est femur illius.*
2. **PANUCULA**. Papias: *Panus*, lignum, in quo trama componitur: dictum, quod eo panni texantur. Idem Diminutivum, hæc *Panucula*. Vide *Panucla*. Gloss. Gr. Lat. πανυκιον, *Penus*, *penucula*: legendum, *panus*, & *panucula*. Mox: Πανυκλιον, *Panuculam*. Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 127. [Martin. v. *Panula*, & Lexic. medic. v. *Panus*.]
- ¶ **PANULIA**. Vide *Panucla*.
- ¶ **PANUNCCELLUS**. Vide *Paillo* & *Pannoncellus*.
- ¶ **PANUS**, pro *Pannus*, in Capitul. gener. S. Victoris Massil. *In dormitorio sint semper lecti 60. regularibus straminis vel stramentis & Panis sufficienter ornati.* Alia notione, vide in *Panis* 1. & in *Panucula* 2.
- ¶ **PANZA**, Italis Abdomen, alvus, nostris *Panse*. Statuta Astens. cap. 80. fol. 33. vº. *Si aliqua persona excoriaverit aliquam bestiam mortuam, . . . aut Panzam vel interiora illius bestie projecerit, &c.*
- ¶ **PANZERIA**, ut *Panceria*, Lorica quæ ventrem tegit. Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 278. *Item, pro Panzeria dupla, unc. 17.* Adde Murat. to. 16. col. 1027. Vide *Pancerea*.
- ¶ **PANZERIUM**, Chlamydis genus, Germ. *Panzerhemd*. Testamentum Henrici de Ehrnfels ann. 1440. to. 2. Rer. Mogunt. p. 491. *Lego ad fabricam ecclesie B. V. ad gradus melius mantellum cum foderatura, & melius Panzerium meum.*
- ¶ **PANZERONUS**. Vide *Panceronus*.
- ¶ **PANZONUS**, Navis oneraria. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. ad an. 1264. apud Murator. to. 6. col. 532. *Erant autem naves tres, una quarum major erat aliis, & tarrida magnæ cum gabiis, Panzonus unus, galea duæ & sagitteæ una.* Lanfranci Pignol. Annal. Genuens. ad eundem an. ibid. col. 534. *Et quum transitum facerent per partes Mutoni invenerunt quemdam Panzonum magnum oneratum grano, quod etiam ceperunt.*
- ¶ **PAODENTA**, pro *Padoenta*, Pascua, pasturæ. Charta an. 1320. apud Rymer. to. 3. pag. 843. *Et quod habitantes in loco de Castro novo & bastida prædictis & eorum pertinentiis, habeant pro animalibus suis Paodenta libere in omnibus & singulis territoriis incultis.* Vide *Paduire*.
- ¶ **PAONACIUS**, Violaceus, purpureus, Ital. *Pao-nazzo*, colorem caudæ pavonis referens. Johan.

Demuffis in Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 579. *Domina portant indumenta longa & larga . . . de panno de lana scarlata de grana, & de Paonacio de grana, &c. Paonace*, pro purpura, dixit Godefredus in *sa Satyre des Patenostres*, apud Borellum:

Aussi bien sous bureau, comme sous Paonace.

PAPA. Papias: *Papa*, *Admirabilis*, *major*, *pater*, & *custos*. *Papa*, *paternitatis nomen est*, inquit Walafrius Strabo de Rebus Ecclesiast. cap. 7. & promissive olim datum Episcopis, quos nude *Papas* vocabant. Hinc veterum Epistolæ Episcopis inscriptæ hanc formulam ferme semper præferunt, *Domino Papa N. salutem*, ut patet ex S. Augustino Ep. 13. 18. 222. 256. S. Hieronymo I pist. ad eundem Augustinum, & aliis, quos laudat Joach. Vadianus lib. de Primitivæ Ecclesiæ statu, sub finem, Bignonius ad lib. 1. Marculfi, Savaro ad Sidonium l. 1. Ep. 6. Ita *Papa* passim Episcopidicuntur apud scriptores. Prudentius in Passione Hippolyti Martyris ad Valerianum Episcopum:

Rorantes saxorum apices vidi, optime Papa.

Series Episcoporum Metens. scripta sub Carolo M. *Nobilis in cunctis, Papa Chrodegangus habetur.*

Tortarius Floriacensis de Translat. S. Mauri, cum se Episcopum fuisse insinuasset, priusquam Benedictinum induisset habitum, hæc subdit:

*Gratum est, ut coram Legislatore rependam
Servitium Domino, præsentem mihi Benedicto,
Illius & normam juxta deducere vitam,
Quam me barbarico Papam contradere ludo.*

Adde Gregorium Turon. lib. 2. Hist. c. 27. lib. 10. cap. 1. Anastasium in Collatione S. Maximi Martyr. pag. 116. Vitam S. Domitiani Confess. apud Guichenonum pag. 229. &c. Sed & *Papa* pro Episcopali dignitate sumitur interdum. *Papa urbis Turonica*, Gregorio Tur. lib. 4. cap. 26.

¶ Neque illud prætermittendum, quod, *Papa* vocabulo tametsi promiscue ab aliis donarentur Episcopi, nullus tamen in Occidente hunc sibi titulum tribuerit præter Romanum Pontificem, qui eo nomine tanquam sibi proprio usus est jam inde à Leonis Magni temporibus.

Papa nomen ac titulum *Hieroclam*, seu, ut ab Eutychio in Originibus Alexandr. appellatur, *Heraclam*, Patriarcham Alexandrinum, usurpasse tradit Chronicon Orientale p. 115. & idem Euty-chius: exinde idem titulus cæteris Alexandrinis Præfulibus tribuitur à scriptoribus, uti observatum à Seldeno ad eundem Euty-chium, Goaro ad Theophanem pag. 578. & Allatio lib. 1. de Consensione utriusque Eccles. cap. 18. pag. 262. 263. & aliis. Apud Facundum Hermianensem lib. 4. cap. 2. S. Athanasius *Papa noster Athanasius* dicitur. Adde Pachymerem lib. 10. cap. 32. &c. Petrus Antiochenus Episcopus in Epist. ad Dominicum Gradensem Episcopum in MS. cod. Bibl. Reg. ait, quinque numero esse Patriarchas in Ecclesiæ corpore, quod ab eis administratur ad exemplum quinque corporis humani sensuum; inter eos Antiochenum Episcopum proprie dici Patriarcham, Romanum vero & Alexandrinum nuncupari *Papas*, Constantinopolitanum & Hierosolymitanum Archiepiscopos. Verum non Alexandrino Patriarchæ proprius fuit titulus, cum & Constantinopolitano & Hierosolymitano tribuat Avitus Viennensis Epist. 7. & 23. communisque fuerit omnibus Episcopis appellatio.

¶ At postremis saltem sæculis solus Patriarcha Alexandrinus inter Orientalis Ecclesiæ Præfules *Papa*

nomen sibi sumfisse videtur tum in privatis, cum in publicis litteris seu Conciliorum subscriptionibus; quamquam eadem denominatione donantur apud illos hieromonachi & parœciarum rectores, ut patet ex variis eorum subscriptionibus, quæ in Synodo Jerofolymitana p. 351. habentur. Eodem vocabulo afficitur Mammarius Africanus martyr in Actis ejusdem to. 4. Analect. p. 94. *Est qui tibi pro nobis respondeat Mammarius Papa noster*; qui tamen Episcopus non fuisse videtur, cum hunc titulum omittat passionis illius scriptor. Idem quoque tribuitur nomen Antonio presbytero in Actis SS. Juliani & Basilissæ ibid. pag. 104. laudatis: *Tu es Antonius, quem Papam suum isti testantur*; nisi legendum sit *Papatem*, ut præfert vetustissimum lectionarium Luxoviense.*

Atque hinc est fortasse quod, cum communis esset illa nomenclatura, Romani Pontifices titulum *universalis* nomini *Papa* addiderunt; sic *universalis Papa* dicitur Johannes VIII. in Synodo Ticinensi an. 876. to. 2. Capitular. col. 237. & 239. Idem summus Pontifex *Papa coangelicus* compellatur, in Synodo Romana an. 877. ibidem pag. 255.

PAPÆ denique nomenclatura donati soli Pontifices Romani, ex decreto scilicet Gregorii VII. qui in Synodo Romana statuit, ut *Papæ* nomen unius esset in orbe Christiano. Vide Baronium ad 10. Januarii, & Sirmondum ad Ennodii lib. 4. Ep. 1.

PAPA PATRUM, Vide *Pater Patrum*.

PAPABILITAS, ut mox *Papatia*. Instrum. ann. 1395. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 468. *Dixit ulterius quod cognoscebat aliquos, quos tacebat pro tunc, qui oculum & intentionem habebant ad hoc quod dominus noster de Papabilitate amoveretur.*

PAPATIA, Dignitas Papalis. Flor. Wigorn. ann. 1044. de Benedicto PP. *Hic cum Papatiam emisisset.*

PAPATICUS, Eodem significatu. Charta ann. 1014. to. 4. Annal. Bened. p. 699. *Joannes igitur Papa, qui appellatus est Major, ingressus Papatium, &c.*

PAPATUS, Eadem notione. Leo Ost. lib. 2. cap. 79. *Joanni nomine, qui quasi religiosior habebatur, Papatum tradidit.* [Regimina Padvæ ad an. 1295. apud Murator. tom. 8. col. 450. *Papa Cælestinus renuntiavit Papatui, &c.*]

PAPARE, Summum Pontificatum obtinere. Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensib. *Qui est annus 1144. Verbi Dei incarnati, & septimus Conradi regnantis, primus Lucii Papantis, &c.* [Brevis Hist. Ord. Cartus. apud Marten. to. 6. Amplif. Collect. col. 208. *Ipsi domini Cardinales, relicto utroque Papante dolentes super &c.* Charta an. 1138. apud Calmet. to. 2. Hist. Lothar. col. 317. *Innocentio Papante, Conrado feliciter regnante, &c.*]

PAPATORIUS, Ad Papam spectans. Litteræ Benedicti XIII. PP. an. 1409. ad Cardinales, apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 983. *Ne de eligendo vel potius intrudendo aliquem in papatum, cum quacumque vel quibuscumque persona vel personis colloquium vel tractatum aut deliberationem ullo modo habeatis aut faciatis, nec ad aliquod Papatorium pro dicta postulatione, electione, seu verius intrusione facienda verbo vel scriptura . . . procedatur, vobis . . . districtius inhibemus.*

PAPA SARACHENORUM, apud Jacobum de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. to. 3. Anecd. Marten. col. 270. *Papa Turcorum*, apud Raimundum de Agiles, Qui religioni seu potius superstitioni Mahumetanæ præest. Vide *Calixtus & Chalifa*.

PAPAFIGO, Vox Italica. Bernhardi de Breyden-

bach Iter Hierosolym. pag. 243. *Unde maximus in galea ortus fuit clamor invocantium Deum Sanctosque omnes & vota repromittentium, unde & illud tunc expansum fuit velum (Papafigo Italico sermone cognominatum) quod non nisi in extremo periculo & ultimo exitio apponitur.* Nautis nostratibus *Papefis*, vel *Paquefic*, majus velum mediani mali.

PAPAGALLUS, Psittacus, in Chron. Estensi apud Murator. to. 15. col. 348. Vide *Papagen* & infra *Pappagallus*.

PAPAGALLUS, pro Papalis, in Cod. MS. cujus meminit Godofredus in Notis ad Vitam Caroli VIII. pag. 712. 713. & 714.

PAPAGEN, Ebrardus Beruniensis contra Valdenses c. 23. *Induimini purpura & bysso, id est, Papagen, quasi cultum bonæ vitæ habentes exterius, potius ad nitorem, quam ad utilitatem.* Ubi Gretzerus, ad marginem: *Num vocula Germanica Papages, quasi dicat, Heretici vestri instar multicolorum psittacorum? Sane nos etiam Psittacos Pappeguez appellamus.* Corona pretiosa: Παπαγὰς, psittacus; ψιτταγὰς. Itali *Papagallo* dicunt: *Papagosso*, Joan. de Janua, in *Psittacus*. Arrestum 9. Maii an. 1321. *Unam capellam albam operatam de brodaria cum Papegaldis aureis.* [Vide *Pappagallis*.]

PAPALAR DUS, Vide *Papelardus*.

PAPALHO, pro *Papilio*, Umbella quæ Regibus in urbium ingressibus prætenditur. Charta ann. 1463. in qua describitur solemnitas Ludovici XI. Reg. Franc. in Tolosam ingressus ad calcem Consuet. Tolos. to. 4. part. 2. novi Costum. p. 1061. *Rex acceptis clavibus, illas ibidem dictis dominis de Capitulo restituit dicendo eis . . . Nous les vous commandons & les gardez. Et cum his appposito in signo Papalhonem (l. Papalhone) desuper, dictus dominus noster Rex dictis dominis de Capitulo, & aliis eos concomitantibus dictam civitatem Tolosæ fuit ingressus.*

PAPALICANA SCRIPTURA, Vide *Scriptura*.

PAPARE, puerorum est, sicut manducare virorum. *Papias*. [Pappare, apud Bucelinum in Menolog. Bened. ad diem 3. Januar. p. 9. *Vir pius (Hoftradius) incredibili letitia repletus partem cibi quo vescebat obtulit puero, mira simplicitate congeminans: Pappa, Pappa, (quod est, comede) pulcherrime infans.*] Vide *Perfium* fat. 3. & supra in *Papa*.

PAPARELLUS, Parvus Papa. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 227. de Wiberto Antipapa: *Aliquando enim magnum erat, si quis regium osculum merebatur; gratum, si quis vestigia Papæ oscularetur; nunc versa vice rerum, quicumque inventus fuisset, tenebatur, nec antea dimittebatur, nisi pedem Paparelli illius oscularetur, & sic demum osculo Regis potiebatur.*

PAPARUS, Statuta Astens. *Ad evitandum fraudes decretum est quod de cetero debeant ipsi becharii tenere carmenum seu carmelinum Papari super carnibus, & non tenere super eodem bancho.* Italis *Paparo* anser est.

PAPAS, Pædagogus. Gloss. Isid. *Papas, Pædagogus, qui sequitur studentes.* *Papias: Papas, pedissequus, pædagogus.* *Papas, pædagogus.* *Pædagogus, puerorum eruditor, idem & Papas, id est, custos.* Juvenalis fat. 4.

. timidus prægustet pocula *Papas*.

Ejusdem Scholiastes ad fat. 7. v. 218. *Eunuchus; Pædagogus, aut communi carens sensu, proprium Papias.* Petrus Damian. lib. 7. Epist. 12. *Dimissus itaque puer in medio, sine Papate, vel gerula cæpit ire, &c.* Leo Ost. lib. 2. cap. 29. *Monitus à Papate suo, ut sine suspitione alicujus fugere posset, monastica veste indutus, fugam arripuit.* Occurrit in Vita S. Adalberti Episcopi Pragensis cap. 14. 17. apud Surium 23.

April. & in Actis SS. Viti & Modesti, apud eundem Surium. In Glossa MS. ad disticha Magistri Cornuti, *Papas, tis, garcianus coquina*, dicitur. Vide Dantem in Puig. 15. [& *Pappas* infra.]

PAPAS, PAPATUS, Clericus, vel Sacerdos. Acta Romanæ Synodi sub Zacharia PP. apud Othlonum in Vita S. Bonifacii Mogunt. lib. 2. c. 5. *Et ipsa Epistola (D. Jesu Christi) per manus Angeli Domini pervenit ad Romanam civitatem ad locum sepulchri S. Petri, ubi claves regni cælorum constituta sunt, & duodecim Papati, qui sunt in Romana civitate triduanas fecerunt vigiliis, in jejuniis & orationibus, &c.* Innocentius III. PP. l. 15. Ep. 60. ad Thebanum Archiepiscopum: *Canonici ejusdem Ecclesie obtinuerunt ab eo medietatem omnium Monasteriorum & Papatum, in quibus tres Monachi vel pauciores morantur.* Lib. 16. Epist. 98. ad Episcopum Amyclensem: *Abbatiarum, Ecclesiarum, Papatum, decimarum & possessionum ad eorum Ecclesias pertinentium illicitos detentores.* Et Epist. 115. ad Cardicentem Episcopum: *Quia vero constitit nobis, quod Hospitalarii habebant septem homines Ecclesie Cardicensis, scilicet Papam Leonem, Joannem Fot, &c. Jubemus illos restituere. Præterea omnes Abbatis & Papatus in termino Hospitalis constitutos, &c. Ubi Papatus videntur esse qui Obedientia, seu Prioratus, nostris dicuntur. Bosquetus redditus & beneficia minorum Clericorum interpretatur, quos vulgo *παπάδες* Græci appellant. *Papades*, in Concilio Senensi an. 1423. Goarus ad Cedrenum has voces, *παπάς*, & *παπᾶς*, distinguit: & alteram summo Pontifici, alteram Clericis minoribus convenire ait. In Isaacii Comneni Nov. *Ὅτε ποιεῖ τὸν λιτὸν παπᾶν, ἢ τοὶ ἀναγνώστην* Quibus verbis innuitur *Lectorem* esse ex infimo Clericorum ordine, simplicemque esse Clericum. Atque ita vocem *παπᾶς*, pro Clerico usurpasse Byzantinos constat. Theophanes p. 83. ait Cyrum Præfectum Prætorio, cum sibi timeret à Theodosio Imp. in Ecclesiam confugisse, factumque esse *Papam*: *ὁ δὲ προσφυγὼν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐγένετο παπᾶς.* Et Heraclius cum Crispo Patricio dignitatem abrogasset, & εἰς κληρικὸν σχῆμα τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι jussisset, recitatis à Patriarcha solemnibus precibus, de eo postmodum ad milites verba faciens, *παπᾶν Κρίσπον* appellavit, ut est apud Nicephorum Constantinop. in Breviario pag. 16. 1. edit. Et apud Nicetam Choniatem in Isaacio l. 1. n. 2. *Ἀλλὰ καὶ τὸς προσκυμένους τεμένεισιν ἀπέσφατον πᾶς ποτε ὁ παπᾶς, λέγοντες, Et in templa confugientes mactabant, ubi esset Papa, rogantes, id est, ædis Sacerdos: nam & in Epist. Barbaro-Græca Bessarionis Cardinalis edita à Meursio pag. 59. *παπάδες* pro Presbyteris etiam accipiuntur, uti *παπαδικία*, in Actis S. Eliæ junioris à Combesio editis p. 199. pro *sacrificulis*, uti Presbyteros nostros vocant Calvinistæ: & *παπαδαίαι*, pro *Sacerdotissis*, in Glossis Græco-barbaris. Sed & ejusmodi *παπάδων* uxores *παπαδαίαι* appellantur in Nomocanone edito à Viro doctissimo Johanne Baptista Cotelerio to. 1. Monumentor. Eccles. Græcæ cap. 137. Scribit præterea Scaliger lib. 7. de Emendat. temp. p. 684. Æthiopes, Sacerdotes *Papafath* hodie vocare, ut Episcopos *Episcopafath*. Sed & Indos summos suos Pontifices *Papas* appellare etiamnum tradit Joseph. à Costa lib. 5. cap. 14. p. 232. de qua appellatione, vide Francisc. Lopes de Gomara lib. 2. c. 89. Quin etiam Græcis recentioribus vox *παπᾶς* præponi solebat Hegumenorum nominibus, quomodo vox *Pater* apud Latinos. Concilium Calchedon. act. 1. Περιμένη τὸν παπᾶν**

Ἀεραμίον. Alibi de Eutychete Archimandrita hæretico: *Ὁ παπᾶς Εὐτυχῆς*. Lamentatio MS. de capta Constantinop. *παπάδες, ἠγήμενοι*, &c. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 7. *Papa* nomen paternitatis appellationem esse ait, & *Clericorum congruere dignitati*. Quod etiam colligitur ex Vita Zozimi Episcopi Syracusani n. 16. [Vide Menæa 7. Martii.]

2. **PAPAS**. Isidor. lib. 19. cap. 27. de lanis: *Byssum genus est quoddam lini nimium candidi & mollissimi, quod Græci Papatem vocant.* [Græcis *πάππος*, lanugo carduorum & quivis flos lanuginosus.]

¶ **PAPATIA, PAPATICUS**. Vide *Papa*.

¶ **PAPATISSA**, Nutrix. Passio SS. Viti & Modesti to. 2. Junii p. 102. *Jussit ministris ut B. virum unum cum S. Modesto Papato suo & Crescentia nutrice (al. Papatissa) sua . . . in catasta extenderent.*

¶ **PAPATORIUS** Vide in *Papa*.

¶ **PAPATUS**. Vide *Papa, Papas* 1. & *Papatissa*.

PAPAVER. Vetus Charta apud Joannem Schefferum ad Chron. Upsaliense p. 152. *Obtulit casulam Dalmaticam & subtile cum duabus cappis, omnia de Papavere. Item duo suppellicea de riis. Infra: Item aliud par dorsalis & antependii de Papavere. Item deputabantur duo panni de Papavere ad ponendum super sepulchrum in solemnitatibus.* Occurrit rursum ibi. Meminit Plinius lib. 8. cap. 48. vestium, quas *papaveratas* vocatas fuisse ait. Exceptio corporis S. Florentini Latiniacum MS. *Inscriptio (brevis) hæcerat: Hic requiescit, &c. Erat autem scriptum in Papavere.*

¶ Quales vero fuerint illæ vestes de *papavere* vix conjicere licet. Vossius in Etymol. tenuem ex bysso linoque subtili vestem interpretatur: Salmasius in Solin. pag. 1127. ex pinnarum *papavere* textam. Neutra sententia Harduino placet, qui in notis ad Plinii locum citatum existimat vestes *papaveratas* eas fuisse, quæ eo *papaveris* genere tersæ, ex quo, teste Plinio lib. 39. cap. 4. splendorem candoremque lina traherent, eundem nitorem accepissent. Judicent peritiores. Hesychio, *μήκωνες καὶ ὑφασμα βύσσινον*. Vide Lochnerum de *Papavere* pag. 33. edit. 1713.

¶ **PAPEGALDUS**. Vide *Papagen*.

¶ **PAPEGAUS**. Vide *Pappagallus*.

¶ **PAPELARDIA**, Hypocrisis, nostris *Papelardie*; vel *Papelardise*. Ostiensis in cap. Constitutis Extræ de appellationibus to. 4. Gall. Christ. col. 134. *Fuit electus Rainaldus (Primas Lugdunensis) non secundum Deum, sed non sine Deo, quia bene rexit, & sicut probatur per opera, ipsam Ecclesiam multipliciter augmentavit: unde nec Papelardia sola semper est omnibus aliis præferenda.* Ubi *Papelardia* potius ingenium religiosumque oris habitum, quam hypocrisim significare videtur.

PAPELARDUS, Hypocrita, adulator, simulator: qui *Papa* frequenter exclamat, vel qui ut infantes, qui *Papas*, parentes vocare solent, voce adulatoria uti consuevit. Scio esse quosdam, qui à *παπῶλημα*, astutia, alios, qui à *palpel* Hebraico, i. acere ingenium, deducunt: sed valeant istæ originationes nimis ridiculæ. Galli *Papelard* dicunt. Veraldus in Summario virtutum & vitiorum tit. de Prudentia: *Caro decipit sicut Papelardus, qui dicit se infirmum & pauperem, cum non sit.* M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia: *Si tales homines cum sint cum Papelardis viris & Religiosis, dicunt, Orate pro me, &c.* Infra: *Imo propter hoc dicuntur Papelardi, quia frequentant Confessiones.* Philippus Mouskes in S. Ludovico:

Mais li Beguin & Papelart

Furent encontre d'autre part.

Le Roman du Chevalier au Barifel :

S'irai avec chés Papelards.

Joannes de Condato in Dominicanos, MS.

Il vont faisant le Papelart,

Si ont le cuers plains de mal art.

Gualterus Metensis in Mappa mundi MS.

Tels sont chil à ces capes grans,

Con doit bien appeler trubans,

Qui Papelart nommer se font,

Et à droit, car Papelart sont,

Adont ont à nom Papelart,

Car avoir veulent tout le lart,

Et le plus bel de l'autre gent

Par fausse chiere, & faus semblent, &c.

¶ PAPALARDUS, pro Papelardus, in Vita B. Edmundi Cantuar. Episc. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1791. *Eamus ad Papalardum illum, & illum cominus videamus.*

¶ PAPELINA. Vetus Necrolog. Eccl. Rem. *Debent Senescalli de vino predicta vinea unam Papelinam. Ibid. Debet hospitale nostrum Papelinam unam de quadam vinea sita in cretaria Andrea. Sic in Ecclesia Remensi vocabatur pastus feu extraordinaria refectio, quæ Canonicis in refectorio communi certis diebus subministrabatur, maxime vero iis diebus in quibus decantatæ fuerant natales Antiphonæ O; idque ejus impensis qui antiphonam præcinerat. Papelina dicta hæc refectio à campanula ejusdem nominis, cujus pulsus ad refectorium convocabantur Canonici aliique quibus id erat juris. Liber Collectarum in Tabul. Remensi sign. A. num. 76. fol. 72. De antiqua consuetudine Remensis Ecclesiæ, campana quæ Papeline vulgariter est vocata supra vetus refectorium capituli collocata, per spatium lente solet pulsari in crepusculo noctis cujuslibet à decimo sexto Kal. Januarii, etiam per octo dies subsequentes, ac etiam omni Vigilia dierum in quibus in refectorio sumitur pastus. Corrupte Pampelune dicitur in Ceremoniali MS. an. 1637. ejusd. Eccl. tom. 2. fol. 16. vº. Le 15. de Decembre à sept heures du soir l'on sonne à l'église de S. Michel (quæ olim erat Canoniorum refectorium) une petite cloche appelée Pampelune... le premier jour M. l'Archevesque doit faire donner le vin appelé le vin de Pampelune à un chascun de Messieurs les Chanoines, chascun un pot mesure du chapitre, & à ceux denommés au rôle... Le septième O se chante par le sieur Chantre, l'hostel Dieu donne la Pampelune. La dernière Pampelune se donne par Messieurs du Chapitre par les mains de Messieurs les Seneschaux & Officiers de la Seneschaussée, le sieur Doyen chante le dernier O. Ex quibus colligitur sequiori tempore ad solam vini distributionem id fuisse redactum.*

PAPERES, pro Papyri. Historia Cortusiorum lib. 8. c. 2. *Facti fuerunt fulli omnium sanctorum, & laboreria pannorum lanae, & cartarum Paperum ceperunt Padda. [Vide Rymer. to. 7. p. 233.]*

¶ PAPIANA FIDES, Papalis, Romana, Catholica. Chron. Corn. Zantfliet apud Marten. to. 5. Ampliff. Collect. col. 68. *Anno 1232. quidam Judæus in Hispania comminuendo rupem propter vineam ampliandam, reperit in solida concavitate lapidis librum habentem folia lignea, conscriptum tribus linguis, scilicet Hebraica, Græca & Latina, singillatim in hunc modum: Dei filius ex Maria virgine nascetur, qui pro salute generis humani patietur. Quo lecto, Judæus ad Fidem Papiam conversus est, & cum tota familia sua baptizatur.*

PAPIAS, & PAPPAS, Custos Palatii apud Byzan-

tinus Imperatores. Custos Palatii, Papias, & Ostiarius, in VIII. Synodo act. 5. De qua dignitate vide, quæ observavimus ad Cinnamum p. 480.

¶ PAPICI, Morbi genus. Vita B. Humilianæ to. 4. Maii p. 397. *Infirmas illa vulgo Papici vocabatur, alio autem vocabulo ignis volatilis, alio modo gutta salsa vocabatur.*

¶ PAPIENSES DENARII, Moneta civitatis Papiæ. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 589. *Pro quibus receperunt pretium denariorum subtilium Papiensium argenti libras centum triginta sex. Instrum. ann. 1358. apud Illust. Fontaninum in Antiquit. Hortæ p. 416. Cum salario... quinque librarum denariorum Papiensium pro carta & atramento & lumine. Memorantur præterea in Charta an. 1145. unde in Italia communes fuisse colligit laudatus Fontan. Horum aliquot typos videsis apud Ant. Gattum in Hist. Gymnasii Ticinensis.*

¶ PAPIETARIUS, Qui papyrum facit, chartarius, Gall. *Papetier.* Consuetud. Univers. Paris. per Robertum Goulet fol. 11. *Operatores sive artifices Papietarii qui debent habere molendinos ad faciendum papyrum sunt septem.*

1. PAPILIO, Tabernaculum, tentorium, nostris *Pavillon.* Glossæ antiquæ MSS. *Tabernacula, Papiliones, Tentoria.* Glossæ vett. *Papilio, οὐνίωμα.* Joan. de Janua: *Papiliones dicuntur tentoria ad similitudinem papilionis avis volantis.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Papilio, Papilon qui vole, ou paveillon, c'est tante.*] Papias: *Papiliones, tentoria dicuntur à similitudine parvi animalis: hæ sunt avicula: lumine accenso conveniunt, & circa volitantes ab igne proxime interire coguntur.* Glossar. Saxon. Ælfrici: *Papilio, ꝛanꝝ-ꝛeꝛelꝛ, i. tentorium.* Augustinus lib. 1. *Locutionis de Genesi: Cum essent cubicula aut tentoria, quos etiam Papiliones vocant.* Hugo de Cleeriis de Senescallia Franciæ: *Insuper cum Comes in exercitu Regis perrexerit, Senescallus Franciæ Papilionem centum Militum capacem ei preparabit, & somnarium ad illum portandum, & chordas, & paxillos, &c.* [Receptio Caroli VII. Lemovicis apud Stephanot. to. 1. Fragm. Hist. MSS. *Rex ingressus portale montis Malii, invenit paratum Papilionem pulcrum in armis suis, quem portabant Consules & burgenfes dicta villa. Ubi Papilio est Umbella, Gall. Dais, quæ Regibus in urbium ingressibus prætendi solet.* Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 21. pag. 48. *Papilione igitur oleserica miranda pulchritudinis in raris planicie elevata, &c.*] Utuntur Vegetius lib. 1. cap. 3. 23. lib. 2. cap. 13. lib. 3. cap. 10. Spartianus, vetus Interpres Biblior. non uno loco, Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 5. Annales Francor. an. 799. &c. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 108. Altfridus in Vita S. Ludgeri Episcopi Mimigard. num. 6. Odo Cluniac. in Vita S. Geraldii lib. 1. cap. 27. Tudebodus pag. 787. & alibi non semel, Gestis Consul. Andegav. cap. 13. num. 7. Otto Frisingensis lib. 1. de Gestis Frider. cap. 31. Helmodus lib. 1. cap. 61. Conradus Uspergensis an. 1101. Will. Brito lib. 8. Philipp. pag. 197. Guillelmus de Podio-Laurentii, & alii sine numero. Sic παπυλιῶνα dixerunt Græci recentiores. Procopius lib. 2. Persic. cap. 21. *καλύβην ἐν παχειῶν πῶν σινδόνων πηξάμενος, ἣν δὴ παπυλιῶνα καλεῖν νεομύασιν, &c.* Joan. Antiochenus Malala apud Edy. Bisseum, feu Chronic. Alexandr. de Juliano Imp. *καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν ἴδιον παπυλιῶνα διὰ τῆς νυκτὸς, τελευτᾷ.* Vide idem Chronicon Alexandrinum pag. 726. Meursium [& Gl. med. Græc.] in παπυλιῶν.

PAMPILIO, in Gestis Ludovici VII. Regis Franc. cap. 19. 22.

PAPILIONES, Nummi aurei Francici sic dicti, quod Rex in iis sub papilione in throno fedeat. Vetus Regestum: 114. Novembr. 1338. usque ad 14. Junii 1339. fiebant Papiliones ponderis 48. Vide Moneta.

2. **PAPILIO**, *Scyrpeum vasculum*, Papiæ. Sed infra Papyrio scribitur.

¶ **PAPINIANISTÆ**, Dicti olim qui biennium in legum studio versati, tertium etiam adjungebant, legentes libros Papiniani. Imper. ad Antecess. Ne autem tertii anni auditores, quos & Papinianistas vocant, nomen & felicitatem ejus amittere videantur. Joh. Calvin. Lexic. jurid.

¶ **PAPINIO**, Idem quod Papilio. Ogerii Panis Anal. Genuef. ad an. 1213. apud Murator. tom. 6. col. 405. Et exercitum totum fugarunt, tendas quoque, Papiniones & arnisium habuerunt.

¶ **PAPIO**. Jacobus de Vitriaco Hist. Orient. lib. 3. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 279. Sunt ibi (in terra Jerosolymitana) cameli, & bubali abundanter, & Papiones quos appellant canes silvestres, acriores quam lupi.

¶ **PAPIREUS CISTERNUS**. Testam. Cardinalis Ambian. an. 1402. apud Godefredum in Addit. ad Notas in Hist. Caroli VI. p. 754. Suum testamentum... condidit, fecit & ordinavit, prout & quemadmodum in quodam cisterno Papireo, quem per me... publicari voluit.

¶ **PAPIRUS, POPYRUS**, Breviarium actorum & agendorum, index, recensio. Charta ann. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 319. Volentes ulterius, quod prefati Consiliarii... Papirum habeant quam unus fidelis notarius eligendus per ipsos Consiliarios custodiat, & in quo singula per ipsos facienda per ipsum notarium conscribantur... quodque singulis duobus mensibus semel procurator noster cujuslibet Bayllivie ipsam Papirum dicto sigillo Consilii sigillatam, ad nostram presentiam, vel nostrum magnum Consilium studeat apportare, per acta, gesta & expedita per eos illis duobus mensibus referendo. Ordinat. domus Dalphin. ann. 1340. ibid. p. 392. Faciant... de omnibus paramentis, libris, jocalibus & rebus nunc existentibus in eadem (capella) & de hiis quæ erunt in illa processu temporis, successive singulis terminis inventari in & Papirum unum. Statuta Monast. S. Claudii auctoritate Nicolai V. PP. p. 87. Quodque de emolumentis dictæ sacristie S. Claudii fiat una Papyrus in qua de verbo ad verbum scribantur litteræ hujusmodi, ... insuper quod fiat alia Papyrus in qua per modum inventarii scribantur litteræ præscriptæ.

¶ **PAPISCI**, pro Pacisci, ut videtur. Vide in hac voce. Acta S. Cassiani apud Illust. Fontaninum in Antiquit. Hortæ p. 345. ubi de Juliano Apostata: Unde erga Sanctos bellum commoverat excors, Induperans perimi, & nullum super arva Papisci.

PAPONIUS. Gloss. Sax. Ælfrici: Paponius, ðrun-cen. i. Ebrius. Gloss. Arabico-Lat. Paponius, ebrius. Infra: Papotentia, ebrietas, sed legendum videtur paponientia. His locis bibonius restituunt viri docti; potuissent etiam popinius, à popina, restituere.

¶ **PAPPAGALLUS**, Pstittacus, Perroquet. Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 278. Item, pro emendis duobus Pappagallis & uno gatto-maymone, unc. 11. taren. vi. Ibid. pag. 280. Petro Usserio pro reparatione cabie Pappagalli 1v. den. Nostris olim Papegaus. Inventar. Ornament. & Reliq. Eccl. Noviom. ann. 1419. Item una alia alba pro presbytero cum paramentis panni serici broderati per quarrellos albos & virides super croceo ad aves Papegaus

& alias aves. Le Roman de Florence, &c. MS. Li Papegaus sailli en piés, Seigneur, dit-il, oez, Ge di que li roxignox ment, De la bataille me present.

Vide Papagen.

¶ **PAPPARE**. Vide Papare.

¶ **PAPPAS**, Discipulus. Vita 2. S. Adalberti Episc. Prag. sæc. 5. Bened. p. 867. Post populus terra Episcopum suum revocant: viri sancti Pappatem Radlam, qui frater carnis suo Duci erat... Unde cogitans Episcopus, quod nec sibi, nec illis cassus labor profuisset, anima vero sua talis statio obesset, Pappati suo ait: Scias certum, aut ubi ego sum venies, aut amplius me nunquam videbis. Differunt ergo, ut monet Mabilionius, pappas & papas ut, apas sit pædagogus, qua notione occurrit in hac 2. Vita num. 3. ubi Adalbertus dicitur Pappas mo um & magister sensuum. Vide Papas 1. Pappas vero sit papa discipulus.

PAPULA, Ulceris species. Vita S. Lominici Abbat. Sorani in Italia num. 2: Cum ecce inter eundum lethali ulcere quæ Papulam vulgus vocat, à maxilla invaditur. [Vide Lexic. medic. Pancr. Brunonis.]

¶ **PAPYRUS**, Planta nascens in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ex cujus libro texebantur vela, tegetes, vestes, ac funes, ut docent Theophrastus lib. 4. Hist. plant. c. 9. & Plinius lib. 13. cap. 11. Hinc non semel storeas Monachorum, & mattas ex papyro confectas legimus. Regula Solitariorum cap. 47. Habui etiam lectos ex auro vestitos & pretiosissima stramenta: & pro his dedit mihi Deus stramentum hoc de Papyro, & hanc pellem. Petrus Damiani in Vita S. Romualdi n. 38. Ipse in storea de Papyro confecta, tenera delicati corporis membra terebat. Idem lib. 1. Epist. 19. Papyrina storea stramenta. Et lib. 6. Epist. 30. In eremo stratum molle juncus est, vel Papyrus. Apud Marcellum Empiric. lib. de Medicam. cap. 10. Linum vel Papyrus ligata, &c. Cap. 34. Lanugo de Papyro. Denique Tertullianus five Cyprianus ad Senatorem:

..... caligaque remota,

Gallica sit pedibus molli redimita Papyro.

Sed hæc nota. Vide Salmasium ad Solinum pag. 1003. [& Melch. Guilandin. de Papyro.]

Præterea papyram in lucernis & cereis adhibitam non semel observare est vice ellychnii. Johan. de Janua: Dicitur Papyrus, quasi parans pyr, i. ignem, eo quod in cereis & lampadibus ponitur ad arendum. Idem: Dicuntur funalia licinii a fanibus, inter ceram, quos ante usum Papyri cera circumdatos habuere majores. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 8. In quo (cicindel) nec Papyrus addita, nec olei gutta stillantis adjecta, &c. Marcellus Emp. c. 8. p. 70. Lucernam fictilem de Papyro & medulla vaccina con-cinnato. Paulinus Natali 3.

Clara coronantur densis altaria lychnis,
Lumina ceratis adolentur odora Papyris.

Idem Nat: 7.

Interea meus iste choro digressus amico,
Ut spirante foris aura depelleret æstum,
Quam famosa dabat ceratis cella Papyris.

Drepanius de Cereo Paschali:

Æquoream cohibet formatrix cera Papyrus;
Cera domus mellis, &c.

Gregorius M. lib. 1. Dialog. cap. 5. Omnes lampades Ecclesia implevit aqua, atque ex more in medio Papyrus posuit. Fortunatus lib. 2. Vitæ S. Hilarii sub finem: Quantum fuit cerei longitudo, cera jaciens inventa est, Papyro consumpta, &c. Althelmus de Laude Virg. cap. 21.

Papyrus in medio radiabat lumine centro.

Bombacina papyrus in candelis, in Constitut. Sicul. lib. 3. tit. 36. §. 1. *Papyrus candelarum*, apud veterem interpretem Juvenal. sat. 3. v. 287. & Vegetium lib. 2. Artis veterin. c. 57. Serapion: *Est alius Papyrus, quem Latini vocant papirum, vel charta silago, qua utuntur Sacerdotes pro vivificando lumine in Ecclesiis.*

PAPYRIONES, Loci, ubi crescunt papyri, Mamotrecto ad 2. Exod. *Chartarii loci*, Apuleio lib. de Virtutib. herbar. c. 1. [Bernhardi de Breydenbach Iter Hieros. p. 218. *Tandem descendente filia Pharaonis ut lavaretur in flumine, gradientibus secum puellis per crepidinem alvei in vistella cirpea fuit inventus in Papyrione.*]

PAR, Conjux, in Lege Ripuar. tit. 49. apud Marculfum lib. 1. form. 12. lib. 2. form. 5. 30. 39. &c. [Capitul. Pippini Reg. an. 752. cap. 6. *Nam qui de pretio Paris sui de tali necessitate liberatus fuerit, in tali conjugio debet permanere, & non separari.* Charta Henrici Imperat. an. 1012. pro Monast. Florin. *Item servus ecclesie qui Pareem suam non habet, &c.*] Matthæus Vindocinensis in Thobia:

Sponsa datur justo sobria Parque Pari.

[Eadem notione Ovidius Fast. 4. 98.

Et docuit jungi cum Pare quemque sua.]

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Isi qu'il prend moi à Per & à moiller.

[Le Roman de la Violette MS.

A mouyller la prins & à Per.]

Le Roman d'Aubery:

Avoir la puet à Per & à moillier.

Passim ibi. Vide Compar.

¶ PAR, Socius, comes; hinc *Bon Par*, Gall. *bon Compagnon*, cognominatus Ranulphus Bernardi I. Comit. Petrocor. filius, apud Bessium Hist. Comit. Pictav. c. 15. p. 47. Le Roman de la Violette MS.

Atant se assient au souper

N'orent lors compaignon ne Per.

Le Roman de Vacce MS.

Chescun a honte de fuir,

Et chescun vout le champ tenir,

A son Per chescun se vante

Tuit ensement de lour puissance.

Ibidem:

Chevaliers y'a bons, & maniers de joster,

Ne doutent nulles, se il sont Per à Per.

¶ PAR, Qui æquis viribus pugnat. Parent ea notione usurpat le Roman de Vacce MS.

Si com en champ font champion

Quant Parenz sont dui compaignon.

Parigal dixit eodem significatu le Roman de Floire MS.

A moi volez joster à pié,

Vostre pris en ert abaissié;

Mais laissez moi quoi mon cheval,

Et quant nos serons Parigal,

Se poez avoir le meillor,

Tornera vos à grant benor.

PAR APOSTOLIS, appellatus fuit S. Martinus, propter miraculum illud, quod in Turonibus accidit, dum sacra celebraret, (de quo Sulpitius Dial. 2. c. 2. Fortunatus lib. 1. poëm. 5. lib. 10. poëm. 5. & lib. 3. de Vita S. Martini) uti scribunt Beletus de Divin. offic. cap. 163. & ex eo Durandus in Ration. lib. 3. cap. 17. n. 13. & lib. 7. c. 27. Adde Udalicum lib. 1. Consuet. Cluniac. c. 43. Sulpitius Severus in illius Vita lib. 2. *Est enim ille, ubi est, confertus Apostolis ac Prophetis, & quod pace Sanctorum omnium dixerim, in illo justorum grege nulli*

Tom. V.

secundus. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Compar Apostolicis meritis æquande Prophetis.

Vita MS. S. Arnulfi Crespiensis, de S. Martino: *Sanctissimus, & nulli post Apostolos secundus.* Adde Odonem Cluniac. in tract. cui titulus, *Quod B. Martinus Par dicitur Apostolis, & Petrum Dam.* Existat in Biblioth. Vallis S. Martini Lovaniens. Liber Adami Abbatis, *adversus eos, qui reprehendunt Ecclesias, in quibus cantatur, Martine Par Apostolis, &c.* *Ἰσαως ὄλε* titulum variis Sanctis concessum etiam docemur ex Menæis Græcorum, atque in primis S. Theclæ, S. Albercio Episcopo Hierapolitano, Constantino M. & Helenæ matri, Mariæ Magdalenæ, & aliquot aliis. Id de Constantino testantur potissimum Eusebius in illius Vita l. 4. c. 71. Joannes Damascenus in Synodica ad Theoph. Imp. Anna Comnena lib. 14. Alex. Cinnamus lib. 1. Balsamon, Manuel Comn. Nov. 1. & alii. Ermanricus in Vita S. Soli c. 1. *S. Solus Apostolis in omni actione sua pene consimilis.* Et in hymno de eodem:

Vita consimilis vixit Apostolis.

PAR LITTERARUM, Gallis, *une paire de lettres.* Ita unicam Epistolam vocabant, quod complicata quasi binas efficere videatur. Matth. Paris: *Ubi Falcasius cecidit in misericordiam Regis de plusquam triginta Paribus litterarum, &c.* Radevicus lib. 3. de Gest. Frider. cap. 10. *Multa Paria litterarum apud eos reperta sunt.* Chronicon Belgicum p. 222. *Misit . . . duo Paria litterarum, &c.* [Epist. Innocentii III. PP. to. 3. Concil. Hispan. p. 447. *Super hujusmodi vero responsione conscribi fecit idem Episcopus tria Paria litterarum.* Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Ufu feud. to. 2. p. CLXIV. *De Templo, per II. Paria litterarum VI. l. Tria Paria caligarum ferri, duo Paria camberiarum ferri, in Charta an. 1294. Pro II. Paribus robarum, in Computo mox laudato p. CLVII. Duo Pares de cepo, in Charta an. 1260. Charta an. 1213. Ubi Par unus erat balnearum, de cetero duo Paria habeantur.] *Par mularum, in l. 22. D. ad legem Aquil. Poculorum Paria duo, in l. 3. D. de leg. 3. Duo Paria boum, apud Monachum Sangallensem lib. 2. cap. 21. Leo Ost. lib. 3. cap. 57. (al. 58.) Alia candelabra argentea cum malis crystallinis Parium unum. Bazili de argento Parium unum. Occurrit ibi pluries & cap. ult. [Vide Pradisterium.]**

PARES, Qui ejusdem sunt conditionis, vel dignitatis, in Lege Aleman. tit. 93. in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 71. 72. apud Marculfum lib. 1. form. 32. in Præcepto Ludovici Pii an. 816. to. 2. Hist. Franc. p. 322. &c. Fredegarius Scholast. in Chron. an. 762. *Factum est autem, ut Australdus Comes, & Galemanius itemque Comes, cum Paribus eorum, ad propria reverterentur. Mox: Contra quem Adalardus Comes Cavalonensis, & Australdus idemque Comes, cum Paribus eorum, contra eum venientes, &c.* [Ibid. *Mancionem Comitem consobrinum suum paribus Narbona cum reliquis Comitibus transmisit. Itaque per Pares alii Comites designantur.*] Charta Dagoberti Regis Francorum, feu Austrasiorum, apud Henschenium lib. 2. de tribus Dagobertis cap. 8. *Taliter per suam præceptionem ad ipsa loca sanctorum visus est concessisse, & hoc ad presens Pares ipsius Monasterii possedisse.* Alia Grodegangi Episcopi Metensis apud Meurissium p. 167. *Ego Grodegangus una cum voluntate illustrissimi Pipini inclyti Francorum Regis avunculi mei, & cum consensu omnium Parium nostrorum Episcoporum, Abbatum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, vel omni clero, seu & hominibus S. Stephani Metensis Ecclesie, cogitavi casu*

humanae fragilitatis, &c. Charta Theodorici Regis Franc. in Actis Episcoporum. Cenom. pag. 186. *Et, ut diximus, ex nostra indulgentia sapeditus Berarius, aut Pares Ecclesie sue Cenomanice, vel monasteria sua, de omnibus villis vel curtis suis, vel qui per ipsam Ecclesiam sperare videntur... hoc debeant possidere, &c.* Epistola Nicolai PP. ad Henricum Archiep. Turonensem, apud Baron. an. 866. n. 45. *Ad quorum venerandum Conventum Wiphadum quoque (Episcopum) cum jam præsognatis Paribus suis vos astare procul dubio volumus, &c.* Hariulfus lib. 4. c. 21. de Hugone Comite Pontivi: *Ob hoc reliquis Paribus suis Hugo Abbatensis fortior factus est, &c.* Curia Generalis Catalanæ ann. 1291. *Si aliquis reptabit aliquem Militem, & dabit Parem vel contra similem, quod non possit ipsum dare, nisi sit Miles, vel filius Militis pro suo genere.* Agitur de duello. Vide *Crescere*. Ita Pares sese invicem appellant filii Ludovici Pii Imperatoris, in Conventu ad Marsnam an. 851. cap. 2. 3. in Synodo apud Vermeriam ann. 853. cap. 9. in Capitul. Caroli C. tit. 14. c. 1. tit. 16. c. 10. tit. 18. c. 4. tit. 19. tit. 26. c. 2. tit. 32. c. 1. 14. in Epistola Episcoporum. ad Ludovicum Regem cap. 12. in Edicto Pistensi c. 30. in Conventu Furonensi an. 879. c. 1. in Annalibus Francor. Bertinian. an. 851. &c.

COMPARES, Eadem notione. In veteri Notitia an. 926. apud Bellium in Comitibus Pictavensibus pag. 219. *Et dixit eis, ut venirent comitantes ipsum usque Obiacum, & ipse ibi cum suis Comparibus Bosone scilicet & Berengario... occurreret eis.* Ita apud Baldricum Noviomensem lib. 3. cap. 75. *Comparaes sunt Pares, feudales, & in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 34.*

PARES exinde appellati unius domini convassalli, quod ratione hominii ac *tenurae* sibi invicem *pares* sint, uniusque domino subsint: à quibus solis judicari poterant. Nam convassalli diversarum Baroniarum seu territoriorum, eidem domino subjecti, non dicuntur proprie *Pares*. A paritate igitur conditionis & dignitatis appellatio ista profuxit: unde, qui aliis *Pares*, dicuntur *Æquales*, in Speculo Saxónico lib. 2. art. 12. §. 12. *Bannitus, id est, dignus officio Scabinorum, licite quemlibet sententiare potest: ipse autem à nullo, ubi vitam, honorem, aut hereditatem attigerit; sed duntaxat à suis Æqualibus sententias aut eorum increpationes patitur.* In eandem sententiam Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 31. *Unusquisque per Pares suos judicandus est, & ejusdem provincie: peregrina vero judicia modis omnibus submovemus.* Jacobinus de S. Georgio in Tract. de Feud. cap. 29. num. 9. *Pares Curie seu Curtis dicuntur convassalli, qui jurarunt fidelitatem eidem Domino pro aliis feudis, quæ tenent ab eo. Sed si essent vassalli, qui non præstitissent sacramentum fidelitatis eidem domino, non dicerentur esse de Paribus Curie. Et est advertendum, quod isti Pares Curie, qui habent cognoscere de causa feudali, debent esse illius qualitatis, cujus sunt vassalli litigantes; & ideo, si vassallus litigans cum Domino est Comes vel Baro, certe Pares Curie, qui habent cognoscere de causa feudali, debent esse Comites vel Barones.* Proinde jure exploditur virorum doctissimorum sententia, qui *Pares à Patriciis Francicis*, de quibus suo loco, deducunt, ut Budæi ad l. ult. de Senatoribus, Turnebi lib. 15. Adv. cap. 16. Paschafii in Disquisitionibus Francicis lib. 2. cap. 9. Pithœi ad Consuetud. Trecent. art. 1. Chopini lib. 3. de Doman. tit. 7. num. 3. Loifelli in rebus Bellovac. cap. 5. & aliorum.

¶ *Pares eadem ratione dicti ecclesiarum & mona-*

steriorum convassalli. Bulla Innocentii II. PP. an. 1142. apud Miræum to. 2. p. 1163. *In quibus hac proprius duximus exprimenda vocabulis; videlicet, justitiam civitatis (Cameracensis) monetam, ... cambas & mansionarios; omnes Pares & casatos, &c.* Bulla Alexandri III. PP. apud Mabill. Diplom. pag. 265. *Idem Gerardus in curia Noviomensis episcopi parebit iudicio per Pares suos homines ipsius Episcopi.* Charta Ludovici Pii apud Baluz. to. 3. Miscell. pag. 138. ubi de monachis Anifolæ: *Sed quia vos & Pares vestri hoc mihi celastis, & per fraudem & malum ingenium facere suastis, &c.*

¶ *Pares* vero appellati videntur ii potissimum qui majores *tenuras* à domino feudali sub ratione hominii tenebant; quamquam enim convassalli omnes primum *Pares* nuncupati fuerint, quod ejusdem essent conditionis, ad eos tamen exinde vox illa mansit, qui à servitiis exempti, hominio tantum obnoxii erant. De iis accipienda quæ sequuntur.

¶ PAR INTEGER, Qui integrum feudum tenet. Charta an. 1214. in Tabul. Corbeienfi: *Ego Eustachius de la Leutillie notum facio quod ego & heres meus lizanchiam & stagium unius anni annuatim Vicedomino & heredi suo cum uxoribus nostris apud Pinconium ut Par integer ad custus nostros debemus.* Eadem habentur in Charta an. 1244. ex eodem Tabul.

¶ SEMIPAR, Qui dimidii tantum ratione feudi domino subditus est. Charta an. 1244. in laudato jam Tabul. *Ego Manasserus miles dominus de Blangiaco... notum facio quod ego & heredes mei stagium septem menses Vicedomino in quolibet anno & heredi suo cum uxore nostra apud Pinconium ad custus nostros debemus & quod ego sum Semipar ejusdem.* Robertus de Ribemonte est *Par & dimidium*, in Hist. Harcur. to. 4. p. 2172.

Tenebantur porro Pares judiciis dominicis interesse, iudicumque munere fungebantur: & ad id adstringebantur feudorum suorum ob signatione, vel custodum in iis positione, *par saisie de leurs siefs, & par établissement de gardes*, ut est apud Bellomanerium cap. 65. Nam ut habent Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 36. *Se ainsi n'estoit, le Seigneur ne poroit court tenir, telle come il doit, ne les gens avoir leur raison, se le seignor ne pouvoit ses homes de strandre, si com il est ci dessus dit, à faire les esgards ou connoissances, qui sont mises sur eux à faire.* Vide Consuetudinem Solensem tit. 2. art. 3.

Quod si legitimam excusationem haberent, quominus possent judiciis dominicis interesse, tenebantur eo casu paris sibi conditionis vicarios submittere, qui eorum locum tenerent in iisdem judiciis. Bellomanerius cap. 67. *Nus por service qu'il ait, n'est excusés de faire jugement en la court la u il le doit sere d'ouvrage; mès s'il a aucun loial ensoine, envoier i pot home qui selon son estat pot représenter sa personne.*

¶ Satis nihilominus interdum fuisse videtur Procuratores, inferioris licet conditionis, constituere, qui absentiae causas proponerent absentisque nomine suam proferrent sententiam. Litteræ Eduardi Reg. Angl. an. 1312. apud Rymier. tom. 3. p. 317. *Cum vos per Litteras vestras, nobis in Ducatu nostro prædicto ut intelleximus dederitis in mandatis, quod die Dominica, à die Pascha proximo jam præterito in tres septimanas (ad quem diem curiam vestram Parisius de Paribus Francie vultis habere munitam pro facienda justitia Comiti Flandrie...) ibidem personaliter interfimus, ac nos pluribus arduis & inevitabilibus negotiis nos & statum regni nostri tangentibus occupati ad diem prædictum Parisius nequeamus personaliter interesse ad allegandum causas absen-*

ria nostra & ad proponendum coram vobis & curia vestra ea que pro nobis proponenda fuerint in premissis, dilectos clericos nostros, magistros Thomam de Cobham S. Th. Doctorem, Walterum de Thorp utriusque juris professorem Canonicos in Ecclesia S. Pauli London. & Henricum de Cantuaria ac quemlibet eorum in solidum nostros Procuratores constituimus per presentes, ratum & gratum habituri quicquid per predictos Procuratores nostros, aut duos, vel unum eorum, nomine nostro factum fuerit in premissis.

Habetur formula submonitionum Parium, ex parte Domini, quo ad agenda judicia convenient, in Regesto Parlamenti Parisiensis continente Acta juridica in Robertum Atrebatensem fol. 91. in hæc verba: A toutes les journées qui furent assignées à Monsf. Robert d'Artois, & à faire tout le proces fait contre lui, furent ajournez les Pairs de France en la forme & maniere qui ensuit. Philippe par la grace de Dieu Roi de France, à tel... Per de France, salut & dilection. Comme nous à la requeste de nostre Procureur ayons fait adjourner notre seal Robert d'Artois Comte de Biaumont & Per de France à la quinzaine, du jour de Feste S. Andrieu prochaine venant 14. jour du mois de Decembre à Paris pardevant nous, ou pardevant notre Court suffisamment garnie de Pers & d'autres si comme il appartient, pour respondre à certains articles criminels & civils, qui touchent & povent touchier le fait de son corps & de sa personne, & de la Parrie que il tient, & pour faire audit Procureur, & audit Comte, droit & justice, si comme raison donra. Pour ce nous adjournons vous qui estes Per de France à ladite journée & audit lieu, pour faire es choses dessus dites & appartenances d'icelui ce qui appartient à faire à ladite journée, tant comme il vous puet touchier selon ce que raison sera. Et neanmoins nous vous mandons que vous nous rescrivez sous vostre scel le jour & l'heure que vous aurez les lettres receüs. Donné à tel lieu, &c. Deinde hæc verba subduntur: Supposé que les adjournemens ne fussent ainsy faits, n'y a force, quar jà ne sera trouvé que le Roy soit astraint à certaine forme de adjourner ses Pers, puis que la cause li touche, c'est assavoir son office; quar il ne sont mie appelez Pers, pource que il soient Pers à lui, mais Pers sont entre eux ensemble. La forme des presentations & des adjournemens. Ph. par la grace de Dieu Rois de France, à tel Bailly, &c. Salut: Nous te envoions unes lettres ouvertes, par lesquelles nous adjournons nostre amé & seal tel Per de France à tel jour, &c. à Paris pour certaine cause, si comme il est plus plainement contenu audit adjournement. Si te mandons, & si mestier est commettons que tu en ta personne, ou par personne convenable presentes & bailles audit tel Per, nosdites lettres & adjournement, & li requier de par nous, que il nous certifie du lieu & du temps que il aura receu ledit adjournement, & de ce que tu auras de ce fait, nous rescri sealment sous ton scel à ladite journée. Donné, &c. Ubi præterea observandum, Pares Franciæ adjournari solum per Regem, & non per alium judicem, quia non sunt subjecti Baillivis, nec Senescallis, nec de ipsorum ressorto, ut est in stylo Curie Parlam. part. 1. c. 3. Adde c. 30.

Verum varia fuit pro diversis temporibus submonendi Pares ratio; ac primo quidem, undecimo scilicet ineunte sæculo, Par Parem citabat, ut patet ex litteris Odonis Comitum qui à Richardo II. in jus vocatus fuerat, apud D. Brussel de Usu feud. to. 1. p. 337. Pauca tibi, Domine (Regem Robertum alloquitur) dicere volo, si audire digneris. Comes Ricardus tuus fidelis monuit me venire ad justitiam aut ad concordiam, de querelis quas habebas contra me. Sæculo sequenti idemne observatum fuerit incer-

Tom. V.

tum est, cum ejusmodi submonitionis nulla occurrat mentio in Arresto Ludovici Junioris an. 1153. contra Ducem Burgundiæ: qua ratione vero id sequioribus sæculis peractum fuerit, vide in Submonere. Iis addam quod ex veteri Instrumento ann. 1377. refert D. Brussel ibid. p. 341. Chacun doit avoir connoissance de la maniere dont l'en use en France quand on fait adjourner un Per de France, soit en cas personel, ou réel. Més il semble que on l'ait oublié endroit le Roi de Navarre: car là on le deust faire adjourner par deux paires de lettres, dont les unes sont à adresse du Roi à li, en disant apres la narration faite: Nous vous adjournons, &c; & les autres, adressées au Bailli prochain du lieu où le cas est échu, pour presenter les lettres precedentes audit Roi de Navarre: l'on commet maintenant à chacun Bailli, qu'il adjourne le Roi de Navarre ou son Procureur, non mie encore en Parlement où toutes ses causes doivent aler, mais devant un Bailli; & fait-on procès contre lui par vertu de tels adjournemens, & donne l'en arrests, sentences & jugemens, tout ainsi comme l'en feroit contre une privée personne. Regest. Parlam. an. 1373. Et si n'a pas fait l'adjournement par deux paires de lettres qui est necessaire de faire aux Pairs par les Ordonnances & stile de la Cour, &c.

Id etiam observatum fuit, cum à sententia quam Parium judices tulerant, appellabatur; quod tandem abrogatum voluit Philippus VI. Edicto ann. 1344. apud de Lauriere to. 2. Ordin. Reg. Fr. p. 214. Cum transactis temporibus, fuerit ex stylo curiæ nostræ observatum, ut si quis à sententia alicujus Paris Franciæ.. & judicibus suis, ad nos, seu curiam nostram appellabat, oportebat, ut non solum judicem, .. sed etiam Parem... faceret adjournari... Ordinamus, ac etiam statuimus, ut in dictis casibus sufficiat... ipsis appellantibus, si ipsos judices, qui sententiam protulerunt, .. & à quibus extitit appellatum adjournari faciant, in loco ubi lata fuerit sententia... Et quia ex observatione antiqua consuevit fieri, ut nos literas nostras Paribus Franciæ mittere debeamus, per quas ipsos adjornamus, & alias literas, quibus baillivis vel judicibus mandatur, ut literas nostras Paribus debeant presentare, volumus ut litera predicta solum ad eorum judicem, vel ad locum ubi lata fuerat sententia... presententur absque alia solemnitate servanda. Vide Stylum antiq. Parlam. part. 1. cap. 4.

Neglecta nihilominus aliquando videtur hæc ratio Pares submonendi; cum Arresto an. 1224. judicatum fuerit Johannam Comit. Flandr. recte in jus vocatam fuisse per duos Milites. Vide Submonere & D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 340.

Parium autem judicia in ipsos Pares & convassallos exercebantur; adeo ut si aliqua oriretur controversia inter ipsos Pares, dirimi non posset nisi in conventu, & judicio parium suorum, domino ipso feudali præside. Otto Frisingensis lib. 1. de Gestis Friderici cap. 31. de Hungaris: Nulla sententia à Principe, sicut apud nos moris est, per Pares suos exposcitur, ... sola sed Principis voluntas apud omnes pro ratione habetur. Odo Comes Campaniæ apud Fulbertum Ep. 96. Nec sibi competere dicebat, ut me ad tale judicium exhiberet sine conventu Parium suorum. [Conventio inter Henricum Reg. Angl. & Robertum Comit. Fl. an. 1109. apud Rymer. tom. 1. p. 2. Ipse Comes illuc ibit, & Regem Henricum per fidem juvabit, ... nec dimittet, quin eat, donec Rex Franciæ judicari faciat Comitem Robertum, quod non debeat juvare amicum suum Regem Angliæ, cujus feodum tenet; & hoc per Pares suos qui eum jure judicare debent. Litteræ A. Remensis Archiep. an. 1216. in Chartular. Campaniæ: Nos & alii Pares regni Franciæ cum domino Rege decrevimus, & judica-

* Iij

vinus, quod &c.] Will. Brito l. 6. Philip. p. 159.

*Accedant igitur prius ad me, iudicioque
Stent nostro, faciam quicquid jus iusserit illis,
Consilioque illos Parium tractabo suorum.*

Et lib. 9. pag. 224.

*Quamvis pactus erat Regi, Paribus quod equa
Mente ferat quicquid super his Rex imperet illi.*

Matth. Paris an. 1226. *Adjiciunt etiam quod nullus
de regno Francorum debuit ab aliquo jure suo spoliari,
nisi per iudicium 12. Parium. Adam Episcopus He-
refordensis ab Edwardo II. Rege Angliæ proditionis
accusatus, negavit se Episcopum ad tam ardua re-
sponsurum, nec debere absque domini Cantuariensis Ar-
chiepiscopi, post summum Pontificem sui directi iudicis,
cujus etiam erat suffraganeus, auctoritate, & aliorum
Parium suorum Episcoporum conniventia vel consensu:
apud Thomam Wallinghamum pag. 119. Vide
eundem pag. 309. Gesta S. Ludovici pag. 365.
Et idcirco dominus Rex dominum de Couciaco fecit ad
curiam evocari super tali facinore responsurum, qui in
Regis presentia constitutus, dixit se de responsione cogi
non debere, volens & petens per Pares Francia, si posset,
secundum consuetudinem Baronie iudicari. In Regeſto
31. Chartophylacii regii fol. 119. habetur Char-
ta Margaretæ Comitissæ Flandriæ & Hannoniæ,
data Parisiis mense Martio ann. 1244. in hæc ver-
ba: Ego Comitissa & Fernandus Comes olim maritus
meus, obligaveramus eisdem... quæ conventiones co-
ram Paribus, & etiam coram nobis recitate sunt, ... &
cum nos peteremus quod prius me & Thomam ad suum
reciperet homagium, & postea parati eramus nos Comes
& Comitissa facere & adimplere formam & conventiones
predictas, si jus nostrorum Parium hoc diceret; tandem
dictus Rex nobis obtulit nobis jus facere dici super præ-
missis per Pares, & nos concessimus quod ab eisdem Pa-
ribus iudicium super his diceretur. Pares autem, videli-
cet venerab. Patres Anselmus Laudunensis, Robertus
Lingonensis, & Nicolaus Noviomensis Episcopi, sece-
dentes in partem, tractatu & deliberatione habita dili-
genti, reddiderunt nobis jus in hunc modum, &c. Di-
ploma Erektionis Ducatus Ebroicensis mens. Ja-
nuar. an. 1316. hæc verba præfert: *Sedatis discrimi-
nibus, quæ quidem discrimina in ipso regno, prout
antiquorum testatur opinio, præcis temporibus per Pa-
res Francia, & eorum consilium consuevere sedari.*
Charta Theoderici Abbatis S. Maximini Trevi-
rensis apud Nicol. Zyllesium, de Scaremannis sive
servientibus: *Nullique advocato vel domino debent
obedire, nisi nobis, nec alicujus nisi Parium suorum ju-
dicio subjacere.* Infra: *Tandem ad ultimum post legiti-
mas inducias eum ad rationem posui, & iusto iudicio
suorum Parium beneficium, quod ex me tenebat, fere ei
auferre debui, &c.* Vide Leges Longobard. lib. 3.
tit. 8. §. 4. Constitut. Siculas lib. 1. tit. 44. Quo-
niam attachiamenta cap. 67. Bracton. lib. 3. de
Corona cap. 1. §. 3. Hieronymum Vignerium in
Hist. Alfatica pag. 230. Ex quibus quidem scri-
ptoribus majores nostros non ab inferioris, aut su-
perioris, sed à paris conditionis hominibus voluisse
iudicari, abunde colligitur. Ita legimus in Chron.
Alex. an. 3. Leonis Imp. Isocasium Philosophum
& Quæstorem delatum apud eundem Imperato-
rem quod paganus esset, exauctoratum, missum
Calchedonem ad Theophilum Bithyniæ Præsi-
dem, ut ab eo iudicaretur: Jacobum vero Cylicem,
cognomento Psychristum Archiatrum rogasse Im-
peratorem, & petiisse ut Isocasii causa à Senatu &
Præfecto prætorio, & non à Præside Provinciæ co-
gnosci pateretur, propter dignitatem Quæstoriam
quam habebat: quod & ab Imperatore obtinuit.*

In Parium autem confesso iudicia ab iis in domi-
num non exercebantur: quippe, ut est in processu
contra Robertum Atrebatensem supra laudato, *Il
ne sont mie appelléz Pers, pource qu'il soient Pers à
lui, mais Pers sont entre eux ensemble.* Si vero Parium
aliquis cum domino controversiam haberet, di-
rimebatur ea ab ejus Ballivo; seu iustitiæ domini-
cæ Præposito, à quo licebat appellare ad superio-
rem dominum. Philippus Bellomanerius in Con-
suetudine Bellovac. MS. cap. 1. *Li home ne doivent
pas jugier lor Seigneur: mais il doivent jugier l'un l'au-
tre, & les querelles du commun peuple. Et se cil qui a
affaire contre le Seigneur, requiert que drois li soit fes,
li Ballis par conseil de son Seigneur li doit fere ce qu'il
cuide que soit reſons: & s'il se deuil de ce que li Baillis
li fet, il doit monſtrer le grief au Comte.*

Parium igitur iudicia inter Pares seu convassal-
los tantum exercebantur, quorum hæc erat ratio,
ut in mutuis controversiis dominus reum evocaret
& submoneret per duos alios Pares, quo juri staret,
rectumque faceret Pari de eo conquerenti. Id plu-
ribus docemus infra in voce *Submonere.* [Le Ro-
man de la Violette MS.

Deux Barons pleins de hardemant

A envoié le Roi pour li,

Qu'il ne mette pas en oubli

Qu'a court viengne & ne laist pas.]

Neque Pares duntaxat per Pares seu convassallos
ad iudicium subeundum submonebantur, sed &
actiones cæteræ omnes juridicæ per Pares perage-
bantur: adeo ut si testes audiendi essent adversus
Parem, ii Pares esse etiam deberent, id est convassal-
li, ut habetur in jure feudali Saxonum c. 25. §. 1.
& 2. Ita si *Par* capiendus & *arestandus* esset, id fieri
debebat per Pares, vel per *Milites*: quod colligitur
ex iis quæ narrat Nangius in S. Ludovico pag.
365. eundem Regem *Dominum de Couciaco non per
Pares, nec per Milites, sed per clientes aulicos fecisse
capi, & in domo sua Parisiis, quæ Lupera dicitur, cu-
stodia reservari: quia scilicet cum Par esset Regni
Franciæ ratione terræ de Couciaco quæ nude à co-
rona Franciæ pendebat, controversia tamen quæ
tunc agitabatur, Baroniam istam non spectabat.*

Hinc est etiam quod in controversiis quæ de re-
bus ad Pariam non spectantibus movebantur, ab
aliis quam à *Paribus* suis poterant iudicari. Id abun-
de probat vetus Chron. ex Chartophylacio regio
ad an. 1259. ubi de contentione inter Archiepi-
scopum Remensem & Abbatem S. Remigii super
garda seu custodia ejusdem Monast. *L' Archevesque
qui est Pair de France, & doit estre jugé par ses Pairs.
Ce jugement n'est pas fait par ses Pairs, si ne veut pas
qu'il lui grieve... & les Messieurs le conseillèrent, &
dirent à lui que le jugement estoit bon & raisonnable;
car la querelle dont le jugement estoit fait, n'étoit mie
de la Pairie, & pour ce convenoit-il qu'il fust remis.*

Erat etiam illud inter Pares statutum atque usu
confirmatum, ut nullus ex iis quidquam alienare
posset, nisi iudicio *Parium* & Domini consensu
prius requisito. Id probant plures Chartæ ex Ta-
bulario S. Bartholomæi Betun. & præcipue Char-
ta Roberti de Maresko Militis an. 1215. fol. 54.
*Ego Robertus de Maresko Miles... notum facio quod
Theobaldus de Foulkieres & filius ejus Johannes primo-
genitus vendiderunt per legem & iudicium Parium suo-
rum & curia mea, &c.* Charta Balduini Comit. an.
1198. apud Miræum to. 1. p. 723. *Cum terra in-
franemus, in manum viri nobilis domini sui Eustacii de
Ruez, à quo ea in feodo tenebat, reportavit, sub testi-
monio quamplurium Parium suorum, ipsius Eustacii*

fideliū hominū . . . & à Paribus suis, domini sui Eustacii hominibus, adjudicari fecit, ut ea legitima donatione in proprietatem ecclesie S. Dionysii in Brokeroia devenirent. Eustacius vero . . . sub testimonio Parium suorum, quia hæc pronominata de feodo paritatis sue & stagii Montensis à me tenebat, ipsa in manum meam libere reportavit. Vide Consuet. Hannon. cap. 28. Atque hæc minime confundenda cum iis quæ infra dicentur de pareris seu qui in pariagium possident.

Cum igitur Pares sint vassalli qui à domino feudali nude pendent ratione tenuræ, atque ita etiam vulgo appellati sicut Barones: inde vox utraque eadem notione passim usurpata legitur pro majoris dignitatis vassallis, qui vel in consilium adhibentur à domino aut Rege, vel cum eo Parium lites dijudicant. Chronicon Andernense pag. 823. *Ut tam supradictorum Comitum progenies, quam Barones omnes, qui Pares castelli (Guinensis) vocantur, juxta votum & deliberationem suam ibidem sepeliantur.* Arrestum contra Episcopum Catalaunensem an. 1267. *Proposuit pars alia quod de hoc tenebatur in hac Curia respondere dictus Episcopus, cum sit Baro & Par Francie, & homo ligius domini Regis.* In pacto quod initum est inter Regem Philippum Magnum, & Joannam filiam Regis Ludovici Hutini 17. Martii an. 1317. cedere eidem Joannæ pro juribus suis paternis, 15000. ll. terræ, in Comitatibus Inculismensi & Moritanensi, *pour les tenir en Pairie & Baronnie, la noblesse de Pairie & Baronnie non mise en pris, & qu'avenant le decez dudit Roy sans enfans masles, les Comtez de Champagne & de Brie lui appartiendroient, qu'elle tiendroit en Pairie & Baronnie si noblement comme autrefois ont esté tenuës.* In Epistola Philippi Augusti ad Papam Honorium III. de emendatione seu satisfactione eidem Regi facta à Manasse Episcopo Aurelianensi Meleduni coram Paribus, quod perperam quædam effutiisset contra judicium redditum à Paribus & Baronibus Franciæ in controversia de Comitatu Campaniæ, quem sibi Erardus Briennensis assererat, promiscue habentur Barones & Pares: *Contra judicium Baronum Franciæ, ad quos pertinet hujusmodi judicia facere, locutus est. Super qua temeritate in presentia nostra & Parium prædictorum per recordationem eorundem publice convictus, id ipsum nobis & Paribus emendavit. Actum Paris. 1217. mense Aprilii.* In Tabul. Campan. fol. 21. exstat Charta S. Ludov. Regis Franc. data Compendii an. 1233. mense Decemb. cujus initium ita concipitur: *Ludovicus D. G. Fr. Rex dilectis suis Decano & Capitulo Laudunensi salutem & dilect.* Quod Episcopus Belvacensis in Baronia & in feodum homagii ligii de nobis teneat quod habet apud Belvacum, & quod Par sit ex eo Franciæ, vos credimus non latere, &c. Principes dicuntur in Charta Communiæ Inrensis an. 1158. *Si dominus implacitaverit aliquem hominem de communia, si ille justitiam ejus intrare voluerit, aut emendare illi faciet, aut solo se purgabit sacramento, & sine bello. Hæc est enim placitandi consuetudo quæ dicta est de domino, erit tam Principibus, quos Pares vocant, quam cæteris Militibus. Et si aliqua dissensio forte oriatur inter dominum & communiam, de qua aliquod judicium fieri debeat, per Pares illius Castelli, & etiam Juratos debet exerceri.* Sed & scribit Marionus oratione 9. apud Armoricos Barones Parium vice fungi. Ita passim Poëtæ vernaculi veteres Pares Baronum vocabulo donant. *Les Loix communes d'Angleterre:*

Barons nous appellons les Piers del realme.

Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

Et les Lions ce sont les Barons & li Per.

Le Roman de Garin MS.

*La seauté des Chevaliers à pris
Et des Borgeois & des Pers del país.*

Alio loco:

*N'il n'est encore pas de vos deseuré,
Ne jugement n'a oi de ses Pers,
Parcoi doiés ensi son fié clamer;
Gardés, beau sires, que vos ni mespreniés,
Envers vostre home lige que vos savés.*

Infra:

*A Reims ira à vos, se vos volés;
A Estampes ô à Paris delés,
Drois vos fera volontiers & de grés,
Conjureront & li Conte & li Per.*

Le Roman de Gaydon MS.

Trestuit se taisent, Duc, & Demaine, & Per.

[Le Roman de Judas Maccabée:

*Il assambla tous ses Barons,
Qu'il fit Pers par division.]*

Le Roman de Girard de Vienne:

Forment l'amoient li Baron & li Per.

Ubi Per, pro Barone usurpatur. Vide Duchesnium in Hist. Monmorenciaca lib. 1. cap. 5.

Et quidem Parium Franciæ jura & privilegia eadem ferme erant quæ Baronum & Comitum, quorum præcipuum fuit, ut homines Comitatum suorum in exercitum ducerent iisque præficerentur. Le Roman d'Alexandre:

*Eslisez douze Pers qui soient compaignon,
Qui menent vos batailles par grant devotion.*

Le Roman de Gautier d'Avignon:

*Assez de mal me fist vostre oncle Ganelons,
Qui trahit en Espagne li douze Compaignons.*

Quæstio præterea agitata fuit, an supremi Palatii Francici Officiales possent Parium Franciæ judiciis interesse, & cum iis considerare ac judicare, in lite mota inter Joannam Comitissam Flandriæ, & Joannem de Nigella; quæ controversia ita dirempta est judicio ac Arresto Parlamenti an. 1224. in hæc verba: *Præterea cum Pares Franciæ dicerent, quod Cancellarius, Buticularius, Camerarius, Constabularius Franciæ, Ministeriales hospitii domini Regis non debebant cum eis interesse cum Paribus ad judicandum Pares; & dicti Ministeriales hospitii domini Regis è contrario dicerent se debere ad usus & consuetudines observatas interesse cum Paribus ad judicandum Pares: judicatum fuit in Curia domini Regis, quod Ministeriales prædicti de hospitio domini Regis debent interesse cum Paribus Franciæ ad judicandum Pares. Et tunc prædicti Ministeriales judicaverunt Comitissam Flandriæ cum Paribus Franciæ. Apud Parisios anno Domini 1224. Exstat illud Arrestum Latine apud Belforestum in Annalibus Franciæ, Chopinum lib. 3. de Doman. tit. 7. num. 8. Duchesnium in Hist. Monmorenciaca, & Gallice in lib. 1. Memorialium Camerae Computor. Parisiens. f. 42. Vide in hanc rem Budæum ad l. ult. de Senatorib. Tillium tom. 2. p. 13. 30. & Chopin. lib. 3. de Doman. loco laudato.*

De numero parium in judiciis, id juris obtinuit, ut Par unicus judicium edere non posset, sed requirebatur ut ad minus essent duo, Domino non computato, ut habet Bellomanerius cap. 61. & 67. At Petrus de Fontanis cap. 21. quatuor Pares ad edendum judicium dominicum necessarios fuisse ait: *Tu me demandes kans homes il convient as jugemens rendre: certes quatre il sont suffisans, &c.* Infra: *Encore convient il à jugement faire quatre homes à tout le mains, nekedent il convient deus homes souffisans à faire la semonce, & deux homes à recort faire, de contre recort ne puet on rien faire.* Ita varii

fuere in feudis mores & diversæ consuetudines. In causis vero criminalibus major pars seu numerus *Parium* requirebatur, ut legitime *Par* accusari & judicari posset. Charta Philippi V. Reg. Franc. an. 1317. apud Leibnit. in Cod. Diplom. p. 98. Item & pro eo quod de consuetudine generali regni Franciæ notoria, rationabili & legitime præscripta & pacifice observata à tanto tempore, de cujus contrario memoria non existit, nullum crimen potest contra personam alicujus de *Paribus* dicti regni criminaliter intentari, nisi alii *Compares* sui saltem pro majori parte ad hoc præsentés sint vel sufficienter evocati.

Quod si dominus nullum *Parem* haberet, vel idoneum *Parium* numerum ad edendum judicium, non ideo justitiam suam amittebat, sed à domino superiore mutuo accipiebat, suis impensis, aliquot ex ejus hominibus seu vassallis, qui judicia ederent. Quod si vero adeo esset pauper, ut eos mutuari haud posset: vel si dominus mutuo dare renueret; tum actori & reo licebat justitiam domini superioris convenire, & in ea litigare, ut est apud eundem Bellomanerium cap. 62. & 67. Ad priorem casum spectant quæ habet Statutum de Racheis Velocassini Francici, mensis Maii an. 1235. ubi fructus vivariorum & warennarum appetiari debere dicuntur *per duos Milites juratos homines domini si habuerit, & si non habuerit, requireret eos à domino capitali.*

Tenebatur igitur dominus Curiam suam idoneo *Parium* numero munire: Practici nostri dicunt, *il estoit tenu de garnir sa Cour de Pairs*: ita ut si deessent ii, aut per legitimam excusationem adesse non possent, alios ejusdem dignitatis ac conditionis submittere deberet, qui jus dicerent. Ad hunc morem spectant, quæ in Inventario Chartophylacii regii, titulo *Flandres*, scrinio 3. sacco 2. charta 22. leguntur: *Au different d'entre le Roy Louys Hutin & Robert Comte de Flandres l'an 1314. les Pairs de France assemblez, sçavoir l' Archevesque de Reims, les Evesques de Langres, de Laon, & de Beauvais, Charles Comte de Valois & d'Anjou, & Mahaut Comtesse d'Artois, firent sçavoir qu'au jour assigné ils tiendront Cour avec douze autres personnes ou Prelats & autres grands & hauts hommes, c'est à sçavoir, l' Archevesque de Roüen, les Evesques de S. Brieuc & de S. Malo, Philippes fils du Roy Comte de la Marche, Guy comte de S. Paul, Gaucher de Chastillon Comte de Portian, Louys fils aîné du Comte de Clermont Seigneur de Bourbonnois, Jean de Clermont Seigneur de Charolois, B. Seigneur de Mareuil, & Miles Seigneur de Noyers, estus & mis à ce faire par le Roy, lequel fit dire en l'assemblée qu'il ne pouvoit avoir plus de Pairs, parce que le Duc de Guienne qui est le Roy d'Angleterre, s'en estoit excusé pour la guerre qu'il avoit en Escosse, le Duc de Bretagne qui est Pair y fust une journée & puis s'excusa de mesme, le Duc de Bourgogne & l'Evesque de Noyon estoient morts, l'Evesque de Chalons Pair estoit detenu prisonnier, & que le Comte de Flandres n'estoit comparu à la journée, &c.*

Quot vero requirebantur *Pares*, ut Curia idoneo *Parium* numero munita censeretur, nihil hac de re definitum reperio; videtur pro ratione rerum tractandarum major vel minor numerus requisitus, qui ad edendum judicium utrum satis esset, pronuntiabant ipsimet *Pares*. Arrestum Parlamenti an. 1322. in Regesto Curiae Parlam. *Cum Dux Burgundie... requireret quod nos ante omnia Curiam nostram Paribus faceremus muniri; & quod cum ad Pares Franciæ pertineret, ut dicebat, facere jus utrum prædicta Curia Paribus muniri deberet, vel non, quod nos judi-*

cium hujusmodi faciendum ad Pares remitteremus eisdem... per arrestum nostre Curia dictum fuit, ... quod Curia nostra est sufficienter quoad præmissa munita.

Parium judiciis non modo intererat dominus, vel ejus Baillivus; sed etiam in rebus arduis eorum consilium expetebat, ita ut *Consiliariorum* domini feudalis vicem fugerentur. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. c. 1. *Carolus Comes consilium cum nobiles & Paribus sua terra subiit, quid super hoc ageret.*

Hinc est quod cum bellum inferendum judicabat, id non tentaret nisi prius expetito *Parium* suorum consensu; inconsulti quippe servitium militare ei detrectare potuissent.

In quibusdam tamen locis, ut in Comitatu Bellovacensi, *Li Seigneur ne jugent pas en lor cort, més lor home jugent*, ut habet Bellomanerius cap. 67. ubi subdit, in locis, ubi cum *Paribus* suis confidet, ejusmodi judiciis interesse non posse, si litem vel controversiam habeat cum aliquo è *Paribus*. Exstat Notitia judicati in Tabulario S. Albini Andegav. in quo Comes coram adest, non tamen judicat: *Præcepit Comes Judicibus; (i. Paribus) ut sententiam resti de hoc, quod audierant, proferrent. Judicaverunt igitur Adelhardus de Castro Guntherio & Gaufridus Crassus de Chimilliaco, quod, &c. Et sub finem: Hoc judicaverunt Adelhardus de Castro Guntherio, & Gaufridus Crassus de Albiniaco, coram Comite Gaufrido in Camera sua Andecavis. Hoc viderunt & audierunt de parte Heudonis Gadino de Blazone, &c. de parte Monachorum, &c. [Guntherus Ligur. lib. 8.*

Vassallus agendam

*Forte movet litem: non tu, sed curia judex
Audiat & certo determinet ordine causam.]*

Scribit idem Philippus Bellomanerius cap. 1. in quibusdam locis Baillivum solum cum iis quos advocat, judicia domini sui edere: in aliis vero cum *Paribus* & hominibus ac vassallis feudalibus. Deinde ait: *Et el liu là il on juge par homes, li Baillis est tenu en le présence des homes à prendre les paroles de cix qui plédent, & doit demander as parties s'il volent oir droit selons lor paroles, & teles raisons qu'il ont dites; & s'il dient oil, li Baillis doit contraindre les homes qu'il façent le jugement. Et s'il ne plect au Bailli & as homes, li Baillis n'est pas tenu au jugement fere, ne au prononcier le jugement, se il n'est ainsi que li Baillis soit home de fief au Seigneur, à qui il est Baillis, car en tel cas conviendrait il qu'il fust Pers avec les autres.*

Parium Franciæ ejusmodi olim fuit sacramentum, quod in Parlamento edebant in primo quem inibant, judiciorum confessu. *C'est le serment des Pers de France. Vous jurez par vostre foy & serement & sur les saintes Evangiles, que vous serez bon, loyal, feal & obeissant au Roy de France notre Sire qui cy est, & à ses hoirs & successeurs: son corps, ses membres, son heritage, les droiz & nobleces de la Couronne de France & de sa souveraineté garderez & dessenderez envers tous & contre tous qui peuvent vivre ne morir, & loyal & bon conseil li donrez toutes les fois qu'il vous en requerra, & tendrez secret son conseil, & toutes choses qui sont à tenir secretes pour le bien de luy & de son Royaume. Immutatum postea, atque hisce verbis conceptum *Parium* Franciæ sacramentum: *Vous jurez & promettez bien & fidellement conseiller & servir le Roy en ses tres-hauts, tres-grands, & importants affaires, & seant en ladite Cour, garder les Ordonnances, rendre la justice au pauvre comme au riche, & tenir les deliberations clauses & secretes, & vous comporter comme un digne & vertueux Pair de France, vivre & mourir en l'obeissance du Roy. Ce fait le Pair**

prend son espée, & monte aux hauts sieges & assiste à l'audience. Hodie, ut ab amplissimo & doctissimo Parlamenti Πρωτοεφεδρη didicimus, adduntur hinc, comme un vertueux Pair de France, hæc verba, & Officier de la Couronne.

Pares vero Ecclesiastici duplex Regi præstant hominum; alterum pro Episcopatum Regaliis seu dominicis, alterum pro Paris dignitate.

Quæ sit Parium Franciæ dignitas, quæ sint eorum jura & prærogativæ, paucis declarant Litteræ erectionis Comitatus Matisconensis in Parium ann. 1359. in Bibl. Sebus. p. 157. Nos igitur antiquas memoriæ dignas progenitorum nostrorum Regum Francorum ordinationes ad memoriam revocantes, qui ad conservationem honoris Coronæ Franciæ, ac consilium & juvamen reipublica, in eodem regno duodecim Pares, qui regni Franciæ in arduis consiliis & judiciis assisterent, & in factis armorum strenuæ, ad tutamentum regni & reipublica, Regem ipsum paritate fideli inter collaterales suos splendidius comitarent, consideratione provida statuerunt.

Feminae etiam Pares ratione tenura, id est, propter ea quæ possidebant feuda, judiciis dominicis interesse poterant, contra quam juri civili, l. Cum prætor. D. de Judic. l. 1. D. de Postul. Vide Cujacium lib. 13. observ. c. 23. Charta an. 1220. in Tabular. S. Bertini: Præsentibus, & ad hoc vocatis hominibus meis Paribus, videlicet D. Willelmo de Brulle Milite, Joanne Clerico, Hugone Clavel de Hovem, Sara Esbloufarde, & filius ejus Majorissa, qui Pares à me & domino suo propter hoc adjurati judicaverunt, &c. Mathildis Comitissa Atrebatensis Par Franciæ judicio interfuit in Robertum Comitem Flandrensem edito anno 1315. cum R. Archiepiscopo Remensi, G. Episcopo Lingonensi, G. Episcopo Laudunensi, J. Episcopo Bellôvacensi, & Carolo Vadensi & Andegavensi Comite; [quæ ad hoc judicium evocata fuerat per Litteras Philippi Regis hinc verbis: Et audict jour vueillans avoir nostre Cour garnie, si comme il appartient de vous qui estes Pair, & des autres Pairs de France, Nous vous mandons, &c.] Sed & eadem Comitissa Reginæ mater, in ejusdem Regis Coronatione Remis tanquam Par Regni, Coronam regni cum cæteris Paribus dicitur sustentasse, de quo aliqui indignati fuerant, inquit Continuator Chronici Willelmi de Nangiaco an. 1316. Vide Ceremoniale Francicum to. 1. p. 145. Ad sustentationem autem coronæ regiæ spectat insignis locus Radulphi de Diceto pag. 608. de Henrico II. Rege Angliæ, qui in Coronatione Philippi Augusti Regis Franciæ, Remis diadema capiti novi Regis impositum, ne Rex infra minorem adhuc constitutus atatem gravaretur sub onere, manibus propriis sustentavit, rejecta chlamyde paratior ad obsequium. Illud innuens quod si tempore procedente Francis necessitas incubnerit, securi debeant ejus implorare subsidium, à quo tale receperint sub ipsa sui Regis consecratione suffragium. Coronationi autem Philippi Regis interfuit Henricus, tanquam Dux Normanniæ & Par Franciæ. Quinetiam Blancham Reginam Franciæ, S. Ludovici IX. Regis matrem, judiciis præfedissee in Curia Domini Regis, cum Baronibus qui debent & possunt de jure in Curia domini Regis judicare, observatum à nobis ex Tabulario Lehunenfi in Notis ad Joinvillam pag. 54. Apud Ughellum tom. 1. parte 2. pag. 346. exstat Placitum anno 1078. quod sic concipitur: Dum in Dei nomine in judicio resideret D. Mathilda Dux & Marchionissa intus casa . . . residentibus cum ea Lamberto & Ubaldo, &c. Jam vero quibus feminis judicandi officium com-

petat, pluribus explicat Petrus Faber lib. 3. Semestr. cap. 14. Extr.

Feminis Paribus, etsi judiciis dominicis cum Paribus interesse jus fuerit, non tamen Parium uxores Parium maritorum juribus ac privilegiis gaudent. Exstat Arrestum Parlamenti Parisiensis 17. Martii anno 1628. quo Francisca de Bonnis, Caroli à Crequiaco Campisauri & Lesdiguierarum Ducis, ac Paris Franciæ, relicta, libello supplice oblato, quo ei liceret Saltus Comitem ad idem Parlamentum evocare, ut quæ contra ipsam in Parlamento Aquensi acta fuerant rescinderentur, petitionis suæ repulsam est passa.

Licet porro convassalli omnes sibi invicem Pares essent, & ita haberentur: non tamen semper omnes judicum loco habebantur, & in Parium consellu confidebant. Nam cum in magnis Baronibus complures essent vassalli, atque adeo magno interdum à se invicem divisi terrarum intervallo, ita ut una omnes ad dominica placita vix convenire potuissent: tum etiam ne tantus vassallorum numerus judiciis plus officeret, quam prodesset, plerique è majoribus istis Dominis ac Baronibus quosdam è suis vassallis selégere, quibus Parium nomen, titulum, ac dignitatem concesserunt, qui una cum iis jus dicerent cæteris Paribus suis ac convassallis. Hinc legimus certum ac definitum fuisse ferme semper in majoribus Baronibus Parium numerum, ut haud ita pridem attigimus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici pag. 178. ubi etiam horum numerum sæpe ad duodenarium fuisse redactum docuimus, maxime in Regno Franciæ, in Comitatu Flandrensi, ex Lamberto Ardensi pag. 156. 157. in Baronia Ardensi ex eodem Lamberto pag. 149. in Comitatu Guinenfi, ex Duchesnio, [in Communia Belvacensi, ex Louveto Hist. Belvac. pag. 341.] Ita pariter observatum in Comitibus Cameracensi & Hannoniensi, auctor est Vinchantius in Annalibus Hannon. lib. 1. cap. 5. [Vide Miræum to. 1. pag. 697. & 777.] Matth. Westmonaster. anno 1295. & Thom. Walsinghamus anno 1296. scribunt Scotos tum elegisse sibi 12. Pares, 4. videlicet Episcopos, 4. Comites, & 4. Barones, quorum consilio cuncta regni negotia sancirentur. Addit Henricus de Knygton, ad modum Franciæ 12. Pares, tum ordinavisse Scotos. Idem etiam numerus obtinuit apud Anglos, ut auctor est Stanfordius in Placitis coronæ lib. 3. cap. 1. Et nota que le nomber des Pieres qu'eux sont à trier ascun Seignour, est 12. à ouster quants le Roy plerra, mes nenny dedeins, ou dessous le nomber de douze. Le Roman de la Violette MS.

Seignour, se dist li Dus, taisiez,
Jugement & loi luy vuil faire,
Sans jugement nel vueil defaire,
A tant a les Pers apelez,
Seignour, ce dist li Dus, aiez,
Au jugement si dites voir,
Car je ni vueil pechié avoir.
A tant s'en sont li Per torné,
Douze sont moult bien atorné,
D'une part sont à conseil trait,
Maint bel mot ont dit & retrait,
Mais en la fin sont esgardé,
Et se sont ensemble accordé,
Que seur les deus se metteront,
Et ce que li deus en diront,
Sera tenu pour plainement.

Pares Franciæ, quando ad duodenarium numerum redacti fuerint, non omnino constat inter scriptores. Sane in confesso esse debet ab ipsa feudorum

origine vassallorum Coronæ Francicæ controversias à Paribus suis fuisse judicatas. Id perspicue ostendit Fulbertus Carnotensis loco supra laudato, & Matthæus Paris, quo loco meminit capitalis iudicii lati in Joannem Regem Angliæ à Paribus Francicis, Philippo Augusto regnante. Sed eo res processit, inquit Chopinus, opinione multorum, ut absolutus fuerit suis numeris *Parium* duodecimviratus Ludovico VII. vel Philippo II. filio regnantibus: quæ quidem sententia est etiam Antonii Colardi in Commentariis MSS. Rerum Remensium, quos contexit usque ad annum 1584. Is enim sub an. 1179. *Ludovicus VII. Rex Franciæ formulam Regum Franciæ, Remis inaugurandorum, simulque instituit Pares Franciæ, qui coronando Regi adstarent, eisque titulos attribuit: unde Guillelmus Archiepiscopus, primus omnium Par Franciæ dictus, ex Comite Remensi Dux nominatus fuit, &c.* Sed hæc tamen ferius accidisse constat: nam in Philippi Augusti, Ludovici filii, Coronatione anno 1179. nondum erat *Parium* Franciæ definitus numerus. Narrat quippe Rogerus Hovedenus Willelmum Archiepiscopum Remensem eundem Regem unxisse Remis, ministrantibus ei in illo officio Willelmo Turo-nensi, & Bituricensi, & Senonensi Archiepiscopis, & fere omnibus Episcopis regni: Henricum vero regem Angliæ de jure Ducatus Normanniæ coronam auream qua coronandus erat Philippus, & Comitem Flandriæ Philippum gladium regni prætulisse: alios vero Duces, Comites, & Barones prævisse, & secutos, diversos diversis deputatos obsequiis. Rigor-dus eandem coronationem peractam ait astante Henrico Rege Angliæ, & ex una parte coronam super caput Regis Franciæ ex debita subjectione humiliter portante, cum omnibus Archiepiscopis, Episcopis, caterisque regni Principibus, &c. Ex quibus patet cæteros Episcopos, qui pro *Franciæ Paribus* habentur, ea quæ hodie non exsecutos ministeria in ea solemnitate. Proinde haud improbanda forte eorum sententia, qui *Parium* Francicorum duodecimviratum definitum fuisse tradunt à S. Ludovico Rege: quos inter est Joannes à Leidis lib. 22. Chronic. cap. 7. *Itaque sanctus Ludovicus Rex Franciæ ordinavit in Regno Franciæ 12. Pares Franciæ, constituens inde Collegium seu Capitulum, qui haberent ardua regni negotia tractare, scilicet 6. Duces, & 6. Comites: & de Ducibus sunt 3. Episcopi; & de Comitibus sunt etiam 3. Episcopi.* [Vide D. Brussel de Usu feud. to. 1. pag. 646.]

Verum si quod tradit Matthæus Paris anno 1226. pro vero aut certo haberi debeat, jam ipsa hac tempestate *Parium* Franciæ status ac fixus fuerat numerus: cum enim Raimundo Comiti Tolosano abjudicatus fuisset Comitatus propter hæresim, Romæ, in Concilio Generali, is vicissim obtulit se facturum erga Regem Francorum & Ecclesiam Romanam, quidquid facere deberet pro hereditate sua. Tunc cum peteret pars adversa, ut subiret iudicium duodecim *Parium* Galliæ, respondit Reimundus: *Recipiat Rex homagium meum, & paratus sum subire: quia forte non haberent me pro Pari, si secus fieret.* Idem scriptor eodem anno: *Adjiciunt etiam quod nullus de regno Francorum debuit ab aliquo jure suo spoliari, nisi per iudicium duodecim *Parium*.* Agit hoc loco de Comitibus Flandrensi & Bononiensi, qui in prælio Bovinensi capti fuerant. Denique anno 1257. eundem duodenarium Franciæ *Parium* catalogum hisce verbis exsequitur: *Rex Francorum... Magnates suos animat & confortat: præcipue eos, quos duodecim Pares Franciæ consueverunt appellare. Et quia præta-*

*etiam est de Alemannorum primatibus, ad quos Regis spectat electio, non reor à materia alienum, si nomina Francorum nobilium, præcipue ad quos negotia regni spectant ardua, præsentem inseramus paginam, cum succincta tamen brevitate. Archiepiscopus Remensis, qui Regem Francorum cælesti consecrat chrismate, quapropter Rex Francorum Regum censetur dignissimus, est omnium Franciæ *Parium* primus, & excellentissimus; Episcopus Noviomensis, qui est Comes Palatinus. Episc. Belvacensis, qui est Comes Palatinus. Episcopus Catalaunensis. Episcopus Lingonensis, qui etsi pauper sit, dignus tamen habetur. Episc. Laudunensis, qui Dux est & Comes, ratione S. Remigii, ad quem devoluta fuit illa præclara hereditas. Dux Normanniæ primus inter laicos & dignissimus: Rex Angliæ Dux est de jure Normanniæ, sanguinis derivatione geniali, Rex ex conquestu. . . . Dux Aquitaniæ, Dux Burgundiæ, Comes Flandrensis, Comes Campaniæ, Comes Tolosæ, qui dicitur Comes S. Ægidii.* [Vide D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 133.]

Alius tamen Franciæ *Parium* ordo recensetur in Regesto Parlamenti pro iudicio litis Roberti Atrebatensis, apud Tiliam, in quo hæc habentur: *Au temps ancien n'avoit que 12. Pairs en France, six Lays, & six Clercs, dont ne se remuent les Clercs, c'est à sçavoir les Pairs Ducs, l'Archevesque de Rheims, l'Evesque de Laon, l'Evesque de Langres. Les Clercs Comtes, l'Evesque de Beauvais, l'Evesque de Chalons, l'Evesque de Noyon. Les Pairs Lays, les Ducs, le Duc de Bourgoigne, le Duc de Normandie, le Duc d'Aquitaine. Les Comtes, le Comte de Tolose, le Comte de Flandres, le Comte de Champagne. Les Pairs anciens sont mis si comme il doivent seoir en jugement en la presence du Roy, & doivent li Pairs Lays seoir à la dextre, & li Pairs Clercs & Prelats à la fenestre du Roy.*

Sane ex iudicio lato contra Erardum Briennensem anno 1216. pro Comitatu Campaniæ, descripto in voce *Submonere*, necdum fuisse *Parium* definitum numerum abunde colligitur, cum Regni proceres alii seu Barones, atque adeo Episcopi interfuerint, tametsi in primis recenseantur Archiepiscopus Remensis, Episcopi Lingonensis, Catalaunensis, Bellovacensis & Noviodunensis: sed de hac controversia videant alii quibus per otium licet, nos quippe ad alia festinamus.

Ceterum *Paritatis* titulus quibusdam præterea majoribus prædiis attributus est ex privilegio Regum speciali; sic Philippus IV. Comitem Andegavensem *Paris* dignitate illustravit an. 1297. ut videre est in Charta ejusd. Regis apud Marten: to. 1. Anecd. col. 1301. *Considerantes etiam quod XII. *Parium*, qui in prædicto regno nostro antiquitus esse solebant, est adeo numerus diminutus, quod antiquus ejusdem regni status ex diminutione ejusmodi deformatus multipliciter videbatur. . . . Comitem ipsum (Andegavensem) de gratia nostra abundantia & plenitudine regiæ potestatis, præfati regni nostri creamus & promovemus in Parem, & paritatis hujusmodi dignitatem Andegaviæ Comitatus annexantes, præsentium tenore statuimus, ut tam in se quam successoribus ejusdem Comitatus Andegavensis, qui pro tempore fuerint, Par ejusdem regni perpetuis temporibus habeatur, omniumque *Paritatis* ejusdem, quemadmodum diligens & fidelis noster Dux Burgundiæ compar ejus, jure & prærogativa letetur. Ubi quæ de antiquitate duodecimviratus *Parium* habet, utrum ad tempora S. Ludovici referri debeant, iudicet Lector. Recentiores reliquos *Pares* omittimus, ne actum agere videamur.*

Neque vero hic prætermittendum aliud fuisse olim *Parem* esse, aliud in *Paria* tenere, hinc qui in *Paria*

Paria tenebat, non continuo *Par* reputabatur. Id confirmat D. de Lauriere in Gloss. Jur. Gall. ex Stylo antiq. Parlam. part. 2. cap. 2. Item sciendum, quod domini de sanguine Regio, quamvis non teneant aliquas ex terris antiquæ *Paria*, nihilominus Rex eis dare consuevit, & concedere certa privilegia, eorum dominationes in *Paria* tenendi, maxime terras quas tenent per partagium, illas videlicet, quæ per partagium dependent à domo Francia; sed respectu illarum quas acquirerent, illas non tenent in *Paria*, nisi ad hoc habuerint speciale privilegium. His præmissa 12. *Parium* series.

PARES COMMUNIARUM, qui vulgo *Scabini*, *Majoris* seu *Præfecti* civitatis *Affessores*, quos ille in consilium adhibet, ut dominus feudalis vassallos suos *Pares*. Charta Communiæ Belvacensis anno 1182. *Tredecim Pares in Communia eligentur, &c.* Vide Sugerium Epist. 76. [*Pares communiæ de Pontisara*, in Tabular. Domus Dei Pontifar. ad annum 1261.] In Regeſto Constabulariæ Burdegalensis crebra est mentio Juratorum & centum *Parium* urbis Baionensis, [& apud Rymer. to. 5. pag. 230.] Ita in Charta Majoriæ Rotomagi & Falesiæ, mentio perinde est centum *Parium* earumdem civitatum, ex quibus eligi solebant 12. *Scabini*, & 12. *Consultores*, post Ordericum Vitalem pag. 1066. [& apud de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. Franc. p. 307.] Apud Pictavos *Pares* dicuntur, qui *Majoris* officio functi sunt, quod exacta dignitate, in *Parium* numero haberi soleant, & in rebus publicis Majoris *Affessores* sint. Ii autem *juramentorum* lites & controversias dijudicant. Nam ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 31. *Unusquisque per Pares suos judicandus est, & ejusdem provinciæ: peregrina vero judicia modis omnibus submoventur.*

PARREGIUM, Officium ejusmodi *Parium*. Charta Ægidii de Sorcy Episc. Tullenf. Histor. Tullenf. pag. 140. *Constituimus in Communitate decem Parregia & in quolibet Parregio unum Parem, qui cum Scabino erit in judicio & consilio, assistetque Majori pro bono pacis.*

PARIA, *Parium* dignitas & prærogativa, *Pairie*. Areſta oct. Nat. B. M. an. 1259. 1. Reg. f. 96. *Archiepiscopus (Remensis) ... petiit in hac causa judicari per Pares suos, cum in hac causa dependeat magna pars dignitatis & Paria sua vel jus.* [Litteræ Philippi V. Reg. Franc. an. 1316. *Comitatum Ebroicensem Pariam Franciæ perpetuo fecimus ... eosdem Comitem & Comitatum Parium & Pariarum Franciæ consortio aggregantes.*]

PARERIA, & **PARRERIA**, Eodem significato. Recognitiones & homagia an. 1317. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 169. *Simili modo Richanus de Spina, dominus in parte de Monte-Jayo confessus fuit, tenere majus dominium seu directum loci de Monte-Alto & Pareriam, quam dictus Richanus habet apud Sorberios in Rosanegio.* Charta erectionis Baroniæ Borbon. in Ducatum an. 1327. *Quod ipse (Dux Borboneſii) ratione Ducatus supradicti, ... dictos Ducatum & Comitatum Marchiæ in Parreriam & ut Parreriam Francia teneat.* Liber Archidiaconi in Archivis Eccles. Camerac. fol. 14. ad an. 1336. *Præfatus baillivus Camerac. sicut suo incumbere officio, requisivit dominum Ingergerium, dominum de Ambasio & dominam Mariam de Flandriæ ejus uxorem, tunc ibidem presentes, ut ipsa domina Maria de Pareria de Rumilliaco & terra S. Supplicii & aliis ejusdem Pareria pertinentiis ... & ipse dominus de Ambasio ejus maritus tanquam ballus ... ipsi homagia & debita juramenta facerent & præstarent adhibitis solemnitatibus consuetis; qua re-*
Tom. V.

quisitione facta, dicta domina Maria junctis manibus in manibus dicti baillivi 1º. de Paria de Rumelli & de S. Supplicio & aliis ejusdem Paria pertinentiis ... & ipse dominus de Ambasio ... dicta homagia ... præstiterunt. Homagium Johannis Ducis Britanniæ præstitum Karolo Regi an. 1366. ex Archivis castri Nannet. *Ego Dux Britannia ad causam Ducatus Britannia & Pareria Franciæ vobis facio homagium ut mei antecessores Duces Britannia illud facere consueverunt antecessoribus vestris. Vide Paragium.*

PARIATUS, Idem quod *Paria*. Litteræ Johannis Reg. Franc. an. 1363. apud Miræum to. 1. p. 118. *Novimus insuper coronam stabiliri regni Majestatis, dum personæ præclari generis, moribus utique & honestate vernantes, dignitatibus inclytis præferuntur ... His & aliis justis considerationibus excitati ... Ducatum Burgundiæ in Pariatu, & quidquid juris, possessionis & proprietatis habemus ... dicto filio nostro (Philippo Audaci) concessimus. Vide Patriatus.*

PARITAS, Eadem notione, in Literis erectionis Ducatus Britannia in Pariam, an. 1297. descriptis ab Argentæo lib. 5. Hist. Britan. cap. 31.

PERRIA. Arrestum an. 1341. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. pag. 487. *Cum Ducatus & Perria prædicti immediate moveant & teneantur à nobis ratione nostræ coronæ ex causa Perria, ressortiant immediate ad nostrum Parlamentum Francia.*

PARES, præterea dicuntur, qui unius prædii, seu feudi, domini simul sunt: id est, *participes*. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 572. de Gerboredo Castro in Bellovacis: *Moris enim est illius Castri, ut ibidem duo Pares domini sint.* Tabularium Abbatia de Rota fol. 108. *Hoc quoque factum tali pacto, ut Abbas teneat totum feodum de Matthæo & Mauricio: & Reginaldus & frater ejus reddant Abbati & Ecclesiæ 12. nummos de servitio unoquoque anno, & servitia dominorum reddant in manu Abbatis, & de labore boum quæ fecerint in extranea terra sint Pares ipsi & Abbas.* Tabularium S. Hilarii Pictavenſis anno 864. *Eo tenore eaque ratione, ut quamdiu insimul vixerimus, simulque teneamus & possideamus, & qui Pari suo supervixerit, censum dare faciat.* [Charta anni xi. Theodoricus Reg. apud Baluz. to. 3. Miscell. p. 169. *Ut nullus contra Parem suum de istis convenientiis se remutare non posset; quod qui hoc facere præsumpserit, partem suam à Pare suo amittat.* Hist. Harcur. to. 4. pag. 2172. *Isti sunt Pares Rabodimontis ... Robertus de Ribemonte est Par & dimidium ... Guido de Moi est Par & debet estagium, &c.* Tabul. Vosiense fol. 31. *Gausberti nepos hujus comandiæ particeps & Par dominus ... fecit guirpitionem de ea.*]

PARERII, Eodem significato. Regeſt. 87. Charthophylacii regii: *Item tenet à domino ipse Gononus & Johannes Morelli ejus nepos & eorum Parerii quedam nemora & quosdam essartos.* Ibid. *Et inde percipiunt tachiam Bucheti & eorum Parerii.* Declaratio Guelfii de Aurolio in Comment. ad Hist. Dalphin. pag. 24. *Dictas poypiam, domum & seignoriam nomine suo & suorum Pareriorum, condominorum de Royreno tradidit & reddidit. Pairiers*, in Comput. ann. 1268. ex Bibl. reg. *De mon seigneur Challe de Rochesfort & ses Pairiers, &c.* Charta an. 1307. in Archivis S. Victoris Massil. *Pro parte contingente suos Parerios de taschis ipsis annis singulis solvere.* Alia an. 1387. ex Schedis Pr. de Muzaugues: *Sicut alii eorum Parerii & condomini locorum.* Adde Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 32. 89. tom. 2. pag. 530. & tom. 3. Ordin. Reg. pag. 102.

PARERII, dicti etiam *Cohæredes*, quod ejusdem hæreditatis *participes*, in Statutis Forojul. ann.

1292. ex Archivis S. Victoris Massil. *Si homines diverforum Pareriorum seu coheredum in uno castro pelagiam faciant sive rixam inter se &c.*

PARIERII, Eadem notione, in Charta anno 1180. in Regesto Tolosano, in qua etiam interdum *participes* dicuntur. Alia anno 1245. ibidem; *Notum sit cunctis, quod Enricus de Castanhaco pro se & pro aliis dominis de Castanhaco Parieris suis, &c. Pariarius*, in Historia Episcoporum Lodovensium p. 228. Chronicon Volsiense utitur etiam voce, *Particeps: Hanc fidelitatem juraverunt Vicecomiti, & ipse illis, ipsique inter se, sicut legitimi Participes.* Charta *Pariagii* an. 1160. apud Chopinum l. 3. de Sacra Polit. tit. 3. §. 8. *Notum . . . quod Abbas de Bona valle & totus ejusdem Monasterii Conventus nos auxiliaverunt, & Participes constituerunt in villam suam, quae vocatur Laurcium, &c.* Atque hoc domini participium & societas

PARIAGIUM vel **PARIATIO** vulgo appellatur, vel *appariatio*, nostris *Pariage*: quae quidem vox maxime sumitur pro associatione domini: unde *associationes* etiam dicuntur in 1. Regesto Parlamenti an. 1260. fol. 109. & seqq. Charta R. Abbatis Monasterii Caroffensis anno 1308. ex 2. Regesto Philippi Pulcri num. 11. *Communione, communicationem, associationem, Pariagium, cessionem, &c.* [Litterae Philippi V. an. 1319. to. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 697. *Non faciemus, seu recipiemus permutationes, seu escambia, nec etiam Pariagia aliqua, in terris, castris, villis sive castellaniis eorumdem, seu in pertinentiis eorumdem in quibus habent altam justitiam.* Eadem occurrunt in Litteris Philippi VI. an. 1338. ibid. tom. 2. pag. 128.] Monasteriorum quippe & Ecclesiarum Praesules ut bona sua tuta & illaesa fierent, eorum partem Regibus aut Magnatibus concedebant, ut reliquam horum praesidio ac patrocinio tutarentur: quemadmodum, ut est apud Tacitum, Caesares passim scribebantur haeredes ex triente vel semisse, quo tutius ab iis reliquum patrimonium liberis ac propinquis adservaretur. *Volvitur*, inquit Chopinus l. 2. de Doman. tit. 8. artic. 7. in Regestis Curiae Parisiensis, *littera de Pariagio Abbatis & Conventu Sarlatensi facta à Domino Rege. Quo loco, & l. 3. de sacra Polit. tit. 3. art. 8. & 9. complura ejusmodi Pariagiorum profert exempla, quorum quidem ea potissimum erat conditio, ut in appariationem seu in Pariagium adscripti, partem praedii sibi concessam alienare nullo modo possent: quae expresse legitur in Charta Roberti Abbatis S. Laurentii de Longobeco anno 1192. qua Regem Philippum Augustum in omnibus sui Monasterii bonis associat, quae habetur in 31. Regesto Chartophylacii Regii fol. 56. *Dominus autem Rex concedit nobis quod id extra manum suam nunquam mittet, sed semper adharebit coronae, & medietatem suam nunquam capiet per se divisim, sed semper de communi. Praepositus autem qui ibi erit, faciet fidelitatem Regi, & nobis, & Dominus Rex cum universis rebus nostris quae in sua sunt potestate, in custodia sua suscipit & defensat, in quantum de jure poterit.* Exstat ibidem Charta alia an. 1290. fol. 57. qua Abbas S. Martini de Raucurte Regem eundem associat in praedio *Wasguemoulins*, cum hac conditione: *Quia vero in memorata villanos benigne & libere eum collegimus, ne ex dono quod ei fecimus, damnum nobis eveniat per malum donum, concessit nobis ut in verbo regio* Grantaine, quod nec dictam villam, nec aliquid quod ad illam pertineat, à proprietate sua alienabit, neque ipse neque successores sui Reges Franc. extra manum suam mittent.* In Charta an. 1279. quae*

legitur in Hist. Episcoporum Cadurcensium num. 154. *Bernardus de Pertica Domicellus dicitur vicarius Pariagii de Cadurco.* Adde num. 143. 160. 177. Sammarthanos in Episcopis Wapincensibus n. 26. [& Gloss. Jur. Gall. v. *Pariage.*]

PARERIA, Idem quod *Pariagium*, Domini societas. Charta an. 1220. tom. 2. Macer. Insulae Barb. pag. 531. *Nullam faciat munitionem novam nec in monte, nec in planitie, nec Pareriam acquirat in aliquo castrorum istorum.* Litterae an. 1333. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 241. *Mandamus, vice & nomine dicti D. Dalphini quatenus, dictas partes & Parerias acquisitas à prenoninatis Henrico & heredibus Dom. de Barreto . . . expedias & deliberes dicto D. Guillelmo, & sibi homagia, fidelitates, & recognitiones, fieri facias, per homines dictarum Pareriarum, ita quod de illis Pareriis cum earum pertinentiis utatur & gaudeat pleno jure.* Homagium Humberto Dalphino praestitum an. 1334. ibid. to. 1. p. 212. *Confitens se debere homagium ligium dicto domino tanquam domino de Turre, pro parte & Pareria quam habet apud Turrim & in mandamento ejusdem.*

PARIA, Eadem notione. Sponsalium Adalmodis Comitissae an. 1056. Marcae Hisp. col. 1110. *Et dono tibi centum mancufos per unum quemque mensem de ipsa Paria quae datur mihi de Saragesa, in tali videlicet ratione ut postquam, Deo dante, potuerimus accrescere prenominatam Pariam de Scriva tantum ut centum mancusi addantur.*

PARIARIOS praeterea vocabant quibus juris pars quaelibet erat in aliquo praedio. Verbi gratia legitur apud Plantavitium pag. 228. *Episcopum Lodovensem, ut Pariarium Castrum de S. Privato, praeter ea quae ad ipsum spectabant, tanquam ad majorem dominum, & dominum supremum, & dominum feudi, habuisse in jurisdictione dicti Castrum decem hebdomadas: quibus scilicet in solidum pro Castrum domino haberetur.* Exstant apud eundem scriptorem alia similibus conditionum in *Pariagiis* exempla. Habetur enim Charta anno 1167. qua Richardum Ruthenorum Comitem habere sex menses in turri de Montebruno agnovit & confessus est Gaucelinus Episc. Lodovensis: ut vicissim Richardus quoque agnovit Gaucelinum sex alios menses habere in eadem turri. In alia anno 1243. Bertrandus Maffredi & Gaucelinus frater recognoverunt Guillelmo Episc. Lodovensi se tenere in feudum ab ejus Ecclesia in municipio de Villacunio tres menses & dies decem domini, & totum Castrum, &c. In alia denique an. 1246. continente quamdam permutationem, Episcopus Lodovensis accepit à Guillelmo de Lodova quatuor menses, scilicet, Januarium, Aprilem, Maium & Decembrem quos idem de Lodova habebat in turri superiori de Montebruno.

PARABATA, *Cupidus*, in Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. *Parabates, transgressor. Item, socius in curru & miles in eo pugnans,* in Amalth. à παραβατης.

PARABIA, Potus quidam factitius. Coel. Rhodig. l. 4. c. 26. *Hecateus in Europa periodo auctor est, Paeonius ex ordeo brytum haurire, ac ex milio & conyza Parabiam.* Vide Martini Lexic.

PARABILIS. Testamentum Perpetui Episcopi Turonensis: *Equum meum Parabilem, & mulum quem elegeris do, lego.* Equus forte qui Gallis dicitur *cheval de parade*, ad pompam, ad apparatus.

PARABOLA, Verbum, sermo, Gall. *Parole*, Hispanis *Palabra*, quasi *parabola*. [*Parabola rustica*, in vet. Gloss. ex Biblioth. Colbertina.] Hesseo Scholasticus: *Assumpta Parabola sua, respondit Episcopus.* Radevicus lib. 1. cap. 41. *Per Parabolam Friderici*

Imp. vel nuntii ejus. Vetus Charta apud Dyagol. 2. de Comitib. Barcin. cap. 50. *Non dicam illas Parabolas, quas vos dixeritis ad me, & mandaveritis mihi, ut celem eas.* Alia anno 1179. exarata Papiæ: *Et sciendum quod taliter eis Parabolam dederit, sive terminum mutaverit.* Maurisus pag. 18. *Post hac cum boves mei essent de Parabola Capitanei castris, &c.* Otto Morena in Hist. Laudunensi pag. 10. *Dixeruntque se non esse aulos hoc sine consilio & Parabola Mediolanensium.* Adde p. 25. & Vitam B. Oldegarii Episc. Barcinon. n. 1. Gesta Innocentii III. PP. p. 148. Ughellum to. 4. pag. 227. to. 5. p. 773. 792. 802. [Translatio S. Viti Mart. to. 2. Junii pag. 1040. *Deque licentia, Parabola, auctoritate & mandato presati D. Episcopi, publicavit & subscripsit in canonica Senensi.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 8. *Est autem justa excusatio seu impedimentum, si . . . à vicario habuerint Parabolam remanendi.* Vide Chron. Parm. ad an. 1293. apud Murator. tom. 9. col. 824. Antiquit. Estenf. ejusdem Murator. p. 374. & Statuta Vercell. lib. 3. fol. 89. vº.]

¶ IN PARABOLIS, Verbo, voce, Gall. *Verbalement.* Charta ante an. 1010. in Chartular. Aptensi fol. 35. *Notum sit vobis omnes homines, qualiter Teudricus sedis Attenfis Episcopus, & Faraldus sive Waraco & eorum sequentes hic constituerunt in Parabolis Leutardo presbytero &c.*

¶ PARABULA, Eadem notione. Procuratio ad contrahendum matrimonium nomine Caroli filii Bernabovis, apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1518. *In presentia, voluntate, & consensu presati magnifici domini genitoris sui consentientis ac Parabolam & licentiam dantis, &c.*

PARABULLA. Charta an. 1164. *Causa satis diu per idoneos advocatos ex utraque parte ventilata, Guillelmus de Prio consilio & Parabulla feciorum suorum talem inde protulit sententiam.* Alia Theodori Porphyrogeniti Marchionis Montisferrati an. 1325. *Absque licentia & Parabulla seu voluntate ipsius D. Marchionis.*

PARABOLA, Vox in Evangeliiis frequens, i. similitudo, quæ ab ea vocatur, quod alteri παραβέλλεται, hoc est, assimilatur, & quasi umbra prævium veritatis est. S. Hieronym. Epist. 151. quæst. 6.

PARABOLARE, Sermocinari, verba facere, Gall. *Parler.* Capitula Caroli Calvi apud Silvacum c. 1. *Nostri seniores, sicut audistis, Parabolarunt simul & consideraverunt cum communibus illorum fidelibus de Dei servitio, &c.* Adde ejusdem Capitula tit. 21. c. 2. 3. & Epist. Episc. ad Lud. Reg. c. 4. Hincmarus Rem. in Ep. à Cellotio edita: *Audiavi denique quosdam reprehendere nos Episcopos, & dicere, quod volumus tota die per scripturas Parabolare.* Visio S. Baronti n. 1. *Cæpit eum bis terque appellare: sed ille nihil homini valuit Parabolare, sed digito gulam ei monstrabat, &c.* *Paroler*, Poëtis nostratibus. [Le Roman de la Rose MS.

Ceste gent dont je vous Parole.

Ovide MS.

*Pallas se taist, Venus Parole,
Je suis celle qui tieng escole.]*

Le Roman d' Aubery MS.

Flamainc Parolent, & li auquant Ainglois.

Le Roman de Garin MS.

Garin Parole qui molt ot le cuer fin.

PARABOLOSUS, Verbofus. Matth. Vill. l. i. c. 97. *Il qual' era Parabolosa di grande vesta, e poco veritiere nè fatti.*

PARABOLANI, Qui ad curanda debiliū agra corpora deputantur, inquit lex 17. Cod. de Episc. & Tom. V.

Cleric. sic dicti, quod neglecto omni periculo, suæque salutis immemores, agrorum curationi sese ultro exponerent, quomodo apud nos ii qui pestifera lue contactis curandis totos se addicunt: de quorum *confratria* vide quæ habet Malbrancus lib. 10. de Morinis cap. 38. A Græca voce παραβόλος vel παραβόλεμος, quam vocem per ἐναποκινδυνεύων reddit Hesychius. De ejusmodi Parabolanis agunt pluribus Cujacius, Baronius to. 5. Salmasius de Modo usurarum, & ad Pollionem, Jac. Gotofredus ad leg. 42. Cod. Th. de Episcop. & Cleric. &c. [Vocabular. vetus apud Martinium: *Parabolani sunt medici, qui ad curanda agra membra vel corpora debiliū deputantur. Dicti Parabolani à parabola; quia plura promittunt hominibus, quam faciant, & quia sæpius utuntur parabolis.* Huc spectant quæ scribit Bleyn Instit. l. 1. p. 7. *Nostre explanationes conferantur cum absurdis ridiculisque interdum intellectibus Glossarum & interpretum somniis; ut quando &c. vel cum per Parabolanos intelligunt medicos quia, inquit, multas habent parabolas.* Italis Parabolano est nugator, multas parabolas effutens.]

PARABOLARE, Periclitari, ex Gr. παραβέλλεσθαι. Monent Salmasius l. de Modo usurarum p. 196. & Jacobus Gotofredus, in antiquissimo Codice Bibliothecæ Puteanæ in Epistola B. Pauli ad Philippenses c. 2. haberi hæc verba, *Parabolatus est de anima sua:* ubi Græca præferunt, *Διὰ τὸ ἔργον τῆς Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἠγασσε παραβόλευσάμενος τῆς ψυχῆς.* Vide Parabola.

¶ PARABOLOSUS, PARABULA. Vide Parabola.

PARACELLARIUM, Idem quod Cellarium, cella vinaria, nostris *Cellier.* Anastasius in S. Hadriano: *Vinum vero seu diversa legumina, quæ in prædiis ac locis ipsius antefata domocultæ annue nata fuerint, simili modo curiose in Paracellario prænominatæ sanctæ nostræ Ecclesiæ deducantur, & separatim reponantur.* In Gregorio IV. *Sed & alias absidas duas . . . infra Paracellarium variis historiis depictas.* Infra: *Balneum, quod juxta Paracellarium situm est.*

PARACELLARIUM, seu cellarii, Qui cellariis præfunt. [Iis, ex Macro, incumbere mensæ pontificiæ largitiones pauperibus distribuere.] Idem Anastasius in S. Zacharia PP. *Hic beatissimus Papa statuit ut crebris diebus alimentorum sumptus, qui & eleemosyna usque nunc appellatur, de venerabili Patriarchio à Paracellariis, pauperibus, & peregrinis, qui ad B. Petrum morantur, deportari, eisque erogari.* Vide *Subpulmentarius.*

PARACELLATICUM, Papiæ MS. edito vero, *Paracollecticum, penicillus* (ed. *Peniculus*) i. spongiola. Vide *Paracellarium.*

¶ PARACENTHERIUM, pro *Paracenteterium*, à Græco παρακεντητήριον, Instrumentum quo fit *paracentesis*, seu compunctio, qua hydropicis aqua eximitur. Veget. Mulomed. l. 2. c. 17. *Ab ipsa fronte Paracetherium inter tunicas oculares subjecito, ne pupillam tangas.* Vide Lex. Martinii.

¶ PARACHÆMADION, Macro, Locus ad hybernandum aptus, à Græco παραχειμάζω. Vita S. Anastasii Persæ: *Abiit ad Parachemadion suum, sive stationem hybernationis.*

PARACHARAGMA, Moneta adulterina, ex Gr. παραχάραγμα. Glossæ Gr. Lat. παραχάραγμα, adulteratio. Παραχάραξις, adulter. Cassianus Collat. 1. cap. 20. 22. *Tanquam adulterina numismata & Paracharagmata reprobemus, utpote quæ falsam imaginem Regis non legitime signata contineant.* Adde Collat. 2. c. 9. Tertullianus lib. de Pœnitentia: *Nummus improbus, aut scalptus, aut rasus, aut adulter.*

PARACHARACTÆ, Qui falsos nummos cudunt, in lege 8. C. Theod. de Falsa moneta. Παραχαράττειν τὸ δὴναίον dixit Anastasius Sinaïta. Lexicon MS. Cyrilli: Παραχαράκτης, παρασφραγεύς, παρασφρωτής τῶν ἐντεθέντων ὄρων ἢ νόμων.

PARACHARAXIMUS. Glossarium Saxon. Ælfrici: *Paracaraximus*: ƿlay peniƿ, idest, falsus denarius. Glossæ Isonis Magistri ad Prudent. *Moneta dicitur eo quod monet mentem inscriptione nominis Regis, ne paracaraximi, i. falsi nummi fiant.* Petrus Damian. lib. 2. Epist. 1. *Quod si ipsius moneta obliterata, vel detrita sit regula, postquam metallis imprimitur, non nummus, sed paracaraximus invenitur. Paracharaxima nominata, apud Cassianum Collat. 1. cap. 20. 21. & 22. Vide S. Columbanum Instruct. 9.*

PARACHIMUMENUS, ex Gr. παρακίμωμενος, Præfectus sacri cubiculi, de qua dignitate Scriptores Byzantini passim, & ex iis Gretzerus & Goarus ad Codinum, & nos quædam ad Villharduinum. Ignotus Barenis in Chron. an. 888. *Mortuus est Michayl Imp. & surrexit Basilius Parachimumenus ejus.* [*Parocæmomenus*, in Vita S. Greg. PP. auctore Johanne Diac. to. 2. Martii p. 186. *Evigilans ergo Mauritius misit Parocæmomenum, & vocavit ad se Philippicum generum suum.* Vide παρακίμωμενος in Glossar. med. & infimæ Græcit.] Apud Luitprand. 1. 3. c. 7. *Parachimmenus*, perperam scriptum legitur.

¶ **PARACHLAMYS**, Vestimenti genus, non modo militare, sed etiam puerile, apud Ulpian. lib. 3. tit. 2. l. 23. Vide Lex. Martinii.

¶ **PARACOLESIS**, Glutinatio, à Græco παρακολάω, agglutinatio. Gariopontus l. 5. Passionarii cap. 23. *Ideoque utilissima sunt talia ad Paracolesin, vel pendiginum, vel aliorum vulnere.*

¶ **PARACOLLECTICUM**. Vide *Paracellaticum*.

¶ **PARACONTACIUM**, à Græco παρακοντάκιον, Latinis *responitorium*, seu ratio antiphonatim canendi apud Græcos. Vide *Antiphonatim*, *Contacium* & κοντάκιον in Glossar. med. & infimæ Græcit.

1. **PARADA**. Sidonius lib. 8. Epist. 12. *Hic, ne tibi pendulum tinguat volubilis sentina vestigium, pandi carinarum ventres, abiegnarum trabium textu pulpita buntur: hic superflexo crate Paradarum sereni brumalis infida vitabis.* Aufonius Epist. 5.

Expositum subter Paradadas, lectoque jacentem Corporis ut tanti non moveatur onus.

Scaliger lib. 2. Aufon. lect. cap. 14. *Paradas* interpretatur naves voluptarias & cubiculatas undique tectas. Sed his locis *Parada* pars est navis sub qua jacebant navigantes. Schefferus lib. 2. de Militia navali cap. 2. in Addit. p. 325. post Vossium & Martinium, multa de hac voce commentatur.

¶ Eadem notione usurpari videtur vox *Paruë* in Poemate Gall. MS. *de la guerre de Troyes:*

*Des nez ont fet lor establies,
Et lor convois & lor Parues.*

Vide *Paradisus* 5.

2. **PARADA**, pro *Parata*. Vide in hac voce.

¶ **PARADEGIUM**, vel *Paradogum* & *Paradogium*, Vox Longobardis usitata ut feudum nobile significarent, & à feudo ignobili & vassallatico, quod *Pædagogum* vocabant, distinguerent. Barater. lib. feud. tit. 4. apud Spelman. *Qui ab antiquis temporibus feudum non tenent, licet noviter à capitaneis, seu valvasoribus acquisierint, plebei nihilominus sunt: nam & hi qui soldatam acceperunt vel habuerunt per eam nullum Paradegium, sed nec feudi usum acquirunt.* Vide Cujac. pag. 146.

PARADIE. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion.

Cum portiones biberit ducentas, dabis iterum die Paradie. Ubi Glossæ MSS. *Die paradie, i. die post diem.*

PARADIONIUM, *Prope balthæum.* Papias.

¶ **PARADISEUS**, Summus, eximius, perfectus. Bernhardi de Breydenbach *Iter Hierosol.* p. 213. *Ideo ultra eam (Ægyptum) locus est desertus, intra vero eam locus Paradiseæ voluptatis. Paradisica voluptas, in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 33. pag. 87.*

¶ **PARADISIACUS**, Cælestis. Charta Bertrandi Comit. Forcal. an. 1044. ex magno Chartul. S. Victoris Massil. fol. 148. *Qui exigente propria culpa amiserat Paradisiaca gaudia. Francisci Arnonis Scutum Canon. apud R. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 12. Scio, inquam, tales, qui inter jejuniorum ac lectiorum & orationum studia ac cetera spiritualium exercitationum commercia crebrius ac diutius odores Paradisiacos naribus hauserint.* Alcimus Avitus lib. 1. 300.

In Paradisiaca ponuntur sede parentes.

¶ **PARADISICOLA**, Paradisi incola. Acta SS. Julii to. 2. p. 375. de S. Godeleva: *Godeleva sacra festum recolamus alacre, quam Christus sanxit Paradisiculis & adauxit.* Prudent. Hamartig. v. 928. de Lazaro: *Et Paradisicola post ulcera dira beato.*

1. **PARADISUS**, Atrium porticibus circumdatum ante ædes sacras, ex Gr. παράδεισος, qui ab Hesychio definitur τόπος ἐν τῷ περιπάτοι, locus porticibus & deambulatoriis circumdatus, nostris, vulgo, *Parvis*. [Interdum apud Græcos atrium illud arboribus erat confitum, quo propius ad vocis originem accederet, ut colligitur ex Vita S. Marthæ matris S. Symeonis Jun. cap. 7. n. 57. to. 5. Maii pag. 428.] Anastasius in Dono I. PP. *Hic atrium B. Petri superius, quod Paradisus dicitur, estque ante Ecclesiam, in quadriporticum, magnis marmoribus stravit.* Et in S. Paulo: *Fecit autem in atrio turrim S. Mariæ ad Gradus, quod vocatur Paradisus, oraculum, &c.* Leo Ost. lib. 3. cap. 28. *Fecit & atrium ante Ecclesiam, quod nos Romana consuetudine Paradisum vocitamus, longitudine cubitorum 77. ac semis, latitudine 57. & semis, altitudine vero 15. & semis, 4. & totidem in geminis frontibus, & 8. per latera singula super quadrifidas bases habens, gerens columnas.* Quod vero Anastasius atrium & Paradisum S. Petri vocat, εἶσα, ἢ ἐς τὸν Πέτρον τῆς Αποστόλης νεῶν δὴκεῖ, dicitur, seu Porticus S. Petri. [Orationale vetus Basilicæ S. Petri num. 8. *Erat oratorium quadriporticum Basilicæ, Paradisum dictam, unde ab eo oratorio per Paradisum procedebant in processione clerici.*] Vetus Charta Fuldenis, apud Browerum lib. 2. Antiq. Fuld. c. 6. *Wernherus omni devotione diligens decorem domus Dei, fecit Paradisum in Orientali parte Ecclesiæ, columnis, porticibus inferioribus & superioribus, honorifice constructis. Capellam etiam regia dignitate fulgentem apposuit, ita ut locum ipsum Paradisum voluptatis non immerito appellare possimus.* Versus Angelranni apud Hariulfum lib. 4. cap. 17.

A fundamentis instauravit Paradisum.

Chron. Laurishamense an. 948. *Paradisum totum plumbo operuit, pulpita ante portas ejusdem Paradisi fabricavit, &c.* Charta Anacleti Antipapæ an. 1134. pro Beneventana Ecclesia: *Totum integrum Paradisum & atrium quod est ante ipsum Episcopium, Ecclesiam videlicet S. Mariæ, &c.* [Notanda vero quæ de Paradiso Ecclesiæ Centul. habet Scriptor Vitæ S. Angilberti Abb. *Ipsa mœnia quæ vocantur Paradisus, turrata mole surgentia, tribus altariis consecrata sunt: videlicet in porta Occidentali altare S. Michælis, in porta Australi altare S. Gabrielis, . . . in porta autem Septentrionali altare S. Raphaëlis.*]

Paradisos porro interdum vicem cœmeteriorum præbuisse declarant quæ de Ottone II. Imp. habent scriptores, quem *in Paradiso B. Petri Romæ* tumulatum tradunt Leo Ostiensis lib. 2. cap. 9. Chron. Laurishamense, &c. Ita etiam Sicelgaitam, Roberti Guiscardi uxorem, ibid. humatam scribit Paulus Diac. lib. 4. Chr. Casin. c. 8. Ugutio: *Paradisus est locus morientis partibus constructus*. Certe ut *paradisi*, ita & cœmeteria *atria* dicuntur: unde Tabularium S. Victoris Massiliensis apud Guefnaium in Annal. Massil. p. 296. vocis etymon confingit: *Idcirco vero idem locus ad portam Monasterii situs, vocatus est Paradisus, sicut & nos comperimus, quia multorum corporum, scilicet sanctorum Martyrum, Confessorum, Virginum eodem loco quiescentium decoratur auxiliis, & suffragatur meritis, &c.* Hanc vocem habent præterea veteres Inscriptiones Christianæ apud Gruterum p. 1163. Annal. Francor. Fuldenfes an. 896. Paulus Warnefrid. lib. 5. de Gestis Langob. c. 31. Aimoinus lib. 4. Hist. Franc. c. 34. Anonymus in Miraculis S. Richarii lib. 1. c. 10. 18. [Vita Aldrici Episc. Cenoman. n. 57.] Bernardus Monachus in Itiner. Terræ sanctæ cap. 10. Cæsarius Heisterbach. lib. 7. c. 10. Vetus Charta in Hist. Parisiensi Brolii p. 41. &c.

Eodem *Paradisi* nomine designata Canonicorum habitatio, quod in atrio, ut plurimum, ecclesiæ, vel circa illud, ædificata esset; aliis *claustrum* dicitur. Constitutio B. Episc. Barchin. ann. 1298. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 607. *Ordinamus, quod nullus Canonicus cujuscumque conditionis aut status existat, nullusque beneficiatus habens hospitium ab ecclesia prædicta, vel ratione sui beneficii in eadem ecclesia, possit hujusmodi hospitium locare, nec commodare, nec alio quovis modo concedere infra locum vocatum Paradisum alicui personæ, nisi Canonico, vel alii clerico, qui sit ad divinum servitium ecclesiæ deputatus*. Latius interdum patuit ejusdem vocis notio, cum ad totum territorium, quod ad ecclesiam vel monasterium pertinebat, extensa est. Id de monasterio S. Victoris Massil. ex variis ejusdem Instrumentis constare scribit Marten. in Gloss. ad calcem tom. 5. Anecdotorum.

PARAVISUS, in Charta laudata ab Hemeræo de Academia Parisiensi p. 13. ex Magno Pastoralis Ecclesiæ Paris.

PARVISIUS. Matth. Paris an. 1250. *Unde pro illa substantiola persolvenda cogebatur ille pauperculus, multis diebus scholas exercens, venditis in Parvisio libellis, vitam famelicam & Codrinam protelare*. [Charta an. 1542. to. 2. Hist. Meld. inter Instrum. p. 286. *Usque ad Parvisium præfata ecclesiæ Meldensis à dicto choro & assistentium multitudine cum honore & reverentia conductus est.*]

PERVISUS. Fortescut. de Laudibus Legum Anglic. c. 51. *Sed placitantes tunc se divertunt ad Pervisum, & alibi consulentes cum servientibus ad legem, &c.* De vocis *paravisus* etymo, vide quæ habet Somnerus ad scriptores Anglicos v. *Triforium*, & an ejus conjectura probetur omnibus.

¶ 2. PARADISUS, fem. gen. Hortus cultus & amœnus, quæ nativa est hujusce vocis notio. Baldricus apud Mabill. to. 5. Annal. p. 146. *Admirabar Paradisum opimam, quæ me inter mala sua granata diu nutrierat . . . præsertim quoniam horto illi ferme sex lustris custos & hortulanus extiteram*.

¶ 3. PARADISUS, Arbor quædam Terræ sanctæ. Jacobus de Vitriaco Hist. Orient. l. 3. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 279. *Sunt ibi arbores quæ dicuntur Paradisi, habentes folia unius cubiti longa, &*

medii lata, ferentes poma oblonga & in uno ramusculo centum sese tangentia, & melleum saporem habentia.

¶ 4. PARADISUS, Regio, tractus, Gall. *Pais*. Hist. Episc. Roman. apud Stephanot. tom. 7. Fragm. Hist. MSS. *Alexander II. cum esset Lucanus Episcopus, natione Mediolanus, concorditer est à Cardinalibus electus. Contra hunc fuit Candolus qui fuit Parmensis Episcopus, & fere ab omnibus episcopis Lombardiæ in Papam est electus. Asserebant enim Papam non debere eligi nisi de Paradiso Italia*.

5. PARADISUS, Pars navis sic appellata. Contractus navigii &c. an. 1268. to. 5. Hist. Francor. pag. 437. de navi: *Et habet duos Paradisos, & unum vannum & supervannum coopertum*. [Vide *Parada*.]

¶ PARADOGIUM, PARADOGUM. Vide *Paradegium*.

¶ PARADOXI & PARADOXOLOGI, lidem cum Neanicologis & Aretalogis seu scurris, sic dictis quod multa falsa de virtutibus suis prædicantes, risum aliis movere quærerent. Vetus Scholiastes Juvenalis: *Siparium velum est, sub quo latent Paradoxi, cum in scenam prodeunt*. Eisdem *Ordinarios* vocat Suetonius de Rhetor. cap. 2. ubi perperam vulgo legitur, *Hordearium*. *Ordinarium* autem veteribus scurræ dictum esse, monet Festus: *Ordinarius, homo scurra & improbus*. Hæc Hofmannus.

¶ PARAFERNALIA BONA, Gall. *Biens Parafernauz*, apud D. de Lauriere in Gloss. Jur. Gall. ex Calvini Lexico Jurid. *Sunt res uxoris extra dotem constitutæ; vel Sunt res quas uxor in usu habet in domo mariti, neque in dotem dat*. Vocabular. utriusque juris: *Parafernalia bona, vel res Parafernales, dicuntur res quas mulieres juxta (leg. extra) dotem inferunt in domum viri*. *Parafernium, le dou fait des amis à la femme nouvellement mariée*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. In Consuetud. Norman. art. 395. *Parafernalia bona* definiuntur ea quæ sunt ad usum mulieris, puta lectus, vestes, lintea, & alia ejusmodi. Ex quibus colligitur *Parafernalia bona*, quibusvis ex rebus consistant, eadem esse quæ Græci *παράφερνα*, Galli *Peculium*, dixerunt; quæ à dote semper distincta in usum mulieribus erant atque in earum arbitrio posita: quod ex subjiciendis iterum perspicuum fiet. Statuta Philippi Pulcri an. 1303. in Cod. MS. Consuetud. Tolos. p. 35. *Judicatum quod executio pro clamoribus sive justiciis uxoris in bonis mariti, vel è contra in bonis uxoris dotalibus aut Parafernalibus pro marito . . . non fieret de catero*. Charta an. 1344. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 493. *Sive ex causa bonorum maternorum, seu paternorum, sive ex causa dotis & bonorum Parafernalium ipsius domine Beatricis matris sue*. Instrum. an. 1351. apud Rymer. to. 5. p. 704. *Ita quod soluto matrimonio (quod absit) . . . tota pecunia prædicta nomine dotis seu dotalium . . . una cum rebus suis Parafernalibus, refundatur penitus & integre persolvatur*. Aliud an. 1401. apud eundem to. 8. pag. 179. *Item quod mittet eandem suam filiam ipsi domino Luodovico taliter fulcitam Parafernalibus, jocalibus & ornatibus, &c.* Johannes V. Belvac. Episc. apud Acher. in notis ad Guibertum p. 601. *Multaque alia loca ipsis subdita ex suis patrimonialibus & Parafernalibus bonis*. Vide Consuetud. Burbon. art. 28. & Arvern. cap. 14. art. 2.

¶ PAREFERNALIA, Eadem notione, in Decret. ad calcem Statut. Placent. fol. 113. recto.

¶ PARAFRENALES RES. Statuta castri Redaldi l. 1. fol. 19. vº. *Decernimus quod si mulier maritum habuerit, & res Parafrenales etiam habuerit, &c.*

¶ *Parafernalia bona* dicuntur præterea in diœcesi

Rotomag. ea utensilia, quæ parochi defuncti hæredes successori dimittere tenentur, scilicet lecti compages lignea, fulmenta quibus super foco ligna sustinentur, forceps & cremathra.

¶ PARAFREDUS, PARAFRENARIUS. Vide *Paraveredi*.

¶ PARAGAMINARIUS, pro Pergamenarius, Membranarum concinnator, Gall. *Parcheminier*. Litteræ an. 1341. to. 2. Ordinatio Reg. Franc. p. 171. *Inter mercatores dictorum coriorum & pellium tam affatorum Paragaminarios & pellegantios, quam alios, dicentes & allegantes, se esse . . . in possessione & saisina vendendi in dictis vicis seu carreriis, dicta coria & pelles.*

¶ PARAGAUDA, Ornamentum pallii, vel vestis, quod vulgo friseum dicitur, Joan. de Janua, apud quem perperam editum *Paranganda*. Παράγαυδα in Gloss. Gr. Lat. MS. Biblioth. S. Germani Parisiensis: *Paragaudis*, Pollioni. Lex 2. Cod. Th. de Vestib. *Nemo auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis Paragaudas.* Vide ibi Jacobum Gotofredum.

¶ PERANGADA, perperam in Vocabul. Juris utriusque: *Perangada, est vestis de auro vulgari, quod à gaydis vestimentorum vel clamydum poni solet: vel vestis quæ habet aurum tantum in superficie.*

¶ PARAGAUDATUS. Charta donationis Cornutiensis edita à Suaresio: *Et pro nra ora vela tramosefica alba pro auroclava. 2. Vela blattea auroclava Paragaudata 2. Infra: Vela linea Paragaudata Persica clavatura coccomelina prasina 2. vela linea Paragaudata Persica clavatura leucorodina 2. &c. Paragaudie vestes,* apud Vopiscum in Aureliano: *Paragaudie interula,* in Epist. Valeriani Imperatoris ad Præfectum Præt. quæ *Paragaudis* exornatæ erant. Vide Turnebum lib. 9. Adversar. capite 11. Casaubonum, Salmasium ad Hist. August. [Martinium & Hofman. in Lex.]

¶ PARAGIUM, PARATICUM, Conditionis ac nobilitatis paritas, juxta quam Barones debent maritare sorores, aut amitas, fratres aut nepotes, ut est in Constitut. Siculis lib. 3. tit. 33. *Pro modo scilicet facultatum suarum, & filiorum superstitem numero, secundum Paragium.* [Adde Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliae cap. 158.] Charta an. 1269. apud Ughellum in Episcopis Casertanis: *Suppliciter petit ut mandari ipsam maritari juxta Paragium, & dotari de castro & casali predictis benignius dignaremur, &c. Quod porro Paragium nostri in nuptiis appellabant, congruam parilitatem rectè vocat Martianus Capella lib. 1. pag. 4. Ομαλὸν γάμον Æschylus in Prometheo pag. 55. ubi consulendus Scholiastes pag. 54. Apuleius lib. 6. Metamorph. *Connubium est, cum æquales in nuptias cœiunt: ut puta cives Romani pari utique dignitate.* Ita Periander apud Laërtium lib. 1. suadebat, γαμεῖν ἐν τῶν ὁμοίων. Et Solon apud Aufonium in Ludo sapient. *Par pari jungatur conjux, quidquid impar dissidet.* Sed hæc nota. Hinc VOX*

¶ PARAGIUM, pro ipsa nobilitate usurpata. Philippus Mouskes in Hist. Franc. MS.

*Le Conte Estase de Boulogne,
Ki del Parage ne forlonge.*

Le Roman du Renard MS.

*Enfans, di-il, de haut Parage,
Penffés de mes Chatiaus tenir, &c.*

Le Roman de Gaydon MS.

La Dame iert de mult haut Paraige née.

Le Roman d'Aubery MS.

*Vostre pere est frere Basin le fier,
Itel Paraige puisse Dex vergoigner.*

Le Roman de Rou & des Dus de Normandie MS.
Gentil fu de Parage, & d'avoir fu manans.

Alibi:

Une fille à moult gente, qui est de haut Parage.

Rursus de Henrico II. Rege Angliæ:

Qui prist Alianor, dame de haut Parage.

Princesse de haut Paraige, apud Christinam Pisanam lib. *du Tresor de la Cité des Dames*, 1. part. cap. 24. *Homens de Paratge,* apud Raimundum de Montanerio in Chron. Aragon. cap. 113. in Chron. Petri Regis Aragon. lib. 1. cap. 28. &c. Chronicon Flandriæ cap. 5. *Quand vous avez arse sa maison à la vergoigne de tout son Parage.* Adde cap. 9. Jacobus Passavantius in Speculo de vera Poenitentia pag. 209. *Non trovando niun altra creatura à suo Paraggio.* Dantes de Majano Son. 17.

Cavalieri li mostraro di gran Paraggio.

Utitur etiam Johannes Villaneus. Quibus in locis sæpe pro parentage sumitur. Philippus Mouskes in Philippo Augusto de Reginae Isembordis divortio:

Et par itant se l'en hai

Si fort, que de li s'en parti,

Quar l'Arcevesque de Rains

Parage i jura premerains.

Vide Dissertationem 3. ad Joinvillam p. 151. ubi plura: & supra in *Disparagare*. Ita etiam

¶ PARATICUM usurpatur in Hispanicis Tabulis. Curia Generalis Catalon. an. 1320. MS. *De hominibus de Paratico, sive de genere Militari.* Alia Curia Generalis Barcinone celebrata an. 1291. à Jacobo II. Rege Aragon. *Quod aliquis Miles, vel homo de Paratico non possit facere malum alicui sine acunydamento.* Vide *Bandustias*.

¶ PARAGIUM, Parium dignitas & prærogativa, *Pairie*. Litteræ Philippi Pulcri ad Clementem V. PP. an. 1307. in MSS. de Brienne, vol. 236. fol. 3. *In Laudunensi ecclesia, quam licet in facultatibus tenuem, inter ceteras regni nostri ut pote Paritate seu Paragio regni ejusdem dotatam, excellentia nobilissimam reputamus.*

¶ PARAGIUM, deinde appellatum, quicquid feudale à fratre primogenito, secundogenitis in partem hæreditatis datur, qui id ab ipso primogenito fratre tenent, pari ac ille reliquum feudum conditione, absque tamen homagio, (quod is pro toto feudo dominico præstat) usque ad septimam generationem, qua finita, omnis sanguinis affinitas extincta censetur: tum enim qui excipiunt, homagium præstant hæredibus primogeniti. Arrestum Parlamenti Parisiensis anno 1275. apud Duchesnum in Histor. Drocensi pag. 281. *Baillivo igitur Caleti pro domino Rege petente homagium à Comite Domni Martini de dictis terris sibi, ut dictum est, in excambium traditis: pro dictis Comitibus fuit ex adverso propositum, quod dictus Rex de dictis terris . . . homagium habere non debebat: imo Comes Drocensis eas Comiti Domni Martini per Paragium, juxta terra consuetudinem garantire debebat usque ad septimum heredem.* Regestum Parisiensis Parlamenti sign. B. f. 41. inter Arresta anno 1277. *Hometum quod tenetur ab eo tanquam ab antenato per Paragium, juxta consuetudinem Normannia. Totam hanc Paragii rationem & usum hisce verbis profequitur vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 15. Les fieus sont tenus par Parage, quant le frere ou le cousin prent l'eritage à ses predecesseurs, & il la tient de son ainsné, & li respont de toutes les choses qui apartiennent à la partie de son fieu, & de toutes les droitures que le sement de sa partie deura, il en respont*

& en fet les redevances as Chiés Seignors. Et cap. 18. Tenure par Parage adertes si est fet quant le tenant & celui del quel le feu est tenu sont pers par la reson del lignage, qui descent de leurs antecessors, & en cete maniere tiennent les puisnez des ainnez de si atant que il viengnent au seisme degré de l'eritage. Més dilec en avant, li puisnez si sont tenuz à fere fealté à l'ainné, & quant vendra au septisme degré, il tendront encore de l'ainné par homage, més dillec en avant tout c'en qui par de devant estoit tenu en Parage, il sera tenu en après par hommage. Li ainnez poet fere justice sur les puisnez pour les rentes & pour les services qui appartient as Seignors del feu, &c. Cap. 27. Les puisnez seront tenuz à fere salté à leur ainnez ou à leurs successeurs quant le lignage sera alé & descendu siques au sixime genoil. El septisme degré les puisnez seront tenuz à fere à leur ainnez homage, quer le septisme degré est establi tout au dehors des lignes de sanguinité. Adde quæ de hacce materia fusè pariter observavimus in dicta Dissert. 3. ad Joinvillam p. 150. [Vide etiam, si placet, quæ eadem in rem differunt D. Brussel lib. 3. de Usu feud. cap. 13. D. de Lauriere in Gloss. Jur. Gall. v. Parage & in Præfat. ad to. 1. Ordinat. Reg. Franc. p. x. & seqq. Stabilim. S. Ludov. lib. 1. cap. 74. Butiller. in summa rurali, atque Consuetudinum municipalium Interpretès passim.] Hinc

APPARAGIUM, pro parte hæreditatis paternæ aut maternæ; quæ secundogenitis datur à primogenito fratre, in Charta an. 1316. ex veteri Regesto Camerae Computorum Parisiensis: Dominus Philippus filius Regis Comes Pictavensis & Burgundia de dono Regis Philippi patris sui ratione partagii seu possessionis hæreditaria quousque Rex sibi fecerit assideri de 20. mill. lib. Tur. solvend. hoc modo videlicet 3000. ll. super terram Comitatus Burgundia annis singulis, qui debebantur Regi à Comitissa Atrebatensi Domina Mathildi... Dominus Ludovicus Comes Ebroicensis pro recompensatione sibi facta super deceptione seu errore assisia terra sibi facta ratione sui Apparagii, super quibus dudum conquestus fuerat defunctis regibus Philippo seniori, & Ludovico germano quondam domini Regis moderni, &c. Hinc etiam in Consuetudine Britannia art. 557. Lodunensi c. 15. art. 5. cap. 27. art. 26: & in Turonensi art. 284. fille apparagée suffisamment, ou deurement, dicitur quæ legitime & juxta debitum dotata est à fratribus.

PARAGIUM, Quævis portio in re aliqua. Tabularium Vindocinense fol. 54: Guido de Blafone Dominicus vassus accedens ad Dom. Odericum Abbatem donavit eis tractum sagena unius in universis aquis suis, ubicumque piscaturas habere dinoscitur, ita ut ipse in eadem sagena unius hominis habeat portionem, quam nominant Paragium, reliquæ autem portiones sunt S. Trinitatis & Monachorum. [Charta ann. 1183. Aremburgis uxor Dagani conquerebatur super duobus Paragiis in clusa quæ Varias nuncupatur, quæ ei Dagani vir suus de seculo decedens dederat ex conquestione sua. Tabular. Majoris-monast. Post mortem Gaufridi de Castro Celso, frater ejus Odericus dedit terram quæ cognominatur Truncata, & parilitatem quam vocant Paragium omnium exclusarum de illa castellaria. Vide Cenagiator]

PARAGIUS, Proximus, contiguus, Gall. Proche, contigu. Charta an. 1283, to. 2. Hist. Dalphin. p. 26. Si vero dictum castrum cum ejus mandamento, territorio & districtu dictas ducentas libras annui redditus non valeret, communi estimatione & legali consuetudine & conditione terra inspecta, quod de dictis ducentis libris deficeret, promittimus eodem modo supplere

& assidere in loco proximiori & contiguo sive Paragio predicto castro, territorio & districtui cum omni mero & mixto imperio & omnimoda jurisdictione.

PARAGO. Vide Parrago.

PARAGOGIA, Gr. παραγωγή, Aquæductus minores, qui in majores confluunt. Vide Gotofredum in l. 8. lib. 15. Cod. Th. tit. 2.

PARAGONICUS. Joannes Hocsemius in Engilberto à Marca Episcopo Leodiensi c. 35. Ad ea, quæ nobis objiciuntur in Curia de lavacro Militari sumpto in concha Paragonica Constantini; dicimus, quod in eadem intravit Constantinus, & inibi lotus fuit, &c. Anastasius in S. Silvestro: Fontem sanctum, ubi baptizatus est Augustus Constantinus ab eodem Silvestro: ipsum fontem ex metallo porphyretico ex omni parte copertum, &c. Ita paragonica concha, pro porphyretica hic sumitur, nisi ita legi debeat apud Hocsemium, vel Pentagonica.

PARAGONISARE, Comparare, conferre, à veteri Gallico Paragonner, vel Parangonner, nunc comparer dicimus. Acta S. Raynerii to. 3: Junii p. 443: Me multis dicebam optimum habere byzantium, diligenter illud revolvens & Paragonisans reperi fore areum.

PARAGONIZARE, PARAGORIA, PARAGORICUS. Vide Paregorizare.

PARAGRAPHUS, Peculiaris subscribentis nota, Gall. Parafe. Charta an. 1478. in lib. cui titulus: Apologie pour le pelerinage de nos Rois au tombeau de S. Marcol &c. p. 120: Cum pluribus aliis notabilibus personis tam ecclesiasticis quam secularibus ad solemnitatem hujusmodi translationis congregatis. Signatum Joannes Carnificis & Joannes le Clerc cum Paragraphis.

PARAGRAPHUS, Linea quædam brevis, qua in distinguendis versibus utebantur Critici. Utrum masculini an feminini generis sit, disputant Grammatici, qui in feminino à Græcis constanter efferri observant. Vulgatius est apud Latinos hic paragraphus scribere. Vide Fabri Thesaur. in Graphe & Brenemannum in Hist. Pandect. lib. 3. cap. 6. p. 304:

PARALAMENTUM, Litigium, Gall. Procès; contestation. Miracula S. Wernheri to. 2. April. p. 728. Quod semel tracta fuerit ad judicium Bacheracense, & impetita à quibusdam, & quia inconsueta fuerit, de illis Paralamentis hominum perterrita, vix venit ad ecclesiam.

PARALANDRINUS, Navis onerariæ species. Rafanus de Carefinis in Chron. MS. an. 1379. Hostibus autem, cum galedellis, Paralandrinis, gauzarolis.... viriliter resistentibus. Vide Parandaria.

PARALLELONEUS, παράλληλος, apud Latinum Agrimenforem p. 316.

PARALODIUM. Charta Berengarii Comitæ Barcinonensis an. 1090. apud Baronium an. 1091: n. 8. Et ut Principes universi vel omnes alii, qui mecum insudaverint ad prædictæ urbis instaurationem, habeant in consinio hujus urbis Paralodium, suam aprisionem, vel quod acceperint per manus nostræ largitionem, non inde persolventes aliquam pensionem, &c. Sed legendum videtur distinctis vocibus, par alodium, sive aprisionem.

PARALOGIUM, Ædes, ut videtur, extra septa monasterii ædificatæ cum chorte, Plinio Cavædium. Henrici Bernteni Chron. apud Leibnit. Script. Brunsvic. to. 2. p. 445. Eandemque coquinam extruxit à fundo lapideam, sicut Paralodium, capitulum, armarium, dormitorium, colloquium, auditorium & omnia cum tectis trabibus atque tegulis perficiendo. Ibid.

p. 447. *Submovit etiam stabala periculosiora in curia Paralogii, distinguens eam à media porta per muros à dextris & à sinistris.*

PARALOGIZARE. Gloss. Lat. Gall. *Paralogizo, Parler, decevoir, ou conclure.* Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Cujus (diadematis) non adulterina auri materies ab ipsius honore degenerans, luce sophistica oculos Paralogizans, sed ipsius nobilitas ministrabat essentiam.* Utitur etiam Thwroczius in Chronico Hungar.

¶ **PARALOYSARE,** pro *Paralogizare,* in Præfat. Vocabularii utriusque juris: *Qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili Paraloyfantur i. decipiuntur.*

¶ **PARALYTICATUS.** Paralyfi afflictus. Vita S. Stanislai Episc. to. 2. Maii p. 246. *In corpore universo Paralyticata erat, & in singulis membris contracta.*

PARAMENTUM. Vide *Parare* 1.

PARAMONARII, lidem, qui Mansionarii Ecclesiarum, etsi secus videatur Meursio, qui *Paramonarios* administratos Monasteriorum fuisse contendit. Historia Inventionis corporis S. Prisci, apud Ughellum in Episcopis Frequentinis: *Sacerdos quidam Marcus nomine, qui etiam Paramonarii gerebat officium, & prædictam ejusdem civitatis Ecclesiam custodiebat, &c.* Infra: *Custos sanctæ Ecclesiæ civitatis dicitur.* Apud Petrum Diac. Casin. in Relat. de Corpore S. Benedicti num. 2. & 20. *Georgius Ecclesiæ Paramonarius occurrit, qui apud Leonem Ost. lib. 3. cap. 26. Mansionarius dicitur.* [Observationes præviæ ad Vitam S. Richardi sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 516.

*Octo pontificum fodiendo juncta sepulcra,
Repperit hic subtus, quorum ille decentius horum
Sedem mutare decreverat. Obruit hinc nox,
Hæc Paronomario fratri tunc reddita vox est:
Dicas, ut nostris permittat sedibus abbas
Exspectare diem Domini, &c.*

Ubi legendum *Paramonario* probat Vita ejusd. Richardi ibid. p. 522. *Ecce autem in ipsa nocte, unus eorum pontificalibus insulis redimitus, lecto fratris Paramonarii adstitit, dicens, &c.* Adde Vitam S. Gerardi num. 20. sæc. 5. Bened. pag. 266.] Concilium Constantinopolit. sub Menna act. 5. Προχειριζόμενος ποτέ μὲν χωρεπισκόπος, ἀλλοτε παραμοναρίης. Infra: *Καὶ Ἰωάννην τινὰ παραμοναρίον κατὰ τὸν πάνσεπτον εἰκὸν τῆς ἀγίας Μαρίας, τὸν διακείμενον κατὰ τὴν Τυρίων μητρόπολιν.* VII. Synod. act. 7. can. 5. Οἰκονόμον, ἢ ἐκδομον, ἢ παραμοναρίον. Προσμοναρίοι dicuntur in Definitionibus Concilii Calched. can. 2. apud Balsamonem ad Marci Patr. Resp. 28. & Leonem Grammaticum in Michaële Balbo pag. 459. Suos etiam προσμοναρίης habebant Gentiles, si qua Menologio fides ad 17. Novembr.

¶ Nec dubium tamen videtur quin vox *Paramonarius* interdum usurpata fuerit pro templi sive monasterii administratore seu œconomo. Vita S. Apollinaris Syncliticæ to. 1. Januar. p. 259. *Cumque pervenisset (Apollinaris) ad ades Philoxeni, didicit is qui erat illic Paramonarius, venitque cum magno apparatu, dicitque ei procidens: Domina mea, ubi jubes me manere donec ascenderis & tuam feceris orationem? Ipsa vero eum rogavit cum sacramento, ut nihil ad se afferretur. Dicit autem ei: fac officium caritatis. Affer ad me quatuor animalia, ut ascendens adorem S. Menam. Ille autem die sequenti adduxit animalia. Ea vero dixit: crede, domine, eis non insideo, nisi eorum mercedem dederō. Cum dedisset plusquam dari consuevisset, valedixit Oeconomo. Ipse autem recessit, accepta ab ea benedictione; id est mercede.*

¶ **PARAMURUS PORTALIS,** Murus portæ præ-

structus, Gall. *Avant-mur; Promurale,* Isidoro lib. 15. Orig. cap. 2. Charta an. 1382. ex Tabular. Massil. *Item fuerunt cannata Paramuri portalis portæ Gallica.* Vide *Antemurale.*

¶ **PARANA.** Charta an. 1047. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 413. *Donamus Domino Deo & S. Victori monasterii Massiliensis . . . ecclesiam S. Mariæ . . . cum uno clauso vinearum & cum duabus sparanis, & cum toto hoc quod huic ecclesiæ accreverit. Et alteram ecclesiam donamus . . . cum una vinea, & suis Paranis, & cum omnibus rebus quas adquisierit in futuro tempore.* Ubi, ut paulo ante, legendum videtur *sparanis,* id est, sepibus vel muris quibus vineæ claudebantur & separabantur.

¶ **PARANDARIA,** Navis onerariæ genus. Bernh. de Breydenbach Iter Hierosol. pag. 266. *Præter has quoque adjiciunt nonnulla oneraria navigia, Parandarias vulgo dictas, ex quibus quedam machinis & saxeis globis tormentis adaptatis onuste fuere . . . Imponuntque triremibus & Parandariis non parvas machinas, &c.* Epist. ad Sixtum IV. PP. an. 1480. de Obsidione Rhodi à Turcis apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 293. *Adjiciunt & magna quedam oneraria Parandarias vulgo dictas, quarum quedam onuste bombardis & saxis erant. Parandaria, in Epist. Petri d'Aubusson ad Frider. III. Imp. Vide Paralandrinus.*

¶ **PARANGARIÆ,** Jumentorum vel plaustrorum præstationes per viam transversam, sive extra viam regiam. Charta ann. 1308. *Ab omni feodo, retrofeodo, . . . angaria, Parangaria . . . garantiet & deffendet.* Occurrit præterea in Concil. Avenion. an. 1209. to. 2. Spicil. Acher. p. 613. & alibi. Vide *Angaria* 2. *Angariare* 1. & *Perangaria.*

¶ **PARANYMPHA,** dicebatur matrona quæ sponsam comitabatur atque ad maritalem thorum deducebat. Leges Aistulphi Reg. ex Cod. Mutin. apud Murator. to. 1. part. 2. col. 91. *Dum quidam homines ad suscipiendam sponsam cujusdam sponsæ cum Paranympha & troctingis, &c.*

¶ **PARANYMPHALIS,** Paranympum spectans. Gerhohi Epist. ad G. sororem apud Bernard. Pezium to. 1. Anecd. part. 2. p. 333. *Quod si adversæ contra se invicem fuerint, illi me recognoscant Paranympnalis obsequii debitorem, cujus agnovero . . . Jesum Christum sponsum & amatorem.*

1. **PARANYMPHUS.** Soterem PP. instituisse aiunt, ut legitima uxor tum haberetur, cui Sacerdos benedixisset, & quam parentes solenni pompa, more Christiano, merito collocassent, quamque etiam Paranymphi custodiissent: de quo more exstat Epistola 1. sub nomine Evaristi PP. *Paranymphi* meminit Concilium Carthaginense IV. cap. 13. apud Reginonem l. 2. cap. 153. *Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel à Paranymphis offerantur.* Adde Burchard. lib. 9. c. 6. 7. Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 363. Leges Longob. lib. 1. tit. 16. §. 8. &c. Παράνυμφος plures interdum adhibitos in nuptiarum solemnibus testatur Euchologium Græcum pag. 389. ex quo συνέλευς appellatos docemur: *Εἶτα ἀλλάσσειν οἱ παράνυμφοι, ἦεν κοιῶς λεγόμενοι σύντενοι, τὰ δακτυλίδια τῶν νεονύμφων.* Sic porro *Compatres,* seu patres spirituales etiam appellant Græci recentiores, quod in deducendis sponsis patris vicem teneant. Νυμφευτής, apud Theophylactum Simocattam lib. 1. c. 10. Vide Juretum ad Epistolam Ivonis Carnot. 209. & Glossar. med. Græcit. in Παράνυμφος. ¶ *Paranymphi* officium præstitere interdum etiam Archiepiscopi. Chronic. Novalic. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 764. *Tertius Otto in regno eligi-*

tur, qui in conjugium quamdam sumens Græcam filiam Constantinopolitani Imperatoris, quorum Paranympus exstitit Archiepiscopus Arnulphus Mediolanensis.

¶ 2. PARANYMPHUS, in Scholis Parisiensibus dicitur, qui, peracto *Licentiæ* cursu, in solemnî cœtu, unicuique *Licentiato* de doctrina, pietate, aliisque virtutibus quarum per *Licentiam* specimen edidit, gratulatur. Ab officio paranympii erga sponsam manavit hæc appellatio; is quippe gradum *Licentiarum* accepturos olim ad Cancellarium deducebat. Compendium jur. & consuet. Univers. Paris. per Rob. Goulet fol. 15. *Et hora assignata venit Paranympus seu legatus d. cancellarii cum ornamento ad hoc deputato & capâ rubea ac pileo de veluto per quem licenciandi invitantur per dictum Paranympum ex parte prædicti cancellarii ad diem crastinam in aula dom. Parisiensis episcopi gradum Licentiarum accepturi. Paranympus semper ibidem habet orationem prolixam que arengua vocatur apud Gallos, de laudibus ipsius scientie in qua sunt Licenciandi, in Facultate præcipua sacre Theologie tot habet orationes quot sunt Licenciandi.*

PARAPALLIUM, in Theatro statuit vetus interpres Juvenalis ad Sat. 6. v. 649. *Spectant subeuntem fata mariti Alcestum: ubi ille, in Theatro Parapallium.*

PARAPETASIA, in l. 39. Cod. Th. de Operib. publ. *Ædificia, quæ vulgi more Parapetasia nuncupantur, vel si qua opera publicis mœnibus, vel privatis, sociata coherent, ut ex his incendium vel insidias vicinitas reformidet, aut angustentur spatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac prosterni precipimus.* Quo loco in Basilicis habetur *παραπέτοια*, vel *παρὰ πέτοια*, quæ vox, opus quoddam alii adjunctum, significat, seu ad aliud fulciendum, vel alia de causa, uti observatum à nobis in Descript. ædis Sophianæ num. 36. Proinde alia sunt *Parapetasia* à mœnianis & subgrundis.

¶ PARAPETASMA, *Velum geniali incumbens lecto.* Vocabul. Suffann. Gr. *παρὰ πέτασμα*, Umbraculum.

¶ PARAPHERNALIA BONA. Vide *Parafernalia*.

PARAPHONISTÆ, *παράφωνισταί*, Cantores, qui sunt ex Schola Cantorum. Ugutio: *Paraphonista, Cantor.* Alibi: *Antiphonos, qui est sonus: unde Paraphonista, dicitur præcantator, quasi parans sonos.* Ordo Romanus de Schola Cantorum: *Et statuuntur per ordinem acies duæ, Paraphonista quidem hinc inde à foris, infantes ab utroque latere infra per ordinem.* Alio loco: *Tunc ascendentes in pulpitem duo ex Paraphonistis, imponant Antiphonam.* Qui vero infantes ibi dicuntur, ibidem bis appellantur *infantes Paraphonistæ; nostris, Enfants de chœur.* Vetus Scheda de Confirmatione Abbatis Casin. apud Angelum à Nuce: *De hinc imponat Paraphonista Antiphonam hanc, &c.* Tabularium Ecclesiæ Cadurcensis: *Breve memoriale sive divisionale per manus Stephani, quod fecit Stephanus Paraphonista ad obitum mortis de ista sagrestia cum ipso sevo Stephano nepoti, modo fuit, & illa Cabelcolia Ugoni nepoti meo filio Durandi, &c.* Tabularium S. Cyrici Nivern. num. 71. *Insuper aleas Domni Odonis Paraphonista mihi dederunt.* Occurrit præterea in Vita S. Genulfi lib. 2. cap. 23. apud Monachum Sangallensem lib. 1. de Carolo M. cap. 8. [Guidonem in Discipl. Farf. cap. 1. 5. 8.] &c.

ARCHIPARAPHONISTA, dicitur in Ordine Romano, qui aliis locis *Quartus Scholæ* appellatur. *Et postea non licet mutare alium in loco Lectoris vel Cantoris: quod si factum fuerit, Archiparaphonista à Pontifice excommunicabitur, id est, Quartus Scholæ, qui semper Pontifici nuntiatur de Cantoribus.* Alibi: *Descen-*

dit Archidiaconus sequens in Scholam, & accipit Fontem de manu Archiparaphonistæ, &c.

PARAPSIS, pro *παροψίς*. Glossæ Gr. Lat. *τροβλίον*, *Parapsida*. Ita MSS. ubi editæ habent *paropsida*. Vas escarium à rotunditate dictum. Will. Brito in Vocab. *Parapsis dicitur discus.* [Parapsis, Escuelle, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] Isidorus lib. 20. Orig. cap. 4. *Parapsis, quadrangulum & quadrilaterum vas, id est, paribus absidis.* Glossæ ejusdem Isidori: *Parapsides, suffusoria. Parapsis, granata vel catunis.* Legendum *gavata, vel catinum*, ut habent Glossæ antiquæ MSS. Pithœanæ, & Papias. Glossæ MSS. ex Bibl. S. Germani Paris. Cod. 561. *Parapsis dicitur vel à paribus absidis, vel à parapsis, à partitis in eo obsoniis & prandiis.* Joannes de Garlandia in Synonymis:

Discus, scutella, lanx est, catinusque, Parapsis.

Regula S. Ferreoli cap. 34. *Nemo alterius aut præsumat aut rapiat portionem, nec frequentius cæteris manum Parapsidi importunus immergat.* Constitut. Sicul. lib. 3. cap. 36. *Annulos, fibulas, Parapsides, vel cuppas aureas, &c.* Vetus Charta apud Hubertum Leodiensem p. 39. *Quatenus inde 8. Parapsides, 8. stauipi, unum mortarium in Natali Domini, . . . fratribus à Villico ministrantur.* [Vita S. Willelmi sæc. Bened. 4. part. 1. p. 84. *Ipse modo cocus humilis & servitor fidelis manibus propriis Parapsides abluit, olera colligit, &c.*] Vide Cujac. lib. 10. Observat. cap. 17.

¶ PARAPSIS, Præstatio paropsidum, quas recens nuptæ apud Delphinates domino feudali dare tenebantur. Computa Vienn. ann. 1318. fol. 119. *Item de Parapsidibus censualibus x. duodenas, quæ fuerunt posite in hospitio, & sic Parapsides quittæ.* In Computo Castellani de Romanis vocantur *escuellata sponsarum.* Vide *Escuellata & Missus* 1.

1. PARARE, Ornare, Gall. *Parer.* [Charta Caroli M. an. 795. to. 1. Hist. Occitan. inter Instr. col. 29. *Aliquid exinde dilecto filio nostro obtulit, equum optimum, & brunia optima, & spatam Indiam cum tecta de argento Parata.*] S. Valerianus de Bono disciplinæ cap. 8. *Una cum assistente sapientia, cælum suspenderat, terram Pararat.* Acta Synodi Pontigonensis an. 876. *Mane circa horam nonam venit Imperator Græcanico more Paratus & coronatus, &c.* Supra: *Venit Dominus Imperator Carolus in vestitu deaurato, habitu Francico, &c.* Anonymus in Episcopis Eystetensibus in Gerocho: *Veterem illam Evangeliorum capsam ex electro & auro purissimo, gemmisque pretiosis Parari fecit.* Hariulphus lib. 2. c. 19. *Paravimus capsam majorem auro & gemmis ornatam, in qua posuimus partem superscriptarum reliquiarum.* Infra: *Capsas minores auro argentoque vel gemmis pretiosis honestissime Paratas.* Helgaudus in Roberto Rege: *Invenit ibi suam lanceam à conjugè gloriosa bene argento Paratam.* Chron. Casin. lib. 3. cap. ult. *Dalmaticæ Paratæ 8. tunica Paratæ 5. &c.* Willelmus Andrensis in Chronico ann. 1161. *Vidimus eum aliquando incappatum, præinctum, & calcaribus circa pedes redimitum, atque Paratis equis exire Paratum.* Ceremoniale Romanum cap. 33. sect. 3. *Si vero Episcopus sit, qui cruce non utatur, stans in altari, vel in sede sua cum mitra, vel si non sit Paratus.* Occurrit passim.

PARAMENTUM, Ornatus, ornamentum: Gallis *Parement.* Annales Francor. Bertin. an. 868. *Cum corona auro & gemmis ornata, sed & cum omni Paramento regio cultu exculto.* Bulla Alexandri IV. PP. ann. 1255. *Libros, calices, & Paramenta ad alia loca transferre.* [Charta an. 1367. *Item quod nulla domicella audeat portare aliquod Paramentum cum perlis & margaritis aut lapidibus pretiosis.* Paramenta seu in-

courtincamenta, in Charta ann. 1352. ex Regest. 80. Chartophyl. regii Ch. 785.] Adde Concilium Ravennense an. 1311. cap. 8. &c.

¶ **PARAMENTUM**, Phrygium opus auratis, argenteis aliisve filis intextum, Gall. *Orfroy*. Gesta Guillelmi Episc. Cenoman. tom. 3. Analect. Mabill. p. 375. *Albas undecim, quatuor solemnes cum Paramentis aureis, duas alias paratas non ita solemnes, & quinque absque Paramentis.*

¶ **PARATURA**, Eadem notione. Charta an. 1239. in Tabular. S. Barthol. Betun. fol. 42. *Ejusdem custodis officii est ipsorum pannorum dissuere Paraturas.* Gesta Gaufredi de Loduno Episc. Cenoman. to. 3. Analect. Mabill. p. 390. *Quinque paria cerotecarum, & duas Paraturas argenteas deauratas ad opus earumdem cerotecarum.* Hinc

¶ **PARATUS**, Opere Phrygio ornatus. Testam. Everardi Comit. an. 837. apud Miræum tom. 1. pag. 20. *Vestitum unum de auro Paratum, mantellum unum de auro Paratum, cum fibula aurea.* Chron. Cavenfe apud Murator. tom. 7. col. 951. *Pluviales rubeos Paratos x. nigros Paratos xii. ... annulum pontificalem i. cum chirothecis Paratis, aliud par chirothecarum non Paratarum.*

PARAMENTUM. Hincmarus Remensis ad Carolum Regem, de coercendis militum rapinis: *Et ad aliquem diem jubeatis venire Fideles vestros, dicentes, quia eis ad cognitare vultis undecumque vobis placet dicere, & antequam de Paramento vestro ad mansiones redeant, commonete eos secundum sapientiam vobis à Deo datam.* Infra: *Ut si tales sunt, qui antea hanc admonitionem non audierint, eis quotidie, quando ad Paramentum vestrum venerint, relegat.* Ubi Paramentum, videtur esse tribunal paratum, seu adornatum. [Vide Camera paramenti.]

¶ **PARAMENTUM**, Apparatus sive bellicus, sive alius quivis, rerum necessariorum copia, instructio. Testamentum Everardi Comit. an. 837. apud Miræum to. 1. pag. 20. *De Paramento autem nostro volumus ut habeat primogenitus noster Unroch spatam unam, cum aureis hilcis & cuspidibus aurea, &c.* Oberti cancellarii Annal. Genuens. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 297. *Armavit quidem septem galeas & tres naves majores, quibus milites & arcatores & omnia Paramenta istorum portabantur.* Jac. Aurix Annal. Genuens. ad an. 1293. ibid. col. 606. *Viderunt galeas iv. Venetorum per Templarios pro custodia insule Cypri armatas, in quibus erat armamentum vi. galearum tam de hominibus quam de Paramentis.* Rolandinus Patav. de Factis in marchia Tarvis. lib. 6. cap. 1. apud eundem Murator. to. 8. col. 253. *Et in ipso predicto die missi sunt homines de Monte Silice cum suis omnibus Paramentis & armis ad Soleximum.* Agnellus in Vita S. Maximiani apud eundem tom. 2. p. 106. *Tunc jussu Pontificis nocte una tanta allata sunt omnia Paramenta, calces & latercula, petras & bisalos, &c.* Vide Preparamentum.

PARATURA, Idem quod Paramentum, Gallis *Parure*: Paratus, Tertulliano de Corona militis. Solinus c. 53. *Gemmarum adhibent Paratum.* 2. Paralip. c. 5. *Portaverunt Levite arcam, & intulerunt eam, & omnem Paraturam tabernaculi.* Ubi Gr. καὶ τὴν σκηνὴν τῆς μαρτυρίας. Gregorius M. lib. 10. Epist. 36. *Modo autem de benedictione ejusdem S. Petri transmissimus fraternitati vestre Paraturam unam, &c.* Pontius Diac. in Vita S. Cypriani: *Nolo nunc describere loci gratiam: & deliciarum omnium Paraturam interim transeo.* Chronicon Monasterii Sublacensis, de Petro tertio Abbate: *Hic Abbas sanctus fecit in Monasterio libros, Paraturas optimas, & hereditates multas*

acquisivit. Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 8. *Paraturas vero Sanctuarii ille, quas secum inconsiderate carissimas sumpsit, furto amisit.* Adde cap. 10. p. 82. Monachum Sangall. lib. 1. de Carolo M. c. 26. Conradum de Fabaria de Casibus S. Galli cap. 4. extremo, Regulam Magistri cap. 81. *Vitas Abbatum S. Albani p. 35.* Chartam donationis factæ Eccl. Cornutianensi edit. à Suaresio, [Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. tom. 3. Junii pag. LXXV. Annal. Bened. to. 4. p. 747. &c.]

¶ **PARATURA MISSATICA**, Ornamenta ad Missam celebrandam. Vita S. Udalrici sæc. 5. Bened. p. 446. *Sanctus Episcopus in Deum confidens, Paratura missatica se indui festinavit, & in litore fluminis cum suis comitibus Missam devote celebravit.* Occurrit præterea ibid. p. 453. & 456. S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 2. c. 15. *Cum Missam celebrare voluerit, sacrista ei solito meliorem Paraturam accommodabit. Paramentum sacerdotale, in Actis Consecrat.* Eccl. de Epeia an. 1186.

PARURA, Eadem notione, ex Gallico *Parure*. Vitæ Abbatum S. Albani: *Albas habentes Paruras auro, & aurifrigio, & acu plumario decoratas.* [Charta an. 1425. apud Rymer. tom. 10. p. 346. *Unam Paruram positam cum perreia & armis Anglia, tres cappas de velvet rubeas, cum rosis aureis.* Vide Gubernatus & Spatularia.]

¶ 2. **PARARE**, Metare, in vett. Gloss. Vide *Parata*.

¶ **PARARE DOMOS**, Eas reficere. Comput. ann. 1259. ex Bibl. reg. *Pro domibus de Croci tegendis & Parandis, &c.*

¶ **PARARE FOSSATUM**, Reficere, reparare, Gallis dicimus *Relever un fossé.* Le Roman de Vacce MS.

*A cel temps avoit un fossé
Haut & parfont & Reparé.*

Ibidem:

*Ses chasteaux fist tost enforchier,
Fossez Parer, murs redreschier.*

¶ 1. **PARARIA**, f. Dominium, *Pariagium*. Vide in *Par*, & infra *Pararium* 2. Excerpta ex Chron. Anic. to. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 237. *Guillelmus ecclesie sue & successoribus suis pretio 1020. libr. Turonens. acquisivit castrum & Parariam de Bello-joco à Jarentone de Sancto Romano domicello.*

¶ 2. **PARARIA**, Locus ubi parantur panni. Litteræ Philippi VI. an. 1335. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 115. *Et quod ipsi corraterii destituti, nec hostalarii ... aliquatenus in predictis pannis emendis, vel vendendis associant mercatores, nisi dicti hostalarii essent corretarii dictæ Pararia.* Vide *Paratoria*.

1. **PARARIUM**, pro *Pararia*, seu *petraria*, apud Bromptonum pag. 1166. *Ingenia vero & Pararia Christianorum ita retro fossata erant, quod nullus ex parte adversa poterat eis nocere.* Vide *Petraria* 2.

¶ 2. **PARARIUM**, ut *Pararia* 1. ni fallor. Charta an. 1174. ex parvo Chartular. S. Victoris Massil. fol. 177. *Dono ecclesie B. Mariae de Toramina Pararium in Insula cum ribagio, & totum tenementum Isoardi in manu sacra J. episc. Senecensis.*

¶ **PARARIUS**, Qui nominibus faciendis intervenit, conciliator, proxeneta. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 23. *Quidam volunt nomina secum fieri, nec interponi Pararios.*

PARASCERNUS, Navigii species. Charta Elizabethæ Reginae Hungariæ ann. 1380. apud Joannem Lucium lib. 4. Hist. Dalmat. cap. 1. *Omnes galeas, Parascernos, brigentinos, & quodlibet aliud genus classis.* [Vide *Parandaria*.]

PARASCEVE, ex Gr. παρασκευή, Sexta sabbati, seu feria sexta ultimæ hebdomadis Quadragesimæ, sic

dicta, inquit Isidorus lib. 1. de Eccles. offic. cap. 29. quia in eo die Christus mysterium crucis explevit, propter quod venerat in hunc mundum. Papias: Parasceve, sexta Sabbati appellatur, hinc enim preparatio dicitur, quod à Judæis, quæ in Sabbato sunt, eadem die preparantur.

¶ PARASCEVE, pro qualibet sexta feria cujusvis hebdomadæ, quomodo quælibet dies Dominica ab antiquis dies Resurrectionis Dominicæ dicitur. Vita S. Aldegundis sæc. 2. Bened. p. 815. Die Parasceve ante Sabbatum dormitionis famula Dei Aldegunda, &c. id est, sexta feria ante diem Sabbati, sicuti alius anonymus interpretatur. Obiit autem S. Aldegundis die Sabbati III. Kalend. Februarii, ut observat Mabillonius ibid.

¶ PARASCHELMUS: à Græco παρά & σκάμμος, Scalmus, Gall. Schalme, Ital. Schelmo, lignum quo alligatur remus, labrum navis, ubi remi adnexi sunt, ita ut Parascelmus dici videatur id quo scalmus munitur. Chron. Estense ad ann. 1380. apud Murator. tom. 15. col. 506. Veneti suorum inimicorum victoria potiti, cum XLVIII. galeis ad bella multo studio preparatis, quarum unaquæque Parascelimum unum habebat, &c.

¶ PARASCIS, pro Paropsis, Catinus, Gallice Plat. Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 273. Angelo de Apparere per manus Guillelmi de Bles magistri coquina domini pro incisoriis, Parascidibus, salzeriis, &c. Ibid. p. 283. Item, pro redimendis Parascidibus argenti dom. Burgæ de Turri, quæ erant in pignore pro cera & tortiis festi S. Mariæ, XLIV. lib. Vienm. Vide Parapsis.

¶ PARASIA. Vetus interpres Juvenalis Sat. 4. v. 77. Pegasus, Trierarchi filius, ex quibus Liburna Parasia nomen accepit. Ubi P. Pithœus legit, ex cujus Liburna Parasia, & parasium, pro παράσημον dictum putat, i. tutela navis, de qua voce copiose egere criticorum filii.

¶ Hinc fortean vocem Paracis, pro militum comitatu, quo in solemnibus colloquio ad tutelam quis stipatur, usurpasse arbitror le Roman de Vacce MS.

*Li Quens Ernouf fu moult curious & pensis
Comme Guillaume soit sanz autre Paracis
Dedenz l'isle est entrez o quatre sez amis.*

¶ PARASITASTER, Idem videtur qui Parasitus, Famulus domesticus. Guibertus in Vita sua lib. 3. c. 15. Quid, quod cum uxore sua Parasitastrem quemdam extinctis jam nocte lucernis sub specie sui cubitum ire mandavit. Laurentio in Amalth. Parasitaster, parasitorum imitator; qua notione utitur Terentius in Adelphis.

¶ PARASITI, Qui præficiantur colligendo sacro frumento. Vocabul. Sulfannæi. Hinc, Parasitium, horreum in quo primitias sacri frumenti Parasiti recondebant. Vide Scaliger. Poët. 1. 14. Meursium, &c.

¶ PARASITUS, PARESITUS. Vita S. Sori Eremitæ Petragor. cap. 2. num. 10. Vocato itaque uno è Paresitis, jubet diligenter à bestia pellem detrahere. Ubi Bollandus per paresitum, lanionem designari putat: malim famulum domesticum, qui de mensa domini victitat. Sic apud Petrum Damian. in Vita S. Romualdi cap. 3. num. 17. Hujus vaccam Comes quidam superbus & tumidus, missis Parasitis, impetu barbarico rapuit, ejusque carnes preparari sibi ad prandium... præcepit. Will. Gemeticensis lib. 7. cap. 10. A duobus Parasitis suis in via fecit eum subito strangulari. [Vide Parasitaster.]

¶ PARASSEVA, pro Paresceve. Vide Participatio.

¶ PARASTER, Vitricus, ut Filiaster, privignus. Vetus Notitia in Hist. Monmorenciaca pag. 12. Huc-

Tom. V.

berti, . . . qui postea propter Parastrem suum cognominatus est Rasorius, &c. [Tabul. S. Vincentii Cenoman. Concessit Gaufridus filius ejus, & Stephanus de Vellet maritus matris ejusdem Gaufridi. . . & concessum est ab eodem Gaufrido & Parastro ejus.] Occurrit in Tabulario S. Florentii Salmurienfis, in Rubro Sagienfi fol. 36. & apud Bractonum l. 4. Tract. 2. cap. 4. §. 4. lib. 5. Tract. 4. §. 5. cap. 5. §. 9. Parastre, in Consuetud. Montensi art. 6. 11. [& in vet. Melodun. art. 149. Armoricis, Perastre.]

¶ PARASTICIA. Adamnanus Scotus. lib. 3. Vitæ S. Columbæ cap. 27. Ecce enim Angelus Domini . . . nos desuper intra Ecclesiam aspiciens & benedicens, rursus per Parasticiam Ecclesie reversus, nulla talis vestigia exitus reliquit. An posticium? Alii à παρά; & statio deducunt quasi ad stationem.

¶ PARASYNAXIS, ex Græco Παρασύναξις, Conventiculum. Sacra Marciani Imperat. contra hæreticos part. 3. Concilii Calched. c. 19. Universi præterea Apollinariste . . . non Ecclesias, non Monasteria sibi construant, Parasyntaxes & conventicula tam diurna, quam nocturna non contrahant. Concilium Constantinopolitanum sub Menna Patr. act. 1. κελεύσαντες μήτε παρασύναξις, μήτε παρακαπίσαι. Vetus interpres reconventiculare. Vide l. 8. Cod. de Hæret. & Manich.

¶ PARATA, Practicis nostris, droit de parée: Jus nempe, quod dominis feudalibus competit persequendi nativos seu homines suos, si in vicini alterius dominium transferint, quod quidem ex pacto vicissim inito utrique domino competit, ex quo eorum tenentes, homines de parata vulgo dicuntur. Charta libertatum oppidi de S. Paladio in Biturigib. an. 1279. Si aliquis seu aliqui, homo seu homines nostri, . . . ex aliquibus aliis locis nostris & justitiis venerint ad dictam villam S. Paladii, qui non sint de Parata, & sint homines nostri, vel alicujus nostri de tallia, mortallia, &c. Infra: Quilibet Aliene deforis dictum dominium deferens & adducens vinum ad vendendum in dicta villa, solvet pro quolibet dolio dimidium sextarium vini, exceptis illis, qui sunt de Parata. Quippe qui sunt de Parata non censentur Alienigenæ. Consuet. localis loci de Thevé in Biturigib. apud Thomasserium: Ledit Seigneur a Parée & suite avec le Seigneur ou Dame de la Chastre, à la Berthenoux, esquels lieux il a accoustumé suivre & exploiter ses hommes sans contradiction, & n'y doivent les hommes d'icelles terres & seigneurie, peages & barraiges les uns les autres pour les marchandises, qui peuvent passer & repasser par icelles.

¶ PARATÆ, Expensæ ad hospitem susceptiones, maxime Missorum, seu Legatorum publicorum, Missatici: fallitur enim Sigonius lib. 7. de Regno Italiæ, ubi ait Paratam esse sumtum quem populi in vias, pontesque fluminum, qua transiturus aut quo aditurus Rex erat, reficiendos impendebant. Vox formata à Parare, quod idem est ac Metare. Glossæ Gr. Lat. Ετοιμάζω, Paro, Μετο. Ετοιμασία, Preparatio, metatio. Mansio parata, apud S. Ambrosium serm. 5. in Psalm. 118. Parare hospitium, apud Sidonium lib. 8. Epist. 11. Mansionaticos parare, apud Hincmarum Remensem ad Clerum Laudun. Convivia preparare judiciibus, in Diplomate Bertefridi Episcopi Ambian. pro Monasterio Corbeiensi, & in Bulla Cœlestini PP. apud Buzelinum in Gallo-Flandr. pag. 349. Vide Senatorem lib. 5. Epist. 14. & Concilium Cabilonense ann. 650. cap. 11. Præceptum Ludovici Pii pro Hispanis an. 815. Et Missis nostris, quos pro rerum

L ij

opportunitate illas in partes miserimus, aut Legatis, qui de partibus Hispania ad nos transmissi fuerint, Paratas faciant, & ad subvectionem eorum veredas donent. Epistola Episcoporum ad Ludovicum Regem cap. 14. Quatenus non sit nobis necesse per quascumque occasiones, quorumcumque hortatibus circuire loca Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, vel Comitum, & majores quam ratio postulat Paratas exigere. Occurrit passim apud Marculfum, & in veteribus Tabulis.

¶ PARADA, Eadem notione. Præceptum Pippini Majoris domus an. 750. to. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 263. Nec mansiones aut Paradās aut fidejussores tollere non præsumatis. Eadem habentur in Charta Carlomanni an. 881. inter Probat. to. 2. Hist. Occitan. col. 19. & alibi.

PARATÆ crebro etiam sumuntur pro expensis, quæ in Episcoporum & Archidiaconorum susceptionibus à Presbyteris Ecclesiarum ruralium fiunt, dum ii diocesim suam visitant, quæ postmodum in præstationes pecuniarias abierunt; [ita ut ab Episcopis interdum monasteriis concederentur, ut patet ex Charta Alduini Lemovic. Episc. apud Stephanot. to. 2. Antiquit. Bened. Lemovic. MSS. pag. 420.] Hincmarus Remensis: Presbyteros in Paratis & exeniis indebitis non affligant. Idem in Capitulis ad Archidiaconos cap. 1. Non graves sitis Presbyteris in Paratis quærendis. Chronicon Hugonis Flaviniacensis pag. 271. Ea lege, ut ipsi, quoad vivant, illo (altari) fruantur, & debitum Synodale Ecclesiæ S. Mammetis solvant Paratam & eulogias. Chronicon S. Benigni Divionensis pag. 422. In Aziariaco etiam villa decimas & Paratam . . . perdonavit. Chronicon Besuense p. 600. Paratas sive debitum, quod in Synodo debebat Presbyter. Charta Roberti Episc. Lingonensis in eod. Chronico: Ita ut Presbyteri Parochiales . . . Archidiaconibus, aliisque ministris debita servitia exhibeant, Paratas & eulogias suo tempore communiter persolvant. [Charta Hugonis Episc. Lingon. an. 1079. ex Tabul. Capit. Autissiod. Decimas omnes & proprios redditus ecclesiæ S. Symphoriani sita in villa quæ Marol vulgari vocabulo nuncupatur, prædictis fratribus gratis & absque omni recompensatione remisimus & concessimus, retinendo tamen census & Paratas reliquasque consuetudines.] Charta alia Hugonis Episcopi Gratianopolitani, ex Tabulario ejusdem Ecclesiæ: Quibus postea donavi Ecclesiam S. Himerii, & Ecclesiam B. Mariae de Brueu, retento annuo censu, scilicet 10. solid. excepta Parata. Alia ejusdem Hugonis an. 1108. Et retineo mihi & successoribus meis . . . Paratam, quæ constat 12. denariis in Parochiali Ecclesia. Vide Perardum in Burgundicis pag. 81. Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 88. Historiam Episcoporum Cadurcensium. 70. Jacobum Petitem post Pœnitentiale Theodori pag. 596. 601. & infra in Procuratio & Synodus.

PARADA, pro Parata, in Charta Pontii Episcopi Bellicensis: Exceptis Synodis & Parada. [Adde Chartam an. 1085. apud Stephanot. to. 2. Antiquit. Bened. Lemovic. MSS. p. 423.]

PAREDA, Eadem notione. Historia Episc. Autissiodor. cap. 49. extremo: Deditque ad victum Canonorum fratrum Paredas omnium Ecclesiarum eorundem, quæ habentur in Episcopatu Autissiodorensi. Et cap. 53. Similiter dedit fratribus cum decimis, & Paredam eisdem Canonis condonavit.

¶ PARETA, in Necrologio an. circ. 1250. exarato Eccl. Autissiod. ad 19. Maii de Hugone Episc. Dedit nobis Paretas ecclesiarum Oysiaci, Lindriaci.

GUADIA DE PARATA. Chronicon S. Vincentii de

Vulturno lib. 2. extremo: Et ipse Theobaldus dedit Guadium de Parata, ac fidejussorem inter se posuerunt de utraque parte.

APPARATUS, Idem quod Parata, Prandium, cena. Charta Bernardi Comitis Melgoriensis apud Gariellum in Episcopis Magalon. Dono & cum hac charta concedo singulis annis semper in festivitate S. Mariae medii Augusti optimum Apparatum omnibus Magalonia commorantibus, ut ego & is, qui post me castrum Melgorii tenebit, semper in prædicta eum faciat festivitate. Alia Waldemari Regis Danorum ann. 1180. apud Stephanum Stephanium in Prolegomenis ad Saxonem Grammat. p. 16. Quodcumque itaque ad nostram curiam, Apparatum, transvectionem, expeditionem, seu ad aliud quodlibet regii juris, obsequii, vel obsequiale debitum . . . pertineat. Adde aliam Absalonis Lundensis Archiep. ibid. p. 18.

¶ PARATA CERÆ, Censu in cæra ad luminare ecclesiæ exsolvendus. Statutum MS. Eccl. Lugdun. Fuit definitum quod Archiepiscopus haberet in Paratis cæra quæ debentur Ecclesiæ Lugduni, quintam partem ad illuminandum domum suam. Vide Cerarius.

¶ PARATALIS VOX, Jus, quod quis habet in prata. Charta an. 1020. Marcæ Hispan. col. 1022. Ego Gaufridus Comes (dono) omnem meam vocem & alodariam & fevalem & pascuariam & Paratalem, quam in præscriptis alodibus habeo vel habere debeo. Vide Vox.

¶ PARATARIUS, Facilis paratu. Phæseoli paratarii, apud Apicium lib. 8. cap. 6.

PARATELLA, Lapathus, herba, quæ nostris Parrelle dicitur. Macer de Virtutib. herbar. lib. 2. cap. 26.

Herba solet lapathi vulgo Paratella vocari.

PARATICA, Idem quod Parata, seu parata, de qua voce supra. Charta Friderici I. Imper. an. 1185. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana p. 1029. Et reservata Paratica, quæ nobis debet præstari & filio nostro illustri Regi Henrico & omnibus successoribus ejus, cum primo coronam Regni Mediolani aut Modoëtia suscipient, præstanda ab ipsis, qui ipsam Paraticam soliti sunt præstare.

1. PARATICUM, [Italis appellatur Collegium, societas.] Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 418. Nullum Paraticum, nec schola, nec congregatio alicujus artis de cætero sit in civitate Mediolanensi, nec ejus ducatu. Charta Cremonensis MS. an. 1244. Die Dominico tertio decimo exeunte Martio in Palatio communis Cremona, in pleno Consilio generali sonato per campanam, & voce præconia convocatis Credenderiis, Consulibus vicinearum, & Paraticorum, & convocatis iudicibus, &c. [Acta SS. Junii to. 2. pag. 431. Dies S. Barnabæ Apostoli perpetuo festetur, apotheca stem clausa & fiat processio cum Paraticis. Laudes Papiæ apud Murator. to. 11. col. 26. Omnes homines unius artis collegium faciunt, quod Paraticum vocant. . . Et sent circa xxv. Paratica habentia singula sua statuta, &c.] Vide Hist. Pergamensem part. 1. lib. 4. cap. 28. [& infra Paraticus.]

¶ 2. PARATICUM, Idem quod Paragium. Vide in hac voce.

¶ PARATICUS, Qui ex aliquo paratico seu collegio est. Statuta Placent. lib. 1. fol. 12. vº. Nullus Paraticus seu homines paratici facere valeant aliquod statutum vel ordinamentum contra vel in prejudicium alicujus Paratici seu hominum ipsius paratici, &c. Johan. Demuffis in Chron. Placent. apud Murator. to. 16. col. 478. Ceteri mercatores & Paratici affectabant dominium dicti Regis, &c. Vide Paraticum 1.

¶ PARATILMUS, Gr. παραλιμός, Expilatio natum;

pœna adulterorum pauperum: ditiores enim se pecunia redimebant. Laur. in Amalth.

¶ 1. PARATIO, Quidquid piscatur in stagno, antequam exhauriatur. Charta an. 1085. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. p. 65. col. 1. Adjunxerunt autem suprascripta donationi senioritatem piscatorie opere facta, medietatem Parationis.

¶ 2. PARATIO, Ecclesie secretarium. Charta an. 1185. ex Archivis S. Victoris Massil. Domini Episcopi venerunt ad Parationem, ubi erant Reliquie S. Juliani & aliorum SS. & portaverunt predictas Reliquias cum magna veneratione in suprascripta ecclesia. Vide Paratorium 1.

¶ PARATITLA, Rubricarum explanatio summaria. Cotta in Memor. juris tit. de Jurisper. Rogleus Odofredi Beneventani preceptor, qui Placentia per aliquot tempus primas partes sibi merito vindicavit. Hic etiam primus Paratitla conscripsit, id est, rerum summas titulatim appositas, quod à Justiniano promissum fuerat. Vide Lexic. Calvini.

¶ PARATITLA, dicuntur Constitutiones ecclesiasticæ, in Elogio Ant. Augustini Archiep. Tarracon. to. 4. Concil. Hispan. p. 655. Joannes Leonclavius in prologo ad collectionem ecclesiasticarum Constitutionum, quas ipse Paratitla vocat, (eum) doctissimum omnium Episcoporum qui nostro vixere seculo (nominat.)

PARATOR, Sartor, qui vestes conficit vel ornat: olim Parmentier, quasi paramentarius, Paramentorum confector. Charta Communiæ S. Quintini: Si aliquis aut filatrici lanam sub mercede filandam, aut Paratori pannos, aut ejusmodi res alicui operario ad parandum commiserit, &c. Charta Communiæ Roienfis art. 45. Si quis pannos alicui Paratori commiserit ad parandum, non poterit Parator ponere eos in vadium pro majori portione, quam merces ejus, ultra quam merces parandi se habeat, &c. Adde Consuetud. Tolosæ part. 2. Rub. de Debitis. La ruë aux Pareurs, in urbe Abbatisvillæ, in ejus Hist. Eccl. pag. 401. Vide Permentarius.

¶ PARATOR, Qui pannos parat, Occitan. Paraire, nostris Pareur. Litteræ Philippi VI. an. 1335. to. 2. Ordin. Reg. Franc. p. 114. Volumus & mandamus. . . quod de quibuscumque pannis crudis, vel aliis, postquam ad ipsorum Paratorum manus quoquomodo pervenerint, an boni sint & legales, vel falsi aut falsificati, sive minus sufficienter texti, vel adoperati, ipsi Supra-positi qui nunc sunt, & illi qui erunt pro tempore, in arte seu ministerio, paratoria suprascripta dumtaxat, habeant examinationem & cognitionem, juxta artis sue ministerium. Non semel ibi. Occurrit præterea ibid. pag. 90. in veteri Catalogo MS. B. M. Deauratæ, apud Ludewig, to. 8. Reliq. MSS. p. 600. in Statut. Mont. Regal. fol. 272. &c. Pareur, in Charta an. 1268. ex Schedis D. Lancelot: Et est ordené que li mestre des Pareurs est tenu de faire bailler & livrer seing de Pareur à quiconque bourgeois ou bourgeoisie de Chartres qui voudra devenir mestre ou mestresse dou mestier de paré.

¶ PARATOR, Cubicularius, qui cubicula disponit, ordinat, lectos parat, instruit; hujus officium describitur in Leg. Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. to. 3. Junii p. xxxix. De Paratore & ejus coadjutore R. xvii. Cameras seu cubicula nostra decet esse convenienter ornata. . . . Quapropter ordinamus in nostro reposito unum deputari specialiter virum, qui paramenta & cortinas apponat circa lectos nostros & ordinet, nec non & sedilia nostra que tenere consuevimus in Consilio & in mensa.

PARATOR. Thwroczius in Chr. Hung. 2. part.

c. 10. Qui fundator extitit monasterii de Tata, & Parator, id est, exornator.

PARATOR. Charta an. 1257. apud Frynneum in Libertatib. Angl. to. 2. p. 1035. Pro quibus omnibus. . . firmiter observandis, . . . prefatum Dom. Regem & successores suos eisdem mercatoribus principales constituerunt debitores, & Paratores, &c. [Ubi legendum paratores vel pagatores, sponsores, fidejussores. Vide Paccator 2. & Pagator.]

¶ 1. PARATORIA, Palla seu aquarii canalis valvula, Gall. Palle & Pelle, vel Vanne. Addit. ad Statuta Mutin. cap. 25. fol. 48. v. Statuimus. . . quod quilibet habens molendinum ad macinandum, seu fullandum, teneatur habere juxta ipsum molendinum unum soratorium ante Paratorias. . . & etiam pro utilitate publica volumus quod quodlibet soratorium habeat suam Paratoriam altam tantum, prout est altus solitus aquæ cursus, & non altiorem ad effectum, quod, ubi aqua creverit, possit aqua superabundans cadere à dicta Paratoria in soratorium suum. Prohibentes omnino quod clusa non possit fieri in soratorio loco dicta Paratoria sub pœna in predictis. . . Paratoria autem dictorum molendinorum sint & esse debeant latitudinis unciarum decem & octo, & altitudinis unciarum duodecim, & ipsi munarii teneantur illas tenere, quando macinant; tam altas, quod vix tangant superficiem aquæ: tempore autem inundationum aquarum, & etiam quando non macinatur quacunque de causa, tenere eas debeant elevatas in totum, . . . ut aqua facilius possint labi. Ab Ital. ut videtur, Parato, quod id omne, quo aliquid munitur vel continetur, sonat.

¶ 2. PARATORIA, Locus ubi parantur panni. Litteræ Philippi VI. an. 1335. to. 2. Ordin. Reg. Franc. p. 114. Visa per Consilium nostrum quadam oblatione facta Seneschallo nostro Carcassonensi, . . . per Arnaldum Raperie paratorem & Supra-positum Paratoria Carcassonensis, &c. Vide Pararia 2.

¶ PARATORIA, Ars ipsa parandi pannos, ibid. pag. 115. Item, volumus & eis concedimus, quod pro tractandis dicta artis, seu ministerii Paratoria negotiis, ipsi &c.

1. PARATORIUM, Secretarium Ecclesie, seu locus, ubi Pontifex, & qui sacra facturi sunt, sese parant, id est, adornant, & vestes Ecclesiasticas induunt: vel ubi ad sacram peragendam liturgiam se parant, vel præparant. Ordo Romanus: Calicem autem Subdiaconus accipit sequens, & dat Acolyto; & ille revocat in Paratorium. Alio loco: Reponitur liber in Paratorio quodam, sive in Secretario. Vide Descriptionem nostram ædis Sophianæ n. 67. 68.

2. PARATORIUM, Locus ubi parantur telæ, [panni, papyrus, Gall. Paroir, Provincialibus Paradou. Charta an. 1097. ex Archivis S. Victoris Massil. Donamus in hereditatem unum molendinum in Sorbo fluvio & unum Paratorium. Alia an. 1240. in parvo Chartul. ejusdem Monast. Sub guidagio & protectione nostra recipimus bona fide monasterium S. Victoris Massiliensis ac omnia molendina, Paratoria & candoria ipsius monasterii. Charta an. 1110. in Chartular. Aptensi fol. 73. Et de Paratorio quod ipse Guillelmus edificavit, duas partes habeat. Adde Histor. Dalphin. to. 2. p. 166. Statuta Montis Regal. fol. 273. & Perus. fol. 51. 62.] Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii an. 1206. pro Manoscensibus: Item quod valeant. . . intra dicta loca, ubicunque voluerint, molendinum & molendina & Paratoria construere & edificare & facere, & in eis blada. . . tridere, & telas parare. Apud Columbum in Manuasca lib. 2. n. 57.

¶ 3. PARATORIUM, Instrumentum quo paran-

tur telæ, &c. Statuta Montis Regal. fol. 272. Et paratores parare teneantur teifam panni sicut exit de tẽxtore pro denariis sex, & si aliquod Paratorium laborabit absque aliqua persona idonea, sit ad custodiam ipsius paratoris.

PARATRAPETA. Anastasius in Leone III. PP. p. 127. Item & in monasterio S. Erasmi fecit vestem de stauraci, cum cruce & gamadiis, simul & Paratrapetis suis, cum periclysi de chrysoclavo. Ubi forte legendum Paratapetis, ex Græco παραταπίης, quod extra tapetem est, ita ut idem valeat, quod limbus tapetis, Bord de tapisserie.

¶ 1. PARATURA, Pannorum confectura. Litteræ an. 1332. to. 2. Ordinat. Reg. Fr. p. 90. Hactenus inhibutum fuerat, quod lane aiguelini, (l. aignelini) animalia lanigera, pelles lanata... & cetera omnia & singula, quæ ad Paraturam, tincturam, adaptationem, complementum & perfectionem pannorum parandorum, adaptandorum & perficiendorum utilia, necessaria, & expedientia sunt, ac etiam opportuna, de Senescallia Carcassonensi nullatenus extraherentur.

¶ 2. PARATURA, Ornatus, opus Phrygium. Vide Parare 1.

¶ PARATURÆ, Expensæ ad hospitem susceptiones, maxime Missorum seu Legatorum publicorum. Charta Henrici III. Reg. Rom. an. 1040. apud Marten. to. 2. Ampliff. Collect. col. 60. Ut advocatus ejusdem ecclesiæ in cortibus ad locum respicientibus non præsumat mansuras aut Paraturas facere, redibitiones, freda exigere. Vide Parata.

¶ 1. PARATUS, Jus procurationis & gifti. Charta an. 934. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. Bened. MSS. pag. 337. Volebat dominus pontifex Frotherius Pictavensium inquirere Paratum & pastum de ecclesia B. M. Virginis... indicavit ei quod injuste requirebat Paratum & pastum de præscripta ecclesia. Pontifex autem ut pius pastor recognovit rei veritatem, rogans fieri hanc notitiam ut amplius in sempiternum de prædicta ecclesia Paratum non fieret inquisitum. Vide Parata.

¶ 2. PARATUS. In parata pecunia, interdum nude, in parato, hoc est, numerato, in numerata pecunia, Gall. Argent bas, Argent comptant. Charta Casimiri Reg. Polon. an. 1343. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 510. Promittimus & spondemus sincere, sub nostri honoris & fidei puritate sibi quatuor millia sexagenarum grossorum Pragensium... dare & solvere, ac integre in Paratis pecuniis assignare. Litteræ Balduini Archiep. Trevir. an. 1348. ibid. pag. 566. Pro quibus & aliis variis pecuniarum summis, quæ usque ad summam quinquaginta millia marcarum argenti prædictarum ascendunt, pro prædicto domino nostro à nobis & ab ecclesia nostra Trevirensi expositis in Parato. Charta Boleslai Ducis Slesie ann. 1329. ibid. pag. 608. Si ipsi... quatuor millia marcarum... nobis dederint coram Consulibus Lignicensibus simul & semel denariis cum Paratis.

¶ PARATYPA, Numismata adulterina. Vocabular. Suffannæi. Vide Paracharagma.

¶ PARAVAREDUM. Vide Paraveredi.

PARAVEGIUM, Locus, qui naves à ventis tuetur, Italis Paravento. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 25. Vallenia Paravegium est bonum, & operis usque Magistrum. Infra: Dicitur autem puteus bonum est operimentum seu Paravegium capitis positi in mari. Rurfum: Berghun... apud quod bonum Paravegium reperitur versus Orientem.

¶ PARAVELLA. Privilegia Figiaci apud Acher. to. 13. Spicil. pag. 258. Præcipimus etiam ut nulla potestas... infestationem inferre, nec paratas, nec Pa-

ravellas... integre (l. exigere) audeat. Ubi legendum videtur Paraveredas. Vide in Paraveredi.

¶ PARAVERE, pro Paravere, cupere. Charta Caroli VIII. Reg. Franc. an. 1494. in Chartul. Monast. Belli-loci: Predecessorum nostrorum vestigiis inherere Paraventes, &c.

¶ PARAVEREDA. Vide Paraveredi.

¶ PARAVEREDARI, Coloni qui Paraveredos præstare tenebantur, de quibus Lex Bajwar. tit. 1. cap. 14. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 40. Salomon colonus... habet de terra arabili bun. xvi. de pastura dimid. bun. facit sicut & ceteri Paraveredarii. Ibid. fol. 113. Sunt ibi mansi Paraveredarii vi. isti solvunt de anno mod. x. & denar. x.

PARAVEREDI, Equi agminales, (ita enim promiscue appellatos docet lex 3. Cod. Th. de Cursu publico) quorum usus in cursu publico, non quidem in viis publicis, sed in transverfariis & militaribus, ut veredorum in viis publicis. Ita Jac. Godefredus ad d. legem. Paraveredorum etiam mentio occurrit in l. 6. 7. 15. 16. 59. 63. 64. eod. tit. & apud Senatorem non semel, ubi pro quibusvis equis publicis videntur usurpari: Paraveredorum subvectiones exigere, lib. 5. Epist. 39. Paraveredorum assiduitate fatigari, lib. 11. Ep. 14. Paraveredorum præbitio, lib. 12. Ep. 15. Paraveredorum numerus adscriptus, eodem lib. Epist. 18. Paraveredos tollere, in Capitul. Caroli Calvi tit. 5. §. 6. & in Epist. Episcoporum ad Ludovicum Regem cap. 14. exsolvere, in Edicto Pistenfi Caroli Calvi cap. 26. in Capit. Caroli C. tit. 32. cap. 8. Hincmarus Rem. ad Clerum Laudun. Non denarios vel caballos... aut ad iter aliquod Paraveredos aut alia quolibet accipiat. Paraveredis Presbyteros affligere, in Concilio Trosleiano an. 909. cap. 6.

PARAVEREDARIUS, pro Paraveredus. Capitulare de Villis cap. 31. Ut hoc, quod ad Paraveredarios vel gentias dare debeat, &c.

¶ PARAVAREDUM. Leges Caroli M. apud Murat. to. 1. part. 2. Pervenit ad aures Clementiæ nostræ, quod aliqui Duces... mansionatica & Paravareda accipiant non solum de liberis hominibus, sed etiam de ecclesiis Dei.

¶ PARAVEREDA, in Testamento S. Karileffi apud Mabill. to. 3. Analect. pag. 82. Neque etiam ballorum partus (l. pastus) aut Paravareda, vel angaria, ... penitus non requiratur. Occurrit rursus ibid. p. 90. & in Charta Ludovici Reg. an. 878. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 314.

¶ PARAVERODI. Charta Henrici III. Imperat. an. 1056. apud eundem Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. col. 450.

PARAVREDUM. Capit. Caroli Mag. lib. 2. c. 16. Qui legationes ad nos directas in suis mansionibus aut male recipiunt, aut constitutam à nobis pecuniam non tribuunt, aut Paravreda dare nolunt. Append. 4. lib. 4. eorundem Capitul. cap. 10. De querela Hildebrandi Comitis, quod pagenses ejus Paravreda dare recusant, &c.

¶ PAREFREDUS, in Bulla Leonis IX. PP. an. 1049. apud Marten. to. 2. Ampliff. Collect. col. 68. & in Charta Henrici IV. Reg. Rom. an. 1065. ibidem col. 71.

¶ PAREFRIDUS, in Chronico S. Trudonis apud Acherium tom. 7. Spicil. pag. 512.

¶ PAREVEREDUS, in Charta Pippini I. Reg. Aquit. an. 835. to. 1. Hist. Occit. inter. Infr. col. 69.

PARAFREDUS. Lex Bajwar. tit. 1. c. 14. De colonis vel servis Ecclesiæ §. 4. Parafredos donent, aut ipsi vadant, ubi eis injunctum fuerit. Parafredum exigere,

in Charta Caroli C. apud San-Julianum in Trenorchio pag. 510. *Tollere*, apud Duchesnium in Hist. Limburgensi pag. 29. [*Inquirere*, in Charta an. 674. apud Miræum to. 1. p. 127.] Ab hisce *paraveredorum* præstationibus postmodum dictus

PALAFREDUS, Equus gradarius, nostris *Palefroi*, *cheval de service*. Brunetus Latinus 1. part. Thefauri cap. 155. *Il y a chevaux de plusieurs manieres, à ce que li uns sont Destrier grant pour le combat: li autre sont Palefroi pour chevaucher à l'aïse de son cors: li autre sont Roucis pour sommes porter, &c.* Lexicon Cambro-Britannicum: *Palffrai*, *Palfridus*, genus equi. Catholicon parvum, *Gradarius*, *Palefroy*. Ugutio, & ex eo Joannes de Janua: *Palafredus*, dicitur à passu equi & fræno, & deducendo, quia leni passu per frænum ducitur. N. Abbas Claravallensis lib. 2. Miscellan. Baluzii pag. 247. *Super Palafredum rotans undique phaleratum.* [Hinc à *Palla* & *fræno* vocem *Palefredus* deducunt nonnulli; non omnino male, mos quippe erat equos honorarios *palla* coopertos fræno ductare.] Quidam etiam perperam ab Hebraico etymon arcessunt. Vide Guichardum in Harmonia etymolog. pag. 74. 814. Ebrardus Betuniensis in Græcismo cap. 26.

. . . . bellum Palafredus anhelat.

Henricus Rebdorff. an. 1347. *Jussit vulnerantem ascendere Palafredum suum.* [*Le Roman de Partonopex MS.*

*Quier moi fait il un Palefroi
Bon & soef & saus desfroi.*

Barber. in Docum. Amor. pag. 163. v. 9.
Buon Pallafren la redena chi tene.

Ubi Glossæ edit. Ubaldini à *pallat* frænum, *Pallafren*, dictum docent; *pallat* autem regit sonat: quod haud satis probabile videtur.]

PALAFRIDUS, apud Innocentium III. PP. lib. 14. Epist. 43. & Will. de Podiolaurentii c. 34. [*Genealog. Comit. Flandr. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 402. Fugit & ipse Otbo Imperator eorum in Palafrido suo. Suum enim dextrarium mira probitatis magnique precii equum occisum à quodam milite reliquit in acie.*]

PALEFREDUS. [Testamentum Rogerii Vicecom. Biter. an. 1193. apud Baluz. Hist. Arvern. to. 2. pag. 500. *Pretium equi mei & duorum Palefredorum & duarum mularum accipiant Guillelmus Amelius, &c.*] Will. Tyrius lib. 13. c. 27. *Miserat autem & predicto nobili viro per quemdam familiarem suum Palefredum albissimum, argento ferratum, &c.* Ita apud Cæsarium Heisterbach. lib. 12. cap. 12.

¶ **PALLEFREDUS**, in Constitut. Cluniac. MSS. *Præcipimus ut in prioratibus dicti Ordinis per mortem aut per amotionem Priorum vacantibus, Abbas Cluniaci Pallefredum, capam & breviarium prioris premortui secundum antiquam consuetudinem habeat.*

¶ **PALEPHREDUS**, Joh. de Janua. Vide *Mamus*.
PALAFRIDUS, apud Ordericum Vitalem l. 5. pag. 594. Cæsarium Heisterbach. in Vita S. Engilberti lib. 2. cap. 6. in Charta Cælestini III. PP. & aliis apud Buzelinum in Gallo-Flandria p. 349. 350. 528. [Charta an. 1150. in Tabular. Centul. *De pretio quod nobis dabunt, centum solidi computabuntur pro Palefrido quem nobis ad auxilium via nostræ traderunt.* Occurrit præterea tom. 5. Annal. Bened. pag. 146. apud Madox Formul. Anglic. pag. 51. 423. & 424. apud Rymer. to. 2. p. 370.]

¶ **PALLEFRIDUS**. Acta SS. Junii to. 4. p. 173. de S. Albino Mart. *Non solum autem à languoribus hominum, sed etiam in Pallafridis, equis & jumentis curationis & sospitatis gratia est multipliciter ostensa.*

PALAFRENUS, Italis *Palafreno*. Acta Alexandri III. PP. an. 1162. *Albo itaque Palafreno, & ceteris Pontificalibus insignibus de more paratis, Alexander Papa præ nimia populorum frequentia equum vix ascendere potuit.* Et an. 1178. *Præ nimia vero multitudine ipsius vestigia osculantium albus Palafrenus ambulare vix poterat.* Testamentum Girardi Comitis Britonorii an. 1062. apud Hieronymum Rubeum l. 5. Hist. Ravenn. *Et insuper Palefrenum & destrierium & loriam, & vexillum relinquo, &c.* Occurrit etiam in Charta an. 1291. apud Ughellum to. 2. Ital. sacr. pag. 161. apud Cortusios l. 4. cap. 6. l. 8. cap. 13. in Concilio Ravennensi an. 1317. cap. 11. apud Ottonem Morenam in Hist. rerum Laudensium pag. 38. &c.

PARAFRENARIUS, Equiso, qui *palafridos*, seu equos curat, seu etiam, qui stabulis Regis aut Principis præest: *Palefrenier*, Italis *Palefreniere*. Occurrit in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 2. Continuator Guillelmi Nangii an. 1378. *Et le Palefrenier du Roy estoit devant les Escuiers du corps, monté sur un grand coursier, & avoit les paremens du Roi, lesquels estoient de velvian & de brodure, les fleurs de lys porfilées de perles en escharpe en tout le col, ainsi qu'il est accoustumé de porter.* Ex qua *Parafrenarii* descriptione satis patet id fuisse officii in aula, quod postmodum *Magni Franciæ Scutiferi* dictum fuit. Vide Gloss. ad Villharduinum.

¶ **PALAFRENARIUS**, Eadem notione. Ordinatio Domus Dalphin. an. 1340. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 395. *Ordinamus haberi pro persona nostra unum magnum equum, unum corserium, duos Palafredos . . . & ad ipsorum custodiam deputentur quatuor Palafrenarii, qui comedant in hospitio.* Adde Bullam Leonis PP. X. an. 1514.

¶ **PALAFRENERIUS**, in alia Ordinatio. ibid. p. 315. *Item, quod valleti officiorum hospitii nostri induantur in dicto festo omnium Sanctorum, videlicet . . . posterii, Palafrenerii equorum nostrorum . . . de una malacota cum capucio sine fodratura.*

¶ **PALEFRENARIUS**, in Charta an. 1318. ibidem pag. 176. *Item quod Palefrenarius suus Johannes habeat omnes sellas suas & frenos & centum libras de dicta pecunia.*

¶ **PALEFERNARIUS**. Testam. an. 1433. ex Tabul. Eccl. Massil. *Legamus Johanni de Balneolis Palefernario nostro . . . x. florenos.*

¶ **PALEFRIDIARIUS**. Charta Eduardi III. Reg. Angl. an. 1359. apud Rymer. to. 6. p. 127. *Johannes . . . nuper unus Palefridiariorum nostrorum, &c.*

¶ **PALAFRENALIS**, Ad *Palafredum* pertinens: Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. to. 3. Junii p. LV. *Quatuor sella Palafrenales cum suis frenis, . . . sint nostre persone servitio preparata.*

PARAVISUS. Vide *Paradisus* I.

¶ **PARAZONIUM**, Gladiolus à zona pendens, & à pugione nonnihil distinctus, ut ex Martialis Distichis colligit Carolus de Aquino in Lexic. milit. Vide *Cinctorium*.

¶ **PARCAGIUM**. Vide in *Parcus*.

PARCAMENUM, pro *Pergamenum*, ex Gallico, *Parchemin*: habetur in libro Miraculorum S. Vulfranni Episc. n. 26. & in Vita B. Bonifacii Episcopi Lausanensis num. 19.

¶ **PARCAMINUM**, Eadem notione, ex Cod. Dunenfi apud Mabill. sæc. 4. Bened. part. 1. p. 765. *Et ne hæc ejus concessio violari possit in futurum, ipse, ut est cernere, signo crucis signavit ipsum Parcaminum.*

¶ **PARCARE**, **PARCARIUS**, &c. Vide *Parcus*.

¶ **I. PARCELLA**, Portio, pars modica, particula,

nostris *Parcelle*. Charta Henrici Reg. Angl. to. 4. Hist. Harcur. p. 1474. *Dominia, feoda, terra, tenementa, redditus, & possessiones predicta seu aliqua Parcelle eorumdem alicui alii persona per nos ante hac tempora data.* Th. Blount in Nomolex. Angl. Sciunt . . . quod ego Stephanus Wington de Bromyord dedi . . . Roberto de Donampton, pro triginta solidis argenti unam *Parcelle* terra mea. Charta Eduardi III. Reg. Angl. an. 1340. apud Rymer. to. 5. p. 166. *Tibi extitit demandatum ut Baroniam de Coldyngham cum pertinentiis, quae est Parcelle dicti prioratus, &c.* Charta Sacristae Montisbertodi in Dumbis an. 1467. *Juxta Parcelle infra scriptam ex Occidente.* Occurrit praeterea apud Madox in Formular. Anglic. pag. 71. & alibi.

¶ **PARCELLUM**, Eadem notione. Charta an. 1431. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. p. 617. *Predicta terra & boscus in Rytherfeld-Grey tenentur de Abbate de Abbyngdon ut Parcelle de feodo de Padenale.*

¶ **2. PARCELLA**, Breve seu Charta expensi articulatim & per partes distincta. Computus ann. 1324. to. 1. Hist. Dalphin. p. 132. *Qui fuerunt librati pro dicta die Jovis, & pro die Veneris sequenti, prout in Parcelle, quas reddit, continetur . . . Computavit dictus cellarerius cum Galopino de S. Laurentio, qui ordinatus extiterat . . . ad faciendum opera ibidem necessaria, de quibus idem Galopinus reddit Parcelle.* Charta an. 1340. ibid. to. 2. pag. 414. *De censibus vero, redditibus, obventionibus & juribus nostris quibuscumque, bonum & fidele computum reddetis anno quolibet per Parcelle coram nostrorum Computorum Auditoribus.* Hinc

¶ **PARCELLARE EXPENSAS**, Eas per partes annotare. Statuta Avenion. lib. 2. rubr. 9. art. 24. *Teneatur etiam notarius Parcelle expensas totius processus, antequam eum deferat procuratoribus, post conclusionem in causa, & parcelle expensarum processui allegare, ut iidem procuratores eas calculare possint.* Vide Particula 2.

PARCENNARII, **PERCENNARII**, Participes, *partiarum, partionarii*, in veteribus tabulis passim, qui paternam haereditatem in vicem dividunt: ex Gall. *Perconniers, vel Parconniers: Perceners*, in Legibus Willelmi Nothi vernaculis cap. 39. Bromptonus: *Domine, si tantum hodie cepistis, centuplum interim perdidistis: nam Dani civitatem Eboracensem, Rege Osbrith Parcenario vestro interfecto . . . ceperunt.* Maxime vero *Parcenarii* dicuntur, qui aliquid in commune possident. Vide Fletam lib. 4. cap. 24. §. 11. & lib. 5. cap. 9. §. 35. Assisae Hieros. MSS. c. 87. *Les parties sont Parsonniers en cel cas.* Le lignage de Coucy MS. *Et li aisnez qui ot nom Pierre, cil ot la terre de Courtenay en Parson d'autre terre.* Alibi: *Si ot la terre de Varvin en Parson de terre.* De ejusmodi Participibus agit Bractonus lib. 5. tract. 5. c. 25. Adde Gloss. ad Villharduinum v. *Parconnier*. Vide *Personarii*.

¶ **Parconiers**, Eadem notione, in Chartular. S. Vandreg. to. 1. p. 1147. *Sachiez que ge reconnois moi tenir de hommes religieux l'Abbe & le Convent de St. Vandrille . . . une wavafforie por moi & por mes Parconiers.* *Parconiers*, in Consuet. Bellomont. cap. 22. *Moulin parconnier*, in Stabil. Franc. lib. 1. cap. 106. *Perconnerie*, *partitio*, in Tabular. Calensi p. 196. *Ladite meson est tresfons de ladite eglise de Chiele, & la tienent du Roy & en sont en sa garde du tout en tout sans Perconnerie d'autre Seigneur.* *Parcon de fosse est tenu pour meuble*, in Consuet. Leodic. c. 9. art. 9. est autem pars in societate eruentorum carbonum. *Parconnerie*, quaevis pars &

portio in re aliqua, ex Charta an. 1296. in eodem Chartular. S. Vandregisili to. 2. p. 1445. *Et overgues ces choses dessus dites lesdits Religieux nos ont otroie pleine Parconnerie a mort & a vie en tous les biens feiz qui sont feiz en leur meisons en amosnes, jeusnes, Meisses, oreisons & en tous autres biens feiz.* Le Roman de Vacce MSS.

*Se je n'en faiz justice, j'en aurai reprovier,
Si me clamera bien du meffet Parconnier.*

Le Roman de la guerre de Troyes MS.

*Assez avez q'eschargaitier,
Se ensi l'avez sans Parconnier.*

Ibidem:

*Or chevauchiez seurement,
Vos ni aurez hui meiz encombrer,
Que je n'en soie Parconnier.*

Hinc *Parconiere* vel *Parsoniere* nostris, pro meretrice, quia pluribus communis. Vetus Poeta MS. è Bibl. Coislin. nunc Sangerm.

*Tant qu'il trueve une Parconiere
Seant lez une fauconiere.*

Le Roman d'Athis MS.

*Seray je Parsoniere amie,
Bien voy qu'un autre l'en affie.*

¶ **PARCERARIUS**, Colonus *partiarum*. *Mestaier partiere*, in Consuet. Turon. art. 113. Vide *Meditarius*. Frequentius vero usurpatur pro eo qui dividit vel accipit partem decimae alicujus territorii, in Tabular. S. Illidii Claromont. Hinc

PARCERIA, [vox apud Arvernos usitata, vulgo *Parciere*, Quaevis pars & portio in re aliqua, praecipue in decimis. Charta an. 1149. apud Stephanot. to. 4. Fragm. Hist. MSS. p. 407. *Damus monasterio B. Andrea Apostoli Ordinis Praemonstratensis & Deo devotis religiosi nostris Abbati & Conventui ejusdem bona, redditus, domos, . . . census, decimas & Parcerias, feudos & alia quaecumque.* Charta Beatricis Comit. Bolon. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 146. *Et alia decem (sextaria) apud Canonicum de redditibus, Parceriis & decimis quas habeo in dictis villis.* Alia an. 1313. p. 567. *Recognoscimus nos tenere a nobili . . . D. Bernardo domino de Turre milite quasdam Parcerias vulgariter appellatas de Champ Comptal, cum juribus vinearum dictarum Parceriarum.*] Tabular. Celsinianense: *Ita dumtaxat ut Monachus de S. Maximino habeat Parceriam, & decimum, & oblerias de ipsa decima.* Alibi: *Omnem honorem, quem ipse habebam, ut aliquis homo ex me qualiscunque mensura tenebat, & alodum, & fenum & decimum, & Parceriam, & universa inde accidentia, &c.* [*Parciere*, in Consuet. Burbon. art. 352. 353. Arvern. cap. 19. art. 6. cap. 31. art. 34. 35. Marchensi art. 69. Vide *Acytura*.]

¶ **PARCETUS**, Ornamentum capitis mulierum. Litterae Caroli V. Reg. Franc. an. 1367. *In capite tamen possit (domicella) portare unum redondellum vel Parcetum cum perlis & margaritis.*

PARCH. Lex Bajwar. tit. 9. c. 2. §. 3. *De illo granario, quod Parch appellant, &c.* [f. inquit Spelmannus, Granarium parietibus conclusum: *Parc* quippe dictum septum quodvis.]

¶ **PARCHEIA**, Animalia, ni fallor, quae in damno sunt. Charta an. 1203. in Tabular. Compend. *Et si a famulis nostris, vel ab alio aliquo in predicto parvo rareto Parcheia capta fuerint, ad domum nostram de Agen adducentur & forisfactum habebimus.* Vide *Parcus*.

¶ **PARCHUS**, pro *Parcus*. Vide in hac voce.

PARCIALIA. Charta Gosleni Episcopi Carnotensis an. 1155. ex Tabular. N. D. de Josaphat: *Sciendum, quod Dominus Condrevil, & uxor ejus, & servientes*

servientes ejus, & Milites ejus cum uxoris suis Parcialia non exfolvunt. Vide Parceria.

¶ PARCIALIDAD, vox Hispanica, Patria, regio. Synodus Limensis an. 1585. inter Hispan. to. 4. pag. 420. *Conscribant ... baptizatorum nomina, cognomina, parentes, ... & regionem, vulgo Parcialidad, & oppidum, &c.*

¶ PARCIARICIA, Formula 30. ex Andegav. *Quasi vineas suas, quæ erant illius, quondam illi ad Parciaricias dedisset, ut quamdiu ipsi illi se aptificavit, ipsas vineas ad Partiaricias habere debeat, &c. [id est, ad partem seu medietatem. Vide Medietarius, Parceria & Parsiare.]*

¶ PARCIARIUS COLONUS, Qui fructuum agri quem colit cum domino ejusdem, est particeps, in Statutis Astens. cap. 16. fol. 37. Vide *Medietarius.*

¶ PARCIATES, ut *Partiates.* Vide in hac voce.

¶ PARCIBILIS, Qui parcit, apud vet. Interpr. S. Irenæi lib. 4. cap. 37. *Salvans illud & Parcibilis ab eo.*

¶ PARCIERENGHUS. Vide post *Parcus.*

¶ PARCILOQUIUM, Taciturnitas. Apuleius lib. 5. *Metamorph. Jamdudum, quod sciam, fidei atque Parciloqui mei perpendisti documenta.*

¶ PARCIMONIUM, *Parcitus*, φειδωλία. Gl. Gr. Lat.

¶ PARCIOLA, Particula. Vita S. Symeonis Erem. sæc. 6. Bened. part. 1. p. 163. *Confestim rediivus monachus Parciam, quæ faucibus ejus inhaeserat, cum sanguine mixtam evomuit.*

¶ PARCIOSUS, φαιδός, pro φειδωλός. Gl. Lat. Gr.

¶ PARCITAS, Ærarium, Gall. *Epargne.* Constitut. Arnaldi Episc. Barcinon. an. 1277. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 605. *Procurator Parcitas dicta ecclesia, percipiat portiones eorum (absentium) & faciat fieri servitium in absentia eorum, & satisfaciat de portionibus eorum illis per quos facient fieri servitium predictum.*

¶ PARCITATES, pro *Partiates.* Vide in hac voce.

¶ PARCITER, pro *Parce*, apud Nonium cap. 11. num. 47. & Claud. Mamert. in Præfatione: *Parciter prælibare.*

¶ PARCITUDO, Angustia. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. to. 12. col. 515. *Et irruens (Comes Fundi) viriliter super eos, ... homines equites pedites eorummet affollabant in Parcitudine dicta ruge.*

¶ PARCOLERIUS, f. Idem qui *Parcarius.* Concil. Bituric. an. 1280. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 191. *Clerici exercentes vilia officia moneantur in casibus infra scriptis. In primis fabri ferrarii & Parcolerii, &c.*

¶ PARCOPOLLEX, Joanni de Janua dicitur *Tramelum*, qui parcit pollici. Gloss. Lat. Gall. *Parcopolex, Traymel pour ayder à chauffer soulez.*

¶ PARCUNSA, Parcimonia. Commonit. S. Orientii apud Marten. veter. Script. Collect. nova part. 1. pag. 18.

Lenito titulo Parcunsa dicit avarus

Acris velatur nomine sevitia,

Ac studiis totis & tota nitimur arte,

Ut quid loquimur vel facimus, placeat.

¶ PARCUS, non tam Stabulum, vel Ovile, quam liberior & spatiosior locus in quo grex totus includitur. Nos *Parce* etiamnum appellamus Septum ex cratibus, in quo de nocte oves quæ ad pascua educuntur, includi solent, quo ab luporum incurfibus tutæ sint. Lex Angliorum & Verinorum tit. 7. §. 1.

Qui gregem equarum in Parco furatus fuerit, &c. Lex Ripuar. tit. 82. §. 2. Si quis peculium alienum in messe adprehensum ad Parcum minare non permiserit,

Tom. V.

&c. Editio Heroldi habet *parricum*, Codex Regius *parricium*, alius *parium*, &c. Vita Alcuini n. 10. *Curte sive equarum sub uno Parco omnis mundus collectus ostenditur. [Charta an. 1092. to. 4. Hist. Harcur. p. 1328. Adidita ex meo dono decima sœni de Parco meo quod est prope Rothomagum supra ripam Sequane. Alia an. 1236. in Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rothomag. Concesserunt ... octo acras prati quas ipsi in predicto Parco nostro juxta Rothomagum possidebant & quidquid juris in toto Parco predicto habebant.] Pecora porro dicuntur ad Parcum duci in laudatis legibus, quæ ob forisfactum & damnum pignorantur, & in ejus, cui damnum factum est, *parcum*, seu *imparcum*, uti etiam appellabant, conservanda ducuntur, donec illud resarciatur. Atque ita*

¶ PARCUM PUBLICUM appellant J.C. Angli, quem sic definit Cowellus: *Parcus publicus, est area in quolibet feudo seu manerio circumseptus, in quo animalia damnum frugibus aut fructibus terræ quibuscumque facientia includuntur, donec de damno per dominum satisfiat, aut saltem cautio apud Vicecomitem per dominum interponatur de stando juri. Tabularium Fiscanense f. 36. Namnia quæ capta fuerint in terra Abbatis, non nisi in terra Abbatis ponentur in Parcum. Lex Burgundion. tit. 49. §. 3. de Animalibus damna facientibus: Sane si eos in re sua damnum sibi facientes invenerit, clausuritque, &c. Acta Murenfis Monasterii p. 60. Nemo audebat taurum vel verrem sive arietem præter eam habere, & quocunque introibant, vel exiebant in hortum vel in segetem, nullus ausus est ladere, vel includere.*

¶ IMPARCARE, Parco includere animalia quæ in damno sunt, quod etiam de reis hominibus usurpatum. Bracton. lib. 3. de Corona cap. 9. §. 4. *Ex eo crimine ... propter quod inducti sunt in carcerem, & Imparcati. Cap. 37. §. 9. Juste cepit averia sua, quia illa invenit in damno suo, & secundum legem & consuetudinem regni Imparcavit illa, donec damnum suum ei esset emendatum. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 828. Et prohibemus ne ... eorum oves aut animalia capiantur in namium, neque in communia pascua Imparcentur, &c. Et pag. 832. Per eandem cartam suam fecit eisdem fratribus de habendo separatim super terram, & solum ipsorum fratrum in Beresford, suum proprium imparcum & messarium ad capiendum, chaceandum, & Imparcandum ... animalia in damnis dictorum inventa, & rationabiles damnorum estimationes inde exigendos & inconcussos percipiendos. Synodus Exoniensis an. 1287. c. 52. Quidam vere sinunt rectores decimas libere colligere & asportare, sed equos & boves suos & subjugatos (an subjugales?) capiunt, & Imparcant, & decimas ipsas depascunt propriis animalibus & alienis. Averia imparcata, in Fleta lib. 1. cap. 20. §. 87. Bestes emparchées, in Consuetud. Britannicæ art. 418. Adde eundem librum Fletæ lib. 2. cap. 47. §. 45. c. 48. §. 2.*

¶ IMPARCAMENTUM. Monasticum Anglic. tom.

1. p. 819. *Ita quod nullus ponat tempore predicto aliqua averia in predicta landa ad destructionem herbagii ejusdem landæ, salvo sibi Imparcamento, & emenda Imparcamenti de alienis averiis, quæ landam predictam intraverunt. Ita Imparcatio, tom. 2. p. 176. [Charta an. 1405. apud Madox Formul. Anglic. p. 66. Et si contingat quod aliqua averia ... in predictis duobus clausis pro defectu clausuræ aliquo tempore intraverint, & absque wardo facta, sine gravamine & Imparcatione recaciantur.]*

¶ PARCUS, Locus ad ferarum custodiam, palis, cratibus, muris aut fossis circumseptus: cujus primum inventum Henrico I. in Anglia adscribit Joan-

nes Roffus : sed contrarium ex Domestici evincit Spelmannus in *Derefeld*, & sub Anglo-Saxonibus extitisse *parcos* asserit. Sane Persicos Reges ejusmodi silvas muris clausas habuisse testatur in primis Zozimus lib. 3. p. 724. ubi de Rege Persarum : *Τίνεται δὲ καὶ εἰς περίβολον, ὃν βασιλέως θήραν ἐκάλεον, ἢν δὲ τι τειχίον χωρίον ἀπειληφός ἐνδὸν πολὺ, δένδρεσι πεφυλευμένον πανθοδαποῖς. ἐν τέρτῳ θηρίων παντοίων ἐναποκλειόμενα γένη, τροφῆς τε ἐκ ἠπερέντο, διὰ τὸ καὶ ταύτην ἐπεισάγεσθαι, καὶ παρῆχον τῷ βασιλεῖ τῷ θηρῶν, ἢνίκα ἀνβαλεθῆναι, ἔασιωνν.* S. Hieronym. in c. 13. Esaiæ : *Didicimus a quodam fratre Elamita, --- venationes Regis esse in Babylone, & omnis generis bestias murorum ejus tantum ambitu coerceri.* Vide *Peribolus*. Petrus Cellensis de *Disciplina Claustrali* cap. 1. *Regulares incluserunt in claustris, tanquam cervos & capreas in claustris, ut ita dicam, Parco.* Chronicon Andrense : *Dum --- pro sylvestribus custodiendis Parcum facere vellet.* Romualdus Salernitanus in *Chronico* MS. an. 1149. [nunc edito apud Murator. to. 7. col. 194. ubi habetur *Parcum*.] *Quosdam autem montes & nemora, quæ sunt circa Panormum, muro fecit lapideo concludi, & Parcum deliciosum satis & amœnum diversis arboribus insitum & plantatum construi jussit, & in eo damas, capreolos, porcos silvestres jussit includi.* Silvester Giraldus lib. 1. *Itiner. Cambr. c. 5. Silvis & Parcibus urbs illustrata.* Matth. Westmonast. an. 1246. *Eodem anno condita sunt leges cum rigoris incremento super his qui furtive damna faciunt in alienis Parcibus & vivariis.* Thomas Walsinghamus an. 1343. *Henricus quondam Lincolnensis Episcopus apud prædium suum de Tynghurst, Parcum fecerat, & suorum terras contiguas ipsi junctis eidem parco adjecerat, & sepibus ac fossatis incluserat, &c.* [Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 32. *Eis similiter dedit, & in perpetuum in defenso suo concessit & Parco ad usum furni sui & calefactionis suæ, nemus mortuum.* Comment. Franc. Carpesanni apud Marten. to. 5. Ampliff. Collect. col. 1417. *Cingebantur regia castra, ut pratulimus, munitis validissimis, & alicubi perennibus rivis : sed quæ eadem castra in Septentrionem respiciebant, etiam muro perpetuo, qui septa ferarum, theriotrophion Græci, populares dicunt Parcum.*]

¶ **PARCARE**, Parco seu septo ex cratibus oves per noctem includere, quo terra earum fimo impinguatur, nostris, *Parquer*, in Consuetud. municipal. Arvern. *Parger*. Charta Radulphi Abb. de Viconia an. 1206. in Chartular. S. Quintini in insula : *Si Parcaverit, duplo de nostris quam de suis Parcabit.*

PARCARIUS, Qui parcorum curam gerit, parci custos, *Sergenteria* species [Testam. Guillelmi de Gisfortio ex Tabular. S. Martini Pontifar. Item (lego) *Theobaldo qui custodit Parcum, centum sol. Paris.*] *Parker* Littletoni sect. 378. officium vero, *Parkarship*. [Léges Rotharis apud Murator. to. 1. part. 2. p. 45. *Si duo Parcarii inter se batiderint, aut scandalum commiserint, &c.*] Statutum Edw. I. an. 21. *Si quis Forestarius, Parcarius, aut Warennarius in balliva sua malefactores aliquos invenerit vagantes ad damnum ibidem faciendum, &c.* Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 960. *Excepto servitio Ricardi Parcarii & heredum suorum, de una virgata terra, quam tenet in Henton : quod servitium pertinebit in perpetuum ad prædictos Monachos & Fratres, si-ve prædictus Ricardus defendat prædictam virgulam terra per custodiam parci, vel per servitium Militare, &c.* Vide tom. 2. pag. 23. & infra in *Putura*.

¶ *Devoir le Parc* inter vassallorum servitia recensetur in Excerpto recognitionis D. de la Trimouille factæ Comiti Andegav. *S'ensuivent ceux qui doi-*

vent le Parc, pour garder les bêtes, quand elles sont prises par mes sergens & forestiers, en domageant mes bois & mes forests, lesquels me sont sujets à plesser mesdites garennes : Primo P. pour sa maison me doit la garde desdites bestes, &c.

PARCI INFRACTURA. Vide *Pundbrech*.

PARCORUM CLAUSURA, inter onera quibus tenebantur Angli erga Regem, in Charta Guillelmi Nothi pro Monasterio de Bello in Monastico Anglic. tom. 1. p. 317. Idem quod

¶ **PARCORUM OPERATIONES** dicitur in Charta Henrici II. Reg. Angl. an. 1156. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. p. 114. *Quæti sint de operationibus castellorum & murorum & fossatorum & Parcorum & pontium, &c.* Th. Blount in *Nomolex. Anglic.* *Guilielmus Conquestor liberam fecit ecclesiam de Bello de opere Parcorum.*

PARCAGIUM, [Tributum quod pro reparatione parcorum domini, vel pro jure parcorum construendi, à vassallis exigitur, nostris *Parcage*.] Charta Henrici I. Regis Angl. tom. 3. Monastici Anglic. p. 267. *Et hanc terram concessi ... solutam & quietam de langabulo, & Parcagio, & omnibus aliis rebus, &c.* Idem videtur quod

PARCATIO, quæ inter jura dominica recensetur in Monastico Anglic. tom. 3. p. 111. *Et quietudinem Parcationis meæ, quam habebam apud Wikingiam eis clamo quietam & perpetuam.*

PARCATA. Monasticum Anglic. tom. 2. p. 279. *De octo Parcatis prati juxta Longare. Modus f. prati cratibus & palis interclusus, [ni legendum sit *percatis*.]*

¶ **PARCIERENGHUS.** *Parcierenghæ salices*, Quæ parci contexendis sunt aptæ, ut videtur. Statuta Perus. fol. 53. *Bannum idem intelligatur de salicibus Parcierenghis. De salicibus vero ligatoriis, si quis incidit vel exportaverit, &c.*

PARDINA. Charta Aragon. æræ 927. in Hist. Pinnatensi pag. 269. *Monasterium de Navazal cum suis villis, id est Larrota & Aranella, & cum omnibus alodiis, & montibus, & Pardinis, & Ecclesiis, &c.* Alia Sancii Majoris Regis Navarræ æræ 1052. apud Sandovallium in Episcopis Pampilonensibus : *Neque presumat aliquis ex successoribus nostris in illa Pardina de Yçurum, sive in aliis terminis, ... novum aliquid construere, &c.* Alia Sancii Regis Aragon. æræ 1128. apud Anton. de Ypez in Chron. Ord. S. Bened. tom. 3. *Et Monasterium S. Christophori de Aurin, cum tota villa, & Palatium de Lires cum tota sua hereditate, & Pardinam illam de sericata, &c.* Idem forte quod *Prada*, pratum.

PARDONA, PARDONARE. Vide *Perdonare*.

¶ **PARDUS**, adject. Coloris *pardi*, cinericius. Concil. Tolet. an. 1582. inter Hispan. to. 4. p. 215. *Nec in vestibulis laneis alios usurpent (Clerici) colores, præter quatuor modestos & obscuriores, nempe nigrum, violaceum, cinericium, hoc est Pardum, &c.*

¶ **PARACLUM, PARICLUM VESTIMENTUM**, Par, assimile, Gall. *Pareil*, assorti. Testamentum Ermentrudis ad calcem Liturgiæ Gall. Mabill. p. 463. *Lectaria par uno, & vestimenti mei Pareclo uno fratribus ad missa basilicæ S. Dionisi dari præcipio. Alia Pareclo vestimenti ad vico Bonisiaca fratribus dari constituo. Tertio Pariclo vestimenti Emilia ad vico dari jubeo.* Vide *Paricla*.

¶ **PARECULUS.** Vide *Paricla*.

¶ **PAREDA.** Vide *Parata*.

PAREDRUS, ex Græco *παρδρῶς*, Virtus dæmonica, qualis in Simone Mago fuit. Papias : *Paredrum, vocant dominicam virtutem.* Rufinus lib. 2. Hist. Eusebianæ c. 14. *Is urbem Romam ingressus, utens*

adminiculo adfistentis sibi & adhaerentis damoniaca virtutis, quam Paredrum vocant, &c. Ex eo Ordericus Vitalis lib. 2. in Actis S. Petri Apost. p. 387. Praefatum praestigiatorum pluribus phantasiis per damoniacam virtutem, quam Paredrum vocant, populum decipientem invenit, &c. Eusebii verba sunt: Ἐπιβὰς δὲ τῆς Ῥωμαίων πόλεως συναγομένης αὐτῷ τὰ μεγάλα τῆς ἐφεδρευέσης ἐνταῦθα δυνάμεως, ἐν ὀλίγῳ ποσῶν τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως ἤνυστο, ὡς καὶ ἀνδριάντος ἀναφέσει πρὸς τῶν τῆδε εἰς Θεὸν τιμῆσθαι. Vide Tertull. lib. de Anima cap. 28. Henr. Valesium ad Eusebium lib. 4. cap. 7. Salmasium ad Hist. August. & Joann. Bapt. Cotelerium linguæ Græcæ Professore regium ad Clementin. Homil. 2. cap. 30. ubi de Spiritibus παρέδρος. [Adde Suicerum in Thesaur. Eccl. v. παρέδρος.] Paredros Battiadis laudat Fulgentius Placiades de Virgiliana continentia.

¶ PAREFARCH, pro *Pazwarepars*, vox Armorica quæ quartam partem significat; vulgatius hodie *Palesars*.

¶ PAREFERNALIA. Vide *Parasfernalium*.

¶ PAREFREDUS, PAREFRIDUS. Vide *Paraveredi*.

¶ PAREGIUM. Vide in *Par* post *Pares Communiarum*.

¶ PAREGORIZARE, PARAGORIZARE, Joanni de Jānuā, mitigare, lenire, oblectare. *Paragoria*, mitigatio, & quaedam medicina sic dicitur, quæ lenit. Anonymus medicus: *Paregorica sunt quæ Paregorisant, ne malum crescat, non sanant.* Vide Gariopontum lib. 1. cap. 19. Gloss. Medicum MS. Reg. cod. 1486. *Paragoricus, mitigator, Paragorizare, mitigare.* Papias: *Paragorizat, mitigat, oblectat, temperat.* Perperam *Paragorizat* præferunt codd. MSS. & editi. Rectius infra *Paregorizat, mulcet.* Græcis παραγορεῖν est consolari. Hesychius παραγορεῖν, παραίνεσις. Apuleius lib. de Virtutib. herbar. cap. 24. *Herba chamedrys ... mirifice Paregoriam præstat.* Hinc medicis παραγορεῖν est malum lenire, mitigare, apud Sextum Empiricum lib. 1. Pyrrhoniarum: ut & *Paregorizare* medicis sequioris ævi, ex παραγορίζειν, qua voce passim utitur Alexand. Iatrosophista, seu vetus ejus interpretes in libris Passionum. *Remedium paregoricum*, apud Marcellum Empir. c. 36. Guibertus in præfat. ad Hist. Hieros. *His autem quibus pabulum eloquentiæ æstimatur honestas, dum ea minus apte dicta perpendunt, ubi narrationis dinoscitur expedire comitas, & prolata succincte, ubi facundia Paregorizantis decuit laciniosa varietas, &c.* Utitur etiam S. Augustinus in libris de Trinitate.

¶ PARENDARIA. Vide *Parandaria*.

¶ PARENDERIUS, Qui sub paratore telas, pannos, &c. parat. Statuta Montis Regal. fol. 272. *Si aliquod paratorium laborabit absque aliqua persona idonea sit ad custodiam ipsius paratoris, Parendarius solvat bannum solidos quinque, pro quolibet & qualibet vice.*

¶ PARENS, Sanguine proximus, agnatus, cognatus: vox Salustio etiam nota. Hieronymus lib. 2. contra Rufinum: *Nisi forte Parentes militari vulgarique sermone cognatos & affines nominat.* Salvianus lib. 3. ad Eccl. Cathol. *Cum dicat quis de aliquo adoptivo ac subitaneo propinquo, illum heredem facio Parentem meum.* Infra: *Emens pretio hereditatis heredis nomen, & totis patrimonii sui viribus hoc elaborans, ne se ille qui heres scribitur, Parentem neget.* Fortunatus, carm. de Excidio Turingiæ:

Tunc pater ac genitrix, & avunculus atque Parentes.

Idem carm. ad Artachin:

Sed de fratre patris proximus ille Parens.

Adde lib. 10. poëm. II. [Præceptum Chlodovei III. Reg. Franc. an. 692. apud Mabill. Diplom.

Tom. V.

p. 474. *Parens noster Sigebertus seu & habuncoli nostri Chlotharius & Childericus, &c.*] Charta Theoderici Regis Franc. in Actis Episcop. Cenoman. p. 185. *Ideo Dominus & praelusus antecessor noster Childebertus quondam Rex, nec non & genitor noster Dagobertus quondam Rex, & postea Parens noster Chilpericus quondam Rex &c.* Utuntur passim scriptores, Liberatus Diac. c. 16. Gregorius M. lib. 2. Epist. 15. Senator lib. 2. Epist. 41. Lex Burgund. tit. 26: 85. Lex Salica tit. 63. Greg. Turon. lib. 2. Hist. c. 4. 27. 40. lib. 3. c. 13. 14. 23. lib. 8. c. 2. lib. 9. cap. 19. 33. lib. 10. c. 12. de Vitis Patrum c. 3. lib. 1. de Mirac. c. 70. Vita S. Leodegarii cap. 17. Aimoinus lib. 1. Hist. c. 23. lib. 2. c. 14. lib. 3. c. 4. Agobardus in Epist. ad Mafredum, Hugo Cluniac. Epist. 3. Hariulfus lib. 3. cap. 17. [Mabill. Diplom. p. 606. 608. & 610. Acta SS. Ordin. S. Bened. sæc. 1. p. 136. & sæc. 4. part. 2. p. 498.] & alii. *Parentem & amicum suum* Rufinum Præfectum Prætorio vocat Constantinus Magnus in l. 6. Cod. Th. de Annona & tribut. quomodo Reges nostri proceres majoris dignitatis, *nostre tres cher & amé cousin.* Nisi hoc loco *parens* idem valeat quod *pater*, quod vult Brissonius lib. 3. Formul. pag. 352. Vide Jacobum Gothofredum ad l. 12. eod. Cod. de Pistorib. & ad l. un de Action. certo temp. finiend.

¶ PARENTORUM, pro *Parentum* crebro occurrit apud scriptores locis indicatis à Baluzio in Notis ad Capitul. p. 1014.

¶ PARENTATUS, Cognationibus & affinitatibus instructus, copiosus, *Apparenté.* Arnoldus Lubec. lib. 7. c. 3. *Adolfus vero utpote vir Parentatus, &c.* Etc. 9. *Quia vir Parentatus erat, ornatus fratribus & amicis, &c.* [Acta S. Ottonis to. 1. Julii p. 381. *Sperabamus, inquit, aliquem ex dominis & principibus, curia nostra Parentatum ac nobis notum, dominatorem nos accepturos.*] Philippus Mouskes in Hist. Francor. MS.

Lors se volt li Dus marier,

Pour ses amis Emparenter, &c.

Le Roman de Vacce MS.

La fame Bernart fu moult bien Emparentée.

¶ PARENTATUS, Affinitas, cognatio, *Parentado*, Italis: nostris, *Parenté.* S. Eugénus in Epitaphio matris suæ:

Hic dilecta Deo recubans Blefilla quiescit,

Clara Parentatu, clarior & merito.

Epitaphium Tarasiæ Beremundi Regis & Geloiræ filia in Monasterio S. Pelagii Ovetensis, quæ obiit æra 1077. *Hic dilecta Deo recubans Tarasia Christo dicata, proles Beremundi Regis & Geloira Regina, generis ortu clara, Parentatu clarior, & merito vitam duxit præclaram, &c.* Ita *parenté* vocem usurpant Poëtæ nostrates in genere masculino, quam nos hodie in feminino. Le Roman de Parise la Duchesse MS.

Iluec out un vallet, n'ot que quinze ans passez,

Dou lignage à la Dame, & de son Parentez.

Alibi:

Et son riche barnaje, & tot son Parenté.

Ibidem:

Il ere mes cosins, & de mon Parenté.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

Girard apelle son riche Parenté.

Le Roman de Vacce MS.

Et de son noble Parenté.

Ibidem:

Li Barons o lui se tenoient;

Qui de son Parenté estoient.

Ita etiam apud Christinam Pisanam 1. parte du
Tresor de la Cité des Dames, c. 4.

PARENTATUS, Alia notione, in Bullis Joannis PP.
an. 1026. & Benedicti PP. an. 1013. apud Ug-
hellum tom. 1. Italiae sacrae part. 1. pag. 112. &
124. *Parentatum autem ejusdem Ecclesiae S. Petri, &*
supradictorum suorum Monasteriorum, & cuncta Eccle-
siastica judicia ipsorum confirmamus. [Forte le-
gendum est *Patronatum.*]

PARENTELA, Willelmo Britoni in Vocab. *Cognatio*
vel consanguinitas vel contribulitas. Capitolinus in
Gordiano III. *Quem causa eloquentiae dignum Pa-*
rentela sua putavit. Fortunatus in Epist. ad Mumu-
lenum lib. 10. Poem. *Ad cuius forte vota jam festi-*
nans familia fervebat, sedula Parentela excitabatur, &c.
Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 57. *Omnis Pa-*
rentilla usque in septimum geniculum numeretur, ut pa-
rens parenti per gradum & parentillam haeres succedat.
Adde legem Longob. lib. 2. tit. 14. §. 1. Utuntur
praeterea Senator lib. 9. Epist. 1. lib. 10. Epist. 4.
Jornandes de Regnorum successione pag. 11. Lex
Burgundion. tit. 85. §. 1. Valerianus Cemeli-
ensis Homil. 1. de Bono disciplinae pag. 139. Petrus
Chryfologus serm. 140. Epistolae 28. & 46. ex iis
quae habentur tom. 1. Hist. Franc. Ivo Carnot.
Epist. 130. Dudo lib. 2. de Act. Norman. Hen-
rici I. Regis Angl. cap. 88. Caesarius lib. 1. Mi-
racul. c. 38. &c.

¶ **PARENTELA**, Affinitas, quae per conjugium con-
trahitur. Litterae Bonifacii VIII. PP. an. 1299.
apud Rymer. to. 2. p. 851. *Cum Parentela, de*
quibus actum est haecenus, jam laudabile, actore Deo,
noscantur suscepisse principium. Chron. Domin. de
Gravina apud Murator. to. 12. col. 530. *Regibus*
ipsis concordibus facta est dicti matrimonii Parentela,
gaudentibus Regibus ipsis praecipue. Chron. Estense
ad an. 1302. apud eumd. to. 15. col. 350. *Do-*
minus Albertus Scotus fieri fecit plures Parentelas in-
ter cives, qui consueverant esse inimici mortales.

DE PARENTELA SE TOLLERE dicebatur, qui
eam solenni & recepto ritu ejurabat, qui pluribus
describitur in pacto legis Salicae tit. 63. quem ex-
plicare conatus est Wendelinus in Gloss. V. *Alni-*
nos fustes. Cur autem quis se de parentela tolleret, ea
potissimum causa erat, ut à bellis familiaribus se-
se subduceret: quo quidem pacto, se de juramento,
& de hereditate, & de tota ratione parentum & agna-
torum tollebat: ita ut si aliquis de suis parentibus aut
moreretur aut occideretur, nulla ad illum compositio ha-
reditatis perveniret: simili modo si ille moreretur, ad
suos parentes non pertineret causa, nec hereditas ejus.
Quod quidem fiebat in mallo publico coram judi-
ce, cum 12. juratoribus, qui sacramento firma-
bant id eum jure ac ex causa facere. Atque id etiam
longe post obtinuit, ut ex legibus Henrici I. Re-
gis Angliae colligitur, c. 88. *Si quis propter factam*
vel causam aliquam de Parentela se velit tollere, &
eam foris juraverit, & de societate & hereditate & to-
ta illius ratione se separet, si postea aliquis de parenti-
bus abjuratis moriatur, vel occidatur, nihil ad eum de
hereditate vel compositione pertineat. Si autem ipse mo-
riatur vel occidatur, hereditas vel compositio filiis suis
vel dominis juste proveniat. Id porro Renoier son lena-
ge dicitur apud Jacob. Hemricurtium de Bellis Leo-
diensibus c. 35. & 60. Vide Differt. 29. ad Join-
villam pag. 333. 334.

Viguit in Comitatu Hannoniae pravus alius mos
de parentela, quem ita refert Arestum ann. 1298.
in Regesto Parlam. B. fol. ult. *Ex parte Comitatus fuit*
propositum coram nobis talem in suo Comitatu Hannoniae

vigere, videlicet quod quotiescumque aliquis in suo Co-
mitatu praedicto perpetrat homicidium, omnes & singuli
de Parentela ipsius homicida infra annum à tempore
perpetrati homicidii tenentur in Curia praedicti Comitatus
comparere abjuraturi homicidium praedictum. Et si quis
de Parentela homicida praedicti hoc facere omiserit, reus
& culpabilis dicti homicidii reputatur, & punitur tan-
quam homicida, si ibi postea reperitur, &c. Quam
consuetudinem ut pravam interdixit Curia.

¶ **PARENTAGIUM**, Idem quod Parentela; *Parentage*,
in Consuet. Bituric. art. 16. tit. 19. Leges
Norman. cap. 30. apud Ludewig. tom. 7. Reliq.
MSS. p. 225. *Per paragiium autem fit teneura eo quod*
tenens & ille de quo tenetur, pares esse debent ratione
Parentagii in porcionibus hereditatis, ab antecessoribus
descendentis.

PARENTELA, Familia, gens, in Inquesta an. 1272.
apud Georgium Pilonum in Historia Bellunensi
lib. 4. pag. 129. [Excerpta ex Lege Longobard.
cap. 14. *Uxor Parentela ita sit viro sicut propria pa-*
rentela.]

PARENTILLA, in Lege Salica tit. 46. §. 10. & tit.
63. & in Epistola Hildeberti Regis Franc. to. 1.
Hist. Francor. p. 867. Vide supra.

PARENTILITAS, Idem quod Parentela, in Glossis
antiquis MSS. Hariulfus lib. 4. c. 19. *Siquidem ea-*
dem Abbatissa Parentilitate ejusdem Ducis illustrabatur.

¶ **PARENTILITAS**, Quaevis societas, confederatio.
Chron. Corn. Zamstiet ad ann. 1425. apud
Marten. to. 5. Ampliff. Collect. col. 418. *Caput*
ad cacumen portae castris de Haga sublimatum in igno-
miniam aeternam sua parentela, & eorum quoque qui sua
Parentilitatis & factionis fuere participes & consortes.

PARENTALIS, προγονικός, Avitus. Ita Parentale Im-
perium, & parentalem domum dixit Anastasius in Hist.
Eccl. pag. 120. & 136. ubi Theophanes habet,
προγονική βασιλεία, & γονικός οίκος.

PARENTINUS. S. Valerianus Episc. Cemeliensis
homil. 20. *Quisque hominum Parentina mortis ex-*
spectatione animam pascit: parricidiali crimine in hære-
ditate succedit. Id est, parentis, seu patris mortis ex-
pectatione.

PARENDALES CHARTÆ. Edidit Hieronymus Bi-
gnonius post Marculfum, formulas quasdam vete-
res, cum hoc titulo: *Incipiunt charta Regales sive*
Parensales. Wendelinus in Gloss. Salico v. *Salica*
Charta, dictas ejusmodi chartas putat à Sala, ita ut
eadem sint quae aliis *Salica Charta* dicuntur, quae
scilicet secundum Salæ usum ac stylum, ut loquun-
tur, praescriptae sunt, & Flandrensibus *Slae-brief*
dicuntur. Quid si pro *Parensales* legatur *Pagensales*,
ita ut *Pagenses* spectaverint: nam revera nihil fere
in iis quod Regem spectet occurrit, sed totae sunt
privatorum, atque adeo pagensium. *Pagensales* ve-
ro dicuntur qui aliis *Pagenses*, in Capitulari Pipini
Regis Italiae cap. 36.

¶ **PARENTAGIUM**. Vide in *Parens*.

PARENTALIA, Convivia Paganorum ad tumulos
mortuorum, sic dicta quod ea à filiis in parentum
honorem fierent, ut est apud Hieronymum in
Hieremiam, cap. 16. ubi à Græcis περιδαιπνα ap-
pellari ait. Adde eundem in cap. 24. Ezechiel. &
in cap. 9. Osee. Sosipater Charisius lib. 1. Instit.
Grammat. *Parentalia, νεύσια.* Ita etiam in Glossis
Lat. Gr. Ea autem convivia à Christianis proscri-
buntur. Gaudentius Episcop. Brixienensis Tract. 4.
Partes enim Idololatriæ sunt veneficia, praecantationes,
suballigatura, vanitates, auguria, sortes, observatio omni-
num, Parentalia, inquam, unde Idololatriæ malum ca-
put extulit erroris. Nam gula sua causa primum cape-

runt homines prandia mortuis preparare, que ipsi comederent, &c. Huc spectant ista Tertulliani lib. de Testim. animæ: *Si quando extra portam cum obsoniis & matteis, tibi potius Parentans ad busta recedis, aut à bustis dilutior redis.* Id etiam vetatur in Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 194. *Admoneantur fideles ut ad suos mortuos non agant ea que de paganorum ritu remanserunt, ... & super eorum tumulos nec manducare, nec bibere presumant.* Vide Concilium Arelat. III. & Joannem Climacum grad. 7.

PARENTARE, Parere. Alanus de Insulis in Planctu Naturæ: *Quæ prolis laborantes ad fabricam, indefessa parturitione, varias rerum species Parentare non desinant.*

PARENTATUS, **PARENTELA**. Vide *Parens*.

PARENTHETICA, Gr. Παρθητικά. Joan. Sarisb. lib. 8. Policrat. cap. 7. *Bellararia ait alia esse Solennia, alia Parenthetica: ac solennia quidem, pulmenta esse quæ in omnes transeunt, & à Græcis Catholica, hoc est universalia nominantur: Parenthetica vero, quæ ex causa necessitatis vel urbanitatis in præceptam aliqua ratione veniunt partem: sic dictam, eo quod solemnibus, id est, universalibus partiunculariter soleant interponi.*

PARENTIA, de Parricidio lex, in Glossis Lat. MSS. Reg. Cod. 1013. Pro obedientia habetur in Diurno Romano cap. 2. tit. 4. *Cum hujus solius Pontificalibus monitis ob reverentiam Apostolorum Principis Parentiam offerant voluntariam.* [Hinc in Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. *Parentia, à parendo, obedientia.* Vide *Parientia*.]

PARENTILITAS, *Parentilla, Parentinus.* Vide *Parens*.

PARERE, à Gall. *Parer*, Ornare. Miracula SS. Greg. & Sebast. to. 2. Martii p. 749. *Nilominus accedit ad locum, Paret palliis & sericis vestibus in oculis omnium locum, & locum Sancti ornat & vestit.*

PARERGIUM. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 91. *Illi autem proditores Parergio latissimi redditi, rogant uti meditata opera expleat. Quo loco vox Parergium videtur sumi pro auxilio.*

PARERGUM, [Laurentio in Amalthea: *Quod alicui rei præter propositum additur, operis appendix, corollarium.*] Vetus Inscriptio apud Ambrosium Moralem p. 89. *Venerem cum Parergo, item phialem argenteam Æmilia Rustici F. ... poni juss.* [h. e. ni fallor, cum ornamentis quæ Veneri tribui solent.]

PARERIA, **PARERII**, **PARES**. Vide *Par*.

PARERMENEUTÆ, Hæretici sæculo VII. S. Scripturam, pro lubitu, ad suorum errorum patrocinium; detorquentes. Hofmannus ex Johan. Damasceno.

PARESITUS. Vide *Parasitus*.

PARETA. Vide *Parata*.

PAREVEREDUS. Vide *Paraveredi*.

PAREXERIA, pro *Paxeria*, rivulus molendini. Charta an. 1062. in Archivis S. Victoris Massil. *Dat ... unum lexalem qui ei adheret in qua magna domus construatur, & in Parexeria supradicti molini unam piscatoriam.* Vide *Paxera*.

PARGAMENUM, ut *Pergamenum*, Gall. *Parchemin*. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 97. *Plurimi testes ... convocati fuerunt, quorum nomina huic Pergameno inscripta sunt.* Occurrit etiam in Charta an. 1337. ex Tabular. S. Victor. Massil. & in Transactione inter abbatem & monachos Crafsenses an. 1351. Hinc

PARGAMENARIUS, Qui *pergamenum* conficit, vendit, Gall. *Parcheminier*, in Compendio jurium & consuetud. Univerf. Paris. per Robert. Goulet fol. 13.

PARGIA, Jus quod domino competit ratione emendarum, quæ pro damno animalium in agris irrogari solent. Vide *Pergia & Spargicia*.

PARGUAMENUM, ut supra *Pargamenum*. Regestum 87. Chartophylacii Regii: *Ipse dominus Ay-nardus exhibuit & presentavit ac legi fecit coram nobis predictis notariis & testibus prefatis dom. Guidoni bail-livo quasdam patentes litteras in Parguameno scriptas.*

PARGULINUS, Minimus, ut videtur, ab Ital. *Pargoletto*, puerulus. Acta B. Michelinæ tom. 3. Junii pag. 930. *Ego enim veluti Nichelina, ad nihil & nihilum, & ad nihil prevalens ... merito mica parvula Pargulina ... valeo nuncupari.*

PARGUS, pro *Parcus*, Septum quo oves includuntur. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 56. *Habet Episcopus per totam parochiam S. Donati in unumquemque Pargum unum optimum agnum pro censu, vel 10. denarios.* [Occurrit præterea apud Thomasserium in Biturig. pag. 709. Vide *Planicum*.]

PARGYA. Vide *Spargicia*.

PARHIPPIUS, sic definitur à Juliano Imp. in l. 14. Cod. Th. de Cursu publico: *Sublimitas tua noscat Parhippum eum videri, & habendum esse, si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat.* Secus tamen ipse πείρωπος usurpat in Epist. 28. & 32. generaliter scilicet pro quovis veredo, ut & l. 22. 27. 29. d. tit. ubi *Parhippi* à Cursualibus distinguuntur, cum *Parhippi* iidem essent quos *Avertarios* etiam vocabant, ad onera scilicet cursorum ferenda, quod & indicat Senator lib. 4. Epist. 47. lib. 5. Epist. 5. Vide *Petavium* ad ejusdem Juliani Epist. 20.

1. PARIA, *Par*, Gall. *Paire*. Charta ann. 1205. in parvo Chartular. S. Victoris Massil. fol. 150. *Unam Pariam de ovibus potest Prior in territorio Sallernarum adducere ad luminaria S. Alexii.* Vide *Par*.

2. PARIA, Societas, confœderatio, clandestinum consilium, Gall. *Pratique secreete*. Litteræ Amalrici Ducis Narbon. an. 1221. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 885. *Ipsi autem cives similiter nobis juraverunt, quod nobis & heredibus nostris quicumque nobis succedant, in perpetuum adherebunt, ... nec permittent aliquem de inimicis Ecclesiæ & nostris in civitatem Agenensem ingressum habere, vel Pariam cum eisdem (sup. habebunt) sed ipsam civitatem defendent firmiter contra ipsos.* Paulo supra: *Ecclesia inimicis proposuerunt adherere.*

3. PARIA, *Parium* dignitas. Vide in *Par*.

1. PARIÆ, ex Hispanico *Parias*, Feudales redditus, honores, homagia. Charta Hispanica an. 1063. apud Diago in Comitib. Barcinon. lib. 2. cap. 52. *Et ad castra & castella & terras quas habet predictus Raymundus Comes in Comitatu Ribagorca, & habere debet, & ad ipsas Parias de Hispania, quas jam dictus Raymundus Comes inde habet, & quæ sunt convengude ad eum, &c.* Alia Garcia Regis Navarra æræ 1087. apud Anton. de Yopez in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 3. *Similiter vendimus vobis ipsa Paria, quam dicunt Guardia, &c.* Alia Sancii Regis Aragonum æræ 1131. apud eundem tom. 7. *Similiter dono ipsam Pariam, & tributum, ac fabricam, que mihi soliti erant facere ipsi Ismaëlita, cum omnibus servitiis que debent facere.* Infra: *Simili modo dono decimam de Paria predicti castri, &c.* Adde Sandovallium in Episcopis Pompilon. fol. 142. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ 1247. fol. 21. *Villanus de parada tenetur fidejubere pro suo domino, quotiescunque necesse fuerit ipso domino, & dominus trahat ipsum de*

ipsa fidanciaria, ita quod pro illa non veniat ei damnum, vel Paria. Et si forte pariabit pro ipsa fidanciaria, de cetero non intret. pro illa ipsa fidancia, &c. Vide Stephanum Baluzium lib. 2. Miscellan. pag. 226. [& infra Parietes.]

¶ 2. PARIÆ, De iis dici videtur qui eundem artificem assidue conducunt, nostris *Pratiques, chaulands*. Litteræ Johannis Reg. Franc. an. 1351. to. 2. Ordin. pag. 469. *Ordinaverunt & convenerunt, quod nullus prænominatorum magistro suo Parias seu lucrum auferat, nec in fraudem predictorum aliquid faciat, &c.*

¶ PARIAGIUM. Vide in *Par.*

1. PARIARE, Parem facere, [esse. Tertullianus de Resurr. carnis cap. 6. *Et Sermo enim Deus, qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimavit Pariari Deo.* Idem lib. de Anima cap. 30. *Quia nec Pariasset commeatus hic vita milliario tempore.*] Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. de Sathana:

*Quem quia proposuit Actori se Pariari,
Ultero digna Dei submisit in igne jehenna.*

¶ 2. PARIARE, Solvere, Gall. *Payer*. Donatio dominæ Onecæ apud Jos. Moret. Antiquit. Navar. pag. 597. *Quislibet homo qui hæc conatus fuerit confringere, Pariet vobis Regi domno Sancio... auri talenta duo.* Charta Muniæ Abbat. tom. 3. Concil. Hispan. p. 91. *Si quis tamen homo... ad irrumpendum venerit... pro damno temporali Pariet tibi vel uxori tue, quantum tibi auferre conaverit, in duplo vel triplo.* Quod à rationibus sumtum videtur; nam cum acceptum & expensum congruunt inter se, *Pariari* dicuntur, secus *reliquari*. Ulpianus l. 4. D. de manumiss. *Proinde etsi nummos prorogavit emtor, cum ei Pariaverit, poterit ad libertatem pervenire.* Hinc

¶ PARIATIO dicitur ea Scriptura qua apparet satisfactum esse creditori. Lex ult. §. 3. Dig. de Condict. indebiti: *Pactum quod in Pariationibus adscribi solet.* Et

¶ PARIATOR, Qui paria fecit, nec reliquator est, nostris *Reliquataire*. Lex 81. ibid. *An Stichus mortuo, antequam rationes redderet, vel Pariatore, vel reliqua habente, &c.* Vide *Parire*.

¶ PARIARIUS, PARIATIO, PARIATUS. Vide in *Par.*

PARICELLULI, Monachi ex eadem *Cella*, seu Monasterio, in Vita S. Fructuosi Episc. cap. 1.

¶ PARICIUM, in Tabulario Majoris monast. perperam pro *Panicium*. Vide in hac voce. Locus est in *Guaspaleum*.

PARICLA, PARICULA CHARTA, Exemplum Chartæ, *ισότυπον, ἴσον*, Charta pari tenore scripta, ab archetypo expressa. Vox formata ex *Par*, unde nostri *Pareil* acceperunt, ut *vermeil* ex *vermiculo* vel *vermiclo*. Post Legem Salicam: *Incipiunt sententias de septem septinas, hoc sunt Pariculas causas.* Ita præferre Codd. MSS. monet Baluzius. Galli dicerent, *c'est à dire de pareilles choses*. Apud Marculfum lib. 1. formula 38. inscribitur *Charta Paricla*, continens iudicium Comitis Palatii, in quo cum neutra pars victa dici possit, jubentur ambo ejus iudicii similia exempla percipere: *Interim vero usque in ipso placito, quia nec utra pars ex ipsis victa sit apparet, unde aequales præceptiones eis fieri, & accipere iussimus.* Formulæ variæ cap. 14. de commutatione: *Unde duas Epistolas Pariculas, uno tenore conscriptas, manu eorum vel bonorum hominum firmatas inter se fieri & firmare rogaverunt, &c.* Placitum Chlodovei III. Regis Franc. apud Mabillonium to. 4. Actor. SS. Ord. S. Bened. p. 618. *Unde & per ipsas eorum notitias Paricolas taliter inter se placitum habuerunt*

initium. Infra: Per eorum notitias Paricolas taliter inter se pro hac causa placitum habuerunt. Testamentum Leodebodi Abbatis, apud Helgaudum in Vita Roberti Regis Franc. *Quam donationem, ut firmior habeatur, gestis municipalibus alligare decrevi, & duas epistolas uno tenore conscriptas feci de re superius nominata: una quæ in archivo domini resideat Aniani: aliam vero pars Monasterii domni Petri per futura tempora reservandam recipiat: qualiter Monachi ibidem Deo servientes, id quod eis per ipsam dedi defendere valeant.* Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. *Simili modo jubeo, quod de vestimenta damea... Domno vero & Pontifice successore meo Pariculos duos optimos de proprio vestimenti damea reverenter offerre jubeo. Tibi vero sancti Archidiaconi præcipio, ut unum caballum bonum, & unum Pareculum de proprietate mea præsumas.* [Ibid. infra: *Poledros congregans duos, & singulos Parioculos ipsi domini accipiant.*] Vetus Charta in Vita Aldrici Episc. Cenoman. num. 69. *Unde convenit ut tres epistolas, uno tenore conscriptas, inter se fieri & accipere deberent.* Vide Formul. 48. ex Baluzianis, & Appar.

PARICONSILIUM, Consensus unanimis, decretum. Consilium Magalonense apud Junquierias an. 909. *Prævideat namque Archiprasul, ut in visceribus eorum nulla machinamenta, nec nulla fallacia diaboli remaneat, & postea ad nostrum Pariconsilium taliter absolvat & benedicat.* *Par Consilium* eodem sensu dixit Concilium Andegav. an. 453. tum in Præfatione, tum in fine Canonum: *Parem Consultum*, Frotarius Episc. Tullens. Epist. 10.

PARIENTIA, Obedientia, in Concilio Toletano XVI. can. 8. 9. 10. *Parientiam accommodare, obedire, apud Senatorem lib. 7.* Vide Cujacium lib. 1. Observ. cap. 6. & *Parentia*.

¶ PARIERIA, PARIERII. Vide in *Par.*

1. PARIES, Retis ad capiendas aves species, in modum parietis tensi. Describitur à Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 21.

2. PARIES, Pars aliqua corporis, [Ossa Temporum sive Tempora, nostris *Tempe* vel *Temple*, Græcis *κρόταφοι*, Medicis barbaris *Ossa parietalia*.] Additio III. ad Legem Frison. tit. 3. §. 63. 64. *Si nasum transpuxerit, ter 12. sol. si unam Parietem transpuxerit, 6. sol. &c.*

¶ 3. PARIES, Limbus, ora, Gall. *Lisiere*, ni fallor. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 85. *De mantiliis & toaliis strictis possint capere... denarios octo pro Pariete, pro mediocribus solidos tres & denarios IV. pro Pariete, pro amplioribus solidos v. pro Pariete. De toaliis uxelatis pro qualibet Pariete solidos decem Pap.*

¶ 4. PARIES, Alia notione, in Statut. Astens. ubi de *Intratis* portarum: *Parietes sachorum que ducuntur in balla solvant pro qualibet balla de Parietibus lib. 32. Parietes sachorum que non ducuntur in balla solvant pro qualibet Pariete sol. VI. den. VIII.*

¶ PARIETES, Eadem notione qua *Paria* supra, Feudales redditus, honores, homagia. Charta Caroli Calvi an. 845. pro fundatione Monast. S. M. de Alaon, to. 3. Concil. Hispan. p. 132. *Dedit monasterio & præfatis monachis ecclesias locorum de Arennus, de S. Stephano de Malleo... & omnia aloda, eorum scilicet lavandarias & Parietes.* Idem rursus occurrit p. 133.

¶ PARIETH. Papias: *Maslingua*, genus avis, *Parieth* dicitur.

¶ PARIETINÆ, *Parietum ruina*, in Gloss. MS. Sangerm. num. 501. *Judicium an. 997. apud le Blanc in Differt. de Monet. p. 92. Prædictum monasterium ecclesias duas in integrum cum casis, hortis,*

cryptis & Parietinis suis sive oratorio Salvatoris securo & quieto ordine detineat. Chron. Farf. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 511. *Cum curte ante eam & domibus scandaliciis 11. circumdatis Parietinis antiquis, à duobus lateribus & cum horto in circuitu ejusdem ecclesiæ.* Vox Plinio haud ignota.

PARIFICARE, Parem facere, *Egaler.* Bulla Clementis IV. PP. an. 1285. *Per omnia quæ libertatis fuerint ceteris regnicolis Parificabit.* Utitur etiam Joannes Sarisberienfis in Policratico lib. 3. c. 14. *Deorum siquidem minuunt reverentiam, quos Parificant sibi.* Ut & Sugerius Epist. 61. [Albert. Mussatus apud Murator. tom. 10. col. 627. *Nec minus ex adverso Parificata utraque clade Siculis intolerantia Fridericum quernlo strepitu accersebat, anxiumque undique urgebat.* Vide S. Orientium lib. 2. Commonit. Marten. tom. 4. Anecd. col. 697. & Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 222.]

PARIFORMITER, Pariter, similiter. Utitur Ericus Upsaliensis lib. 1. Hist. Suecor. p. 4. [Chron. Episc. Merseburg. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 450. *Pariformiter dicta ecclesiæ decanum doctorem Bornis quietum fore non sinebat.* Adde Chronicon Petri Azarii apud Muratorium tom. 16. col. 344.]

PARIGIUM, Maris aliquod spatium ita appellatum, quod tendentibus in Ægyptum occurrit. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 5. *Pro transendo Parigia dicti maris, quæ periculis quasiusquam carent.* Et cap. 14. *Caterum propter aquarum discursus, oportet iri usque ad medium Parigii eundo quartam venti desuper à Syroco . . . qui quidem transitus Parigium nuncupatus circa 450. miliaria æstimatur, licet quidam 500. miliaria transitum seu Parigium fore asserant supradictum.* [Nostri *Parage* vocant quamlibet maris plagam vel tractum.]

PARILION. Vita S. Wunebaldi Abbatis Heidenheim. n. 8. de eodem: *Sacer ille atque perfectus Barilion.* Et n. 13. *Cum belligerosus atque beatus Barilion terram Sualaveldorum habitare cœpit, &c.* In alia Vita ejusdem Sancti n. 31. habetur *Parilion.* Itinerarium S. Willebaldi n. 31. *Et ille beatus Parilion Willibaldus.* Unde conjicio respexisse Scriptores istos ad Græcum *παρήλιον*, quod nubem soli similem tum colore tum orbiculari figura sonat: ita ut quasi sol alter sanctitatis fuerit, seu jubar. Vita S. Soli Confessoris cap. 1. de eodem Sancto: *Hanc in patriam ceu jubar solis clarissimum delatus est.* De Parelio vide Joan. Sarisber. lib. 2. c. 3.

PARINUS, mendose, ut videtur, pro *Pannus.* Anastasius in Epitome Chron. Casin. apud Murator. to. 2. p. 369. *Hic Ludovicus Italiam dum ingressus fuisset cum Clothario patre, ad Casinense cœnobium veniens, possessiones universas ablatas restituit, & Parinos nativos & grifos, calicasque cum guindis & ocreas fratribus concessit.*

PARIOCULUS. Vide *Paricla.*

PARIOLUS, pro *Hariolus.* Gloss. Lat. Gr. *Pariolus*, προφήτης, ἡυοσπόπος.

PARIRE, Solvere, Gallice *Payer.* Testam. Adepbonfi Reg. Hispan. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 547. *Quod si ego, aut aliquis generis mei, seu extranei hoc donum quod ego grato animo altario S. Petri obtuli, auferre quæsiero vel quæsierit . . . quisquis fuerit propinquus aut extraneus, Pariat centum libras auri altario S. Petri.* Vide *Pariare* 2.

PARISIACA TERRA, Parisiensis pagus, ager, in Formula 12. novæ Collect. tom. 2. Capitul. col. 564.

PARISIENSES, Monetæ Parisiis cusæ, quæ Turo-

nensium quarta parte pretium superabant. Harum passim mentio est in Chartis. Guillelm. *Guian* an. 1292.

*Et il fist courre le navie,
C'on prisa à maint Paresi,
Vers les Isles de Guernes.*

PARISIUS, sine flexu interdum pro ipsa Parisiorum urbe usurpatur. Charta Ludovici VI. Regis Franc. ann. 1134. in Tabular. Montis Mart. *Pro eadem vicaria statum, i. inter veteres status carnificum & fenestras duas ex alia parte vie Parisius in commutatione donavimus.* Chron. S. Medardi Sueffion. ad an. 1254. to. 2. Spicil. Acher. p. 799. *Et in vigilia Nativitatis B. M. receptus est (S. Ludovicus) apud Parisius processionaliter & solemniter.* Robert. Gonlet in Compendio jur. & consuet. Univers. Paris. fol. 14. *Si enim contingat longe a Parisius Regem decedere, corpus defuncti Parisius affertur.* Aliquando pro tractu & territorio Parisiensi. Aimoinus in Mirac. S. Benedicti sæc. 4. Bened. part. 2. p. 389. *Nam Parisius eam ad S. Dionysii sepulcrum . . . perducetes.* Porro constat tempore Aimoini basilicam S. Dionysii tumulo illustrem quinto ab urbe lapide sitam fuisse. Martyrol. vetus à Mabill. laudatum to. 1. Annal. p. 76. *VII. Idus Septembris Parisius, vico Novigento, depositio S. Chlodoaldi Regis & confessoris.* Distat autem vicus Novigentum, hodie *S. Clou*, quinque millibus passuum ab urbe. Consule Hadrian. Valesium in Discept. de Basil. cap. 8. & 9. & Defens. part. 2. cap. 5. & 6.

PARITADERII, Apparitores, in Conventionibus inter Ludovicum II. Regem Siciliae Comitem Provinciae, & Arelat. an. 1385. art. 16. ubi interpret Gallicus vertit *Juges Carreriés*, qui vocem à *paries* deducit, Arelatensibus *paret*, ut *Carreriés*, à *Carriere*, via, platea.

PARITAS, Æqualitas, Gellio *parilitas*, nostris *Egalité*, Ital. *Parita.* Chron. Andr. Danduli apud Murator. to. 12. col. 359. *Cives Veneti in electione Ducis discordiam ex Paritate vocum alias ortam evitare cupientes, &c.* Vide alia notione in *Par.*

PARITIO, Obedientia. Constit. Nicolai V. PP. an. 1448. in Bullario Carmelit. pag. 214. *In sententiis, censuris & pœnis in processibus predictis contentis, quas occasione non Partitionis hujusmodi incurerat, per duos annos inforduerat.* Alia Leonis X. PP. in Bullar. Casin. p. 129. *Si quibus (censuris) quomodolibet etiam ob non Partitionem rei . . . inmodati existant.* Vide *Parientia.*

PARITONUS, Cantor, qui parat tonos. Ugutio.

PARITORIUM, vox forensis, ni fallor, Denuntiatio apparitoris scripto consignata, Gall. *Commandement.* Articulus 51. ex Instrum. pacis Osnabrug. inter Probat. Hist. Alsat. pag. 161. *Causisve decisis, vel etiam decretis, mandatis, rescriptis, Paritoris, reversalibus, litis pendentis, vel aliis quibuscumque pretextibus.*

PARITURIUM. In Descript. Regionum urbis Romæ edit. Mabillon. *A porta Flaminea usque Pariturium, &c.*

1. PARIUM, Mensura frumentaria. Statuta Monast. S. Claudii an. 1448. p. 63. *Item, & per dominum de Albenco occasione dominii de Vifiaco, debentur eidem officio de annuo redditu, duo Paria bladi, quæ per eundem dominum solvi anno quolibet in præfato loco de Vifiaco consueverunt.*

2. PARIUM, Idem forte quod nos etiamnum *Parement* dicimus, Assutum vestis muliebris ornamentum. Litteræ Caroli V. Reg. Franc. an. 1367. de forma vestium: *Item quod non audeant (mulieres)*

portare mochas . . . latiores trium digitorum vel majoris latitudinis qua fit unum Parium vel unum erminum.

¶ PARJURUS, pro *Perjurus*, nostris *Parjure*. Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. pag. 363. *Et si quis contra hoc adjurandum accesserit, tanquam Parjurus debet puniri.*

¶ PARIUS, adject. Par. Conventus Episcoporum. apud Cæsaraug. an. 1058. to. 3. Concil. Hispan. pag. 221. *De illud avere mobile qui exierit eis per pacem de Alchagib sine eorum Parias habeant duas partes Comite Raymundo & Comitissa Adalmodis.*

¶ PARLAMENTARE, Colloquium de re alicujus momenti inire, habere, nostris *Parlementer*. Chron. Parmense ad an. 1297. apud Murator. to. 9. col. 838. *Existentibus tunc omnibus Majoribus civitatis Parmæ cum domino Maphæo Vicecomite ultra Mediolanum ad sociandum ipsum ad Parliamentandum cum Marchione Montisferrati.* Adde eumd. to. 18. col. 1037.

¶ PARLIAMENTARE, Eadem notione, in Charta an. 1350. apud Rymer. to. 5. p. 673. *Et ad dictum regnum Franciæ personaliter accedentes . . . ad Parliamentandum super iis, &c.*

¶ PARLAMENTEUS CONSUL, Curia Parlamenti Consiliarius. Charta an. 1435. to. 3. Hist. Harcur. p. 607. *Guillelmus Quadrigarius, Parlamenteus Consul, ecclesiæ Parisiensis decanus. Parlamentea Curia, in Compendio jur. & consuet. Univers. Paris. per Robert. Goulet fol. 12.*

¶ PARLAMENTORIUM, Locus in claustris ad collationem fratrum. Continuator Chron. Joan. Iperii apud Marten. to. 6. Ampliff. Collect. col. 616. *Claustrum à domini Parliamentorio usque ad Parliamentorium conventus cum capella S. Ludovici edificavit.* Vide *Parlatorium*.

¶ PARLAMENTUM. Joan. de Janua: *Colloquium, quod vulgo dicitur Parliamentum.* Ptolomæus Lucensis an. 1180. *Et dictum fuit hoc in publico Parlamento.* Otto Morena in Hist. Laudensi p. 10. *Postremo in Roncalia expleto Parlamento, petiit Rex, &c. Statutum Leprosariæ S. Juliani in Anglia: Nec quisquam fratrum teneat ibi Parliamentum cum alio fratre, &c. Statuta Abbatum Nigri Ordinis an. 1249. Et cum quidam post prandium proniores sunt ad loquendum, quod non prodest, quam quod edificat audientes, ad ampliandum cultum justitiæ qui in silentio reperitur, statutum est, quod Parliamentum, quod post prandium in quibusdam claustris fieri consuevit, penitus interdicatur.* [Statuta Monialium S. Salvat. Massil. an. 1400. *Loquantur cum secularibus cum brevi Parlamento ante portale videlicet in loco ordinato.*]

Maxime vero *Parlamentum* sumitur, pro solemniquo colloquio, de re quapiam alicujus momenti deliberandi causa habito. Matth. Paris ann. 1245. *Hoc siquidem finito Parlamento (S. Ludovici Regis Franc. cum Summo Pontifice) recessurus Rex Francorum cepit diem Parlamenti cum Domino Papa in quindenam Pascha.* Codex Croylandensis Cœnobii: *Concessimus etiam nunc sergentiam nostræ Ecclesiæ Semanno de Lek: qui veniens coram conventu in nostro publico Parlamento similiter juramentum præstitit, quod fidus & fidelis nobis existeret.* Exstant Literæ ejusdem Alphonsi Comitis ann. 1266. ad Constabularium Arvernæ in Hist. Castilionensi pag. 4. in quo hæc habentur: *Mandamus vobis quod Joannem Dominum de Castellione en Bazais . . . diligenter audiat, & sibi faciatis bonum jus, . . . & res ipsius vel hominum ipsius detentas faciatis eisdem recredi per bonos plegios usque ad Parliamentum nostrum, quod erit in crastino quindenam omnium Sanctorum proximo venturum, & * sederat (f. sedeat) recredientia in hac parte. Et quod super hoc*

feceritis & inveneritis, nobis ad dictum Parliamentum nostrum futurum in scriptis significare curetis. Ubi Duchesnius ad marginem hæc scripsit, *Nota Parliamentum filii Regis Franciæ.* Sed hac voce colloquium cum Joanne Castilionensi videtur intelligi debere. [Genealog. Comit. Flandr. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 428. *Comite Flandriæ ipsos nihilominus ad tenendam pacem & concordiam in multis & frequentibus Parliamentis, & per internuncios ad ipsos sepiissime missos alliciente.* Chronic. Corn. Zantfiet apud eundem tom. 5. Ampliff. Collect. col. 367. *Aliquantum probi & honorabiles viri . . . habitis & tentis pluribus Parliamentis & diatis inter partes, &c.* Adde Murator. to. 12. col. 457. & to. 14. col. 1147.] In Concilio Nugarolensi an. 1302. cap. 13. *vetantur fieri Statuta, aut Parlamenta, nisi ad pietatem suadeant.* Ita in Concilio Ravennensi ann. 1311. *vetantur fieri in Ecclesia publica Parlamenta, ut in Concilio Marciacensi an. 1326. c. 46.* Adde Litt. Petri Archiepiscopi Narbon. in Concilio Biterrensi ann. 1279. & Conventiones inter Carolum I. Comitem Provinciæ, & Arelatenses ann. 1251. art. 4. *Carolus IV. Imper. in Vita sua: Respondit quod nullas cum eo vellet habere trengarum inducias, nec aliqua cum eo querere concordie Parlamenta.* Utitur etiam infra, ut & Chronicon Aulæ regiæ cap. 27. *Historia Cortusiorum lib. 2. cap. 11. 12. 20. lib. 4. cap. 2. Ericus Upsaliensis lib. 3. Hist. Sueciæ p. 95. &c. Gaufridus Villharduinus num. 75. de Baronibus Franciis in expeditione Constantinopolitana: Lendemain quant il orent la Messe oïe, s'assemblerent à Parliament: & fu li Parlemens à cheval emmi le champ.* Alibi: *Après prisrent li Barons un Parliament à Soissons, pour savoir quand il voudroient mouvoir.* Joan. Villaneus lib. 6. cap. 83. *Ordinatio di far Parlamento ad Empoli per reformare lo Stato di parte Gibellina in Toscana.* Le Roman de Vacce MS.

Le Pallement qu'ilquist volontiers graanta.

Infra:

Puis me refist sor Seine au Parlement venir.

Idem Villaneus lib. 7. cap. 56. *Congregato il popolo di Firenze à Parlamento nella piazza vecchia, &c.* Ita lib. 10. c. 69. 112. Adde Annales Massilienses Guefnaii p. 358. 383.

Ita pariter appellabant plebium ac populorum Conventus in civitatibus, de rebus publicis deliberandi causa coactos: unde *Commune colloquium* dicitur in Charta Raimundi Comitis Tolosani apud Catellum p. 35. & apud Will. de Podio-Laurentii cap. 42. *quod in aliis Alphonsi Comitis, Parliamentum: Mandamus quatenus ab ejusmodi presumptione cessetis, & ad requisitionem nuntiorum nostrorum generale concilium, cum eis scripserimus, congregetis, & si res exegerit, Parliamentum, ut omnes mandata nostra licenter audiant.* Charta alia ejusdem Alphonsi an. 1251. *Actum Tolosæ in domo communi in publico Parlamento.* Charta Amalrici Vicecomitis Narbonensis in 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. n. 22. ex Tabulario Regio: *Retinemus etiam nobis & nostris successoribus . . . preconizationes & mandamenta, & monstra armorum à supradictis civitate, burgo, castris, & locis communicandis, quæ nos & predecessores nostri habere consuevimus, & quod pro prædictis & aliis possumus mandare & congregare, & facere in dicta civitate & burgo Narbonæ generale & speciale Parliamentum, sicut fecimus temporibus retroactis.* Ad ejusmodi vero Parlamenta sono tubæ plebs cogebatur. Charta alia p. 382. *Dominus Vicarius in Palatio domus communis institutus, Parlamento in ipso palatio ad sonum tubæ seu tubarum publice congregato.*
Vide

Vide Bened. Varchium in Hercolano pag. 41.
 ¶ Frequentioris usus fuisse videtur, ut campanæ, quam *bannalem* vocabant, pulsu ejusmodi Parlamenta congregarentur. Charta an. 1223. in parvo Chartul. S. Victoris Massil. *Hujusmodi cautio fieret in Parlamento vel in Concilio generali ad sonum campanæ congregato.* Alia an. 1271. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 93. col. 1. *Et ipsa universitas ibidem præfens ad Parlamentum per sonum campanæ more solito ad infrascripta specialiter prædicti homines & Consules convocati.* Transactio an. 1490. ex Schedis Pr. de *Mazaugues: Congregato honorabili concilio sive Parlamento universitatis hominum dicti castri.* Cassari Annal. Genuenf. lib. 1. apud Murator. to. 6. col. 285. *Prædicti vero consules post eorum electionem Parlamentum statim fecerunt, in quo omnibus discordantibus pacem jurare fecerunt.* Vide Campana 2. & Parlitorium.

Hinc haud ægre colligere est, unde nostri appellarint Parlamenta procerum totius regni Conventus, ad hoc coactos, ut cum Rege ac Principe de rebus publicis deliberarent, & si quæ majoris momenti negotia essent peragenda, in iis per leges examinarentur & conficerentur. Nam constat eam fuisse *Parlamentorum* institutionis occasionem, maxime in Anglia, ubi Parlamentum *Commune Concilium regni Angliæ, Magnum Concilium & Magnum Concilium Regis* vulgo appellatur, ut auctor est Edwardus Cokus ad Littletonem sect. 164. licet discrimen aliquod esse videatur inter Anglicana Parlamenta & Francica; cum Anglicanis omnes regni ordines intersint: in Francicis vero, si prima spectetur eorum origo, proceres tantum secularis & ecclesiastici ordinis. Vita Ludovici VII. *Eodem anno Castro Vezeliaci magnum Parlamentum congregavit. Ibi Archiepiscopi, Episcopi & Abbates, & magna pars Baronum Franciæ convenerunt.* Denique Anglicana Parlamenta ejusmodi videntur esse, quomodo in Francia nostra sunt trium Regni Ordinum Conventus, quos vulgo *Assemblées des Estats du Royaume* nuncupamus; qui potissimum ad hoc cogebantur, ut incumbentibus bellis, Regi auxilia pecuniaria ab omnibus regni incolis præberentur. Anonymus Anglus in libro inscripto *Mirror*, c. 1. sect. 2. *Le Roy Alfred fit assembler les counties, ... & ordeina pur usage perpetual, que deus foits per an, ou plus souvent, pur mister in temps de peace, se assembleront à Londres à Parlemerter sur le guidament del peuple de Dieu, & coment soy garderont de pecher, viveront en quiet, & receivront droit per usages & saints judgements, per ceste estate se fieront plusors ordinaances per plusors Roys, josque à temps le Roy que ore est, que fuit le Roy Edowart.* Sed an in Parliamentis Anglicis olim *Communia*, uti vocant, admittæ sint, in dubium vocat Spelmannus. Certe primitus ad ea tantum admissos vel vocatos *Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Priores, Comites, Barones, & proceres regni*, testatur Matth. Paris an. 1164. 1237. 1242. 1247. 1252. 1253. 1254. 1255. 1257. &c. Idem tamen Matth. Paris an. 1196. Londoniis factum Parlamentum scribit, *convocato Clero regni ac populo.* Vide Littletonem sect. 164. & Seldenum de Titulis honorariis pag. 710. 739. Exstat porro liber inscriptus, *Modus tenendi Parliamentum*, Anglicanum scilicet, quod descriptum legitur tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 557. Parlamenti Anglici auctoritatem pluribus commendat Joannes Fortescutus lib. de Laudibus legum Angliæ c. 18. & 34. ubi ait (non ut in Francia) *regaliter & politice regnare Regem Angliæ.* ¶ Eodem Parlamenti nomine designatum legitimus Magnum Dalphinorum Consilium, in Charta

Humberti II. an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 319. *Ut super omnibus in Parliamentis tutius & certius referre valeant, coram magno Consilio Dalphinali, ... quodque singulis duobus mensibus semel procurator noster cujuslibet baylliviæ ipsam papyrum dicto sigillo Consilii sigillatam, ad nostram presentiam, vel nostrum magnum Consilium studeat aportare.* Quæ verba non obscure significant illud quod nos *Grand Conseil* vel *Conseil d'Etat* nuncupamus.

¶ At in Charta ejusdem Humberti Dalphini ann. 1338. ibid. p. 361. *Parlamentum* appellatur Procerum totius Dalphinatus Conventus ad hoc coactus, ut subsidia consueta Regi Francorum, ingruente bello, præberent: *Receptis nuper litteris D. Regis Francorum per quas nos & gentes nostras parare oportet ad subsidium guerra sua, & alia circa ea, & aliis nobis occurrentibus arduis negotiis, Parlamentum & Consilium generale quod ordinaveramus teneri apud Gratianopolim in octava B. Joannis Baptiste contramandamus, donec iterum ipsam remandemus.*

Parlamenta vero Francica semel ac iterum quotannis indicebantur, [ut ex Statuto Philippi Pulcri mox laudando constat. Stabilimentum Philippi VI. an. 1344. to. 2. Ordin. Reg. Franc. pag. 217. §. 11. *Cum à magnis retroactis temporibus, quibus Parlamentum bis in anno quolibet teneri solebat, &c.*] Convocabantur ad majoris momenti lites examinandas, appellationes à Ballivis supremo judicio decidendas, & reliqua quæ ad jus dicendum videbantur conducere decernenda: idque *generali Parlamento sedente Parisiis*, ubi fere semper indicta legimus, fieri dicebatur, ut præfert Charta Philippi Regis ann. 1308. apud Chiffletium in Tornutio pag. 315. Vita Ludovici VIII. an. Dom. 1224. *Ludovicus Rex Franciæ apud Parisios Parlamentum tenuit.* Nangius in S. Ludovico: *Convocavit Rex Francorum Ludovicus grande Parisiis Parlamentum.* Huic etiam *universalis & capitalis justitiæ regni* præ cæteris illustre elogium tribuit Carolus Normanniæ Dux, tum Regni Rector, in Statuto edito 23. April. an. 1360. pro *Vadiis Parlamenti*, quod descriptum legitur in Regesto Cameræ Comput. Parisiens. sign. D. fol. 13. *Quod illi qui electi sunt ad honorem sedis Parlamenti universalis & capitalis justitiæ Regni nostri gubernacula dirigunt, atque proprie representant in populo celsitudinis nostræ Majestatem, dignum est stipendiorum gratia foveantur, saltem solitorum, ex quibus ipsarum gentium moderata sinceritas hætenus est contenta.* Quibus consimilia sunt, quæ idem Carolus, tum Rex, ait in Statuto alio pro confirmatione Officialium Parlamenti 28. Aprilis an. 1364. *Præsertim ut nostram Parlamenti Curiam, quæ nostræ majestatis imaginem representat, à qua ut à fonte justitiæ nostri Regnicolæ fructus justitiæ indefinenter exhauriunt.* [Iis præverat Philippus VI. Reg. Fr. in Statuto an. 1344. tom. 2. Ordin. pag. 220. *Li Roys en son Grand Conseil ... a ordené ... que pour gouverner sa Justice capital, c'est à sçavoir son Parlement, &c.*]

Et sane ea fuit, apud exteros etiam Principes Parlamenti Francici fama, ac justitiæ existimatio, ut non semel controversias suas ab eo dijudicari petierint, & consenserint: atque in iis Henricus II. Angliæ Rex in ea controversia, quam cum Archiepiscopo Cantuariensi exercuit, *ut legibus alligatum se principem profiteretur*, coram Rege Francorum professus fuit, *se paratum Archiepiscopo per omnia satisfacere, vel si contendere decrevisset, judicium in Palatio Parisiensi subire, proceribus Gallie residentibus, aut Gallicana Ecclesia partes suas interponente.*

Verba sunt Radulfi de Diceto sub an. 1169. quæ quidem de Parlamento Parisiensi intelligenda prorsus arbitror, tamen haud omnino constet ædem Regiam, quam *Palatium* vocant, juri dicundo, ut hodie fuisse addictam, quod plerique sub Ludovico Hutino, alii sub Philippo IV. factitatum volunt. Ita Fridericus II. Imper. in controversia inter Sacerdotium & Imperium, *se coram Laicis Paribus & Nobilibus Regni Francia* jus subiturum protestatur in ea Epistola quam in Notis ad Joinvillam edidimus p. 56. Alia ejusmodi proferunt exempla Molineus in Annotat. ad Stylum Parlamenti initio, Oliverius Cancellarius Franciæ in Oratione habita an. 1549. Chopinus lib. 2. de Doman. tit. 15. n. 9. Roccaflavinus lib. 13. de Parlament. c. 2. 3. & Andreas Favinus in Theatro Honoris lib. 2. pag. 306. & seqq.

¶ Nec illud temere prætereundum mihi videtur quod Parlamentum *Curia Francia* nuncupatur in Transfatione inter Philippum Pulcrum Reg. Fr. & Episcopum Capitulumque Eccles. Vivar. ann. 1307. *Non tenebuntur coram aliquo Officiario nostro litigare, vel respondere, nisi tantummodo coram nobis, vel nostra curia Francia.* Quibus similia sunt quæ Johannes Rex ait in Litteris an. 1362. to. 3. Ordin. pag. 605. *Causaque predicta ad Curiam nostram Parisiensem fuit devoluta.*

Parlamentum vero, quod ambulatorium erat, seu potius quod indici solebat quotannis, semel vel bis, statarium & perpetuum factum fuit, litiumque ac controversiarum appellationibus dirimendis additum. Ejusque exemplo creata subinde alia in provinciis, quorum seriem brevi catalogo hic dabimus, cum Glossarii brevitatis veteris immorari quæ de Parlamentariis sedibus juridicis auctores contulere, quos consulere cuiuslibet liberum erit plura scire aventi, ac in primis laudatum Roccaflavinum, qui spissum satis opus de iis composuit. Exstant præterea vetera de Parlamenti tenendis Statuta, tum inedita, tum edita à Miramontio & aliis, quæ eorum usum ac origines pluribus retegunt, & à quorum descriptione consulto abstinemus, ad alia festinantes. Parlamentorum igitur Francicorum antiquius

PARLAMENTUM PARIENSE habetur, quod Parisiis *Parlamenta generalia* indici solent, quibus Rex ipse sæpenumero cum Regni Paribus ac Baronibus intererat. Quidam statarium Parisiis factum volunt à Philippo Pulcro, quod ex ejus Statuto pro reformatione regni edito anno 1302. art. 62. colligunt, ubi hæc habentur: *Præterea propter commodum subditorum nostrorum, & expeditionem causarum proponimus ordinare quod duo Parlamenta Parisius, & duo Scacaria Rotomagi, Diesque Trecentis, bis tenebuntur in anno: & quod Parlamentum apud Tolosam tenebitur (sicut teneri solebat temporibus retroactis)* [Hæc verba parenthesi conclusa omittit de Lauriere] *si gentes predicta consentient, quod non appelletur à Præfidentibus in Parlamento predicto.* Parlamenti Parisiensis sedem assignatam in Palatio regio à Ludovico Hutino quidam scribunt: at Thuanus lib. 10. Hist. legisse se in Regestis *Tornella*, ut vocant, asserit id factum sub Philippo VI. an. 1344.

¶ Hic vero Lectorem monitum velim Parlamento Parisiensi potissimum adscribenda quæ in laudem Parlamenti Francici dicta paulo ante retulit Cangiugus. De eo certe intelligenda quæ habet Johannes Rex in Statuto ann. 1363. tom. 3. Ordin. p. 650. *Licet Curia nostra Parlamenti sit & esse debeat totius justitiæ regni nostri speculum verissimum & origo, ex eaque ceteri nostri iudices & subditi recipere debeant*

elucescentis justitiæ documenta, per quæ possint lites summarie dirimere, ipsarum anfractus tollere, & cunctis ad eosdem accedentibus solatium ceteris justitiæ ministrare: attamen, &c. Atque eam ob rem proprie *Regium* vocant Philippus VI. in Litteris an. 1335. to. 2. Ordin. pag. 107. & Carolus Regens in Statuto an. 1358. ibid. to. 3. p. 336.

PARLAMENTUM TOLOSANUM ante Philippum Pulcrum existisse, satis evincunt mox laudata ex ejus Statuto pro reformatione regni: quod quidem Catellus lib. 2. Rerum Occitanarum p. 242. fuisse probavit, allatis & citatis vetustioribus Arestis quæ illius mentionem agunt. Statarium denique factum Tolosæ à Carolo VII. litteris datis Salmurii 11. Octob. 1443. cujus exordia tum primum inita 4. Junii subsequenter. Sed mox ad Montempessulanum translatum, rursus Tolosam relatum à Ludovico XI. ann. 1461. Vidè Aufrerium in Stylo Parlam. Aresto 268.

PARLAMENTUM BURDEGALENSE post exactos ex Aquitania Anglos institutum fuit à Carolo VII. Burdegalensibus, qui se ultro regi dederant, solemnibus pacto id obtinentibus anno 1451. Exinde erectum fuit mense Maio anno 1460. cique Castellum Lomberiarum, vetus Ducum domicilium, pro sede assignatum. Verum Burdegalensibus paulo post in rebellionem prolapsis, urbe recepta, Parisiensi Parlamento subdita ea mansit, donec, Aquitaniæ ordinum precibus, rursus Burdegalæ Parlamentum instauratum fuit à Ludovico XI. litteris datis Chinone 12. Jun. an. 1462. descriptis à Chopino l. 2. de Domanio tit. 15. num. 6. ubi perperam Nicolaum Gillium, & alios, Parlamenti Burdegalensis institutionem Carolo VII. adscribentes arguit. Postea vero cum idem Rex Ludovicus Aquitaniæ Ducatum Carolo fratri in *apanagium* concessisset litteris mensis April. ann. 1469. idem Parlamentum Pictavum translatum fuit mense Novembri insequenti, quia Parlamenta teneri & haberi non possunt in terris *apanagiatis*: quo extincto mense Maio an. 1472. rursus Burdegalæ institutum fuit.

PARLAMENTUM ROTOMAGENSE, ex *Scacario*, Curia suprema ita nuncupata, quod in ea urbe statarium edixerat Philippus Pulcher an. 1302. ad petitionem trium Normanniæ Ordinum erectum fuit à Ludovico XII. litteris 1. Octob. ann. 1490. quod in annum sequentem rejiciunt Chopinus lib. 2. de Dom. tit. 15. Hallianus, & alii.

PARLAMENTUM AQUENSE ab eodem Rege institutum fuit litteris Lugduni mense Julio datis an. 1501. aliis datis Gratianopoli 26. Junii anno 1502. firmatis. Erat antea in ea urbe supremum Consilium, quod Ludovicus II. Comes Provinciæ instituerat litteris datis mense Sept. an. 1424. in quibus illud appellat *Eminens Consilium*, uti habet Cæsar Nostradamus in Hist. Provinc. pag. 563.

PARLAMENTUM GRATIANOPOLITANUM à Ludovico Delphino, postmodum Rege XI. Caroli VII. filio, erectum fuit pro toto Delphinatu, mense Junio ann. 1453. cum antea lites judicarentur supremo judicio à *Consilio judicum*, erecto anno 1340. ab Humberto Delphino Viennensi. Vide Guidon. Papæ Decis. 43. & 554.

PARLAMENTUM DIVIONENSE, Burgundiæ Ducatu post Caroli Ducis obitum coronæ Francicæ adjuncto, ad trium Ordinum supplicationem, erectum fuit à Ludovico XI. litteris Atrebatii datis 18. Mart. an. 1476. extinctum postea à Carolo VIII. certis ex causis, & Parisiensi unitum, rur-

sum instauratum fuit à Ludovico XII. Vide Chopinum, Chassaneum in proœm. ad Consuetud. Burgund. &c.

PARLAMENTUM REDONENSE, à Rege Henrico II. litteris datis ad Fontem-bellæ-aquæ mense Martio ante Pascha ann. 1553. in Parlamenti Paris. acta relatis 4. Maii insequentis, erectum fuit, conflatumque ex duabus, uti vocant, Cameris, quarum prior Redonensi in urbe, à 1. Augusti, altera in Nannetensi, à 1. Februarii teneretur. Sed postmodum Carolus IX. anno 1560. Cameram Nannetensem Redonas transtulit. Diploma habetur in 1. vol. Statutorum regionum Fontanonis. Vide Thuanum lib. 10. Hist.

PARLAMENTUM PALENSE, in Beneharnis, erectum fuit à Ludovico XIII. cum antea res & lites dirimerentur in *Curia Majore*, seu *plenaria*, deinde à *Consilio supremo*, uti pluribus narrat Marca in Hist. Beneharnensi lib. 6. cap. 22. 23. 24. & pag. 348. 543.

PARLAMENTUM METENSE, erectum denique ab eodem Rege Ludovico XIII. mense Januario ann. 1633. translatum deinde in Tullensem urbem litteris Cantiliaci datis 10. Maii ann. 1636. rursus postea in Metensem urbem remissum.

PARLAMENTUM TORNACENSE institutum à Ludovico XIV. an. 1669. nunc Duaci sedet.

PARLAMENTUM DOIENSE, dehinc Vefuntionem translatum erexit idem Ludovicus XIV. an. 1674.

PARLAMENTUM DUMBENSE merito Francicis accensetur utpote à Francisco I. Reg. Franc. erectum an. 1523. cum Dumbenses, Carolo Borbonio eorum Principe partes Caroli V. Imperatoris tenente, sese ultro Regi dedidissent. Lugduni sedit usque ad an. 1696. quo exeunte Trevoltium translatum est.

PARLAMENTUM NIGRUM, Confessus Baronum de capitalibus criminibus cognoscentium, apud Hectorem Boëthium lib. 14. Hist. Scotor. p. 305. Vide *Placitum Lethiferum*.

PARLAMENTUM INDOCTORUM dictum Parliamentum Conventriæ habitum an. 6. Henrici IV. Reg. Angl. de quo sic Walsinghamus ad ann. 1404. pag. 413. n. 30. *Eo tempore Rex indigens (ut fertur) pecunia, convocavit regni proceres ad Parliamentum tenendum Coventre, circa festum S. Fidis virginis... Direxit ergo brevia Vicecomitibus, ne quosquam pro comitatibus eligerent quovis modo Milites, qui in jure regni vel docti fuissent vel apprenticii. Sed tales omnino mitterentur ad hoc negotium quos constaret ignorare cujusque juris methodum: factumque est ita.*

PARLAMENTUM INSANUM nuncupatum Parliamentum Oxoniense habitum ann. 41. Henrici III. Reg. Angl. Th. Blount in Nomolex. Anglic. ex MS. Bibl. Cotton. tit. *Vitellius C. 9.*

PARLAMENTUM, Placitum, seu servitium Placiti. Charta Gregorii IX. PP. an. 1235. apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 84. *Vos autem nostra curia unius comestionis pabulum, Parliamentum etiam, nec non & hostem per maritima & Campaniam facietis.*

PARLAMENTUM, Quivis conventus, cœtus. Caf-fari Annal. Genuens. lib. 1. apud Murator. to. 6. col. 251. *Saracenorum autem superbia à Christianis cognita, statim Patriarcha Consulibus dixit: facite Parliamentum. Et fecerunt, & in Parlamento Patriarcha sermonem super populum fecit.*

PARLAMENTUM, Oratio, Gall. *Harangue*. Anonymus de Gestis Manfredi & Conradi Reg. apud Murator. to. 8. col. 603. *Parlamentum Regis Ca-*
Tom. V.

rolis: Sciatis certissime domini Milites, quod, &c.

PARLAMENTUM, Judicium, sententia. Charta an. 1501. ex Schiedis Pr. de *Mazaugues: Condemnationes factas in Parlamento novissime pronunciate.*

PARLAMENTUM. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 53. de Sacrista: *Ad Tertiam & Vesperos pulsatio signi in ejus est arbitrio, nisi Dom. Abbas sit ad Parliamentum, tunc enim petit licentiam.* Id est forte, in *parlatorio*, seu *locutorio*. [Hanc conjecturam firmat Hist. Monast. Beccensis MS. pag. 406. *Michaël monachus Becci... obiit... an. 1168. humatus in claustrum ejusdem loci in arca qua est in pariete inter capellam B. Mariae & Parliamentum sacerdotum. Vide Parliamentorium.*]

PARLATORIUM, Locus colloquiis destinatus in Monasteriis, vulgo *Parloir*. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniacensibus MSS. cap. 4. *Quo completo ex more ad ultimum per Parlatorium redit in Ecclesiam. Arcus parlatorii, cap. 25.* Charta an. 1213. apud Guesnaum in Annalibus Massiliensib. *Factum in villa de Treclis in Parlatorio ante Ecclesiam sancti Andree.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 15. *Fuit autem facta hac donatio in Adventu, hebdomada ante Natale Domini, apud Dominam, in Parlatorio Monasterii.* Ita pag. 60. [Tabular. S. Nicolai Andegavens. *De his omnibus fecit ipse Horricus donum cum filio suo Herberto domino abbati Natali in Parlatorio nostro.* Adde Chartam an. 1277. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 582.] Occurrit etiam in Processu de Vita S. Thomæ Aquin. num. 49. Vide *Locutorium*.

PARLATORIUM appellant in Italia & Lombardia præsertim, locum, seu cameram, ubi de rebus seriis civitatis cujuscumque disceptatur. Joann. Villaneus lib. 1. *Et ibi edificassero Parlatorio, per poter in quello far suo parlamento.*

Ita & Parisiis *le Parloir aux Bourgeois* vocabant locum quemdam, in quo examinabantur & discutiebantur articuli usaticorum & consuetudinis ejusdem civitatis coram Præposito mercatorum & scabinis: hic locus existit primum prope forum altillium, vulgo *Valée de misere*, dehinc juxta portam S. Jacobi, ubi nunc Dominicani habitant. Vide *Du Breul* lib. 3. Antiquit. Paris. pag. 1006. Litteræ Johannis Reg. Franc. an. 1350. to. 4. Ordin. pag. 10. *Ita tamen quod summe hujusmodi sit (sint) levate in commodum & utilitatem ville hujusmodi & parlamenti seu Parlitoris (Parlatorii) Burgensium ipsius, &c.* Vide *Locutorium* & *Prolocutorium*.

PARLE-HILL, Collis vallyo plerumque munitus in loco campestri, ne insidiis exponatur, ubi convenire olim solebant centuriæ, aut viciniae incolæ ad lites inter se tractandas & terminandas. Scotis reor *Grith-hail* i. mons pacificationis, cui asyli privilegia concedebantur. Vide Statuta Willelmi Regis Scot. cap. 5. §. 1. Hæc Spelmannus.

PARLIAMENTUM, sæpius apud Anglos, pro *Parlamentum*.

PARLINCHIAMINUS. Testamentum an. 1415. apud Rymer. to. 9. pag. 276. *Lego unum magnum Parlinchiaminum de melioribus absque reyns, & unum parvum librum vocatum Virginal.*

PARLURA, Aula inferior, Gall. *Salle-basse*; Angl. *Parlour*. Charta an. 1473. apud Rymer. to. 11. p. 782. *Apud Londoniam, infra hospitium suum, in quadam Parlura adjacente giardino, &c.* Et pag. seq. *In dicta Parlura sua, infra mansionem suam apud Londoniam. Bele Parleure*, pro sermo elegans, usurpat *le Roman de Vacce* MS.

Bel nez & bele bouche & bele Parleure.

PARMA, *atis*, pro Parma, æ. Fridegod. in S. Wilfrido cap. 43:

Excipit horrifonas illafo Parmate fundas.

¶ PARMATUS, Parma armatus, i. e. fretus. Acta S. Reginwindæ to. 4. Julii pag. 92. *Sed virginæ Parmati coessentia gleba, &c.* Utitur Livius l. 4. c. 39.

¶ PARMENIANI, Hæretici, iidem qui Donatistæ; à Parmeniano eorum antesignano sic dicti. Auctor Prædestinati lib. 1. hæ. 44. *Sicut Donatistas, & Monteses, & Parmenianos vocamus, Donatistas à Donato, Monteses à montis latebra, Parmenianos à Parmeniano, qui per totam Africam libros contra nos conficiens & novos psalmos faciens circumibat.* Vide Montesiani.

¶ PARMENTARIUS. Vide Permentarius.

PARNAGIUM; pro Parnagium, occurrit non femel in Regeſto Caſtri Lidi in Andibus. [Charta ann. 1151. apud Calmet. tom. 2. Hist. Lothar. col. 340. *Parnagium non dabunt pro porcis suis.*] V. Pastio.

PARO. Festus: *Parones, navium genus, ad cuius similitudinem Myoparo vocatur.* Ugutio & Jo. de Janua: *Paro, onis, navis piratarum. Parunculus, parva navicula piratarum.* Gloss. Sax. Ælfrici: *Paro, Scaðena Scip. i. hostilis navis. Myoparo, Hið Scip. Parunculus: Plez Scip. i. conflictus navis, vel etiam Lusoria.* Isidorus lib. 19. c. 1. *Myoparo, quasi minimus Paro, idem & Carabus, &c.* Ebrardus in Græcismo cap. 10. *Barcha, Celox, Paro detur, Musculus, & Mioparo.* Florentius Wigorn. an. 893. *Hasteinus Rex paganus cum 80. Paronibus ostium Thamesis fluminis intrans, &c.* Occurrit etiam in lib. Miraculor. S. Wilfranni Episc. n. 8. & in Histor. Obsid. Jadrensis an. 1345. lib. 1. c. 25. lib. 2. c. 21. &c. Vide Turnebum lib. 3. Advers. cap. 1. De vocis etymo multa disputant Scaliger, Vossius, Martinius, Schefferus, & alii. [Vide Myoparo.]

PARO. Charta 39. inter Alamannicas Goldasti: *Et in Infola ipsa mancipios tres, & Parones quatuor.* Vide Baro.

PAROCHIA, seu potius *Parœcia*, ex Gr. *παροικία*; (nam vocem *Parochia*, barbaram esse pridem observarunt Budæus, Alciatus, & alii) Territorium & districtus Episcopi, ut *Provincia & Diœcesis* Metropolitanæ & Archiepiscopi. Eucherius Lugdun. *Parochia, adjacens domus, id est Dei, diœcesis, gubernatio, hoc non secundum proprietatem verbi, sed secundum effectum.* Symmachus PP. Ep. 10. *Leo PP. . . definiit Parochiarum numerum vel quantitatem Arelatensi & Viennensi Sacerdotibus deputandam.* Bonifacius Moguntinus Episc. ad Zachariam PP. de Germania: *Et Provinciam in tres Parochias discretevimus.* Zacharias PP. Episc. ad Burchardum Wirtzburg. *Innotuit nobis . . . Coepiscopus noster Bonifacius, nuper se discretevimisse & ordinasse in Germania partibus Episcopales sedes . . . & Provinciam in tres divisisse Parochias.* [Charta an. 1095. apud Lobinell. Hist. Britan. to. 2. col. 145. *Pateat igitur donasse me S. Martino . . . mei juris ecclesiam quam in Parrochia Redonensis Episcopi sitam, in honorem B. Andoëni Archiepresulis Rotomagensis exstructam.* Histor. MS. Monast. Beccensis pag. 423. *Excommunicatos pronuntiavit eos qui possessiones & quidquid ad jus prædicti monasterii in Ambianensi Parrochia pertinet, &c.*] Ita passim usurpant Canones Apostol. c. 14. 15. 34. 35. Concil. Nicæn. I. cap. 16. Concil. Antioch. sub Julio I. PP. can. 9. Sueffionense sub Childeberto, Vernense, Wormatiense, Liptinense, Toletanum III. Tolet. IV. &c. Augustinus Episc. 261. Eusebius in Hist. variis in locis, Leges Alemann. tit. 11. §. 1. tit. 13. §. 2. Capi-

tula Caroli M. lib. 1. cap. 9. 40. 70. lib. 2. cap. 4. lib. 5. cap. 84. 172. l. 6. c. 57. 86. 104. l. 7. cap. 94. Capitula Caroli C. an. 868. cap. 1. 3. Charta ejusdem Caroli C. pro Monasterio S. Columbæ edita à Baluzio in Notis ad Lupum Ferrar. Gennadius de Scriptor. Eccl. in Vigilantio, Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 70. [Miracula S. Bercharii sæc. 2. Bened. pag. 849. Mirac. S. Vedasti n. 4. sæc. 4. part. 1. p. 606. Tangmarus in Vita S. Bernwardi n. 40. & 43. sæc. 6. part. 1. pag. 225. & 226.] Baldricus Noviom. l. 1. c. 7. Cosmas Pragensis p. 12. & alii, quos laudat Filesfacus de Origine parœciarum cap. 1.

¶ Latiori tamen interdum acceptione sumta videtur vox *Parochia*; in Constitutionibus Apostolicis lib. 7. cap. 46. pro tota Asiæ diœcesi usurpatur: pro Metropolitanæ districtu apud Sigebertum à Mabill. laudatum to. 4. Annal. Bened. p. 384. ubi de Gerardo Cameracensi Episcopo, *qui solus ex Lothariensibus appendebat ad Parochiam Francorum;* quod recte idem Mabillonius de Remensi metropoli interpretatur. Eadem notione, pro metropoli nimirum Rotomagensi, occurrit in Vita S. Andoëni apud Surium 24. Aug. p. 261. n. 26. *Jam vero regnante Theodorico, qui beatum virum non minus, quam Reges superiores, charum habuit, inter reliqua ejus beneficia id ab eo prestitum est S. Andoëno, ut in ejus Parœcia nec Episcopus nec Abbas . . . absque ejus consensu rectorem vel successorem constituere aude-ret, nisi &c.*

¶ Atque hinc est forte quod *Parochiam Episcopalem* dicebant, ubi de territorio & districtu Episcopi agebatur. Eigil in Vita S. Sturmii Abbat. Fuldenf. n. 22. sæc. 3. Bened. part. 2. p. 283. *Et post non longum tempus totam provinciam illam in Parochias Episcopales divisit, & servos Domini ad docendum & baptizandum potestatem dedit.*

PAROCHIA, Ecclesia parochialis; districtus Ecclesiæ Presbyteri. Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico: *Parochiam appello, populum primitias, oblationes, & decimas persolventem.* [Hinc *Parochia* in Tabul. Major. Mon. usurpatur pro Parochi obventionibus: *Dederunt quoque . . . ad victum monachorum . . . ecclesiam S. Sulpicii . . . cum omnibus quæ ad eam pertinent, hoc est cum tota Parochia atque sepultura castelli Filgeriensis.*] Decreta Colomanni Regis Hungar. lib. 2. cap. 16. *Unaquæque Ecclesia circa se in proximo habeat Parochiam suam.* Ita Concilium Carthaginense IV. can. 102. Agath. c. 21. Vasense II. can. 1. 2. Aurelian. IV. can. 11. 26. Aurelian. V. cap. 9. Arvern. c. 10. Carpentoratenf. I. Moguntinum I. Capit. Caroli M. lib. 1. c. 11. 146. 147. 152. lib. 6. cap. 164. Diurnus Romanus cap. 3. tit. 3. 6. &c. *ἀποικια παροικια*, in Concilio Calched. act. 15. can. 17. [*Parochie rusticana*, in Capitul. Caroli C. tit. 46. c. 1.] quæ à *Civitatensibus*, de quibus Concilium Agathense cap. 22. distinguuntur. *Parochia Eponensis*, apud Avitum Vienn. Episc. 80. Vide Sidon. l. 9. Episc. 16.

¶ PAROCHIALIS, Ecclesia quæ sub parochia est, quæ proprium presbyterum non habet. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280. *Quod si forte in eadem duritia persistierint, cessetur à divinis in Parochialibus, in parochiis in quibus commissa fuerint, & etiam in quibus iidem domini morabuntur.*

¶ PAROCHIA, *Parochianorum* conventus. Charta an. 1259. in Chartular. S. Vandreg. to. 1. p. 860. *Ego prædicta Nicholaa uxor dicti Johannis juravi spontanee & non coacta, tactis sacrosanctis Evangelis in*

monasterio S. Michaëlis de S. Vandregesillo in plena Parochia, quod &c.

PAROCHIA, Districtus iudicis. Decreta S. Ladislai Regis Hungariæ l. 3. c. 16. Unusquisque iudex in Parochia sua iudicet. [Vide Particula 2.]

PARROCHIA, Territorium, districtus. Charta an. 1275. in Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 820. Ego Willelmus filius & heres Osberti dicti Luisfrier de Parrochia S. Vandregesilli vendidi viri religiosi abbati & conventui S. Vandregesilli quandam mesuram terræ cum adificiis supra positis, quam habebam in dicta Parrochia.

PARRECHIA, pro Parochia, eadem notione, in Charta an. 950. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 349.

PARROCHIA, Urbis regio, Gall. Quartier d'une ville. Bernh. de Breydenbach Iter Hierosol. p. 219. Dicitur etiam quod numerus Parrochiarum, sive, ut aiunt, contratarum in ipsa urbe (Cairo) ascendat ad viginti quatuor millia.

PAROCHIANUS, nude, in Chron. Montissereni an. 1128. 1211. & alibi non semel, qui Parochianus Presbyter, in lege Alemann. tit. 13. §. 1. Curio, seu Parochus. De eiusmodi Presbyterorum origine, vide Sozomenum lib. 1. cap. 15. & ibi Henricum Valesium.

PAROCHIANUS, Qui ex Parochia alicujus Episcopi aut Presbyteri est, in Capit. Caroli M. lib. 1. cap. 153. [Epist. an. 1128. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosd. p. 90. Alexander Lincoln. Episcopus Guidoni de Charing Parochiano suo salutem. Occurrit apud Lobinell. in Hist. Britan. to. 2. pag. 273.] Parochianus Episcopus, qui de Archiepiscopi Parochia est, in Epist. 17. Alexandri II. PP.

PARROCHITANUS, Eadem notione. Charta Emehardi Episc. Herbipol. an. 1097. in Vinde. Litter. pag. 177. Populumque Parrochitanum katholice in his quæ sunt ad Deum. . . doctrinaliter instruat.

PAROCHIALIS PRESBYTER, Parochus, curio. Charta an. 1408. tom. 3. Hist. Paris. Lobinelli pag. 110. Presbytero tamen Parochiali sive curato ipsius ecclesie S. Salvatoris ad faciendum divinum servitium dicti domini Decanus & Capitulum luminare competens debent perpetuo ministrare. Occurrit rursus ibid. pag. 109.

PAROCHIALIA dicuntur potissimum Sacramenta, quorum administratio ad Parochum seu curionem jure suo competit. Chartul. Latiniac. Ut capellanus Domus Dei non nisi infirmis & conversis suis Parochialia administret. . . Servientes Domus Dei qui conversi non fuerint à presbyteris suis parochialibus Parochialia recipient.

PAROCHIAGIUM, Jus Parochiale, Parochi seu Curionis; obventiones seu redditus qui ad Parochum primario jure pertinent. [Charta an. 1241. Itaque quidquid nos quatuor bona fide super animas nostras super Parochiagio & transmutatione parochie predictæ ordinaremus, &c.] Charta Abbatis Fossat. ann. 1249. ex Tabulario ejusdem Monasterii f. 44. Quitavimus. . . quidquid juris habebamus vel habere peteramus ratione Parochiagii de sancto Nunno seu alio quocunque modo in decimis novarum factorum & faciendorum, &c. Exstat in Tabulario Ecclesie Meldensis Charta Abbatis Loci restaurati ann. 1138. qua Capellam de Berigniaco erigit in Ecclesiam Parochialem, cum hoc titulo miniato, de Parrochiatione de Berigniaco. In Charta vero Gallica Parrochiage, pro districtu Parochie sumitur, quomodo Paroisse usurpamus.

PAROCHIATICUM, Eadem notione, ni fallor, in

Charta Martelli de Malleio, in Chronico Befuensi p. 699. Dedi etiam decimas de Falgei, & Parochiaticum, & omnem usum & consuetudinem in nemoribus & silvis, &c.

PAROCHIATUS. Tabular. Campaniæ Thuanum f. 42. Si non sit nisi unum castellum, primogenitus habebit illud castellum, & feoda illius castelli, & carrucatas, prata, vineas, . . . quæ sunt infra Parochiatus illius castelli. Habetur ibi semel ac iterum, pro districtu, ni fallor.

Eodem significato occurrit in Charta Theobaldi Campaniæ Comit. an. 1224. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 919. Et si haberent inter se domum fortem, secundo natus haberet eam cum omni advantage de feodis, carrucagiis. . . stagnis quæ essent infra Parrochiatus villa in qua esset domus illa. Hist. Mediani Monast. p. 273. Grangia sua de Estenon, quæ situatur in Parrochiatu Purenfi.

Jam vero unde Parochia, vel Paræcia appellata sit, vel diœcesis Episcopi, aut districtus Sacerdotis, non una est sententia. Filesfacus lib. de Parœciis cap. 1. existimat ejusdem Ecclesie consortes vel vicinos, παραίους dictos, quæ vis est Græci vocabuli: παραίαν vero appellatam eorum, qui eandem Ecclesiam accolunt, viciniam. Henricus Valesius ad Eusebii Hist. lib. 1. cap. 1. hujus vocis originem inde natam putat, quod Ecclesia in terris duntaxat inquilina sit & πάρομος, ejus autem patria & municipatus in cœlo. Ego vero censuerim Ecclesias, παραίους, veteres Christianos appellasse; quod cum in magnarum urbium viciniis conventus suos secreto agerent, eorum Ecclesie seu Conventus, non civitates quidem dicerentur, sed viciniae civitatis; quod suadere videntur loquendi familiares primis Christianis formulæ, quas affert idem Valesius ex Epistola Smyrnenfis Ecclesie apud Euseb. lib. 4. ἡ ἐκκλησία ἡ παραίωσα ἐν Σμύρῃ. Et eod. lib. c. 23. de Dionysii Corinthii Epistolis: ἐκκλησία δὲ τῆ παραίωσῃ Γορτύναν. In Epistola Clementis ad Corinthios: ἡ ἐκκλησία τῆ Θεῆ ἡ παραίωσα Ρώμην. Denique in Epistola Sardicensis Concilii: πρεσβυτέροις, διακόνοις, καὶ πάσῃ ἐκκλησίᾳ τῆ Θεῆ τῆ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παραίωσῃ.

Iis adde Epistolam Julii PP. ad Alexandrinos apud S. Athanasium Apol. 2. de Fuga pag. 770. ἰέλεις, πρεσβυτέροις καὶ λαῶ παραίωσῃ Ἀλεξανδρείᾳ. Nec aliter hanc vocem interpretatur Glossar. Gr. Lat. παραίωσα, inhabitatio. πάρομος, accola, incola, colonus; παραίω σε, juxta te habito. Haud scio an huc referri debeat illud S. August. de Civit. Dei lib. 14. cap. 23. Presbyter fuit quidam nomine Restitutus in Paræcia Calamensis ecclesie; ibi enim Paræcia pro vicinia scriptum videtur.

Neque ab hac sententia discedit Sirmundus in Disquisitione de Azimo cap. 5. ubi observat Parochiarum nomen rusticarum Ecclesiarum olim fuisse, ideoque Parochias civitatibus opponi in Concilio Agathensi can. 21. cum jubentur ii, quibus oratoria per agros extra Parochias habere, atque in his Missas tenere permissum est, in præcipuis tamen festivitibus, non nisi in civitatibus, aut in Parochiis eas tenere; & in Concilio Aurelianensi V. cap. 8. Aut in civitatibus, aut per Parochias ordinare Clericos. Vide Gloss. med. Græcit. in παραίωσα.

PAROCTA, perperam editum pro Parata, in Charta Widonis Episc. Genevensis ann. 1091. apud Guichenonum lib. 2. Bibl. Sebusianæ cap. 1.

PAROFIA, vox vernacula, pro Parochia, in Chartular. Aureliensi in Lemovicibus fol. 5. Dedit & alium mansum in Parofia S. Medardi. Ibidem

- pluries occurrit. *Parrosia*, in Charta ann. 1091. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 434.
- ¶ PAROLLA, Lebes minor, Gall. *Chauderon*, Occitanis *Pairol*. Libertates Villæ-franchæ in tractu Petrocoricensi an. 1357. *De sotularibus, calderiis, anderiis, patellis, aissatis, Parollis, scutellis, falsibus (falcibus) sarpis, &c. Parrolis* editum to. 3. Ordinatum pag. 208.
- ¶ PARROLIA, Eadem notione. Vide *Arderia* in *Andena* 1.
- ¶ PAROLIUS, Eodem significatu, in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 101. vº. *Item licitum sit cuilibet . . . ducere vel duci facere . . . Parolios, lebetes, calderias, &c.*
- ¶ PAROMONARIUS, pro *Paramonarius*. Charta Hugonis Autissiodor. Episc. an. 1143. *Statutum est quod capellanus quacumque Paromonarius in ecclesia & insuper dimidiam præbendam, qua cum Paromonario partita erat, haberet.* Vide *Paramonarii*.
- PARONARIUM. Vide *Vista*.
- ¶ PARONISTÆ, Heretici Valdensium sectarii. De iis mentio fit in Constitut. Friderici II. Imper. à Ludovico X. Reg. Franc. adoptata to. 1. Ordinatum. p. 611. *Catharos, Paterinos, Leonistas, Paronistas, Arnaldistas, circumcisos & omnes hereticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia.* Iidem videntur qui *Passagini* infra. Hinc emendanda Bulla Innocentii PP. inter Statuta Vercell. fol. 195. vº. ubi *Speronista* pro *Paronista* legitur.
- ¶ PAROPHARNALIA, pro *Paraferalia*. Vide in hac voce. Charta an. 1478. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 76. *Sua propria erant Paropharnalia in valore ac pretio trium millium flor.*
- ¶ PAROPIA, *Coria*, quæ oculos equorum ambiunt. Vocabular. Suffannæi, à Græco *παρόπιον*.
- ¶ PAROPSIS, Vas ecclesiæ ministeriis dicatum, idem quod *Patena*. Vide in hac voce. Occurrit apud Mabill. to. 3. Annal. Bened. p. 348.
- ¶ PAROPTUS, Affatus. Apicius 6. 9. *Pullus Paroptus*.
- ¶ PARORICUM. Charta an. 1145. apud Ludewig. to. 4. Reliq. MSS. p. 205. *Ottaker Marchio una cum filio suo Luipoldo sartaginem salis quam hereditario jure possidebat, ad Paroricum Halle, &c.*
- ¶ PAROSTICIA, pro *Posticia*, posticum, posterior porta. Vita S. Columbæ Abbatis sæc. 1. Bened. pag. 364. n. 18. *Rursus per Parosticiam ecclesiæ reversus nulla talis exitus reliquit vestigia.* Ubi Bollandistæ to. 2. Junii p. 234. habent, *Parusticiam*. Vide *Posterula*.
- ¶ PAROSUS, *ἀρόσις*, in Gloss. Lat. Gr. MSS. *Perosus*. Leg. forte *Barosus*, ex Barthio.
- ¶ PAROXYSMUS, vox Medicis nota, Accessio & impetus sæviens febris, à Gr. *παροξυσμός*. Medic. Salern. edit. 1622. pag. 256. *Si quidem in ipsis Paroxyzmis . . . à cibis abstinendum est.*
- ¶ PARPAGLIONES, *Vele utiles*, cum fortuna imminet seu tempestas, in Gloss. Barberini ad *Docum. d' Amor*. edit. Ubaldini pag. 259. *Vele grandi, e veloni Terzarvoli, e Parpaglioni.*
- ¶ PARPAILLOLA, Monetæ species, de qua Pittonus in Hist. Aquensi lib. 3. cap. 9. sic loquitur: *René de Sicile fut contraint de donner cours à une tres mauvaise monnoie de fort bas alloy, qu'on fabriquoit en la ville de Tarascon. Ces pieces furent appellées Parpailloles, desquelles il en falloit 33. pour un écu. Et comme nos Religioneux du siècle dernier les remirent en usage, les Catholiques de Provence les appellerent Parpailaux, qu'on pourroit expliquer faux monnoyeurs;*

- ou de leur chef, Parpaille. Vide le Blanc in Tract. Histor. de Monet. Franc. pag. 261. *Italis Parpaglivola & Parpaiola, Mediolani potissimum in usu.* Charta an. 1343. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 516. *Quodque nulla quacumque alia moneta præterquam nostra & illa domini nostri Papæ, domini Francorum Regis pro eo quod estimabuntur, & domini Regis Sicilia, videlicet Parpailola alba pro quindecim denariis . . . cursum habeant per terram nostram.* Coquillard apud Borellum: *Force monnoye & Parpignolles.*
- ¶ PARPALIO, Papilio, insecti genus, Ital. *Parpaglione*, Gall. *Papillon*. Annal. vett. Mutin. ad an. 1299. apud Murator. to. 11. col. 75. *Dicto tempore venerunt ex ultramontibus maxima Parpalionum rubeorum multitudines, ita quod aer erat totus plenus & maxime per stratas publicas & per stratam regalem & volabant Romam versus.*
- ¶ PARPRISIUM. Vide in *Porprendere*.
- ¶ PARQUETUM, Idem quod *Parcus*. Chartular. Gemetic. to. 2. pag. 8. *Et quatuor boum & duorum equorum ad aratrum per totam forestam suam, exceptis quinque defensis, scilicet haya Mori cum landis suis & haya de Ezy & Parqueto de Bornevilla &c.* Hinc
- ¶ PARQUETUM, Conseptum fori, Græcis *δυναστήριον*, nostris *Parquet*. Idem Chartular. to. 1. pag. 270. *In ostio Parqueti curiæ nostræ alta & intelligibili voce legi fecimus.*
- ¶ PARQUETUM, Fori auditorium, qua etiam notione *Parquet* usurpamus. Arrestum Parlamenti an. 1394. apud Menester. Hist. Lugd. p. 73. *Dimissa cruce sua (Archiepiscopus) in Parqueto seu prætorio, cum ipsis & dicto Commissario cameram Concilii advenerat.* Occurrit eodem significatu in Statutis Avenion. lib. 2. rubr. 9. art. 30.
- I. PARRA. Fragmentum Petronii: *Frater ejus fortis fuit, amicus amico, manu uncta, plena mensa, & inter initia malam Parram pilavit.* [Ubi mala parram mihi significare videtur adversam fortunam; ita ut sensus sit, inter initia adversam fortunam superavit; Veteribus quippe inauspicatum omen habebatur cantus parræ.]
- ¶ 2. PARRA, *μύσος, ὄρνειον, κορυδαλλός, ἢ ἀσπαράγιος*. Gloss. Lat. Gr.
- ¶ PARRAGO & PARAGO. Breve de terris & vineis quas acquisivit Rodulfus presbyter & grammaticus an. 1040. ex Chartular. Aptensi fol. 29. *Alia vinea est mea in Domanova quam dedit mihi Ato filius Poncia pro anima patris sui & matris sue & pro seipso. Alia vinea est in loco qui dicitur Podius Lannulfus. In civitate quedam Parrago juxta rivum qui dicitur Margarita. Alia Parrago est sub ipsa qua fuit avi mei ad Ulmum. Alia est super ecclesiam S. Pauli quam adquisivi ex parte pro anima Agilburgi, & ex parte pro pretio quod dedi. Alia Parrago est ad partem Septentrionalem ultra rivum Causalonem, qua mihi ab avunculo meo & filiis ejus devenit. Alia est juxta eam qua mihi ab avo meo successit per quam aqua molendini discurret. Alia est ad Borcam . . . quam habet Rodulfus ex comparatione pretii. De vineis autem ad Borcam positis, &c.* Charta an. 1056. ibid. fol. 75. vº. *Unus mansus cum terris sibi pertinentibus, cultis & incultis, cum ortis & Paraginis, & omni exitu sibi debito.* Perperam editum *poraginis* tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. pag. 76. Ex quibus per *parraginem* vineam significari manifestum est; quæ *Parrago* mihi dicta videtur quod in *pergulæ modum*, Gall. *Treille*, ligata esset, ab Hispan. *Parra* vel *Parral*. Vide *Parrale & Salez*.
- PARRALE, Pergula, clatri, *Treille de vigne*; ex Hispanico *Parral*. Jacobus I. Rex Arag. in Foris

Oscæ ann. 1247. fol. 17. *De palo de Parrali, qui de nocte, vel de die traxerit, vel solverit eam; det de colonia 10. fol.*

¶ PARRANA, PARRANEA, vulgo *Parran*, Tene-
mentum quod ab uno *tenentiario*, ut vocant, te-
netur, ad discrimen agri, cujus plures simul do-
mini sunt, quem Ruthenenses *Hortum*, vulgo *Hort*,
appellant. Chartular. majus S. Victoris Massiliens.
pag. 14. *Ad primum Aucherium habemus unam Par-
ranam que tenet ad seivum, &c.* Tabular. S. Martini
de Altopodio in Ruthenis: *Petrus Dayas villa Alti-
podii juratus dixit se habere . . . quandam Parraneam
sitam in assario del bosco, &c.* Occitanis inferioribus
Parranea dicuntur agri suburbani, muris fossisque
civitatis viciniore. Passim occurrit in Instrumen-
tis Pontis S. Spiritus.

¶ PARRECHIA, pro *Parochia*. Vide in hac voce.

PARRICUS. Vide *Parcus*.

PARRIGO, [Idem quod *Parrago*. Vide in hac vo-
ce.] Tabularium Abbatiae Conchenensis in Ruthenis
Ch. 192. *Una mansione cum curto, cum hortio, cum
Parrigine, totum & abintegrum, &c.*

¶ PARROC, *Parcus* minor, à Saxon. *Peaproc*,
Locus ad ferarum custodiam. Charta ann. 1182.
apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. p. 136. *Dua
acra & dimidia que vertuntur in Parroc & in altero
campo viginti acras, &c.*

¶ PARROCHIALIA. Vide in *Parochia*.

PARROCHIATIO. Charta Philippi Augusti ann.
1185. apud Morinum in Hist. Vastineni p. 706.
*Si vero granchia per heredum successionem, seu quoli-
bet alio modo ad Parrochiationem venerit, ad 5. soli-
dos consuetudinis redibit, i. ad proximum hæredem.*
Ubi *Parrochiatio* idem videtur quod *premesse* appel-
latur in Consuetudine Britanniae: ubi *retrait de
premesse*, est cum prædium distractum, jure retra-
ctus, ad proximum hæredem devenit. [Occurrit
eadem notione in Consuetud. Beneharn. tit. 40.
art. 16. tit. 47. art. 3. 20. 31. tit. 56. art. ult.]
Parrochiatio, autem ex Gallico *prochain*, id est *pro-
ximus*, deducitur.

¶ PARROFIA, ut *Parofia*. Vide ibi.

PARROLA, PARROLIA. Vide *Parolla*.

PARS, Schismatici qui in Ecclesia schisma ample-
ctuntur, seu qui hæreticis adhærent. Ita hanc vo-
cem usurpant passim Patres, qui alteram *Ecclesia*
nomine indigitant. Sic S. Augustinus non uno lo-
co *Partis Donati* meminit, ut & Optatus, Cypria-
nus in Epist. 72. Pelagius I. PP. in Epistola ad
Viatores edita ab Holstenio, &c. Epistola Epi-
scoporum Italiae ad Illyricos in Fragm. Hilarii:
*Nicani tractatus adversus Arium Sabelliumque, cujus
Photinus Partiaria hereditate damnatur, decreta ser-
vamus.* Ita vocem hanc pro factione usurpat S. Hie-
ronymus Epist. 7. *Qui sub occasione partium clemen-
tissimi Principis sevissimus omnium extitit tyrannorum.*
[Nostri *Parti* eadem notione dicunt.]

PARS, pro Regione, quomodo dicimus *partie*, hac
notione. Sulpitius Severus lib. 1. Histor. *Inde in
Parte turris Gader tabernaculum fixit.* Capitulum 3.
ad legem Salicam cap. 5. *De negotiatoribus qui Par-
tibus Slavorum & Avarorum pergunt, &c.* [Elmham.
in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap.
33. pag. 86. *Quod subditi eorumdem principum . . .
merchandizare possint, tam per terram quam per mare
& aquas, solvendo custumas, gabella & deveria, . . .
observando leges & consuetudines Partium ad quas ap-
plicare seu in quibus conversari contigerit.*]

¶ Hinc vulgaris illa dictio. hodieque nautis Rho-
dani usitata, qua pars Orientalis Rhodani à parte
Tom. V.

imperii; Occidentalis vero à parte regni nuncupatur.
Quæ distinctio ab illa opinione fluxit, quæ regnum
Arelatense provinciasque ultra Rhodanum positas
temere & falso Imperatoribus tribuebat.

PARS VIRORUM, Locus in Ecclesia ubi stant viri.
Stabant autem ii in navi, ad Meridiem & ad dex-
tram, mulieres ad Septentrionem & ad sinistram.
Ordo Romanus: *Diaconus stat versus ad Meridiem,
ad quam Partem viri solent confluere.* Amalarius lib.
3. de Eccles. Offic. cap. 2. 32. *Masculi stant in
Australi Parte, & femina in Boreali, &c.* Adde Mi-
crologum cap. 9. Honorium Augustod. libr. 1.
cap. 145. lib. 3. cap. 66. Amalarius in Eclo-
gis de Officio Missæ pag. 1353. 1358. edit. Ba-
luzii, Durandum lib. 1. Ration. cap. 1. num. 46.
&c. Synodus Romana an. 853. cap. 33. *Et sicut
discrete in Ecclesia singula videntur exposita, ita vi-
rorum Pars & mulierum Partibus suis contenta sit.* De-
scripsit Baronius an. 57. num. 125. hanc inscri-
ptionem Christianam Vaticanam, AD SANCTUM
PETRUM APOSTOLUM, ANTE REGIA, IN
PORTICU COLUMNA SECUNDA, QUANDO
INTRAMUS SINISTRA PARTE VIRORUM
LUCILLUS ET JANUARIA HONESTA FOE-
MINA. Ex qua quidem inscriptione colligit idem
Baronius viros sinistram templi partem ut tum
digniore habitam, mulieres vero dextram oc-
cupasse: quod quidem vix sibi constat. Nam cum
vetera Christianorum templa ad Orientem exstru-
cta fuerint, virique in iis ad Meridiem, mulieres
ad Septentrionem locum habuerint, necesse est ut
introeuntibus pars virorum dextra fuerit, quod
videtur adversari inscriptioni: nisi quod revera
reor, *sinistra pars virorum*, hoc loco sit, pars fini-
stra respectu partis virorum. Nam constat partem
altaris, in quo legitur Evangelium, *sinistrum cornu*
appellari.

PARS, Actor, vel reus, quomodo dicimus *Partie*.
Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 2. §. 4. *Pars utraque, id
est, tam petentis, quam petiti, &c.* Joannes Sarisber.
Epist. 6. *Cum ergo Partibus super hoc dies esset præfi-
xa, &c.* Quoniam attachiam. cap. 57. §. 4. *Et ad-
veniente die quindeno, Pars prosequens compareat in
Curia, & petat Partem suam, & faciat eam vocari per
bedellum, &c.* [Charta Henrici IV. Reg. Angl. an.
1401. apud Rymer. tom. 8. pag. 211. *In rem
suam propriam in hac parte (ut asserit) constitutum,
Partem attricem ex parte una, & Johannem Shakel ar-
migerum Partem ream ex altera.* Passim. Vide leg. 6.
Cod. de Part. interempt.

¶ PARS ACTOREA & CITATA, in Sententia Si-
gismundi III. Reg. Poloniae, apud Ludewig. tom.
6. Reliq. MSS. p. 225. *Partis utriusque tam Acto-
rea quam Citata allegationibus, probationibus & ex-
ceptionibus accurate perpensis.*

¶ PARS, Advocatus, qui actoris, vel rei partes agit
& tuetur. Instrum. ann. 1105. apud Le Blanc in
Dissert. Hist. de Monet. p. 52. *Cumque statuto si-
mul termino convenissent, Pars Oddonis agere cepit con-
tra partem domini Abbatis, . . . At vero pars B. Ma-
riae (Farfensis) enucleatius, veriusque ipsum perspi-
ciens edictum, asserebat quod, &c.* Pandect. lib. 32.
leg. 97. *Imperator interrogavit Partem legatarii.*

¶ PARS DIVINA. Vetus Charta MS. *Vineas vero . . .
nos antea de Sargite quondam necutante, Parte divi-
na, cum terra comparavimus.*

PARS TERRÆ, Sors hæreditaria in prædiis pater-
nis aut maternis. [Vulcatius in Cassio: *Vivant in pa-
trimonio parentum pro Parte donata.* In Marco: *Filii
Cassii & amplius media Parte receperunt paterni patri-*

monii.] Charta Gaufridi de Liziniano Dom. S. Hermetis ann. 1248. in Reg. Inculismensi Cameræ Comput. Paris. fol. 49. *Quod dictum castrum habebam & tenebam & expletebam ratione Partis terre matris meæ Hisabellis, &c.* Exstat Charta S. Ludovici Regis Franciæ an. 1246. mens. August. in Regeſto Cenomanensi fol. 10. num. 15. qua Carolo Comiti Provinciæ fratri, & ejus hæredibus, ex consensu Comitum Atrebatensis & Pictavenſis fratrum dat, & pro Parte terra assignat Andegavensem Comitatum cum pertinentiis. In alia ejusdem Regis ann. 1260. mens. Junii de dotalitio reginæ Margaretæ uxoris: *Et après ce nous eussions donné & assigné à nostre feuil Charle Comte de Provence & à ses hoirs la devant dite cité du Mans, avec ses appartenances, &c.* Pars hereditatis, in Charta ejusdem S. Ludovici Regis pro Roberto Atrebatensi Comite fratre an. 1237. apud Haræum in Castellanis Insulensibus pag. 81. Vide Notas ad Stabilimenta ejusdem Regis lib. 1. cap. 8.

¶ **PARTEM HABERE cum Rege**, Formula usitata cum in associationem Rex vocabatur ab aliquo, ut bona sua facilius tutaretur, ejus patrocinio, quam ob rem Regi partem aliquam in eadem bona assignabat. Stabilim. an. 1270. lib. 2. cap. 31. *Sire, ma mere fu franche fame le Roy, & nul ne Part au Roy que Sainte Crois & Saint Agnen selonc l'usage d'Orleanois.* Vide *Pariagium* in *Par.*

PARTEs dicuntur divinæ Eucharistiæ vel panis Eucharistici particulæ, quæ à Sacerdote inter Missæ solemnias fractæ in partes minutiores, fidelibus distribuebantur ad Communionem: *Αγλαί μερίδες*, Evagrio lib. 4. c. 36. [in Vita Lucæ junioris pag. 985.] & in Euchologio, *ἐπί τῆς τῆς μερίδας ἐν ἀγίῳ πρὸς τῶν* S. Augustinus apud Bedam in c. 10. prior. ad Corinth. & apud Gratianum de Consecr. dist. 11. can. 58. *Nec quando manducamus Partes de illo facimus: & quidem in Sacramento sic fit, & norunt fideles quemadmodum manducant carnem Christi: unusquisque accipit partem suam, unde & ipsa Gratia (i. ipsa Eucharistia) Partes vocantur.* S. Cyprianus de lapsis: *Et alius, qui & ipse maculatus, sacrificio à Sacerdote celebrato, Partem cum cæteris ausus est latenter accipere, sanctum Domini edere & contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus invenit.* Ubi observandum Eucharistiam olim fideles de manu Sacerdotis manu sua accepisse, quod etiam ex 21. Statuarum Chryſostomi colligitur, ubi *δέχεσθαι τῆ χειρὶ* ter habet. Apud Eusebium lib. 7. cap. 9. legitur *χειρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἀγίας τροφῆς πορεύειν.* Utramque enim manum porrigebant, & cavo dextræ supposita sinistra panem suscipiebant, ut est apud Cyrillum in 5. Mystag. Rursum idem Cyprianus de Opere & Eleemos. *Qua in Dominicum sine sacrificio venis, qua Partem de sacrificio quod pauper obtulit, sumis.* Quem morem insinuat alibi non semel, Epist. 56. & lib. de Bono patient. ut & Cornelius PP. Epist. ad Fabium Antioch. S. Ambrosius Epist. ad Theodosium apud Theodorit. S. Hieronymus Epist. ad Theophilum. Obtinuit postea ut Sacramentum Laicis non in manus traderetur, sed in os infereretur, ut observat Balsamon ad canon. 101. Concilii in Trullo, idque cautum canone 2. Concil. Rothomag.

Quæ porro supererant particulæ sacræ Eucharistiæ, pueris absumentæ dabantur ex veteri more, ut testatur Evagrius loco citato, quem sua etiam ætate observatum testatur Nicephorus Callist. lib. 17. cap. 25.

PARTICULÆ, Eadem notione. Cæsarius Heisterb.

lib. 9. cap. 25. *Nostis, domine, quod hic reposueritis Particulas. Sic enim hostias vocare solent.*

PARTEs autem vocabant veteres, quidquid è convivio decerpebatur, & ministris aut mittebatur, aut reservabatur. Lampridius in Alexandro Severo: *Semper de manu sua ministris convivii, & panum Partes, aut olerum, aut carnis, aut leguminum dabat, &c.* Vide Eckearum juniorem de Casibus S. Galli cap. 2. pag. 51.

¶ **PARs**, Lusio, Gall. *Partie de jeu*, in Regeſto 80. Chartophylacii regii Ch. 509. an. 1352.

PARs, pro *Partie de guerre*, videtur sumi apud Gauderium Antioch. de Bellis Antioch. pag. 457.

¶ **PARTEs**, Rationes, qua notione dicimus etiam *Parties*. Charta an. 1. Theodorici Reg. to. 3. Analect. Mabill. p. 225. *De pagensis nostris unusquisque per manus nostras recipimus, vel adrecipere habemus, unde apud Hadingan vicedomino Partes exinde fecimus.*

¶ **PARTEM FACERE**, Fœdus cum aliquo facere, inire, Gall. *Faire parti, se liguier*. Litteræ Roberti Comit. Flandr. an. 1319. apud Rymer. tom. 3. pag. 771. *Et si Scoti ad nostros portus declinant, & nostri homines ad Scotia portus similiter declinaverint, intentionis nostræ & nostrorum non est eos propter hoc in errore fovere, nec in crimine cum eis participando committare: set solum mercaturas exercendo, Partem minime facientes.*

¶ **PARTEM SUAM FACERE**, in Statutis Astens. Collat. 16. cap. 74. fol. 53. *Compellere teneatur alium consortem illius domus vel edificii facere suam Partem seu solvere expensas dicte aptationis.*

TRAHERE IN PARTEM, Gall. *Tirer à part*, Aliquem è turba seducere, apud Eckearum Jun. de Casib. S. Galli cap. 1. Cæsarium lib. 2. c. 6. Guill. in Vita S. Bernardi lib. 1. c. 11. Herbertus lib. 2. de Mirac. cap. 41. *Mater in Partem filiam traxit, & lurida tabis apparitionem innotuit. In partem secedere*, in Collat. 1. Carthag. c. 10. *In partem ire*, in Libello delati judicii apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hist. Longobard. p. 225. *Secedere in partem*, apud Victorem Uticens. lib. 3. & Gregor. Turon. de Vitis Patr. cap. ult. *In partem stare, vel in parte*, apud Faustum in Vita S. Mauri Abbatis num. 49. Vide Acta S. Dorotheæ num. 8. 13. & Revelationem Stephani II. PP. *In partem secedere*, lib. 4. Chron. Casin. cap. 39.

¶ **AD PARTEM**, vel **AD PARTES**, à Gall. *A part*, Seorsum, separatim. Testam. Andreae de Luxemb. Camerac. Episc. to. 9. Spicil. Acher. p. 295. *Reservando tamen sibi plenam & omnimodam potestatem huic testamento suo . . . addendi, subtrahendi . . . per cedula, codicillos aut literas clausas ad Partem factas, seu hujusmodi testamento incorporandas.* Vita S. Yvonnis to. 4. Maii p. 550. *Episcopus & Cantor & alii convivantes non comedebant de oleribus, pisces vel fabis, quas iste comedebat, quia ista specialiter parabantur pro eo & ad Partem.* Lobinell. Hist. Britan. tom. 2. pag. 555. *Arma, gladii, enses, lancea, qua inventa fuerint in monasterio S. Victoris, reponantur in aliqua camera deputata ad Partes.* Limborch. Sent. Inquis. Tolos. pag. 181. *Te merito suspectum fecimus poni ad Partem in carcere, ut certius veritas probaretur.* Charta ann. circiter 1320. ex Regeſto Noster fol. 440. vº. *Ordinatum est quod Esmaelus judæus non computetur cum aliis, sed solvat ad Partem secundum quantitatem bonorum suorum.*

PARs PUBLICA, Respublica. Lex Longob. lib. 3. tit. 13. §. 2. *A proprio Comite, vel à Publica Parte, id est, qui rempublicam agunt.* [Leg. Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. col. 1. *Petre te appellat Martinus,*

Martinus, qui est advocatus de Parte publica.] Fred-
garius in Chron. cap. 66. Cui (Heraclio) successit in
Imperii gradum Constantinus filius ejus, cujus tempore
Pars publica à Saracenis nimium vastatur. Pars reipu-
blica, eadem notione, in Epistolis 45. & 47. ex
iis quæ habentur to. 1. Hist. Franc. Anastasius in
S. Zacharia PP. p. 78. Idem castrum & tertiam par-
tem, quam pignoris causa detinebat, Parti reipublicæ
restitueret. Ita

AD PARTEM ALICUJUS SOLVERE dicebant.
[Charta Dagoberti I. Reg. Franc. apud Miræum
to. 1. pag. 241. *Omnia & ex omnibus quidquam ad
Partem nostram, vel fisco publico, de ipso mercato ex
ipsa mercimonia exactare potuerit.*] Capitula Ludovi-
ci Pii ad Legem Salicam cap. 3. *Ibi volumus ut 40.
denariorum solutio quantitatem habeat, quam vel Sa-
xo, vel Friso ad Partem salici Franci cum eo litigantis
solvere debet.* Charta ejusdem Ludovici pro Eccle-
sia S. Juliani Brivatensis: *Et nemini cuilibet obse-
quium pro prædictis rebus fecissent, nisi tantum ad Par-
tem Regis annuatim caballum unum cum scuto & lan-
cea præsentassent, &c.* Lex Ripuar. tit. 57. §. 2. *Aut
si legibus eum non potuerit defensare, ad Partem Regis
200. sol. culp. jud.* Lex Bajwar. tit. 1. cap. 6. §. 3.
Ad Partem fisci pro fredo præbeat fidejussionem. Joan-
nes VIII. PP. Epist. 302. *Sciatis per unum quemque
vestrum centum aureos dabitur nostra Parti.* Anastasius
in S. Hadriano p. 105. *Ut antefatas quas abstulerat
civitates, pacifice B. Petro redderet, & justitias Parti
Romanorum faceret.* Charta Hugonis Regis Italiæ
an. 928. to. 12. Spicilegii Acheriani: *Neque ali-
quod servitium, quod ad publicam Partem pertinuisse
visum fuit, &c.* [Charta Archembaldi Archiepisc.
Turon. an. 993. in Tabul. Major. Mon. *Concedo
ut quidquid ex ipsis capellis ad Partem Episcoporum sive
Archidiaconorum hæcenus in annona, vino... exactum
est, &c.*] Vide Meurissium in Episcopis Metensib.
pag. 175. [& Mabillonium tom. 2. Annalium
pag. 596.]

EX PARTE. S. Eulogius lib. 2. Memorial. SS. c. 1.
*Vivaci educatione literaria captus, nec non ex Parte
linguæ Arabicæ cognitus, totam pene juventutem in præ-
dicto cœnobio exegit.* Phrasis Hispanica, *por Parte de
lingua Arabica*, id est, quod spectat ad linguam
Arabicam, Galli dicerent, *à l'égard de, &c.*

¶ PRO PARTE, quomodo dicimus, *de la part de,
&c.* Nomine vel mandato alicujus. Litteræ ann.
1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 241. *Petro de
Ambello castellano de Laborello, pro Parte domini no-
stri Dalphini Viennensis salutem & dilectionem.* Infra:
*Unde tibi præcipimus & districte mandamus, vice & no-
mine dicti domini Dalphini quatenus, &c.*

¶ PARS, pro Lege, l. hac parte. C. de prox. sacr.
scrin. lib. 12. l. nemo. 5. C. de malef. quæ est Con-
stantini. Etiamnum ita Venetiis vulgo appellatur.
Ita Pancirolus lib. 1. Thesauri var. lect. cap. 77.

PARTES EDERE, Partitiones orationis facere, ora-
tionem per partes ac verba singula examinare.
Quintilianus lib. 1. cap. 14. *Et illa quidem minora
præstare debent, ut Partes orationis reddi sibi soluto
versu desideret, &c.* Ejusmodi sunt Prisciani Parti-
tiones 12. primorum versuum Æneidos. Gotofridus
Viterb. part. 16. Panth.

*Nunc quoque Grammaticæ summus Donatus in arte,
Hieronymus cum discipulo docet edere Partes.*

Nescio an huc pertineat vetus Inscriptio Placen-
tiæ, apud Petrum Mariam Campum lib. 14. Hist.
Eccl. Placentinæ: V. F. C. TERENTIUS. FRU-
CTUS. SIBI. ET. ATTICO. SER. QUI. VIXIT.
ANN. XX. LITTERATUS. GRÆCIS. ET. LATI-
Tom. V.

NIS. LIBRARIUS. PARTES. DIXIT. CCC. IN.
FR. P. XV. IN. AG. P. XXV.

Exstat in Biblioth. Sangermanensi Codex MS.
cum hoc titulo: *Incipit tractatus in Partibus Donati,
cujusdam Presbyteri Zmaragdi.* [Statuta MSS. Auge-
rii Episc. Conferan. an. 1280. *Districte inhibemus
ne quis in civitate vel diocesi nostra docere vel scholas
tenere in quacumque facultate præsumat absque nostra
licentia speciali; & alphabetum tamen & psalterium
tantum ecclesiasticum, & Donatum seu Partes unus-
quisque libere docere possit.*] Joan. Molinetus p. 117.

... Sçait ses Pars & son cathonnet.

[Sic Burgundionibus aliisque vocatur liber, in quo
rudimenta seu prima Litterarum elementa tradun-
tur: quo sensu accipiendum videtur] Epitaphium
à Naudæo editum:

*Hic Jacet Judocus;
Qui fuit Romæ coquus;
Magister in Artibus,
Et doctor in Partibus,
Et de gratia speciali
Mortuus in hospitali.*

[Adde Mascurat. pag. 6.] Rabelaisius lib. 1. c. 14.
*Hugutio, Flebar, Grecisme, le Doctrinal, les Pars, le
Quid est, &c.* Hanc Grammaticæ partem, *qua do-
centur adolescentis scripta intelligere & probare*, ut est
apud Martian. Capellam lib. 3. *σχεδωραφίαν* vocat
Anna Comn. lib. 14. Alexiad. p. 485. atque re-
centiorum fuisse inventum, præcipuos in ea nescio
quos nominans magistros, Stylianos, Longobar-
dos, seu Italos, quos Glaber lib. 2. cap. 12. &
Paulus Warnefrid. lib. 6. de Gest. Longob. c. 7.
Grammaticæ præ ceteris operam impensius dedisse
testantur. Atque ea notione *σχεδωραφίαν*, pro *edere
partes*, usurpat Basilius lib: *περὶ γυμνασίου γραμμα-
τικῆς*, ut & *σχέδος* pro *partibus* idem Scriptor & Ma-
nuel Moschopulus, qui hanc potissimum Gram-
maticæ partem illustraverunt, posterior libro quem
περὶ σχεδῶν inscripsit.

PARSCHALCUS, Homo mediæ conditionis inter
liberos & servos. Vide *Barfalcus*.

PARSIARE, Ital. *Partaggiare*. Vetus Charta apud
Ughellum tom. 7. p. 263. *Non habeatis potestatem
suprascriptam hæreditatem alienare, id est, vendere,
vel donare, aut in pigni ponere, vel pro devito Parsiare,
&c.* Id est per *divisam*, seu testamentum, dividere.

¶ PARSIMONIA, Jejuniæ & vigilia, seu parcitas
fomni & cibi. Vitæ Patrum Eremit. to. 2. Concil.
Hispan. p. 649. *Tribusque diebus totidemque nocti-
bus in Parsimoniis & fletibus perseverans, ante altare
sub quo venerabile corpusculum sacra Martyris situm
est, pavimento prostratus incubuit.*

¶ PARSIMONIUM, *μικρολογία*, in Gloss. Lat. Gr.

¶ PARSIMONIZARE, Cum parcimonia distribuere.
Vita S. Bernardi Menton. tom. 2. Junii pag.
1078. *Bona sua pauperibus Parsimonizans in propria
mensa eis assidue opulenter ministrabat.*

¶ PARSIMUM, Territorium, districtus, jurisdictio.
Charta an. 1527. in Tabul. Archiep. Aufc. *Pro-
clamationem dominorum Comitum Armeniaci & Fes-
sijaci tam in Parsimo comitale Auxis, quam in Parsimo
dom. Auxitan. Archiepiscopi, &c.*

¶ PARSINALIS. Epist. Petri Bernardi Grandim.
Ex-prioris ad Henricum II. Reg. Angl. de nece
S. Thomæ Cantuar. apud Marten. to. 1. Anecd.
col. 563. *Hæcne threna tragedi Parsinalis didicere
ibides nostræ eremi? F. Parricidalis.*

¶ PARTAGIUM, Ea hæreditatis pars & portio,
quæ unicuique hæredi, ex bonorum paternorum
vel maternorum divisione, competit. Charta an.

1276. in Chartul. minori S. Benigni Divion. *Domini omnium predictorum, quæ omnia & singula dicta ad meum Partagium devenerunt.* Alia ejusdem anni ibid. *Quæ omnia per Partagium meum devenerunt in partagio facto de me & Adelinetta sorore mea.* Charta an. 1308. to. 2. Hist. Dalphin. p. 141. *Recipiente pro se & suis heredibus; bonas & firmas donationes & quittance de omni jure, actione, Partagio & requisitione ipsis & ipsorum cuilibet competentibus & competituris.* Regest. Parlamenti an. 1401. to. 4. Hist. Harcur. p. 1122. *Inter se Partagium fecerant de successione omnium bonorum defuncti Guillelmi de Haricuria.* Occurrit præterea to. 1. April. p. 152.
- ¶ PARTAGIUM, Eadem notione, in Charta Roberti Comit. ann. 1286. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. pag. 121. *Pro jure quocunque, Partagio & frayreschia.*
- ¶ PARTENDA, Pars, portio. Tabular. Vosiense fol. 44. *Debet Guzanola in sua Partenda x. denarios, & medietatem fructuum de arboribus.*
- PARTHICÆ PELLÆS, olim magno in pretio. Matthæus Silvaticus: *Fenuio, id est, pellis Parthica.* Ex *φοινικίων*, nam pelles Parthicæ purpureæ erant; & exiis fiebant Imperatorum calcei. Pollio in Claudio: *Zanchas de nostris Parthicis paria duo.* Corippus lib. 2. de Laudibus Justini:
- Purpureo sura resonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinculis,
Parthica Campano dederant que tergora succo.*
- Guillelmus Apul. lib. 1. Rer. Normanic.
- *assumitur Imperialis
Purpurea, pes dexter decoratur pelle rubenti,
Qua solet Imperii qui curam suscipit uti.*
- Pellium Parthicarum meminit etiam Ammianus lib. 22. *Notum est enim sub Maximiano Casare vallo Regis Persarum direpto, gregarium quendam post sacculum Parthicum, in quo erant margarita, repertum, projectis imperitia gemmis, abisse pellis nitore solo contentum.* Corrigia Partica, apud veterem Scholiastem Juvenalis Sat. 5. id est, ex corio. Vide Salmaf. ad Hist. Aug. & Notas ad Villharduinum p. 308. 309.
- PARTHICARI, Harum pellium mercatores, in l. 2. Cod. de Excusat. muner.
- ¶ PARTIALIS, Partilis. Epist. Xysti II. PP. ad Hispanos to. 1. Concil. Hispan. p. 214. *Qui ad hoc naturam nostræ carnis & status virilis formam assumens, humiliter se usquequaque distendit, ut omni humano genere in unitatem redactò, totius corpus unitum persiceret Ecclesiæ: atque ita ad totius compaginis pertineret commodum membrorum Partialis ista distinctio.*
- ¶ PARTIALITAS, Factio, partes, Gall. *Partialité, parti.* Synodus Pergam. an. 1311. apud Murator. to. 9. col. 570. *Si de cetero contigerit Archipræsulem Mediolanensem . . . extra civitatem & diocesim propriam exulare propter . . . Partialitates inibi vigentes, schisma vel aliam causam consimilem.* Statuta Monast. S. Claudii an. 1448. *Jurgia, contentiones atque divisiones & Partialitates in ipso monasterio, & inter abbatem & fratres . . . oriri facere diversimode consueverunt, &c.* Johan. à Leydis lib. 29. cap. 16. Anno D. 1350. *orta sunt in Hollandia due factiones seu Partialitates.* Adde Acta SS. tom. 1. April. p. 121.
- ¶ PARTIALITAS, Partium studium, Gall. *Partialité.* Inquesta an. 1440. in Tabular. Cassaniensi: *Promittunt testimonium perhibere veritati omnibus prece, pretio, odio, Partialitate, vel favore repulsis.* Sermo Mag. Joh. Paris. in Conc. Constant. in Bibl. Heilsbr. p. 110. *Sine asperitate constantem, sine Partialitate communem.* Occurrit præterea in Chronic. Dom. de Gravina apud Murator. to. 12. col. 611.

- ¶ PARTIARIUS COLONUS, Quocum dominus fundi partem capit in fructibus. Vide *Medietarius.*
- ¶ PARTIARI, Servi, qui duobus dominis obnoxii erant. Epist. Paschalis I. PP. apud Murator. to. 2. pag. 220. *Nec non colonos, aut Partiaros & servos subjacentes.*
- ¶ PARTIARI, Qui aliquid in commune habent, ejusdem rei participes. Leges municipales Mechlin. tit. 14. art. 19. *Illius stillicidii excipiendi vicini quasi Partiarum aqua utrimque onera sustinebunt.* Utitur Apul. Metamorph. lib. 4. 8. & Tertull. lib. 3. adv. Marc. cap. 16. Vide *Parcemarii.*
- PARTIATES. Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 95. *Et quod servientes custodum, quos nominant Partiates, Pinetam pro communi custodire jurabant . . . quod Partiates per monasterium certum numerum trahum in feudum percipiebant de silva, & juramento fidelitatis eidem propterea tenebantur: & quod servientes eorum jurabant pro monasterio silva custodiam in Abbatis presentia, &c.* Ita videntur dicti custodes silvarum, apud Ravennates, seu qui partes nemorum custodiendas in beneficium acceperant: *Serjanterie* species. Nisi potius legendum sit *Porciates*, ut fuerint ii qui glandationem porcorum curabant, eique invigilabant.
- ¶ Magis arridet *Partiates.* Ut ut est emendandus Anonymus apud Murator. to. 16. col. 271. *Omnes Imperiales de Arimino cum violentia & cautela lethali- ter infugavit, & præsertim Parciates illos de Landicino, & plurimos alios nobiles viros infinitos.* Ubi leg. *Parciates.*
- ¶ PARTIATIM, Privatim, singulatim. Charta an. 1542. apud Calmet. tom. 3. Hist. Lothar. inter Probationes col. 396. *Ut in posterum dictus Dux Antonius, ejus heredes & successores Duces Lotharingæ & subditi eorum, tam Partiatim, quam generatim nulla molestia afficiantur.* Occurrit etiam apud Cæl. Aurel. lib. 1. Acut. cap. 11.
- ¶ PARTIBILIS, In partes dividuus. Placitum an. 16. Eduardi I. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Et Johannes venit & dicit, quod tenementa in Warham sunt Partibilia inter masculos & femellas.* Claudius Mamertus 1. 18. *Animam Partibilem putant.*
- ¶ PARTICA, Fustis seu clava fullonis. Bernardi de Breydenbach Iter Hierosol. p. 52. *Cum adhuc constanter Christum predicaret (Jacobus) quidam cum Partica fullonis cerebrum ejus excussit.* Vide *Pertica.*
- ¶ PARTICELLA, Minor pertica. Vita MS. S. Castoris Episc. Aptensis: *Arreptum scabulare in summitate brevis Particella ligavit, & ultra humanum modum calcolis aproquinquans clibanum perfecte aptavit.*
- ¶ PARTICIONARIUS, Qui unius prædii, alteriusve rei, cum alio est particeps. Chartular. Meldense fol. 65. *Si ego vel heredes mei cum Particionariis meis territorium decimæ & campipartis partiri vellemus, &c.*
- ¶ PARTICIPALIS TERRA, Quæ in commune possidetur, cujus plures simul domini sunt. Charta an. circ. 1030. to. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 11. *Eo pacto quod si quis hospitem ecclesiæ aliquam forisfacturam in Participali terra fecerit, &c.*
- PARTICIPANTES, in Bulla Pauli PP. an. 1538. apud Guichenonum in Bibl. Sebuf. p. 138. *Cubicularius de numero Participantium.* Vide Possinum ad to. 1. Pachymeris p. 295. & supra *Cubicularius.*
- ¶ PARTICIPARE IN TALLIIS, Impositam sibi pro facultatibus talliam solvere. Charta Ludovici Reg. Siciliæ an. 1385. *Nullomodo possint vexari, . . . nec alias teneantur Participare seu contribuere in talliis.*

¶ PARTICIPARI. Charta pro Floriac. Monaster. to. 3. Annal. Bened. pag. 712. *Qualiscumque personam quidquam de hac nostra constitutione infringere tentaverit . . . cum Eliodoro Participetur qui ararium Domini infringere tentavit; id est, easdem, quas Eliodorus, pœnas sustineat.*

¶ PARTICIPARIUM, *Communicarium, communicatio, Papiæ.*

1. PARTICIPATIO, Eleemosyna, qua quis pauperes bonorum suorum participes facit. Monasticum Anglic. to. 2. p. 321. *Et ad faciendum pro predictis animabus tres Participationes per annum, trium millium pauperum in perpetuum computandas per majus centum sexies viginti, cuilibet eorum unum panem, pretii unius quadrantis, & unum allec. Participationem unius miliaris in Purificatione B. Maria, aliam in die Parasceve, tertiam in die anniversarii ejusdem Mariae fieri ordinavit. Infra: Remittimus etiam & relaxamus per presentes eisdem Priori & Conventui, & eorum successoribus, predicta onera gravia & importabilia dictarum trium Participationum de pane & allece tribus vicibus per annum faciendarum: ita quod nunquam de cetero eas erogare teneantur. Et volumus quod pro eisdem Participationibus, faciant distributionem 13. solidorum, &c.*

¶ 2. PARTICIPATIO, Societas, communio. Charta Henrici I. Reg. Angl. apud Madox Formul. Anglic. p. 37. *Confirmavit totam eandem villam de Herleia & circumjacens nemus eidem villa pertinenti, sine Participatione cujuscumque hominis in eadem parochia manentis, in terris & ecclesiis, &c. Vide Participium.*

¶ PARTICIPATOR, Particeps. Concil. Toletan. XII. inter Hispan. to. 2. pag. 685. *Quasi non sit totiens reus illius veri & singularis sacrificii, quotiens Participator corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi esse destiterit.*

PARTICIPATUS, Societas, in Glossis MSS. S. Germani Paris. Cod. 524. [Vide Participatio 2.]

¶ PARTICIPERE, in Litteris Caroli Regentis an. 1359. to. 3. Ordinat. pag. 342. bis occurrit pro Percipere, ut recte emendat Cl. Editor.

PARTICIPES. Jura & Consuetudines Normanniæ cap. 26. *Quidam sunt Participes principales, quidam secundarii. Principales sunt inter quos hereditas divisionem sustinet principalem, videlicet qui æqualem debet sustinere portionem, ut fratres & hujusmodi. Secundarii autem sunt, qui non æqualem expectant portionem, sed in aliqua portione portionem reclamant: ut liberi alicujus fratris defuncti in portione ad patrem pertinente suas debent percipere portiones. Gallica editio habet principaux perçonniers, & seconds perçonniers. [Charta an. 1259. in Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 98. Sciant omnes presentes & futuri quod ego Radulfus dictus Hugo . . . & Guillelmus dictus Geben, & Ricardus dictus le Maniable Participes mei, vendidimus & concessimus, &c. Vide Parierii in Par & Parcennarii.]*

PARTICIPIUM, Participatio, communio. Gloss. vet. Participium, μελοχή. Participatus, in l. 6. Cod. de Incest. nupt. Matth. Paris ann. 1244. *Abbatem autem ipsi Regni super hoc gratias multiplicantes, speciale suorum bonorum operum & Participium concesserunt. [Vita S. Anselmi Cantuar. to. 2. April. pag. 896. Fratrum laborum Participium abjicis. Testam. Guillelmi Montispessul. an. 1211. to. 9. Spicil. Acher. pag. 162. Ita quod illi tres jam dicti nullam habeant administrationem, nec ullum Participium in administratione.] Occurrit in Legibus Wisigoth. lib. 12. tit. 3. §. 15. apud Gregorium M. lib. 1. Epist. 23. Petrum Blesensem Epist. 28. &c. Vide Beneficium 2.*

1. PARTICULA. Ælfricus in Gloss. Saxon. Offella,

vel Particula, Spicey Snæð. i. frustum porci, offula porcina. Vide Pars.

¶ PARTICULAM TELLURIS in ora recipere, mos Anglis, fortasse & aliis, usitatus, cum hostes aggressuri procederent. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 27. pag. 65. ubi de prælio Agincurtii: *Tam viri armati, armorum suorum onere non appenso, quam architenentes, palis tamen acutis, quos prius in occursum Gallicorum equitum ordinaverant, in rure post terga relictis, ab omnibus genuflexo, & telluris Particula in ora recepta, nubes penetranti clamore bellico, præmissis impetu mirabili, campos intrepide transvolant, &c.*

¶ 2. PARTICULA, Charta articulis seu per partes distincta; unde Particula nuncupari videtur. Charta an. 1323. to. 1. Hist. Dalphin. p. 40. *Et quod apportent dictis dominis inquisitoribus omnes rotulos, & omnes Particulas omnium taillarum factarum in suis parochiis à sex annis citra. Extractum computi an. 1335. ibid. to. 2. p. 299. Item, pro custodia proditorum captorum ferramentis . . . reddit Particulas & litteras dom. Nicolai Constantii Militis vicarii generalis Domini in partibus illis. Ordinatio Humberti II. an. 1340. ibid. pag. 398. Quod secretarii nostri & notarii nostræ cancellarie habeant salaria & gagia, sicut infra in eorum Particula declarabitur. Extractum Computi an. 1348. ibid. p. 584. Item, solvit pro minjayllis quorundam delatorum de impositione veneni & de latrocinio, de quibus reddit Particulas & nomina. Vide Parcela 2.*

¶ PARTICULARE, Singulatim edifferere, nostris Particulariser. Acta SS. Maii rom. 2. pag. 310. de S. Wirone Episc. *Vitam Sancti carptim expeditivisse; pauca de multis Particulando.* Rituale vet. Sueff. apud Marten. de Rit. pag. 377. *Non fertur crux, . . . sicut superius Particulatum est.*

¶ PARTICULARITAS, nostris Particularité, Rei circumstantia. Oratio habita an. circ. 1471. to. 9. Spicil. Acher. p. 331. *Disposui summarium causæ inpresentiarum verbaliter dumtaxat referare, Particularitates autem casuum scripto tenus declarare.*

¶ PARTICULARITATES, dicuntur Obsonia singularia, in Constitut. Dominican. p. 105. *Utantur omnes eisdem cibis, nec alicui fiant Particularitates, nisi quia sunt hospites, vel ratione laboris, aut alterius necessitatis.*

PARTICULARIUS, Minister in monasteriis, qui cibos per partes dissecat singulis monachis. Ælfricus in Gloss. Sax. *Offarius, vel Particularius, Tpickepe, i. qui carnem in duas partes fecat.*

¶ PARTICULONES, Nonio, Cohæredes, quod partes patrimonii sumant.

¶ PARTICUM, pro Partitum. Vide in hac voce.

1. PARTICUS, Negotiator, qui partes vendit, &c. in Gloss. Isid. forte idem qui Parthicus, vel Parthicularius, de qua voce supra.

¶ Rectius Grævius ad Gloss. Isid. institorem interpretatur, qui minoris emit à magnariis, ut carius per partes vendat; unde apud Isidorum legendum suspicatur, *Particarius, qui per partes vendit;* & quidem in Excerptis additur, τεμαχιστής.

2. PARTICUS, Idem quod Parcus. Leges Henrici I. cap. 40. *Si pundbrech, id est, fractura Partici fiat in curia Regis, plena vita fit.*

¶ PARTIDA, Partitio, separatio, divisio, Gall. Separation. Charta an. 1473. ex Schedis Præf. de Mazaugues: *Primus terminus predicta draya est situs sive positus . . . juxta Partidam territorii de Alamanono. Vide alia notione in Partita 1.*

¶ PARTIFISCUS, Fiscus, dominium regium, vel

ejusdem pars. Charta Childerici to. 3. Julii p. 212. *Cognoscat magnitudo sedulitas vestra, quia nos homines illos qui commanunt in Monifensishaim & Onenhaim, quantumcumque ipsi ad Partifisco nostrorerebant, tam freda quam reliquas functiones Valedio abbate ad monasteriolo confluentis, hoc plena & integra voluntate visi fuimus concessisse.*

PARTILITER, *Divise, per partes, distribute*, in Glossis Isid. Occurrit apud Firmicum. *Partilia fata*, Græcorum *μοίρας* dixit Ammianus lib. 14. de Adraſtia, *Partilibus præſidens fatis.*

¶ **PARTIMENTUM**, Partitio, divisio, Gall. *Partage*. Sententia arbitralis an. 1292. inter Abbat. & Consules Gimont. *Ex parte una & consules & universitatem villæ Franchæ-villæ prope Gimontem ex altera, super Partimentis bladorum omnium specierum, &c.* Charta divisionis an. 1481. ex Schedis Præf. de Mazaugues: *Ad divisionem seu Partimentum processerunt, &c.*

¶ **PARTIO**, Portio, pars. Charta ann. 760. apud Baluz. in Append. ad Capitul. n. 14. *Duas Partiones tam de terra, vineis, censu, tributo, aut ex omni re sibi pertinenti . . . vobis visus fui condonasse, . . . petivi à vobis ut de ipsis duabus Partionibus mihi (mihi) compendium faceretis.* Sententia arbitralis supra laudata: *Omnia blada . . . bono modo & bona fide in campis & pertinentiis dictæ villæ in quibus vel habuerit dictum monasterium Partionem, homines quorum blada erunt partiantur.* Litteræ an. 1357. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 4. p. 448. *Propter que idem dom. noster Rex, est circa hoc multipliciter & diversimode dampnificatus in Partionibus, donationibus, redditibus & emolumentis bladorum, &c.*

PARTIONALE, Liber partium. Vide in Combinale.

¶ **PARTIONARIA COLONIA**, Quæ à colono partiario colitur, cujus fructus fundi dominus & colonus participant. Statuta Massil. lib. 2. cap. 29. §. 2. *Hoc idem dicimus in Partionario sive facherio colono seu emphiteota, & quod nullus notarius sub pœna officii sui sit ausus apponere sive ex pacto contrahentium hoc dicatur, vel alio modo quod de re emptâ, vel in acaptum seu emphiteosim accepta seu ad Partionariam coloniam recepta debeat litigare.* Eadem apertius occurrunt lib. 3. cap. 33. *Statuimus ut quicumque possessionem aliquam ad facheriam alicui dederit sive concesserit, vel dabit, vel concedet ad certam quantitatem, vel partem reddituum, &c.* Hinc

¶ **PARTIONARII** dicuntur in iisdem Statutis lib. 3. c. 32. *Coloni, qui ejusmodi prædium tenent: Si quis facherius vineæ vel colonus Partionarius perpetuus, vel etiam temporalis, &c.* Charta ann. 1341. in Tabular. D. de Flamarens: *Una salmata vini per Steph. Tayche cum suis Partionariis.* Vide Facherius.

¶ **PARTIONARII** præterea nuncupantur ejusdem prædii seu feudi participes & domini, qui alibi *pares & parerii* vocantur, ut supra in voce *Par* observatum est. Charta an. 1275. in Chartular. Angeriac. pag. 500. *Me vendidisse & concessisse pure confiteor . . . Abbati monasterii S. Johannis Angeriacensis totum illud jus & deverium, sive partem quam habebam & percipiebam cum aliis Partionariis meis in complanto vindemia feodi vulgariter appellati.* Homagia & fidelitates de Nobiliaco ex Cod. MS. ejusd. Monast. Giraudus de la Rocha facit homagium litigium Abbati & tres solidos de placito, & habet ab Abbate ipse & Partionarii sui domos, ortos, & alia apud Mairec. Infra *Compartionarii* dicuntur. *Partionaria animalia*, quæ domini simul & coloni sunt; in Charta an. 1107. apud Stephanot. tom. 4. Antiquit. Benedict. Pictav. MSS. p. 632. *Et pascua plenaria &*

libera ad omnia animalia prædictorum . . . sive sint prædictis Fulcherio & successoribus suis propria animalia, sive medietariis suis Partionaria. Vide *Medietarius & Parcennarii.*

¶ **PARTIONARIUS**, Communis, nostris *Mitoyen*. Tabul. Nantoliense in Pictonibus an. 1335. *Quandam pleiduram una cum chappali domus, quod chappale erit Partionarium inter me & dictam emptricem.*

PARTIONARII. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 5. cap. 9. *De Negotiatione vitanda, & Partionariis non habendis: Statuimus, ut quicumque nostri Ordinis Canonici vel conversi convicti fuerint, vel confessi, oves, vaccas, seu quævis animalia Partionariis ad partem tradere, vel ad tempus locare, &c.*

¶ Ubi *Partionarii* appellari videntur ii negotiatores quos inter societas est, sic dicti quod jacturam simul & lucrum participant. Neque alia notione Statuta Massil. lib. 4. c. 6. *Hac præſenti constitutione, deinceps statuimus observandum quod si navem, vel naves aliquorum Partionariorum contigerit dare latus in portu Massilie, quod antequam dicta naves parentur ad latus dandum, quod duo majores domini seu Partionarii dictarum navium, & gardiani earundem navium jurent ad sancta Dei Evangelia, &c.*

¶ **PARTIOSUS**, *φάρδος*, in Gloss. Lat. Græc. MSS. **PARTIRE**. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 2. §. 2. de Missis dominicis, aut iis qui ad curiam evocantur: *Cum in itinere suo ad cujuscunque domini domum vespere venerit, ab eo hospitium roget, & postquam cum concessione, vel jussione ejusdem, secundum morem patriæ, homines Partiti domos intraverint, &c.* Ubi homines *partiti*, videntur dici qui in itinere sunt, qui *sont partis*, qui profecti sunt, ut loquimur.

PARTITA, Regio urbis, Gallis *Quartier de ville*. Consuetudines Tolosæ: *Fit tallia seu collecta juxta modum Partitarum Tolosæ, de quibus sunt prout alii habitatores dictæ Partitæ, propinquoires contribuunt in ipsa, & sequuntur exercitum villa sub vexillis seu senheriis ipsarum Partitarum Tolosæ, de quibus sunt.* [Erat autem Tolosa in 12. *Partitas* divisa, ut colligitur ex Charta Philippi III. ann. 1283. in Cod. MS. Abb. de Crozat fol. 19. vº. *Et primo super electione Consulium civitatis ejusdem . . . nominabunt, in castro Narbonensi de cætero de singulis duodecim Partites Tholosæ tres personas idoneas . . . Jurabunt in præſentia vicarii quod de prædictis duodecim Partitis nominabunt idoneos & sufficientes ad officium Consulatus.* Occurrit præterea in Arresto Parlamenti Paris. ann. 1335. tom. 1. *Annal. Tolos. inter Instrum. pag. 88. & in Statutis Montis Regal. fol. 3. Vicarius teneatur . . . tenere . . . domicellos duos vestitos de Partita. Item famulos & birruarios sex etiam de alia Partita.*] Hispani *Partida* eadem notione dicunt. Vide *Foros Aragón. pag. 21. V. edit. 1624.*

¶ Ab Hispanis eandem vocem acceperunt Provinciales. Ordinat. an. 1223. de abevratoriis magni Rhodani in Cod. MS. D. *Eruet fol. 64. vº. Ad aliud abevratorium, quod est inter Partidas honoris domus militiæ & hospitalis.*

¶ **PARTITA**, Modus agri; an idem atque *Partica* seu *pertica* dubium est, cum sæpius occurrat in Charta, ubi etiam *partica* non semel legitur. Charta Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1290. to. 2. *Hist. Eccl. Meld. p. 185. Duo arpenta & dimidium cum septem Partitis terræ . . . duo arpenta quinque Partitis minus . . . Item apud Bolloyam 20. Partite terræ.* Tabul. Portus-regii an. 1230. *Talis pax inter ipsos est reformata, quod abbatissa & conventus dicto presbytero & suis successoribus dederint septem arpenta terræ ad Partitam.* Quo ultimo loco pro *pertica* usurpari videtur.

- ¶ **PARTITÆ**, Rationis partes seu articuli. Epist. 21. Adami Abb. Persennia apud Matten. to. 1. Anecd. col. 754. *Ubi regnat mediocritas, non de pupillarum pradiis augentur pradia, nec Partitæ onerantur mutatoris, quibus corpora vasa stercoreum adornentur.* Acta S. Gerardi to. 1. Junii p. 775. *Item exhibuerunt librum rationum dicti hospitalis, in quo descriptæ erant quædam Partitæ, de receptione oblationum ceræ & pecuniarum dictarum communitatum.*
- ¶ **PARTITÆ VESTES**, Opere vario, ni fallor, distinctæ. Concil. Vallis-oletani an. 1323. inter Hispan. to. 3. pag. 571. *Jubemus itaque ut nullus conjugatus comam aut barbam nutriat, deauratos aut entalliatos sotulares, tunicam cordatam, cappas, vestes virgatas vel Partitas portare . . . presumat. Radiatæ vel Partitæ vestes,* in Litt. an. 1365. to. 4. Ordinatio. pag. 555.
- ¶ **PARTITORIUM**, Quod aliquid ab alio partitur, dividit, Ital. *Partitore*, partitor. Statuta Placent. lib. 5. fol. 60. *Statutum est quod si sint plures consortes habentes aliquem rivum vel aquam communem: & aliquis eorum voluerit dividere & partiri dictam aquam per Partitorium, &c.*
- PARTITUDO**, pro *Partus*, in l. 10. Cod. Theodof. de Bonis proscript. Utitur Plautus in Aulul. Vide Nonium.
- ¶ **PARTITUM**, Italis, Deliberatio, consilium, suffragatio quæ secreto per calculos fit. Acta S. Ambrosii Senens. to. 3. Martii p. 244. *Facto super prædictis inter consiliarios dicti consilii diligenti Partito & scrutinio.* Addit. ad Vitam S. Antonini to. 1. Maii p. 338. *Signanter autem in observatione redditionis votorum seu suffragiorum per fabas nigras & albas in eorum Partitis.* Charta immunitatis Faventin. inter Acta SS. to. 6. Maii p. 174. *Et quia statutum nostrum declarat quamlibet concessionem & deliberationem agitatum & tractatum, statuendam & decernendam per concilium generale civitatis Faventina debere poni ad Partitum per fabas albas & nigras: & si plures data fuerint faba alba quam nigra, Partitum obtentum esse intelligatur.* Hinc emendanda Charta ann. 1408. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 935. & 936. ubi perperam editum *Particum*, pro *Partitum*.
- PARTIZANUS**. Ita Itali & Galli vocant publicorum vectigalium conductores, *Partisans*. Anonymus de Gestis Friderici II. Imper. p. 879. *Legem ponit regnicolis, novosque secretarios, justitarios, admiratos, protonotarios, Partizanos, dohanarios, & fundicarios . . . statuit.* [Vide Prothoncius.]
- PARTIZARE**, Dividere, ex Gall. *Partager*. Occurrit in Charta an. 1253. apud Duchesn. in Hist. Luxemb. pag. 69.
- ¶ **PARTURITIO**, Partus, *Enfantement*. Vita S. Ildefonsi to. 2. Concil. Hispan. p. 572. *Scriptis autem contra eos qui de ejusdem virginitate & Parturitione disputant ut heretici, librum unum.* Utitur S. Augustinus lib. 8. Confess. cap. 6. & Epist. 34.
- ¶ **PARTUS**, pro *Paratus*, in Gestis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 169.
*Ille ciens supplete novos, supplete caballos,
Arma, viros, & equos simul invenit omnia Parta.*
Laudes Berengarii Augusti apud Murator. tom. 2. pag. 398.
Forte aliqua Partos valeat si rumpere nodos.
- ¶ **PARTUSURA**, f. Apertura, rima, Gall. *Ouverture*, *fente*. Guibertus in Vita sua lib. 1. cap. 13. ubi de matre sua: *Pulla vestis & amplitudine insolita displicens, innumeris resarcitionibus segmentata prodebat cum nativi coloris palliolo & sutulari Partusuris incorrigibilibus terebrato.*

- ¶ **PARVARETUS & PARVERETUS**, mendose, ni fallor, pro *Paraveredus*, in Codice MS. Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 82. *Amalbertus colonus . . . tenet mansum unum ingenuilem . . . excepto hostilario solvit similiter & Parvaretum.* Ibid. fol. 74. *Isti duo tenent mansum ingenuilem 1 . . . solvunt in pascione de vino mod. III. Parveretum faciunt ad hibernaticum perticas IIII. ad tremissam perticas II.* Ubi altera manu in margine scriptum legitur *Paraveret*. Occurrit ibid. pluries. Vide *Paraveredi*.
- PARUCA**, Saxon. *hýcæ*, in Dict. Saxonico-Lat. apud Somnerum. Vox incertæ notionis.
- ¶ **PARVIBIBULUS**. Cælius Aurelianus Acut. lib. 3. cap. 15. *Phrenetici Parvibibuli, quos βραχυπότας vocant.*
- PARVIFICARE**, Parvum facere, extenuare, deprimere: vox ab Italicis aliquot scriptoribus usurpata. Gregorius IX. PP. de Translat. Episc. c. 1. *Miramur quod Apamiensem episcopum in Tripolitanam ecclesiam transfulisti, & novo quodam mutationis genere Parvificasti majorem, & magnum quodammodo minorasti, &c.* Vide Dantem in Convivio Amoroso 13.
- PARVIOR**, Minor: utitur Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani.
- PARVIPENDULUS**, Qui parvi pendit, negligit. Eulogius Cordub. l. 1. Memor. Sanct. *Libuit mihi pro modulo exigui ingenii talibus rebus insistere, nostroque licet rusticano sermone Parvipendulos informare, amulis contraire, & cælo tenus acta sanctorum extollere.* Infra: *Nisi cum sacramentum nostrum dictis Parvipendulis subtilissimus irrisor proposuerit.* Rursum: *Et ob hoc ipsum plerasque nostrorum Parvipendulis rerum non esse videbatur Martyrium.*
- ¶ **PARVISIUS**, **PARVISUS**. Vide *Paradisus* 1.
- ¶ **PARVITAS**, Titulus quo inferiores vel humilitatis amatores utuntur. Epistola Vitalis & Constantii ad Capreolum Episcopum to. 2. Concil. Hispan. pag. 196. *Exoramus humiles servi tui sanctum apostolatium vestrum, ut informetis Parvitatem nostram in his quod rectum habet fides catholica.*
- PARULA**. Vetus Glossarium Anglo-Saxonicum: *Parula*, Colmaye. forte *Parra*, inquit Somnerus.
- ¶ **PARUM**, Par, Gall. *Paire*. Computus ab ann. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 274. *Pro uno Paro de planellis pro domino per manus barberii, taren. 1.*
- ¶ **PARUNCULUS**. Vide *Paro*.
- ¶ **PARURA**. Vide *Parare* 1.
- ¶ **PARUS**, βραχύς, in Gloss. Lat. Græc.
- ¶ **PARUSTICIA**. Vide *Parosticia*.
- PARVULITAS**. Commodianus instruct. 6. *Et si Parvulitas sit sensu, cur annis ducentis fuistis infantes?*
- ¶ **PARVULUS**. Hac voce non puerulus, sed puer etiam 14. vel 15. annorum significatur. Flodoard. lib. 4. Hist. cap. 5. *Arnulfo Regi Transrhenensi litteras mittens (Fulco Archiep. Rem.) pro causa Regis Caroli (Simplicis) quem Parvulum adhuc unxerat in Regem.* Erat autem Carolus, cum inauguratus est, 14. fere annorum. Egbertus in Excerptis can. 99. *Parvulus, usque ad annos quindecim pro delicto corporali disciplina castigatur.* Vide Menag. in Hist. Sabol. lib. 3. cap. 9.
- ¶ **PARVUNCULUS**, Parvulus. Acta SS. Maii to. 3. pag. 168. ex antiquo Lectionario Asturic. de S. Dominico Calceat. *Eremita solitariam ducens vitam, Parvunculam orationis domum sibi composuerat.*
- PARVUS**, Paucus: *Parvi*, *Pauci*. Præfatio Legis Salicæ: *Gens Francorum Parva numero.* Ita apud Gregorium Turon. lib. 4. cap. 30. *Satius enim est ut Parvi contumaces pereant, quam ira Dei super om-*

nem regionem dependeat innoxiam. Victor Tunnenfis in Chronico: *Illyriciani Episcopi præter Parva monasteria Parvosque fideles, persecutiones passi, consentiunt, &c.* Anastasius Bibl. in Stephano III. PP. *Audiens itaque protervus ille Aistulfus Parvos fuisse Francos illos, qui ad custodiam propriarum advenerant clusarum, &c.* Adalbero Episc. Laudun.

Qui Parvum meminit, non obliviscitur omnis.

¶ PASCAGIUM, à Gall. *Pasage*, Jus pascendi porcos in silva domini. Charta Richardi Reg. Angl. an. 7. regni ejusdem to. 4. Hist. Harcur. p. 1281. *Aisamenta sua cum libertate Pascagii & pastura & materiem lignorum ad adificia facienda.*

¶ PASCARIARE. Vide *Pasquerium*.

¶ PASCALIUM. Vide *Pastio*.

¶ PASCARE, Pascere. Vide *Paschare*.

¶ PASCARIUM, PASCASIUM. Vide *Pascuarium*.

PASCATA, Avis quæ mures capit. Vide *Muriceps*.

¶ PASCAYRARE. Vide *Pasquerium*.

¶ PASCCEL, PASCCELLA, pro Pastel, Pastella. Ch. Henrici IV. Reg. Angl. an. 1409. apud Rymer. to. 8. p. 580. *Diversæ mercandisæ, ut panni, vina, Pascella de gaides, frumentum, &c.* Infra: *Pro dolo de Pascel septem ardicos.*

PASCEOLUM. Vide *Paculum*.

PASCHA, vox Hebraica, quæ transitum significat. Duplex autem à Christo factus fuit transitus: prior quidem ex vita in mortem, quo die crucifixus fuit, feria scilicet hebdomadis sexta; posterior vero ex morte in vitam, quo die resurrexit à mortuis, feria nempe prima, vocata deinceps Dominica. Ea propter alii existimarunt celebrandum Pascha ipso die crucifixionis, unde & dictum fuit *σαυρώσιμον* Pascha; alii die Resurrectionis, unde & Pascha dictum *ἀναστάσιμον* fuit: *Pascha Resurrectionis*, in Charta an. 1259. apud Ughellum to. 2. p. 465. Sancitum tamen à Pio Papa scribunt, ut *Pascha* die Dominica lunam 14. proxime insequente celebraretur: quod alii ab ipsis Apostolis institutum volunt. Vide Baronium an. 34. num. 23. & seqq. an. 159. n. 1. 2. an. 198. n. 4. & alios passim.

Paschatis festum semper Christianis præcipuum habitum fuit. *Πασχαλία ἡμέρα, ἣν ὁ θεὸς ἐβούλετο χριστιανοὶ πασῶν μάλιστα*, inquit Procopius lib. 1. de Bello Persico c. 18. Hinc *ἑορτὴ τῶν ἐορτῶν, καὶ πανηγυρις τῶν πανηγυρίων*, dicitur Eustathio in Vita S. Eutychii P. CP. n. 91. [*ἡ πρώτη καὶ κυρία τῶν ἡμερῶν*, Continuatori Theophanis lib. 4. n. 23.] *Solemnitas solemnitas*, Gregorio M. Homil. 22.

PASCHA præterea interdum pro ipso Christo accipitur, ut apud sanctum Paulum 1. Corinth. 5. 7. *Pascha nostrum immolatus est Christus*. Interdum pro ipsa Eucharistia, ut apud S. Augustinum contra literas Petiliani Don. lib. 2. c. 37. *Aliud est Pascha, quod adhuc Judei de ove celebrant, aliud autem quod nos in corpore & sanguine Domini accipimus*. *Ἐορτήν τὸ θεῖον καὶ ἀληθινὸν πάσχα*, apud Isidorum Pelusiotam, lib. 4. Epist. 162. *Μεταλαμβάνειν τῆς πάσχα*, Gregorius Nazianzenus dixit orat. 42. in Coena Dom. in Coena Domini communicantes: atque inde Poëta mediæ ætatis de significatione vocis, *Pascha*:

Hebdomas, hora, dies, epula, pecus, azyma, Christus.

Raymundus Ord. Prædicat. in Summula:

Non inconfessis des sanctum sumere Pascha.

PASCHA, Hebdomada Paschalis. Missale Gotthicum pag. 341. *Missæ matutinalis per totam Pascham pro parvulis, qui renati sunt.*

PASCHALES DIES, Hebdomadis scilicet Paschalis, quæ pari cultu ac ipse Paschatis dies colebatur à Christianis. Unde Durandus lib. 6. Rat. cap. 81.

n. 6. ait dies omnes hujus octavæ esse Dominicos. Amalarius lib. de Ord. Antiphonarii cap. 52. *Paschalis dies, qui per septem dies quasi unus dies celebratur*. Theodulfus in Capitul. cap. 41. *Ipsi dies Paschalis hebdomada omnes equali religione colendi sunt*. [Concil. Matiscon. can. 2. statuit, ut illis sanctissimis sex diebus, qui Paschæ diem subsequuntur, nullus servile opus audeat facere: sed omnes simul coadunati, hymnis paschalibus indulgentes, perseverationis nostræ presentiam quotidianis sacrificiis ostendamus, latidantes creatorem & regeneratorem nostrum vespere, mane, & meridie.] Add. Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 35. Concilium Moguntiac. an. 813. can. 36. Meldense an. 845. can. 77. Sueffionense II. c. 8. Engelenheimense ann. 948. can. 6. Turonense can. 97. Bertholdum Constantiensem an. 1073. &c. Idem porro Bertholdus ait Gebhardum Constantiæ Episcopum magnam Synodum Constantiæ in hebdomada majore ante Pascha celebrasse ann. 1094. & in ea statuisse, ut tam in hebdomada Pentecostes, quam in hebdomada Paschali tres tantum dies festivi celebrarentur. Quod quidem hodie apud omnes Christianos observari constat. Durandus lib. 6. c. 81. n. 10. *His tribus diebus primis solemniter est feriandum: in sequentibus vero licet viris ruralia opera quæ magis necessaria sunt exercere: sed feminis non licet nere; nunquam autem choreas ducere, &c.* Quatuor in Paschate, & totidem in Pentecoste dies celebrandos statuit Concilium Exoniense an. 1287. cap. 23. & Maghfeldense an. 1332. duos vero Concilium Toletan. an. 1229. c. 26.

PASCHA FLORIDUM, Dominica in Palmis, qua cantatur, *Occurrunt turbæ cum floribus & palmis: & nos similiter debemus ei occurrere tum floribus virtutum & palmis victoriarum*. In Ordine Romano, *Dies Palmarum, sive Florum atque ramorum* dicitur: *Pascha Florum*, apud Ordericum Vital. l. 8. p. 696. *Historia Hierosol.* an. 1118. *Eo die & hora quo Pascha Floridum celebrans eo more populus Hierosolymitanus solemnem ageret processionem, &c.* Vide Durandum lib. 6. Rat. cap. 65. num. 5.

PASCHA PETITUM, Ita Ordo Romanus ait appellari primum Pascha, seu Dominicam Palmarum, *Pascha petium, sive competentium*, quia hoc die *Symbolum competentibus tradebatur*, ut est apud Isidorum, Alcuinum, & Rabanum Maurum lib. 2. de Instit. Cleric. c. 25. Concilium Agathense, in eadem sententiam c. 13. statuit *Symbolum omnibus Ecclesiis una die, id est, ante octo dies Resurrectionis publice in Ecclesia competentibus predicari*. Cujus quidem consuetudinis meminit [S. Ambrosius Epist. 20. n. 4. &] S. Augustinus serm. 115. cui titulus iste præfixus legitur: *In Dominica Palmarum, de traditione Symboli*, his verbis: *Symbolum quod vobis tradituri sumus, fratres charissimi, comprehensio est fidei nostræ, atque perfectio*. Alii contra hac in parte, ut & in plerisque aliis, variasse consuetudinem volunt: unde hunc ex Ordine Romano locum proferunt ad tertiam Quadragesimæ hebdomadam, quartamque, (non autem secundam, ut aliqui legunt) ejusdem feriam: *Eadem die percipiunt orationem Dominicam, & Symbolum ad reddendum in Sabbato sancto Paschæ*. At Amalarius lib. de Eccles. offic. cap. 8. factum id significat, non tertia, sed hebdomade quarta, quartaque itidem feria. Hincque non levis ob discrepantes super ea consuetudine sententias inter eruditos controversia oritur, quæ ut concilientur, dicere in primis licet, quicumque traditum aiunt die Palmarum Dominica Symbolum, eos de publica solennique loqui traditione,

quæ non sine apparatu pompaque solet fieri, ut testatur Beroldus: quippe, ut ait, in traditione Symboli omnia tintinnabula sunt sonanda, & cuncta ostia claudenda, tuncque incipit Symbolum Archiepiscopus, & dicit regenerandis majori tono Evangeliorum, Signate vos, & audite Symbolum, &c. Tum ad finem, in majori etiam tono Evangeliorum, & excelsa voce Archiepiscopus dicit: *Accepistis dilectissimi. Quæ traditio pro expositione etiam publica, & quæ palam in Ecclesia fieret, ejusdem Symboli accipienda est: ad quam omnino respicit Augustinus, cum sermone 116. in Dominica Palmarum sic ait: Hodie, fratres carissimi, specialiter ad Competentes humilitatis nostræ sermo dirigitur. Cum alias, toto videlicet ipsius Quadragesimæ decursu subinde ipsiusmet Symboli traditio, seu perspicua illius facilisque enodatio repeteretur: de qua Ambrosius Ep. 33. audiendus: *Sequenti die, erat autem Dominica, post lectiones atque tractatum, (quibus etiam interesse poterant non initiati religionis Christianæ mysteriis) dimissis Catechumenis, Symbolum aliquibus Competentibus in baptisteriis tradebant Ecclesiæ. Quod & fortasse fieri solitum erat, non privatim, sed publice, scrutinium diebus: è quibus primum omnium scimus feria quarta hebdomadis tertiæ Quadragesimæ, tertium illudque præcipuum feria quoque quarta, sed quartæ hebdomadis institutum; postremum denique sabbato sancto: quibus diebus, ut ritus cæteri, sic professio fidei, seu Symboli redditio (utique post illius forsan explicationem, sive traditionem) usurpabatur. Hæc fere ex Dissertationibus de Sacramentorum ritibus ineditis R. P. Michaëlis Du Fresne, Soc. Jesu, fratris τὸ μακαρίτη, qui hæc fusius prosequitur capitibus seqq.**

PASCHA CARNOSUM, *Pasques charneux*, Dies Resurrectionis, in quo carnis esus resumitur, ut à Pascha florido, quo carnis abstinencia præcipitur, sit distinctum. Litteræ an. 1350. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 4. pag. 81. *Par vertu desquelles Lettres, comparu pardevant nous à Chalon, le mardi devant Pasques charneux l'an 1350.*

PASCHA CLAUSUM, [vel potius *Clausum Pascha*, ut legitur in Missali Gothico & in veteri Galliano, apud Mabillonium de Liturg. Gall. p. 147. & 374.] Dominica octavarum Paschæ, qua Paschaliū festivitatum solennitas clauditur. *Clausula Pascha*, apud S. Augustinum serm. de Temp. 244. *Clausum Pascha*, apud Grodegang. Metenf. Episc. in Regula Canonicorum cap. 36. novæ edit. cap. 30. Statutum primum Westmonasteriense dicitur editum an. 3. Edwardi I. Regis Angl. *Lendemain de la cluse de Pasche.* [Tabular. Calense: *Le merquedy apres Pasques cluses l'an de grace 1326.*] Gregorius Turon. lib. 9. cap. 44. *Eo anno post clausum Pascha, &c.* Ita apud Alcuinum Epist. 1. ad Carolum M. de Ratione Septuagesimæ, Rabanum lib. 3. de Instit. Cleric. cap. 34. Giraldum lib. 1. de Hibern. expugn. cap. 39. &c.

PASCHA ANNOTINUM, quod proprie fuerit, & quando celebratum, non una est sententia. Micrologus de Ecclef. observ. c. 56. *Romani Annotinum Pascha, quasi anniversarium Pascha dicunt, quia antiquitus apud illos qui in priori Pascha baptizati erant, insequenti anno, eadem die, ad Ecclesiam convenere, suæque regenerationis anniversarium diem cum oblationibus solemniter celebraverunt. Eadem habet Honorius Augustod. lib. 3. c. 137. Nec dissentit Beletus de divin. offic. cap. 84. Vocatur autem Pascha Annotinum, quando aliquis diem quo baptisma susceptum annuatim celebrat: atque eo tum ipsius diei Paschæ offi-*

cium integrè cantari debet, præter Alleluia, si accidat tempore Quadragesimæ. Ita etiam Durandus lib. 7. cap. 1. n. 37. 38: Ex quibus confici videtur non semper statum ac fixum fuisse cuique Paschatis Annotini diem, propter Paschatis diversos in singulis annis dies, sed celebratum ipsomet die recurrente quo quis priori anno baptizatus fuerat; quod Annotinum, vox suadet, id est ἐπέτειον, ἐνιαυσιαῖνον, ἑπεουσών; in Glossis redditur: [Alia apud Baluz. in Notis ad Capitul. Annotini, ἐτησίαι, ἐνιαυσίαι.] Atque ita Pascha Annotinum incidere poterat in Quadragesimam, vel post Quadragesimam, ut habet Beletus.

¶ Iis omnino consentit Gervasius Tilber. in Otis Imper. apud Leibnit. to. 1. Script. Brunsvic. pag. 889: *Sane ab anno dicitur annuum Pascha & Annotinum. Annuum Pascha, quod celebratur singulis annis die Dominica, tamen semper concurrat lunatio paschalis cum die Dominica. Annotinum Pascha dicimus ubicunque quarta luna concurrat. Unde in quibusdam ecclesiis quanvis non concurrat cum die Dominica, cantatur Resurrexi, cum toto paschali officio.*

¶ Alia alibi obtinuit disciplina: cum enim in Quadragesimam incidebat, omittebatur solemne officium hanc in rem institutum; tamen forte unicuique privatim & solitarie id agere licebat. Id aperte docet Guido in Discipl. Farfensi lib. 1. c. 7. cui titulus, *Pascha Annotina. Sanctum Pascha quod præterito anno celebravimus, si in Quadragesima occurrerit, nullatenus agitur: si vero post Pascha inventum fuerit, omne, quemadmodum in Domini resurrectione decantandum est, ita adimpleatur; præter Evangelium quod legitur: Erat homo ex Phariseis. Breviarium Paris. MS. in Bibl. Colbert: *L'Annotif Pasquel doit estre tousjours fait en l'année revolue, se il ne avient en Karesme.* Ex his verò quæ sequuntur efficio post Octavam Paschæ celebratum fuisse, ubi in Quadragesima occurrerat; quod minime innuunt à nobis paulo ante laudata.*

Ab aliis Pascha Annotinum videtur collocari in Sabbato ante Dominicam in Albis, id est, ante *clausum Pascha*: [nisi Annotinum Pascha intelligas quasi consummatum & absolutum, quod aliis Pascha *conclusum* dicitur, ut recte observant Bollandistæ ad] Vitam S. Petri Mart. Ord. Prædic. num. 38. *Die Sabbati illius, quod est finis Septuagesimæ, diciturque Sabbatum in Albis, & Pascha Annotinum.* Sabbato quippe ante octavas Paschæ quo alba tolluntur vestimenta à novis baptizatis, dicitur finire Septuagesimam, in Ordine Romano. At in Martyrologio Victorino MS. *Pascha Annotinum* dicitur Dominica quæ Paschalem subsequitur. Sed id negat Hugo Menardus, putatque fuisse post Dominicam in Albis celebratum, cum in Codicibus MSS. ejus Missa assignetur tantum post prædictum diem, quod etiam innuere videtur Kalendarium editum ab Allatio lib. de Dominicis & hebdomad. Græcor. n. 37. *Dominica octava Pascha ad Lateranis. . . in Pascha Annotina, in illo tempore erat homo ex Phariseis.* Et Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Nota, Officium de Annotino Pascha non potest fieri, nisi evenerit post Octavam Pascha.* Et alibi, de festo S. Romani: *Si in die Octavarum Paschæ evenerit, fiat memoria tantum de illo in ultimis verbis, & in crastino celebretur, nisi fuerit Annotinum Pascha, & tunc reservetur usque ad tertiam feriam.* Verum officium seu Missa Paschatis Annotini ita adjungitur officio Dominicæ in Albis, ut eodem aut sequenti die celebratum par sit credere. In lib. 1. Sacramentorum Ecclef. Rom. cap. 53. titulus ita concipitur: *Octa-*

bas Pascha die Dominico. Cap. 54. Orat. & prec. de Pascha annotino. Cap. 56. Incipiunt orationes Paschales. Denique cap. 57. Orat. & prec. Domini cum post octabas Pascha. Ita in Missali Gallicano p. 485. Ex quibus sane videtur colligi hunc postremum diem statutum fuisse ab Ecclesia ad omnium baptizatorum anniversarium diem: cum singuli sua propria haberent Paschata Annotina, & ea celebrarent, prout quisque baptismum exceperat.

Atque hunc quidem statutum diem legimus in veteri Breviar. Paris. à Baluzio in Notis ad Capit. laudato: De Annotino Pascha nota quod debet semper fieri in crastino octavarum Pascha anno revoluto aut non revoluto, nisi revolutio in Quadragesima evenerit.

Ad ejusmodi annuam baptismatis celebrationem respexit Joannes Archiepiscop. Nicænus in Orat. de Christi Nativitate pag. 308. Εάν πατήρ τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὸν γάμον τῆ προσφιλῆς ἡμετέρας ἐορῆσαι, εὐάν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐν ἑσὶν ἀποτόν, ἔσ' ἀπρέπες εἰ καὶ διὰ περιαν τῆτο ποίησιν. Adde Gregor. Nazianzen. Orat. 40. init. In ejusmodi porro festivitate convivium exacta testatur Ruodbertus Magister S. Galli Ep. 7. *Quæris à me quid sit Pascha Annotinum? Est conventus compatriotorum ad Missas ejusmodi per omnes octavas sabati sancti, id est, baptismi per annum, & per ordinem cujuscunque cum ceteris convivium. Quod vidimus, hoc testamur. Presbyter Symbolum super infantem dicit, & mensæ participat aquam sapientie. . . . Idem Ep. 7. In Pascha Annotino, id est, Paschali festo prioris anni. Vide Capit. Herardi Archiep. Turon. c. 93.*

PASCHAROSATA: ita Pentecosten appellant Itali, quod eo fere tempore rosæ florent, ut tradunt Cruscani. Occurrit in Historia Mortis & Miraculor. S. Leonis IX. PP. n. 21. *Dominica, quæ dicitur Pascha Rosata. Vide Rosalia.*

PASCHA COMMUNICANS, *Pasques Communiant*, Dies Resurrectionis Dominicæ, in Charta Caroli VI. Reg. Franc. an. 1387. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 248. *Le Jeudi devant la feste de Pasques Communiant.*

PASCHA INTRANS, *Pasques commençant*, Nota chronologica, qua usi sunt ii qui à Paschate annum putabant; iidem, ne aliqua suboriretur confusio ante vel post Pascha apponere solebant ut annum proxime elapsum, vel subsequentem certius denotarent. Vide in voce *Annus*. Charta Baillivi Senon. pro prioratu de Perta: *Du Vendredi après Pasques commençant l'an 1387.*

PASCHAMEDIUM, Mercurii dies infra octavam Paschæ. Vide in *Pentecoste*.

PASCHA dicitur etiam tempus à Dominica in Ramis palmarum, usque ad octavam Paschatis. Durandus lib. 6. Ration. cap. 81. n. 5.

PASCHATIS nomenclatura donati pariter dies omnes Dominici in Ordine Romano. Gregorius Turon. in Vita MS. S. Maurilii Episcopi Andeg. cap. 18. *Belgicus quidam nomine primo die Pascha proprias segetes servis propriis temerario jure mundare præceperat. Maurilius vero cum reniti cæpissent, ac dicere, contra auctoritatem fore, ut die dominica servilia opera agerentur, &c.*

PASCHA, Quodlibet magnum festum in quibusdam provinciis vocari observat Durandus lib. 7. c. 1. n. 25. Certe constat hodie omnes majores festivitates Paschata Italos [& Hispanos] vocare: Pentecosten vero Pascha rosada seu Rosaceum, quia incidere solet in tempus rosarum. Hinc *πασχαλινόν* & *φιλόεργον*, pro eo qui libens festum colit, confundit Marcus Hieromonachus in Respons. Otto Morena in Hist. rerum Laudensium p. 41. *In prima die Sab-*

bati, qui fuit post Pascha Resurrectionis Domini an. 1158. &c. Pag. 42. *Insequenti vero Paschate Pentecosten quod fuit tunc 27. Maii indict. 7. &c. Pag. 54. Quadam die, in qua fuit Pascha Epiphania, venerere Cremenses, &c. Pascha della Pentecosta, apud Ricordanum Malespinum p. 142. Occurrunt alia ejusce vocis exempla apud Italos scriptores. Sed & Græci *κύριον εὐδοχία* vocant, quod Latini proprium festum alicujus Sancti, ut ex Menæis constat.*

Quod & apud Gallos in usu fuisse colligo ex Chron. Fontanell. tom. 3. Spicil. Acheriani, ubi festum alicujus Sancti ideo potissimum Pascha dictum innuitur, quod hac die celebratur ejus ad cælestem gloriam transitus: *Quia solemnem diem pro venerandi confessoris Christi Vandregesili transitu colimus, quem Pascha ipsius non incongrue nuncupari. . . monstravimus.*

PASCHALIA INDUMENTA. Cæsius Arelatenfis Archiepisc. in Testamento suo: *Indumenta Paschalia, qua mihi data sunt, omnia illi (successori) serviant, simul cum casula villosa, & tunica, vel galnape, quod melius dimisero. Id est, quibus utebatur diebus Paschalibus, seu Dominicis. Vide Vitam Aldrici Episcopi Cenom. n. 44. p. 109.*

PASCHA in prima declinatione passim usurpatur à scriptoribus. Durandus lib. 6. Ration. c. 86. n. 4. observat hoc solum in tribus Græcis nominibus inveniri, scil. *Pascha, manna, mammona.*

PASCHARE, *Pascha celebrare*, Ugutioni. Vox Italica. Joannes Villaneus lib. 7. cap. 61. *Tutti i Baroni & Caporali che teneano mano al tradimento, furono nella città di Palermo à Pasquare. Et c. 147. Molti de' faniti venutisene à Pasquare à Firenze.*

PASCHALIS CEREUS. Vide *Cereus*.

PASCHALIS EPISTOLA, qua Pontifex Maximus Metropolitanis Episcopis denuntiabat, quo die celebrandum esset Pascha: *Ad præcipuum enim religionis nostræ Sacramentum pertinere, ut in festivitate Paschali nulla esset toto orbe diversitas, censuerunt sancti Patres, ut ait Leo I. PP. Epist. 95. ad Ravennium Arelatensem. Unde uno eodemque die per totum orbem celebrandum, in eumque finem dirigendas ad omnes Episcopos literas, quæ id potissimum indicarent, statuerunt Concilia, atque in primis Arelatense I. can. 1. & Cæsaraugustanum III. c. 2. Ejusmodi Litterarum Paschalium formulam exhibet Leo I. in laudata Ep. ad Ravennium, & in Epist. 95. Aliæ habentur in Diurno Romano c. 3. tit. 10. apud Bucherium in Victorii Canonem Paschalem p. 72. 78. 82. 469. & seqq. in Spicilegio Acheriano to. 6. p. 8. &c. *Paschalis Epistola* Theophili meminit S. Hieronymus lib. 3. in Rufinum c. 5. His acceptis literis Episcopi Epiphaniorum die, vel Christi Natalitio, in Ecclesia populis denuntiabant qui esset ille dies Paschatis, ut indicat Concilium Aurelianense IV. can. 1. vel certe principium Quadragesimæ, ut est in Autistodorenfi c. 2. Bracarenfi II. c. 9. Toletano IV. c. 5. &c. Vide S. Hieronym. Ep. 31. Gregorium M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 8. Baronium an. 412. num. 43. an. 419. n. 96. Henr. Valesium ad Euseb. l. 17. c. 20. & Ferrarium de Ecclesiast. Epistolis lib. 2. c. 3.*

PASCHALES EPISTOLAS præterea vocat Avitus Viennensis Epist. 65. quas Pontifices sibi invicem scribebant, sese consalutantes, & de exacta festivitate nuntium mittentes, quæ proinde erant ex iis quas Græci *εὐδοχιασμάς* nuncupabant: nam hæ non modo in Paschalibus, sed & in aliis solennioribus festis scribebantur ab Episcopis, ut ex aliis Aviti & Theodoretæ Epistolis colligitur. Quo spectat ista

ex Actis Episcop. Cenoman. p. 102. Ego Dominus in Christi nomine Episcopus. Cum evocassem dominum & fratrem meum Audoveum Episcopum Andegava civitatis visitare sancta limina patroni peculiaris mei Victoris Episcopi, immo & solemnitatem ipsius celebrare, &c.

¶ PASCHALES DENARII, Præstatio, quæ à presbyteris pro chrismate quod circa Pascha ab Episcopo accipere solent, eidem Episcopo exolvebatur. Vide *Christiales denarii in Chrisma*.

¶ PASCHALIS, Præstatio, quæ ad Pascha exsolvitur. Rotulus sac. 12. de Prioratu S. Pauli de Tartas in Archivis Casæ-Dei: *Dono . . . duos mansos . . . ex quibus exeunt duo agni censi & duo solidi inter Kalendaras & Paschales & majenses & meisones*. Ibid. Petrus Bernardi dedit . . . II. sol. Pod. in Maio & Kl. III. sol. per recetum, & VI. denar. Paschales.

¶ PASCHALIS AGNUS. Vide *Agnus*.

¶ PASCHALIS IGNIS. Vide *Ignis*.

¶ PASCHALE LIGNUM. Vide *Lignum* I.

¶ PASCHALIS TERMINUS, Nota chronologica qua utebantur notarii qui peritiam suam in arte computi ostentare amabant; hac inter primos usus est Rodradus presbyter Ambianensis, quam libro sacramentorum manu sua descripto apposuit: *Anno Incarnationis Dominica DCCCLIII. indictione I. epacta VII. concurrente VII. Termino Paschali IIII. Kal. Aprilis*.

¶ PASCHALES MISSÆ dicuntur in veteri Missali Gallicano, quæ tota Paschatis hebdomada decantari debent.

¶ PASCHALIUM, *πασχαλιον*, Canon de celebrando Paschate, apud Martinium.

PASCHALE, Computum Paschale, seu ratio inveniendi diem quo celebrari debet Pascha quolibet anno: à die scilicet Martii 8. ad Aprilis 5. *Paschalis cursus*, Honorio Augustod. c. 88. *Paschalis recensio*, Gennadio de viris illustribus c. 88. *Paschalis circulus*, Adoni Vienn. Victorius in Canone Pasch. Theophilus quondam Alexandrinus Antistes, ad Theodosium Imp. datis Epistolis ex primo ipsius & Gratiani 5. *Consulatu conditum Paschale direxit*. Infra: *Propter diversorum Paschalium conditores*. Senator in fine Chronici: *Sicut ex Tito Livio, & Ausidio Basso, & Paschali virorum clarorum auctoritate firmato collegimus, anni sunt 1031*.

PASCHALE, Districtus Parœciæ, sic dictus, quod Parœciani in festo saltem Paschati ad Ecclesiam parœciam convenire, & ibi communicare ex Canonum præscriptis tenerentur. In Tabul. Monast. S. Savini Levitanensis non semel mentio occurrit *Paschalis S. Savini*, pro districtu 8. Parœciarum, quarum Parœciani ex veteri instituto tenebantur certis anni festis solennioribus, Paschatis scilicet, Pentecostes, & Nativitatis Domini, Baptismum & sacram Communionem recipere in Ecclesia S. Savini: quod præsertim cavetur in Concil. Agathensi can. 18. Vide Marcam l. 9. Hist. Beneharn. c. 2. n. 4. [Mabillon. to. 5. Annal. Bened. p. 478. & Marten. to. 1. Anecd. col. 199.]

¶ PASCHAGIUM, Quod pro pascuis præstat. Statuta Mont. Regal. fol. 306. *Qualibet persona . . . qua duxerit aliquas bestias ad pascendum . . . solveat teneatur emptori seu collectori Paschagii, ut infra pro godia & Paschagio dicti alpis*. Vide *Pascuarium*.

¶ PASCHARE, PASCARE, Pascere. Statuta Montis Regal. fol. 308. *Item statutum est quod qualibet persona que Pascharet aliquas bestias in alpibus dictæ civitatis, &c.* Charta Guidonis Archiep. Bituric. an. 1279. apud Thomasser. in Biturig. p. 113.

Tom. V.

In quo nemore ipsi homines habebunt usagium suum ad edificandum, claudendum, ardendum & Pascendum animalia sua. Paschare, pro Pascha celebrare, occurrit supra in Pascha.

¶ PASCHARIUM, Jus pascendi porcos in silvâ domini. Hist. MS. S. Cypriani Victav. p. 294. *Item concessit monachis Pascharium in omnibus silvis . . . ut non reddant de propriis porcis*. Item, tributum quod pro eo jure exigitur. Vide *Pascuarium*.

¶ PASCHASE, Eadem notione, in Charta Willelmi Aquitan. Ducis an. 1069. ibid. p. 248. *Insuper in nemore meo . . . dono jam dictæ ecclesiæ . . . pasturale ad universa animalia, & etiam Paschase de porcis si fuerit, tam ipsis monachis, quam omnibus eorum*.

¶ PASCHERIA, PASCHERIUM, &c. Vide *Pasquerium*.

¶ PASCHERUM, Idem quod *Pascharium*, in Chartulario Aureliensi in Lemovicibus.

¶ PASCHIVUM, Eadem notione. Tabul. Prioratus S. Johannis Tolos. *Pertineant nunc & in perpetuum ad Bertrandum de Opiano & ad suos heredes: retento tamen dicto hospitali & suis hominibus Paschivo & talivo in garrigiis à cacumine montis usque ad caminum*.

PASCILIS, Animal, vel avis que in manu pascitur. Joan. de Janua.

¶ PASCINATUS, Glandatio. *Pascinatus tempus*, quo scilicet glandes maturæ sunt, pascendisque porcis idoneæ. Hist. Mediani Monast. pag. 269. *In saltu autem tempore Pascinatus, centum porcos impinguan-dos monachi dictæ cellæ mittent*. Vide *Pascio*.

PASCIO. Polyptychus Floriacensis: *Solvit inter vineritiam & Pascionem de vino mod. 6*. Alibi: *Solvebat unusquisque de Pascione denarios 12. & pullos 3. cum ovis 15. &c.* An vero *pastio*? Vide *Madascia*.

¶ Rem tetigit vir oculatissimus; est enim reipsa *Pascio*, Porcorum ex glandibus *pastio*, Gall. *Païsson* vel *Pesson*; est etiam tributum vel census qui domino silvæ pro glandatione exsolvitur: *Pasnage* sive *Pennage*, in Consuetud. municipalibus plerisque; *Paix & Glandage*, in Solensi art. 1. tit. 13. Significat præterea tempus quo glandes & fanias porci pascuntur in nemoribus, quod mense Octobris incipit, Decembris concluditur. Charta Libert. Bel-lomont. ex Cod. MS. Coïllin. *Quotiescumque erit Pascio glandis seu fania in aliquo dictorum nemorum . . . quilibet poterit ponere in nemoribus xx. capita porcorum . . . ad totam Pascionem*. Charta Libertatum oppidi S. Palladii ibidem: *Salvis tamen ipsis hominibus usagio suo animalia in illa foresta ad pascendum animalia sua . . . excepto tempore quo Pascio sive Païsson erit in illa foresta generali . . . & si tempore, quo dicta Païsson erit in illa foresta, porci ipsorum hominum immissi fuerint ad pascendum, solvent XII. denar. Turon. pro quolibet porco*. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 11. v°. *Mansos ingenuiles CVIII. qui solvunt omni anno ad hestem carra VI. . . . ad alterum annum vervices cum agnis CVIII. de vino in Pascione mod. CCXL. de argento in lignericia sol. xxxv*. Ibid. fol. 83. *Sigramnus servus . . . habet de terra arabili bun. IIII. solvit Pascionem & de vino mod. III. Ver Poëtæ nostrates Pascor vocant; at unde ducta vocis origine non constat, ni à pascuis, quod nimirum vere novo herba pascendis animalibus tenerior sit; vel fortassis à Pascha, quod veris initio incidit. Le Roman de Partonopex MS.*

L'erbe verdoi soz ia flor,

Com el novel tens de Pascor.

Infra:

Plus bel & plus sine blanchor

Que flor d'espine en Pascor.

P

Le Roman de la guerre de Troyes MS.

Biaus tens fist com au tems Pascors

Q'as arbres viennent foilles & flors.

Hanc vocem accepisse videntur à Poetis Provincialibus: eam certe eadem notione usurpat *Blacasfset* circa an. 1250. apud *Crescimbeni* ad calcem versionis *Nostradami* pag. 229.

Ben plaz le gai temps de Paschor

Que fai foillas & flors venir.

¶ PASCISSI, pro Pacifici, in Instrum. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. pag. 290.

¶ PASCOLUM, ut *Pasculum* infra. Charta an. 1079. apud *Murator. delle Antic. Estensi* p. 47. *In loco & predicto fundo . . . cum capolo, Pascolo, erbatico, &c.*

PASCUA, Æ, pro Pascuum. Glossæ Græc. Lat. *πομή, ἡ βοσκὴ, pastus, pastio, pasqua.* [Charta Ludovici VI. Reg. Franc. an. 1154. apud *Lobinell.* to. 3. Hist. Paris. pag. 34. *Terra est, quam mariscos vocant, in usum communis Pascuæ constituta.* Hist. Novient. Monast. apud *Marten.* tom. 3. Anecd. col. 1132. *Usum vero lignorum & Pascuam porcorum in Westerholz habere debet.* Hist. Mediani Monast. p. 269. *Sibi retinens usum sylvæ Pascuæque per totum allodium suum.*] Usurpant versio vulg. Psalm. 22. Tertullian. Apologet. cap. 22. Arnobius in Psalm. 22. & 106. Edictum *Rotharis Regis Longob.* tit. 108. &c.

¶ PASCUAGIUM, Pascuum, herba pascibilis, in Extrav. comm. de Decimis: *Quia tunc solvitur ex venditione Pascuagii seu herbagii.* Infra: *Si non vendantur Pascuagia.* *Macri Hierolex.*

¶ PASCUAGIUM, Tributum quod pro pascuis exigitur. Charta fundat. Monast. de Bosco-Ratherii an. 1172. apud *Marten.* to. 1. Anecd. col. 573. *Dedimus etiam & concessimus predictis fratribus duos homines . . . liberos & immunes in toto regno nostro tam in aqua quam in terra ab omnibus costumis & actionibus . . . scilicet tallagio, pontagio, telonio, passagio, Pascuagio, &c.* Monast. Angl. to. 2. p. 23. *Et habere viginti porcos quietos de Pascuagio, & fualium ad panem suum & ad cibos coquendos.* Vide *Pascuarium.*

¶ PASCUALE, Jus pascendi animalia vel in pascuis vel in silvis. Charta *Guillenci Episc. Lingon.* ann. 1126. to. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 159. *Et ligna ad ignem & ad varia opificia, & Pascuale per terras & in silvis ad opus animalium usuaria.*

PASCUALIS, cum diligentia nutritus. Glossar. Arabico-Latinum.

PASCUARIUM, Quod pro pascuis præstat. Constitutio *Chlotarii Regis* c. 11. *Agraria, Pascuaria, vel decimas porcorum, &c.* *Lex Wisigoth.* lib. 8. tit. 5. §. 8. *Quod vero sortem suam totam sorte concluderit, & aliena pasqua absente domino invadit, sine Pascuario non presumat, nisi forte dominus pasqua voluerit.* *Lex Bajwar.* tit. 1. cap. 14. §. 1. *De triginta modis tres donet, & Pascuarium desolvat secundum usum provincie.* Charta *Caroli C.* tom. 8. *Spicileg. Acheriani* p. 350. *Et ut nullus paraveredum, aut Pascuarium, vel mansionaticum . . . exigat.* Charta ejusd. Imp. ex Tabulario *Brivatenfi* fol. 1. *Aut fidejussores tollere, aut Pascuaria accipere, &c.* Tabular. *Eleemosynæ Montismorionis* in *Pictonibus* fol. 66. *Porci pauperum Pascuarium non dabunt in Ero luco, sed . . . in omni tempore pasqua habentes, idem Pascharium dabunt, quod in nemore morabitur.* [Vetus Notitia inter Concil. Hispan. to. 3. p. 142. *Pascuario & teloneo quod dominus Imperator . . . perdonavit & cessit . . . Adalaricus Comes . . . ipso Pascuario & teloneo illi contendit injuste & contra legem.* *Pascario* editum in *Append. Marcæ Hispan.* col. 779.] Occurrit etiam alibi.

Adde *Chartas alias* apud *Baluzium* in *Append. ad Capitul. n. 64.* 116. 119. & c. Vide *Pasquerium.*

PASCASIUM, Eadem notione, apud eundem *Baluzium* n. 89. *Neque salvaticum, neque Pascasium, neque teloneum, &c.*

¶ PASCUATICUM, Jus pascendi porcos. Bulla *Alexandri III.* PP. an. 1179. to. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 190. *Et pasturam omnium animalium ejusdem villa & Pascuaticum LX porcorum.*

¶ PASCUERIUM, Idem quod *Pascuarium.* Charta an. 1242. in *Tabular. Cartusie Montis-rivi: Investivit per pollicem dextrum Hugoni de Miramars Priori Cartusie Montis-rivi totum Pascuerium castri de Mazargas.* Charta an. 1250. apud *Chanteloup* in *Histor. MS. Montis-major. Animalia possint pascere sine prestatione Pascuerii seu usatici.*

PASCULARE, Pascere. [Occurrit passim apud Scriptores Italos.] Hist. *Cortusiorum* l. 3. c. 14. *Pasculandi causa misit ad villas plebatus quosdam equos, &c.*

PASCULUM, PASCULUS, Pascuum, Pratum, *Cæfareo Eisterbach.* l. 3. c. 11. Charta an. 1072. in *Hist. Pergamensi* to. 3. p. 273. *Totæ insinul extra Pasculum & communaliz.* [Chron. *Farfense* apud *Murator.* to. 2. part. 2. col. 602. *Descendendo per . . . pratorias S. Marie usque in Pasculos. Pasculum, in Statutis Mutin. fol. 61. vº. Italiz Pascolo, eadem notione.*]

¶ PASCUS, Idem quod *Pasculus.* Chron. *Monast. Novalic.* apud *Murator.* to. 2. part. 2. col. 751. *Casalis in Tenegandia una cum terris & Pascos in ipso monte, quem de Valeriano genitor meus conquistavit, te heredem meam Sacrosancta Ecclesia Domini Petri Monasterii habere volo ac jubeo.*

¶ PASCUUM, Quod pro pascuis præstat. Charta an. 1219. apud *Spon.* Hist. *Genev.* to. 2. p. 50. *Forum totius ville & justitia fori, pedagium & Pasqua, moneta, latrones, & bona eorum ad solum Episcopum pertinebunt.* Eadem, ut videtur, notione accipienda hæc vox in *Litteris Caroli V. Reg. Franc.* ann. 1366. pro instituendis *Consulibus Marologii* to. 4. *Ordinat.* pag. 677. *Quod dicti Consules cum eorum consilio, valeant defendere devesia, jura & libertates, pacua & Pasqua universitatis predictæ, &c.* adeo ut *Pasqua* de ipsa præstatione intelligatur: *Pacua* vero (si tamen legendum non sit *Patua*, ut videre est in v. *Patuum*) pro ipsis pascuis usurpetur. Vide *Pascuarium.*

¶ PASELIUS. Vide *Pradisterium.*

¶ PASELLUS S. MARTINI. Charta *Dagoberti Reg. Franc.* apud *Doublet.* pag. 655. *Venientes in illa strada qua vadit ad Parisius in loco qui dicitur Paselus S. Martini.* Idem videtur quod *Pons S. Martini* dicitur, in Charta *Ludovici VI.* an. 1122. apud eundem *Doublet.* pag. 852. *Ne qua mansio vel inhabitatio à predicto burgo usque ad ecclesiam S. Laurentii qua sita est prope Pontem S. Martini de Campis, & ex altera parte strata regia ab eadem villa S. Dionysii usque ad alium pontem prope Parisium juxta domum leprofam.* Eadem habet Charta *Ludovici Junioris* an. 1143. *ibid.* p. 867.

¶ PASFIEUDUM. Charta an. 1475. apud *Calmet.* to. 3. Hist. *Lothar.* col. 280. *Sub . . . restitutione omnium sumptuum, expensarum, dampnorum, distubiarum, gravaminum, & interesse feudorum, Pasfeudorum & subtinendorum, . . . super quibus omnibus universis & singulis dampnis, sumptibus, expensis, interesse, distubis, ut supra, feudis, Pasfeudis & sustinendis stare promissis, &c.*

¶ PASINOLA, mendose, ni fallor, pro *Palmola*; in hac enim voce facillime errare potuit exscriptor.

Testamentum Bertrandi de Turre an. 1285. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 532. *Item legavit caritati, quæ sit annuatim apud S. Saturninum, quatuor sextarios Pasmolæ reddituales.*

¶ PASMUS, Deliquium, Gall. *Pâmoison*. Jacob. Delayto in Annal. Estens. ad an. 1395. apud Murator. to. 18. col. 917. *Sed omnibus frustra tentatis ex vehementia doloris coactus in Pasmum, sequenti nocte decessit.*

¶ PASNAERIUM, Pascuum, pratum. Charta an. 1064. ex Tabular. Major. Monast. *Porro latitudo duabus coartatur viis, una &c. . . altera qua de Pasnaeriis veniens per plaxitium S. Karileffi ad idem castrum viantes ducit.*

¶ PASNAGERIUS, PASNAGIUM, PASNATICUM. Vide *Pastio*.

¶ PASON, ut supra *Diapason*. Jacobus Cardin. de Coronat. Bonifacii VIII. PP. inter Acta SS. Maii tom. 4. pag. 465.

*Concrepat inde chorus, duplicat sua vulnere Pason,
Hic petit unisonum, stabili firmatus in unco.*

Hæc ad musices peritos. Alia, nescio qua, notione *Pason* usurpat le Roman d' *Athis* MS.

*Moult furent li Pason
Bien fait & riche de fason.*

¶ PASONNIA, Idem videtur quod *pastio*. Charta Petri dom. de Lonnis ann. 1246. in Tabular. S. Nicasii Rem. *Orta discordia de venditione, Pasonnia, custodia, emendis, justiciis & forefactis dicti nemoris.*

¶ PASPALLE, *Rerum minuties*. Vocabul. Suffianæ. *Res vilissima*, in Amalth. à Græco *πασπάλη*.

¶ PASQUARE, Pascere. Vide *Peissonagium*.

¶ PASQUARIUM, Idem quod *Pasquerium*. Charta an. 1290. to. 1. Hist. Dalphin. p. 21. *Item quidquid idem Aymo habet . . . infra castrum & parochiam Burgundii ex quacumque causa, & omnes terras cultas & incultas, prata, nemora, molendina, stagna, riperia, Pasquaria, &c.*

¶ PASQUAYRAGIUM, Eadem notione. *Pasquayrium*, Pascuum, pratum. *Pasquayrare*, Pascere. Charta an. 1298. ibid. to. 2. pag. 38. *Tradentes etiam eidem Episcopo Pasquayragii seu jura Pasquayragiorum quæ percipiebamus in Cascis . . . ita quod nihilominus jus, quod habebant homines dictarum parochiarum Pasquayrandi seu animalia sua immittendi in Pasquayriis inferius, eisdem salvum remaneat.*

¶ PASQUERAGIUM, Eodem significato. Charta an. 1309. ibid. to. 1. p. 87. *Tamen quolibet anno sunt ibi castanea & Pasqueragium, quæ possunt valere per annum centum solidos. Computa Grativod. ann. 1333. Item deducuntur de laudimiis pro jure mistralis xv. l. xv. s. . . de Pasqueragiis pro eodem 1. gross. . .*

¶ PASQUERGIUM, Pratum, Pascuum, in Charta an. 1337. apud Columb. in Stemmata Simian. pag. 582.

PASQUERIUM, Quod præstatur pro Pascuis: ut *Pasquairare*, tributum exigere pro Pascuis. Charta Theobaudi Chabot apud Sammarthanos in Abbatib. Absiensibus: *Pasquerium vero à Gaufrido Mainardi ego illis vendicabo.* Charta Raimundi Berengarii Comitis Provinciæ an. 1232. pro Arelatensibus: *Nulla modo audeat vel præsumat aliquem vel aliquos de prædictis civibus Arelatis in personis vel rebus suis pedagiare, vel Pascairare, vel aliquid ab eis extorquere occasione Pasquerii, pedagii, vel usatici, quæ recipiuntur vel recipi consueverunt in aquis vel riperiis, vel alterius cujuscumque exactionis, &c.* [Charta an. 1227. ex min. Chartul. S. Vict. Massil. fol. 150. *Item quod Pasquerium habent dom. de Castellana in territorio de villa Crota sicut habuit usque nunc.* Pan-
Tom. V.

charta S. Stephani de Vallibus apud Xantones Ch. 44. *Do & concedo quidquid juris habebam vel habere poteram in petitione Pasquerii & prohibitione calfagii.* Notitia Eccl. Diniensis p. 83. ex Charta an. 1320. *Bona, proventus . . . Præpositura consistunt . . . in Pasqueriis, bannis, pulveragiis, &c.* Vide *Pascuarium*. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliae cap. 163. *Se les bestes prennent Pasquier, &c.*

¶ PASCHERIA, Eadem notione. Charta Othonis Aquitan. Ducisto. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 478. *Nihil ab eis exigatur, obtentu cujuslibet consuetudinis, videlicet Pascheria, vectigalium, & tributis & talliata, seu cujuslibet alterius exactionis.* Charta Petri Reg. Aragon. an. 1212. tom. 10. Spicil. Acher. p. 178. *Cum nemoribus, sylvis, . . . pratis, Pascuis, Pascheriis, cum fontibus, &c.*

¶ PASCHERIUM, Eodem significato. Charta ann. 1182. in Archivis S. Victoris Massil. *Liberum facimus Monasterium Monialium S. Cesarii Arelatensis nunc & in perpetuum à Pascherio dando sive in Camargis, vel in Cravi, vel alicubi in terra nostra.* Occurrit præterea to. 3. Gall. Christ. col. 1103.

PASCHERIUM OVIVM, in Charta Raimundi Comitis Provinciæ an. 1179. apud Sammarthanos in Archiepisc. Aquensibus.

¶ PASCHERICIUM, in veteri Notitia apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. p. 241. *Nullus homo post mortem ipsius Frotselmo passionem vel Paschericum partibus S. Hilarii Nobiliacense . . . intendiderat, (f. impenderat.)*

¶ PASCHERIUM, Jus Pascendi animalia in alterius silva. Charta an. 1201. to. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 322. *In eodem quoque loco dedi Deo & B. M. de Faezia & fratribus ibidem manentibus jure perpetuo in foresta mea de Faezia Pascherium scilicet & paduentiam ad omne genus animalium.*

¶ PASCHERIA, Pascuum, pratum. Charta Ludov. II. Reg. Sicil. *Molendina, piscarias, Pascherias, &c.*

¶ PASCHERIUM, Eadem notione, in Charta an. 1133. inter Probat. to. 2. Hist. Occit. col. 471. Charta Roberti Comit. Clarom. an. 1248. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 261. *Campis & nemoribus, & Pascuis seu Pascheriis; nisi Pascherium hic de glandatione accipias.*

¶ PASQUERIUM, Pascuum, in Charta an. 1263. ex Schedis Præf. de Mazaugues. Vide *Lignerare*. Charta an. 1438. ex eisdem Schedis: *Est certa pars montis in qua . . . dominus . . . non debet immittere averè extraneum ad Pasquerium juxta libertatem & franquessiam dicti castri.* Charta an. 1216. tom. 1. Hist. Dalphin. p. 18. *De Pasquerio dictum est, quod animalia utriusque castri possunt pascere in territorio alterius castri sine damno & salvo blado alterius castri, ita quod revertantur in suo territorio; si oves quæ veniunt pro Pasquerio non habent istam commoditatem.*

PASCHERS, Pascua vocat Consuetudo Marchensis articulo 425. *Terre herme, qu'on appelle chaunie & Paschiers de bestes.* *Pascage* vero art. 362. ipsam *pastionem*. [*Pasquis*, in Charta an. 1497. in Cod. MS. Commere. p. 206. *La troisième crovée se nomme la crovée de Lazeralle qui est par dessus le Pasquis qui est jusqu'au chemin dit le chemin des foins.* *Pasquier*, in Litteris Roberti Ducis Burgund. an. 1282. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 4. p. 381.]

¶ PASCAYRARE, Pascere. Charta ann. 1405. in Tabular. S. Victoris Massil. *Pro Pascayrando vel pasqueria sumendo cum eorum averi grosso vel minuto.*

¶ PASQUETUM, Jus Pascendi animalia in alterius silva. Charta an. 1312. in eod. Tabul. *Dedit hostazarium & Pasquetum in territorio de Camporcina.*

PASQUILIS, [Pascuum.] Tabularium S. Remigii Remensis: *Prata 2. ubi possunt intelligi (colligi) de feno carri 4. Pasql. 2. continentes map. 3. vineas ubi possunt intelligi (colligi) de vino mod. 61. &c.* Occurrit ibi semel ac iterum.

PASSA, in Glossis Lat. Græc. *ἐρῆς εἶδος*. Etiamnum Andegavenfes Passerem, *Paisse & passe* vocant. Vide Salmasium ad Solinum p. 444.

¶ PASSACRIARIUM, *ὕδρις*, *Hydria*. Gl. Lat. Gr. MSS. Sanger. Leg. monet Martinus, *Vas aquarium*.

¶ PASSAGENII. Vide *Passagini*.

¶ PASSAGERIUS, PASSAGIARIUS. Vide infra *Passagium*.

PASSAGINI, Hæretici Valdensium sectarii, quorum passim mentio in Constitutionibus Friderici II. Imp. contra Catharos & Patarenos, in Gregorii II. PP. Epistolis, apud Bonacursum lib. de Vita hæreticorum, cui *Pasagii* dicuntur pag. 75. & ubi eorum errores recenset, & Waddingum in Annalib. Minorum an. 1254. n. 16. an. 1325. num. 18.

¶ PASSAGIVI, pro *Passagini*, in Bulla Innocentii PP. inter Statuta Vercell. lib. 7. fol. 195. v°. *Passagenii*, apud Stockman. in Lexico Hær. Quod vitæ sanctimoniam simulabant *Passagini* sunt appellati, à Gr. ut videtur *πᾶς ἀγιος*. Hos damnavit Lucius PP. III. an. 1184. in Conc. Veron. Vide *Paronista*.

PASSAGIUM, Transitus, iter; & iter institutum, vulgo, *Passage*. [Edictum Philippi VI. Reg. Franc. an. 1329. to. 2. Ordin. p. 36. *Custodes portuum & Passagiorum confinium regni nostri sint amoti, quantum ad factum auri & argenti & monetarum.*] Ita porro nostri appellabant peregrinationes, atque adeo ipsas Hierosolymitanas & sacras expeditiones. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. initio: *Fecit treugas usque ad magnum Passagium*. [Chron. Siciliae c. 39. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 29. *Habebat preparata pro eundo ad Passagium, quod contra Sarracenos facere intendebat.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 2. §. 46. *Item, excipimus omnes controversias pecuniarias quas peregrini cruce signati habebunt ad invicem, vel etiam cum civibus, vel aliis personis, occasione Passagii sui, vel eorum quæ ad Passagium pertinerint.* Adde Lobinell. Hist. Paris. to. 3. p. 402. Murator. tom. 12. col. 864. 1036. &c.] Sanutus lib. 3. part. 4. cap. 2. de Petro Eremita: *Deinde per illas partes transcurrens, & ad Passagium cunctorum corda succendens, &c.* Testamentum Caroli Pulcri Regis Franc. mense Octobr. an. 1324. *Je laisse à la Terre Sainte 50. mille livres à payer & delivrer quant Passage general se fera, & est mon entente que se le Passage se fuisoit en mon vivant, de y aler en ma personne.* *Passagio d'oltre mare*, apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 37. Duplex autem erat *passagium, vernale alterum, alterum estivale.*

PASSAGIUM VERNALE dicitur illud potissimum tempus quo maria aperiuntur, ut loquitur Vegetius lib. 5. cap. 9. vere nempe, unde *Passagium Vernale* Oliverio Scholastico p. 1188. & Jacobo de Vitriaco lib. 3. pag. 1138. *Transitus Vernalis*, Tyrio lib. 17. cap. 8. nuncupatur: [*Passagium Pasche* dicitur, in Charta an. 1233. in Tabul. Commendarie Arelat.] circa mensem Martium, ex quo *Passagium Martii* vocant Matthæus Paris an. 1244. Acta Innocentii III. [Clemens IV. PP. in Epist. an. 1266. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 336.] Vita S. Hildegundis dictæ Joseph, num. 5. Rigordus an. 1190. &c. Adde Odoric. Rainaldum an. 1266. num. 43.

PASSAGIUM ÆSTIVALE, Illud est quod mense Julio peragebatur, vulgo *Passagium S. Joannis Baptiste* dictum in Epistola S. Ludovici de captione sua, & in Epist. Gregorii IX. PP. apud Rainaldum an. 1238. n. 11. [Quod mense Augusto etiam interdum fieret, dictum *Passagium Augusti*, in Charta an. 1233. superius laudata.] Quando vero aperiuntur, & quando claudantur maria, vide quæ notant Casaubonus ad Theophrasti Characteres, Meursius ad Constantin. de Adm. Imp. Jacobus Gothofredus ad l. 3. Cod. Th. de Naufrag. &c. Adde Notas ad Villhard. num. 39.

¶ PASSATGIUM, in Testam. Bertrandi de Turre an. 1328. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. pag. 799. *Lego primo generali Passatgio ultramarino quinquaginta libras semel in pecunia solvendas.*

¶ PASSAGIUM, Semita, callis, Gall. *Sentier*. Charta an. 1501. ex Schedis Præf. de *Mazaugues: Confrontatur cum . . . hermassio Joannis Venelli Passagio in medio. Passeau*, eadem notione, in Consuetud. Leodic. cap. 9. art. 15.

PASSAGIUM, Tributum quod à transeuntibus exigitur, *Droit de passage*. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 2. *Sint quieti & liberi . . . de theolonio, Passagio, & lestagio. Plateatica, Passagia, &c.* in Constit. Neap. l. 1. tit. 59. §. 2. S. Bernardus Epist. 119. *Passagium transeuntibus, & si quod est juris vestri debitum, mercantibus libenter dimisistis.* [Placitum in Itin. apud Cestriam an. 14. Henrici VII. Regis Angl. *Per Passagium clamat esse quietum de omnibus Passagiis in Comitatibus Cestria & Flint pro omnibus carectis, cariagiis, equis, servientibus & summagiis suis oneratis.* Tabular. Veteris-villæ: *Gaufridus Giron dedit abbatiæ Veteris-villæ libertatem & quietanciam in costumis & Passagiis per totam terram suam.*] Adde Ordericum Vital. lib. 5. p. 579. 596. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 29. Concilium Herbipolense an. 1287. can. 40. [Saltzburgense an. 1420. c. 27.] Monast. Anglic. to. 1. p. 310. Sammarthanos in Archiepisc. Turon. p. 771. &c. Ita etiam *passagio* usurpant Itali. Joan. Villaneus lib. 9. cap. 173. *Levarono un Passagio, che il detto Conte vi faceva ricogliere.*

¶ PASSAGIUM, Naulum. Charta an. 1257. ex Schedis Præf. de *Mazaugues: Dominus Episcopus possit . . . ad sui voluntatem recipere naulum sive Passagium, & reditum dictarum navium & aquæ etiam specialiter pedagium.*

PASSAGIARIUS, Portitor, publicanus, Italis *Passaggiere*, nostris *Passager*, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 76. *Gabelloti, forestarii, platearii, portonarii seu Passagerii, &c.* Est etiam

PASSIAGIARIUS, Navita, qui de ripa in ripam alteram transeuntis navicula transmittit. Willel. Thornus an. 1287. *Si Monachus vel aliquis de familia Abbatis ad dictum portum ex quacunque parte fluminis veniens batellum dicti Passiagiarum ibi presentem invenerit, & Passiagiarus vel sui noluerint ipsum vel tardaverint transducere, seu transire, &c.*

¶ PASSAGERIUS PORIUS, Ripa, ni fallor, in quam transeuntis deponit navita. Charta an. 1301. in Tabular. Floriac. *Item duas partes medietatis redituum . . . quam habemus . . . in portu & ratione portus Passagerii de Regula.*

¶ PASSAGERIUS, Idem qui *Passiagiarus*. Computus ab an. 1333. ad an. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 280. *Item, apud Novas Passageriis aqua pro duabus navibus, flor. 11.*

¶ PASSAGIUM, Canalis. Charta an. 1164. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosd. pag. 120. *Dedi*

itaque & concessi . . . omnes percapturas quas fratres inceperunt versus me in faciendo Passagium suum, & in . . . aqua & in fossis & in ponte & in omnibus rebus ubicumque presumpserint quiete clamavi.

¶ PASSAGIUM, perperam pro Pasnagium, tom. 4. Hist. Harcur. p. 1347. Noverint universi presentes & futuri, quod . . . Passagium etiam porcorum suorum quietum est in foresta mea. Rectius in sequentibus Pasnagium legitur. Vide Passio.

PASSALORINCHITÆ, PATTALORINCHITÆ, Hæretici sic dicti, quod digitum imponentes in nares, & ora sua, & in labia, quasi silentium semper exercerent, soli taciturnitati quasi studium commodantes. Vide Philastrium; [& S. Augustinum hæ. 63. à Græco πάσσαλος, paxillus, & ῥίη, natus, vel à ῥύχες, rostrum, rictus; unde alii Passalorynchita scribunt. Alia dialecto dicuntur Tascodrogite. Vide in hac voce & Cuperum in Hæpocr. c. 27.]

¶ PASSANS, à Gall. Passant, Viator, peregrinus. Libellus supplex Postulensium Canon. ad Reg. Hispan. an. 1600. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 422. Necnon quascumque miserabiles personas transeuntes, sive uti communiter vocant, Passantes.

¶ 1. PASSARE, Transire. Charta an. 1493. in Tabular. Jotrens. Monast. Habita primitus licentia à domina sua . . . Abbatissa ejusdem ecclesie B. M. Jotrens. ad presentem Prioratum Passanai.

¶ 2. PASSARE, Transgredi, Gall. Outrepasser. Charta an. 1262. to. 13. Spicilegii Acheriani pag. 315. Et si ego hoc Passaverim, vel fregerim, &c.

¶ 3. PASSARE, Transigere, pactionem facere, Gall. Passer un contrat, un traite, un acte. Charta Fulconis Episc. Andegav. an. 1337. in Tabular. S. Albini Andegav. Habeant potestatem ad concordandum, integrandum & Passandum cum dictis Abbate, &c. Ibid. Ad Passandum compositionem cum dicto &c. . . . Ad Passandum Litteras & instrumenta, &c. Charta ann. 1402. in Tabular. Floriac. Cum certum tractatum & accordum Passatum fuisset inter nos, &c. Judicatum an. 1495. in Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. Compromisso super questione, lite & processu ac expensis pro bono pacis & concordia nutrienda inter partes Passato. Occurrit præterea apud Marten. to. 4. Anecd. col. 402. Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. p. 561. & 765. Rymer. to. 11. pag. 832. & in Constitut. an. 1515. ad calcem Joh. Abrinc. de Offic. Eccl. p. 3. & 4.

¶ PASSARE DONATIONEM, & alia ejusmodi dicuntur Notarii publici qui Instrumenta conficiunt. Arrestum Parliamenti an. 1484. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 232. Eademque die coram notariis qui dictas venditionem & donationem Passaverant. Occurrit passim.

¶ 4. PASSARE, Permittere aliquid per Instrumentum authenticum. Statuta Eccl. Carnot. an. 1325. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1365. Gratas quascumque de non residendo in ecclesiis parochialibus, . . . utilitate ipsarum ecclesiarum Passatas, & alias quascumque gratias revocamus.

¶ PASSARIUS, Aridus, passus, exsiccatus. Capitolinus in Albino cap. 11. Quingentas ficos Passarias, quas Græci callistruthias vocant, jejunum comedisse dicit Cordus.

PASSATA, Præstationis species, apud Occitanos. Charta Occitanica an. 1312. in 48. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ex Tabulatio regio num. 28. Idem Passatam seu bladatam quam nos habebamus in dicto loco de Senolhaco, videlicet in quolibet agricultorum cum uno pari animalium, unum sextarium bladi, frumentum & avenam per medium ad mensuram Al-

biensem, &c. Infra: Item habebamus tunc in dictis locis una cum dicto Episcopo in quolibet animali grosso, exceptis animalibus terram excolentibus 8. den. Turon. pro Passata, & in quolibet pecude seu animali minuto unam pictam Caturcensem, &c. Occurrit ibi pluries. [Codex MS. Consuet. & privileg. Tolos. fol. 38. Senescallus descendat Consules & Universitates à nova impositione servitutis facienda per Pralatos . . . & à nova exactione præstationis Passata.]

¶ PASSATGIUM. Vide Passagium.

PASSATICUM. [Testamentum Guillelmi Raymundi Comit. Ceritan. an. 1095. Marcæ Hispan. col. 1194. Relinquo . . . & ipsas meas franchesas quas habeo in villa Peladol & decimum de leuda & de Passaticum Villa francha & decimum pascuarii de insula.] Charta Raimundi Comit. Provincie ann. 1179. apud Sammarthanos in Archiepisc. Aquensibus: Pascherium ovium suarum, & Passaticum, & usaticum, & omnia que emere voluerint, libera sint ab omni usatico & lesda. Alia Jacobi Regis Aragonum an. 1230. Emfranquimus ab omni lezda, pedagio, Passatico, portatico, tolta, consuetudine, &c. Libertates Regni Majoricar. an. 1248. Non donetis carnaticum de vestro bestiaro ullo tempore, Passaticum, herbatium, neque quarentenum. Videtur idem quod passagium, jus transitus. [Vide Pedagogium.]

¶ PASSATIO, Instrumentum à Notario publico passatum seu confectum. Statuta Eccl. Trecor. an. 1372. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1123. Mandamus officialibus nostris sub debito præstiti juramenti, ne aliquem advocatum ad procurandum coram se admittant, nec notarium ad scribendum in curia, nec Passationi ejus fidem adhibeant, quousque præstiterint juramenta.

PASSATOR, Dominus, cui Passagii, seu transitus præstatio competit. Charta Edw. III. Regis Angliæ in Monastico Angl. to. 1. pag. 505. Donationem etiam . . . quam Hugo de Bradewardin, Passator, filius Stephani Ponc, per scriptum suum fecit eisdem fratribus de libero passagio apud Bradewardin.

¶ PASSAYRAGIUM, à Passagio distingui videtur; est tamen tributum quod à transeuntibus exigitur. Charta an. 1317. to. 2. Hist. Dalphin. p. 166. Cum suis territoriis, districtibus . . . pasqueriis, pascuis, passagiis, Passayragiis, pulveragiis, &c.

¶ PASSER PARADISI, Avis fictitia, vulgo Oiseau de Paradis. Epistola Alph. Ciaconii apud Marten. to. 3. Amplif. Collect. col. 1324. Taceo tintinnabula & auricalco dulce sonantia, aves ex provincia de Banda, quas Passeres paradisi Lusitani vocant, expedes, perpetuo volatu errantes.

PASSERIA. Vide Paxera.

¶ PASSIAGERIUS, Idem qui Forensis & peregrinus alibi dicitur, qui ex aliena diocesi vel ecclesia est. Obituar. MS. Eccl. Morin. fol. 43. vº. Canonici vero vere residentibus & qui suum stagium compleverunt cuilibet x. sol. aliis denique stagiariis & Passiageriis cuilibet interessenti 11. sol. Vide Presbyter forensis.

¶ PASSIAGIARIUS. Vide Passagium.

PASSIATUM. Charta Alamannica Goldasti 61. Et quando opus fuerit aut ad messem vel pratum colligendum, vel ad reliqua, in Passiato faciant. [f. Gall. en paix.]

¶ PASSIBILIS, Calcabilis. Dudo de Ducibus Normannorum:

Christus se pelago fluctivago intulit
Sicco vestigio, seque per aquora
Fert flectu liquido Passibilis maris.

PASSIBILITAS. Arnobius Junior in Psalmum 11. Fiducialiter, id est Passibilitate carens, nulli timori succumbens.

¶ PASSIM, Lento gressu, seu passu, Gall. *Au pas*. Rolandinus Patav. de Factis in marchia Tarvis. lib. 12. cap. 8. *Tendebat ad partes illas cum gente sua, non equidem sicut fugiens, equis immo procedentibus quasi Passim.*

PASSIMÆ, Matthæo Silvatico, *Tortella panis azymi, biscocta de Sen, i. de terra Jerusalem; quoniam ibi Arabes impastant ea cum aqua masticis.*

1. PASSIO, PASSIO DOMINI, Dominica quinta Quadragesimæ, quæ Ramispalmas præcedit. In Epistola Balduini Imperatoris de expugnatione Constantinop. urbs obsessa à nostris dicitur 5. *Id. April. feria 6. ante Passionem Domini & capta 2. Id. April. feria secunda in Passione*, id est, die Lunæ hebdomadis quæ Dominicam Ramis palmarum præcedit, quam *Hebdomadam Passionis* vocamus. Amalarius lib. 4. c. 487. apud Mabillonium: *In Passione Domini, quindecim videlicet dies ante Pascha.* Vide notas nostras ad Villharduinum num. 129. & supra in vocib. *Dominica, & Hebdomada.*

¶ PASSIO DOMINI, pro ejusdem incarnatione interdum accipi, ex Charta an. 1083. in Tabular. Eccl. Carnot. supra observatum est in voce *Annus*, col. 461.

¶ PASSIO, Ea Evangelii pars quæ passionem Christi continet, apud Mabill. to. 4. Analect. pag. 455. & alibi passim.

¶ PASSIO, Martyrium. Ordo officii Gothici inter Concil. Hispan. to. 3. p. 272. *Pro innexa collo suo fune ad Passionem tractus est, letabundus.*

¶ PASSIO, Quinta è novem partibus in quas hostia dividitur apud Muzarabes. Vide *Hostia.*

¶ 2. PASSIO, Morbus, Medicis passim. Chron. Romualdi II. Archiep. Salernit. apud Murator. to. 7. col. 206. *Rex autem Guillelmus circa Quadragesimam fluxu ventris & molestia cœpit affligi, quam Passionem quum aliquanto tempore occultasset, circa mediam Quadragesimam, eadem Passione crescente, credens se moriturum, &c. Vide mox Passionarius.*

¶ PASSIO SCOTOMATICA, Cæcitatibus dolor, à Græco *σκωτος*. Miracula S. Bertini sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 131. *Sed pane exanimis ante in terram proruit, nequaquam ut Passione scotomatica ictus, sed pro anima illius... salvatione, imo magis nominis Dei laude, ipsiusque dispositione luminum delectabilium visu privatus, ac bimatu vel eo amplius in hujus cæcitatibus permansit amaricatu.*

3. PASSIO, Mala cogitatio quam quis in mente volutat, in Pœnitentiali Egberti Archiepisc. Eborac. cap. 19.

¶ 4. PASSIO, perperam pro *P. stio*, Convivium, refectionis, in Charta Ludovici Pii ann. 18. imperii ejusd. Imp. Hist. Alsat. inter Instr. p. 19. *Nullum telonium, aut ripaticum, ... aut cenaticum, aut Passionem, aut laudaticum, &c. Vide Pastus.* Nec rectius *Passio* pro *Pastio* seu *Pasquerium* occurrit in vet. Notitia apud Stephanot. Locum vide in *Paschericum* ad vocem *Pasquerium*.

¶ PASSIONABILITER, Inordinate, perturbate. Joan. Gersonius de Consolat. Theol. lib. 4. *Alii frustra conati sunt ad nihil Passionabiliter affici, cum sentiret Apostolus aliam legem repugnantem.* Vide infra *Passionate.*

PASSIONARIUS, *Passionalis, Passiones Martyrum.* Joan. de Janua: *Passionarium, liber continens Passiones Sanctorum: vel Passiones id est morbos.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Passionarium, Passionnaire, c'est livre des passions des Sains.*] *Passionarius*, Durando lib. 6. Ration. cap. 1. n. 29. *est liber continens Passiones Sanctorum, qui legitur in Ecclesia in festis Marty-*

rum: ex instituto nempe Antheri PP. qui Martyrum gesta scribi, & in Ecclesiis haberi præcepit. Gregorius M. lib. 7. ind. 1. Epist. 9. Nos autem pene omnium Martyrum distinctis per dies singulos Passionibus collecta in uno codice nomina habemus. Regula S. Ferreoli cap. 18. Gesta Martyrum, id est, Passiones Sanctorum fidelium, quodam compaginata studio & sermone digesta sunt, tempore quo nobis diem migrationis eorum anni meta cursus sui legibus representat, recenseri in oratorio, audientibus cunctis, omnino decernimus. Id etiam statuitur in Concilio Africano cap. 13. Liceat etiam legi Passiones Martyrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur. Adde Concilium Carthag. can. 47. Attonis Episcopi Capitulare c. 58. Canones Saxonicos Ælfrici ad Vulphinum Episcopum can. 21. Epistolam Buggæ ad Bonifacium Moguntin. Episc. Vitam S. Gilberti de Sempringham pag. 682. &c.

PASSIONARIUS, PASSIONARIUM. Liber MS. Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 19. *Quales sunt Bibliotheca, majores expositores, & Passionarii, & Vitae Patrum, &c. Et cap. 48. In festivitibus Sanctorum legantur vite vel Passiones eorum.* Chronicon Casinense lib. 3. cap. 62. (al. 63.) *Passionaria totius anni libros quatuor.* Lambertus Ardensis p. 155. *Veteris Testamenti libros, & Passionarium.* Vide Monasticum Anglic. to. 3. p. 322.

¶ PASSIONAIE. Chron. S. Bertini apud Marten. to. 3. Anecd. col. 592. *Librum Effrem pronosticorum, Collationes Patrum, Augustinum super Johannem, & Passionale totius anni.* Occurrit præterea apud Mabill. to. 4. Annal. Bened. p. 441.

PASSIONALIS. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 6. Id. Jan. *Dedit etiam tres libros Passionales, & unum qui dicitur Martinellus.* Occurrit apud Ratpertum Monachum de Casib. S. Galli cap. 9. & in veteri Charta apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Flandr. cap. 25. Vide Testamentum S. Everardi apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21.

¶ PASSIONATE, Inordinato & impotenti studio. Acta SS. Julii tom. 2. pag. 391. de S. Godeleva: *Circa translationem & reformationem monasterii S. Godeleva asserens Passionate fuisse processum.* Vide supra *Passionabiliter.*

PASSIONATICUS, Jus transitus, *Droit de Passage.* Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p. 656. *Et ceteri pagenses de alias civitates persolvant de illos naz igios de unaquaque quarrada denarios duodecim, & vultaticos, & Passionaticos per omnes successiones & generationes illorum secundum antiquam consuetudinem.*

¶ PASSIONATUS, Infensus, à Gall. *Passionné.* Instrum. an. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 957. *Et primo dicitur quod Concilium quod congregaverunt ad deliberandum utrum eidem domino nostro Papa (Gregorio) deberet per ipsos totaliter auferri obedientia, fuit ex personis, ut plurimum, Passionatis contra justitiam suam Sanctitatis, &c.*

¶ PASSIONITÆ, Hæretici qui Christum Deum in passione carnem dimisisse atque in cœlum ascendisse mentiebantur. De iis Philastrius c. 71. Vide Stockman. Lex. Hæc.

¶ PASSITARE, Sturnorum clamor. Vide *Baulare.* PASSIVARE, Transire, quasi *passus*, seu strictiora loca emetiri, vel *vagari*, quo modo *passivus*, pro *vagus*, usurpatur. Vita S. Wunebaldi cap. 3. *Et proinus Passivantes super Alpium oncos, &c.*

PASSIVUS, Vagus, inconstans, incertus; vox Afris scriptoribus familiaris. S. Augustinus lib. advers. Adimantum cap. 24. *Si hoc ideo dictum est, ut non servetur panis in crastinum, magis hoc implent vagi*

Romanorum, quos *Passivos* appellant, qui annona quotidiana satiato ventre, aut donant statim quod restat, aut projiciunt. *Passiva libido*, apud S. Hieronymum in Ezech. cap. 16. vaga ac promiscua, quæ errabunda Venus, Saxoni Grammatico lib. 5. dicitur. *Passivus obtutus*, apud Cassianum Collat. 1. c. 5. vagus, incertus. Josephus Iscanus lib. 3. de excidio Trojano:

..... Subit illa pudica

Ora gerens, oculis nusquam vaga.

Πάσσις ἐπιεικής, apud Nicetam in Manuele lib. 1. Julius Firmicus lib. 8. Math. c. 23. *Mulieres vere meretrices, quæ pudorem suum sine ullo respectu, Passivis libidinum conversationibus vendant.* Ibidem c. 25. *Quod si mulieris fuerit ista genitura, Passivis erit libidinum cupiditatibus prostituta.* Et cap. 30. *Mulieres vero faciet pudorem suum Passiva libidinis nundinatione prostituere.* Chromatius Aquileiens. Episcop. Conc. 1. *Et Passivam Judæorum licentiam, & stultam ac miserabilem Manicheorum præsumptionem, &c.* Auctor homiliæ 3. ad Monachos, inter homilias Eusebii Emiseni: *Aves ipsa diligunt nidos suos, amant fera loca in quibus nutritæ sunt, amant cubilia & pascua: & quamlibet naturali libertate Passivis perversa rapiantur incursibus, sapius tamen ad chara sibi loca quodam cibi desiderio revertuntur.* *Communio passiva*, in Concilio Carthag. I. pag. 8. i. indifferens, cuius nullo passim discrimine permilla. *Passiva corpora*, ibidem cap. 11. promiscua. Tractatus Gelasii PP. *Ne si semel talis fuerit intronmissa licentia, omnibus exinde omnia liceant, fiatque, quod absit, tam Passiva rerum confusio atque commixtio, ut nulla inter mundum & immundum... sit discretio.* Aldhelmus de Virginitate cap. 1. *Passivus lascivusque oculorum obtutus.* [S. Ildephonsus in Addit. ad libellum S. Isid. de Viris illustr. Eccles. *Cantus Passivis usibus viuitos, melodia cognitione connexit* (l. correxit;) tom. 3. Concil. Hispan. pag. 80.] Utitur passim Tertullianus.

PASSIVE. Apuleius lib. 11. *Crines... per divina colla Passive dispersi molliter fluebant.*

PASSIVITAS. Salvianus lib. 7. de Gubern. Dei: *Quis conjugii fidem reddidit? imo quantum ad Passivitatem libidinis pertinet, quis non conjugem in numerum ancillarum non redegit? Infra: Atque illi... & minore fortasse crimine, & minore, ut reor, numero ac Passivitate peccabant.* [Tertullianus Apolog. c. 9. *Turbulentia & Passivitas.* Idem adv. Hermog. cap. 41. & alibi passim; ubi *Passivitas* idem quod frequentia promiscua seu confusio, interdum quod libertas, communitas, sonat. Vide Jac. Billium lib. 1. Observat. sacr. cap. 15.]

PASSIVITUS, Vulgo, promiscue. Tertullianus de Pallio cap. 3. *Pars vero Passivitas omnibus utiles.*

PASSNAGIUM. Vide *Passio*.

PASSONAGIUM. Charta ann. 1233. *Nos Humbertus dominus Bellijoci petebamus Passonagia moleninorum in ripa Rodani.* Videtur esse præstatio quædam sic dicta à

PASSONUS, Rhodani ostium, vulgo *le Gras*, vel *le Pas* dictum. Tabular. Massil. *Cum dominus Amiratatus decessisset hodie grassi Arelatis vocata Passoni.*

PASSOR, Patiens, Gall. *Patient*. Vita S. Johannis Bonvisii to. 5. Maii pag. 111. *Orate pro me ut patientiam non amittam. Et quamvis erat optimus Passor, cum suum præcipuum studium in patientia fuisset.*

PASSUM, Vadum, Gall. *Gué*. Charta an. 1204. to. 1. Annal. Tolos. inter Instr. p. 53. *Faciebant parare Passastumini agodi, ut illum transirent & pergerent cum communi exercitu Tolosæ apud Rabastenses.*

PASSURASSE, ἀνέξαοθαι, in Gloss. Lat. Græc.

1. PASSUS, Locus, auctoritas, nostris *Passage*. Processus de Vita S. Thomæ Aquinat. to. 1. Martii p. 706. *Quando scribebat dictus frater Thomas super Isaiam, venit ad quemdam Passum Scripturæ, &c.* Vita S. Catharinæ Senens. to. 3. April. p. 905. *Per doctores exponentes hunc Passum.* Processus de B. Petro de Luxemb. tom. 1. Julii pag. 543. *Volebat quod ipse loquens legeret Passus, ubi loquitur de salute anima.*

2. PASSUS, Mensuræ, vel ponderis species. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 66. vº. *Ordinatum est quod si aliqua persona... scienter seu dolose habuerit vel tenuerit falsam pensam, stateram, Passum, balanciam, marchum, vel aliquam aliam mensuram vel pondus, &c.* Vide Pazellus.

3. PASSUS, Angustia & claustra itineris, vel montium: *Clausura, clusæ*. [Italis *li Passi*, nostris *Pas, passage, detroit*. Testam. Bertrandi de Turre ann. 1286. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 535. *Legopontibus & malis Passibus Alverniæ reparandis & restituendis triginta libras Turon.* Chron. Siciliæ apud Marten. to. 3. Anecd. col. 38. *Interea tamen posuit insidias per Passus, per quos idem Rex Petrus debebat transire.* Albertinus Mussatus de Gestis Henrici VII. lib. 3. rubr. 5. apud Murator. tom. 10. col. 369. *Inseditque circumpositis castris per planitiem, & omnes adversos colles Passibus occupatis.* Adde eundem Murator. to. 12. col. 457. 645. tom. 18. col. 917. & tom. 3. *Ordinat. Reg. Franc. p. 158.*] Matth. Paris p. 443. *Dum per quoddam iter arctissimum, quod vulgariter Passus dicitur, forent transituri.* Matthæus Westmonaster. ann. 1260. *Emanavit à Cancellaria breve domini Regis... ad omnes Vicecomites, in quorum Ballivis solebant viatoribus imminere pericula, ut omnes Passus periculosos, tam in viis concavis, & boscis, & hais, quam aliis pacis regie perturbationibus faciant videri, &c.* Occurrit præterea apud Silvestrum Giraldum lib. 2. de Expugn. Hibern. cap. 26. lib. 1. Itinerarii Cambriæ cap. 4. Sanutum lib. 3. part. 11. c. 13. &c. Guillelmus Guiart anno 1284.

Passa li Rois & ses compaignes

De Pirre les hautes montaignes,

Que noif, ne vent, ne glace n'use,

Assés près du Pas de l'Ecluse.

[Le Roman d'Athis MS.

Tout le Passet sur le rivaige

S'en vint Athis vers son lignaige.

Infra:

Serrez s'en vont tout le Passet.

Le Roman de Vacce MS.

A la voiz & au cri vindrent li paissant

As hayes, as Pas lor sont venuz devant.

Trespas, eadem notione, ibid.

Mout curiousement toute nuit les gaitassent,

Les Trespas & lor camps & les voies gaitassent.

Rursum:

Normanz gardoient les issuës,

Et les Trespas au chief des ruës.]

PASSUS ARRIPERE, Metiri *passus* alicujus longitudinis. Processus de Canonizat. S. Francisci de Paula to. 1. Aprilis p. 121. *Cum rochum prædictum sic suspensum viderent, Passus suos arripuerunt.*

PASSUM FACERE, Phrasis Gallica, *Faire un pas*, apud Robert. Avesbur. in Hist. Edwardi III. Reg. Angl. edit. Hearnii pag. 179.

PASSUS ECCLESIASTICI. Vide *Dextri*.

1. PASTA, Massa, Gall. *Paste*, crudus panis. Guill. Brito in Vocabul. *Pistor dicitur qui panem facit, à*

- pinso, is, quod est panem facere, Pastam deducere & terere.* Cæsarius lib. 4. cap. 65. *Cum pistorem pro eo quod panes nimis magnos faceret, argueret, respondit ille, Credite mihi Domine, in Pasta valde parvi sunt, & in fornace crescunt.* [Tabular. Capituli Ambian. *In furno ejusdem villæ furnarius debet instituere unum portitorem Pastarum, & homines villa alium, qui duos panes ponderis decem librarum debent habere.* Limborch. Sent. Inquis. Tolos. p. 132. *Dicebant quod capellani faciunt pluries deos de Pasta, & postea comedunt eos.*] Occurrit apud Cæsarium rursus lib. 5. cap. 32. lib. 10. cap. 17. in Vita B. Andreae de Galerannis n. 5. Michaëlem Scotum de Physon. cap. 1. & 13. in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 786. apud Bernardum Dapiferum in Vita S. Gothalmi, in lib. 2. Miracul. S. Bertini c. 29. [Bernard. Mon. in Ord. Clunac. part. 1. c. 75. Hist. Dalphinal. tom. 1. pag. 28. col. 1. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 72. v^o.] Joannem de Garlandia in Hortulano cap. 6. & alibi non semel, &c.
- ¶ PASTARE, *Pastam seu massam farinæ subigere, depere,* Gall. *Païrir.* Processus de B. Petro Luxemburgo to. 1. Julii p. 604. *Qui non poterat se juvare de brachio, videlicet in Pastando & in furnando.*
2. PASTA, Gallina. Vide *Pullipasta.*
- ¶ 3. PASTA, ut *Pastus*, Convivium. Charta ann. 1181. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 494. *Concedo predictas villas... nullo jure mihi penitus in eis retento, nec pestâ, nec Pasta, nec homicidio, nec fossadera, &c. Nisi Pastionem malis intelligere.* Vide infra *Pastio.*
- ¶ PASTAYRAGIUM, Idem quod *Mandamentum*, Jurisdicctio, territorium. Locus est in *Obedimentum.*
- ¶ PASTELLIO, PASTELLUS, PASTICERIUS, &c. Vide *Pastillus 2.*
- ¶ 1. PASTELLUM, Herbæ genus, nostris *Pastel*, qua infectores lanarum utuntur, ab effigie *pastillorum* in quam glomerantur ejus cineres, sic dicta; aliis quippe *Guesdium* vel *Guesdum* nuncupatur, quæ *Vitrum* Latinis, Græcis *ισαλις* dicitur. Vide *Guaisdium.* Statutum Comitatus Fuxi an. 1332. to. 2. *Ordinat. Reg. Franc. p. 90. Hactenus inhibitum fuerat, quod lanæ aiguelini (aignelini)... garancia tinctæ, nec non Pastellum, cardones domestici, ... & cetera omnia & singula, quæ ad paraturam, tincturam... pannorum... utilia, necessaria & expedientia sunt... nullatenus extraherentur.* Adde Litteras Johannis Reg. Franc. an. 1356. *ibid. to. 3. p. 75.*
- ¶ 2. PASTELLUM, Idem videtur quod *Pastitium*, Pascuus ager. Testamentum Johannis Episc. Albiensis an. 1473. apud Marten. to. 1. *Anecd. col. 1842. Cum mihi deberet octocentas & octogintas libras Guillelmus Lebas, pro quibus habent sibi adjudicatum Pastellum per clientem regium de castro Karoli.*
- ¶ PASTELLUS, PASTELLATICUM. Vide *Pastus.*
- ¶ PASTICIO, Jus pascendi porcos in silva domini. Tabular. S. Sulpitii Bituric. *Concessimus ei de bosco ad arduendum & ad Pasticionem porcorum.* Vide *Pastio.*
- ¶ PASTICIUM, Pascuus ager, vulgo *Pastis.* Tabular. S. Vincentii Cenoman. *Hubertus Blodus & uxor ejus Wiburgis & filius ejus Herveus dederunt S. Vincentio... quoddam Pasticium ad Sordonem.* Vide infra *Pastitium.*
- ¶ PASTICIUS, Idem quod mox *Pastillus*, vulgo *Pasté.* *Ordinat. Humberti II. super numero & ordine menfarum ac ferculis apponendis, to. 2. Hist. Dalphin. p. 311. Item, volumus & ordinamus quod in cæna diei Dominice serviatur nobis pro persona nostra de duobus Pasticiis, & quod in quolibet Pasticio sit*

- una gallina magna, aut duo pulli si non habeantur gallina.* Ibidem pluries occurrit.
- ¶ PASTILLAKE, PASTILLARIUS. Vide *Pastillus 2.*
- ¶ PASTILLATICUM. Vide *Pastus.*
- ¶ 1. PASTILLUS, dimin. à *Pastus.* Vide in hac voce.
2. PASTILLUS. Celsus lib. 5. cap. 17. *Malagmata atque emplastra Pastillique, quos τροχίλους Græci vocant, cum plurima eadem habeant, differunt eo quod malagmata maxime ex floribus, eorumque surculis: emplastra Pastillique magis ex quibusdam metallicis fiunt. Inter emplastrum autem & Pastillum hoc interest, quod emplastrum utique liquati aliquid accipit: in Pastillo tantum arida medicamenta aliquo humore junguntur.* Hinc
- PASTILLUS, & PASTELLUS appellatus Panificium carne aut alio edulio factum, nostris *Pasté*, quod in modum medicorum *pastilli* compositum & factum sit. Bulla Honorii III. apud Margarinum: *Tenantur prestare... unam gallinam & 2. panes, & unum Pastillum, vel loco pastilli unam gallinam.* [Transactio inter Abbatem & Monachos Craffenses an. 1351. *Tenetur dare dictus... Abbas pro stanzonibus, artocreis sive Pastillis faciendis pastam necessariam de frumento.*] Vita S. Ulrici Eremitæ n. 26. *Duos pueros cum panibus, Pastellis & duobus vasis vini... misit.* *Monasticum Angl. to. 2. p. 935. Habebunt etiam annuatim duas summas frumenti pro Pastellis, cum voluerint, faciendis.* [Occurrit præterea apud Marten. tom. 4. *Anecd. col. 1248. & to. 1. Hist. Dalphin. p. 26.*]
- ¶ PASTILLI DE LOTARINGIA, in *Ordinat. Humberti II. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 313. Item, volumus quod serviatur nobis in dicta die Veneris de uno întromeytio, videlicet de Pastillis de Lotaringia cum aliis quibus aliis frixuris.*
- ¶ PASTILLARE, in *Medicina Salernit. pag. 152. Caterum pro caponum & gallinarum pinguium Pastillatarum condimento, præter exiguam specierum dulcium copiam nihil penitus adhibendum est, idque in sine tantum, per æstatem quidem cum omphacio, per hyemem vero cum optimo vino.*
- PASTILLESCEERE, In *Pastillum* evadere. *Gariopontus lib. 3. Passion. cap. 24. Et simul omnia mixta tandiu malaxa, donec Pastillescant.*
- PASTELLIO, *Pastillus.* Alexander Iatrosophista lib. 1. *Passionum: Galbanum & sapa quæ tundes simul, & facies Pastelliones, qui possint in foramen dentis intrare.*
- ¶ PASTILLARIUS, *Pastillorum confector,* apud S. Augustinum lib. 2. de *Moribus Manichæor. cap. 15. Ordinatio Hospitii S. Ludovici Regis an. 1261. Joannes Pastillarius... habebit autem pretium pastellorum, tartarum, & flatonum, sicut solet.* [Occurrit præterea in *Statutis Collegii S. Bernardi an. 1493. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 176.*]
- ¶ PASTICERIUS, Eadem notione. *Edictum Philippi VI. Franc. Reg. an. 1329. to. 2. Ordinat. p. 33. Quod Pasticerii dicta villa Andegavia, & singuli eorum jurare teneantur, quod ipsi facient fieri, & facient bonos & legitimos pastillos, & pasta, carnibus, & pretio legitimis.* *Obituarium S. Gerardi in Lemovic. fol. 31. Quæ summa predicta fuit data in custodiam Joanni Mourelli Pasticerio.* Occurrit etiam in *Charta an. 1358. ex Reg. Johan. Comit. Pictav. fol. 77. v^o. in Camera Comput. Paris. asservato. Pistores dulciarii seu Pasticerii simplices, in Arresto Parlam. Paris. an. 1508. ex Lib. griseo Castelleti Paris. fol. 76.*
- PASTINA, PASTINUM, Terra *pastinatione* renovata, apud Pallad. *Gloss. Græc. Lat. Βολοσρέφρον, Pastinum. Βολοσροφία, Pastinacio, repastinacio. Βολοσροφίτα*

ἑρεσφρέα γῆ, *Pastilenda*. Βωλοσρεφῶ, *Occo, occilio, pastinor, pastino*. Leo Ostiensis l. 1. cap. 26. *Et curtes alias duas in campis, & Pastena, & domum unam in Camis, &c.* Lib. 3. c. 18. *Et integram curtem Banioli, & Sipizani: Castrumque, Pastinam, & quatuor terra jugera.* Romualdus in Chron. MS. an. 1125. *Castrum Olibani reddidit, & totam Pastinam moriens Ecclesia reliquit.* Charta anni 1201. apud Ughellum in Epist. Valvensib. *Redduntque vobis in cambium clausuram & Pastinum quod est super viam.*

PASTINAGIUM, [Jus pascendi porcos in silva domini; item, census qui pro ipso jure exigitur. Charta Richardi Reg. Angl. tom. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 388. *Ubique in eadem foresta pascua equabus fratrum, armentis & gregibus & eorum porcis Pastinagium.* Tabular. S. Sulpitii Bituric. fol. 20. *Concessimus ei... quartum denarium Pastinagii porcorum.*] Charta Artaudi Vicecomitis Matiscon. ann. 1227. *Et omnia usuaria ad usum omnium animalium per totam terram meam in bosco & in plano, & porcorum pastiones in nemoribus meis absque Pastinagio.* Charta Philippi Ebroicensis an. 1320. pro incolis Mellenti in Tabular. Prioratus S. Nicasii f. 72. *Les Pastinages & usages que les habitans ont és mareis de mener leurs bestes pastiner & de saier l'erbe, &c.*

¶ 1. **PASTINARE**, Pascere. Charta an. 966. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. col. 378. *In villa Rorbach, mansum unum cum toto servitio; pratum ad quinquaginta carradas; forestum ad quinquaginta porcos Pastinandos.* Occurrit ibi non semel.

2. **PASTINARE**, Columellæ, est agrum fodere. Vetus Charta apud Ughellum to. 5. Ital. sacrae p. 1538. *De terra ad pastinandum, &c.*

¶ 3. **PASTINARE**, Plantare, conferere. Chron. Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 511. *Cum horto in circuitu ejusdem ecclesie, & terra Pastinata arboribus olivarum & nucum & ceterorum pomorum pomiferorum, fructiferorum vel infructiferorum.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Pastinare, planter, provigner.* Vide Jolannem de Janua.

¶ **PASTINARI**, Edere, prandere. Gocelinus in Miraculis S. August. Cantuar. to. 6. Maii pag. 399. *Cui devote prandenti unus suorum principum cum furiosa ironia irruens: Pulcre, inquit, Rex tot gentium, ad unius nescio cujus transinarini mortui declinavit sepulcrum, & relictis tot legionibus sine duce oberrantibus, ad regni & optimatum suorum injuriam, despicabili hic accubitu Pastinatur.*

¶ **PASTINATICUM**. Vide *Pastio*.

¶ **PASTINATIO**, Pastus porcorum. Charta ann. 1133. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 33. *Concesserunt omnes asencias in nemoribus ad colligendos fructus, ad Pastinationem porcorum, ad pasturagium exterorum animalium sine pasnagio & omni alia exactioe.* Vide *Pastio*.

¶ **PASTINATUM**, vocant agricola ferramentum bifurcum quo semina panguntur. Gloss. Sangerm. MSS. num. 501. *Pastinum, Columellæ: Houë.*

PASTIO, **PASTIONATICUM**, Census vel tributum pro glandatione, & jure pascendi porcos in silva domini. *Panage*, in Consuetud. Norman. art. 30. & Andegavenfi art. 497. *Pasnage*, in Pictavenfi art. 159. & Britannica art. 255. [Dicitur etiam *Pastio* ipse glandarius herbariusque porcorum pastus; usurpatur præterea pro ipso tempore quo porci ad nemora mittuntur glandationis causa, Gall. *Paisson*, vel *Glandée*.] Edictum Chlotarii II. Regis c. 23. in Concilio Parisiensi V. *Et quando Pastio non fuerit, unde porci non debeant saginari, cellarinis in publico non exigatur.* [Capitul. Caroli

M. de villis cap. 25. *De Pastione autem Kal. Septemb. indicare faciant, si fuerit ammon.* Capitul. Caroli Cal. tit. 27. §. 14. *Custodiant silvas, unde habeant Pastiones.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 27. vº. *Rodoardus lidus... solvit in Pastione de vino mod. 111.* Vide *Pascio*. Concil. Trevir. ann. 1152. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 72. *Advocati vero in potestatibus avenam non accipient, nisi Pastione cum fidelitate renunciata.*] Charta Caroli Regis Franc. an. 921. pro Abbatia Maricolenfi: *Ut de porcis fratrum ibi saginatis nemo Pastionaticum expetat. Consuetudo Pastionis, & de Pastione;* in Chron. Besuensi p. 601. *Mox: Ita ut homines illorum nostre partis Pastionaticum ipsis monachis solvant.* Et pag. 700. *Donavi Monachis Besuensis ut porcos suos in dominicales in nemora mea ubicumque habuero mittant, & sine Pastionatico per omnia libere currant.* Adde pag. 660. Acta Episcop. Cenoman. pag. 266. Vitam Aldrici Episc. Cenoman. p. 31. &c. [*Pastio usuraria, pro usuaria, in Charta ann. 1362. ex Regest. 93. Chartophyl. Regii n. 44.*]

¶ **PASTINACUM**, Eodem significato. Tabul. Dunenense Ch. 61. *Concessit nobis... per universas forestes suas pastionem ad omnes porcos monachi præpositi obedientie ejusdem... sine ullo Pastinaco.*

PASTINATICUM, Eadem notione. Historia Episcoporum. Autisiod. cap. 49. *Præcepitque ut in silvis S. Stephani de porcis illorum nunquam acciperetur Pastinaticum.* Charta Mauricii Episcopi Paris. in Tabulario S. Maglorii: *Et insuper prior habeat decimationem totius Pastinatici porcorum.* Occurrit ibi non semel. Alia Radulphi Bulgiacens. apud Juretum in Notis ad Epist. 172. *Ivonis Carnot. Quod si glandibus & pascuis porcorum boscus... abundaverit; omnes porci monachorum... liberum habeant transitum per eandem silvam sine ulla Pastinatici exactioe.*

PASNATICUM, Idem quod *Pastio*; ex Gallico *Pasnage*. [Charta Rotberti Reg. pro Miciacensi Monast. an. 1022. to. 4. Annal. Bened. pag. 707. col. 2. *Per totam silvam qua adjacet Fontanella... omni tempore glandis porcos ducentos absque ullo Pasnatico vel aliquo servitio habere sibi liceat.*] Charta Fulcherii de Turre an. 1079. in Tabulario Vindocinensi Ch. 232. *Do... & pastionem ad eorum omnes porcos dominicos, sine Pasnatico.* Charta Gaudredi Comitis Andegav. pro S. Nicolai Monasterio: *Dimidium Pasnaticum, quod in foresta nunc habere dignoscor: ita ut & mei porci dominici, si ibidem impinguabuntur, similiter & monachorum illorum proprii mei, ab illis in perpetuum à Pasnatico immunes sint.* Notitia de fundatione Abbatie Theoloci in diocesi Lingonensi ann. 1130. *In omnibus etiam suis nemoribus ipsorum porcis recursum, & omnimodos fructus ad eorum pabulum, absque eo pretio, quod vulgo Pasnaticum dicitur.* Occurrit præterea in Charta Ludovici VII. an. 1159. pro Ecclesia SS. Bartholomæi & Maglorii.

PASNAGIUM, & **PANNAGIUM**, simili pariter significato. Vita S. Waningi Confessor. *Si per tatum Ducatum tuum consuetudinem, qua vulgariter Pasnagium dicitur, Donino donaveris.* Ordericus Vitalis lib. 5. *Annuat etiam quidquid ad Garlemwillam habebat, terram scilicet ac Pasnagium. Ita ut primum Pasnagium famulorum non daretur, secundum vero vel tertium daretur, monachorum autem nullum daretur.* Charta Rogerii Comitis Scrobefburiensis apud eundem: *Et in omnibus nemoribus meis Pasnagium de monachorum porcis in perpetuum indulgeo.* Alia apud eundem p. 582. *Porci quoque monachorum nullatenus Pasnagium in meo nemore dabunt.* [Charta Ro-

- berti Comit. Leicestr. an. 1195. tom. 2. Hist. Harcur. p. 125. *Quia debent habere pasturam animalibus suis & porcis per totam forestam & porcos suos quietos de Pasnagio.* Tabular. B. Magdalenæ Castridun. Gaufridus de Brullon . . . donat & concedit . . . Pasnagium porcis & plenarium usagium in nemore de Faio.] Leges Forestarum Scoticarum c. 7. *Si copia glandis in foresta domini Regis contigerit, forestarius debet citare tam burgenses, quam ruremanentes, ut porcos suos adducant, ut Dominus Rex ab eis Pannagium habeat. Iste autem est modus Pannagii: videlicet de qualibet cindra, id est de decem porcis, Rex habebit meliorem porcum, & forestarius unum hogastrum, &c.* Charta foundationis Abbatiae S. Trinitatis Exaquensis in diocesi Constantiensi: *Rectam decimationem, & decimam de nutrimentis, & de totis exitibus illorum nutrimentorum quae in eadem silva & in parco erunt facta: & si in parco mittentur porci de foris causa pastionis, tunc habeant monachi ibi à festiuitate S. Martini usque ad Quadragesimam centum porcos sine Pasnagio.* Pannagia silvarum, in Provinciali Ecclesiae Cantuar. lib. 3. tit. 16. Adde Vitas Abbatum S. Albani pag. 48. Libertates de Foresta Joannis Regis Angl. Capitula placitorum Coronae Regis Richardi I. apud Rogerum Hoveden. pag. 784. &c. [Miræum Diplom. Belgic. to. 1. p. 299. Marten. tom. 1. Amplif. Collect. col. 982. to. 1. Anecd. col. 647. & 649. Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 86. & alibi.] *Plain pennaige, demy pennaige,* in Computo Domanii Bononiae an. 1478. *Plains Pennaiges de chevaux, de jumens, poutrains, vaches, veaux, & pourceaux allans à ladite forest de Eressi, &c. Demy Pennaiges de chevaux, &c. allans en ladite forest depuis la my May jusques au jour de S. Andrieu ensuiuant.* In Computo Domanii Stapularum fol. 39. 40. *Recepte des Pennaiges de vaches & veaux allans en la forest d'Hardelo pour 5. sols la vache, 2. sols six deniers le veau, quant il sont à plain Pennaige à paier au jour de saint Andrieu. Infra: Recepte des Pennaiges de pourceaux qui ont esté mis à Pennaige en la forest de Hardelo à 2. sols le grand porc, & 2. deniers le petit, pour paier au jour de S. Andrieu.*
- ¶ PANAGIUM, Idem quod Pastio. Charta Guillelmi Goet domini de Gien: *Concessi etiam eidem domo pasturagium pecoribus absque Panagio.* Occurrit praeterea in Litt. Johannis Reg. Franc. ann. 1360. to. 3. Ordin. p. 431.
- ¶ PARNAGIUM, Eadem notione. Charta Roberti Comit. Cestriae apud Stephanot. to. 13. Fragm. Hist. MSS. p. 115. *Habeant omnia astantia sua in bosco meo de Mensingues ad aedificia sua & ad alia usagia sua & Parnagium eorum.* Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 17. *Afferebant etiam abbas & monachi pranotati quod in praedicta foresta . . . decimam Parnagii habere debent.* Parnage, in Consuetud. Andegavenfi artic. 497.
- ¶ PASNACHIUM, Eodem intellectu, in Charta Alani Comit. Britan. ex Tabul. Major. Monast. *De suis villanorumque suorum porcis Pasnachium sibi tantummodo vindicantes.*
- ¶ PASSNAGIUM. Bulla Nicolai IV. PP. an. 1289. ex Cod. MS. Sangerm. *Ex venditione Passnagii seu herbagii, vel alterius consimilis proventus, eorundem nemorum & silvarum; & si non vendantur hujusmodi Passnagia, herbagia & similia, non solvetur decima.*
- ¶ PASCALIUM, Eodem sensu. Charta an. 1124. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. pag. 14. col. 1. *In toto ipso nemore quidquid opus fuerit monachis ibidem Deo servientibus, ad animalium suorum pascua, sine servitio & sine Pascatio.*

- PASNAGERII FORESTARUM, in Regeſto Parlamenti B. fol. 78. qui jus pasnagii habent in forestis.
- PANNAGIUM interdum pro ipsa glandatione animalium sumitur. Monasticum Angl. to. 1. pag. 116. *Concessit autem ut porci Prioris cum suis in pefsum communiter eant, & Pannagium edant.*
- PANAGATOR, qui Panagium exigit ac recipit pro domino silvae. Charta Henrici II. Regis Angliæ, in Regeſto Normannico signato P. ex Camera Comput. Paris. *Sciatis me confirmasse Baldrico filio Gilberti servienti meo totas esentias suas & ministeria sua cum liberationibus quae ministeriis & sergentiis pertinent, & heredibus suis, videlicet custodiam gaiola nostra Rothomag. & porta castelli mei; & pro ipsa custodia habet unoquoque die duos solidos usualis moneta. . . & praedictus Baldricus & regardator & Panagator meorum forestarum habens tantum in donis & liberationibus regardi & Panagii, quantum unus ex magistris regardatoribus & Panagatoribus meis per totam Normanniam, & custorum meorum ad justitiam Gladii mei pertinentium, & custos meretricium publice venalium in lupanar (sic) de Roth. & Mareſcallus meus quamdiu moror Rothom. habens unaquaque die pro ordinationis mea Roth. de liberatione 6. panes, & 6. fercula coquina, & unum sextarium vini, & habet anno quoque unum scutum in reditu scutorum meorum Roth. per manus Turreſſis (sic) mei, &c.*
- PANAGIUM, & PANNAGIUM, pro quovis tributo. Primum Regeſtum Parlamenti Parisiensis inter Aresta an. 1271. f. 187. *Ipsi satagebant levare Panagium de quadrigis & vecturis deferentibus bladum, vinum, &c.* Regeſtum B. fol. 32. inter Aresta an. 1276. *Responsum fuit civibus Rothomag. quod Panagium apud Clailloel non levaretur post proximum Pascha.* Charta Joannis Reg. Angl. to. 1. Monast. Angl. p. 310. *Soluta & quieta de. . . festagio, & stallagio, & cariagio, & Pannagio, & de omnibus occasionibus quae ad nos pertinent.* Alia Philippi Reg. Franc. an. 1314. in Hist. Episcop. Cadurcens. n. 191. *Ac dispensatione Panagii, quod pro ejusmodi opere faciendi hominibus ejusdem civitatis concessimus.* Alia ejusdem Regis an. 1307. pro Archiep. Lugdun. *Nos . . . domum, fortalitium vel castrum acquirere vel construere, . . . feodum, retrofeodum, scorietaem vel Panagium, seu alias quascumque res immobiles . . . acquirere . . . poterimus.* Alia an. 1254. in Regeſto Andegav. *In Pannagio ovium habet B. Martinus dimidium, & Comes dimidium.* Ridicule porro Santyoni Pannagium dictum scripsit, quod sit Panis porcorum.
- ¶ PASTIO, Idem quod Pastus, convivium, refectio, nostris Past. Vide in Pastus.
- ¶ PASTIONARE, de porcis praesertim dicitur qui glandes pascuntur. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 94. *Tam de l. spiritibus, qui in villa ipsa manent vel laborant, quam de porcis, qui ibidem incrassati fuerint & Pastionati.*
- PASTITIUM, Pascuus ager, Pastis. Tabularium Foffatense an. 1268. f. 99. *Unum quarterium & dimidium terra seu jardini, vel Pastitii, uno quarello minus, &c.* [Vide Pasticium.]
- ¶ PASTIZAGIUM, ut Pastitium Charta Gaufridi Vicecomitis Castrid. ann. 1232. in Tabulario Bonæ-vallis: *Pastizagia de sancto Mauro & de sancto Christoforo & eorum proventus cum emenda & omni justitia quam dictus dominus habebat ibidem.* Alia Johannis Comit. Carnot. an. 1234. ibid. *Pastizagia & omnes mareſcalciatas quas percipiebat, &c.* Occurrit ibi non semel.
- PASTOFORIUM, pro Pera pastorali usurpat au-

etor Prædestinati lib. 1. extremo: Nos Hebræi pueri tui David Pastoforium adsumentes, de lapide tuo angulari pugnemus.

¶ PASTOLARE, Ager pascuus. Charta Ludovici IV. Reg. Franc. an. 950. apud Miræum tom. 1. p. 260. col. 2. Et in pago Flandrensi, in loco nuncupato Moroua Benonis, Pastolaria quæ sufficere possunt ovibus cxx. & in alio loco mari proximo, vocabulo Bescura, terram in qua possunt alere oves centum. Vide Pastorale.

¶ PASTONARE, Implicare, implectere, Gall. Enlacer. Statuta Placent. lib. 4. fol. 46. recto: Si quis civitate vel suburbii requirat clausuram inter se & suum convicinum in domibus vel curtibus, compellatur per judicem convicinus communicare ad dictam clausuram sciendam de muro vel gratia Pastonato vel pariete, &c.

¶ PASTOPHORI, Sacerdotes, qui thalamos vel ædículas, Pastophoria dictas, in quibus deorum simulacra posita erant, portabant in pompis publicis, Græcis etiam *παστοφοροι*, de quibus Apuleius lib. 11. Metamorph. Proxima nocte vidi quemdam de sacerdotibus, luteis intectum, qui thyrsos & hederas, & tæcenda quadam gerens, ad ipsos meos Lares collocaret: & occupato sedili meo, religionis amplè denuntiaret epulas. . . de Pastophoris unum conspexi statim, præter indicium pedis, cætero etiam statu atque habitu examissimæ nocturnæ imagini congruentem. Vide Cuper. in Harpocr. pag. 129. & Epist. Steph. le Myne ibidem pag. 257.

PASTOPHORIIUM, Atrium templi, aut sacrarium, in Gloss. Isid. [Papias: Pastophoria Græce, Latine thalami dicuntur. Idem: Pastophoria, atria templi, gazophylacia, cella parva. In Excerptis additur, alviale templi, vel safurium. Ubi Grævius leg. monet. saba-rium. Vide Pastorium.] Glossæ MSS. Pastophoria, vestibula in circuitu domus. [Pastophorium, chambre, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] Eucher. Lugdun. In Ezechielis extrema parte in visione civitatis, in veteri translatione habetur Pastophoria, in nova gazophylacia, id est cellulas parvas. Occurrit etiam 4. Machab. cap. 4. Kadovicus lib. 4. de Gestis Frider. cap. 13. Vulpes, lepores, Pastoforia Ecclesiæ, & officinas Canoniorum ingressa, &c. Aliud videtur significare in Chronico Mosomenfi p. 633. Locus enim non tam naturali munitione firmus, quam humano labore & opere manuali factus, modo aggere terræ, modo Pastophorio, interdum ubi opportunum erat roboratus, non faciles præbebat accessus.

¶ Videtur esse munimentum genus ex cratibus confectum, quibus pastores includunt oves de nocte ut à luporum incuribus tutæ sint; unde fortean Pastophorium nuncupatum.

PASTOR ECCLESIASTICUS, Laicus. Vide Advocatus, col. 1791.

PASTORUM OFFICIUM, quod in Ecclesia Rotomagensi celebratum statim post Nocturnale officium Natalitii Christi, sic describit Ordinarius MS. ejusdem Ecclesiæ: Finito Te Deum laudamus, peragatur Officium Pastorum hoc modo secundum Rotomagensium usum. Præsepe sit paratum retro altare, & imago S. Mariæ sit in eo posita. In primis quidam puer ante chorum in excelso in similitudinem Angeli Nativitatem Domini annuntians ad quinque Canonicos quindecim marcharum & librarum, vel ad eorum vicarios de secunda sede, Pastores intrantes, per magnam ostium chori transeuntes, tunicis & amictis indutos, hunc versum ita dicens, Nolite timere, ecce enim, usque in præsepio. Simul plures pueri in voltis Ecclesiæ, quasi Angeli, qui alta voce incipiant, Gloria in excelsis Deo, & cantent usque voluntatis. Hac audientes Pa-

Tom. V.

stores, ad locum in quo paratum est præsepe, accedant cantantes hunc versum, Pax in terris totum. Quod dum intraverint, duo Presbyteri dalmaticati de majori sede, quasi obstetrices, qui ad præsepe fuerint, dicant, Quem quæritis, usque dicite. Pastores respondeant, Salvatorem Christum, usque Angelicum. Item obstetrices cortinam aperientes, Puerum demonstrent, dicentes, Adest hic parvulus, usque Isaias dixerat Propheta. Hic ostendant matrem pueri, dicentes, Ecce Virgo, usque qui natus est. Tunc eo viso, inclinatis cervicibus adorent Pueram, & salutent, dicentes, Salve Virgo singularis, usque frui natus visione. Deinde vertant se ad chorum redeantes, & dicentes, Alleluia, Alleluia, jam vere scimus, usque cum Propheta dicentes. Hoc finito, incipiatur Missa, & Pastores regunt chorum. Dom. Archiepiscopus, si præsens fuerit, cantet Missam.

PASTORALE, Ager pascuus. Charta Communiæ Bituric. an. 1181. Si quis accusatus fuerit Pastorale, vel torallum, vel viam, vel plateam, vel metam arasse vel fodisse, vel aliquam arborem in Pastorali, sive in via, seu in platea incidisse, &c. Eadem verba habet [Charta Guidonis Archiep. Bituric. pro villa S. Palladii an. 1279. &] Charta libertatum villæ des Ais in Biturigib. an. 1301. [Vide Pastolare.]

¶ PASTORALITAS, Præfulatus, Episcopi vel Abbatis dignitas, munus, cura ovium ipsis demandatarum. Charta an. 1034. tom. 4. Annal. Bened. p. 394. Acta sunt hæc . . . Brunone Episcopo Pastoralitatem sanctæ Tullensis ecclesiæ scribe, feliciterque regente. Charta an. 1168. to. 2. Rer. Mogunt. pag. 752. Ad hoc a summo pastore Pastoralitatis cura nobis est commissa. Gesta Abbatum Gemblac. to. 6. Spicileg. Acher. p. 521. Adeptus ergo curam Pastoralitatis, non segniter laborabat nomen abbatis factis implere. Chron. Valciodor. to. 7. Spicileg. Acher. p. 562. Hac de tempore domni Lamberti abbatis atque rebus acquisitis amplificatione, sine diminutione & infra terminum suæ Pastoralitatis accidentalibus casibus & periculosis anfractibus dicta sufficiant. Charta S. Gerardi Episc. inter Probat. Hist. Tullens. p. LXIV. Ad B. Mansueti oratorium me totum & susceptæ plebis Pastoralitatem . . . contradidi. Pontificalia antiqua MSS. in benedict. Abbatum: Accipe baculum Pastoralitatis, quem præferas catervæ tibi commissa ad exemplum justæ & piæ correctionis. Occurrit præterea in Chron. Novalic. lib. 3. cap. 20. in Vita S. Medardi to. 2. Junii pag. 90. & apud Marten. to. 1. Anecd. col. 207. Hinc

¶ PASTORALITAS, Titulus honorarius Episcoporum vel Abbatum. Manasses Episc. Camerac. in Epist. ad Lambertum Atrebat. Episc. apud Baluz. to. 5. Miscell. pag. 319. Pater sanctissime, portate onus meum, interdite per terram prædictæ Comitissæ (Montensis) divinum officium, quæ neque Deum offendere, neque Romanam sedem, neque Remensem Ecclesiam, neque Pastoralitatem vestram erubescit dedecorare.

¶ PASTORALITAS, Jus pastoris, Episcopi jurisdictionis. Charta foundationis Prioratus S. Amandi in diocesi Noviom. an. 1003. to. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 44. Salva tamen Noviomensis episcopi Pastoralitate & obedientia.

¶ PASTORATUS, Pastoris officium, ipse pastoris titulus. Robertus monachus in Histor. Palæst. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. p. 99. Cui Pastoratum ovium suarum dedit ipse Dominus. Instrum. an. 1600. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 423. Et pastoribus diversis & multis singulis annis magnam frumenti & siliginis copiam in dotationem Pastoratus sive curæ eorum numerare & persolvere astringitur.

Q ij

¶ 2. PASTORATUS, Paslus porcorum. Litteræ H. Abbat. Pontiniac. apud Stephanot. to. 7. Fragm. Hist. MSS. p. 236. *Hos itaque fines sic alterutrin utraque domus conservare debet, ut eos neutra contra alteram propter Pastorum porcorum vel quorumlibet animalium transeat. Vide Pastio.*

¶ PASTORELLA, Gall. Bergere. Hist. Britan. to. 2. p. 885. *Ferebatur unum parvum penoncellum, in quo depingebatur ymago cujusdam Pastorelle.*

PASTORELLI, Factioforum quædam cohors exorta in Francia S. Ludovico IX. regnante anno 1251. de qua præter Th. mam Cantipratanum lib. 2. de Apibus cap. 4. n. 14. 15. Nangium in S. Ludovico, Matth. Paris an. 1251. Anonymum Gallum in Chron. in Hist. Merovingica p. 1072. Anonymum alium in Chronicis Slavicis Lindenbrogianis, Sanutum l. 3. part. 12. c. 3. Chronic. Andeg. apud Labbeum p. 291. & cæteros Gallicæ historiæ scriptores, ita Guill. Guiart in Hist. MS.

*L'an mil deux cens cinquante & un,
Sans nombrer à mon retour el,
Cheminerent li Pastourel,
Qui à eus vanter s'atiroient,
Que S. Loys vanger iroient.
Uns homme menoit cele mesnie,
C'on clamoit Mestre de Hongrie,
Il depeçoient mariages,
Et faisoient plusieurs domages,
Car fol estoient, & testu.
A Paris fu l'un deus vestu
En guise d'Evesque à grant coite,
Et i fist yaüe benoïste,
Si con si compaignon requisrent,
Plusieurs Clers à Orliens ocistrent,
Des biens du monde desnuiez
Fu leur mestre à Bourges tuez.*

Historia Francor. MS. ex Bibliotheca Memmiana: *En France vint lors un trompeur, qui se disoit le Maïstre d'Hongrie, & faisoit accroire qu'il convenoit que la Sainte Terre fut delivrée des mescreans, & par jeunes Pastoureaux, luy qui sembloit être preud'homme & estoit vestu bien humblement, assembla au Royaume de France bien LX. mille Pastoureaux. A Paris vindrent, où la Roine Blanche festoia le Maïstre, & donna grans dons, cuidans qu'il dit verité, &c. mais quant les Pastoureaux furent passez Loire, ils firent tant de maux & de persecutions à Juifs & à plusieurs gens d'Eglise, que merveilles, &c.*

Exorta perinde in Francia & Anglia, eadem appellatione, simili in Terram Sanctam proficiscendi proposito, factioforum alia cohors anno 1320. de qua pariter agunt historici, ac in primis Thomas Walsinghamus p. 112. Cosmas Pragensis p. 34. Chronicon Rotomagense editum à Labbeo, [Continuator Nangii vernaculus sub an. 1320.] &c. quibus addendus Odoricus Rainaldus an. 1320. n. 21. 22. 23. De iis etiam hæc habet Chronicon MS. vernaculum Monspeliense: *En l'an 1320. fou gran moguda ves le més de May que hom appellana Pastorels, li qual dizian que volian passar la mer por conquerne la Santa Terra otramar, & aussinan los Juizveu en Bordilés, & en Aienés, & en Tolzau, e per tota la terra comunament quan los trobanon en tal manieira quel Rei de Fransa ne fés pendre plus de 60. à Tolza en un jorn, & à Carcassona 38. que grans que pau. Historia Francor. MS. ex Biblioth. Memmiana: Il avint l'an 1320: qu'il fut en France si grantment de Pastouraus & de menue gent, qui disoient qu'il vouloient aller en la Sainte Terre contre les Sarrazins, que ce fut merveilles, moult grans multitude en*

alerent jusques en Languedoc, & firent moult de maux à Juifs & autres gens, dont on en pendit plusieurs, & les autres s'enfouirent en divers lieux.

¶ De iis posterioribus Pastorellis aliter scribit Autor poematis cui titulus, *les Adventures advenües en France* ab an. 1214. ad 1412. docet quippe eos an. 1306. penitus extinctos, cum à Judæis illata plurima sustinissent mala. Sed nolim ejus hac in re fidem præstare. Ut ut est, hæc sunt ejus verba:

*Puis vist on avenir, c'est bien verité pure,
Les Pastoureaux aller, qui grief mort & obscure
Receurent par les Juifs, à qui Dieu doit laidure.
Moult de tres beaux enfans laisserent leur pais,
Qui oncques puis ne virent ne parens ne amis.
Las! ce fut grant pictié, mors furent & destruits;
Ce fut en l'an de grace mil trois cent & six.*

¶ Pastorellos vero appellatos scribit Macer in Hierolexic. quod in vexillo agni effigiem ferrent. Rectius deducenda videtur vocis origo à Gallico Pastoureu, quod pastorem infimæque plebis hominem significat, cujusmodi erant plerique ex Pastorellis, ut testatur Continuator Nangii vernaculus sub an. 1251. Statuta Scabinorum Maceriar. ad Mosam: *Chacun Pastoureau, herdier, porchier ou vachier dudit Maisieres est tenu rendre compte des bestes que il aura receu devant lui.*

¶ PASTORAGIUM, Ager pascuus maxime pecudum, Provincialibus etiamnum Pasturgagi. Item, Censui qui pro facultate pascendi exigitur. Charta an. 1490. ex Schedis Præf. de Mazaugues: *Quod pascua, sive Pastorgaia, ac glandagia, & relargueria . . . vendantur. Alia an. 1497. Licitum sit propria auctoritate recipere equas sine præstatione alicujus Pastorgagii, cabestragii . . . & dicti domini nihil tunc eo casu de calcaturis, Pastorgagiis & cabestragiis exigere possunt. Charta an. 1435. in Tabul. S. Victor. Massil. Prior deportabit decimas laboragii & Pastorgagii. Hinc*

¶ PASTORGARE, Pascere; pecus ducere in pascua, & servare. Charta an. 1327. in Tabular. S. Victoris Massil. *Usum pascendi, Pastorgandi & senhairandi & alia faciendi in Arbois. Charta an. 1497. ex Schedis Præf. de Mazaugues: Ex adverso ipsa universitas de Calliano seu habitantes in eodem dicunt & asserunt ipsos homines habuisse & in præsentialiter habere, & fuisse in antiquissima & vera possessione Pastorgandi. Alia an. 1501. apud eundem: Quod . . . neque pastores aliqui, neque gardiani extranei pastores in eadem terra & territorio Pastorgantes, &c.*

¶ PASTORIGARE, Eodem significato, in Charta Ludovici Reg. Siciliae an. 1359. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 108. *fura lignerandi & Pastorigandi in prædicta tota villa Baucii.*

¶ PASTURGARE, Eadem notione. Charta an. 1206. apud Pitton. Hist. Aquens. l. 2. p. 114. *In recompensationem vestrae fidelitatis . . . licentiam, franchesiam & libertatem in terris cultis & incultis quibuscumque & quorumcumque locorum distantium circa civitatem meam Aquensem spatio v. leucarum pascendi, Pasturgandi quacumque animalia vestra. Charta ann. 1435. in Tabular. S. Victoris Massil. Eis dignaremus concedere franchisesias & libertates necnon Pasturgandi & laborandi in loco de Chaudelo.*

¶ PASTORIA, Parochia, Ecclesia, seu ipsarum bona & redditus. Charta an. 1351. tom. 2. Rer. Mogunt. p. 281. *Pastorias parochialium ecclesiarum in Bischoisheim, in Burgestad, . . . cum omnibus juri- bus & pertinentiis earum integraliter vobis & prædicta Ecclesia nostra, in auxilium cottidianarum distributionum hujusmodi, inter Canonicos & vicarios . . . equaliter distribuendarum . . . annectimus & unimus. Acta SS.*

- to. I. Maii p. 774. *Iem dedit Pastoriam Wassenhein.*
- ¶ PASTORIA, Domus pastoris seu curionis. Miracula B. Wernheri to. 2. April. p. 720. *Respondit quod apud S. Wernherum in Pastoria per tres septimanas pausaverint.*
- ¶ PASTORICIUM, Jus ducendi animalia in pascua aliena. Tabular. Aureliense in Lemovic. *In hoc manso non est Pastorium, quia judicialis mansus est.*
- ¶ PASTORIGARE, ut *Pastorgare*. Vide in hac voce.
- ¶ PASTORIUM, PASTORIA. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 6. §. 1. *Si quis in exercitu aliquid furaverit, Pastorium, capistrum, frenum, feltrum, &c.* Lex Long. lib. 1. tit. 25. §. 35. *Si quis capistrum de capite caballi tulerit, componat sol. 6. Si quis Pastorium de caballo alieno tulerit, comp. sol. 6.* Ubi editio Heroldi habet *Pastorium*, pag. 93. Occurrit *Pastorium*, in Gloss. Isidori, in quo esse dicitur *Alviale templi vel safurium*, ubi legendum, *Pastoforium, atriale templi. vel * safurium.* Alias *safarium*. [Vide *Pastophorium*.]
- ¶ Idem videtur *Pastorium* quod Italis *Pastoria* etiamnum dicitur, *Pedica* nempe seu compedes quibus equi, ne aberrent in pascuis, impediuntur: nostris *Entraves*, Normannis inferioribus, aliisque *Paturres*, à parte pedum equi, vulgo *Paturon*, qua innectitur *pastorium*. Vide *Pasturale* 1. & *Pedica* 1.
- ¶ PASTRIX, dicta Abbatissa quod in moniales officio pastoris fungatur. Litteræ Henrici V. Reg. Angl. an. 1414. apud Rymer. to. 9. p. 157. *Eidemque Archiepiscopo eligendi, sibi & domui sue prædictæ, personam idoneam in Abbatissam & Pastricem liberam potestatem concesserunt ista vice.* Charta ann. 1439. in Tabular. Fare-monasterii: *Aliique in electione Abbatissa dicti monasterii vocem habentes, ad electionem futura Abbatissa seu Pastricis ejusdem monasterii procedere cupientes, &c.*
- ¶ PASTUAGIUM, Idem quod *Pastio*. Charta an. 1067. ex Tabul. Major. Monast. *Dedimus etiam... decimum porcum Pastuagii de Brionensi.* Vide *Pasturagium*.
- ¶ PASTUARIUM, Pascuum, pratum, vel etiam Censu qui ex pascuis percipitur. Charta an. 1265. in Chartul. S. Vandreg. to. 2. p. 1611. *Omnes tenementum & totum jus quod de ipsis tenebam apud Liebecort in parrochia de Forest & alibi in suo feodo videlicet in terris, redditibus, Pastuariis, consuetudinibus, nemoribus, &c.* Vide *Pastio*.
- ¶ PASTULA, Levior *pastus*. Vita S. Gerardi Abbatis Broniensis n. 15. *Hujus ergo veneni attaminatus Pastula. &c.* gustatione.
- ¶ PASTUM, Pascuum. Charta an. 1196. in Tabular. S. Victoris Massil. *De malofossato præcipiunt ut esset Pastum & gastrum.*
- ¶ PASTUMGIUM, *Pastus* animalium. Charta an. 1272. to. 3. Hist. Harcur. p. 52. *Unam aciam prati ad Pastumgium ad viginti boves & ad centum oves & ad triginta sues & ad duos equos, &c.* L. *Pasturagium*.
1. PASTURA. Lindewodus in lib. 3. Provincial. Angl. tit. de Decimis: *Differunt pascua & pastura: nam Pastura omne genus pascendi significat, sive fiat in pratis, sive in stipula sive in agris, sive in campis: sed pascua est locus principaliter deputatus pecoribus pascendis, ut puta in montibus, moris, mariscis & planis non cultis nec aratis.* [Omnes *Pasturas* forestæ, in Charta an. 1172. apud Pillet. Hist. Gerbored. pag. 336.]
- ¶ PASTURAVANA, *Vain pasturaige*. in Litteris Roberti Ducis Burgund. an. 1282. inter Ordinat. Reg. Fr. to. 4. p. 381. *Vain pasturage*, in Consuetudin. Trecenti art. 170. *Vive & vaine pasture*, in Burgund. Ducat. tit. 13. art. 4. Aliis *pascuum viride & vacuum*: *viride* seu *vivum* dicitur; cum in

- pratis herbae virent & in filvis glandes maturefcunt; vacuum vero seu vanum, tempore quo foenum alique fructus conditi sunt, quod Arelatenfes vocant *Espleches*. Charta ann. 1186. Hist. Mediani Monast. pag. 309. *Conferimus dilectis fratribus nostris de Boungart vanam Pasturam per totum bannum Visevallis, quandiu nos oves non habebimus quibus pascere jam dicta sint necessaria.* Consule Fortium in notis ad Decif. 9. Steph. & Gloss. jur. Gall.
- ¶ 2. PASTURA, Alimentum. Charta Eustachii de Campaines an. 1227. to. 9. Spicileg. Acher. pag. 657. *Dedi & concessi in puram & perpetuam elemosynam... Andrensi ecclesie sex polkinos frumenti ad Pasturam.* Proprius de animalibus dicitur in Statutis Bressiæ. Locus est in *Micallia*.
- ¶ PASTURAGIUM, Pascuum, jus in eo pascendi, necnon & census qui pro ejusmodi jure percipitur. Charta an. 1202. in Tabular. Belli-portus: *Alanus dominus de Goelou Henrici Comitis filius, dedi Abbatia Belli-portus in forestis meis pannagium porcorum suorum, & Pasturagium caterorum animalium suorum.* Charta Philippi Augusti ann. 1207. apud Duchesn. Hist. Norman. pag. 1063. *Præterea concedimus eis pascnagium & Pasturagium porcorum & animalium suorum ad suum proprium usum in forestis & domaniis nostris.* Charta an. 1227. in Tabular. S. Nicasii Rem. *Homines de Baio habeant Pasturagium & usum pasturagii... ab usu pasturagii in omnibus aliis nemoribus abstinebunt.* Alia an. 1286. apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. p. 909. *In pertinentiis ejusdem nemoris, sive sint prandio costumali, avenagio, Pasturagio, guardis, vel rebus aliis quibuscumque.* Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1421. apud Rymer. to. 10. pag. 89. *Una cum libera molaria in molendinis, ... ac libero pascuagio in Pasturagio pro omnibus animalibus suis (exceptis capris) in foresta &c.* Vide *Pastuagium*.
1. PASTURALE, Equi pedum, & aliorum quadrupedum pars ima, Italis *Pasturale*, Gallis *Pastureau*, [vel potius *Paturon*.] Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agricult. c. 9. *Equus habens juncturas cruriam naturaliter grossas, & Pasturalia curta velut bovina, fortis esse censetur.* Ubi nescio cur vetus interpres Gallicus verterit, *qui a les jointures des cuisses naturellement grosses, & les maschoïeres courtes comme bœuf.* Nam alia sunt *pasturalia* à maxillis. Adde caput 57. ejusdem libri, ubi perperam *postucalia* editum, quo loco interpres *pasture* reddidit.
- ¶ 2. PASTURALE, Idem quod *Pasturagium*. Charta Willelmi Aquitan. Ducis an. 1069. in Histor. MS. S. Cypr. Pictav. p. 248. *Dono jam dictæ ecclesie nemus vivum & mortuum, & omnia jam dictæ ecclesie necessaria, & Pasturale ad universa animalia.* Charta an. 1100. to. 10. Spicil. Acher. p. 164. *Totum alodium & dominium... cum terris cultis & incultis... cum herbis, cum pascuis & Pasturalibus, cum rivis, &c.* Tabular. Prioratus Regniac. ad annum 1152. *Hugo de Ulmo & ejus uxor Parisia dederunt Pasturalia sua terra.* Charta an. 1207. in Hist. Codiac. p. 166. *inter Instr. Concedo etiam Pasturalia usque ad Travecy.* Vide *Pastura* 1.
- ¶ PASTURALLE, in Charta an. 1301. apud Thomasserium Consuet. Bituric. p. 123. *Si quis accusatus fuerit de Pasturalli, turelli vel platea arata, &c.*
- ¶ PASTURALIS, Eadem notione. Vetus Charta Aragon. to. 8. Spicil. Acher. pag. 268. *Et insuper vobis dono omnes Pasturales.*
- ¶ PASTURARE, Pascere. Charta Arnulfi Comit. Gifn. an. 1217. to. 9. Spicil. Acher. pag. 627. *Sive ad edificandum in eo, sive ad fodiendum, sive ad*

Pasturandum, sive ad glebas vendendum. Tabular. Dolense ad ann. 1291. Asserebamus nos & homines nostros habere usagium ad Pasturandum & ad alia necessaria in quibusdam terris. Charta an. 1388. apud Rymer. to. 7. pag. 607. Dicta animalia... Pasturanda & sustentanda. Vide Pastorgare.

¶ PASTURATIO, Pascuum, pratum. Bulla Innocentii IV. PP. ann. 1245. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1291. *Si vero de communi pastura & aliis terris adjacentibus sui divisio facienda, fiat per servientes hereditarios monasterii (S. Vedasti) & ad divisionem hujusmodi, baillivus Comitum ex parte ipsius monasterii tanquam advocatus, vocetur, & ea per divisionem remanebunt ad communem pasturam, sint perpetuo Pasturationes.*

¶ PASTURELLUS, Ager pascuus. Charta venditionis prædii dicti *Casseaux*: *Sive consistant in terris cultis & non cultis, vineis, pratis, pascuis, sive Pasturellis, nemoribus, &c.*

¶ PASTURGARE. Vide Pastorgare.

PASTUS, Convivium, refectio: nostris *Past*. Concilium Nannetense can. 15. *Pastos autem & comessationes quas divina autoritas vetat, &c.* [Riculphus Sueff. Episc. in cap. 20. Constitut. *Per singulas decanias presbyteri simul conveniant, non Pastis vel potationibus vacent.*] Tabularium Brivatense (h. 160. *Ut per singulos annos ad annuale meum in meam commemorationem Pastum optimum persolvant Canonici S. Juliani. Charta Gilberti Episcopi Parisiensis: Omnesque qui pro investitura illa pecuniam, Pastum vel aliquid ullo tempore promittent, darent vel acciperent, sub perpetuo anathemate ponemus. [Concordare in Pastum, in Actis S. Francisci de Paula tom. 1. Aprilis pag. 169. de solvendo in singulos pastus convenire.] Hinc Pastoier, pastum dare, convivio excipere. Caton en Roiman:*

*Quant dois avec gens Pastoier,
Si dois ta langue castoier
Qu'elle soit de parler courtoise.*

¶ PASTUS, Cibaria, annona, Gall. *Vivres*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 32. p. 78. *Omnia victualia ab eadem villa, & ejus custodibus, secludere, & ipsos in eorum, secundum ejus beneplacitum, reddicionem fame coercere satagit & anelat... Sicque Pastus defectum patientes, comes Dorcestria, & populus sibi commissus, egere cæperunt.*

PASTUS sumitur eadem notione, qua *Procuratio, convivium, cænaticum, &c.* de quibus vocabulis, suis locis agimus, seu pro eo jure, quo vassalli & tenentes Principem ac Dominum stas ac definitis vicibus, vel diebus, vel etiam quoties per vassalorum prædia iteragebat, convivio tenebantur excipere: quod quidem jus in præstationes pecuniarias sæpe numero commutatum legitur. Ac *Pastus* quidem qui Principes spectabat, mentio est in capitulis post Concilium Romanum an. 904. c. 8. *Ut Pastus Imperatoris ab Episcopis & Comitibus secundum antiquam consuetudinem solvatur.* Et in Charta Wiglasi Regis Merciorum in Monastico Anglic. to. 1. pag. 123. *Hoc modo per avum liberabo à Pastu Regis & Principum &c.* Concilium Trosleianum an. 909. cap. 6. initio: *Exactiones census ab ipsis Sacerdotibus sibi exquirunt, & xeniis ac Pastis, vel paraveredis, vel caballorum saginationibus Presbyteros affigunt.* Charta Galonis Episcopi Paris. an. 1107. *Sciendum vero est, quod illo die predictus Pastus redditur, scilicet ex porcis vivis & sana carnis, ex 2. modis vini, & dimidio sextario, &c.* [Præceptum Theodorici Calensis apud Eccardum in Famil. Habsburgo-Austr. col. 113. *Non Archidiaconus,*

non ecclesie judices, nec censum mittere, neque Pastum, neque honorem in rebus monasterii accipere audeat. Charta an. 1244. in Tabular. Compend. *Major autem Pastum quem dicebat se habere &c.* Pastus consuetudinarii, in Tabul. S. Cyrici Nivern. num. 80. Pastus hac notione passim meminerunt veteres Chartæ apud Miræum in Donat. Belgic. lib. 1. cap. 38. Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 96. 121. 177. in Regesto pag. 33. 37. 53. 55. Sammarthanos in Episcopis Tolofanis p. 680. in Monastico Anglic. to. 1. pag. 100. 236. apud Rouillardum in Meleduno pag. 415. 416. & in Iehuno p. 57. Jacob. Petitem post Pœnitentiale Theodori p. 669. 670. &c. Adde Leges Longob. lib. 3. tit. 12. §. 1. Vide *Parata & Procuratio.*

¶ PASTUS NUPTIALIS, Jus quod à recens nuptis parcho debetur. Fulla Clementis PP. V. ann. 1309. apud Lobinel. to. 2. Hist. Britan. p. 461. *Nec non & super Pastu nuptiali parochianis ipsis a nubentibus seu nuptis debito ex consuetudine simili.* Vide *Missus* 1.

PASTUS CABALLI, Qui debebatur missis Dominicis, & à quo immunes erant prædiorum Ecclesiasticorum coloni. Capitul. Caroli C. tit. 3. 2. c. 2. *De manso... ad Ecclesiam dato nullus census, neque caballi Pastus à senioribus de Presbyteris requiratur.* Eadem habentur in Concilio apud S. Macram c. 6. Adde Hincmarum Kem. in Capitulis ad Archidiaconos datis c. 6. *Caballorum saginationibus Presbyteros affligere, in Concilio Trosleiano an. 909. c. 6.* [Tabular. Rothon. *Gleumonoc dat S. Salvatore Rothonensi Botdearec & Randobrocar cum massis... sine censu, sine tributo & sine Pastu caballis.*]

PASTUS CANUM venaticorum. Vetus Charta apud Augustinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. 823. *Duos nihilominus Pastus, quos ex consuetudine habebant in Obedientia Chameriaci, unum mihi, alterum canibus meis, unoquoque anno solvendo &c.* Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 27. *Comes habet etiam in terra de Corcillon hostem, custodiam, talliatam, & in molendino de Sarrevel Pastum canibus semel in anno.* [Vide *Bren*.]

PASTIO, Idem quod *Pastus*, in Charta Caroli Calvi pro Ebroino Episcopo Pictav. apud Beslium: *Aut canaticum, aut Pastionem, aut laudaticum, &c.*

PASTELLUS, PASTILLUS, diminutivum à *Pastus*. Joan. de Janua: *Pastillus parvus pastus.* Concilium Romanum II. sub Gregorio I. PP. & lib. 4. Epist. 44. *Antiquam Patrum regulam sequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam nova per ambitionem simulatio invenit appellatione Pastelli.* Hincmarus in Capitulis ad Presbyteros parochiæ suæ cap. 15. *Non quasi ad prandium ibi ad tabulam resideant, & per tales inconvenientes Pastellos se invicem gravent.* Vide *Pastillus*.

PASTILLATICUM & PASTELLATICUM, Jus *Pastus*, seu *Pastelli*. Joan. Diaconus lib. 2. de Vita S. Gregorii M. cap. 5. *Omnes consuetudines quas contra priscam traditionem Apostolicam noviter pullulasse cognoverat, videlicet de contegendo Dalmaticis Apostolico feretro, de Pastillatico pro pallio, vel consecratione Pontificum, ... segregavit.* Et lib. 3. cap. 5. *Cum vero quosdam cognosceret, ad evitanda simoniaca hæresis crimina, pestifera negotiationis munera Pastellaticum callide vocitare ac hujusmodi mutato nomine sua cupiditatis avaritiam velle contegere, &c.*

¶ Rectius Macer in Hierolex. *Pastellum* interpretatur Sigillum sive ejus impressionem in *pastu* cerea, quomodo in Brevibus Apostolicis, aliisque privi-

legiis fieri solet: hinc *Pastillaticum* & *Pastellaticum*, si eidem fides, specioso nomine dicebatur quidquid pro ejus sigilli impressione exigebant; quam simoniacam labem penitus sustulisse Gregorium M. refert Joannes Diaconus locis supra laudatis. Nec ab eo dilientit Christianus to. 1. Rer. Mogunt. pag. 307.

PASTUS, *Pastio*, vel *pascuum*, *Pastis*. Chronicon Fontanellense c. 3. *Wandonis equum qui ibi in Pasto constitutum ceperit, extemplo assumpsit.*

PASTUS, haud satis mihi nota significatione, in Libertat. Pontis-Urfonis tom. 4. Ordinat. Reg. Franc. p. 640. *Molendinus tenet in angulis, dimidium boessellum & Pastum; nisi idem sit quod Pugillata, quantum pugillo seu manu, vulgariter Pate, continetur, Gall. Poignée.*

PASUAGIUM, *Pascuum*, *pratum*, pro *Pasua-gium*. Vide *Pastio*. Charta Philippi Nobilis Comit. Namurc. an. 1198. apud Miræum to. 2. p. 1203. *Unum porcum quadraginta denariorum quoquo anno in Pasuagiis Namurcensibus.* Rursum occurrit infra.

PATA, Ornamentum ecclesiasticum, limbus quidam quo utuntur in plerisque ecclesiis Cathedralibus. Inventar. Ornament. & Reliq. Eccles. Noviom. an. 1419. *Item quadam Pata de panno aureo, bordata de sandalo nigro, duplicata etiam de eodem sandalo.*

PATACO, vulgo *Patagon*, Moneta Flandrensis argentea, in cujus altera parte efficta Crux S. Andreae cum corona in ejus medio atque hac inscriptione: *Albertus & Elizabetha Dei gratia; ex averfa vero parte scutum coronatum cum leunculis, in circulo Archiduces Austria. Duces Burgundia & Brab.* pretii saltem an. 1651. 48. dehinc 58. *patarorum* seu solidorum. Chron. Bonæ-Spei p. 547. Anno 1651. mutuo cepit . . . mille Patacones. Pag. 548. *La somme de 2400. florins une fois en espece de Patacons à 48. patars piece.* Synodus Limæ ann. 1594. to. 4. Conc. Hisp. p. 707. col. 1. *Quod opus à dictis Indis factum vel septem vel octo Pataconibus vendant, cum ipsis constiterit tantum iribus.*

PATACUS, Idem quod *Patarus*, Minutioris monetæ genus apud Provinciales, Delphinates, aliofque, pretii duorum denariorum. Charta an. 1490. ex Schedis Præf. de *Mazaugues*: *Pro quolibet animali grosso reducto cujuscumque speciei sit . . . Pataci decem . . . & pro quolibet animali porcino reducto, hoc est pro bestia grossa . . . similes Pataci decem.* Rabelaisius lib. 3. cap. 26. *Tant que le sac de bled ne vaille trois Patacs, & le bussart de vin que six blancs.* Villon: *Ce Limousin; c'est chose vraye, Qu'il n'avoit vaillant un Patac.*

PATAGINE, *quum propius* (f. propter) *pituitam*, non facile labra moverunt, (f. moventur.) Sic in Glossis antiquis MSS. apud Festum, *Patagium* est morbi genus. (Is est morbus, inquit Grævius ad Gloss. Isid. quo qui corripuntur, subito tanquam fulmine tacti moriuntur, aliter dicitur ἀποωληξία.)

1. PATAGUS, *Morbus, vitium, & plaga nascens ex casura dum colitur.* Item morbi genus pestilentis, quo correpti morientes navolos in corpore ostentant & maculas. Laurent. in Amalth. post Scaliger.

2. PATAGUS, Idem quod *Patacus*. Charta ann. 1433. in Tabular. Lccl. major. Massil. *Volumus quod detur omnibus pauperibus intervenientibus in die obitus nostri cuilibet unus Patagus.*

PATAMEN, *Patens aditus & egressus*, in lege 53. Cod. Th. de Operib. publ. *A platea aditus atque egressus Patamen.*

PATARACINUM. Fragmentum Petronii: *Clamat*

itaque primus, cum Pataracina poposcisset, dies, inquit, nihil est, dum versus te nox sit.

PATARDUS, pro *Patarus*. Vide in hac voce. Menoti Serim. fol. 140. *Non sic Galli & maxime Picardi faciunt: postquam summam numeraverunt & hospiti satisfecerunt, adhuc bene potabunt vinum pro sex Patardis, si sit parum panis duorum denariorum super mensam.*

PATAREA, Hæresis *Paterinorum*. Bonizo Episcopus Sutrinus in Chronico Romanor. Pontificum ex Bibliotheca Cæsarea apud Lambecium lib. 2. Comment. *Et de Stephano Godefridi Regis germano, & qualiter ejus temporibus Patarea apud Mediolanum exorta est: & de Nicolao Papa, &c.* [Vide infra *Paterinus*.]

PATARENI, **PATARINI**. Vide *Paterinus*.

PATARUS, vulgo *Patart*, idem Provincialibus ejusdemque pretii ac *patacus*, Belgis vero solidum valet. Charta Renati Reg. Provinc. an. 1460. *Rex ordinat levare Pataros duos pro quolibet florenno super extraneos vendentes pisces Massilie loco medii grossi.* Statuta MSS. Card. Trivoltii Abb. S. Victoris Massil. ann. 1531. *Item pitansarius tenetur dare tempore Adventus & Quadragesime singulis diebus Pataros tres pro pitantia cuilibet religioso.* Ibid. *Item tenetur facere ardere die ac nocte unam candeleam ceream grossitudinis (i. pretii) unius Patari in capella B. Marie.*

PATATIUS, ut *Patarus*, Moneta Dalphinalis. Charta Humberti II. an. 1343. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 516. *Patatius niger pro tribus denariis, denarius niger pro uno denario, &c.*

PATEGARE, *Pascere*. Transactio inter Conventum S. Andreae Regensis diœcesis & D. Jacobum *Aperi oculos* dominum de Trevanis an. 1317 ex Schedis Peiresc. apud Præf. de *Mazaugues*: *Quod avere . . . possit perpetuo & sine aliqua contradictione pascere, & ipsi homines & dominus dicti castri Pategare in aliis possessionibus.*

PATELLA, apud Celsum lib. 8. c. 1. dicitur *Commisura femorum osse parvo molli & cartilagineo tecta.* Utitur etiam Sextus Platonius lib. 1. de Medicina animal. cap. 1. num. 14. ut & Anonymus de Gestis Constantini M. de Zenone Imperat. *Perhibent de eo quia Patellas in genucula non habuisset, sed mobiles fuissent, ut etiam cursu velocissimo ultra modum hominum haberetur.*

PATELLA. Papias: *Arula, patella carbonum, craticula.* [Charta Alphonsi VI. tom. 3. Concil. Hispan. p. 284. *Nullus habeat ibi furno vel Patella, sed ubi fuerit invento, frangatur, & det abbati quinque solidos.*]

PATELLA SALIS, vel *salinarum*, [Salina, Gall. *Saline*, Locus in quo sal conficitur. Charta Lotharii Imper. an. 844. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 35. *Nulla thelonia de illa eorum Patella, que est in Mediano vico, hoc est Marsalle dare nec solvere debeant.* Testam. Eddonis Episc. Argent. sub Pipino Rege apud Eccardum in Origin. Habsturgo-Austr. col. 545. *Dedimus . . . in Marsalla villa mediam Patellam salis ad predictam cellam in stipendium ipsorum monachorum.* Charta an. 1138. apud Calmet. Hist. Lothar. to. 2. col. 316. *Jus unius Patelle apud Marsal, tam in nummis quam in sale in perpetuum damus.*] Testamentum Fulradi Abbatis S. Dionysii: *Patellas ad sale faciendum in vico Bodatio seu Marsallo cum sessis eorum.* Annotatio Arnonis Episcopi sub Carolo M. apud Anisium: *Simulque & tradidit jamdictus Dux in eodem pago, in loco qui vocatur Salinas, fornaces 20. & totidem Patellas, & tertiam partem de putiatorio concessit.* Metellus in Quirinalibus:

Fonte salinarum loca viginti Patinarum,
Duobus additis, simul sustulit ille furor.

Chronicon S. Michaelis Virdun. pag. 385. Huic Smaragdo auctoritatis suæ præceptum contulit, de prædicta loci libertate: contulit & aliud de libertate carrorum & summariorum & Patellarum in Vico & Marsallo. Adde pag. 412. Chronicon Reischerfperg. an. 1137. Patellam in Halla cum uno curtilli in ipsa villa Hallensi. Patella salis, in eodem Chronico an. 1141. Patellam salis in Halla. Ann. 1146. Patellam salis & alia prædia ab eodem Episcopo donata. Joannes Abbas in Vita B. Joannis Abb. Gorziensis cap. 10. n. 89. Salinas... exstruere (curabat) ut in loco eodem plures, quas dicunt Patellas, partim ex integro cum ipsis scabibus emptas, partim... reparatas, &c. Historia Australis an. 1295. Qui combusserunt & destruxerunt Duci Austria duas Patellas salis, &c. Adde Acta S. Quirini Mart. num. 12. & Chartas Caroli Cal. & Mainardi Comitum Morfpecensis an. 1125. apud Doubletum pag. 779. Metropolitim Salisburgensem to. 2. p. 264. to. 3. p. 243. &c.

¶ **PATELLA**, Præstationis genus, quæ ex *Patellis* percipitur. Charta Narrioti domini de Tuciaco ann. 1110. in Tabular. Floriac. Dimisit abbati Floriacensi omnes malas consuetudines quæ usurparat, videlicet talliam denariorum, raptum, incendium, ... vaccam ex karro, tripediam, Patellam & cacabum. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 72. vº. Solimanus & Amingus... solvant de unaquaque Patella omnes in eodem fisco, pro qua tres vices ibidem in anno bratsaverint modium 1. de avena.

¶ **PATELLA**. Charta Gaufredi Comitum Andegav. an. 1135. ex Archivo Regio, [nunc edita to. 4. Ordinatio Reg. Franc. p. 633.] Quicumque autem voluerit vinum Andegavis adducat, ibique non cum Patella, sed cum lagunculis illud vendat, Comitique suam costumam rectam, scilicet de singulis modis quinque denarios reddat. [Galli diceremus Vendre à plats & asfiètes.]

¶ **PATELLÆ COCTÆ** singulis hebdomadis ex micis quæ è mensis monachicis levantur, apud Magistrum in Regula cap. 23. 25.

¶ **PATELLA**, Lampadis species, ab ejus forma sic dicta, quæ sebo aliave materia alebatur. Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. c. 3. Quo ex more expleto extinguit candelam, & ponit eam cum sconsa juxta Patellam illam quæ in fenestra dormitorii & necessariorum accensa illuminat utramque. Ibid. c. 13. Patellas dormitorii, infirmaria, cellarii cellaque novitiorum, recepto sevo à camerario, ipse implere facit famulis suis, & ponit lychnos de sub. Et cap. 27. Statim accendat Patellam quæ in schola est.

¶ **PATELLA**, Objectaculum ligneum, Gall. Bonde. Litteræ Caroli V. Franc. Reg. an. 1365. Si contigerit per diruptionem seu fractionem calceia sive Patella stagni aquam arrestari, &c.

¶ **PATELLATA**, diminut. à *Patella*, Gall. Petit plat. Ordinatio Humberti II. super numero & ordine mensarum, to. 2. Hist. Dalphin. pag. 313. Diebus vero quibus non comeduntur carnes, dentur eisdem panes & vinum, prout supra, & quatuor Patellata ovorum & in qualibet Patellata sint sex ova.

¶ **PATENA**, Vas latum definitur à Columella lib. 12. cap. 43. Unde Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 24. ait patenam dictam à patendo, quod patula sit. Joannes de Garlandia in Synonymis:

A pateo dicas patenas, conjunge patellas,
Vas dico Patenam, calicis tectura patenam.

Est autem vas Ecclesiæ ministeriis dicatum, cujus usus in oblatione Corporis Dominici olim fuit, &

jam est, *Δισκοκάλυμμα*, Germano Patr. in Theoria, *Δισκοπέληρον*, Nicetæ & auctori Descript. S. Sophia. [Lex Bajwar. tit. 1. cap. 3. Si autem de ministerio ecclesiæ aliquid furaverit, id est, calicem, aut Patenam, vel pallam, &c.] Alcuinus Poëm. 3.

Aureus atque calix gemmis fulgescit opertis,
Ut calum rutilat stellis ardentibus aptum;
Sic lata argento constat fabricata Patena,
Quæ divina gerunt nostræ medicamina vitæ.

Anastasius in S. Silvestro: Obtulit Patenas aureas 7. quæ pensant singule libras 30. In Nicolao: Patenam ex auro purissimo misit Michael Imp. cum diversis lapidibus pretiosis, &c. Vita S. Desiderii Episc. Cadurc. cap. 9. Nec desunt Patena sacris Propositionis panibus præparata. Helgaudus in Roberto Rege Franc. Fecit in ipso sancto calice Patenam ad consociendum in ea Corpus Redemptoris mundi. Exstant in Ordine Romano orationes ad Benedictionem Patenæ, quæ ibi appellatur *Vasculum* in quo Eucharistia reconditur, [in Missali Francor. in quo conficitur Corpus D. N. J. C.] Vide Card. Bona lib. 1. Liturgicor. cap. 25. num. 3.

¶ **PATENA**, Lamina, vel ferrum latius, & deductum in laminas, quibus ferrei thoraces constabant: limbos vocat Ammianus lib. 16. Thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti. Willelmus Brito lib. 3. Philipp.

Vix obstat ferro fabricata Patena recocto,
Qua bene munierat pectus sibi cautus ab hoste.

Lib. 11.

Tot ferri sua membra plicis, tot quisque Patenis
Pectora, tot coriis, tot gambesonibus armant.

Vide Plata.

¶ **PATENS**, nude pro *Litera patens*. Litteræ Eduardi III. Reg. Angl. an. 1367. apud Rymer. to. 6. pag. 573. Cujus tenorem, sub magno sigillo nostro, in forma Patentis, vobis mittimus. Vide *Litera*.

¶ **PATENTA**, Eadem notione, *Patente*. In Cancellaria Ferdinandi II. Imperat. Comiti Johanni de Nassaux *Patenta* transmissa est.

¶ **PATER**. Papias: Genitor natura vocabulum est, Pater dignitatis. Quod quidem discrimen observare est in Epistola Theodeberti Regis ad filium Mauricii Imperatoris: Et quia ad serenissimum atque piissimum Patrem nostrum, genitorem vestrum Mauricium Imperatorem... legatarios direximus, &c. Vide Dissertat. 23. ad Joinvillam p. 288.

¶ **PATER** potissimum titulo, honoris & observantiæ causa donati seniores à junioribus, qui vicissim ab eis ad animi paterni testimonium *filii* vocabantur; eodem præterea utebantur inferiores erga superiores suos; sed & pares dignitate interdum iis titulis sese invicem compellant: sic Jacobus V. Rex Scotor. Henricum VI. Rex Angliæ *patrem* nominat, in Epist. apud Rymer. to. 13. p. 50. Excellentissimi & illustrissimi principis Patrisque & consanguinei nostri carissimi Henrici... Regis Angliæ, &c. Et Henricus Jacobum *filium* vocat, in Epist. apud eundem ibid. pag. 56. Illustrissimi principis consanguinei & Filii nostri carissimi Jacobi Scotorum Regis, &c. At, quod notandum est, Abbas Certensis Henricum Reg. Angliæ eodem *Patris* nomine compellat, in lib. nigro Scaccarii p. 62. Venerabili karissimo domino suo Henrico Dei gratia Angliæ Regi... frater A. indignus minister Certes, salutem & orationes. Sciat diligentia vestra, karissime Pater & domine, quod &c.

¶ **PATER**, & **PATER MONASTERII**, Abbas. S. Augustinus lib. 1. de Morib. Eccl. Cath. cap. 31. Illi autem Decani cum magna sollicitudine omnia disponentes,

tes, ... traditionem tamen etiam ipsi reddant uni, quem Patrem vocant. Gregorius M. lib. 1. Dial. cap. 1. Monasterium construxit, in quo ducentorum ferme monachorum Pater extitit. Adde lib. 2. cap. 3. lib. 3. cap. 23. 33. Cæsarium Arelat. in sermonibus non semel, Regulam S. Fructuosi cap. 15. Isidorum Hispal. Epist. ad Leudefred. Cordub. Episc. Regularum Concord. Anglicæ nationis apud Selden. ad Ladmer. p. 150. 153. &c. [Sic & Abbatissa Mater monasterii dicitur.] Vide Mater.

PATER, Patrinus. Pœnitentiale Theodori Cantuar. cap. 4. In Catechumena & baptisate & confirmatione unus potest esse Pater, si necesse sit. Ruffinus lib. 1. in S. Hieronym. Quorum alter nunc Presbyter beate memorie Valeriani, alter Archidiaconus, alius Diaconus, simulque Pater mihi & doctor symboli ac fidei fuit.

PATER ABBAS, seu Abbas domus illius quæ alteram genuerit, qui Abbas majoris Ecclesiæ dicitur, in Charta Charitatis Cisterciensis cap. 5. Rainardus Abbas Cisterc. in Constitutionib. ejusdem Ordinis c. 65. Defuncto Abbate, Pater Abbas vocetur, & si qui sunt Abbates quos domus illa genuerit. Qui quidem Abbas jus superioritatis & visitationis habebat in monasteriis quæ genuerat, ut habent institutiones Capituli General. ejusd. Ordinis. distinct. 1. cap. 4. 6. dist. 5. cap. 3. 18. 19. 22. dist. 17. c. 1. 2. dist. 15. c. 4. Ejus vero respectu dicuntur alii Abbates Filii. Idem Rainardus cap. 77. Abbas filius qui Abbatem suum eum corripientem de ordine suo contempserit, &c. Et jus superioritatis, paternitas appellatur in Antiquis definitionibus ejusdem Ordinis distinct. 15. c. 1. & in novis, distinct. 14. c. 1.

PATER CONFSSIONUM, Qui vulgo Confessarius, apud Florentinum Wigorniensem p. 604.

PATER CIVITATIS. Synodus Mopsuestana in quinta Synodo Constantinopolitana collat. 5. Comitatus Agens in rebus & Pater civitatis dixit, &c. [Vide Glossar. med. Græcit.]

PATERFAMILIAS, Qui sui juris est, à paterna potestate liber. Charta Caroli IV. Reg. Franc. an. 1325. to. 8. Spicileg. Acher. p. 263. Ludovicum ætatis septem annorum vel circa emancipare possit, & à potestatis paterna vinculis liberare ... ad finem quod extunc dictus ejus filius Ludovicus, in quantum ad paternam attinet potestatem, existat sicut Paterfamilias sui juris ... Agat idem Ludovicus & contrahat, ceteraque faciat sicut Paterfamilias, sui juris existens, potestate paterna sibi extunc in antea non obstante.

PATER IMPERATORIS, πατήρ βασιλέως, βασιλεωπάτωρ, Dignitas qua donatus Romanus Lacapenus, priusquam Imperator dictus fuisset, apud Luitprandum lib. 3. c. 7. 8. & Tzautzas Stylianus focer Leonis Philosophi Imperatoris, apud Zonaram, Cedrenum, Leonem Grammaticum, & alio. Constantinus Manasses de Romano: πατέρα & προφύλακα πασι τῆς βασιλείας. Ita πατήρ τῆς κωνσταντινουπόλεως, Suidæ dicitur Patricius, ut Pater Imperii, Corippo. Dignitas vero ipsa βασιλεωπατορία, Georgio lib. 1. Hist. cap. 27. p. 44. ubi de Michaële Palæologo, qui junioris Lascaris tutelam exceperat. Et sane aliam nec diversam esse à Patriciatu plerique censent; cum ab ipsa ferme istius dignitatis origine Patricii Patres Imperatorum compellati legantur. Philostorgius lib. 11. c. 4. & ex eo Nicephorus lib. 13. cap. 1. de Rufino Eunucho Patricio, Arcadio imperante: ἀλλ' ἐπειδὴ ἤπερ αὐτὸν ἡ ἐκδομή τῆς ἀλβεργίδος ἀπεσέρεϊ, πείθει βασιλέα. ἰατρικόν τε καὶ ὑπατὸν ἀναγράφειν, καὶ ἢν λοιπὸν πατὴρὸς εὐσεβίου βασιλέως, ὁ μὲν ἐ τὸν τυχεύοντα παῖδα φῦσαι δυνάμενες. Majorianus Nov. 3. Cum Patre Patricioque no-

stro Richimere, &c. Hinc sancitum à Theodosio juniore, μὴ εἰσέρχασθαι εἰς Πατρικίαν ἀξίαν εὐνεχόν, apud Cedrenum, & Suidam in εὐνεχος, quod tamen non obtinuit, cum alii legantur deinceps Eunuchi apud Cedrenum & Luitprandum in Legatione. Claudianus lib. 2. in Eutropium perinde Eunuchum:

*Direptas quid plangis opes quas natus habebit,
Non aliter poteris Principis esse Pater.*

Alibi de eodem Eunuchio:

*... presidium legum, Genitorque vocatur
Principis, & famulum dignatur regia Patrem.*

Et Sozomenus lib. 8. c. 7. de eodem ὑπάτῃ καὶ πατρὸς βασιλέως ἀξία ἐτιμήθη. Justinianus lib. 1. Inst. Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur, de dignitate patriciatus: Quis enim patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare, Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum quem sibi Patrem elegit, ab aliena eximere potestate? Idem l. 5. C. de Consul. Ne videantur qui à nobis loco Patris honorantur, alieno jure esse subjecti. Corippus lib. 4.

Patricius senio fulgens Calinicus honore,

Qui pater Imperii meruit jam factus haberi.

Theophylactus Simocatta lib. 1. cap. 10. οἱ ταῖς κορυφαῖς τῶν ἀξιοματῶν περιλαμβόμενοι, εἰς καὶ γονεῖς ἀποκαλεῖν βασιλεὺς ἐν ἀπηξίωσιν. Huc denique pertinet Anonymi Epigramma lib. 4. Anthol. c. 4.

*Οὗτος ὁ κοσμήσας ὑπάτων θρόνον, τὸν τρισέπαρχον,
Καὶ Πατέρα βασιλῆς ἐν καλέσαντο μέγιστοι.*

Nescio an eo etiam respexerit vetus Interpres Juvenalis Sat. 10. Tutor haberi Principis, Patricius fieri: nam is post Constantinum, à quo inventa Patricii dignitas vixit, uti observatum à Petro Pitheco ejus editore. Ut porro parentes, ita & patres compellabant, summos magistratus, ut est in Passione S. Savini n. 2. Vide Gloss. med. Græcit. in πατήρ.

PATER MATERNUS, Matris gerens affectum. Gerardus in Vita S. Adalhardi n. 36. sæc. 4. Bened. part. 1. p. 354. Sed non est permittus, à filiis suis scilicet, quorum erat spes maxima post Deum, & Pater maternus.

PATER NATURALIS, Genitor. Formula inter Sirmondicas 23. Dum peccatis meis facientibus orbatum sum à filiis, mihi placuit ut illum una cum consensu patris sui in civitate illa cum curia publica de potestate Patris naturalis discedentem & in meam potestatem venientem in loco filiorum adoptassem.

PATER PATRUM, Titulus concessus summo Pontifici ab Africanis Episcopis in Epist. ad Theodorum PP. quæ exstat in Synodo Lateran. sub Martino I. PP. act. 2. à Cyro Episcopo Phasidis in Epistola ad Sergium PP. quæ legitur in sexta Synodo act. 13. à Patribus Concilii Constantinopolitani Hormisdæ PP. apud Baron. an. 520. n. 41. ab Anastasio Bibl. in Epist. ad Adrianum PP. seu præfat. ad VIII. Concilium Oecumenicum, in Reclamatione Hincmari Laudunens. in Concilio Treccassino an. 878. Epist. 9. &c. Will. Brito lib. 9. Philipp.

Audet Apostolicis dare sub pietatis amictu

Verba viris qui sunt à Cardine nomen adepti,

Et Patrum Patri blando supplicare precatu.

Ita lib. 10. pag. 223. 226. lib. 12. pag. 245. & Ordericus Vital. lib. 12. p. 861. 895. Papa patrum, in Diurno Romano cap. 3. tit. 1. qui c. 5. tit. 3. Pater patrum. Gregorius IV. PP. in Epist. ad Episcopos Regni Francorum, queritur quod frater & Papa ab iis compellatus fuerit, cum Patrem appellare debuissent: Romano Pontifici scribentes contrariis eum in præfatione nominibus appella-

stis, Fratrem videlicet & Papam, dum congruentius esset solam ei Paternam reverentiam exhibere. Vide Durandum lib. 2. Ration. c. 1. n. 18. Ughellum to. 1. part. 1. p. 162. Savaronem ad Sidonium lib. 6. Epist. 1. Browerum lib. 11. Annal. Trevir. num. 70. [Masarum in Hist. Patr. pag. 148. & Goarum ad Eucholog. pag. 313.]

☞ Eodem titulo donati etiam interdum Episcopi. In Conc. Nicæno II. sess. 6. to. 5. Gregorius Nyssenus dicitur ab omnibus appellatus *πατήρ πατέρων*. Sic & apud Athanasium in Epist. ad Solitar. Osius Cordubensis Episcopus *πατήρ τῶν ἐπισκόπων* dicitur.

¶ PATER RELIGIONIS, Antistes, qui iis, quæ ad Religionem spectant, præest. Arnobius lib. 4. adv. Gent. *Quid dicitis, o Patres magnarum Religionum & potestatum? ergone à vobis Deos violari & negligi sacrilege clamitatis, quiritaminique contemni?*

PATER SPIRITUALIS, dicitur Sacerdos, illius cui baptismi Sacramentum impertiit. Avitus Vienneensis in homilia de Rogationib. *Prædecessor namque meus, & spiritualis à baptismo Pater, Mamertus Sacerdos; &c.* Petrus Damianus lib. 2. Epist. 14. pag. 200. *Senex quidam Presbyter, Severus nomine, qui nimirum spiritualis ejus Pater extiterat.* Vita S. Rictrudis Abbat. cap. 6. *Mauronto siquidem... Richarius Pater extitit spiritualis, eumque per sacrum baptismum Deo regeneravit.* Vita S. Trudonis c. 14. *Baptizavit illum, & à sacro fonte suscepit in utroque Pater illi spiritualis effectus.* Sed & Patrinus. Homilia Anonymi in Ascensu Domini: *Et certe dignum est, ut qui peccato carnalium parentum polluuntur, fide spiritualium Parentum salventur.* [Le Roman de Vacce MS. ubi de Richardo:

Dex crainst & ama le Pere esperital.]

PATER SPIRITUALIS, Qui à Confessionibus est, Confessor: Wigornienfi, loco laudato, *Pater confessionum.* Petrus Damiani lib. 4. Epist. 7. de Hildebrando Comite Tusciæ: *Hic Presbyterum quemdam, religiosum videlicet & honestum virum, spiritualem sibi fecerat patrem, à quo & pœnitentiam ex more percipiebat.* Leo Ost. lib. 2. cap. 30. de Lucio Abbate: *Reversus ad Principem... cui dudum & Pater spiritualis, & familiaris super omnes extiterat, &c.* De confessione etiam videtur intelligenda Regula Tarnatensis c. 3. *Spiritalem se fieri Patrem sine Abbatis imperio nullatenus acquiescat.* Ita Græci *πνευματικὸν πατέρα* indignant, ut [Anonymus Combesianus in Lacapeno n. 58. &] Pachymeres lib. 2. c. 27. lib. 4. c. 2. quem interdum *πατέρα* nude vocant, ut idem Pachymeres lib. 6. c. 10. l. 8. cap. 10. Vide Christophorum Angelum lib. de Hodierno Græcorum statu Græce edito Londini ann. 1619. cap. 22.

¶ PATER-NOSTER, Ital. *Paternostro*, nostris *Patenotre*, Sacer globulus, seu corolla precatoria ex his globulis composita, Gall. *Chapelet*. Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalph. p. 275. *Pro pectinibus sex & speculis sex & duobus filis de Paternostris de ambro, & duobus filis de Paternostris de currallo, & duobus filis de Paternostris de vitro... Item, in quatuor filis de Paternostris de cristallo, &c.* Litteræ Henrici IV. Reg. Angl. an. 1402. apud Rymer. to. 8. p. 277. *Duo paria cultellorum, unum parvum par de Paternostres auri, &c.* Chron. Mellic. pag. 435. *Verum moniales in Goss presentaverunt Paternoster de corallis & annulos.* Vita B. Columbæ Reatinæ to. 5. Maii p. 389. * *Genus flexi oravimus ipsam habitum de pœnitentia vestitam, zona cinctam, velato capite, floribus redimitam, cruce munitam ac Paternostris & liliis. Filum unum Paternostrorum argenti,*

&c. in Anonymi Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 808. Statuta Monialium S. Salvat. Massil. an. 1400. *Moniales annulos in digitis non habeant, quæ sacrata non fuerint. Devotiones etiam quæ Patrenostres vulgariter nuncupantur ad collum non portent.* Testam. B. Johannæ to. 5. Spicileg. Acher. pag. 630. *Et veux qui dient les heures telles qui sont ordonnées pour les freres lays en leur regle, c'est à sçavoir... Ave Maria & Patenotes.*

PATERÆ, Beleni, seu Apollinis Sacerdotes, Gallis. Aufon. in Profess. Burdig. Ep. 4. *Tibi Pateræ, sic ministros nuncupant Apollinaris mystici.*

PATERCA. Epistola Balduini Imperat. Constantinopolit. apud Arnoldum Lubec. lib. 6. cap. 20. *Inter duas turres qualibet seu Paterca, seu magnellus erigitur.* Sed nemo non videt legendum *petraria* & *mangonellus*. Vide in his vocibus.

¶ PATERE, Patefacere. Vita S. Wilfridi cap. 23. sæc. 4. Bened. part. 1. p. 689. *Veniente vero Archiepiscopo ad eos, quid mente agerent in contemptu ejus Patentes.*

PATERINUS. Hugo Flaviniacensis in Chronico p. 28. *Jam vero si quis esset qui Gregorio (VII. PP.) communicaret, his publice conviciis appetebatur, Hic hæreticus, destructor regni... & quodam adinventio nomine Paterinus dicebatur, forte quod Papæ, quem Patrem appellabant, adhæreret.*

☞ A loco urbis Mediolani, qui *Patarea* vel *Pataria* vocabatur, Arialditæ dicti olim *Patarini*, quod eo ad celebranda seorsim divina mysteria congregarentur; exstat etiamnum Mediolani locus seu via quæ *Pattaria* seu *contrada de' Pattari* vulgo nuncupatur. Id testatur Sigonius lib. 9. Hist. ad an. 1058. licet minus recte hujus vocis originem ad Arialdistarum adversarios referat: *Res eo usque infamia mutuis altercationibus jurgiisque deducta fuit, ut sacerdotes qui uxores haberent, præ pudore separatim à cæteris rem divinam facere cogerentur in loco qui Pataria dicitur; unde vulgo à pueris Patarini ad contumeliam dicebantur.* Exinde vero hæretici, qui circa undecimi sæculi initium Ecclesiam vexabant, eodem nomine à populo donati, quasi horrendum quid & infame sonaret, & ut quantum ab illis abhorrent, manifestius ostenderent; quod etiam labente eodem sæculo eadem ratione ab Henricianis ad Gregorium VII. ejusque fautores delatum est, ut pote qui omnium criminum rei habebantur. Vide Pagi ad an. 1058. Nec alia causa assignari legitime posse videtur cur

PATERINI, Dicti hæretici Valdensium sectarii, de quorum tamen appellatione sic Constitutio Frederici II. contra Hæreticos apud Vaddingum ann. 1254. n. 14. *In exemplum Martyrum, qui pro fide Catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, veluti expositos passioni.* [Idem docent Assisæ MSS. Siculæ Caroli I. Regis cap. 1. de Paterinis: *Li vice de ceaus sont coneu en leur anciens nons, & ne vueulent mie qu'il soient apelé par leur propres nons, mais s'appellent Paterins, par aucune excellence, & entendent que Paterins vaut autant come chose abandonnée à souffrir passion en l'essemble des Martyrs, qui souffrirent torment pour la sainte foy.*] Jacobus Petri Luccarus in Annalib. Ragusiensib. lib. 1. pag. 17. tradit ex Chronicis Bosnicis, & Petro Livio Veronense, sic nuncupatos *da Paterno Romano hæretico pessimo, che ricovero in Bosna, & sparse semi della sua diabolica dottrina in questo regno, & nel Ducato di Chelmo.* Quidam sic nuncupatos volunt, quod orationis dominicæ recitatione salvari se putarent. Petrus Monachus Vallis Sarnei in Hist. Albigenisium

cap. 2. *Isti siquidem ideo securius & effrenatius peccabant, quia credebant sine restitutione ablatorum, sine confessione & poenitentia esse salvandos, dummodo in supremo mortis articulo Pater noster dicere, & manuum impositionem recipere à Magistris suis potuissent.* Alii sic nuncupatos putant, quod cum sola eadem oratione Dominica sacrificium consecrarent, ut est apud Rupertum lib. 2. de Divin. offic. cap. 21. Everinus Steinfeldensis in Epist. ad S. Bernardum, de Hæreticis sui temporis: *Nobis aperte confessi sunt, quod in mensa sua quotidie cum manducant, ad formam Christi & Apostolorum cibum suum & potum in corpus Christi & sanguinem per Dominicam orationem consecrant, ut inde se membra & corpus Christi nutriant.* Sed & Gregorius M. l. 7. Ep. 64. Ind. 2. ait orationem Dominicam ideo post precem dici, quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem oblationis hostia consecraretur. Quæ caute capienda jam olim monuerunt viri doctissimi: nam Orationem Dominicam dictam super ipsum corpus jam consecratum suadent quæ sequuntur.

De *Paterinis* plura habent Reinerus libro contra Valdenses c. 6. Gesta Innocentii III. p. 135. Matthæus Paris ann. 1236. Concilium Lateran. III. sub Alexandro III. PP. c. 27. Constitutiones Friderici II. Constitutiones Neapolit. lib. 1. tit. 12. & Gretzerus in prolegomenis ad scriptores contra sectam Valdensium. Hos porro nostri *Patalins* & *Patelins* vocarunt. Assisæ Hierosolym. MS. cap. 266. *Se il avient par aucune malaventare, ou par aucun mal enseignement que un Chevalier soit Palatin, (sic MS. codex, & in lemmate capitis,) ou mescreant en Jesus Christ, & il en peut estre atteint & prové par veue de ses voisins, ou par sa reconnoissance, ou par ses compagnons qui reviennent à la droite foy, & l'encusent, ses Pers le doivent juger à arder, & tout quanque il a escheit au Seigneur par droit, &c.* At infra MS. codex præfert *Patalin*, duobus locis: *Soyent enfans dou Patalin, ou d'autres Barons, &c. Et se le sié ment de par le Baron Patalin.* Hinc *Patelins*, vulgo appellamus fallaces adultores, blandos assentatores, qui, ut sunt hæreticorum plerique, palpando decipiunt; quod de ipsis *Paterinis* observatum à nobis ad Alexiadem p. 422. Institutiones Justiniani vernaculæ, seu *en Roman*, MSS. *Et peur che sunt il dit Paterins, & est autant à dire come diviserres.* Id est, garruli, causeurs.

PATERNA. Vide Canones Hibern. l. 31. c. 20.

¶ **PATERNALIS**, Paternus. Charta an. 1438. ex Schedis Præf. de Maxaugues: *Intervenientibus licentia & autoritate Paternalibus ante dictis quitavit, &c.*

¶ **PATERNIANI**, Hæretici, qui inferiores humani corporis partes non à Deo, sed à diabolo factas opinantur, & omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impurissime vivunt. Hos etiam *Venusianos* quidam vocant. Ita S. Augustinus hæ. 85.

PATERNICUM, Successio vel hæreditas paterna, bona paterna. *Hæreditas paternica*, in Lege Alamann. cap. 57. & 91. ex Cod. Corbionensi, ut monet Baluzius. Charta Alamannica 50. ex Goldastinis: *Quantumcunque mihi in jamdicto pago Auguscuginse advenit tam de Paternico, quam de maternico, seu de comparato, &c.* Adde Chartam 58.

PATERNITAS, Abbatis munus, dignitas. Synodus Tullensis apud Saponarias an. 858. cap. 12.

Quod si Abbas negligens & sacris regulis inconveniens per directos Missos inventus fuerit, ab eadem Paternitate removeatur, & alius qui dignus fuerit, substituat. Vide Pater.

¶ Fuit & *Paternitas* titulus honorarius Episcopo-
Tom. V.

rum & Cardinalium. S. Bernardus Epist. 44. ad Henricum Senonensem Archiep. *Meminit vestra Paternitas, quod &c.* Occurrit rursus Epist. 47. & alibi. Laurentius Byzinius de Orig. belli Hussitici an. 1415. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 138. *Et surgens unus doctor, dictus Naso, dixit ad Cardinales, Miramur de vobis, patres reverendi, quod Paternitates vestra pro tali pessimo hæretico intercedunt.*

¶ **PATIBULATUS**, *Patibulo affixus aut destinatus, cruciarius.* Laurentius in Amalthea ex Sidonio. Utitur Plautus in Mostellaria Act. 1. sc. 1.

PATIBULUM, *Res patens*, in Gloss. Isid. [Laurentius in Amalth. *Patibulum, sera lignea, qua ostia clauduntur. Item crux. Item instrumentum vindemiatorum, scala plicatiles.*]

¶ 1. **PATIBULUS**, Idem quod *Patibulatus*, apud Apuleium Metamorph. l. 4. *Exitabili nexu Patibulum relinquens.* Alii Codices *patibulatum* legunt.

2. **PATIBULUS**, *Patibulum.* Capitulare 2. an. 813. cap. 11. *Et judices atque vicarii Patibulos habeant.* [Utitur Lucilius apud Nonium 3. 184. *Deligata ad Patibulos.*]

¶ **PATICES**, *ἐλκεν πληθὺν ἐν τραχήλῳ*, in Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerm. id est *Petimina*, seu ulcera in collo jumentorum. *Pantices* emendat Meursius. Vide *Panceps*.

¶ **PATICIUM**, Collegium, Societas maxime mercatorum. Statuta Placent. lib. 1. fol. 12. recto: *Item statuimus quod aliquis qui non sit de collegio seu Paticio mercatorum, seu mercandie civitatis Placentie, non possit ibi recipere terminum, nec se aliquo modo supponere jurisdictioni ipsius societatis vel collegii.* Vide *Paticus*.

¶ **PATICIUM**, pro *Paticium*, Tributum ex *Pacto* concessum. Charta an. 1396. apud Rymer. to. 7. p. 832. *Pro moderatione Paticiorum, ac reparatione & reformatione attemptatorum in eisdem partibus.* Litteræ Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1401. to. 8. pag. 223. *Ac super moderatione pactorum seu Paticiorum infra Ducatum nostrum.* Vide *Pactum*.

¶ **PATICIA**, fem. gen. in Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1421. apud eundem Rymer. to. 10. p. 307. *Præcipimus & mandamus quod non faciatis, nec per soldarios. . . seu ministros vestros fieri permittatis aliquas exactiones, Paticias, prisias animalium, &c.*

PATICUS, *Negotiator ipse*, in Glossis antiquis MSS. Vide *Particus* 1. & *Paticum*.

¶ **PATIENS**, Qui passus est. Missale Franc. apud Mabill. Liturg. Gallic. lib. 3. p. 315. *Sanctificamus hanc patenam ad conficiendum in ea Corpus D. N. J. C. Patientis crucem pro salute nostra omnium.*

¶ **PATIENTIA**, Scapulare monasticum, nostris etiam *Patience*. Vita B. Augustini Ord. Eremit. to. 4. Maii p. 623. *Tertia (pictura) continet dictum beatum cum splendoribus aureis, indutum tunica, Patientia ac capuccio albis & corrigia nigra.*

¶ **PATIGINARIUS**, Janitor, qui januam facit *patere*. Joan. de Janua.

¶ **PATIGUS**. Ordinat. Humberti Dalph. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Fr. to. 3. p. 277. *Quicumque incola ville Romanis volens in communibus plateis, viis seu carreriis seu Patigos vel vicis otreis ejusdem ville construere bancam, &c.* Monet Cl. Editor *Patigos* interdum occurrere in antiquis Recognit. pro loco derelicto; unde utcumque colligi potest hic usurpari pro plateis deviiis, Gall. *Rues écartées*.

PATILITER, *Divise, aut patenter*, in Glossis antiquis MSS. forte *partiliter*, prima significatione.

¶ **PATIMONIUM**, Passio, Gall. *Souffrance*. Disput. inter Cathol. & Pater. apud Marten. to. 5. Anecd.

- col. 1720. *Per amaritudinem & viam Patrimoniorum saluantur. Ubi leg. patimomiorum.*
- ¶ 1. PATINA SALINARUM, Idem quod *Patella salis*. Vide in hac voce.
- ¶ 2. PATINA, pro *Patena*, Vas ministeriis sacris destinatum, in Provinciali Lyndvoodi lib. 3. tit. 23. Alia notione vide in *Padena*.
- ¶ PATINA ANIMARUM. Synodus Valentina ann. 1584. inter Conc. Hisp. to. 4. p. 290. *Impense sumentur ex eleemosynariis Beatae Mariae Virginis, & animarum Patinis, ubi eleemosyna abundaverint. Id est, ex eleemosynis, quæ pro defunctis scutella in ecclesiis colliguntur.*
- ¶ PATINUS, Calopodium, seu lignea crepidula corio pedibus aptata, interdum & ferro instructa, Gall. *Sabot, galocche, patin*. Statuta MSS. Eccl. Aquens. an. 1259. *Nec etiam in ecclesia vel claustro portabunt (canonici) Patinos sive foccos ferratos strepitum magnum facientes. Stat. Capit. Audomar. Inhibemus ne aliquis deambulet per chorum cum calopodiis sive Patinis ferratis vel non ferratis dum Horæ cantantur.* Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 279. *Item, pro uno paro de Patinis pro Domino, gran. x. Statuta Collegii Cornugall. an. 1380. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 502. Nullus ambulet. . . cum calepodis, id est, cum Patinis.* Hinc emendanda Bulla Innoc. VIII. PP. an. 1484. in Continuat. magni Bullar. Rom. part. 3. p. 288. col. 1. ubi perperam editum *Pativos* pro *Patinos*.
- ¶ PATINI, Leviores calcei, vel udones, Gall. *Chaufsons*. Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 27. *In omni quarta feria, si est privata dies, & in omni Sabbato lavant (pueri) post vespertas calceos suos, lavant quoque Patinos suos consuetudinaliter ante Natale apostolorum Petri & Pauli. . . quos tamen non suspendunt ad siccandum in chorda, ut alii fratres, sed tantum deponunt in herbario claustris.*
- ¶ PATIRE, f. Disciplinam seu flagellationem pati. Libellus de Remed. peccat. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 48. *Si vult minus psallere & non vult Patire, prosternet se, canet frequenter in oratorio, videlicet vicibus centum, & dicat Miserere.*
- ¶ PATISSIUM, Tutela, protectio. Litteræ Henrici VI. Reg. Angl. an. 1440. apud Rymer. to. 10. p. 807. *Existentes dicta civitas & villa in Patissio seu sufferentia domini de Labreto, Rodrigo de Vilandrando. . . contra dictam sufferentiam, Patissium, literas, promissiones & sigilla dictorum.*
- ¶ PATITUR vocant Libellum ægrotanti præbendario concessum ut choro non intersit; est etiam signum quo notatur præbendarius absens ex morbo, vel ex licentia, quo fit ut redditibus consuetis non privetur. Regula consueta Toribii Archiepisc. Limæ to. 4. Concil. Hispan. pag. 677. *Præbendarius qui petierit vel acceperit Patitur, dum infirmus est, & sine licentia domo egressus fuerit ad aliquam aliam partem civitatis & non ad ecclesiam, perdet in pœnam Patitur totius temporis per quod non frequentavit ecclesiam.* Concil. Mexicanum an. 1585. ibid. pag. 408. *De Patitur præbendatis ægrotantibus concessio. Pag. 409. Si quis capitularis personaliter in choro vel alibi existens sibi pro vespertino tempore vel sequenti die hoc signum Patitur apponi à punctatore petierit, illud non obtineat. Quod si obtinuerit, totidem dierum aut horarum quibus tale Patitur habuerit, emolumentis mandato præsentis multetur. Si tamen aliquis ecclesie actualiter præsens adverso aliquo accidente vel indubitato morbo correptus fuerit, idque punctator insinuaverit, ejusdem Patitur signo in quadranti valide notetur. Quod esse ensigne dicitur, in Statutis Eccl.*

- Leichefeld. tom. 3. Monastici Anglic. pag. 244.
- ¶ PATITUS, ut *Patinus* vel *Patina*. Statuta Vercell. l. 3. fol. 101. v^o. *Item licitum sit cuilibet . . . ducere vel duci facere. . . calderias, subtilares, cathenas, Patitos, mercarias, &c.*
- ¶ PATIUM, Pratum, pascuum, Gall. *Pâtis*. Charta an. 1196. in min. Chartular. S. Victoris Massil. pag. 188. *Prior de Sexfurnis contendebat Dellembis esse publicum Patium & pascuum. . . De malo fossato præcipiunt quod esset Patium & gastum.* Charta Curia Arelat. an. 1225. *Ex injuncto igitur sibi officio. . . determinaverunt corsoria & Patia in modum infra scriptum.*
- ¶ PATIVUS, pro *Patinus*. Vide in hac voce.
- ¶ PATOR, Hiatus, apertura, à verbo patere. Apuleius l. 1. Metamorph. *Et jugulo ejus vulnus dehiscit in profundum Patorem.* Et l. 3. *Pamphile mea jam vecors animi, tectum scandulare conscendit, quod atrinsecus adium Patore perflatili nudatum.* Occurrit præterea lib. 10. & 11.
- ¶ PATRABULUM, Factum. Acta S. Huberti mon. to. 7. Maii pag. 275. *An hoc egregium ac divinum Christi Patrabulum frustra litterarum monumentis traditum est?*
- ¶ PATRARE, Generare. Anonymus in Hist. Palæst. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 25. *Satisfaciant ventribus, imperent & sermocinent per universam regionem illam, ut omnino dent sese ad petulantiam & luxuriam, multosque filios Patrare congaudeant.* Hinc emendandæ Glossæ Isidori: *Patravit, patrem fecit.* Leg. *patrem egit*; quod jam monuerat Grævius. Onomast. *Patro, πατρίσιον*. Vide *Patratio* & Lexicon Martinii v. *Patro*.
- ¶ PATRASTER, Vitricus, Jo. de Janua. Gloss. Sax. Ælfrici: *Vitricus, vel Patrafter, γερνο-πεδερ*, [Gall. *Paratre*. Vetus Gloss. MS. Sangerm. *Vitricus, Patrafter, vultuosus, contristatus.*]
- ¶ PATRASTUS, Ead. notione, in Chron. Besuensi to. 1. Spicil. Acher. p. 576. *Quadam mulier Sufisia nomine, pro remedio anime filii sui Vuidonis, quem ex Gisleberto suscepit, &c. Signum Sufisia. Sign. Æduini Patraasti ejus.*
- ¶ PATRATIO, est rei veneris consummatio, in Gloss. Arabico-Lat. [Vide *Patrare*.]
- ¶ PATREUS; Vitricus, in Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1013. & Isidori. Vide *Matea*. In Gloss. Arabico-Lat. habentur *Patros, vitricus*. [Scribendum monet Grævius *Patrous, πατρώος*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Patreus, parastre*. Occurrit eadem vox *Parastre* apud Bellomaner. c. 57. in Consuet. Montensi art. 6. 8. & Melodun. art. 149.]
- ¶ PATRIA, Pagus, provincia, regio, nostris, *Pays*: vox Virgilio lib. 1. Æneid. nota:
Quod genus hoc hominum? quæque hac tam barbara morem
Permittit paria? hospitio prohibemur arena.
- S. Augustinus l. 1. contra Epist. Parmeniani c. 7. *Multa interjacent Patrie gentium.* Arnobius Junior in Psalmum 104. *In quibus linguis gentes sunt Patriarum quadringentæ sex, non diversarum linguarum, sed, ut dixi, diversarum Patriarum: verbi gratia, cum una lingua, Latina sit, sub una lingua diversa sunt Patriæ, Brutiorum, Lucanorum, Apulorum, . . . & his atque hujuscemodi Patriis similia si dicamus.* Gregor. Turon. lib. 5. Hist. cap. 1. *Qui diversos reges interfecit, noxias gentes elisit, Patrias subjugavit.* Epitaphium Johannis XIX. PP. apud Baron. an. 1009. num. 2. ex Vegio:
Doctrinis comptus sacris, & dogmate claro,
Per Patrias sancta femina fudit ovans.
- S. Bernardus de Morib. Episcop. c. 7. *Cum præsi-*

deant urbibus valde populosis, & totas, ut ita dicam, Patrias propria diœcesis ambitu circumcludant, &c. Willelmus Brito lib. 8. Philippid.

Mox omnem Patriam sua Rex in jura reducens, &c. Utuntur Gesta Dagoberti Regis cap. 36. Liber 3. Capit. cap. 8. Synodus Vermeriensis an. 752. c. 14. Isidorus Pacensis in Chronico p. 2. 13. 19. 20. Aimoinus l. 1. de Miracul. S. Benedicti c. 33. l. 2. Hist. c. 1. Vita S. Pauli Episc. Leonensis §. 3. Thwroczius in Chron. Hungar. c. 3. Hariulfus lib. 1. c. 11. Simeon Dunelmensis an. 786. Guil-
Ielmus de Baldensel in Hodœpor. p. 111. &c.

¶ PATRIA CONSUETUDINARIA, Gall. Pais Cou-
stumier, ut apte reddit V. Cl. Secousse, in Litteris Caroli V. Reg. Franc. an. 1366. to. 4. Ordinât. p. 686. Qua lite pendente, Nos ipsos exponentes co-
ram Gentibus nostris, videlicet ad Sedem de Sancti-
Petri-Monasterio, coram baillivo nostro ipsius loci, qui propinquior Judex regius est & erat dictorum exponen-
tium, in Patria Consuetudinaria.

PER PATRIAM SE DEFENDERE. In Fleta lib. 1. c. 31. §. 2. 3. & alibi non semel, opponitur defen-
sioni per corpus suum. Est autem genus defensionis, qua accusatus seu reus judicio totius patriæ se sub-
mittit: idque in factis publicis locum habebat. Sunt autem 4. casus qui imponunt homini necessitatem,
quod per patriam se defendat, ut est in cap. 34. §. 25. regia nempe dignitas, cum patriam habeat pro
campione, sœmineus sexus, vitium mahemii, & atas 60.
annorum & ultra. Adde c. 35. §. 4. & Bractonum
lib. 2. cap. 35. §. 15. lib. 3. Tr. 2. cap. 19. §. 6.
cap. 22. §. 6. cap. 25. §. 1.

PER JUDICIUM & bonam Patriam ab imposito crimine
se purgare, in Regiam Majestatem lib. 4. c. 5. §. 10. id est, Skenæo, per assisam ex bonis hominibus
patria. Inquirere per bonam Patriam super factio alicu-
jus, cap. 28.

¶ PER PATRIÆ TESTIMONIUM contentio termi-
nari dicitur in Charta an. 1255. ex Tabular. Rotho-
cum à pagensibus seu hominibus ejusd. pagi
judicatur: Item si inter nos & dictum Oliverium ali-
qua contentio oriatur, hinc inde concessum est, quod per
Patria testimonium sine decasura feodi terminetur.

PATRIARCHÆ, in Ecclesia primitus quinque fue-
re, tres per se & ex natura sua, Romanus, Alexan-
drinus, & Antiochenus: duo per accidens, Constan-
tinopolitanus & Hierosolymitanus. Hæc nota.

PATRIARCHÆ, dicti etiam Primates. Ita Deside-
rius Episcopus Cadurcensis Epist. 12. Sulpitium
Archiepiscopum Patriarcham compellat, & primæ
Sedis Antistitem, Innocentius III. Papa in Epist. ad
Trinovitanum Archiepisc. Primatem totius Bul-
gariæ & Blachia, in Gestis ejusdem PP. p. 60.
Fraternitatem suam scire volentes, quod apud nos hæc
duo nomina, Primas & Patriarcha, pene penitus idem
sonant, cum Patriarcha & Primates teneant unam for-
mam, licet eorum nomina sint diversa. Adde Grego-
rium VII. lib. 6. Epist. 35. In præfatione Synodi
Matisconensis II. an. 585. Priscus Lugdunensis
Episcopus Patriarcha nuncupatur; in Canone vero
ultimo Metropolitanus. [Cantuarienses Archiepi-
scopi Patriarcha dicuntur, in Hist. Translat. S. Au-
gust. & aliorum, sæc. 6. Bened. part. 2. p. 749.]
Petrus venerab. in Epitaphio Reinaldi Archiep.
Lugdunens. qui obiit an. 1129.

Vezeliacensis prius Abbas, post Patriarcha
Lugduni, &c.

Epitaphium Henrici Archiepiscopi Bituricensis
qui decessit an. 1199.

Hic bonus Henricus, vir nobilis & Patriarcha

Quondam Bituricus, tumuli jacet hujus in arca.

Vide Epistolam 3. Anacleti I. PP. cap. 3. Epist.
Nicolai I. PP. ad Bulgar. c. 92. ejusdem Epist. ad
Rodolphum Archiep. Bituricensem c. 2. Conci-
lium Matisconense II. in Præfat. Vitam S. Bernar-
di Archiepiscopi Viennensis, frag. 2. pag. 565.
Morinum lib. 1. Exercit. sac. exercit. 7. 8. 27.
Allatium de Concordia utriusque Eccles. l. 1. cap.
25. Marcam de Primat. & alios.

¶ Haud scio tamen an iste Patriarcha titulus ali-
quam prætulerit prærogativam & jurisdictionem
in ceteros Metropolitanos. Et quidem Agiulfus
Bituric. Archiepiscopus, tametsi Patriarcha vo-
catur à Theodulfo, Archiepiscopis nihilominus
Narbonensi & Burdegalensi postponitur in Capi-
tulari Ludovici Pii an. 828. Illud idem colligere
licet ex Episcopis quibus idem nomen concessum
est, quod ob eximias quorundam virtutes, aut à
privatis hominibus factum credere par est. Sic Al-
cuinus Arnionem Episcopum Saltzburgensem Pa-
triarcham compellat to. 9. Spicileg. Acher. p. 116.

Te ducente, Pater, Pastor, Patriarcha, Sacerdos.

¶ Exstat vetus Inscriptio Ecclesiæ S. Agathæ apud
Fleetwood. in Inscript. antiq. Sylloge pag. 386.
in qua 318. Niceni Patres titulo Patriarcha om-
nes donantur; quod fœdissimo errore factum
notat Fleetwoodus: sed vereor ne inclementius
dictum videatur, cum eundem titulum Episco-
pis concessum constet, nisi monitum lectorem
velit ea ætate inusitatum fuisse Patriarcha vocabu-
lum; quod probabilissimum est.

PATRIARCHÆ, titulus etiam datus Summo Pon-
tifici Romano, qui in Occidente unicus est, sem-
perque fuit, Occidentis Patriarcha, inquit Mo-
rinus. Leo Romanus Patriarcha nominatur à Theo-
dosio in Epistolis Concilio Calchedonensi præfi-
xis. Epistola 3. Ratherii Episcopi Veronensis in-
scribitur Summo primæ, hoc est Romana Sedis Ponti-
fici, Domino Patriarcha reverendissimo Joanni. Ra-
banus de Gregorio IV. Papa:

Tu caput Ecclesiæ es, primus Patriarcha per Orbem.

[Gualdo in Vita S. Anscharii ubi de Clemente
II. PP.

Auspiciis Patriarcha tuis ad regmina surgit.]

Vide Glossar. med. Græcit. Adde Baronium ann.
515. num. 4. an. 520. num. 41.

PATRIARCHÆ titulus concessus Episc. Gradenfi
& Aquileiensi. Vide Baronium an. 570. n. 10.
an. 630. n. 18. Allatium de Concordia utriusque
Eccl. l. 1. c. 25. Ughell. in Ital. sacra, & Marcam
de Primat. n. 20. 21. [Domnus Radaldus Patriar-
cha istius sancte sedis Aquilensis ecclesie, in Notitia
an. 971. apud Murat. delle Antic. Estensi p. 552.]

PATRIARCHÆ nomenclatura ἡγούμενος seu Abbati-
bus tribuitur in Vita S. Nili Junioris p. 12. 20.

PATRIARCHIÆ, seu Patriarchales, 5. præcipuæ
Romæ Basilicæ appellatæ, ut iis adjuncta Palatia,
Patriarchia: sc. Lateranensis, S. Petri in Vaticano,
S. Pauli extra muros, S. Mariæ Majoris, & SS.
Stephani & Laurentii. Vide Conciliab. Rom. an.
1160. Hist. Pergam. to. 3. p. 422. Attil. Serra-
num, Panvinium, &c.

PATRIARCHICON, Ecclesia Patriarchalis, apud
Anselmum Havelbergensem Episc. lib. 3. Dialo-
gor. cap. 3.

¶ PATRIARCHIUM, Palatium Patriarchæ. Ana-
stasius in Vita Gregorii III. PP. Ut oblationes de Pa-
triarchio per oblationarium deportarentur ad celebra-
das Missas. Idem in Vita Zachariæ: Hic in Latera-
nensi Patriarchio ante basilicam beata memoria Theodori

Papa à novo fecit triclinium. Synodus Leonis PP. III. adv. Felicem act. 2. *Ipsum suum orthodoxum libellum super sacrosancta Dei mysteria in nostro Patriarchio ponens, juravit sic tenere & confiteri.*

¶ PATRIARCHIUM, Dignitas Patriarchæ, apud Guibertum in Hist. Palæstina.

PATRIARCHÆ JUDÆORUM, in Palæstina dicti Principes ac Summi Pontifices Judæorum, qui successionis jure ad hanc dignitatem perveniebant, ut Epiphanius docet in hæresi Ebionit. cap. 30. de quibus copiose egit Jacobus Gotofredus ad l. 1. Cod. Th. de Judæis, &c. Horum nomen extinctum ac dignitatem sublatam à Theodosio juniore observat idem Gotofredus ad l. 29. cod. tit. quibus succedere *Primates*, qui in Synedriis eligebantur.

¶ PATRIARCHISSA. Bernardus Thesaur. de Acquisitione T. S. cap. 143. apud Murator. tom. 7. col. 779. *Sciscitantibus, quanam esset hæc mulier tanti fastus, responsum erat Patriarchissam esse.*

¶ PATRIATUS, Pars hæreditatis paternæ, quæ secundogenitis datur à primogenito fratre. Litteræ Caroli V. Reg. Franc. an. 1366. to. 4. Ordinat. p. 685. *Non obstante quod dicta prepositura de Firmitate, cum certis aliis terris, dictis fratri & sorori nostris, in Patriatu seu appanagio, tradite fuerint seu etiam assignate. Patriatus eadem notione occurrit in Litteris Johannis Reg. Franc. an. 1361. ibid. tom. 3. pag. 544. Non obstantibus quod hujusmodi villa (de Virtute) castrum, castellania, prepositura & ressortum dicti loci de Firmitate super Alban, cum aliis terris predictis dicto filio nostro (genero scilicet Johanni Galeaz) in Patriatu tradite existant.* Haud scio an mendose, cum utraque vox eodem significato usurpari potuerit. Vide *Apanamentum* in *Apanare* & *Paragium*.

¶ PATRICIANI, Hæretici, qui ab auctore quodam Patricio ann. circ. 387. humanam carnem à diabolo creatam impie asseriebant. Vide August. hæ. 61. Isidorum lib. 8. cap. 5. Philastrium hæ. 62. Baron. ad annum 203. Stockmannum in Lexico Hæres. & supra *Paterniani*.

¶ PATRICIATUS. Vide *Patricius*.

PATRICINUS, *αὐτόχθων*, aborigo, indigena, in Gloss. Gr. Lat. Glossæ aliæ p. 336. Edit. H. Steph. habent *Patricius*.

¶ PATRICISSA. Vide post *Patricius*.

PATRICIUS, Dignitas à Constantino M. instituta, ut auctor est Zozimus lib. 2. quæ cæteras anteibat, etiam Præfectos prætorio. Priscus in Hist. p. 56. edit. Reg. *Εν τοῖς Πατρικίαις τὸν ἐκεῖν καταλεγόμενον, οἱ δὲ τὰς ἀρχὰς ἀναβέβησιν πάσας.* Procopius lib. 1. de Bello Vandal. *τιμὴ ἢ ἀνωτάτω.* Walafridus Strabo lib. de Rebus Eccl. cap. 31. *Patriciis, qui primi post Casares in Imperiis fuisse videntur.* Patriciatus dignitatis formulam descripsit Senator lib. 5. Epist. 2. ex qua observare est [hanc dignitatem *uni tantum cedere fulgori*, hoc est, Consulatu, atque] solâ morte solutam: *Mox ut datus fuerit hic honor in vite tempus reliquum homini fit coævus, &c.* Atque id forte causæ est quod *Patriciatus* dignitas cum alia persæpe dignitate copulata legatur, cum hæc perpetua esset, altera vero temporaria. Sed id obtinuisse apud Gothos tantum volunt alii: cum in Synodo Chalcedonenâ Act. 1. initio, & in Cod. Theod. *Expatricius* legatur. Cum vero plures interdum essent hac dignitate conspicui, qui ante alios eam obtinuerat, *Primus Patriciorum* dicebatur, ut Aspar apud Marcellinum Comitem. *Πρῶτος πατρικίων* etiam dixit Malchus in Excerptis pag. 92.

PATRICIATUS dignitatem ut eminentissimam Re-

gibus ac principibus exteris, ab Augustis Byzantinis sæpe delatam legimus: sed maxime iis qui Constantinopolim concedebant, vel sedibus suis depulsi ad Imperatores confugiebant, ut Theodorico Gothorum Regi, & Odoacro, à Zenone, apud Procop. l. 1. de Bello Goth. c. 1. l. 2. c. 6. & Malchum in Excerptis pag. 94. Sigismundo Regi Burgundionum, apud Avitum Viennensem Epist. 7. Vitigi Gothorum Regi, & Arethæ Saracenorum Principi, à Justiniano lib. 16. Histor. Misc. p. 457. 469. apud Theophanem p. 203. Vide Procopium lib. 1. de Bello Vandal. c. 9. Hunnorum Regi, & Nicetæ Sarbari Persarum Ducis filio, & Curvato Hunogundurorum Domino, ab Heraclio, apud Nicephorum Constantinop. p. 36. 64. 72. 1. edit. Telericho Bulgariæ Principi à Leone Philosopho, apud Landolphum Sagacem lib. 23. Hist. Miscellæ p. 720. Taronis Principibus ab eodem Leone, apud Constantinum de Admin. Imp. c. 43. Bologudæ & Gylæ Turcorum seu Hungarorum Ducibus, à Constantino Porphyrogenito, apud Zonaram pag. 155. & Scylitzem p. 636. Adalgiso Desiderii Longobardorum Regis filio, à Constantino Copronymo, apud Eginhardum an. 774. Bulgariæ Principibus aliquot, à Basilio Bulgaroctono apud Zonaram p. 181. Cegeni denique Patzinacorum Principi, à Constantino Monomacho, apud eundem Zonaram pag. 205. Vide *Pater Imperatoris*, præterea quæ alii de hac dignitate congessere, ac præsertim Jacobus Gotofredus ad l. 1. Cod. Th. de Consulibus.

Exstat hæc forma constituendi Patricii, in Historia Pauli Forojuliani de Gestis Longob. asservata in Bibliotheca Vaticana: *Patricii dignitas taliter disponenda est, quatenus illa non vili personæ, nec alicui concedatur ignoto. Sit enim valde notus Imperatori, sit fidelis & prudens, non elatus. Protospatharius veniens ante Imperatorem, osculetur suum humerum, & dicat: Maxime Imperatorum, adest quem vocasti. Tunc stet ad sinistram Imperatoris illius Hyparchus, quem nos dicimus Præfectum, & dicat ei Imperator, Cum Protospathario futurum Patricium adducito. Dum autem venerit Patricius, in primis osculetur pedes Imperatoris, deinde genu, ad extremum osculetur ipsum: tunc osculetur omnes Romanos circumstantes, & dicant omnes, Beneveniat: Nobis nimium laboriosum esse videtur concessum nobis à Deo ministerium solum procurare: quocirca te nobis adiutorem facimus, & hunc honorem tibi concedimus, ut Ecclesiis Dei & pauperibus legem facias, & inde apud altissimum Judicem rationem reddas. Tunc induat eum Imperator mantum, & ponat ei in dextro indice annulum, & det ei bombacinum propria manu scriptum, ubi taliter contineatur scriptum: Eslo Patricius, misericors, & justus. Tunc ponat ei in caput aureum circulum, & dimittat. [Eadem fere habet Cassiodorus var. lib. 3. Epist. 9. nisi quod præter chlamydem, etiam calceos addit. Hæc præterea oculis firmare licet ex figura Caroli M. in Patricii habitu quam exhibuit Chiffletius in Anastasi Childerici & ex eo Mabillonius in Supplem. Diplom. pag. 40.]*

Sane *Protospatharius* & *Hyparchus* in hac Patricii constituendi forma nominati, satis arguunt id potissimum spectare Patricios qui ab Imperatoribus Constantinopolitanis constituebantur, maximeque, ni fallor, Patricios Italiæ, vel Siciliae. Nam *Patricios* etiam peculiari nomenclatura appellabant, Siciliae & Longobardiæ Præfectos, Constantinopoli ab Augustis submissos: cum in Italiam potissimum soli fere Patricii miti solerent. Mal-

chus Rhetor p. 93. ait, Augustum Orestis filium orasse Zenonem Imper. ut Odoachum Patriciatus dignitate ornaret, & Italicam diœcesim ei regendam committeret. Constantinus vero Porphyrogenit. de Administ. Imp. cap. 27. scribit translata Constantinopolim Imperii sede, missos inde Patricios duos, qui utramque provinciam regerent, quorum, inquit, alter Siciliae, Calabriae, Neapoli, & Amalphiæ præerat: alter vero Benevento, Capuæ, Papiæ, & reliquis urbibus quæ Byzantinis Augustis parebant: quod intelligendum, maxime post occupatas plerasque Italiae provincias à Gothis, Longobardis, & Saracenis. Hinc *Patricios Siciliae*, id est, Præfectos, legimus in Codice Carolino Epist. 73. 88. *Patricium Panormitanum*, apud Gregorium M. lib. 10. Epist. 44. *Patricios Italiae*, locis indicatis in voce *Catapanus: Patricium Africae*, apud eundem Gregorium eodem lib. Epist. 43. & Victorem Tunnesem. Ita etiam Damianum quemdam *Patricium Seleucia*, id est Præfectum, nominat Codinus in Originib. edit. Meursii p. 75. ut *Patricios Lazicæ* Cedrenus p. 443. & Anastasius in Collectaneis p. 254. *Patricium Alanorum*, idem Anastasius p. 255. *Patricium Armeniorum*, Theophanes p. 286. De ejusmodi Patriciis, ac præsertim Italiae, intelligendus Diurnus Romanus cap. 1. tit. 3.

Neque alii fuere, *Patricii Romanorum*, quam *Præfecti* Romanæ urbis: quam quidem dignitatem, postquam sese à Græcanici Imperii jugo subduxerunt, Longobardis etiam devictis & superatis, Pipino primum, deinde Carolo Magno & Carolomanno Romani ipsi adscribere, ut colligere est ex Anastasio in Vita Stephani IV. Papæ: *Itaque in exordio ordinationis suæ, quo isdem sanctissimus Præsul Pontificatus apicem assumpsit, direxit Franciæ partibus ad excellentissimos viros Pipinum, Carolum, & Carolomannum Reges Francorum, & Patricios Romanorum, &c.* Exstant ejusdem Stephani & Pauli Summorum Pontificum Epistolæ in Codice Carolino 1. 4. 7. 8. 9. 41. 42. 45. 47. &c. inscriptæ *Domini excellentissimis Pippino, Carolo, & Carolomanno Regibus, & nostris Romanorum Patriciis.* Habentur complures aliæ in eodem Codice ab iisdem Pontificibus, *Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum* scriptæ, ut Adriani ad Carolum M. quarum pleræque, post devictos & exactos Longobardos, exaratae, *Carolo Regi Francorum & Longobardorum, atque Patricio Romanorum* inscribuntur: [quem titulum ipse Carolus ante initum Longobardiæ regnum minime usurpare consueverat.] Sed coronato à Leone III. Papa eodem Carolo, *ablato Patricii nomine, Imperator & Augustus appellatus est*, ut habent Annales Francor. ann. 801. Atque abstinere deinceps hocce titulo gentis Francicæ Augusti, ut qui Imperatoriæ dignitatis longe eminentiori obscuraretur, eoque ipso Romæ imperarent; tametsi in aliquot veteribus Tabulis sub eodem Carolo tum Imper. in adscriptis annis, *Rex Longobardorum & Patricius Romanorum* adhuc indigiteretur, apud Mabillonium to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 88. 89. Quippe Patriciatus Romanorum intelligendus proprie de urbis Romæ, vel etiam Italiae præfectura, quæ, à Patriciis, uti diximus, regi solebat, quæ est etiam sententia Nicolai Alemanni in Dissert. de Lateranensibus Parietinis cap. 11. Non mirum igitur, si Carolus Imperator factus à Patricii titulo abstinuit, cum Patriciatus dignitas fuerit Imperatoriæ subdita: non quod idem Carolus Imperatori Constantinopoli-

tano, ea ultro accepta, sese ei obnoxium reddiderit, cum contra, Summo Pontifice id enixius postulante, hanc arripuerit, ut & Romanam & Italicas provincias, cum adversus Græcos, quibus Romana tum Ecclesia secesserat, tum etiam Longobardos, qui eam acrius infestabant, tutaretur, idque obiret muneris quod ipsi Italiae Patricii seu Præfecti, qui ab Imperatore Constantinopolitano mittebantur.

Patriciatum Caroli, à Patriciatu Beati Petri distinguit exerte Hadrianus PP. in Codice Carolino Epist. 85. ita ut *Patriciatus Caroli* fuerit urbis Romæ & Romanorum præfectura, vel etiam dominium: *Patriciatus vero B. Petri*, id quod *Ecclesiæ Romanæ Patrimonium* vulgo vocamus, ex Pipini & ejusd. Caroli liberalitatibus conflatum. Sic autem Summus Pontifex: *Tamen fidelissimi vestri præfati Missi viderunt ipsos Ravennianos, quos vobis præsentaverunt, qualiter nobis in superbia extiterunt: sed quasumus vestram Regalem Potentiam, nullam novitatem in holocaustum, quod Beato Petro, sanctæ recordationis genitor vester obtulit, & vestra Excellentia amplius confirmavit, imponere satagat, quia, ut sati estis, honor Patriciatus vestri à nobis irrefragabiliter conservatur, etiam & plus amplius honorifice honoratur: simili modo ipse Patriciatus Beati Petri, fautoris vestri, tam à sanctæ recordationis Domino Pippino, magno Rege, genitore vestro, in scriptis in integro concessus, & à vobis amplius confirmatus, irrefragabili jure permaneat.*

Putant Junius & Meursius *Patricios Romanorum* dictos primitus Imperatores, quos postea *Romanorum Reges* appellavere, Imperatores nempe Principum consensu & electione ad supremum istud fastigium eductos, qui *Regum* primo, tum corona ac diademate donati, *Imperatorum* titulos sibi adrogabant: quod vel inde eliciunt, quod Carolo M. in Imperatorem coronato à Leone Papa Patricii Romanorum in eo titulus cessarit. Improbatur id Gretzerus lib. 3. Comment. in Codinum cap. 17. hac potissimum ratione, quod hac dignitate donati fuerint Pipinus & Carolomannus, qui Imperatoriam nunquam adepti sint: quamquam non defunt, atque in iis Lalandius, qui nescio quo argumento aliam fuisse in Pipino & Carolomanno, aliam in Carolo M. Patricii dignitatem contendunt, quod sane ægre ii possent firmare. Hadrianus Valesius lib. 6. rerum Francicarum eosdem censet *Patricios Romanorum, & Patricios urbis Romæ*, quos *Senatores* inferior ætas appellavit, qui eadem qua olim Consules dignitateungebantur.

Verum, non alia indubie fuit *Patricii Romæ* dignitas, à præfectura urbis & circumjacentium regionum, quam ultro Pipino, Carolomanno, & Carolo Magno concessere Romani, ut essent qui eos regerent & tutarentur: unde *Patricii & Defensores Romanorum* ii conjunctim vulgo appellati. Annales Francor. Metenses an. 773. *Ibi venit ad eum Missus D. Adriani Papæ nomine Petrus, obnixè postulans, ut ad defendendam Ecclesiam Romanam festinaret, & ut populum Romanum de manibus superbi Regis Desiderii liberaret: adjungens, quod ipse legitimus tutor & defensor esset ipsius Ecclesiæ, quoniam illud prædecessor suus sanctæ memoriae Stephanus Papa unctiōne sacra liniens, in Regem ac Patricium Romanorum ordinavit.* In Capitulari 1. an. 769. & Aquilgr. an. 789. Carolus M. inscribitur *Rex, regniq; Francorum rector, & devotus S. Ecclesiæ defensor atque adiutor in omnibus Apostolica Sedis.* Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 223. *Non debere Regem Imperatoris filium, qui non sine causa gladium portaret, qui Roma-*

na reipublica Patricius, tutor, & defensor esse deberet, tantam pati Ecclesia Dei conculcationem, &c. Neque alia videtur esse sententia Nicolai Alemanni in Dissertat. de Lateranensibus Parietinis, quam tamen non omnino probat vir doctissimus Carolus Cointius in Annalibus Ecclesiast. Francor. ann. 796. Quibus omnibus addendus Alcuinus Epist. 84. sub nomine Caroli M. ad Leonem PP.

Idem exerte docet Gregorius Mon. in Chronic. Farfensi apud Murator. to. 2. part. 2. col. 640. ubi scribit *Italiam totam semper habuisse imperatorios procuratores, rectores, Patricios, exarchos, & duces qui imperatoria jura & reipublica potentissime possidentes defenderent, dominiumque Italicum obtinerent, usque ad tempora Pipini Regis Francorum, quem Stephanus Papa II. apud Parisium coronavit & unxit cum duobus filiis suis circa annum Domini Incarnationis DCCLIV.*

Exstat Statutum Leonis VIII. PP. in concilio Romano anni 957. in Chronico Reicherspergenfi, ex quo docemur Hadrianum PP. Carolo M. Patriciatu dignitatem, ac ordinationem Apostolicae Sedis, & investituram Episcoporum concessisse. Idne verum sit, non disquiro: id constat eandem Patricii non omnino extinctam dignitatem cum Carolo M. siquidem prostat Epistola Paschalis Papae apud Mabillonium to. 6. Vitar. SS. Ordin. S. Benedicti p. 567. quae sic clauditur: *Data per manum Georgii Bibliothecarii S. Sedis Apost. nonis Decemb. imperante D. vestro piissimo Principe Augusto Ludovico à Deo coronato, magno & pio Imperatore, anno quarto, & Patriciatu eius tertio.* Id praeterea colligitur ex iis, quae scribit Adrianus II. PP. in Epist. 34. ad Carolum Calvum Regem: *Te optamus omnis clerus & plebs, & nobilitas totius orbis & urbis, non solum ducem & Regem, Patricium & Imperatorem, sed in presenti Ecclesia defensorem, & in aeterna cum omnibus Sanctis participem fore.* Praeterea cum hanc ambierint postmodum Germanici Imperatores, & peculiaribus ipsius dignitatis insignibus interdum ii donati legantur, ut ex sequentibus facile erit colligere.

Otto Imp. in Charta an. 963. in Chron. Laurishamensi p. 69. & apud Meibomium ad Wittikindum p. 123. inscribitur *Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum.*

De Henrico III. sic Hermannus Contract. & Bertholdus Constantiensis an. 1061. *Roma Nicolao PP. defuncto Romani coronam & alia munera Henrico Regi transmiserunt, cumque pro eligendo Summo Pontifice interpellaverunt. Qui ad se convocatis omnibus Italiae Episcopis, generalique conventu Basileae habito, eidem imposita corona, Patricius Romanorum appellatus est.* Concilium Osbornense an. 1062. ubi Regius Advocatus: *Hoc negare non potes quod pater domini mei Regis pia memoria Heuricus (III.) Imperator, factus est Patricius Romanorum, à quibus accepit in electione super ordinando Pontifice principatum.* Ipse Henricus III. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 11. *Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator & Patricius, dum adhuc regni & coronae de statu incertus hinc inde anxius volutabar, &c.*

De Henrico IV. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 80. *Bambergensis Episcopus de gente Saxonum Papa Romanus eligitur, eique Clemens nomen imponitur: ob hujusmodi res tam prospere tam canonice gestas, eidem Henrico Patriciatu honorem Romani tribuunt: eumque praeter imperii coronam auream, torque uti decernunt.* Albericus & Matth. Paris an. 1084. *Henricus Rex Patricius Romanorum constituitur, & à Clemente Papa in Imperatorem benedicitur.*

De Henrico V. Willelm. Malmesbur. l. 5. Hist.

pag. 167. *Imperatori autem exeunsi de camera, & suis regalibus exuto, (post ejus coronationem) occurrerunt Romani Patricii, cum aureo circulo, quem imposuerunt Imperatori in capite, & per eum dederunt sibi summum Patriciatum Romanae urbis, communi consensu, & volenti animo.*

De Lothario, Petrus Diacon. lib. 4. Chronici Casinensis cap. 120. *Ipse vero coronam Patriciatu accepturus in civitate remansit.*

Aliis tamen interdum quam Augustis Germanicis concessa legitur Patricii Romanorum dignitas. Hugo Flaviniacensis ann. 941. *Hoc anno Dominus Odo venerabilis multorum Monasteriorum restaurator, cum multum laborasset in componenda pace, inter Hugonem Regem Italiae & Albericum Patricium Romanorum, obiit Turonis.* Helinandus in Chronico anno 999. *In Italia Crescens Patriciatu Romanorum arrepto contra Ottonem Imperatorem rebellat.* Idem an. 1004. *Otto Imperator Romae Crescentem Patricium aggredditur. Victus Crescens, &c. ex fuga retractus capitur, vilique jumento averse impositus circumducitur, &c.* Romualdus Salernitanus Archiep. in Chron. MS. an. 998. de Silvestro PP. *Hic autem mortuo Alberico, qui Patriciatu sibi nomen vindicaverat, à Crescentio Numentano, qui Patricius dicebatur, Papa ordinatus est.* Vide Vincentium Belvac. lib. 24. cap. 108. Scribit Otto Frisingensis l. 7. Chr. c. 31. & 34. ex Epistola Lucii Papae ad Conradum Imper. Romanos tumultuantes, *Senatoribus quos ante instituerant, Patricium adjecisse, atque ad hanc dignitatem Jordanem Petri Leonis filium eligentes, omnia ei tanquam Principi subiecisse, Praefecturae dignitate abolita: sed Eugenio III. Pontificatum excipiente, pacem cum Romanis compositam, ea conditione ut Patriciatu dignitatem exfestularent, & Praefectum in pristinam dignitatem reciperent, Senatores vero ex ejus auctoritate tenerent; quod actum ait sub annum 1145.* Id ipsum ex Alberico habet Magnum Chronicon Belgicum, in quo restituendum an. 1146. pro 1144. ex Ottone. Romualdus Salernitanus in Chronico MS. eodem an. *Non multo autem post populus Romanus contra voluntatem ejusdem Papae Jordanum filium Petri Leonis Patricium promovit, & Senatores de novo in urbe creavit.*

Inter Duces Amalphitanorum quorum catalogum exhibet Julius Caesar Capacius in Hist. Neapolit. memorantur ad an. 952. Sergius Imperialis Patricius, & ad an. 959. Manfo Imperialis itidem Patricius & Antipatus. Ibidem in quodam Instrumento legitur: *Temporibus dom. Johannis gloriosi Ducis & Imperialis Patricii, Antipati & Vestis.* Vide Brencmanni Dissertat. de Republ. Amalphit. p. 23.

Patricii dignitas in Francia etiam obtinuit, eodem fere quo apud Byzantinos gradu, cum post Regem proxima fuerit. Lex Ripuar. tit. 50. §. 1. *Si quis testes ad nullum ante Centenarium, vel Comitem seu ante Ducem, Patricium vel Regem necesse habuerit, ut donent testimonium, &c.* Ubi Patricius Duci praepositur, ut etiam apud Marculfum lib. 1. form. 8. *Ideo tibi actionem Comitatus, Ducatus, Patriciatu in pago illo, quem antecessor tuus ille usque nunc visus est egisse, tibi ad agendum regendumque commisimus, ita ut semper extra regimen nostrum fidem inlibatam custodias, & omnes populi ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones, vel reliqua nationes sub tuo regimine ac gubernatione degant, &c.* Ex quibus primum eruimus Patricios, perinde ac Duces & Comites, provincias rexisse, & populis jus dixisse, suosque habuisse districtus, quos Patriciatu terminos vocat Fredegarius in

in Chron. cap. 90. Deinde quod *Burgundiones* tertio loco, ut *Patriciatus*, locentur, satis indicari *Patricios*, præsertim Burgundiones spectasse; cum in Burgundionum regno maxima ac suprema post Regem existerit dignitas, alia tamen à dignitate *Majoris-domus*, licet summa parque fuerit utriusque potentia & auctoritas, dispari tamen nomine. Quanquam Patricios domui etiam regie præfuisse videatur indicare Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelatensis: *Partherius Patricius, qui cæteris servis præfatus, apud Dominum suum præcipuum gratia locum obtinebat, &c.*

Id porro nominis ac dignitatis apud Burgundiones potius obtinuisse quam apud Francos, ex eo conjicere est, quod data primitus Sigismundo Burgundionum Regi ab Imperatore Constantinopolitano legatur; in cujus aula cum præcipua fuerit, ita Reges Burgundici primam in sua esse statuerunt: nisi dicamus *Patriciorum* servatam in Burgundia atque adeo Provincia Regno dignitatem, eique attributam rerum administrationem, quod Gothorum in Italia Reges: qui huic parti Galliarum, inclinante Romanorum in Italia & in Gallis potestate, imperabant, hanc regendam committerent viris illustribus qui Patricii dignitatem obtinebant: qua certe donatus legitur Petrus Marcellinus Felix Liberius Præfectus Prætorio Galliarum, qui Concilio Arausicano an. 529. interfuit, sub Theodorico II. Gothorum in Italia Rege, à quo restaurata fuerat præfectura in Gallis anno 511. quæ dominantibus Wisigothis desierat, ut observat vir doctissimus Ægidius Lacarius in Historia Galliarum sub Præfectis Prætorio. Sed & ante hæc tempora Romanos Augustos viros illustres dignitate Patricios in Gallias, qui eas regerent, misisse satis convincunt quæ de Aëtio, Ægidio, & aliis Patriciis, habent Scriptores Francici.

Utrumque serres habeat, constat Patricios Francicos promiscue *Patricios Gallie*, vel *Galliarum Burgundie*, vel *Massilie* sese inscripsisse, quod regni Burgundie urbs præcipua esset, atque in ea degerent regni Burgundie Reges, ut & Præfecti. Unde Fortunatus de Bodegifilo Duce lib. 7. Poëm. 5.

*Massilia Ductor felicia vota dedisti,
Rectoremque suum laude perenne refert.*

Exercitus etiam ductasse Patricios Francicos, testantur passim historici, ex quibus eorum qui hac in Gallis, seu potius in Burgundico regno functi sunt dignitate sequentem seriem eruimus, omissis cæteroquin Galliarum Patriciis à Romanis Imperatoribus subinde submissis. Ac primus quidem occurrit

SECUNDINUS Patricius, in Vita S. Joannis Abbat. Reomaensis lib. 2. cap. 1. qui idem forte est qui sub Theudeberto Rege magnæ auctoritatis habebatur, ut tradit Gregorius Turon. lib. 3. Histor. cap. 33.

PLACIDUS Patricius inscribitur in Epistolis Pelagii PP. ad Sapaudum Arelatensem Episcopum, cujus genitor fuisse dicitur, apud Baronium ann. 556. num. 21. an. 559. n. 9.

HECCA ex primoribus Palatii mortuo Clotario missus à Sigeberto Rege, ut provinciam Massiliensem disponderet, in Vita S. Eucherii Lugdun. pag. 76. edit. Chifflet.

AGRICOLA Patricius sub Guntranno Rege an. 565. apud Gregor. Turon. lib. 4. Hist. c. 24. & Fredegarium in Histor. Epitom. c. 55. quo amoto

CELSUS Patriciatu donatur ab eodem Rege. Gregor. Turon. lib. 4. cap. 24. 30. Marius Aventic.

an. 4. Justinî, Fredegarius cap. 55. 62. Habetur Epitaphium Silvie matris Celsi Patricii in to. 1. Histor. Francor. pag. 516.

AMATUS, Celsi in Patriciatu successor, à Guntranno in Longobardos missus, ab iis cæsus interiit anno 575. Gregorius Turon. lib. 4. c. 36. Hermanus Contract. an. 575. *Patricius Provincia* dicitur Paulo Warnefrido lib. 3. c. 3. huic successit

ENNIUS cognom. *Mummolus*, de quo agunt Greg. Turon. lib. 4. Hist. cap. 36. 37. 39. 40. lib. 7. cap. 34. 36. &c. Fredegarius, Aimoin. Hermanus an. 576. 579. 584. 585. Paulus Warnefrid. lib. 3. cap. 3. Vita S. Quintidii Episcopi Vasion. num. 7.

ÆGILANES, qui & *Ægila*, Patricius anno 24. Guntranni, & ann. 7. Theuderici. Chron. Fredegar. cap. 2. 21.

DINAMUS *Patricius Galliarum* an. 593. 596. apud Gregorium M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 33. lib. 5. Epist. 6. quem *Massiliensem* vocat Fortunatus lib. 6. Poëm. 11. De eo etiam Poëm. 12. ubi, ut hoc obiter moneam, sub finem, pro *sedis aplaudo*, Codex S. Germani Parisiens. Longobardicis literis exaratus præfert, *Sede sapaudo*. Eiusdem Dinanii, & Eucherie conjugis habetur Epitaphium in to. 1. Hist. Franc. pag. 519. Exstat Vita S. Maximi Episcopi Regiensis, scripta ab eodem Dinamio Patricio, in Chronologia Lerinensi.

ARIGIUS *Patricius de Gallis*, an. 596. 604. eidem Gregorio M. lib. 5. Epist. 57. lib. 12. Epist. 12.

ASCLEPIODOTUS Patricius in Gallis ann. 599. 604. eidem Gregorio lib. 7. Epist. 125. Ind. 2. lib. 12. Epist. 17. Eundem esse putant viri docti qui *Asclipiades* dicitur in Decretione Childeberti Regis an. 595. c. 14.

LEUDEGISILUS *Patricius partibus Provinciae ordinatur* à Guntranno an. 26. regni. Fredeg. c. 5. Hermannus an. 387.

GUNDOBALDUS & **WINTRIO**, Patricii dicuntur Childeberti Regis Austrasiorum, qui defuncto Guntranno patruale regnum Burgundie acceperat, in Gestis Regum Francor. c. 36. postremus *Quintrio Dux Campaniensis* appellatur à Fredegario in Chronico c. 14. & 18. quo occiso, Brunehilde instigante, anno 3. Theodeberti

COLENUM, genere Francus anno 3. Theuderici Patricius ordinatur. Fredeg. cap. 18.

PARTHERIUS *Patricius*, circa tempora Childeberti Regis, apud Cyprianum in Vita S. Cæsarii Arelat.

LIBERIUS *Patricius*, circa eadem tempora, apud Messianum, in Vita ejusdem S. Cæsarii.

PROTADIUS genere Romanus, defuncto Wandamaro Duce in Pago Ultrajurano & Scutingorum, Patricius ordinatur an. 8. Theuderici, ut est apud Fredegar. c. 24. adeo ut incertum sit, an Wandamarus revera Patricii dignitatem & titulum obtinuerit. Protadio arte Brunehildis interfecto, eadem procurante,

VULFUS Patricius substituitur, ut est apud Fredeg. cap. 27. 29. quo perinde occiso,

RICHOMERES genere Romanus, in Patriciatum ejus subrogatur an. 11. Theuderici. Fredeg. c. 29.

PHILIPPUS Patricius, cujus mentio est in Epistolis ad Desiderium Episc. Cadurcensem Epist. 65.

ALETHEUS Patricius an. 30. Chlotarii II. Fredeg. cap. 43. 44.

WILLIBALDUS Patricius Burgundie sub Dagoberto Rege, à Floacato Majore-domus interfectus circa an. 651. Gesta Dagob. c. 21. 36. Fredeg. c. 90. Vita S. Eligii, &c.

¶ **AUDERDUS** *vir inlustris atque Patricius* subscribit Chartam Chlodovæi II. Reg. an. 653. apud Felibian. inter Probat. Hist. Sandionys. pag. 6.

¶ **AUDOBERCTHUS** & **ROCCUS** *Patricii* ex Charta Theuderic Reg. an. 678. ibid. pag. 8.

HECTOR vel **HICTOR**, *in fascibus Patriciatum Massiliæ rexisse*, Childeberto II. regnante, dicitur in Vita S. Leodegarii cap. 5. & in Vita S. Præjecti n. 10. 12. Exhinc Patricii Provinciæ aliquot alii occurrunt usque ad tempora Caroli M. in veteri Charta quam descripsere Sammarthani in Episc. Massiliensibus n. 14. scilicet

MEMPHIDIUS Patricius, cui uxor fuit Adultrudis. Deinde

ANTENER Patricius, qui non alius videtur ab eo qui

ANTHERIUS *Patricius Provinciarum* appellatur in vetustissima Charta edita à Columbo in Episc. Vivariensibus l. 1. n. 35. in qua etiam *Sulpitia* ejus uxor nominatur.

METRANO Patricius in eadem Charta Massiliensi. Denique

ALBO Patricius. Atque hic videtur postremus qui inter Patricios Provinciæ occurrat, cum hæc dignitas extincta postmodum fuerit sub altera Regum stirpe, Regibus ipsis alias sibi hunc titulum asserentibus, uti supra observatum. Incertum porro an is Abbo sit ille *Abbo Patricius*, qui sub Theoderico Franciæ Rege vixit, & Monasterium Novalicense construxisse dicitur in ejus Testamento, in quo etiam

AGNARICUS Patricius nominatur: *Et colonica in ipso pago (Viennensi) . . . quem incontra Ardulfo per iudicio Agnarico Patricio evindicavimus.*

BONITUS, postea Arvernorum Episcopus, electus à Theodorico I. Rege *Præfectus Massiliæ primæ Provincie* fuit, ut est in ejus Vita. Sed an *Patricii* dignitatem gesserit, incertum. Vide to. 1. Hist. Franc. p. 862. & Diurnum Romanum c. 6. tit. 7.

Verum quamquam extincta in Francia fuisse videatur dignitas post Pipinum & Carolum M. rursus tamen obtinuisse videtur sub Regibus Burgundicis qui posthæc in hisce Galliæ provinciis regnare, quod præsertim docet Synodi Mantalensis an. 879. legatio ad Bosonem Regem (Provinciæ) designatum: *Justus Patricius vestris majoribus & minoribus apparentes, veritatem ore & opere proferebant, &c.*

Patricii titulum Erchinoaldo Majori-domus Franciæ tribuunt Beda lib. 3. Hist. cap. 19. & Chronicon Fontanellense cap. 1. n. 5. 6. 8.

Patricium sese indigitat Richardus Dux Normanniæ in Charta an. 1015. apud Hemeræum in Augusta Viromanduorum: *Qui nuncupator Richardus, felicissimi Comitum filius, dicorque gratia summæ individueque Trinitatis deificæ Normannorum, licet indignus, Dux & Patricius.* Hocce etiam *Patricii* titulo non semel donatur à Dudone de Moribus & actis Normann. *Hic Comes, Dux Patriciusque summus.* Et infra:

Patrici Richarde, Comes, Dux, Marchio, Princeps. Infra: *Plaudebant omnes . . . qui illis Patricium & Ducem tantorum bonorum incrementis largitus est cluentem.* Unde firmari posset eorum sententia, qui *Pares Franciæ* à *Patriciis* Francis deducunt, nisi aliunde constaret vocis origo. Vide *Par Franciæ.*

Patricios suos habuere etiam Reges Anglo-Saxonum. Charta Inæ Regis to. 1. Monastici Anglic. p. 13. *Pro ampliori firmitatis testamento Principes & Senatores, Iudices & Patricios subscribere fecimus.* Charta Athelredi Regis ibidem p. 51. *Quapropter*

ego Athelredus Rex Merciorum rogatus à Patricio meo, & propinquo Coenfrido, &c. qui in subscriptione *Comes* indigitatur. Aliam Offæ Regis Merciorum subscripsit statim post Episcopos, & ante *Principes & Duces, Brordanus Patricius*, in Additamentis ad Matth. Paris pag. 155. In Concilio Calchutensi sub eodem Offa ann. 787. subscribit *Goscha Patricius*. Unde colligitur præcipuam fuisse in hoc regno dignitatem. Apud Simeonem Dunelmensem ann. 780. mentio fit *Bearn Patricii Elfwadi, Regis.* Anno 788. *Sicgan Patricii* ejusdem Elfwadi, à quo Rex ipse interfectus est an. 793. ut narrat idem scriptor, quo loco *Sicgan Ducis* titulo donatur. Idem denique ut & Hovedenus, meminit anno 796. *Osbaldi Patricii*, qui Ethelredo Regi occiso in regnum est suffectus, ut & Alcuinus in inscriptione Epistolæ 29.

PATRICISSA, Uxor Patricii: quæ *Patricia*, apud Gregorium M. in Epistolis. Anonymus Barenfis in Chron. an. 1024. *Barcavit Bugiano in Corbatia cum Barenfes, & comprehendit ipsam Patricissa uxor Cosnizi, & adduxit illam in Bari.* [Vide Brenmanni Dissertat. de Republ. Amalphit. p. 23.]

¶ **PATRICII LOVANIENSES**, quorum frequens mentio in Charta Wencelæi Ducis Brabantie an. 1373. apud Miræum to. 2. p. 1024. De eorum origine ita scribit Justus Liplius in Descript. Lovanii lib. 2. cap. 3. *Autunt Bastinum quemdam olim fuisse (tempus aliter non designant) corpore & animo validum, qui septem filias habuit, & eas totidem viris elocavit; sed cum lege, quoniam ipse virilis sexus liberos non haberet, hæ nobilitatis sue jus tenerent & diffunderent, atque ex iis nati tales censerentur. Sive res fuit, sive invertiuncula est, non tamen absona à vero & more.* Plura vide in notis Miræi ad hunc locum.

PATRIENSES, Indigenæ: Galli *Ceux du païs* dicunt. Encomium Emmæ Reginæ: *Terra quod esset optima inspecta, maluit conversari vitam fertili patria, cum Patriensibus pace confecta, quam velut expulsus domum redire.* Occurrit apud Hariulfum lib. 3. c. 8. 20. 25. & in Vita S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis num. 3.

¶ **PATRILOQUIUM**, Corolla precatoria, Gall. *Chapelet*. Processus de canonizat. S. Francisci de Paula to. 1. Aprilis p. 121. *Utebatur etiam ad orationes tam verbales quam vocales actitandas solum Patriloquiis, vulgo dictis corona Domine nostræ.* Menoti ferm. fol. 42. *Quero à vobis in bona equitate: vos domine que estis ita bene ornate, & habetis grossa Patriloquia de auro valentia l. ducatos, an hoc profit vobis? Vide Pater noster.*

¶ **PATRIMONIALES FILII**, Legitimi. Concil. Mexican. an. 1585. inter Hispan. to. 4. p. 387. *Statuimus filiis dumtaxat Patrimonialibus, descendentibus ab incolis, qui ex Hispania dictam provinciam transmearunt, &c.* Ibidem pag. 388. *Volumus autem quod donec existant filii Patrimoniales, qui juxta præfatam consuetudinem Palentinan possint eligi ad dicta beneficia; provisio dictorum beneficiorum fiat ad præsentationem dictarum Catholicarum Majestatum, patronorum & non alias.* Pluries ibi.

PATRIMONIUM varie sumitur apud JC. nam, ut de vulgari significato taceam, cum tres essent Principis *regiorum*, seu facultates, Largitiones, Privata, & Patrimoniales, Largitionum appellatione donatus est fiscus seu thesaurus Principis, cui regendo præfectus erat Comes sacrarum largitionum; Rerum privatarum nomine, intelliguntur bona Principis quæ privatis usibus erant dicata, quibus gubernandis præerat Comes rerum priva-

tarum. Denique per Patrimonium, sacrum intelligitur, proinde diversum à privato, cui præerat Comes sacri patrimonii, cuius curæ incumberebat regias, ut ait Senator, epulas sollicita ordinatione disponere, ut & apothecas & enthecas aulicas; præterea prædiorum patrimonialium proventus excipere, &c. Quæ patrimonia pluribus explicat Cujacius in Paratitl. lib. 1. Cod. tit. 32. 33. 34. & ad lib. 11. tit. 62. Atque ita domus regię fundi appellantur à Procopio lib. 1. de Bello Goth. cap. 4. & 6. *Χωρία τῆς Βασιλείως εὐκίας, ἢν δὴ πατρίμωνιον καλεῖται.*

PATRIMONIUM ECCLESIASTICUM, seu *Patrimonium S. Petri*: ita appellabant Ecclesię Romanę prædia, ditiones, vel census in provinciis. Anastasius in S. Conone PP. pag. 59. *Hujus temporibus pietas Imperialis relevavit per sacram jussionem suam ducenta annone capita, quę Patrimonii custodes & Lucania annue persolvebant.* Infra: *Rector Patrimonii Sicilia.* In S. Zacharia p. 8. *In Patrimonio Tuscia. Ecclesiarum patrimonium*, in Hadriano p. 119. *Diurnus Romanus* cap. 6. tit. 3. 4. *Patrimonium juris S. Romanae Ecclesię.* Theophanes in Leone Isauro, & ex eo Cedrenus: *Τὰ δὲ λεγόμενα πατρίμωνια τῶν ἐν Ρώμῃ καὶ τῶν ἀγίων καὶ κορυφαίων Ἀποστόλων.* Vide Nicolaum Alemannum in Differtat. de Lateranensibus parietinis cap. ult. & Paulum Sarpi in libello *De materia Beneficiar.* nuper edito p. 40. & infra in voce *Rector.*

PATRIMONIUM CRUCIFIXI, Bona ecclesiastica vocat S. Bernardus lib. 4. de Considerat. *Qui non de dote vidua, & Patrimonio Crucifixi se vel suos ditare festinent; quę & Patrimonia pauperum dicuntur* in Capitul. lib. 1. cap. 77.

PATRIMONIUM. Tabularium S. Mauricii Andegav. de donatione Pleffiaci an *Grammoire* eidem Ecclesię facta à Fulcone Comite Andegav. anno 1109. *Statuit (Fulco) Ecclesiam S. Mauricii Andegavensis Episcopi sedem, ut quę sua mater, suęque terra caput est, non Patrimoniis, non muneribus transitoriis, sed rebus in posterum mansuris pro sua suorumque antecessorum, suorumque successorum salute ampliari. Quidquid enim habebat in Plaisiaco Grammatici, cum omnibus appendiciis suis, nec non & apud Ruigniacum cum suis . . . ei benigne ac libere dedit, donumque cum baculo in manu domini Marbodi Redonensis Episcopi, qui tunc temporis Rainaldo secundo Andegavensi Episcopo Romę morante Episcopii negotia administrabat, posuit, &c. Ubi patrimonium pro re mobili usurpatur.*

PATRIMONIUM, Quod à patre in dotem filię concessum est. Charta an. 1095. ex Tabul. Major. Monast. *Hildeburtus . . . civis Nammetensis habuit ibidem duos molendinos in exteriori marinis, quorum unum dedit Frioldo . . . cum filia sua nomine Delicata quam ille in uxorem accipiebat. . . Concessit igitur B. Martino . . . idem Frioldus . . . molendinum sapedictum, concedente Delicata uxore sua, ex cujus Patrimonio ipse erat molendinus.*

PATRINA, pro *Matrina*, Gall. *Maraine*. Ricobaldus in Histor. Pontif. Roman. apud Murator. to. 9. col. 149. ubi de Hygino PP. *Hic constituit ut patrinus vel Patrina suscipiat levatum à fonte baptismatis.*

PATRINATUS, Officium patrini. Statuta Daniëlis Episc. Nannet. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 954. *Prohibemus ne baptizandis parvulis, plures persona quam tres ad Patrinatum seu compatrinatum hujusmodi admittantur.*

PATRINUS, *Ανάδοχος*, Sponsor, qui levat aliquem de sacro fonte, vel intromittit in Ecclesiam, apud Jo.

de Janua. Nostris *Parrain*. Higinus PP. de Consecr. dist. 4. *In Catechismo, & in Baptismo, & in Confirmatione unus Patrinus fieri potest, si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiunt.* [Charta Pipini Reg. an. 752. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 273. *Sanctissimus vir Patrinus videlicet seu spiritualis pater noster Willibrordus, &c.*] Chronicon Urspergense an. 1124. *Infantes suos in Sabbato sancto Pascha & Pentecostes cum candelis, & cappa, quę dicitur vestis candida, & Patrinis comitantibus ad baptismum deferant, . . . ne etiam filios suos, & filias suas ad baptismum teneant, sed sibi Patrinos querant, Patrinis etiam fidem & amicitiam, ut carnalibus parentibus servant.* Epistola 5. inter Francicas to. 1. Historię Francicę: *Ipse ergo meus est Pater ex lavacro.* [Jesse Episc. Ambian. libello de Ord. baptismi cap. 1. *Signent ipsos infantes in fontibus eorum susceptores viri vel femina, id est, Patrini vel matrina.*] Domnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 1.

Qui Pater in lavacro Regis fuerat sacrosancto.

Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 79. *Qui alicujus filiolum, vel Patrinum occiderit, erga eum & parentes mortui conjunctim reus sit, & crescat emendatio secundum veram, sicut manbotā secundum dominum.* Adde Concilium Calchutense an. 786. cap. 2. *Walafridum Strabon. lib. de Reb. Eccl. cap. 26. Honorium Augustod. lib. 3. cap. 115. Fulbertum Carnot. Epist. 33. Leges Alfonsi IX. Regis Hispanię part. 1. tit. 4. lege 7. &c. Vide Tenere.*

In aliquot Conciliis & Synodis plures statuuntur adhiberi *Patrini*, in levatione scilicet maris, duo mares & una femina, in femina vero levatione unus mas & dua femina, in Eboracensi an. 1195. cap. 4. *Sarriberiensis* an. 1217. c. 19. *Wigorniensis* an. 1240. cap. 5. *Coloniensis* an. 1280. cap. 4. *Synodo Santoniensis* an. 1280. cap. 6. *Exoniensis* an. 1287. cap. 2. &c. Adde Statuta Odonis Episcopi Parisiensis cap. 3. §. 5.

Varia fuit hac in re Ecclesię disciplina. Unum patrinum præcipiunt Statuta Eccles. Biterr. ann. 1368. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 644. *Item, præcipimus plures ad suscipiendum infantem de sacro fonte non accedant. Sit autem unus Patrinus tantum in baptismo, sive vir, sive mulier, & alius si voluerit in catechismo.* Idem definiunt Statuta Eccles. Cadurc. &c. ibid. col. 685. ut & Eccl. Nemauf. col. 1026. *Sistaric. col. 1080. & Trecor. ann. 1457. col. 1161. Duos susceptores adhiberi posse permittunt Statuta Eccl. Aduensis an. 1468. ibid. col. 505. Inhibetur quod ad levandum puerum de sacro fonte, ne ultra duo recipiantur.* Idem legitur in Statutis Eccles. Catalaun. an. 1393. ibid. col. 669. *Tres vero admittunt Statuta Eccl. Trecor. cap. 8. ibid. col. 1098. Item, ad levandum infantem de sacro fonte dua persona vel tres tantummodo admittantur.*

Ab officio patrini excluduntur Regulares, excommunicati, pœnitentes publici, & nondum confirmati. Concil. Paris. VI. c. 34. *Illos tamen specialiter ab his officiis removendos judicamus, ne alios de sacrosancto fonte baptismatis suscipiant, nec etiam ad percipiendum S. Spiritus donum aliorum patroni existant, qui & communionem canonicam privati & pœnitentię publicę sunt subacti.* Statuta Eccles. Cadurc. &c. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 685. *Prohibemus etiam districte ne in Patrinum Regularis aliquis admittatur, nec aliquis alius qui in sententię est positus vel ligatus excommunicationis vel interdicti, vel qui non est confirmatus.*

PATRINI in Confirmatione pueri. Concilium Sarisberienſe an. 1217. cap. 24. *In hoc Sacramento contrahitur proximitas ſpiritualis, ſicut in Baptiſmo, inter illos qui ſuſcipiunt pueros, & illos quorum ſunt pueri, & inter pueros ſuſceptos.*

☞ Quid vero requiratur ut in Confirmatione patrinus quis eſſe poſſit, docent Articuli Paris. ann. 1586. à Marten. editi to. 4. Anecd. col. 1202. *Nulli præterea Patrini vel ſuſceptores, ad ſuſceptionem adhibeantur, niſi ſacro chriſmate inuncti, confirmatique ſint: ac niſi ejuſdem ſexus, cum mulieres à viris ſuſcipi è re non eſſe, niſi urgente neceſſitate compertum ſit: ac ne parentes aut conjuges, fratresve ſint, aut eorundem qui confirmantur in baptiſmo ſuſceptores fuerint.*

☞ **PATRINUS**, pro Patronus, in Teſtam. Bertichramni Episc. Cenoman. to. 3. Analect. pag. 127. *Ut baſilica qua in honore beatiffimi ac peculiaris Patrini noſtri Martini ſancti Episcopi, &c.*

PATRIOTA, Indigena. Metellus in Quirinalibus:

Patria conſilium rite tuenda

Tribuerunt peregrini Patriotis pavefactis.

Vita S. Deicoli Abb. Lutrenſ. num. 7. *B. Columbanum egregium Scottigenarum omnium Patriotam.* [Acta S. Ottonis to. 1. Julii p. 376. *Non abſque ſumma Patriotarum admiratione convaluit.*] Thierricus Valliſcolor in Urbano IV. PP.

Hancque ſibi recipit, Patriotas convocat, ac de Urbevetanorum poſſe redemit eos.

Occurrit præterea apud Silveſtrum Giraldum in deſcriptione Cambriæ c. 7. Thwrocziſm in Chron. Hungar. 1. part. c. 23. in Actis S. Foranni Abb. num. 11. in veteri Charta Sancii M. Regis Navarrae, apud Yopez in Chron. Ordinis S. Benedicte to. 5. p. 468. &c.

PATRIOTICUS, non ſemel apud Senatorem lib. 11. & 12. in Concilio Aurelian. c. 7. & apud Gregor. Turon. in Vita S. Maurilii Episc. MS. c. 9. [Pro Patrius, apud Marten. tom. 9. Ampliff. Collect. col. 921. *Ubi ventum fuerit ad veſtium peregrinis, ut dixi, potiſſimum Patrioticis amicitur ornatibus.*]

PATRIPASSIANI, Sabelliani Hæretici, qui Patrem paſſum eſſe afferbant, apud S. Auguſtinum hæ. 41. Philaſtrium, &c. *Unde eos etiam, inquit Ferrandus Diac. in Epift. ad Severum, Patripaſſianos appellari vetuſtas oſtendit.* Vetus auctor Conſultationum, ſive altercationum inter Zachæum Chriſtianum, & Apollonium Philoſophum lib. 2. cap. 11. *Patripaſſianus eſſe quidem aſtruit Patrem, ſed ipſum mox eſſe ſibi Filium, atque eundem ab inita ſubſtantia, in nativitate paſſionemque deſcendere, ſanctum perinde Spiritum etiam in perſona eundem eſſe, non tertium.* Adde S. Cyprianum in Epift. ad Jubaianum de baptizandis Hæreticis, Marium Mercatorem in Anathematismo Neſtoriano §. 20. Agunt de iis præterea Ruffinus Aquileienſis de Symbolo & in Apologia Eufeſii Pamphyli pro Origene, Fauſtus Regienſis de Ratione fidei, Marius Victorinus lib. 1. adverſus Arium, Rupertus lib. 11. de Divin. offic. cap. 11. Iſidorus lib. 8. cap. 5. Papias in Noechiani hæretici, &c. *Deipaſſiani dicuntur Marcellino Comiti in Anaſtaſio.*

☞ **PATRIXARE**, pro Patriffare, Patrem imitari. Charta ann. 1095. in Tabular. B. M. de Bono Nuntio Aurelian. *Adela Comitiffa . . . Stephani Comitiffis uxor bene Patrixans erga nos beneficia multa contulit.*

☞ **PATRIZARE**, Eadem notione. S. Bernardus in Vita S. Malachiæ: *Patrizans in ſectando juſtitiam & amorem viri.* Vita S. Drauſii to. 1. Martii p. 406. *Procurrent in exequendis antecellorum fideliter factis Pa-*

trizare & per omnia commorigerari. Bovo in Relat. invent. Reliquiar. S. Bertini ſæc. 3. Bened. part. 1. pag. 161. *Tripertito paterno imperio, dum ſinguli per ſingula regna Patrizare, ſequæ ſecundum paternam magnificentiam protelare cupiunt* Lotharius, Ludovicus & Carolus. *Patriffare dixit Terentius Adelph. Act. 4. ſc. 2.*

☞ **PATROCIDA**, Patriorum interfector. Proceſſus Ludovici Imper. in Johannem XXII. PP. in Chr. Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 100. *Captus eſt igitur perſecutor iſte nequiſſimus, Prado in domeſticos, plebis interemtor, occiſor filiorum, in patrios Patrocida.*

PATROCINIUM, Tutela Patroni, cui ſe committentur liberi, ſeu ſervi libertate donati. Primum Teſtamentum Widradi Abbatis: *Similiter & illas ceſſiones, quas ad libertos noſtros Giſleberto & Grimberto Clericis ad eorum ingenuitates confirmandas Daolonecas in Bornato & in Cereſio ſecimus, quando ipſos pro anime noſtre remedio ingenuos dimiſimus, ut dum advivunt, hoc teneant, & poſt eorum diſceſſum, cum omne ſuperpoſito ad jam dictam caſam S. Projeſti, ubi eorum Patrocinia & deſenſionem conſtituimus, revertere faciant.* Capitula ad Legem Bajwar. tit. 1. cap. 7. *Qui vero per chartam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi, ubi nullum Patrocinium & deſenſionem non elegerint, ſimiliter Regi componantur cum 40. ſol.* Concilium Toletanum IV. c. 68. *Episcopus qui mancipium juris Eccleſiæ, non retento Eccleſiaſtico Patrocinio, manumitti deſiderat, duo meriti ejuſdem & peculii coram Concilio cui præminet per commutationem . . . offerat.* Adde can. 69. 70. 71. 72. 73. 74. Concil. Tolet. IX. can. 14. 16. Emeritenſe cap. 20. Leges Wiſigoth. lib. 8. tit. 1. §. 3. 4. Additam. 2. ad Legem Burgund. §. 2. Capitulare 3. ann. 813. cap. 11. 13. &c.

PATROCINIA SANCTORUM, Reliquiæ Sanctorum, quorum patrocinia invocantur, vel reliquiæ Patronorum, ſeu Sanctorum tutelarium. Aimoinus de Miracul. S. Benedicte c. 36. *Erant autem qua ſerebantur cum Patrocinio S. Benedicte pretioſiſſima reliquiæ beatiffimorum Confefſorum Eucherii & Verani.* Odo Abbas lib. de Miracul. S. Mauri c. 17. *Beati quoque Petri Apoſtoli Patrocinia ſunt reperta, &c.* Vita S. Judoci cap. 13. *Pretioſa plurimorum Sanctorum Patrocinia ſecum inde reverſurus tollere cupiebat.* Adde cap. 14. Leo Oſt. lib. 3. cap. 23. *Cum diverſis Eccleſiaſtici miniſterii apparatibus, ac Sanctorum Patrociniis plurimis.* Aribo Episcopus Friſing. in Vita S. Corbiniani c. 20. *Baſilicam adificavit, & S. Valentini atque B. Zenonis in ea Patrocinia collocavit.* Juramentum Hincmari Archiepiſc. Remenſis in Concilio Pontigonenſi: *Sic me Deus adjuvet & iſta ſancta Patrocinia.* Vide Capitulare 2. an. 802. ſub finem. *Sebaſtianus Salmanticensis Episc. in Hiſtor. Hiſpan. Gratuita Chriſti clementia collata ſibi Sanctorum pignorum Patrocinia, &c.* Infra: *Quarum ergo præſentia reliquiarum ſe credit Patrocinari.* [Vita S. Walpurgis c. 8. ſæc. 3. Bened. part. 2. p. 293. *Accepto præterea idem Episcopus ſuper hoc negotio Regis & regalium virorum conſilio, Virginis Patrocinia ſancta daturum eſſe promiſit.* Patrocinia S. Remigii, in Charta Lotharii Reg. apud Baluz. in notis ad Capitul.] Adde Alcuinum Epift. 65. 192. Concilium Liptinenſe ſub Carolomanno ann. 743. can. 2. Capitul. 1. an. 769. c. 1. lib. 7. Capitul. c. 123. Adamum Bremenfem cap. 19. Albertum Stadenſem an. 961. tom. 2. Caniffii pag. 470. 471. in Hiſt. Tranſlat. S. Puſinnæ Virg. num. 4. Andr. Monach. lib. 1. Vitæ S. Ottonis Episc. Bamberg.

cap. 39. 41. Ord. officij domor. S. Benedicti apud Mabillon. tom. 4. Analect. &c.

PATROCINIUM. Sanctus Eulogius lib. 2. Memorial. SS. cap. 7. *Quorum corpora loco quo deciderant derelicta, summo militum observantur studio, ne Christiani ad emolumentum patrocinationis furtim ea surriperent & reconderent, i. ut iis tanquam reliquiis uterentur: vel sane ut per ea Sanctorum sibi demerentur patrocina. Dinamius Patricius in Vita S. Maximi Episcopi Regiensis: Corpus beatissimi Antistitis... est humatum in Ecclesia B. Petri quam ipse condiderat, quæ postea ipsius nomine appellata est, ob crebra ejus Patrocina, i. miracula.*

PATROCINIUM, Jus Patronatus Ecclesiæ. Exstat in Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanae fol. 13. Charta foundationis Ecclesiæ S. Stephani in territorio Viennensi à Lempteo & Agiloide ejus uxore sub Bernardo Viennensi, & Agobardo Lugdunensi Archiepiscopis, in qua hæc habentur: *Teque heredem nobis in his rebus perpetualiter pro Dei amore & sanctorum Apostolorum, & remedio animarum nostrarum instituiamus, honorem quidem tantummodo loco Patrocini nostris hæreditibus reservantes. Ex quibus colligitur jus patronatus esse perantiquum.*

PATROCINIUM, pro *Patrimonium*, apud Fortescut. de laudibus legum Angliæ cap. 49. nisi mendum sit: *Quamvis non gliscant eos (filios) legum imbui disciplina, nec ejus exercitio vivere, sed solum ex Patrociniis suis.*

PATRON, pro Patronus. Alcuinus de Ecclesia S. Ludgeri Episc. Mimigard.

*Spes tibi magna fiat, lachrymas ascendere calum
Hinc potuisse tuas, fultas Patronibus istis.*

PATRONES, Majores, auctores. Homagium Bernardi Attonis Vicecom. Carcaffon. præstitum Abbati S. M. Crassæ ann. 1110. inter Probat. novæ Hist. Occitan. to. 2. col. 375. *Ut ei recognoscere fidelitatem & hominum pro castris & villis, & locis quæ... tenebant Patrones & antecessores mei in feudum.*

PATRONAGIUM. Vide Patronus 2.

PATRONALE HOSPITIUM, Diverforium, ni fallor. Statuta Astens. Collat. 4. cap. 25. fol. 18. vº. *Juro quod non permittam quod duo unius hospitii Patronalis sint in uno & eodem officio simul tempore mei regiminis. Vide infra Patronus hospitii.*

PATRONARE, Jus patronatus exercere. Histor. MS. Monast. Gemmetic. p. 175. *Quod si aliqua quaestio super his oritur, abbas Gemmeticensis Patronabit ubique.*

PATRONATICUM, Obsequium quod patrono libertus debet. Formula vetus 48. ex Bignonianis: *Nec ulli heredum meorum nullum impendas servitium, nec hominum, nec libertaticum, nec ullum obsequium, nec Patronaticum. Ubi Lindenbrogius form. 99. habet nec patronatus gratias.*

PATRONATUS, Eadem notione, in Append. ad Marculf. form. 18. *Nulli heredum ac proheredum meorum nullum impendant servitium nec hominum vel Patronatus obsequium. Adde form. 56. Idem quod Libertinitatis obsequium dicitur apud eundem Marculf. lib. 2. form. 32. & in form. Sirmondica 12. Testam. an. 1145. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 331. *Universa mansuata mea libera sit, jure Patronatus penitus renisso, peculiis uniuscujusque sibi concessis. Patronatus, alio sensu, vide in Patronus 2.**

PATRONES. Vide Patron.

PATRONISARE, **PATRONIZARE**, Officium patroni seu naucleri gerere. Charta an. 1382. in

Tabular. Communit. Massil. *Franchescimus de Mortexoro cordo merius cum certis mercibus & coraminibus per quamdam galeotam de portu Massilie Patronisatam. Chron. Tarvisin. apud Murator. to. 19. col. 671. Veneti deliberaverunt vi. galeas... navigare debere ad securitatem & transductionem dictæ sponsæ Lombardæ, quas Patronizabant Johannes Miami, &c. Hinc*

PATRONISATIO, Conventio cum ejusmodi patrono, in Charta an. 1298. in eodem Tabular.

PATRONIUM, Tutela, protectio, contracte pro patrociniis. Charta an. 1206. ex min. Chartul. S. Victoris Massil. p. 151. *Rembandus de Bellojoco relinquo ecclesiam B. M. de Clorario liberam & quistam à tallis & quistis & ab omnibus aliis exactionibus... Volo quod heredes mei defendant eam & tueantur & fidele Patronium studeant impertire.*

1. **PATRONUS**. Gloss. Saxon. Ælfrici, ubi de partibus domus: *Patronus: ꝥapul. Quæ vox Saxonica, basim sonat, ut observat Somnerus. Aliud Gloss. Saxonicum MS. laudatum ab eodem Somnero: ꝥapul, Batis, ubi basis, restituit.*

2. **PATRONUS**, [Qui alicujus ecclesiæ exstruendæ, aut alterius cujuscumque foundationis ecclesiasticæ auctor est. *Advocatus* interdum nuncupatus, ut videre est in hac voce, col. 190. in fine.] Joan. de Garlandia in Synonymis:

Patronum faciunt dos, edificatio, fundus.

Leges Alfonso seu Partida, parte 1. tit. 15. lege 1. *Padronadgo es derecho, o poder qua ganen en la Eglefia por biennen que faz en los que son padrones della, este derecho ganaome por tres cosas: La una, por el suelo que da ala Ecclesia, en que la fazen. La secunda, por que la fazen, la tercera, por hereditamento que le da aque dizen dote, onde bivan los clerigos quala sirvieren e de que puedam complir las otras cosas, &c.*

PATRONATUS, seu *jus Patronatus, Patronage*, nostris; *Padronaggio, & Padronatico*, Matthæo Villaneo lib. 1. c. 33. l. 9. c. 98. est *jus honorificum, onerosum, & utile alicui in Ecclesia competens pro eo, quod de diocæsani licentia sive consensu illam fundavit, dotavit, vel construxit ipse, vel is à quo justam causam habet. Ita Joan. Andr. & alii Canonistæ. Chronicon Montiffereni an. 1171. Iniquum censum 20. talentorum, & servitium, & jus Patronatus quod Imperator in præfata Ecclesia habebat, &c. [Charta Margarete Flandr. Comit. an. 1250. apud Miræum to. 2. p. 1233. Patronatum ec. lesiæ de Commines cum jure conferendi præbendas & beneficia... cessimus.]*

Præter hanc legitimam usuque receptam juris patronatus originem, quæ ex ecclesiarum fundatione manavit, aliam, eamque longe frequentiore, repetere licet ab ecclesiarum infeodationibus. Et quidem ubi laici ecclesias & earum bona, quæ vel à Principibus in feudum concessa habebant, vel ipsi sibimet arrogaverant, restituere tandem statuerunt, iis ea lege cesserunt, ut jure patronatus gauderent, atque in iis ecclesiis clericos instituentes Episcopo præsentarent, quos ipsi prius inconsulto Episcopo instituebant destituebantque ad libitum. Quo spectat Capitul. Ludovici Pii an. 816. cap. 9. *Statutum est ut sine auctoritate vel consensu Episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur. Et si laici clericos probabilis vitæ & doctrine Episcopis consecrandos suisque in ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos rejiciant. Adde Capitul. Caroli C. tit. 40. cap. 9. Et ita, inquit Franciscus de Roze in Prolegom. ad tit. de jure patronatus p. 55. Solum jus Patronatus habere ceperunt in iis ecclesiis, quas olim in beneficium, vel etiam in alodem acceperant, ut nempe clericos diocæs-*

nis Episcopis presentarent tantum, non etiam instituerent. Unde & eo sere tempore Hincmarus Remensis in suis Capitulis eos appellat Patronos: qui dicebantur etiam Abbates laici, Abbotomites apud Gerebertam in Epist. 17. sicque invaluit, ut qui ecclesiam aliquam olim accepisset in beneficium, in ea jus Patronatus haberet, quamvis eam nec edificasset, nec dotasset, nec quidquam ei contulisset. His adde praestantissimum Paris. Archiep. Petrum de Marca lib. 1. Hist. Beneharn. cap. 28. & lib. 5. cap. 30.

¶ Inter jura patronorum laicorum illud recensetur, ut inter clericos intra cancellos federe possint. Constitut. MS. Roberti Episc. Lincoln. apud Kennet. in Gloss. Ad haec adjicimus ne laici stent vel sedeant inter clericos in cancello dum divina ibidem celebrantur, nisi forte ob reverentiam vel aliam rationabilem causam & manifestam. Hoc solum Patronis permittitur. Alia patronorum privilegia his duobus versiculis exprimuntur:

Patrono debetur honos, onus, utilitasque.

Presentet, praesit, defendat, alatur egenus.

¶ PATRONAGIUM, Idem quod Patronatus. Statuta Monast. S. Claudii an. 1448. p. 75. Item, Patronagium parochialis ecclesiae de Juerro Lugdunensis diocesis. Pluries ibid. occurrit.

¶ PATRONATA BENEFICIA, Ad quae patronorum praesentatione quis instituitur. Expositio compendiosa benefic. fol. 30. Institutio ad beneficia Patronata pertinet; non enim proprie conferuntur: & differt institutio à collatione, quod haec voluntaria sit, illa necessaria: Ordinariis enim recusantibus instituere, jus ad superiorem devolvitur, & meo iudicio recusantes Ordinarii à Patronis conveniri poterunt interdicto retinenda possessionis coram iudice regio.

PATRONI, dicti veteribus Christianis Sancti, praecipue tutelares, S. Augustino lib. de Cura pro mortuis c. 4. 18. S. Ambrosio lib. 10. in Lucam c. 21. Prudentio hym. 1. & 2. Peristeph. Paulino Epist. 3. ad Sever. & Paneg. 3. in Felicem, & in libris de Vita S. Martini, S. Eulogio in Apologet. &c. Vide Patrocinium

PATRONI, Episcopi. Vetus Schedâ de Ordinatio Episc. edita à Baluzio: Et dum fuerint introducti, (qui Decretum deferunt) interrogantur ab Episcopo suo. Quid est fratres, quod vos fatigastis? Illi respondent, Ut nobis, domine, concedas Patronum. [Fridegodus in Vita S. Wilfridi saec. 3. Bened. part. 1. p. 177. ubi de Episcopatu Eborac.

Nam postquam dicto sedes viduata Patrono.]

PATRONI REGIONUM, Praecipui, nisi sint, quos ἀρχὸν ἀρχῶν vocat Chronic. Alexandrin. Historia S. Clement. I. PP. Tunc comes sacrarum Publius Tarquinius, videns innumerabilem multitudinem Christo credere, invidia ductus, vocavit ad se Patronos regionum, & data pecunia, monuit ut seditionem excitarent nomini Christiano. [Acta S. Sebastiani to. 2. Jan. p. 276. Beatissima Zoë in Apostolorum natale dum ad Confessionem Petri apostoli oraret ab insidiantibus paganis arctatur, ducitur ad Patronum regionis Naumachiae . . . tunc Patronus regionis misit eam in custodiam obscurissimam. Ubi Patroni regionum iidem videntur qui sub urbis Praefecto civili politicae invigilabant, nostris Commissaires de quartier.]

¶ PATRONUS, Dominus, Senior, Seigneur. Charta Hamelini Episc. Cenoman. in Tabul. Major. Mon. Hoc audientes & scientes tam monitu Juelli de Meduana Patroni ejusdem loci, quam clamore vulgi. Infra: Hoc approbante loci Patrono, &c. In alia Charta ex eod. Tabul. Nobilis viri Jabelli de Meduana domini & Patroni ejusdem loci assensu. Rathe-

rius Episc. Veron. lib. 1. Praelog. apud Marten. to. 9. Ampl. Collect. col. 805. Patronus, sive, ut usitatus à multis dici ambitur, senior es?

¶ PATRONUS GALEAE, NAVIS, Nauclerus. Charta an. 1326. in Tabular. S. Victoris Massil. Mandatis singulis Patronis galearum de dicta civitate recollectis ad gagia curia, ut &c. Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 278. Item, Angelono Patrono galeae domini quos solverat Trombette Vice amirati de mandato domini, taren. II. . . . Item, pro loherio unius barca apud S. Restitutam retinuit Patronus taren. I. Inferiores esse Capitaneis navium docet Bern. de Breydenbach in Itin. Hierosol. p. 239. Eodem die misit Capitaneus navium Sirie nuncios per omnes galeas, & invitavit ad prandium alios Capitaneos & Patronos & omnes principales officiales navium & gubernatores & dominos.

¶ PATRONUS HOSPITII, Diversorii magister, caupo. Computus mox laudatus ibid. Item, Patrono hospitii in quo dominus fuit hospitatus de mandato domine Dalphinae, taren. II. Vide Patronale hospitium.

¶ PATRONUS, Exemplar, nostris etiam Patron. Menoti Serm. fol. 120. O juvenes: hic notetis: voyés la forme & le Patron ou a été prinse vostre vie; ecce formam & Patronum à quibus sumpta est vita vestra.

¶ PATRONUS, Exemplar, seu Charta enumerationis, in qua bona sua quis recenset, Gall. Dénombrement. Charta an. circ. 1320. ex Regesto Noster fol. 440. v. Ordinatum est quod Thesaurarius abbas d'Eleuin & dominus Michael Moza recipiant Patronos dictorum Judaeorum, & sciant veritatem de valore, ut possint exigi dicta xv^m. librae à Judaeis predictis. Et illud quod in Patronis non posuerint, confiscetur domino Regi.

¶ PATRONUS, pro Patrinus. Annal. Bened. to. 3. pag. 23. Patroni filiis suis symbolum & orationem Dominicam insinuent. Vide Patrinus.

¶ PATRUOLUS, Fratris seu sororis filius. Chron. MS. Regum Franc. Et ex statim à Ludovico fratre suo, eoque ipso inconulsto & invito imperium sui Patruoli seu nepotis usurpavit.

¶ PATTA, Fibula lignea, à Gall. Patte Tabular. Capituli Ambian. In die Luna unum (boissellum) pro apertione molendini, & in reparatione molendini unum ad Pattam conficiendam.

¶ PATTALORINCHITTÆ. Vide Passalorinchita.

¶ PATUATIO, pro Pactuatio, Pactum, conventio. Chron. Casaur. lib. 1. Spicil. Acher. to. 5. Loca in eadem commutationis cartula reperiuntur, & tenores, & Patuationes, cambitiones, &c.

PATULA, Pugio, ensis. Lambertus Ardensis pag. 168. Manus in eum injecerunt, & extractis Patulis, sine misericordiis eum . . . jugulaverunt. Sed legendum reor spatulis, id est, parvis spathis.

¶ PATULE, Pascuum. Chron. Casaur. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 929. Cum silvis, . . . rivis, rupinis ac Patulibus, &c.

¶ PATULUM, Locus patens & apertus, area, Gall. Cour, ubi interdum conventus habebantur. Annal. Bened. to. 5. p. 70. Factum est hoc . . . apud castrum Blesum intra curiam, retro palatium prope turrem, Patulo inter caminatas quidem palatii sito. Gall. Christ. to. 3. col. 21. inter Instr. Hanc chartam scripsi & subscripsi & in Patulo relegi. Vide Patuum.

¶ PATURAGIUM, à Gall. Paturage, Pascuum. Charta MS. Libert. Bellomont. Concedimus plenum ac liberum habere usarium . . . ad omne Paturagium dictorum nemorum. Charta an. 1249. to. 1. Ampliff. Collect. Marten. col. 1305. Ut omnia animalia tam fratrum quam hominum suorum Paturagia ha-

beant libera per totam terram nostram. Charta Itherii de Mengnac an. 1278. apud Thomasser. in Biturig. p. 110. Et percipiant usagia sua & Paturagia suis animalibus.

1. PATUS, Gaza, thesaurus, πάτος in cod. Barbaro-Græco Nicetæ in Alexio Duca, ubi exponitur πλοῦτες, divitiæ. Auctor Queroli: Si dives fueris, Patus appellaberis, sic nostra loquitur Græcia. Monet præterea Petrus Daniel in veteri Glossario Patus, pacem tenens, exponi, quani interpretationem secutus est Papias.

¶ 2. PATUS, mendose in Charta Guillelmi de Calviniano an. 1218. apud Thomasser. in Biturig. p. 724. Ita quod si sorores meæ maritate vel maritandæ, & etiam frater meus qui mecum est partiturus super eos vel suam partem, aliquid requireret eis, suam partem prout nunc Pata est, garirem & deffenderem. Lego Rata. Vide alia notione mox in Patuum.

¶ PATUUM, Pascuum, pratum, Gall. Pastis. Charta an. 1144. inter Probat. novæ Hist. Occitan. to. 2. col. 507. Ego Bernardus Athonis Vicecomes Nemaufi dono & in perpetuum concedo ad Patuum populo Nemaufensi omnes garrigas. Charta an. 1204. in min. Chartular. S. Victoris Massil. p. 66. Concedimus vobis ad opus S. Sepulcri quoddam Patuum. Charta Curia Arelat. MS. an. 1225. Elegerunt . . . infra scriptos qui . . . cognoscere debent quid Patuum, quid consorcium, vel devesum, quid privatum, quid publicum, quid ad communes usus in Crani pascuis pertinent. Tabular. Eccl. Uzetiensis an. 1272. fol. 5. Quartas, thascas, census, usatica & obediementa, pascua, Patua, & res omnes alias, &c. Occurrit in hoc Tabul. non semel. Charta an. 1339. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: Via qua procedit à Patuo de Sablono & prætenditur usque ad Rhodanum. Testam. Anglici Cardin. an. 1388. apud Stephanot. to. 10. Fragm. Hist. MSS. p. 334. Et lego pro ipsa capellania fundanda omnes census, . . . terras cultas & incultas, heremas & vestitas, Patua, pascua & obediementa, &c. Vide alia notione in Pactum.

¶ PATUS, Eodem significatu, in Charta ann. 1154. inter Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 549. Ego . . . Guillelmus de Tortosa providens communi utilitati villa S. Martini de Cretio, . . . ea pascua & Patus, quæ vel qui modo sunt, & ab antiquo fuerunt, ut ea communiter habeant, &c.

¶ PATUUM, Idem quod Patulum, Provincialibus vulgo Pati. Charta an. 1320. ex Tabular. Commendaria Arelat. Idem cum in Patuis, plateis & locis publicis tam in civitate quam in territorio existentibus. Charta an. 1490. ex Schedis Præsid. de Mazaugues; Acta fuerunt hæc . . . in Patuo fortalitiu ipsius castri. Statuta Massil. lib. 3. cap. 8. Ordinamus ut Communis Massilia sive aliquis nomine Communis non cogant nec possint cogere, aliquem Massiliensem ad vendendum aliquem honorem, vel domos sive Patuum infra muros Massilia, vel extra.

¶ PATUUM, Cloaca, fimetum, fossa fimaria. Statuta Massil. lib. 1. cap. 59. Statuimus ut si aliqua persona Patuum habet vel habebit infra Massiliam alicubi, ubi fit vel fiet fimoratum, &c. Ibidem lib. 5. c. 40. Statuimus . . . ut illi probi viri, qui electi & statuti sunt super claudendis Patuis & casalibus civitatis inferioris, & super carreriis Massilia ab omni immunditia purgandis, &c. Ubi Commentarium Gallicum habet, Cloaques, vulgairement Patis.

¶ PATUUS, Pascuum. Testament. Guidonis Gue-regiaci an. 1177. to. 9. Spicil. Acher. pag. 152. Dimitto adhuc uxori meæ pignora & Patuos de castello de Armazanicis.

¶ 1. PAVAGIUM, perperam pro Pariagium, in Charta Philippi Pulcri an. 1307. apud Menester. Hist. Lugdun. p. 42. Nos vel successores nostri, domum, fortalitiu, vel castrum acquirere vel construere, construi nostro nomine permittere quoquo modo & casu, feodum, retrofeodum, scorietaem vel Pavagium, seu alias quascumque res immobiles quovis nomine, &c. Ubi leg. omnino societatem vel Pariagium. Vide supra in voce Par.

2. PAVAGIUM, ex Gallico Pavage: tributum quod pro viarum pavimentis præstatur: nostris, Droit de chauceé. In Monastico Anglic. to. 1. pag. 722. 767. 976. locos vide in Picagium: à Pavire, Lat. quod ἐδαφίζω redditur in vett. Gloss.

PAVIAGIUM. Catalogus Episcoporum Leichfeldensium in Anglia, in Waltero de Lagton ann. 1300. Paviagium Leichfeldia, & alias quamplures libertates Ecclesie Lichfeldiensi à Rege Edwardo. . . . concedi impetravit.

¶ PAVAILLONUS, Papilio, tentorium, Gall. Pavillon. Charta treugarum ex Archivis Ducis Sabaudia Taurini: Hæc treuga facta est quoad dictum Amedeum de Sabaudia in acie intra ejus Pavaillonum ante villam & castrum de Chalamont die Martis 12. Julii anno 1380. Vide Pavellio.

¶ PAVALLYO, Eadem notione. Charta an. 1332. to. 2. Hist. Dalphin. p. 238. In una parte ejusdem sigilli erat figura Majestatis regie sedentis in Pavallyone liliis seminato cum aliis characteribus suis. Vide Pavilio.

¶ PAVAMENTUM, Pavimentum, Gall. Pavé. Comput. an. 1261. ex Bibl. reg. Pro terra appor-tanda pro Pavamento, &c.

¶ PAVARE, Pavire, pavimentis sternere, Paver. Pavator, Paveur. Idem Comput. Pavatori qui Pavavit curiam, scilicet teisiam pro vi. sol. xxxvi. lib. Liber anniversar. & censuum S. Germ. Paris. fol. 72. Super granchia Johannis de campis in vico Pavato, xviii. den. Vide Paviare. Pavamenter & Empaven-ter apud Poetas nostrates. Le Roman de Vacce MS.

L'eglise de l'Archevesquie
De Roen du plus riche sie,
Fist abatre & faire graignor . . .
Plus longue la fist & plus lee,
Plus haute & miex Empaventee.

Le Roman de la guerre de Troyes MS.

En une chambre à or ovrée,
Et de cristal Pavamentee.

¶ PAVASIUM. Vide Pavisarii.

¶ PAUCA, Mensura vinaria, vulgo Pauque vel Pauche. Necrologium Abbatia S. Petri de Casis: xxiii. Maii . . . dimisit tres metretras vini seu tres Paucas. Ibid. xi. Julii. Margareta de Pruneto abatissa de Casis constituit & donavit unam Paucam vini singulis Dominicis à festo Pasche usque ad vendemias. Ancilla Lemovicibus etiamnum Pauca, vulgo Pauche, dicitur, quasi femina ex paucis orta.

PAUCEDO, Paucitas, Joanni de Janua.

¶ PAUCIO, pro Pactio, pactum. Charta an. 1217. in Chartular. S. Vandreg. to. 1. p. 1055. Et ut hæc Paucio rata sit & stabilis hanc presentem cartam sigilli mei munimine roboravi.

¶ PAUCIUM. Vide Pausa.

¶ PAUDER. Placitum Chlodovei III. ann. 692: apud Mabill. lib. 6. Diplom. Ch. 15. Placita inter se habuerunt, ut medio mense Aprile jam præteriti & ipsi Ermenoaldus abba Pauderis homenis sua mano quarta ante ipso Pontesci, aut hoc conjurare debirit, quod &c.

PAVELLA. Charta Petri de Condeto Capellani Regis to. 2. Spicileg. Acheriani p. 557. Et idem Dom.

Rex & alii Barones, sicuti erant ordinati per bella, exierunt circa exercitum contra Saracenos qui erant infiniti, ne possent intrare Pavellam, vel habere accessum ad castrum. [f. Contextus & series palorum, Gall. Palissade, olim Paveseade; nisi mavis pavellam interpretari Diverforium, hospitium, nostris veteribus Pavaie.]

- ¶ PAVELLIO, ut Pavailonus, in Computo ex Bibl. reg. Pro quodam magno Pavellione ad comedendum, &c.
 ¶ PAVELLUS, Scutum minus. Statuta Equit. Teuton. art. 79. apud R. Duellium to. 2. Miscel. pag. 60. Vicemarschallus potest de carvana fratri dare veterem sellam, Pavellum, vel frenum, cum relicta fuerit & abjecta.

PAVENSES. Charta ann. 1299. apud Cherubin. Ghirardaccum lib. 12. Histor. Bononiens. pag. 375. Precamur quatenus dictum castrum munitis victualibus, balistis, sagittamentis, Pavensibus, lumeriis, & pannellis. Ubi Pavenses videntur esse scuta majora, quæ nostri Pavois vocabant. [Hinc emendandum videtur Chron. Domin. de Gravina apud Murat. to. 12. col. 721. Territi timore mortis, repositis Pallarensibus magnis in terram. Ubi leg. Pavensibus.]

PAVERE MESSEM aut annonam, Frumentum excutere, ut in l. 7. D. de adquir. rer. Dom. vel exprimere, ut in l. 14. §. 3. D. de Aliment. Capit. Caroli M. l. 3. c. 66. & Lex Longob. l. 1. tit. 14. §. 11. Si quis messem aut annonam in hoste super barnum dominicum rapuerit, aut furatus fuerit, vel Paverit, aut cum caballis vastaverit, &c. Festus ait pavera frumenta veteres dixisse, quæ de vagina non bene exibant.

¶ PAVERIUS, f. Junci species, quæ nonnullis Pavée dicitur. Chartular. V. S. Vedasti Atrebat. p. 48. Sit in possessione . . . de cinnis ponendis in aqua . . . de arundine & Paverio.

¶ PAVERUS, Anferculus, Gall. Jeune oye, Ital. Pavarò. Johan. Demussis Chron. Placent. ad an. 1388. apud Murator. to. 16. col. 582. In astate in cœnis dant . . . post assatum pullorum, capredum, vitelli, vel Paveri, vel anetris, &c.

PAVESCA, Vestis species, pavonatis. Statuta Mafiliensia MSS. an. 1276. Mantellum, Pavescia sine penna & sendato & frezo. Vide Pavonatis.

¶ PAVESERIUS, ut Pavisarius. Vide Pavisarii.

¶ PAVESIUM, Scuti genus, nostris Pavois, Italis Pavese. Vide Pavenses. Charta an. 1377. in Tabular. S. Victoris Massil. Stephanus abbas S. Victoris dedit monasterio pro arnesio, pro defensione & tuitione, videlicet balistas, viratones, Pavesia, . . . & alia quæcumque arnesia. Hinc Pavestator dictus miles qui ejusmodi scutis utebatur in præliis. Vide Pavisarii.

¶ PAVESIS, Eadem notione, ab Ital. Pavese. Charta an. 1359. apud Illust. Fontan. in Antiquit. Hortæ p. 417. Et dimittat (Potestas) & dimittere debeat unum Pavensem de Pavensibus ipsius . . . & si non dimiserit dictum Pavensem, &c.

¶ PAVESIUS, Eod. significatu, in Charta an. 1345. to. 2. Hist. Dalphin. p. 510. Quod in dictis galeis sint in qualibet cc. homines, . . . CLXXX. Pavessi, cc. lanceæ, &c.

¶ PAVESUS, & PAVEXIUS, in Chron. Tarvisino apud Murator. to. 19. col. 792. Multas manu unica experientias fecit in erigendo lanceas, & Pavexios, &c. Ibid. col. 858. Accedere deberem cum paghis LXXXV. balisteriorum atque Pavesorum, &c.

¶ PAVEXARIUS. Vide in Pavisarii.

¶ PAVIA. Vide Pausea.

PAVIAGIUM. Vide Pavagium.

¶ PAVIARE, ut supra Pavare. Vide in hac voce. Charta an. 1353. apud Rymer. to. 5. pag. 774.

Ordinavimus quod quilibet . . . ante tenementum suum à pariete sive muro ejusdem tenementi; ubi via fuerit lata, per septem pedes usque canellum . . . de proprio faciat Paviari.

¶ PAVICLARE, ut Paviare. Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerm. Pariclare, ἐδαφίζω. Hinc

¶ PAVICULA, Instrumentum quo pavementum coequatur & firmitur, Gallic. Hie, Demoiselle. Gloss. Lat. Græc. Pavicula, ὀμαλίζῃς.

¶ PAVILIO, PAVILLIO, Papilio, tentorium, à Gall. Pavillon. Computus an. 1202. apud D. Brusel to. 2. de Usu feud. p. cxciv. Expensa pro Pavilionibus & tonellis ad denarios portandos, xxxv. f. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. apud Murator. to. 6. col. 502. De voluntate totius Consilii stabilitum fuit contra Savonenses exercitum facere generalem, & ut quilibet Pavilionibus & tentoria in exercitu appareret. Litteræ Henrici V. Reg. Angl. an. 1415. apud Rymer. to. 9. p. 200. Pro factura & emendatione Pavilionum & tentoriorum nostrorum, &c. Occurrit præterea apud eundem to. 15. p. 175. & in Gestis Manfredi & Conradi Reg. apud Murator. to. 8. col. 116. Pavillio-foderati, in Chron. Estensi apud eundem Murator. to. 15. col. 426. Vide Pavallyo, & Pavellio.

¶ PAVILIONUS, Ead. notione. Chron. Parmense ad an. 1308. apud Murator. to. 9. col. 874. In dicto exercitu remanserunt omnia manghana Communis, tenda & Pavilioni Communis. Vide Pavailonus.

¶ PAVILLO, in Computo an. 1324. to. 1. Hist. Dalphin. p. 133. Item cuidam nuntio misso Philippo Reymundi, pro adducendis tendis & Pavillonibus vi. sol. Pavilo, in Hist. Cortusior. apud Murator. to. 12. col. 796.

¶ PAVILLONARIUS, Papilionum confector. Charta an. 1377. apud Rymer. to. 7. pag. 156. Sciatis quod assignavimus dilectum nobis Theman de Thorneton Pavillonarium nostrum, ad tot Pavillonarios, quot pro operationibus & pavillonis quas pro solemnitate coronationis nostræ in palatio nostro, &c.

¶ PAVIMENTATIO, Actio pavimentandi. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1410. apud Rymer. to. 8. p. 635. Mandamus quod . . . proficua earundem consuetudinum circa Pavimentationem & reparationem predictas ponatis. Vide Pavare.

¶ PAVIMENTATOR, Pavimentorum structor, Gall. Paveur. Chron. Corn. Zantfiet apud Marten. tom. 5. Amplif. Collect. col. 363. Jacobus Baddu Pavimentor calceata.

PAVIO. Acta dedicationis Ecclesiæ S. Juliani de Lepida in Veronensi districtu an. 1186. apud Ughellum: Deinde venerunt ad Pavionem, ubi erant reliquie B. Mariae V. & S. Juliani, & multorum aliorum Sanctorum, & portaverunt predictas reliquias cum magna reverentia in predictum Ecclesiam. Idem forte quod Pavo, de qua voce mox, [vel potius quod]

¶ PAVIONUS, Papilio. tentorium, Pavillon. Chron. Parmense ad an. 1279. apud Murat. to. 9. col. 791. Et tota civitas, clerus & populus illuc (Parmam) iverunt. Et travacha & Pavioni erant in platea Communis, ubi jacebant infirmi. Vide Pavilio.

¶ PAVIRE, id est, ferire, percutere. Gloss. MSS. S. Andreæ Avenion. xiii. sæc. exaratum. V. Pausea.

PAVISARII, Milites Pavasii, scutis ita dictis, in præliis ac bellis instructi. Thomas Walsinghamus in Ed. III. Venientem contra eum cum 7. millibus electis armatorum, aliisque armatis Pavisariis, ac balistaris, in numero excessivo. Computum Barthol. du Drac Thesaur. Guerr. an. 1350. fol. 52. M. Savari de Vivone sire de Tors Chev. banneret, pour luy, 5. Chev.

5. Chev. Bacheliers, 36. Escuyers au prix, 10. Archiers à cheval, & un Pavessier à pié &c. Pavescieurs, apud Froissartem 4. vol. c. 13. Guillelmus le Seur in Hist. MS. Gastonis Comitis Fuxensis cap. 5: En laquelle bataille il povoint bien estre environ 4000. hommes d'armes, & de 5. à 6000. arbalestriers & Pavoisiers. Pavessari, apud Joannem Villaneum, lib. 6. cap. 41.

PAVESERII, PAVEXARII, Eadem notione. Ordinatus. Caroli Johannis Reg. Primogen. an. 1356. to. 3. Ordinatus. p. 102. Obtulerunt nobis nomine Regis... nos juvare... de quatuor balisteriis & Paveseis medium per medium equitibus. Paveseis, ibid. p. 109. ex Epist. cjuisd. anni. Chron. Tarvisin. apud Murat. to. 19. col. 858. In ratione librarum XVIII. pro singulo balisterio, & librarum XII. pro singulo Pavexario in mense.

PAVESIATORES, in Charta an. 1383. apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. pag. 437. [Hinc emendandus Pittonus in Hist. Aquensi l. 3. p. 200. ubi ex eadem Charta edidit Panesiatores.] Vide Notas nostras ad Villharduinum p. 284. 285. Sunt autem Pavasia, Canano *παλαστια*, Cambro-Britannis *Pafais*, scuta grandiora, quibus tecti milites, hostes impetebant. Eiusmodi sunt parmæ, quæ describuntur à W. Britone lib. 10. Philipp. p. 216:

Hunc precedebat cum parma garcio, sub quâ
Nil sibi formidans obsessos damnificabat
Assidue poterat nec ab illis damnificari,
Asseribus latis dum parma protegit ipsum;
Quam nexu taurina tegit septempele pellis.

Pavasiorum, seu scutorum ita dictorum meminit Chronicon Bertrandi Guesclini:

D'escus & de Pavas, les a bien acordez.

Alibi:

Arbalestes, Pavas, & fors escus bandez.

Computum de Auxiliis pro liberatione Joan. Regis Franc. an. 1368. Artillerie, comme canons, arbalestes, viretons, Pavais. Petrus Gerardus lib. 7. de Vita Ezelini: Mille fanti Pavani tutti con Pavese, balestre & lancee. Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

Dessus la mer fist assembler navires,
Pleins de harnois, d'arbalestes, de vires;
De gros canons, serpentines courtiaux,
Pavois dorez, grans escussions divires,
Lances, gourgons, & seu gregois en buire.

Eiusmodi Pavisarios nauticos, *παιδαρχες* appellabant Græci, apud Polluceum & Suidam. Claudianus de Consulatu Manlii:

Ac velut exertus lentandis navita tonsis
Præficitur lateri custos.

PAVISSIS, Scuti genus, Pavois. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 384. Viginti & novem Pavisses, cum armis sancti Georgii depictos, & quindecim Pavisses cum armis Oxonia & Deverosse depictos. Vide Pavesium.

PAVITUM, *ἐδαφισμερον*, in Gloss. Lat. Græc.

PAULA, pro Palla, linteum quo tegitur altare. Rituale vetus Sueffion. apud Marten. Tract. de Rit. p. 381. Deiu imponat duos pannos super sacrosanctum altare, ... in facie autem illa, quæ ad chororum respicit, duo manutergia tantummodo dependeant. Adhuc super omnia Paula addatur, super quam divina celebrentur. Deinde duæ Paula plicatæ ad cornu altaris ponantur. Vide Palla 2. & Pallium 2.

PAULATIVE, Paulatim, sensim. [Charta Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1304. to. 1. Ordinatus. pag. 426. * Statuentes nihilominus, quod ... residuum ad mercata circumvicina Paulative ad sufficientem necessi-

Tom. V:

tatem villarum & locorum vicinorum, non totum insimul una vice, defferri faciat & vendi. Charta an. 1337. in Tabul. S. Victoris Massil. Edificia Paulative & successive reparantur. Occurrit rursus apud Marten. to. 2. Anecd. col. 1736.] Sanutum lib. 3. part. 11. c. 13. & Continuatore Nangii non semel. PAULATIVUS, Qui fit paulatim. Engelbertus de S. Mariæ virtut. tract. 4. cap. 16. apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. col. 721. part. 1. Ita est duplex mors; una quasi naturalis quæ est Paulativa consumptio humidi radicalis, donec illo consumpto etiam simul deficiat calor vitalis. Deperditio paulativa, apud Goclen. in Lex. philos.

PAULEUM, PAULIUM. Vide Pallium 2.

PAULIANI, PAULICIANI. Vide Populicani.

PAULINA POTIO. Ditmarus lib. 6. p. 80. Marchio Lutharius in Occidente infirmatus, & potione Paulina inebriatus, ex improvise obiit. Potio, ut videtur, venenata, qua postea extinctus Henricus VII. Imp. data à Paulino Monacho ordinis Prædicatorum, quæ revera Potio Paulina dici potuit. Rhythmi in Obitu Henrici VII.

In grandi stat tristitia
Exercitus militia,
De Principis ruita,
Quam feritas damnabilis
Manusque detestabilis
Coagulat Paulina.

Meminit Myrepsus sect. 4. cap. 1. antidoti Paulinæ appellatæ, quæ ad tuum confert.

PAULLINÆ LITTERÆ dici videntur eæ quibus excommunicatio pronuntiatur; forte quod verbis Apostoli Pauli, *Anathema, Maran Atha*, in iis uterentur. Synodus Valentina an. 1584. to. 4. Concil. Hispan. p. 286. Quia tamen aliquando ad perlegendas in pulpito diebus festis privatarum personarum litteras, quales sunt monitoriæ, & illæ quibus excommunicatio infertur & quæ dicuntur Paullinæ, non parum laboris insumendum est; statuimus, Synodo approbante, ut in posterum... pro Paullina una & aliis quæ minime breviores fuerint, solidum unum accipere possint.

PAUMELLYA, Hordei genus, vulgò Paumelle. Index MS. benefic. eccl. & dioec. Constant. fol. 15. Rector habet annuatim in grangia decimarum quadraginta bussellos de Paumellya nomine novalium. Vide Palmola.

PAVO, PAVUS, PABO. Gloss. Isidori: Pabo, vehiculum unius rota. Papias: Pabo, genus vehiculi. Idem: Pavus, genus operimenti, vel vehiculi. Alibi: Pavo, genus operimenti. In litera F. Favo, operimentum quoddam. Vita S. Agili Abbatis cap. 25. Dum ergo corpus ejus sepulturæ traderetur, quidam è fratribus validissima febre exastuans advenit, linteum, quod Pavonem tegebat, in fide pro remedio tetigit, &c. Acta S. Marcelli PP. cap. 5. n. 21. Condixit corpora Sanctorum cum aromatibus, & linteaminibus, & imposuit noctu in Pavone cum Eunuchis suis. S. Ambr. in Actis S. Sebastiani n. 89. Et levans eum, posuit in Pavone suo. [Marten. to. 6. Amplif. Collect. col. 976. ubi de S. Trophimene: Ecce Petrum Episcopum cum suo Petro Archidiacono caterisque presbyteris reperiunt propriis ulnis in tenuissimo Pavone sanctam Martyram simul gestantes.]

PAVO, Ipsum operimentum, Palla. Diploma Lotharii Imp. apud Browerum lib. 8. Annal. Trevir. pag. 504. 1. edit. 401. 2. ed: Offertorium aureum gemmatum cum patina, fontem aureum cum gemmis, Pavonem auro & margaritis distinctum, casulas 12.

PAVO, Alia notione. Math. Westmonasteriensis an. 1255. Dedit insuper Regina Francia Regi Angliæ

T

unum Pavonem, videlicet lavacrum lapideum mirabile, quod similitudinem pavonis in forma ostendebat: & erat lapis pretiosus, qui perla dicitur, ex auro, & argento, & saphiris, sicut verus pavo orbiculatus. Eadem ferme habet Matth. Paris pag. 606.

¶ PAVONARIUS, Cui pavonum cura demandata. Liutprandi Hist. apud Murator. to. 2. pag. 441. Dum Lantibbertus, defuncto antecessore suo, Mediolanensis Archiepiscopus ordinari debuisset, non parvam ab eo Rex Berengarius contra Sanctorum instituta Patrum accepit pecuniam, quantam cubicularii, quantam ostiarii, quantam Pavonarii, ipsi etiam altitium custodes accipere deberent.

PAVONATILIS, Pannus in pavonum caudarum speciem variegatus. Anastasius in Vita Stephani VI. PP. p. 236. Fecit in eadem predicta Basilica vela 4. in circuitu altaris majoris, quorum duo sunt de serico pigacio, tertium Pavonatile, quartum de Alexandrino. Paonacé & pannacé nostri dicunt. Velluiaux paonnez, escarlate paonacé & paouasse, in Computo Stephani Fontani Argentarii Regis an. 1351. Une robe d'un marbre paouassée fourree de menu vair de 4. garnemens, in Inventario bonorum mobilium Ludovici Regis Franc. an. 1316. Vetus Poëta:

Aussi bien son bureau comme son Paonace.

Itali Paonazzo Pavonazzo colorem appellant violaceum, quomodo Pavonacium & Pavonatum dixisse veteres auctor est Salmasius.

PAVONATILIS dici etiam potuit vestis, quod revera intextæ & effictæ essent in iis pavonum figuræ. Codex Carolinus Epist. 15. Storacinum pallium unum habentem pavones. Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gestis Angl. c. 11. Pallium misit versicoloribus figuris pavonum, ut videtur, intextam. Matth. Westmonaster. an. 1026. Pallium obtulit variis coloribus, & pavonum figuris contextum. Vita Garnerii Præpositi S. Stephani Divion. Nec non & pallium optimum pavonibus ordinatis intextum. Sed his locis idem esse quod Pavonatile prorsus censuerim, ita ut nec reapse pavonum figuras intextas fuisse panno existimandum sit. Vide Anastas. in Vitis P. p. 211.

¶ PAVONATIUS, Violaceus. Ordinar. Rom. apud Marten. Tract. de Rit. pag. 605. Tunc Cardinales accedunt cum cappis Pavonatiis. Anonymus in Anal. Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 809. Opelanda uia Pavonatii grane, &c. Vide supra Pavonatilis.

¶ PAVONICI, CAPRIBARBI, GEISBART, Factiosi quidam, de quibus Meisterlinus in Hist. Rer. Noriberg. apud Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. pag. 122. Pavonici prætorium occupantes, nitebantur Capribarbis tributa rursus abolita imponere, sed hi refutabant. Harum nomenclaturarum rationem aperit idem Meisterl. ibidem pag. 96. Partes denique jam animo unitæ, speciales tamen in sectas divisæ sunt, quo facilius conventicula celebrarent. Una eorum... erat circa theatrum ac prætorium deambulantium novaque perscrutantium, Ociosorum, qui ob incessus sui compositionem, quam gradatim ac pene ex arte faciebant, cum quodam signo conspirationis, vocantur Pavonici. Altera pars fœtida, hircum olens, nigram capram barbatam pro capitali ductore habens, de artificio ferri ferarumque fœtidum profecto monstruosum distortumque animal. Ad illam confluit omnis fex & ut in sentinam totius civitatis. Tertia vero pars, erant cupidi alienæ rei, dilapidatores propriarum, perditii, prodigi, lenones, adulteri, ganei, blasphemæ, lusores, percussores, invidi ultimoque supplicio dignissimi, qui exhaustis deperditisque bonis, non solum rebus, sed & fama turpiter incedebant in foribus tabernarum, tumultum præstolantes... licet iis

secundum accidentia nomen dare. Igitur Geisbart sunt dicti, hi & alii seorsim, &c.

PAVORABILIS, Qui pavorem & metum infert. Signa Pavorabilia & insolita, apud Adamum Bremensem cap. 187.

PAUPADA. Tabularium Abbatiae Conchenensis in Ruthenis ch. 97. Et inter totas unum receptum, illi mansi de Seroni una Paupada de Canbe, i. fascis Cannabis, poupée, (vox nostris hac notione usurpata) quod complicatus puparum infantilium speciem referat.

PAUPER. Cælius Aurelianus Siccensis lib. 1. Chron. cap. 1. Sicut enim Themison ait, est natura caput carnibus Pauperum, & nervosum, & duris cutibus & capillis obtectum. Ubi pauperum dixit pro carens.

PAUPERITAS, Simili notione, defectus. Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 5. O si te habuisset Massilia Sacerdotem, nunquam naves oleum aut reliquas species detulissent, nisi tantum chartam, quo majorem opportunitatem scribendi ad bonos infamandos haberet. Sed Paupertas chartæ finem imponit verborum. Apud S. Columbanum Instruct. 12. Fidei paupertas, &c. pro defectu fidei. Rabanus Poëm. 13.

Jam mihi concessit bonitas tua discere libros;

Sed me Paupertas suffocat ingenii.

Marbodus in Vita S. Roberti Abb. Casædei n. 1. Neque enim timendum est ne Paupertas orationis divitiarum rerum exhauriat. [Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 6. p. 12. Serenissimus princeps, ... nec in molem Titaniæ indecenter elatus, nec in pigmeæ brevitatis Paupertatem dejectus, mediocri statura decenter enituit.]

PAUPERES CHRISTI, dicti primitus Cartusienfes. Guigo Prior Cartusie secundus in Epist. dedicatoria ad librum de Quadripertito exercitio cellæ: Reverentissimo Domino & Patri in Christi visceribus dilectissimo B. Priori Pauperum Christi, qui in Witteham commanentes, Ordinem sunt Cartusiensem professi, &c. Ita Guigo Prior V. majoris Cartusie in prologo ad Vitam S. Hugonis Episcopi Gratianopol. Domino Patri carissimo ac reverendissimo Sedis Apostolica Pontifici Innocentio, Cartusienfium Pauperum servus inutilis Guigo, perpetuam salutem. Et Cartusienfes Majori inter Epistolas Petri Cluniac. lib. 6. Epist. 23. Petro... Cluniacensium Abbati, frater humilis Pauperum Majori Prior vocatus, cum eisdem Pauperibus, æternam à Domino salutem. Vide tom. 3. Analect. Mabillonii p. 483.

Eodem nomine designantur Benedictini, in Charta an. 1147. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 2. Salutari igitur desiderio idem Comes salubriter flagrans, & commoditati Pauperum Christi in posterum sollerter consulere volens, pro eo quod situs loci in Ludeshure fratribus minus erat oportunus, eandem cellam in locum utiliore, uberiorem & commodiorem, quem modo Cellam B. Mariæ nuncupamus, ... utiliter transposuit.

PAUPERES DE LUGDUNO, Hæretici, qui vulgo Valdenses: de quorum hæresi ac nomenclatura sic Reinerus contra Valdenses cap. 5. Secta Pauperum de Lugduno, qui etiam Leoniste dicuntur, tali modo orta est. Cum cives majores pariter essent in Lugduno, contigit quendam mori subito coram ex iis. Unde quidam inter eos tantum fuit territus, quod statim magnum thesaurum pauperibus erogavit: & ex hoc maxima multitudo pauperum ad eum confluit, quos ipse docuit habere voluntariam paupertatem, & esse imitatores Christi & Apostolorum. Cum autem esset aliquantum literatus, novi Testamenti textum docuit eos vulgariter: pro qua temeritate cum fuisset reprehensus, contempsit, & cepit

insistere doctrina sua, dicens discipulis suis, quod Clerus, quando mala vita esset, invideret sancta vita ipsorum, & doctrina. Cum autem Papa excommunicationis sententiam tulisset in eos, pertinaciter contempserunt: & sic usque hodie in omnibus terminis illis proficit doctrina ipsorum & rancor. De his consulendi præterea Conradus Uspersg. an. 1212. Conradus Marpurgenfis de S. Elizabeth p. 284. Concilium Tarraconenfe an. 1242. sub finem, Jacobus Gretzerus in Prolegomenis ad scriptores contra Valdenses c. 2. [denique Martenius noster qui ad calcem to. 5. Anecd. multa congeffit quæ ad illos hæreticos spectant.] Vide *Valdenses*, *Albigenses*, *Boni homines*, &c. lidem dicti etiam

¶ **PAUPERES LOMBARDI**, *Ultramontani*, in Summa Reinerii apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1775. Nunc dicendum est de hæresi Leonistarum seu Pauperum de Lugduno. Dividitur autem hæresis in duas partes. Prima pars vocatur *Pauperes Ultramontani*; secunda vero *Pauperes Lombardi*. Et isti descenderunt ab illis. Primi, scilicet *Pauperes Ultramontani*.

PAUPERES MINORES. Vide *Minores 2.*

PAUPERARE, Pauperem facere, Gall. *Appauvrir*. Vox veteribus nota apud Nonium. Glossæ antiquæ MSS. *Pauperantur*, *pauperes efficiuntur*. [S. Paulinus in Epist. p. 212. Ergo nunc istic Pauperemur, ut tunc ibi locupletemur. Charta foundationis S. Silvani to. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 489. A remuneratore Christo procul dubio mercedem recepturus est, pro quibus se in terra Pauperaverit.] Chromaticus Aquileiensis Episc. Homil. 2. *Talium ergo pauperum Dominus docet esse regnum cælorum, qui se causa religionis ac fidei seculo Pauperaverunt, ut locupletum S. Spiritum possiderent*. Utitur etiam Petrus Blefensis sermone 6.

DEPAUPERARE, Privatè. Alanus de Insulis in Anticlaudiano lib. 4. de Luna:

*Quomodo junctus ei Phæbus Depauperat illam
Luce, &c.*

Idem in Planctu Naturæ:

Quo Phæbus noctem propriis Depauperat horis.

Ibidem: *Sororem etiam quam sui splendoris Depauperaverat ornamentis, . . . jubet occurrere*. Adde pag. 301. & in lib. 4. Anticlaudianæ c. 6. lib. 6. c. 2. lib. 7. c. 5. [*Pauperare*, eadem notione, usurpat Horat. lib. 2. Sat. 5.]

*Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te
Contemptum cassa nuce Pauperet.*

¶ **PAUPERARE**, Idem quod *Pauperare*. Concilium Ticinense sub Benedicto VIII. in Præfat. *Et hi maxime qui videntur esse rectores, modis omnibus quibus possunt, conculcant & Pauperant*. [S. Bernardus Epist. 442. *Ibi superbi humiliantur, ibi Pauperantur divites, &c.*] Vide Savaronem ad Sidonii lib. 2. Epist. 2.

¶ **PAUPERESCERE**, *Pauperari*. Eliæ Episc. Jerosol. Epist. encyclica apud Mabill. to. 3. Analect. p. 434. *Qui ipse (Christus) dives existens, pauper factus est pro nobis, ut nos divites existentes in peccatis Pauperescamus spiritu*.

PAUPERIA, **PAUPERIES**, *πενία*, in Gloss. Græc. Lat. [Deest vox *Pauperia* in Cod. Sangerm.]

PAUPERINUS, pro *Paupertinus*, de qua voce Varro lib. 1. de Vita populi Romani apud Nonium. Jonas Aurelian. lib. 2. de Cultu imag. *Contra sanctam Ecclesiam magno cum supercilio & pompa armorum bellaturus, Pauperina ejus arma contemnens, procedat*. Utitur etiam Cumeanus Abbas lib. de Mensura pœnitentiar. cap. 6.

PAUPERTAS, *Adolescentia, sive juvenus*, in Gloss. Tom. V.

sis MSS. ad Concilium Carthagin. c. 16. [Sed legendum est *Pubertas*.]

PAUPERTAS, *πτωχεύειν*, Domus ubi pauperes aluntur, in Charta Sohieri Castellani Despauhensis an. 1080. apud Joan. Carpentarium in Hist. Camerac. 4. part. p. 11.

PAUPERTATEM PROBARE tenetur, in Consuetudine Pontivenfi, qui prædia sua alienare vult. *Necessité jurée*, id est, *necessitas vel paupertas jurata*, seu virorum legalium sacramentò firmata. Lex Vervinensis an. 1233. art. 8. *Et sciendum quod nullus hominum hujus libertatis terram suam nisi Paupertate coactus, & etiam consideratione Villici & Scabinorum vendere poterit*. Charta Hugonis Castellani Gandensis an. 1238. *Præfati Gerardus & Perona fidem & juramentum præstiterunt corporale, quod paupertate compulsi dictam verpitionem faciebant: quam Paupertatem bene & per legem sub meorum hominum testimonio probaverunt*. Alia ann. 1252. in Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 93. *Noveritis, quod ego probata Paupertate seu necessitate mea sufficienter in Curia Pinchoniensi, & legitime per judicium hominum ipsius Curia vendidi &c.* Alia an. 1302. fol. 125. *Je Gilles de Canapes chevalier, sire de Chelle mesme ville, fais sçavoir . . . que je par grant nécessité jurée & prouvée suffisamment, & pour pieur marché eschivier, ay vendu, &c.* Similis Charta alia Gallica habetur in Probata Hist. Bethunæ p. 162. Lex Saxonum tit. 54. §. 2. *Nulli liceat traditionem hereditatis sue facere, præter ad Ecclesiam, vel Regi: nec heredem suum ex heredem faciat, nisi forte famis necessitate coactus, ut ab illo qui acceperit sustentetur*. Leges Burgorum Scotior. cap. 125. §. 5. *Omnia ista quæ ad jus hereditarium pertinere dignoscuntur, vendi possunt in legitima sua potestate, si dominus eorundem Paupertate & necessitate compulsus fuerit, & hoc testificetur per 12. legales homines*. Subditur c. 127. §. 5. *Videlicet per 4. manentes ex una parte, & 4. ex alia parte, & 4. ex opposito domus seu mansionis: aliter enim venditio nulla est*. Adde c. 11. §. 2. & Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 117. §. 1. *Affixæ Hierosol MSS. c. 187. Hom ou feme qui a fié ne peut vendre partie de son fié, mais tout son fié peut l'on bien vendre par ladite assise. Et l'assise de la vente des fiés est tel, que l'on peut, & doit fié vendre pour dethe conue, ou prouvée en court, se celui de qui est le fié ne n'a autre chose que ce que il puisse la dethe paier que de la vente dou fié, &c.* [Butillarius lib. 2. cap. 7. *Par coutume locale l'homme ne peut vendre son patrimoine, & héritage qui de par pere & de par mere luy est écheu, sinon par le gré & consentement de son hoir, ou par Paupreté, au cas que verité seroit. Et selon l'usage d'aucuns lieux, en fief conviendrait que de ce il jurat en tierce main, & que ce fut pour employer en suffisans heritages, &c.* Fori Navarra rubr. 20. art. 2. 3. tit. 20. *Alienation universalis de bees avitins de tout le fonds & proprietat, ne sera valable, en degunà sorte, si no es por grandes necessitat, & ab conneixença & permission de justicis, lo quoad conneixença le parra far sommairement devant les gens de la Chancellerie, per le regard des nobles, & per les autres pardevant les baillis ou autres magistrats, & juges ordinaires deux loes, ou losdits bees seront assis.*] Vide Joan. Stiernhookum lib. 2. de Jure Sueonum vetusto cap. 5. p. 245. ubi idem observatum apud Suecos tradit; Speculum Saxonicum lib. 1. art. 34. §. 1. art. 52. §. 3. [*& Gloss. Jur. Gall. v. Paupreté jurée.*] Hinc *propria*, seu *proprietatis alienari non potuisse, nec dari vel distrahi, nisi proximis affinibus, ex causa paupertatis, evincit præterea Charta ex Tabulario Vindocinensi, quam*

descripsit Gallandus lib. de Franco-alodio p. 21.
22. Utinam hæc hodie adhuc obtineret Jurisprudentia: non enim tam facile viri nobiles sua prædia oppignerarent, ac distrahere judicis decreto cogentur, & familiarum illustrium bona facta tecta permanerent, & ad posteros, ut olim, dum ea lex vigeat, transirent.

PAUPERTAS, Pauperis qualiscumque facultas, [parva & modica possessio.] Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ fol. 13. *Vovimus circa domum nostram construere ad divinum honorem Ecclesiam, & juxta vires Paupertatis nostræ ditare.* Charta Witlafi Regis Merciorum, apud Ingulfum p. 856. *Offero & ego magno altari prædicti Monasterii de Paupertate mea calicem aureum, crucem auream, &c.* Stephanus Episcopus Rhedonensis in Vita S. Guillelmi Firmati n. 17. *De mea, inquit, Paupertate quod potui Sanctitati vestræ detuli munusculum.* Vita S. Materniani Episcopi Remensis n. 11. *Filiosque ejus duos in gravi custodia recluserat, eo quod segetes Paupertatis suæ ab illius potentis famulis vel animalibus defendere audent.* Adde S. Anselmum lib. 4. Epist. 86.

PAUPERTATICULA, **PAUPERTICOLA**. Formulæ Andegavenfes: *Proinde cido tibi de rem Paupertatis meæ tam pro sponsalitia, quam pro largitate tua, &c.* Ibid. form. 38. *Ut tibi aliquid de re Pauperticola mea concidere debirent.* Charta ann. 778. apud Perardum p. 11. *Ut aliquid de Paupertaticula nostra ad ipsum locum, vel suis custodibus concedere valeamus, &c.* [Charta Caroli Imper. in Tabul. Major. Mon. *Timentes ne iniquius eis accideret super Paupertaticulam quam ad præsens in suo habebant dominio, &c.*] Atque forte sic legendum in Tabulario Brivatensi ch. 305. *Inconvulsa custodiatis ea quæ de Paupertacula nostra non secundum velle, sed secundum posse restaurare cœpimus.* [Et in Itiner. Ratherii tom. 2. Spicil. Acher. p. 269. *Cum de mea Paupertacula non sim vobis adeo inhumanius, ut militari beneficio habeam.*] Historia Translat. S. Gorgonii Mart. n. 9. *Proclamare cœpit, ne eis suam Paupertatiunculam tolleret.*

PAUPERTATULA. S. Hieronym. in Epitaph. Marcellæ extremo: *Et te Paupertatulæ suæ, imo per te pauperes reliquit heredes.* [Epist. Jarentonis Abbat. S. Benigni Divion. to. 5. Annal. Bened. p. 447. *Sancti Benigni demus fugam filiorum ecclesiæ in Christi gratia benigne suscipiet, & Paupertatulam nostram voluntati vestræ non dicam dare, sed quasi vobis reddere vel ministrare sumus parati.*]

PAUPERUS, pro *Pauper*, in Præcepto Dagoberti Reg. Franc. an. 638. to. 1. Annal. Bened. in Append. p. 685. *Pauperis inibi consistentiibus, pro regni stabilitate, vel remedium animæ nostræ absque ullius in postmodum refragatione, temporebus debeat profecere.*

PAUPULARE, Pavonum clamor, ab *ululare*, & *pau*, quod est strepitus quem clamando edunt pavones. Vide *Baulare*.

PAUSA, Requies, cessatio alicujus rei, mora, nostris *Pause*, vox veteri Latio cognita, Lucilio, Claudio in Annalibus, Lucretio, Plauto, & à sequiori revocata. Odo Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldii c. 21. *Nec illam Pausam placebat prolongari.* Vide Henric. Stephanum de Latinitate falso suspecta p. 4. & seq. [Guido in Vit. Pontif. Rom. de Mirac. S. Petri, apud Murator. to. 3. p. 668.

*Mira sed ejusdem patris decessio nostris
Explanata modis, licuit nec carpere Pausam.*

Pose Poëtis nostratibus. Le Roman de *Vacce* MS.
*Ne pout passer isnelle toute,
Grant Pose mistrent à li essir.*]

PAUSA, deinde dicta ea requies quæ somno carpitur. Messianus Presbyter in Vita S. Cæsarii Arelat. *Inter Pausas somni, quas jam ætas non solum exigebat, sed etiam pro infirmitate aliquotiens premebat, &c.* Hinc *Reposer* nostris, pro dormire, quomodo *Repausare* dixit Ailredus Rievallensis in Vita Edwardi Confessoris, de 7. Dormientibus: *Iis quippe 7. annis... in sinistro latere Repausabunt.* Et Helinandus in Chron. p. 77. *Quem resuscitatum jussit vestiri & Repausari.*

PAUSA, pro tumulo ac sepulchro usurpari cœpit, quod mors *Pausa* sit vitæ malorum. Vetus Inscriptio, 690. 5.

Jam datus est finis vitæ, jam Pausa malorum

Vobis quas habet hoc gnatum matremque sepulchrum. Vita S. Winoci Abbatis c. 18. *Tandem visere locum venit, quo Pausam membrorum S. Winocus elegit.*

PAUSA, *Exclusa*, vel jus valvulam *exclusa* demittendi. Tabular. Casauriense: *Donavimus medietaem de uno molino in fluvio de Orfente cum leva & Pausa sua, cum forma & fertura, cum introitu & exitu suo.* Addit. ad Chron. Casaur. ex Charta ann. 1047. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 998. *Ipsa superscripta res... cum vinea, & pomis, & arboribus, & cum molinis, & formis, & Pausis, &c.* Vide *Paxera*.

PAUSA, f. Limes, terminus, Gall. *Borne*. Charta Wifredi Comit. Ceritanie in Marca Hispan. col. 964. *De meridie adicimus ei terminum in ipsa gleba, & vadit per ipsam ferram quæ vadit per Bacieros, & sic pervenit ad Pausam Guillelmi.*

PAUSARE, Cessare ab aliqua re. Glossæ: *Pausat, ἀναπαύει.* Lex Bajwar. tit. 6. cap. 2. §. 4. *Pauset die dominico usque in secundam feriam.* [Vita Vener. Idæ to. 2. Aprilis p. 163. *Introumiti se, Pausandi simul & hospitandi gratia... exoravit.*] *Pausare*, dormire, *reposer*. Aldhelmus de Laudibus virginitatis c. 12. de S. Ambrosio: *Infantulus cum in cunis supinus quiesceret, ex improvise examen apud ora labraque sine periculo Pausantis complevit.* Vita S. Tillonis Monachi n. 22. *Cum quadam nocte omnes Pausare cœpissent fratres.* [Guidonis Discipl. Farf. cap. 30. *Post sextam eant in dormitorium ad Pausandum, & dum pulsatum fuerit signum surgant & provideant necessitatibus suis.*] Saxo Grammatic. l. 1. *Nec sinit Pausare noctu mergus altegarrulus.*

PAUSARE & PAUSANTES dicuntur mortui, qui ab hac vita temporanea ad cælestem evocati, à laboribus sæculi demum quiescunt. Concilium Aurelian. c. 6. & Capitula Theodori Cantuar. c. 55. *Quando recitantur Pausantium nomina.* Cassianus Collat. 2. cap. 5. *Memoria & oblatione Pausantium judicaretur indignus.* Ita *Pausantes* habent Commodianus Instr. 42. Petrus Blefensis ferm. 29. & S. Bernardus ferm. 18. in Cant. *Pausare*, in tumulo quiescere. Vetus Inscriptio 1050. 9. *M. M. Aurelia Pnm. Vitalia matri piissima quæ vixit annis xx. Juliana conjugi sanctissima, quæ vixit annis xx. & domina sororis quæ vixit annis 11. Aurelius Eusebius contra votum. fidel. Pausam.* Traditiones Fuld. lib. 2. cap. 239. *Monasterium S. Salvatoris, in quo egregius martyr Christi Bonifacius sacro Pausat corpore.* In Missali Gotthico pag. 332. habetur *Oratio pro spiritibus Pausantium*, [Sanctorum scilicet Confessorum aliorumque omnium defunctorum. Vide *Ma-bill. Liturg. Gall. p. 12. & 446.*] Hinc

PAUSATORIUM, Sepulchrum, cœmeterium. Papias: *Kimeterium, Pausatorium, vel dormitorium.* Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis num. 3. *Concremare tanti patris Pausatorium studentes.* Theodericus Mon. in Hist. Invent. S. Celsi Episc. Trevir. n. 16. *Cum*

diu nocturne Fratres ... in Pausatorio justorum ... divinum frequentarent officium. Diedericus Monachus de Illatione S. Benedicti cap. 7. *Ut quantocius loco renovato clementissimus habitator Pausatorium quod sibi delegit ... libens revisere dignaretur.*

PAUSATORIUM, Cœnaculum. Charta an. 1153. apud Ughellum in Episc. Patavin. sic clauditur: *Actum in Episcopali domo in Pausatorio vel canaculo dom. Episcopi.*

PAUSATIO, Requies, mora. S. Bernardus de Consider. lib. 1. *Vix relinquatur necessitati nature, quod corpusculi Pausationi sufficiat.* De Obitu Angeluciae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1706. *Postea pusillum quievit. Post hanc Pausationem clamavit & dixit, &c. Vide Incisio.*

PAUSATIO, Mors, obitus, dormitio. Kalend. rium Romanum vetus apud Allatium de Hebdom. & Dominic. Græc. p. 1491. *XVIII. Kal. Sept. solemnia de Pausatione sanctæ Mariae.*

REPASARE. Historia Wambæ Regis Gothor. *Ubi duobus diebus exercitu Repasato, &c.*

PAUSARI, qui dicantur Latinis, vide Salmasium ad Hist. Aug. p. 166.

PAUSARE, pro Ponere, deponere. Lex Alemann. tit. 45. *Et Pausant arma sua josum.* Gall. *Posent les armes jus, bas.*

PAUSANÆ, Induciae, cum bellum pausat, cessat. Luitprandus in Legat. *Pausanus exigit, quas nec te exigere, neque nos concedere ratio ipsa compellit.*

PAUSATIM, per pausas, τακτῶς, pausément. Statuta Synodalia Nicolai Episc. Andegavens. an. 1272. *Pausatim faciant cum campana pulsari. Pausatè, dixit eadem notione Arnobius lib. 5. adversus Gentes.*

PAUSIDIUM, Requies. Lambertus Ardensis p. 79. *Albellus cum tiliis juxta crucem ad peregrinorum & quorundam viatorum ibi plantata est requiem & Pausidium.*

PAUSIUM, Locus ubi pausatur. In sigilli Hugonis Ducis Burgundiæ & Albonii Comitum Chartæ an. 1189. appensi averfa parte exstat Castellum tribus instructum turribus, quas inter exarati leguntur hi characteres, **PAUCIUM VIANI**, in circulo vero, *Sigillum Hugonis Comitum Albonii.* Exstat apud Perardum in Chartis Burgundicis p. 262.

PAUSEA. Joan. de Janua: *Pavia, à pauco, vel pausia quoddam genus oliæ, quam corrupte rustici Pauseam vocant, viridi oleo & suavi: sic dicta quod paviat, i. tundatur.* [Vide Servium in lib. 2. Georgic. & infra Pusia.]

PAUSICAPE, Machina rotæ instar collo molentium servorum inserta, ne polentam, hoc est, hordei farinam inter molendum esitarent, neve manus ad os applicarent. Laur. in Amalth.

PAVUS. Vide Pavo.

PAVYS, à Gall. Pavois, Scutum. Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1418. apud Rymer. tom. 9. p. 543. *Quot pro factura trescentorum Pavys grossorum pro gunnis.* Vide Pavesium.

PAX, Venia, dimissio, & absolutio delictorum quæ fit à Sacerdote, reconciliatio, communio, seu potius admissio pœnitentis in communionem Ecclesiæ: quæ *Pax Ecclesiæ* dicitur in Concilio Taurin. c. 6. Aurelianensi III. can. 16. Aurelian. IV. cap. 13. 26. S. Cyprianus Epist. 11. *Cum ante actam pœnitentiam, ante exomologesim gravissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo & Clero in pœnitentiam impositam; offerre lapsis Pacem, & Eucharistiam dare, id est, sanctum Domini profanare, audeant.* Epist. 23. *Mandat Pacem dari, & peccata dimitti.* Epist. 52. *Ut lapsis, infirmis, & in exitu constitutis Pax daretur.* Et lib. de Lapsis: *Ante expiata*

delicta, ante exomologesim factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio & manu Sacerdotis, ante offensam placatam indignantis Domini & minantis, Pacem putant esse, quam quidam verbis fallacibus venditant. Atque hac notione usurpat passim idem Cyprianus, quomodo etiam accipitur in Concilio Eliberit. can. 61. & in Consult. Zachæi lib. 2. c. 18.

Pacem à Martyribus & Confessoribus, libellis ab eis acceptis, expetere, impetrare, habet non semel idem Cyprianus Epist. 14. 15. &c. ut & Tertullianus ad Martyr. Pax vestra bellum est illi: quam pacem quidam in Ecclesia non habentes, à Martyribus in carcere exorare consueverunt. Quæ quidem pax, inquit Pamelius, non aliud videtur fuisse quam relaxatio satisfactionis per Episcopum pœnitentibus impositæ, atque ad Ecclesiæ communionem ante expletum præscriptæ pœnitentiæ tempus admissio. Eorum autem libellorum formulam tradit idem Cyprianus Epist. 22. *Cum Benedictus Martyr Paulus adhuc in corpore esset, vocavit me, & dixit mihi, Luciane, coram Christo tibi dico, ut si quis post arcesationem meam abs te Pacem petierit, des in nomine meo.*

PAX VOBIS, Prima vox Domini ad discipulos, quando eis post Resurrectionem apparuit. Est autem formula salutationis ad populum in Missa, qua Episcopi utuntur, ut auctor est Alcuinus lib. de Divin. offic. cap. *Quid significem vestimenta.* Beletus de Divin. offic. cap. 36. ait orationem qua Sacerdos populum salutatur, *Dominus vobiscum*, sumptam ex veteri Testamento, ex libro Ruth, pertinere ad minores Sacerdotes: aliam vero, *Pax vobis*, sumptam ex Evangelio, solum spectare ad Episcopos, & qui iis sunt superiores: *Quo, inquit, sane illud expresse innuitur, quod novum Testamentum dignius sit veteri.* Ordo Romanus: *Postea salutans populum Pontifex, dicit, Pax vobiscum, sive Pax vobis; Sacerdos autem, Dominus vobiscum, &c.* Ad calcem Chronici Reicherfpergensis addita sunt quædam à Christ. Gewoldo Diplomata Pontificum Roman. atque in iis unum Leonis VII. PP. ubi hæc habentur: *Consultum est etiam, utrum Episcopi Pax vobis, an Dominus vobiscum pronunciare debeant. Sed non aliter per omnem provinciam tenendum est, quam in sancta Rom. Ecclesia. In Dominicis enim diebus & præcipuis festivitibus, atque Sanctorum natalitiis, Gloria in excelsis Deo, & Pax vobis pronunciamus. In diebus vero Quadragesimæ, & in IV. Temporibus, sive in vigiliis Sanctorum, & in reliquis jejuniis diebus, Dominus vobiscum tantum dicimus.* Vide Lambertum in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 8. Durandum lib. 4. c. 14. n. 7. [Coarum ad Eucholog. p. 145.] & Menardum ad lib. Sacramentorum Gregorii M. pag. 66.

PAX DOMINI, Idem quod *Pax vobis*. Joan. Abrincensis Episcop. de Offic. Eccl. *Quod solus Episcopus salutando populum, Pax Domini dicit, ostendit eum esse vicarium Christi, qui resurgens à mortuis, pacem Apostolis nunciavit.*

PACEM DARE, Osculari: osculum enim, pacis est symbolum & concordiae. Diurnus Romanus cap. 2. tit. 8. de Summo Pontifice: *Deinde ascendit ad sedem & dat Pacem omnibus Sacerdotibus.* Vita S. Sifredi Episcopi Carpentoratensis apud Vinc. Baralem: *Cumque ex more Pacem omnibus daret, eum osculatur, &c.* Historia de exilio S. Martini PP. p. 101. *Et surgens ... dicit ad unum concurrentium sibi dilectum, qui erat ibi: Veni, domine frater, & da mihi Pacem ... non valens ergo, & aiebat, exhibere seipsum, vocante eum beato ad osculum, irrugii frater*

ut leo. Anastasius in Stephano IV. PP. Et ibidem similiter in sella Pontificali sedens, tribuensque denuo, ut mos est, Pacem, ascendit rursus, & mensam, ut assolent Pontifices, tenuit. Concilium Duziacense I. part. 2. c. 33. Tunc dominus Rex Pacem illi dedit, & ego (Hincmarus) post illum. Vetus Expositio Missæ: Deinde dat Pacem altari, vel patena. [Pacem facere, in Addit. 3. ad Capitul. cap. 35. Oblationem quoque & Pacem in ecclesia facere jugiter admoneatur populus Christianus: quia ipsa oblatio sibi & suis magnum est remedium animarum, & in ipsa Pace vera unanimitas & concordia demonstratur.] Pacem offerre, in Regula SS. Patrum cap. 8. Exhibere Pacem peregrino adveniēti, in Regula Patrum ad Monachos c. 3. Sociari hospiti adveniēti in Pace, eidem Pacis osculum offerre, in Regula S. Benedicti cap. 53. Vide Osculum pacis.

¶ PAX, Instrumentum, quod inter Missarum solemnia populo osculandum præbetur. Missale Mozarabum: Et statim det (Sacerdos) Pacem diacono vel puero, & puer populo. Concil. Hispal. ann. 1512. inter Hispan. to. 4. p. 9. Item ad evitanda inconvenientia & tollendum impedimentum quod causatur divino officio . . . mandamus ut Pax non vadat per ecclesiam, sed ponatur in loco, in quo commode illi qui devotione fuerint moti, illam capere valeant. Ibid. pag. 26. ex Constitut. Card. de Mendoza: Item quia reperimus quod fere in omnibus ecclesiis . . . solet porrigi Pax cum patenis consecratis (quod cedit in dedecus & vilipendium dictarum patenarum) . . . propterea mandamus ut in omnibus ecclesiis fiant Paces argenteæ vel ligneæ tam pro viris quam pro mulieribus.

¶ PAX BANDITA, Publicata, denunciata, in Chr. Tarvis. apud Murator. tom. 19. col. 876. Vide in Bannum I.

PAX DEI ET ECCLESIAE. Vide Treva Dei.

PAX ECCLESIAE, Immunitas, privilegia quibus illa munitur, quæ quis infrinxit, reus fit fractæ pacis Ecclesiae. Concilium Berghamstedense anno 697. c. 2. Pacis Ecclesiae (quod Muniburgum vocant) 50. solidorum esto compensatio. Ita pax Ecclesiae accipitur in Capitulari Bajwarior. an. 788. c. 2. in Capitulari an. 801. cap. 2. in Capitul. an. 808. cap. 2. in Capitul. 1. an. 810. cap. 18. in Capitul. 2. an. 813. c. 2. in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. cap. 15. &c.

PAX ECCLESIAE, de reis qui ad Ecclesias, veluti ad asylum confugiunt: tum enim pacem Ecclesiae habere dicuntur. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 90. & Concilium Moguntiac. c. 39. Reum confugientem ad Ecclesiam . . . rectores Ecclesiarum Pacem, & vitam ac membra ejus obtinere studeant. Lemma capituli est, Ut Ecclesia Pacem habeat. Capitulatio ejusdem Caroli de Partibus Saxoniae cap. 1. Si quis confugium fecerit in Ecclesiam, nullus eum de Ecclesia per violentiam expellere presumat, sed Pacem habeat usque dum ad placitum presentetur, & propter honorem Dei, Sanctorumque Ecclesiae ipsius reverentiam, concedatur ei vita & omnia membra. Vide Capitulare Bajwarior. an. 788. c. 2. Fleta lib. 1. c. 29. §. 1. Constitutum est enim quod Ecclesia Anglicana sua habeat jura, libertatesque suas illasas. Item quod Pax Ecclesiae & terra inviolabiliter observetur, ita quod communis justitia singulis pariter exhibeatur. Apud Rogerium Hovedenum p. 777. Philippus Bellocensis Episcopus, qui in turri Rotomagensi servabatur captivus, evocatus in hospitium Alienoris Reginae Angliæ, dum transfret per atrium cujusdam Ecclesiae, arrepto ejusdem Ecclesiae annulo, exclamavit dicens, Peto Pacem Dei & Ecclesiae. Le-

ge quippe Edwardi c. 6. Quicumque reus vel noxius ad Ecclesiam causa praesidii confugerit, ex quo atrium Ecclesiae tenuerit, à nemine insequente nullatenus apprehenditur. De hac pace Ecclesiae intelligenda etiam Charta Adelstani Regis Anglor. in Monastico Anglicano to. 1. p. 173. Sciatis quod ego confirmo Ecclesiae & Capitulo Ripon. Pacem suam, & omnes libertates & consuetudines suas. Adde pag. 377. Concilium Ænhamense an. 1009. c. 9. Leges vernaculas Willelmi Nothi c. 1. Ricardum Hagulstadensem in Descriptione Hagulstadenensis Ecclesiae c. 14. eundem de Episcopis Hagulstad. c. 5. &c. Quando vero jure asyli donatae fuerint aedes sacrae apud Christianos, sat multis docet Jac. Gothofredus ad l. 1. Cod. Th. de His qui ad Eccles. confug.

Apud Anglos qui ad Ecclesiam confugiebat, aut locum alium religiosum, vel asyli privilegio donatum, siquidem crimen, de quo incusabatur, à se admissum fateretur, regnum abjurare tenebatur, & eligere portum aliquem, per quem transire posset ad terram aliam extra regnum Angliæ, quia non tenebatur abjurare terram & potestatem Regis praesentis, sed tantum regnum Angliæ. Quo casu computari ei debebant rationabiles dietæ usque ad portum illum, (aut transitum per talem villam, si per continentem exire eligeret) & debebat ei interdici ne exiret regiam viam, nec moram faceret alicubi per duas noctes, . . . sed semper tenderet recta via ad portum, ita quod ibi esset ad diem sibi datum, & quod transfretaret, quam cito navem haberet & ventum, nisi tempestate esset aut aliquo imminente periculo impeditus. Morari autem poterat in Ecclesia per 40. dies, nec intererat, an esset tantum accusatus vel judicio condemnatus. Hæc fere Bracton. lib. 3. Tract. 2. cap. 16. §. 1. & auctor Fletæ lib. 1. c. 29. Vide Abjuratio I. Dextri, Immunitas, & Salvitas.

¶ PAX TOTIUS HEBDOMADÆ, id est, Integra. Gerardus in Mirac. S. Adalhardi sæc. 4. Benedict. part. 1. p. 361. Requiritur reliquia: ad reliquias ut quæque loca sibi adjacent conferuntur, ibique pacis inviolabile pactum confirmatur. Ita Ambianenses & Corbeïenses cum suis patronis conveniunt, integram Pacem, id est totius Hebdomadæ decernunt, & ut per singulos annos ad id confirmandum Ambianis in die festivitatis sancti Firmini redeant, unanimiter Deo reprobant. Vide Treva.

¶ PAX FIRMA, Securitas, immunitas à quavis molestia, Gall. Sûreté. Charta Henrici Vinton. Episcopi ann. 1144. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. p. 100. Cum in literas quas novissime vobis direxi, firmam Pacem omnibus ad feriam meam venientibus à vobis & vestris dari quesierim, &c.

PAX REGIS, Regia protectio, Sauvegarde Royale. [Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 30. De his quos vult dominus Imperator Christo propitius ut Pacem ac defensionem habeant in regno suo, id sunt, qui ad suam clementiam festinant aliquid nuntiare cupientes, sive ex Christianis, sive ex paganis, aut propter inopiam vel propter famem suffragantiam querunt, ut nullus eos sibi servitio constringere vel usurpare audeat, neque alienare, neque vendere; sed ubi sponte manere voluerint, sub defensione domni Imperatoris ibi habeant suffragia in sua elemosyna.] Concilium Ænhamense an. 1009. c. 9. Fruatur unaquaque Ecclesia pace Dei, Pace Regis, & pace omnium Ecclesiarum. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 53. Omnis homo Pacem habeat, quam Rex ei dabit. Cap. 76. de crimine homicidii: Et cum hoc factum erit, elevetur inter eos Pax Regis. Statuta Davidis II. Regis Scotiae c. 31.

Firma pax teneatur & servetur ubique per totum regnum, inter omnes subditos Domini Regis ad Pacem suam existentes: ita quod nullus de cetero moveat guerram contra vicinos suos quoscunque, sub pœna plenaria forisfactura. In Speculo Saxonico lib. 3. art. 2. Clerici dicuntur *Pace quotidiana imperii communiri.*

AD PACEM REDIRE dicitur, *Utlagatus* & proscriptus, cum à Rege recipitur, ejusque pacem, qua cæteri subditi fruuntur, denuo consequitur. Bracton. lib. 3. Tract. 2. c. 11. §. 2. de malefactore: *Oportet quod redeat ad Pacem infra tempus præfinitum, vel quasi inobediens legi... utlagetur.* Cap. 14. §. 12. *Non enim poterit Rex gratiam facere cum injuria & damno aliorum: poterit quidem dare quod suum est, hoc est, Pacem suam, quam utlagatus amisit, &c.*

PACEM JURARE, dicebantur privati qui inter se diffidiis compositis, pacem sibi invicem solemniter juramento afferbant, cujus violator à Rege multabatur. Ordinatio Caroli Joannis Reg. primogen. an. 1356. to. 3. Ordinatio pag. 129. *Nous ne ferons pardons, ne remissions de murtres, ... de trieves, assuremens, ou Paix jurées, rompuës ou brisées.*

PACEM PROCLAMARE, Silentium indicere, quomodo etiamnum cum alios filere jubemus, *Paix*, *Paix*, dicimus. Si quando enim pax publica infringeretur, tum ab omnibus jurgantes admonebantur pacis indictæ, hacce voce, *Pax*: quod maxime in duellis obtinuit, ne quis decertantium partes amplecteretur. Quoniam Attachiamenta cap. 73. de pœna non silentis tempore duelli: *Item statutum est, quod postquam Pax proclamatur in Palatio Domini Regis, vel in platea, ubi pugna duorum hominum vaditur: nemo loquatur præter eos qui debent custodire plateam aut Palatium... & si quis, postquam Pax tueri debet, loquutus fuerit, &c.* Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicul. cap. 38. *De garder Paix en jugement. Silence est une maniere de nourrir Paix. Por ce nos, qui volons chastier les folies de ceus, qui par leur clamors troublent aucunesfois l'ordre des droits, establissons, &c.* Le Roman de Philippe de Macedoine MS.

*Li Rois li dist, faites Pais,
Escoutez ce que dire je vueil.*

Pais, pro venia, licentia, usurpat le Roman de Rou MS.

*De tout le lor rienz ne demande
Fors le marchié de la viande,
Pais de venir & Pais d'aler,
Et Pais de viande achater.*

LITERA PACIS, quam vulgo *Remissionem* vocant, quæ criminis admissi abolitionem continet, & à solo Rege concedi & impetrari solet pro quolibet crimine, in Legibus Malcolmii II. Regis Scotiæ cap. 2. §. 5.

PAX REGIS multiplex esse dicitur in Legibus Edwardi Confessor. cap. 12. scilicet ipsius manu, vel brevi data, vel in diebus coronationis, vel in præcipuis anni festivitibus, vel in quatuor viis regalibus, vel denique in majoribus fluviiis. Adde Henricum Knyghtonem lib. 4. de Eventibus Angliæ cap. 4.

PAX REGIS ipsius manu vel brevi data, quam Angli vocant *Cyninges honte sealbe gryn*, eadem est cum regia protectione, quæ brevi seu diplomate Regis manu subscripto, alicui, vel Ecclesiis conceditur. Capitulare 2. an. 802. c. 17. *De his quos volumus ut Pacem habeant, & defensionem per regna Christo propitio nostra.*

PAX REGIS quæ ab ipso datur cum primum coronatur, & dies durat octo: de qua præterea agunt eadem Leges Edwardi Confess. cap. 31.

PAX REGIS in præcipuis anni festis, in Natali scilicet Domini per dies octo, totidem in Paschate, & totidem in Pentecoste, cap. 12. & 31.

PAX REGIS in quatuor præcipuis Angliæ viis regalibus, de quibus in voce *Erminstreut*, & in voce *Cheminus*, egimus. Pacis istius mentio est etiam in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 30. & apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 23. §. 1. Matth. Westmonaster. ann. 1224. *Incipiens ergo Falcasius recalcitrare, cepit quasi in hostili guerra unum de Justitiariis Regis, scilicet Henricum de Braibrok, in Pace Regis per stratam regiam itinerantem. Cheminus Regis infractus*, in Epist. Sugerii Abbatis 120. *Chimini vero minores de civitate ad civitatem ducentes, & de burgis ad burgos... sub lege comitatus sunt, ut est in Legibus Edwardi Confessoris.*

PAX REGIS in aquis nominatorum fluviorum, quorum navigio de diversis locis victualia deferuntur civitatibus vel burgis. Aquæ vero minores, perinde ac chemini minores sub lege Comitatus sunt.

PAX CURIÆ REGIS, Quæ scilicet contineri debet intra Curia ipsius terminos, qui ita describuntur in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 16. cujus titulus est, *de Pace Curia Regis: Nam longe debet esse Pax Regis à porta sua ubi residens erit à quatuor partibus loci illius, hoc est, quatuor (in aliis Codd. tria) miliaria & tres quarantena, & novem acra latitudine, & novem pedes, & novem palma, & novem grana ordæi. Multus sane respectus esse debet, ac multa diligentia, ne quis Pacem Regis infringat, maxime in ejus vicinia.* Adde cap. 68. & Bractonum lib. 3. tract. de Corona c. 25. §. 1. Charta Witlaffi Regis Merciorum apud Ingulphum p. 856. *Quicumque in regno meo pro quocunque delicto, reus inventus & legibus obnoxius fuerit, si fugerit ad dictum Monasterium, ... sicut in asylo, vel in camera mea propria, Pace mea & impunitate gaudeat.* Vide præterea Capitularia Carlomanni Regis tit. 3. c. 1. & Virga 3.

Idem videtur quod *Bannum Regis* dicitur in Capitulum 2. Caroli M. an. 813. cap. 2. *Ut ecclesia, vidua, pupilli per Bannum Regis Pacem habeant... Ut jumenta Pacem habeant per Bannum Regis; nisi malis intelligendum de ambitu intra quem regia potestas exercetur.* Vide *Bannum* 3.

PAX SANCTI PETRI. Wichbild Magdeburgense art. 9. §. 2. *Unicuique Provincia jus sancitum ac statutum est... Imperator vero de consilio Romanorum demandavit & judicavit, ut civitates firmas cum muris, turribus ac propugnaculis extruerent. Ipsis reiterantibus instanterque postulantis declarari, ac statui eis jus quo vivere debeant: ad instantiam tandem eorum Imperator dedit ac largitus est eis jus, quod quotidie in Curia usitatum fuit sua illudque cum veridicis confirmavit signis, & manum desuper extendit suam, stipulatione facta: & Pax sancti Petri cum signo Crucis eisdem concessa. Idque signum huc usque servatur ubi civitates vel foralia noviter fundantur, figitur crux in testimonium pacis, quodque ibi cernatur municipalis Pax: appenditurque Imperatoris signum, ut appareat de voluntate ejus id factum fore.*

PAX PARVA & MELIOR, Quies, sedatio, in Lege Alaman. tit. 36. num. 2. *Ipsum placitum fiat de Sabbato in Sabbatum, aut quali die Comes aut Centenarius voluerit, à septem in septem noctes, quando Pax parva est in provincia; quando autem melior est, post quatuordecim noctes fiat conventus in omni centena.*

PACIS FRACTIO, *infractio*, Cum Pax indicta à Rege, vel alicui, aut Ecclesiæ, locisve aliis concessa, violatur. *Actio de Pace fracta*, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 59. §. 1. lib. 3. art. 8. §. 36. in Wich-

bild Magdeb. art. 16. §. 3. *Nude, appellare aliquem de Pace*, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 34. §. 8. id est de pace Regis fracta. Matthæus Paris ann. 1251. *Pacem regni & Coronæ Regiæ enormiter laferat, dum quasi prado violentus equum cujusdam famuli de Curia S. Albani abstulit . . . unde per ipsum famulum de crimine Pacis appellabatur, & impetrata littera in Curia Regis, Miles super hoc criminatus attachiatur. Sancta Pacem Ecclesiæ violenter infringere*, in Legibus Edwardi Confess. cap. 7. *cujus criminis cognitio Episcoporum esse dicitur. Infractio Pacis regia per manum vel breve data, & illius cognitio inter jurâ regia recensetur in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. 12. 13. 16. Actio de Pace Domini Regis infracta*, in Regiam Majestatem, lib. 1. cap. 3. §. 8. *Habetur Statutum Philippi Regis Franc. datum in Parlamento Pentecostes die Mercurii ante festum S. Lucæ an. 1279. quo quid sit infractio pacis, declaratur, quod eruiimus ex veteri Regesto Cameræ Comput. Paris. Ita autem concipitur: Ne ex omni delicto Pacis fractio requiratur, & jurisdictiones dominorum aut communitatum ex hoc usurpari contingat, frangi Pacem, seu violari tunc dicimus, cum in castris, aut civitatibus facta seditione publica, pars partem ejecerit, vel cum armis invaserit, vel civitas, castrum, aut villa, aut Baro, aut castrum Dominus alii guerram moverint, aut furtive castrum, aut villam, aut munitionem substraxerint. Quod si Persona privata in civitatibus, vel municipiis sese aggressa fuerint, aut etiam pastores in pascuis, veluti, ut saepe contingit, occasione eorundem rixati, licet ad Pacis non pertineant fractionem. Sane aggressores itinerum, sive plures fuerint, sive unus, Pacis violatores censendi sunt, qui sive ad manus Paciarii, sive ad sui ordinarii manus devenerint, unus alteri eos remittere minime teneatur. Vide Michaellem del Molino in Repertorio Fororum Aragon. in voce *Fractor pacis vel treuga*. [*Pacem frangere, Efforcier paix, in Poëmate de la guerre de Troyes MS.**

*Si se refont auques garniz
Cels de la ville & afaitiez;
Et lor Peis ont efforciez.*

Pais brissiez, in Litteris an. 1291. inter Ordinatum Reg. Franc. to. 3. p. 294.]

PACI REGIS STARE, de fracta Regis pace juri stare. Statutum Edwardi I. Regis Angl. an. 21. *Qui se forestariis aut warennariis illis post clamorem & hutesium levata, ad Paci Regis standum recte reddere noluerint: immo ad malitiam suam exequendam, & continuandam, & Pacem Regis diffugiendam, fugam fecerint, &c.*

PACEM IMPERII & quietem habere dicuntur feudatarii, non modo dum servitium & obsequium militare exhibent domino suo Imperatori per sex hebdomadas ratas ac de jure feudali definitas, sed etiam per totidem septimanas ante & post, ita quod nullus dominorum suorum ipsum evocare valeat ad iudicium feudale, nec quisquam aliquod iudicium Cæsaris impetrare. Jus feudale Saxonum cap. 5.

PAX VILLÆ, Banleuca, districtus urbis intra quem Paciarii seu scabini jurisdictionem habent. *Potestas & terminus Pacis*, in Charta Communiæ Cerniacensis ann. 1184. [Charta Philippi Augusti ann. 1194. *Burgensis vadium Militis ad abandum accipiet, intra Pacem civitatis sine forisfacto . . . Nullus intra Pacem civitatis manens submoneri debet nisi per Scabinos.*] Regestum Parlamenti Paris. signatum B. inter Aresta Pentecost. an. 1282. fol. 60. *Servientes Episcopi Laudunensis, custodes nemorum, & garennarum suarum, per villam & Pacem Laudunensem*

*deferre possunt enses suos cinctos ad latera, vel pendentes ad collum, sive ad humeros, & arcus suos distentos, sicut voluerint. Et fol. 77. Pronuntiatum fuit, quod dicti Major & Scabini (villæ S. Richarii) levabunt talliam à manentibus infra Pacem villa, &c. Adde pag. 108. Liber 8. Memorialium Cameræ Comput. Paris. Dominus Hugo de Moy, dictus Tristantius, Miles electus per Cameram presente Procuratore Regis Generali in officio Præpositura civitatis & Pacis Laudunensis, tam in iustitia, quam in recepta, vacante per resignationem in manibus Regis factam per Joannem de Sarny Militem nuper Præpositum ibi, per litt. Reg. 19. Sept. 1413. Communia Pacis Ruthenensis, in libro 4. eorundem Memorialium fol. 3. *Termini Pacis, seu banleuca, in Libertatib. villæ Cerniaci in agro Laudunensi ann. 1184. Descripsit Thomasserius Chartam Pacis Communiæ Faræ indultam ab Ingeranno de Couciaco an. 1207. in qua hæc habentur: Hominibus de Fara Pacem indulsumus. Ibidem Homines Pacis Faræ. Rursum: Termini Pacis hujus sunt, &c. Hinc maison de la Paix, domus Pacis, in Consuetud. Montenfi c. 12. art. 2. in qua conveniunt Scabini de rebus publicis cognitari.**

PACES in plurali usurpant Statuta Vercell. l. 1. fol. 1. *Ordinamenta facta de Pacibus & treugis firma tenebo.*

PACIARIUS, Ædilis, Scabinus, qui pacem inter cives tuetur. [*Paiseur*, in Statuto Caroli V. Reg. Franc. an. 1364. pro electione Scabinorum Insulensium to. 4. Ordinatum pag. 471. *Et que le Conseil qu'il (le Commissaire) appellera avecque lui, il fera faire ledit serement; & aussi aux Curez qui sont acoustumiez de rapporter chascun en droit soy, les personnes qui leur semblent estre ydoines pour estre créez en Eschevins, homme & Paiseurs.* Unde ibi legendum suspicor *Preud-hommes* vel quod idem forte est *Wil-hommes*, ut in altero exemplo scriptum esse testatur D. Secousse.] *Præfectus Pacis, aut Decurio*, in l. 1. Cod. Th. de Pignoribus: εἰρηνοάρχης, Græcis; *Juré de la paix*, in Consuetudine Valentinianensi art. 130. 132. 136. 138. 141. Vide Consuetud. Tornacensem cap. 12. & Buzelinum in Gallo-Flandr. lib. 3. c. 15. p. 512. Libertates villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. MSS. *Si dissensiones aut guerra, aut aliquod aliud malum inter probos viros exoritur, unde ad aures Scabinorum clamor perveniat, salvo jure domini Scabini illud componere & pacificare poterunt. Qui vero compositionem vel pacem, quam super hoc Scabini consideraverint, sequi noluerit, fores factum 60. librarum incurret.* Charta Jacobi I. Regis Aragon. *Mandamus itaque Vicariis, Bajulis, Paciariis, Justitiis, Judicibus, &c. Curia Generalis Barcinonensis ann. 1283. sub Petro II. Rege Arag. cap. 28. Concedimus etiam . . . quod Paciarii & Jurati & Consules sint in civitatibus, villis, & aliis locis nostris in quibus esse antiquitus consueverunt. Curia generalis Catalaniæ acta in villa Montisalbi sub Alphonso Rege Arag. an. 1333. Ordinamus quod Consiliarii, Paciarii, vel Jurati uniuscujusque capituli Vicaria, &c. Apud Venetos Anciani pacis dicti, qui publicæ paci inter cives invigilabant. Vide Chronic. MS. Andreæ Danduli an. 1205.*

PACIS ADSERTORES, εἰρηνοφύλακται, in Legibus Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 16. *sunt qui sola faciendæ pacis intentione, Regali sola destinantur auctoritate, qui eas solum dirimunt causas, quas illis regia deputaverit ordinandi potestas.* Adde lib. 2. tit. 1. §. 26. *Præpositi pacis*, in l. 49. Cod. Th. de Decurionib. ubi tamen quidam censent legendum *præpositi pagis*, de quibus in l. 1. de Pignoribus eodem Cod. & alibi.

PAX, Paciariorum collegium. Vide Paciarii.

PAX, Laudinium, id quod pro venditionis aut alienationis auctoramento, domino superiori solvitur, quasi ut *Pax* cum eo ineatur, & ut venditionem & alienationem non interturbet, dato ad id consensu suo. In Consuetudin. Municip. Tolosæ part. 4. tit. de Feodis art. 9. statuitur dominos feudales non teneri ad recipiendos, aut investiendos vassallos, nisi prius satisfecerint iisdem dominis de *Pax*, vel aliter inter se cum eodem concordaverint. Adde part. 3. tit. de rerum communium divisione, part. 4. tit. de Feud. art. 17. Charta an. 1183. pro lationibus Tolosanis, in Regesto Tolos. *Habeat dominus Comes, vel suus Bajulus, suos Pax integre.*

¶ **PAX**. *Quantum mihi pax obvenit*, passim in Chartis Provincialibus venditionis, cessionis & compositionis occurrit isthæc formula, quæ significari existimo reditus qui, non interpellata possessione, ex aliquo fundo percipiuntur. Charta Guarachonis regnante Chunrado Rege Indict. VI. ex Chartular. Aptensi fol. 22. *Idcirco ego Guaracho tibi cedo Umberto aliquid de hereditate mea per forasfactum quod tibi feci, ut cum te finem habeam: Sunt ipsas res... in villa Calvisias & in suum terminium quantum mihi Pax obvenit, hoc est tertiam partem in Argallo quantum mihi Pax obvenit; subtus Gargatio quantum mihi Pax obvenit, & in Gargis vinea & campis quantum mihi Pax obvenit, in Clavagiana & in Baxo & in Lausnara quantum mihi Pax obvenit, hoc est duas partes.* Pluries ibid. Charta an. circ. 1090. in Tabul. S. Victoris Massil. *Dono unam peciam de vinea quæ mihi per opera manuum mearum obvenit ad proprium alodem quantum in ipso clauso mihi Pax obvenit vel obvenire debet.*

¶ **PAX**, Stipendium, Gall. *Païe*. Obertus Annal. Genuenf. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 308. *Ipsis morantibus solverunt Pacem militibus & bausengis, quia Januensibus auxilium & consilium amicabiliter præstarent, quæ promissa fuerant illis & ultra, & hoc fuit circa libras DCCC.* Vide *Pacare*.

SALVA VESTRA PACE, Formula loquendi etiam haud omnino extra usum apud nos, *Sauf vostre paix*. Goffridus Vindocin. lib. 3. Epist. 18. *Et ideo salva vestra Pace dicimus, quod, &c. Pace tua*, apud Joan. Sarisberiensis Epist. 203. initio.

¶ **PAXAMENTUM**, Solutio, Gall. *Païement*. Charta Caroli Hungariæ Reg. ann. 1338. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 490. *Nos è converso assignamus... eidem domina Margareta pecuniam cum augmento tertia partis quindecim millia marcarum propter suam prædictam dotem ejusdem rationis & Paxamenti.* Hinc *Paxare* pro solvere, *Payer*, ibid. p. 435. ex Charta Adolphi Rom. Reg. an. 1292. *Proportionaliter solvere promiserit & Paxare.* Vide *Pacare*.

¶ **PAXBRED**, **PAXBREDF**, Instrumentum pacis, seu *patena*, vas ministeriis sacris dicatum. Testamentum Henrici *le Scrop* an. 1415. apud Rymer. to. 9. p. 273. *Cum uno pari candelabrum argenteorum, ... cum una Paxbrede argentea & deaurata, &c.* Testam. Rotherami Eborac. Episc. an. 1498. in Lib. nig. Scaccarii pag. 673. *Item dedi eis unum de osculatorium, videlicet à Paxbred deauratum, cum ymagine Trinitatis. . . Item unum Paxbred deauratum cum ymagine Christi passii.* Vide *Osculatorium*.

¶ **PAXEMATUM**, ut *Paximatum*. Chronic. Andr. Danduli apud Murator. to. 12. col. 216. *Romulus igitur fragilitati ejus pie compatiens, consuetæ mensuræ quadram Paxematii superaddidit.*

PAXERA, **PAXERIA**, Palorum contextus ac series in molendinis, in pontibus, & aliubi, Occitanis, *Paissero*, agger molendini. Tabularium Silvæ latae apud Marcam lib. 6. Hist. Beneharn. c. 7. *Vendi-*
Tom. V.

dit Fratribus de Silva lata agrum qui est juxta Paxeram molendini, &c. [Charta Pipini Reg. an. 767. to. 1. Hist. Occitan. inter Instr. col. 24. *Cum vineis, ortis, terris cultis & incultis, aquis, aquarumve decursibus, Paxeriis, molendinis.* Charta ann. 1062. in Tabular. S. Victoris Massil. *Et in Paxeria supradicti molendini unam piscatoriam.* Charta an. 1216. ibid. *Concedo quod in fluvio Sorgiæ possis facere Paxeriam sive reclausam.* Tabul. Gellon. *Et ipsi pisces qui capti fuerint in ipsa Paxeria dividant.*] Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicib. ch. 45. *Cunctos portus, & cunctas Paxerias, quæ ibidem sunt in dominio, ad Monachos cedimus.* Charta an. 1250. *Cum piscationes quæ sunt à Paxeria pontis inferius, usque ad Paxeriam molendinorum de silo sint nostræ, &c.* Charta an. 1298. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1299. num. 13. *Item in Paxeriis aqua Garonæ octavam partem, &c.* Infra: *Solidos debitos annuatim pro tribus Paxeriis quas tenebant ab eodem in aqua Garonæ.* Vide in *Cleia*.

PASSERIA, Eadem notione. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 61. *Dedit etiam illis hominibus qui terram tenuerint, vel ibidem manserint, usufructuam in silva, quæ vocatur Maosta, ad domum edificandam, ad molendinum faciendum, ad sclusam, ad Passeriam, ad clausuram ortorum, &c.*

¶ **PAYSSERIA**, Eodem significatu. Charta Bernardi de Turre an. 1308. apud Baluz. Hist. Arvern. to. 2. p. 783. *Item quod possint homines sancti Amantii piscari in ripperia S. Amantii, exceptis levatis & Paysseriis molendinorum infra aquas.*

¶ **PAXERIA**, Ipsa aggeris molendini seu exclusæ valvula, Gall. *Vanne*. Chartular. Anian. *Ut possitis Paxeriam vestram levare & demittere atque mutare quotiescumque vobis placuerit.* Vide *Pausa*.

¶ **PAXERIA**, Rivulus, seu rivuli alveus. Charta an. 1125. inter Probat. Hist. Occitan. tom. 2. col. 435. *Post hoc responsum relatum fuit... quod Bernardus Guadalmari vult mihi guerram facere pro Paxeria, &c.* Quid autem intelligendum voce *Paxeria* docet Compositio hac eadem de re ibid. col. 436. *Primum Guillelmus incisionem alvei quam fecerat ita resituat, ut non minus quam antea solebat usque ad molendinum Bernardi decurrat.* Occurrit rursus *Paxeria* hac notione in Charta an. 1322. Locus in *Ichat*.

PAXERIA, pro *Paxeria*, sæpe etiam occurrit in veteribus Tabulis. Pactum initum inter Abbatem Galliacensem & Raymundum Comitem Tolosanum an. 1231. in Regesto Tolosano: *Item petebat molendina & Praxeriam de ponte, quæ dicebatur ad Ecclesiam pertinere.* Charta alia an. 1231. ibidem: *De censu quem dom. Comes habet in nautis & piscatoriis Tolosæ. In istis duabus aquis prædictis, ubi possunt ingredi cum eorum corseriis, excepto deves de Praxeria D. Comitum, quæ Praxeria est ante Blanbacum, scilicet dum prædicta Praxeria fuerit cledata, & postea dum fuerit descedata, quod debent & possunt piscare ubicumque voluerint, & deves ipsius Praxerie est de ore carrerie de orto D. Comitum, &c.* Alia an. 1244. in eodem Regesto fol. 14. *Praxeriam illam & marguillum, quam & quod habemus in flumine Tarni, &c.* Alia an. 1236. ibid. fol. 51. *Molendina, & loca molendinorum, Praxerias, & piscarias, & questas, & toltas, &c.* Alia an. 1350. in Hist. Turenensi pag. 104. *Piscationum, molendinorum, portuum, Praxeriarum, inibi existentium.*

PAXERE, pro *Pascere*, semel ac iterum occurrit in Charta Attonis Episcopi Pergamensis an. 1072. in Hist. Pergam. to. 3. pag. 274.

¶ **PAXIAGIUM**, **PACIAGIUM**, Præstatio quæ
V

primitus pro securitate & pace pensitabatur, exinde uti consuetum tributum à dominis passim exactum est. Charta an. 1306. in Tabular. Mimmat. *Ad episcopum & ecclesiam Mimmatensem pertinet jus . . . cudendi monetam contaminatam & monetam argenteam, levandi compensum seu Paxiagium pro pace servanda, & omnia alia & singula explectandi pro majori potestate & signoria sua, quæ ad majorem potestatem, regaliæ & majus dominium pertinere noscuntur. Ibidem: Compensum seu Paciagium erit commune nobis & dicto Episcopo, & levari non poterit nisi communi nomine. Vide Commune 1. & Compensus.*

PAXILLARE, Paxillo vineam fulcire. Paxillum, *Paisseau*, plerique è Gallis vocant, quod alii *Efchallas*: unde & *Paisellare*, *Ficher pisseaux*, in Consuet. Turonensi art. 139. Bituric. tit. 15. art. 2. & Autifiodor. art. 117. Charta ann. 1267. in Tabulario Eccl. Autifiodor. *Dictam tertiam partem vinearum tenebitur annis singulis excolere . . . videlicet circumfodere, tailliare, fodere, Paxillare, binare, & rebinare. In aliis Chartis est paisellare. [Vide in hac voce.] Eadem notione usurpat Petrus Blesensis ferm. 37. Pessons, olim paxillos appellarunt nostri. Guill. Guiart an. 1214.*

*Li autre vont tentes tendant,
Dont les Pessons fichent en terre,
C'est bien appert signe de guerre.*

¶ **PAXILLUS**, *Paisseau*, *maschoir de chanvre*. Vocabular. Suffannæi. Belgis *Serinsfoir* dicitur.

PAXIMATIUM, Παξιμάδιον, Græcis recentioribus: *Panis subcinericius*, in Glossis Isidori: *Ἀπίυρος ἄρτος*, *Panis recoctus*. Nam Hesychio *Ἀπίυροι ἄρτοι*, dicuntur *ἐν δευτέρῳ ὀπτόμενοι*. A *Paxamo* quodam appellatum *Paximatum* quidam censent, qui, ut auctor est Suidas, scripsit *ὁ παξιμάτιον κατὰ συχέλιον*, de quo etiam S. Hieronymus lib. 1. adversus Jovinianum cap. 25. *Ad mulsum, & elaboratas carnes, ad jura Apitii & Paxami, &c. Panis Paximatus*, in Vita S. Severi Abb. Agathensis, c. 11. *Panis Paximatus*, apud Ordericum lib. 9. p. 740. *Paximatum panis*, in Regula S. Columbani c. 3. *Paximates similaginei*, in Gestis Abbatum Gemblacensium p. 534. Felix Faber l. 1. Hist. Suevorum cap. 8. *Non solum autem nostrum usualem panem bene percoquant, sed Paximacios vel bis coctos pro cibo marino vel bellico adeo artificialiter parant, ut domini Venetiani in publicis furnariis Paximacios non nisi Theutonicos habeant, &c.* Andreas Dandulus in Chron. MS. an. 8. Caroli Mag. *Veneti vero hoc audientes panum ac Paximatum multitudine machinis projecta exercitum verberant.* [Bernhardus de Breydenbach in Itiner. Hierosol. pag. 197. *Nec alia nobis erat aqua nisi in utribus corrupta, nec panes nisi Paximates sive biscoth.*] Vox passim obvia, qua præsertim utuntur Cassianus de Instit. Cænob. lib. 4. c. 14. l. 5. c. 5. Collat. 2. c. 11. 19. 24. Collat. 12. c. 15. Collat. 19. cap. 4. [ubi scribit ejusmodi panes sex unciarum fuisse, duosque monachis ad refectioem singulis diebus tribui solitum.] Pœnitentialis S. Columbani c. 10. 11. Regula S. Fructuosi c. 9. Vita S. Macarii Abb. n. 34. Vita S. Joan. Abb. Reomaensis lib. 2. n. 4. Vita S. Præjecti n. 8. Petrus Damian. in Vita S. Romualdi n. 14. Vita S. Gremari Abb. c. 13. Vita S. Judoci cap. 7. Luitprandus in Legat. &c. Ex Græcis vero Joannes Moschus in Prato spirit. c. 184. Palladius in Hist. Lausiaca c. 28. 151. Leo in Tactic. c. 5. §. 28. c. 10. §. 13. c. 12. §. 123. c. 13. §. 11. Tzetzes, Suidas, &c. Vide Salmasium ad Vopiscum pag. 373. 374. & Onomasticum Rosweidi ad Vitas Patrum.

PAXUM. Acta Capitularia Eccl. Lugdun. MSS. an. 1340. fol. 67. Cod. Reg. *Item dederunt eidem Paxum, quod tenebat in resignationem in Ecclesia Lugdunensi, &c.* Occurrit alibi.

PAYARE, Solvere, à Gall. *Payer*. [Charta an. 1238. to. 4. Hist. Harcur. pag. 1276. *Vendidi & omnino dereliqui monachis Mortuomaris in Leonibus pro viginti duabus libris Parisiensium de quibus jam integre Payatus sum.* Diploma Bolkonis Ducis Silesiæ an. 1358. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 498. *Pro ducentis marcis simul & semel Abbati & Conventui Payatis & numeratis.*] Utitur Bractonus lib. 3. Tract. 2. c. 1. Vide *Pacare*.

¶ **PAYLA**, Sartago, instrumentum coquinarium, Gall. *Poesle*. Statuta Montis Regal. fol. 267. *Vicarius teneatur . . . facere jurare omnes cauderarios quod non vendant libram ferri fabricati seu laborati in vasis æreis, Payrolis, cauderis, caciis, Paylis, & quibuslibet aliis vasis æreis, ultra solidos duos Astenses.*

¶ **PAYROLA**, **PAYROLIA**, Lebes minor, Gall. *Chaudron*, in Statutis mox laudatis. Charta Philippi Pulcri an. 1310. ex 47. Regesto Tabular. regii n. 58. *De sommata ferri, . . . de calderis, anderis, patellis, aichatis, Payroliis, cutellis, &c.* Vide *Parolla*. Hinc *Payrolerius*, pro *Ærarius*, lebetum opifex, Gall. *Chaudronnier*, in vet. Catalogo MS. B. M. Deauratæ Tolos. Inde etiam

¶ **PAYROLIUS** dicitur mensura quædam, quod ex ære erat. Litteræ Johannis Archiep. Aufc. ann. 1401. ex Tabul. ejusdem Eccl. *Pro qualibet sarcinata cujuslibet salmerii ascendens communiter xv. Payrolios mensura Auxitana.* Vide *Paironal*.

PAYSANÆ AVES, vocantur eæ quæ propter infirmitatem transire non possunt, cum sint de speciebus transfuentium, in regione in qua manent, & in sua patria commorantes. Fridericus II. de Arte venandi c. 17.

¶ **PAYSNATICUM**, pro *Pasnaticum*, à Gall. *Pasnage*, Census vel tributum pro glandatione & jure pascendi porcos in silva domini. Notitia de fundatione Theoloci an. 1130. to. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 164. *In omnibus etiam suis nemoribus, ipsorum porcis recursum & omnimodos fructus ad eorum pabulum, absque eo pretio quod vulgo Paysnaticum dicitur.* Vide *Pastio*.

¶ **PAYSSERIA**, ut *Paxera*. Vide in hac voce.

¶ **PAYSSONNA**, *Pastio* porcorum in silvis, Gall. *Paiisson*. Charta Mathildis Comit. Nivern. ann. 1222. *Donamus etiam pasturas ad opus omnium bestiarum suarum, tempore Payssonna non excepto.* Vide supra *Paiisso*.

¶ **PAZELLUS**, Mensuræ vel ponderis species. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 72. recto: *Item quod fornarii seu bolengarii . . . debeant facere panem pulchrum ad pensam & Pazellum eis datum & ordinatum per commune Vercellarum.* Vide *Pastus* 2.

PEA. Charta an. 1123. in Tabular. Eccles. Viennensis fol. 71. *Porro Dominus Archiepiscopus ei centum quinquaginta solidos dedit, & duas Peas, domum videlicet Stephani Malerasi, & aliam quæ illi juncta est.*

¶ **PEAGIUM**. Vide *Pedagium*.

¶ **PEALIS**, pro *Pedalis*, in Charta Petri de Roteys Vicarii Tolos. an. 1272. *Requirimus . . . quod trabes Peales & palmites de cor & de abiète de vi. branchiatis & de v. & de iv. quod illas habeant similiter ut infra trancos & escalmamentos; & quod habeant unum bonum palmum de spisso; & fustes de iii. branchiatis & de duabus & dimidia & de duabus quæ sunt Pedales & palmales.*

¶ **PEANIUS**, Lignum tectis conficiendis aptum. Charta an. 1264. in Tabular. Sangerm. *Merra-*

mentum etiam quod habet idem Abbas eidem Guillermo jam tradiderat, ut dicebat, scilicet duo millia & centum de chevrons, item quingentos & duodecim Peanios, &c. f. Quod Vitruvio columen dicitur, nostris Poinçon.

¶ PEATGA, Idem quod Pedagogium. Charta Archembaldi Borbonii pro Villa-franca, in Tabular. Bituric. *Burgenses Libera-villa non dabunt Peatgas.*

¶ PECA, pro Pecia, ut videtur. Statuta Mutin. rubr. 182. fol. 34. *Ordinamus quod Massarius . . . fieri facere debeat unam scalam de lapidibus, & calce coopertam de Pecis vivis, & ibi eam manutenere.*

PECCAMEN, Peccatum. Prudentius in Apotheosi: *Exin tincta malo Peccamine principis Ala Infecit genus omne hominum.*

Idalius Barcinonensis in Epist. ad Julian. Tolet. *Recordatione Peccaminum meorum pavidus, & memoria ingentium criminum usquequaque perterritus, &c.* Translatio S. Baudelii Martyris: *Propter inhumanitatem Peccaminum.* Vita MS. Magnobodi Episcopi c. 2. *Pro diluendis originalibus Peccaminum contagiis.* Adde Concilium Cloveshoense an. 747. cap. 3. Vita Aldrici Episcopi Cenom. p. 69. 72. 74. 90. [Chartas an. 709. & 722. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. col. 264. 269.] Occurrit passim. *Peccaminosa vita*, apud Joannem Gersenium l. 3. de Imitatione Christi cap. 50. n. 6.

¶ PECCANTIA, Peccatum, delictum. Vita S. Columbae Abbat. to. 2. Junii p. 207. *Amarissime ingemuit, & coram omnibus qui ibidem inerant, Peccantias confitetur suas.*

¶ PECCARIA, perperam pro Petraria editum ex Placito an. 1158. inter Probat. to. 2. novae Hist. Occitan. col. 568. *Recognoverunt (affectatores) quod debent dare totos corios, qui fuerint opus Comiti vel bonis hominibus Tolosanae urbis & suburbii, in faciendis Peccariis & frondevolis.* Vide *Frondevola in Fundabulum.*

¶ PECCARIUM, Vas, calix, cyathus, vel mensura potoria. Vide *Bicarium.*

¶ PECCATORES subscribunt quandoque Episcopi, suppresso etiam *Episcopi* titulo; eos imitati sunt Abbates alique viri humilitatis amatores: quod monuisse sat est.

¶ PECCATRICIUS, Malus, flagitiosus. Epist. encyclica de morte Bernardi Abb. Majoris Monast. to. 5. Annal. Bened. p. 668. *Non solum verba Peccatricia, sed & vana & scurrilia abhorrebat.*

¶ PECEATA. Vide *Peciatum.*

PECEIUM, Fractura navium, ex Gallico *Piece*, de *pecé*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1317. apud Argentreum in Hist. Armoric. lib. 5. c. 34. *Exceptis & retentis dicto Duci, (Britanniae) & ejus heredibus in prae dictis locis omnibus & singulis regalia & gardia Ecclesiarum, Peceio seu naufragio marino, foresacturis, emendis, & emolumento ex fractura navium, & ratione praemissarum Peceii & naufragii ob defectum brevitorum, eique in praemissis locis universis & singulis, ac in mari circumadjacenti obvenerunt quoquo modo.* At in versione Gallica Chartae S. Ludovici, quae refertur ab eodem Argentreo eod. lib. cap. 17. vertitur *Droit de pesche*. Latina, quam vidi, male praefert, seu *peffera naufragia marina.*

¶ Et quidem *Peceium* dicitur, Jus quod domino competit ex fractura navium seu naufragio, Gall. *Droit de bris*, & in veteribus Chartis vernaculis, *Pecoy de la mer*. Charta S. Ludovici an. 1231. in Tabular. Castr. Nannet. *Ludovicus D. G. Francorum Rex, &c. Promissimus Petro de Droscio, alias de Brenne, Duci Britannia & ejus successoribus omnia sua jura*
Tom. V.

illasa servare . . . portus marinos habendi, Peceia seu naufragia marina, cum foresactis & emendis ex fractura navium & ratione praemissorum Peceiorum. Instrum. an. 1235. to. 2. Hist. Britan. col. 385. *Bernardus filius Tanguis Miles juratus dixit quod Barones debent habere Peceium navium in terris suis.* Vide *Naufragium.*

¶ PECES, Vas, calix, Gall. *Pot.* Testamentum Johannis de Nevill an. 1386. apud Madox Formul. Anglic. p. 427. *Item Thoma filio meo (lego) xxiiii. discos argenteos, xii. saucers, ii. bacynes, & ii. cavers, vi. Peces unde ii. cooperta & iii. sine cooperculis de argento.* Vide *Bicarium*, & in voce *Pecia.*

¶ PECHA, Emenda, praestatio, impensa, tributum quodvis, Hispan. *Pecha* vel *Pecho*. Charta Petri Reg. Aragon. apud Rymer. to. 2. p. 210. *Arzarum nomine damus & assignamus loca inferius notata . . . cum omnibus villis, aldeis, Pechis, moneticis, &c.* Statuta Auscior. art. 11. *Item pronuntiaverunt quod de omnibus Pechis, messegueris domini predicti, scilicet Comes & Archiepiscopus tertiam partem habeant quilibet pro regione sue jurisdictionis . . . Ad expensas autem quas ratione Pecharum fieri contigerit, domini teneantur contribuere secundum partem quam de dictis Pechis recipiunt, & prestare auxilium dictis Consilibus & Universitati contra rebelles in solvendis Pechis commissis.* Vide *Pecha.*

¶ PECHERIUM, Vas, calix, cyathus. Nicolaus Specialis de Reb. Siculis lib. 6. cap. 14. apud Murator. to. 10. col. 1045. *Alii lata Bacchi munera sumministrant, ii crateres magnos bacchatos gemmis statuunt, ii Pecheria, cuppas, aliaque vasa regalibus apta in numerum congerunt.* Vide *Bicarium.*

¶ PECHIA, Frustum, membrum; item, modus agri, Charta an. 1249. in Tabular. B. M. de Bononuntio Rotomag. *Ad natale Domini unam Pechiam carnis de valore sex denariorum.* Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 524. *Quitationem istius prae dictae Pechia terre . . . tenemur garantifare.* Vide mox *Pecia.*

PECIA, PETIA, Fragmentum, frustum, membrum: nostris *Piece*. Auctor Mamotrecti 29. Exodi: *Frustum, pars, sive Pecia.* [Charta pro Aquariatu Monast. de Talemundo an. 1366. *Item in diebus quibus debent comedi pisces, dabit & ministrabit dictus Aquarius secundum tempora, videlicet de marlucio recenti fercula de duobus Peceis pro duobus, quarum Peceiarum qualibet debet habere in longitudinem plenam palmam.* Acta S. Vernheri to. 2. April. pag. 706. *Seclusa Pecia pedis sinistri satis parvula.* *Petia carnis*, apud Murator. tom. 16. col. 581. *Petia fusti*, in Charta an. 1435. *Pecia pargameni*, in Tabular. S. Victoris Massil.] Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 11. *Imperator magnum ostendens gaudium, mutare jubet nigras vestes, . . . & pro novis indumentis donat Petias de scarleto.* Benedictus XII. PP. lib. Secret. Epist. 147. *Diversis se nominibus appellantes diversorum colorum seu Petiarum variarum curtos & deformes gestant habitus, ab illis quibus fratres Minores utuntur, plurimum discrepantes.* [Concil. Terracon. IV. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 323. *Socios nostros induamus de panno, cujus communis Pecia ultra viginti quinque libras . . . constet.* Pluries ibi. Adde Statuta Massil. lib. 1. cap. 36. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 85. Anonymi Annal. Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 729.] *Petia terra*, Modus agri, quomodo etiam vulgo dicimus, *Piece de terre.* [Chartular. Aptense Charta 5. ann. 43. Chunradi Reg. Provinc. Indict. 11. *Pecia de terra herma . . . donat terram illam per talem convenientiam, ut &c.* Charta an. 1266. in Tabular. S. Victoris Massil. *Magister Fulco assignavit dictae elemosinae qua-*
V ij

tuor *Pecias terrarum fitas in tenemento Alaudii.*]
 Charta Alrici Episc. Astenfis an. 1029. apud *Lachieza* in Hist. Eccl. Pedem. cap. 22. *Detinemus ad nostram proprietatem Petiam unam de terra intra hanc Secusienfem civitatem positam.* Vide ibid. pag. 233. 311. Petrum Joffredum in Nicea p. 159. Petrum Diacon. lib. 4. Hist. Casin. cap. 18. 53. ult. edit. &c. Ita

PETIUM TERRÆ, crebro usurpat Tabularium Casauriense: *Primum Petium de terra, ubi vinea plantata est, &c.* [Chron. Episc. Misdens. apud Leibnit. to. 2. Script. Brunsvic. p. 176. *Nam si Ecclesia habet aliqua Pecia sive Morgen-landes, statim acquiritur per laycos ad vitam, & sic annis x. elapsis, tunc est hereditas illorum laycorum, sicut luce clarius apparet. Petium vinea, in Chron. Farf. apud Murat. to. 2. part. 2. col. 427. Tria petia literarum, id est, partes, in Actis SS. to. 4. Jun. pag. 769.*]

PETIUM. Statutum S. Ludovici an. 1255. cap. 26. de meretricibus: *Bona earum per locorum iudices capiuntur, vel auctoritate à quolibet occupentur, etiam usque ad tunicam vel Pecium.* Absunt hæc postrema verba apud Nangium pag. 363. [Ubi leg. *Pellcium.* Vide *Pellicia.*]

PETIUS, ut *Pecia*, Fragmentum. Miracula S. Simonis to. 2. April. pag. 823. *Et ex fractura exierunt sibi tres Petii de offe.*

PECIATUS, & *Repeciatus*. Vida B. Hermanni Josephi num. 41. *Cum manicis Peciatis.* Vita B. Margarete Hungaricæ cap. 2. *Portabat vestes laceras & Repeciatas.* [Charta an. 1227. ex Tabular. Audomar. *Incedant autem Canonici honeste, . . . videlicet superpellicio & cappa honesta non taconata seu Petiata.* Bulla Benedicti XII. PP. an. 1337. in Tabular. S. Victoris Massil. *Cuculla fracta & dissoluta ac Repeciata.* Ibidem: *Sotulares Repeciati sive Peciati.* Galli *Rapiecer, Rapieteter & Rapessater* dicunt, pro vestem reficere, refarcire. Hinc *Repetaciatus*, in Limbroch. Sent. Inquisit. Tolos. pag. 329. *In vestibus de pannis grossis . . . & etiam Repetaciatis resplendebat Jesu Christi paupertas.* Vide *Petacia.*]

Hinc Espeecer & Specier apud Poetas nostrates, pro in *pecias* seu frusta frangere, comminuere, *Mettre en pieces, briser.* Le Roman de Vacce MS.

*Tous les fist tristes & dolens,
 A plusors fist traire les denz,
 Les autres fist Espeecer.*

Le Roman de la guerre de Troyes MS.

*Thoas li ot li escu Specie,
 Et li hauberc li ot desmaillé.*

Nec aliunde repetenda vox Pecoier, quam eadem notione usurpare videtur laudarum Poema de la guerre de Troyes MS.

*Patroclus sor selle ploie,
 Et l'arçons derriere Pecoie.*

Ibidem:

*Tiels colps s'entredonnent ambesdai,
 Si qe les lances Pecoierent.*

Occurrit ibi pluries. Inde etiam *Pecoieis*, pro ipsa frangendi actione, ibidem:

*Là ot des lances froisseis,
 Et estrange Pechoieis.*

DEPECZATUS, in Concilio Andegavensi an. 1365. cap. 13. Salmasius vocem hanc à *Pictacium* accersit, cui favet Will. Brito lib. 11. Philipp. ubi de tunica Militari:

*Sic percussa patet, sic intercisâ minutis
 Pictacis pendet, &c.*

Præerea Joan. de Janua: *Pictacium*, dicitur illa corii particula quæ solea *repeciata* insuta est, & dicitur

à *pingo*: quia sicut partes pictura distincte in pavimento sunt, sic apparent *pictacia* in calciamento: unde *pictaciatius*, i. *repeciatus*.

PECIA ARGENTI, Nummus, nostris *Piece d'argent.* Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 29. art. 4. *Recipere teneatur . . . testulos seu testonos, & alias Pecias argenti hic recipi solitas.*

PECIA ARTELARIÆ, Gall. *Piece d'artillerie*, Tormentum bellicum. Charta ann. 1489. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. p. 1513. *Et si contingat aliquam partem vel Peciam artelariæ ad custodiam & defensionem necessariam deesse, &c.*

PECIA, Vas, calix, cyathus. Testam. Johan. de Nevill an. 1386. apud Madox Formul. Anglic. p. 28. Item (lego) *Willelmo de Hoton de Todow v. marcas & 1. Peciam argenti coopertam . . . Item Ricardo Basy xx. marcas & 1. Peciam argenti deauratam coopertam.* Vide *Peces.*

PECIES, pro *Pecia*. Vita B. Kingæ tom. 5. Julii p. 741. *Hac dierum processu in quatuor Pecies divisa, majorem afflictionem agræ per singulos dies post hujusmodi apostemationis sequestum efficiebat.* Occurrit rursum to. 2. April. pag. 723.

PECIES occurrit apud Higenum in Gromat. *Quorum pedatura in singulas Pecies ad homines solet computari.* Sed Salmasius pedes restituit.

PECIA, pro *Pena*, rupis, collis, in Hist. Cortusior. lib. 8. cap. 3. apud Murat. to. 12. col. 903. *Sic liberavit Mundianum, Vericulum, & alia castra impugnavit, & cepit Pecia sancti Martini.* Ubi rectius alter Codex, monente Cl. Editore, habet, *pennam.* Vide *Pena* 1.

PECIATUM, PECEATA, Mensura frumentaria. Charta an. 1228. in Tabular. Castri Blein. *Herveus de Leonia . . . Pater meus dedit monasterio S. Mathei de sinibus terrarum tria Peciata frumenti ad magnam mensuram de frumento suo de Ploeyon. Et ego dicta tria Peciata frumenti in certis assignavi locis, &c.* Alia ejusdem Hervei an. 1206. ex eod. Tabulario: *Ego H. de Leonia, qui primus dominorum Leonensium tunc temporis receptioni ac venerationi sacrosancti capituli B. Mathei interfui, dedi B. Matthæ tres Peceatas frumenti in perpetuum possidendas in tribu Maenuili, quæ est in plebe Ugon.*

PECIELLA, perperam pro *Pajella*. Vide ibi.

PECIES. Vide *Pecia*.

PECIOLA, [diminut. à *Pecia*, Fragmentum; interdum & Modus agri. *Petiola tunica B. Virginis Maria*, in Actis SS. to. 3. Jun. p. 137.] *Speculum Vitæ S. Francisci: Fr. Leoni B. Franciscus sua stigmata committebat tangenda, ut novas Peciolas (id est, linteola) apponeret, amotis aliis sanguine cruentatis.* Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis: *Peciolas duas de terra culturale.* Alia ibid. *Peciolas de terra duas, &c.* [Charta an. 879. Marcæ Hispan. col. 805. *In ipso villare Peciolas de terra retinent.* Occurrit etiam in Charta an. 932. apud Eccardum in Orig. famil. Habsburgo-Austr. pag. 151.] Adde Chron. S. Benigni Divion. p. 409.

PETIOLUM, in Chron. Farfensi apud Murat. to. 2. part. 2. col. 611. *De valle Ansefreda petiam 1. & de Petiolo duas partes (concessit.)*

PECIOTTA, Eadem notione, in Charta ann. 1276. ex min. Chartul. S. Benigni Divion. *Item super unam Peciottam terra quæ fuit perprecier.*

PECIUNCULA, Eodem significatu. Charta ann. 1447. in Chartul. S. Vandreg. to. 2. pag. 1750. *Aut de oratorio præfato alienare præsumat, vel Peciunculam quamvis minimam abstrahat.*

PECIOLI, apud Apicium lib. 1. cap. 20. videntur

esse quos Columella & alii *pediculos* vocant, quibus fructus ramusculis adpendent. At Celsus lib. 2. *petiolos* de animalium pedibus usurpat.

¶ PECIUM. Vide *Pecia*.

¶ PECLUINCERIA. Vide *Pulvinceria*.

¶ PECOLLUS, Columella, fulcrum lecti, vel sellæ, nostris *Pied*, *quenonille de lit*, Occitanis *Pecoul*. Charta Petri de *Roteys* Vicarii Tolos. an. 1272. *Quod pedes seu Pecolli archarum VIII. palmorum & barroti IV. palmorum & omnes pertica rotunda sint illarum pajellarum quarum debent esse.* Le Roman de Blanchandin MS.

*De sor un faudestuel fu mis
Dont li Pecol estoient d'or:
Les pierres valent un tresor.*

Le Roman d' *Athis* MS.

*Et li Pecoul tous quatre d'or
Bien valoient ung grant tresor...
Es Pecouls ot pierres assises
Vermeilles, jaunes, verds, & bises.*

PECORANTES, & *Sodomita*, junguntur in Fleta lib. 1. cap. 37. §. 3. *ἀλογόνομοι, κτηνοβάται*. Vide Meursii Gloss. in *ἀλογόνομοι*.

PECORARIUS, Bubulcus. Charta Desiderii Regis Longob. in Bullario Casinensi to. 2. p. 7. *Qui sit Pecorarius, . . . qui vaccas ipsius Monasterii pascat, &c.* [Bartholomæus Scriba Annal. Genuens. lib. 6. ad an. 1227. *Et de mandato dicti Pecorarii plures muri facti sunt.* Occurrit præterea in vet. Pœnitentiali apud Morinum p. 24. Vide *Pegorarius*.]

PECORIA. Chronicon Afflegemiense c. 20. *Duo prædia, quæ secundum linguam suam (Flandricam) consuetudinem Pecorias appellant, pretio grandi comparavimus.*

¶ PECTA, Quævis præstatio, tributum, vectigal, emenda. Charta Aldefonsi Reg. pro Monast. Casæ Dei an. 1216. *Concedo medietatem de omni Pecta tam de homicidio quam de pedagio & de omni regali exactione quæ ratione vicinia urbis in barrio S. Johannis exigentur.* Charta an. circ. 1320. ex Regesto Noster fol. 440. v°. *Cum prædicti Judæi Navarra nolint solvere dicta xv. librarum secundum taxationem Pecte, sed secundum facultatem cujuslibet, &c.* Vide *Facendeira* & *Pecha*.

PECTARE, Solvere, *Pagare*, ex *Pactare*, pactum seu tributum solvere, præstare. Vox olim Hispanis familiaris, qui & *peytare* dicebant. Charta Alboaceni Regis Mauri in Conimbra an. Chr. 734. apud Sandovallium, *Ego ordinavi quod Christiani de meas terras Pectent dupliciter quam Mauri, &c.* Occurrit ibi non semel vox eadem, tametsi prave scripta. Alia Aldegastri, filii Sylois Regis Ovetensis, an. 781. apud eundem: *Et quanta calumnia fuerit, Pectent & emendent, &c.* Charta Adefonsi Regis Aragon. æræ 1160. apud Oyhenartum: *Et nullus homo qui vobis pignoraverit in istos montes superscriptos Pectabit mihi 60. sol.* Alia æræ 1167. *Et mando & concedo quod non Pectetis pedagium neque lesda.* Alia Sanctii Regis Navarræ: *Et qui super hoc meum donativum fecerit vobis aliquam contrariam, perdat meum amorem, & Pectabit mille solidos.* Fori Jacenses: *Si quis rapuerit, vel furatus fuerit oves vel capras, pro unaquaque Pectet novem.* Vide *Foros Leirenæ*, Histor. Segoviensem c. 20. §. 13. Biblioth. Cluniac. p. 1435. & in vocibus *Pactum*, *Peitare*.

PECTEN, inter ministeria sacra recensetur, quo scilicet Sacerdotes ac Clerici antequam in Ecclesiam procederent, crines pecterent. [Testament. Everardi Comitis an. 837. apud Miræum to. 1. pag. 21. *De paramento vero capella nostra ciboreum cum cruce aurea, . . . Pecten auro paratum unum conce-*

dimus. Chron. Calmaliac. apud Stephanot. to. 3. *Fragm. Hist. MSS. Tabule eburnæ ad ornamentum altaris, Pectines eburnei quatuor aut quinque, &c.*] Testamentum Riculfi Episc. Helenensis an. 915. *Pectenem eburneam unam, tabulas eburneas duas, &c.* Charta an. 1231. apud Catellum in Hist. Occitan. pag. 901. *Sunt ibi octo cingula serica, & 6. Pectines eburnei, &c.* Charta Joannis Archiep. Capuani an. 1301. *Item Pectenem unum de ebure, item calicem unum, &c.* Vide *Monasticum Anglic.* tom. 3. pag. 314. [& infra *Sedes majestatis.*]

¶ Enumeratur præterea inter utensilia seu supellectilem monachorum, in Guidonis Discipl. Farfensi cap. 47. *Omnibus fratribus dentur tabula, acus, Pectene* (l. Pectines) *cum dumento, capellum in capite quod alio nomine capitium vocatur.* Ex quibus colligitur monachos tunc temporis non omnino tonsos fuisse, quod ex dicendis infra iterum manifestius fiet. Vide *Pectinare*, *Pectinarium*, & *Pexere*.

¶ PECTERE, pro *Petere*, in Charta an. 1218. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 336. *Terram sanctam Pecten jam navigans per mare, dedit abbatiæ Pontis-Otranni, &c.*

PECTICUS, *Digestibilis*, à *pectus*. Joan. de Janua.

¶ PECTINA, PECTIS, *πέλιον*, in Gloss. Lat. Gr.

¶ PECTINARE, Pectere, Gall. *Peigner*. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. to. 3. SS. Junii pag. xxxi. *Ut videlicet caput nostrum Pectinent opportuno tempore.* Consuet. Sangerm. inter Instr. Hist. ejusd. Monast. pag. 136. *Ibunt ad lavatorium lotum manus suas & Pectinabunt se in parte claustrum versus eleemosinam.* Occurrit præterea apud Bernardum Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. c. 9. *Utitur etiam Apuleius Metamorph. lib. 6.*

¶ PECTINATUS, Comptus, nostris *bien Peigné*, eadem notione. Vita B. Coletæ to. 1. Martii pag. 573. *In formis virorum vel mulierum satis pulcris, cum capillis longis & magnis & bene Pectinatis.*

PECTINARIUM, Theca pectinis, *Etuy de peigne*: nisi sit quod vulgo *peignoir* appellamus, linteum quod collo aptatus, cum capillos pectimus. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 18. *Cinctoria & corrigias femoralium, & vaginas, & pectines, & Pectinaria, & cetera hujusmodi, cum opus fuerit, fratribus Vestiarius ministrare debet.*

¶ Haud improbabili conjectura *Pectinarium* ibi interpretari licet linteum illud quo ea corporis pars quæ Pecten dicitur, cooperitur. Vide mox *Pectinium*. Pro theca pectinis occurrit in Revelatione an. 1180. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 605. *Ita ut etiam illo vivente ejus dentem in Pectinario pro reliquiis portaret.* Ita &

¶ PECTENARIUM, in Statutis Ord. Grandimont. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1234. *Pecten quoque numquam sit eburneus, sed tantum corneus. Pectenarium etiam & aculerium . . . sint parvi pretii.*

PECTINIUM, Eadem, ni fallor, notione usurpavit Sigebertus in Chronico: *Rejicientes à se quidquid regula refragabatur, foricas videlicet & pelliceas, estamina, caputia quoque & femoralia, Pectinia, & cooperitoria.* [Ut supra *Pectinarium* ex Libro Ord. S. Victoris, ita & hic *Pectinium* idem esse videtur quod Capucini vocant *Mutande.*]

¶ PECTINARIUS LANARIUS, in veteri Inscriptio- ne, Qui lanas pectit.

PECTINATOR, Pectinum confector, in Miracul. S. Stanislai Canon. Reg. [*Pectinarius* apud Plautum.]

PECTINEUM OPUS, [*Illud forte quod Galli vocamus Ouvrage au petit point.* Pecten enim etiam radium, Gall. *Navette*, sonat.] Visitatio Thesaurariæ

S. Pauli Londinensis an. 1295. *Capa Fulconis Episcopi bene operata opere Pectineo auro & argento. Alibi: Vestimentum Fulconis Basset habet paruram de opere Pectineo, cum rosis, arboribus, floribus, & bestiis. Occurrit ibi non semel. Pectinator, κτενιστής, in Gloss. Gr. Lat. Claudianus lib. 2. in Rufinum:*

. . . . doctissimus artis

Quondam lanificæ, moderator pectinis unci.

¶ PECTIO, Pactum, conventio, contractus, ipsa conventionis Charta. Chron. Monast. Novalicens. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 751. *Et placuit michi in hac pagina testamenti mei adnecti de alode parentum meorum . . . quem apud consobrina mea Honorata filia Eptolena amita mei pro Pectiois titulum inter nos divisimus. . . . Quod si fecerint, pœna quod in Pectiois nostræ per commune consensum continet, incurrant.*

PECTORABILITER. Isidorus Pacensis Episcopus æra 769. *Sed ubi gens Austria, mole membrorum prævalida, & ferrea manu perardua, Pectorabiliter ferientes Regem inventum exanimant. Id est in pectore.*

PECTORALE, Cingulum quo equi pectus ambitur, & stringitur, *Antilena: στήθεσμος, in Gloss. Græc. Lat. Gallis Poitrail. Fasciæ pectorales, apud Hierem. cap. 2. στήθεσμιδες, apud Phlegontem de Mirabilib. pag. 57. & Isidor. Pelusiot. lib. 1. Epist. 74. Glossæ S. Benedicti: Fasciæ, στήθεσμος. Innocentius III. lib. 3. Decretal. tit. 1. cap. 15. de Clericis: Pannis rubeis aut viridibus; nec non manicis aut sotularibus consutitiis, frenis, sellis, Pectoralibus, calcaribus deauratis; aut aliam superfluitatem gerentibus non utantur. Eadem ferme habentur in Concilio Albiensi sub Zæno Episcopo Avenionensi S. R. E. Legato cap. 15. Monspeliensi ann. 1214. c. 15. & in Regula Militum templariorum cap. 37. [Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 9. Habeant in sellis suis Pectoralia & postas.] Vincentius Belvac. lib. 30. cap. 85. *Habent etiam frena phalerata, & inargentata, & inaurata, atque in Pectoralibus campanulas infixas, magnum emittentes sonitum ad gloriam earum & decorem. Adde lib. 32. cap. 30. [& Stephanum Tornæ. Epist. 230. novæ edit.] Le Roman de Parise la Duchesse MS.**

Il vint à son cheval, s'il l'a fait conraer,

Il a mise la selle, s'a lo Poitral fermé.

PECTORALE, Idem quod Rationale. Glossæ MSS. *Rationale, Pectorale. [Expositio divin. offic. ad calcem Johan. Abrinc. p. 414. Postea sequitur Pectorale, quæ à vulgo alba dicitur.] Burchardus de Casib. S. Galli c. 1. Abbas quoque quasdam (casulas) deauratas in margine, & in Pectorali . . . ipse elaboravit. Ceremoniale Rom. ex MS. Vaticano de Consecr. PP. apud Rayn. an. 1272. num. 9. Cum ad ordinem Presbyteratus ordinari debet . . . nec tamen habebit tunicellam, nec dalmaticam, nec calciabitur sandaliis, nec habebit Pectorale, sed solum amictum, & albam. Liber anniversariorum Basilicæ Vaticanæ fol. 144. ubi de Bonifacio VIII. PP. Item quatuor camisas de cortina, cum Pectoralibus & gramiciis de opere Cyprensi. Necrologium Ecclesiæ Carnotensis 2. Id. April. Pectorale unum ex auro mundissimo & gemmis pretiosis. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. Item capa Ricardi de Windlesore de rubeo sameto, cum Pectorale, optime breudata, &c. Item capa Magistri Ricardi Ruffi de rubeo sameto, cum rotundis Pectoralibus aurifrigiis. . . . Capa Indica breudata cum pulchris Pectoralibus, &c. Casula Alardi Decani de nigro sameto, dorsali & Pectorali optimi aurifrigei vineati. Item casula Petri Bleven. de sameto purpureo, aliquantulum sanguineo, cum Pectorali literato. . . . Casula Hugonis de Orivalle, de albo diaspro, cum*

Pectorali & dorsali largo, de flosculis de fino auro, &c. . . . Casula Vulfranni cum Pectorali & imaginibus Petri & Pauli de fino auro, & humerali vineato de fino auro breudato, & lapidibus insertis, & extremitate talari consimili.

¶ PECTORALE, Pectus. Buschius de Reform. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 904. *Quamvis à quibusdam senioribus monialibus rogatus fuerim, ut ipse ita possent suas recipere disciplinas, ne in Pectoralibus infrigidarentur.*

PECTORALIS FASCIA. S. Hieronymus in Isaia cap. 3. ad hæc verba: *Et pro fascia Pectorali cilicium. Fasciæ pectus texit, & eum possidet locum in fœminis, quem rationale in Pontificibus. [Menoti Serm. f. 25. Pectus discoopertum . . . cum Pectorali albo per quem quis clare possit videre. Idem quod Gallis Gorgerette, vel Gorgette.]*

¶ PECTORALE, Lorica, qua pectus tegitur, unde nomen, Gall. Cuirasse. Statuta Riper. cap. 12. fol. 4. vº. *De qualibet soma calybis, ferri soldi, lamellarum & Pectoralium, de pensibus duodecim pro introitu soldi sex.*

PECTORALE, Cancellus. Gesta Innocentii III. PP. *Super novos gradus constituens novum altare, novaque Pectoralia faciens ante chorum. Germanus Patr. CP. in Mystagogia p. 148. id ita ferme expressit: τὰ κίονια, ἧτοι τὰ στήθεα διαχωρίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τῆ λοιπῆ λαῆ, & κάγκελλα. Græci enim recentiores στήθεα vocant, columellas ordine dispositas, ac superiori epistelio junctas, ut recte observat Goarus ad Cedreni pag. 631. qua etiam notione στήθεα usurpat Codinus in Orig. CP. Meursianis p. 68.*

¶ PECTORALE TUTAMENTUM, Munimenti genus, sic dictum quod milites ad pectus tegat, Gall. Parapet. Telomonius apud Leibnit. to. 2. Script. Brunsvic. p. 94. *Inter hos turbidos rerum successus, in vallo fossatorum civitatis, & lignorum congerie & arborum illic amputatarum una cum terra intermixtione, per girum urbis totius munimenta, quæ Pectoralia vocant tutamenta & propugnacula parantur, fossataque nova cavantur.*

PECTORALIS, Tunica hyemalis, qua pectus tegitur. Gregorius M. lib. 10. Epist. 52. *Fratrem & Coepiscopum nostrum Ecclesium frigore omnino laborare cognovimus, pro eo quod hiemalem vestem non habeat. Et quia aliquid sibi à nobis petiit debere transmitti, fraternitati tuæ ad hoc per latorem presentium transmisimus amphimalum tunicam, vel Pectoralem, ut à te ei debeat sine mora transmitti.*

¶ PECTOROSE, Superbe. Acta S. Etheldredæ to. 4. Junii pag. 549. *Modo Pectorose gradiebar, modo contumaciter adversus proximos spirabam.*

¶ PECTUM, Idem quod Pectus. Vide in hac voce. Charta Aldefonsi Reg. æra 1230. apud Stephanot. to. 4. Fragm. Hist. MSS. p. 228. *Et sint illi x. Excusati ab omni Pecto, posta, fossado, . . . & ab omni regia exactione semper liberi & immunes existant.*

PECTURA, PETTURA, pro Plectura. Polyptychus Floriacensis: *Facit Petturam in cultura dominicata, & seminat ibi de suo tritico mod. 2. &c. Tabularium S. Remigii Remensis: Faciunt caplim diebus 15. aut donant den. 4. faciunt & Pecturam ad cortem perticas 4. annis singulis per successiones sibi convenientes. Infra: Faciunt & Pecturam ad cortem, scurias, & hortum claudendum. Ibidem: Facit & Pecturas ad claudendam cortem, & ad tegumen scuriarum, ubi de materiamine, quantum necesse est, mittit. Vide Plecta.*

PECUARE, Pecus. Waldramus Decanus Sangalensis:

Francica te Suevis, ô Rex, direxit alendis,

Jam Pecuarare tuum pasce diu viduum.

PECUARIA, feminino gen. Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 4. *Si homo S. Crucis vendiderit bovem, vel vaccam, vel aliam Pecuariam in toto honore meo, &c.* Ex quibus videntur emendandæ Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 17. *Si quis per curam suam reclusam dimiserit de edificiis in foresta.* Legendum enim videtur *Pecuariam*. [Rectius infra in voce *Stabilitas* ipse Cangius *Pecuram* edidit.]

¶ **PECUARIA**, pro *Pecunia*, in Chartular. S. Vandreg. to. 2. p. 2059. *Dedi non parvam Pecuariam, id est viginti quinque libras.*

¶ **PECUARIUS**, *Armentarius*. Gloss. MS. Sangerm. num. 501.

¶ **PECUATUS**, *ἑπιώδης*. Gloss. Lat. Gr.

¶ **PECUDIARIUS**, *πρωαλῆς*, in iisdem Gloss. Leg. suspicatur Vulcan. *πρὸ ἀγέλης*.

¶ **PECUDINEUS**, Membranaceus. Vita S. Johannis Gualberti to. 3. Julii p. 316. *Liber est Pecudineus chirographicus in 4. minori, ab extra literis deauratis sic inscribitur, &c.*

¶ **PECULARIUM**. Vide *Peculium*.

¶ **PECULENTUM**, mendose pro *Poculentum*, in Statutis Arelat. MSS. art. 175. Vide *Species*.

¶ **PECULIALIS**, Pecorinus. Vita S. Bernardi Menthon. to. 2. Junii pag. 1083. *Referunt enim quod à carnis & ovorum lactisque Peculialis comestionibus etatula tam molli abstineret.*

¶ **PECULIARE**, **PECULIARITAS**. Vide *Peculium*.

¶ **PECULIO**, Opilio. Vita S. Heriberti Archiep. Colon. to. 2. Martii p. 472. *Egenus erat Peculio, pagano onustus infantulo.*

PECULIUM, Bona quæ sunt extra dotem Galli appellarunt, quæ Græci *παράφερνα*. Ulpianus l. *Si ergo*, §. *Caterum*, D. de Jure dot. *Caterum si res dentur, in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli Peculium appellant.*

PECULARIUM, Eadem videtur sumi notione in Tabulario Castri Mellandi in Biturigibus Ch. 56. *Recognovit pramissa dedisse eisdem conjugibus, in matrimonio & Peculario ipsius Isabellis.*

PECULIUM, Pecudes. *Peculium utriusque sexus*, in Charta donat. Leotheriæ to. 2. sæculi 3. SS. Ord. S. Benedicti p. 615. Codex Carolinus Epist. 74. *Arripiens ex ea illicitè plura Peculia, quæ illi minime pertinent abstollenda.* Charta Aystulfi Regis Longob. an. 753. apud Ughellum to. 2. p. 107. *Si in ipsis silvis aliquid roncare fecerit, aut si Peculia pabulaverit.* Paulus Warnefridus lib. 2. de Gestis Longob. cap. 3. *Peculia sola remanebant in pascuis, nullo astante pastore.* [Lex Bajwar. tit. 9. §. 2. *Nisi forte vitium invenerit quod ille venditor celavit, hoc est, in mancipio, aut in caballo, aut in qualicumque Peculio, id est aut cæcum, aut herniosum, aut caducum, aut leprosum.* Leges Rotharis cap. 238. *Servus massarius licentiam habeat de Peculio suo, id est bovem, vaccam, caballum similiter & de minutis Peculiis in socio dare.* Statuta antiqua Monast. Corbeiens. to. 4. Spicil. Acher. p. 20. *Similiter quidquid in diversis laborationibus quolibet modo acquiritur, vel in variis Peculium generibus enutritur.*] Vide Leg. Longob. lib. 2. tit. 22. §. 3.

¶ **PECULIES**, in Charta Pipini Regis pro Monast. Prumiensi: *Una cum terris... mobilibus & amovilibus, pecunies, Peculies, utriusque sexus gregis cum pastoribus, &c.*

PECULIARE, Idem quod *Peculium*, apud Latinos: quidquid scilicet servus domini permissu possidet. Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 1. §. 18. *Omnis res quæ mobilis immobilisque consistit, cujuscumque fuerit gene-*

ris, sive formæ, an peculii, an Peculiaris nomen habuerit, anius intelligentiæ vim evidentiamque obtineat. [Testamentum S. Irminæ an. 698. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 10. *Similiter dono ad jam dicta loca Sanctorum vinea pedeturam unam in monte Viennensi cum vinitore nostro Alithfrido cum omni Peculari suo.* Ibid. col. 13. ex Charta Hedeni Ducis pro S. Willibrordo: *Et in castello Molenberge donamus tibi tres casatus cum mancipiis, una cum omni Peculari eorum.*] Præceptum Barnoini Archiep. Viennensis an. 881. *Et unum servientem de ipso beneficio nomine Deodatum, cum omni suo Peculari, & filio.* Vetus Charta apud Sanjulianum in Matiscone pag. 275. *Mancipiis desuper manentibus, cum Peculariis eorum, &c.* Alia apud Vadianum p. 50. *Cum servis, ancillis, Pecularibus, tum domibus, edificiis, &c.* Alia pag. 74. de servo manumisso: *Suumque Peculare quod habet, aut quod adhuc adquiri poterit, faciat.* Hincmarus in opusculo LV. Capitulorum c. 43. *Et res & mancipia in regno senioris nostri non habeat, per quæ illum constringere ad reddendum rationem valerem, & per beneficium, vel per Peculare noluit sustinere distringi, & excommunicavi illum à mea parochia.* Ubi cum beneficium distinguatur à peculiari, videtur peculiare sumi pro propriis: nisi mancipia ipsa intelligantur. Charta Arnulfi Regis an. 892. apud Meurissium p. 295. *Prout eis more Ecclesiastico placuerit ad sui Pecularis utilitatem universa disponere vel ordinare, &c.* Vide Marculfum lib. 2. form. 32. Columbum in Episcopis Vivariensibus lib. 1. num. 23. &c.

¶ **PECULIARIS**, Eadem notione, in Testamento Dadilæ an. 813. inter Instr. to. 1. Hist. Occitan. col. 38. *Omne pecus & Peculiarem illorum mobilem vel immobilem, quidquid tempore meo conquiesierint, aut in antea, Deo propitio, acquirere potuerint, &c.*

PECULIARE, Propriis usibus adhibere, applicare. Ordericus Vitalis lib. 9. *Ecclesias suis usibus illicitis Peculiaverant, ac indecenter contaminaverant.* Infra: *Domos... suis necessitatibus Peculiatas reservaverunt.*

PECULIARITAS, Peculium. Bovo Abbas Sithiensis de Invent. S. Bertini cap. 2. *Nec minus omnis Peculiaritatis reulas in medium proferri, &c.*

¶ **PECULIARITAS**, Peculium, bona quæ sunt extra dotem. Charta Ademari Vicecom. ann. 931. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 344. *Ego Ademarus vicecomes dimitto domne Gauzla uxori meæ causas Peculiaritatis, scilicet villam meam quæ vocatur Collia.*

PECULIARITAS, Peculium monachi. Willelmus Malmesbur. lib. 1. de Gest. Pontif. de Anselmo postea Cantuariensi Archiepiscopo: *Peculiaritatis vitium cum in se voluntate, tum in aliis predicatione extirpabat, id esse solum dictitans, quod diabolus è cælo, hominem è Paradiso eliminaverat.* Vide *Proprietarii*.

¶ **PECULIARITAS**, Familiaritas, consuetudo, usus. Concilium Hispal. II. inter Hispan. tom. 2. pag. 465. *Ea tamen circa monachos discipline cautela servata, ut remoti ab earum Peculiaritate, neque usque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum.* S. Ildephonsus in Addit. ad lib. S. Isidori de Viris illust. Eccl. ibid. to. 3. pag. 79. *Remota clientum sæculique pompa decoris, monachorum Peculiaritatibus inhærebat* Helladius Toletan. Episc.

PECUNIA, Æreus nummus. Lampridius in Alexandro Severo: *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix Pecuniam donavit.* Vide *Salmasium*.

PECUNIA, Pecudes, Grex. Lex Alamann. tit. 74. *Quidquid ibi tollum fuerit, mancipium, Pecuniam, omnia tripliciter restituat.* Leges Edw. Confess. cap. 28. *Si quis adduxerit animal in villam, vel apporta-*

verit Pecuniam, & dixerit se invenisse, &c. S. Adalardus in Statutis Abbatiae Corbeiensis lib. 1. c. 8. Boves & reliquam Pecuniam habeat, cum quibus laborare possit; unde & ipse & omnis familia ejus possit vivere. Epistola Synodalis Concilii Duziacensis I. Annonam, vinum, & generis diversi ac sexus Pecuniam . . . abstulit. Ubi vir doctus pecuniam, prout apud Latinos vulgo sumitur, hic accipi ratur, nescio quid de sexu auri & argenti commentatur. Pecunia diversi generis, in Vita Aldrici Episcop. Cenoman. p. 83. Vide Theodorum Studitam in Vita S. Platonis n. 23. & ibi virum doctissimum Daniele Papebrochium. Charta an. 1082. apud Sammarthanos in Episc. Abrincensib. Dederunt etiam decimam totius suae Pecuniae quae decimatur, ovium, vaccarum, equarum, &c. Notitia pro Ecclesia S. Martini in Nemore in Tabul. Fiscanensi fol. 9. Divisit fratribus eodem in loco Deo servientibus pascua sua Pecuniae, scilicet 6. vaccas cum vitulis 2. annorum, & suis dominicis bobus, &c. Charta Arnulfi Lexoviensis Episc. in Tabul. S. Egidii Pontis Audomari: Dedit . . . communem pascuam . . . quietam & liberam ad nutrituram Pecuniae ipsorum. Adde Leges Ethelredi cap. 8. apud Bromptonum, Leges Longob. lib. 2. tit. 8. §. 2. Synodum Metens. cap. 1. Chartam Childeberti Reg. apud Mabillon. de Re Diplom. Ch. 24. Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 2. 196. lib. 6. c. 11. Chartam ejusdem Caroli apud Mabillonium to. 5. pag. 222. Adrevaldum Floriac. lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 20. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 325. &c.

PECUNIA VIVA, Pecudes. Leges Edwardi Confess. cap. 10. Omnis qui habuerit 30. denariatas viva Pecuniae in domo sua, de suo proprio, Anglorum lege, dabit denarium S. Petri. Leges Guillelmi Nothi c. 9. Interdicimus ut nulla Pecunia viva vendatur, aut ematur, nisi intra civitates, &c. Florentius Wigorniensis & Simeon Dunelmensis, an. 1086. Guillelmus Rex fecit describi omnem Angliam, quantum terra quisque Baronum suorum possidebat, . . . quae animalia, immo quantum viva Pecunia possidebat. Vivens captale, in Legibus Adelstani Regis cap. 1.

PECUNIANA. Charta Alamannica 62. apud Goldastum: Cum omnibus aedificiis quae ibi esse videntur, & servos & ancillas, & omnia Pecuniana, campis, silvis, &c. Ubi legendum forte peculiaria. Adde Ch. 15. Vide supra.

PECUNIA interdum usurpatur pro quibusvis bonis seu pro peculio, vel peculiari. Synodus Leptinensis an. 742. c. 1. Ut sub pecuario & censu aliquam partem Ecclesialis Pecuniae in adiutorium exercitus aliquanto tempore retineret, ea conditione, ut annis singulis de unaquaque casata solidus unus, id est 12. denarii, ad Ecclesiam vel Monasterium reddantur, eo modo ut si moriatur ille cui Pecunia commodata fuit, Ecclesia cum propria Pecunia revestita. Lex Longobard. lib. 2. tit. 8. §. 2. Et ipse revertatur in casam, & in Pecuniam suam, id est, bona sua recipiat. Synodus sub Carlomanno an. 742. Fraudatas Pecunias Ecclesiarum restituimus. Liber Ramesiensis apud Spelmannum: Et nisi feceris, ipse te justificet per Pecuniam tuam, donec facias. Alibi: Quod si nolueris, ipse vos constringat per Pecuniam vestram, id est, per cattalla vestra. Ita usurpant Capitulare Compendiense an. 757. c. 19. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 347. l. 6. c. 11. [Canones Isaaci Episc. Lingon. tit. 4. cap. 1.] Tradit. Fuldenfes lib. 2. tract. 15.

PECUNIA, Merces quaevis, Marchandises. Litterae Philippi Flandr. Comit. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 254. Quod burgenses S. Audo-

mari, Greningis ac (a) tholoneo liberi sint; undecunque veniunt vel quocunque porixerint, vel qualencunque Pecuniam adduxerint, vel abduxerint: nisi eam in aliquam domum posuerint, eamque ibi vendiderint, &c.

PECUNIA AURI ET ARGENTI, in Hist. Glabri Rodulphi apud Duchesn. to. 4. pag. 58. Sola Pecunia auri & argenti plus commendavit, quam atas aut sanctitas.

PECUNIA DORMIENS ET JACENS, Gall. Argent en reserve. Constitut. Cluniac. MSS. an. 1301. in Tabular. B. M. Deaurata: Excommunicamus . . . omnes illos qui jacentem seu dormientem Pecuniam penes se aut alios habent.

PECUNIA OPERATA, Moneta, ad discrimen pecuniae, seu pecudum. Burchardus Episcopus Wormaciensis in Lege familiae: Si ex familia vir aliquis & uxor ejus obierint, & filium cum filia reliquerint, filius hereditatem servilis terra recipiat, filia autem vestimenta matris, & Pecuniam operatam accipiat. [Pecuniae, in Charta vernacula an. 1308. ex Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 197. Pour la somme de Pecuniae & le danger dessus dis.]

PECUNIA SICCA, Numerata, quomodo vulgari-ter dicimus, Argent sec. Charta Guillelmi Episc. Ambian. ann. 1281. pro Ecclesia Vinacurtenfi: Statuimus etiam quod tota Pecunia sicca dictae Ecclesiae debita deputetur ad officendam dictam Ecclesiam in modum, qui sequitur, &c. Occurrit ibi rursus in Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 26. Vide Census sicca, & Multa sicca.

PECUNIAM EXERCERE, Fœnori eam dare atque usuras ex ea consequi. Ulpianus D. lib. 17. tit. 1. l. 10. Quod si procurator non exercuit Pecuniam, sed ad usus suos convertit, in usuras convenietur, quae legitimo modo in regionibus frequentantur.

PECUNIALIS, Pecuniarius. Gloss. Lat. Gr. Pecunialis, χρηματικός. Charta Bolkonis Ducis Silesiae ann. 1337. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 615. Juribus, dominiis, libertatibus, honoribus, exactionibus, Pecunialibus, annonalibus, emphyteutis, &c. Cælius Aurel. Tard. lib. 1. cap. 5. Pecunialis quaestus.

PECUNIALITER CONDEMNARI, Pecuniaria multa puniri. Lanfrancus Pignolus lib. 7. Annai. Genuens. ad an. 1266. apud Murator. to. 6. col. 539. Quia vero dictus Admiratus & consiliarii & comiti ejus male se habuerunt, adeo quod praesumptum fuit eos fuisse proditores, fuerunt in banno positi & Pecunialiter condemnati. Concil. Palent. ann. 1388. inter Hispan. to. 3. p. 624. Pro commissis ab eis excessibus vel delictis, non possint à secularibus iudicibus personaliter, aut etiam Pecunialiter condemnari.

PECUNIARITER, Eadem notione. Charta ann. 1348. ex Schedis Praef. de Mazaugues: Quod possint dictos homines suos inquirere, corrigere & punire & facere condemnari Pecuniariter de adulteriis voluntariis seu sine violentia perpetratis. Occurrit etiam in Charta Guillelmi de Hala an. 1289. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 293.

PECUNIARIA, Praestatio in numerata pecunia. Charta inedita an. 1364. Dixerunt praeterea prae-dicti homines jurati, quod si contingat cavalcatas fieri, & servire personaliter, in illo casu dicti homines, si personaliter faciant cavalcatas, non teneantur ad Pecuniaras.

PECUNIARIA MISSA, Quae in numerata pecunia statim exsolvitur, quo ab ea distinguitur cui annuus reditus est assignatus. Statuta Collegii Ples-fæi an. 1466. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. p. 383. Quas Missas ordinarias & etiam Pecuniaras seu lucrativas, si contigerit, sine diminutione ordina-

riarum predictarum, ordinamus celebrari per illum de sacerdotibus qui ultimo suam hebdomadam perfecit.

PECUNIARIUS, χρηματιστής, in Gloss. Græc. Lat. χρηματίζω, Adquiro, pecuniam colligo.

PECUNIBILES DENARII, Qui in usu sunt, qui dantur & accipiuntur. Tabular. Conchenſe in Ruthenis Charta 85. Centum 84. solidos denariorum exhibilium & Pecunibilium publica moneta Carcaffona, &c. Vide Moneta usualis.

PECUNIOLA, Æreus nummulus. Vitæ Patrum Emerit. inter Concil. Hispan. to. 2. p. 656. Accidit ut S. Massona Episcopus puerulis qui ei fidele exhibebant servitium, libertatis chartulas conscriberet, & per confirmandas eorum libertates aliquam particulam Pecuniola tribueret, aut certe exiguas possessiunculas conferret. Synodus Oriolana an. 1600. ibid. to. 4. p. 724. Omnes hujus diœcesis patresfamilias... hortamur in Domino ut singulis diebus Sabbathi totius anni... saltem ad minus singulas Pecuniolas seu nummulos, vel pro suarum rerum facultate eleemosynas tribuant.

PECUOSUS, Qui multa pecora habet, in Gloss. Isid. [Ποικίλν ἀρχαίς, in Gloss. Lat. Gr.]

PECURA. Vide Pecuare.

PECUS ALATUS, pro Alitus, seu manupastus. Lex Aleman. tit. 99. §. 14. Si quis Pecus manulem, qui dicitur Alatus, aut verrem, aut ducariam occiderit, &c. Vide Manualis, Manupastus.

PECUS, pro Fœtus, Embryo, ex scribæ oscitantia, ut videtur, in MS. Pactus Legis Salicæ tit. 76. apud Eccardum p. 137. Si quis mulierem pregnantem in ventre aut in renis percusserit... Si quis ancilla Pecus mortuum excusserit, &c.

1. PEDA, Vestigium humanum, Ugutioni & Joanni de Janua.

2. PEDA, Mensura agraria 4. teifarum. Teisa vero sex pedes quaquaversum continet, scilicet 36. pedes in universon. Charta Libertatum Bellavillæ an. 1233. quæ est Humberti D. Bellijoci: Quicumque tenet Pedam integram, debet ex ea 12. denarios. Peda integra est 4. teyses, & ita debet teysa 3. denarios. Charta an. 1180. in Bibl. Cluniacensi pag. 1440. Ego autem dedi dicta Capella 5. annuos solidos debiales in pedagio ejusdem castri, & unam Pedam domui edificandæ liberam & quietam ab omni consuetudine & exactione. Tabular. Brivatense ann. 1277. Cum pagesiis infraſcriptis, & in rebus nominatis inferius, & confirmatis, videlicet in duabus plateis seu Pedis dechalmes 2. solid. Infra: Item in quadam platea seu Peda Stephani Boni 12. den. Charta Delphini Arvern. ibid. fol. 223. Clamamus quitas capitulo Brivatensi les Pedas, que sunt Brivate ante ecclesiam S. Juliani, &c. Vide Pedalis.

Melius Pedam interpretari licet quodlibet spatium certo pedum numero definitum, in quo aliquid poni locarive potest, quod ad fiscum domini feudi pertinet; atque adeo idem quod Pedatura. Id præter allata superius, probant Libertates Bellivifus an. 1256. to. 1. Hist. Dalphin. p. 59. Omnes Peda burgi & castri remanent de nostro dominio, Peda tamen Nobilium non tenentur ad aliquod usagium, excepto quod Nobiles gaytare & excubiare tenentur. Item, retinemus in qualibet teysia Pedarum sitarum in castro vel burgo, exceptis Pedis Nobilium, quatuor denarios census, & debent mensurari Peda per teysias in largum & latum, ab uno pariete usque ad alium... Item, si domus, Peda vel alia res immobilis infra terminos subsequentes vendatur, debemus inde laudas & vendas habere. Charta an. 1309. ibid. p. 97. Item solebat habere dominus prope pontem de Auzone à parte Prioratus quandam domum quæ valebat per annum de locagio quadraginta solidos, postea fuit destructa, & modo tenet

Tom. V.

Pedam ipsius domus Prioratus S. Simphoriani ad tres solidos annui redditus. Codicillus Johannis Delphini an. 1318. ibid. to. 2. p. 176. Voluit etiam & præcepit, quod D. Henricus frater suus compleri faciat Pedam monacho apud S. Stephanum, prout dictus D. Dalphinus promiserat eidem & prout debet muniri. Charta Bernardi de Turre an. 1308. apud Baluzium to. 2. Hist. Arvern. p. 783. Item volumus & concedimus quod bajulus S. Amantii... possit vestire & deinvestire, dare Pedas, recipere vendas & super vendas in absentia domini. Charta Thossiacensis an. 1404. Debet vi. denarios Viennenses pro Peda sibi assignada. Vide Peda, Pedale 2. & Pedica 2.

PEDADGES, PEDAGERIUS, PEDAGIARE, &c. Vide in Pedagium.

PEDAGIUM, PEDATICUM, PEDIALE, &c. Tributum quod penditur, exsolvitur; ex Gallico Peage: nostris enim Paier est solvere, præstare. Auctor Breviloqui: Pedagia dicuntur quæ dantur à transeuntibus in locum constitutum à Principe. Charta Willelmi Ducis Aquitan. an. 1087. Dono etiam omnia Pedagia mea monachis & hominibus terræ eorum, ut omnes sint liberi de Pedagiis terræ meæ in cundo. [Charta Eugenii PP. III. an. 1148. to. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 172. Pedagium quoque quod de carris vestris communibus sive propriis in transitu portæ Divionensis accipiebatur, omnino dimisit. Charta an. 1257. ex Schedis Præf. de Mazaugues: Dominus Episcopus possit... ad sui voluntatem recipere... aqua etiam specialiter Pedagium. Pedagium salis, ferri & piscium, in Sententia Navarri Episc. Conseran. an. 1208. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 93.] Pedagiorum exactiones, in Concilio Lateranensi III. an. 1179. cap. 22. Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 95. Ne quid nomine Pedagii tuum monasterium à Ravennatibus extorqueret, &c. Idem lib. 14. Epist. 39. Propter Pedagia, exactiones indebitas, & alias iniquitates, quas in stratis publicis & fluminibus committere non verentur. Utuntur passim Scriptores ævi mediæ, atque in iis Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 115. Marsilius de Menandrino in Defensore pacis part. 2. cap. 4. p. 131. Gregorius lib. 5. tit. de Verb. signific. cap. 26. Guillelmus de Podio-Laurentii cap. 48. Charta an. 1169. in Histor. Vergiacensi pag. 140. &c.

PEDAGIUM, pro qualibet præstatione. Pro Capitatio seu capitali censu occurrit in Statutis Eccles. Ambian. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 1233. Præmissa persona de suis rebus propriis solvere teneantur Pedagium sive testam. Pedagium sive in aqua sive in terra, in Charta Michaëlis Archiep. Arelat. an. 1214. Paiage, eadem generali acceptione adhibet le Roman de la Rose MS.

Tant leur set chier vendre & merir
Son servise & son ostelage,
Q'ele en prent si cruel Paiage,
Qu'il leur convient leur terres vendre.

TENERE IN PEDAGIO, Idem quod sub annuo censu, in Arresto Parlamenti an. 1322. ex Chartular. Domus Dei Pontifar. In feodo & hereditatio que dictus Symon Miles habebat & tenebat in Pedagio apud Maisons super Secanam.

PEDAGIUM, Territorium, districtus intra quem pedagium exigitur. Tabular. S. Albini Andegavens. Savaricum ortolanum distrinxerunt pedagium Ebardus & Calvinus propter ruscam de apibus, quam portabat ad Salvum-murum, propter hoc solum quod posuit eam ad terram de collo suo intra Pedagium. Arrestum Parlamenti Candelosæ an. 1269. Conquerabatur Guillelmus Morelli & Stephanus Chanarde mercatores, quod cum ipsi die Veneris ante festum B. Gervasii præteriti

X

venirent de nundinis de Pontesferend per Soliacum eundo apud Virsionem desrobati fuerunt hora nona de IIII^{xx}. VIII. l. 2. f. quas portabant inter villam de Monasterio & Combelay in loco de quo est facta ostensio, qui locus est infra Pedagium, vel fines Pedagii Virsionensis vel S. & in iustitia D. Roberti de Sacros... petentes quod dominus Rex sibi dedi faceret damna sua. Dominus Rex volens scire in quo Pedagio hoc actum fuit & utrum ita actum fuit, fecit super hoc inquiri per V. baillivum. Qua inquesta facta & visa, qua probatum est quod ipsi mercatores desrobati fuerunt infra metas Pedagii domini Virsionensis, condemnatus fuit per Curiam idem dominus ad restituendum ipsis mercatoribus sibi ablata. Hinc discite hujus præstationis originem & onera; cujus redditus non viis publicis tantum, pontibus, aliisque rebus ad viatorum commodum spectantibus restaurandis infumebantur, sed iis etiam restituendis quæ intra pedagogarii domini fines, lucente sole, furto ablata fuerant. Vide Glossarium Juris Gall. v. Peage.

¶ PEDAGIARIÆ VIÆ, Publicæ, in quibus pedagogium exigitur. Charta Ludovici Comit. Blesensis an. 1198. ex Tabul. Bonævall. In viis Pedagogariis extra Bonamvallem, si homines ad iustitiam ecclesie pertinentes ricati fuissent, &c.

¶ PEDAGII DOMUS, In qua pedagia exsolvantur, vel inferuntur. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 50. re-cto: Idem quod notarius communis non possit facere aliquod scriptum pedagogii, nisi in domo Pedagogii, presente pedagerio.

¶ PEDAGII JUSTITIA, Jus de iis, quæ ad pedagogium spectant cognoscendi. Charta Hugonis Ducis Burgund. an. 1171. to. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 91. Sunt itaque prædicti in revelatione scilicet & in Septembri, emancipati & liberi ab omni iustitia mea, excepto pedagio & iustitia Pedagogii.

PAAGIUM, pro Peagium. Matth. Paris ann. 1256. Telonium, quod vulgariter dicitur Paagium. Adde pag. 515. [Charta an. 1260. to. 2. Hist. Eccl. Meldens. p. 165. Et novem libras in Paagio de S. Patufio in Purificatione B. M. Virginis. Occurrit pluries in Cod. MS. reddituum Episcopat. Autissiodor. ann. circ. 1290. Paiage, eadem notione, usurpat le Roman de la Rose MS.

*Car gi passai tous li premiers,
N'encor n'ere pas constumiers
Li lieus de recevoir Paiage.]*

¶ PEDADGES. Charta ann. 1070. Marcæ Hispan. col. 1160. Sunt namque prædicta omnia, civitates, comitatus, ... alii honores & dignitates, ... telonea, ledde, Pedadges, &c.

PEDAGICUM, in Epist. 116. ex Sugerianis, & apud Doubletum pag. 861. De Pedagico, quod in strata colligitur

¶ PEDATIA, in Actis S. Gregorii VII. PP. to. 6. Maii pag. 148. Et à transeuntibus de novo Pedatiam jugiter extorquebat.

PEDATICUM. Charta Willelmi Ducis Aquitanorum apud Beslium p. 280. Statuimus ut male adinventiones quas... in nostro Comitatu exercuerunt, funditus aboleantur, hoc est omne Pedaticum de asinis nullatenus recipiatur, &c. In Historia Episcoporum. Lodoventium p. 96. Telonea, Pedatica, Judai, quintale, montationes, &c. [Charta Conradi II. Imper. an. 1147. to. 1. Hist. Dalphin. pag. 89. Concedimus iustitias, monetam, Pedaticum, utraque strata telluris & fluminis Durantia. Alia ann. 1164. ex Schedis V. Cl. Lancelot: In Pedatico quod per aquam accipitur, due partes erunt meæ, tertia illorum (monachorum.) Adde Chartam ineditam Alfonsi Reg. Ara-

gon. an. 1184. Gall. Christ. tom. 1. inter Instr. p. 67. & Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 603. 604.]

¶ PEDIATICUM, in Charta Ricardi Norman. Ducis ex Tabular. Montis S. Michaelis fol. 98. Dedi & nundinas duas & pedagogium, aliter Pediticum.

PEDIALE, Idem quod Pedaticum. Charta Ludovici VI. Regis Franc. an. 1130. in Tabulario Cluniacensi Thuani, & in Biblioth. Cluniac. p. 1392. Concedimus ut nullus Cluniacensium fratrum tribuat amplius Pediale apud Monasteriolum, neque aliquam consuetudinem, quæ ad regale pertineat ministerium.

¶ PEDIDA, PEDIDUM, Eadem notione. Vetus Charta apud Anton. Brandaon. lib. 12. Monarch. Lusitan. cap. 11. Nec dent Pedidam, nec collectam ad Regem, nec dent portagem per totum Portugale. Charta Aldefonsi Regis æra 1230. apud Stephanot. to. 4. Fragm. Hist. MSS. p. 288. Et sint illi decem Excusati ab omni peço, ... Pedido, facendera... & ab omni regia exactione semper liberi. Vide Plecta 2.

¶ PODIDUM, Eodem significato, nisi Pedidum legendum sit, in Charta Aldefonsi Reg. an. 1181. in Hist. Tutel. Baluzii col. 494. Concedo prædictas villas, ... nullo mihi jure penitus in eis retento, ... nec calumpnia, nec Podido, nec foro aliquo, nec aliqua penitus regali exactione, &c.

PESAGIUM, pro Peagium. Epist. 378. ex Francicis quæ habentur to. 4. Hist. Francor. Dicens & promittens mihi in bona fide, ut quicquid de Pesagiis possit acquirere, inde debitum argentum solveret. Insuper ipse Vicecomes voluit & mecum concordavit, ut nostri homines cum suis hominibus Pesagia servarent, ne aliqua fraus de Pesagiis mihi fieret. Sed recepta sunt Pesagia, & ego argentum ab illo postulo, & ille indignaturolvere mihi, &c. Pesatge, & Pezage, in Usaticis MSS. Montispeffulani art. 97. Le senher de Monpestier non pren Pesatge, en tota la terra. Eadem Latine scripta ibi habent, Non accipit pedaticum. Cap. 23. Trossels ny fardels que en Monpestier non son vendut, non donnon ni fan negun usugge, ny Pesagge. Ubi Lat. Trosselli neque fardelli qui in Montepeffulano non venduntur, non donant neque faciunt aliquod usaticum, neque teloneum. Adde Bromptonum pag. 1456.

¶ PESATICUM, Eadem notione, in Charta ann. 1197. apud Stephanot. to. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 474. Ipse Salomon usque modo exigebat... nomine guisatici & Pesatici in trocellis, carguis, balis, saumatis ac oneribus quarumlibet rerum eorum per castrum de Felgariis transeuntium, &c.

¶ PESSATICUM, PASSATICUM, Eodem significato, in Charta an. 1156. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 555. Ego Raymundus Comes Tolosa... dono cum hac carta Abbati Francarumvallium & ibidem monachis habitantibus... ut numquam amplius dent usaticum aliquod, vel Passaticum in tota terra mea... Hoc donum sic intelligatur, quod numquam fratres prædictæ domus de aliquibus rebus suis dabunt usaticum aliquod nec Pessaticum per terram, nec per aquam in omni potestate mea.

¶ PIDAGIUM, pro Pedagium, in Charta Philippi Flandr. Comit. an. 1176. apud Miræum tom. 1. p. 713. Vinagium & Pidagium de omni vino, quod fratres ducunt ad ecclesiam, ad opus suum, per transitus nostros libere transire, & nihil omnino à ductoribus vini exigere.

PEDAGIARIA, in Monasteriis, dicitur Balia, seu Prapositura, vel officium, cui competit pedagia, quæ ad Monasterium pertinent, recipere, apud Innocentium II. PP. l. 13. Epist. 55. In Consuetudine Turon. art. 86. Peagerie, sumitur pro

- loco, ubi & ratione cujus *Pedagium* præstatur.
- PEDAGIATOR**, Exactor pedagogorum. Tabularium Carnotensis Ecclesiæ Ch. 72. *Jurabit autem Pedagogiator, sicut moleulinarius, quotiescunque mutabitur, quod nullum scienter accusabit injuste.* [Consuetud. Lugdun. an. 1206. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 96. *Si quis extraneus vel civis civitatem de nocte exierit non oblato pedagio Pedagogiatori vel nuntio suo, &c.*]
- ¶ **PAAGERIUS**, Eadem notione, in Cod. MS. reddituum Episcopat. Autiss. an. circ. 1290. *Piper debet paagium. Equus aut mulus II. den. asinus I. den. ... Paagerius tenet ad equos aut trouffellos ad libitum.*
- ¶ **PEDAGERIUS**, in Charta an. 1342. to. 2. Hist. Dalphin. p. 442. *Archam Dalphinalem dicti pedagogii fregistis, ... & Pedagerium Dalphinalem vulneravistis.* Adde Statuta Vercell. lib. 3. fol. 50.
- ¶ **PEDAGIARIUS**, Idem. Charta Henrici Trecent. Comit. ann. 1161. tom. 2. Hist. Eccl. Meldens. pag. 50. *Quos videlicet LX. solidos Pedagogiaris meus Resbacensis tempore nundinarum Barri thesaurario ecclesie annuatim dabit.* Charta Hugonis Ducis Burgund. apud Perardum p. 335. *Si quis pedagogium vel ventas extra villam Divionensem absque assensu Pedagogiaris vel ventarii portaverit LXV. sol. persolvat.* Alia an. 1177. inter Privileg. Equit. S. Johan. Jerosol. p. 30. *Nullum publicanus nostris vel Pedagogiaris donent usaticum.* Charta Isnardi de Antravenis ann. 1283. inedita: *Pedagogiaris locorum ipsorum contra conventiones hujusmodi venientes, &c.* Adde Ordinat. Reg. Franc. tom. 1. pag. 401. & to. 2. p. 542. Macerias Insulæ-Barbaræ to. 1. p. 143. &c.
- ¶ **PEDIGIARIUS**, in Charta Philippi Pulcri ann. 1293. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1255. *Pedigiarii tamen S. Quintini eundem Comitem in possessione hujusmodi minus juste turbantes, vina quæ pro usu dicti hospitii ad partes suas transvehi faciebat & gentes ejus arrestari fecerunt.*
- ¶ **PEDAGIARE**, *Pedagium* exigere. Guido in Vita Innocentii IV. PP. apud Murator. to. 3. p. 591. *S. Ludovicus ... venit Lugdunum, ubi Innocentius Papa cum sua tunc curia morabatur, recedensque de Lugduno, dum iter aggressus fuisset, castrum, quod dicitur Recca supra Rodanum, obsedit, quod Rogerius de Clorégio dominus castri Pedagogiaris fecerat peregrinos cunctos, qui ibant in subsidium Terra sancta.* Charta Franchiarum urbis Lugdun. ann. 1320. apud Menester. Hist. Lugdun. p. 95. *Item de vino vinearum suarum cives Lugduni Pedagogiaris non possunt, nec de vino quod expendunt in hospitibus suis.* Vide Pasquierum.
- ¶ **PEDAGOGIUM**, pro *Pedagogium*, nostris vulgo *Penfion*. Consuet. Univers. Paris. per Robert. Goulet fol. 7. *Mandavit ut singula collegia ac Pedagogia in quibus commorantur artiste, visitent.*
- ¶ **PEDAICA**, Idem quod *Pedica*. Vide in hac voce. Radulfus de Gestis Friderici I. Imper. apud Murat. to. 6. col. 1190. *Mediolanensibus tam civibus quamque & rusticis venationem inturbavit, id est, ut nemo venaretur cum cane, aut neque Pedaicam vel canceulos poneret, neque fossam faceret.*
1. **PEDALE**, Cornelio Frontoni de Differentiis Vocabul. est *mensura pedis*: alias *ποδευμάγιον* exponitur in Gloss. Græc. Lat. quo pedes exterguntur, [*ποδευμάγιον*, in Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm.] Vox *Pedale* occurrit etiam in Notis Tyronis p. 96.
- PEDALE**, **PEDIALF**, *Pedum* tegumentum, *pedulis*. Chronicon Vindeshemiense lib. 2. c. 23. *Pro corporalibus fratrum suorum necessitatibus, indumentis, calceamentis, saccis, Pedialibus, valde fuit sollicitus.* Cap. 58. *Subtilia & Pedalia indigentibus est largitus.*
- PEDALE**, Aulæum, stragulum quod pedibus inster-

- nitur, *Tapis de pied*. Ingulfus: *Dedit etiam duo magna Pedalia, leonibus intexta, ponenda ante magnam altare in festis principalibus.*
- PEDALE**, Via qua pedes itur. Michaël Scotus lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 15. *Quidam Christianus cum stipite occurrit Judæo in Pedali stricto; & cum Judæus cito illi non cederet, cum stipite trussit illum, ut cederet ad aquam, &c.*
- PEDALE EXAMEN**, [Purgationis species, qua ferrum candens pedibus premere quis cogebatur.] Vide *Vomeris ignii*.
- ¶ 2. **PEDALE**, Idem videtur quod *Pedatura*. Synodus Pergam. an. 1311. apud Murator. to. 9. col. 552. *Nulla persona secularis vel ecclesiastica ... jurisdictiones, aut honores, feuda, seu jus decimandi aut eligendi seu presentandi, aut beneficia conferendi, seu Pedalia conferendi ad quendam locum venerabilem nostræ civitatis ... vel ad aliquam episcopalem mensam dictæ provincie quovis modo pertinentes ... usurpare vel invadere ... presumat.* Vide *Pedalis* 2.
1. **PEDALIS**. Bulla Stephani PP. apud Ughellum to. 2. p. 102. *Ut ... consecrarem ipsum Abbatem, & cuculla indueremus secundum regulam S. Benedicti, ejus manibus traderemus simul & baculum pastorem, & Pedales secundum ordinem, &c.* [Vita B. Rogerii to. 1. Jan. pag. 184. *Sotulares nihilominus tandem frequenter portabat perforatos, donec stramen per soleas exiret. Pedales aut raro aut numquam dicitur habuisse.* Buschius de Reformat. Monast. apud Leibnit. to. 2. Script. Brunsvic. pag. 938. *Præfata autem amita mea procuraverat mihi ... album pannum sufficientem pro tunicis superioribus, mediis & inferioribus camistiis, catigis, foccis & Pedalibus. Ubi Pedales idem esse quod *Pedules* infra, nemo non videt.]*
2. **PEDALIS**. Vetus Charta apud Perardum in Tabulis Burgundicis p. 18. *Et habet in longo perticas agripennales 34. in uno fronte perticas 6. pedes 12. in alio fronte perticas 6. Pedales 5.* Occurrit ibi pluries pag. 20. 22. 145. 146. [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 79. *De vino in passione mod. 11. ... de carratione Pedalem 1. Et fol. 94. Facit in vinea arpen. 1. pullos 111. ova xv. lignaritia Pedalem 1.*] Idem forte quod *Peda*. Vide in hac voce.
- ¶ **PEDALUM**, *Pedum*, baculum Pastorale, apud Marten. to. 9. Ampliff. Collect. col. 890. ex lib. 4. Præloq. Ratherii Episc. Veron. *Quod terribilius inveniri potest signum, quam pontificale Pedalum?*
1. **PEDANA**, Isidoro est *Pedulis novus*, qui calige affuitur. Certe testatur Hugo Gratianopolitanus Episcopus apud Surium 1. April. *pedules caligis affutos: jussit ut de caligis pedules absunderentur, quatenus præter pedes totus monachus jaceret vestitus: nam dolebat nonnullos in religioso habitu ad sanctitatis injuriam, tibiis dormire nudatis.* Vide *Pedules*.
2. **PEDANA**, Morbus equis familiaris, quo in pedibus laborare solent. Sanutus lib. 3. part. 12. cap. 11. *Morbus vulgariter dictus Pedana equos invaserat.*
3. **PEDANA**, Catena circa pedes, apud Ugutionem, Joannem de Janua, & in Gloss. Lat. Gall. [Sangerm. *Chaine à mettre ès piés comme as prisonniers.*]
- ¶ **PEDANEUS JUDEX**, Inferior, qui minora judicia exercet in Digesto non semel. Sic apud Gellium lib. 3. c. 18. *Pedarii dicti Senatores qui, nondum majoribus honoribus functi, pedibus itabant in curiam.* Regest. 93. Chartophyl. regii Ch. 65. an. 1315. *Pedaneus judex dicti loci, qui Castellanus nuncupatur.* Bayles royaux *Pedanens*, in Consuetud. Aquarum Tarbell. tit. 9. art. 43.
- ¶ **PEDANEA CAUSA**, Quæ ad *pedaneum* judicem spectat, levioris momenti. Statuta Saluciar. Col-

lat. 1. cap. 6. *In causis Pedaneis & levibus nulla est visio actorum.*

¶ PEDARE, Pedibus metiri. Charta an. 1080. inter Instr. tom. 2. Hist. Occitan. col. 307. *Laxamus ipsum alaudem qui est infra terminos quos ego Wilhelmus terminavi, & in presentia bonorum hominum ego ipse monstravi & pedibus meis Pedavi.* Vide infra *Pediare*.

¶ PEDARI AQUÆ dicuntur, cum quis in iis vadum invenit, pedesque stare potest. Tabul. Capituli Ambian. *Si vero aquam falcari oportuerit, quantum aqua Pedari potuerunt sine nave, molendinarii sumptu proprio falcabunt: si plus autem oportuerit, Canonici & eorum duo participes sumptum providebunt.*

PEDARIUM, Idem videtur quod *Pedatura*, Agri portio certo pedum numero finita. Tabularium Casauriente: *Tradidi in Ecclesia S. Trinitatis ad ipsa Pedaria, ubi vinea plantata est.* Interdum *Pedarium* sumitur pro pedali, ut in Inscript. Neapol. apud Grut. p. 207. Ex. TIGNO. PEDARIO. FACITO. ANTEPAGMENTA.

PEDARIUS, *Nudis ambulans pedibus*, Uguçioni; [*Nus piés alans*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerni.]

¶ PEDATIA, PEDATICUM. Vide *Pedagium*.

PEDATIO. Vide *Pedatura*.

PEDATUM, *Carcer*, in Gloss. antiquis MSS. [quod in eo *pedanis* reorum pedes vincuntur. Vide *Pedana* 3. & *Pediculum*.]

PEDATURA, Quodlibet spatium certo pedum numero definitum, in quo aliquid poni locarive potest. [Cæsario Abbati Prumiensi in lib. censuum ejusd. Monast. *Pedatura est Area certo pedum dimensu comprehensa, quam posteri dixerunt Picturas & Picteras corruptissime.* Idem proinde quod alibi *Area* dicitur, ut in Charta an. 1098. ex Tabul. S. Albiæ Andegav. *Dedit etiam Aream terre ad domum monachorum edificandam.*] Gloss. Gr. Lat. *ποδισμός*, *Pedatura*. Vegetius lib. 3. cap. 8. *Singula centurie, dividuntur Campiductoribus & Principiis accipiunt Pedaturas.* Idem paulo ante *podisnum* dixit, ut & lib. 2. cap. 7. lib. 3. cap. 15. pro dimensione pedibus facta, seu spatio certo pedum numero definito. Ita *Pedaturam* usurpant veteres aliquot inscriptiones pag. 556. & 996. 14. & Agrimensores. Nec aliud significat, si non fallor, apud Flodoardum in Testamento S. Remigii Archiep. Remensis, lib. 1. cap. 18. & 23. *Delegoque benedicta filia mea Hilaria Diaconæ ancillam nomine Nocam, & vitium Pedaturam, quæ suæ jungitur vinea, quam Catustio facit, dono.* Hoc est spatium vitibus plantandis idoneum, aut vitibus confitum, aliquot pedum numero finitum, vicinum vineæ Hilariaæ Diaconæ. Frustra enim sunt, qui *Pedaturam* hoc loco pro vinearum pedamento & statumine accipi putant, nisi fallar: quod verba, *quam Catustio facit*, omnino declarant, quæ ad *pedaturam* referuntur, de quorum notione mox dicturi sumus. Neque perinde aliter accipienda vox *Pedatura* in antiqui testamenti fragmento apud Gualterum in Tabulis Siculis pag. 58. *Hoc amplius ab haredibus meis volo præstari Reip. Petelinorum, & à Rep. Petelinorum corpori Augustalium, ex prædiis meis palum redicam omnibus annis sufficiens Pedatura vineæ, quam Augustalibus legavi.* Ubi *palus redica* legatur ad statumina *pedatura* vineæ, id est, *ποδισμός*, seu quantum sufficit in agri *pedatura* plantatæ.

¶ *Pedatura* vocis interpretationem, quam pro solita modestia uti dubiam proposuit Vir eruditissimus, mire firmat illustratque Testamentum Ermentrudis apud Mabillonium Liturg. Gall. pag.

462. *Dono tibi, dulcissime fili, . . . vinea Pedaturas duas, sitas in monte Maurilioni, quas Theodaharius & Garimundus colunt. Vinea Pedatura tertia, sita in monte Metobaure, cum vinitore Guntrachario . . . Vineæ Pedatura quarta, sita Taurinaco, quem Immerdus colit cum vinitore Munegifilo. Vineæ Pedatura quinta, sita in monte Vultoricino, quem Sevilla colit, cum vinitore . . . Vineæ sita in monte . . . quem Habundantius colit . . . Vineæ, quam Agila femina tenuit, & vineam, quam Innacharius colit . . . Vineaplantas, qui sunt secus vineam Sevilam, dulcissimo nepoti meo Berterico habere præcipio.* Ex quibus haud obscurum est per *Pedaturam* significari spatium vitibus confitum, ubi vineæ pedamentis fulciuntur: alias vero nude vineas dici, quod hoc adminiculo careant.

Ad *Pedaturas* porro militares, de quibus Vegetius, quæ scilicet militibus assignantur ad consistendum in castris, vel alibi, referendum quidam censent quod habetur in Notitia Orientis cap. 151. & 152. *De cohortibus quinta Pedatura inferioris vel superioris legionum Herculeæ, & Jovis; ita ut pedatura, hoc loco sumatur pro eo podismo, qui hisce legionum cohortibus assignatus erat: quod Pancirolus de munitione ex aggeribus & pedamentis facta haud recte, opinor, interpretatur.* Ita etiam *Pedaturas* usurpant Tactici Græci, atque in primis Mauricius lib. 11. Strateg. cap. 3. & Leo in Tactic. cap. 15. §. 56. ubi mentionem agunt *pedaturarum* in mœnibus, quæ ad custodiam oppidi vel castris assignari solent militibus. Mauricius. *Εἰ δὲ δὴ μὲν ἐστὶ ἐν τῇ πόλει, δὲ ἐν κἀκείνῃς συμμίξει ἐν ταῖς τῆς τεύχεος ἀεὶ ἀεὶ ἀεὶ.* Hinc apud Senatorem lib. 5. Ep. 9. *Pedatura murorum* accipitur pro ea mœnium parte, in qua consistunt milites ad eorum custodiam, quam *περιπάτες* vocat Constantinus Porphyr. de Administr. Imp. cap. 29. *διὰ κατα*, Harmenopolus lib. 2. tit. 4. §. 59. quod hæc mœnium pars pervia sit, & *deambuletur*. Vetus Chronicon Veronense, apud Hieronymum *datta Corte* lib. 4. Hist. Veron. p. 178. *Anno Dom. Incarn. 798. Notitia qualem Pedaturam murorum Veronensis civitatis pars domus Episcopii S. Zenonis prædictis temporibus facere solita fuerit tempore Regis Pipini.* Et infra: *Et de his (muris) cum suis sociis pars Episcopii quartam partem Pedatura accepit, & opus illud perfecit.* Habetur eadem Notitia apud Ughellum to. 5. ubi anni 818. esse dicitur.

¶ PEDETURA, Eadem notione qua *Pedatura*. Testamentum Burgundofaræ an. 633. in Tabular. Fare-monast. *Et ut festi dies ante sanctum altare solemnius recolantur, dare volo vineas, id est Pedaturas duas in Cavaniaco villa in Kalente.* Testam. S. Irmixæ an. 698. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 10. *Similiter dono ad jam dicta loca Sanctorum vinea Pedaturam unam in monte Viemensi cum vinitore nostro Alithfrido.* Ubi *Pedaturam* mendose edidit Miræus to. 1. p. 244.

PEDITURA, Idem quod *Pedatura*. Annales Francorum Bertiniani an. 868. *Idem Rex ad Pistas medio mense Augusto veniens, annua dona sua ibidem accepit: & Castellum mensurans, Pedituras singulis ex suo regno dedit.* Polyptychus S. Remigii Remensis: *Helmeaudus ingenuus . . . facit Pedituram in tecto pertic. 2. in sepe perticas 2. ad curtem claudendam pertic. 2.* Alibi: *Facit Pedituram in circuitu hortorum pertic. 1.* Quibus locis *peditura* in tecto & in circuitu hortorum, est pedum limitatus & finitus numerus in domus tecto reficiendo, vel ad claudendos hortos, ad quod tenetur qui operas debet, ubi *Peditura* definitur ad perticas duas. Idem Polyptychus Remen-

sis: De scuria facit plenam perticam, & omni tempore ipsam mensuram restaurat. Rursum: Facit Pedituram in circuitu horti pertic. 1. Neque aliter accipi videtur in Legibus Bajwar. tit. 1. c. 14. §. 5. Ad casas Dominicās, stabulare, (edit. Heroldi stabulum præfert) sœmile, granicam, vel tunium recuperandum, Pedituras rationabiles accipiant, & quando necesse fuerit omnino componant. Editio Heroldi habet petoritas, & ad marginem, pedituras. Cujus s. sensus, ad ea ædificia, nominata, recuperanda, i. reficienda, vel de novo componenda, i. ædificanda, iis qui debent operas dominis suis, rationabiles pedituras esse dandas, id est, moderatum pedum spatium, intra quod operentur. Ch. Caroli C. Reg. in Tabul. Derv. Et in villa Brais mansas cum Ecclesia, & Peditura de pratis, quas homines monachorum faciunt, qui de eorum villis ad hoc idem agendum more solito conveniunt. Charta Dudo- nis Abbatis Dervenſis ex Tabulario ejusdem Ecclesiæ: Ut neque suis neque successorum suorum temporibus quisquam vel ministrorum vel officialium aliquam vim vel malam consuetudinem contra nostrum decretum inferre audeat, neque mensuras imponere, augere, vel minuere, neque carropera extorquere, neque pastum equorum, vel canum aut ursorum requirere, seu Pedituram vel aliqua opera contra morem exigere, &c.

Ejusmodi pediturarum in operis rusticorum rationem illustrant Acta Murenſis Monasterii p. 45. Quantum enim hereditatis unusquisque possidet, tantum dat & census, & quantum census dat & arat, & secat sœnum, & metit sepitque, & pullos dat, & lini resticulas. Cum autem debent arare, cum virga metitur eis, qua & mansi solem metiri, & ipsa virga signata est secundum uniuscujusque rationem, & ubicunque signum occurrerit, ibi parvum lignum figitur in terra, & ipsi tamen in prima scissura & seminatione arant. Semen enim quod seminat & metit, & sœnum quod secat, sæpe debet obtendere. Cumque illi prædicatur ut secet sœnum, si statim crastina die vel ipsa non incidit, & venerit pluvia, judicium inde patitur.

¶ PEDATURA, Modica possessio, apud Rabanum Maurum lib. 3. in Jos. cap. 8. ubi hæc verba cap. 17. v. 14. Quare dedisti mihi possessionem sortis & funiculi unius, interpretatur: Quare nobis dedisti in hereditate sortem & Pedaturam unam?

PEDATURA. Interpres Esdræ lib. 1. cap. 4. Καὶ τῶν ἑπταθείσων τῆς γενικῆς γραφῆς ἐν ᾧ καταλογισμῶν, καὶ μὴ ἐυθείσων, ἐχαρίσθησαν τῷ ἱερατεῖν, Horum quaesita est generis scriptura in Pedatura, & non est inventa. Ubi Pedatura est καταλογισμῶν, laterculum in quo generationes descriptæ: quam vocem perperam Didacus Ximenes Arias in Vocabulario Ecclesiast. à Gr. πᾶσις, πᾶσις, deducit. [Vide Pedicru.]

PEDATIO, Idem quod Pedatura, certum agri spatium definitum. Charta Archembaldi Borbonienſis Domini an. 1217. pro libertatibus Villæ-franchæ: Præpositus de Villa-Franca potest accensare Pedationes hermes, (i. eremas) quæ non reddunt fructus domino, &c.

PEDECURA. Vide in Pedatura.

PEDEFINIS, [Ad agri pedes finis, limes.] Vide Caput-finis, in Caput 3.

¶ PEDELLUS, Idem qui bedellus, Apparitor. Laur. Byzinius de Orig. belli Hussit. an. 1414. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 126. Item Pedelli cum baculis argenteis 24. Item Pedelli Consistorii 28. &c. Buschius de Reformat. Monast. apud Leibnit. to. 2. Script. Brunsvic. pag. 828. Duxerunt autem me Pedelli, & super omnes doctores presentes me locaverunt. Processus de S. Wernhero to. 2. April. pag. 715. Et magna multitudine hominum ad hoc specia-

tim vocatorum & per Pedellum secularem citatorum. Vide Bedelli.

PEDEPLANUM, Pars ædificii quæ pede plano teritur, aditur, Græcis ἐπιπέδον, nostris vulgo, le Plain-pied. Lex 13. Cod. Th. de Metatis: Devotissimos milites ex prociñtu redeuntes, vel proficiscentes ad bella, muri novi sacratissima Urbis singulae turres in Pedep-lanis suis suscipiant. Vide Pedatura.

¶ PEDEPRESSIM, Nonius: Pedetentim & Pedepressim dictum est, caute, quasi lenta & tarda itione.

PEDE-PULVEROSI, Advenæ, extranei. Hesy-chius: Κενιροπόδες, ἀγροίκοι, ἐργάται. Cicero lib. 1. de Inventione: Tum verisimilia, hoc modo: si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat. Quintilianus lib. 5. c. 10. Iter pulverulentum facit. Leges Burgorum Scotiorum c. 120. Si burgenſes mercatores & Pedepulverosi, &c. Cap. 134. Si quis extraneus mercator transiens per regnum, non habens terram, vel mansionem infra Vicecomitatum, sed vagans, qui vocatur Piépoudreux, hoc est Anglice Dustiefoote. Occurrit & c. 140. & apud Bracton. lib. 5. Tract. 1. c. 6. §. 6. Willibrandus ab Oldenborg in Itinerario Terræ Sanctæ, de Antiochia: Ipsa civitas adeo ampla est, ut qui eam peragraverit Pulverulentos habens pedes, totam erravisse putetur. Id est extraneus, advena. [Vide Pulvereus.]

Habent autem Pedepulverosi isti Curiam peculiarem in publicis nundinis, quam Pedis pulverizati vocant Cowellus l. 1. Instit. Jur. Anglic. tit. 1. §. 2. & Spelmannus, Angli vero Piépouder: sic dictam, quod in ea Pedepulverosorum, seu extraneo- rum, mercatorum præsertim negotia & causæ de plano, & summarie dirimantur. Christophorus de S. Germano de Consuet. regni Angl. cap. 5. In omnibus nundinis & feriis habetur quadam curia eis- dem feriis incidens, quæ vocatur Curia Pedis pulverizati, quæ solum tenebitur durante tempore feriarum illarum. [Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 18. Ad Curiam Pedis pulverizati, ibidem tentam infra clausum Canonichoram, in septimana Penthecoste, . . . Clemens Slegge attachiatus fuit per corpus, pro pig- gatione unius burse.]

¶ PEDERE, pro Petere, apud Buschium de Reformat. Monast. to. 2. Script. Brunsv. Leibnit. pag. 871. Quia jam per octo annos sororem meam priorissam & omnes alias moniales B. M. Magdalene in Hildesheim in confessionibus expedivisti; & quia jam ab onere confessionis earum exonerari Pedivisti, volumus vobis condescendere, & eis de alio confessore providere.

PEDES, pro Pedum, Episcopale scilicet; occurrit in Vita S. Eremberti Episcopi Tolofani cap. 8. [Vide Pes.]

PEDESTELLÆ, ἰσόποδες, in Gloss. Lat. Gr. [Sed legendum vult Martinius, ut est in Glossis Cyrilli, Pedes tela, id est pedes textorii ligni.]

PEDESTICUM. Charta an. 1151. in Histor. Monast. S. Barbaræ Lugdun. p. 84. Pedesticum de Roccatallia . . . misit Girino Senescallo & Lugdunensi Ecclesia in gageria pro 10. millibus solidor. Lugdunensis moneta. Ita rursum mox, ubi videtur legendum Potestaticum. [Podesticum, editum tom. 4. Gall. Christ. col. 201.] Vide Potestas.

PEDETENTAS, Subtilitas: Pedetentim, subtiliter, sensim. Ita Glossæ antiquæ MSS. forte Pendentimitas.

¶ PEDETURA. Vide in Pedatura.

¶ PEDIA, Pedum, baculus pastoralis. Arnolfus in Vita B. Ramuoldi num. 3. Unanimiter episcopali facta electione, ad Imperatorem eum miserunt cum universali legatione . . . Imperiali eum assumens potentia per Peditiam pastorem, honorem ei dedit pontificalem.

- ¶ 1. PEDIALE, Idem quod *Pedagium*. Vide ibi.
- ¶ 2. PEDIALE, Tegumentum pedum. Vide *Pedale*.
- PEDIARE, Quasi per pedes metiri, mensurare. [Notitia iudicati pro Monast. Arulensi an. 994. Marcæ Hispan. col. 949. Postea intraverunt infra termines de Tapias & Pediaverunt ibi coudamina una per voce S. Maria.] Fori Aragon. l. 3. p. 59. Et secundum forum non tenetur ibi aliquid *Pediare*, aut per bugas sive sitas aliquid demonstrare, quia non sunt talia loca, quæ aliter possent dividi. Exstat ibid. titul. de *pedianda hereditate*. Adde *Observantias* pag. 29. [Vide *Pedare*, *Pedificare*, & *Piduarè*.]
- ¶ PEDIATICUM. Vide *Pedagium*.
- ¶ PEDIATOR, f. Agrimenfor. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 43. Hanc venditionem annuit Stephanus filius Gauterii *Pediatoris*.
- PEDIBULUM, Sonitus pedum. Gregorius Turon. lib. 3. c. 15. Quibus pergentibus audiunt *Pedibulum equorum currentium*, &c. Acta SS. Fructuosi & Sociorum n. 1. Direxerunt Beneficarii in domum ejus, ... qui cum sensisset *Pedibulum* ipsorum, confestim surrexit. Agones Martyrum habent hoc loco sonitum pedum eorum. Perperam Baronius an. 262. n. 61. *Virgam licetoriam* interpretatur, qua fores Episcopi pulsaverint Beneficarii, & à *pedum*, quod est baculus pastoralis, deducit.
1. PEDICA, Gallis *Piege*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Pedica*, *piege*, c'est las à prendre beste, ou chaîne.] Lex Burgund. tit. 72. Si quis *Pedicam* seris fecerit extra culturas, &c. Lex Anglior. tit. 18. Si homo laqueum, vel *Pedicam*, vel quodlibet machinamentum ad capiendas feras posuerit, &c. [Lex Ripuar. tit. 70. §. 2. Si quis autem fossam vel puteum fecerit, seu *Pedicam* vel balistam incaute posuerit, &c. Excerpta ex Lege Longobard. n. 5. Ut nemo *Pedicas* in foresto dominico, nec in quolibet regali loco tendere presumat.]
- PEDICLA, *παγίς ἐπὶ ζώῃς*, in Gloss. Gr. Lat. edito & MS. pro *pedica*: est autem
- PEDICA, Vinculum seu ligamen, quo animalia pedibus constringuntur in agris dum pascunt. Gloss. Lat. Gr. *Pedical*, *παγίς*, *σκηδοπόδῃ*, forte *σκηλοπόδῃ*, id est vinculum cruris, *pedica* cruris vel pedis. [Lex Salica tit. 29. §. 4. Si quis *Pedicam* de caballis furaverit, &c.] Lex Burgund. tit. 4. §. 6. Si autem impedito caballo ingenuus *Pedicam* tulerit, &c. Lex Wisigoth. l. 8. tit. 4. §. 1. Si quis caballum alienum, vel aliud animal de *Pedica* sive de ligamine tulerit sine conscientia domini sui, &c. [Vide *Pastorium*.]
- PEDICARII, Qui *pedicis* feras aut aves capiunt, venatores, in Gestis Consulium Andegav. c. 1.
- PEDICARII, Qui *pedicas* conficiunt. Vide *Cinerarius*.
- PEDICA, *ποδάρα*, in Gloss. Gr. Lat.
2. PEDICA, Modus agri, idem forte quod *peda* dicitur, vel quod nos dicimus *Piece de terre*. Anastasius in Hadriano PP. p. 119. Nec non & toto Ecclesiastico patrimonio, omnibus *predicans*, & dividens ex sumptibus, &c. Ubi codd. alii: Et tota Ecclesiastica patrimonia omnibus per *Pedicas* dividens. Sic *Pedicans* pro *predicans* in priori codice legendum esset, ita ut *pedicare*, sit per pedes metiri. Charta Alexandri VI. PP. an. 1255. apud Ughellum to. 1. part. 1. p. 68. Terram quæ vocatur *Duo foca*, & unam *Pedicam* terræ & dimidiam de Anserano, unum filum saline in *Pedica* S. Aurea, & tres filos saline in *Pedica* ultra Tiberim, &c. Occurrit etiam ibid. pag. 140. in Bulla Joannis XIX. PP. & in alia p. 143. [Chron. Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 524. Item Guinifius *Negotians* & Saxa jugalis ejus dederunt filum saline in *Pedica* veteri.]

- ¶ 3. PEDICA, Digitus pedis. Acta S. Christinae to. 4. Junii p. 298. De quo quatuor rivi sanguinis, non ad *Pedicas*, sed per transversum pedis fluxerunt, in latitudine non modica. Histor. Novient. Monast. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1141. Cumque inibi per totum fere annum *podagricus* & *chiragricus* jacisset, mures immitissimi extranei coloris ac formæ *Pedicas* pedum ipsius, ac digitos manuum corroderè cœperunt. Acta S. Lidwinæ to. 2. April. p. 278. Adeo aggravatus fuit hujusmodi vigiliis, quod contractionem majoris *Pedica* dexteri pedis sui ex frigore reportavit. Vide *Pedicus*.
- ¶ PEDICARIUS. Vide *Pedica* 1.
- ¶ PEDICEA, *ΠΕΔΙΚΕΙΑ*, pro *Pedisequa*, ancilla. Testament. Droconis de Vaucelles an. 1358. Item do Alizona de Nizella *Pedicea* mea in retributionem & restitutionem servitorum suorum mihi tempore recreato exhibitorum, x. libras Paris. *Pediceca*, in Regesto 80. Chartophyl. reg. Ch. 543. an. 1352.
- ¶ PEDICIO, *Σαλτικός*, *σάνδης*, in Gloss. Lat. Gr.
- ¶ PEDICLA. Vide *Pedica* 1.
- ¶ PEDICLI, *ἀρπεδόνες*, Guniculi. Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerm.
- ¶ PEDICRU, Charta ad generis descriptionem pertinens, ab Angl. *Pedigree*, Generis descriptio, Gall. *Genéalogie* Charta an. 1410. apud Madox Formul. Angl. p. 15. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens *Pedicru* pervenerit &c. Noveritis nos inquisisse ... de progenie & sanguine Johannis Shapwyk capellani, &c. Sigilla nostra huic presenti *Pedicru* apposimus. Vide in *Pedatura*, col. 329.
- PEDICULARE. Vide *Puduclare*.
- ¶ PEDICULI PHARAONIS. Bernardus de Breydenbach in Itin. Hierosol. pag. 208. Porro locus ubi nocte illa mansimus plenus erat magnis *Pediculis* qui dicuntur *Pediculi Pharaonis*, & grandes sunt instar nucum avillanarum.
- PEDICULUM, *ποδόψελλον*, in Gloss. Gr. Lat.
- ¶ 1. PEDICULUS, Carcer sic dictus quod in eo pedes reorum vinculis constringantur. Charta Philippi Augusti pro Communia Hesdinii an. 1191. Quando fur capietur, Major & Jurati mittent furem in *Pediculo*, & postea tradetur Ballivo nostro Hesdinii, ut de ipso fure justitiam faciat. Vide *Pedatum*.
- ¶ 2. PEDICULUS, Colliculus, monticulus, ni fallor. Vide infra *Poulum*.
- PEDICUS, pro *Pedalis*. *Digiti Pedici*, pedum, in Vita B. Rayneri solitarii n. 2. [Vide *Pedica* 3.]
- ¶ PEDIDA, *ΠΕΔΙΔΟΜ*. Vide *Pedagium*.
- ¶ PEDIFICARE, Calcare, pedibus proterere, per pedes metiri. Moretus in Antiquit. Navar. lib. 2. p. 271. ex Tabular. S. Johannis Pinnat. Ipse Rex venit cum multitudine virorum & posuerunt terminum. Ipse Rex in equo suo *Pedificando* antecedebat, & alii viri post eum agmina multitudo confirmaverunt ... Circuierunt eum: sicut viderant Regem transeuntem, transfierunt & ipsi per illam lineam de rigo. Pag. 273. Et postea venit Rege Sancio Garseanis ... cum suis Varones & Abbates, & circuierunt illum pedibus suis, & confirmaverunt illud. Ibid. p. 381. ex eodem Tabul. Hac est carta de illo termino de Labasal monasterio, quomodo partivit illa Rex Fortunio Garseanis alia vice in era DCCCCXXXI. XIII. annos postquam Carolus Rex venit in Hispaniam. Quia sicut ab antiquitate requirebant suos terminos Labasales usque ad Aragon, antequam Sobales & Sarraceni dispererunt illo monasterio cum suis mesquinos, quando nondum erant illas villas populatas, venit ille Comite Galindo Aznar, & invitavit Regem Fortunium Garseanes, ut partirent illos terminos illis, & venerunt ad Labasal, & steterunt in die

*Sabatho & Dominico . . . Et die Lunis manescente, Rege equitante suo equo Roselio cum totos suos Varones & Comite cum suos, &c. Addit Moretus: Prosiq̄ue en como corrieron en torno los terminos, y señalaron los majones, que va expressando; id est, Tumenarrat quomodo terminos circuierunt, & dictos limites annotaverunt. Hinc discere est quid in agrorum limitibus figendis statuendisq̄ue olim apud Hispanos observatum fuerit. Vide *Pediare & Percalcare*.*

¶ **PEDIGIARIUS**. Vide *Pedagium*.

¶ **PEDIOLI**. Vide *Pedules*.

¶ **PEDIS**, Idem quod *Peda*, in *Recognit. de Voltanum. 18. cap. 41. ex Archivo Principis de Rohan: Item duos denarios Turonenses quos Bartholomeus Mecleri pro quadam Pede terre scita infra locum Rupis-maure.*

¶ **PEDISQUA**, *Pedisequa*, ancilla. *Chron. Corn. Zantfiet apud Marten. tom. 5. Ampliff. Collect. col. 130. Qui (Valterus) festinanter absque braciis & caligis, scuto & galea se muniens, ostium conclavis fortiter obseravit, emittens Pedisquam per murum, qua casum Leodiensibus annuntiet.*

¶ **PEDISTALLUM**, **PEDESTALLUM**, *Basis*, fulcrum, nostris *Pied-d'estal*. *Acta B. Amædei Sabaudia Ducis to. 3. Mart. pag. 895. Extracta est ab arca lignea . . . capsâ argentea . . . cum Pedistallo pariter argenteo. Et pag. 896. Ipsa capsâ argentea est ponderis librarum centum quadraginta cum dimidia, & habet Pedestallum ligneum argento dealbatum & ornatum.*

¶ **PEDITARE**, *Pedes ire*. *Lambertus Ardensis p. 83. Hinc socer, hinc soceri nati, proceresque propinqui, Hinc populus Peditat, cui solo nomine guerra Sponte subit, vel adit tanti discrimina belli.*

Vita S. Henrici Episcopi & Mart. num. 10. Vivit Peditando visitare reliquias S. Henrici. [Iperius in Chron. S. Bertini part. 2. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 623. Nudis pedibus Peditantem usque Ipram duxit. Occurrit apud Murator. to. 12. col. 1028. 1047. & in Vita B. Lidwinæ to. 2. April. p. 316. Gloss. Lat. Gr. Pedito, πεδῖτω, pedes eo. Peditare, aler de pié, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

¶ **PEDITANTER**, *Pedes*, à *pied*. *Continuator Nangii an. 1330. Peditanter ut pauper quærens eleemosynas in habitu Begardorum, &c.*

¶ **PEDITATUS**, *Propagatio filiorum ac nepotum*. *Gloss. vetus MS. Sangerm. num. 501.*

¶ **PEDITURA**. Vide *Pedatura*.

¶ **PEDIVA PILA**, *Quæ pede propulsatur*. *Litteræ Eduardi III. Reg. Angl. an. 1363. apud Rymer. to. 6. p. 417. Et jam dicta arte (sagittandi) quasi totaliter dimissa, idem populus ad jactus lapidum, lignorum, ferri, & quidam ad pilam manualem, Pedivam & bacularem, &c.*

¶ **PEDOCHIUM**, seu *Pedocium*, Idem quod *Pedaticum*, seu tributum, in *Statutis Ragusii l. 7. c. 56.*

¶ **PEDOCUCULLI**, *Cuculli pedum*, in *Notis Tyroneis*. Vide *Cucullus*.

¶ **PEDONES**, *Pedites milites*, nostris *Pietons*, Italis *Pedoni*, Hispanis *Peon*. *Simeon Dunelmensis ann. 1085. Solidariis Pedonibus, & sagittariis multis milibus conductis. Adde eundem an. 1094. Tudebodus lib. 2. Occideruntque multos ex nostris milites & Pedones. Lib. 3. Imprimis exierunt Pedones Hugonis Magni, &c. Raimundus de Agiles: Duxerunt secum multos milites & Pedones. [Cassarus Annal. Genuens. lib. 1. apud Murator. to. 6. col. 289. Omnes tam milites quam Pedones &c.] In Gloss. Lat. Gr. *Pedo, Plancus, πλατύπες.**

¶ *Pedites Paons, Paonniers* vocarunt Poetæ nostra-

tes. *Le Roman d' Athis MS.*

*Lui & sa route ont si bien fait
Qu'auques les ont arriere trait,
Plus qu'à deux fois ne trait archiers,
Plusieurs en a fait Paonniers;*

eos vulnerando scilicet atque ex equis dejiciendo. *Le Roman de la Rose. MS. ubi ad scaccorum ludum spectat:*

*Et roys, & fox, & Paonnés,
Et chevaliers au gieu perdirent,
Et hors de l'eschequier saillirent . . .
Ou li rois perdit comme fos
Rois, chevaliers, Paons & fos.*

Ubi MS. codex alter sign. 1534. in *Bibl. Sangerman.* habet, *Poons, Poonnés*, alii sign. 1526. & 1546. ibid. legunt, *Pionnes*. Eadem notione *Pietaille* usurpât *le Roman de la guerre de Troyes MS.*

*Rois Epistor, Rois Cellidis
Ot la grant gent de Focedis,
Feirent la septime des batailles,
Sans nue gent & sans Pietailles.
Mes à buens Chevaliers eslis
De grant proesse & de grant pris.*

¶ **PEDONES**, in *Foris Aragon. lib. 1. p. 35. ed. 1624.* dicuntur, qui nostris *Manducatores*, de quibus in hac voce: *Prætextu alicujus resistentiæ vel rebellæ eisdem factæ procedebatur ad appositionem Pedonum Regionum in aliquibus de dictis locis, &c. Apposer garnison vulgo dicimus.*

¶ **PEDOTTÆ**, *Quorum est scire intrare & exire portus*, in *Gloss. Barber. ad Docum. d'Amor. edit. Ubaldini pag. 257.*

Pedotte, e temonieri.

¶ **PEDRENYAL CURT**. *Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. to. 4. pag. 511. Si quis beneficiatus . . . tormentum hujusmodi, Pedrenyal curt vulgo dictum, detulisse convictus fuerit . . . puniatur.*

¶ **PEDUALIS**, Idem qui *Pedagiator*, exactor *pedagiorum*. *Tabular. S. Vincentii Cenoman. Quartus obsidum illorum nuncupatur Stephanus Pedualis Comitisse, Walterii filius, qui tributa exigit à pontem transeuntibus; quæ ultima verba si ad Walterium referantur, Pedualis, idem erit qui Pedisequus, Gall. Page.*

¶ **PEDUALIS**, pro *Pedalis*, *mensura pedis*. *Charta an. 1250. in Tabular. S. Nicasii Rem. Quæ virga debet habere mensuram duorum Pedualium & dimidium.*

¶ **PEDUCLARE**, **PEDUCULATIO**, **PEDUCULUS**. Vide *Puduclare*.

¶ **PEDULES**, *Pedum indumenta, tibialia: peduli*, Italis. *Gloss. Keronis; Pedules: Snvelf, i. indumenta pedum. Gloss. Basilic. πεδούλια, ποδῶν καλύμματα.* *Vetus interpres Juvenalis sat. 1. v. 3. Pedules novos in bracciis, quos pedornes dicunt. Cornelius Fronto de Differentiis vocabulorum: Pedale, mensura est pedis: Pedula vero sub pedibus præstat utilitatem. Ugutio & Jo. de Janua: Pedules, pars caligarum quæ pedes capit. Gloss. Lat. Gall. Pedules, Avant pié de chausses. Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 8. Denso cucullo, aptatus Pedulis pedes operuit. Pœnitentiale Theodorici c. 3. In Abbatis vero ordinatione Episcopus debet Missam agere, . . . & donet ei baculum & Pedules. Leo IX. PP. Epist. 1. ad Patriarch. CP. cap. 37. Nempe refutat pes coronam, galeam, & pileum, caputque sandalia, vel Pedules ad suum non applicat usum. Guigo in Vita S. Hugonis Episc. Gratianop. n. 30. Id etiam mandare curavit, ut de caligis Pedules abscinderet, quatenus præter pedes totus jaceret vestitus. Pedules limbati, in lib. de Disciplina Scholarium c. 2. Bulla Innoc. IV. de Instit. Cla-*

- ffarum: Omnes infirma habeant Pedules laneos, & si potest fieri, soleatos, quos cum necesse eis fuerit, in pedibus habeant, atque portent. Regula earumdem cap. 8. Quae indigent, Pediolis laneis, & culcitris uti possint. Statuta Ordinis Cartusienfis: Ad vestitum autem duo cilicia . . . 2. paria caligarum, 3. paria Pedulium, . . . sotulares diurnos & nocturnos. Adde Ulpianum l. 25. D. de Auro, argento, &c. Addit. 1. ad Capit. Caroli M. cap. 22. Regulam S. Benedicti cap. 55. Regulam S. Isidori cap. 13. Regulam S. Fructuosi c. 4. Udalricum lib. 3. Consuet. Cluniac. c. 11. Vitam Christiani Mon. in prolegom. p. 66. Gregor. Tur. in Vitis Patrum in Nicetio Lugd. Episc. Vitam S. Gilberti Sempringhamensis ex Capgratio n. 6. Capit. Theodori Cantuar. Archiep. c. 3. Bernardum Priorem Portarum Ep. 3. Ordericum Vital. lib. 6. p. 601. Nomasticum Cisterciense pag. 354. Joan. Villaneum l. 2. cap. 7. Cujacium lib. 5. Observat. cap. 11. Salmasium ad Lampridium, praeterea Haestenum lib. 5. Disquisit. Monast. tract. 2. Ex quibus emendandus auctor Vitae B. Rogerii Abb. Ellantii n. 12. apud Bollandum t. 1. ubi perperam pedales, pro pedules irrepsit. [Haud scio tamen an mendum sit, cum pluries alibi occurrat. Vide Pedalis 1.]
- PEDULE**, in Notis Tyronis pag. 196. [Charta an. 1348. to. 2. Hist. Dalph. p. 578. col. 2. Quando & quoties tunicas & scapularia, caligas & Pedulia . . . de novo recipient, &c.]
- ¶ **PEDUM**, Pondus, portio. Capitul. MSS. S. Victoris Massil. Dum infirmi fuerint in convalescentia, postquam conceduntur eis carnes, quorum Pedum debet inter duo monachos unum quartonem mutonis cum media libra carniū salsarum, &c. Vide Pensu.
- ¶ **PEDUNCULUS**, Pediculus. Luitprandus in Hist. apud Murator. to. 2. p. 431. Minutis quippe vermicibus, quos Pedunculos aiunt, vehementer afflictus spiritum reddidit.
- ¶ **PEGA**, Pix, picea materia, Provincialibus Pego. Charta an. 1497. Neque etiam dicti domini licentiam dare valeant ac possint aliquibus exteris in dictis mauris legneirandi, . . . ac Pegas faciendi. Vide Pegua & Pegunta. Est etiam Pega, vulgo le pega, apud Tolosates mensura vinaria quae octo sextarios Parisienses continet. Vide Peguarium. Nescio an eadem notione accipienda vox
- ¶ **PEGACIUS**, in Tabul. Camalariensi dioec. Anic. Ad pinos est una appendaria quae reddit 14. Pegacios.
- PEGASO**, Homo jocularis, in Glossis antiquis MSS. [Petauristam interpretatur Martinius.]
- ¶ **PEGATICUM**, Idem quod Pedaticum seu Pedagogium. Vide in hac voce. Saisimentum Comit. Tolos. an. 1271. tom. 1. Annal. Tolos. inter Instr. pag. 28. Item dominus Comes pronominate concessit monachis ejusdem monasterii, quod ipsi & eorum res propriae eant & redeant libere per totam terram suam & per aquam sine ullo Pegatico, quod ei vel suis successoribus non prabeant.
- ¶ **PEGAVIENSIS MONETA** schediasma Jenae an. 1695. edidit Joh. And. Schmidius; quem consule, si lubet.
- PEGEN**, Anglis veteribus, Liberalis homo, in Legibus Canuti Regis de Forestis cap. 1. 12. sed ibi legendum thegen contendit Spelmannus, ut thainus intelligatur, de qua voce suo loco.
- ¶ **PEGIMENTUM**, pro Pigmentum, ni fallor, in Statutis MSS. an. 1208. pro Monast. S. Victoris Massiliensis: A dispensatore de piscibus & Pegimento & nebulis & mortariolo secundum antiquam monasterii consuetudinem temporibus constitutis, & à Celerario

- ludum, vel oleum & non sagimen prestari mandamus.
- PEGIUM**, Jurisdicatio in viis publicis, Pax regia, unde forte nomen; ex Gallico Paix. Charta Simonis Episc. Noviom. an. 1139. in M. Pastoralis Eccles. Paris. lib. 13. ch. 7. Tres pastus habet unoquoque anno in Viriaco sine oppressione hominum. Via publica, quae vulgo Pegium dicitur, est Advocati, & latro, & injusta mensura, &c.
- ¶ **PEGMA**, Machina lignea in qua statua collocabatur, in Amalth. vox Latinis haud ignota. Pegma crucis, in Actis S. Cassiani metricis descriptis apud Illust. Fontaninum in Antiquit. Hortae p. 353. Hoc etiam Verbum carnis ceu sumserit ortum . . . Edocet in populis, referans arcana Tonantis, Pegma crucis subisse, hinc infernum spoliasse.
- ¶ **PEGOLA**, vox Italica, Pix, picea materia, Gall. Poix. Statuta Riper. cap. 12. fol. 5. vº. De quolibet barili Pegola pro introitu denarii sex. Vide Pega.
- ¶ **PEGORARIUS**, pro Pecorarius. Vide in hac voce. Ab Ital. Pecoraio. Chron. Parmense ad an. 1277. apud Murator. to. 9. col. 790. Et praliano ibi cum illis de dicta parte, Pegorarii de castro Gualterio cum hominibus de contrata velociter cucurrerunt, & dictos malefactores pro majori parte ceperunt.
- ¶ **PEGUA**, Pix, Gall. Poix, Massiliensibus Pegue. Charta an. 1243. ex Tabular. Communiae Massil. Item pro carricha Pegua quae de Massilia extrahetur XII. denarii. Vide Pega & Pegunta.
- ¶ **PEGUARIUM**, PEGUARIUS, Mensura vinaria apud Tolosates octo sextarios Parisienses continens. Litterae Johannis Franc. Reg. an. 1356. to. 3. Ordinat. p. 76. Item quod de quolibet dolio vini quod vendetur in taberna in villa praedicta, dicti Consules ejusdem pro dictis suis clausuris faciendis, habeant sexdecim Peguaria vini, & de quolibet dolio vini quod ibidem vendetur per laicos in grosso, quatuor solidos Turon. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae Tolos. Pro duobus Peguariis, quia Dominus Deaurata tenetur dare in isto die illos duos Peguarios vini. Deinde ex illis duobus Peguariis vini Prior distribuit illis monachis existentibus in refectorio juxta ejus voluntatem. Vide Pega.
- ¶ **PEGULA**, ut supra Pegola, Pix. Locus est infra in Peza.
- PEGUNTA**, Pix, picea materia, ex Hispanico Pegote. Secunda Curia Generalis Cataloniae sub Jacobo Rege Arag. an. 1299. Nec etiam aliquis possit extrahere de terra nostra istas res prohibitas, scilicet Peguntam, cepum, alquitranum, fustam, canabum, &c. Occurrit etiam in Charta ejusdem Regis an. 1274. Vide Pegua.
- ¶ **PEJA**, PERGA, Pedica, Gall. Pieve. Inquesta an. 1308. ex Schedis V. Cl. Lancelot: Captus in una ex Pergis quas venatores Prioris Balneolis tetenderant in quodam nemore causa capiendi lupos . . . sic captus in dicta Perga confessus est se furatum fuisse tres cirogrillos. Ibidem: Captus in una Peja dum furtive accipiebat cuniculos in ceponibus. Rursum: Duas Pejas ad capiendum lupos . . . Amaranus captus in una dictarum Pejarum. Tabular. Camalar. in dioec. Anic. Ademarum Archatus donavit terram de Laspoleiras, cujus exitus est una dorcha de Peja; hoc est, ni fallor, una dama in retibus capta. Alia notione, nempe pro minutiori quadam moneta, accipienda vox Pejaz apud Thomasserium in Biturig. p. 333. Qui vent poiz à Bourges, soit dehors ou dedans, il doit un Pejaz pour toute l'année. Vide Peiosa.
- PEJANA**, Luis equorum species. Historia Cortusiorum lib. 1. cap. 20. Afferens . . . equos quasi omnes infirmatos peste quadam, quae dicitur Pejane, &c. Videtur legendum pedana. Vide in hac voce.
- ¶ **PEICHIA**

¶ PEICHA, Modus agri, Gall. *Piece de terre*. Charta an. 1241. ex Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. *Noveritis me . . . reddidisse Deo & B. M. de Prato & religioso viro Johanni de Quinevilla Priori & ejusdem loci conventui unam Peichiam terra . . . absque aliqua mei vel alicujus heredum meorum in predicta Peichia terra de catero reclamatione*. Vide *Pecia*.

¶ PEJERARIUM. Epistola 21. inter Cyprianicas: *Saluta Numeriam & Candidam, qua secundum Pauli preceptum, & caterorum Martyrum, quorum nomina subjicio, Bassi in Pejerario, Mappalici in quaestione, Fortunionis in carcere, Pauli à quaestione, Fortunatae, Victorini, &c. qui Deo volente in carcere fame necati sunt*. Ubi Pamelius opinatur *pejerarium* dici locum tormentorum in quo multi fideles jam pejerarant. Nec scio an feliciori conjectura Ludovicus d'Orleans ad lib. 1. & 3. Annal. Taciti, *Pejerarium* dici carcerem, in quem conjiciebantur ii qui se perjurio maculassent, existimet. [Melius, ni fallor, Rigaltius conjicit legendum esse in *Petrario*, id est, in lapidicina.]

¶ PEILHA, Pellis. Vide infra *Pelbarius*.

¶ PEJOR, PEJUS, id est, Minoris pretii. Charta an. 1244. in Tabular. Betun. fol. 45. *Debet autem frumentum esse Pejus meliore quatuor denariis ad quadrigam quod in foro Bethuniensi invenietur. Mixtura autem debet esse Pejor duobus denariis meliori avena qua in foro Bethuniensi invenietur*. Occurrit passim in eodem Tabulario.

¶ PEJORAMENTUM, Damnum, jactura, detrimentum. Statuta Massil. lib. 4. cap. 21. *Si quis alterius avere in nave, vel ligno aliquo positum sive oneratum, puta coria, vel becunas seu stannum, vel aliquas alias merces sine voluntate domini illarum mercium dissolvit, vel dissolveret seu dissularet, & damnum aliquod in dictis mercibus dissolutis, sive Pejoramentum proinde contingeret, statuimus, &c.*

¶ PEJORATIO, Eadem notione, in iisdem Statutis cap. 30. *De jactu mercium in mari. Damnum illius jactus, & Pejoratio mercium propter jactum illum facta, super totum avere, quod in nave dicta, vel ligno tempore illius jactus remanserit, nave etiam, vel ligno ita salvatis ibi computatis per solidum & libram adaequantur, vel contributio inde fiat, in qua contributione, avere dictum quod jactum est, & merces inde Pejorata computentur.*

¶ PEJORARE, IMPEJORARE, Pejorem facere, reddere, apud Paulum lib. 2. Sentent. tit. 28. In Ad. dit. ad legem Frision. tit. 11. §. 1. de equo praestito: *Si forte Pejoratum reddiderit, componat ei juxta quantitatem qua rem ejus impejoravit*. Vide Statuta Ord. Præmonst. distinct. 3. cap. 1.

¶ PEJORARE, Magis ægrotare. Acta S. Herculani to. 1. Martii pag. 54. *Et quanto plus aliquis medicabatur, tanto plus Pejorabat.*

¶ PEIOSA, Nummulus, minutior moneta, eadem forte quæ *Picta*. Tabularium S. Nicasi Rem. *Recognoverunt se teneri annuatim . . . Ecclesia Sancti Nicasi Remensis in sex denariis Parisiensibus & una Peiosa annui recti census*. Vide *Peja*.

¶ PEIREIRA, Machina bellica qua jactantur lapides, Gall. *Perriere*. Tabular. S. Martialis Lemovic. *Populus Lemovicensis emit decem Peireiras contra Philippum Regem*. Ibidem: *Instructa sunt hoc anno decem Peireira super muros Lemovicenses*. Vide *Petraria* 3.

¶ PEIRERIA, Lapidina, Gall. *Carriere*. Panchar. Monast. S. Stephani de Vallibus apud Xantones Ch. 36. *Concessi . . . quicquid juris habebam in Peireria sive in lapidicina de Vallibus que vocatur Katipeau*. Sententia arbitr. an. 1292. inter abbat. & consul.

Gimont. *Sibi liceat extrahere & accipere libere lapides & petras ad suam voluntatem de omnibus & singulis Peireriis & locis ex quibus lapides & petra extrahuntur*. Pluries ibi. Statuta Massil. lib. 6. c. 65. *Statuimus quod omnes lapides qui apportabuntur ad hanc Massilia civitatem, vel ejus territorium venales de Peireria Columna seu de quocumque alio loco, sint à modo de bona & sufficienti materia lapidea ad cognitionem arbitratorum proborum*. Vide *Petraria* 1.

¶ PEYRERIA, Eadem notione, in Regeſto 95. Chartophyl. reg. Ch. 133. *Cum furnis panis & calcis, ac Peyreriis, &c.* Occurrit etiam in Charta an. 1470. ex Tabular. S. Victoris Massil.

¶ PEIRERIUS, Latomus, lapidicida, Gall. *Carrier*, in Charta an. 1369. ex Archivo Massil.

¶ PEIROL, Lebes, cacabus, Gall. *Chauderon*. Charta an. 1525. in Tabular. S. Victoris Massil. *Empio cacabi sive Peirol cupri ad tinturandum retia, una cum suis furnimentis & pertinentiis, &c.* Vide *Payrolia*. Hinc

¶ PEIROLIUS, Lebetum faber, vel venditor, Gall. *Chauderonnier*. Statuta Montis Regal. fol. 206. *Et Peirolii teneantur ad vendendum juxta puteum novum platea, & non alibi*.

¶ 1. PEIRONUS, Jus erigendi *Peironum* inter insignia superioris justitiæ recensetur, in Charta an. 1443. ex Schedis Peireſc. apud Præf. de *Mazaugues*: *Ab inde in antea tenere & erigere furca, patibula, Peironum, & alia signa executionis justitiæ regalarum*. Quæ voces, ni fallor, unum idemque sonant, aut parum inter se differunt. *Peironus* ergo est *Patibulum* ex *petris* seu lapidibus exstructum. Vide *Furca*.

¶ 2. PEIRONUS, Podium, Gall. *Perron*. Charta an. 1212. in Tabul. S. Victoris Massil. *Actum ad Peironum S. Ferreoli*.

¶ PEISA. Vide *Pensa*.

¶ PEISSELLUS, Paxillus, ex Gallico *Peisseau*. Libertates oppidi Jafferons in Sebusiis an. 1283. *Concedentes in dictis nemoribus plenum usum videlicet pro domibus, grangiis, . . . Peissellis, & vimine ad ligandum pallicias, &c.*

¶ PEISSONAGIUM, Idem quod *Pastionaticum*, census pro passione porcorum. Libertates oppidi Jafferons in Sebusiis an. 1283. *Item concedimus predictis hominibus quod ipsi imponant & pasquent in dictis nemoribus nostris . . . duos porcos absque Peissonagio: de aliis vero porcis, quos pro peyssonando imposuerint in dictis nemoribus, peyssonagium nobis solvere teneantur*. Vide *Pastio* & *Paisso*.

¶ PEYSONAGIUM, Eodem significatu, in Litteris an. 1324. to. 1. Hist. Dalph. pag. 148. *Salvo emolumento pro fenagio seu Peysonagio ibidem levari consueto*. Vide *ibid.* pag. 116.

¶ PEISSONARIUS, PEISSONERIUS, PEISSONERIA, Gall. *Poissonier* & *Poissoniere*, Provincialibus *Peissounié*, Qui vel quæ pisces vendit. Vetus Necrolog. S. Salvatoris Aquensis: *Anno Domini 1319. 2. id. Maii, obiit Amelia Peissoneria filia Petri Amelii Peissonerii, qui reliquit &c.* Instrum. an. 1321. ex Schedis Præf. de *Mazaugues*: *Stare Joannis Peissonerii*. Charta an. 1452. ex Archivis Piscatorum Massil. *Quod piscatores non audeant vendere Peissonariis privatis aut extraneis antequam sit merulies*. Vide *Peyssonaria*.

¶ PEITARE, vel PEYTARE, Solvere. *Peyterius*, qui solvit, qui tributis obnoxius est. Charta Adelfonsi Regis Aragonum æræ 1153. *Et insuper Peitet mihi mille Morvedinos*. Salanova Examinius Justitia Aragonum, apud Hieron. Blancam, de Infantio-

nibus: Non contribuunt cum Peyteriis in exactionibus regalibus, vel vicinalibus, nisi tempore guerræ. Infra: Si Peiterius Regis in domibus Infancionis steterit commodatus; non Peytabit pro domibus vel mobilibus, &c. sed pro hereditatibus signi Regis Peytabit. Rursum: Si Peyterius Regis in villa Regis voluerit stare in domibus Infancionis, ut Exarichus, vel alter; pro omnibus tam mobilibus, quam immobilibus & se moventibus, Peytabit Regi, salvo pro hereditatibus Infancionis.

PEY TÆ, Præstationes, tributa. Passio B. Dominici Martyris Cæsaraugustani: Ut quicumque occulto furaretur aut raperet parvulum Christianum, & eis (Judæis) traderet ut morti daretur, esset ab omnibus Peytis ac tribulationibus & impositionibus quibuscunque per eos solvendis exemptus. Idem Salanova apud Mich. del Molino in Repertorio pag. 75. Debent tamen vocari terras tenentes per vicinos illius loci, quando Peitas imponunt, ne ultra modum graventur. Vide eundem in Peyta.

¶ PEIVRE, à Gall. *Poire*, Piper. Charta apud Madox Formul. Anglic. p. 181. Reddendo annuatim unam libram de Peivre ad festum S. Michaelis.

¶ 1. PELA, Castellum, arx, Anglis *Pile* vel *Pille*. Charta Henrici Regis Angl. an. 1399. apud Rymer. to. 8. pag. 95. De gratia nostra speciali & ex certa scientia nostra, dedimus & concessimus eidem Comiti Northumbria insulam, castrum, Pelam, & dominium de Man. . . Castrum, Pelam & dominium prædicta una cum regaliis. Alia ejusd. Regis an. 1403. ibid. p. 289. Dedimus & concessimus . . . omnimoda alia dominia, castra, Pelas, fortalitia, maneria, villas, hameletta, &c. Occurrit rursus infra.

¶ PELUM, Eadem notione, in Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1336. apud eundem Rymer. to. 4. p. 686. Quod custodes omnium aliorum castrorum, Pelorum & fortalitiorum, in dicta terra Scotia, & alii in eis ad fidem nostram commorantes, eadem castra, Pela & fortalitia libere & absque perturbatione qualibet exire . . . valeant. In Pelo de Horton latuit, apud Joh. Trokelov. in Annal. Edwardi II. p. 42.

¶ 2. PELA, à Gall. *Pele*, Batillus, pala. Codex MS. reddituum Episcopat. Autissiod. an. circ. 1290. De sale chariato ad Pelam absque brunello habet Episcopus unum denarium. Vide *Pelia*.

¶ PELAGARIS VENTUS, Gall. *Vent de mer*, Australis ventus. Acta B. Raynerii to. 3. Junii pag. 464. Tunc ventus Pelagaris qui sic à nobis dicitur, cæpit fortiter flare.

PELAGIUM, vulgo *Pelage*, Præstationis species, cujus mentio est in Consuetudine Meduntensi art. 196. quæ scilicet pro appulsu navium vinum ad littus deferentium exigitur, ab appellendo dicta, ut in Adversariis MSS. Augusti Gallandii Patroni Paris. doctissimi legisse me memini. [Computus an. 1318. Item de Pelagiis, 4. lib. 10. fol.] Vide *Arripagium* [in *Adripare*, & *Palagi. n.*]

PELAGUS, Quævis aqua seu unda, etiam fluvialis. In Glossis Isid. *Pelagus*, *praluvium*. [Constantiensis: *Pelagus*, *elubium*. Forte *proluvium*, & *eluvium*; vulgatus *eluvium*, communius *eluvies*; quando pelagus terras obruit. Vide ibi *Grævium*. Hinc *Pelagus peregrinum* dicitur Elmahamo in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 122. p. 318. Post aliquot tamen dies, cessante tanto diluvio, Pelagus peregrinum evanuit, & rivo in proprium alveolum se recolligente, ac aquis suis domesticis contento, rediere commoda, quæ ab Anglis per nimietatem laticis oblata fuere.] Pactus Legis Salicæ tit. 44. §. 13. Qui in Pelagus hominem impinxerit, &c. Adde Recapitulat. ejusdem Legis §. 14. 19. Gregorius Turon. lib.

1. Miracul. cap. 70. de muliere in Ararim fluvium demersa: Interrogabant autem mulierem qualiter sub Pelago vivere potuisset. Idem de Gloria Confess. cap. 22. Dum Ararim fluvium transire cuperet, nave impleta demergitur, & ipse Sacerdos Pelago operitur. Adde eundem in Miracul. S. Martini c. 17. Adrevaldus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti c. 19. Medium Ligerim petit, ibique contra adversum Pelagus enatando, &c. Abbo lib. 1. de Bello Parisiaco:

Ambusti Sequanæ ad Pelagos concurrite, &c.

Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 11. de lacu: Quod piscem de Pelago illo non vidisse me memini. Charta Ordonii II. Regis Legionensis, æræ 953. apud Anton. de Tepez in Chronico S. Benedicti to. 4. Cum omnibus adjacentiis, vel præstationibus suis, domibus, arvis, hortis, pratis, paludibus, azeniis, piscariis, aquis, aquarumve ductilibus, suis Pelagis, cum accessu recessuque suo, &c. Alia Ferdinandi I. Reg. æræ 1081. ibid. Cum suis terminis, & montibus, & fontibus, & Pelagis, &c. Charta Garfiæ Regis Navarræ æræ 1082. apud Sandovallium in Episc. Pampilonensib. pag. 70. Et de illa area de Verafo, inusque ad Pelagum rotundum de Anoz, sit defensum & vetatum tam aquarum quam terra, &c. Adde Walafridum Strabum de Vita S. Galli cap. 18. Theodorum Campedonensem in Vita S. Magni c. 24. Ughellum to. 1. Italiæ sacræ part. 1. p. 65. &c. Wendelinus vocis etymon à Toxandrico *Poel*, & *Poelghen* arcessit, quod lacunam, vel lacunulam sonat. Hunc consule si lubet.

¶ PELAMEN, Lignum decorticatum, ut videtur, quo utuntur coriarii, Italis *Pelame*, nostris *Pelard*. Jacobus Aurias in Annal. Genuens. lib. 10. ad an. 1285. Quum autem esset in Sardinia in portu Orestani cepit unam navem Gajetanorum caseo & Pelamine oneratam, quam misit Januam.

¶ 1. PELANUS, Tannaria, officina ubi coria subiguntur, Gall. *Tannerie*. Charta ann. 1395. Ut possint utilia reddi prope Pelanum Calomontis. Vide *Escofferius*.

¶ 2. PELANUS, *Placenta* genus, quod Jovi offerebatur ex farre, mica thuris, &c. Item, *Obolus* vaticinantibus dari solitus. Laur. in Amalthea, ex Gr. *ὀβόλος*.

¶ PELARE, Ex feni metis seu acervis extrahere, pro *pilare*, nostris *Piller*. Charta an. 1344. ex Schedis Cl. V. Lancelot: Item quod nulla persona cujuscunque conditionis existat sit ausa Pelare per itinera troffas feni.

¶ PELATA, Ars proxenetica, Gall. *Courtage*. Statuta Montis Regal. fol. 276. Item statutum est, quod nulla persona de civitate Montis Regalis, vel posse, vel ibi habitans, debeat ponere, vel poni facere, vel exerceat sub aliquo ingenio Pelatam in panno.

¶ PELATUS, Decorticatus, cute exutus, Gall. *Pelé*. Joh. Demussis Chron. Placent. apud Murator. to. 16. col. 582. Et post ficus cum amigdalibus Pelatis, &c.

¶ PELATUS. De nummis dicitur quorum inscriptio vix agnoscitur. Statutum S. Ludovici an. 1262. to. 1. Ordinat. pag. 94. Et ne seront refusez paris, ne tournois, tous soient ils Pelez, més que ils aient connoissance devers croix, ou devers piles, que ils soient paris ou tournois. Quæ sic Latine redduntur in Statuto Philippi III. eadem de re an. 1275. ibidem pag. 813. Nec reffutabuntur parisiensis & turonensis, licet sint Pelati, dum tamen habeant cognitionem versus cruce[m], vel versus pilam, quod sint parisienses vel turonenses.

PELAX. Vide *Pilax*.

¶ PELEGIA, Rixa, jurgium, Gall. *Querelle*, contestation, Statuta Arelat. MSS. art. 141. Nullus Are-

latis sit ausus recipere in domo sua aliquem extraneum qui venit causa faciendi rixam seu Pelegiam in Arelate. Statuta MSS. Forojul. an. 1235. ex Archivis S. Victoris Massil. Quod si inter milites & homines in eodem castro vel ejus territorio Pelegia fiat seu rixa, vel furta, vel alia maligna, statuimus &c. Alia an. 1292. ex iisdem Archivis: Si homines diversorum pareriorum seu coheredum in uno castro Pelegiam faciant sive rixam inter se &c. Statuta Massil. lib. 1. cap. 11. Attamen ista faciant eo salvo quod dicti syndici vel actores non possint vel debeant aliquam controversiam seu causam movere, nomine vel occasione dicti communis, ex qua discordia vel Pelegia maxima creari possit in Massilia vel oriri. Charta an. 1261. in Tabular. S. Victoris Massil. Requisitus à D. Abbate S. Victoris si fuerint aliqui excommunicati in electione de se facta: dixit quod duo verberatores monachorum non fuerunt presentes, sed Prior claustralis & quidam alii monachi qui fuerunt in Pelegia cum illis duobus fuerunt presentes in electione predicta.

¶ PELERIUS, Præco rerum venalium, Gall. Crieur. Curia gener. Catalaniæ in villa Montis-albi ann. 1333. Mercator vel draperius & eorum negotiatores seu factores... hoc idem observari jubemus in curritoribus & Peleriis... qui pels o robes recipiunt ad vendendum, &c. Vide Pelharius.

¶ PELETARIUS, Pellio, qui pelles parat & negotiatur, Gall. Peletier. Charta an. 1350. apud Rymer. to. 5. p. 693. Item, quod sellarii, Peletarii, alutarii, sutores, &c. Vide Pelliparii.

¶ PELFRA. Placitum in Itin. apud Cestriam an. 14. Henrici VII. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. Clamat quod si aliquis tenens sive residens infra dominium sive manerium de Kinderton feloniam fecerit, & corpus ejus per ipsum Thomam super factum illud captum & convictum fuerit, habere Pelfram, videlicet omnia bona & catalla hujusmodi scisire, & ea quæ domino Comiti pertinent ad castrum Cestria presentare, &c.

¶ PELHA, Pellis. Vide in Pelharius.

¶ PELHARIUS, PELHERIUS, Idem qui Pelerius. Statuta Arelat. MSS. art. 156. Omnes Pelherii & inquantatores (incantatores) Arelatis jurent... quod bene & fideliter vendent omnes res que sibi tradite fuerunt... ad vendendum. Lemma Gallicum: Tous les Crieurs & Trompettes jureront en la Cour de bien & fidelement vendre & inquant tout ce qui leur sera baillé à cet effet. Consuetud. Tolos. rubr. de debit. art. 1. Nec Pelharie aut Pelharii qui supellectilia per villam defferunt ad vendendum, &c. Exceptis predictis corrateriis pelha, supellectilia per villam defferentibus ad vendendum, quibus posse concessum fuerit vendendi, sed non impignorandi.

¶ PELHERIUS, Pellium venditor, in veteri Catalogo MS. B. M. Deauratæ Tolos.

PELHERIA, Pellium venditrix. Consuetudines Tolosæ part. 2. Mulier Pelheria, seu corrateria de Pelha. [Vide Pelharius.]

PELIA, PELLUS, Batillus, nostri Pelle, pellée. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 528. Debet habere... caseum de melioribus domus, & plenam Peliam salis. Infra: Dimidium Pellum salis. [Vide Pela 2.]

¶ PELICANUM, ut Pelliceum in Pellicia. Anonymi Annal. Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 808. Fernalium unum ad unum Pelicanum cum rubino uno in pectore, & perlis iv. grossis.

¶ PELICATOR, ζηλέτωπος. Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerman.

¶ PELICIUM, Pellis, Gall. Peau. Computus an. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. Tom. V.

CLVI. Pro capa domini Hugonis de Gravella & pro Pelicio gris, xii. l. . . Pro II. Peliciis escurellorum & pro II. leporum, vi. l. & II. s. Vide Pellicia.

¶ PELINUS, Piscis genus. Rumpferus in Hist. Monast. Formbac. lib. 1. apud Bern. Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433. Producit & Pelinum quem etiam Teucam nuncupant.

¶ PELIPARIUS, PELIPERIUS. Vide Pelliparii.

¶ PELLA, pro Pellis. Vide Pellarda.

PELLÆ. Vide Perla.

¶ PELLAGIUM, f. pro Paragium, à Gall. Parage; Certus maris tractus. Charta Eduardi IV. Reg. Angl. an. 1474. apud Rymer. to. 11. p. 799. Quod providebitur per totum regnum Angliæ, de hiis, qui casu fortuito, ex aliqua navi in Pellagiis maris precipitati, aut alias intra vel extra navim &c.

¶ PELLARDA, Pallii seu tunicæ species, nostris Houppelande, Ital. Pelando. Johan. Demussis Chron. Placent. ad an. 1388. apud Murator. to. 16. col. 580. Juvenes homines portant cabanos, barillotos & Pellardas... longos & largas per totum usque in terram, & cum pulchris foraturis pellarum domesticarum &c. Occurrit præterea in Chron. Bergom. ibidem col. 945.

¶ PELLARE, An idem quod Pellicium? Charta an. 1420. tom. 4. Histor. Harcur. pag. 1258. Per homagium & redendo apud castrum de Cadomo unum Pellare ad festum Nativitatis S. Joannis, & de inveniendone unum hominem ad arma & duos sagittarios ad equitandum.

¶ PELLARIUS. Vide Pellicarius in Pellicia.

PELLATOR, ἀποδότης, in Gloss. Gr. Lat.

¶ PELLAX. Vide Palax.

¶ PELLEGANTERIUS, Qui pelles præparat, in veteri Catalogo MS. B. M. Deauratæ Tolos. Hinc emendanda videtur Charta an. 1341. tom. 2. Ordin. Reg. Franc. p. 171. Inter mercatores dictorum coriorum & pellium tam affatorum paragaminarios & Pellegantios, quam alios dicentes & allegantes se esse... in possessione & saisina vendendi in dictis vicis seu carreris dicta coria & pelles. Legendum enim opinor Pelleganterios.

¶ PELLERICUM, PELLERINUM. Vide Pilorium.

PELLES SILVATICÆ, SILVESTRES, Gall. Peaux sauvages. Liber ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 18. Pellicia & Pelles, & coopertoria de pellibus agninis, ita ut Pellis silvatica, cujuscumque generis in nullo habitu nostro admittatur. Pelles silvestres, apud Vincentium Belvac. lib. 28. cap. 95. Pelles delicate & colorate, in Statutis Synodalib. Episcopi anonymi an. 1237. in Conciliis Anglic. to. 2. Pelles lanita, lanatæ, quibus lanæ adhuc hærent, in Statutis Gildæ Scoticæ cap. 20. 36. [Peaux, pro veste pel-lita, usurpat le Roman de Vacce MS. Fauces leva l'espée que sous ses Peaux porta, &c. Vide Pellicia.]

¶ PELLETARIUS, Pellio, qui pelles parat & vendit. Tabul. S. Vincentii Cenoman. fol. 40. Quidam homo Gauterius nomine, Pelletarius. Hinc

¶ PELLETERIA, Pelles ipsæ præparatæ, Gall. Pelleterie. Charta an. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 86. De quolibet vendente... Pelleteriam, merceriam, ferrum, acerrum seu calibem... capitur unus denarius.

¶ PELLEXOR, Persuasor. Auctarium Isidori. Melius Pellector.

PELLICIA. Papias: Pellicia, vestis, indumentum pellibus factum. Joan. de Janua: Moderni dicunt Pellicea, æ. Nostri Pelice. [Charta an. 879. Marcæ Hispan. col. 807. Vidimus dicta femina reci-

cipiente pretium de hac omnia prescripta gugnapie una valente solidos VII. & Pellicia valente solidos II. Testamentum Guislae Comit. Ceritan. an. 1020. ibidem col. 1020. Mobilem vero meum quem habeo, idest meum bombicum & meas Pellicias, unam martrinam & aliam armellinam vendite ut melius poteritis. Charta ann. 1168. tom. 2. Histor. Eccles. Meld. pag. 57. Ad Pellicias quoque dominarum decem libras per singulos annos concessi. Tabularium Nobiliac. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 128. Facit homagium planum & petit Pelliciam variam. Vita S. Gauderici Episcopi Cameracens. lib. 1. cap. 8. Accede ergo ad Sanctum regenerationis lavacrum, ubi certe habes exuere vetustatis Pelliciam, & induere novitatis Evangelicam stolam. Goffridus Vindocin. l. 1. Ep. 12. Grisiam Pelliciam, atque varias vestes obtuli patri meo, &c. Chronicon S. Trudonis lib. 7. Pellefque & Pellicias tam varias, quam grisias, &c. Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Or ferai-je s'il prennent ma Pelice,
Il est frivort, si est froide la bise.

Le Roman d'Aubery MS.

Seneham fust vestuë de nouvel,
D'une Pelice qui fu dou tan's Abel.

¶ PELLICA, Idem quod Pellicia. Charta an. 855. Marca Hispan. col. 788. Donamus de rebus prescriptis... curtinas II. Pellicias VI. & suscinta parata una.

PELLITIA. Chronic. Andrense: 24. paria Pellitiarum, froccorum, & cucullarum. Adde Ordericum Vital. lib. 8. pag. 711. Gaufridum Grossum in Vita S. Bernardi Tironensis cap. 46. &c.

¶ PELITUM, in Charta an. 1299. apud Rymer. tom. 2. pag. 855. Excepto redditu unius Pelitii in eadem civitate.

PELLICEA. Jo. de Janua: Pellicea, quoddam indumentum quod de pellibus fit. Invenitur etiam Pellicia, sed moderni dicunt Pellicea. Ardo in Vita S. Benedicti Anianensis num. 52. Duas scilicet stamineas, & femoralia, Pelliceas quoque, &c. [Codex MS. S. Martialis Lemovic. num. 58. pag. ult. Hoc anno proximo habeant omnes claustrales Monasterii S. Martialis Pelliceas & tunicas, in festo S. Michaelis unusquisque Pelliceam & tunicam, sequenti anno tunicam, & alio subsequenti Pelliceam, & sic deinceps interpolate Pellicea agnina erunt.] Utuntur præterea Synodus Aquisgr. can. 22. Petrus Venerab. lib. 1. Epist. 28. Aimoinus de Vita S. Abbonis Floriac. c. 20. Statuta Ordinis de Sempringham pag. 715. Vitæ Abbatum S. Albani p. 63. Bernardus, Prior Portarum Epist. 3. &c.

PELLICIA, Præstationis species, forte pelliciarum, feu pellicium ad Canonicorum Anianensium usus. Charta an. 1244. ex Tabulario S. Aniani Aurelian. Totum illum redditum annuum tam hibernagii, quam avenæ, quem habuerant ad ostium granarii B. Aniani Aureliani, qui vulgariter dicitur Taxamentum, & Pelliciam quam habuerant in territorio dictæ Ecclesie super homines ipsius territorii, confessi sunt se vendidisse, &c. Charta alia an. 1344. ibid. Accorué est que les Doyen & Chapitres se départent de toutes prestations, charges, services ou servitudes, à savoir de tailles, mortailles, formariages, ou deniers de Pelices, &c.

PELLICEUM. Cæsarius lib. 6. cap. 5. Cum ad prunas sederet, nec Pelliceum secundum consuetudinem levaret, &c. Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 1. Cum uni reverendo quidem... Pelliceum traderet, &c. Pelliceum vestimentum, apud Odonem Cluniac. lib. 2. Vitæ S. Geraldii cap. 3.

PELLICIUM, in Decretis Calomani Regis Hungar. lib. 1. [Ordinat. S. Ludovici Franc. Reg. ann. 1254. tom. 1. Ordinat. p. 74. Expellantur autem publice meretrices, tam de campis quam de villis, & factis monitionibus seu profectioibus, bona earum per locorum iudices capiantur, vel eorum auctoritate à quolibet occupentur, etiam usque ad tunicam vel ad Pellicium; quæ ultima verba in versione Gallica sic redduntur: Et si soient depouiltez jusqu'à la cote, ou au Pelicon. Occurrit præterea apud S. Wilhelmum in Constit. Hirsaug. lib. 2. cap. 37. & Marten. tom. 4. Anecd. col. 249. Unum parvum Pellicium, quod Gallice dicitur Pellicon, furtive cepisset, in Regesto 82. Chartophyl. reg. Ch. 573. an. 1356. Pellicium varium, in Tabul. S. Sergii Andegav.]

PELLICIUM CHORALE. Concilium Colonienfe an. 1260. can. 9. Ne Canonici Ecclesiarum in solennitatibus & stationibus sine choralibus Pellicio, vel veste Canonicali sub superpellicio incedant in Ecclesiis conventualibus & in choro.

PELLICIO, Bocacio Pellicione: nostris, Pellicon. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 13.

Rex sibi mastrucas post escam maxime pulchras
Donavit, florent quoque Pelliciones.

S. Franciscus in Regula Tertiariorum cap. 3. Circa humilitatem vero panni, & Pellitiones sororum ipsarum, juxta conditionem cujuslibet earumdem, ac loci consuetudinem, poterit dispensari. [Computus ab an. 1333. ad an. 1336. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 282. Item, pro infoderanda roba Dom. Andrea filii Domini, & factura unius Pellicionis pro eodem, gross. III. Recipiens... unum Pellicionem varium, in Charta an. 1080. ex Tabul. S. Albini Andegav.] Le Roman de Parise la Duchesse MS.

Le matin te donrai un hermin Pelicon,
Unes chaucés de pailles, solers pains à Lyon.

Hugo de Villanova vetus Poëta MS.

N'en vol prendre cheval, ne la mule feltrée,
Pelicon, vair, ne gris, mantel, chape fourrée.

[Le Roman de la guerre de Troyes MS.

Lermes li moillent li menton,
Et les gollées dou Pillicon.]

Plicon, in Charta an. 1282. in Histor. S. Mariæ Sueffion. p. 467. In Computo Stephani de la Fontaine Argentarii Regii ann. 1350. Un Pellicon de menu vair à grosse seuraille. Alibi: Un Pellicon de menu vair à manches. In Computo anni 1351. 18. aunes de fine toile de Morigny pour couvrir le poil des Pellicons du Roy & de nos joenes Seigneurs ses enfans. Alibi: Pour son Pellicon de menu vair à parer, 200. ventres, & pour son Pellicon de menu vair à grosse seuraille mis entre 2. toilles, 160. ventres, & pour manches 40. ventres. Computum ejusdem pro an. 1351. Pour 6. pieces de cendaux vermeux en graine, tant pour couvrir Plicons, comme pour estoffer robes pour le Roy, &c. Pour 2. fourrures de menu vair, tenans chacun XIII^{xx}. à faire deux Plicons couvers de cendal sur le cuir, & devers le poil de toile pour ledit Seigneur au terme de Toussaints, &c. Pour une fourrure de bieure à faire un Plicon couvert de cendal sur le cuir, & devers le poil de toile pour ledit Seigneur, &c. Pour une fourrure de gris à faire un autre Plicon pour ledit Seigneur, & pour 50. ventres de menu ver à faire manches audit Plicon.

¶ PELLICIA, Pellicula. Charta an. 1036. in Charitul. S. Vedasti V. p. 243. Penna agnina vel Pellicia, 1. den. Epistola Johanni presbytero seu Regi Abifinorum falso adscripta ad calcem MS. Cod. Corbeiensis: Isti vermes non possunt vivere nisi in igne & faciunt Pelliciam quandam circa se sicut alii vermes

qui faciunt sericuta. Hæc pellicula à dominabus palatii nostri studiose operatur.

¶ PELLICEOLI, diminut. à Pellicia. Ordinatio Humberti II. Dalph. an. 1348. to. 2. Hist. Dalphin. p. 578. col. 2. Pellicea & Pelliceoli novi de triennio in triennium . . . Quod tunicas & scapularia, . . . & Conversorum caputia, sotulares, pelliceas & Pelliceolos de novo recipient, veteres & ultimo ipsi datos ex integro pauperibus J. C. . . erogare teneantur.

¶ PELLICERIA, Pellicia aptata, præparata. Extractum computi an. 1339. to. 1. Hist. Dalphin. p. 98. Qualibet bestia onerata telis, pannis cujuscumque maneria sint, . . . mercimoniis, pellibus aptatis, Pelliceria aptata, lanalavata, canabobatuto, & similibus debet pro pedagio duodecim denarios. Vide infra Pellizaria.

PELLICIARIUS, Gall. Pellicier, Pelliciarum venditor. [Charta Willelmi domini Montispessul. an. 1103. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 727. Et totam estare Cairhberti Pelliciarum, quod est juxta estare Walcherii. Et estare Petri Pelliciarum, &c. Tabular. Casæ-Dei sæc. 12. Ebrardus Pelliciarus & filii ejus dederunt dimidiam appendariam de feve. Occurrit præterea in Chron. Parmensi ad annum 1291. &] apud Willelmum Gemetic. lib. 7. cap. 18. Glossæ vett. Pellarius, Πελλεράρης.

PELLICIUS, Gloriosus, Ugutioni. Cujusmodi forte est, qui pelliciis in vestibus utitur.

¶ PELLICULA, Idem quod Pellicia. Guidonis Discipl. Farfensis cap. 16. Frater in sua cuculla, vel in alia veste, quæ super cucullam induitur, potest mutare sua vestimenta, similiterque in cuculla & Pellicula, in sola cuculla non debet facere.

¶ PELLICULUM, Eadem notione, ibidem: Hebdomadarius coquina potest ministrare cum Pelliculo sine manicis, vel cum manicis si desuper induerit brabile.

¶ PELLICULARE, Περαλλωσαι. Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerm. Id est pellibus obturare.

¶ PELLICZONES, Pelliciones, quibus utuntur Canonici, nostris Pelissons. Charta an. 1307. to. 2. Hist. Dalphin. p. 134. Item Ecclesie B. Mariae seu procuratori aut correario dictæ ecclesie triginta solidos pro officio Pelliczonum. Vide Pellizona.

¶ PELLIFEX, Idem qui Pelliparius. Charta Archembaldi Borbonii: Quisque Pellifex dabit duos denarios. Chartular. Sand-Hippolyt. art. 9. apud R. Duellium lib. 2. Miscell. p. 451. Item petimus ut servitori nostro Friderico Pellifici restituat beneficium suum. Statuta Ord. Cisterc. an. 1195. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1284. Nec tales habeantur in officina textorum, sutorum vel Pellificum, qui minus quam duodecim annos habeant. Occurrit rursus in Actis S. Erconwaldi Episc. num. 19. & in Mirac. S. Stanislai to. 1. Maii p. 790.

¶ PELLIGER. Vide Pelliti.

¶ PELLIGRINASIUM, Peregrinatio, Italis Pellegrinaggio, Gall. Pelerinage, occurrit ex Lectionibus S. Alexandri ex Cod. MS. Florent. ut testantur Bollandistæ to. 1. Junii p. 750.

¶ PELLIONARIUS, Idem qui Pelliparius. Vetus Inscriptio apud Sponium Antiquit. erud. pag. 65. Procurator coll. Pellionarior.

PELLIPARI, Qui pelles parant, præparant, vendunt; Latinis, Pelliones. Glossæ Gr. Lat. Δερμαλοπάλης, Pellio. Δερματράφος, Pellio, sutor. Aliæ Glossæ: Δερματρυγές. Rursum: Pellio, βυρσεύς, ὁ βυρσοτράφος, f. περσαλοτράφος. Ugutio in Gloss. Pelliparius, qui parat, id est, præparat pelles. In Gloss. Lat. Gall. Peletier, Coréeur. Consuetudines Monasterii Regulæ: Omnes Pelliparii debent Priori bonam pelliciam uno quoque an-

no in Ramis palmarum. Iter Camerarii Scotici c. 23. Pelliparii, seu pelliones. . . Pelliones debent accusari quod faciunt chirothecas, & res alias prius quam pelles. . . . Corruptum pelles sive coria in aquis. Monachus Autisiod. p. 110. Agricola, sutor, Pelliparius, carpentarius, &c. [Enumeratio jurium Com. Biterr. in civitate Albiensi an. 1252. A singulis Pellipariis unam folraturam pellium, &c. Charta an. 1288. inter Anecd. W. Wyrcester libr. nig. Scaccarii pag. 528. Charta Walteri abbatis de 1111^{or} libris annuatim percipiendis de domibus Pellipariorum in nundinis Westmonasterii. Statuta Arelat. MSS. art. 29. Omnes Pelliparii totius Arelatis . . . & eorum scolares jurent singulis annis, quod &c. Occurrit præterea in Cod. MS. redituum Episcopat. Autiss. an. circ. 1290. & in Computo an. 1333. to. 2. Hist. Dalphin. p. 273. & 274.] Vicus Pellipariorum, Hierosolymis, apud Will. Tyrium lib. 14. cap. 18. Adde Bromptonum pag. 910. & Roverium in Reomao p. 288. Fratres Pelliparii, in Monasteriis, quibus pellicearum Monasticarum cura incumberebat in Statutis Ordinis de Sempringham p. 715. Frustra igitur viri docti ad Acta S. Willelmi pueri Martyris, Pellitarius, pro Pelliparius restituunt.

¶ PELLIPERIUS, in Charta 13. sæculi ex Schedis D. le Fournier: Item quod sartores, . . . sabaterii, Pelliperii & alii artista, &c.

¶ PELIPARIUS. Tabular. Calense pag. 338. Thomasius aurifaber, Garnerus Peliparius, Symonetus charronus, &c.

¶ PELIPERIUS. Litteræ patentes Caroli V. Regis Franc. an. 1367. de forma vestium: Item, quod nullus Peliperius, sabaterius, sartor, &c.

¶ PELLIPARIA, Ars pelles præparandi; item, Officina ubi præparantur, Gallice Pelleterie. Statuta Avenion. MSS. Statuimus quod curia eligat duos viros legales de draperiis, . . . & alios duos in Pelliparia, & alios duos de sabbateriis qui questiones qui orientur inter ipsos possint quilibet in arte & professione sua componere. Charta an. 1223. in Chartul. S. Vandreg. to. 1. pag. 727. Dedi & concessi in puram eleemosinam . . . unam acram prati quæ est in alneto de Goville juxta pratum Pellipariarum. Peliparia, in Statutis Astens. Collat. 4. cap. 12. fol. 17. v^o.

PELLIPARIA CRUDA & non cruda, sive parata, in Charta Philippi Pulcri Regis an. 1304. in Regesto 12. Chartophylacii Regii n. 196. [hoc est, Pelles præparatae & non præparatae, ipsa pellium merx. Codex MS. redituum Episcopat. Autiss. an. circ. 1290. Bazenna sic tela, Pelliparia merces, draperia . . . debent pagium veluti aliæ res desuper nominata.]

¶ PELLISSARIUS, Pellio, nostris Pellicier. Acta S. Francisci de Paula to. 1. April. pag. 154. Uxor Guilielmi Chevest, alias le Bourbonnois Pellissarii Turonensis. Vide Pelliciarus in Pellicia.

¶ PELLISSES, à Gall. Pelissons, Pelliciones. Charta an. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. p. 87. Item de grossa bestia onerata amygdalis, alecibus, Pellissibus, chevrotins, & telis, levantur quindecim denarii.

¶ PELLISSIA, Idem quod Pellicia, in Statutis Mas. fil. lib. 2. c. 39. Item de Pellissia domina cum frezio 2. sol. & 6. den. & sine frezio 2. sol.

PELLITI, Gothi dicti, quod pelibus vestirentur: Pelliti populi, S. Hieronymo. Σιουροφόροι, Synesiode Regno pag. 23. Vetus Auctor Vitæ S. Lupicini Abbat. Jurensis: Nonne cernis . . . nutare muriceos Pellito sub judice fasces. Ita Francos nostros pellitos repræsentat Fortunatus lib. 9. Poëm. 5.

Pelligeri veniens Chlodovechi gente potenti.

- Vide Savaronem, Sirmond. ad Sidon. Cluver. lib. 1. Germ. Antiq. cap. 16. & supra *Cagoti*.
- ¶ PELLITUS, pro Pulsus, à verbo *pellere*. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. tom. 3. SS. Junii pag. LXXI. *Oblivione procul Pellita, &c.*
- ¶ PELLIZARIA, ut supra *Pelliceria*. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 151. v°. *Liceat pellizariis Vercellarum Pellizariam suam alibi tenere & vendere. Pilizaria, in lemme hujus capituli. Hinc*
- ¶ PELLIZARIUS, Pellio, qui pelles parat aut vendit. Statuta Placent. l. 4. f. 45. *Ita quod ea de causa consules seu paraticus Pellizariorum seu robarollorum non possint eos . . . compellere ad intrandum in paratico Pellizariorum. Occurrit præterea in Chr. Parmensi apud Murator. to. 9. col. 871. Vide Pellissarius.*
- ¶ PELLIZONA, Vestis pellita. Ordinatio Humberti II. an. 1348. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 578. *Item, statuit quod in dicto monasterio sint tres aut quatuor Conversi, quorum unus sit pelliparius, & alius futorius pro Pellizonis & sotularibus dictarum monialium familia dicti monasterii faciendis. Vide Pellicia.*
- ¶ PELLORICUM, PELLORIUM. Vide *Pilorium*.
- PELLUM, Vestis vocata stola, Papiæ. Forte pro *Pallium*. Vide in hac voce, & supra *Pelliti*.
- ¶ *Pellam* vocem esse genericam qua ornamenta significantur colligere est ex Epist. Cardinalis Sabinenfis de expugnat. urbis CP. an. 1453. tom. 8. Spicileg. Acher. p. 289. *Mox enim in templo eximio & præclaro S. Sophiæ ingressi sunt, & sacratissimas imagines Sanctorum Sanctarumque omnes pedibus conculcarunt, deturparunt & diripuerunt, super quas omne genus vituperii, opprobrii & sorditatis indicarunt. Similia hiis & in sacra Pella, hoc est ornamenta egerunt.*
- ¶ PELLURA. Vide infra *Pelura*.
- ¶ PELLUS SALIS. Vide *Pelia*.
- ¶ PELLUTI. Sic Aquitanos nuncupabant *Cagoti*. Vide in hac voce.
- ¶ PELMA, *Planta pedis ante digitos, qua solum teritur, à Græc. πέλαμα, Solum: Pedion, superior cui adjacent digiti, Laur. in Amalth. ex Lex. med.*
- ¶ PELOPS; *Qui habet uxorem & amicam. Gloss. Isid. Vide ibi Grævium.*
- ¶ PELOSUM, & PILOSUM, Campus gramineus, Gall. *Pelouse*. Charta Domus Templi in Dombis an. 1492. *Juxta iter tendens de Peloso, alias Piloso, &c. Codex censualis Castell. Dombenf. an. 1463. Juxta Pilosa seu broerias, &c.*
1. PELOTA, vel PELLOTA, Monticulus in pede canis, Gallis *Pelote*, Anglis *the ball of the foot*, i. *Pilula*. Charta de Forestis cap. 7. *Talis autem expeditatio (canum) fiat per assisam communiter usitatam, videlicet quod tres ortelli abscondantur, sive Pelota de pede anteriori. [Vide Poleta 1.]*
- ¶ 2. PELOTA, Globus, Gall. *Boule, Pelote*. Charta an. 1319. apud Rymer. to. 3. p. 790. *Lapides ac Pelotes terreas ad hoc aptas, & alia nociva emittunt per balistas & arcus suprascriptos, per vicos & venellas in civitate.*
- ¶ 3. PELOTA, PILOTA, Pila lusoria, quæ ludentium manibus hinc inde comploditur, Gall. *Pelote, balon*. Statutum Capituli Autissiod. 18. April. an. 1396. *Ordinatio de pila faciendâ. Ordinatum fuit quod domini Stephanus de Hamello & magister Johannes Clementeti qui fuerunt novi stagiatores facient Pilotam proxima die Lunæ post Pascha . . . & consensit primum mensem pro dicta pila solvi. Aliud Statutum ejusdem Capit. 19. April. ann. 1412. Fuit ordinatum quod Pilotam fiat minor solito, ita tamen quod non possit comprehendi seu apprehendi una sola manu hominis. At ne ejusmodi ludus ecclesiæ ceremoniis extraneus*

- omnino videretur, sacra profanis miscentes, inter ludendum Profam *Victimam Paschali, &c.* decantabant, & ad ejus modulos retorquebatur pila. Hæc pluribus referuntur in Cod. MS. Autiss. quæ ex Mercurio Gallico mensis Maii an. 1726. hic describemus: *Accepta Pilota à profelyto seu tirone Canonico, Decanus, aut alter pro eo olim gestans in capite almutiam ceterique pariter, aptam diei festo Paschæ profam antiphonabat quæ incipit, Victimæ Paschali laudes: tum leva Pilotam apprehendens, ad profa decantatâ numerosos sonos tripudium agebat, ceteris manibus prehensis choream circa dadalum ducentibus, dum interim per alternas vices Pilota singulis aut pluribus ex choribaudis à Decano ferti in speciem tradebatur aut jaciebatur. Lusus erat & organi ad choream numeros. Profæ ac saltatione fuitis chorus post choream ad merendam properabat. Nec insolens erat in aliis ecclesiis pilæ ludus, ut testatur Durandus Ration. lib. 6. c. 16. Verum quod Autissiodori in ecclesia agebatur, detentius Viennæ Allobrogum in palatio Archiepiscopali fiebat: cujus ceremoniæ meminit Codex MS. ejusdem Ecclesiæ 500. annorum in Rubricis diei Lunæ post Pascha his verbis: *Ad Vesperas dum signa pulsantur, totus Conventus conveniat in domo Archiepiscopi; ibi debentur mensæ apponi, & ministri Archiepiscopi debent apponere pigmentum cum aliis, & postea vinum. Postea Archiepiscopus jactet Pelotam. In* margine ejusdem Codicis recentiori manu annotatum legitur: *Et est sciendum quod Mistralis debet providere de Pelota, & debet eam jactare domino Archiepiscopo absente. Et quidem hæc erat Domini seu ejus Locum-tenentis prærogativa, ut pilam propellendam ludentibus projiceret. Vide Mellat.**
- ¶ Diu obtinuit ejusmodi ludus, præsertim inter Clericos Autissiodorenses quos huic retinendo pertinaciores fuisse observatur in Mercurio Gallico mensis Martii an. 1727. Sed hæc tandem amandavit purior ætas, cui auctoritatem præbuit Arestum Parlamenti 7. Junii ann. 1538. Nec tamen, re ipsa abolita, penitus nomen interiit; à Canonicis enim recens receptis etiamnum præstatio pecuniaria exhibetur sub nomine *Pilota*. Ut cumque ludum *Pelota* describit le Roman d' *Athis* MS.
- Li preudome & li bacheler
Alerent les jeux resgarder
De Pelotte & de ploumées
Dont se donnoient grans colées . . .
Chascune aloit à la fenestre
Veoir le jeu de la palestre.*
- Ibidem:
- Font la Pelote tressaillir,
Puis en commencent à courir
Tout coste à coste sans trespas,
Que l'un fessist l'autre d'un pas;
Tels les suivent de leur pouvoir,
Qui faillirent à leur espoir.*
- ¶ PILLOTA, Eadem notione, in Statutis Montis Regal. fol. 178. *Item statutum est quod aliquis non ludat . . . præterquam ad scacos, & tabulas, & Pillotam.*
- ¶ PELS. Vide *Peterius*.
- ¶ PELTEOLUS, Tintinnabulum orbiculare, Gall. *Grelot*. Vita S. Humilitatis tom. 5. Maii p. 207. *Die quadam mustella quadam cum Pelteolo ad collum in cellam introivit, . . . super fenestram ascendit . . . sonalium ibi deposuit.*
- ¶ PELTIS, vel PELTYS, Pellis depilata, Aleman. *Peltz*, Sax. *Fæltz*, Angl. *Pelt*. Concil. Trevir. an. 1310. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 254. *Interdicimus ne quis eorum cum calice ligneo vel vitreo, vel stanneo, vel plumbeo, vel de Pelte, vel de auri-*

calco, vel de electro, infra nostram provinciam ulterius celebrare presumat. Computus ann. 1425. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 572. *De tribus solidis 1. den. ob. receptis de xv. Peltys bidentum de stauro necatarum in hospitio inter predictam tonsuram & finem S. Michaelis.*

¶ PELVIS, Mensura aridorum. Charta an. 1207. in Tabular. Gemetic. *Equus ejus & pallefridus tam suus quam uxoris aut militis ejus tres Pelves avena habebunt.* Tabular. Glaston. *Homines de Dukelechurch debent habere unum baconem de tribus solidis, & duos caseos, & duas Pelves plenas salis, & duas summas de ligno.*

¶ PELVIS AD BAPTISMUM. Anastasius in S. Silvestro PP. *Pelvim ex argento ad baptismum, pensantem libras viginti.* Hydriam, qua continebatur aqua benedicta ad baptismum interpretantur viri docti.

¶ PELUM, Castellum. Vide *Pela* 1.

¶ PELURÆ, Pelles. Fleta lib. 2. cap. 14. *De expensis garderoba, in quibus emptiones pannorum, Pelura, cera, specierum . . . comprehenduntur.* Forte *Pelicia*, ex Gallico *Peluches*.

¶ Nihil emendandum innuit Charta apud Thom. Blount in Nomolex. Anglic. v. *Esquier: Noveritis me obligari Rogeron Marmion filio quondam Philippi Marmion omnibus diebus vite sue in una roba cum Pel-lura de secta Armigerorum meorum annuatim ad festum Nativitatis Domini percipienda.*

1. PENA, Rupis, collis, Hispanis *Penna*. Glossæ antiquæ MSS. *Penis, caput.* Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis an. 781. apud Sandovalium: *Et per illa via que vadit ad Petra Terta, & per Pena de Ceija, & inde per illa strada de Guardia, &c.* Occurrit ibi pluries. Observat Camdenus in Britannia *Pen* summitates montium etiamnum Britannis vocari, vocemque esse veterum Gallorum, unde *Appenninus* mons; &c. Vide *Pinna* 4. & *Penna* 1.

2. PENA TERRÆ, Modus agri, eadem notione qua *Pecia*, ab Armorico *Pen*, Caput, finis, terminus, Gall. *Bout.* Necrolog. Abbatia de Daoulas in dioc. Quimperleg. *Pro quo habemus . . . unam Penam terra juxta domum.* Vide *Pendallet*.

3. PENA, Idem, ni fallor, quod *Pellicia*. Testamentum Sancii I. Reg. Portugalliaæ æræ 1217. apud Brandaon. tom. 3. p. 260. *Habeat & meas cinctas, & meas scarlatas, & Penas varias, arençanes & lencios.* Vide *Pannus* 2.

4. PENA, f. Idem quod *Pecia*, vel mensuræ species. Chartular. Latiniac. *Mercatores Remenses qui vendunt telas & tapina, debent in nudinis pro qualibet archa que fuerit aperta cotidie unum denarium. Et post finitum pagamentum debent de qualibet Pena tantum quantum illi qui emunt.*

5. PENA, Alia notione, in eodem Chartular. ex Charta an. 1265. *Quietaverunt . . . quidquid juris habent & habere possunt quoquo jure seu quacumque ratione in quadam pecia terra arabilis . . . sita . . . supra rectam viam, que Pena vulgariter nuncupatur.*

¶ PENALDUS, PENALLIS, Gall. *Penaul*, Mensuræ species, eadem quæ *Bichetus*; in Barenfi tractu ponderis 100. lib. ut vult de *Lauriere* in Gloss. Jur. Gall. Charta Officialis Lingon. an. 1291. *Confite-tur se teneri ex causa mutui religiosi viri magistro & fratribus Grosse sylve in centum & decem solidos Turo-nenses & in uno modio & tresdecim Penallibus frumenti mensure Fontis-verne.* Litteræ Philippi Dom. Join-villæ ad Ararim ann. 1354. inter Ordinat. Reg. Francorum tom. 4. pag. 298. *Encor avons octroyé*

& octroyons, qu'il puissent moorre à touz temps à noz molins de Jonville, pour païant pour Penaul, une escuelle de mousture, tel bles comme serait li Penaulx: & qui moorrai oultre ledit Penaul, li muniers panroit pour un chascun Penaul, plaine ladicte escuelle: & serait ycelle escuelle mesurée en maniere, qu'il en haurait vint & quatre, en un Penaul. Ex his perspicuum est iis saltem locis *Penaldum* longe minoris fuisse ponderis quam in Barenfi tractu; scutella enim parva admodum erat mensura, ut in voce *Escuella* videre est, quarum 24. nusquam pondus 100. lib. efficiant. Sed & utrum alibi tanti fuit ponderis subdubitare licet; cum *bichetus* nullibi ponderosior exstiterit quam apud Lugdunenses, ubi 60. tantum lib. appendit. Vide *Bichetus*.

¶ PENARDUS, Gladii seu pugionis species, Gall. *Poignard*, vulgo *Penard*. Arrestum Parlamenti Paris. an. 1335. tom. 1. Annal. Tolos. inter Instrum. pag. 89. *Confessus fuerat palam & publice se dictum vulnus fecisse cum quodam suo Penardo, quo dicto Aymerio ostenso, inter plures enses ipsum Penardum cognoverat esse suum, & cum eo dictum vulnus intulisse.*

¶ PENARIUS, τανιχος, in Gloss. Lat. Græc.

¶ PENATICUS, Qui res ad victum necessarias vendit, à *Penu*. Vide in hac voce & *Penesticus*. Meisterlinus de Rebus Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 130. *Mandataque dat omni Consulatu, ut foro amplo, ubi erant domuncula, gazæ & tigurina carnisicum, pistorum, Penaticorum, . . . omnino amoverentur.*

¶ PENAX. Codex Croylandiæ sub Joffrido Abbate, apud Spelmannum: *Pulcherrimumque Penacem, per incendium illud tunc perdidimus, & valde sumptuosum de omni genere metalli pro varietate siderum & signorum mirabiliter fabrefactum. Saturnus enim, Jupiter autem aureus, Mars vero ferrugineus, Sol de auricalco, &c.* Ubi *penax*, est pro *pinax*, πινάξ, tabula. Hic autem pro sphaera cœli.

¶ PENCELLUS. Vide *Penones*.

¶ PENCHENERIUS, Pectinum confector, in veteri Catalogo MS. B. M. Deauratæ Tolos. Vide supra *Pectinarium*.

¶ PENCHUN. Tabular. S. Genovefæ Paris. ann. 1187. *Quantum area molendini ipsorum cum utensilibus suis, scilicet gordana & instrumento piscatorio, quod dicitur Penchun, extenditur.*

¶ PENCINA, al. *Pencila*, lacinia, vel stola, in Gloss. Isid. Forte *Penula*. [Nullum dubium, inquit Grævius, quin legendum sit: *Penula*, lacerna, vel stola. Lacernas esse genus pænularum docti ostenderunt. Emendationem Grævii firmat Constantiensis: *Penula*, stola cum clavis, quasi lacerna.]

¶ PENCIONARIUS. Vide *Pensionarius*.

¶ PENDALLET. Acta S. Samsonis MSS. *Samson autem juxta linguæ Britannica idioma locum illum Pendallet nominavit, id est Caput cœcatum; eo quod in eodem loco Regina fuerat cœcata & extincta.*

¶ PENDEARE SUPER FEODUM, Vexilli appositione feodum vassalli ob denegata servitia sibi asserere. Vide *Penones*. Charta Roberti Be-tuniae domini an. 1228. apud Miræum tom. 1. pag. 417. *Et si homines mei ibidem manentes, exercitus meos vel equitaturas non fecerint, sicut debent, vel ad placita mea non venerint; ego pro foresacto tali, sicut homines mei judicaverint, potero Pendear super feodum, quod mei homines tenent de me.*

¶ 1. PENDENS, vox Practicis nota, Lis pendens, causa nondum judicata, *Procés pendant*. Charta Eduardi II. Reg. Angl. an. 1307. apud Rymer. tom. 3. pag. 9. *Salvis etiam nobis cognitionibus . . .*

querelarum . . . in Curia Pendentium, & non determinatarum.

¶ IN PENDENTI ESSE, Incertum esse. D. lib. 5. tit. de Judiciis leg. 35. *Non quemadmodum fidejussoris obligatio in Pendenti potest esse, & vel in futurum concipi, ita iudicium in Pendenti esse potest.*

¶ 2. PENDENS, Clivus, Gall. *Panchant*. Tabular. Calense an. 1262. *Duodecim arpenta & dimidium nemoris vel circiter sita supra villam quæ vocatur Couteron in Pendenti de fossis ejusdem villa.* Le Roman de Vacce MS.

*D'un Pendant forstrent ou il furent,
D'une valée & d'un Pendant
Sourt un conreiz qui vint avant.*

Le Roman de la Rose MS.

*Fors que sans plus en un Pendant,
Si comme ele vient descendant.*

Ubi de aqua decurrente mentio fit.

PENDENTES, nostris *Pendants d'oreille*, *νεμεασητες* Græcis Scriptoribus. Arculfus de Locis sacris: *Ornata virgis ferreis, Pendentes, brachialia, dextrocera, murena, monilia, annuli, &c.*

¶ PENDENTIÆ, Dona quæ ad tumulos Sanctorum suspendebantur. S. Audoenus in Vita S. Eligii to. 5. Spicil. Acher. pag. 289. *Non timuit miser ex Pendentibus aureis, quæ illic pro ornatu sepulchri (S. Eligii) innumeræ dependebant, quadam clancule præsumere.*

PENDERE, Laqueo suspendere, Gall. *Pendre*. Decretio Childeberti Regis cap. 8. *Et si debilior persona fuerit, in loco Pendatur.* Capitulare triplex ann. 808. cap. 2. *Nullus hominem Pendere præsumat, nisi per iudicium. Si vero aliquis sine culpa Penditus fuerit, & ibi moritur, tunc ab eo qui eum absque iudicio Pendidit, proximus parentibus sit compositus.* [Regest. Magn. Dier. Campaniæ fol. 87. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 226. *Diem quam domina de Chassins habebat ad istos dies Trecenses, super eo videlicet quod sibi est imputatum Huardum Baudier injuste justitiasse ac Pependisse, sicut filia dicti justitiarii per multas rationes . . . proposuit ad hunc finem ut corpus dicti justitiarii patris sui à furchis deponatur & in cimiterio sepeliatur.*] Vide Annales Francorum Bertinian. an. 842.

PENDUTUS, in Lege Ripuar. tit. 79. *Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, & legitime superjuratus, iudicio principis Pendutus, vel in quocumque libet patibulo vitam finierit, &c.*

PENDICIUM, Pensitatio, præstatio. Charta Anselmi Archiep. Mediolanensis, in Tabul. Cluniacensi Ch. 136. *Eo scilicet ordine, ut præfata Ecclesia de Calvenzano amodo absque Pendicio & conditione libera, libere Cluniacensi Monasterio deserviat.*

¶ PENDICULUM. Gloss. Gr. Lat. *ἀπειδών*, *Pendiculum*, *ἀπειδώνιον*, *Pendiculus*, *peniculum*. MSS. *Pendiculum*. Cod. Reg. *Penniculus*.

¶ PENDICULARIS, Pendulus. Vita S. Stanislai Episcopi to. 2. Maii p. 260. *Insuper . . . intra ecclesiam S. Francisci in editiori loco fabricata est Pendicularis capella.*

PENDIGO, [Compago, Græcis *πηνγμα*.] Vide *Labandago*.

PENDILATORIUM, in Catholico Armorico, *Pilory*, item *Capitolium*.

PENDIRE, Demonstrare, indicare in jure. Charta an. 1204. in Regesto Comitum Tolosæ Camera Comput. Paris. fol. 105. *Annonuit eos ex parte Comitum per eorum legalitatem & per eorum credentiam, ut bona fide demonstrarent ei & Pendirent, & ei terminarent illas terras & honores, &c.* Infra: *Demon-*

straverunt & Pendiverunt ei unam petiam terra in qua habet unam cartaratum & plus terra, &c. Ibid. *Penditio & demonstratio*, Gallis *Monstrée de terre*. Vide an à *Bandire* vox deducatur, tametsi istius notio vix quadret. [f. *Pendire* per metaplasmum à verbo *Pandere*, unde *Pandire* & *Pendire*: nisi idem sit quod *Pediare*, *Pedificare*. Vide in his vocibus.]

¶ PENDIS, Rusticum ædificium majori appensum, *Appentis*. Testamentum Adelaidis Vicecomit. Narbon. an. 989. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 102. *Sunt mansi IIII. cum curtes & Pendis I. ad ipsa ecclesia, cum torculari, cum hortis, quantum ibidem habeo.* Vide *Appendaria*, & *Penticium*.

¶ PENDITIO. Vide *Pendire*.

¶ PENDITORIUM, Pertica, ad quam appenduntur panni desiccandi. Locus est in *Pannipus*.

PENDO, Vexillum, Gall. *Penon*. Coronatio Alfonsi Regis Portugalliæ apud Brandaon. lib. 10. c. 13. *Nobiles si fugerint de lide . . . si non liberaverint regem, aut filium ejus, aut Pendonem pro suo posse in lide, &c.* id est, in lite, seu prælio.

PENDULÆ, Vittæ, quæ à mitra Episcoporum dependent; *ἐνοστια*, apud Durandum lib. 3. Ration. cap. 13. num. 4. *Penduli*, non semel in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 313.

¶ PENDULIUM, Pœna patibuli, suspendium. Acta S. Hoarvei MSS. *Vir Dei, ut erat pietate plenus, nihil aliud voluit recipere, nisi neci obnoxios à surtifero Pendulio liberare.*

¶ PENDULUM, Pars molendini. Charta an. 1165. apud Hemeræum in Augusta Viromand. *Concessi domui infirmorum sancti Quintini molendinum de Rovereio, cum raëria & Pendulo, perpetuo tenendum.*

¶ PENDUTUS. Vide *Pendere*.

PENELLUM, Rete quo cuniculi comprehenduntur, Gallis *Penneau*, vel *panneau*. Charta Willel. Comitum Pontivi an. 1203. in Tabulario Abbatia S. Judoci: *Comes Monasteroli & Pontivi debet habere leporem ac Penellum infra guarennam, quæ est, &c.* Alia Matth. Comitum an. 1248. in eodem Tabul. *Damus & concedimus in puram eleemosynam Ecclesie S. Judoci supra mare leporem & Penellum quæ habebamus in domis (dunis) quæ sunt infra garennam quæ est inter prata de Trepie & mare, &c.* *Penneau* vero aliud sonat in Regesto Peagiorum Paris. *Si bacon viennent en Penneaux engresse, li 4. Penneau doivent un denier de tonlieu. L'en appelle Penneaux engresse, ficbe de bacon sans os.*

¶ Cistæ species esse videtur, ut & *Pennel* in Statuto Caroli Ducis Norman. an. 1363. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 729. *De chascun cheval, jument, asne, mulet, & broete chargés ou vis, sens selle & sens fraude, à bas ou Pennel, &c.*

¶ PENENSIS DENARIUS. Henrici Berntenii Chron. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. p. 444. *Status autem monasterii (Marienrodensis) in temporalibus, in quo ipsum reliquit, hic est: debita ad manus 58. talenta Penensium denariorum. Pensio ad vitam 24. marc.*

PENESTICUS. Wichbild Magdeburg. art. 44. *Qui Penestici & revenditores vocantur, si in aliquo demeruerint, vel excesserint contra statuta civitatis . . . in esculentis falsificandis, &c.* Vox, ut videtur, deducta à *Penu*. [Vide *Penaticus*.]

¶ PENETA. Vide *Pineta*.

¶ PENETRATIVUM VULNUS, Altum, profundum, Gall. *Blessure profonde*. Vide *Dorgingha*.

¶ PENIA. Vita SS. Voti & Felicis to. 7. Maii pag. 64. *Et inde vadit contrario de caulo, quemadmodum dividit illa Penia S. Cypriani in Suso, & quomodo vadit via*

- via qua exit de Spina-Alba. Idem est quod Pena 1.
- ¶ PENICELLUS. Vide in Penmones.
- ¶ PENICIUS, f. Ramusculus. Statuta Montis Regal. fol. 231. Quoniam multa querela sunt de castaneis & aliis fructibus cadentibus super terra consortis & damnis qua in eis inferuntur propter castaneas & alias arbores, tam propter frondes, Penicios & ligna cadentia in eis, &c. Vide Pennula 2.
- ¶ PENICULAMENTUM, Corrigia. Translatio S. Antonini to. 1. Maii pag. 768. Demum dictum sanctum corpus caligis & filaticcio, ut dicunt, albo & sandalibus ex ermisino rubeo ac calceamentis ex raso rubeo confectis, cum Peniculamentis aureis & sericeis ornatis more Archiepiscoporum calceatus extitit. Arnobio Peniculamentum est cauda. Gloss. Lat. Gr. Peniculamentum, κροσσολον.
- ¶ PENICUM, f. Proprium. Charta Abbatis & Conventus S. Johan. Morinensis an. 1237. in Tabular. Corb. Impignoravit nobis... tertiam partem suam tertia partis de decima de Westoure & aliam sextam partem suam tertia partis de Penico decima de Wauumes, quam decimam dictus Richouardus tenet ad censam de ecclesia Corbeiensi.
- ¶ PENIGELDUM, Denarii pensitatio ex quavis Consuetudine pro facultate aliqua vel privilegio habendo, ut in foresta, aut alibi: ex Saxon. Pený, denarius, & ȝeld, pensitatio. Monasticum Anglic. to. 1. pag. 372. Sint quieti de... omnibus geldis, fengeldis, horngeldis, forgeldis, Penigeldis, &c. Adde to. 2. pag. 812. 827.
- ¶ PENINGUS. Vide Penningus.
- ¶ PENITA, Aula regia. Gloss. Isid. Grævius ex Constantiensi: Penita, secreta, penitralia, interiora regia loca, vel secreta & abdita oracula. Translatio SS. Sebast. & Greg. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 392. Illis itaque susurrionibus foras inspectis (sic) nostrates tantum cum Johanne Episcopo & Ingoaldo abbate intra Penita semet receperunt, & obseratis januis ad bustum constanter accesserunt.
- ¶ PENITEMEN, Pœnitentia. Charta Eadgari Regis an. 964. apud Hiccesium in Grammat. Anglo-Sax. pag. 139. Hoc ni digno prius dempserit Penitemine, se sentiat, &c.
- ¶ PENITENCELLIUS, Penitenciarum, Penitenciatum. Vide in Pœnitentes.
- ¶ PENITI, PENITITIUM. Acta S. Goluenni MSS. S. Goluennus elegit sibi locum juxta littus... aptissimum contemplationi divina, adificavitque ibi domunculam quadrangulam in formam oratorii, qua lingua Britonum Peniti dicitur, hoc est, pœnitentia vel pœnitentis domus... Sanctus igitur Goluennus intra septa Penititii sui se inclusit. Acta S. Goëznovei MSS. B. Goëznoveus... adificavit oratorium in quodam nemore juxta rivulum quemdam in loco... quatuor millibus passuum à civitate Ocismorum distante, quod oratorium hodie dicitur Penititium S. Goëznovei.
- ¶ PENKYNIT, vox Wallica in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 5.
- ¶ 1. PENNA, vox Hispanica, Rupis, collis. Moretus in Antiquit. Navarræ pag. 45. Propter quod populetis sursum in illa Penna, &c. Ibidem pag. 574. ex Tabul. Millan. Propter animam de Garcia Moza meo caballarizo illas suas casas que sunt super Penna, & sub Penna in barrio quem dicunt de sub Penna ad integrum. Charta Hugonis Abb. Corb. an. 1227. A calceia de Folliaco usque ad Hamelet, & ab Hamelet usque ad Pennam de Vers sicut se habet aqua qua ab eadem Penna descendit usque ad dictam villam de Hamelet. Vide Pena 1.
- ¶ 2. PENNA, Calamus, quo in scribendo utimur, Tom. V.

- cujus usum ad principatum Ludovici Pii revocari posse docet Mabillonius in Supplemento Diplom. pag. 51. Johannes in Vita S. Odonis lib. 1. num. 20. Vidit veluti more scriptoris super auriculam ejus herentem Pennam, & quasi doctoris magisterio productam acuminatam, & in summo fixam. Quam sumens beatus (Gregorius PP.) eamque illi tradens ait: Age ergo securus, & perfice opus tibi indictum. Quem vero composueris librum, non delebitur. Vide Pluma. Pennas quibus sagittæ instruebantur Panons vocat le Roman de la Rose MS.
- Mes moult erent de ces v. floches
Les Panons bien fés & les coches...
Il n'i out riens qui d'or ne fust,
Fors que les Panons & le fust.
3. PENNA, Pellitium. Vide Pannus 2.
- ¶ PENNACULUM, Calamorum theca. Statuta Canon. Regul. art. 66. apud R. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 98.
- Cingula simplicia, tabulas & pecten, acunque,
Fila, stilum, cartas, incaustum, Pennaculumque.
- ¶ PENNARI, Ornari & quasi pennis vestiri. Dracontii Hexaemer. v. 145.
- Pennantur tunc membra globis, animantur, anhelant.
Vide Indicem Weitzii in eundem Dracontium.
- ¶ PENNATIUS IGNIS, Materia ignita tormentis & machinis bellicis in hostes & castella immissa. Chron. Pisanum apud Murator. tom. 6. col. 102. Factum est ut de ingenio Pisanorum ignis Pennatus de castello Christianorum per antennam porrigeretur in castellum, & comburitur.
- ¶ PENNATUS, Genus gladii, ab Ital. Pennato, falx. Statuta Astens. cap. 92. fol. 34. vº. Gladii vetiti sunt isti, spate, Pennati & omnes falzoni.
- ¶ PENNELLUS, Pila ephippii, Gall Pommeau d'une selle; si non mendose scriptum pro Pomellus. Computus an. 1328. Item apud Porsanum pro uno Pennello sella dicti domini Johannis, iv. gross. Alia notione vide in Penmones.
- ¶ PENNENSIS, Qui exercet officium noclerii seu nautæ cum dormit aut vacat; & iste nocte calamitam custodit, in Gloss. Barber. ad Docum. D'Amor. edit. Ubal dini pag. 257. v. 13.
- ¶ PENNESCERE, Pennis vestiri; metaphorice, Vires acquirere, virtutibus augeri. Sallas Malaspinae de Reb. Sicul. lib. 1. cap. 5. Volat audax aquila, que nondum etate plenè cæperat adulta Pennescere, & rapaces ungulas assuefacit ad prædas. Occurrit rursum lib. 3. cap. 17. Paschas. Ratbertus lib. 2. de Fide, &c. cap. 5. Et virtutum Pennescit alis. Utitur etiam Cassidorus lib. 1. Epist. 38. &c.
- ¶ PENNETARIUS, pro Pannetarius. Gencianus de Parisiis D. Regis Franciæ Pennetarius, in Tabulario Calensi pag. 218.
- ¶ PENNINGUS, PENINGUS, Argenteus nummus Anglo-Saxonum, de quo ita Hiccesius Dissert. pag. 109. Tres denarios esterlingos pondere & valore æquabat; quinque Penningi unum scyllum; triginta Penningi unam mancusam seu marcam. Quemadmodum unus Penningus Anglo-Saxonicus tres nostros (Anglos) continebat: sic unus scyllum eorum ex 5. Penningis constans, 15. nostros Penningos complectebatur, unumque scyllum nostrum 5. partem excedebat. Mancusa pariter argentea qua 30. Penningos tales continebat, 90. nostros valebat Penningos seu 3. excusos patriæ nostræ nummos argenteos quos vocamus Hascrowns. Mancusa vero vel marca auri decies valebat mancusam argenti. Penningi dimidium hylflinge, quadrans vero ȝeopðling vocatur. Ita autem Penningus fusus seu percussus erat ut ipse in semisses, &

semiffes in quadrantes facile scindi & dividi possent. Hæc iterum Hiccius.

¶ PENNITUS, Pennatus, quasi alis instructus. Charta Eduardi II. Reg. Angl. an. 1307. apud Rymer. to. 3. pag. 16. *Duo millia & ducentos quarellas Pennitos de cupro.*

¶ PENNIUM. Vide *Pinna* 4.

PENNONES, PENONES, Banna, edicta publica ac regia. Nostris *Pennon* est vexilli species, ut mox observamus. Banna autem appositione vexilli fiebant interdum. Edictum Nunonis Sancii D. Rossilionis an. 1217. pro treuga tenenda: *Item guidatica & Pennonnes, & omnia regalia firmiter observari & custodiri sub hac pace & securitate jubemus, etiam omnes venientes ad curiam nostram, stando, eundo, redeundo cum omnibus rebus eorum, &c.* Petrus I. Rex Aragonum in Constitut. Catalanæ MSS. *Scatica nostra & Pennonnes, atque alia Regalia nostra firmiter observari... jubemus.* Tertia Curia generalis Catalanæ sub Jacobo II. Rege Arag. an. 1311. *Quod nos vel officiales nostri non ponemus nec mittimus Pennonnes, vel porteros, nec alium hominem ratione guidatici in aliquo loco, qui sit infra jurisdictionem castrorum Richorum hominum vel Militum.* Vide *Scatz.*

PENNONES porro vocabant nostri quævis vexilla. Le Roman de *Garin* MS.

L'espié el poing à un Panon porprin.

Alibi:

*Pris ont és poins les rois espiés forbis,
Desuere som li Panon de samit.*

Rursum:

*La veiffiés mil Panons venteler
Et mil bannieres desploier & montrer.*

Chronicon Bertrandi du *Guesclin* MS.

A tant és les Anglois à Penen de sandal.

PENUNCCELLUS, vel PENICELLUS, diminut. ex *Penn*, nostris *Pennonceau*, [Scriptoribus quibusdam Gallicis, *Pignon*, *Pignonciel*:] à *panno* vel *pannuncello* hastæ in vexilli in acutum desinentis speciem, adfixo. Thomas Walsinghamus in Ricardo II. *Vexilla & Penicellos erigentes.* Infra: *Deferens ante eum vexillum, vel Pencellum displicatum de armis S. Georgii.* [Le Roman d' *Athis* MS.

*Et ont chascun recongnissance,
Et Pencel en son sa lance.]*

Fuit autem ejusmodi vexillum proprium eorum Militum, quos *Baccalarios* vocabant: *Banneretis* enim quadratum vexillum competebat. [Le Roman de *Vacce* MS.

*Li Barons ourent gonfanons,
Li Chevaliers ourent Penons.*

Oliverius de la *Marche* lib. 6. cap. 25. ubi de *Baccalario* ad dignitatem *Bannereti* promovendo: *Qu'il vous plaise le faire Banneret, & relever Banniere. Il vous presente son Pennon armoié, suffisamment accompagné de vingt cinq hommes d'armes pour le moins, comme est & doit être l'ancienne coutume. Le Duc luy repondit que bien fut il venu, & que volontiers le feroit. Si baille le roy d'armes un couteau au Duc, & prit le Pennon en ses mains, & le bon Duc sans oter le gantelet de la main senestre, fit un tour autour de sa main de la queüe du Pennon, & de l'autre main coupa ledit Pennon, & demeura quarré, & la banniere faite, le roy d'armes bailla la banniere audit Messire Loys, &c.]*

Id præsertim docet vetus Ceremoniale MS. ubi de Rege expeditionem militarem obeunte: *Après les Pages viennent les trompettes: après les trompettes viennent les Pennonnes des Bacheliers: après les Pennonnes viennent les bannieres des derrains Bannerets deux à deux, &c.* Alio loco ubi describuntur ceremoniæ in Mi-

litum obsequiis: *La quatrième offrande doit estre d'un cheval couvert du trespassé, & sera monté dessus un gentilhomme, ou ami du trespassé, qui portera sa banniere, s'il est Banneret, ou s'il est Bachelier son Penon.* Ita Froissartes fere semper *Pennonnes* seu *Pennuncellos* *Baccalariis* adscribit: 2. vol. cap. 135. *Là estoit Messire Hue le Despensier à Pennon, & là estoit à banniere & à Pennon Messire Hue de Caurelée, & à Pennon sans banniere Messire Guillaume Draçon.* Et cap. 161. *Messire Jean de Jumont son Pennon devant.* Idem scribit 1. vol. cap. 237. *Joannem de Chandos* in Navarrensi expeditione sub se habuisse 1200. *Pennonnes tous parez de ses armes, d'argent à un pel esguisé de gueules, qui estoit chose moult belle à regarder.* Et cap. 241. *Sous le Pennon de S. Georges à la banniere de Messire Jean Chandos estoient les Compagnies, ou bien estoient 1200. Pannonceaux.* Ex quibus fatis colligitur *pannonnes* & *pannoncellos*, eadem notione usurpari. Le Roman de *Guarin*:

*Là veiffiés tant Panoncel fermer,
Tante banniere sus haucier & lever.*

Guill. *Guiart* an. 1304.

*Pannonceaux par leurs flots ventelem,
Et mainte banniere isabelle.*

Et an. 1306.

*En autres plusieurs manieres
Bruient Pannonceaux & bannieres.*

Adde eundem Froissartem 2. vol. c. 51. 4. vol. cap. 18.

Interdum etiam *Scutiferis Pennoncellos* deferre jus erat, quod ex Froissarte licet colligere 4. vol. cap. 21. *Et cheurent d'avanture sur le Pennon d'un gentilhomme Escuier, & pour lors bon homme d'armes, qui se nommoit Affrenal.* Ita vero *Baccalariis* & *Scutiferis pennonnes* seu *pennoncellos* in militaribus expeditionibus deferre jus erat, si vassallos complures haberent, qui eorum signa ac vexilla subsequi tenerentur: seu quod nondum *Banneriam*, uti tum loquebantur, per ætatem erexissent: seu quod eum vassallorum numerum non haberent, qui ad *Bannereti* dignitatem obtinendam requirebatur.

Scribit laudatum Ceremoniale, Regum, Ducum, Marchionum, & Comitum, non vero cæterorum, *Banneretorum*, eam fuisse prærogativam, ut *Banneriam*, & *Pennonem* in bellis ac præliis deferre possent; sed contrarium indicare videtur Froissartes locis supra citatis. [Vide *Bannereti*.]

Erant porro ejusmodi *Pennonnes* Militum armis seu insignibus ornati. Idem Froissartes 4. vol. cap. 18. *Les François avoient bannieres desploïées, & Pennonnes desploïez & armoïez de leurs armes.* Ibid. *Grande beauté estoit à voir les bannieres & les Pennonnes de soie, de cendal, armoïées des armes des Seigneurs ventelans au vent, & reflamboier au soleil.* Rursum 1. vol. cap. 198. *Et mit son Pennon devant luy, qui estoit d'hermines à 2. hamaïdes de gueules.* [Alanus Chartier ad ann. 1448. *Derriere les pages du Roy estoit Havart escuier trenchant, monté sur un grand destrier, qui portoit un Pennon de veloux azuré, à quatre Fleurs de lis d'or de broderie, brodées de grosses perles.* Hist. Johannis IV. ab ann. 1341. ad ann. 1381. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 698.

*Lors vint il descendre en Bretagne,
Et fit desploier son enseigne,
Et porta pour l'amour de s'amie,
De blanc, de noir robe partie.
C'estoit livrée convenable
A ses armes sans nulle fable.*

Guill. *Guiart* an. 1304.

Es Pannonceaux & ès bannieres,

*Dent le vent tient maintes enverfes,
Reluisent les couleurs diverses,
Comme or, azur, argent & sable.]*

Interdum & Pennones insigniebantur sacra aliqua imagine, vel alterius cuiusvis effigie. Lobinellus to. 2. Hist. Britan. pag. 885. *Ferebatur unum parvum Peroncellum in quo depingebatur ymago cuiusdam pastorelle.* Villharduinus lib. 4. Hist. *Quand le tyran Murzuse fut deconstit, l'estendart royal fut pris avec une Banniere, qu'il faisoit porter devant luy, en laquelle estoit representée une image de Nostre Dame, qu'il avoit en grand respect. Quod quidem ex aliis bene multis Instrumentis constat.*

Pennoncellos etiam vocabant hastarum infulas, quas Græci recentiores *Flammula*. Chronicon Flandriæ cap. 15. *Une bataille de ses gens à cheval, qui tous portoient Pennonceaux à leurs glaives.* Et c. 113. *Portoit celui Chevalier en sa main une glaive d'un pignon (Pennon) d'or à un bouel de sable.* [Perceval apud Borellum:

*Et Gauvain par le Penoncel
Print la lance au verd lioncel.*

Idem:

*Puis li baillent sans demourance,
Et le Penoncel & la lance.]*

Neque obscura videtur vocis origo; à *Pannus* quippe *Pannones* dixerunt, quod ex pannorum segmentis, Gall. *Pan*, fierent ejusmodi vexilla. Vide *Pannus* 1. Le Roman d'Alexandre:

Les flans il li essuie des Paus de son cendal.

PENNONUS & PENONUS. Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 358. *Pennonum regium in signum protectionis ac salva-guardia nec non jure superioritatis apposuisset ibidem . . . & Pennonum regium vituperose inde amovit.* Charta an. 1351. in Tabular. Massil. *Contra quemdam qui cum Pennos de armis Massilia falso modo portans, &c.* Occurrit passim apud Scriptores Italicos, quibus vexilla dicuntur *Pennoni*.

PENONSELLUS, in Extracto computi an. 1336. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 306. *Item pro VII. Penoncellis positis de mandato majoris judicis Graisivaudani in turribus & castris dominorum de Campis, &c.*

PENNELLUS, in Chron. Parmensi ad an. 1296. apud Murator. to. 9. col. 834. *Et habuerunt quinque Pennellos & insignia Marchionis Estensis cum tribus aliis banderis magnis.*

PENNUCELLUS. Charta an. 1381. apud Rymer. tom. 7. pag. 317. *Cum vexillis & Pennucellis duplicatis.*

1. PENNULA, diminut. à *Penna*, Calamus. Verus antiqui ex Cod. MS. Corb. quibus Corbeïenses monachis S. Germani Paris. significant societatis suæ officio erga defunctos fratres se satisfecisse:

*Sed quia vestrorum potius resolutio fratrum
Vos conturbat, eis & nos persolvimus ipsi
Quod debeamus, quod & à vobis rogitamus
His fieri quos hic designat Pennula vobis.*

2. PENNULA, Ramusculus. Vita S. Hugonis de Lacerta, apud Marten. tom. 6. Ampliff. Collect. col. 1145. *Huic vero erat adicula tam pauper, tamque angusta, quod ex Pennulis juniperi, aliorumque humilium arbutorum, collo quidem suo delatis, in ipso ostiolo prope limen se focolaret. Vide Penicius.*

PENNUM, *Bis acutum*, in Gloss. Isid. ex edit. Grævii. Vide *Pinna* 4.

PENNUS, pro *Pannus*, in Charta ann. 1362. ex Chartophylacio reg. Regest. 92. num. 155. *Certam quantitatem Pennorum de bruneta bonorum, &c.*

PENOSA HEBDOMADA. Vide in *Hebdomada*,
Tom. V.

PENSA, PENSUM, Pondus, Poids. Chronicon Normannor. an. 869. *Carolus cum Normannis in 4. millium libris argenti ad Pensam eorum paciscitur.* Editum Pistense cap. 13. *Et sine fraude, tam in Pensam quam in purgatione denarios concambient.* Adde. 14. Adhaldardus in Statutis Corbeïensib. lib. 1. cap. 6. *Separat inde primo illos provendarios (panes) qui per Pensas semper aequaliter & habentur & liberantur.* Lib. 2. *Similiter ut ipsi provendarii eadem qualitate & quantitate cibi & potus, sicut ceteri provendarii nostri, sustententur: id est, ut Pensam secundum ceterorum consuetudinem per mensem, similiter panem & potum secundum eorum consuetudinem accipiant.* Miracula S. Gengulfi num. 15. *Cum sui corporis Pensam, & aliis donariis que illuc devoverat, venit. Ubi Bollandistæ Pensam corporis interpretantur tantum frumenti, quantum pendet alicujus corpus; quod oblationis votivæ genus usitatissimum esse in Belgio observant.]*

PENSA, Libra, ut Pondo & Pōndus. Flodoardus lib. 1. Hist. Remensis cap. 20. *Et ut pacem religiosis annuatim locis Ecclesia Remensis administrarent instituit, quibus & Pensam tribuit, . . . cum qua suum quoque persolvunt debitum.* Idem lib. 2. cap. 3. *Victus Pensam pauperibus erogabat.* Charta Geraldii Morinensis Episc. an. 1084. in Chronico Andrensi p. 809. *Comes (Gisnensis) sedem molendini cum stagno apud Gisnes, & Pensam caseorum singulis annis.* Teloneum S. Audomari in Tabul. S. Bertini: *De pensa anguillarum, pensa adipis, pensa caseorum; pensa butiri, pensa cera, pensa filorum, &c.* [Constitutio Ansegisi Abbatis Fontanell. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 639. *De prædicta gregaria caseorum Pensas xxx. per libras LXXII.* Charta Leduini Abbatis S. Vedasti an. 1036. *De Pensa alarum, II. den.*] Occurrit apud Galbertum in Vita Caroli Comit. Flandr. n. 129. in Charta Caroli Calvi apud Mabillonium to. 4. SS. Ord. S. Bened. p. 119. & aliis apud Buzelinum in Gallo-Flandr. pag. 306. 399. in Hist. Guinensi pag. 24. apud Doubletum pag. 740. 793. &c.

Pensa plerisque in locis libra cum quadrante constare solet; alicubi vero longe majoris ponderis existisse colligitur ex Charta an. 1345. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 123. ibi enim duæ *Pisa* butyri sex libras valere dicuntur, & una *Pisa* & dimidia casei 45. solidos.

PENSA AURI; crebro occurrit in Decretis Hungaricis Stephani Regis lib. 2. cap. 13. 16. 43. *Pensa*, nude, in Decretis Ladislai Regis lib. 1. cap. 14. 29. 42. lib. 2. cap. 3. 4. 6. 8. lib. 3. cap. 29. ubi Molnerus ait ita appellari nummum pretii 40. denar. interdum florentin. *Pensa ferri & aqua*, in iisdem Decretis S. Ladislai lib. 1. cap. 28. [*Poise*, eadem notione, in Statutis Scabinor. Maceriarum ad Mosam: *Et de chascune Poise de ser, c'est assavoir de sept cens pesant, XII. den. Paris.* Chartul. Gemmet. tom. 1. pag. 19. *Pour chascune piece de vin, de harenc, Poise de sel . . . den. Tour.*]

PESA DENARIORUM, in Testament. Seniofredi Comit. Barcin. an. 966. Append. Marcæ Hispan. col. 887. *Et ipsos alodes qui fuerunt de Elderico & fratre suo Argemiro reddere illis faciatis; & apprehendere faciatis de illos Pefas decem de dinarios Aufona aut Barcinona aut Gerunda.*

PENSUM PALATII. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum pag. 661. *Auri purissimi decem libras, ac argenti probatissimi pondo viginti ad Pensum nostrum Palatii solvere cogatur.* Ubi Charta Ludovici Pii; apud eundem pag. 736. habet ad pondus nostri PA-

latii. Libertates Regni Majoricæ MSS. *Vicarius, bajulus, vel sagio non possit cognoscere de falsitate Pensi vel mensurarum.* Leo Ost. lib. 1. cap. 57. *Cochlearia argentea 3. Pensa libra unius.* [Codex MS. Irminonis Abbatis Sangerm. fol. 72. *Isti solvunt de ferro Pensa xxxiii. de fulone modios viii.*]

PEISA, Eadem notione. Charta Edw. III. Regis Angl. an. 1343. *Super perceptione 10. librarum, & 8. Peisarum casei, &c.* [Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1410. apud Rymer. to. 8. pag. 634. *De qualibet Peisa butiri, casei, cepi, sive uncti venalium, unum obolum.*] Adde Will. Thorn. p. 2072. [& Statuta Montis Regal. fol. 183.]

PENSIS, Libra. Chron. Bergom. apud Murator. to. 16. col. 906. *Item quod qualibet talea mensualis, quæ posita erat in Bergamo de soldis xxii. impendendis super quolibet Pense salis, &c.* Statuta Pallavic. lib. 2. cap. 61. fol. 123. *Si vero dicta res ponderata, fuerit minoris ponderis uno Pense, &c.* Adde Statuta Riper. cap. 12. fol. 3. &c.

PENSUS, Pondus, in Charta an. 1159. inter Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 574. *Lex vero & Pensus illius moneta sit in potestate bajuli mei, & non in vestram, neque de eo, videlicet de Pensa & lege respondeatis mihi.*

PESA. Fori Morlanenses art. 17. *Statuo etiam quod teneant rectas Pesas & rectas libras & rectas mensuras.* Habetur etiam art. 37. *Pees*, in Foris Beneharn. *Un quintar de biscuyt, & 10. Peses de formatge*, apud Raimundum Montanerium cap. 200.

PISA. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 117. *Caseorum Pisas viginti duas.* [Charta Arnulfi Comit. Flandr. an. 961. to. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 353. *Item in eadem parochia Oojskerka viii. Pise caseorum, & denarii de vitulis, de terra Herradi, Pise caseorum, &c.* Occurrit ibi non semel.] In Charta Theoderici Comitis Flandriæ ann. 1187. in Donat. Belgicis Miræi lib. 2. cap. 65. *Pisa caseorum, & butyri.* In alia Willelmi Atrebatensis Advocati in Probat. Hist. Guinensis pag. 238. *Ad pictantiam Conventus tres Pisas caseorum Flandr. singulis annis, &c.* Occurrit apud Willelm. Thorn. pag. 1777. 1931. 2073. 2074.

PESARE, *Librare*, in Gloss. Arabico Lat. Gall. *Peser.*

PENSA, Tributum quod pro pensis seu ponderibus pensatur, passim in Curiis generalibus Catalaniæ.

PENSATOR, Qui ejusmodi pensus exigit, in Consuetudinibus Barcinonensibus MSS. [*Pensatores panis*, in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 51. recto.]

PENSA, Præstatio seu census annuus. Charta Bodonis an. 1311. apud Ludewig. to. 1. Reliq. MSS. pag. 263. *Homines vero ipsorum in abbatiâ ubilibet commorantes in Liebenwerde Pensam debitam ab antiquo secundum consuetudinem annis singulis solvere non obmittent.*

PENSA, Dimensum diurnum, statuta annona pro quotidiano victu. Translat. S. Guthlaci to. 2. April. pag. 57. *Pensam statutam ad victum fratrum conductores nostri deferre nullo vehiculo possunt.*

PENSA, pro Pensum, in Chron. Modoet. apud Murator. to. 12. col. 1067. *Nihil tibi restat, nisi ut cum puellis ingenio lanarum facias Pensam, cum sis eunuchus.*

PENSA, Suffragium, uti interpretantur Bollandistæ, in Vita S. Petri Cælestini to. 4. Maii pag. 444. *Et Pensa justo libramine damnat degeneres.*

PENSABILITER, in Ufaticis Barcinonensibus MSS. idem quod cap. 2. *Considerata mente; aguet à pensé*, in Consuetud. Namurc. art. 79. vulgo *guet à pens.* Vide *Aquayt.* Hinc

PENSATÆ INSIDIÆ, Consulto ac dedita opera factæ. Instrum. an. 1313. in Tabular. castri Nannet. Jo. advocinus de Dolis armiger, contra Johannem de Rogé militem, Gauffridum de castro Brierii, Radulfum l'Avocat armigeros & alios, in Curia Regis Franciæ conquerebatur, quod isti, post juramentum ab eisdem sibi præstitum, quod eidem malum non facerent, ipsum nihilominus ex insidiis, & quidem Pensatis, proditorie, cum armis prohibitis invaserant. Charta ann. 1313. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. p. 468. *Cum armis prohibitis ac Pensatis insidiis, more hostili ac proditorialiter accesserunt, portasque domus ejusdem fregerunt. Aguet pourpensé*, in Consuet. Norman. c. 75. Vide *Insidia & Pensatio.* Le Roman de Vacce MS.

*Par toute Normandie fist crier & banir,
Qu'il y ait tant hardi qui ost autre assaillir, ...
A gait, à Porpensé, ne homme autre trair.*

PENSARE, Cogitare, Gallis *Penfer.* [Vita S. Gerardis tom. 7. Maii pag. 178. *Et ponens (avis) rostrum ejus auricula exposuit sancta omnia quæ in corde Pensaverat.* Occurrit præterea] apud Gregorium Mag. non semel, Agobardum lib. de Dispensatione cap. 6. Ivonem Carnotensem Episc. 25. 33. 120. 180. 250. in Actis Murensis Monasterii pag. 44. &c.

2. PENSARE, Dispensare, disponere. Canones Hibern. tom. 9. Spicil. Acher. p. 25. *Oportet Principem omnia Pensare per manus ministrorum in usus parochiæ, & subjectorum & pauperum.*

3. PENSARE, Solvere, Gall. *Payer.* Charta an. 1188. apud Spon. tom. 3. Itin. pag. 15. *Ut nullo deinceps tempore à me vel ab alio successorum meorum violentas, sive injustas exactiones Pensare cogantur.*

4. PENSARE EQUUM, à Gall. *Panser*, vel *Pancer*, Procurare, instruere. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. to. 3. SS. Junii pag. xxiii. *Liceat eis habere mancipia adductitia, ad Pensanda seu procuranda animalia supradicta.* Instr. an. 1430. to. 1. Hist. Dalmatin. p. 63. *Iis igitur sic paratis, dictus D. Gubernator voce tubæ proclamari mandavit, quod quilibet suorum armatorum pranderet, & leviter absque stomachi repletione, & de equis suis bene Pensaret, & se incontinenti armaret bene & condecenter.*

5. PENSARE, Ponderare, Gall. *Peser.* Lex Bajwar. c. 11. n. 1. *Fiat tunica plumbea secundum statum ejus, & quod ipsa Pensaverit, auri tantum donet qui eum (Episcopus) occidit.* Anastasius in S. Symmacho PP. *Duodecim Apostolos posuit qui Pensabant libras centum viginti.* Hinc

PENSARE dicitur moneta quæ pondus legitimum habet, in legibus Wisigoth. lib. 7. tit. 6. §. 5. in Addit. 2. Legis Burgund. §. 6. in Capit. ad Legem Salicam cap. 3. §. 11. in Leg. Longob. lib. 3. tit. 28. in Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 32. in Capitul. Caroli C. tit. 28. in Edicto Pistensi cap. 8. 9. in Vita Aldrici Episc. Cenoman. num. 69. &c. quomodo *peser* dicimus. [Charta ann. 2. Childerberti Reg. apud Mabill. to. 3. Analect. pag. 89. *Et dedimus inter nos fidejussores Berhardum Episcopum, & Landolenum Abbatem, & Ganduinum Comitem, per libras quingentas de auro Pensante.*]

PENSATIO, Insidiæ, Gall. *Guet-à-pens.* Chron. Veron. ad an. 1329. apud Murator. tom. 8. col. 647. *Bartholomæus & Zilibertus fratres . . . diffamati & accusati de Pensatione mortis & status contra dominos Albertum & Mastinum de la Scala, capti fuerunt, & in carceribus Communis Verone positi & perpetuo condemnati.* Vide *Pensabiliter.*

PENSATOR. Vide *Pensa.*

PENSILARII, PENSILES ANCILLÆ, Qui &

quæ pensa trahunt. Vide in *Gynaceum* ad lin. Exinde &c.

PENSILIS DOMUS, [Sublimis, edita, vel pontibus inædificata. *Pensile horreum, Pensiles horti.*] Vide *Domus*.

¶ 1. **PENSIO**, Idem quod *Pensa*. Charta Gosvini Episc. Tornac. an. 1210. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 61. *Fratres jam dictæ S. Martini Ecclesiæ v111. Pensiones butiri probati & benevolentis ad pondus castri Brugensis, ab Ecclesia S. Petri Aldeburgensis annuatim sibi solvendas adquisierunt.* Adde *Maillon*. tom. 3. *Annal.* pag. 71. num. 44.

¶ 2. **PENSIO**, Præstatio annua. Gregorius mon. in *Chron.* Farfensi apud *Murator.* to. 2. part. 2. col. 395. *Concessit . . . unum servum manuum, nomine Marcellinum, cum ecclesia S. Mariae ibidem sub annuali Pensione denariorum XII.* Ibidem col. 540. *Concessit . . . in casale Caniano modium 1. ad reddendam Pensionem denarii 1. & medietatem oblationis omnis Natalis Domini.*

¶ **PENSIO**, Locatio, Gall. *Loier*. *Tabul. B. M. Magdalenæ de Castroduno* fol. 48. xxv. *solidi Dunensis moneta de Pensione cujusdam stalli quod idem Guillelmus habebat in bocheria Castridun.* *Memoriale Potestat.* *Regiens.* ad an. 1281. apud *Murator.* tom. 8. col. 1148. *Et stationes dicti palatii novi Communis data fuerunt ad Pensionem pro Comuni merzadris.*

¶ **PENSIO**, Quævis exactio, tributum. Charta *FridERICI Ducis Austriæ* an. 1243. apud *Ludewig.* to. 4. *Reliq. MSS.* p. 228. *Statuentes ut in terris vehendo vino suo vel annona sua nomine telonei sive in aquis, sive in terris, nulla unquam ab eis Pensio exigatur.*

¶ **PENSIO**, Merces, salarium, Gall. *Salaire, honoraire*. *Mandatum Philippi Pulcri* an. 1302. apud *Menefer.* *Hist. Lugd.* pag. 83. col. 2. *Item volumus quod aliquis consiliarius noster de catero recipiat vel habeat Pensionem ab aliqua persona ecclesiastica, vel seculari, nec ab aliqua ecclesia, villa, vel communitate.*

¶ **PENSIO**, à Gall. *Pension*, Certa reddituum beneficii ecclesiastici portio. In *dex MS. Beneficior. Eccles. & dioc. Constant.* fol. 54. *Et solvit Curatus Priori quinquaginta solidos pro Pensione.*

¶ **PENSIO**, à Gall. *Pension*, Certa reddituum beneficii ecclesiastici portio. In *dex MS. Beneficior. Eccles. & dioc. Constant.* fol. 54. *Et solvit Curatus Priori quinquaginta solidos pro Pensione.*

¶ **PENSIONALIS ECCLESIA**, Quæ pensionem solvit. Charta an. 1300. apud *Ludewig.* to. 5. *Reliquiarum MSS.* pag. 261. *Nos proprietatem ejusdem (pensionis) dimidio merce Pensionalis præmemorata ecclesiæ Novioperis, &c.*

¶ **PENSIONARE**, Annuos redditus assignare nomine *Pensionis*. *Testamentum Agnonis de Turre* an. 1382. apud *Baluz.* to. 2. *Hist. Arvern.* p. 718. *Et in casu in quo essent filia ex dicto Ludovico seu ex aliis filiis meis supradictis, volo quod prima maritetur ad & secundum ordinationem amicorum meorum, & alia ponantur in Ordine & Pensionentur competenter.*

¶ **PENSIONARIS**, Qui pensionem seu præstationem annuam debet. Charta ann. 1402. tom. 2. *Rer. Mogunt.* pag. 886. *Nostris & dictæ nostræ præposituræ reddituariis, censuariis, Pensionaribus, arrendatoribus, decimatoribus, colonis incolis & subditis . . . insinuamus, intimamus, &c.*

¶ **PENSIONARIUS**, In beneficiis Principis relatus, Gall. *Pensionnaire*, interdum & *Nobilis fatelles Regis*. *Regeft.* 80. *Chartophyl. reg. Ch.* 529. an. 1350. *Guillelmi de Roello armigeri & advocati quondam Pensionarii carissimi domini & genitoris nostri dum*

vivebat, &c. *Acta S. Francisci de Paula* tom. 1. *Aprilis* p. 150. *Nobilis vir Patricius Loquebourg, de custodia D. N. Regis Francorum & nunc ejus Pensionarius.* *Charta* an. 1465. apud *Miræum* tom. 2. pag. 1348. *Magistri Matbia Grothere oppidi Gandensis Pensionarii &c.* *Litteræ Othonis Ducis Brunsvic.* ad *Elizabeth.* *Regin. Angl.* an. 1591. apud *Rymer.* to. 16. p. 147. *Generosus Comes Frisæ Orientalis Joannes, affinis meus carissimus, qui per aliquot annos R. M. V. cliens & Pensionarius fuit.* Notus est *Hollandiæ Pensionarius*, quo nomine significatur primus hujus Reipublicæ minister.

¶ **PENSIONARIUS**, Cui ex camera seu fisco domini annuus redditus constitutus est: hunc inter servos manumissos referri debere existimo, ut pote qui *libellariis* accensetur. *Charta Ottonis III. Imper.* pro *Monast. Farf.* an. 1001. apud *Murator.* to. 2. part. 2. col. 494. *Sive Latinus nuncius de eodem monasterio fodrum tollat, aut placitum super terram jam dicti Monasterii faciat; aut libellarios aut Pensionarios ad placitum constringere præsumat.* Nisi forte *Pensionarios* interpreteris qui censui sunt obnoxii.

¶ **PENSIONARIUS**, & **PENCIONARIUS**, Licitorum seu servientium testis & stipator, Gall. *Recors*. *Chron. Bonæ Spei* p. 277. *Stephanus quidam Pensionarius cum aliis à Nicolao de la Haye Præposito Binchiensi missus ad instantiam cujusdam civis Binchiensis solutionem sibi debitorum prætendentis, ejus equum in stabulo nostro ligatum solvens, Binchium abduxit in præjudicium nostræ jurisdictionis.* *Hist. MS. S. Cypriani Pictav.* pag. 449. *Vendidi & concessi . . . nonam partem me contingentem in serventia decimæ de Linors quam ego & Pencionarii mei habebamus ab elemosinario.*

¶ 1. **PENSITATIO**, Meditatio. *Acta S. Seniorinæ* to. 3. *April.* pag. 75. *Exacte martyrum acta legebat, in quorum studio & in æternorum Pensitatione cruciatuum diu noctuque percurrerat.*

¶ 2. **PENSITATIO**, ut *Pensio* 2. præstatio annua. *Chron. Modoet.* apud *Murator.* tom. 12. col. 1080. *Cum burgo, & prato, & omni districtu, & Pensitationibus, & cum omnibus possessionibus, ac pertinentiis suis . . . recuperavimus.*

¶ **PENSIVA**, Census, seu præstatio annua, quæ à *Judæis*, ut mercaturam exercere possint, pensitabatur. *Computus* an. 1322. to. 1. *Hist. Dalph.* p. 74. *Pro Pensiva casanæ Lombardorum de Mentio recepit &c.* *Alter ejusd. anni ibid.* *Pro Pensiva Baudani Lombardi recepit, &c.* *Census & Censiva* dicitur in *Computo* an. 1329. *ibid.* p. 92. Vide *Pensus*.

¶ **PENSIUS**, Πενσιος, in *Gloss. Lat. Græc.* *Pensius*, pro pretiosius dixit *Gellius* lib. 12. cap. 5. *Ita prorsus, ut nihil quicquam esset carius Pensiusque nobis, quam nosmetipsi.*

¶ **PENSORES**, Tortores, carnifices. *Vita S. Victoris Massil.* apud *Bosquetum*:
Pugnant Pensores nimios inferre dolores.

PENSUM, **PENSUS**. Vide *Pensa*.

¶ **PENSUS**, Census qui statuto tempore persolvi debet. *Littera Agapiti PP.* an. circ. 955. inter *Instrum.* tom. 6. *novæ Gall. Christ.* col. 104. *Ita sane ut à vobis vestrisque successoribus singulis quibusque indictionibus Pensus nomine rationibus ecclesiasticis decem argenti solidi anno denarios duodecim difficultate postposita persolvatur. . . nullaque præterea ad dandum annuo Pensus à vobis mora proveniat.* Vide *Pensiva*.

PENTAEMTARCHUS, pro *Pentecontarchus*, *Lat. Quinquagenarius*. *Charta ex Tabulario Ecclesiæ Brivatensis* an. 924. num. 17. *Consultu Aklebaldis Præpositi Ecclesiæ S. Juliani martyris, & Cuneberti*

Pentarchi ipsius loci, ceterorumque Canonicoꝝ, &c. Ita enim præfert ipse codex, licet vir doctissimus *Pentarchus* ediderit. Idem porro Cunebertus sub eundem annum 924. ch. 194. *Decanus* dicitur. Vide *Spicilegium Acherianum* tom. 11. pag. 284. [Vide *Pentarchiarochium*.]

¶ **PENTECOMARCHUS**, perperam etiam apud Simeonem Dunelmensem an. 887. *Perturbatus erat frequenter animo contra Principes & Pentecomarchos.*

¶ **PENTALACIA, PENTALAICA**, Columna, sic dicta ab ejus forma. Anastasius in Vita S. Hilari PP. apud Murator. tom. 3. pag. 120. inter varias lectiones: *Ecaton Pentalaias, & concas striatas duas . . . columna mira magnitudinis, qua dicuntur Ecaton, fecit, & Pentalaias & concas castratas duas, &c. Columne ecaton Pentalacias &c.* Nec sanior videtur ipse textus.

¶ **PENTANUMMUS**, inter signa terminorum, apud Agrimensores.

¶ **PENTAPHARMACUM**. Spartianus in *Ælio Vero*: *Nam tetrapharmacum, seu potius Pentapharmacum, quo postea semper Adrianus est usus, ipse (Ælius) dicitur reperisse; hoc est sumen, fasanum, pavonum, pernam crustulatum & aprugnam.* Vide *Penthiacus*.

¶ **PENTAPROTUS**, πενταπρωτος, Quinque primi, quinque summates. Πενταπρωτεια, Quinqueprimatus, magistratus nomen, munus quinque primorum. Cod. lib. 12. tit. 29. *Obsequium remoniariorum vel Pentaprotia.* Cujacius vult; *prototypia.* Hæc Martinus in Lexico.

¶ **PENTAPTOTUS**, πενταπρωτος, Quinque casus habens, scilicet diversos. Isidorus l. 1. c. 6. *Pentaprotota*, quod tantum quinque casibus variantur, ut doctus. Πεντε quinque, πρωτος cadens, casualis. Hæc iterum Martinus.

¶ **PENTARCHIA**. Sicardi Episc. Cremon. Chron. apud Murator. to. 7. col. 530. *Gabinus Scauro succedit. Gentem Judæorum per Pentarchias, id est, quinque conventus divisit.* Vox notissimæ originis.

¶ **PENTARCONTARROCHIUM**, vox à Græco πεντακονταρχιον confarcinata ad indicandum Decani munus in Eccl. Brivatensi. Charta an. 905. to. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 130. *Adierunt serenitatem nostram Eldefredus aula S. Juliani Brivatensis eximius præfectus, & Necharus Pentarcontarrochii administrator non infimus, ceterique Canonici quamplures.* Vide *Pentaemarchus*.

¶ **PENTECOMARCHUS**. Vide *Pentaemarchus*.

¶ **PENTECOSTALIA**, Præstatio quæ à parochianis ad festum Pentecostes Curioni, vel ab inferioribus Ecclesiis matriçi seu Episcopo exolvebatur. Charta Elizabethæ Reg. Angl. an. 1560. apud Rymer. tom. 15. pag. 564. *Cum omnibus & singulis suis commodis, emolumentis, procuracionibus, Pentecostaliis, pensionibus, &c.* Kennettus in *Antiquit. Ambrosden.* pag. 596. *Ut omnes parochiani prædictæ villæ veniant ad suam matrem Ecclesiam de Pyrthon cum elemosynis suis & oblationibus quibuscumque his festivis diebus per annum, scilicet ad Natale, ad Pascha, ad Pentecosten.* Consule Th. Blount in *Nomolex. Anglic.* ad hæc vocem.

PENTECOSTALITER. Breve recordationis an. 1140. in *Tabulario Casauriensi*: *His iia institutis atque perfectis præfati fratres ex intimo viscerum suorum dixerunt, quod si quis nostrum vel eorum qui de gente nostra nascituri sunt, frangere voluerit hæc, aut fregerit, sit anathematizatus & excommunicatus . . . & persolvat mille mancosos purissimi auri, & his persolutis, ista quæ facimus, sicut in isto brevi continentur, & in carta prima donationis perleguntur, Pentecostaliter, &*

in fine permæneant. Ubi forte *pentecostaliter* idem valet ac si res ea per 50. annos possessa fuisset. Nam annorum 50. præscriptio omnem redimendæ possessionis spem tollebat. Charta Friderici Imperat. ann. 1219. apud Ughellum tom. 4. pag. 1503. *Ad hæc regia auctoritate statuimus & ordinamus, ut nulla præscriptio noccat, vel possit objici eidem Ecclesie, nisi 50. annorum curriculum sit munita.* Vide *Canones Hibern.* lib. 35. cap. 7. 8. 10. lib. 41. c. 7. *Leges Wisigoth.* lib. 4. tit. 3. §. 2. 4. *Goffridum Vindocin.* lib. 2. Epist. 30. l. 10. *Cod. de Prædiis Navicular.*

¶ **PENTECOSTE**, Festum adventus Spiritus sancti in Apostolos, quod celebrant Christiani quinquagesimo die post Pascha. Vide *Durandum* lib. 6. cap. 107. & alios passim. Per septem autem dies festum Pentecostes celebrabatur, ut auctor est *Honorius Augustod.* lib. 3. cap. 147. & 149.

¶ **PENTECOSTE**, Intervallum à Dominica Resurrectionis ad festum Pentecostes, Græcis & Latinis scriptoribus passim etiam dicitur. Ordo Romanus: *Tempus autem Pentecostes inchoatur à prima die Resurrectionis, & currit usque ad diem quinquagesimum post Pascha.* S. Hieronymus: *Non quo, & per totum annum, excepta Pentecoste, jejulare non liceat.* S. August. Epist. 86. *Dies illi quinquaginta post Pascha usque ad Pentecosten quibus non jejunatur, &c.* Ita etiam Tertullianus lib. de Corona militis c. 3. de Baptismo cap. 13. &c. Adde *Amalarium* lib. 1. de Eccles. offic. cap. 36. lib. 4. cap. 46. In illo autem 50. dierum intervallo, stantes liturgiæ olim intererant, eo elapso de geniculis adorabant, uti testantur Tertullianus, S. Hieronymus; S. Ambrosius serm. 61. Concilium Aurelianense, Epiphanius serm. Catech. S. Augustinus Epist. 119. cap. 17. S. Columban. in *Pœnitent.* cap. 9. B. Dorotheus Doct. 15. S. Germanus Patr. CP. in *Theoria Mystica*, Ordo Romanus, Isidor. lib. 1. de Eccles. offic. cap. 33. &c. In illo etiam intervallo *Alleluja* in Ecclesia ubique cantatur. S. Augustinus Epist. 119. cap. 17. Vide *Scaligeriana* pag. 261. & *Henricum Valesium* ad *Eusebium* lib. 4. de *Vita Constant.* cap. 64.

¶ **PENTECOSTES MEDIA**, Feria quarta intra octavam Pentecostes. Epist. S. Maximi mart. apud *Sirmondum* in *Collect.* Anastasii pag. 139. *Media Pentecostes heri, quod fuit octava decima mensis dies, qua solemnitas agebatur sancta media Pentecostes.*

¶ **PENTECOSTEN**, indeclinabiliter. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 33. *Similiter fiat in septimana Pascha & Pentecosten.* Occurrit ibi non semel, in *Capitulari* ann. 828. apud *Anselmum Havelsbergensem* Episc. lib. 3. *Dialog.* cap. 14. extremo, & alibi passim.

¶ **PENTEPIROPUS**, Unus è collegio quinque Procuratorum, à Græco πεντεπρωτος. Vita S. Auxentii Archimand. to. 2. Febr. pag. 781. *Conjux quoque alterius cujusdam Penteptropi nomine Cosmia.*

¶ **PENTES MANICÆ**, f. pro *Pendentes*. Litteræ Caroli V. Franc. Reg. ann. 1367. de forma vestium: *Item, quod non audeant portare mochæ vel manicas Pentes latiores trium digitorum vel majoris latitudinis.*

¶ **PENTEUS**. Vide *Typus* 1.

¶ **PENTHE**. Chron. Episc. Mindens. apud *Leibnit.* tom. 2. *Script.* Brunsvic. pag. 193.

*M trecenteno cum nono septuagena,
Minda districtus contèrrent fluminis ictus,
Pentheque pro festo feria quinta memor esto:*

¶ **PENTHIACUS**. Fragmentum *Petronii* p. 30. *Gal.*

lum enim gallinaceum, Penthiacum, & ejusmodi nannias rustici faciunt. [Vide Pentapharmacum.]

PENTICIUM, Appendix ædis, gurgustium, tugioliolum parieti affixum, adjunctum, nostris *Appendis*, [Anglis *Penthouse* vel *Pentise*.] Regula Fratrum domus S. Juliani juxta S. Albanum in Anglia: Similiter inhibemus ne stationes fiant in *Penticio*, quod se extendit in longitudine ante domus fratrum versus viam regiam: neque quisque fratrum teneat ibi parliamentum cum alio fratre: sed si quis fratrum voluerit habere colloquium cum aliquo fratre, transeat ordinate per dictum *Pentitium* unusquisque alter ad alterum pro libito suo sine statione, &c. Thomas Walsinghamus in Ricardo II. p. 259. Intraivit quidam cum gladio & parma *Pentitium* Abbatis, audacter petens centum marcas ab Abbate donari sibi, &c. Infra: In camera Abbatis, in capella, in *Penticio* pro libito deambulabant.

PENTIFARIE, In quinque partes, vox hybrida. Erchembertus, & ex eo Leo Ost. lib. 1. cap. 31. *Pentifarie* regnum Francorum divisum est.

¶ **PENU**, Cella, Gall. *Cellier*; quia in eo penus servantur. Charta ann. 1404. Item constitetur tenere quoddam *Penu* seu *Celier*, cum quodam parvo plastro. Occurrit in Consuetud. Brageriac. art. 122. & 123. Vide *Penus* 1.

¶ **PENUCULA**. Vide *Panucula* 2.

PENULATUS. Joan. Fortescutus de Laudibus Legum Angl. cap. 51. de Justiciario Angl. *Serviens ad legem ipse existens, roba longa ad instar Sacerdotis, cum caputio Penulato circa humeros ejus, & desuper collobio, cum duobus labeliulis . . . vestiebatur.* Infra: Et capicium ejus non alio quam menevero (*Menu-vair*) *Penulatur*, capicium tamen *servientis* pellibus agnitis semper albis implicatur. [Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2210. Priore *Warwici* hiis diebus amictu griseo *Penulato* cum baculo pastorali, &c.] Vox videtur formata à pannus seu nostro *panne*, id est pellis vel pellicium; ita ut *penulatus*, idem sit quod *foderatus*, quasi *pannulatus*.

¶ **PENUNCELLUS**. Vide *Pennonnes*.

PENURIOSUS, Qui penuriam patitur. Utitur Alanus de Insulis in Planctu naturæ pag. 283. 321. ult. edit.

¶ 1. **PENUS**, oris, Idem quod *Penu*. Charta Humberti Dalph. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. pag. 275. *Ecclesia de Romanis sola & in solidum habuit, habere consuevit & habet in singulis cellariis seu Penoribus sitis infra villam de Romanis, à tenentibus cellaria, unum quartale vini semel in anno.* Transactio inter Abbat. & monachos Crassenses ann. 1351. *Quod vinum refectorarius dicti monasterii recipere debet & tenetur in Penore domini abbatis.* Recognit. de Vouta to. 3. fol. 353. *Item super Antonio de Ranco pro vinea & Penore simul contiguas sitis in manso de Blachia confrontante cum Penore Petri Vinhalis . . . Item pro Penore & vinea sitis, &c.* Utitur Columella.

¶ 2. **PENUS**, τιμωρός, *Utor, ultrix*. Gloss. Lat. Gr. MSS. *Punitor, ultor*.

¶ **PENUSA**, βρωτά & πωλά, in iisdem Gloss.

PENY-GAVEL. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind pag. 26. *Tenantur de predictis Abbate & Conventu, & predecessibus suis per fidelitatem & relevium, & per redditum & servitium vocatum Penygavel, videlicet reddendo annuatim eisdem Abbati & Conventui, & eorum successoribus de qualibet Swillinga dictarum 42. Swillingarum in festo S. Martini in hieme decem & novem solidos & 8. denarios, &c.*

PENYPISE, Pondus denariorum, statera, ex Sax.

peny, denarius, & *piye*, ponderatio. Willelmus Thorn an. 1335. *Fabricavit sibi stateram Abbati & Conventui postea dolosam & abominabilem, qua dicitur Penypise, & cum illa triavit 20. sol. in denariis antiquis ponderis maximi, cum quibus aqua lance recipiebat denarios quorumcunque.*

¶ **PEPEDERE**. Gloss. Lat. Græc. *Pepedo, πέρδομαι*.

¶ **PEPERCIO**, Indulgentia, remissio. Tabular. Montis-albani an. 1295. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 549. *Omnibus vero illis qui rogarent quod Deus manuteneret illos qui servarent illam pacem, dedit (Papa) centum dies Pepercionis totiens quotiens die qualibet pro dicta pace servanda precarentur.*

¶ **PEPERERE**. Gloss. Lat. Græcæ: *Pepero, γέννω*.

¶ **PEPERONI**, ut *Perones*, ni fallor, Calceamentorum genus. Vide in *Pero* 1. Statuta Eccl. Carnot. an. 1325. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1365. *Præcipimus sub pœna predicta fratribus & magistris hujusmodi (leprofariarum) quod vestibus indecentibus & Peperonis de cetero non utantur.*

¶ **PEPIGENA**. Vide *Pepigna*.

¶ **PEPIGERE**, f. Præstare, exsequi Concilium Egarense an. 614. inter Hispan. tom. 2. pag. 457. *Et omne quicquid ex castimonia presbyterorum & inferioris clericorum conscriptum fuit, eadem forma etiam de omnibus Episcopis sub tali industria solertiaque omni tempore Pepigendo scrutetur.*

PEPIGNA, Minutæ monetæ species, [eadem videtur quæ *Pictavina*.] Tabular. Albæ-ripæ in dicecesi Lingonensi ann. 1219. *Liberas ab omni censu & servitio, præter 5. denarios censuales una Pepigna minus.*

¶ **PEPIGENA**, Eadem notione. Charta an. 1206. in Tabular. Calensi pag. 190. *Recipiant de cetero . . . quinque Pepigenas super terra sua desuper Riart . . . Item Laurentius quadrigarius (debet) tres denarios & unam Pepigenam de terra sua de bosco.* Charta ann. 1304. in Tabular. Corb. *Vendidit . . . ad opus ejusdem ecclesiæ . . . viginti quatuor denarios & unam Pepigenam annui census seu redditus quos habebat super diversis locis.*

PEPIONES. Vide *Pipiones*.

¶ **PEPLUM**, Pannus lineus, quem moniales gerunt sub mento. Ita Lyndwoodus lib. 3. Provinc. tit. 19. ad hæc verba: *Moniales & cetera mulieres divino cultui dedicata velum vel Peplum sericum non habeant, nec in velo acus argenteas vel aureas audeant deportare.* Erat autem & *peplum* feminei capitis involucrum, quo fauces etiam tegebantur usque ad nasum, ut observat Spelmannus ex Matthæo Paris ad an. 1191. ubi de summo Angliæ Cancellario eodemque Antistite, cultu cincto muliebri: *Tunica viridi sœminea indutus, capam habens ejusdem coloris, Peplum in capite muliebri portans.* Mox: *Dolum suspicantes manus injecerunt in Peplum, quo fauces tegebantur; & summittentes à naso usque deorsum, faciem hominis viderunt nigram & nuper rasam.*

PEPULUM, *Speculum*, in Gloss. Arabico-Lat. Gloss. sæ antiquæ MSS. *Pepulo, palleum, pepulum, spelunca. Pepulum, speculum.*

¶ **PEPUSIANI**, **PEPUZIANI** appellati Montanistæ à Pepuza Phrygiæ pago. Vide Philastrium cap. 49. S. Epiph. hæ. 19. S. August. hæ. 27.

PEQUICHINUS. Vide *Piquechini*.

¶ **PER**, Præpositio variæ significationis apud Scriptores mediæ ævi. Usitatiores annotabimus.

¶ **PER**, Ad. Vitæ Patrum Emerit. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 656. *Accidit ut . . . per confirmandas eorum libertates aliquam particulam pecuniolæ tribueret.*

¶ **PER**, Apud, coram. S. Bernardus Epist. 428. *Ser-*

- vientes Episcopi & quotquot erunt de familia ejus, nunquam justuriabunt se per Comitem.
- ¶ PER, Cum. Charta ann. 1198. tom. 9. Spicil. Acher. p. 525. *Et ut hac charta perpetue stabilitatis robur obtineat, ipsam per chirographum scriptam & divisam sigillis nostris corroborari fecimus.*
- ¶ PER, Pro, sæpius occurrit hac notione. Pactus Leg. Salicæ tit. 19. edit. Eccardi: *Per unumquemque ictum semper ternos solidos solvat.* Rotulus sæc. XII. in Tabular. Casæ Dei: *Dalmacius Dentil arcasium quod habebat in ecclesia S. Pauli, per unam mulam & c. sol. dedit monachis presentibus & futuris.* Chron. Andrense tom. 9. Spicil. Acher. p. 366. *Partem meam wastinia... do sub firma manu Ostellaria ad Andernes... Per tres firtalas avena per singulos annos reddendas.* Acta S. Raynerii tom. 3. Junii pag. 434. *Non Per te desinam hanc precem fundere.* Et alibi passim.
1. PERA, Monachorum propria fuit. Cassianus de Monachis Ægyptiis: *Ultimus est habitus eorum pellis caprina, quæ melotes, vel Pera appellatur, & baculus.* Ita peram & baculum Monachis tribuit Palladius in Hist. Lausiaca c. 83. *Melotem vero Peram apud Cassianum vocari mirum videtur viris eruditis: unde quidam penulam, alii diptheram restituumt. Ego vero vocem appellatur post melotes ponendam existimabam, tamen si ita legisse veteres apud Cassianum, ut ferunt editiones, pro certo sit.* Vide Joann. de Janua in Pera, & Rosweidum ad Paulinum pag. 822. [*Pera, escharpe, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.*]
- Peregrinantium etiam fuit Pera. [Vide in Peregrinatio 3. laudatum Poema de la Rose MS.] Sic enim Christus ministris suis, apud Salvianum lib. 2. ad Eccles. Cathol. *Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris, non Peram in via, neque duas tunicas, &c.* Baldricus in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 10. *Sumpta Pera cum baculo, ad cænobium viri Dei pergere festinavit.* Charta Ademari Vicecomitis Lemovic. an. 1179. ex Tabular. Dalonenfi fol. 23. *Eo die, quo Hierusalem proficiscens cum Pera, quam collo deferebant, Joannem ejusdem Ecclesiæ Abbatem & ceteros fratres Dalonenses investi-vi, &c.* Peregrinantium vero peræ à Presbyteris benedici solebant, ut observat Honorius Augustodun. lib. 1. Gemmæ animæ cap. 181. pro quibus benedictionibus fiebant oblationes. Diploma Alexandri PP. ann. 1234. in Tabulis Burgund. Perardi pag. 434. *Idem Sacerdos solus habebit... oblationes quæ fiunt pro baptismo & Pera.* Charta Rogeri Abbat. Dervensis in Tabul. ejusdem Monasterii: *Benedictiones Perarum, capillorum quoque suæ erunt.* Charta ann. 1221. apud Jacobum Petitem ad Pœnitentiale Theodori pag. 401. *In prædicta etiam Ecclesia peregrinis de castro Presbyter consuevit benedicere Peras & baculos, & Missam, si ei placuerit, celebrare, & solum denarium de oblationibus recipere.* Vide Vitam S. Tellai apud Capgraviu cap. 2. & quæ super peregrinantium peris observavimus in Dissertat. 15. ad Joinvillam. Benedicebantur etiam à Sacerdote ipsimet peregrinaturi, ut est apud Gilbertum Lunicensem Episcopum de Usu Ecclesiastico.
- PERA, inter ministeria sacra. Chronicon Moguntin. pag. 384. *Peram ad corporalia filis aureis insertis miri operis & decoris.*
2. PERA, Anglis, est quævis structura contra fluctuum impetus, tam in mari, quam in fluminibus, ex Lat. *petra*, seu Gallico *pierre*, quod idem sonat. Usus enim obtinuit, ut ejusmodi moles, cujus-

- cunque materiæ sint, ita appellentur, ut illa ad Germuthiam ex ingentibus trabibus maxima que vi faxorum constructa hodie id nominis habet: quomodo etiam *peras* vocant ipsa fundamenta quibus innituntur columnæ, quæ pontes sustinent, sive ex faxis fiant, sive ex pilis, tabulis, & aggesta terra. Vetus membrana de restauratione pontis Rovecestriæ in Itinerario Cantii, apud Spelmannum: *Primum ejusdem civitatis Episcopus incipit operari in Orientali brachio (pontis) primam Peram de terra, &c.* Occurrit ibi pluries.
- PERACIA, Pera, pharetra. Anonymus de Gestis Friderici II. Imperatoris: *Saraceni more solito, priusquam se jungant, manualiter hostibus, ex Peraciis tela projiciunt, & subito sagittantes Ribaldos sine numero vulnerant.*
- ¶ PERACTOR. Præceptum Caroli M. ann. 770. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 32. *In presentia nostra de ipsa silva retulit ad relegendum, & innotuit nobis, ut Peractores iniquiter ipsa silva ex parte invasissent. Ubi divisim legendum videtur per actores. Vide Actor.*
- PERACULUM, Sacculus. Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Vox à *pera* efficta.
- ¶ PERADOTA, Species lapidis pretiosi. Charta an. 1272. apud Rymer. tom. 1. pag. 879. *Et unum anulum cum Peradota, pretii decem librarum.* Vide Peritot.
- ¶ PERÆ, Omnia vasa necessaria usui bellico. Glossar. Gasp. Barthii ex Guiberti Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 429.
- ¶ PERÆQUARE TALLIAM, Talliam ex æquo inter homines illi obnoxios partiri. *Peraquatio*, ipsa partitio. Libertates Montis-Britonis an. 1376. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 83. *Nec eis licitum sit in futurum dictos homines, incolas & personas, cujuscunque status sint, qui nunc sunt, aut qui pro tempore fuerint, talliare seu Peraquare talliam, seu Peraquationem aliquam eis facere, aut aliquam servitutem talliæ, doni vel exactionis pecuniæ cujuscunque eis imponere.* Vide Peraquatores.
- ¶ PEREQUARE, in Edicto Johannis Reg. Franc. an. 1356. tom. 3. Ordinat. pag. 157. *Ipsi Consules (S. Genesii)... habeant potestatem indicendi & Perequandi & levandi per certos suos nuncios, talliam seu tallias, &c.*
- PERÆQUATORES, in Cod. Theod. & in Novellis, qui tributa ex æquo inter cives partiuntur, Græcis, ἐξισωταί, de quibus etiam agunt Ennodius lib. 1. Epist. 6. Senator lib. 5. Epist. 14. 15. & alii à nobis laudati ad Alexiadem pag. 346. Vide præterea Sirmondum ad Ennodium, Jacobum Gotofredum ad Cod. Th. Chopinum lib. 1. de Dom. tit. 2. num. 5. &c. Ad hanc tributorum peræquationem pertinet locus Gregorii Turon. lib. 9. cap. 30. *Childebertus vero Rex descriptores in Pictavos... jussit abire... ut scilicet populus, censum quem tempore patris reddiderat, facta ratione innovaturæ, reddere deberet. Multi enim ex his defuncti fuerant, & ob hoc viduis orphanisque ac debilibus tributum pondus infederat. Quod hi discutientes, per ordinem relaxantes pauperes ac infirmos illos, quos justitiæ conditio tributarios dabat, censu publico subdiderunt.* Adde Diurnum Romanum cap. 6. tit. 3.
- PERÆQUATORES victualium rerum in urbe regia, apud Senatorem lib. 6. Epist. 6. qui rebus venalibus pretium induunt ac indicunt.
- ¶ PERAFFINARE, de metallis dicitur quæ purgantur & diligentius excoquantur, Gall. *Affiner*. Charta Eduardi III. Reg. Angl. an. 1338. apud Rymer.

mer. tom. 5. pag. 71. Et dictam minam auri & argenti valeant purgare & Peraffinare. . . & sic purgatum & Peraffinatum ad cunea nostra & heredum nostrorum deferatur. Hinc

¶ PERAFFINATIO, Ipsa purgatio, ibidem: Assignavimus ipsam . . . ad supervidendum, purgationem & Peraffinationem auri & argenti predictorum. Vide Affinare.

¶ PERAGERE PECUNIAM, Colligere. Chron. Trudon. lib. 6. tom. 7. Spicil. Acher. pag. 413. Persoluta est ibi Peracta prius pecunia, Comiti Gisleberto reddita est Ducis gratia, oppidani liberati sunt à timore. Nisi forte ibi sensus sit, persoluta est pecunia conventa.

¶ PERALIS BENEDICTIO. Vide in Benedictio.

PERAMBULATIO, à Practicis Anglicis dicitur perquisitio, quæ à iudice fit finium Comitatus, aut alterius tenementi, cum de iis non consentiunt partes. Tum enim perambulantur & inspiciuntur, ut de iis constet. Tabularium Burgoliense fol. 9. Quibus congregatis idem Albinus fines nostra terra cepit Perambulare ac incisuras arborum, quæ easdem terras terminabant, eisdem demonstrare, ostensionem cuius præfatus Hugo noluit credere. [Chron. Nic. Trivetti: Perambulatio autem forestæ commissa est per totam Angliam tribus Episcopis, totidemque Comitibus, Baronibusque in eodem numero, ut ipsi Deum habentes præ oculis, executionem facerent, & si qua emergerent dubia, illa secundum Deum & justitiam declararent.] Vox etiam cognita hac fere notione sub priore Regum Stemmata. Charta Chlotarii III. apud Petr. Chiffletium: Qualiter una cum ipsis vel parentes eorum de parte maxima de infra termino ipso Flaviacense contentionem maximam habuissent, & ipsas terminationes Perambulassent & signa possissent, &c. Vide Leges Baronum Scotticor. cap. 78. §. 2. Bracton. lib. 4. Tract. 1. cap. 31. §. 2. & Fletam lib. 4. cap. 15. §. 1. 2. 4. & infra Percalcare & Visus.

PERAMENTUM, Pera, cingulum à quo pera pendet: Escarcelle. Joannes Beka in Herberto Episcopo Trajectensi 26. Theodoricus itaque Comes, (Hollandiæ) his agnitis, in se reversus erubuit, & de proposito male voluntatis compunctus ingemuit: qui statim abjiciens pilum fraxineum, galerum splendidum, leonineum clypeum, & Peramentum aureum, discalciatus, flexis gembus expetivit veniam. Ita 1. editio, at Bucheliana habet paramentum.

PERAMPLIUS, ita Anastasius in Hist. Eccl. vertit Theopanis ἐπι πλεον pag. 91. [Peramplius, encor plus largement, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

¶ PERANGADA. Vide Paraganda.

¶ PERANGARIÆ. Mendum esse pro Parangaria suspicatus est erudit. Cangius: sed frequentius occurrit quam ut huic conjecturæ calculum meum addam. Perangaria definitur apud Spelm. ex veteri Vocabul. Latino-Angl. Servitus personarum & rerum. Dicitur quasi perfecta & magna angaria. Est autem angaria servitus personarum & non rerum. Item Perangaria dicuntur exactiones & præstationes patrimoniorum, Charta Caroli IV. Imper. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 377. Ab omnibus exactionibus, collectis, precariis, angariis, Perangariis & aliis impositionibus . . . valeant eximere. Legitur iterum pag. seq. Charta Ludovici II. Reg. Siciliae MS. Questas, aut tallias, angarias sive Perangarias . . . imponere non audeant. Occurrit in Statutis Vercell. l. 6. fol. 132. vº. Vide Angaria 2. & Angariare 1.

¶ PERANNO, Per annum duro. Onomast. apud Martin. Peranno, ἀπειραυτίζω; rectius ἀπειραυτίζω.

PERANTE, ex Gallico, Pardevant. Statuta Ordini-

Tom. V.

nis de Sempringham pag. 733. Potest . . . in aliam partem Perante chorum transire. Liber Ordinis sancti Victoris Parisiensis MS. cap. 38. Quotiens Conventus cum processione Perante lavatorium transit, &c. Monachus Vallis Sarnei cap. 72. Cum transfiret Perante basilicam, &c. Adde librum Usuum Cisterciensium cap. 75. 90.

¶ PERANTEA, Prius, Gall. Auparavant, ci-devant. Charta an. 1377. apud Rymer. tom. 7. p. 164. Item quod, ubi per officarios Pontivi, per tempus sufficiens Perantea, certificatum fuit pro dando succursu, &c. Instrument. an. 1459. apud D. Brussel to. 2. de Usu feud. pag. 747. Magister Petrus de Saint-Amant, nunc clericus Regis in Thesauris, & Perantea receptor Parisius, &c.

PERARARE, Scribere, apud Sidonium lib. 5. Ep. 17. lib. 7. Epist. 2. [Utitur Ovidius lib. 3. Trist. Eleg. 7.

Vade salutatum subito Perarata Perillam
Littera, sermonis fida ministra mei.]

¶ PERAREDA, an Tapicidina, Gall. Carriere, vel vox corrupta ab Hispan. Paradero, Terminus, portus, ripa? Charta an. 1057. in Tabular. S. Victoris Massil. Donamus illi nostrum decimum de una condamina juxta fluvium Argentiam, & de alia parte Perareda, &c.

¶ PERARIA. Vide Petraria 3.

¶ PERARIUM, Lapidum acervus. Notitia iudicati pro Monast. Arul. ann. 994. Marcæ Hispan. col. 950. Ambulaverunt juxta ipsas parietes de ipso maso qui fuit de Sumario & circumdarunt ipso maso usque ad ipso Perario. Belgis Pierier, eadem notione.

¶ PERARIUS, Pirus, Gall. Poirier. Pactus Leg. Salicæ tit. 8. edit. Eccardi: Si quis vero pomarium domesticum aut Perarium deintus curte aut latus curte furaverit, &c. Vide Pererius.

¶ PERATÆ, Hæretici, quos à regione in qua versati sunt sic dictos, ad sæculum 2. refert Bohem. Hist. Eccl. p. 727. Vide Stockman. Lexic. Hæres.

¶ PERBANNIRE, Peremptorie citare, edicto seu banno iudicis in jus vocare. Pactus Leg. Salicæ edit. Eccardi tit. 50. num. 2. Si vero presentes in testimonium fuerint vocati, & ea quæ viderunt testimonium præbere noluerint, & Perbanniti fuerint, DC. den. qui faciunt sol. xv. culpabilis iudicetur.

PERCA, pro Pertica, ex Gallico Perche. Monasticum Anglican. to. 2. pag. 87. Et unam acram prati per majorem Percam. [Charta Rotrodi Archiepisc. Rotomag. Ut Ecclesia Mortuimaris . . . predictas terras in pace possideat in perpetuum, quarum omnium summa est sexagintarum acrarum ad Percam Regis de Leone.] Hinc

PERCATA TERRÆ, ibid. pag. 305. Perchée de terre. [Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 56. Unaquaque virga quæ est in hida debet claudere quinque Percatas.] Vide Pertica.

¶ PERCACIA, & PERCATIA, Salaria, quæ Canonicis seu inferioribus clericis, præter principalem portionem, competunt, ab Hispan. Percances. Statuta Eccles. Valent. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 134. Quicumque de clero . . . verba injuriosa seu contumeliosa contra suam rectorum, vicarium aut alium clericum . . . intra ecclesiam vel chorum aut extra . . . dicere præsumserit . . . si beneficiatus vel substitutus fuerit, Percatis quæ ei perveniunt per mensem continuum, sit ipso factò privatus . . . Quæ Percacia . . . à collectore Percaciorum exigantur, & inter illos qui ad Horas & divinum officium in forma assueta convenerint, dividantur. Ibidem pag. 170. Nullus in dicta ecclesia beneficiatus ad Percatiam & emolumenta ecclesie admit-

tatur, nisi omnia & singula sui praedecessoris debita & alia onera . . . realiter & cum effectu persolvat. Vide Anniversarium, distributio, &c.

PER CALCARE. Tabularium Prioratus Neronis villae f. 23. Dederunt . . . quicquid habebant in Fromundvilla, sive in territorio ejusdem Brocis adjacenti. Donum istud Percalcavit per circuitum ipse Stephanus (donator) & Ascelinus ejus Major, & alii plures, . . . & sicut Percalcavit, sic hoc donum confirmavit. Tabularium S. Eparchii Inculismensis fol. 8. Audita querela, & eorum responsione, laudavimus & precepimus, ut Abbas S. Eparchii produceret duos testes idoneos, qui Percalcarent & monstrarent terram, de qua possent jurare, quod ipsi viderunt investitam Ecclesiam, &c. Infra: Producti testes, qui Percalcationem fecerant, jurare noluerunt; &c. Tabular. Abhense fol. 27. Qui etiam Percalcavit terram è lo motatges ad molen-dinum. Ubi Percalcatio, idem fere valet quod perambulatio, de qua voce supra egimus, id est, ostensio rei quae in controversia vertitur.

¶ Erat haec Percalcatio apud Hispanos veteres & Gallos inter investiturarum formas, usu ac moribus definita & recepta: quod solemniori pompa fieri consueverat; anteibat quippe venditor aut donator, sequebatur emptor, aut is qui agrum recipiebat cum quanto poterat peditum & equitum comitatu. Qui omnes longissimo agmine ordinatim incedentes, agrum venditum aut donatum circuibant, suisque vestigiis ponebant terminos ac limites. Tum de his charta conficiebatur. Haec innuit, praeter allata, Charta Archimbaldi de Lamoniaco Militis an. 1096. in Tabular. B. M. de Charitate: Campum etiam de Chancerano sicut eum in praesentia monachorum duorum Percalcari fecit, eisdem tradidit. Vide Pedificare & Perchauchare.

¶ **PERCAMENA**, Idem quod Pergamenum, Charta. Fundatio Parthenonis S. Alexandri Parm. to. 2. Annal. Bened. pag. 741. col. 1. Et hanc Percamenam cum atramentario de terra levavi, & Aresindo notario civitatis Parmensis ad scribendum, adque cum stipului spondi, ut ei auctor conscriptionis omnibus essem, necnon & testibus obtulit roborandum & firmiorem omni tempore obtineat roborem. Quid hac formula significetur, vide in Pergamenum.

¶ **PERCAMENTUM**, Eadem notione. Acta S. Alex. to. 3. Junii pag. 396. In Percamento descripsit.

¶ **PERCANTARE**, Absolvere, ad finem cantare. Drogo in Hist. Translat. S. Lewinae num. 8. Postquam talia delatavit, id optimum factu ducens, orare perrexit, & psalmos quos necdum finierat Percantare satagit.

¶ **PERCANTATIO**, Cantus. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 79. p. 231. Intonuit ipse Rex . . . Te Deum laudamus Percantatione devota & solemni.

¶ **PERCAPTURA**, Palorum contextus & series in fluminibus certa ratione dispositorum, ut pisces facile in retibus capiantur ac in iis servantur. Charta an. 1164. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 120. Dedi itaque & concessi . . . cum donatione hujus elemosinae omnes Percapturas quas Fratres inceperunt versus me . . . in . . . aqua & in fossis & in ponte & in omnibus rebus ubicunque persumpserint.

¶ **PERCATA.** Vide Perca.

PERCATAPSAT, Papiæ, valde cedit, vel blande cedit. [Gloss. Isidor. Percatapsere, valde dividere. Martinius malit perdesere, quod est *περδαινειν*. Sic Plauto dividere nequam est verbum.]

PERCENARE, *ἀποδειπνῆσαι*, in Gloss. Græc. Lat.

¶ **PERCEPTIBILITER**, Aspectabili specie, ita ut

oculis percipiatur. Chron. Engelhusii apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 1133. Incubus loquebatur cum hominibus, lusit in instrumento musicali, Perceptibiliter lusit ad taxillos. Elmham. in Vita Henr. V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 38. pag. 105. In tantum terra viscera ipsorum (saxivomorum) impulsibus agitantur, ut ipsa maxima fabrica ecclesia abbatia, notabili distantia à retro existens, prout ejusdem fenestra vitrea minutim confracta probarent, tanto impetu multum Perceptibiliter quateretur.

PERCERI, Celeres, Papiæ, idem: Percibus, celerimis, velocibus. Perceleres.

¶ **PERCHA**, Pertica, Gall. Perche. Computus an. 1202. apud D. Brussel to. 2. de Usu feud. pag. CLXIII. Robertus hurdator, pro Perchis & eleis & hardicio, II^o. & LXI. l. & x. f.

¶ **PERCHAUCHARE.** Pancharta MS. Abbatiae S. Stephani de Vallibus apud Xantones, Charta 37. Dedimus Deo atque Ecclesie beati Stephani prothomartiris de Vallibus quicquid juris habebamus in peireria que vocatur Katipeu, omni occasione remota, in perpetuum pacifice possidendam, prout Willelmus abbas de Vallibus que Picherius & Arnaudus de Somatula & plures Perchauchaverunt. Ubi nescio an legendum sit Perchauchare, ut videre est in hac voce. Ut ut est idem sonat quod Pediare, Pedificare, Percalcare, terram pedibus metiri, ut ejus termini certius assignentur, quod in venditionibus vel concessionibus usitatum erat.

¶ **PERCHEIA**, **PERCHEYA**, Pertica, Gall. Perche. Histor. MS. Monast. Beccens. p. 520. n. 21. Beccenses retinuerunt jus piscandi per cursum aquae cum bacello & Percheia. Tabular. Calense pag. 231. Possidebant in territorio de Kala quamdam petiam prati continentem septem carteria septem Percheyas minus.

¶ **1. PERCHIA**, Eadem notione. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 299. Dedi & eisdem monachis locum aptum, de octo Perchis in longum & de sex Perchis in latum, &c.

¶ **PERCHIA**, Contus, pertica ad usum naviculariorum. Charta Philippi Augusti an. 1207. apud Duchesn. in Norman. pag. 1063. Naves quoque & homines ipsorum cum averiis & pecuniis suis poterunt ascendere & avallare per aquam Sequane in quamcumque partem voluerint, & pontes & Perchias, si eis necesse fuerit, levare & reficere sine licentia alicujus.

PERCHIA, Cornua cervi, ex Gall. Perche, in Charta Henrici III. Regis Angl. apud Guillel. Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. to. 3. p. 65.

¶ **2. PERCHIA**, Piscis, Plinio perca, nostris Perche. Fleta lib. 2. cap. 73. §. 20. Vivaria, stagna, lacus, servoria & hujusmodi piscarias suas quisque discretius bresmiis & Perchis faciat instaurari. Vide Pertica 2.

¶ **PERCHICA**, ut Perchia, pertica mensoria. Charta an. 1177. apud Thomasser. in Biturig. p. 73. Item precipimus ut Perchica qualibet mensura ad instar Magduni, quod semel Praeposito tradita nunquam possit immutari ob calumniam.

PERCIDUS. Appendix Cod. Theodos. Const. 20. Si autem infirmior fuerit persona, prius cogitet animo suo Percido, & sic accuset, &c. [f. placido.]

¶ **PER CONSEQUENS**, à Gall. par consequent, Igitur, itaque, in Litteris an. 1357. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 4. pag. 448.

¶ **PERCONTENTUS**, Per omnia satisfactus, nostris tres content. Charta an. 1356. to. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 230. Et tenemus nos omnimode Percontentos.

¶ PERCOQUUS, Præcoquus, præcox, Gall. *Précocce*. Bernh. *de Breydenbach* Iter Hierosol. p. 87. *Erat autem tempus quando jam Percoque uve vesci poterant.*

¶ PERCREBATUS. Gloss. Isid. *Deditum, Percrebatum, divulgatum.*

¶ PERCULA, f. *Pelota*, seu pilæ lusoriæ species. Acta S. Pomponii Episc. tom. 3. Maii pag. 373. *Ob ejus facti memoriam Neapolitani singulis annis in majori ecclesia ludos quosdam Percula ad solatium animique recreationem, magna populi frequentia, celebrant.* Vide *Pelota*.

¶ PERCULSERIT, pro Perculerit, à verbo percellere, in Vita S. Guthlaci tom. 2. April. p. 38. *Ut si . . . illic vitiosus sermo aures Perculserit.*

PERCURRERE. Marculfus lib. 1. form. 38. *Super Capellam domini Martini, ubi reliqua Sacramenta Percurrunt, debeant conjurare.* Id est, ubi præstari solent.

¶ PERCURRIBILIS MONETA, Quæ in usu publico est, Gall. *Monnaie courante*. Charta an. 1148. inter Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 521. *Propter solidos CCCCLXXX. Biterrensis bonæ Percurribilis moneta.* Alia an. 1152. ibid. col. 539. *Propter v. m. solidos Melgorienses bonos & rectos, metibiles & Percurribiles, quos mihi dedisti.* Vide in *Moneta*.

PERCURSUS, Societas quædam inita inter duos dominos pro utriusque tenentibus seu hominibus: Gallis *Parcours, entrecours*. *Percursus* vero aut homines spectabat, aut pastionem animalium. *Percursus hominum* dicitur ea facultas concessa hominibus utriusque feudi, *percurrendi* seu migrandi ad utrumlibet feudum: ita ut si homo, vel tenens alicujus, dominum suum deferere velit, & ad alium dominum, quocum *percursum* ille habet, transire, id ei liceat. Charta Petri Comitæ Autissiodor. an. 1205. in Tabulario Campaniæ Thuanii fol. 196. *Veritate super hoc inquisita didicimus Percursum esse inter dictas villas.* Charta Odonis Ducis Burgund. an. 1215. ibidem f. 49. *Concessimus alter alteri quod Percursus qui est inter quasdam villas nostras & suas suspendatur in 4. annos, ita quod interim nec homines nostri in terra sua, nec homines sui in nostra valeant retineri.* Tabularium S. Benigni apud Perardum: *Dederunt . . . Percursum plenarium in omnibus terris suis, silvis, & planis, & pascuis.* Regestum Magnorum Dierum Trecentium an. 1285. fol. 23. *Dicebat dominus de Hans quod per compositionem olim inter ipsum ex una parte, & dom. Regem Navarra Comitæ Camp. ex altera factam, burgeneses sui de Hans non habebant Percursum in terra domini Comitæ Camp. dicens & asserens, quod si contingeret aliquem de ipsis burgensibus ire ad villas Comitæ Camp. causa morandi, vel burgesiam faciendi ibidem, dictus dominus de Hans posset totam remansanciam ipsius burgensis retinere.* Dux Burgundiæ Divionensibus concessit, litteris an. 1268. *le Parcours de ces qui san voudront aler de Dijon sans la taille de la ville paier. En tel maniere que cil qui s'en voudront aler, soient hommes, ou femmes véves sans la taille de la ville paier por demorer aillors, san doivent aler devant la Tousseins, & doivent demeurer & tenir feu & leu & leur maisnie là où il iront ester, & fors de la baulie de la Tousseins jusque à la feste de la nativité S. Jean Baptiste: ne ne peuvent dedans cel terme tenir hostel à Dijon &c. & ny peuvent venir que pour leurs affaires particulieres pour vendre leur bled ou leur vin, sauf que depuis la S. Jean jusques à la Toussains ils peuvent y venir avec tout leur mesnage pour leurs moissons & pour leurs foins,*

&c. in Regesto feodor. Burgundiæ 2. part. pag. 134. De ejusmodi hominum percursu agunt Consuetudines, Trecentis art. 7. Vitriacensis art. 78. 79. & Senonensis art. 136. 138. Adde chartam an. 1270. apud Roverium in Reomao p. 282.

¶ *Percursus* condiciones à voluntate dominorum, inter quos ejusmodi societas inita erat, pendebant; hinc pro diversis locis varias existisse colligere est ex allatis. Idem docet Charta conventionis inter Hugonem III. Burgund. Ducem & Manasserum Lingonens. Episc. an. 1188. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 1008. ubi *percursus* in eo positus videtur ut dominus nihil exigere possit ab homine servo alterius domini, qui feminam suam de corpore in uxorem duxit, quamdiu eorum liberi apud patrem manserint: *Quod ego nichil possum capere in homine Lingonensis Episcopi manente Castellioni vel in castellaria, propter mulierem meam, dum liberi manebunt cum patre existentes de manupastu & familia patris. Ipse Episcopus similiter nichil poterit capere in homine meo propter mulierem suam, dum &c.* Vide supra *Intercursus*, Gloss. Jur. Gall. v. *Parcours, & Procursus* 1.

¶ BURGENSES DE PERCURSU, *Bourgeois de Parcours*, in Consuet. Senon. art. 137. 138. 139. 140. Idem qui *Burgenses Regis*. Vide in *Burgenses*, & laudatum Gloss. ibid.

Spectabat etiam *percursus* facultatem datam hominibus in alieno feudo operas faciendi, ut est in Consuetudine Nivernensi cap. 12. art. 1.

Percursus in pastionibus, erat facultas ponendi pecudes suas, & eas pascendi, in alterius domini, quocum *percursus* erat, pascuis. Tabularium S. Benigni Divion. *Dedit Canonicis . . . usus suorum nemorum ad construenda edificia, Percursus quoque in eisdem nemoribus, & pasnaticum, &c.* Guido VI. Dom. Lavalli in Tabulario Abbat. de Rota: *Do & concedo praterea omnibus bestiis suis, exceptis capris, Percursum nemorum meorum.* Vetus Inquesta in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 118. *Dominus Montisfortis non potest ponere porcos in defenso nisi suos, donec pasnagium sit acceptum: postea vero Percursum (sic) dare potest ui voluerit in defenso, absque vendere.* [Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 80. *Dedit perpetualiter in foreste sua de Burceio pasnagium & Percursum centum porcorum in glande & filgeria.*] De percursu in pascuis agunt Consuetudines Comitatus Burgundiæ cap. 16. art. 103. & Lotharingiæ tit. 15. art. 1. *Præcursus*, pro *percursus*, habetur in Chronico Besuensi pag. 660. ut *Procours* in Consuetud. Nivernensi.

¶ PERCURSUS, Districtus, territorium. Charta hominii à Petro Com. Autiss. præstiti Durando Episcopo Cabilon. an. 1216. *Inquisivi autem per bonos & legitimos viros quod hac sunt de feodo suo, Baignaus, Bellumvidere, Vitres, Branchegeoilles, Landes & Ricy, & ultra, & quidquid continetur in Percursu S. Vincentii & magnum terragium apud Molesmes.* Occurrit rursum in Charta hominii Mathildis Comit. Nivern. an. 1237.

¶ PERCURSUS, Præstatio quæ in avena exsolvebatur, forte ob concessum à Domino jus *Percursus*, ut conjicit D. *Secousse* in Notis ad Litteras Aalaydis Burgund. Comit. an. 1231. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 221. *Inveni ipsum dominum (Vergei) habere magnam justiciam & parvam in eadem villa (d'Eschemone) si clamor venerit ad prepositum suum, & albergariam semel in anno, que recipi debet communiter ab omnibus hominibus totius ville & Percursus in quolibet manso, usque ad tres*

quartellos avene ad mensuram currentem apud Belnam, si facultas aderit; sin autem minus.

¶ PERCUSSATUS, Perforatus. Bullarium Fontanell. MS. ad an. 1125. Dedit Ergenulfus Sanson præfata ecclesie 11. acras terræ ad alnam Percussatam, & decimam molendini de Fransneto.

PERCUSSIO, Pœnæ monasticæ species. Pœnitentialis S. Columbani cap. 8. Cui ceciderit Chrismal, nihil confringens, 12. Percussionibus emendetur. Sic alibi non semel. Verbera appellantur cap. 12. 13. 14. alibi *plaga*. Vetus Pœnitentialis Andegavensis apud Morinum post libros de Pœnitentia pag. 36. ubi de Redemptionibus pœnitentiarum: *Quidam dicunt, centum Percussiones in hyeme vel centum psalmos in æstate valent &c.* Vide *Palmata* & eundem Morinum lib. 7. cap. 14.

PERCUSSORES, Qui anteneasmo, specie mania, laborant; *Hos*, inquit Gariopontus in Passionario Galeni lib. 1. cap. 11. *Latini Percussores, alii Causarios vocant.*

PERCUSSORIUM. Gloss. Ælfrici Saxonici. *Percussorium*, *plege*, i. clades, occisio.

¶ PERCUSSURA MONETÆ, Jus monetam cudi, signandi. Diploma Rodulphi Reg. Franc. an. 930. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 65. *Concedimus & nostræ largitatis munere, ut Percussuram numismatis, quæ & moneta dicitur, secluso fisci jure, iidem Canonici (S. Martini Turon.) ex more habeant semper.* Charta Othonis I. Imper. an. 948. apud Miræum tom. 1. pag. 141. col. 1. *Et quia sub nostra consistit ditio, annuimus Abbati cancellarium sibi constituere quemcumque voluerit ex suis: similiter mercatum, Percussuram moneta, &c.* Vita Theoderici Metens. Episc. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 30. *Ut locus celebrior haberetur, & ut oppidanis vel indigenis commeatus undecunque suppeditarentur, Percussuram moneta ibi fieri, & mercatum publicum constituunt celebrari.*

¶ PERCUSSURA, Percussio, in leg. Rotharis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 13. *De ferita, aut Percussura hominis liberi.*

PERDA, Jactura, Gall. *Perte*. Ufatici Barcinonenses MSS. cap. 24. 28. *Emendet ei totum damnum & missiones & Perdas, quæ senior per fallimentum illius fecerit.* Tabularium Castris Meliandi in Biturig. tit. 57. *Perdas vero & missiones, &c.* [Charta ann. 1412. Guillelmus Bruncofte infirmarius de Charitate fecit damna & Perdas de bonis suis in prioratu suo de Berriaco propter guerram damnosam in partibus istis habitam.] Adde Thomasserium in Consuet. Bituric. pag. 158. *Le Roman d'Aubery MS.*

Il me feroit ma Perde restorer.

Vide Salmasium ad Pollionem p. 312. & *Perdita*.

¶ PERDELE, ENDELE, Voces mysticæ, quibus Henrico Regi Angliæ significabatur ut Publicanos funditus perderet ac deleret, apud Hovedenum ad an. 1182. *Cum Walterus serviens domini Eustacii abbatis de Flaii dormiret nocte quadam, audivit vocem de caelo semel, secundo, & tertio dicentem sibi, Vade & dic Henrico Regi Angliæ, In nomine Christi Perdele, Endele; & dic ei, quod ita faciat, & nisi fecerit, filii ejus & ipse morte morientur. . . Tempus vero in quo hæc visio contigerat, erat tunc quando Publicani comburebantur in pluribus locis per regnum Francia, quod Rex nullo modo fieri permisit in terra sua, licet ibi essent per plurimi.* Forte à voce composita Anglo-Sax. *ert*, & *deele*, dividere. Vide *Divisio* 1.

¶ PERDERE. Vide *Pœna perdita*.

PERDICERE, [Idem videtur quod *Percantare*. Vide in hac voce.] Statuta Ord. S. Gilberti de Sem-

pringham p. 772. *Cum sorores dixerint horas, quamvis bis Pater noster Perdixerint, potest aliqua absens ad horam ingredi. Si plures Perdixerint, non ingrediatur, sed per se debitum horæ persolvat.*

PERDICETA, PERTICHETA, Machina jaculatoria. Historia MS. Excidii Acconis an. 1191. *Secum ducens machinarum multitudinem fundibularium, sicut sunt petraria, biblieta, Perdiceta, & mangonelli.* [Perdisseta, edidit Martenius tom. 5. Ampliff. Collect. col. 769.] Sanutus lib. 2. part. 4. c. 6. *In prora vero cujuslibet galearum fieri possent aliqua bellica instrumenta, ut consulerent exercitati in talibus & docti, Pertichetas sive furcatas à puppe usque ad proram circa latera cujuslibet ordinando, juxta id quod fieri consuevit. Similiter balistaria à capite bancorum in tanto numero, quantus necessarius & utilis videretur. Quæ quidem castra, Perticheta, balistaria, & bellica instrumenta sic debent fore ingenis ordinata, quod possint removeri & erigi secundum quod fuerit opportunum. Italis Pertighette, est parva pertica: & sane machina ista furca etiam speciem retulit, cum perticheta sive furcata dicatur Sanuto. Sed cujusmodi illa fuerit, mihi incertum, nisi ea fuerit, quam *Perdriau*, seu *Perdicem* vocat Will. Guiart sub an. 1304.*

*Prés du Roy devant sa banniere
Metent François trois Perdriaus,
Getans pierres aus enviaus
Entre Flamens grosses & males,
Joignant d'eus rot d'eus espringales,
Que garçons au tirer avancement.*

PERDIDOSUS, Qui rem aliquam perdidit. Martinus Didacus *Daux*, Justitia Aragon. lib. 6. Observant. tit. de Privileg. Militum, pag. 9. *Quod si facere noluerint, vel nequiverint, dominus loci, & homines teneantur emendare maleficium Perdidoso, sacramento ejus, &c.*

PERDINGI. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 29. *Villani vero vel cotseti, vel Perdingi vel qui sunt viles vel inopes persona, non sunt inter legum judices numerandi.*

¶ PERDISSENA, PERENDISSENA, ex D. Augustino, apud Gratiani Decretum in can. quæris. de Consecrat. dist. 4. ubi sic habetur: *Nempe saepe ita loquimur, crastinam, vel Perdissenam, vel Perendissenam Domini passionem dicamus, cum ille ante multos annos passus sit. Ubi Glossa sic exponit: Perdissenum, id est, per senum, scilicet, per sextum diem. Perendissenam, id est, perempto die seno, sive sexto, nempe, post sex dies, uno perempto.* Hæc Macer in Hierolexico.

¶ PERDISSETA. Vide *Perdiceta*.

¶ PERDITA, Jactura, decessio, Gall. *Perte*, *déchet*, Ital. *Perdita*. Computus an. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. ccvii. *Summo operum, tachiaram, & Perditarum, & donorum & munitionum Feritatis, &c.* Charta an. 1208. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 387. *Stando in eorum servicio omnibus suis expensis & Perditis per xv. dies, . . . & transactis dictis xv. diebus, si Cremonenses voluerint expensas & dampna, & Perditas rescicere rerum, &c.* Chron. Parmense ad an. 1308. apud Murator. tom. 9. col. 874. *Indicto exercitu remanserunt omnia manghana Communis, tenda & pavilioni Communis. . . In summa dici non potest, quanta fuit Perdita.* Vide *Perda*.

¶ PERDITUM, Perditio. Vita MS. S. Winwaloei fol. 66. *Latam declinas & spaciosam viam, quæ ducit ad Perditum.*

¶ PERDITUS, Miser, calamitosus, misere afflictus. Mirac. S. Willelmi Gellon. *Quin imo diabolus Per-*

ditam illam solito amplius diversis torquere modis, eam discernere, atque vexare cepit.

PERDONARE, Concedere, donare, *Accorder*. Ritus unctionis Regum, ex Codice Ratoldi, apud Menardum: *A vobis Perdonari petimus, ut unicuique de nobis... justitiam conservetis*. Adde Capitula Caroli Cal. tit. 1. cap. 3. tit. 14. cap. 3. tit. 34. cap. 3. tit. 43. cap. 4. Capit. Ludovici II. tit. 1. Capitulum Karolomanni Regis, Alcuinum Epist. 29. 86. Chartam Malgerii Archiepisc. Rotomag. apud Sammarthanos in Archiep. Rotom. n. 46. &c. Exstat in M. Pastoralis Ecclesie Paris. Charta an. 1350. in qua formula describitur sacramenti, quod Joannes Rex Francie prestitit in suo jucundo adventu Parisios Episcopo & Canonicis Ecclesie Paris. in vestibulo ejusdem his verbis conceptum: sic enim Episcopus Regem compellavit: *A vobis Perdonari petimus, ut unicuique de nobis, & Ecclesiis nobis commissis Canonicum privilegium & debitam legem atque justitiam conservetis, & defensionem exhibeas, sicut Rex in suo regno debet unicuique Episcopo & Ecclesie sibi commissa*. Cui Rex respondit: *Promitto vobis & Per dono, quia unicuique de vobis & Ecclesiis vobis commissis Canonicum privilegium & debitam legem atque justitiam servabo, & defensionem, quantum potero, adjuvante Domino, exhibebo, sicut Rex in suo regno unicuique Episcopo & Ecclesie sibi commissa per rectum exhibere debet*. Hinc

¶ **PERDONATIONIS SCRIPTURA** dicitur ejusmodi professio, qua Ludovicus II. Ecclesie jura & privilegia servaturum se Episcopis pollicetur, in Capitul. ejusdem tit. 1. *Ad superscriptam vero Episcoporum petitionem hac qua sequuntur Rex Hludovicus professus est Episcopis, & istam ipsam Perdonationis scripturam manu sua eis dedit in Compendio II. Kalendas Decembris. Ego Hludovicus, &c.*

PERDONARE, Concedere, condonare, indulgere, parcere; unde nostris *Pardonner*. Charta Pippini Regis apud Doubletum pag. 696. *Propter hoc missus fuit ad causas, sed Fulradus Abbas, vel ipsa Congregatio S. Dionysii nos deprecari sunt pro eo, & suam illi vitam Perdonavimus in Dei amore & Domini Dionysii*. Synodus Metensis: *Volo vos precari, ut hoc mihi Perdonetis, ut inantea securus vobiscum loqui possimus*. Capitula Caroli Calvi tit. 26. *Propter illius amorem, & pro illius gratia, totum Per dono quod contra me misecerunt*. Adde tit. 27. cap. 6. Synodum Pistensem cap. 2. Edictum Pistense cap. 21. &c. Florentius Wigorniensis an. 1103. *Perdonavit ter mille marcas argenti, quas Rex sibi omni anno per conventionem debuit, i. dimisit*. Charta Florentii Comitum Hollandie, apud Joann. à Leydis lib. 16. cap. 3. *Ab hac die presenti Perdonamus, ac deinceps... perdonatum esse volumus, ea conditione ut, &c.* [Adde Chronicon Andreæ Danduli tom. 12. Murator. col. 491.]

¶ **PERDONARE MEMBRA**, Vitam fonti indulgere. Eginhardus Epist. 18. *Duo servi sancti Martini fugerunt ad limina beatorum Christi Martyrum pro eo quod frater eorum quemdam socium suum occidisset, rogantes ut eis liceat solvere illum weregeldum pro fratre suo, & ut ei membra Perdonentur*.

¶ **PERDONARE DEBITUM**, *Servitium*, tributum, Condonare debitum, tributum remittere, à debitis servitiis eximere. Capitul. 4. Ludovici Pii an. 819. cap. 2. *Nisi forte talem firmitatem de parte dominica habeat per quam ipsam tributum sibi Perdonatum possit ostendere*. Charta Balduini Episcopi Noviom. an. 1049. *Cupiens ipse absolvi ab omni cura seculari, petit servitium de nostro fetico sibi minui, cu-*

jus timens impedire devotioni, Per dono servitium in vita sua debitum nobis. Chartular. S. Odilon. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 29. *Et in vineis quas ipsi monachi excolunt & operantur exacturas, vestituras etiam de omnibus terris... quas ad presens monachi tenent... Perdonavit, reddidit*. Testam. Radulphi de Nevill an. 1440. apud Madox Formul. Anglic. pag. 433. *Tunc volo, quod de firmis tenentium meorum ubique de mea propria hereditate, qui tenent de me annuatim xx. s. & infra, videlicet pro uno tantum termino ante obitum meum debito, nichil de eis inde levetur vel capiatur; sed omnino est mea voluntas, ut inde singuli Perdonentur*.

PERDONATIO, Concessio, in Capitul. Caroli Cal. tit. 16. cap. 11. tit. 23. c. 10. &c. [Charta apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 249. *Hanc vero Perdonationem annuerunt filii sui Goscelinus videlicet atque Paganus & omnes alii*.]

¶ **PERDONATIO**, Condonatio, remissio, Gallice *Remise*. Charta ann. 1452. apud Madox Formul. Anglic. pag. 333. *Ac nullam acquietanciam; solutionem, Perdonacionem, relaxationem... allegemus seu allegari faciamus*.

PARDONARE, Parcere, indulgere, *Pardonner*. Leges Adelstani Regis: *Tertium est quod gratiam omnes misericorditer Hermerum dominum suum de dono quod forisfactis hominibus concessisti, hoc est quod Pardona-tur omnibus forisfactura, &c.* [Charta ann. 1174. apud Rymer. tom. 1. pag. 37. *Et Rex filius ejus similiter Pardonavit omnibus tam clericis quam laicis*. Tabular. Gemetic. tom. 1. pag. 39. *La haulte justice a esté baillée par le Roy nostre Sire, à quy Dieu Pardoint, à Monfr. le Conte d'Alençon*.]

PARDONA. Charta de his quæ inquirere debent Barones errantes, seu Justitiiarii itinerantes: *Et inquiratur de auxilio ad maritandam filiam Regis quod inde exierit de singulis hundredis, & de singulis villatis, & de singulis hominibus, sive in redditis, sive in Pardonis, & cui illud traditum & liberatum fuerit*. Ubi *Pardona*, idem valet quod *Misericordia*, seu multa judiciaria. Vide in hac voce.

¶ **PERDONUM MAXIMUM**, Jubilæus, seu plenaria peccatorum indulgentia à Summo Pontifice concessa, nostris etiam le *grand Pardon*. Chronic. Estense ad ann. 1349. apud Murator. tom. 15. col. 455. *Dom. Episcopus Veronensis de mandato Dom. Papa Clementis VI. venit Ferrariam ad ordinandum... de maximo Per dono, & indulgentia in civitate Roma*. Chron. Bergom. ad an. 1392. apud eundem tom. 16. col. 859. *Visitavi supradictas quinque ecclesias decem diebus continuis semel in die & pro jubilæo, seu Per dono & indulgentia, &c.* Vide *Jubilæus*.

¶ **PERDUTA**, ut *Perdita*, *Jactura*, Gallice *Perte*. Ogerii Panis Annal. Genuens. ad an. 1214. apud Murator. to. 6. col. 407. *Consules vero vocatis universis hominibus galea, fecerunt eos jurare Perdutam totam; & à mercatoribus Pisanis qui Janua erant, tandem extorserunt, & perdentibus restituerunt*.

¶ **PERE ET PITE**. Constit. Canuti Reg. de foresta cap. 17. *Si quis autem contra primarium pugnaverit, in placito emendet secundum pretium sui ipsius, quod Angli Pere & Pite dicunt, & solvat primario quadraginta solidos*. Ubi observat Spelmannus mendum esse ex impertitia Saxonorum characterum & idiomatis; p enim Saxonicum (hoc est w) pro p Romano legit scriptor; & perinde Pepe & Pite pro pepe & pite. Vide *Wera*.

¶ **PERECIA**, Idem quod *Pecia*, *Frustum*. Charta ann. 1374. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS.

pag. 390. *Cellerarius domus supradictis decumbentibus dabit ebdomadibus cuilibet eorum duas Pericias butiri integras, duos caseos & octo ova.* In alia an. 1359. ibid. p. 361. *Duo ova, dimidiam Peciam butiri, &c.*

¶ PERECLIXION, Genus arboris. Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 323*. *Arborem quoque Pereclixon incolere, ejus fructu refici, umbra requiescere, ramis protegi, dicunt & à crudeli dracone tueri. Istiusmodi physici de columba docent. Monent Bollandistæ in margine MS. annotari, hanc arborem cerro opinor interpretandam. Cerrus autem Latinis est quercus quædam.*

¶ PEREDES, f. Vasa thuraria, acerræ, Gall. *Navettes*. Histor. Monast. S. Florentii Salmur. apud Marten. to. 5. Ampliff. Collect. col. 1096. *Tornacenses monachi quædam reddere sunt coacti, scilicet vas cœnae Dominicæ, thuribulum cum Peredibus à S. Eligio fabricatum, missale quoddam, &c.*

PEREFFLUUS, Abundans. Syrus & Aldebadus in Vita S. Majoli Abbat. in Prologo lib. 3.

*Quamquam tanta sit hæc, tamque Perefflua,
Ut sensus merito mensque perhorreat.*

¶ PEREGRINAGIUM, Peregrinatio. Charta an. 1236. in Tabular. Fiscamn. *Concessi . . . pro quindecim libris Turonensium quas ipse mihi pagavit ad faciendum Peregrinagium meum ultra mare.* Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 333. *Qualiter sub eo tempore Hiernsalem fuisset . . . De Peregrinatio autem & singulis quibuslibet ita distincte exposuit.*

¶ PEREGRINANTER, Peregre. Vita S. Gervini tom. 1. Martii p. 283. *Constituit eum (Gervinum) capellanum suam, & secum duxit Peregrinanter in Jerusalem.*

¶ PEREGRINANTES in tres classes dividit Petrus Abbas Juncellensis lib. de Laude cœnobii Anian. apud Stephanot. tom. 8. Fragm. Hist. MSS. pag. 255. 1. est eorum, qui Sanctorum oratoria pietatis causa frequentant; altera Pœnitentium, quibus peregrinatio in pœnam indicta est, vel qui sponte eam suscipiunt; tertia Morientium, qui in loco sancto sepulturam eligunt.

¶ PEREGRINARI. Vide *Peregrinatio* 2.

PEREGRINARIUS, Officium Monasticum, qui peregrinos & hospites excipit, alias *Hospitalarius* & *Hospitarius* dictus. Vide Goldastum tom. 2. *Reurum Alamann.* pag. 189. in margine.

1. PEREGRINATIO, Jus pastus, vel procurationis, quod exsolvitur domino, dum peregre vadit. Charta Philippi Regis Franc. an. 1170. apud Perardum pag. 244. *Porro dum terram suam simpliciter deambulet, (Comes Cabilonensis) Peregrinationem semel, aut bis in anno, in hospitio Paredi sibi deberi asserebat, &c.*

2. PEREGRINATIO, Vita Monastica. Chronicon Casin. lib. 3. cap. 65. de Victore II. PP. *Magis optabat in divina Peregrinatione suum tempus finire.* Eadem verba habentur cap. seq.

¶ PEREGRINARI, Vitam monachicam agere. Petitiō monachi ante votum sæc. 4. Bened. part. 1. p. 738. *Simul cum felici Congregatione vestra, quam Dominus de diversis provinciis ad Peregrinandum propter nomen suum sub jugo militiæ atque servitutis Christi, &c.*

3. PEREGRINATIO indicta in pœnam. Canones S. Patricii apud Wareum: *Qui furatus fuerit pecuniam ab Ecclesia sancta, . . . illius manus vel pes circumcidantur, aut in carcerem mittatur, aut in Peregrinationem ejiciatur, & restituat duplum, & jurabit quod non revertetur, donec impleverit pœnitentiam.* Adde Canones Hibern. lib. 28. cap. 6. *Leges Henri-*

ci I. Regis Angl. cap. 5. de Sacerdote qui Confessionem revelavit: *Omnibus diebus vite suæ ignominiosus Peregrinando pœniteat.* Chronicon Andrense: *Suis tamen hostibus sibi pacificatis, tali modo quod Terram Sanctam pro anima occisi infra biennium adirent.* [Formula inter Bignon. 15. *Cognoscat magnitudo seu & sanctitas vestra quod iste frater noster nomen ille serviens vester petit nobis ut ad basilicam S. Petri patris vestri pro suis culpis vel pro nostra stabilitate valeat ambulare ad orationem.*] Philippus de Beaumanoir cap. 63. *Se li souverains set que pes de vilain cas soit fete, dont aucuns se soit obligez à rendre argent, ou qui vaille argent, si comme d'aller en Pelerinage, ou d'autre paine, li souverains pot penre celi por atteint du fet.* Vide Nangium in S. Ludovico an. 1256. Summam Roberti de Chorcon Cardinalis in Tract. de Pœnitentia, quæst. 2. cap. 13. & Ughellum tom. 4. pag. 867. Ejusmodi peregrinationum reis à iudice in multam indictarum non semel mentio occurrit in magno Recordo Leodiensi pag. 51. 52. 54. 55. 56. ubi certa pecuniæ summa redimi dicuntur. Vide Joann. Morinum lib. 7. de Pœnit. cap. 15. 16. 17. [Vide in *Processio* 1.]

¶ *Peregrinationes* vero quæ in pœnam indicebantur, aliæ majores, minores aliæ nuncupabantur; quæ ad S. Jacobum, Romam & Jerusalem dirigebantur majores vocabant, minores quæ versabantur in invisendis oratoriis intra provinciam aut regnum positis. Codex MS. D. de Chalvet de Hæret. Albigens. *Confessus fuit dicto fratri Poncio Inquisitori de hoc quod participaverat cum dicto fugitivo, & petivit consilium ab eodem, quid faceret de parte gregis predictum R. contingente, quam idem R. Godail mandaverat restitui sorori sue. Tunc dictus Inquisitor absolvit eum de participatione quam habnerat, cum dicto fugitivo, injungens ei pro pœnitentia Peregrinationes minores.*

¶ Habita autem criminum ratione durior aut levior erat peregrinatio: qui majora crimina, puta homicidium, perpetraverant, ferreis vinculis stricti, per loca sancta peregrinari jubebantur, donec divina virtute, aliove quovis modo, iis liberarentur. Huic rei illustrandæ aptissimum est quod ex Cod. MS. de Mirac. SS. Floriani & Florentii refert Mabillonius in Præfat. ad sæc. 2. Benedict. §. IV. num. 41. *Consuetudine antiqua partibus interioris Franciæ usque hodie mos inolevit, ut quisquis propinquorem sibi parentem gladio jugulaverit, & postea pœnitentia ductus, ad Pontificem crimen admissi facinoris detulerit, ipso decernente Pontifice, ex ipso gladio ferrei nexus componantur, & collum peccatoris, venter atque brachia strictim innectantur ex ipsis ferreis vinculis: sicque de propria patria & solo patrio pellatur. Interim quousque divina pietas eadem vincula solvi præcipiat, primum Roma, dehinc per diversa Sanctorum loca veniam criminis efflagitando peregre proficisci cogitur.* Adde Mirac. S. Bavonis lib. 3. & Mirac. S. Galli cap. 34. Vide *Pœnitentiale ferrum* in *Pœnitentes*. Notanda omnino quæ hanc in rem leguntur in Append. 1. ad lib. 4. Capitul. num. 34. *Non sinantur vagari . . . isti nudi cum ferro, qui dicunt se data pœnitentia ire vagantes. Melius videtur ut si aliquod inconsumetum & capitale crimen commiserint, in uno loco permaneant laborantes & servientes & pœnitentiam agentes secundum quod canonice sibi impositum sit. Interdum nihilominus perpetua peregrinatio injungebatur. Capitul. lib. 6. cap. 421. Sciendum est omnibus quod conjunctio spiritualis commatris maximum peccatum sit, & divortio separandum, atque capitali sententia multandum, vel Peregrinatione perpetua delendum.*

¶ Sæpius religionis tantum & pietatis causa peregrinabantur. Marculfus lib. 2. form. 49. *Quatenus præfens portitor ille, radio inflammante divino, non (ut plerisque mos est) vagandi causa, sed propter nomen Domini, itinera ardua & laboriosa parvipendens, ob lucrandam orationem, limina SS. Apostolorum domni Petri & Pauli adire cupiens, &c.* Quoniam vero habitu id peragerent, docet le Roman de Vacce MS.

En Jerusalem fist Peregrination

En langes & nus piez à grant devotion.

Le Roman de la Rose MS.

Tantost come bons Pelerins

Hastis, fervens & enterius...

Et port o moi par grant effort

Escherpe & bordon grant & fort.

PEREGRINATIONES SOLEMNES, in Jure & Consuetud. Normanniæ cap. 91. dicuntur: *Cum peregrinus accepta in parochia sua licentia, cum cruce, & aqua benedicta, & processione extra parochiam conductur, pergens Hierusalem, Romam, vel sanctum Jacobum, vel in aliam Peregrinationem per cruce signationem.*

PEREGRINATIONE ATTONITUS. Petrus Venerabilis lib. 1. de Miracul. cap. 8. *Qui cum aliquandiu, velut Peregrinatione attonitus, siluisset. Phrasis Gallica, comme s'il fust revenu de loin.* Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *A mea mentis igitur Peregrinatione ad me reversus, &c.*

¶ PEREGRINI, dicuntur omnes qui non sunt de Episcopatu ordinantis, sive sint clerici, sive laici. Vocabular. Juris utriusque.

PEREGRINUS, Peregrinorum officium, quod in Ecclesia Rotomagensi ita celebratum feria 2. post Pascha observat Ordinarius MS. ejusdem Ecclesiæ: *Officium Peregrinorum debet fieri hoc modo: Duo de secunda sede qui sint scripti in tabula ad placitum scriptoris, induti tunica, & desuper cappis transversum, portantes baculos & peras in similitudinem Peregrinorum. Et habeant capellos super capita & sint barbati. Exeant à vestiario, cantantes hymnum, Jesu, nostra redemptio, venientes lento pede per dextram alam Ecclesiæ, usque ad portas occidentales, & subsistentes in capite processions, & tum cantabunt hymnum usque ad eum locum, Nos tuo vultu faties. Tunc quidam Sacerdos de majori sede, scriptus in tabula, indutus alba & amictu, nudus pedes, ferens crucem super dextrum humerum, vultu demisso veniens usque ad eos per dextram alam Ecclesiæ, & subito stet inter illos & dicat, Qui sunt ii sermones. Peregrini quasi admirantes, & eum respicientes, dicant, Tu solus peregrinus. Sacerdos interroget, Quæ? Peregrini respondeant, De Jesu Nazareno. Sacerdos utrumque respiciens, dicat, O stulti & tardi corde. Quibus dictis, statim recedens Sacerdos, fingens se longius ire, & Peregrini festinantes, prosequentes, eum detineant, quasi ad hospitium invitantes, & trahentes baculis, ostendentes castellum, & dicentes, Mane nobiscum. Et ita cantantes ducant eum usque ad Tabernaculum in medio navis Ecclesiæ in similitudinem castelli Ematix præparatum. Quo cum ascenderint, & ad mensam ibi paratam sederint, & Dominus inter eos sedens panem fregerit, & fractione panis agnitus ab illis subito recedens ab oculis eorum evanescat. Illi autem stupefacti quasi surgentes, versis vultibus inter ipsos cantent lamentabiliter, Alleluya, cum versu, Nonne cor nostrum. Quo iterato, vertent se versus pulpitem, & cantent hunc versum, Dic nobis Maria. Tunc quidam de majori sede indutus dalmatica & amictu, in modum mulieris, caput circumligatus respondeat, Sepulchrum Christi, Angelicos testes. Tunc extendat, & explicet unam syndonem ex una parte loco sudarii, & aliam ex alia parte loco vestium,*

& projiciat ante magnum ostium chori. Deinde dicat, Surrexit Christus. Chorus cantet alios duos versus sequentes residuos, & interius recedant M: & Peregrini, & processio facilis memoriis redeat in Choro, & ibi finiantur vesperæ.

PEREMPTORIUS, *Αμνησῆς*, in Gloss. Gr. Lat.

¶ PEREMPTORIUS DIES, Terminus, Ultra quem non datur dilatio. Vox forensis. Epist. Innocentii PP. III. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 441. *Cum autem judices ipsi parrestandem edicto peremptorio citavissent, Templarii... ad diem Peremptorium nec venerunt, nec pro se miserunt aliquem responsalem. Termino Perhentorio utrique parti statuto, in Charta an. 1198. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 374. Rolandinus Patavinus lib. 5. c. 14. Idem S. apostolicus Innocentius Papa IV. post multos terminos Peremptorios constitutos, &c.* Adde Radevicum lib. 1. cap. 27. Concil. Hispan. tom. 4. pag. 68. &c.

¶ PEREMPTORIÆ EXCEPTIONES. Statuta Eccles. Leodiens. an. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 877. *Cum judex viderit aliquam partium per exceptiones frivolas, dilatorias & Peremptorias litem protrahere, &c.* Occurrit in Charta an. 1482. ex Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rotomag.

¶ PEREMPTORIUS, nude, Ultimus. Translat. Crucifixi miracul. tom. 3. Julii p. 457. *Quæ (imago) cum tribus tantum diebus aperta & exposita fuerit, ad vesperam diei xxvii. cooperta & clausa est: quæ dies à die xxv. prædicta erat tertia & Peremptoria.*

¶ PEREMPTORIE, Definite, ultimum. Chronic. Andrense tom. 9. Spicil. Acher. pag. 583. *Cujus (commissionis) auctoritate adversarios nostros à Pictavia Peremptorie citari facimus.* Adde Statuta S. Claudi an. 1448. pag. 40.

PERENDINARE, Morari. [Annal. Bened. ad an. 981. tom. 4. pag. 6. *Ex Romulea egressus urbe (Otto Imperator) & adificata sibi regali domo in campo, qui vocatur Cedici, toto ipso æstivans tempore ibi Perendinans mansit.* Computus an. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. clxvi. *Pro palefrido Regis qui Perendinavit xxx. s.*] Lambertus Ardensis: *Multos in hospitio recepit, & secum Perendinare vel hospitari fecit & coëgit.* Matthæus Westmonast. an. 1016. *Patri qui tunc Londoniis Perendinavit, nuntios dirigens.* Ita non semel, an. 1059. 1087. 1101. 1244. 1254. Fortescutus de laudibus Legum Angl. cap. 35. 36. &c.

¶ PERENDINARE, Eodem intellectu, in Literis ann. 1227. tom. 1. Corp. Diplom. pag. 165. *Milites vero nostri... poterunt ire per terras quas Rex Francia & sui possident more transeuntium, ita quod non possint Perhendinare in villis Regis Francia & suorum.*

PERENDINATIO, [Idem videtur quod Peregrinatio 1.] Articuli Cleri Gallicani oblato Edw. II. Regi an. 1316. cap. 11. *Item petitur quod dom. Rex & Regni magnates non onerent domos religiosas, vel Ecclesiasticas personas, pro corrodis, pensionibus, Perendinationibus faciendis in domibus religiosis, &c.*

¶ PERENDINATIO, Eadem notione. Charta Roberti Franc. Reg. ann. 999. apud Doublet. pag. 826. *Interdicens ante omnia, etiam super omnia omnes hospitationes, Perhendinationes, potentiumque per vim diversiones.*

PERENDINARE, Ingeminare. Vita S. Pharaïdis Virg. cap. 3. *Nec vir immoderata atrocitatis à consuetudine desistebat insania, sed usu quotidiano flagra Perendinabat ferocia. Ubi flagra perendinare, est diu flagellis cadere: nisi legendum sit, ingrandinabat. Vide in Grandes.*

- ¶ PERENDINARE, De die in diem prolongare. Gloss. MS. XIII. sæc. Avenion.
- ¶ PERENDISSENA. Vide *Perdissena*.
- ¶ PERENNARE, Perenne facere. Charta ann. 1030. apud Calmet. Hist. Lothar. tom. 1. col. 403. *Mortalium facta ne simul cum memoria hominum fragili labantur, scriptura apicibus solent Perennari.* Formula haud infrequens in veteribus Chartis. Utitur Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 12. Vide *Perhennare*.
- ¶ PERENNITUDO, Diuturnitas. Rolandinus Patavinus lib. 11. cap. 16. apud Murator. tom. 8. col. 339. *Reversi sunt omnes alacres & ditati: prater quod raffennum preda forensibus injuste concessa, rurorem movit in populo, & inolevit fere seditio Perennitudinis & damnosa, qua tandem sopita fuit studio & peritia sapientium.* Non male alii Codd. MSS. *Pœnititudinis*.
- ¶ PERENNITUS, Omnimode, penitus. Charta an. 1269. in Chartular. S. Vandreg. to. 2. pag. 1716. *Guillelmus de Hamello minor viginti quinque annis cum auctoritate Nicholai de Monte Sora curatoris sui à nobis ei dati Perennitus facta solemnitate qua in curatore dando requiritur.*
- ¶ PEREQUARE TALLIAM. Vide *Peræquare*.
- ¶ PERERIUM. Vide *Petraria* 2.
- ¶ PERERIUS, Pirus, ut *Perarius*. Charta ann. 1316. ex Schedis Præf. de *Mazaugues*: *Pererii tamen habeantur pro non fructiferis, nisi essent emptati.*
- ¶ PERETRA, [f. Idem quod *Petraria*, lapidicina,] in Testamento Guillelmi D. Montipessulani ann. 1211. Locum vide in *Orrata*.
- ¶ PEREUTA, Vas coquinarium. Statuta Monast. Lirinenfis an. 1453. *Item tenetur (abbas) providere coquina... ollis, olletis, Perentis, endeciis, &c.*
- ¶ PEREXIRE. S. Irenæus lib. 2. in Præfat. *Quoniam modo per numeros veritatem affirmare conantur, minuatim Perexivimus, id est, commemoravimus, ex Græco Περξελξεν.* Vide Jacob. Billium lib. 1. Observat. Sacrarum cap. 33.
- ¶ PEREXIRE, Peragere. Capitula Synod. Orient. inter Concil. Hispan. tom. 2. pag. 332. *Non liceat quinta feria novissimæ septimana jejunium solvere & omnem exhonore Quadragesimam, sed sincere abstinentes totam Quadragesimam Perexire.*
- ¶ PEREXPECTARE AD MISSAS, Dimissionem ab officio expectare. Capitul. lib. 1. cap. 132. *Ut omnes fideles communicent & ad Missas Perexpectent sine alia deprecatione.*
- ¶ PERFECTI, à seipsis dicti olim Valentini discipuli, ut testatur Irenæus lib. 1. adv. Hær. cap. 6. num. 4. *Semetipsos extollunt, Perfectos vocantes, & semina electionis.* Eodem nomine gloriabantur hæretici recentiores Albigenisium sectarii, qui & *Consolati* interdum nuncupabantur. Vide in hac voce. De iis sub *Perfeclorum* nomenclatura hæc habet le Roman de la Chantepleure MS.

*Li bougres, li Parfés,
I cil qui riens ne croit,
Ne cuide pas qu'ensfers,
Ne que paradys soit.*

Infra :

*Je nel porroie croire
Dist li bougres Parfés.*

Ab iis ad Quietistas transit hæc appellatio, qua præ cæteris donabantur mulieres quæ eo perfectionis pervenerant ut crimina, pudet referre, consecrarent.

¶ PERFECTIALES, Ministri judicum, servientes. Ordericus Vital. lib. 12. pag. 857. *Rediviva pro-*

- speritas illis blande favens, servos Perfectiales admodum terruit, &c.* Infra pag. 871. *Per dioceses suas illis contumelias irrogarunt, & tam per se quam per suffectos Perfectiales acriter oppresserant.* Forte quasi *Præfectiales*.
- ¶ PERFECTIO. Vide *Perfectum*.
- ¶ PERFECTISSIMUS, Διασημότατος, in Gloss. Gr. Lat. & apud Eusebium lib. 10. cap. 6. &c. Titulus honorarius aliquot Magistratibus attributus, qui *Perfeclissimatus* dicitur, de quo est titulus in Cod. Theod. lib. 6. tit. 37. & Justiniano lib. 12. tit. 32. De eo copiose egerunt Pancirolus ad Notitiam Imperii lib. 1. cap. 3. Cujacius, Valefius ad Ammianum, Jacobus Gotofredus ad l. 1. d. tit. & alii.
- ¶ PERFECTUM. *Ad perfectum suscipi*, in Ordine Romano c. 6. *Perfectionem consequi*, in Concilio Tribur. can. ult. Ελξεν επί τὸ τέλειον, non semel in Concilio Ancyrano, cum scilicet exactis pœnitentiæ gradibus ad sacram Communionem admittebantur Pœnitentes. [Adde Capitul. lib. 5. c. 136. Spicil. Acher. tom. 11. pag. 55. & 73.]
- ¶ PERFECTUM SALUTIS, Perfectio seu consummatio salutis, gloria scilicet æterna. S. Irenæus lib. 4. cap. 9. num. 3. *Ut possint semper proficere credentes in eum, & per testamenta maturefcere Perfectum salutis.* Paulo ante dixerat: *Sicut igitur adveniente Perfecto, non alterum Patrem videbimus.*
- ¶ PERFECTUM, Debitum servitium. Capitul. de partibus Saxon. cap. 29. *Ut universi Comites pacem & concordiam ad invicem habere studeant. Et si forte inter eos aliqua discordia aut conturbium ortum fuerit, ut nostrum solatium vel Perfectum pro hoc non demittant.*
- ¶ PERFICERE, pro *Proficere*, in Charta Johannis Reg. Angl. Lib. nigro scaccarii pag. 379. *Sed cum ibi Perficere non possent, diverterunt ad quandam villam, &c.*
- ¶ PERFIDARE, Perfide agere, à fide, quam quis alicui debet aut pollicitus est, deficere, fidem fallere. Concil. Toletan. XVI. inter Hispan. to. 2. pag. 746. *Quorum denique sceleratorum, qui & in præteritis & nunc Perfidasse detecti sunt, prævaricatione compellimur cætus vestri in universitatem consulere.*
- ¶ 1. PERFILATUS, Netus, Gall. Filé. Vita B. Humilianæ tom. 4. Maii pag. 401. *Capillos habebat longos & flavos; & non videbantur capilli, sed aurum potius optimum polymitice Perfilatam.*
- ¶ 2. PERFILATUS, Filis connexus, Gall. Enfilé. Anonymi Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 809. *Cum rosetis perlarum Perfilataram cum floribus intus, &c.* Supra: *Filorum auri & setæ se tenentes.*
- ¶ PERFILIS, μακροκελής. Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerm. Qui longis est cruribus. Leg. forte ex Vulcan. *Petilis*.
- ¶ PERFILUM, Opus intertextum, nostris olim *Pourfilure, ouvrage tissu, broché*. Statuta Massil. lib. 2. cap. 39. num. 3. *De vestibus filioli vel filiola sine frezio, & veta, & Perfilo accipiant in hunc modum, scilicet de tunica 1v. den. ... si est cum frezio, vel veta, vel Perfilo xii. den. Profilum, ibid. num. 2. pluries occurrit. Litteræ patentes Caroli V. Franc. Reg. an. 1367. de forma vestium: Item, quod nulla dictarum mulierum audeat portare in vestibus suis circa pedes vel alibi aliquod Perfillum pellis, vel panni cirici, vel lanei. Consil. Massil. an. 1381. Quod nulla mulier aliqua audeat ... deferre in capuciis sive aliter nec rivets seu Perfils de pennis variis, erminis, &c.*
- ¶ PERFINELLI, f. Funiculo colligare, nostris *Ficeller*. Statuta Equitum Teuton. artic. 86. apud R. Duelliana

R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 61. *Sellis superpositis & trossarii possunt Persnelli alia qua cum parvis corrigiis ligari consueverunt, & cum aliis, qua liganda sunt majoribus corrigiis, expectabunt iussum mandatoris.*

¶ **PERFINITIO**, Definitio, iudicium. Lex Bajwar. tit. 11. §. 6. num. 1. *Et is propter contumaciam legi obtemperare noluerit, sed suam perfecit domum, & cetera adificia sepis conclusione firmaverit, tunc dicat, Emunda territorium meum usque ad legis Perfnitionem.*

PERFORACULUM, *Terebra*, τρύπανον, in Gloss. Græc. Lat. [τέρετρον, in aliis Gloss.]

¶ **PERFORARE CHARTAM**, **TABULAS** solebant, cum falsitatis infimulabantur, sive genuinæ, sive supposititiæ essent; non ergo perforatio indicium erat convictæ falsitatis. Lex Ripuar. cap. 58. n. 5. *Quod si quis tabulas Episcoporum manibus seu clericorum roboratas intrumpere voluerit, . . . tunc tabula in presentia iudicis Perforentur, . . . & nihilominus tabula stabiles permaneant.* Ibid. cap. 59. num. 3. *Quod si charta in iudicio Perforata idonea fuerit, tunc ille qui causam prosequitur, dupla repetitione culpabilis iudicetur, . . . & ipsum testamentum inviolatum perseveret.*

¶ **PERFORATÆ MONETÆ**. Vide in *Moneta*.

¶ **PERFORATIO BARRII**, seu muri civitatis apertura, pro qua tributum aliquod domino exsolvebatur. Charta an. 1292. Caroli II. Comit. Provinciæ ex Schedis Præf. de *Mazaugues*: *Hugo Teronus servit pro domo sua sex denarios, & pro Perforatione barrii XII. denarios.* Ibi pluries.

¶ **PERFORATURA**, Pellitium, ni fallor. Capitul. gener. S. Victoris Massil. MS. an. 1313. *Statuimus ut nullus de cetero portet in vestibus Perforaturam, cendatum, vel solraturam albam in caputio cisso.* Vide *Pellicia*.

¶ **PERFOSSARE**, *Perforare*, διατρεπεῖν. Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerman. Acta SS. Hermagoræ & Soc. to. 3. Julii pag. 257. *Et cum locus amplius esset Perfoffatus, capsula una cernitur.*

PERFUNDERE dicitur Sacerdos eum quem tingendo, non mergendo baptizat. Summula Raymundi Ord. Prædicat.

Infirmus vel abortivus baptismatis unda

Ter perfundatur, ne non mersus moriatur.

Siglaciata sit hac, formam teneas modo dictam.

Vide *Clinici*, *Superfusi*.

PERFUSIO, [Ablutio, apud Liturgicarum rerum Scriptores, cum scilicet sumtis sacre Eucharistiæ speciebus, sacerdoti vinum & aqua infunduntur ut digitos abluat. Concil. Rotomag. an. 1231. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 177. *Celebraturus quoque Missam secundam vinum Perfusionis non sumat, sed ministro habenti bonam conscientiam conferat.*] Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 1. *Cum aliquis in Natali Domini vel alias de necessitate duas Missas debuerit celebrare, post primam Missam, sumpto Sacramento Eucharistiæ, vinum Perfusionis, sive ablutionis non sumat, sed alii ad sumendum tradat.* Vide *Superfusio*.

¶ **PERFURNIRE**, Perficere, explere, Gall. *Rendre complet*. Liber niger Scaccarii p. 258. *Canonici Hutindonia tenent feodum 1. militis & dim. & ultra x. solidatas terræ, unde, Perfurnitur servitium Wilhelmi, filii Olifard, qui tenet feodum militis x. solidatas terræ minus.* Nostratibus olim *Parfournir*. Le Roman de Giron le Courtois: *Et quant il eust ce fait si s'en passe outre pour Parfournir son poindre.*

¶ **PERFUSIO**. Vide *Perfundere*.

¶ **PERGA**. Vide *Peja*.

Tom. V.

¶ **PERGAMA AULICA**, Palatia. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. p. 172.

Aulica perspicuis penetravit Pergama plantis,

Insignis populi qua tempestate regebat

Dux præclara nimis Æonsted cognomine habenas!

¶ **PERGAMENA**, **PERGAMENARIUS**, &c. Vide *Pergamenum*.

PERGAMENUM, à Pergamenis Regibus cum charta indigerent primo excogitatum, ut scribit Isid. lib. 6. Orig. cap. 11. [Vide Mabill. lib. 1. Diplom. cap. 8.]

PERGAMENUM DE TERRA LEVARE. Tabularium Casauriense an. 22. Lud. Imper. F. Loth. *Et Pergamena cum atramentario de terra elevans Ariperto notario tradidi, & scribere rogavi, . . . testibusque obtuli roborandam.* Alibi: *Unde pro stabilitate vestra ego Rimo cum pinna & calamario & Pergamena de terra levavi, & potestative hanc cartulam venditionis, secundum ritum gentis meæ Almannorum, Audoaldum notarium scribere rogavimus.* Charta alia apud Ughellum tom. 3. pag. 49. *Atramentario, penna, & Pergamena manibus meis levavi, & Theuperto notario. . . ad scribendum tradidi.* Alia p. 61. *Et Pergamenam, pennam, atramentarium, juxta Legem meam Ripuariorum de terra levavi, & Rolando notario ad scribendum dedi, &c.* Adde p. 416. & Bullarium Casinense to. 2. pag. 70. [Charta Mathildis Tusciæ Ducisæ an. 1102. apud Miræum to. 1. p. 370. *Sed præsens hæc chartula offertionis omnibus temporibus firma permaneat atque persistat & Pergamenam cum atramentario de terra levavi, paginam Guidonis notarii tradidi & scribere rogavi.*] Occurrit etiam hæc formula non semel in Chartis Sabaudicæ Comitum apud Guichenonum: quæ quidem nihil aliud sonat, quam quod donator sponte, nec coactus donationem facit, pergamenum tradendo in manus Notarii.

¶ Cujus ritus observatio memorabatur ab ipso Notario, ut discimus ex Charta an. 1033. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 100. *Et bergamena (sic) cum atramentario ego qui supra Adeleyda de terra levavi, & Agimoni notario sacri Palatii tradidi & scribere rogavi, in qua supter confirmans, testibusque obtuli roborandam.* Ego qui supra Aimo notarius sacri Palatii rogatus, scriptor hujus cartule offertionis post tradita complevi & dedi.

¶ **PERGAMENA**, Idem quod *Pergamenum*, in Epist. Petri Delphini apud Marten. tom. 3. Ampliff. Collect. col. 1129. *Ubi redierint Venetiis nostri, mittam ei qui Pergamenas vendidit, reliquum pecuniæ.* Pluries supra occurrit.

¶ **PERGAMENTUM**, Eadem notione, in antiquis Consuetud. Monast. S. Jacobi de Monteforti apud Marten. Collect. novæ part. 1. pag. 317. *Nullus ingrediatur coquinam, excepto cantore & scriptoribus ad planandam tabulam, aut faciendum incaustum, ad exsiccandum Pergamentum.* Hist. MS. Beccensis pag. 62. *Eam (scripturam) in Pergamento jubet tradi.*

¶ **PERGAMERIUM**, in Capitulo gener. MS. S. Victoris Massil. *Unus liber in Pergamerio magnus fiat, & in armario teneatur.* Leg. videtur *Pergameno*.

¶ **PERGAMENARIUS**, Qui *pergamena* parat vel vendit. Charta Ruperti Comit. Palat. an. 1386. apud Tolner. Hist. Palat. p. 124. inter Instrum. *Concedimus per presentes ut universi servientes, sui videlicet bedelli, librarii, stationarii, Pergamenarii, &c.* Occurrit præterea in vet. Catalogo MS. B. M. Deauratæ Tolofanæ.

¶ **PERGAMINERIUS**. Raimundus Ruffi Pergaminerius cum aliis testibus subscribit testamentum Sauræ de

Medullione an. 1286. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 62.

PERGAMENARIUS, Officium in Monasteriis, apud Adalardum in Statutis Corbeiensib. lib. 1. cap. 1. *Qui pergamina parabat, ut est in Vita B. Mariani Abbat. Ratispon. num. 9.*

¶ PERGAMUM, Suggestus, ab Ital. Pergamo. Acta SS. Junii to. 1. pag. 367. de B. Andrea Hispellate: *Corpus B. Andrea de Hispello in capsula lignea fere consumpta, existente subter Pergamum.*

PERGENUARE, Genibus repere, γονυπέλειν. Saxo Grammaticus lib. 6. *Cumque extis vacuus, labefactis viribus, gravi sitis angustia premeretur, petenda potio- nis cupiditate Pergenuans, labentis cominus rivi lym- pham exposcit.*

¶ PERGESTUS, Constitutus, definitus. Charta an. 1449. apud Rymer. tom. 11. pag. 240. *Tractatum, concordatum aut conclusum fuerit quomodo seu Pergestum, &c.*

PERGIA, [& PARGIA, Jus quoddam, quod do- mino competit ratione *Emendarum*, quæ pro dam- no animalium in agris & pascuis irrogari solent, absque tamen præjudicio æstimationis damni, ei exsolvendæ, cui illud factum est, ut ex Adversa- riis MSS. Augusti Gallandi definitur in voce *Spar- gicia*, quam vide.] Charta Stephani Comitis Bur- gundiæ & Joannis Comitis Cabilonensis an. 1229. pro Libertatibus oppidi Auffonensis apud Clau- dium Juranum in Antiquit. Auffon. *Se beste est prise en dommaige de bley ou de prey par eschappée, cils cui la beste sera doit rendre le dommaige & la Pergie, qui monte quatre deniers, se ce est chevaux: se ce est beste aumaline, 12. deniers, se ce est porcs, un denier. Se elle y est menée, cils cui elle est doit rendre le domaige, & la Pergie, & la loi, &c.* [Eadem edita rursum habes to. 4. Ordin. Reg. Franc. p. 395. Litteræ Philippi Dom. Joinvillæ ad Ararim an. 1354. ibid. pag. 301. *Et en cas que beste seroit perduë. & elle estoit trouvée en dommaige, elle paieroit quatre de- niers pour Pergie, & rendroit le dommaige.*]

¶ PERGOLARE, ut mox *Pergolatus*. Mirac. B. Si- monis tom. 2. April. pag. 824. *Faciendo quoddam Pergolare, visum fuit eidem, quod malus Spiritus in- troiret in eum.*

¶ PERGOLATUS, Trichila Columellæ, Gall. Treille, Ital. Pergolato. Statuta castri Redaldi lib. 1. fol. 22. v. *Ordinamus quod omnes & singuli qui labo- rant & de cetero laborabunt vineas, Pergolatos, & alias quascumque vites alicujus districtualis castri Redaldi te- neantur & debeant ipsas tales vites, vineas & Pergo- latos putare debitis temporibus &c.* Vide *Pergula* 3.

¶ PERGOLUM. Vide *Pergulum*.

¶ PERGOLUS, ut *Pargula* 3. in Statutis Pallavic. lib. 2. cap. 73. fol. 132. *In vinea, vel Pergolo ac- cipere uvas, &c.*

¶ PERGOMASCHÆ, Bergomates, nostris *Berga- masques*, qui ex Bergamo vel ejus districtu sunt, b mutato in p, ut Italis usitatum est. Statuta Placent. lib. 6. fol. 69. recto: *Licet omnibus Pergomaschis & aliis personis, undecunque sint, qui venerint in epi- scopatu Placentino causa pasculandi bestias. . . . finito pasculo cum bestiis exire.*

¶ PERGOTTARE, ab Ital. *Percotere*, Verberare, cædere. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 410. *Tenor autem, quo tormentorum series indicitur, talis est. . . . Decima tertia die serpiantur eis dua corrigia per spallas, & Pergottentur.*

1. PERGULA, Trabecula in ædibus sacris, à qua pendent Lychnuchi. Anastasius in Greg. III. *In quo (oratorio) faciens Pergulam, contulit dona diversarum*

specierum, id est, gabathas aureas duas, &c. Infra: *Et super eandem absidem cruces argenteas 3. & cetera quæ in ornamento Pergula, seu ad vestes altaris ordinata sunt.* In Leone III. *Nec non & gabathas fecit ex auro purissimo 15. cum gemmis pendentes in Pergula ante altare, &c.* Alibi: *Verum etiam & polycandilum por- phyreticum pendente in Pergula ante Confessionem in catenulis aureis, &c.* Adde pag. 13. Guillelmus Bi- blioth. in Stephano VI. *Et in Pergula ipsius Basili- ca. . . . posuit cantharam auream unam cum pretiosis margaritis ac smalto, cum perpendicularo ad pendendum.* Vocem pro tabulatō usurpat Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 74. de Papa: *Et deinde die Pasche. . . . ordinata Pergula, ante primas portas Basiliæ S. Petri ipsum solenniter coronave- runt.* Utuntur etiam Latini scriptores. [Vide *Per- gulum*.]

¶ 2. PERGULA, *Tuguria parva alto posita.* Gloss. ve- tus MS. Sangerman. num. 501. Aliud Lat. Græc. *Pergula, μερόδμη, ὑπερώων, ὄροφῆ, στερόν, ἔμμημα.* Vo- cabular. juris utriusque: *Pergula, est tugurium, vel obumbratio frondosa. Pergula, officina publica pictorum,* in l. ult. Cod. Theod. tit. 4. de excusat. artific. Vide ibi Jac. Gotofredum.

3. PERGULA, Vitis species, de qua Petrus de Cres- centiis lib. 4. cap. 4. extremo. [Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 466. *Dedit præfa- tus Campo abbas in territorio Reatino res Johannis De- cani & in Oliano & Bajono, & casalicium de Cupenco, & Pergulam ibidem. Italis Pergola. Vide Pergolatus.*]

¶ PERGULUM, PERGOLUM, Italis Pergolo, Ta- bulatum, suggestus, podium. Charta an. 1185. *Postea exiit dominus Papa (Urbanus III.) de ecclesia & ascendit super Pergulum & predicavit populo.* Acta S. Aldebrandi to. 1. Maii pag. 159. *Ipsè vero fu- giens de Pergulo, recuperavit se in campanile.* Acta S. Jacobi-Philippi tom. 6. Maii pag. 174. *Ascendat Pergolum seu aringheriam consuetam, suamque decla- ret de hac re sententiam.*

PERGUS. Charta Henrici Imp. an. 932. apud Mi- ræum in Codice Donat. Belgic. lib. 2. cap. 30. *Et in his locis, & in omnibus quæ possidet, concedimus & confirmamus ei bannum & justitiam, impetum & buri- nam, ictum & sanguinem, reperturam, Pergum regium, fora, telonea, Vicecomitatum, wagaria, rectum, & non rectum, vectigalia, & quidquid pertinet ad judi- catum, integritatem reipublicæ & incolumitatem, &c.* Eadem Charta edita à Barthol. Fizenio in Hist. Leod. pag. 233. *pirgum præfert.* Vide an non si- gnificet carcerem seu jus carceris regii, ex Græc. πύργος. Vide *Turris*.

¶ Vim vocis non intellexit doctissimus Cangius. *Pergus*, vel *Pirgus*, hic idem omnino sonat quod infra *Pirgius* vel *Pirius*, Itinerarius ægger, via stra- ta, publica, regia. Vide *Pirgius* & *Pirgus* 1. Unde pro *reperturam* legendum loco laudato *rupturam* fa- cile conjicies.

¶ PERHEMNITER, Peremptorie, definite. Char- ta an. 1277. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 15. *Nos vero dicta justæ petitioni annuentes, fecimus citari præ- cise & Perhemniter ad diem Sabatti post octabas Con- ceptionis B. Mariae.*

¶ PERHEMNITER, Perenne, perpetuo. Donatio Abbatæ S. Eusebii monasterio S. Ægidii an. circ. 1048. in Tabular. ejusdem monast. *Perhemniter jurè hereditario possidendum.*

¶ PERHEMNIS, pro Perennis, in Charta an. 1277. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 16. *Et in publicam for- mam redigere ad Perhemnem rei memoriã. . . . man- damus.*

¶ **PERHENDINARE**, **PERHENDINATIO**. Vide *Perendinare*.

¶ **PERHENNARE**, ut *Perennare*. Vide in hac voce: Charta Alberti Magdeburg. Archiep. an. 1231. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 28. *Et ut hac nostra ordinatio Perhennetur super ea presentem paginam scriptam appensione nostri sigilli fecimus corroborari*. Charta an. 1244. Hist. Mediani Monast. pag. 317. *Solemus eas (res) vivacis lingua testimonio & scripturae memoria Perhennare*.

¶ **PERHENNIRE**, Eadem notione. Charta ann. 1347. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 509. *Evanescant de medio, si non Perhenniantur cum firmatione scripturarum*.

¶ **PERHENNITER**, Perenne, perpepno. Charta Erici Magdeburg. Archiep. an. 1291. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 38. *Ut autem hac nostra donatio grata, rata & inconvulsa Perhenniter perseveret, &c.* Vita MS. S. Winwaloei fol. 17. *Hortus Salomonis conclusus & signatus, atque omnium Perhenniter plenus pomorum. Ubi Perhenniter per annum sonare videtur*.

¶ **PERHENTORIUS**, pro *Peremptorius*. Vide ibi.

¶ **PERHERBARE**, Pascere. Charta ann. 1366. pro officio Aquarii de Talemundo: *Item poterit dictus Aquarius habere & tenere in maresis dicti monasterii animalia sua Perherbanda tempore primae herbae*.

PERHORRESCENTIA, Idem est quod timor seu magna suspicio, vel magnus metus. Vox fori Hispanici, de qua Michael del Molino in Repertorio Fororum Aragon. in hac voce.

PERIBOLUS, Urbis murus, seu potius mœnia. Gloss. Gr. περιβολος, Mœnia. Will. Tyrius lib. 8. cap. 14. *Tota nocte circuibant Peribolon*. Albertus Argentin. an. 1375. *Dein mœnia muri antiquitatis predicta exaltata sunt cum Peribulo seu deambulacro novo*.

PERIBOLUS, **PERIBULUM**, Ambitus ædis, maxime sacræ. Will. Brito in Vocabul. MS. *Peribolus dicebatur murus exterior qui cingebat gazophylacia cantorum custodientium altare*. Mamotrectus ad 1. Machab. cap. 13. *In Peribolo, i. muro atrii domus Domini, quod totum templum per quadrum in circuitu ambiebat*. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. n. 35. *In primitiva Ecclesia Peribolus, id est paries qui circumit chorum, non elevabatur, nisi usque ad appodiationem, quod adhuc in quibusdam Ecclesiis observatur, quod idèo fiebat, ut populus videns clerum psallentem, inde bonum sumeret exemplum*. περιβολος ἐκκλησιαστικῆν, in Constitut. Theodosii & Valentin. de his qui ad Eccles. confug. *Templi circumjectum*, inl. 4. Cod. Th. eod. tit. *Septum Ecclesiæ*, in Concilio Aurel. IV. cap. 21. in Capitul. Caroli Mag. lib. 5. cap. 177. 219. Gloss. *Conseptum*, περιβολος. Ita *conseptum* de ædibus sacris usurpant Solinus, Apuleius, S. Ambrosius, & alii. Amalarius lib. de Ordine Antiphonarii cap. 27. *Manifestum est quod castigatio corporis per jejunium, & humiliatio mentis. . . . excludat diabolus de Peribolo sancta Ecclesiæ*. Fridogodus in S. Wilfrido cap. 15.

. . . Exhorrui licet alti

Viribus ingenii reparare Peribula templi.

Flodoardus in Adriano PP.

Culmina restituit, fabricisque Peribola cingit.

Thietfridus Epternacensis Abbas in Floribus libro 1. capite 6. *Taceo quæ ipse Deo mihi teste & conscio olfactu perpensi de nostra Ecclesia Peribolo, &c.* Odoericus Vitalis l. 12. *Defunctum in Aquilonali climate Periboli sepelierunt*. [Hist. S. Juliani Turon. apud Marten. to. 5. Ampliff. Collect. col. 1076. De Tom. V.

curfis itaque matutinis, ad monasterium rediit, & juxta ecclesiam B. Albini in quodam suo Peribolo membrâ languida locavit.] Quid autem Ecclesiæ Peribolus contineret, docet prædicta Theodosii Constitutio & d. l. 4. nempe *cellulas, domus, hortulos, balnea, areas, atque porticus, infra quos limites his qui ad Ecclesias confugiebant, vitæ immunitas erat*.

¶ **PERIBOLUS**, nude, Septum, vallum. Chron. Monast. Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 701. *Erat enim ipse locus ita in circuitu suo oppido præmunitus, ut cum modicis obstaculis posset undique protegi, aut cum stipitibus, maceriarum vel Peribolo*.

PERIBOLUS, Xystus, Porticus. Papias: *Deambulatorium, Peribolus*. Glossæ MSS. Regiæ cod. 1673. ξυστιάς, περιβολία. Odo Abbas lib. de Translat. S. Mauri Abb. cap. 7. *Deprecari illum cœpi, ut si aliquid ex his (testamentis seu donationibus) in Peribulis, aut in scriniis tomo cartarum ejusdem loci sciret, nobis reddere dignaretur*.

¶ Rectius Mabillonius post Bollandum *Peribolum* hic interpretatur Archivum seu Tabularium: ubi præterea monet vocem *tomo* glossema esse. Neque alio significato accipienda eadem vox in Vita MS. S. Gurthierni ex Tabular. Quimperleg. *Hæc cartula præscripta inventa de genealogia S. Gurthierni cum reliquis revelatis, multum vetustate confecta servatur in Peribolo celebris nostri monasterii*.

PERIBOLUM, in Glossario Saxon. Ælfrici redditur *ycipe*, quæ vox *Pagum*, seu *Comitatum* sonat.

¶ **PERICHELIS**, *Ornamentum puellarum*. Gloss. MSS. S. Andreae Avenion. Hinc emendandum Carmen de varia fortuna Ernesti Bavar. Ducis, apud Marten. to. 3. Anecd. col. 372.

. Hæc pulcras jactat inaurès;
Illa Pericherides & torques versat, & altas
Ventillat armillas.

Nisi legendum malis *Periscelides*, ut habet Horatius Epist. 17. lib. 1. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Perichesis, vel Periscefsis, secundum Antiquos Perichelis, Une maniere de aournemens de femes es bras; ou es cuisses*.

PERICLA. Meminit Rocchus Pirrus tom. 2. Notit. Sicul. pag. 368. Chartæ Rogerii Comitæ Siciliae an. M. 6645. qua cuidam Monasterio concedit *Periclas terrarum ad laborandum, & animalia sine quavis exactione pascantur in tenimento Saccesi, &c.* [Ubi f. legendum *Perticulas*. Vide in hac voce.]

¶ **PERICLAMIUM**, Precatio, oratio. Hymnus de S. Wlfranno: *Ad ejus (S. Wulfranni,) Periclamia patena quidem aurea maris reventa gurgite; hæsit ministri dextera*.

PERICLITARI, Naufragio perire. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Periclitari, Perir.*] Charta Philippi Comitæ Flandriæ an. 1180: in Tabular. S. Bertini: *Si autem gubernatores navium cum sociis suis forte, quod absit, Periclitati fuissent, pro redemptione animarum eorum tricenarium cum præbenda eis, quasi uni ex Fratribus Ecclesiæ concesserunt*. Vide *Periculare*.

PERICLYSIS, περικλυσις, Ora, extremitas, circumtextum vestis vel veli, purpura in orbem currens, quam Pollux περιπέτρην vocat. Ita Salmasius ad Vopiscum. Anastasius in Leone III. *Cortinas albas holosericas rosatas habentes in medio crucem de chrysoclabō, & Periclysin de fundato unam*. Infra: *Cortinam majorem sericam albam habentem Periclysin & crucem de fundato*. Ibid. *Et vela holoserica majora sigillata habentia Periclysin & crucem de blaitin, . . . item vela modica de stauracin . . . ex quibus tria habent Periclysin de fundato*. Occurrit ibi sæpe pag. 121. 122. 123. 128. 130. &c.

¶ PERICONIUM, à Græco περικωνῆν, Oblinere, obducere, ut in opere tectorio atque in albario fit, apud Tamayum contra Quevedum in Prologo ad Vitam S. Pauli.

¶ PERICULARE, Naufragio perire. Miracula B. Simonis Eremit. August. tom. 2. April. pag. 827. *Dicitur navis ex fortunali & periculo Periculavit & suffocavit in mari, . . . qui in dicta navi erant morientes suffocati fuerunt. Vide Periclitari. Periller, eadem notione, apud Poetas nostrates. Le Roman de Vacce MS.*

*Ni out que deus nefs Perilliés,
Ne sai si furent trop chargiés.*

Le Roman de Blanchandin MS.

*Et com il furent Perillié,
Et trestuit en la mer noié.*

¶ PERICULARITARE, Periclitari. Ratherius Episc. Veron. lib. 5. Præloq. apud Marten. to. 9. Ampl. Collect. col. 924. *Tempestat ergo est in mari, si Pericularitaret navis? &c. Vide Periculare.*

PERICULONES, Periculosi, ἐπιφεινόμενοι. Commodianus instruct. 12.

Aut Periculones Minnermonisque sutores.

PERIDOPARE. Fragmentum Petronii: *Sic istos Peridopabant, ut illis Jupiter iratus esset. Ubi forte legendum peridorpabant, id est, tractabant, à δόρπον, cæna, unde περιδορπάζειν.*

¶ PERIDOT. Vide infra Peritot.

¶ PERIERGIA, vox Græca, Solertia, sedulitas. Abbo de Obsid. Lutetiæ à Normannis apud Duchesnum pag. 36. *Qui tamen Periergia, quæso, industriaque legentis debita virtuti restituantur. Fridogodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 195.*

*Testis adest hujus sanctæ Periergia sedis,
Hæc quia non sprevi, nam nec spernenda putavi.*

¶ PERIERMENIÆ, Interpretationes; vox Græcæ originis περι ἐρμηνείας. Bernardus Pezsius tom. 1. Anecd. Præfat. pag. xi. *Incipiunt Periermenia Apulei: Studium sapientia, quam Philosophiam vocamus, plerisque videtur. Librum præterea inscripsit Aristoteles περι ἐρμηνείας, cujus meminit Placidus Diaconus in Supplem. virorum illustr. Casin. cap. 19. apud Murator. tom. 6. col. 73. Vide Isidorum lib. 2. Orig. cap. 27.*

PERIGIUM, Periculum. Charta Alfonfi Comitis Bononiensis ann. 1288. tom. 4. Monarch. Lusit. pag. 279. *Et excepto Perigio de navibus in mari perclitantibus.*

¶ PERILARE, Periculum incurrere. Anonymus Barenfis in Chron. an. 1064. *Dux venit in Bari . . . & Gozolino Perilavit cum suis ac Petrino. Periller, Gallis. Leges Normannicæ Wilhelmi Nothi cap. 32. Et si avers trespassent, Perilot, à el devient wate, è il ne pussent mustrer ne cri ne force, qui l'on fu faite, si rendissent l'aveir. Id est, si averia moriantur, vel in ejusmodi periculum incidant, ut deinceps vitium aut labem aliquam incurrant, &c. Le Roman de Jordain MS.*

De ma compaigne que je fis Perillier.

Occurrit etiam apud Joinvillam in Hist. S. Ludovici pag. 112. & in Consuet. Britan. art. 644.

¶ PERIMACHIA, Certaminis apparatus, contentionis cumulus, Græc. περιμαχία. Sidonius Epist. 7. lib. 1. *Deserimus nihil tale metuenti totam Perimachiam, &c.*

¶ PERINDIGERE, Omnino destitui, ad summam indigentiam redigi. Tertull. in Scorpiac. cap. 13. *Indigeamus, sed non Perindigeamus. Sic reddit verba Græca Epist. 2. ad Cor. cap. 4. 8. ἀπερήμενοι, ἀλλ'*

ἐκ ἐξαπορήμενοι. Ubi Vulgata habet, *Aporiamur, sed non destituimur.*

¶ PERINOEA, Animadversio, censura, Græcè περινοία. Justin. Novell. 146. edit. Lugdun. *Neque licentiam habebunt hi qui ab eis majores omnibus archipherecitis aut presbyteri, forsitan vel magistri appellantur, Perinocis aliquibus aut anathematismis hoc prohibere.*

¶ PERIPETASMA, Velum nauticum. Translat. S. Mauri sæc. 4. Bened. part. 2. p. 178. *Cum rudentem Peripetasmatis malum navis scandens, tornatura, de qua dissilierat, reaptare vellet, &c.*

¶ PERIPHERIA, Circumferentia, ambitus; vox Græca. Mullerus in Introduct. ad Hist. Sand-hippolyt. apud R. Duellium lib. 1. Miscell. p. 283. *Tametsi supra memoratus Episcopus Pataviensis Petrus huic tunc oppido murum circumdedit, & in civitatis formam instaurasse dicitur, id attamen non de integra illius intelligendum est Peripheria. Utitur Mart. Capella lib. 6. pag. 229. & lib. 8. pag. 278.*

¶ PERIPITISMA, f. perperam pro Peripetasma. Annales Franc. Anianenses: *Dedit idem Rex serenissimus Augustus quatuor Evangeliorum librum, . . . cujus postes sunt mirabili schemate compositi, ut unum electri aurolum conformet Peripitisma, alterum vero eburis pulchre calatum distinguat iconisma.*

PERIPSEMA. Glossæ MSS. *Peripsema, limatura metalli, & purgamenta pomi, & quisquilia domus, & rasura cujusque rei. Res vilis & abjecta, apud S. Paulum. Liber Epistolarum S. Bonifacii Arch. Mogunt. Epist. 74. Hæc xeniola direximus tuo cultui . . . caligas, & Peripsemata, orarium & coculam, & gemmam brevem. [Ubi Peripsemata videntur Grævio recensenda esse inter pedum tegumenta, quod caligis jungantur.]*

PERIPSEMA, fem. gen. Liber Sacramentor. Gregorii M. *Si à me omnium Sacerdotum Peripsema sacrificium offeratur, polluta conscientia crimen augetur. Vel indeclinabile.*

PERIPSIMA, Media planta pedis. Gloss. Isid.

PERIPSIMA, Sordes, immunditiæ. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 48. *In Sabbato autem post Nonam, vel post Vesperas, totam coquinam bene cum scopis emundant, adunantes ante ostium ipsius coquina totum pulverem ac Peripsima, unde in crastina, dum Missa matutina cantatur, custos vini faciet auferri.*

¶ PERIPSYCIS, Frigidor, in Gloss. MSS. à Græco περιψυξίς.

PERISTERIUM, Ciborium, in cujus cavo appensa erat columba, ex qua pendeat pyxis, sacram Eucharistiam continens. Testamentum Perpetui Episcopi, quo legat *Amalario Presbytero casulam unam communem de serico, item Peristerium & columbam argenteam ad Repositorium. Hinc emendandus, ni fallor, Rainerus de Translat. reliquiarum SS. Eutychetis & Acutii: Cujus claustrum prominens pulchritudine decenti fastigium, columnis ambitum purpureis, sculptarum vario schemate figurarum insignitum, argenteum bajulat, quod vulgo ciborium dicitur, nitens Peristerium, sub cujus umbraculo altare similiter statuit, argenteis undique redimitum tabellis, &c. Editio præfert Pyrasterium.*

PERITOT, [Gemma viridis coloris smaragdo durior, sed minoris pretii, nostris Peridot vel Pelidor. An veteribus cognita fuerit, incertum est. Vide *Paradota.*] Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 6. de reliquiis S. Thomæ Cantuariensis Archiep. *Annulus, qui fuit super digitum suum, cum dicto Peritot, tempore, quo gladiis impiorum occubuit. [Haud scio*

an idem sit lapis qui *Pedoire* dicitur in Poëmate de la guerre de Troyes MS.

*Li quart pillier fu d'un Pedoire . . .
Sont pierres ferrées & dures, &c.]*

¶ **PERIVOLIUM**, *Silva muris aut sepibus cincta*; in qua feræ venaticæ concluduntur. Vide *Brolium*.

¶ **PERJURAMENTUM**, **PERTURATIO**. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 64. *Judicatur simplex lada simplici Perjuramento, triplex lada Perjuratiōe, & nullum unquam ante juramentum condonetur. Ubi Perjuramentum est purum sacramentum; Perjuratio vero sacramentum solemnus, puta super Crucem, Altare, &c.*

¶ **PERJURARE**, Dejerare, vel falso jurare. Lex Salica tit. 50. §. 2. *Si aliquis alicui imputaverit, quod se Perjurasset, & non potuerit affirmare, &c.* Ita §. seq. Phrasis Gallica, *se parjurer.* [Perjuris pœnas inflictas videlicet passim in Capitularibus Regum nostrorum.]

¶ **PERTURATUS**, Perjurus. Synodus adversus Felicem sub Leone III. PP. inter Concil. Hispan. to. 3. pag. 114. *Non solum harestarcha dudum de adoptione in Filio Dei latrans factus est; sed etiam & semel & bis & tertio Perjuratus effectus est.*

¶ **PERIZOMA**, Quo aliquid circumcingitur, à Græc. *περιζωμα*, quod idem est, Gen. 3. 7. Isidorus lib. 19. Origin. cap. 22. *Vestis antiquissima hominum fuit Perizomatium (i. Perizomatium) id est, succinctorium, quo tantum genitalia conteguntur. Hoc primum primi mortales è foliis arborum sibi fecerunt, quando post prævaricationem erubescerent pudenda velabant.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Perizoma, une maniere de vestement, surceint, braie.* Idem quod aliis *Campestre*. Vide *Campestratus*.

¶ **PERIZONIUM**. Perottus: *Castula, palliolum præcinctam, quo nuda virgines infra papillas præcinguntur, id & Perizonium & præcinctorium appellatur.* Vocabul. Sussannæi: *Perizonium, Devanteau, alias castula & præcinctorium.*

¶ **PERLÆ**, Margaritæ, uniones, nostris *Perles*. Matthæus Paris & Matthæus Westmonast. an. 1255. *Et erat quidam lapis pretiosus, qui dicitur vulgariter Perla.* Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. *In auro, & argento, Perlis, & pomis ambra, filis aureis, phylacteriis, &c.* [Venditio quorundam jocalium an. 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 567. *Videlicet quandam Crucem magnam de argento deaurato, operatam & factam de & cum smaltis ac lapidibus, margaritis seu Perlis, &c.* Testam. Beatricis de Alboreya Vicecomit. Narbon. an. 1367. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1524. *Item, legamus conventui dominarum de S. Pontio Thomeriarum quinque lapides vocatos saphirs perforatos, qui sunt in opere, cum Perlis, nec non & omnes alias Perlas operatas, & non operatas, & omnes botonos auri & argenti, cum Perlis & sine Perlis.]* Occurrit non semel apud Odoricum de Foro-Julio in Peregrinat. sua. Scripsit Wido de Pileo, Episcopus Ferrariensis, Poëma, de veteri novoque Testamento, cui titulum fecit: *Perla Bibliorum.* Statuta MSS. pro aurificibus Parisiens. an. 1355. *Ne Orsevre ne peut mettre en œuvre d'or ne d'argent Parles d'Escoce avec Parles d'Orient, se ce n'est en grand joyaux d'Eglise, &c.*

¶ **PELLÆ**, Eadem notione. Michaël Scotus lib. de Physion. cap. 8. *Pella rotunda.* Adde cap. 17. *Necrologium Ecclesiæ Paris. Id. Junii: In qua planeta sunt quidam lapides pretiosi, qui vulgo Pella vocantur.* Hauserunt Latini scriptores à nostris. Auctor Rosarii S. Dionysii MS.

Elle est en plusieurs lieux semée,

Embellie & peinteurée

De Pelles & de biaux saphirs.

Chron. MS. Bertrandi Guesclini:

Et quant le Roy le vit, son chapel à jus mis;

Qui fut moult noble & biaux, à vrais Pelles massis;

Alio loco:

En coronnes plaisans d'or fin Arabiois,

A pierres & à Pelles aussi grosses que pois.

¶ **PERULI**. Iso Magister in Glossis: *Bacas, gemmas rotundas, qui uniones vocantur, eo quod in capite ostrearum aperto cerebro semel in anno & unus tantum, quos & Perulos vocant.* Vide *Perula*.

Casaubonus ad fat. 2. Persii observat, margaritas infimæ Latinitatis scriptores vocare *Perulas*, vocemque exflare apud veterem interpretem Horatii. Salmasius ad Hist. Aug. *perulas* dictas censet, voce ex Latino deslexa, quasi *pilulas*, seu parvas pilas. Unde & *pirula* Isidoro rotunda illa nasi extremitas, pro *pilula*, dicitur. Et in Notis ad Solinum, *perulam*, pro *sphæcula*, i. parva sphæra, dixisse veteres scribit: ita enim recentiores sphæram appellasse, indeque *perulas* uniones Gallis dici, ut Græcis *σφαίρα*. Alii à *Perna* quæ est conchæ species, de qua Plinius lib. 32. Vide in *Perna*.

¶ **PERLIMITARE**, Limites alicujus provinciæ pertransire. Chron. Mosomense apud Acher. to. 7. Spicil. pag. 626. *Interim Porciensem comitivam ingressus, prope jam egrediens Perlimitabat eam, cum ecce à latronibus vitæ vel pecuniis transeuntium insidiantibus occurso improvise exceptus, &c.*

¶ **PER LONGUM**, Gall. *de long*, Eâ parte qua quid longum est. Litteræ Caroli V. Fr. Reg. an. 1367. de Forma vestium: *Item, quod nulla ipsarum audeat portare mantellos apertos à lateribus, quia videntur esse viri, ipsos tamen à parte ante in medio persona ante Per longum possint portare apertos.*

¶ **PERMANENTIA**; Perpetuitas. Diploma Henrici Ducis Slesviæ an. 1319. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 3. *Ut modus & ordo gestorum nostrorum, quæ efficaci Permanentia perpetuo oportet & debent subsistere & solida permanere, &c.*

¶ **PERMANSIVE**; non *dispositive*, Voces quæ passim occurrunt apud Scholasticos, id est, inquit Goclenius in Lex. Philos. per modum habitus, non affectionis.

¶ **PERMENTARIUS**, seu *Parmentarius*, ex *paramentarius*, qui vestes parat, id est, ornat, nostris olim *Paramentier*, qui hodie *tailleur d'habits*. In Regesto Ambianensis urbis ann. 1265. *Parmentier & tailleur de draps.* Catholicon Armor. *Courezaff*, Gall. *Correer, Parmento, as, &c.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 987. *Ut nec mercator, nec institor, nec Permentarius, nec corvesarius, nec ullus minister, volens vendere vel emere, non vendant, nec emant aliquid alicubi, nisi ibi quamdiu nundina duraverint.* Guillelmus de Guignavilla Monachus Carolilensis Monasterii, in Peregrinatione animæ:

Ceus qui serrent desloiaument;

Et qui labeurent faussement;

Maunier qui emplant leur raison

Des grains d'autrui contre raison:

Faus Parmentiers, & autres gent

Qui de l'autray si largement

Preuvent, que se seus estoit,

Le meins mesme les prendroit.

¶ **PARMENTARIUS**, in Chartular. V. S. Vedasti Atrebat. pag. 262. *Singulis debent annis de sua caritate & confraternitate Parmentarii iv. sol.* Et pag. 266. *Hala Parmentariorum præposito 11. den.* Vide *Parator*.

¶ PERMISSIO, Dimissio, Gall. *Delaissement*, abandon. Litteræ Henrici VII. Reg. Angl. an. 1509. apud Kymmer. tom. 13. pag. 244. *Relaxavimus eidem Episcopo (Londoniensi) omnimodas prostrationes, abrutiones, sive Permissiones cadendi aliquarum domorum.*

¶ PERMITTENTE APOSTOLICO, in lib. 7. Capitul. cap. 260. Verba illa, inquit Marca lib. 2. de Concordia cap. 12. §. 7. formulam redolent qua Magistratus utebantur cum Rescriptorum principalium tristitiam mollebant, quaque usus est Gregorius M. cum legem Mauricii de militibus ad monachismum properantibus temperavit. Quod nos hodie cum bona venia, aut sub beneplacito Pontificis fieri dicimus.

¶ PERMOLDER, f. Præstationes quæ ex molendino percipiuntur. Chron. Hamelense apud Leibnit. to. 2. Script. Brunsvic. pag. 512. *Ut ego ejusdem ecclesie fratres in decima villa Hamelen & majori molendino & in bonis qua quondam Permolder dicebantur, qua nos ipsi ad Hamelen firmis præbenda fructibus assignavimus, &c.*

PERNADA, Ager vel prædium. Prima Curia Generalis Barcinone celebrata à Jacobo II. Rege Aragonum an. 1283. cap. 23. *Si tenent masatam, hordam, vel Pernatam, aut alia bona talia unde possent hospitium competenter tenere.* Alia Curia Barcinon. ann. 1291. *Item quod aliquis homo, qui teneat mansum, vel Pernadam, vel bordam in dominio alicujus, & faciat focum inibi, non possit se facere hominem alterius sine licentia domini sui.*

PERNÆ, inquit Papias, vulgo procella de montibus, dicuntur.

PERNÆ, Alia notione. Plin. lib. 32. cap. ult. *Appellantur & Perna concharum generis circa Ponticas insulas frequentissima: stant velut snillo crure longo in arena defixa, hiantesque.* Chron. Casin. lib. 3. cap. ult. *Coppetella de Pernis 3. id est, de conchis istis. Vulgo nacre de perles.* Ita vero Latinis dictæ conchæ marinæ, è quibus colliguntur margaritæ, seu uniones, quos inde perlas vocamus, quasi pernulas. [Constitut. Frederici Reg. Siciliae cap. 86. *Quod nullus, sive vir, sive mulier, . . . audeat portare in vestibus, quas induerit, aliquam frisaturam de Pernis, &c.* Ibid. cap. 107. *Liceat in hujusmodi mantello posse fieri coxellos de auro filato, vel seta absque Pernis.*] Charta Joannis Archiepisc. Capuani ann. 1301. in Sanctuario Capuano: *Mitram unam cum sivalto, auro & argento lapidibus & Pernis ornatam.* Infra: *Item parvum chirothecarium de seta alba cum smaltis Impernatis.*

PERNARIUM, Perna. Charta Rogerii I. Regis Siciliae apud Ughellum tom. 9. pag. 45. *Concedimus . . . villanos 80. demanios nostros, qui reddant singulis annis . . . & herbaticum cum terris suis, & Pernarium leporis, &c.*

¶ PERNATA. Vide Pernada.

¶ PERNICATOR, Perdicum venator, ab Ital. *Pernice*, Perdix. Statuta Montis Regal. fol. 282. *Et teneantur prædicti Pernicatores apportare insimul omnes perdices quas capient in finibus dicta civitatis.*

¶ PERNICIO, *Freisaisst*, lesio, offensio. Gloss. MSS. x. saltem sæc. ad calcem Collect. Can. ex Bibl. D. D. *Chauvelin* Regiorum sigillorum Custodis.

PERNICULA, *ιματις σιπα*, in Glossar. Gr. Lat.

¶ PERNIO, PERNIUM, Ital. *Pernione*, Ulcus quod ex frigore hiberno in digitis manuum pedumque, vel in talo contrahitur. Utitur Plinius lib. 20. cap. 3. Glossæ Græc. Lat. & Lat. Græc. *Pernium*, *χελμυδλον*. Vide *Muga*.

PERNOCTARE, Differre. *Pernoctatus*, Dilatus. Speculum Saxon. l. 1. art. 58. §. 1. *Et sic coram eo deliberatum rusticorum arbitrium procedit, liciteque Pernoctatas judicat injurias seu violentias.* Art. 70. §. 3. *Contra quem actio injuriarum cum clamore judiciario proponetur, dum adhuc injuria non sit Pernoctata, si actor septem virorum testimonio factum poterit comprobare, statim reus proscribetur.* Lib. 2. art. 10. *Istud est majus judicium, quod pertinet ad Scultetum, hoc tamen facere non poterit, si actio Pernoctetur.* Wichbild Magdeb. art. 71. *Vir si vulneratus fuerit, & eodem die judicium non quesierit, negotiumque Pernoctatum sit, &c.*

¶ PERNOCTATIO, Idem quod *Procuratio*, *gislum*, Jus divertendi in domum alicujus ad pernoctandum. Diploma Bretislai Ducis Boemiae an. 1045. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 52. *Ita ut domino Abbati & fratribus ejus, singulis annis quilibet illorum duodecim denarios persolvat, & porcum tenuem bene pastum dent, semel in anno & Pernoctationes & conductum, quoties expedit, domino Abbati vel nunciis ipsius.* Charta Henrici IV. Imper. ann. 1114. in Hist. Mediani Monast. pag. 262. *Nullus Episcoporum, Ducum vel advocatorum exactiones faciat vel Pernoctationes.*

PER NULLIS INGENIIS, pro *Per nulla ingenia*; occurrit in Chartis Alamannicis Goldasti 47. 58. 59. & 60.

1. PERO, Saccus coriaceus. Acta S. Thyrsi Mart. cap. 7. *Ipsius autem Peronis fortioribus ligaturis constringite fauces.* Jufferat nempe Præses S. Thyrsum sacco inclusum in mare demergi. Occurrit ibi non semel. Utitur etiam Plinius lib. 36. cap. 14. pro sacco. [Vita S. Romani Archiep. Rotomag. metrice scripta apud Marten. to 3. Anecd. col. 1662. *Vis angit borea, tetra premor anxia nocte, Si saltem trita, si cum Perone lucerna Texeris hanc nudam, &c.*]

PERONES, Latinis, dicuntur calcei, qui tibiati calceabantur. [Gloss. Isid. *Pero*, *Calciamenta pilosa*. Gloss. MS. Sangerm. num. 501. *Perones*, *Rustica calciamenta*. Vide *Culpones*. Carolo de Aquino in Lex. inilit. dicitur à Pera, sacculi genere; quod sit laxius calceamentum ad peræ similitudinem.] De iis Virgilius 7. *Æneid.* Juvenal. Sat. 4. &c. Vide Savaronem ad Sidon. lib. 4. Epist. 20. Bened. Balduinum nostratem in Calceo antiquo cap. 17. Salmasium ad Tertull. de Pallio cap. 5. & alios. De Peronibus Scoticis, sic Hector Boëthius lib. 14. Hist. Scotor. pag. 308. *Postea Peronum decem millia sparsim per exercitum projectorum (inventæ.) Calceamenti autem id genus est hirsutum, ex corio crudo confectum, quo Scoti veteri Romanorum more in expeditionibus atque venatibus, quod ad cursum celeriore nihil præstaret impediementi, uti consueverunt.*

¶ 2. PERO, Podium, suggestus, à Gall. *Perron*. Chron. Corn. *Zaufstet* apud Marten. to. 5. Ampliff. Collect. col. 380. *Singuli nominatim, tam clerici quam laici, voce præconia ad Peronem proscripti sunt & à patria banniti, præbendis eorum aut distributis aut venditis, &c.* Vide *Theclatura*.

¶ PERPACARE, Debitum integre persolvere. Litteræ Jacobi Reg. Aragon. an. 1252. inter Instr. tom. 6. novæ Gall. Christ. col. 65. *Constituimus nos habuisse à vobis in pecunia numerata duodecim millia solidorum Melgoriensium pro expensis quas fecimus tam in aquirendo quam custodiendo castra prædicta, de quibus Perpacatos nos tenemus, &c.* Vide *Pacare*.

¶ PERPAGARE, Eodem intellectu. Charta Communiæ Rotomag. &c. apud Duchefn. Hist. Norman.

pag. 1068. *Et si debitor non habet tantum, unde ille possit Perpagari, tandiu ponetur extra civitatem, . . . quod faciat gratum Majoris & creditoris sui. Vide infra Propagare.*

¶ **PERPACATIO**, Perfecta & integra debiti solutio. Charta Eduardi II. Reg. Angl. ann. 1309: apud Rymer. tom. 3. pag. 125. *Liberate de thesauro nostro . . . quingentas quater viginti & duodecim libras, quatuor solidos & undecim denarios, in Perpacationem decem milium marcarum, quas dominas, &c. Occurrit rursus infra.*

¶ **PERPAGATIO**, Eadem notione, in Charta Guidonis Comit. Flandriæ an. 1297. apud eundem Rymer. to. 2. pag. 773. *Integraliter recepimus in Perpagationem solutionis pecunie predictæ, &c.*

PERPARS, Portio hæreditaria, seu divisio hæreditatis per partes, Anglis *Purpart* & *Propertie*. Fleta lib. 2. cap. 54. §. 19. *Tanquam terram que sibi descendit in Perpartem de hæreditate talis antecessoris.*

PROPARS, ibidem lib. 5. cap. 9. §. 13. lib. 6. cap. 21. §. 2. [Charta an. 1319. apud Rymer. to. 3. pag. 795. *Nec non dilectum & fidelem nostrum Rogerum Danory, nunc dictæ ecclesiæ patronum, ratione Propartis sue, tibi & Elizabethæ uxori sue, uni cohæredum & participum dictæ hæreditatis, factæ, &c. Vide Carterium.*]

¶ **PURPARS**, in Charta ann. 1366. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 502. *In Purpartem ipsius Elizabethæ ipsam de terris & tenementis predictis in dicto comitatu Oxon. contingentem, una cum feodis militum & advocacione ecclesiarum ad Purpartem illam spectantibus. Charta an. 1290: tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 196. Et jura ladite Jehane pardevant nous . . . que contre cette vente . . . riens ne demandra james par reson de don, de douaire, . . . & de Pourpartie d'heritage.*

PURPARTIA, Genealogia Perciorum, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 847. *Qui quidem Ricardus, quia vir animosus erat, intravit in Purpartiam matris sue, vivente matre sua, &c.*

PROPERTIA, Idem Monastic. pag. 305. *Inter quas (sorores) Propertia facta fuit de predictis Comitatus, advocacionibus, & castris, &c. Vide Edw. Cokum ad Littletonem sect. 219: Statutum Henrici IV. Reg. Angl. an. 4. cap. 3. Et que nul tiel Clerck convicte de tel treason, ou que il soit common laron, come desvez, après que il sera livrés à l'ordinaire, onques ne serra purgation countre la Purpart de la susdite constitution, &c.*

¶ **PERPARUS**, Moneta Imperatorum Byzantinorum aurea. Vide *Hyperperum*.

PERPENDICULARIUS, Aurelius Victor in Epit. in Hadriano: *Namque ad specimen legionum militarium, fabros, Perpendicularios, architectos, genusque cunctum extruendorum mœnium seu decorandorum in cohortes centuriaverat. Vide mox Perpendicularum.*

1. **PERPENDICULUM**, Ansa, Catena, qua quippiam pendet. Willelm. Brito in Vocabular. MS. *Perpendicularum dicitur, illud unde lebetes feruntur & suspenduntur.* [Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerman. *Perpendicularum*, $\pi\epsilon\rho\mu\epsilon\nu\lambda\iota\sigma\mu\omicron\varsigma$. Aliæ Lat. Gall. *Perpendicularum*, *Perpendiculares*, un instrument à maçon de quoy il fait le mur droit, ou ance de chauderon.]

Poëta infamævi eidem Britoni subjectus:

*Cum Perpendicularo defert ancilla lebetem,
Sed Perpendicularum sit linea macerionum.*

Guill. Bibliothecarius in Stephano VI. PP: p. 236. *Et in pergula ipsius Basilicæ . . . posuit cantharam auream unam cum pretiosis margaritis, & gemmis ac smalto, cum Perpendicularo ad pendendum.*

¶ **PERPENDICULARITER**, Recta linea. Iter Indicum Balthazaris Spingeri apud Marten. Itiner. 2. Litter. pag. 362. *Introrsus hic puer oceanum spatio CCD. milliarium navigatur Perpendiculariter sub sole & luna & circulo æquinoctiali.*

2. **PERPENDICULUM**, Pannus mulierum, quo pudenda tegunt, vel vestes defendunt. Glossæ MSS. in Prudentium ex Bibl. Sangermanensi Cod. 561.

¶ **PERPENNIUS**, $\alpha\upsilon\tau\acute{\eta}\nu\eta\varsigma$, in Gloss. Lat. Gr. Aliæ Gr. Lat. $\alpha\upsilon\tau\acute{\eta}\nu\eta\varsigma$, Auctor, Perennius.

¶ **PERPENSORIA**, Excellentia, præstantia. Charta Philippi V. Regis Franc. an. 1338. pro erectione Baronie Harcur. in Comitatum tom. 3. Hist. Harcur. pag. 248. *Ex stirpe nostra consortis charissimæ & parentum ejusdem non ambigitur descendisse nobilitas predictæ baroniæ & terræ de Harcuria, amœnitate loci, copia feodorum, rerum & fructuum opulentia, ab antiquis temporibus præpollenti Perpensoria nobilitatis obtineat.*

¶ **PERPERA**, Idem quod *Perparus*, Monetæ species. Vide *Hyperperum*.

¶ **PERPERAGERE**, Perperam agere. Epist. Synodalis apud Felibian. Hist. Sandion. pag. LXXII. *Eum velut rapacem atque sacrilegum à populi Dei societate justo atque tremendo anathemate separamus, nisi digna pœnitentia & subsequenti emendatione qua Perperegit, correxerit.*

¶ **PERPERAM**, indecl. Labes, ignominia, maculâ. Charta Gerbergæ Reginae an. 959. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Ch. 139. *Si ecclesiasticis negotiis juste disponendis operam damus, non regie dignitati Perperam inferimus. Homo Perperam, pro Malus, perversus, apud Anastasium in Vita Cononis tom. 3. Murator. pag. 148. Perpetrus ex alio Cod. ibid. laudato in Notis, pro Perperus, ni fallor. Vide Martini Lexicon.*

¶ **PERPERUM**, Moneta Byzantinorum Imperatorum. Vide *Hyperperum*.

PERPESSICIUS, Tolerans, patiens, $\upsilon\pi\omicron\mu\epsilon\nu\lambda\iota\sigma\mu\omicron\varsigma$, in Gloss. Græc. Lat. Mox: $\upsilon\pi\omicron\mu\epsilon\nu\omega$, perpeffo, perfero. [Perpeffus, in Cod. Sangerman.]

¶ **PERPETRUS**. Vide *Perperam*.

¶ **PERPETUALES**, Officia ecclesiastica quæ ex institutione perpetua esse debent, apud Hispanos. Synodus Valent. an. 1566. inter Concil. Hispan. tom. 4: p. 130. *Ut chorus, cum divina officia aguntur, haud quaquam deseratur, rationalibus & collectoribus mandamus, ne pro Missis, aut Perpetualibus; aut aliis quibuscumque actibus, eo tempore quo divina officia celebrantur, aut sacra concio ad populum habetur, ullam solutionem faciant.*

PERPETUALIS, Perpetuus, Gall. *Perpetuel*. [Acta B. Joagnoli tom. 2. April. pag. 955: *Ut de hujusmodi vero miraculo Perpetualis mentio habeatur.*] Utitur Quintilianus lib. 2. cap. 14.

¶ **PERPETUALITER**, Perpetuo, Gall. *Perpetuellement*. Præceptum Caroli Mag. an. 789. *Partem prænominata regionis, videlicet Fresia . . . Willehadò Episcopo ejusque successoribus Perpetualiter delegavimus retinendam. Charta an. 1292. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: Recipiendos per eum & suos Perpetualiter in civitate Aquensi. Occurrit passim.*

¶ **PERPETUARE**, Sacramento firmare rem aliquam perpetuo se non facturum. Auxilii Libellus apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 613. *Ergone absolutus, ut habuisset facultatem . . . scandere ad primatum, quod ne fieret scripto juramentoque Perpetuaverat? Infra: Quia æternum firmaverat.*

¶ **PERPETUARIUS COLONUS**, Qui fundum conducit in vitam, vel ut ad alios transferre possit: *emphy*.

teuticus vero etsi sit Perpetuarius, attamen suscepit solum sterile & infructuosum. Laur. in Amalth. *Perpetuarii*, qui in perpetuum res civitatum aut fisci conducunt, l. 1. 3. & ult. Cod. de locat. præd. civil. lib. 11. Hinc *fundi perpetuarii* dicti l. 3. ejusd. Cod. de privil. dom. Aug. lib. 11.

¶ **PERPETUATIO**, Perpetuitas, diuturnitas. Charta Petri de Gressibus Episc. Autissiod. ann. 1321. *Dudum vobis Archipresbyteratus predictos, ante ipsorum Perpetuationem, contulimus.* Epist. ann. 1408. apud Marten. Ampliff. Collect. to. 7. col. 855. *Petunt omnes in pace reuniri, considerantes quod ex vobis non est qui desolationi huic vere compatia- tur, quamvis sit Perpetuationi proxima, si toleretur diutius.*

¶ **PERPETUATIO**, *Affiliatio*, in perpetuam societatem alicujus monasterii susceptio. Constitut. Dominic. cap. de Affiliationibus: *Item ordinamus quod fratres, qui obtinuerunt Perpetuationes, aut originarii fieri in aliis conventibus, infra annum eligere possint unum dumtaxat conventum & non plures.*

¶ **PERPETUUS**, Nomen cujusdam officii, apud Anonymum Floriac. lib. 4. de Mirac. S. Bened. cap. 24. *Jubet ergo Perpetuos ire, & quantum hordei necessitas expetebat, suis præbere equis.*

¶ **PERPIRIARI**, Homines præstationi annuæ hyperperorum obnoxii. Vide *Hyperperum*.

PERPLUMIS. Theodericus Monachus de Inventione S. Celsi Episc. Trevir. n. 17. *De Deo, dando Ecclesiæ suæ apud Trevericam Metropolim novum patronum B. Celsum, quem virtutibus Perplumem, plenumque dierum... hætenus in supernis sedibus concivilitavit.* Galli dicerent, *Emplumé de vertus.*

¶ **PERPONCHA**, Idem quod mox *Perpunctum*. Consuetud. Brageriac. art. 28. *Armatura ut pote enses, ... pileus ferreus, sive capellus, Perponcha, sive gambaycho, guisarma, balista, &c.*

PERPORTARE. Chartæ Parenfales form. 24. *Pre- camur vos de illis homunciunculis, qui in vestro ministerio commanent, vel de nostris causis invicem nostrum bonum certamen exinde mittatis, sicut nos de vestra caritate bene confidimus, ut sic exinde Perportare faciatis, usque nos insimul jungimus.* Judicatum sub Carolo M. apud Sammarthanos in Episcopis Massiliens. *Sed contra Episcopum ipsum, vel ipsas cartas aliquis sic rebellabat, quod per annositatem, seu per legem tricenariam in tempore pacis ad ipsum beneficium sui senioris, aut ad partes Domni Caroli Regis Perportare voluerunt.*

☞ *Quid sibi velit vox Perportare ex allatis vix expiscari licet: paulo clariora sunt quæ subijcimus.* Notitia guirpitionis an. 968. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 323. *Tunc Comes præfatus & judex Berengarius judicaverunt ut Episcopus Perportare fecisset ad servos S. Victoris, hoc sunt homines, Letus, Avustus, &c. ibi fuerunt adepti qui volunt jurare & Perportare, ipsas vineas & ipsos campos, quod melius eis succederet ex parte S. Victoris, quam ipsi homines ad tenendum propter causam alodis, quod etiam Episcopus paratus fuit.* Vetus Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 735. *Fecerunt judicium rectum & Perportavit terram Marchaanda filia Peofsz, sicut justum erat, audientibus & videntibus istis testibus idoneis, &c.* Ex his *Perportare* idem significare videtur quod *Guerpire*, rem possessam dimittere, quo etiam sensu Galli dicimus *Se deporter*; eo fortean tantum discrimine, quod *Perportare* sit rem abjicere post latam judicium sententiam.

¶ **PERPRE**, Moneta Byzantina. Vide *Hyperperum*.

PER PRIMITIIONEM, Peremptorie. Occurrit in Decretis Hungaricis.

¶ **PERPRISIO**, Acquisitio, comparatio. Charta Borelli Comit. Barcinon. an. 973. in Append. ad Marcam Hispan. col. 902. *Sic concedimus ad monasterium S. Saturnini prælibato vel ad abbates ac monachos presentes & futuros, ut faciant Perprisiones ubicumque voluerint vel potuerint longe lateque, ... & adquirant ibi & emant de ipsis possessionibus quantum illis Deus dederit & possibile eis fuerit, & de ipsis Perprisionibus quæ jam ibidem factas sunt, vel futura facturi sunt, seu de acquisitionibus eorum ipsas decimas quæ inde exierint.*

PERPRIUS, pro *Prius*, quod *prius* est. Arnobius junior in Conflictu cum Serapione lib. 1. *Ergo Perprius est, ut sapientiam habeat, quam virtutem, quæ possit aliquid velle vel non velle.*

PERPRIUS, adverb. Antea, Gallis *par-cy-devant*. Testamentum S. Elphegi Episcopi Wintoniensis: *Terras has apud Tauntune Ecclesiæ Episcopatus assigno permanendas, qui Perprius mihi ab ipsa Ecclesia tradita erant.* Infra: *Secundum quod Perprius legavimus.* Vita Clementis VI. PP. pag. 90. *Et aliorum, quorum consilio Perprius regebantur.* [Adde Chron. Veron. apud Murator. tom. 8. col. 622.]

¶ **PERPRIUS**, Inprimis, Gall. *Avant toutes choses*. Charta an. 1330. apud Rymer. tom. 4. p. 459. *Jura tamen corona nostra, prout astringimur vinculo juramenti, Perprius convenit nos tueri.*

PERPUNCTUM, **PURPUNCTUM**, Vestis militaris coactilis, & *πικωτή*, ut Græci efferunt, lana vel gossipio farta, & acu stipata ac *perpuncta*; unde nomen non modo ejusmodi vesti inditum; sed & thoraci vestiario nostrati, quod ad umbilicum lana spissiori *perpuncta* & coactili fartus sit. [Ultima hac notione vocem *Parpointe* usurpat le Roman de la guerre de Troyes MS.

Sor une Parpointe de ciglaton

Le couchierent, puis li desarment.]

PERPUNCTUM. Histor. MS. Excidii Acconis ann. 1191. *Portantes ibidem... lanceas, falcastra, cassides & loricas, scammata & Perpuncta, scuta cum clypeis, &c.* In Regesto homagiorum Nobilium Aquitaniæ an. 1273. *Bertrandus de Podensac domicellus dixit, quod ipse tenet à D. Duce Podenciaco, &c. & debet facere personaliter exercitum cum gonjone & Perpuncto, si sit sanus, & si sanus non est, debet mittere quemdam domicellum, vel Militem, dum fuerit Miles.* Pag. 25. verso: *Geraldus de la Mota domicella &c. debet etiam D. Regi obsequium exercitus de uno Milite armato Perpuncto & gonjone.* Occurrunt eadem verba iterum in eadem pag. *Gonjon* hoc loco sonat *Gambazonem*. Chr. Bertrandi Guefclini MS.

Un Heraut qui estoit d'un Propoint vestus.

Raimundus Montaneri in Chron. Reg. Aragon. cap. 227. *Eyo ab un bon cavall, que tenia mi terç de Cavallers armats ab llogigues e Perpunts, &c.*

¶ **PORPOINCTUM**, **PORPOINTUM**. Testament. Odonis de Rossilione ann. 1298. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1306. *Lego dom. de Monte Ancelini... unam integram armaturam de armaturis meis, videlicet meum heaume à visserre, meum bassignetum, meum Porpointum de cendallo, &c.* Libertat. Briancon. an. 1343. *Omnes de dicto numero cum Porpointis, gorgeriis, chirothecis ferreis, &c.*

¶ **PROPUNCTUM**, in Statutis Forojul. an. 1235. ex Tabul. S. Victoris Massil. *Militem sine equo armato intelligimus armatum auspergato & Propuncto & scuto. Peditem armatum intelligimus armatum scuto & Propuncto, seu aspergato, &c.*

¶ **PROPUNCTUS**.

¶ PROPUNCTUS. De Excidio urbis Aconis apud Marten. tom. 5. Ampliff. Collect. col. 765. *Portantes... scamata & Propunctos, ... & alia quorumcumque armorum genera.*

¶ PURPUNCTUM. Mandatum Henrici III. Reg. Angliæ super juratis ad arma, in Addit. ad Matth. Paris: *Ad centum solidatas terra unum Purpunctum, capellum ferreum, gladium, &c.* Occurrit ibi semel ac iterum. Fst autem hoc loco *purpunctus*, idem quod *Gambiso*. Willel. de Guignavilla in Peregrinatione animæ:

*De pontures le Gambison,
Pourquoi Pourpoint l'appelle-on.*

Guill. Gaiart an. 1304.

*Si comme de cotes faitice s
De coton à poins entailliez.*

Doublet, in Statuto 13. Edw. I. Regis Angliæ cap. 6. appellari, quod in Mandato Henrici Purpunctus dicitur, annotat Watfius, quod ex panno duplicato & farto confectus sit.

¶ PERPUTATIO, Membri amputatio. Concilium Andegavense an. 453. cap. 3. *Ut à violentia & crimine Perputationis absteineatur.*

¶ PERQUERIUS, an idem qui *Parcarius* supra, *parci custos?* Charta an. 1317. in Tabular. S. Victoris Massil. *Bartholomæus de Montilis Perquierius.* Vide *Parcus*.

¶ PERQUIRERE, Acquirere, *Purchasser*, forensibus Anglis, *Perquisitum*, & *perquisitio*, *acquisitum*, *acquisitio*, ut auctor est Cowellus, quem consule.

¶ PERQUISITUM, *Acquisitum*, possessiones ære proprio emptæ, Gallis *Acquest*. Fleta lib. 1. cap. 11. §. 1. *Quadam tenentur in capite de Corona, quadam vero de Rege per escaetam, vel per Perquisitum.* Vide *Quæstus*.

¶ PERQUISITA CURIARUM, *Acquisita* & *addita curiis* seu prædiis rusticis; est enim *curia*, prædium rusticum, *possessio*, *curtis*. Vide *Curia* 5. Charta an. 1380. apud Madox Formul. Anglic. pag. 65. *Cum Radulphus de Bassett... nuper concessit & ad firmam dimisit... manerium de Chacombe in Comitatu Northamptonia, cum omnibus suis pertinentiis, simul cum terris, tenementis, redditibus, serviis, pratis, pasturis & Perquisitis curiarum, &c.*

¶ PERQUIRITARE, *Perquirere*. Claud. Mamert. Præfat. lib. 1. *Opusculum illud sine auctore proditum & usquequaque Perquiratum, &c.*

¶ PERQUITARE, *Perolvere*, Gall. *Acquiter*. Acta S. Christinæ tom. 4. Junii pag. 342. *Debitisque suis Perquitatis, cunctisque mundi curis & sollicitudinibus postpositis, &c.*

¶ PERRARA, vel PERRATA AIGNELINORUM, *Par velleris agnini*, Gall. *Une paire de toisons d'agneau*. Locus in *Perreia* 1.

¶ I. PERRERIA, PERTERIA, PORRETA, PREYA. Sic varie effertur hæc vox, qua, nisi fallor, significatur locus, ubi Carnotenses mercatores congregabantur, de iis quæ ad mercaturam spectabant, disceptaturi: ubi etiam merces ponderabantur ad pondus Comitum, cui ob id tributum aliquod exsoluebant. Quod in prato Comitum esset, *Perreia* & *Preya* dictus: interdum vero *Perteria*, *Porreta*, quod prope civitatis portam exstaret. Hoc tamen non affirmando dictum velim. Charta Theobaldi Comit. Blesensis an. 1213. ex Schedis Cl. V. *Lancelot*, cujus inscriptio sic concipitur: *Ordonnance & tencrest de la chartre de la Perrée aux marchands qui marchandent en la Perrée de Chartres. Statui quod omnes mercatores tam de Carnoto, quam de universis regionibus, qui apud Carnotum aignelinos vendunt, pon-*
Tom. V.

derabunt illos eque & juste, ... & quia male gestum erat ab antiquo, tam de ponderatione hospitis Porreta, quam de aliis interpressionibus, districte prohibeo ne supradicto hospiti liceat aliquam Perraram aneglinorum ponderare, nisi ex grato & voluntate venditoris. Unus autem quisque emptor & venditor dabit michi unum denarium, sicut antea solet esse, de unaquaque Perrata. Necrolog. Eccles. Carnot. 13. sæc. x. Cal. Maii, obiit Theobaldus Blesensis & Clarimontis comes illustris, qui dedit Ecclesie B. Mariae Carnotensis VII. lib. & x. sol. annis singulis ad festum S. Remigii capiendos in redditu quam habet in Perreia Carnotensi, ab illo videlicet qui perreiam prædictam tenebit, reddenda. Charta foundationis ejusdem Anniversarii an. 1218. ubi de prædictis VII. lib. x. sol. habet, in *Perteria mea de Carnoto*. In Computo ann. 1380. *Super Preya Comitum*; in aliis: *Super Perreia Comitum*. Charta an. 1406. *Item & n'a gueres avoit (le Comte) un poids qu'on appelloit la Portiere, que tenoit un es fauxbourgs de porte Guillaume, où se pesoient les aignelins pour la marchandise de la riviere.*

¶ 2. PERRERIA, f. Lapis pretiosus. Charta ann. 1425. apud Rymer. tom. 10. pag. 346. *Unam paruram positam cum Perreia & armis Angliæ, tres cappas de velvet rubeas, cum rosis aureis, &c.* Vide supra *Peritor*.

¶ PERRERIUS, Lapidum sector, cæmentarius latomus. Litteræ Johannis Reg. Franc. an. 1356. tom. 3. Ordinat. pag. 78. *Quod dicti Consules Avinioneti qui nunc sunt & erunt pro tempore, compellere seu compelli facere possint omnes magistris Perreros, regularios & fusterios eorum jurisdictionis ad operandum, &c.*

¶ PERRIA. Vide in *Par*.

¶ PERRIMARI, Sedulo rimari. Testam. Giraldi Matisc. an. 888. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 53. *Proinde dum pro successu temporis aliquod Perrimari niteremur, & ne ex assim expertes hujusce crediti munii videremur, &c.*

¶ PERRIPARIUS. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 21. *Cum quidam juvenis cognatus Regis optime in quadam festivitate caneret, Alleluya: dixit Imperator ad eundem Episcopum: Bene cantavit modo ille noster Clericus. Qui juxta stultitiam suam joculariter illa verba suscipiens, & illum Imperatoris cognatum esse nesciens, respondit: Sic omnes Perriparii possunt bubus agricolantibus* vetrenere, (al. veterenere) &c.* Idem forte qui *Pelliparii*, tametsi acumen responsi non omnino percipio. At hic *Perriparii*, videntur esse bubulci aut agricolæ, qui bobus arantibus insistant, quibus, dum ad laborem exequendum hos urgent, nescio quid agreste aut insulsum occinunt; unde pro *vetrenere* legendum forte *occinere*. Vide in hac voce.

¶ PERROSUM, f. leg. *Perrasum*, Quidquid extra mensuram est, cum radio æquatur. Charta ann. 1251. in Tabular. Sangerm. *Reclamabant super molendino S. Germani plenam minam bladi tale quale molendinum ipsum lucrabatur qualibet septimana, immo & revannas & Perrosum moltura molendini prædicti, ut dicebant, quia minam bladi, revannas & Perrosum dictus defunctus percipiebat.*

¶ PERS, Color. Vide *Persus*.

¶ PER SE, Separatim, *Aparsoi*. Statuta Ord. de Sempringham: *Modus iste in domibus Canonicorum Per se manentium servetur.* Occurrit ibi non semel p. 721. 729. [Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 2, cap. 15. de feria v. in Cœna Domini: *Postea vero quisque finit Per se quod restat, & ex hac hora... quisque singulariter & cum silentio Per se cantat omnes Horas,*

usque ad Vesperas Sabbati, toto conventu verso ad altare: . . . Conversi autem qui nesciunt Per se cantare, &c.

PERSEA, Disputatio Archelai Episcopi Mesopotamiæ cum Manete: Cum ergo corpus hoc principium sit & materia, necesse est, eam qui plantaverit Perseam, transire per multa corpora, usque quo Persea illa, quam plantaverit, concidat. Videtur hac voce intelligi malus persica, quam Græci *περσέαι* dixerint.

¶ **PERSEGMEN**, Minutum segmen. Epist. S. Paciani ad Sempronianum inter Conc. Hispan. tom. 2. pag. 93. Tandem . . . non pigeat esse cum multis, tandem libeat reduvias Novatianorum & Persegmina vestra contemnere.

¶ **PERSEITAS**, Facultas per se subsistendi. Catalogus operum B. Raymundi inter Acta SS. tom. 5. Junii pag. 705. CCLXXIX. de Perseitate Dei. Incipit: Volo credere.

¶ **PERSEVERARE**, commercium, Societatem cum aliquo habere. Litteræ an. 1364. inter Ordinatum. Reg. Franc. tom. 4. pag. 440. Nichilominus nonnulli Prelati. . . de facto prohibere . . . subditis dom. nostri Regis, ne ignem, aquam, panem, vinum, seu plura alia . . . (Judæis) tradant, vendant, sive aliter cum eisdem Judæis Perseverent, &c.

PERSEUS, Color. Vide *Persus*.

PERSICA, Malum Persicum, Gallis *Pesche*. Letaldus Mon. lib. Miracul. S. Maximini Abbat. Micicentis num. 16. Ad arborem accessit, in qua tres miræ speciei Persicas invenit. [S. Wilhel. Constit. Hirsfaug. lib. 1. cap. 10. Pro signo Persica, generali signo præmissio, pellicie signum adde.]

PERSICUM, Eadem notione. Fortunatus lib. 7. Poëm. 14.

*Attamen ante aliud data sunt mihi mitia poma,
Persica quæ vulgi nomine dicta sonant.*

PERSICARIUS, Malus Persica, Gall. *Pescher*, in Capitulari de Villis cap. 70.

¶ **PERSICHOMACHIA**. Ita inscribitur liber quidam in Catalogo Bibl. Canonice S. Nicolai Patav. apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. Præfat. p. LII.

PERSICIOR. Hincmarus Laudunensis in Responsione ad Remensis Epistolam L. Capitulum pag. 615. Sperabam Persiciorem sanctitatis vestra fore romphæam, si ferro vicarii Apostolorum Principis Petri acueretur, non obtusorem, i. acutiorem: Galli dicerent plus *Perçante*.

¶ **PERSICUS**, Qui frequenter aliquid patitur loss. MSS. Sangerm. num. 501. Vide *Persus*.

¶ **PERSINA**, Vipera. Chron. Sicardi Episc. Cremon. apud Murator. tom. 7. col. 533. Et posuit (Cleopatra) ad manum illas duas Persinas, quod est genus serpentis.

PERSISTATUS. Marculfus lib. 2. form. 18. Ita ut pro ipsa causa solidos tantos, quos in presentia mihi dare deberes, quos in presentia per wadium tuum visus es transsolvisse, & nos ipse causa Persistata, contra te visus sum verpisse. Galli dicerent, *la chose ayant été persistée*, hoc est, cum in ea re perstitum sit.

PERSOLENTER, Assidue. Gloss. Ifid.

¶ **PERSOLTO**, vox Hispanica quæ idem sonare videtur quod Permitto, concedo. Charta Alfonsi I. Reg. æræ 1157. apud Michaellem del Molino in Repertorio p. 265. col. 3. *Persolto vobis totas illas aquas, quod pesquetis ubi posueritis.*

¶ **PERSOLVEBUNT**, pro *Persolvent*, in Decreto Flavii Reg. inter Conc. Hispan. tom. 2. p. 704.

¶ **PERSOLUTOR**, Qui stat promissis. Chronic. Mellic. pag. 348. *Deus creator bonorum, fidelissime promissor, certissime Persolutor.*

PERSONA, Dignitas. Constitutio Diocletiani & Maximiani in Collatione Legis Mosaicæ cap. 15. *Si qui sane etiam honorati aut cujuslibet dignitatis, vel majoris Persona, &c.* Bonifacius Mogunt. in Epist. ad Zachariam PP. apud Baron. ann. 741. num. 35. *Laicus quidam magna Persona ad nos veniens dicebat, &c.* Splendida Persona, apud Celsum in Proœmio lib. 1.

PERSONAM SUAM AMITTERE, i. Libertatem seu dignitatem; in servitutem cadere. *Nam servi Personam Legibus non habent*, ut est apud Senatorem lib. 6. Epist. 8. & Paschasium Diacon. lib. 2. de Spiritu sancto cap. 4. Constitutiones Catalaniæ MSS. *Statuimus, quod Saracenus vel Saracena non possit fieri Judæus vel Judæa . . . & qui hoc fecerint, amittant Personam suam.* Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 50. §. 2. *Si tale quid contra eos probatum extiterit, ex quo Personam amittere debeant, vel membrorum mutilationem incurrere, &c.*

¶ **PERSONA**, Qui dignitatem habet cum prærogativa in choro & capitulo. Charta an. 1227. to. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 120. *Canonicus eorum in choro nostro non habebit staulum in ordine Personarum, sed habebit primum staulum in ordine sacerdotum.* Bona Persona, in Capitul. Metens. an. 756. cap. 2. *De ecclesiasticis vero qui supradicta facinora commiserint, si bona Persona fuerit, perdat honorem suum.* Quod de majori clerico, sive qui honore quodam præditus est, ut Decani illi qui singulis decuriis præfident, intelligendum conjicit Janus à Costa in Decret. pag. 44.

PERSONATUS, in dignitate aliqua constitutus, vel cujus fama longe personat. Miracula S. Eutropii Episcopi Santonensis num. 20. *Quidam è Francia multum Personatus, &c.* Gesta Consulium Andegavensium cap. 5. num. 6. *Proconsulares & alii Personati viri. Viri nobiles & Personati*, apud Conradum Uspersensem in Philippo Imp. Historia Archiepiscoporum. Bremensium an. 1179. *Decretorum legumque industria peritum, virum, ut apparet, Personatum, canonicè & sine omni contradictione electum.* Conventus Alsatius an. 1051. §. 6. apud Goldastum: *Liber vel Personatus serviens.* Bovo Abbas Sithienensis de Invent. S. Bertini cap. 3. *Aliis itidem Personatis viris conclamantibus.* Verus Schedæ in Historia Episcop. Cadurcensium num. 194. *Frater W. de Labro licet bene Personatus, & gratus prolocutor, &c.* Adde Chronic. Colmariense ann. 1273. [*& Rolandinum Patav. de Factis in marchia Tarvis. lib. 11. cap. 4. apud Murator. tom. 8. col. 328. Vide Personare.*]

PERSONALIS, Eadem notione. Charta an. 1103. ex Tabulario Eccles. S. Laudi Andegav. fol. 89. *Hæc concordia firmata est Andegavi in Capitulo S. Laudi ante Goffridum filium Comitis, & alios Personales viros, &c.*

¶ **PERSONATUS** in Monasteriis dicuntur Dignitates, Decani scilicet, Thesaurarii, Cantoris, &c. quas alibi Officia claustralia vocant. Statuta ad instaurandam monasticam disciplinam in Monast. S. Andreæ Avinion. ann. 1253. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 239. *Volumus & mandamus in hoc monasterio consuetos cum suis juribus restitui Personatus, præter Decanatum duntaxat. . . In dictis autem Personatibus bonas personas poni volumus & præcipimus, quæ videlicet non solum debitis insistant officiis, sed etiam Abbatem suo sciant & valeant fulcire consilio in religione tenenda, &c.*

PERSONA, Dominus. Siculus Flaccus de Condit. agror. *Nam cum pulsi sunt populi, potestatique locu-*

pletiorum fuissent lati fundi, in cujus agro fuissent plures Personæ, hic divisus, ut assignatus, est.

¶ PERSONÆ AUCTENTICÆ, Proceres, magnates. Elinham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 15. p. 30. *Versus Regem Angliæ Personæ notabiles & auctenticæ sunt transmissæ. Vide Authenticus.*

¶ PERSONÆ INCONVENIENTES, in Capitul. Caroli Calvi an. 858. tit. 27. cap. 9. *Persona honestioris & minoris loci, in Capitul. lib. 7. cap. 476. Persona mediocres. Vide Homo.*

PERSONA PUBLICA. Aggenus: *Quædam loca feruntur ad Personas publicas attinere; nam Persona publica etiam colonia appellantur, &c. Alius Agrimensor: Hæc inscriptio videtur ad Personam colonia ipsius pertinere, &c.*

¶ PERSONA SOLEMNIS, Vir illustis, & aliqua dignitate conspicuus. Charta an. 1423. in Tabular. B. M. de Bono nuntio Rotomag. *Solet fieri & est assuetum quidam sermo solemnus per unum doctorem in sacra pagina, aut aliam Personam solemnem.*

¶ PERSONA UTILIS, Probata fidei, digna cui fides habeatur. Capitul. Sicardi apud Camillum Peregri. Hist. Longobard. cap. 15. *Si autem venditor negaverit, ut non ipsum cavallum, vel bovem vendidisset, & illi, in quorum presentia venditur, fuerint Personæ utiles, quibus credatur absque crimine, non habeat licentiam venditor negandi; sed illa tres si non fuerint fide dignæ Personæ, præbeant sacramentum, &c. Vide Utilis.*

¶ PERSONANDUS, Qui alicui ordini vel societati præsidet. Charta Maximiliani I. Imper. an. 1486. apud Miræum tom. 1. pag. 232. col. 2. *Mandamus igitur omnibus & singulis Principibus Ecclesiasticis & Sæcularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Officialibus quibuscumque, Capitaneis, Burggraviis, Potestatibus, Ancianis, Gubernatoribus, Præsidibus, Judicibus, Regibus armorum, Haraldis, Personandis, civitatum, oppidorum, villarum & locorum Communitatibus, &c.*

PERSONA, Facultas, licentia. Charta ann. 1214. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 118. *Ut habeat potestatem & Personam emendi, & vendendi, donandi, &c.*

PERSONÆ, Clerici, qui Beneficia Ecclesiastica obtinent, quod, ut quidam putant, magnam propter officium Personam sustineant: sed maxime ii, qui Beneficiis, seu Ecclesiis per Vicarios deserviri curant, dum ipsi potiori redituum parte fruuntur; & ut ait Johannes Sarisberiensis lib. 7. Policrat. c. 17. *Qui quocunque modo plura conquirunt altaria, & nolentes servire altario, de quo vivunt, Personatos quosdam introduxerunt, quorum jure ad alium onera, ad alium referantur emolumenta. Unde apud eundem Scriptorem Epist. 1. Personæ opponuntur conductis, conductitiis Sacerdotibus & Vicariis. Concilium Claromontanum an. 1095. cap. 3. Ecclesia, seu decima . . . sapius ab Episcopis sub palliata avaritia venduntur, mortuis nimirum, seu mutatis Clericis, quas Personas vocant. Charta Bartholomæi Episcopi Laudunensis ann. 1125. Notum igitur esse volumus . . . quod cum Monasterium B. Dionysii de Francia infra terminos nostræ diœceseos altaria duo, videlicet de Sorbais & de Altrepia sub obtentu Personarum ab antiquo tenuisset, novissime temporibus nostris mortua Persona vicedomini Abbatis Sugerii & monachorum, à Petro ipsius Camerario requisiti, ut B. Dionysii Persona gravamen remitteremus, & quod de catero altaria illa solida & quiete firma possessione tenenda concederemus, ex decretis Romanorum Pontificum, ne ulterius altaria*

per Personas tenerentur, sancitum esse recordantes, &c. [Charta Eugenii III. PP. an. 1150. apud Miræum tom. 2. pag. 1170. *Sane pravam illorum consuetudinem, qua sub nomine Personatus usque ad tempus prædecessoris nostri bona memoria PP. Urbani extraordinarie inoleverat, submovemus.*] Annales Wintoniensis Ecclesiæ an. 959. *Nuda fuit Ecclesia intus & extra, qui Vicarii non habebant, unde eam vestirent & tegerent, nec Præbendarii, qui Persona dicebantur, talibus poterant intendere. Infra: Mandavit, ut bona Ecclesiæ non sine causa percipientes, in Ecclesia, cujus se Personas confitebantur, in propria Persona Deo servituri perpetuo facerent stationem. Lambertus Ardensis pag. 111. Ecclesia S. Petri . . . procuratorem & Personam. Pag. 121. Gaufridum Morinensis & Brugensis Ecclesiæ Canonicum, & in Anglia multarum Personam & procuratorem. Vide Concilium Rotomagense ann. 1189. cap. 6. 8.*

¶ Persona sapius pro Curio, parochus occurrit: Britan. etiamnum Personne, Angli Parson ea notione dicunt. Chartularium S. Vincent. Cenoman. fol. 115. *Ego Persona ecclesiæ de Solineio habui medietatem investitura præfata ecclesiæ de Solineio. Tabular. S. Florentii: Dolensis Electus vel Archiepiscopus, ad præsentationem monachorum Personas recipit, qui eis de temporalibus, ipsi autem Electo vel Archiepiscopo de spiritualibus respondebit. In tribus aliis ecclesiis prædictus Electus seu Archiepiscopus Personas pro sua eligit voluntate. Tabular. S. Sulpitii Bituric. Cum inter Abbatissam S. Sulpitii & Simonem Personam de Chaneio controversia verteretur, &c.*

Varie ab Episcopis altaria, uti vocantur Ecclesiæ, concedebantur Monasteriis, vel Capitulis Canonicorum, vel etiam Dignitatibus Ecclesiasticis. Interdum enim ea conditione dabantur, ut iis liceret Personam constituere, Clericum scilicet, qui altaris titulo & proventibus sibi reservatis, ei per vicarium deserviri curaret: quo quidem vacante personatu, Monasteria confirmationem eorundem altarium ab Episcopis rursus impetrabant, per præstationem quandam, altarium redemptionem vulgo nuncupatam, uti in hac voce docuimus. Exstant apud Haræum in Castellanis Insulensibus lib. 2. pag. 170. 171. Diplomata Radbodi Noviomensis Episcopi an. 1090. & Lamberti Atrebatensis Episcopi an. 1111. quæ istius moris meminèrunt. Alia profert Buzelinus in Gallo-Flandria pag. 307. 308.

¶ Appellata quoque interdum hæc præstatio Personalis redemptio, ut in Bulla Paschalis II. PP. ann. 1107. ex Tabulario S. Albini Andegavensis: *Has nimirum ecclesias, juxta prædecessoris nostri felicitis memoria Urbani decretum in Alvernensi Concilio constitutum, ab omni Personali Redemptione liberis vobis permanere censemus.*

Interdum etiam altaria concedebant Episcopi absque Personatu; id est, ut liceret Monasteriis, aliisve Ecclesiis, Vicarios in ipsis altaribus delegare, qui eis deservirent, Personatus proventibus ad ipsa Monasteria, Ecclesiæve spectantibus: quæ quidem altaria à Personatu libera dicuntur in Charta Baldrici Noviomensis Episcopi an. 1103. apud Vassorium in Noviomomo pag. 797. ex qua præterea discimus, Vicarios, qui ejusmodi altaribus deserviebant, Juniores, eorumque ministeria, Junioratus appellatos. [Charta Manassis Episc. Camerac. an. 1096. apud Miræum tom. 1. p. 165. *Altare videlicet de Hautthem cum appenditiis suis, Heldreghem, & Idrighem sine Persona, sed cum debitis obsoniis. Alia Lamberti Episcopi Atrebatensis ann. 1097. ibid.*

pag. 116. *Altare de Huchin ea conditione ibi dedit, ut singulis annis, in festivitate S. Remigii, XII. denarios solvat, & deinceps ab omni redemptione liberum faciat. Altare quoque de Rodricourt ita dedit, ut sine Persona permaneat.*] Charta Gerardi Episcopi Morinensis apud Willelmum Andrensem pag. 808. *Altare villa, quæ vulgo Andernes dicitur, ad opus Monachorum Cœnobii S. Salvatoris Caroffensis ibidem Deo famulantium, omni exactionis debito liberum concedo, ... aliud quoque altare, quod dicitur S. Martini. ... concedo, non liberum, sed sub Persona. Vide Junioratus.*

☞ Hinc Personaliter tenere dicebantur qui sub annua præstatione, altarium redemptio dicta, beneficia ecclesiastica possidebant: impersonaliter vero qui ea obtinebant libera à personatu. Vide Mabillonium tom. 5. Annal. pag. 387.

¶ PERSONATUS JUS, Quo personam in ecclesia aliqua quis constituere potest. Charta Officialis Remensis ann. 1364. *In quibus (ecclesiis) Ecclesia S. Bertini dinoscitur patronatus ac Personatus jus habere, ac ad prædictas ecclesias ab antiquis temporibus Episcopi Morinensium... personas ydoneas presentatas per ipsum Abbatem... ad dictas capellanas seu capellas admiserint. Infra: Capella S. Katarina de Kalais existens in patronatu & Personatu ecclesie S. Bertini, &c.*

PERSONATOR, Idem quod Persona. Lambertus Ardensis pag. 151. *Erat autem tunc temporis in Ardea quidam sub Morinensis Episcopi præsidio substitutus Personator, sive persona, nomine Walterus, qui etiam Nelenensis & Althingensis villa simili professione procurabat Ecclesiam.*

PERSONATUS, Personæ dignitas, seu beneficium ipsum, ac Ecclesia, quam quis sub personatu possidet, ut est in Charta Walterii Episcopi Tornacensis, apud Haræum in Castellanis Infulens. Petrus Bles. Epist. 120. *Nepos vester in diversis Ecclesiis diversos adeptus est turpi commercio Personatus. Scriptores Vitæ S. Thomæ Cantuar. cap. 5. de Archidiaconatu: Nam post Episcopos & Abbates in Ecclesia Anglorum, hic primus & dignior Personatus habetur. Thierricus Valliscolor. in Urbano IV. PP.*

Hic tres instituit Personatus, ibi Cantor, Thesaurarius hos, atque Decanus habent.

Provinciale Ecclesie Cantuar. lib. 3. tit. 1. *Ut omnes tam Archidiaconi quam Decani, & omnes alii in Personatibus & dignitatibus constituti, &c. Adde tit. 7. & Historiam Episcoporum Cadurcensium num. 118. Lindwodus, Personatum esse ait prælaturam, sive titulum ad personam, sive rectorem Ecclesie pertinentem: hæcque subdit: Scias tamen, quod de personatu doctores varie scribunt. Nam Archidiaconi & Archipresbyteri, in Ecclesiis Cathedralibus dicuntur habere Personatus. Cognoscitur enim Personatus, quando aliquis habet prærogativam in Choro vel in Capitulo, in optionibus, in processionibus, in vocibus dandis, & hujusmodi præ aliis canonicis ejusdem ordinis: non tamen sicut hi, qui sunt in majoribus dignitatibus constituti: unde, ut dicit Cardi. Personatus & dignitas vere supponunt pro eodem, licet in aliquibus locis, rectores Ecclesiarum vocentur Persona, & sic habent personatum, non tamen dignitatem. [Compendiosa benefic. Expositio fol. 12. Personatus jurisdictionem non habet ut præbenda, quæ nihil aliud est quam jus percipiendi fructus ratione canonicatus.] Ita est in personage, dicuntur in dignitate aliqua Ecclesiastica constituti, in Statuto Philippi Pulcri ann. 1294. de superfluitatibus in qualibet hominum conditione auferendis: *Nul Clerc, s'il n'est Prêlâz, ou establis en Personage, ou dignité, ne pourra porter vair ne gris, ne hermines, fors en leurs chaperons. Infra: Nul**

Bourgeois ou Bourgeoise, ne Escuier, ne Clerc, s'il n'est en prelation, ou en Personnage, ou en greigneur estat, n'aura torche de cire.

¶ PERSONALIA BENEFICIA, in Concil Tarracon. an. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 524. *Licet personatus sive Personalia beneficia ideo nuncupata sint, quod non ut in perpetuum beneficia remanerent, sed ad vitam aliquarum personarum ecclesiasticarum duntaxat instituerentur, &c. Nullus personatus seu Personale beneficium, sine auctoritate & decreto Episcopi... erigatur.*

PERSONAGIUM, Idem quod Personatus. Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 816. *Pro illo novo edificio, quod ipse fecit in Personagio de Dasesboroug.*

☞ Rectius Personagium, eodem quo apud Anglos Personage, pro districtu ecclesie curionis, qui persona iisdem dicitur, accipi posse arbitror; qua etiam notione vox Parochia interdum usurpatur, ut supra observatum est in hac voce.

¶ PERSONALITAS, Eodem significato, in Charta apud Madox Formul. Anglic. p. 248. *Volo etiam omnibus fidelibus esse constans, me neminem aliam auctoritati domini Episcopi præsentasse de Personalitate ecclesie de Suthun, nisi Priorem & fratres ecclesie de Trentham.*

PERSONATICUM, ut Personatus. Charta Henrici I. Regis Franc. an. 1057. in Historia Monasterii S. Mariæ Sueffion. p. 436. *Alia (persona) in loco ejus præsentetur, cui Episcopus Personaticum ipsorum altarium sine aliqua pecunia tribuat.*

¶ IMPERSONATA ALTARIA, Quæ à Personatu libera sunt. Charta ann. 1105. ex Tabular. Mon. Elnon. *Eaque (altaria) libera & Impersonata Ecclesie S. Amandi concedimus, ea conditione ut presbyteri qui iisdem altaribus deservierint Episcopo præsententur.*

INPERSONARE, in Personatus possessionem mittere. Charta Hugonis du Puiset Dunelmensis Episcopi: *Sciatis, tres nos ad præsentationem Roberti Capellani in Ecclesiam de Witesfeld, quæ in feudo suo sita est, canonicè Inpersonasse Robertum nepotem suum, &c.*

¶ PERSONA, Corpus. Mirac. B. Henrici Baucenens. tom. 2. Junii pag. 384. *Non exibat de domo, nec se poterat adjuvare de Persona; modo sentit omnia membra consolidata & confirmata ita quod vadit. Hinc in Gloss. Græc. Lat. $\chi\alpha\rho\alpha\tau\iota\sigma\mu\omega$, Persono, id est rei alicui incorporeæ personam aliquam attribuo, uti vocem hanc interpretatur Vulcanius. In MS. additur Noto.*

¶ IN PERSONA, quomodo Gallice dicimus, en Personne. Litteræ Renati Reg. Comit. Provinciae an. 1477. pro piscatoribus Massil. *Quod à loco illo de la Corona & ultra, tam respectu maris inibi dubiosi & inorescentis, quam metu inimicorum sepe concurrentium periculosum multum est in Persona & bovia piscari inibi arte ipsa de Corre. Vereor tamen ne mendum subfit: est enim retis genus quod Perriere dicitur in Privileg. Maceriarum ad Mosam: Il peut pescher à tous autres harnas & manieres quelconques resques, les-rois, Perrieres, les trayncaulx, &c.*

PERSONARUM NOMEN, ait Facundus Hermianensis lib. 1. cap. 3. *Non nisi cum Sabellius impugnet Ecclesiam, necessario in usum prædicationis assumptum est: ut qui semper tres crediti sunt & vocati, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, uno quoque simul & communi Personarum nomine vocarentur. Deinde etiam Subsistentiæ dictæ sunt, quoniam Ecclesia placuit ad significandam Trinitatem, & hoc nomen distinctioni personali tribuere.*

¶ PERSONAGIUM, perperam pro Personagium, quod commentariensi ab incarcerato seu imprisonment exsolvitur, in Charta an. 1319. inter Instr. to.

1. novæ Gall. Christ. pag. 191. *Item quod si aliquis clericus vel persona ecclesiastica in habitu & tonsura clericali capiatur per dictas gentes nostras, quamvis ratione vel causa dicti officiales nostri compellant eundem ad solvendum carteragium, seu Personagium, quod abusu in contrarium nonobstante de cetero fieri vetatur, nisi hoc casu quo clericus à jure permittitur à secularibus capi. Ubi haud dubie legendum, carceragium seu Prisonagium. Vide in Priso & Persona.*

¶ PERSONALIS CAVALCATUS, Servitium quod quis per se cum equo præstare tenetur. Charta Caroli II. Reg. ann. 1291. apud Pitton. Histor. Aquenf. pag. 170. *Voluimus in posterum homines... immunes taschis, ladis, cossis, pedagiis, boagiis, saunariis & Personalibus cavalcibus infra fines comitatum, &c.*

PERSONALITER. Salvianus lib. 6. de Gubern. Dei: *Personaliter diu locuti sumus, & excessisse videmur regulam disputandi, id est, ut interpretatur Alexander Brassicanus, in personam tantum unius, neimine interea suo nomine notato. Quidam codd. habent Personanter. Infra: Nunquid latur scelere personali causa cunctorum. Leo Ost. lib. 3. cap. 34. (al. 36.) Concessit etiam predictus Papa Alexander Personaliter Desiderio nostro civitatem Terra inensem. Id est, ipsi soli, non successoribus Abbatibus. Chronicon Montis Sereni an. 1208. Et ipse Personaliter accessit. Utitur alibi.*

¶ PERSONALITER, Præfens, coram, Gall. en Personne. Occurrit passim in Instrumentis Notariorum ævi inferioris.

PERSONALITER JUDICARE, i. cum personarum acceptione, quam *προσωποληψίαν* appellant Græci: vide S. Antiochum Homil. 93. Senator lib. 2. Epist. 8. *Quis melius ad aequitatis jura dirigitur, quam qui Sacerdotio decoratur? qui amore justitiæ Personaliter nescit judicare, &c.* Lupus Abb. Ferrar. Epist. 64. ad Karolum C. Reg. *Imitatione Dei nolite Personaliter judicare. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 17. Judex... non sit personarum acceptor, neque cupidus pecuniæ.*

¶ PERSONALITER CONDEMNARI, Poenis vel suppliciiis ex sententia affici. Concil. Palent. an. 1388. inter Hispan. to. 3. pag. 624. *Pro commissis ab eis (Clericis) excessibus vel delictis, non possint à secularibus iudicibus Personaliter, aut etiam pecunialiter condemnari.*

¶ 1. PERSONARE, Prædicare, extollere, efferre, Mabilionio æstimare, in Hist. belli sacri tom. 1. Musei Ital. p. 206. *Tandem cum magnis muneribus, qua Rex ipse singulis Principibus miserat, conductu ipsius regressi sunt. Boamundo enim, quem plus omnibus aliis Personabat, plus cunctis pretiosa manera contulit. Vide in Persona.*

¶ 2. PERSONARE, Instrumentis musicis canere. Epitome Constit. Eccl. Valent. inter Conc. Hisp. tom. 4. pag. 187. *Nec aliquis ejus (Capellæ) singularis cantor seu ministrilis de cetero non possit ullo tempore diebus festivis nec feriatis die aut nocte cantare, neque Personare in aliqua ecclesia, absque licentia.*

¶ PERSONARII, Qui aliquid in commune possident, unde iidem sunt servitiis seu debitis obnoxii, *Personniers*, in Consuetudinibus Burbon. art. 417. Marchensi art. 163. 271. Inculism. art. 25. 27. & Angeriac. art. 107. Pro cohæredibus, in Consuet. Insul. art. 7. Norman. c. 26. 35. 101. Pro ejusdem sceleris & culpæ fociis, in eadem Consuet. Norman. cap. 80. & in Affisiis Hierosol. cap. 95. Interdum & pro institoribus, Gall. *Façeurs, commissionaires*, qua notione accipienda hæc vox videtur D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag.

243. in Regesto Magn. Dier. Campaniæ fol. 61. *Curia ordinavit, quod omnes Personarii qui pro debitis in prisonibus tenebuntur, quoquomodo obligati fuerint, per litteras Balliviarum, vel alio modo, dum tamen sine fraude & malitia, bonis suis tam mobilibus quam immobilibus cedere voluerint, liberabuntur. Vide Parcennarii.*

¶ PERSONETA, f. Apparitor. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 78. recto: *Et si aliquis tabelio, advocatus, Personeta, vel testis contrafecerit, sit infamis ipso jure, & in banno de maleficio, de quo non possit exire, nisi solverit Comuni Vercellarum duplum precii rei alienate in denariis numeratis.*

PERSPICIENTIA, *Vigilantia*, in Gloss. Lat. MS. Regio, cod. 1013.

¶ PERSULIRUM, f. Extraordinaria exactio. Charta Pontii Comit. Tolosani an. 936. apud Catelum pag. 89. *Et tallias, & omnes actus, & seguis, & justitias, ... & lendas, & Persulira, & venationes, ... totum illud damus. Occurrit eadem Charta inter Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 76.*

PERSUS, Color, ad cæruleum, vel ad floris persicæ mali colorem accedens, Gallis *Pers*, Italis *Perso*. Recte Acarissus: *Perso è colore de la Persa, donde prende il nome, cioè è azzuro scuro & non aperto. Glossæ MSS. Synopes, color perseus. Scio, originem à Græcia quosdam arcessere; sed valeant originationes istæ græcissantes in vernaculis nostris. Leo Ost. lib. 3. cap. 57. (al. 58.) Tunicam unam de panno Perso inaurato. Charta Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum: Casulas 2. una Persa, alia virida. [Tabular. Montis Mart. ann. 1324. Item Isabelli suum supertunicale de Perso legavit. Vita S. Philippi Bituric. Archiep. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1937. Faciem habebat Persam & credebatur mortuus. Inventar. Eccl. Aniciens. an. 1444. Item alia mappa de lino operis Francia cum parvis barris in capitibus de Pers, seminata de crucibus de Pers.] *Χρυσωπερισμός χιτώνας*, apud Leonem Grammatic. pag. 465. Vide Jul. Scaliger. exercit. 325. n. 10. [Le Roman de la guerre de Troyes MS.*

Mort le trebuche tot en vers,

En pui d'ore fu paille & Pers.]

¶ Interdum & pro panno hujusce coloris accipitur. Statuta pro villa de Commercy MSS. pag. 18. *Ceux dudit mestier qui seront Pers, brunettes, verdz & manbres marchands, soient urdiz en xvi. filz, qui soient à trois piedz sur le moins.*

¶ PERSICUS, Eodem significatu. Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 547. *D. Ivo indutus tunica, supertunicali & epitogio de Persico. Charta an. 1321. tom. 2. Histor. Paris. pag. 527. Unum supertunicale ad uxorem de Persico. Pro ipso colore occurrit in Inventar. Eccl. Aniciens. ann. 1444. Item quadam servieta modici valoris cum barris de Persico. Hinc emendandum Testament. Guillelmi de Turre an. 1461. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 726. Casulam meam ciricis Persici coloris, &c. Ubi perperam editum, *Pertici.**

PERSEUS, Idem quod *Persus*. Ælfricus in Gloss. Saxon. cap. de Coloribus: *Perseus, blapen. i. blavius, nostris Bleu.*

¶ PERSET, in Charta fundat. Priorat. S. Petri de Soldiaco an. 1070. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 482. *Ipso die dederunt Monachi S. Vincentii... uxori ejus (Achardi) Gilæ unam tunicam de Perset.*

¶ PERSUTA, ab Italico *Persutto*, Perna, Gall. *Jambon*. Statuta Riperiæ cap. 16. fol. 9. vº. *Item quod qualibet persona que mactaret aliquem porcum in locis*

dictæ Riperiæ causa vendendi, & illum venderet integrum, sive ad mezenas integras recentes, intelligantur mezena integre etiam absciso capite, & spallis, & Perfutis à qualibet ipsarum mezenarum.

PERTALLUS. Bulla Innocentii VI. an. 1355. pro Clarissis Tolosanis, apud Waddingum: Hoc salvo, quod dicta Religiosa possint habere, construere, & tenere porticum & Pertallum pro introitu & exitu ad dictam rectam carreriam, habentem sex brachiatas duntaxat in latitudine, cum clausuris. Sed legendum portallum, portam majorem, Gall. *Portail*.

¶ **PERTENEMENTUM**, Prædium, hæreditas, feudum. Charta an. 1209. in Tabular. Domus Arelat. S. Johan. Hieros. Do in retornum tibi & in potecham (f. hypothecam) totum meum Pertenementum. A tenemento nude distinctum existimo, ita ut Pertenementum sit prædium seu feudum liberum quod nullo medio tenetur. Vide in *Tenere*.

¶ **PERTERRITUS**, *Πέτρος*, in Gloss. Lat. Gr. Metus.

1. PERTICA, *Pertica regio*, Agrimensoribus, est territorium in quatuor partes divisum & comprehensum limitibus maximis Decumano & Cardine: totum territorium coloniæ divisum & assignatum. Frontinus: *Solum autem quodcunque coloniæ est assignatum, id universon Pertica appellatur.* Aggenus: *Pertica quatuor regionibus equaliter divisa.* Vide Gromaticos.

PERTICA, Certus agri modus, decem pedibus constans, quæ ideo *Pertica decempeda* dicitur apud veterem Agrimensorem pag. 330. duobusque passibus constare: *Alii autem voluerunt*, subdit ille, *ut pertica 48. palmorum esset, quæ pertica ad manus 12. pedes habet: quod per extensionem brachiorum verius esse probatur.* Isidorus lib. 15. cap. 15. *Pertica passus duos, (habet) id est decem pedes.* Glossæ Lat. Gr. MSS. *Pertica*, *Κεράων, κέρως*. Vide Salmasium ad Solinum pag. 684.

PERTICA 10. pedum longitudinis apud Anglos olim perinde fuit. Vide *Monasticum Anglic.* to. 1. pag. 313. Habuerunt etiam *perticam 10. pedum*, ut est in eodem *Monastico* to. 2. pag. 157. 158. 159. & *perticam 15. pedum*, ibid. pag. 157. & *perticam 20. pedum* ibid. pag. 204. 273. tom. 3. pag. 15. 16.

¶ **PERTICA 7. pedum**, 7. unciarum, & 8. lin. totidem quippe valent 10. palmi ex quibus constare *perticam* dicitur in *Sententia arbitrari* ann. 1292. pro Abbate Gimontensi in Occitania: *Perticus cum quo mensurantur arpenta & terra, vineæ & alii honores, habeat in perpetuum & habere debeat decem palmos bonos & largos de longo, ut hætenus habere convenit.*

¶ **PERTICA 15. pedum**, in Charta Gunfindi Abbat. S. Sulpitii Bituric. ex Tabul. ejusdem Monast. *Ipsa Pertica unde mensuratum fuit, habet pedes xv.*

PERTICA 16. pedum. Vide in *Quarentena*.

¶ **PERTICA 20. pedum.** Charta an. 1239. in Tabul. Meld. *Vendit P. Dei gratia Meldensi Episcopo sexaginta arpenta nemoris sita in Medonto juxta essarta ipsius Episcopi ad Perticam xx. pedum.*

¶ **PERTICA 21. pedum.** Charta S. Gerardi an. 971. inter Probat. Hist. Tullens. p. lxxv. *Quæ Pertica continuit numerum pedum viginti & unum.*

¶ **PERTICA 22. pedum**, in Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 716. *Viginti acras terræ mensuratas ad Perticam viginti duorum pedum.*

¶ **PERTICA 25. pedum.** Charta Ricardi Reg. Angl. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1414. *Fundavimus... viginti carrucatas terræ, scilicet unicuique carrucata sexaginta acras terræ ad Particam nostram, videlicet viginti quinque pedum.*

PERTICA 27. pedum. Tabular. Dervenfe: *Centum perticas in longitudine, totidem in latitudine. Dimensionem autem Pertica ipsius ad mensuram pedum 27. protrudere volui.*

PERTICA 12. pedum, quæ dicitur *Luitprandi*, & *pertica legitima de pedes duodecim ad extensis brachiis mensurata, vel ad extensionem brachii*, in *Chartis Longobardicis* apud Ughell. to. 3. *Italiæ sacræ* p. 289. to. 5. p. 659. to. 7. p. 1442. & to. 9. p. 121. *Chronicon Novalicense* c. 1. de *Luitprando Rege Longobardorum*: *Qui tanta longitudinis fertur pedes habuisse, ut ad cubitum humanum metirentur. Horum vero pedum mensura pro consuetudine inter Longobardos tenetur in metiendis arvis usque in presentem diem, ita ut pedes ejus in Pertica fune duodecim fiat tabula.* *Statuta Mediolanensia* part. 2. cap. 350. *Mensura pedis Liprandi sit & esse intelligitur de unciis novem ad brachium lignaminis.* Vide *Tristanum Calchum* lib. 4. *Histor. Mediolan.* ubi de *Luitprando*.

¶ *Observat Mabillonius* *Itin. Ital.* pag. 177. post *Benvenutum*, nostra etiam hac tempestate hujus pedis mensuram ad agros dimetiendos usui esse in tota *Insubria*, licet in *Tusciam* sit abrogata, eamque corrupto vocabulo *Aliprandi pedem* apud *Mediolanenses* appellari, quem in uncias xii. partiuntur. Denique *Pes Luitprandi* ad nostrum morem compositus, *Parisiensem pedem* regium continet, & insuper ipsius pedis trientem.

PERTICÆ ARPENNALES, *agripennales*, quibus agri *arpennis*, seu *agripennis* constat. [S. Bernardus *Epist.* 426. *Haia non extendetur in latum ultra quadraginta Perticas arpennales.*] *Chronicon Besuense* pag. 511. *Habet vero ipsa terra Perticas arpennales in longo 43. & pedales 10. & in lato de uno capite superiore perticas 9. & pedes 4.* Occurrit præterea pag. 512. *Pertica agripennales*, pag. 525. & in *Charta Warnerii Sombrensis* apud *Petrum Chiffletium* in *S. Bernardo* pag. 519. in aliis denique apud *Perardum* in *Burgundicis* pag. 13. 14. 17. 18.

PERTICA AGRIPEALIS, in *Tabul. S. Stephani Divion.* apud *Perardum* p. 48. 56. *Vetus Charta in Vita S. Domitiani*: *Et habet in longitudine cum colle & silva supra viam, secundum virilem manum, Perticas agripedales centum duodecim, in latitudine & parte meridiana, cum sarpo (carpo i. palmo) Perticas agripedales septuaginta duas ac semissem.* Hinc liquet, quid sit

PERTICA MANUALIS. Charta *Ludovici Imp.* data *Remis* an. 5. *Imp.* 4. *Indict.* *In ipsis quoque finibus vel adjacentiis Geminiacum nuncupantem villam & circumquaque tantum in omni parte ipsius fossæ ordine quadrato perticas 30. quam Perticam manualement ad mensuram 30. pedum designavimus.* Vide *Agrimensores* pag. 330.

¶ Huc etiam spectat Charta an. 3. *Rodulfi Reg.* in *Tabular. S. Sulpitii Bituric.* *Et habet mensura in circumcintum perticas xxiii. & ipsa Pertica unde mensuratum fuit habet pedes vii. s. (f. septem & semis) ad manus hominum.*

¶ **PERTICA DE CAUDA**, Nomen est proprium cujusdam loci. Charta *Henrici Comit. Barrenf.* to. 4. *Histor. Harcur.* pag. 1373. *Pro jamdicto usagio omnium gentium de Torciaco capienda ad Perticam de Cauda juxta nemus Drogonis, &c.*

PERTICA JUGIALIS. Charta an. 893. apud *Puricellum* in *Ambrosiana Basilica* pag. 258. *Est autem mensura ipsius terræ secundum hujus temporis Geometras, Perticas jugiales septem, & tabulas sedecim.* *Pertica*, quæ jugera agraria metimur. Vide *Jugia*.

PERTICA terra legalis, in Charta *Childeberti Re-*

gis pro Ecclesia sancti Germani de Pratis.

¶ **PERTICAS FACERE**, Agrum ad tot *Perticas* colere. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 2. v^o. *Gautselmus colonus habet de terra arabili bun. XII. de vinea aripen. II. de prato arip. III. facit inde Perticas VI. corvadas donat, &c.*

¶ **PARTICHA**, pro *Pertica*, pluries in Charta an. 1121. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 327. & in Statutis Montis Regal. fol. 229.

PARTICA, pro *Pertica*. Cæsarius Nunbergensis de Miracul. S. Erendrudis cap. 7. *Partica sive mensura.* [Charta an. 1290. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 185. *Sex arpenta, & quinque Particas terra, &c.* Occurrit ibi pluries.]

¶ **PERTICARE**, Ad *perticam* mensurare. Sententia arbitralis an. 1292. inter Abbat. & Consules Gimont. *Schedia dictarum terrarum & aliorum honorum non possunt venire in commissum, quo usque fuerint Perticata & certa mensura tradita mensuranda.*

PERTICATA, Modus agri *perticam* continens. Spelmanno, est terræ portio, quæ latitudine *perticam* continet: longitudine vero per stadium integrum, quod *Quarentenam* dicunt, distenditur, hoc est ad 40. *perticas*, alias *Roda* dicta. Continet ergo *Perticata* terræ in integra superficie 40. *perticas*, i. quartam partem unius acræ, quæ octogies *perticam* comprehendit, &c. Leges Burgorum Scotticorum cap. 119. *Perticata terra in Baronia debet mensurari per sex ulnas, quæ faciunt octodecim pedes mediocres, hoc est, neque de minoribus. Perticata terra in burgo, continet viginti pedes.* Adde Assisam Regis Davidis de Ponderibus & mensuris cap. 3. Vide præterea Ingulfum pag. 856. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 212. &c.

PERTICATIO, Terræ modus *perticis* dimensus. Vetus Charta in Vita S. Domitiani: *Vineam unam . . . infra hunc terminum & Perticationem sub integritate vobis cedimus.* Alia ex Tabulario S. Benigni, apud Perardum: *Infra istas terminationes, vel Perticationes, &c.* Vide pag. 17. 18. 20.

PERTICAS, seu *trabes*, quibus ex ligno facta columba immineret, ad sepulcra erigi solitas à Longobardis, testatur Paulus Warnesfridus l. 5. de Gestis Langob. cap. 34. [Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 13. *Fertur autem hanc Ecclesiam ideo dictam in Pertica, quia cum in ejus cæmeterio multi antiquitus sepelirentur Nobiles de longinquis partibus, faciebant supra sepulcra sua singulas Perticas, quibus discernerentur singula monimenta, plantari.*]

¶ Recensetur etiam *Pertica* inter ornamenta quibus altaria in solemnioribus festis decorari solebant. Inventarium sacræ supellectilis Eccl. Mogunt. to. 1. Rerum Mogunt. pag. 94. *Nunc de ornatu & thesauro ecclesie, & primo de Pertica audiatis. Erat Pertica argentea, concava, deaurata, quæ tantum præcipuis festis, ut in Passione, Pentecoste, in Dedicacione Ecclesie, in festo patroni gloriosi, confessoris beati Martini, in Nativitate Salvatoris, ante altare dependebat. In qua vascula suspendebantur, quædam eburnea, quædam argentea, formarum diversarum, omnia reliquiis plena.*

2. **PERTICA**, pro *Percæ*, piscis ita dictus, in Vita S. Willelmi Abbat. Roschild. num. 41. [Chartular. Latiniac. *Sciendum quod piscatores debent singulis annis refectorio unum piscem laudabilem quem Perticam nominant.*]

¶ 3. **PERTICA**, αὐτοσχέδιον εἰρημάτιον, ἀπὸ ξύλων ἐρῶν ζωόμενον καὶ συνίδων ἢ ἀλλῆς ὕλης, in Gloss. Lat. Græc Sangerman. Hinc *Pertica* dicitur tabulatum seu mensa operaria sartorum. Litteræ Joannis Fran-

cor. Reg. ann. 1351. quibus confirmat Statuta sartorum Montispeffulan. tom. 2. Ordinat. pag. 469. *Ordinaverunt & convenerunt inter se, quod quando morietur aliquis ex dictis magistris, vel uxor, vel mater, &c. quod illa die qua sepelietur, omnes tenentes operatoria de dicto misterio, debeant levare suas Perticas, & tenere medias Perticas operariorum (operatoriorum) clausas, quousque corpus sit traditum ecclesiastica sepultura.*

¶ 4. **PERTICA MANGANI**, Machinæ jaculatoriæ lignea compages, quomodo nunc *l' Asut d'un canon* dicimus. Chronic. Parmense ad ann. 872. apud Murator. tom. 9. *Quum ordinatum esset per Comune Parma exercitum facere generalem contra predictos extrinsecos, & multa manghana & apparamenta fierent ad predicta, quadam Pertica magna cujusdam manghani . . . onerata esset super carro Communis in platea pro ducendo eam in glaream Communis ad quoddam manghanum ibi factum, antequam boves ducerentur pro ipsa Pertica sic ducenda, &c.*

¶ **PERTICARE**. Vide in *Pertica* 1.

¶ **PERTICARIUS**, Apparitor, *bedellus*, à *pertica* seu virga quam gestat sic dictus, Gall. *Bedeau, porte-verge*. Concil. Mexicanum ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 385. *Officium Perticarii, cujus in processionibus ordinare, Pralato, presbytero, diacono, subdiacono & reliquis altari ministrantibus, de choro ad sacristiam vel altare, . . . in chorum euntibus . . . anteire, officium erit.* Interdum *Portingherius* dicitur apud eosdem Hispanos, teste Macro in Hierolexico.

¶ **PERTICATA**, **PERTICATIO**. Vide *Pertica* 1.

¶ **PERTICENSIS MONETA**. Vide in *Moneta Baronum*.

PERTICHETA. Vide *Perdiceta*.

¶ **PERTICULA**. Charta an. 5. Henrici IV. Reg. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Quandam elemosynam vocatam Perticulas ad sustentationem cujusdam pauperis scholaris de Insula predicta ad exercendum scholas per progenitores nostros quondam Reges Angliæ datam & concessam, &c.*

¶ **PERTICUS**. Vide in *Persus* & *Pertica* 1.

¶ **PERTIGERE**, Adire, convenire. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 73. pag. 208. *Ambassiatores Karoli Dalphini prætensi . . . Regis (Henrici) adhuc existentis Rothomagi, Pertigere præsentiam, &c.* Ubi MS. cod. *Pertingere*.

PERTINACES FEBRES, i. *continua*. Ita Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph.

1. **PERTINACIA**, pro *Constantia*, usurpari à S. Eulogio lib. 2. cap. 7. & in Commonitorio Ludovici Pii ad Hieremiam Archiep. Senonensem, observat Baronius an. 25. Verum id ægre inde colligitur, cum potius in malam hinc locis videatur accipi, non in bonam partem; nam *Pertinacia*, ut ait S. Augustinus Epist. 29. *constantia dici affectat, & non est, quia illa est virtus, hoc vitium.* Et Beda de Ortogr. *Pertinacia male rei perseverantia dicitur: Constantia bonæ.* [Vide Baluzii Notas ad Capitulum. tom. 1. pag. 644.]

¶ 2. **PERTINACIA**, Consummatio, absolutio. Hericus in Præfat. ad Lib. carm. de S. Germ. *Animum impulsi ut viro (Lothario Abbati) morigeratus fueram, etiam mortuo obsequi, inque defuncti gratiam cæpto operi perfectionis Pertinaciam admovere.*

3. **PERTINACIA**, pro *Pertinentia*. Liber Ramesiensis sect. 298. *Placitum . . . pro quodam crasso pisce in Pertinacia Bramcestre capto.*

¶ **PERTINEMENTUM**, Territorium, districtus, ut infra *Pertinentia*, Gall. *Appartenances*. Charta

an. 1168. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 608. *Ego Bremundus D. Uecia & Poscheriarum . . . dono & in perpetuum concedo Deo & B. Maria, & tibi Mathfredo abbati de Bonnacumba . . . xx. cartellos olei singulis annis in meos olivarios quos habeo in Pertinemento Poscheriarum. Ita forte legendum est in Charta an. 933. inter Instr. tom. 6. novæ Gall. Christ. col. 127. Quantum ibidem ad Pertinendum est.*

¶ PERTINENTER, Congruenter. Statuta reformat. S. Claudii ann. 1448. *Dum necessario cum secularibus pro ecclesiæ aut monasterii negotiis, vel alias fuerit loqui necessarium, in capitulo vel in locis extra quatuor arenas claustris constitutis Pertinenter accedant.*

¶ PERTINENTIA, Fructio, possessio. Oratio Ferdinandi Vacecapitis an. 1378. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1508. *De illis saltem quæ ad vestram Pertinentiam devenerunt per emtionem & munificentiam ostendere liberalem.*

PERTINENTIÆ. Paschalis II. PP. in Bulla ann. 1102. apud Ughellum tom. 1. Italiæ sacræ: *Civitates autem fines dicimus, qui Pertinentias suas longe lateque concludunt. Galli Appartenances eadem notione dicunt. [Statuta Auscior. MSS. art. 54. Aqua & alia necessaria predictis animalibus per omnes Pertinentias & laborantias civitatis predictæ. Nicolaus de Jamsilla de Gestis Friderici II. Imperatoris apud Murator. tom. 8. col. 513. Comitatum Alesina ac honorem montis S. Angeli, qui erat ejusdem Principis Pertinentia, à summo Pontifice . . . obtinuerat sibi concedi. Chron. Farfense apud eundem Murat. tom. 2. part. 2. col. 556. Otto filius Octaviani donavit atque confirmavit in hoc monasterio terras & vineas . . . juxta Pertinentiam de Spongia. Adde col. 598. Vide Pertinendum.]*

PERTINERE, pro Frui. Lex 3. Cod. Th. de Privileg. eor. qui in sacro Palatio milit. *Nemo possit ad indultum à nobis beneficium Pertinere, nisi qui, &c. [Notitia de fundat. B. M. de Tenallia tom. 2. Gall. Christ. inter Instrum. col. 484. Responderunt, nos, Domine, terram illam diu Pertinuimus, & eam sine iudicio amittere nolumus.]*

PERTINENTES HOMINES, Servi, qui ad aliquem pertinent. Lex Longobard. lib. 1. tit. 16. §. 8. *Nam si Pertinentes homines sine voluntate domini sui hoc fecerint, dominus per sacramentum se purificaverit, per ejus consensum non fuisset factum, servi ipsi tradantur in manus mundualdi ejus, & ipse faciat de eis, quod placuerit. Lib. 2. tit. 18. §. 3. Pertinentibus libertatem donare. Tit. 35. §. 9. Si quis Longobardus Pertinentem suum in quarta manu tradiderit, & à se amund fecerit, . . . solutus ab omni conditione servitutis permaneat. Adde Leges Luitprandi Regis tit. 62. & Aistulphi tit. 8. Vetus Instrumentum manumissionis an. 1152. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 77. Breve recordationis . . . qualiter Bernardus de Baldeniga licentiam dedit Ugolino Pertinenti suo, & permittit ei de rebus suis, quas habebat & tenebat, faciendi vel disponendi, quomodo vel qualiter voluerit, &c.*

PERTINENTES, Subditi, tenentes. Charta Friderici II. Imperat. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 399. *Statutum habemus, ut ad placitum cujuslibet Advocati semel in anno, quando præceptum fuerit, omnes Pertinentes certis in locis conveniant, &c. [Chronic. Novalic. lib. 3. cap. 19. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 721. Nos neque nostri Pertinentes, non sumus de vestro monasterio, pro eo quia aviones nostri vobis Pertinentes non fuerunt.]*

PERTINENTES dicuntur etiam Affines & cognati,

qui cognatione, seu parentela, aliquem contingunt, qui appartiennent de parenté à quelqu'un, quomodo usurpatur hæc vox in tit. Cod. *Si Rector provincia, vel ad eum Pertinentes sponsalia dederint, id est προσήκοιες, liberi, cognati, adfines, atque adeo domestici, &c. ut observat Cujacius. Leges Canuti Regis cap. 48. al. 76. Si quis cum Pertinente suo jaceat, emendet hoc secundum cognitionis modum, sit vera, sit vita, sit omni pecunia. Non est æquale, si quis cum sorore sua concumbat, & fuerit de longe Pertinens. Synodus Ticinensis ann. 850. cap. 15. de Xenodochiis: Quæ autem sub defensione quidem sunt Ecclesiæ; sed juxta institutorum decreta per hæredes vel Pertinentes, qui religiosam vitam duxerint, regi debent, procuret Episcopus, ut ab eis non negligantur. Vide Legem Salicam tit. 48. [Eadem notione le Roman de la guerre de Troyes MS.*

*Ne m'ont leissié soror, ne frere,
Ami, parent, ne Apertinant.]*

¶ PERTINXERIT, pro Pertigerit. Charta Stephani V. PP. an. 803. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 7. *Cum divina vocatione abbas præfati monasterii Pertinxerit, & resolutionis tempus advenerit, de propria semper congregatione eligatur abbas. Acta SS. Junii tom. 2. pag. 75. de S. Medardo: Ubi cumque ejus Pertinxerit notitia.*

PERTONGAR. Vita S. Gerardi Abbatis Broniensis num. 29. *Dominus Stephanus sanctæ Romanæ sedis tunc Apostolicus jussit fieri, (ipso consistente viro Dei, immo dictante debentia scribi,) plumbeo bullatum sigillo privilegium, quod & Pertongar appellant contulit illi, &c. Ubi monet doctissimus editor, alias ptongar scribi, qui Pantochartam hic innui putat.*

¶ PERTRACTATUS, Pertractatio, administratio. Leges Caroli Magni apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 101. *Ut Episcopi & Comites concordiam & dilectionem inter se habeant & ad Dei sanctæ Ecclesiæ Pertractatum peragendum.*

¶ PERTRACTIUS, Vectio, vectura, Gall. *Voiture, transport.* Charta regnante Roberto Rege Franc. in Tabular. Gellon. *Præterea ut Pontius abbas & monachi Anianenses Pertractum faciant ad pontem, id est de ligno & de petris, & de calce & de arena & de ferro, & de plumbo, & de cordas. Et deinde abbas (Gellonensis) Gautfredus & monachi illius medietatem de ponte faciant.*

¶ PERTRADICIUS, Hostis, prædo, ut videtur. Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. apud Murator. tom. 2. pag. 257. *Neque per exercita, aut cursas, neque per scammeras, neque per Pertradicios qui à partibus vestris nobiscum sunt, vel fuerint nobis volentibus, aut consentientibus, aut per nostram voluntatem contra vos submissos. Alibi, Pertradicios.*

¶ PERTRANSIBILIS, Qui pertransit, penetrat. Isidorus in Alphabeto: *Amarum hoc est & leve, quia Pertransibile.*

PERTULUSUS. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 18. de quodam, qui sibi mentulam absciderat: *Et abrafa tentigo Pertulusum, ut sic dicam, ad urinas residuum habuisset. Ex Gallico forte pertuis, foramen; sic pertuisum legendum esset. Vide mox Pertusare.*

PERTUM. Henricus de Knyghton an. 1391. *Convenerunt in Curia sua multa turme atomorum & muscarum, & in modum pralii congregientes fecerunt maximam stragem invicem, adeo ut scopis & Pertis mundarem locum de interfectis. Puto legendum percis, pro perticis, ex Gallico perche.*

¶ PERTURBIA, Perturbatio, litigatio, contentio, Practicis

Practicis nostris *Trouble*, cum quis in possessione alicujus rei turbatur. Charta ann. 1311. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 144. *Bona universa dicto D. Humberto & suis servant illasa, custodiant & deffendant, nec super eisdem impedimentum vel Perturbiam faciant vel fieri permittant, nec damnum vel injuriam, &c.*

PERTUSAGIUM, Idem quod *Foragium*, Tributum scilicet, quod domino feudali præstatum pro facultate perforandi dolium & exinde vinum vendendi. Charta vetus in Histor. Monasterii S. Nicolai Andegavensis pag. 42. *Dedit quoque eis Pertusagium ferie S. Petri, ad quod colligendum famulos suos dominicos mittent.* [Charta Eraclii Archiepiscopi Lugdunensis an. circ. 1157. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 18. *Elemosynam xl. sol. quos illustris Comes palatinus Henricus Ecclesia Lingonensi ad mensam canonicorum apud Barrum super Albam in Pertusagio nundinarum... donavit.*] Doubletus in Histor. San-Dionysiani Monasterii pag. 434. *Si aucune personne vend vin en la dite terre à taverne, il doit l'argent d'un sextier de vin pour chacune piece, qu'il vendra, soit queuë, toinel, ou poinçon, au prix qu'il est premier afforé, & si doit quatre deniers de Pertusage pour chacune piece depuis le jour de S. Denys jusques à la S. Andry du vin afforé en icelui temps.*

PERTUSARE, Perforare, Italis *Pertugiare*. Guibertus lib. 1. de Vita sua cap. 22. de fulmine: *In quorundam sinus flamma subintroit, ... pedules ac soleas Pertusando per extrema progreditur.* Hinc fortè nostris nomen mansit ejusmodi majori securi, quam *Pertuisane* dicimus.

PERTUSERIA, Aditus, porta, Gall. *Porte, ouverture*. Charta Guillelmi Episcopi Gratianopolis an. 1288. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 46. *Considerantes & attendentes, quod in prædicta civitate in loco ubi dicitur versus Pertuseriam, &c.* Alia ejusdem Episcopi an. 1290. ibidem pag. 49. *Concedimus etiam prædictis fratribus, quod ipsi possint facere porticum vel Pertuseriam in muro nostræ civitatis Gratianopolis.* Le Roman de Vacce MS.

*Chevaliers & borjoiz firent tost sus lever,
Les bretesches garnir & les Pertus garder.*

PERTUSUS, Foramen, Gall. *Pertuis*. Translat. S. Savini apud Marten. tom. 6. Amplif. Collect. col. 809. *Ducilem a terra non longe jacentem recepit, atque ad patentem qui erat in tonna Pextusum applicuit.* Mirac. S. Gibriani tom. 7. Maii pag. 647. *Qui carnem ejus coxa perforans Pertusum grandem fecit.* Adde Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 188.

PERVASATUS, *Demoniacus*. Ugutio. Vide *Vas*.

PERVASOR, Qui sibi injuste aliquid usurpat, invalor, prædator. Concil. Tolet. XI. inter Hispan. tom. 2. pag. 665. *Qui nullis habitis rebus propriis, aut in quocumque Pervasores exstiterint, aut quibuslibet personis cades vel quodcumque præsumptionis intulerint.* Oratio apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 402. inscribitur: *Item ante communionem contra Pervasores... Terras hujus sanctuarii tui... invadunt, depraedantur, vastant, &c.*

PERVASORIE, Injuste. Mirac. S. Eadmundi Reg. Angl. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 826. *Exsequitur velit nolit qua Pervasorie Rex imponit, nec persona quevis ab hac executione sit immunis.*

PERVATURA, mendum esse videtur pro *parva curia*. Diploma Ludovici VI. Reg. Franc. an. 1336. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 749. *Item in Pervaturia Episcopi & infra domos ejus conventus suos faciebat, & in magna curia captos suos, nolente Episcopo, incarcerabat.*

Tom. V.

PERUDUM. Diedericus Monachus de Illatione S. Benedicti cap. 5. *Sanctissimam Patris ac Patroni sui glebam, aureis invasatam cistellis, de ex iniis Perudi sustollunt, cursuque perniciosissimo navi spem beatam imponunt.* Legendum forte telluris.

PERVENTOR, Qui ad aliquem per alium accedit, pervenit. S. Augustinus de Consensu Evang. cap. 10. *Quod ita tenuit consuetudo, ut jam etiam vulgo Perventores appellentur, qui potentiam quorumlibet tamquam inaccessibleibus animos, per convenientium personarum interpositionem, ambitionis arte pertingunt.*

PERVERSUM, seu in *perversum*, Contra, contrario; utitur Tertullianus in Praxeam, ut & S. Hieronymus Epistola 20. ubi Gravius.

PERVIGILIUM, Pernoctatio in Ecclesia in vigiliis Sanctorum. Constitut. Cardinalis de Mendoza inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 27. *Reperimus aliam constitutionem synodalem... circa Pervigilia qua in ecclesiis & eremitoriis sunt, qua statuit ne dicta Pervigilia fiant. Cum in more positum sit ut in vigiliis Sanctorum plures tam viri quam mulieres, clerici & laici pro devotione veniant ad pernoctandum in ecclesiis, &... quod sub pretextu devotionis plura in eis committuntur maleficia, & signanter scortationes & adulteria: & ulterius fiunt computationes, & proferuntur plures cantilena seculares & fiunt chorea & alia inhonesta... Statuimus ut in posterum in vigiliis gloriosæ Virginis Mariae & cujusvis festivitatis... in nostra ecclesia cathedrali, nec in qualibet alia... fiant ejusmodi Pervigilia.* Pervigilatio, eadem notione, in Concil. Toletan. an. 1565. ibid. pag. 43.

PERVIRTUOSUS, Summa virtute præditus. Epist. Johannis de Monsterolio apud Marten. to. 2. Amplif. Collect. col. 1383. *Clypeum sese gerens ac intercessorem semper strenuum & athletam, ubi maxime Pervirtuoso opus est monito: e.*

PERVISOR, Inquisitor. Fragm. Vitæ MS. sancti Germerii apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 523. *Fama illius (Germerii) pervenit usque in palatium Clodovai Regis, & misit isdem Rex in omni regno suo Pervisores ut eum sollicitè perquirerent.*

PERVISUS. Vide *Paradisus* 1.

PERVIUM, Via. Glossæ: *Pervium*, ὁ δεισιμον. Pactum inter Guntchranum & Childebertum Reges Franc. apud Grægorium Turon. lib. 9. cap. 20. *Cum castellis Duno & Vindocino, & quicquid de pago Stampensi, vel Carnoteno in Pervio illo antefatus Rex cum terminis & populo suo perceperat, &c.* Galli dicerent, *En ce chemin là.* Infra: *Et quia inter præfatos Reges pura & simplex est in Dei nomine concordia inligata, convenit, ut in utroque regno utriusque fidelibus tam pro causis publicis, quam privatis, quicumque voluerit ambulare, Pervium nullis temporibus denegetur.* Ubi *pervium*, est facultas iter aggrediendi vel transeundi: ut & apud eundem Gregorium eodem libro cap. 32. *Præcepit, ne ullus de Childeberti regno per ejus regni territorium Pervium possit habere.* Charta Caroli Simplicis apud Baldricum lib. 1. Chronici Cameracensis cap. 67. *Cum... farinariis piscationibus, Perviis, vineis, mancipiis, &c.* In alia cap. 52. *Terras cultas & incultas, Pervia, uva (f. invia) discapia, prata, pasqua, &c.* ubi *pervium* idem valet ac via.

1. **PERULA**, *Parva pera*. Johannes de Jantua; *Pette escharpe*; in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

2. **PERULA**, Oculorum albugo, ex Gallico *Perle*. Wolfardus Presbyt. lib. 2. de Vita S. Walburg. cap. 1. *Dum ergo Ratfridus... prius caca caligine premeretur, & geminis orbibus mala albuginaria, qua vulgè*

Dd

Perulas nuncupamus, obnoxia pateretur, &c. Vide Perla & Pirula.

¶ PERULI. Vide *Perla*.

PERUNCTUM, inquit Fridericus II. Imper. lib. 1. de Venat. cap. 31. est quoddam membrum, (in avibus) quod superest cauda, constitutum ex geminis quasi glandibus: in medio illarum prope finem est quoddam nervosum, durum, elevatum ad modum virga. Juva-mentum enim hujus Peruncti est, recipere à reliquo corpore humiditatem virulentam, quam receptam, & in ipso congregatam, avis, cum opus fuerit, comprimendo cum rostro suo suget, & cum eodem rostro pennas suas & ungues perungit, quatenus penna melius possint resistere madefactioni: aqua enim pluens super pennas Perunctas minus adheret eis, & integrius & lubricabilius descendit, &c. Adde cap. 52.

PERUNDARE, καταπορίζω, Demergere, perfundere, in Gloss. Lat. Græc. MSS. perperam perfundare in edito habetur.

¶ PERURSUS, à verbo *Perurgere*. Sallas Malaspinæ lib. 2. Rer. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 244. Et dum hostes à duabus partibus instantissimo bello Perursi se in fugam convertunt. Et pag. 246. Gratuito animo quidam mellisua Karoli suasionem Perursi, &c.

PES. *Pedis abscissio, amputatio*, inter pœnas non semel occurrit. Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Arianos cap. 1. *Alios quoque effossis oculis, ac Poplitibus amputatis, semivivos reliquit.* Leges Willelmi Nothi cap. 67. *Interdicimus etiam, ne quis occidatur, vel suspendatur pro aliqua culpa; sed eruantur oculi, abscindantur Pedes, vel testiculi, vel manus, &c.* Ingulfus pag. 856. *Sub pœna perditionis dextri sui Pedis, &c.* Assisæ Hierosolymitanæ MSS. 2. part. cap. 31. *Les Juges doivent enquerre selon leur conscience tous ceaus, qui ont emblez bestes menues, ou pors, à la premiere fois il li feront tailler le nez, à la seconde fois, il li feront tailler le Pié, & à la tierce fois pendre: & ceaus que ils trouveront, que ils auront emblés bæufs ou chevauchures, ou armes, à la premiere fois ils li doivent tailler le Pié, à la seconde fois pendre: & se il a emblé des bestes menues, ou de pors, tant que il soit de la valeur de 25. bezans, il doit avoir le Pié taillé, & à la seconde fois pendre, &c.* Le Roman de Vacces MS. *Crever ex, ou ardre en poudre, Et Piés & point couper.*

De hac pœna vide L. 3. C. de servis fugit. Nov. 134 cap. 13. Nicephor. Constantinop. in Brevariario Histor. pag. 77. 1. edit. Theophanem an. 3. Copronymi, Nicetam in Andronico, Canones S. Patricii apud Waræum pag. 48. Canones Hiberniæ lib. 28. cap. 6. Leges Inæ cap. 39. apud Bromptonum, Stabilim. S. Ludovici lib. 1. cap. 29. Gregorium Turon. lib. 7. cap. 20. Fredegar. Chron. cap. 28. Capitulare 3. an. 813. cap. 19. Petrum Blesensem in Canone Episcopali p. 454. Ordericum Vitalem lib. 4. pag. 535. lib. 8. pag. 702. 707. Gesta Dominorum Ambasiens. cap. 5. num. 22. Bractonum lib. 3. Tract. 2. cap. 32. §. 7. Fletam lib. 1. cap. 38. §. 8. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 166. Veterem Consuetud. Normann. cap. 23. Cujac. lib. 7. Observ. c. 13. & Menagium in Amœnitatib. Jur. cap. 32. 2^a. editionis, &c.

AD PEDES REGIS CONQUIRERE. Lex Alamannorum tit. 35. §. 3. *Tunc illa hereditas, quam ille Dux habuit, post mortem ejus in potestate Regis fit, vel cui vult, donet, aut illi filio Ducis, qui rebellavit, si potuerit per servitium hoc ad Pedes Regis conquirere, &c.* Id est prosternendo se ad pedes Principis.

¶ PEDES, indecl. usurpatur in Litteris Johannis Franc. Reg. an. 1356. tom. 3. Ordinat. pag. 77. *Possint à transeuntibus per locum predictum exigere & levare, videlicet à quolibet eques transeuntium per locum eundem unum denarium Turon. & à quolibet Pedes transeuntium unum obolum Turon.*

PEDES LINEI, vel Lignei. Concilium Autissiod. can. 3. *Quicumque votum habuerit, in Ecclesia vigilet, ... nec sculptilia, aut Pede, aut homine lineo fieri penitus presumat.* Ubi legendum videtur ligneo. Indiculus Paganiarum, seu superstitionum in Concilio Liptin. an. 743. *De ligneis pedibus, vel manibus pagano ritu.* S. Eligius apud S. Audoënum in illius Vita, lib. 2. cap. 5. *Pedum similitudines, quos per bivia ponunt, fieri vetate, & ubi inveneritis, igni cremate.* Homilia ejusdem S. Eligii: *Arbores, quas sacros vocant, succidite, plantas sive ungulas Pedum, quos per bivia ponunt fieri vetate.* Quibus locis perstringuntur veterum Gallorum magici ritus vel superstitiones, qui in biviis ac compitis hominum membra pedesve ex ligno, (vel lino) conflatos collocabant, existimantes, hac ratione morbos & ægritudines persanari. *Imagines ex lino & cera confictæ à maleficis, in Historia Pontificum & Comitum Engolismensium cap. 25.* Certe lanas ad φαρμακείας olim adhibitas testatur Scholiastes Theocriti Idyll. 2. v. 2. ut & imagines laneas Horatius lib. 1. Sat. 8. Nescio an huc etiam spectet, quod habet vetus Formula Pœnitentialis, edita ex Codice Thuanò à Jacobo Petito: *Idem si observat auguria, ... item si fecit, vel fieri fecit, vel curavit, quod aliquis faceret Pedem in domo.*

PEDES FORESTÆ. Tabularium Abbatiae de Novo-loco in Comitatu Nottinghamensi: *Notandum est, quod Pes forestæ usitatus tempore Ric. Oysell in arrentatione vastorum, factus est signatus & sculptus in pariete cancelli Ecclesie de Edwynstowe, ... & dictus Pes continet in longitudine 18. pollices, & in arrentatione quorundam vastorum pertica 20. 21. & 24. pedum usa fait: sed semper 40. perticata, videlicet 40. full. in longitudine, & 40. full. in latitudine faciunt unam acram, & qualibet acra continet in se 4. rodas, secundum longitudinem & latitudinem, ut predictum est.*

¶ PES MANUALIS, Mensuræ genus, apud Stephanotium in Antiquit. Bened. Aurelian. MSS. pag. 559. Vide *Pertica manualis*.

¶ PES MONETÆ. Vide in *Moneta*.

PEDES MONTIS, Ima & inferior pars, unde S. Joannis *pedis portus*, oppidulum in Pyrenæis, S. Jean Pied de Port. *Pedes Cassii montis*, apud Ammianum lib. 14. ubi Lindenbrogius quædam observat ex Suida & Eustathio. Hegesinus apud Pausaniam: *ελκιδωνος ἐχει πόδα τριδανεία.*

PEDES LUITPRANDI. Vide *Pertica I*.

¶ PES, Temporis nota. Missale Gemmeticense datum à Roberto Episc. Londin. an. circiter 1150. ubi ad calcem uniuscujusque mensis diei noctisve horæ notantur: *Januarius: nox horarum XVI. dies VIII. hora III. & IX. Pedes XVII. hora VI. Pedes XI. ... Februarius: nox horarum XIII. dies X. hora III. & IX. Pedes XV. hora VI. Pedes IX.*

¶ PES. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 225. *Inspeximus transcriptum Pedis cujusdam finis levati in curia domini E. nuper Regis Angliæ avi nostri, quod coram nobis in cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, in hæc verba: Hæc est finalis concordia, &c. Nos autem transcriptum Pedis finis predicti. . . tenore presentium duximus exemplificandum.* Ubi pes finis idem videtur significare quod Charta authentica, qua alicui controversiæ finis imponitur; quomodo

Pedefinis usurpatur pro ea agri parte qua inferior est. Vide *Caputinis*.

PES. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 109. *Pro porco 2. solidos, & tascham, & quartam partem vini cum Pede.* Occurrunt eadem verba rursum infra.

¶ Nisi me fallo *vinum cum pede* vel *de pede*, ut alibi legitur, de vino quod ex uvis calcatis expressum est, intelligendum. Hanc conjecturam firmat Charta Friderici II. Imper. an. 1211. apud Rocchum Pirrum tom. 1. Sicil. Sacrae pag. 144. *Et de vineis musti nupti puri lagenas magnas cc. & de Pede lagenas centum.* Mustum quippe ibi à vino pressio distingui videtur.

¶ **PES FIXUS.** Synodus Oriolana an. 1600. inter Concil. Hispan. tom. 4. p. 745. *Cum pecunia, qua Pes fixus dicitur, necessaria sit ad Dei cultum promovendum, ne temporis necessitate si desit, studium & ecclesie ornatus negligatur. . . . Inde volumus, ne defunctorum canonicorum vacationis tempore, donec alii defunctorum loco succedant, fructus & redditus aliis accrescant, ne aliquis de mortis annata testari possit; sed hoc omne quodcumque fuerit, Pedito fixo accumulatur & aggregetur, donec competenter fuerit ecclesie necessitati consultum.*

¶ **PLENO PEDE**, id est, Jure pleno & certo, in Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 2101. *Ita ut numquam ullius rationis causa, nullius occasionis malitia quisquam dominetur saltem in Pleno Pede supradictarum terrarum. . . nisi abbas & ab eo ordinata potestas.*

PEDES, in Glossis antiquis MSS. dicuntur duo fines, (funes) *navium*, qui extremos velorum angulos tenent. [Consultendus omnino Isac. Vossius in Phaselum Catulli.]

¶ **PESA.** Chartarium Eccles. Auxitanæ cap. 112. *Et tentoria P. Amarici juxta ecclesiam sanctæ Mariæ, & medietatem tum Pesarum que sunt in loco qui dicitur Albetoa.* Vide alia notione in *Pensa*.

¶ **PESADURA**, Quod pro ponderibus publicis domino loci exsolvitur, dum res & merces ponderantur. Occurrit in Sententia arbitrari inter Priorem & Abbatem S. Ægidii an. 1222.

¶ **PESAGIUM**, Eadem notione qua *Pesadura*. Charta Innocentii IV. PP. an. 1246. in Tabular. Calensi pag. 140. *Ut de iis que aliquotiens emere pro vestris utilitatibus vos contigerit, nulli pedagia, winagia, rotatica, traversa, roagia, Pesagia, minagia & fortigia que pro iis à secularibus exiguntur, solvere teneamini, vobis auctoritate presentium indulgemus.* Interdum idem quod *Pedagium*. Vide in hac voce.

¶ **PESAIT**, Pisum, Gall. *Pois*. Necrolog. Eccl. Carnot. *Acquisivit etiam apud Mennesin generaliter quicquid Major habebat in granica Capituli, scilicet . . . vechiat, Pesait, lentilat, savat.* Le Roman d' Athis MS. *Et feves fresches, & Pesus, Et cerisicé, & sallez lus.*

¶ **PESARE.** Vide *Pensa*.

¶ 1. **PESAROLUS**, Statera, verticulum, Gallicè *Peson*. Statuta Placent. lib. 7. fol. 78. recto: *Teneantur beccharii vendere omnes carnes ad pondus fiendum per ballantias, & non per Pesarolum: & habeant libras de ferro.*

¶ 2. **PESAROLUS**, Alia notione, Pars aliqua torcularis. Statuta Riperiæ cap. 12. fol. 4. vº. *De quolibet Pesarolo à torculari pro introitu solidi quinque.*

¶ **PESATICUM**, pro *Pedagium*. Vide in hac voce.

PESCA. Epitaphium Thomæ Benedicti Prioris S. Genovesæ:

Nunc viret ut Pesca, nunc est homo vermibus esca;

id est, ut malus perfica, quam *Pesche* vocamus.

PESCARIUS. Vetus Pœnitent. apud Morinum pag. Tom. V.

24. *Si Comes aut Judex est, dic illi, ut non accipiat premia, . . . si est Pescarius, &c.*

PESCLUS. Charta Zachariæ I. PP. in Bullario Castrensi tom. 1. pag. 4. *Inde per monticellos de mari descendens vadit ad Pesclos, qui sunt in pedemontis, que dicitur Balba; inde per duos Leonès, &c.*

¶ **PESELLUS**, Paxillus, ut videtur; nostris *Paisseau* vel *échalas*. Litteræ Officialis Andegav. an. 1269. in Tabul. S. Albini Andegav. *Fulco de Torallo minor Miles . . . vendidit & concessit . . . omnes fructus quos habere poterat in . . . nemoribus ad faciendum Pesellos.*

¶ **PESEMGIES**, Inter utensilia domestica recensetur in Inventar. rerum mobilium ann. 1342. ex Tabular. S. Victoris Massiliensis: *Item, unam mampam piste. Item, duas manceas. Item, unam Pesemgiem, sex tabulas panis, &c.*

¶ **PESIA**, Modus agri, quomodo Gallicè dicimus, *Piece de terre*. Charta an. 1496. *Item plus quamdam aliam Pesiam prati sitam & positam in dicta jurisdictione & in ripeyria del Togat.* Vide *Pecia*.

¶ **PESITARE**, Liberare. Gloss. MS. Sangerm. num. 501. legendum, *Pensitare, librare.*

PESLUM. Tabularium Vindocinense ann. 1076. Ch. 321. *Ascelinus Chotardus retinuit domum parietis Ecclesie quasi appenditium, quod vulgariter Peslum vocant, ubi annonam suam, & vinum, quod ibidem collegerit, reponat.* [Vide *Pessulum*.]

¶ **PESQUERIUM**, Vivarium piscium, locus in quo piscatur, Gall. *Pe,cherie, étang*. Pactum inter Jacobum Aragon. Reg. & Berengarium Episcopum Magalonens. ann. 1272. *Et sic protenditur ab ipso termino recte usque ad alium terminum positum in capite Pesquerii ipsius Ecclesie; & deinde sicut protenditur alveus sive vallatus, per quem transit aqua circa eandem Ecclesiam.* Vide *Piscaria*.

¶ **PESSA**, Fragmentum, frustum, *petia*, Gall. *Pièce*. Statuta Card. Trivult. Abbat. S. Victoris Massili. MSS. an. 1531. *Camerarius tenetur dare juvenibus & pueris florenos sex pro vestiario ultra & præter calceos seu sotulares; quos honestos sine fractura & Pessis ab extra, toties quoties opus fuerit, dabit.* Vide *Pessia*.

PESARIZARE, In modum *πεσοῦ*, seu pessarii conficere: est autem *pessarium*, lana concepta, & ad digiti figuram rotunda facta, in qua pharmaca excipiuntur & continentur. Vide Constantinum Africanum lib. de Gradibus pag. 373.

¶ **PESSATICUM**, ut *Pedagium*. Vide ibi.

PESSIA, Idem quod *Petia*, Gallis *Piece*. Vetus Charta apud Columbum lib. 2. de Episcopis Vivariensibus: *Dono Pessiam de campo, Pessia habet fines de latius, &c.* Vide *Pecia*.

¶ **PESSILE**, vel **PESSILIS**, Idem videtur quod *Pessulum*, apud Gregorium Turon. lib. 8. Histor. col. 391. *Parentes congregati super hunc (Guerpinum) irruunt, inclusumque in Pessilem domus interimunt.* Ita præfert ultima Editio ex Cod. MS. Colbert. *Aliæ legebant, pensilem domum, vel pensilem domus.* Vide *Domus pensilis*.

PESSIMARE, Pessimum efficere, affligere. Vetus Interpres Ecclesiast. cap. 38. v. 22. *Te ipsam Pessimabis.* S. Eulogius lib. 3. Memor. SS. cap. 5. *Importabili census onere colla aggravant miserorum, quotidie plebem Domini Pessimantes.* Utitur præterea Hugo Flaviniacensis in Vita S. Sacerdotis Episcopi Lemovicens. num. 25. [Lactantius lib. 1. Instit. cap. 11. *Ætate pessumata*: ubi emendant alii *pessum alta*. Vetus Interpres S. Ignatii pag. 104. *Κακίζω, Pessimare* vertit. Epist. ann. 1408. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 847. *Statim mœnstruoso cathedrarum honore sublimati, aut verius Pessi-*

mati, &c. Frīdegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 187.

*Hoc virus ne serpat, & incautos malefano
Inficiat succo, dum Justum Pessimat atrox.]*

PESSO, PESSONA. Vide *Paiſſo*.

¶ PESSONERA, Navigii genus apud Anglos. Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1341. apud Rymer. tom. 5. p. 243. *Volumus quod centum naves, vocata Pessonera & creyera, & alia minuta naves, infra pondus 30. doliorum . . . arrestentur. Infra: Hujusmodi centum naves vocatas Pessoneras & creyeras, ac tot alias minutas naves . . . provideri & arrestari faciatis.*

¶ PESSULUM, Idem quod supra *Peslum*, Gratianopolitanis vulgo *lou Pestou*, Appensum domui tectum, quodvis ædificiolum extra murum in viam prominens. Sententia Johannis Archiepisc. Vienneſis. an. 1228. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 142. *Volumus & precipimus habito consilio Sapientum, ut omnia Pessula qua sunt & erant extra muros apud sanctum Romanum, & in Chapelleys & in Changeriis, &c. sunt de jurisdictione Bajuli predicti & successorum ejus in perpetuum. Vide Pestillum.*

¶ PESSUS. Vide *Paiſſo*.

¶ PESTALLUM. Vide *Pestillum*.

PESTARE, Italis, Subigere, comminuere, tundere. Recuperus lib. de Virtutibus S. Ambrosii Senensis cap. 2. *Dicebat, in hoc esse laborem suum, pulum Pestare agrotis, id est divinam sapientiam rudibus intellectibus perceptibilem facere.*

¶ PESTARIUS, Pistor, seu *pestillorum* confector, Gall. *Patissier*. Consuetud. Fontanell. MSS. fol. 95. *Magister Pestarius VII. (ova.) Eadem notione Pestor in Charta ann. 1219. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 2. pag. 31. Que tous Pestors, tous bo-lengiers de la ville d'Angers, feissent loiaux denrées de pain. Vide Pastillus 2.*

¶ PESTAT. Necrolog. Parthenonis S. Petri de Casis: xxiv. Junii, obiit *Dalmacius Chandorati civis Aniciensis, cujus amita Dña Katerina Chandorata fecit fieri lo Pestat S. Michaëlis*. Forte pro *lo Portal*, Porta major, nostris *Portail*.

¶ PESTELLUM. Vide *Pestillum*.

¶ PESTIALIS, Pestilens. Miracula MSS. Urbani V. PP. in Tabul. S. Victoris Massil. *In una galea navigando in plagia Romana habebat febrem Pestialem. Infra: Patiebatur febrem Pestilentialem.*

PESTICIUM. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 1007. *Dedimus etiam . . . & omnia prata nostra, scilicet de Guanerio, . . . de Leyre, cum Pesticiis ejus, & omne scenum nostrum in valle Rodolii, &c.* Forte legendum *Pasticus*, Pascuis, Gall. *Pastis*.

¶ *Pesticium & pasticum* promiscue usurpatum fuisse, ut ager pascuus significaretur, innuit *le Roman de Rou* MS. ubi *Pestis* pro *Pastis* occurrit:

*Grant aleure vont par Pestiz & par blez,
Au main por reposer tornerent en un prez.*

PESTICUS & PESTICOSUS, *Peste plenus*. Johan. de Janua.

PESTIFERARE, Inficere, peste polluere, *Empester*. Lucifer Calaritan. lib. 1. pro S. Athanasio: *Munera enim excacant oculos videntium, & Pestiferant sermones justos.*

¶ PESTILENTIALIS. Vide *Pestialis*.

¶ PESTILENTIATUS, PESTILENTIARIUS, Peste contactus, *Pestiferé*. Addit. ad Vitam S. Antonini tom. 1. Maii pag. 342. *Vidit tempore pestis pluries illum euntem ad Pestilentiatos. Ibid. p. 343. Vidisse eum tempore pestis ad Pestilentarios ire testatur.*

¶ PESTILENTIOSUS, Pestifer, nostris *Pestilenciel*. Concil. Toletan. V. inter Hispan. tom. 2.

pag. 508. *Sed & hoc pro Pestilentiosis hominum moribus, salubri ordinatione censemus, ne quis in Principem maledicta congerat.*

¶ PESTILIFER, λοιμοφόρος, in Gloss. Lat. Græc.

¶ PESTILITAS, Pestis, lues pestifera. Vita B. Simonis de Lipnica tom. 4. Julii pag. 528. *Pestilitatis tempore septuaginta novem de morte . . . triumphantes, &c.*

¶ PESTILITER, *Demisse, divise*. Gloss. Isid. Martinus recte emendat, *partititer, divise*.

PESTILLUM, pro *Pistillum*, instrumentum, quo aliquid teritur, comminuitur: *Pestello*, Italis, *Pestile*, Anglis. Glossar. Græc. Lat. ἀλεγειῶνος, *pestillum*: alias, pestillus, quo sal teritur: *Cylindrus*, Senatori lib. 12. Epist. 24. *In salinis autem exercendis tota contentio est: pro aratris, pro falcibus cylindros volvitis. Accipitur etiam pro palo ligneo.* Gloss. Lat. Gall. *Pilus: poil, ou pestoil.*

Qui terit, est pilus: pilus est in fronte capillus.

Idem: *Pistillum, pesteil*. Gloss. Arabico-Lat. *Pessulum, pestum, pestilum*. Joan. Hocsemius in Henrico Gueldrensi Episcopo Leod. cap. 3. *Cum juvando suum magistrum lesisset quemdam laicum icu Pestilli, qui unus est ex illis baculis, inhibitis in Lege Leodiensi. Le Roman de Garin:*

*Devant lui gardé vit un Pestel ester,
Dont l'en souloit les poisons destremper, &c.*

[*Le Roman de la Rose* MS.

*Et vit gelousie venant,
Un Pestel en sa main tenant.]*

Chron. Bertrandi du Guesclin MS.

*Li un tient une pare, l'autre une fourche aguste,
De hastiers, de Pesteaux ot maint antortelie.*

Alibi:

Li uns porte un Pestel, & li autre un mortier.

¶ PESTALLUM, Eadem notione. Tabular. Compendiense: *Duos mortarios cum Pestallis suis.*

¶ PESTELLUM, in Inventar. ann. 1342. ex Tabular. S. Victoris Massil. *Unum morterium & unum Pestellum.*

¶ PESTIMUS, λοιμοφόρος, in Gloss. Lat. Græc.

¶ PESTINCIUS, *Violentius*. Gloss. Isid. Excerpta habent, *Pervicacius*. Emendant alii *pestilentius*. Sed hæc non placent.

PESTINUNTIIUM, *Qui pestem nuntiat*. Gloss. Lat. MS. regium cod. 1013. & Gloss. Isid.

¶ PESTIS, pro quavis Miseria, & exitio; pro fame usurpat Obertus Cancellar. in Annal. Genuens. ad an. 1164. apud Murator. tom. 6. col. 342. *Sed quia tempus nimis erat ineptum & carnes & victualia deerant, per loca nobis vicina ascendit, ut ita dicamus, mina grani pretio soldorum decem & infra; & duravit hæc Pestis per spatium anni & medii.*

¶ PESTIS FERALIS, Genus supplicii in maleficos. Lex 5. Cod. Theod. tit. 16. lib. 9. *Hos (magos) quoniam natura peregrini sunt, feralis Pestis absumat. Quærent quænam sit hæc pœna. Alii capitale supplicium, alii vivicomburium interpretantur. Græci vero Basilic. Interpretes lib. 60. tit. 39. Photius tit. 9. Nomoc. cap. 25. & Balsamo bestiarum supplicium intelligunt: quæ sententia Gotofredo magis probatur. Hunc, si placet, consule in Notis ad hanc legem.*

¶ PESTIVINUM. Chronicon Petri Azarii apud Muratorium tom. 16. col. 340. *Facere tesseras, & vendere Pestivinum, & alias nummatas, valentes uno denario pro quatuor, &c.* Haud scio an ita legendum sit, an potius

¶ PESTUMUM, quod ejusdem significationis esse videtur, in Statutis Riperiæ cap. 12. fol. 4. vº.

De quolibet modio mellis soldi quatuor. De quolibet modio Pestumi de pensibus quatuordecim pro introitu soldi quatuor.

¶ PESTUS. Capitul. lib. 6. cap. 326. Placuit ut omnis qui in expeditionem exercitus absque gravi necessitate non progreditur, aut de exercitu fugit, testimonio dignitatis suae sit irrevocabiliter carens; ita ut in quibusdam villulis vel territoriis sive vicis Pestus, hujus infamationis habitatores ipsorum locorum sint degeneres, & testificandi vel accusandi nullam habeant licentiam. Alibi, Pestis. Locus male sanus.

¶ PESULLA, φλοκτίς, in Gloss. Latin. Græc. Vide Forstulla.

¶ PESUNDARE. Vide Perundare.

¶ PESUS, Idem quod Pondo; libra argenti, quæ 13. Regalibus & 8. Albis valet. Concil. Limanum an. 1582. inter Hispan. tom. 4. pag. 263. Mandavit quod hinc in posterum . . . uniformiter procedatur concedendo censurarum chartas quando excusari non poterunt & pro ea Pesorum quantitate, quæ Episcopo ad id sufficere videbitur. Ibidem pag. 386. Decano scilicet centum & quinquaginta libras, Pesos vulgariter in illis partibus nuncupatos, quarum librarum qualibet unum castellanum aureum, quadringentos octoginta quinque morapetinos moneta usitata Hispania constituens; Archidiacono centum & triginta valoris ejusdem Pesos seu castellanos.

¶ PETA. Leges Burgorum Scotie. cap. 38. Nullus debet namare . . . illos, qui portant boscum, turbas, vel Petas ad vendendum, nisi pro bosco, Petis, vel turbis, seu propriis debitis suis. [Vide Petaria.]

¶ PETAACIA, PETACIA, Panni fragmentum, affutum pannum, Gall. Pièce, Tolosanis & Occitan. Petas, Italis Petaccia. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 150. vº. Item statutum est quod si quis homo . . . aliquas scopaturas, . . . calcinarium, Petaacias, cretas, . . . in viis projecerit, &c. Limborc. Sent. Inquis. Tolos. pag. 305. de Beguinis: Item credidit & credebat quod de perfectione Evangelica est habitus dejectus & deformis, & Petacia, quia in talibus relucet paupertas Christi. Vide Pecia.

¶ PETAGIUM, Idem videtur quod Pedagogium, tributum quod penditur. Meisterlinus Histor. Rer. Noriberg. apud Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. pag. 122. Pavonici pratorium occupantes, nitebantur Capribarbis tributa rursus abolita imponere, sed hi refutabant, vectigalia nulla obveniebant, nec de Petagiis ulla spes deficiente, nedum Baccho, sed etiam Cerere. Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 1148. Dimisi . . . viginti octo perticas terræ ad faciendum fossatos circa nemus dictorum Religiosorum de Guise pro quitatione & remissione unius minæ brasii & quinque ovorum de Petagio, quam minam brasii & quæ ova predicti Religiosi mihi & hæredibus meis penitus remisissent.

¶ PETALICUS. Cummanus Hibernus de Controversia Paschali: Ob diversitatem successorum Apostolorum, . . . id est S. Petri Clavicularii, & sancti Joannis Petalici, alterius in circumcissionem, alterius in præputium prædicantis. Ubi Petalicus, vel Pectalicus, est ἐπισήμιος, quo epitheto donatur S. Joannes Evangelista à Græcis.

¶ Hujusce vocis interpretationem, quam sub oculis habebat, curiosius conquirendo, erravit doctissimus Cangius; cum enim petalum laminam auream interpretatus esset; Petalicum S. Joannem à Petalo dictum facile subodorari poterat. Et quidem ejusmodi ornamentum ferre consueverat S. Evangelista, ut testatur Polycrates Ephes. Episcop. in Epist. ad Victorem PP. ὁς (Ἰωάννης) ἐγένηθη ἱερεὺς τὸ πέταλον χρυσορέως. Rufinus: Qui (Joannes) fuit

summus sacerdos & pontificale Petalon gessit. S. Hieronymus: Et pontifex ejus, auream laminam in fronte portans. Eodem ornamento usum esse S. Jacobum fratrem Domini, auctor est S. Epiphanius hæc. 78. num. 14. καὶ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐφέρεσε. Idem cæteris Christi Pontificibus, qui in locis, ubi frequentes erant Judæi, degebant, commune fuisse vix dubito; id quippe à Judæis sacerdotibus mutuaverant.

¶ PETALUM, Lamina aurea in capite summi Pontificis, ut in Gloss. Arabico-Latin. Beda de Tabernacul. lib. 3. cap. 3. Et lamina aurea super cidarim, quæ titulo nominis Domini cæteris altior omnibus eminebat. Adde cap. 9. Arnoldus Abbas Bonæ-vallis: Præter hæc laminam auream, quam Petalum vocant, fronti habebat insertam. [Acta SS. Bened. sæc. 6. part. 2. pag. 604. ubi de B. Victore III. PP. Quatuor etiam trabes propter cibarium altaris simili modo sculpto, ac deaurato argento extrinsecus induit; ab intus vero Petalis & coloribus decoravit. Ubi nude Laminas intellige. Eadem notione occurrit apud Anastas. in Sergio I. pag. 61. Crucem diversis ac pretiosis lapidibus perornatam inspexit; de qua tractis quatuor Petalis in quibus gemma clausa erant, &c. Perperam nuperus auctor lib. Gall. cui titulus, le Tombeau de J. C. edidit Peralis, nec feliciter de unio- num circulo exposuit.] Vide Eusebium lib. 3. Histor. cap. 31. lib. 4. cap. 24.

¶ PETALUM, Forma marmorea instar tessera quadrata; unde pavimenta templorum, vel domorum, & palatiorum quondam sternebantur. Josephus lib. 8. Stravit autem pavementum templi Petalis aureis. Jo. de Janua.

¶ PETALUM, Virga Pontificalis, Harigero Lobienfi Abbati cap. 8. Miracula S. Ursuari num. 5. Baculum recurvum, quem plerique cambutam, alii Petalum vocant. Vide Browerum lib. 2. Annal. Trevir. pag. 150. 1. edit.

¶ PETAMINARI, dicti videntur à voce Græcâ πεταμένοι, qui in aëre volant, seu, qui more avium sese ejaculantur in auras, ut ait Claudianus: vel qui agilitate corporis quasi volare videntur, ἀπὸ τῆς πῆ- τασθαι, apud Julium Firmicum lib. 8. Mathesi. cap. 15. Salvianus lib. 6. de Gubern. Dei: Longam est nunc dicere de omnibus, amphitheatris scilicet, odeis, lusoriis, pompis, athleticis, Petaminariis, pantominis, cæterisque portentis. At Salmasius ad Plinium emendat, Pyctis, mimariis.

¶ PETAMUM. Vide Massacuma.

¶ PETARDA, Mortarium murale. Mirac. S. Casimiri tom. 1. Martii pag. 556. Captis vexillis XXI. tormentis VI. & una Petarda.

¶ PETARIA, Locus unde eruuntur Petæ, species cepipitis nigri, qui è terra palustri & bituminosa effoditur, f. à Belgico Pet vel Put, Lacus, locus palustris. Charta Walteri de Gant Comit. apud Edward. Byffeum in Notis ad Uptonum pag. 86. Cum suis pertinentiis sibi congruentibus, . . . mariscis, turbariis, tresidiis, Petariis, gardinis, &c. Assignatio dotis Margaretæ Reg. Scotorum an. 1503. apud Rymer. tom. 13. pag. 63. Cum . . . piscariis, Petariis, turbariis, carbonariis, &c.

¶ PETASMA. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo: Aula dicuntur aulae: Petasmatum templi: Cortine thalami: velaria vela theatri.

¶ PETASO, PETASUM. Perotrus: Petaso ea pars suis dicitur, quæ ab alis incipit & costas comprehendit, quibusdam veluti virgulis pinguibus distincta. Interdum & porcum integrum significat. Informatio an. 1459. ex Archivis Trevolt. Inimici ceperunt in dicta domo sex tibias Petasonis saliatas & quatuor gros-

- fas petias alterius Petasonis, quas sex tibias & quatuor petias Petasonis dicti malefactores secum importaverunt.* Testament. an. 1484. Item unum quarteronum Petasonis, unam mensuram olei, legat. Dimidium quarteronum Petasonis, in Contractu matrimonii. Charta pedagii Trevolt. ann. circ. 1250. Item, Petasam 4. denar. Ubi quarteronus, ut nos monuit V. Cl. Aubret, non de quarta parte libræ intelligendum, sed de centenarii quadrante, seu de 25 libris.
- ¶ PETATIA. Vide Pittacium.
- ¶ PETATICUM. Charta Theodorici III. Reg. Franc. an. circ. 688. apud Felibianum Hist. Sandion. pag. ix. *Nec rotatico, nec salutatico, nec sis Petatico . . . nullatenus quoque tempore quiritur nec exigatur.* Ubi leg. *Cespitaticum.* Vide in hac voce.
- ¶ PETATIOLA, Cento. Papias MS. Bituric. *Filacteria, vanitas, cantica turpia, vel carmina, Petatiola.* Vide Pittacium.
- PETATIOLUM, pro Pittatiolum, Scheda. Fulcivinus de Gestis Abbatum Lobienf. cap. 3. [tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 547.] *Per antiquis membranarum Petatiolis . . . inscriptum invenimus.*
- ¶ PETATIUM, Scheda, vel etiam chartæ seu pergameni fragmentum. Geso Abbas de Corpore & Sanguine Domini apud Murator. tom. 3. Anecd. pag. 298. *Theodosius famosus Imperator quadam vice a quodam monacho . . . excommunicatus est. Et monachus quidem excommunicatione in Petatio descripta, & quo rē Imperatore inveniri posset projecta, discessit.* Vide Pittacium.
- PETAURISTARII, apud Jul. Firmicum lib. 8. Math. cap. 15. qui aliis *Petaurista*, seu Græcis *πταυρισται*, de quibus scriptores Græci & Latini. Manilius lib. 5. Astr.
- Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem
Corpora, quæ valido saliant excussa Petauro,
Alternosque ciet motus, elatus & ille
Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille.*
- Fragment. Petronii: *Petauristarum autem tandem venerunt: baro insulsiſſimus cum scalis consistit, puerumque jussit per gradus & in summa parte odaria saltare: circulos deinde ardentes transire, &c.*
- ¶ PETECCIA, Febris pestilens, Italis *Peteccio*, nostris *Pourpre*. Acta SS. Maii tom. 7. pag. 375. de S. Ferdinando Reg. Castell. *Conſtitutus cum pestilenti ac maculosa febre quam Peteccias Itali, Tabardillos autem vocant Hispani.* Hinc
- ¶ PETECCIALIS FEBRIS, in Mirac. Pii V. tom. 1. Maii pag. 718. *Tiburtia Florentii, annorum septuaginta duorum, febre Petecciali aliisque letalibus infirmitatibus oppressa . . . pristinam sanitatem in instanti recepit.* Perperam *Peticularis* ibidem pag. 716.
- PETEGOLÆ, dictæ Italis, quæ Gallis *Beghina*. Vide *Beghardi*.
- ¶ PETEGRATIA, Animal quoddam. Statuta Ripariæ cap. 12. fol. 4. *De qualibet soma pensum duodecim pili bovis, caprarum, stratiarum, Petegratiarum pro introitu, soldi duo.*
- ¶ PETELLUM, perperam ni fallor pro *Pedagium*. Charta S. Ludovici an. 1255. tom. 4. Histor. Harcur. pag. 1353. *Item herbagium magne bruerie, roagium & Petellum.*
- PETENS, forense vocabulum, pro *Actore*, Gall. *le Demandeur*. Vide Regiam Majest. lib. 2. cap. 2. §. 3. Occurrit passim in Legibus Scoticis & Anglicis. Collatio Carthaginensis III. cap. 200. *Omnis actio duas solet suscipere personas, Petitoris, & è diverso respondentis.*
- ¶ PETERCORNE, Præstatio quæ in blado, avena &c. ex agris S. Petro pensitari solet, ex Angl.

- Peter, Petrus, & Corn, frumentum, vel quodvis granum.* Histor. foundationis Monast. S. Leonardi Eboracensis: *Rex Athelstanus concessit Deo & B. Petro Eboraci & Colideis prædictis de qualibet caruca arante in Episcopatu Eboraci unam travam bladi, anno Domini 936. quæ usque in presentem diem dicitur Petercorne.*
- PETEREDIUM, *abjecta h in compositione, à petendis hereditatibus.* Beda de Orthographia.
- PETERMANNI, Homines, seu servi S. Petri Lovaniensis, apud Lipsium in Lovanio lib. 2. cap. 4.
- ¶ 1. PETIA, Instrumentum lite pendente productum, qua notione etiam Practici nostri *Piece* dicunt. Tabular. Castr. Nannet. *Visis aliis documentis, scripturis & Petiis per dictas partes productis, &c.*
- ¶ 2. PETIA, PETIATUS, Aliâ notione. Vide *Pecia*.
- ¶ PETIBILIS, de præstatione dicitur, quæ à dominis sub nomine *petitionis* exigitur, ad discrimen aliarum servitutum quas ex jure & auctoritate exigebant à subditis. Acta Murenfis Monast. apud Eccardum de Origin. familiæ Halburgo-Austr. col. 224. *Ita omnia primitus fuerunt Petibilia, modo sunt potestibilia.* Vide *Petitio*.
- PETICA. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Oventensis, an. 781. apud Sandovallium: *Et tres calices, duos de argento, & unam de Petica.* Ubi Sandovall. vertit, *dos de plata, y uno de piedra*, i. lapide pretioso.
- ¶ PETICULARIS. Vide *Peteccia*.
- PETICUS, *Qui amat petere*, in Gloss. antiq. MSS. [Gloss. MS. Sangerman. num. 501. *Qui amat petere alienum.* Grævius legendum censet *Petitius*, ex Gloss. Isid. *Petitius, qui frequenter petit.*]
- ¶ PETILIO, PETILIUM, PETILLA, Voces ejusdem notionis quæ jaculorum seu sagittarum speciem significare videntur. *Petillarius*, qui eas operatur. Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1372. apud Rymerum tom. 6. pag. 749. *Nec non duodecim arcibus, viginti quinque cornibus, & viginti & quatuor sagittis vocatis Brodarwes, quatuor duodenis Petiliorum, videlicet Boltes.* Charta Richardi II. Regis Angl. an. 1383. apud eundem tom. 7. pag. 415. *Unam garbam sagittarum largarum, unam garbam sagittarum parvarum, unam garbam parvorum Petilionum volatilium . . . cum pannis, equis, sellis, arcibus, sagittis, Petilionibus, &c.* Charta Edwardi IV. Reg. Angl. ann. 1474. apud eundem tom. 11. pag. 838. *Quod nullus Petillarius aliquod genus Petillarum, nisi solummodo sagittas vocatas Shefe Aroxes, faciant quoquo modo, & quod Petillarii illi sagittas, ac omnes & singuli artifices sive operarii arcuum, &c.*
- ¶ PETIN vel PETTIN, Bulengero, Radioli pectinatum inserti monilibus oblongis murenarum instar. Anastasius in Valentino II. PP. apud Murator. to. 3. p. 224. *Signum Christi habet navicellas duas, & murenas tres. Omnes morcnas, cum Petinante eorum.*
- ¶ PETINEA CASA. Placitum an. 862. inter Probat. to. 1. novæ Histor. Occitan. col. 113. *Duvigildus in suo responso dixit: ipsas casas Petineas cum curte, exitia, & regrecia earum . . . ego retineo.* Paulo supra *Petineas casas* vocat.
- PETINEI, & PETINEGI, apud Dicitmarum lib. ult. pag. 113. sunt ii populi, quos Græci inferioris ævi *Πατζινάκας* vocant, quod moneo, quia editor vocem non intellexit. Vide notata ad Alexiadem.
- ¶ PETIOLA, PETIOLUM, dimin. à *Pecia*. Vide *Peciola*.
- ¶ PETISSEQUA, pro *Pedisequa*, in Charta Hen-

rici IV. Imper. an. 1058. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 241. *Pro anima Imne nostra Petissequa, ante januam ejusdem monasterii seculta.*

PETITIO, Præstatio, quæ à dominis sub nomine *petitionis*, vel *mutu* exigitur. Charta Friderici Imper. ann. 1152. *Exactiones, tallias, quas quidam precarias vel petitiones nuncupant, sive hospitationes, regia censura penitus interdiximus.* In Charta Comitum Guinensis in Chronico Andrensi, *coactiva petitione, sive incisura*, i. tallia. Vide *Demanda* 1. *Mutum coactum*, *Quæsta*.

PETITIO, in Regula S. Benedicti, pro formula professionis non semel usurpatur, cap. 58. 59. Unde *petitio & votum* junguntur apud S. Anselmum lib. 2. Epist. 23. *Qui apud nos Petitionem & votum Monachi fecit.* Quia nempe novitius exacto novitatus tempore *petebat* ab Abbate ut ad professionem admitteretur. [Charta an. 1029. in Tabular. Gellonenfis: *Ad monasterium S. Salvatoris Gellonenfis adducantur & ibidem benedicantur, & Petitionem seu professionem faciant.*] Formulas ejusmodi petitionum habes inter Baluzianas 32. 33. Vide Udalricum lib. 2. Consuetud. Cluniacens. c. 26. Librum usuum Cisterciensis Ord. cap. 117. Raynardum Abb. Cisterciens. in Institut. c. 28. Vitam S. Willelmi Ducis n. 22. edit. Mabillonii, &c.

PETITIO, Libellus supplex, unde Magistri libellorum, ἐπι τὸν δεήσεων dicebantur apud Byzantinos. Thwroczius in Bela Rege Hungar. cap. 64. *Et Petitionibus loqui traxit originem, at Romana habet curia & Imperii.* Vide Symmach. lib. 1. Epist. 11.

PETITIONARIUS, Qui stipem, eleemosynam colligit, *petit*: quod de iis præsertim intelligendum qui per vicos & provincias Reliquias circumferentes vagabantur ad corrogandas pecunias, quibus ecclesiarum indigentia, vel ædificationi aut restorationi succurreretur. Statuta Arnaldi Episc. Valent. inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 516. *Item, statuimus quod quæstor aliquis seu Petitionarius non admittatur sine litteris nostris vel Officialis nostri. Et tunc non admittatur ad alia, nisi ad illa solum exponenda, quæ in suis litteris indulgentia contineri inveniantur.*

PETITIUS. Vide *Peticus*.

PETITNEA CASA. Vide *Petinea*.

1. **PETITORIUM**, Actio in jure, *Calumnia*, *Præctis*, *Actio en petitoire*. [Charta fundat. S. Eligii Noviom. an. 1240. *Auditis quæ partes hinc inde tam super possessorio quam super Petitorio proponere voluerunt.* Litteræ Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1290. tom. 1. Ordin. pag. 319. *Quod de cognitione decimarum non feodali in Petitorio, vel possessorio, præsertim inter personas ecclesiasticas ministri loci se nullatenus intromittant.*] Gloss. Græc. Latin. ἀίτησις, *Petitorium*, *petitio*, *postulatio*. Joannes Sarisber. Epist. 6. *Procuratores Comitum adversus E. Petitorium instituerunt, dicentes ipsum injuste occupare Ecclesiam, &c.* Adde Epist. 11.

2. **PETITORIUM**, & *Pittacium*, idem sunt in leg. 29. Cod. Th. de *Petitione*. id est *schedula*, *brevis*, &c. *Uno tamen Petitorio singulorum bonuscula jubemus adscribi, nefas esse censentes, plurimorum uno pittacio postulari sub illicita cupiditate fortunas.* Joannes II. PP. Epist. 2. *Contumeliosum Episcopum, ut habeat penitendi licentiam Petitorium vobis dare censemus, ubi errorem suum . . . fateatur.* Adde Stephanum Tornac. Epist. 68. 113.

PETITUM, Mēsuræ liquidorum species apud Romanos sub an. 1300. ut auctor est Nicolaus de Fractura, & ex eo Petrus Boëritus in Commentario in Regulam S. Benedicti; sic appellata à quo-

dam *Pato*, ut est apud Villalpandum lib. de Mensur. cap. 20.

PETITUS, inter famulos Regis Angliæ recensetur, in Charta Edwardi IV. an. 1475. apud Rymer. tom. 11. pag. 848. *Pro vadiis Mathæi Scarden Petiti Domini Regis in servitio suo guerra, per breve de privato sigillo de vadiis suis, videlicet pro dicto primo quarterio per manus proprias . . . 45. s. 6. denar.*

PETIU, inter vestes ecclesiasticas, vel ministeria sacra recensitum. Vide *Betiu*.

PETIVA, Præstatio quæ sub nomine *petitionis* exigitur. Litteræ an. 1249. apud Marten. tom. 1. Anecdotorum. col. 1044. *Item voluit & mandavit, quod Petiva illa quam habuit de vicefimis ecclesiarum, & de legatis, & de redemptione votorum, restituatur ab herede suo domino Papa.* Vide *Petitio*.

PETIVINA, pro *Pictavina*, in Tabular. S. Vandreg. *Dimisi Johanni dicto Louvel burgenfi de Novocastro undecim solidos, septem denarios & tres Petivinas Turonenses.* Vide *Picta*.

PETIUM, **PETIUS**, Frustum, fragmentum. Vide *Pecia*.

PETIUNCULA, *Petitio* de re exigui momenti. Charta Pippini Reg. apud Stephanot. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 411. *Placuit nostræ dignitati parvam eorum inserere huic præcepto Petiunculam.* Vide *Pecia*.

PETIVOLUM, σνοπές, in Gloss. Lat. Græc. *An petibulum*, inquit Martinus, quod petitur telis?

PETORITA, Idem quod *Petraria* 3. Vide in hac voce.

PETORITUM, vel **PETORRITUM**, vox Gallica, *Vehiculum*, quod dictum existimant à numero quatuor rotarum, inquit Festus; unde quidam à Græco Æolico πέτρορα, pro τέσσαρα deducunt. Wendelinus à Flandrico etymon arcessit; *Fitteradi*, *vehiculum rotarum quatuor*. Petoriti meminerunt Varro apud A. Gellium lib. 15. c. 30. Quintilianus lib. 1. Institutionum capite 5. & Horatius lib. 1. serm. 6.

PETRA, Ponderis species, quod constat 12. libris & dimidia: [12. tantum libris constat ex Compositione de ponderibus apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Le charre de plumbo constat ex 30. formellis, & qualibet formella continet 6. Petras, exceptis duabus libris, & qualibet Petra constat ex 12. libris:*] libra vero 15. unciis, ut est in Fleta lib. 2. cap. 12. §. 1. cap. 79. §. 10. At apud Henric. Knygthonem ann. 1340. *Saccus lanae dicitur continere in pondere 26. petras: petra vero 14. libras.* [Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1338. apud Rymerum tom. 5. pag. 10. *Quinque milia & nongentas Petras casti, &c.*] Ita quidem apud Anglos; at secus apud Scotos: quippe in Assisa Davidis Regis Scotiæ de ponderibus §. 4. & 5. *Petra cera continet octo libras: Petra vero ad lanam ponderandam, & ad alias res, continet quindecim libras.* Eadem habentur in Statutis Roberti III. cap. 22. §. 2. ubi dicitur *Petra seu lapis*. Quod postremum vocabulum occurrit in Charta Philippi Regis Franciæ an. 1288. apud Perardum in Burgundicis p. 562. *Pro quolibet sacco lanarum & aignelinorum, pondus viginti duorum Lapidum Provini continente, &c.* [& apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 261. *Pie memorie Friso in extremis suis Religiosis viris fratribus in Dobirlugunum Lapidem sepi (sebi) in remedium anime sue annis singulis assignavit.* Ubi Ludewig. in margine: *De 20. libris sebi à Frisone ecclesie in Dobirlug. quotannis assignatis.*] Regestum Peagio-

rum Parisiens. Laine, qui vient d'Angleterre, le vendeur doit pour chascun sac vendu 18. deniers, & s'il poise 36. Pierres au poix de 9. livres la Pierre, &c. Vide Monasticum Anglicanum to. 1. p. 148. 482. Thomam Walsinghamum ann. 1399. Knyghonem pag. 27. 37. &c.

¶ PETRA, Mensuræ genus. Libertatès Moiricensium an. 1164. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 17. *Pro hac autem concessione, quam ego Berlio Moiricensibus constitui, ipsi mihi & heredibus meis in perpetuum donaverunt Petram in quam mensuratur.* Vide Petrata 1.

¶ PETRA ELEEMOSYNÆ. Vide Dasium.

PETRA NATIVA, Indigena. Vide Enchori.

PETRA SICCA, non constricta ex calce & arena. Hygenus de Limitibus constituendis: *Gamma de Petra sicca constructa.*

AD PETRAM VOTUM REDDERE, Superstitionis paganicæ species, Christianis interdicta. Indiculus Paganiarum in Concilio Liptinensi an. 743. *De his, quæ faciunt super petras.* S. Eligius apud S. Audoënum in ejus Vita lib. 2. cap. 15. *Nullus Christianus ad fana, vel ad Petras, vel ad fontes, vel ad arbores . . . vota reddere præsumat.* Concilium Nannetenense cap. 20. *Lapides quoque, quos in ruinosis locis & silvestribus, demonum ludificationibus decepti venerantur, ubi & vota voverunt & deserunt, funditus effodiantur, &c.* Vide Concilium Arelat. II. cap. 23. Turon. II. cap. 22. Capitula Theodori Cantuar. cap. 107. Capitul. Aquisgran. an. 789. cap. 63. lib. 1. Capitul. cap. 62. &c.

¶ PETRA, nude pro Sepulcro lapideo, in Lege Salica tit. 17. §. 3. *Si quis mortuum hominem aut in noffo, aut in Petra, quæ vasa ex usu sarcophagi dicuntur, &c.*

PETRA. Chronicon Windesemense lib. 2. cap. 54. *Quem libellum in diversis membranis, quaternulis, aut Petris conscripsit. Cap. seq. Exercitia sua membranis & Petris diversisque foliis, ut dictum est, conscripta.* Vocabularium Gherardi de Schueren: *Petra, æ, Eyn stein oft leye.* Est autem Theutonibus *leye*, tabella scandularis, cui vel stylo, vel creta inscribitur; nostris, *Ardoise.*

¶ PETRA, nude, pro Castello vel præsidio in petra seu rupe exstructo; hinc nostris *Petra Domini*, Gall. *Dampierre.* Prosper in Prol. libr. de Provid. Dei, ubi de Aquitania sua:

*Non castella Petris, non opida montibus altis
Imposita, aut urbes annibus æquoreis, &c.*

¶ PETRACHA. Vide *Petrecha.*

1. PETRARIA, Locus unde *petra* & lapides eruuntur: *Carriere.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 595. *Præterea dedi eis turbariam & Petrariam, & quarerieram ubicunque invenire poterunt in territorio, &c.* Et pag. 165. *Noveritis me dedisse . . . petram in Petraria de Fidele ad fabricam Monasterii sui, &c.* [Charta an. 1126. apud Calmet. tom. 2. Histor. Lotharing. col. cclxxxii. *Usque ad semitam quæ exiens à via de Venderiis scindit nemus, & transit juxta Petrariam.* Sæpius in Tabular. Autissiod. occurrit mentio *Petrariæ S. Gervasi*, Gall. *la Pierre S. Gervais.* Adde Breviar. Hist. Pisanæ ad an. 1159. apud Murator. tom. 6. col. 172.]

¶ 2. PETRARIA, Via lapidibus munita. Chronic. Siciliæ apud Martenium tom. 3. Anecdor. col. 63. *Fecere insultus, spoliationes, violentias, & homicidia per Petrariam; viasque publicas . . . bellicis apparatusibus clauderat.*

3. PETRARIA, λιθοβόλος, & λιθοβόλον, Athenæo lib. 5. & Heroni in Belopæecis, &c. Evagrius lib. 5. cap. 10. *ἡ μάλιστα τὴς καταπέλτας ἐξ ὑπερδείων ἐπιπέλτας, ἢς λιθοβόλος ἢ σινηθία καλεῖ.* Ugutio: *Tor-*

mentum, quod vulgo dicitur *Petraria*, vel *mangonum.* Gallis *Perriere.* [Epist. Balduini Imper. CP. ann. 1204. apud Miræum tom. 1. pag. 111. *Nibilominus tamen inter quaslibet duas turres seu Petraria seu mangonellum erigitur.*] Willelm. Tyrius lib. 8. cap. 6. *Machinas jaculatorias, quas mangana vel Petrarias vocant.* Ita lib. 15. cap. 9. lib. 19. cap. 27. Paulus Warnefridus lib. 5. de Gest. Longob. cap. 8. *Belli machina, quam Petrariam vocant.* Anastasius in Gregorio IV. PP. *Et desuper ad inimicos, si venerint, expugnandos, Petrarias nobili arte composuit.* Guillelmus Apul. lib. de Gestis Normann.

*. . . turrim fabricat, quæ lignea muris
Prominet, ac juxta de quaque Petraria parte,
Ponit, & adjuncto muros quæ evertere possit
Diversi generis tormento.*

Et lib. 3.

*Et valido cum forte Ducis Petraria saxi
Itu dimissi percussa fuisset ab alto.*

Vocem usurpant passim Scriptorum, Annales Francor. Loifelliani & Bertiniani ann. 776. Historia Hieros. pag. 1154. Fulcherius Carnot. lib. 1. Histor. Hieros. cap. 4. 18. Willelm. Brito in Philippide pag. 116. 119. 170. 180. Jacobus de Vitriaco in Epist. de Captione Damiatæ p. 1148. Radulphus de Diceto pag. 623. 661. Monachus Florentin. de Expugn. Accon. pag. 232. 233. Otto Morena in Histor. Rerum Laud. non uno loco, &c. Ex quibus emendare licet *Vitam S. Joannis Episc. Tragur. p. 5. Machinam, quæ vulgo T. Artaria dicitur, erexerunt.* Legendum enim *Petraria* suadent sequentia. Vide Glossarium ad Villharduinum, Lipsium lib. 3. Poliorcet. dial. 3. Felicem Osium in Not. ad Morenam pag. 83. &c. [Le Roman de Partonopex MS.

*Si garnissiez si vos chasteax
De Perieres, de mangoneax.*

Le Roman de la Rose MS.

*Et deux (portaus) en coste, & un derriere
Qui ne doute cop de Perriere . . .
Dedens le chastel out Perrieres
Et engins de maintes manieres.]*

¶ PETRERIA, Eadem notione. Breviar. Histor. Pisanæ ad annum 1171. apud Murator. tom. 6. col. 184. *Tertia autem die, quæ fuit quarto Cal. Decembris, ad castrum de Motrone iverunt cum manganis, gattis, castellis ligneis, & Petreris, & illud in recinctu obsederunt.* Memoriale Potestatum Regiens. ad an. 1218. apud eundem tom. 8. col. 1088. *Et illico ligna & trabes in fluvio submergi fecit, & ripam ipsius fluminis Petreris & manganis & aliis machinis muravit & castris lignorum.*

PETRORITA, & PETORITA, Idem quod *Petraria.* Joannes Monachus lib. 1. Histor. Gaufr. D. Norman. *Mandat in his exasperatus Consul Petroritas, fundibularias, mangonellos & arietes erigi.* Occurrit ibi rursus. *Gesta Consulum Andegav. cap. 11. num. 6. Arietibus & Petoritis Comes eos aggressus.* Habetur etiam in gestis DD. Ambasiensium cap. 5. num. 25.

PERERIA. Bromptonus an. 1173. *Pereris suis & aliis machinis bellicis paratis, &c.* Utitur alibi non semel.

PERERIUM. Charta Nunonis Sancii pro Pace seu treuga servanda ann. 1217. descripta in tom. 8. Spicilegii Acheriani: *Quod nullus expugnet aliquod castrum vel aliquam munitionem cum gussa, vel Pererio, vel manganello, &c.*

¶ PETRARIÆ, Lapilli, gemmæ, Gall. *Pierreries.* Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1338. apud Rymer.

Rymer. tom. 5. pag. 49. *Unum calicem aureum cum diversis Petrariis in fundo. Infra: Cum diversis scuchonibus & Petrariis.*

¶ PETRARIUM. Vide *Pejerarium*.

¶ PETRARIUS, Cæmentarius, latomus. Computus an. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLXXXIII. *Garinus Petrarius, de quatuor mensibus usque ad Martium, VIII. l. Pro duabus seris & pro tribus ferratis, XIII. f. Le Roman de la Rose MS.*

*El país ne remest maçon,
Ne Perrier qu'ele ne mant.*

¶ 1. PETRATA, Mensura frumentaria. Charta an. 1218. in Tabular. castri Blein. *Herveus de Leonia dedi abbatiæ de Daoulas tres Petratas frumenti per annos singulos in decimis nostris in plebe castelli Eiscoet.* Alia an. 1228. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britann. pag. 129. *Tres Petratas framenti per annos singulos duximus concedendas in decimis nostris.* Vide *Petra*.

¶ 2. PETRATA, pro Petita, vel impetrata. Charta ante an. 1010. in Chartular. Aptensi fol. 35. sic terminatur: *Valete super Petrata in Christo per tempus & tempora.*

¶ PETRECHA, Turris, munitio. Caffarus in Annal. Genuens. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 338. *Pisanis vero ibi remanentibus, nostra galea ivit ad quamdam Petrecham, quam Lucenses fecerant non longe ab illo loco versus Pisas circa v. vel vi. milliaria.* Alter Codex MS. habet, *Petracha*. Vide *Bretachia*.

¶ PETRERIA, Aqualis, guttus, quo aqua infunditur lavantium manibus, supposita pelvi sive lance. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Junii pag. LIX. *Omnibus autem Militibus, Doctoribus seu Sacerdotibus, & aliis personis magni status, cum pelvi & Petreria argenteis in sine mensa prabeatur lavandi facultas.* Vide in *Petraria* 3. & *Petrus*.

¶ PETRESPENY, Denarius S. Petri. Vide *Romepen*.

¶ PETRIFICUS. Ricobaldi Ferrar. Histor. Pontif. Rom. ad an. 1154. apud Murator. tom. 9. col. 177. ubi de Anastasio IV. *Ecclesia Laterani dedit calicem pensantem marchas xx. & alia plurima dona. Jacet ibidem Petrifico lapide.* Melius Codex Estensis: *Porphyretico lapide.*

¶ PETRINA, à Gall. *Poitrine*, Pars corporis, pettus. *Petrinas vaccarum*, inter præstationes quæ dominis debentur, recenset Inquisitio ann. 1181. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britann. pag. 133. *Quidquid Canonici habent in lumbis porcorum & Petrinis vaccarum, & in baticulatione, est de donis Jubelli Archiepiscopi.* Ita & Poëtæ nostrates *Petrine* pro *Poitrine* dixerunt. Le Roman de la guerre de Troyes MS.

*Et por l'auberc en la Petrine
Li fet passer l'aste frasine.*

¶ PETRINUM, Pars ædis rusticæ, Pistrinum, ni fallor, seu locus ubi farina pinsitur ad panem conficiendum; Gall. *Paitrin* dicimus arcam subigendæ farinæ, mactram. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 89. *Secunda pars accidit Thoma le Halveknyzt, scilicet Petrinum cum celario subjacente, cum quadam camera . . . retro dictum celarium & Petrinum adjacente . . . Tertia pars accidit Rogero le Halveknyzt, videlicet Petrinum cum celario juxta parvam Venellam, cum furno & parvo stabulo retro dictum celarium & Petrinum adjacente.*

¶ PETRINUS, Lapideus, è *petra* factus. Codex MS. Irminonis Abbat. Sangerman. fol. 108. *Et broillum muro Petrino circumseptum.* Charta an. 1477. Tom. V.

apud Madox Formul. Anglic. pag. 127. *Clausum sum extra muros ville prædictæ, ex opposito domui prædictæ muro Petrino inclusum.* Epitaphi. Atoli apud Flodoard. lib. 1. cap. 23.

*Subtus enim tria consistunt monumenta Petrina,
Sub quibus aliorum corpora condita sunt.*

Interdum & pro toto ædificio usurpatur. Chron. Hamelense apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 512.

Christiana fundarunt Petrina;

Cœli regina tribuens his gaudia bina.

¶ PETRIQUI, dimin. à *Petrus*. Sic Benedictum XIII. seu Petrum de Luna quidam, schismatis tempore, ironice appellabant. Bonifacius Ferrerius in Defensione Benedicti XIII. c. 104. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 1508. *Vocabant dominum nostrum Papam in maxima vindicta, Petriqui. Considerate supremam vindictam, recipere lutum in ore, & revolvere per linguam, dicere Petriqui: o vindicta inexplicabilis! Petriqui! . . . Istas vindictas exercent (mulierculæ) post potum contra vicinas, in diminutionem scilicet nominum, replicatione sædorum & turpium.*

¶ PETRISELLUM, Apium, Plinio petroselinum, nostris *Persil*. Ordinat. super numero & ordine mensarum Hospitii Dalphin. to. 2. Histor. Dalphin. pag. 312. *Item, de pedibus dictorum bovm in aceto cum Petrisello paratis & dictum intromessum ut supra paratum coram nobis apportetur.*

¶ PETRITÆ, Hæretici, à Petro quodam Severitarum Episcopo sic nuncupati, qui circa medium sæculi sexti vel septimo ineunte prodierunt, *Sabellianista* interdum appellati quod multa cum Sabellianis sentirent. Vide Stockman. Lex. Hæref.

¶ PETROBRUSIANI, Aseclæ Petri de Brvis Antuerpiensis, qui 12. vel 13. sæculo baptismum infantium inutilem esse, atque adultis denuo conferendum docuit. Vide Histor. Magd. Cent. 12. cap. 5. Bohem. Hist. Eccles. pag. 943. & laudatum Stockman. in Lexico.

¶ PETROCILLUM, Idem quod *Petrisellum*. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolos. *Prius administrater debet providere expensis conventus de alleis & lactucis & de Petrocillo.*

¶ PETROLEIA FONS, f. Quod ex lapidibus constructa, nisi sit nomen proprium. Charta ann. 1022. apud Menester. Histor. Lugdunens. pag. vi. *Finalisque canalium per fontem Petroleiam & per vetulas ceppas Noieriarum, quæ sunt juxta plantata Burciaci.*

¶ PETRONES, Paulo, Rustici, à *petrarum asperitate & duritia dicti*. Vide Festum.

PETRONIUS. Vide *Canis petrunculus*.

¶ PETRONUS, Acervus lapidum, Occitan. *Petron*. Pactum inter Jacobum Aragon. Reg. & Berengarium Magalon. Episc. ann. 1272. *Et sic eundo per ipsam viam versus ad stratam publicam Montispefulani ad Petronum vocatum de sancto Joanne de Vedatio, qui est in strata publica & generali Montispefulani.*

PETRORITA. Vide *Petraria* 3.

¶ PETROSILLUM, Idem quod *Petrisellum*. Vita S. Francæ tom. 3. April. pag. 388. *Coxerunt radices tres Petrosilli in aqua.* Poëma MS. ævi infimi: *Salvia, serpillum, piper, allia, sal, Petrosillum.*

¶ PETRUNCULUS. Vide *Canis petrunculus*.

¶ PETRUS, Moneta aurea in Hannonia, f. ab effigie S. Petri sic dicta. Chronic. Bonæ Spei ad ann. 1456. pag. 398. *Æstimans seu taxans ad 27. florenos Rhenenses auri, 40. Petros auri, 18. scuta &c.*

¶ SANCTE PETRE, Clamor militaris, quo non so-

- lum copiae Pontificiae, verum etiam Principum laicorum usae sunt saepe numero in conflictu, patrocinium inclamantes Apostolorum Principis. Acta Innocentii III. PP. *Profiliit ad arma cum suis; & benedictione ac remissione à Legato recepta, cum idem Legatus maledixisset hostibus in nomine Domini, Comes alta voce S. Petrum invocans adiutorem, processit ad pugnam.* De copiis vero laicis testatissimum id reliquit Bruno de bello Saxonico: *Ibi quidam de nostris adversarium sibi videns obvium, velut suum salutavit socium dicens S. Petre, quod nomen Saxones pro symbolo tenebant omnes in ore.* Hæc post Carolum de Aquino in Gloss. milit.
- ¶ PETSÀ, Mensura salis, f. pro Petra. Vide in hac voce. Charta Roberti Malet Militis ann. 1227. tom. 4. Histor. Harcur. pag. 2049. *Concessi Deo & Ecclesie S. Mariae de Belloloco & Canonicis ibidem Deo servientibus in puram & perpetuam eleemosynam dimidiam Petsam salis recipiendam singulis annis in festo S. Michaelis per manum illius qui sal meum servabit.* Vide *Pensa*.
- ¶ PETTA, Quævis præstatio, tributum, vectigal. Regest. Philippi V. Reg. Franc. ann. 1316. & 1317. Charta 259. in Chartophylacio regio: *Ab omni Petra, tallia seu tributo, quibus esset totaliter immunis.* Vide *Petta*.
- ¶ PETTEN, inter ministeria sacra. Vide *Pecten*.
- ¶ PETTIN, Radiolus. Vide *Petin*.
- PETTURA, pro *Plectura*. Vide *Pectura*.
- PETTUS, Crepitus, Gallis *Pet*, à sono. Vide in *Bombus*, & *Ferrarium* in Orig. Ital.
- PETULUS, Equus, qui habet tantum pedes albos. Ugutioni. [*Cheval qui a blancs piés*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.]
- ¶ PETUMEN, κήτους ἔλκος. Gloss. Lat. Græc.
- ¶ PETUOSUS, μύωψ, in Gloss. Latin. Græc. malim cum Martinio ex iisdem Gloss. *Patus*, μύωψ τοῖς ὀμμασι; nam *Petus*, Johanni de Janua est *Strabo aliquantulum*: unde Gloss. Latin. Gall. Sangerman. *Petus, louches, qui muet souvent les yeulx. Et producitur prima. Inde hæc Petra, petæ.*
Vult sibi strabo peti, se dici nomine Peti.
Vide *Guelcus*.
- ¶ PETURA, pro *Pectura*, septum. Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 59. *Cujus Petura non fuerit clausa in die Ascensionis, dabit ovem cum agno de forisfacto.* Vide *Pectura*.
- ¶ PETUS, inter utensilia domestica recensetur, in Inventar. ex Tabular. Compend. Et VII. *Peti cuprei, & unus est ad abluendum manus, IV. patella.* Vide *Petreria*. Occurrit alia notione in *Petuosus*.
- ¶ PEURARIUS, f. pro *Peutarius* vel *Peutrarius*. Codex MS. redituum Episcopat. Autissiodor. an. circ. 1290. *Costuma Peurariorum. Quicumque vendit ceram aut cuminum aut piper, & sint de Autissiodoro, nihil debent nisi vendant cum his aliud de ligno, veluti scutellas & discos & cifos. Et quando vendit de ligno debet ad quindenam die Sabbati. Videtur autem Peurarius is esse qui vasa stannea operatur vel vendit, Angl. Pewterer, Gall. Potier d'étain, à*
- ¶ PEUTREUM, Stannum, Angl. Pewter, Gall. Etain. Instrument. an. 1382. apud Rymer. tom. 7. pag. 357. *Nec non certa vasa de Peutreo, videlicet, sex chargeours magnas, viginti & quatuor paropsides, viginti & quatuor discos, viginti & quatuor sauceria de magna forma.*
- ¶ PEXERE, pro *Pectere*, Gall. Peigner. Bern. Ordo Cluniac. part. 2. cap. 4. *Scilla more solito ad calcian-dum pulsatur, qua audita surgunt omnes, calciantur, lavantur, Pexuntur, & ecclesiam petunt.* Et cap. 5.

In coquinam continuo ambulat, ut manus & faciem lavent, atque se Pexant.

- ¶ PEYLO. Charta Dom. de Charnay in Lugdunensi pago an. 1520. *Sub servitio unius bicheti frumenti rasi & Peylo; id est, lente admensi, cui opponitur, Feru & ras, cum scilicet promte frumentum metitur ac repetitis radii ictibus in modio coacervatur.*
- ¶ PEYRARIA, Ars poliendi lapides. Charta ann. 1490. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues: Exercere artem Peyraria.* Vide *Peyratonius*.
- ¶ PEYRARONUS, Qui machinæ jaculatoriæ, quam *Peireiram* vel *Petrariam* vocabant, præerat. Statuta Arelat. MSS. art. 80. *Et commune habeat in dicto castro IIII. guachas, . . . & VII. alios servientes cives Arelatis, & non extraneos, quorum duo sint Peyraroni.* Nisi idem sit qui
- ¶ PEYRATONUS, in Charta an. 1371. ex Schedis. Præsid. de *Mazaugues*, Lapidida quadratarius, Provincialibus *Pereiroun*; vel *Ærarius*, Gall. *Chaudromier*, Iisdem *Peiroulie*. Vide *Peyronus*.
- ¶ PEYRATUM, f. Podium, Gall. *Perron*, balcon. Concordia inter Episcopum Lemovic. & homines suos ann. 1255. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1321. *Item potestas ipsorum consulum erit talis; videlicet quod adificari & reparari facient muros ville, tornellas & fossata, & curabunt de clausura ville, & ea mundanda, de Peyratis, ubi expedierit, faciendis, & his similibus que spectant ad ornatum ville.*
- ¶ PEYRERIA, Lapidina. Vide *Peireria*.
- ¶ PEYRONUS, Vas quoddam statuti formæ & mensuræ ad usus piscatorum. Charta an. 1434. ex Lib. Stat. piscator. Massil. *Quod dicti piscatores fuerint sine Peyrono. . . Etiam quia esset impossibile eos habere & servare certam formam & certum Peyronum in dictis vasibus, &c. lou Peyro* lebetem vocant *Massilienses & Provinciales*.
- ¶ PEYSONAGIUM, Idem quod *Pastio*. Vide *Peifsonagium*.
- PEYSSONARIA. Charta an. 1260. apud Sammarthanos in Episcopis Massiliensibus: *Peyssonariam vero, vel tinctum rubeum, dicto Episcopo vel suis successoribus in parte sua facere nequaquam liceat sine domini Regis vel heredum suorum DD. Montispessuli consensu.*
- ¶ Nihil est, ni fallor, quominus *Peyssonariam* hic Forum piscarium intelligamus; Massiliensibus quippe *lou Pey* est piscis. Certe ea notione vox *Peysonaria* occurrit in litteris Johannis Franc. Reg. an. 1363. tom. 3. Ordinat. pag. 625. *Ordinarunt quod super carnibus & piscibus recentibus qui venduntur ad masetlum sive in Peysonaria, imponatur & solvatur pro libra octo denarii.* Vide *Peifsonarius*.
- ¶ PEYTA, PEYTARE, PEYTERIUS. Vide *Peitare*.
- ¶ PEYTRALIS, Trabs, Gall. *Poutre*. Charta Petri de Roteys Vicarii Tolos. an. 1272. ex Cod. MS. Consuetud. Tolos. fol. 27. *Requirimus. . . quatenus à modo faciatis fieri per magistros & carpentarios vestros & fusterios vobis subditos sustas bonas & pulcras & de legitimis peciellis, videlicet quod Peytrales de cor & de abiete, de VI. brachiatis & de V. & de IV. quod illas habeant infra trancos & infra eschalmamentos secundum longitudinem cujus debent esse.*
- ¶ PEYTUS, an Pila, Gall. *Pilier*? Chronic. Parmense ad an. 1294. apud Murator. tom. 9. col. 827. *Elevata fuit turris majoris ecclesie à fenestris campanarum in sursum. Et facti sunt ibi archi, Peyti, & quatuor cantoni, & super quolibet unum capitellum cum pomis deauratis.*
- ¶ PEZA, Pix, picea materia. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 101. vº. *Item licitum sit cuilibet . . . ducere*

vel duci facere . . . ferramenta, speciarias, gallam, & Pezam, lignamen, &c. Statuta Astenf. ubi de intratis portarum: Peza, sive pegula ponatur & solvat pro quolibet rubo lib. 1. fol. 5. Vide Pega. Alia notione apud Laur. in Amalt. Peza, simbria, ora, limbus.

¶ PEZADA, f. Ager pisis confitus; Occitanis quippe pisa Pezes dicuntur. Charta an. 1166. inter Probat. tom. 2. novæ Histor. Occitan. col. 606. Ego Willelma Nemaufensis Vicecomitissa . . . dono . . . illam Pezadam, quæ est ad grunum de Anagia.

¶ PEZAROLA. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. Posset valde utile comprobari, quod in quolibet navigio dulcis aquæ balista grossa à turno cum suis muniminibus portarentur, nec non balista à Pezarola tot, quot utiles viderentur, &c.

¶ PEZIUM, an Pisum? Statuta Riperiæ cap. 12. fol. 5. recto: De quolibet carrerio Pezii tenuta quartarum septem denarii sex. Ibidem fol. vº. De qualibet tina doarum Pezii, albara pro carrezando ab uvis pro introitu soldus unus.

¶ PEZO, vox Hispanica, Pondus, Gall. Poids. Vide Cazeni.

¶ PFALBURGERE, PFALBURGERIUS, quasi Falsus burgenfis, qui nimirum invito domino in aliarum civitatum cives se recipi curabat, atque in prioris domini terris residens iisdem juribus ac libertatibus gaudere volebat, quibus cives inter quos adscriptus fuerat. Charta Henrici Imper. an. 1308. apud Ludov. Laguille Histor. Alfat. inter Probat. pag. 49. Non liceat unquam de catero alicujus civitatis, opidi sive burgi rectoribus, seu universitati cujuscunque exemptionis . . . aliquem vel aliquos de hominibus seu ministerialibus ipsius Argentinensis Ecclesia, vel etiam de opidorum, burgorum & villarum quarumlibet ad eandem Ecclesiam jure domini vel quasi pertinentium incolis presentibus & futuris, recipere in cives seu burgenfes qui Pfalburgere vulgariter nuncupantur: decernentes ex nunc, quod receptio talium . . . non valeat ipso jure. Charta Caroli IV. Imper. an. 1356. pag. 51. Est districte prohibitum, ne quis cives, homines & subditos ipsius Ecclesia in Pfalburgeros auderet suscipere. Infra: Caterum quia nonnulli cives & subditi Principum, Baronum, & aliorum hominum . . . jugum originaria subjectionis querentes abjicere, imo ausu temerario contempnentes, in aliarum civitatum cives recipi se procurant, . . . & nihilominus in priorum dominorum, quos tali fraude præsumpserunt vel præsumunt deserere, terris, civitatibus, opidis & villis corporaliter residentes, civitatum, ad quas hoc modo se transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defensari contendunt, qui in partibus Alamannia Pfalburger consueverunt vulgariter appellari. Alia ejusdem Imper. an. 1365. ibidem pag. 53. Nous permettons à toutes lesdites villes & a une chacune en particulier, qu'elles puissent & doivent avoir des Faux Bourgeois dits en Allemand Pfalbourguers, que nous leur aurions pris depuis quelques années, de sorte qu'elles doivent avoir lesdits Faux Bourgeois, &c. Vide Mager. de Advocat. armata cap. 11. pag. 525. & cap. 16. pag. 684.

¶ PHALBURGERE, Eadem notione, in Bulla aurea Friderici II. Imper. an. 1232. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. pag. 516. Item cives, que Phalburgere dicuntur, penitus ejiciantur.

¶ PFALTZGRAVIUS. Vide Palansgravius.

¶ PFENNING, Denarius, Teuton. Saxon. Pený. Enumeratio bonorum an. 1359. apud Ludov. Laguille. Histor. Alfat. inter Probat. pag. 55. Item trois livres & demi Pfenning de rente sur la taille des sujets établis dans le fauxbourg. Item vingt-deux schil-
Tom. V.

lings & six Pfenning de Strasbourg de rente des maisons de Werde. Vide Penningus.

¶ PHACULLA, Perna, petaso, petasunculus. Gloss. Isidori. [Ubi Grævius: Hæc sunt mendosa & trunca. Scribe, Phascola, Pera. Festus: Phascola appellant Græci, quas vulgus peras vocant. Sic enim ibi emendarunt, cum male legatur pernas. A Græco φασκώλιον. Hesychius: φασκώλιον βαλάντιον. Post hæc in Isidoro lege: Perna, petaso. Pera propter similitudinem vocis perna excidit. Inde illa adhæserunt voci phascola. Vide Lexicon Martini.]

¶ PHADERPHIUM. Vide Faderfum.

¶ PHÆBIGENA. Vide Phæbigena.

¶ PHAGEDENA, Græce φαγέδαινα, Ulcus tumidum, profundum, & vicinas partes arrodens & depascens, à Græc. φαγεῖν, edere. Vita S. Lucæ Junioris tom. 2. Febr. pag. 98. Hanc gravis tenebat morbus, ac curatu difficilis. Phagedenam appellare consueverunt medici. Vide Plinium lib. 26. num. 68. Cælium Aurel. lib. 3. de Chron. morb. cap. 3.

¶ PHAGO, Cibis: unde φαγος ἡμερινός, ἄρτος & τυρός & οἶνος, in vita monachorum. Gloss. Isid. Addit Grævius: Ex quibus vidit Vulcanius legendum Phagos. Sed Phagones sunt comedones, edaces, ut Nonius ostendit.

¶ PHALA, Genus vestis, de qua Synodus Colonienfis an. 1280. cap. 3. Cappas tunicatas, tunicas, Phalas, indumenta, tabbardos, calcæos vel caligas non ferant nisi B. Benedicti, vel B. Augustini regula congruentes. Etiamnum Belgæ failles appellant vestimentum, quo caput & totum corpus vice pallii operiunt feminæ. Kylianus: Falie, palla, cyclas, vestis muliebris spatiosa, totum corpus circundans.

¶ PHALÆ, Turres rotundæ in ovi speciem Vitruvio; sic dictæ à Circorum Phalis, quæ dividebant Euripum & Metas, constructis ad tempus turribus, ut ait Servius ad 9. Virgil. Phalarum Circi meminit etiam Juvenalis, quas δημηπερημαία ὠσειδῆν vocat Dio. Ita porro appellabant turres ligneas ad oppugnanda oppida. Papias: Phalas dicunt ligneas turres. Ita & Ugutio. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Fala, Tour de bois, Bessroi. Eod. sensu utitur Plautus. Liber MS. redituum Eccl. N. sæc. 14. apud Schilter. in Gloss. Teut. Notandum est etiam quod in dicta villa B. est quædam Phala sive castellum ligneum, & fundi circumpositi redacti de pratis in agros frugiferos. Phalarum compitus, in Charta an. 1532. ex Tabul. Redon. vulgo les Porches de la grande pompe.] Guibertus in Histor. Hierosol. lib. 7. cap. 6. Duo jubentur institui lignea castra, quæ nos sumus soliti vocare Phalas. Adde lib. 3. cap. 4. lib. 6. cap. 18. Abbonem de bellis Parisiac. pag. 502. 505. 509. 513. 517. Historiam Hierosol. pag. 1154. Ordericum Vitalem p. 624. Vitam S. Sidis cap. 16. &c.

¶ FALÆ, Tædæ, quæ in funeribus deferri solent, nostris Falots. Charta an. 1240. in Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 42. Decanus percipiet luminare; sed de Falis prædictorum extra claustra manentium, si intra muros civitatis decesserint, habebit dictus Episcopus luminare. [Eadem notione Failles usurpant Poetæ nostrates. Le Roman d'Athis MS.

Ont tous couvers les aleours,
Et des murs toutes les entrailles,
Portent brandons & mettent Failles.

Le Roman de la guerre de Troyes MS.

Failles enportent & brandons,
Tot en resplent la regions.]

¶ 1. PHALANGA, Fustis teres, Nonio. Charta Emehardi Episc. Herbipol. an. 1097. apud Freder. Schannat. in Vindem. litter. pag. 178. A pro-
Ee ij

visoribus inibi constitutis pauperes ac debiles illuc adventantes desolati, voce injuriosa contristati, tamquam demonica phalanges teretibus Phalangis duratisque fustibus cedebantur, cesique miserabiliter expulsi ab inde ejiciebantur. Nicolaus Specialis de Reb. Siculis lib. 7. cap. 17. apud Murator. tom. 10. col. 1070. Alii unctas tabulas quas nauta Phalargas vocant, labentibus trabibus subministrant. Adde Vitam S. Romualdi cap. 5. tom. 2. Febr. pag. 110. Vide Falanga.

- ¶ PHALANGA, Trabs, vel potius postis pensilis ad aquam hauriendam. Mirac. B. Stanislai tom. 1. Maii pag. 783. *Ipsa mulier . . . arripiens urceum ad fontem cucurrit pro aqua. Sed trabens Phalangam cum urceo ad fontem, Phalangam fregit, & urceus cadens super quoddam lignum in fonte, totus dissipatus est.*
- ¶ 2. PHALANGA, pro Phalanx. Acta SS. tom. 5. Maii pag. 279. de SS. Donatiano & Rogatiano: *Ac protinus omnis Phalanga hostilis immenso pavore exterrita, &c. Bernh. de Breydenbach Iter Hierosol. pag. 263. Victoria potitus Princeps insigni equo vectus, illustri comitatus Phalanga, &c. Vide Phalangia.*
- ¶ PHALANGARIUS, Qui phalangis, seu fustibus aliquid oneris transvehunt. Vide Falanga.
- ¶ PHALANGETICUM, Species tributi forte exsolvendi pro mercibus, quæ Phalangis exportantur. Epist. Friderici II. Imper. apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. *Immunitates tamen & libertates alias ipsis indultas tam super herbaticis, pedagogis, Phalangeticis & specialiter de transitu, faciat de rebus provenientius ex fœtibus & fructibus possessionum domus ejusdem, à regno in Syriam transferendis, libera per officiales nostros tuæ jurisdictioni subjectos, ipsis facias inviolabiliter observari. Vide Falangaticum.*
- ¶ PHALANGIA, pro Phalanx, agmen, congregatio. Vita S. Anselmi Abb. Nonantul. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 5. *Paullo ante idem vir construxerat cœnobium, fratrumque decorabat agminibus: in quorum maximo quod Nonantula vocitatur, monachorumque præpollet Phalangiis, &c. Vide Phalanga 2.*
- ¶ PHALANGIA, Potestas, auctoritas, jurisdictio. Charta an. circ. 813. tom. 1. Hist. novæ Occitan. inter Instrum. col. 37. *Ut nulla magna parvaque persona, neque dux, neque comes, neque marchio, vir vel fœmina, neque ulla clericalis vel laicalis Phalanga, &c.*
- ¶ PHALARICA, FALARICA. Gloss. Græc. Lat. *ἑρκαλίσηρα, Falarica.* Gloss. Latin. MS. Reg. *Falarica, Lancea magna, telum mulieris, quia forte mulieris est eminus pugnare. Servius ad 9. Æneid. & ex eo Isidorus lib. 18. cap. 7. Falarica est telum ingens, torno factum, habens ferrum cubitale, & rotunditatem de plumbo in modum spheræ in ipsa summitate . . . Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas Phalas dici manifestum est . . . A Phalis igitur dicta est Phalarica, sicut à muro muralis.* Addunt Ugutio & Joannes de Janua: *Et quia hoc telum tormento mittitur, inde est, quod quandoque ponitur pro tormento, quod vulgo dicitur Petraria, vel Manganum.* Priori notione, præter classicos scriptores, utuntur Fortunatus lib. 3. de Vita S. Martini, Gregorius Turon. lib. 9. cap. 35. Abbo, & alii. Posteriori vero, seu pro machina jaculatoria, Guibertus lib. 3. Histor. Hierosol. cap. 5. *Cœpere pro muris urbem undequaque pervadere, & machinas instruere, phalas erigere, instaurare Phalaricas, murorum ac turrium gyros frequentibus per ambitum pulsare balistis.* Et lib. 6. cap. 23. *Ad jaciendos lapides Phalaricarum nostros apparare instrumenta commonuit.* Auctor Historiæ Hierosolymitanæ pag. 1154. *Erat crux quadam lapidea, quam . . .*

supra murum crexerant: hanc ictu Phalaricæ gens seva diruit. Idem lib. 3. de Vita sua cap. 18. Aledrannus quidam talium peritissimus duas, quas instituerat, Phalaricas opponit, & quater vicenas pene mulieres, ad saxa quæ imposuerat intorquenda disponit. Fulco lib. 5. Viæ Hierosolymitanæ:

Fiunt balista, plumbata, Phalarica, talpa.

[Vide Lexicon Martini v. Falarica.]

- ¶ PHALASIA, Ager ad Sequanam, ab editiori margine sic dictus. Calendarium MS. anniversar. B. M. de Argentolio: XI. Kal. Junii, anniversarium Nicholai Prioris Argentolii, XII. sol. super Phalasiam Odonis pontenarii. Vide Falesia.
- ¶ PHALBURGERE. Vide Pfalburgere.
- ¶ PHALDEFIUM. Vide Fardefium.
- ¶ PHALERA, Instrumenta rustica, vel equorum rusticorum. Fleta lib. 2. cap. 85. de caretario: *Ejus est scire Phalera, atillamenta, & harnesa minuta caretis, appendentia præparare & emendare.* [Vide Martini Lexic. v. Falere.]
- ¶ PHALERÆ, Ornatus mulierum. Vita B. Giraldi de Salis apud Stephanotium tom. 2. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 576. *Vidit in mulieribus illis Deo & Angelis abominabile monstrum; nam crinium suorum tortura & circumdatura more meretricio Phaleras & manticas prætendebat posterius.* Hinc eadem vox usurpata sæpius ab Ecclesiasticis Scriptoribus ut futiles sæculi ornatus significarent. Vide Falera.
- ¶ PHALERAMENTUM, Eadem notione. Vita S. Eustasii Abbat. Luxoviens. tom. 3. Martii pag. 788. *Et illum dignum ac omnibus ecclesiasticis Phaleramentis decoratum esse diceret.* Vita S. Leudini Hist. Tulens. pag. 264. *Postposita Phaleramenta mundi ad Dominium conversi sunt.* Adde Bern. Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 50. & Acta SS. tom. 1. Maii pag. 276. Vide Faleramentum.
- ¶ PHALERARE, Phaleris ornare. S. Ambrosius in Lucam 2. 18. *Plebem Dominus simplicem requiebat, que Phalerare audita & fucare nesciret.* Idem de Offic. 1. 12. *Eloquentiæ Phalerandæ gratia. Vide Falerare.*
- ¶ IMPHALERARE, Eadem notione. Epist. Adami Abb. Perfennia, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 754. *Non paritur mediocritas ut de exactionibus viduarum equorum stramenta Imphaleret ambitiosior apparatus.*
- ¶ PHALERATOR, Ornator. Acta S. Ansuarii Mart. tom. 4. Julii pag. 103. *O militantis ecclesiæ capitanei fortissimi, o triumphantis militiæ Phaleratores doctissimi, &c.*
- ¶ PHALERGIUM, Ornamentum, Papiæ. Vide Palergium, & Parergum.
- ¶ PHALINGUS, Saga villosa. Vide Falangius.
- ¶ PHALTA, PHATTA. Vetus designatio bonorum S. Michaëlis Bamberg. inter Vindem. Litter. Freder. Schannat. pag. 53. *Possessores etiam eorundem mansorum unusquisque solvit sindonem unam, que vulgo dicitur Phalta.* Ibidem, in Catalogo lib. pag. 51. *A. Symmachi de præfectura lib. 1. Phatta 1. medicinalium 6. Vide Phala.*
- ¶ PHALTENA, Idem quod Phalta. Tradit. Fuldens. apud Johan. Schannat. pag. 403. *Slavi XIIII. quorum unusquisque unam libram lini debet & duas Phaltenas.*
- ¶ PHALZ, Locus judicii apud Schilterum in Gloss. Teuton.
- ¶ PHAMECANTHARUS. Anastasius in S. Silvestro PP. pag. 15. *Coronam auream ante corpus, ubi est Phamecantharus cum Delphinis 50. Alii Codd. rectius præferunt, Pharum cantharum.* Vide Pharus.

¶ 1. PHANO, Navis, sic dicta quod *phanonem* aliis navibus noctu præferat. Gabutius in Vita B. Pii V. PP. tom. 1. Maii pag. 688. *E quadraginta trimibus honorariis, que quod nocturni luminis ferant signa, Græco nomine Phanonis appellantur, omnes una dempta in Christianorum potestatem pervenerunt.* Vide *Falo*.

¶ 2. PHANO, inter vestes sacras recensetur in Actis consecrat. Eccles. S. Benedicti de Bagiiis an. 972. Marcæ Hispan. col. 899. *Aygo (donat) solidos centum & stola & Phanon, &c.* Est etiam velum, vexillum. Guidonis Discipl. Farfens. cap. 23. *Basilica sancta Maria optime decoretur tam palliis quam Phanonibus auro textis.* Vide *Fano*.

¶ PHANONUS, Eadem notione. Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419. *Item quidam Phanonus de serico.* Vide in *Fano*.

¶ PHANTASARE, Imaginari. *Actus phantasandi,* apud Gabr. Biel. Lex. Phil.

1. PHANTASIA, FANTASIA, Phantasia, spectrum. Glossæ Gr. Lat. *φαντασία, vana visio, imago, vanitas, visio.* Papias: *Phantasia, imago alicujus corporis visa, & cogitatio animo postea figurata, ut puta patris species quam vidimus. Phantasma vero est, quam nunquam vidimus, species animo figurata, ut puta species avi. Fantasma, visio vana.* Ammian. lib. 14. *Visa nocturna, quas Phantasias nos appellamus.* Consultatio Zacchæi & Apollonii lib. 1. cap. 9. *Nec prestigiorum more Phantasiam pro homine monstrari. Utitur & cap. 12.* Chronicon Casauriense l. 4. *Contra se vidit stantem Phantasiam, quasi de scelere perpetrato applaudentem. Ex ipsius igitur Fantasmatis apparitione, &c.* [Gesta Hugonis Cenoman. Episc. apud Mabilionium tom. 3. Analect. pag. 352. *In domo Nicolai prepositi Fantasia, quod in libris Gentilium Faunus solet appellari, minus credentes, & in fide Christi modice catholicos, ut mulieres pleræque, & simplicis ætatis pueros, noctibus jugiter exterebat.] Ita non semel usurpat Gervasius Tilleberiensis decif. 3. de Otiis Imperial. ac præsertim cap. 95. Adde Claudianum Mamertum lib. 1. de Statu animæ cap. 22. S. Eulogium lib. 3. Memor. cap. 10. Bedam in Vita S. Cuthberti num. 28. Auctorem Vitæ S. Lupicini Abbatis Jurensis num. 6. Anastasium Biblioth. in Vita S. Demetrii Mart. pag. 78. Ordericum Vitalem lib. 2. pag. 387. Jacobum Gothofredum ad l. 5. C. Th. de Malefic. &c. S. Antiochus Homil. 84. *Ἀφηνισάμενος αὐτοῖς τὰς φανέσας αὐτῶν διαβολικὰς φαντασίας.* Passim apud Palladium in Historia Lausiaca cap. 20. 31. 44. 46. *Phantasiam inimici, seu Diaboli, apud Rabanum lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 55. Vide Glossarium mediæ Græcit. in φαντασία, [& Martini Lexicon.]**

¶ PHANTASIARI, Imaginari. Instrum. an. 1408. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 837. *Aliqui Filium corpus induisse phantasticum Phantasiabantur, somniatores improbi.*

¶ PHANTASIARI, Cupere, appetere. Hist. brevis Ordinis Cartus. apud eundem Marten. tom. 6. col. 212. *Novitius quidam in Carthusia recens juvenis, dum aliquando Phantasiaretur de carnibus; ecce diabolus ut quidam juvenculus portabat scutellam carniæ optime preparatam dicens: comede, comede, quia optime sunt preparata & sapida. Eadem notione Galli dicimus, Avoir fantaisie. Enfantosmer, pro Inescare, illicere, fascinare, utitur le Roman de Vacce MS.*

*A tort m'avez fitost de covenant faussé;
Les pramessees le Roy vous ont Enfantosmé.*

2. PHANTASIA, Pompa, magnificus apparatus. Eustochius in Vita S. Pelagiæ meretricis cap. 2. in Vitis Patrum: *Et processit cum summa Phantasia, adornata ita, ut nihil videretur super ea nisi aurum & margarita, & lapides pretiosi.* Gildas de Excidio Britann. *Cum magno apparatu, magnaue Phantasia, vel potius insania, repetentes ad patriam.* [Vide Chron. Alexandr. pag. 682. Theophanem p. 37. 100. Combefis. ad tom. 2. Oper. S. Maximi p. 688. & Glossar. med. Græc. *Fantosome*, pro Res mirabilis, mira, sed vana, usurpat le Roman de Vacce MS.

Tant lor a dit Fantosmes que decheus les a.]

¶ PHANTASIASTÆ nuncupati potissimum circa medium sæculum VI. qui famem, sitim & alias humanas ejusmodi corporis affectiones, non vere sed apparenter tantum in Christo fuisse somniabant. Vide Nicephorum lib. 18. cap. 45. Baron. ad annum 535. & Stockman. Lex. Hæref.

¶ PHANTASTICUS, Fictus, commentitiis. Paulus Diac. in Vitis Patrum Emerit. inter Concil. Hispan. tom. 2. pag. 640. *Testor Dominum cæli & terre, me tibi Phantasticam visionem nullam referre.*

PHANUM, WANUM, vel FANUM. Vocem veterem Francicam esse opinatur Wendelinus, idemque sonare, quod Belgis *veen*, & plur. *venen*, lacus, paludes. Harum autem vocum vestigia habentur in Malbergiis, quæ recensentur in Lege Salica edit. Heroldi, scilicet in *Reppophano, Repphano, Theophano & Trowidowano*, quæ quidem terminatio arguit locos fuisse sitos in locis palustribus, quos *saignes* inde vocant Luxemburgenses: unde nostri *fange* pro luto formarunt. [Ea notione vox *Phanus* occurrit in Epist. Simonis de Gramaudo Patriarchæ Alexandr. ann. 1400. apud Martenium tom. 2. Anecd. col. 1239. *Phanus enim schismatis quos inquinat, æquat.]*

¶ PHARA, Generatio, linea. Vide *Fara* 1.

¶ PHARALES CORONÆ, Candelabra in modum coronæ ac circuli, variis lucernis instructa. Vide in *Corona*, & infra *Pharus*.

¶ PHARETRA, Liber quidam; unde sic inscriptus docemur in Chron. Mellicensi pag. 479. *Liber unus, qui Pharetra solet nominari, conscribatur continens magis communia super cultu divino, quoad modum legendi epistolas, prophetias, evangelia, lectiones & capitula Horarum canonicarum, nec non lectiones ad matutinum, ad mensam & collationem in refectorio, &c.*

PHARISEARE, Dividere, separare, ex Hebraico *phares*, divisio, & *phariseus*, divisus, separatus. Joan. de Janua: *Farisei à fares, quod est divisio, dicitur fariseus, i. divisus, & hinc quidam heretici dicti sunt Farisei, qui divisi interpretantur, quia traditiones & observationes Legis, quas illi deuterofas vocant, justitia proferunt [justitia præferunt,] &c.* Philippus Galtherus lib. 4. *Alexandreidos* pag. 32.

Consilio juvenum Pharizeat cisma perenne

Cum regno populùm, lis est de divite regno, &c.

S. Hieronymus adversus Luciferianos cap. 8. *Pharisei à Judæis divisi propter quasdam observationes superfluas, nomen quoque à dissidio susceperunt.* Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Quæ (vestes) virgineo corpori tanta fuerant connexionem conjuncta, ut nulla exiitionis dieresis eas aliquando faceret virginali corpori Phariseas.* Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. pag. 293.

... Obeunt alterno vulnere fratres,

Frater & à furtis fraternis se Phariseat.

Infra de Comite S. Pauli Avenionem subeunte pag. 315.

Cumque Comes Regis à castris se Phariseum

*Cerneret, & secum tam paucos, horret ut agna,
Quæ divisa suo grege sola relinquitur arvis.*

PHARNATIA. Charta Friderici II. Imperat. qua regalia concedit Archiepiscopo Arelatensi, apud Guesnaium in Annalibus Massiliensibus an. 1219. *Sicut sunt telonea, sedatica, justitias, Judæos, cordam, quintale, Pharnatiam, monetam, portus, &c.* Vereor, ne mendum subsit. [Legendum omnino videtur Pharnaria pro Farnaria. Vide in hac voce.]

PHARRO, PHARRO, Clamor militaris Hibernorum. Utrum à Pharaone, Gandelii focero, an ab alia causa clamor iste natus sit, parum ad rem atinet explicare. Verba sunt Richardi Stanihurfti lib. de Rebus Hibernicis.

PHARUS, PHARUM, FARUS, FARUM, Lucerna, sive Lychnuchus orbicularis & circularis cum certo lucernarum aut candelarum numero, cujusmodi passim in templis nostris visuntur: sic dictus, quod instar Phari sit, ejusque speciem referat. Papias: *Fara, vasa sunt luminaria, quæ nos Retia dicimus diverso modo formata.* Alibi: *Farum, instrumentum ad luminaria ordinata, sicut etiam candelas.* Anastasius Bibl. in S. Hilario PP. *Pharos cum Delphinis, quæ pensant lib. 5.* In Silvestro PP. *Pharum ex auro purissimo, quod pendet sub fastigio cum Delphinis 50.* In Hadriano pag. 109. *Fecit & Pharum majorem in eadem B. Petri Ecclesia in typum crucis, qui pendet ante Presbyterium, habentem candelas mille trecentas & septuaginta.* In Leone III. *Fecit Pharum ex argento purissimo cum lucerna & cereapto suo.* [Guidonis Discipl. Farfens. cap. 5. *Sanctissimi dominici Paschæ die ante nocturnale obsequium accendantur omnes corona & Phari, & tria candelabra ante altare, & una post tergum ejus.*] Anonymus Poëta de Pontificib. Eboracensibus:

Hoc altare Farum supra suspenderat altum.

Adde Bedam de Rat. temp. cap. 24. Vitam S. Medardi ex Cod. Resbac. cap. 17. Vitam S. Gudilæ virg. num. 18. Histor. Translat. S. Sebast. n. 94. Ardonem in Vita S. Benedicti Abbat. Anianensis num. 37. edit. Mabillon. &c.

PHARUS, fœminino genere, quomodo φάρος dicitur à Græcis turris Alexandrina. Statius:

Lumina noctivaga tollit Pharos emula lune.

Inscriptio phari in Ecclesia S. Willibaldi Eystetenſi apud Gretzerum in Episcopis Eystet. cap. 12.

Hanc Willibaldo Pharum construxerat almo

Præful devotus Meugosus nomine dictus.

Ita etiam usurpat Walafridus Strabo lib. de Mirac. S. Galli cap. 35.

Ejusmodi autem Lychnuchorum variæ erant figuræ. Quidam enim coronæ in speciem efformati erant. Leo Ost. 1. 3. Chron. Casin. cap. 31. *Fecit & Pharum, coronam scilicet maximam argenteam... cum 12. extrinsecus prominentibus turribus, sex & 30. lampadibus ex ea pendentibus.* Phara coronata vocat idem Anastasius in S. Silvestro PP. *Phara coronata 10. pensante singula libras octonas. Pharales coronas, in Sixto III. Vide in Corona.*

De Lychnuchis istis in Crucis vel in Retis figuram compositis, pluribus egimus in Descriptione ædis Soph. num. 49. Quidam etiam Arborum speciem præferrebant, quomodo à Plinio lib. 34. cap. 3. ex quo docemur, habuisse veteres lychnuchos pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes. Vide Arbor. Denique ita effecti erant, ut ab iis penderent canthari seu disci, in quibus erant vel candelæ, vel lucernæ. Hos Pharocharantos vocat Anastasius in S. Silvestro. *Coronam ex auro purissimo, qua est Pharus cantharus, &c.* In Leone III. Pharo-

cantharos in Presbyterio numero 14. ex argento mundissimo. Phara canthara, in Sixto III. In Benedicto III. *Pharum cantharum argenteum sedentem in pedibus, à Saracenis olim ablatum, in quo ad decus ipsius Basilicæ in diebus festis atque dominicis lucerna simul & cerei ponebantur, juxta lectorium, mirifico opere fecit ac renovavit.* [Vide Anastasium cum notis variorum edit. 1728. tom. 3. pag. 96.]

PHASALLUS. Miracula S. Ludgeri Episcopi Mimi-gard. num. 34. *Neglecto denique tali præcepto secunda & tertia vice quemdam Monastica vite Phasallum; purpureo perfusum capillo, nigroque vestimento indutum, conspexit. An vassallum?*

PHASCOLLA, Parva petaso, petasunculus. Ugutio. Vide Phaculla.

¶ PHASIANARIUS, Qui phasianos pascit, apud Paulum JC. *Phasianarii autem & pastores anserum non continentur.*

¶ PHASIANUS, id est Gallus, Cognomen erat Johannis XIX. PP. apud Mabillonium tom. 4. Annal. Benedict. pag. 206. Notum est gallum gallinaceum à veteribus nonnullis Phasianum dictum fuisse.

¶ PHASIOLOUS, φασιός, in Gloss. Lat. Græc. Sangerm. Phaeolus, Columellæ, Genus leguminis.

¶ 1. PHASIS, Cujuslibet occulti criminis apud Magistratus demonstratio, vel denuntiatio fraudum, quas in elocatione domorum tutores orphanorum struunt. Vocabular. Suffannæi. A Græco φάσις, eadem notione.

¶ 2. PHASIS, Pascha. Epist. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 479. *Idcirco statim post sanctum Phasem in ebdomada azymorum ad eum ire dispo-no, adjutorio Dei per vestras orationes fultus.*

¶ PHAVO, inter vestes vel arma militum recensetur in Statutis Equitum Teuton. artic. 73. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. pag. 59. *Ipse (Trep-erarius) tenetur dare fratribus ad arma deputatis spallaria, wappenrock, kilinge, Phavones, ... & cingulos, vestimenta, &c.* F. leg. Phano. Vide Fano.

¶ PHENO. Epitaph. Almanni monachi atque Philosophi apud Marten. Itiner. Litter. 2. pag. 46.

His intentus erat, Phenonem bisque secabat,

Quando hominem hic ponit, spiritus astra petit.

¶ PHENOLIUM, Penula, φανέλη Græcis. Acta S. Leonis PP. III. tom. 2. Junii pag. 588. *Acces-sit his candidum sticharium & castanei coloris contextum Phenolium.*

¶ PHEODUM, pro Feodum, in Charta an. 1093. apud Miræum tom. 2. pag. 1141. Occurrit præ-terea apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 38. tom. 7. pag. 15. & in Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 615.

¶ PHERONYMUS, à Græco φερώνυμος, Ferens veritatem nominis sui. Translat. corporis S. Athanasii Episcopi Neapolitani apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1069. *Ut qui Pheronymi fuerunt, congruum nominis meritum à Domino pertulerint.*

¶ PHEUDATARIUS, Vassallus. Vide in Feudum.

¶ PHEUDUM, pro Feudum, in Pacto inter Jacobum Aragon. Reg. & Berengarium Magalonens. Episcop. an. 1272. & in alia Charta an. 1313. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 147.

¶ PHEUO, Eadem notione, in Tabular. S. Michaëlis in Periculo maris ann. 990.

PHIALA, Fons, aquarum receptaculum: Græcis recentioribus, φιάλη. Adamnanus lib. 2. de Locis SS. c. 19. *Est ergo illius fontis nomen, qui est in Trachonitide, Fiala, plena aquarum semper, unde Jordanis mediterraneis meatibus derivatur.* Vide quæ de Phialis adnotamus in Descriptione ædis Sophianæ n. 22.

PHIALA CUM CANDELA. Anastasius in S. Silvestro PP. pag. 14. *In medio fontis columna porphyretica, quæ portat Phialam auream, ubi candela est auro purissimo pens. libr. 50. ubi ardent in diebus Pasche balsami libræ 200. &c. Vide Phiala.*

PHILANTHROPUM, Præmium, quod proxenitæ nominum contrahendorum accipiunt. Gloss. Latin. Græc. *Salarium*, φιάνθρωπον, ἀλατιόν. Ulpianus JC. *Idem dico, & si quid Philanthropi nomine acceperit.*

PHILARCHICUS, Dominationis amans, φιλαρχικός. Charta an. 990. in tomo 8. Spicilegii Acheriani pag. 155. *Frugalem, non gastrimargicum: humilem, non Philarchicum, &c.*

PHILARGIA, à Græco φιλαρχία, Amor regnandi, dominandi cupiditas. Halitgarius Camerac. Episc. in Capit. de Vita Sacerdotum, apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 75. *De gastrimargia ceterorumque principalium vitiorum recapitulatio. L. de fornicatione. L. de Philargia. LII. de ira.*

PHILARGYRIA, Græce φιλαργυρία, Avaritia, amor pecuniæ. Charta Eadredi Reg. ann. 850. apud Hickef. Dissert. pag. 84. *Deprecans Dominum nostrum, ut si quis tam inflatus, Philargyria seductus amentia... suam munificentia largitatem confringere tentaret, &c.* Agnellus in Vita S. Reparati Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 148. *Non fuit cupiditate plenus, non tumidus, ... non repletus Philargyria, &c.* Occurrit præterea tom. 2. Concil. Hispan. pag. 532. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 139. ubi perperam editum *Philargaria*, & tom. 3. col. 1663.

PHILASTRIA, pro *Filiastra*, Privigna. Concil. Epaon. can. 30. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 36. *Si quis relicte avuncula miseratur (miscetur) aut patruæ (patruæ) aut privigna, id est, Philastria concubitu polluat, sine (sive) quibus conjunctio illicita habeatur, interdicitur eundi (ineundi) melioris conjugii libertatem. Vide Filiaster.*

PHILATERIUM. Vide *Filaterium*, & *Phylacteria*.

PHILETRUM. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Item unus pannus, cujus campus aureus, cum leonibus & aquilis bicipitibus de aurifilo contextis in Philetis rubeis. Vide Feltrum.*

PHILETUM, Rete venatorium, à Gall. *Filet*. Chartular. S. Vandregesili tom. 2. pag. 1377. *Prior venari poterit se sexto cum furone & Philetis sine canibus, vindemiis præteritis usque ad brandones. Vide Filetum.*

PHILIPPANA ARS. Rollandinus in Tract. de Notulis: *Promitto te docere artem Philippanam, & tu promittis mihi dare 10. corbes frumenti.*

1. **PHILIPPI, PHILIPPEI,** Nummi, à Philippo, patre Alexandri Magni, primum cusi, quorum cum forma recepta semel placuisset, ea retenta est simul cum appellatione, addita principis, cujus esset, nomenclatura. Horatius:

Rettulit acceptos regale numisma Philippos.

Prudentius Peristeph. hymn. 3.

Nec cum veniret aureos

Secum Philippos detulit.

Ubi Iso Magister: *Philippei, Mancosi.* Glossæ antiquæ MSS. & Papias: *Philippeus, solidus.* Valerianus Imperator apud Pollionem in Claudio: *Philippeos nostri vultus annuos centum quinquaginta.* Idem Valerianus apud Vopiscum in Aureliano: *Argentos Philippeos minutulos, &c. Ærei Philippei, &c.* Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 796. *Obscraus, ut maximam pro Boamundo redemptionem reciperet, ipsumque acceptis centum millibus Philippeorum sibi red-*

deret. Vide Budæum lib. 4. de Ase, Scaligerum, & alios, qui de re nummaria scripserunt.

Philippi aurei Hispanici in usû per Hannoniam, quorum novem valebant 11. florenis & 5. assibus an. 1531. ex Chron. Bonæ Spei pag. 459.

2. **PHILIPPI.** Ingulphus p. 910. *Et forte leuca dicitur à Leucon, quod in Scythica lingua interpretatur Philippus. Unde Magister in Isagogis suis O. M. l. 3. Et niveus Leucon dicit ibi, hunc Leucon fuisse Philippum Imperatorem, qui niveus descriptus est, quia Christianus, & Baptismo super nivem dealbatus. Et alio in loco ubi exponit illud, id est, Phœbum adamasse Leucothoën, dicit, Deum adamasse Christianitatem regni Franciæ, id est Philipporum, quum apud Francos nomen Philippi frequentissimum habetur, in tantum, ut Rex Henricus, qui modo regnat in Francia, filium suum primogenitum Philippum fecit appellari. Beatus enim Christi Apostolus Philippus, cum Scythis verbum Dei predicasset, & plurimos eorum ad fidem Christi convertisset, rediens in Asiam, per Sicambros viam fecit, ac illis Christi nomen primus annuntiavit, de quibus exeuntes Franci, ut plures eorum Hierochronographi testantur, beatum Philippum Apostolum suum specialem Protodotorem, & Neopostolum adhuc tenent. Ex his omnibus colligitur, quod leuca dicitur à Leucon, id est mensura terræ Philippicæ, id est Philippi, vel Philipporum. Atqui ante Henricum I. quo regnante vivebat Ingulfus, Philippi nomen in veteribus tabulis vix legitur: quomodo igitur Franci nostri crebra ista apud eos nomenclatura Philippi appellari potuere?*

PHILLATERIUM. Vide *Filaterium*.

PHILOCALUS, à Græco φιλόκαλος, Honesti studiosus. Vita B. Lidwinæ tom. 2. April. pag. 309. *Vir Philocalus ac devotorum pauperum zelator magnus.*

PHILOCAPTUS, vox ibrida, à Græco φίλος, & Lat. Captus, Amore captus. Acta S. Franciscæ Romanæ tom. 2. Martii pag. 106*. *Ut se unire possit illi, qui eam Philocaptam sui fecit.* Vita S. Bernardini tom. 5. Maii pag. 305*. *Quandoque dicebat, Philocaptus sum; morerer ea die qua meam amasiam facialiter aspicere non valerem.*

PHILOCHRISTUS, vox ejusdem originis, Christi amator. Vita S. Gerardi Abb. Bron. sæc. 5. Bened. pag. 275. *Tandem convictus convictor fit Philochristus.*

PHILOCOMPUS, ex Græco φιλόκομπος, Jactantiæ amator, jactator. Suidas: φιλοκομπῶν, μεγαλοῦρημωνῶν ὁ ἑαυτὸν ὑψῶν. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Philocompos, amator jactantiæ.* Addit Ugutio, qui vult, ut labor suus appareat propter vanam gloriam. Fridegodus in Vita Wilfridi cap. 23. *... Erwinus Philocompos.*

PHILOCOMPIA, Vana gloria, apud Ratherium Veronensem in Apologetico: *Afficit hæc ineptissima, imo pernulla Philocompia urbanitatis vestre angustia. Sed vereor, ne legendum sit philocompica. [Melius editum apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 225. Tanta, inquam, me afficit hæc eadem ineptissima, imo pernulla, Philocompia urbanitas vestre, angustia, ut &c.]* Wolphardus Presbyter lib. 1. Vitæ S. Walburg. in Præfat. *Ne à lectore Philocompica noter infamia.* Scholiastes Gregorii Nazianzeni in 1. in Julian. κομψὸν ἐστὶ τὸ εὐπρεπὲς καὶ χαρὶεν κόμψον δὲ τὸ μέγα. Est porro κόμπος, ut est apud Varinum, ἀλαζόνεια, ἢ διὰ τῆς λόγου ἔπαρσις παρὰ τὸ κενὸν ὅσα ἔχειν, ὃ ἐστὶ φωνή.

PHILOGÆUS, Solis epitheton, à Græco φίλος, amicus, & γῆ, terra. Odo in Carmine de variâ fortuna Ernesti Bavar. Ducis apud Marten. to. 3. Anecd. col. 322.

*Ecce Philogaus tepidas inclinat habenas,
Et properat sol Hesperias incendere Gades.*

¶ PHILOLADIUM. Tabular. Cluniac. ad annum circiter 990. Ch. 591. *Dono monasterio Cluniacensi terram quam mihi Bernardus & Wicardus in Philoladium dederunt in villa Buffarias.* Haud scio an mendum sit pro *Filiolagium*, Donum, quod *filiolo* à susceptore seu patrino in adoptionis spiritualis tesseram confertur. Vide in *Filiolus*.

PHILOPARES. Vide *Filopares*.

PHILOPECUNIA, vox ibrida. Pseudo-Ovidius lib. 1. de *Vetula*:

... sed Philosophia

Exilium patitur, & Philopercunia regnat.

PHILOPOMPUS, ex Gr. φιλόπομπος, qui pompam, fastum & jactantiam amat. S. Gerardus Abb. Sylvæ Major. in S. Adelardi Vita cap. 14. *Cujus dignitatis honore indusiatus, ... non efficitur Philopompus, non, ut plures assolent, pompulentus.* [Sed vereor ne legendum sit *Philocompus*; ibi enim *pompulentus* idem est ac *philocompus*.] Vide *Philocompus*. Vita MS. S. Gaugerici Episcopi Cameracensis lib. 1. cap. 12. *Philopompi tyrannidem divina virtutis epitulatione sefellit.*

¶ PHILOPOPUS, Eadem notione, apud Marten. tom. 9. Ampliff. Collect. col. 887. *Dum magis Philopopi, quam veri philosophi, licet habitum prætendas, morem secteris, &c.*

1. PHILOSOPHIA, Vita Monastica, ἡεὶα φιλοσοφία, apud Isid. Pelusiotam lib. 1. Epist. 260. [*ἡ εἰς Χριστὸν φιλοσοφία*, in titulo libri Nili, quem Ἀρκήμιον inscripsit.] Majorianus Nov. de Sanctimonialibus: *Cum hujusmodi observatio Philosophiam religiosa mente suscipiens, non cogentis imperio, sed spontanea & matura deliberatione capiatur.* Willelmus Neubrigensis lib. 3. cap. 5. *Ædificando insigne illud Christiane Philosophia speculum, Monasterium scilicet de Fontibus.* Joannes Sarisberiensis lib. 7. Policrat. cap. 21. *Vita Claustralis virtutem Philosophorum incomparabiliter antecedit, aut, quod melius crediderim, rectissime & tutissime philosophatur.* Vide Vitam S. Nili Junioris pag. 164. & Gloss. mediæ Græcitatæ.

PHILOSOPHARI, Monachum agere. Luithprandus lib. 5. cap. 9. *Et ad vicinam insulam, in qua Cœnobaritarum multitudo Philosophabatur, tonsa ei, ut moris est, capite, ad Philosophandum transmittunt.* Et cap. 10. *Atque ad vicinum Monasterium ... tonsis, ut moris est, capitibus Philosophatum transmittant.*

¶ 2. PHILOSOPHIA, Litteratura, eruditio. Chronic. S. Petri Vivi tom. 2. Spicil. Acher. pag. 709. *Erat enim (Hieremias ex monacho Centulensi Archiepisc. Senon. electus) valde eloquens & studiosus in omni Philosophia.* Hinc

¶ 1. PHILOSOPHUS, Doctus, litteris egregie instructus. Henricus Huntindon. in Epist. ad Walter. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 190. *Splenduit temporibus nostris Lanfrancus Archiepiscopus vir Philosophus, vir perspicuus; cui successit Anselmus Philosophus & sanctissimus.* Ibidem: *Tempore nostro ... Episcopus Londoniensis ... Gillebertus magnus Philosophus.*

2. PHILOSOPHUS, Dignitas in Ecclesiis Canonicorum: eadem forte quæ magistri Scholarum, seu Scholastici. Tabularium Brivatense Ch. 385. *Signa Canonicorum S. Mauricii Viennensis Ecclesiæ, Otmaro Decani, Rostanni Archidiaconi, Adalardi Philosophi, Benardi Canonici, Ricardi Præcentoris, & aliorum Canonicorum.*

¶ PHILTRUM, pro Feltrum. Vide in hac voce.

¶ PHILUS, PHILOSUS, pro Pilus, Pilosus. Vita MS. S. Wenwaloæi fol. 79. *Omnia tamen membra*

ejus Philosa erant quasi caprea. Phili quoque ferrei omnes inerant durissimi.

¶ PHIO. Miracula MSS. Urbani V. PP. *Passam fuisse Phionem in digito sinistra manus* (dicunt.) An idem quod Paronychia, Gallice *Mal d'adventure*, à Gr. φῶν, nascor! Vide *Pinus*.

¶ PHITONES, pro *Pythones*, Pythone spiritu afflati. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1406. apud Rymer. to. 8. p. 427. *Quia datum est nobis intelligi quod quamplures sortilegi, magici, incantatores, nigromantici, divinatores, arioli, Phitones.* Occurrit præterea in Capitul. incerti anni Caroli Magni num. 40.

¶ PHITONISSA, Eadem notione, pro *Pythonissa*, in Epist. Innocentii PP. III. tom. 3. Concil. Hispan. p. 463. *In anima tua periculum detinens Phitonissam, excommunicatos defendis & usurarios atque Ecclesiæ inimicos.* Hinc

¶ PHITONIZARE, pro *Pythonizare*. Vide in hac voce.

PHLEBOTOMUM, FLEBOTOMUS, FLEBOTOMUM, Scalpellum venæ secandæ, ex Græca voce φλεβότομον, [quæ occurrit apud Hesychium, Symeon. I ogoth. in Michaelæ Theophili filio num. 1. & aliquot alios recentiores Græcos.] Ugutio: *Flebotomum, est illud instrumentum, quo vena percussitur in minutione sanguinis.* Gloss. Ælfrici: *Flebotomus, bloðyex.* Somnerus vocem Anglo-Saxonicam, *Scalprum Chirurgicum*, vertit. Saxonibus bloð est sanguis. Isidorus lib. 4. cap. 11. *Phlebotomum, ab incisione venarum, &c.* Gregorius II. lib. 1. Dialog. cap. 4. *Medicinale ferramentum, id est, Phlebotomum.* Acta S. Agnelli Abbatis: *Medicinale ferramentum meum tenens, quod ab incisione venarum, quæ Græce Fleve nominatur, Flevotomus dicitur.* Constantinus lib. de Chirurgia cap. 2. *Phlebotomus quoque non sit aruginosus, non asper, non longus, non tenuis, non rotundus, vel brevis, sed mediocris.* Beda lib. de Minut. sanguinis: *Dies Caniculares, in quibus nec Phlebotomum imponent, nec potionem dabunt.* Leges Wisigoth. lib. 11. tit. 1. §. 6. *Si quis medicus Flebotomum exercet, & ingenuum debilitaverit, &c.* Octavianus Horatianus lib. 2. cap. 16. *Quo vero repentinus dolor stomachi comprehenderit, ... his & Phlebotomo convenit subvenire.* Passim apud hunc Scriptorem. Adde Vegetium lib. 1. de Arte veterin. cap. 21. & alibi non semel, Matthæum Westmonast. ann. 1100. Walafridum Strabum de Miraculis S. Galli cap. 37. Vitam Godefredi Comitis Campebergenis cap. 48. &c.

¶ PHLEBOTEMUS, in Actis S. Udalrici tom. 2. Julii pag. 117. *Adalbero ibi cum Phlebotemo sibi phlebotomando sanguinem minui fecit.*

¶ PHLEBOTOMIA, à Gr. φλεβοτομία, Venæ sectio. Chronic. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1074. *Grimoaldus Rex X. in Mediolano coronatur, qui per 1x. annos regnavit; qui à Phlebotomia, dum columbam sagittat vena aperta est, in civitate Papiensi ... moritur.* Medic. Salernit. pag. 376.

*Exhilarat tristes, iratos placat, amantes
Ne sint amentes Phlebotomia facit.*

PHLEBOTOMARE, Percutere, sanguinare sanguinem, Ugutioni. Ex Græco φλεβοτομῆν. Fulgentius lib. 3. Mythol. *Ischiacos eosdem Phlebotomant loco, &c.* Beda de Minutione sanguin. *In his diebus Phlebotomari prohibetur.* Tudebodus de Hierosol. Itinere lib. 1. *Fuerunt itaque nostri in tanta afflictione sitis, quod Flebotomare facerent suos equos & asinos, quorum sanguinem bibebant.* Occurrit passim apud Cælium Aurelian. Siccensem in libris Chronion, Octav. Horatianum,

Horatianum, Alexandrum Iatrosophistam, Vegetium de Arte veterin. libro 1. capite 24. & alios medicos: præterea in Legibus Wiligothorum lib. 1. tit. 1. §. 1. in Chronico Montisfereni ann. 1137. 1146. in Vita Adheleidis Imperatricis lib. 2. pag. 413. in Histor. Translat. S. Joannis Abb. Reomaënsis num. 8. in Chronico Sublacensi an. 1003. &c. Metaphorice Galvaneus Flamma in Manipulo florum cap. 139. *Monasterium S. Vincentii Phlebotomavit, de cujus sanguine Monasterium S. Dionysii construxit.* Similia habet Chronicon *Flo-*

PHLEBOTOMARE, in Statutis Avenion. lib. 1. rubr. 43. art. 20.

FLEBOTOMARE. Computus an. 1336. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 275. *Quando dominus fuit Flebotomatus, taren. 3. gran. 10.*

FLEBOTOMIZARE, apud Conradum de Fabria de Casibus S. Galli cap. 7.

FLEBOTOMARIUS, qui venam fecat, Chirurgus, Græc. φλεβοτόμος. Gloss. Ælfrici; *Flebotomarius*, bloD lætere, Chirurgus, qui venam aperit. Saxonibus bloD-lætan, est *Phlebotomare*. Chronicon Farfense: *Qui Romam venit, & completo anno quidam Flebotomarius malivulus veneno imposito flebotomo illum interfecit.*

PHLEBOTOMATOR, Eadem notione, in Historia mortis S. Leonis IX. PP. num. 15. Constantinus Africanus lib. de Chirurg. cap. 2. *Phlebotomator discat tactu digitorum venas, carnem, nervum agnoscere.*

PHLEGARIUS. Charta Archiduc. Austriæ ann. 1365. apud Steyer. in Histor. Alberti II. Duc. Austr. col. 426. *Mandamus. . . omnibus nostris provincialibus marscalcis, amministratoribus, capitaneis, vicedominis, Phlegariis, castellanis, &c.*

PHLEGBOTOMARE. Vide in *Phlebotomum*.

PHOCAPIS. Vetus Gloss. Lat. Gall. Thuanum MS. *Phocapis, icis, Tartre.*

PHOCIA, pro Phoca, si bene conjecto, Vitulus marinus. Vide *Esono*.

PHOEBIGENA. Ita epistolæ cuidam seipsum inscribit Alcuinus, apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 311. *Dilectissimo in Christo filio, humilis Phæbigena perpetua prosperitate salutem.* Ubi male editum *Phæbigena*. Hujus nomenclaturæ non aliam suspicor rationem, nisi quod Alcuinus litteris apprime edoctus instituerit scholas iisque præfuerit.

PHOENICIUM, Pannus coccinus, seu *scarlatinus*, in quo remedia quædam topica includebant, convolvebant, & conligabant medici. Marcellus Empiricus p. 58. *Eamque Phænicio convolvat, colloque suspendat, &c.* Infra: *Cancris oculus subtiliter sublatius, & in Phænicio conligatus, colloque suspensus, &c.* Adde pag. 67. 110. 122. &c.

PHOLIDOTUS, Græc. φολιδωτός, Squamatus. Sic vocabant milites qui lorice squamatis utebantur; unde S. Petrus Hispanus *Pholidotus miles* dicitur Tamayo Salazari in Martyrolog. Hispan. ad diem 11. Martii, quod militiæ terrestri nomen primum dedisset. Vide Lipsium de Milit. Rom. lib. 3. dialog. 6.

PHOLLIS, Græc. φέλλης, Genus monetæ, apud Byzantinos potissimum. Acta SS. 20. Martyr. Tarsi tom. 1. Junii pag. 633. *Quinquagenos Pholles, unde vestimentum emeret, petivit.* Vide *Follis* 2.

PHONITUS. Index veter. Can. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 26. *Quod surreptum fuerit Apostolicæ sedi & suam in melius sententiam commutaverit, quando damnationem Phoniti rescindat.* Hæc ex Epist. Innocentii I. PP. unde desumpta sunt, cap. 7. num.

Tom. V.

14. edit. Constantii nostri, emendare licet; ubi Innocentius Photinum, quem decessor ex falso rumore damnaverat, absolvit.

PHONO, pro *Phano*. Vide in hac voce. Vexillum. Guidonis Discipl. Farf. cap. 30. *Reliquiæ sint congrue collocata; . . . Phonones à famulis deportentur, & unum signum cum eis mittant.* Vide in *Fano*.

PHONOS, à Græc. φόνος, cædes, Herba quædam, sic dicta quod sanguineum succum fundat. Vide Plinium lib. 21. cap. 56.

PHORITANUS, Externus, Gall. *Forain*. Charta ann. 1243. ex Archivis Massil. *Item quod omnis navis Phoritanorum iens ultra mare cum peregrinis, &c.* Vide *Foritanens*.

PHORONOMUS. Vide *Photonomus*.

PHOSATUM, Arx, fossa ad urbis tutelam, ut interpretantur Bollandistæ. Vita S. Stephani Sabait. tom. 3. Julii pag. 549. *Non enim te latet, quantum gratia apud Phosati symbolum valeam.*

PHOSCAS, Anatis species. Vide *Circella*.

PHOTINIANI, Hæretici, quorum antesignanus Photinus Sirmiensis Episcopus circa an. 351. II in primis impie docebant Christum nudum esse hominem ex Josepho & Maria natum. Vide Euseb. lib. 2. cap. 2. & 4. S. Epiphani. Hær. 71. & alios passim.

PHOTONOMUS, Qui lumen distribuit, illuminator. Rotgerus in Vita Brunonis Abbat. S. Pantaleon. Colon. cap. 24. apud Mabillonium: *Quibus Abbatem præposuit nomine Christianum, sua videlicet professionis Photonomum, & in lege Domini apprime eruditum.* [*Phoronomum* edidit Mabillonius; & recte quidem: cujus vocis notio eadem est ac *Pheronymus* supra.]

PHRATRIA, Societas, conspiratio, à Gr. φρατρία. Index vett. Can. to. 3. Concil. Hispan. pag. 24. *De conjurationibus & conspirationibus, quod crimen Græci Phratrias dicunt, &c.* Vide *Fratreia*.

PHRONTISTERIUM, φροντιστήριον, Monasterium. Acta SS. Phileæ & Philoromi, Rufino interprete, num. 8. *Jam immolavit in Phrontisterio.* *Αγνευτήριά τε & παρθενῶνες, & φροντιστήρια*, apud Gregor. Nazianz. orat. 3. quæ prima est in Julianum. *τὰ τῶν ἀσκητῶν φροντιστήρια*, Palladio in Vita Chrysofomi pag. 96. edit. Emerici Bigotii: *ψυχῶν φροντιστήρια*, Theophylacto in Institut. Reg. c. 10. [in Synaxariis in Constantino Judæo 26. Decemb.] Perdiccas Ephesus de Themat. Hieros. *& δέκα φροντιστήρια παρθένων ἰσαριθμῶν.* Ita auctor Vitæ S. Nilii Junioris p. 112. [Anonymus in Porphyrogen. num. 49.] & alii, qui laudantur in Notis ad Cinnamum pag. 430. Vide Glossar. med. Græcitat.

PHRONYMUS, à Græc. φρόνιμος, Prudens; *Phronyme*, prudenter. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 185.

Rex vero Phronymus scindens ferale volumen, Aspernatus eos, flammis projecit in altis.

Et pag. 192.

Sæpe meis, fateor, parebas Phronyme dictis.

PHRYGES, Turcæ dicuntur Urbano VI. PP. quod Natoliam, cujus Phrygia pars est, occupabant, eosque cum priscis Trojanis confundit: usque adeo his temporibus historiæ invaluerat ignorantio. Epist. an. 1388. apud Raynaldum in Anal. Eccles. *In tantum rabies efferata Phrygum, qui Teuceri alius Turchi nuncupantur, nominis Christiani perpetuorum & immanissimorum hostium intumuit, &c. Deliberavimus . . . duas galeas sufficienter armare & contra hujusmodi Phryges in subsidium fidelium in proximo destinare.*

¶ PHRYGIARE, Acu pingere, opere Phrygio ornare. Vita B. Columbæ Reatinæ to. 5. Maii pag. 396. * Et pallium altaris argento Phrygiatum obtulit.

PHRYGIUM, interdum sumitur pro limbo seu ornatu ex opere Phrygio, ut apud Leon. Ostiensem lib. 2. cap. 44. *Obtulit similiter S. Benedicto planetam purpuream aureis Phrygiis, mensium 12. signa in se habentibus ornatam.* Lib. 3. cap. 57. *Planetam purpuream cum Phryso & cum aquila ex margaritis contexta.* [Chronic. Franc. Pipini lib. 2. cap. 49. apud Murator. tom. 9. col. 669. *Illic argentum, aurum, margarita, mire fabricata Phrygia latissima, fulcimenta vestium serica.*] Præterea

PHRYGIUM sumitur pro præcipuo capitis summi Pontificis ornamento, quod hodie triplici corona insigne est, vulgoque *Regnum* appellant Scriptores, quo in solennibus ceremoniis utitur, quodque à Constantino Mag. Silvestro PP. concessum aiunt. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 6. *Tiara, est Phrygium, quod dicunt.* Arnoldus Abbas Bonæ-valis de 7. Verbis Domini: *Hac (thyara) etiam minores Sacerdotes utebantur, eratque byssina, circumdata coronula aurea, opere textili facta, sicut hodie Phrygium mitris nostrorum Pontificum plerumque consuitur.* Charta donationis Constantini Magni apud Anastasium Biblioth. *Deinde diadema, videlicet coronam capitis nominis nostri, simulque Phrygium, nec non & superhumeralis, &c.* Callistus II. PP. in Epist. ad Stephanum Camerar. Legat. Sed. Apost. *Et Frigii quidem corona capiti nostro imposta, gaudentes exultantesque per viam sacram ad Lateranense palatium usque solenni ritu nos profecuti sunt.* Chronicon Mauriniacense lib. 2. *Ibique Romani Pontificis, ac ut sibi consuetudinis est in sacris magnisque festivitatibus, Frigio coronatus, . . . ad Ecclesiam matricem pervenit.* Sugerius in Ludovico VI. Rege, de Alexandro PP. *Cumque Turonis apud S. Martinum, ut mos est Romanis, Frigium ferens: Latere Hierusalem celebrasset.* Et infra, de Callisto II. *Ibique more Romano seipso preparantes multo & mirabili ornatu, circumdantes capiti ejus Frigium, ornamentum imperiale instar galeæ circulo aureo circuncinnatum, imponunt.* Joann. Sarisberienensis lib. 8. Policrat. cap. 23: de Adriano PP. *Spinosam dicit Cathedram Romani Pontificis, in tantum acutissimis usquequaque consertam aculeis, tanteque molis, ut robustissimos premat, terat, & comminuat humeros. Coronam & Phrygium clara merito videri, quoniam ignea sunt, &c.* [Guido in Vita Cælestini V. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 617. *Roma itaque Bonifacius Frigii regni corona festive redimitus.*] Denique Jacobus Stephanus Cardin. lib. 2. de Coronatione Bonifacii VIII. cap. 7.

*Tunc Senior Levita manu diadema venustum
Imperii signum, pavonis cortice candens
Pennarum intexto, gemmis radiantibus auro,
Vallatum in gyro, cui summo in vertice carbo
Evomit & cubito gemmarum maxima flammæ,
Imposuit capiti, spheræ cubitique figuram,
Accipiens Phrygium, lapidem fulgoris inanem
Quondam, sed nivei plenum candoris acuto
Vertice contentum gemma, nunc temporis auctum:
Hac Romana tenens quondam fastigia Casar
Constantinus apex statuit, tum primus in orbe
Fonte sacro purgatus herus, propriis sibi Regnum
Seu Phrygium manibus Silvestri in vertice pressit.*

Ex qua sane Phrygii Pontificii descriptione colligi potest, similis fuisse figuræ, qua Constantini M. *Camelaucium*, de quo pluribus egimus in Dissert. 24. ad Joinvillam pag. 291.

¶ PHRYVICUM BUTYRUM, pro *Frisicum*, ni fal-

lor, Gall. *Beurre frais.* Medic. Salern. edit. 1622. p. 227. *Sexta (cerevisiæ proprietates) quod ventrem molliat. Ejusmodi inter triticeas Hamburgensis existit: grati saporis est, multum substantia habet, . . . & in solvendo alvo per se, aut cum butyro Phryfico primum locum sibi vendicat.* Vide *Frisicus*.

¶ PHRYSUM. Vide *Phrygium*.

PHTISISCERE, Phtisica passione laborare, apud Sidonium lib. 5. Epist. 14.

¶ PHUND, Libra. Vide *Funt*.

¶ PHYALA FRANCISCA, inter ministeria sacra recensetur in donatione S. Rudehardi Episc. pro Monast. S. Salvatoris de Cella-nova, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 181. *Concedimus etiam Phyalas argenteas Franciscas 11. soparia exaurata, lopas exauratas cum coopertoriis 11.* Vide *Phiala*.

PHYLACTERIA, appellabant veteres *Amuleta*, ad arcendos vel pellendos morbos. Gloss. Græc. Lat. *φυλακτήριον, Servatorium, amolimentum, amoletum, prævia.* (l. breviam) [Gloss. x. saltem sæc. ad calcem collect. Can. è Bibl. DD. *Chauvelin Reg. sigill. Custodis: Phylacteria, id est x. verba legis, aut scriptura vana, quod ligat homo super caballum aut super caput suum.*] Gloss. Latin. MS. *regium: Phylacteria, carmina.* Vett. Glossæ MSS. ad Concilium Laodic. cap. 36. *Pittatiola decalogi collis suis suspendentes Judæi Phylacteria vocabant: sed hic obligationes, quas hominibus suspendunt incantatores intellige.* Marcellus Empiricus cap. 8. *Et Gaitano lino inserto pro Phylacterio uteris, voto prius facto contra Solum orientem, quod eo anno cerasa non sis manducaturus.* Cap. 14. *Et laboranti de uva, luna septima, Phylacterii more suspendes.* Adde pag. 104. 155. Quæ quidem *Phylacteria* ut diabolicas adventiones semper proscripsit Ecclesia. S. Augustinus serm. 215. de Temp. *Per fontes & arbores, & diabolica Phylacteria, per characteres, & aruspices & divinos . . . sibi mala miseri homines conantur inferre.* Serm. 163. *Auguria non observent, Phylacteria & characteres diabolicos, nec sibi, nec suis, aliquando suspendant.* Capitula S. Bonifacii Mogunt. cap. 33. *Si quis auguria, . . . Phylacteria, id est scripturas, observaverit, &c.* Capitula Caroli M. lib. 6. c. 72. *Phylacteria, vel falsa inscriptiones, aut ligatura, &c.* Ita passim utuntur S. Audoenus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15. pag. 216. Acta S. Anastasii Martyris apud Baronium ann. 713. num. 7. Vita S. Nili junioris pag. 4. Gregor. III. Epistola 3. ad Optimates German. Beda lib. 4. Hist. cap. 27. Synodus Laodic. cap. 36. Trullana cap. 61. Moguntin. an. 742. Romana sub Gregor. II. PP. cap. 22. Agath. cap. 68. Liptini. cap. 5. Capit. Caroli Mag. lib. 7. cap. 94. Addit. 2. Ludovici Pii cap. 18. [Marbodius de Herbis lib. 5. c. 11.] &c. Vide *Brevia, Ligatura*, [Martini Lex. in hac voce,] & quæ de ejusmodi amuletis & phylacteriis contra morbos congeffit Jacobus Gothofredus ad leg. 3. Cod. Th. de Maleficis, & Leo Suavius ad Paracelsum.

¶ PHYLACTIRIA, in Libello Pirminii to. 4. Analect. Mabillon. pag. 587. *Omnia Phylactiria diabolica & cuncta supradicta nolite ea credere, &c.*

¶ PHILATERIA, Eadem notione, in Conc. Tolet. xvii. inter Hispan. tom. 2. pag. 760.

PHYLACTERIA apud Christianos, dictæ Arculæ, in quibus Sanctorum reliquiæ reconduntur, quod eæ ferventur, vel deferantur *εις φυλακτήριον*, ut loquitur Theophanes an. 31. Copronymi, pag. 375. *Καὶ εἶπε λείψανον ἄγιον ἐφάνη τις ἔχων εἰς φυλακτήριον, καὶ τὸτο τῷ κυρί παραδῶκεν.* Ita hoc loco ἐγκόλιον in-

digitat, quod *φυλακτόν* vocat Leo Grammaticus in Theophilo pag. 451. Albericus in Chron. *Phylacterium à collo usque ad pectus pendens Sanctorum reliquiis refertum, quorum patrocinio se in periculis tutum futurum credebat.* Joan. Diaconus in Vita Gregorii Mag. lib. 4. cap. 80. *Reliquiarum Phylacteria, tenui argento fabricata, vilique pallio de collo suspensa.* Hist. Miscella lib. 20. pag. 629. *Et pretiosa quidem ligna ab eo sublata supra mensam posuit, Phylacteria vero in collo suo suspendit.* Vide *Encolpium*.

PHYLACTERIA etiam appellabant Thecas, in quibus reconduntur Sanctorum reliquiæ, quæ in ædibus sacris servantur. Beletus de Divinis Offic. cap. 115. *Est tamen discrimen inter Phylacterium & Phylacteriam. Phylacterium enim chartula est, in qua decem Legis præcepta scribebantur, cujusmodi chartas solebant ante suos oculos circumferre Pharisei, in signum religionis. Unde in Evangelio: Dilatant enim Phylacteria sua, & magnificant simbrias. Atque hoc quidem Phylacterium à *φυλάκτω*, & *Thorah*, quod est Lex. Phylacteria autem, phylacteria, vasculum est, vel argenteum vel aureum, vel etiam crystallinum, in quod Sanctorum cineres & reliquiæ reponuntur.* Dudo lib. 3. de Morib. Norman. *Delatisque Sanctorum Phylacteriis, manibus super ipsa impositis. . . . juravit, &c.* [Testament. Everardi Comit. an. 837. apud Miræum tom. 1. pag. 21. *Phylacterium de almandinis & cristallo paratum unum, Phylacterium argenteum unum, &c.* Translat. S. Ebrulfi sæc. 5. Bened. p. 230. *Pyxides vero plures protulit, ac Phylacteria in quibus erant sacra cum inscriptionibus suis pignora.*] Hugo Flaviniac. in Chron. Virdun. *Phylacteria aurea & argentea & crystallina cum Sanctorum reliquiis.* Utuntur hac notione Bonifacius, Hugo Flaviniacensis in Chronico Virdunensi, pag. 167. 246. Petrus Cluniac. lib. 6. Epist. 28. Vita S. Willelmi Ducis cap. 16. Harigerus in Vita S. Landoaldi num. 9. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 599. 619. Helgaudus in Vita Roberti Regis pag. 74. Gesta expugnantium Jerusalem cap. 17. &c.

¶ **PHILACTERIA**, fem. gen. Guidonis Discipl. Farf. cap. 5. *Philacteria superstolantur & tapetia ex formis auferantur.* Et cap. 8. *Post versum seniores ponant Philacterias super altare hinc inde, sicuti in choro consistunt.*

PHILATERIUM. Gregorius Mag. lib. 12. Epist. 7. *Adulovaldo Regi transmittere Philateria curavimus, id est, Crucem cum ligno sanctæ Crucis, &c.* Dudo lib. 2. de Actis Normannorum:

Reliquiæque simul, Philateria, cruxque verenda.
Monast. Anglic. tom. 1. pag. 93. *Dedit etiam de suis capellis capsides & Philateria cum nonnullorum Sanctorum reliquiis.*

PHYLATTERIA. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. num. 26. *Phylatteria, est vasculum de argento vel auro vel crystallo, vel ebore & ejusmodi, in quo Sanctorum cineres vel reliquiæ reconduntur.* Le Roman de Rou MS.

*Desous out une Filature
Tout le meilleur qu'il pot estire
Et le plus chier qu'il pot trover.*

Alibi:

Filatières & Testes, & autres saintuaires.

Le Roman du Renard couronné MS.

*Qui dont oist vilain jurer
De crois, de Dins, & de Philateres,
Qu'il fu pendus ainsi con lerres.*

Adde Dissert. 26. ad Joinvillam pag. 310. & Concilia Ecclesiæ Rotomagensis pag. 254.

PHYLARCHI. Ita Saraceni Duces suos vocabant, Tom. V.

quod *εις φυλάκας*, seu tribus divisi essent 12. quibus ii imperabant, ut testatur Procopius lib. 1. de Bello Persico cap. 17. 19. 20. Julianus Antecessor Constit. 95. *Neque Phylarchum, id est Saracenorum Ducem, &c.* Marcellinus Comes: *Quindecim millia Saracenorum ab Alamundaro cum Chabo & Heside Phylarchis limites Euphratesis ingressa sunt.* Occurrit passim apud Theophanem, & alios scriptores Byzantinos, & in Vita S. Nili junioris pag. 26. Vide Henricum Valesium ad Ammiani lib. 24. & Glossarium Fabroti ad Constantinum Manassem.

PHYSICA, Medicina, *ιατρική*, quæ circa hominis naturam versatur. Willelmus Malmesbur. in prologo libri 2. de Gestis Angl. *Logicam enim quæ armat eloquium, solo libavi auditu: Physicam, quæ medetur corporis valetudini, aliquanto pressius concepi.* Will. Tyrius lib. 18. cap. 34. *Nostri enim Orientales principes, maxime id efficientibus mulieribus, spreta nostrorum Latinorum Physica & medendi modo, solis Judæis, Samaritanis, Syris & Saracenis fidem habentes, eorum cura se subjiciunt imprudenter, & eis se commendant Physicarum rationum prorsus ignaris.* Hugo Falcandus de Calamitate Siciliae pag. 683. *Misit Archiepiscopum Salernitanum, virum in Physica probatissimum.* Egidius Corboliensis MS. de Virtutibus medicaminum:

*Quo Pessulanus ubi Mons auctore niteret,
Jam dudum Physica laus eclipsata fuisset.
Qui vetulo canos profert de pectore sensus
Ricardus, senior quam plus atate senili.*

Et lib. 3. de Salerno:

Fons Fisica, pugil eufrasia, cultrix medicine.

De Studio Physicæ Montispeffulani vide præter Ranchinum, Gariellum in Episcopis Magalonsibus pag. 155. Gaufridus de Vino Salvo in Poëtria MS.

Instar Papa boni pastoris ab ore supino

*Servat ovile suum, vel quomodo Physica curat
Corpora, sic animas & vulnera curat eorum.*

Utuntur Guigo in Vita Hugon. Episc. Gratianop. num. 32. Ordericus Vital. lib. 3. pag. 477. Will. Tyrius lib. 18. cap. 19. Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 40. Honorius III. PP. in V. Compilat. tit. 27. cap. 1. Matth. Paris pag. 639. Tho. Archidiac. in Hist. Salonit. cap. 19. Joann. Sarisberienfis lib. 1. Metalog. cap. 4. lib. 2. cap. 6. Vitæ Abbatis S. Albani pag. 67. &c. Le Roman de la Malemarastre MS. *Jadis Ypocras si fu li tres plus sages clers de Physique, qui onc fut à son tans.* Guillelmus Guiart, in Philippo Augusto:

*Grand dueil en orent Crestiens,
Tant que tous ses Physiciens
Qui de luy garir s'entremissent,
D'assentement commun li distrent, &c.*

¶ **PHYSICA CONFECTIO**, Medica. Concil. Turon. ann. 1163. cap. 8. *Sub obtentu languentium fratrum medendi corporibus. . . . regulares quosdam ad legendas leges, etiam confectioes Physicas ponderandas, de claustris suis educit (diabolus.)*

¶ **PHYSICALIS**, Medicinalis. Charta an. 1230. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 968. *Consideratis meritis & fama & agritudine tanti viri, . . . & quæ in physicis & Physicalibus rebus & familia sua oporteret sustinere, provisionem ei assignavit, &c.*

PHYSICUS, Medicus. Lambertus Ardensis p. 117. *Unde & Physici ejus neminem ad ipsum accedere permittebant.* Adde pag. 118. Testamentum Asini editum à Petro Lambecio: *Fel apothecarius, stercus meum medicis, urinam quoque Physicis.* Rigordus

professione *physicum* se dicit prologo Historiæ. *Medici physici*, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 21. *Magistri in Physica*, in Constitut. Sicul. lib. 3. tit. 34. Ita usurpant hanc vocem Concilium Turon. III. an. 813. cap. 48. Willelm. Tyrius lib. 18. cap. 19. Oliverius Scholast. pag. 1186. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. pag. 1135. Arnoldus Lubecensis lib. 2. cap. 40. Anonymus in Chronicis Sclavicis cap. 34. Matth. Paris p. 234. 511. Liber de Gozecensis Monast. fundatione pag. 226. &c. Vide præterea Leges Alphonas parte 1. tit. 17. lege 28. part. 2. tit. 9. lege 10. Ita usurpavere etiam hanc vocem nostrates: Alanus Charterius in Parlamento amoris:

*Et la tres douce Physicienne
Pour guerir son servant seable.*

Idem de tractatu de l'Esperance: & se le patient crie, & se guerment de la dureté de son mire, qui la laisse en tele chaleur estever, pourtant n'est men le sage Physicien à lui ottoier. Vide Monstrelletum 1. vol. pag. 66. 3. vol. pag. 25. Christianum Pisanum 1. part. cap. 13. & Stephan. Paschasium lib. 8. Disquisit. Francicar. cap. 26. Clericos *Physica* seu medicinæ operam dedisse probat Angelus à Nuce ad Leonem Ost. lib. 1. cap. 33. lib. 3. cap. 7. Vide Concilium Monspeliense an. 1195.

⊕ Fatendum tamen est Clericis, Monachisque sæpius interdictum fuisse à canonibus ne huic scientiæ vacarent. Concil. Turon. an. 1163. cap. 8. & alia bene multa. Id sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ vetant Statuta Eccles. Cadurc. &c. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 743. *Item, religiosi leges vel Physicam audientes. Statuta Ordin. Prædicat. an. 1243. ibidem col. 1685. Item, fratres non studeant in libris Physicis.*

⊕ *PHYSICUS MONASTERII*, Cui in Monasterio cura infirmorum demandata. Capitul. gener. MSS. S. Victoris Massil. *Item de officio infirmariæ; primo statuimus & ordinamus quod annuatim scilicet in festo S. Joannis Baptista Physicus monasterii juret in Capitulo coram conventu in manibus Prioris claustralis recipientis juramentum nomine ipsius & totius conventus fideliter se habere circa curam infirmorum, ut habeant omnia necessaria tam in rebus medicinalibus, quam in aliis condecensibus & necessariis juxta infirmitatem quam quilibet patietur; quod nec amore, nec odio, nec prece, nec pacto alicujus moveatur, quin provideat cuilibet.*

⊕ *PHYSICE*, i. e. secundum Medicos. Miracul. S. Humilianæ tom. 4. Maii pag. 406. *Patiebatur infirmitatem in femore, qua vulgo dicitur anghio, Physice dicitur bubo.*

PHYSICULATUS, in Catholico parvo, *divinatus*, vel *pronunciatus*. Ibidem: *Physiculo*, *deviner*, *prononcer*. Vox augurum & aruspicum. Gloss. Isid. *Physiculo*, *propitio deos*. *Physiculator*, *augur*, *naturas in extis animantium quarens*. Proinde vox formata, ut putat Scaliger, à *φυσικεύειν*. Martianus Capella lib. 1. pag. 5. *In sanis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denuntiata pecundum cade Physiculatis extorum proficiis viscera loquebantur. Et lib. 2. pag. 38. Hac aruspicio exta Physiculant admonentia quadam, vocesque transmittunt. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 47.*

Et quamvis odiis proscriptus Physiculatis, &c.

[Malim *Physiculatum* odium capitale, naturale seu domesticum interpretari, ut ex sequenti versu colligi posse videtur:

Protinus arbitrio, Wilfride, piabere nostro.]

Saxo Grammaticus lib. 1. Histor. Danicæ, de va-

riis Mathematicis: *Secundi post hos primam Physiculandi solertiam obtinentes artem possidere Pythonicam, &c.* [Hinc emendandus Robertus monachus in Histor. Palæst. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 3. pag. 96. ubi perperam editum *physicaculari*, pro *physicuari*. Vide *Fissiculare*.]

⊕ *PHYSIOLOGUS*, Medicus, qui de iis quæ ad naturam hominis spectant, disserit. Acta Murenfis Monasterii apud Eccard. de Orig. Habsburgo-Austr. col. 217. *Item Augustinus de verbis Domini, & de verbis Apostolorum, & Physiologus. Johann. Abrinc. de Offic. Eccles. pag. 46. Tot enim diebus secundum Physiologos humanum corpus intra matris uterum adita nativitatæ die compaginatur.*

⊕ *PIA*, Eo nomine Reliquias Sanctorum aliaque pietatis instrumenta, quibus donantur ii qui summum Pontificem adeunt, intelligere videtur Johannes Hiscannensis Abbas in Epist. ad Leonem IX. PP. apud Marten. Nov. Collect. vett. Script. pag. 22. *Hi certe contempta super pace Apostolica vestra sanctione, me invaserunt, spoliaverunt, & omnibus Piis lacrymabiliter dehonestaverunt, &c.*

PIABILIS, *Grandis*. Sic Glossæ antiq. MSS.

PIACA, *Papiæ*, *Aigatia*. [Jam monuimus in v. *Aigatia* legendum esse *Pica*, Gall. *Pie*, quam Picardi *Agache* vocant.]

⊕ *PIACUM*, Pœna, animadversio, Gall. *Punition*. Statuta antiqua Canonic. Regul. apud R. Duellium Miscell. tom. 1. pag. 88.

*Qui non prodit se, punitur, nonque pusille,
Sed quasi pro duplici, quia peccavitque, reatum
Celari voluit; gravius capit ergo Piacum.*

⊕ *PIAGO*, ἀγνίζω, in Gloss. Lat. Græc. Cod. Reg. *Purifico*, *purgo*; Sangerman. *Pugno*; forte *Pie ago*, ex Barthio.

⊕ *PIANCA*, vox Italica, *Affer*, Gall. *Planche*. Chron. Petri Azarii ad ann. 1357. apud Murator. tom. 16. col. 344. *Et tunc castellanus, deposito asfere seu Pianca cum cuzella, dixit, &c.*

⊕ *PIANCAVUM SAMITUM*. Sallas Malaspinæ de Reb. Sicul. lib. 4. cap. 6. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 295. *Suspensis ad chordas strophæis, flectis, . . . cultris tectis de Piancavo samito, bysso & purpura, &c.* Vide *Exametum*, & *Pigacium*.

⊕ *PIANTONUS*, ab Ital. *Piantone*, idem quod infra *Planco*, & *Planfonus*, ramalis talea. Statuta Placent. lib. 5. fol. 65. recto: *Item quicumque destruxerit salicet franciscos & Piantonos, & insedumina novella, solvat communi Placentiæ soldos 20. pro quolibet salice & Piantono.*

PIASTER, *Pinus silvestris*. Ebrardus in Græcismo cap. 25.

*Arboreumque tamen dic femineum fore nomen,
Ni dumus, rabus, oleaster, sive Piafter.*

1. *PICA*, *PICCA*, ex Gallico *Pic*, Unidens ligo, quo terra atteritur, & foditur; *epupa*, Plauto in Captivis, ut observatum à Salmasio ad Pollionem, *obpopa* & *otpopa*, ὄπωξ, in veteribus Glossis, unde nostrum *houë* eruit. Will. Brito lib. 2. Philippid. pag. 115.

*. . . Sub eis que secare minarius instat
Cetibus & Piccis imi fundamina muri.*

Will. de Podio-Laurentii cap. 38. *Turribus & muris fortiorum destruendis Picas ferreas applicabant.* [Monstræ factæ apud Chassagniam ann. 1511. Stephanus Rigelon, injunctum est ei quod habeat unam *Picam*.]

PICATOR, Qui *pica* terram fodit. Lambertus Ardensis p. 258. *Fossarii cum fossoriis, liganista cum liganibus, Picatores cum picis, malleatores cum malleis.*

PICO, Idem quod *Pica*. Epistola Arnoldi Archiepiscopi Narbonensis de parva victoria contra Mauros in Hispania an. 1212. *Postmodum capiti castri ejusdem incessanter sagittis & lapidibus per totum diem & noctem impugnarunt, muros nihilominus cum Piconibus fodientes.*

PICHA, eadem notione. Chronic. Tarvis. apud Murator. tom. 19. col. 765. *Impugnans partim cum scalis erectis muris, & partim cum Pichis ferreis sudibusque, &c.*

PICHO, in Annal. Estens. Jacobi de Layto apud Murator. tom. 8. col. 981. *Paratis itaque multis malleis, sive Pichonibus ferreis atque scalis, &c.*

A voce *Pica*, dictæ sarissæ, seu longiores pedum hastæ, ut quibusdam placet. At cum alia profusus sit picarum, seu sarissarum, forma, aliis non arridet hæc sententia. Turnebus lib. 21. Adversar. cap. 25. *Picas nostrates, quasi spicis appellatas putat; & revera spicarum speciem profusus referunt. Octavius Ferrarius à spiculum deducit.*

2. PICA, Ordo recitandi divini officii, vulgo *Directorio*. Breviarium edit. Londini an. 1555. *Incipit ordo Breviarii seu portiforii secundum morem & consuetudinem ecclesiæ Sarum (seu Sarisburiensis) Anglicanæ una cum ordinali, seu quod usitato vocabulo dicitur Pica, sive directorium sacerdotum. Pica de Dominica prima Adventus. Vide Ordinale.*

PICAGIUM, Tributi species, quod, ait Spelmanus, in nundinis penditur ob veniam effodiendi soli; sic ut tabernacula ponantur nundinalia, stationes, & officinæ, quas *stalla* vocant; facultas *de piquer la terre*, nostris. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 722. *Sint quieti de . . . omnibus auxiliis, placitis, querelis, & ad omnia Comitatus, & de muragio, pontagio, pannagio, pavagio, passagio, cariagio, tallagio, Picagio, &c.* Idem pag. 976. *Quieta de omnimodo pavagio, passagio, estagio, stallagio, cariagio, Picagio, teragio, tronagio, &c.* Vide *Pictare*.

PICARDIA, Belgicæ notissima hodie Provincia, cujus urbs præcipua Ambianum, unde id nominis acceperit, nemo adhuc, ut opinor, assecutus est; adeo ut mirum sit, ab aliquot sæculis appellationis originem hæcenus incompertam esse. Quis enim Jacobi Guisii lib. 1. Annal. Hannonensium cap. 32. amplectatur sententiam, scribentis, à nescio quo Pignone, ex Alexandri M. Ducibus, qui castrum Piquiniacense ad Somonam fluvium struxerit, sic appellatam? tametsi Joannes Curbichonus, qui Caroli V. Regis mandato librum de Rerum proprietate in Gallicam linguam vertit an. 1372. lib. 15. cap. 122. eidem adstipulari quodammodo videatur, hisce verbis: *Picardie est une partie de France vers Beauvais, qui est ainsi appellée pour le chasteau de Piquigny, comme dit Grodogne au livre de la Destruction des Troiens. Car le chasteau Piquigny eut jadis la Seigneurie de tout le pays jusques à la mer d'Angleterre, pour ce de Piquigny fut Picardie nommée.* Mox subdit, Picardiam complures urbes complecti, Ambianum scilicet, Bellovacum, Abbatis-villam, Clarummontem, Hamum, S. Quintinum, Durlanum, Noviodunum, Tervannam, Turnacum, Atrebatum, S. Audomarum, Bethunam, Duacum, Orchiacum, & alias complures: præterea Picardiam dividi in superiorem, quæ Parisiorum provinciæ finitima est, & inferiorem, quæ Flandriæ & Brabantia. Sed cum castrum *Pinchiniacum*, uti vocatur à Dudone lib. 3. de Act. Norman. pag. 104. non ut hodie *Piquigny*, sed *Pinken*, & Latine *Pinconium*, in veteribus utriusque linguæ Tabulis appelleretur, vix est, ut in hanc sententiam aliquis sa-

cile concedat: cum præterea castrum nudum sit, nec ullius apud Romanos antiquitatis, tametsi illustri admodum familiæ, quæ Ecclesiæ Ambianensis Vicedominatum obtinuit, nomen dederit.

Falsetus lib. 2. de Militia Francorum pag. 123. Papyrius Massonus in Notitia Gallia, & aliquot alii post laudatum Curbichonum, ab eo armorum genere, quod vulgo *Pique* appellamus, dictos *Picardos* volunt, quod ea, ut aiunt, gentis ejusce propria fuerint, juxta illud Lucani lib. 1. de Sueffionibus:

. . . Longisque leves Sueffiones in armis.

De quo etiam egit Cluverius in Germania antiqua pag. 297. Sed & neque Sueffionibus propria fuerunt hastæ longiores, ut quæ Pannonibus etiam ab Ammiano lib. 17. & Armoricis nostris tribuantur ab Eucherio Lugdun. lib. 2. de Instruct. cum deinde longe recentior legatur *picarum* apud nostros usus, vel saltem nomenclatura, nec illa videtur propior vero sententia. In Charta Caroli VI. Reg. Franc. an. 1321. ex Regesto 120. Tabular. Reg. Ch. 33. *picarum* Flandrensiu mentio fit: *à tout grans bastons ferrez, comme glaives & piques de Flandres.*

Andreas Thevetus lib. 15. Cosmogr. cap. 3. à quibusdam gentibus, quæ regiones has inhabitant, denominatam scribit Picardiam, nullo profusus fundamento, cum, quæ eæ fuerint, non nominet, nisi forte *Begardos* hæreticos intelligat, quorum nomen tantum auditum docuimus sub finem 13. sæculi à quibus denominatos *Picardos* non defunt qui existimaverint: tametsi *Begardorum*, quos eosdem cum *Begardis* plerique censent, nomen longe antiquius sit, cum ab ejusmodi hæreticis, quos cum Valdensibus eosdem esse volunt, hæreticos Bohemos *Picardos* vulgo inde appellari, constans fere sit opinio, quod ex Belgio in has provincias transferint. Etsi non magnopere repugnaverim, si quis ita dictos velit ab eorum quodam primario signifero, cui *Picardi* nomen fuerit, ut *Sicardos* olim ipsos Albigenes appellatos scribit Paulus Perrinus, à Sicardo præcipuo hæreseos doctore apud Lombrias, cujus meminit Willelmus de Podio-Laurentii cap. 4.

Sane *Picardos* Bohemos à Belgicis appellatos, nullo licet præterquam æquivocæ nomenclaturæ fundamento, ea, ut diximus, obtinuit hæcenus sententia, præsertim cum Picardiæ provincia hæc ipsa tempestate ea hæresi infecta legatur; quod præ cæteris testatur Matthæus Paris ann. 1236. *Circa autem dies illos, invaluit hæretica pravitas eorum, qui dicuntur Paterini & Bugares in partibus Transalpinis, de quorum erroribus malo tacere quam loqui, adeo quod fidei puritatem in finibus Franciæ & Flandriæ ausi sunt perturbando violare.* Quod rursus ingerit sub an. 1238. Sed & aiunt, Valdum, hæresis auctorem, cujus propagatores, atque adeo hæredes sese hodie profitentur nostri Calvinistæ, ac gloriantur, quod videre licet apud Paulum Perrinum in Valdensium Historia, summo Pontifice & Lugdunensi Archipræsule potissimum adnitentibus, pulsus Lugduno ann. 1163. in finitimas Flandriæ provincias migrasse, ubi pravæ suas opiniones propagaverit, adeo ut ea statim tabe infecta fuerint: quam quidem ut à populorum animis avelleret, Philippum Augustum in Picardiam cum valido exercitu profectum, urbes complures, ac nobilium castra fere trecenta funditus excidisse; hæreticos usque in Flandriam secutum, ubi eorum quamplurimos ignis supplicio damnaverit: ita

Dubravius lib. 14. Hist. Bohem. qui vera falsis hac in re miscet. Falsum enim, ullam suscepisse in Picardiam contra hæreticos expeditionem Philippum Regem, quam pro eo, quod in Occitania gestum est, bello perperam cepit, tametsi verum sit, *Bulgaros*, uti Valdenses vocabant, in Flandria & regionibus adjacentibus igne consumptos, quod in voce *Bulgari* adnotamus. Quinimmo longe ante Valdum, Manichæorum hæresis, à qua Valdensium profluxit, in iis viguit provinciis, ut colligere est ex Guiberto lib. 1. de Reliquiis Sanctorum cap. 3. lib. 3. de Vita sua cap. 16. & Synodo Atrebatensi an. 1025. nuper edita à viro doctissimo D. Luca Acherio tom. 13. Spicilegii. Ab istis tamen qui Picardiam infederant & infecerant, hæreticis, Bohemicos Picardos appellatos doctiorum fere est sententia, atque in primis Æneæ Silvii in Hist. Bohem. cap. 41. ubi de Adamitis. Sed & de iis ita Thuanus noster lib. 6. Hist. *Petrus Valdensium eorum antesignanus patria relicta in Belgium venit, atque in Picardia quam hodie vocant, multos sectatores nactus, cum inde in Germaniam transisset per Vandalicas civitates diu diversatus est, ac postremo in Bohemia consedit, ubi etiam hodie ii, qui eam doctrinam amplectuntur, Picardi ea de causa appellantur.* At Bohuslaus Balbinus in Epitom. Rerum Bohemicarum lib. 4. cap. 5. Picardos in Bohemiam tum primum venisse an. 1418. scribit. Vide Epistolam Valdensium ad Calvinum inter ejusdem Epist. num. 250. Georgium Bartholdum Pontanum in Bohemia sacra lib. 7. cap. 9. Gretzerum in Præloquio ad Ebrardum contra Valdenses cap. 4. [*Lenfant in Hist. Belli Hussit. lib. 5. pag. 79. & Dissert. de Beausobre de Adamit. Bohem. ad calcem laudatæ Historiæ.*]

Non defuere denique, qui nullo vero simili fundamento Picardiæ nomen huic Provinciæ inditum scripsere, ab incolarum indole, quos in rixas, quas nostri *piques* dicunt, procliviores esse aiunt: quasi vero, licet de Picardorum moribus id concederetur, quod in dubium jure vocari potest, toti provinciæ invidiosum & contumeliosum imponeretur nomen, quod ab omnibus tam facile reciperetur. Ita dum in rebus dubiis, incertis conjecturis ac divinationibus longe petitis indulgemus, fere semper nugas vendimus ac illudimus.

Cum igitur incertum maneat hujusce provinciæ nomenclaturæ etymon, duo potissimum supersunt investiganda, ac primum, quis ex antiquioribus Scriptoribus Picardiæ nomen ei attribuerit; alterum, an propriam antea nomenclaturam habuerit, priusquam ita indigitaretur. Falsetus ait, Petrum Blesensem in Epistolis *Picardiam* nominasse; vixit ille circa an. 1200. quod sane nondum deprehendi, nec scio an Blesensem legenti id mihi elapsus fuerit. Utcumque sit, Nicolaum de Braia, qui circa id temporis vixit, Picardiæ meminisse, adeoque his tum primum seculis ejusmodi nomen invaluisse. Ille enim in Vita Ludovici VIII. sub quo vivebat, quod in exitu operis testatur, ita ait:

*At Comes egregius, & Martius ille Philippus,
Etolonia patris imitans pia gesta Philippi,
Gloria Picardis, Comitum sed Flandria luget.*

Matthæus Paris, qui obiit ann. 1256. sub ann. 1229. *Qui enim seminarium tumultuosi certaminis moverunt, erant de partibus conterminis Flandria, quos vulgariter Picardos nominamus.* Describitur Epistola Alexandri IV. PP. à Waddingo an. 1256. num. 3. cum hoc titulo: *Venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis ac dilectis filiis Abbatibus, Prio-*

ribus... per Franciam, Burgundiam, Picardiam, Britanniam, & Normanniam constitutis. In Charta Simonis Card. Legati Apostolici an. 1266. fit mentio 4. Nationum Academiæ Parisiensis, Franciæ, Picardiæ, Normanniæ & Angliæ. Neque memini, me legisse id nominis in antiquioribus Tabulis ejusdem Academiæ, tametsi Nationum mentio fiat, iis non nominatis, circa an. 1232. in ejusdem Histor. Bulæana tom. 3. pag. 141. Exhinc *Picardia & Picardorum* sat frequens occurrit mentio, apud Eberhardum in Chron. an. 1287. auctorem Hist. Australis an. 1285. Guillelmum Nanngium in S. Ludovico pag. 377. & in Philippo Pulcro pag. 540.

Jam vero ut quædam dicamus de propria ac genuina Picardiæ provinciæ nomenclatura, antequam ita indigitaretur, quod uti observatum, vix ante annum 1200. obtinuit: constat nulla peculiari appellatione apud Scriptores denotari, si cum iis, quibus hodie porrigitur, tractuum spatiis illa spectetur: sed sui quique tractus à primariis urbibus, vel ab ipsis Comitatibus denominationem accipiebant. Verbi gratia, *Ambianensis, Pagus Ambianensis* dicitur Ludoni lib. 3. de Act. Normann. pag. 104. 135. 138. Philippus *Mouskes* in Ludovico V.

*En la contrée d'Aminois,
As paiens firent mult d'anois.*

Et in Philippo Aug.

*C'il d'Aminois & de Pontieu,
Tinrent bien d'autre part lor lieu.*

Apud Suger. in Ludov. VI. pag. 313. *Pontivos & Ambianenses & Belvacenses in sinistro (cornu) constituti approbavit.* Apud Rigord. ubi de prælio Bovinensi: *Supervenientes communiæ specialiter Corbeii, Ambianenses, Belvacii, & Compendii, Atrebatæ, &c.* Ita Ambianenses, Pontivos, & Corbeiensenses una memorat Chron. vernac. Flandriæ cap. 55. [Exstant, teste D. le Beuf, in veteri Antiphonario Senonensi MS. 13. sæculi, hi de Picardis versiculi, auctoris in Picardos paululum infensi:

*Isti Picardi non sunt ad prælia tardi,
Primo sunt hardi, sed sum in fine couardi.]*

Sed & qui huic regni Francici regendæ provinciæ à Regibus nostris præficiabantur, serius sese Picardiæ Gubernatores inscripserunt. Quippe Petrus *de la Palu* Dom. *de Varenbon* sub ann. 1341. inscribitur *Gouverneur des Bailliages d'Amiens, de l'Isle & de Douai, & Capitaine des frontieres de Flandres: interdum Gouverneur des marches de Flandres.* Matthæus *de Trie* Franciæ Marescallus an. 1342. *Lieutenant du Roy és parties de Flandres & de Hainaut.* Gaufridus *de Charni* apud Froissartem vol. 1. cap. 150. *Lieutenant du Roy sur les frontieres de France.* Carolus *D. Montmorenci, Capitaine General pour S. M. sur les frontieres de Flandres & de la mer, & en toute la langue Picarde,* in Litteris 5. Febr. ann. 1349. (1350.) Ita primus is fuit, qui Picardiæ Proregem se dixerit. Exhinc Edwardus *de Beaujeu* Franciæ Marescallus in Computo Bartholomæi *du Drach* Thesaurarii Guerrarum an. 1250. dicitur *Capitaine pour le Roy és parties de Picardie, de Boulogne & de Calais.* Comes Inculismensis Franciæ Comestabularius, *Lieutenant pour le Roy es parties de Picardie, d'Artois, & de Boulenois,* an. 1351. Qui deinceps hos exceperet, *Gouverneurs & Lieutenans, vel Capitaines, vel Souverains Gouverneurs pour le Roy au pays de Picardie* inscribuntur.

Denique, ut & hoc breviter attingam, in Academia Parisiensi ex 4. Nationibus, quibus facultas

artium componitur, secunda est Picardia, quæ, ut jam ab olim, in 2. partes divisa, 5. diœceses continet: prima quidem istas, Belvacensem, Ambianensem, Noviomensem, Atrebatensem, Morinensem: altera Cameracensem, Laudunensem, Tornacensem, Leodicensem, Trajectensem. Vide Historiam Academiæ Paris. tom. 3. pag. 559. Vide *Poberi*.

¶ PICARDUS, Qui *pica* seu farissa, Gall. *Pique*, in bello utitur. Innocent. PP. VI. in Epist. ad Joh. Reg. Franc. ann. 1361. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 910. *Inter stipendiarios alios Robertum eundem ad nostra & Romana Ecclesia obsequia & stipendia cum certa armigerorum hominum, seu Clavorum (perperam apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. p. 441. Glanorum) & Arceriorum, Picardorum comitiva jussimus usque ad nostrum beneplacitum remanere.*

¶ PICARE, Cædere, Gall. *Tailler*. Chronic. Petri Azarii ad annum 1362. apud Murator. tom. 16. col. 393. *Invenit unum rusticum pauperem & male vestitum, tapas pro faciendo novas parasides laborare.... Respondit rusticus & semper lignamina Picando, &c. Vide Pichare.*

¶ PICARIA, perperam pro *Precaria*, in Testam. S. Bertichramni Cenomanensis Episcopi tom. 1. Junii pag. 721. Vide *Pixita*.

¶ PICARIUM, Vas, calix, cyathus, vel mensura potoria, vulgo *Pichier*. Necrolog. FF. Prædicat. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 436. *Item, decem Picaria argentea (recepit) in valore octoginta florenorum, &c. Ibidem pag. 543. Nec non tria Picaria vacua, quorum duo debent esse coperta. Vide in Bicarium.*

¶ PICHERIUS, Eadem notione. Charta an. 1261. in Tabul. S. Victoris Massil. *Quod dispensarius in refectorio vi. mapas & duo manutergia, Picheros, cyphos & cochlearia conventui necessaria teneat. Tabul. Communit. ejusdem urbis: Recipit... cupas duas deauratas cum pedibus, unum Pichorium argenti deauratum. Inventarium an. 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 555. Dom. Rolletus butelherius recognovit... duos Picheros magnos cum copertoriis, argenteos deauratos, &c. Le Roman de Partonopex MS.*

*Dementres me faites livrer
Deux beaux Pichers de beau vin cler,
S'en donerai l'un à mon fils;
Que s'il en boit deux trais petis,
Tos ert en autre sens tornez
Et fera bien vos volantez.
Vostre niece nos servira,
Que de cel vin l'abeuvera,
Nos prenrons cel autre Picher,
Lairons lui & lui plaidoier.*

Ibidem:

*Enpres le vespre un vallet vient,
Qui un pain d'orge en sa main tient,
Et un Picher en s'autre main
Moult petit de fontaine plain.*

¶ PICHERIA, Provincialibus *Pichié*. Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 27. art. 1. *Statuimus quod quicumque vinum vendere voluerit minutatim, teneatur habere minutiores mensuras legales & signo curia signatas, vulgo Picheriam & fulhetam.*

¶ PICATIO, Medicis dicitur Mollities prægnantium, depravata & vitiosa in eis appetentia, cum nempe cibos à natura alienos concupiscunt. Miracula S. Francisci Solani tom. 5. Julii pag. 891. *Joanna Rodriguez gravida, ob Picationem intensos per viginti quatuor horas absque levamine perpeffa cruciatus.*

¶ PICATOR. Vide *Pica* 1.

PICCUS. Tabularium Brivatense fol. 198. *Molina-*

rii & tres submolinarii & tres gartiones, qui portant Piccos molendinorum.

¶ PICEA, Idem videtur quod *Pica* 1. Unidens ligo. Computus anni 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLX. *Pro c. Piceis & L. huellis, & pro vectura à Belvaco usque ad Archas, v1. libr. & XIII. fol.*

¶ PICERNA & PISTERNA, pro *Pincerna*, in Distribut. quotidianis MSS. Eccles. Lugdun. Vide in hac voce.

¶ PICHA, ut *Pica* 1. Vide in hac voce.

¶ PICHARE, Leviter incidere, Ital. *Piccare*, Gall. *Piquer*. Statuta Placent. lib. 6. fol. 68. vº. *Potestas seu judex victualium teneatur jurari facere mulinarios granarolos quod, postquam molas molendini Pichaverint, antequam macinent de alicujus grano, de suo purgabunt & preparabunt bene molas Pichatas.*

PICHEA, Modus agri, in Normannia. *Pichea prati, terra, &c. in Tabulario Leprosariæ pontis Audomari. [Vide Bichetus.]*

¶ PICHEL, PICHERIA, &c. Vide *Bicarium* & *Picarium*.

¶ PICHI, Nomen portæ cujusdam urbis CP. Expugnatio ejusdem urbis apud Marten. tom. 5. Amplifi. Collect. col. 794. *Biglardi Dux exercitus Turcorum ordinatus & constitutus erat cum viginti milibus bellatorum ad portam civitatis vocabulo Pichi.*

PICHIN. Ekeardus Junior de Casibus S. Galli cap. 5. *Illique rabidi advolant, hominem dicto citius corripiunt, cultellos ut ludicrum, quod Theutones Pichin vocant, in coronam ejus facerent, antequam capite illum plecterent, exigunt. Vide ibi Goldastum pag. 195. [qui Pichin ludi speciem interpretatur; sed perperam, ut auctor est Schilter. in Gloss. Teuton. est enim illusio in Clerici tonsuram. Freherus: Picken, scabere, pungere.]*

¶ PICIETUM, Herbarum genus, f. *Petunum*, nostris *Petun*. Concil. Mexic. ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 356. *Ne ullus sacerdos ante Missa celebrationem.... quicquam tabaci Picietive, aut similitum medicamenti causa, per modum fumalis evaporationis aut alio quovis modo percipiat.*

¶ PICIUS, Idem quod *Picarium*. Vide *Bicarium*.

¶ PICIUTA, Morbus gallina, id est, *pipido*, in Gloss. MSS. S. Andreae Avenion. Gall. *Pepie*. Corrupte fortassis pro *Pituita*.

¶ PICKETTUS, an pro *Bickettus*, Hinnulus, Gall. *Fan?* Instrum. an. 1355. apud Rymer. tom. 5. pag. 828. *In foresta nostra de Ingelwod, pro deductu suo habendo, de licentia nostra fugaverit decem & novem cervos, xiv. bissus,.... unum Pickettum & duos faunos ceperit.*

PICHO, PICO. Vide *Pica* 1.

¶ PICOLERIA, Vasa fictilia, Gall. *Poterie*, interprete Cl. Auctore Hist. Dalphin. tom. 1. p. 86. ex Charta ann. 1309. *De quolibet vendente eodem modo paganum panem, pelleteriam,.... Picoleriam, caseos, coria, &c. Ibidem pag. 87. Onerata pannis, Picoleria debet duos denarios. Forte à *Picarium*, Gall. *Picher*, quod in pluribus Gallia locis est vasis fictilis species. Vide supra.*

¶ PICOTA, Morbus variolarum, Gall. *Petite verole*, non raro *Picote* dicitur quod faciem punctis deformat. Mirac. MSS. Urbani V. PP. in Tabul. S. Victoris Massiliens. *Patiens febrem cum Picota vel vayrola debilitans. Vide Picotus.*

¶ PICOTINUS, Mensura frumentaria, non avenæ tantum ut vult Nicotius, Gall. *Picotin*, quod à Latino *paucum*, quia parva mensura, deductum scribit Menagius. Obituar. Eccl. Morin. MS. pag. 8.

Item quatuor magni Capellani & duo Capellani S. Dionysii habent in quolibet mense quilibet sex Picotinos bladi. Descriptio bonorum Dom. de Eska in Tabular. Audomar. *Quarta seria vel mensura ... debet valere tres quarterios & 2. partes unius Picotini & parum plus ad mensuram vel raseriam S. Audomari.*

¶ PICOTUS, Mensura liquidorum. Regestum 87. Chartophylacii Regii: *Item dominus Aynardus de Bellacumba senior quatuor Picotos & dimidiam Picotam vini.* Ibidem: *Terram heredum Guillelmi Buchetti, pro quibus faciunt domino quinque cartas avene, ... decem denarios & duodecim Picotos vini.*

¶ PICRALE, f. pro Pectorale, in Charta an. circ. 1320. Vide *Cambale*.

¶ PICRIA, à Græco *πικρία*, Amaritudo; metaphoricè Adversitas, mala fortuna. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 180. *Non igitur cæptum dissolvit dextra votum, Picria neve tulit.*

1. PICTA, Æ, *Tinctura, sive Pictura*. Joan. de Janua. In Catholico parvo: *Picta, cote, ou peinture.* [Leg. f. *Puncta*. Vide in hac voce num. 5.]

¶ 2. PICTA, pro *Pica*, Unidensligo, Gall. *Pic*, in Vita Gregorii IX. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 571.

3. PICTA, PICTAVINA PICTAVENSIS, Moneta Comitum Pictavensium, minutissima fere omnium monetarum: Gallis *Pite*. Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii Gaufferandæ filii: *Quicumque à 20. solidis ad quantitatem 20. librarum in bonis habuerit, pro qualibet libra unam Pictam solvat.* Tabul. Brivatense an. 1276. *Et unam caterencham frumenti, & tres Pictas, & unam gallinam, &c.* [Inventar. Piquet in Tabul. Principis de Rohan num. 18. cap. 41. de Volta fol. 12. *Primo duos civaderios cum dimidio frumenti & dimidiam Pictam quos servit Petronilla.*]

¶ *Pictam* à Pictavis, ubi primum cusa, appellari nemini vix dubium est: occurrit nihilominus interdum *Picta Turonensis* vel *Parisiensis*, quod ad valorem denariorum, quorum in computis ratio habetur, referendum; nam si denarii Turonenses computantur, *Picta*, si quæ in eodem computo addenda, dicitur Turonensis. Edictum Philippi Pulcri Reg. Franc. ann. 1294. *De qualibet Turonensium parvorum dabunt unam pogesiam, sive Pictam Turonensem.* Unde *Pictam* idem fuisse cum *Pogesia* certum est. Vide in hac voce.

¶ PICTAVIA, Eadem notione, in Charta an. 1248. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 151. *Pitanciaris de Chragia, xi. den. & 1. Pictaviam.*

¶ PITTA, in Inquisit. pro Canonizat. S. Yvonis MS. *Quidam homo Hispanus pauperi petenti elemosynam pro amore Dei & D. Yvonis, porrexit ei præ irrisione unam Pittam non habentem cursum in Britannia.*

¶ PICTA RATA, Bona & legalis, ni fallor; in Charta an. 1271. *Et ad septem Pictas ratas Parisienses, &c.*

P ICTAVINA. Charta an. 1206. ex Tabul. Fossatensi fol. 39. *Quandam vineam, quam tenet à nobis ad tres Pictavinas de censu, &c.* Alia ann. 1239. *Ego Simon de Præsepibus Miles sedecim solid. 17. denar. & unam Pictavinam census dedi.* Gesta S. Ludovici tom. 5. Histor. Francor. pag. 394. *Quandam maculam circa caudam oculi dextri, ad modum puncturæ pulicis rubeam, latam sicut una Pictavina.* Unde apparet ut minimæ fuerint Pictavinæ. Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

Més tout ce ni valoit une Poitevine.

Charta an. 1379. apud Loifellum in Bellovaco

pag. 317. *Vint deniers Beauvaisiens, lesquels valaient chacun un denier Paris, & demie Poitevine Paris.* Adde Chartam an. 1328. in Probat. Hist. Monmorenc. pag. 142. Hinc *Poitevineur*, Pictavinarum adulterator, apud Guignevillam Monachum Carilocensem:

*Et si est fausse ferruriere,
Et une fausse monnoiere,
Et une Poitevinereffe,
Et de deniers mesconteresse.*

P ICTAVENSES. Gregorius VII. PP. lib. 9. Epist. 7. *Octo nummi Pictavensium. Pictavenses bruni,* in Tabulario Angeriacensi fol. 222. *Solidi Pictavenses masculi,* ibidem fol. 47. & in Tabulario S. Stephani Lemovicensis in Charta an. 1081. *Solidi ejusdem moneta masculina, & solidi nummorum Pictavinarum.* Ita apud Goffridum Vindocin. lib. 1. Epist. 21. *Quod si trecentos solidos Pictavensium masculorum vobis daret. Ubi Pictavenses masculi dicuntur Mallia Pictavina, seu mailles Poitevines.* Ita enim expressere hanc vocem *maille* per *masculus*, quæ vox apud nos *masse* redditur, uti monemus in Dissertatione de Byzantinorum Imp. nummis.

P ICTAVINI. Raimundus de Agiles in Hist. Hierosolymit. pag. 165. *Erat moneta nostra hac, Pictavini, Cartenses, Mansei, Lucenses, Valentineses, Mergoresi, & duo Pogesi pro uno istorum. Denarii Pictavini,* in Charta an. 1058. in Histor. Comitum Pictav. Bellii pag. 429. in alia ann. 1105. pag. 493. *ccc. solidos Pictavenses veteres, & cc. alios solidos minutarum optima moneta.* Charta Alphonfi Comitis Pictavensis: *Nous vous mandons, que vos nos pussiez rendre certain du prix & de la loy de Poitevins, & du pois & de la loy d'Angevins, du pois & de la loy de Nantois à l'escu, & du pois & de la loy de Mansois, & combien chascune monnoye devant dite vaut de loy & de pois à toracis, & quelle monnoye nos porrions faire en nostre terre de Poitou à nostre preu, & de la terre, &c.* Le Roman de Garin:

Je vos rendrai deux sols de Poitevins.

P ICTATA, Valor unius *Pictæ*. Charta Occitana an. 1299. in Regesto Philippi Pulcri Regis ejusdem anni ex Tabul. Regio num. 47. *Item acquisivit dictus Prioratus in pertinentiis de Blanbaco tres Pictatas vineæ in loco vocato, &c.* Occurrit ibi rursus.

P ICTANTIA, Portio monachica in esculentis ad valorem unius *Pictæ*; lautior pulmentis, quæ ex ole-ribus erant, cum Pictantiæ essent de piscibus: & hujusmodi. Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 49. *Aquam etiam puram frequentius bibebant, & quandoque pro magna Pictantia mixtam vel aceto, vel lacte, nulla de vino facta mentione.* Cæsarius lib. 8. cap. 94. *Dum ... à celleraria per totum conventum Pictantia, id est ova friza dividerentur ... invisibilem ei Pictantiam misit, quod omnibus diebus vitæ suæ Pictantiis omnibus carere vellet.* Histor. Abbatum Ramesiens. in Monastico Angl. tom. 1: pag. 242. *Et assignavit Pictantiam propter cænas conventus.* Utuntur Constitut. Ordinis Prædicat. distinct. 1. cap. 5. §. 2. [Capitula gener. MSS. S. Victoris Massil. occurrit & alibi passim.]

¶ P IDANTIA, Eadem notione, in Epist. Fulconis Comitis Andegavensis ann. 1124. apud Marten. novæ Collect. tom. 1. part. 2. pag. 69. *Habebit tota congregatio Vindocinensis de redditu piscationis ejusdem Pidantiam generalem.* Charta an. 1344. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 500. *Quod in singulis prædictis anniversariis abbas dicti monasterii teneatur providere toti conventui de Pidantia sufficienti de & super bonis sibi largitis per dictum D. Dalphinum.* Tabular. Monast.

Monast. Melereii : *Dedimus abbatia de Melereio cum assensu D. Arturi xl. solidos de Pidancia in vigilia Purificationis B. M. per manum firmarii nostri Nannetis reddendos.*

- ¶ **PICENTIA.** Charta an. 1319. in Tabul. Pontifar. *Item sex libras Parisienses pro faciendo sex Picentias in Quadragesima.*
- ¶ **PIETANSTRA,** Eodem significato. Meisterlini Hist. Rerum Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 31. Reliq. MSS. *Tandem denique est amor civium ad devotos ac irreprehensibiles monachos ac claustrales, ut de ipsis bene institutis possumus dicere, egen-tes, sed sine penuria; afflicti, sed quotidianis Pietanstris consolati.*
- ¶ **PIETANTIA,** in Charta Bernhardi Ducis Silesiæ an. 1317. apud eundem Ludewig. tom. 6. pag. 518. *Unum insuper servitium cum Pietantiis sepe dictis fratribus in Grizow in ipsorum refectorio annis singulis in festo Assumptionis gloriosæ Virginis M. ministrari & fieri debet, &c.* Decretum pro Monasterio Dobirluc. an. 1374. ibid. tom. 1. pag. 388. *Nos frater Joannes Abbas &c. Pietantia modus & ordo sic conscripti... observentur. In primis videlicet, quod pietantiarius qui pro tempore fuerit omni anno singulis festivitibus infrascriptis duo ova in brodio, pipere & croco bene condito omnibus & singulis fratribus... tenebitur ministrare.* Occurrit præterea apud S. Wilhelmum in Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 97. Guidonem in Discipl. Farf. cap. 18. in Charta pro Aquariatu de Talmundo an. 1366. &c.
- ¶ **PISTANCIA.** Necrolog. MS. S. Martialis Lemo- vicensis : *xvi. Kal. Maii dompnus Hymbertus abbas dedit nobis LXV. sol. ad Pistanciam faciendam cum flo- donibus & cepis.* Consuetud. MSS. S. Augustini Le- movic. fol. 18. *Et prius faciat dari panem & vinum servienti à cellerario & à sacrista unum denarium pro Pistancia, & sic recedere.*
- ¶ **PITANCIA.** Udalricus lib. 2. Consuetud. Cluniac. cap. 35. *Generale appellamus, quod singulis, in sin- gulis datur scutellis. Pitancia, quod in una scutella, duobus: verbi gratia, aliquando pro Pitancia absque scutella unum crudi casei frustum, vel quatuor ova: pro generali ova quinque, & caseus nunquam nisi coctus.* Guigo II. in Statutis Ordinis Cartuf. pag. 10. cap. 33. §. 5. *De caseo namque seu piscibus, aut ovis, vel, si quid ejusmodi, quæ Pitancias vocamus, semel sumimus.* Nescio an alia significatione cap. 35. §. 2. *Sed & si cui Pitanciam aliquam, seu cibi seu somni, vel alterius cujuslibet rei facere, aut durum & grave ali- quid imponere voluerit, &c.* Ita in Statutis antiquis ejusd. Ordinis parte 2. c. 14. §. 27. ubi videtur sumi pro *Pœnitentia.* Charta an. 1278. ex Tabu- lario S. Bertini : *Benigne concesserunt, quod.... cen- tum solidi Paris. per decessum nostrum annis singulis bis in anno videlicet qualibet vice 50. solidi in Pitanciam dicti conventus in perpetuum specialiter convertentur, & quod quolibet die, quo fiet ejusmodi Pitancia, cele- brabitur in ipsa Ecclesia pro anima nostra... una Missa specialis, &c.* Tabular. Dalonensis Monast. fol. 33. *Pitanciam unam communem de caseis, vel ovis seu pisci- bus.* Statuta Joannis Archiepiscopi Cantuariensis an. 1279. *Quod si aliqua secundo vocata venire con- temserit, in sequenti prandio ei Pitancia subtrahatur. Plenariæ & aptæ Pitancie, in Testamento Sugerii Abbat. S. Dionysii ann. 1137. Occurrit passim, apud Cæsarium lib. 8. cap. 11. in Chronico An- drensi pag. 486. in Regula Ord. S. Gilberti pag. 734. in Libro Usuum Ordinis Cisterciensis cap. 76. 90. apud Rainerum Abbatem Cisterciens. in Institut. cap. 19. 60. in Vita B. Mauricii Ordinis*

- Prædic. num. 6. apud Jacobum de Vitriaco in Hist. Occident. cap. 14. Matthæum Paris p. 553. in veteribus Chartis apud Perardum pag. 480. in Histor. Pontivenli pag. 204. 205. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 104. in Chronico Beccensi an. 1223. &c.
- ¶ **PITTANTIA.** Statuta Ordinis Cisterc. an. 1221. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1330. *Visita- tores una tantum Pittantia sint contenti, exceptis ovis, caseo & butyro. Pittantia potus, in Statutis ejusdem Ordinis an. 1180. ibid. col. 1252.*
- ¶ **PICANTIA, PITANTIA,** Cibus generatim, pastus, Gallice *Repas.* Testamentum Bernardi de Turre an. 1270. apud Baluz. tom. 2. Histor. Ar- vern. pag. 515. *Bertrandus filius & heres meus fa- ciat Pittantiam seu refectorem fratribus Prædicatoribus Claromontensibus annis singulis, quandiu vixerit.* Char- ta Guillelmi Abbat. S. Benigni Divion. an. 1375. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 214. *Si- bi vendidimus & concessimus ad vitam suas duas Pi- tantias ordinarias procurandas & percipiendas statutis temporibus in dicto monasterio nostro; & dictam præ- bendam monachalem cum duabus Pitantiis vendidimus & concessimus pretio sex viginti florenorum de Florentia.* Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 149. *Abbas copiosam Pitantiam de Pane albo & vino & piscibus, die constituta de proprio faciet conventui.* Adde Acta S. Yvonis MSS. & Necrol. Nivern. *Pi- tentia,* eadem notione, in Charta an. 1295.
- Perperam Acarifius, Pergaminus, & viri docti in Notis ad Miracula S. Thomæ Aquin. & in No- mastico Cisterciensi, à Pietate dictam Pitanciam scripsere: quia forte Pietancia aliquando scriptum reperitur, quomodo semper apud Bernardum Mo- nach. in Consuet. Cluniac. MSS. in Codice Sangermanensi, [& alios plures, ut supra videre est.] Neque felicius Browerus in Antiquit. Fuld. pag. 207. *Pitanciam dictam vult, quasi Pitissantiam, à Pitissando, ut & Salmasius ad Hist. August. Alciat. lib. 8. Parerg. cap. 17. Maranus, Cironus, & alii, qui à Pittacio deducunt, ita ut Canonicis & Præ- bendariis, ut olim militibus, secundum porrecta illis pittacia, erogarentur species annonariæ, ut panis, vinum, lardum, caro, &c. vel quod in ta- bella seu pittatio describeretur, quam quisque sportulam & portionem esset suscepturus.*
- ¶ **PITANTIALIS OBLATIO,** Quæ pitantiis distri- buendis destinatur. Synodus Limensis an. 1585. inter Concil. Hispan. tom. 4. pag. 418. *Collecto- ribus præcipimus ut librum habeant, in quo per ordinem descripta servabunt omnia anniversaria, ... oblationes votivas ac testamentarias & Pitantiales, &c.*
- ¶ **PITANTIARIUS,** Officium Monasticum, cui munus incumbit componendi & distribuendi singulis Mo- nachis pitancias suas. Charta an. 1292. *Idem Abbas assignavit pitanciarie certos redditus ad summam 8. li- brarum & 14. solidorum & 2. denariorum, tali modo disponendam, videlicet quod Pitantiarius ministret inde conventui singulis in anniversario suo vinum, piscem, & species: scilicet cuilibet de conventu unam caritatem in- tegram boni vini, & unum ferculum boni piscis, & spe- cies per visum Subprioris, &c.* Hujus meminit In- gulphus pag. 886.
- ¶ Cum vero Pitantiarii munus circa esculenta ver- saretur, iisque componendis & distribuendis invigilaret, *Dominus domus,* eadem notione qua nos dicimus *Maitre-d' Hôtel,* qui mensis præest, appel- latur in Chron. Senon. cap. 25. tom. 3. Spicil. Acher. pag. 391. *Constitutum est quod... Dominus domus, id est Pitantiarius singulis annis in anniversario*

- dicti Simonis canonici S. Deodati v. solidos Tullenses conventui Senoniensi pro Pitantia persolveret.*
- ¶ **PITANCERIUS**, ut *Pitantiarius*. Charta Ludovici Abbat. Angeriac. an. 1420. in Tabular. ejusdem Monast. pag. 527. *Cum dilectus frater noster Foulqueius Acarie Pitancerius ejusdem monasterii tradiderit perpetuo pro se & suis successoribus Pitanceriis dicti monasterii totas terras de Arczon, &c.*
- ¶ **PITANSARIUS**, in Statutis Cardinalis Triyultii Abbat. S. Victoris Massil. an. 1531. *Item Pitansarius tenetur dare tempore Adventus & Quadragesima singulis diebus pataros tres pro pitantia cuilibet religioso.*
- ¶ **PITENSERIUS**. Sententia arbitralis ann. 1497. *Pitenserium pitenseria sacri monasterii S. Honorati Lirinensium, &c.*
- ¶ **PICTANTIARIUS**. Constitut. Cluniac. MSS. an. 1301. ex Archivis B. M. Deauratae Tolos. *Precipimus in virtute obedientiae & sub poena beneficii amittendi infirmario & Pictantiario Cluniacensi qui nunc sunt & pro tempore fuerint, ut &c.*
- ¶ **PIETANTIARIUS**, in Decreto pro Monast. Dobirluc. an. 1374. Vide supra *Pietantia*.
- ¶ **PISTANCIARIUS**. Necrolog. MS. S. Martialis Lemovic. *Pistanciarus debet solvere LX. sol. au mesier.*
- ¶ **PITTANTIARIUS**, in Statutis S. Claudii ann. 1448. pluries occurrit.
- ¶ **PITANTIARIA**, Quae apud Sanctimoniales pitantias componit & distribuit. Charta Margaretæ Abbat. Faremonast. an. 1291. in Tabular. ejusdem Monast. *Hoc excepto quod in pitantiis quas facit & distribuit Pitanciaria Faremonasterii, nihil percipiet, nisi sex denarios pro qualibet pitancia.*
- PITANCIARIA** est Officium Pitanciarum, ut in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 148. [Adde Bullam Pauli III. PP. an. 1536. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 334. *Pitantiaria*, pluries in Statutis S. Claudii ann. 1448. *Beneficium* dicitur in Charta an. 1301. supra in *Pictantiarius*.]
- ¶ **PITENSERIA**, Eadem notione. Vide supra *Pitenserius*.
- ¶ **PICTARE**, à Gall. *Piquer*, *Pica* terram fodere. Regest. Prioratus Cokesford. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Aliquis veniens ad forum nostrum de Rudham cum rebus suis, & frangendo vel Pictando aliquam placeam in dicto foro, Prior habebit inde redemptionem. Vide Picagium.*
- ¶ **PICTATA**, Valor unius pictæ. Vide *Picta* 3.
- ¶ **PICTATIATUS**, Refarcitus. Vide *Pecia* & *Pittacium*.
- ¶ **PICTATIUM**, **PICTATIOLUM**, &c. Vide *Pittacium*.
- PICTATORIÆ TABULÆ**. Adso in Vita S. Soli cap. 8. de quodam muto & furdo curato: *Et sanatus est homo, quod quidem tabula Pictatoria ibidem pendentes testantur. Tabellæ scilicet plectiles, quas muti, dum elemosynam petunt, invicem concutiunt.*
- ¶ **PICTATUS**, Punctis distinctus. Statuta Eccles. Biterr. an. 1368. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 628. *Ut manicis consutitiis amplis aut sotularibus cordellatis, seu diversitate foraminum Pictatis laicali abusione non utantur (clerici.)*
- ¶ **PICTAVENSIS**, **PICTAVIA**, **PICTAVINA**, &c. Vide *Picta* 3.
- ¶ **PICTAUMUS**. Caffari Annal. Genuens. lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 253. *Aliud vero quod remansit, inter viros de Tomilia diviserunt, & unicuique per partem solid. XLVIII. de Pictaumis, & libr. II. piperis dederunt, prater honorem Consulis & naucleorum, qui magnus fuit.*

- PICTELLUM**, & **PIGTELLUM**, Anglis exigua fundi portio, sepimento conclusa. Ita Spelmannus.
- ¶ **PICTENTIA**, Portio monachica. Vide *Pictantia*.
- PICTIONES**, in Gloss. Isid. *qui vendentes vincunt in pictura*. Rectius apud Papiam: *Qui vincuntur in pictorum certamine*. [Gloss. Sangerman. num. 501. *Qui vincitur* (l. vincuntur) *in picturarum certamine*.] Galli dicimus, des *Peintereaux*, ignaros in arte pictoria.
- PICTOMACHARIUS**, apud Firmicum lib. 8. Math. cap. 8. *Hunc locum si Mars respexerit, stadiodromotos facit, si Luna cum Marte, Pictomacharios*. Ex Græco πύκτας, & μάχηρα, *Pycta*, Gladiator, qui cum machæra pugnat: nisi legendum sit *Pyctomachos*, quod quidam volunt.
- ¶ **PICTORALIS MAJOR**, **MINOR**, Genus scripturæ. Vide in *Scriptura*.
- ¶ **PICTORES ARMORUM**. Titulus cap. 37. lib. 2. Statut. Massil. sic concipitur: *De Pictoribus armorum & aubergariis & aurifabris*. Ubi *Pictores armorum* intelliguntur ii qui insignia gentilitia in armis seu clypeis & scutis depingebant. Vide *Arma* 3.
- PICTURA**, Modus agri, vel vineæ. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 135. *Cum silvis & pratis ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & Picturavineæ una, & molendino uno, &c.* Tabularium S. Vitoni Viridunensis: *Dedit... super Mosam in finibus Nova villa 18. Picturas vinearum, cum silva circumposita, quas dedit dominus Gaufridus Episcopus ad consecrandum sanguinem Domini*. Charta Egberti Archiepiscopi Trevirensis an. 981. apud Browerum in Annalib. Trevir. *In Gastenich quoque Picturas 4. in Burbracho Picturas tres cum omnibus ad easdem rite pertinentibus, &c.* [Vide *Pedatura*.]
- PICTURARE**, Pingere, apud Joannem Sarisburiensem Epist. 267. hinc *Picturatus*, apud Claudianum, & aliquot alios: *Picturatio*, apud Rigordum an. 1185.
- ¶ **PICTURARE**, Ornare, illustrare. Magister Boncompagnus de Obsid. Anconæ cap. 22. apud Murator. tom. 6. col. 943. *Licet oratio mea verborum non radiet venustate, nec philosophicis præfationibus Picturetur, &c.*
- ¶ **PICUS**, Uncus. Vide *Piquus*.
- ¶ **PIDANTIA**, ut *Pictantia*. Vide in hac voce.
- PIDRISIGULA**. Petrus Damiani lib. 6. Epist. 7. *Cui... chirotheca, calcaria, scutica, Pidrisigula, & si que alia equitandi sunt utensilia, nunquam otioso situ neglecta marcescunt. Forte pediligula legendum.*
- ¶ **PIDUARE**, Quasi per pedes metiri, mensurare, mensuratim assignare. Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hispan. col. 788. *Ego Victor presbyter dono vacas III. & vitulos II. porcos II. & libros IIII. & vineas III. quas vobis Piduari vel in presenti tradidi. Alia ann. 1035. ibidem col. 1061. Quantum prædicta affrontationes terminant, & quantum ego præfatus Comes infra jam dictas affrontationes Piduari & signare feci, omnia & in omnibus ad integrum dono atque concedo. Vide *Pediare*.*
- ¶ **PIECA**, pro *Picta*, in Charta ann. 1278. Vide *Raimundensis* in *Moneta Baronum*.
- ¶ **PIECHIA**, **PIECIA**, Modus agri, Gall. *Piece de terre*. Charta an. 1268. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 122. *Sciendum est quod dictus Petrus & ejus hæredes debent dictum redditam de tribus Piechiis terra, &c.* Charta an. 1283. in Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. *Sciant omnes presentes & futuri quod... dimisi... tres solidos moneta currentis annui redditus annuatim reddendos ad festum O. SS. super unam Pieciam prati. Vide *Pecia*.*

¶ PIEGA, Plica, vox Italica, Gall. *Pli*. Translat. S. Antonini tom. 1. Maii pag. 767. *Ac Piegas seu crispas vestis ipsius, &c.*

¶ PIENTUS, Pius. De S. Symeone Stylita tom. 5. Maii pag. 301. *Pientissimus autem Imperator Justinus, re cognita, ingenti dolore animi percussus. Pientissime, pro piissime, in Mulleri Introduct. ad Hist. Canon. Sand-hippolyt. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 285. Eadem fidei dogmata Regi & gregi Pientissime instillasse (Rupertum) refert coevus autor Paulinus.*

¶ PIERERIA, Lapidicina. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 187. *Solo remanente B. Francisco in Piereria sive lapidicina, ubi lapides excidebantur.*

PIERIUS. Balbus in Catholico: *Pierius, Musaticus.* [Apud Auctores Classicos, *Pierius chorus, Pierie aqua, & Pierides* dicuntur ipsæ Musæ.] Hepidanus in Vita S. Wiboradæ lib. 2. c. 7. *Scholari sudabat Pierio, i. studebat. Mat. Vindocin. in Tobia: Pierius tadet inseruisse librum.*

PIES, *Freres pies*, dicti quidam Religiosi ac Monachi, [Dominicani scilicet,] quod instar *picarum*, albis & nigris vestibus una & simul induerentur. Thomas Walsinghamus pag. 124. *In quodam veteri cœmeterio, quod fuerat quondam fratrum, quos Freres Pies veteres appellabant. [Vide Fratres Pyes.]*

¶ PIETANSTRA, &c. Vide *Pictantia*.

1. PIETAS, Misericordia, misericordia, ex Gall. *Pitié*. Glossator Historiæ Scholasticæ Petri Comestoris cap. 50. Act. Apostol. *Pietas equivocum est ad cultum Dei, & ad compassionem proximi.* Vita S. Stephani Abb. Obasin. l. 2. c. 16. *Cum ad placitum veniret, videretque omnes sua parti favere, adversarium vero undique & ab omnibus destitutum, Pietate ductus, aliquos è suis placitoribus clam dirigebat, qui ejus partes defenderent.* Galfridus Monemuthensis, lib. 2. cap. 5. *Maximamque partem sine Pietate trucidarunt.* Lib. 7. cap. 3. *Quos sine Pietate laceratos coegit in patriam remeare.* Chronic. Episcop. Mertenensium: *Pietate ipsorum ductus. Mox: Quem suorum movebat Pietas.* Vide Salmasium ad Capitolinum pag. 249.

¶ 2. PIETAS, Imago Deiparæ mortuum filium gremio tenens. Ita Bollandistæ tom. 2. Junii pag. 498. ubi de S. Rosselina: *Unum calicem, tabulam depictam in qua est Pietas, unam capam floridam & capellam rubeam.* Nostris *Notre Dame de Pitié*.

¶ PIETAS, Titulus honorarius quo utitur Lambertus Comes & Abbas S. Albini in Charta ex Tabul. ejusdem Mon. *Ego Lambertus divina annuente clementia Congregationis S. Albini... Rector. Notum siquidem fieri exopto;... quod adierint clementiam Pietatis nostræ fratres prædictæ Congregationis &c.* Occurrit rursus infra:

PIETATICULTRIX, Ciconia dicitur in Petronii Fragmento.

PIETICUS, Papix, tardior: Ugutioni & Joanni de Janua, *compassivus, à pius.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Pieticus, Piteux, compassis.*]

PIETOSUS, Misericors, compatiens, Gallis *Piteux*, Italis *Pietoso*. Vita S. Draufii Episc. Sueffion. num. 14. *Quia Pietosa erat mentis, animo indoluit.* [Joh. Demussis Chron. Placent. apud Murator. to. 16. col. 513. ad an. 1372. *Et certe nunquam visum fuit in aliqua civitate tam enorme, nec Pietosum, nec dolerosum insortuniam quantum ibi tunc evenit.*]

PIFFARUS, PIFFERUS, Fistula, Italis *Piffaro & Piffero*, nostris *Fifre*. [Castelli Chron. Bergom. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. col. 155. Tom. V.]

*Cum hominibus numero xxxvi. equestribus & cum Piffaris pulsando per civitatem & burgia Bergomi.] Computum Thesaurariæ urbis Bononiæ in Italia an. 1364. ex Bibl. Regia: *Pro quolibet ronino in mense & ultra, pro provisione persone sue, cum uno equo palafredo & Piffero, ad rationem 28. sol. in mense, &c.* [Vide Oct. Ferrar. in Origin. Ital. v. *Pifaro.*]*

¶ PIFART, nostris Panni species. Arest. an. 1311. ex Regest. *Olim: Cinq draps... deux bleus, & un röhge, & un vert de Carcassone, & un de Bruges que l'on ppelle Pifart.*

PIFLI, ita dicti hæretici Albigenes per contumeliam. Eckbertus Schonaugiensis adversus Catharos, ferm. 1. de iisdem Catharis: *Hos nostra Germania Catharos, Flandria Piphles, Galli Tixerant, ab usu tenendi appellat, ... quia veram fidem Christi, verum cultum Christi non alibi esse dicunt, nisi in conventiculis suis, quæ habent in cellariis & textriis, & in hujusmodi subterra neis domibus.* Chr. Abb. S. Medardian. 1236. *Hæreticorum maxima multitudo, quos quidam vocabant Bulgaros, alii Piflos, per diversas civitates & castella Francia &c.* Etiamnum *Pifres*, vocamus gulosos; qui largioribus epulis indulgent.

¶ Exstat præterea de iis hæreticis titulus in Conc. Rem. an. 1157. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 74. unde quæ fuerint eorum dogmata; qui mores, quove tandem supplicio mulcebantur, discere est. *De Piphilis. Quoniam impurissima Manicheorum secta tergiversatione lubrica sub specie religionis apud imperitissimos se occultans, simplicium animas perditum ire molitur, & per abjectissimos textiores, qui saepe de loco fugiunt ad locum, nominaque commutarunt, captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis... conjugium quod à Domino institutum sanctumque est, ut quasi puriores mundiorefque valeant apparere, impudenter damnant, & tamen in suggillatione mendacissime simulationis seminarum etiam consanguinearum contubernia affectant & frequentant... Majores vero quibus alii seducuntur, si confessi fuerint vel convicti, carcere perpetuo, nisi gravius aliquid mibi vis fieri debere visum fuerit; recludentur. Sequaces vero itidem confessi vel convicti, his exceptis qui ab eis seducti correptique facile resipiscant, ferro calido frontem & facies signati pellantur.*

PIGACIÆ, Calceorum rostra & aculei, seu eorum caudæ veluti scorpionicæ. Ordericus Vitalis lib. 8. ejusmodi calceorum rostratorum Fulconem Andium Comitem repertorem fuisse ait, qui cum pedes haberet deformes, instituit sibi fieri longos & in summitate acutissimos subtalares, ita ut operiret pedes, & eorum celaret tubera, quæ vulgo vocantur Uniones. Insolitus inde mos in occidentum orbem processit, levibusque & novitatum amatoribus vehementer placuit. Unde sutores in calceamentis quasi caudas scorpionum, quas vulgo *Pigacius* appellant, fecere, idque genus calceamenti pene cuncti divites & egeni expetere. Vide Notias nostras ad Alexiadem Annæ Comnenæ, & in y. *Roftra*, nec non & in v. *Poulainia*.

PIGACIUM SERICUM. Guillelmus Biblioth. in Stephano VI. PP. pag. 236. *Fecit in eadem prædicta Basilica vela 4. in circuitu altaris majoris, quorum sunt duo de serico Pigacio, tertium pavonatile, quartum de Alexandrino, &c.* [Vide *Exametum & Piancavum.*]

¶ PIGAGIUM, pro *Picagium*. Vide in hac voce: Charta an. 1526. apud Rymer. to. 14. p. 165: *Stallagio, tallagio, cariagio, pesagio, Pigagio, &c.*

¶ PIGARDUS, Gallus silvester, in Gloss. MSS. XIII. sæc. S. Andreæ Avenion.

¶ PIGATIO, Furtum. Instrument. apud *Madox* G g ij

Form. Angl. pag. 18. *Clemens Slegge attachatus fuit per corpus pro Pigatione unius burse cujusdam Johannis Thoma de London.* Angli furem subdolum *Piek poche* vocant, quem nos Galli *Filou* dicimus.

PIGATUM. Chronicon Fontanellense, cap. 6. *Deinde per Casalis usque ad fines Bovaricenses in dextera per summum illius Pigatum exsartum, usque ad fines Glaccolinfes.*

PIGELLA, *Quoddam genus vasis, scilicet artopta, quia depressa est.* Ugutio. [Vide Martinium.]

¶ PIGHTELLUM. Vide *Pictellum*.

PIGINCULUS, pro *Penicillus*. Vide *Savaronem* ad *Sidon*. lib. 7. l. pist. 3.

¶ PIGIS, Species leguminis, f. *Pisum*, Gall. *Pois*. Statuta Monast. *Lirin*. MSS. an. 1453. *Item de septem sestariis leguminum, videlicet de duobus sestariis cicerum, de duobus sestariis fayolorum & uno sestario Pigium, & uno sestario lentium, & uno sestario fabarum, &c.*

¶ PIGMENTALE, PIGMENTARIUS, &c. Vide mox in *Pigmentum* 1.

1. PIGMENTUM, Recentioribus usurpatur, pro potione ex melle & vino & diversis speciebus confecta, suavi, & odorifera, ut est apud *Joan. de Janua*. *Catholicum Parvum: Pigmentum, pigment, confectio sives, odorant, fait de vin & de miel, & autres especes.* Alibi: *Nectar, dulcis liquor, vel vinum pigmentatum.* *Vn* in *Cypricum, pigmentatum & clarificatum*, apud *Lambertum Ardensem* pag. 119. *Mellita ac pigmentata potio*, apud *Petrum Damian*. lib. 1. *Epist.* 11. *Mulsum melle simul & diversis Pigmentorum generibus paratum*, eidem lib. 6. *Epist.* 32. [*Bacchus pigmentatus*, pro vino pigmentato, apud *Willelm. Pictav.* pag. 198.] *Petrus Venerab.* in *Statutis Ordinis Cluniac.* cap. 11. *Statutum est, ut ab omni mellis & specierum cum vino confectio, quod vulgari nomine Pigmentum vocatur, Cœna Domini tantum excepta, qua die mel absque speciebus vino mistam antiquitas permisit, omnes Cluniacensis Ordinis Fratres abstineant.* *Udalricus* lib. 1. *Consuet. Cluniac.* cap. 52. *Et pigmentum, ad cujus tamen propinationem scilla non sonatur.* Lib. 2. cap. 4. *Potio pigmentata.* Lib. 3. cap. 21. *Quotiens Pigmentum datur, ipse modiolis infundit.* Occurrit apud eundem locis aliis, ex quibus colligitur, statis diebus pigmentatam potionem Monachis datam: quod improbat *S. Bernardus* lib. de *Vita & Moribus Religiosor.* cap. 8. *Quale est autem illud, quod nonnulla Monasteria ex more observare dicuntur, in magnis videlicet festis vina delibuta melle Pigmentorum respersa pulveribus in Conventu bibere?* *Charta Caroli C.* apud *Joan. à Bosco & Joan. le Lievre* in *Vienna: Illud etiam donativum censale, aliud in speciebus vel in Pigmentis Gracorum, præter justitiam, quam nostræ camera reservavimus.* Vide *Fragmentum Historicum de Concilio Aquisgranensi*, *Rembertum* in *Vita S. Anscharii* num. 59. *Joan. Diacon.* in *Vita S. Gregorii Mag.* lib. 2. cap. 26. *Testamentum Sugerii Abbat.* &c.

PIGMENTUM, pro *Pigmentum*. Laudat *Salmasius* ad *Vopiscum* pag. 404. *Excerpta Apicii à Vinidario hoc titulo: Brevis Pimentorum, quæ in domo esse debent.* *Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu* ch. 215. *Et in festivitate O. SS. unum receptum in refectorio de pane & vino, & Pimento, & piscibus, & fabis, &c.* Ita *Piment* usurparunt nostri. *Le Roman d'Auberi* MS.

Qui porteront le vin & Piment.

Le Roman de Florimon MS.

Vins vermaus, & blans, & herbez,
Et de Pienmens y ot assez.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

Et plein bocel de vino de Pimant.

Chron. MS. Bertrandi du Guesclin:

Tant luy ont presenté de vin & de Piment,

Qu'il fut tout enyvez, car li vin le sourprent.

Alibi:

Ne ne beuray de vin, ne de Piment jolis.

Rursum:

Et quant raffrechi fut l'Abbé à son talent,

Et il ot bû un cop de ce riche Piment.

[*Le Roman de la Violette* MS.

Et si furent bien abeuvrez

De Pymant qui n'est pas peuvrez.]

Hist. Prioratus de Vignore in Agro Hereford. in Anglia: *Il dona adonks al Evesk une juste d'argent pleine de Piment, laquelle il reçut pur grant down.*

PIGMENTALE, pro *Pigmentum*, apud *Ebrardum Betuniensem* contra *Valdenses* cap. 20

PIGMENTARIUS, vel PIMENTARIUS, *Pigmenti confector*, ἀρωματοπώλης, in *Glossis Græc.* l. *atin.* sic etiam legendum in *Lat. Græc. Glossæ Gr. MSS.* *Regiæ: πικμεντάριοι, οἱ βοτανολόγοι.* *Pigmentarius*, in *vet. Inscript.* 1033. 1. apud *Firmicum*, *Aponium* lib. 5. *Commentar. in Cantica Canticor. & Martianum JC. Pigmentaria ars*, apud eundem *Aponium* lib. 3. [& *Gilbertum Episc. Londin.* in eadem *antica* cap. 5. num. 13.] *Sed de Pigmentis & arte pigmentaria, plura Salmasius ad Solinum* pag. 1051. & *Beroaldus ad Apuleium.*

¶ PIGMENTUM, metaphorice pro *Oratio in Dei amorem excitatoria*, apud *S. Rembertum* in *Vita S. Anscharii* sæc. 4. *Bened. part. 2.* pag. 107. *Denique ex ipsis compunctivis rebus, ex sacra Scriptura sumtis, per omnes psalmos propriam aptavit orationumculam, quod ipse Pigmenta vocitare solebat: ut ei psalmi hac de causa dulcescerent. In quibus videlicet Pigmentis, non compositionem verborum curabat, sed compunctionem cordis tantum quærebat: in quibus Pigmentis aliquando Dei laudat omnipotentiam, & judicium; aliquando semetipsum vituperat; aliquando Sanctos, qui Deo obediunt, beatificat; aliquando miseros & peccatores luget.* Eadem ratione *divini Pigmentum verbi* occurrit in *Vita S. Gerardi* sæc. 5. *Bened. pag. 273.* ubi addit *anonymus Scriptor: Noverit utique sermonem divinum aptissime appellari Pigmentum, qui quo magis ruminando teritur ore sermocinantium, eo magis reddit saporis odorifve oblectamentum.*

¶ 2. PIGMENTUM, Species aromatis, Gall. *Epice.* *Pimienta* Hispanis est *piper*: sed à pipere pigmentum hic distingui videtur. *Charta an. 984.* apud *Baluz. Histor. Tutel.* col. 380. *Has res superius nominatas dedit Ecclesiæ B. Martini & monachis ibidem Deo famulantibus Johannes abbas, hac quidem conditione ut unoquoque anno in festivitate B. Geraldii tres libras piperis aut Pigmenti Tutelenses fratres Aureliacensibus persolverent.* Vide *Pignoletum, & Piper.*

¶ 3. PIGMENTUM, κεφάλαιον. *Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerman.*

¶ PIGMENTUS, Bene olens. *Vita S. Romani Archiepisc. Rotomag. metricè scripta* apud *Marten.* tom. 3. *Anecd. col. 1657.*

Stella maris, portus, Pigmentis confitus hortis.

Haud scio tamen an legendum sit *hortus*, adeo ut pigmentum sit substantivum & quamlibet herbam odoriferam significet. Cæterum *Empimenter* dixerunt *Poetæ nostrates* pro *suavi & grato odore perfundere.* *Le Roman d'Athis* MS.

Parmi la salle Empimentée,
De lis, de glaière enjonchée,
De roses fresches & nouvelles.

¶ PIGNA, PIGNACULUM, &c. Vide *Pinna* §.
 PIGNALE, Idem quod *Pignus*. Fori Oscae pag. 4.
 an. 1247. *Qui pignorat unus ad alium hereditatem,*
aut res mobiles, dando suum haver, quantum habet
super suum Pignale, debet statim suum Pignale recu-
perare, & qui tenet ipsum in pignore, debet accipere in
compotum, si quod expleytm acceperit de ipsa heredi-
tate. Fol. 13. De illo qui emit, aut accepit in pignus
hereditatem aliquam emtor, aut qui Pignale accepit,
potest de facili eam amittere.

¶ PIGNERA. Vide *Pignus*.

¶ PIGNERARIUM, *πηνερῶριον*, in Gloss. Lat. Gr.
 MSS. Saengerman. Tributum.

¶ PIGNERIA. Vide in *Pignus*.

PIGNIO. Charta an. 1213. in Historia S. Mariæ
 Sueffion. pag. 446. *Quidquid est inter novam viam,*
quæ protenditur à Pignione veteris hospitalariæ ex parte
Axona, &c. Alia an. 1231. ibidem pag. 44. ha-
bet Pignone. Idem videtur quod Pignaculum, de
qua voce infra in Pinna.

Idem unumque esse quod *Pignaculum* infra, Cul-
 men domus, Gall. *Pignon*, dubitare non finit Com-
 putus ann. 1347. tom. 1. Histor. Dalphin. pag.
 84. *Imprimis debebant facere & construere . . . eccle-*
siam . . . cum triginta fenestris & Pignoribus (1. pi-
gnonibus) decentibus. Item dormitorium . . . cum
fenestris & Pignonibus decentibus, videlicet primam
cannam in altum grossitudinis quatuor pedum, & su-
pradictam cannam usque ad Pignones grossitudinis trium
pedum, Pignones vero grossitudinis duorum pedum cum
dimidio.

¶ PIGNOLARE. Vide mox *Pignolatium*.

PIGNOLATIUM. Chronicon Nonantulanum
 [Ricobaldi Ferrariensis] MS. de Institutis & riti-
 bus sub Friderico II. Imper. [nunc editum apud
 Murator. tom. 9. Script. Italic.] *Viri chlamydeibus*
pelliceis, vel chlamydeibus laneis sive pellibus ac infulis
de Pignolato utebantur. Urbanus IV. PP. in Regula
Militum Ordinis S. Mariæ, apud Ghirardaccum
in Histor. Bonon. Habeant tunicam interiorem de
panno laneo albo vel Pignolato, &c. Mulieres de tu-
nica de Pignolato, quando veniebant ad nuptias, ute-
bantur. [Gualvaneus Flamma apud Muratorium
 tom. 12. col. 1033. *Virgines, antequam nuptui tra-*
derentur, vestiebantur tunica de Pignolato, qua dice-
batur sotanum. Statuta Ripariæ cap. 12. fol. 3. vº.
Item de qualibet petia Pignolati alti, sive colorati, sive
non, pro introitu soldi tres. Item de qualibet petia Pigno-
lati bassi, sive colorati, sive non, pro introitu soldi tres.]
 Italis *Pignolo*, est fascis lini vel cannabis, *Pignolare*,
 linum terere, infringere. [*Nostri Teiller dicunt,*
 quibus etiam *Pignon* est stupa cannabina.]

¶ PIGNOLETIUM. Edictum Philippi Pulcri Reg.
 Franc. ann. 1304. tom. 1. Ordin. pag. 423.
Nostræque intentionis existit ut gingibretum, Pignole-
tium, ciminum & cetera species aromatica edibiles supe-
rius non expressa, ad quascumque partes amicorum no-
strorum, de predicto nostro regno libere possint trahi.
 Aliud ejusdem Regis an. 1312. ibidem pag. 513.
Que nuls ne vende, ne achate pour revendre Gingem-
brat ne Pignolat enbouchié, & qu'il ne soit autel de-
sous comme dessus, & sans enchapleures, qui ne saint
de même le sucre, & la confiture sans yringes. Nostri
Pignolat vocant nucleos pineos saccharo conditos, à

¶ 1. PIGNOLUS, Nucleus pineus, Gall. *Pignon*,
 Ital. *Pignolo*. Charta an. 1233. ex Schedis Præsid.
 de Mazaugues: *Ut de Pignolis possint de ipsis quolibet*
anno accipere & exportare ad usum propriæ comestionis.

¶ 2. PIGNOLUS, Vitis species in agro Mediolanensi,
 de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

¶ PIGNORA, PIGNORAGIUM, &c. Vide *Pignus*.

¶ PIGNORANTIA, PIGNORATIO, Facultas à
 Principe subdito cui jus denegatum est, concessa
 sibi jus faciendi atque *Pignori* capiendi etiam per
 vim quicquid poterit ab alterius Principis subdito,
 à quo injuria affectum se vel spoliatum queritur.
 Exstat hac de re Edictum Philippi Pulcri Reg.
 Franc. an. 1313. quod in v. *Marcha* descripsimus.
 Statuta Eccles. Cadurc. &c. apud Marten. to. 4.
 Anecd. col. 744. *Item, persona singularis ipso facto*
excommunicata est & universitas interdicta, quæ conce-
dit repræsalias sive marchas, id est Pignorantias fieri
contra personas ecclesiasticas, vel bona ipsarum. Con-
cil. Paris. an. 1314. apud eundem Marten. tom.
 7. Ampl. Collect. col. 302. *Et si Pignoraciones,*
quas vulgaris elocutio repræsalias nominat, in quibus
alius pro alio pregravatur, tanquam graves legibus &
aquitati naturali contrariæ, civili sint constitutione pro-
hibita, &c. Vide Pignus, & Repræsalia.

¶ PIGNORARE. Vide in *Pignus*.

¶ PIGNOTA, Domus elemosynæ, ubi panis, qui
 Italis *Pagnotta* dicitur, pauperibus distribuitur. Te-
 stamentum Humberti II. an. 1355. tom. 2. Hi-
 stor. Dalphin. pag. 620. *Residuum & quod de præ-*
dicto residuo supererit. . . concedimus Pignota Avinionen-
si, quam quidem Pignotam in dicto residuo prædicti resi-
dui nostri heredem instituimus. Infra: Possit. . . curare
ad opus dictæ Pignotæ, ad hoc, quod potius abundet di-
ctum residuum per nos concessum eidem Pignotæ, ut est
dictum. Domus librationis dicitur in Charta anni
 1335. ibidem pag. 294. Vide *Pagnota*.

¶ PIGNUM. Glossæ Græc. Lat. *Παιτωριον Πιναριον*
χρονον, Honorarium jus vel Pignum.

¶ PIGNURA, ut *Pignus*, Gall. *Suisse*. Concil. Le-
 gion. an. 1012. inter Hispan. tom. 3. pag. 191.
Item si aliquis sayo Pignuram fecerit in mandamento
alterius sayonis, persolvat quemadmodum si non esset
sayo.

PIGNUS. Ebrardus in Græcismo:

Pignora pro natus, dic pignora pro vadiatus.

Pignora natorum dicuntur, pignera rerum.

Ita etiam Iso Magister in Glossis pag. 800. Idem
 in *Psycomachiam Prudentii: Pignera filii nuncu-*
pantur, eo quod in eis spes habeatur futura posteritatis.
 Alius Poëta infimi ævi MS. ex Bibl. Thuana:

Pignus præbet oris, cum fæderis est vel amoris,

Sed cum præbet eris, defectum mitigat eris,

Sed cum lex docuit pro pignere pignora ponit.

Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Pignera, res po-*
sitas, vel sanctorum cineres. Pignora, liberi, filius, aut
filia. Altera hac significatione, id est pro reliquiis
Sanctorum usurpant non semel scriptores. Grego-
rius Turon. lib. 9. cap. 39. In partes Orientis Cleri-
cos destinat pro dominica Crucis ligno, ac sanctorum
Apostolorum, caterorumque Martyrum reliquiis: qui
euntes detulerant hac Pignera. Idem de Gloria Con-
fess. cap. 29. Cumque sacrosancta Pignora, palliis ac
mappis exornata, in excelsum deferremus, &c. Chro-
nicon Novalicense lib. 5. Contulit & duo magna Pi-
gnora, scilicet SS. Frontiniani & Sylvestri. Adde Hi-
stor. Translat. S. Sebastiani n. 73. 83. Huc etiam
spectat vetus Romæ inscriptio:

Quod dulcis nati, quod cara Pignera præstant

Continet hic tumulus membra qui parva retentat.

[Exstant Guiberti libri 4. de Pignèribus SS.]

¶ PIGNUS MORTUUM, Gall. *Mort-gage*, Species
 usuræ, quæ Cowello lib. 2. Instit. tit. 4. §. 1. dici-
 tur Hypotheca creditori sic oppignerata, ut fru-
 ctus, quos durante tempore oppignationis pro-
 ducit, omnes fiant creditoris, idque sine computo

- inde debitori faciendo. Bulla Martini PP. V. an. 1229. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1009. In nonnullis Capitalis Cathedralium & Collegiatarum usura publica exercetur, & centum pro decem annuis sub hoc signamento dantur; recipientibus ab eis pecuniam vendunt super decimis feodalibus quas dicunt possidere, licet nullas possideant, vel super eorum patrimonio decem libras Turon. redditus annui pro centum scutis, & arreragia in sortem convertunt; qui contractus vocatur vulgariter Pignus mortuum. Vide in Vadium.
- Pro rebus mobilibus in pignus assignatis usurpant Statuta Vercellens. lib. 1. fol. 5. Item quod Potestas seu rector, vel ejus judices, seu milites non possint alicui persone de districtu Vercellarum, que parata sit pro aliquo facto dare fidejussorem idoneum, precipere quod det Pignus mortuum, vel in pecunia numerata, vel Pignus mortuum, vel pecuniam ponere in fortia clavarii vel alterius persone ante condemnationem factam. Vide infra Pignoratium.
- PIGNORA VIVA, Animal, pecus. Fori Olcæ ann. 1247. fol. 3. Cum super aliquod factum voluerit homo pignorare alium hominem, & is, quem vult pignorare, habuerit Pignoram vivam, qualem judicat Forus, si tenuerit eam inclusam, &c. Fol. 8. Et quod ipsa casa sit cum habitatore, qui faciat ibi ignem, & adhuc qua habeat Pignoram vivam in eadem villa, cavallum, aut equam, &c. Occurrit passim in Foris Aragon.
- PIGNORARE, Pignori capere, Gallis Saisir. Lex Bajwar. tit. 12. cap. 1. Pignorare nemini liceat, sine jussione Ducis. C. 3. §. 1. Si quis aliquem contra Legem Pignoraverit, & sine jussione Ducis, pignus sine lesione reddat, & aliud simile addat. Vide totum titulum, qui est de pignoribus, Legem Longobard. lib. 2. tit. 21. §. 8. 30. Capitulationem Caroli Mag. de partibus Saxonie cap. 24. &c. Libertates concessæ Villæ Montisbrufonis à Guigone Comite Forensi an. 1223. MSS. Item ut si aliquis Pignoret vel gatjaret ipsos, . . . vel eorum caperet pro debitis, &c. Constit. Jacobi I. Regis Aragon. an. 1234. Statuimus, quod nullus Vicarius noster, vel aliquis homo de villa Pignoret aliquem Militem, vel ejus hominem, aut Ecclesiarum . . . nisi prius invenerit faticam de directo in eo, vel in domino suo, &c. Alia Jacobi II. an. 1269. Nolumus, quod persona alicujus Pignoretur, vel ratione alicujus pignoris capiatur, aut detineatur pro debito alieno in terra nostra, . . . quoniam cum vicinus pro vicino Pignoretur, sufficit quod res, & non persona Pignorentur. [Edictum Caroli Regentis an. 1357. tom. 3. Ordinatio Reg. Franc. pag. 206. Nisi hoc facere voluerit, dictus baillivus Pignoret eum ad instanciam Consulium predictorum.] Ita in Consuetudinibus municipalibus vox Pignorer passim accipitur, Aquensi tit. 11. artic. 14. Bayonensi tit. 2. art. 17. tit. 19. art. 7. tit. 26. art. 13. Labort. tit. 3. art. 11. &c. tit. 7. art. 9. &c. [Adde Statuta Cadubrii lib. 2. c. 20.]
- PIGNORARE, Prædari, hostium agros incurfare, Gall. Piller, faire des courses, picorer. Regest. Comput. Dalphin. an. 1310. fol. 54. Castellanus Bellacomba computat pro expensis quorundam equorum vulneratorum Pignorando gentes Sabaudia, 10. lib.
- PIGNORA CAPERE, Gall. Saisir les meubles. Libertates Regni Majoricarum an. 1248. Si Miles noluerit facere justitia complementum, nec à curia possit distringi, liceat adversario Pignora capere propria auctoritate sua, prater equum, quem ipse equitat.
- PIGNORA MITTERE, Satis-dare pignus dare. Edictum Nunnonis Sancii D. Rossillionis de Treuga, an. 1217. Violatores autem pacis satis dare, & Pignora mittere in manu Vicarii nostri in propriis personis,

si tamen dominus, qui eos ad maleficium duxerit, vel ad guerram voluerit Pignora mittere pro se & pro Militibus, . . . recipiatur.

- REPIGNORARE, in Legibus Luithprandi Regis Longobard. tit. 83. §. 1. Licentiam habeat Repignorare usque in secundam vicem.
- PIGNORAGIUM, Cautio, fidejussio, pignus, Gallice Plegerie, caution, garantie. Litteræ Comit. Hollandiæ an. 1284. apud Rymer. tom. 2. pag. 283. Prefatus dominus Rex vel sui . . . pacifice possideant sine impedimento seu calumpnia mei vel heredum meorum nomine Pignoratii seu cautionis.
- PIGNORANTIA, Eadem notione, in Litt. Eduardi III. Reg. Angl. an. 1341. apud Rymer. to. 5. pag. 244. Set ipsi nuncii . . . dixerunt precise quod solam Pignorantiam argenti, vel jocalium reciperent cautionem.
- PIGNORATIO, Eodem intellectu. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 26. Et si est forensis, ultra viginti dies Pignoratio non valeat, & estimatio, & datio in solutum vigore dictæ Pignorationis fieri non possit.
- PIGNORATIO, Præstatio ob pignorationes factas domino interdum persoluta. Statuta Ausciorum MSS. art. 41. Item est consuetudo ibidem quod pro aliqua pignoratione, vel venditione, vel alienatione, vel permutatione non datur aliquid ratione venditionis, vel impignorationis, vel alienationis, vel permutationis, nec laudaminium, nec retrocapita, nec vendæ, nec Pignorationes, &c.
- PIGNERIA. Tabular. Vosiense fol. 26. v. 9. Precepit namque ut ille qui terram suam habuerit, omnem terram qua est in Pigneria de elemosina Sanctis redimeret, & absolvit vero omnes conlibertos & conlibertas & ipsorum tributum Deo. Occurrit præterea apud Stephanot. tom. 2. Antiq. Bened. Lemovic. p. 288.
- PIGNORARIA. Charta an. 1116. in Tabul. Ecclesiæ S. Laudi Andegav. fol. 77. Concordia, qua inter Ecclesiam Fontisebraldi & Ecclesiam S. Laudi facta est super Pignoraria & terra Petri de Monte, &c.
- PIGNORATOR, Fidejussor, in Charta Raimundi Comitis Paliensis an. 1055.
- PIGNORATIVUM INSTRUMENTUM, Charta qua aliquid in pignus datur. Charta Raimundi Rogerii Vicecom. Biterr. ann. 1204. inter Instrumentum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 149. Item promitto vobis . . . quod non inquietabo . . . vos . . . occasione . . . instrumenti Pignoratitii olim confecti inter Bermundum Episcopum Biterrensem & Ceciliam Biterrensem vicecomitissam, ac filios ejus, donec predicti sex millia solidi Melgorienses sint vobis reddit. Infra: Pignoris obligatio & cirographum dicitur.
- PIGNORA, æ. Tabularium Cadurc. Eccles. Gulielmus Vicecomes S. Cyrici fecit Pignoram Raimundo Rateri in villa, qua dicitur Crem, videlicet unum prandium cum centum Militibus per trecentos solidos Aquitanenses. Infra: Et omne quod in hac terra juste vel injuste quarere poterant, cum ista Pignora, jure perpetuo . . . Ecclesia relinqueret, quoadusque Pignoram supradictam redderet, videlicet 300. solidos nummorum, &c.
- Ex his haud facile efficitur quæ sit nativa vocis Pignora notio: utcumque tamen colligi possit videtur hac voce significari quicquid ab alio sub pignore datur vel tenetur; ita ut Pignora opponantur alodio seu immobili proprio: qua nomenclatura non tantum res ipsa, sed & præstatio quæ ob eam rem reddebatur, veluti rei pignus, donata est. Hæc apertius docent sequentia. Charta an. 1125. inter Probat. novæ Historiæ Occitaniæ tom. 2. col. 429. Donamus tibi (Bernardo de Trelmals)

totum ipsum honorem quem ipsi habuerunt, . . . sive per alodium, sive per fevum, sive per tencutiam; exceptis burgis de Carcaffona, & exceptis Pignoribus illorum. Et donamus vobis totum ipsum honorem quem Guilhermus Arnaldi tenuit, . . . sive per alodium, sive per Pignoras. Ibid. col. 430. Si vero ipsa Pignora quas mihi donatas habetis fuerint de me (Bernardo de Tresmals) redempta, donem ipsum avere propter ipsum honorem. . . . Quod si non fecero, habeatis retornum in toto ipso meo honore qui mihi accidit ex parte patris mei & matris mea. Testam. Rogerii Vicecom. Biterr. an. 1150. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 411. De Comite de Fusco habeo & teneo villas & honorem per Pignoram septem millia solidorum Tolosanorum, & si Raymundo Trenchavello ipsos septem millia solidos reddiderit, aut cui ille voluerit, ipsam Pignoram recuperet. Tabular. Fuxense inter Instrum. tom. 1. novæ Gall. Christ. pag. 4. Ista Pignoras superscriptas teneat Froterius & Bernardus, per quinque millia solidorum vel solidatas apretiatas justis apretiatoribus.

¶ PIGNUS, eris. In Pignere mittere, in pignus dare. Charta apud Stephanot. tom. 2. Antiquit. Bened. Lemovic. MSS. pag. 287. Qui ante longe pro centum solidis ipsi predicto Apostolo (Petro) in Pignere miserat.

¶ PIGRA, Medicina. Vide Girapigra.

¶ PIGRANIMIS, Piger, ignavus, tardus. Avienus apud Barth. in Advers. 46. 1.

¶ PIGREDO, in Glossis antiquis MSS. Pigritia, torpor, stupor. Occurrit 19. Proverb. v. 15.

¶ PIGRI, Jura pigrorum, quorum cognitio ad majores judices spectat. Charta Heriberti Comitis Viromand. an. 1076. tom. 12. Spicilegii pag. 157. Manentes injuste vexando, jura Pigrorum vel viarum, aliasque justitias, quas ad majorem potestatem pertinere dicebant, violenter usurpando. Infra: Neque in omnibus supranominatis locis & districtis Pigrisque quibuslibet seu viis interpositis aliquam justitiam, . . . usurpare audeat. Vide Pita 1.

¶ PIGRIDITAS, Pigrities, socordia. Maurisius de Diffidiis Marchionis Estensis apud Leibnit. Script. Brunsvic. tom. 2. pag. 46.

Quod propria culpa castrum sic perdit amœnum
Perpetuo doleat Pigriditate sua.

¶ PIGRITANUS, Piger, tardus. Roswita de fundat. Cœnobii Gandeshem. apud eundem Leibnit. ibidem pag. 319.

Ecce mee supplex humilis devotio mentis,
Gliscit felicis primodia Gandeshemensis
Pandere cœnobii, quod cura non Pigritana
Construxere Duces Saxonum jurepotentes.

¶ PIGRITARI, Pigrari, morari. Reinardus Abbas in Epist. ad Wibaldum an. 1146. apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. col. 198. Si tamen tibi placuerit, sepius te visitare non Pigrabor. Caffari Anal. Genuens. lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 251. Surrexit & dixit: O cives & bellatores Dei, præcepta Dei qua per Patriarcham modo audistis, complere ne Prigritemini. Pigritatus sum, ὀκνησῶ, in Gloss. Latin. Græc.

¶ PIGRITAS. Gloss. Græc. Lat. ὀκνησία, Socordia, Pigritas. [Vide Pigriditas.]

¶ PIKERELLUS, Luciolus, Angl. Pickrel, Gall. Brocheton. Charta an. 1356. apud Rymer. tom. 5. pag. 870. Ac etiam in stagnis ejusdem domini piscatus fuerit, & duos luceos (quorum uterque tres pedes & dimidium) . . . quinquaginta Pikerellos (quorum quilibet unum pedem & dimidium.)

1. PILA, Monetæ cujusvis pars averfa, vulgo, la

Pile. Vetus Charta apud Argentreum in Hist. Britann. lib. 1. pag. 95. Parvi denarii currebant tunc in Britannia, in qua siquidem moneta albæ erant insculpta dua hermina circa crucem, & in Pila tres hermina, &c. Sic autem dictas pilas à nobis observatum in Notis ad Joinvillam, quod plerisque monetis Francicis efficta esset templi seu ædis sacræ species, columnis, quas vulgo pilas & pilaria dicimus, sustentati.

¶ Erit fortasse qui hanc monetæ partem Pilam nuncupatam malit ab instrumento ejusdem nominis, quo olim ad signandam partem nummi averfam utebantur. Vide Poulain & Boizard ubi monetariorum voces interpretantur: quibus addendus Felibianus qui in Diction. Artium docet etiamnum Pilam apud Batavos in usu esse, eademque ratione cusa fuisse veterum numismata. Monendus tamen obiter Lector in eo falli Felibianum quod partem nummi pila signatam, quæ est inferior, superiorem esse scribat. Latius vocem Pille usurpat Le Roman de Vacce MS. pro quavis pecunia signata:

Boton estoit ses maistres moult prou & moult cortois,
Ne faillissent au Duc por Pille, ne por croiz.

Vide Crux in Monetis

¶ 2. PILA, Idem quod Lobia, Porticus operta ad spatium idonea; quod pilis sustentetur sic dicta. Statuta Vercell. lib. 2. fol. 37. vº. Que banna judex & consul justitie Vercellarum dare & scribi facere teneatur per notarium ad hoc deputatum, & legi facere publice ad Pilam vel lobiam ubi sunt contiones Communis Vercellarum. Occurrit rursus fol. 38. & 170. vº.

3. PILA, Taberna, Tavernæ. Unde versus:

Et pila, pes pontis: pila, ludus: pila, taberna:
Pila terit pulvis; sed pila geruntur in hostes.

Versus alius:

Ludum laudo pila, plus laudo pocula pila.

[Glossæ Lat. Gall. Sangerm. Pila, Pelote, estueuf, tavernæ, ou pilier de pont, ou pile à piler fromant.]
Vide Pinna 2.

¶ 4. PILA, Agger, moles, via strata, nostris Chaucée. Enumeratio jurium Comit. Biterr. in civitate Albiensi an. 1252. Item recognovit eidem quod insimul habebant pedagium Pila. Charta ann. 1509. apud Rymer. tom. 13. pag. 243. Relaxavimus eidem Episcopo (Londoniensi) . . . forisfacta vel forisfacienda . . . contra formam seu effectum statutorum, actuum sive ordinationum pro ripariis, gurgitibus, stagnis, Pilis, &c.

¶ 5. PILA, Uter. Inventar. rerum bellicarum ann. 1260. Item IIII. tonelli sine vino. Item vº. Pila ad oleum reponendum. Vide Pilasca.

¶ 6. PILA, Vas quoddam ad usum eorum qui pannos parant. Statuta Montis Regal. fol. 273. Talis persona de civitate Montis Regalis & posse, ibi battere seu parare possit, & debeat pannum seu canabum extranei ejicere extra Pilam paratoris & batenderii licite. Vide Pilum 2.

¶ 7. PILA, Mensuræ frumentariæ species. Charta an. 1362. inter Instrument. tom. 6. Gall. Christ. col. 92. Remanente . . . dicto prioratu de Lavineria libero & exonerato de monachis sociis & omnibus pensionibus tam in blado, quam in pecunia, & oleo, . . . videlicet de duobus monachis, & sexaginta Pilis frumenti pro mezada, ac eymnam olei, & sexaginta quinque solidos Turonenses.

¶ 8. PILA, Porta, nostris Portail, à Græc. πύλη. Agnellus in Vita S. Felicis apud Murator. tom. 2. pag. 163. Cumque pervenisset predictas Johannicus

ante ejusdem Pilam ecclesia, statim patefacta sunt janua, & veſtes & ſerra in aliam tacita evulſa ſunt partem. Gualvaneus Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1009. Tunc temporis cives de Papia ſui idoli Regiſolis abſentiam non ſuſtinentes de alta Pila deſecerant, cum civitatem ſuperaffent.

¶ PILA IGNEA, Machinamentum repertum in obſidione Melitenſi; quo pilo militari cum extante cuspide addebantur fiſtulæ ad ignem ejiciendum. Organum ſicæ fiſtulariæ bajonetta oppoſitum: nam huic tubo ſica addita, illi haſtæ tubi adjecti. Hæc Carolus de Aquino in Lex. milit.

PILÆ, pluraliter, ſilvæ montuoſæ. Papias.

PILAGIUM, [Idem videtur quod Pelagium. Vide in hac voce. Charta Philippi V. R. Fr. an. 1319. Cum aquis & porto & Pilagiis, conſuetudinibus ac tranſverſo.] Charta Henrici Abbatis Fiſcan. in Tabulario Fiſcanenſi f. 36. Pilagium navium quietum eſt Abbatis. Vetus Notitia in eodem Tabular. f. 69. Et de conſuetudine illarum navium, quæ Pilagium dicebatur, habebat Comes medietatem.

¶ PILALIUM, Pila, columna, Gall. Pilier. Charta ex Bibl. Bigot. to. 3. Hiſt. Harcur. p. 299. In quolibet Pilaliorum erant quatuor magna pieces de cendal.

¶ PILAR, ut Pilalium. Charta an. 1309. apud Meneſter. Hiſtor. Lugdun. pag. 112. Quod ipſe Dominus Henricus poſſit adificare & baſtire & adificari ſeu baſtiri facere ſupra pilam prædictam dicti arcus mirabilis ſeu miraculoſi unum Pilar ſeu duos Pilars lapideos de groſſitudine & longitudine tales quales poterunt eſſe ad appodiandum ſuper eos. Le Roman de la Roſe MS.

Entre deux Pyleres aſſiſe;
Cil dui Pyler d'yvoire eſtoient.

¶ PILARDJ, PILLARDI, Milites quidam, à pilis quibus potiſſimum pugnabant ſic dicti, vel à pilare, deprædari, Gall. Piller, quod incurſionibus magis ac depopulationibus quam pugnæ aptiores eſſent; ac proinde ejusdem originis atque Brigancii. Vide in hac voce. Conſultatio de recufanda obedientia Petro de Luna apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1181. Dictus Benedictus fecit Pilardos & gentes armorum intrare, comitatum Venaiſſini deprædaverunt, homines occiderunt, & infinita mala fecerunt. Inquiſitio an. 1395. in Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rotomagenſ. Per illas partes tranſierunt Gentes armorum, Britones & Pillardi & amoverunt ab ipſo teſte quatuor jumenta ſua, . . . & dum ſic erant in illis partibus gentes vix audebant itinerare vel ſe talibus Pillardis exhibere. Miracula MSS. Urbani V. PP. ex Archivis S. Victoris Maſſil. Captus fuit per Gentes armorum de Anglicis, & fuit deductus ad quoddam caſtrum Ruppis, & iſte Joannes ad partem cuſtodiebatur per ſex Pillardos. Vide Palearii.

¶ PILARE, pro Expilare, noſtris Piller. Ammianus Marcel. lib. 14. Cognitis Pilatorum caſorumque funeribus, nemo deinde ad has ſtationes appulit navem. Lib. ult. Nec caſtra inimica Pilantes. Rurſus: Pilando villas & incendendo. Hanc vocem à veteribus uſitatam hac notione auctor eſt Feſtus.

¶ PILLARE, in Statutis Eccleſ. Trecor. an. 1334. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1116. Terram, dicti Minibii Pillant, invadunt & deprædant. Editum Johannis Reg. Franc. an. 1361. tom. 3. Ordinat. pag. 496. Patriam Pillaverunt & deſtruxerunt. Occurrit rurſum apud Baluz. to. 2. Hiſt. Arvern. pag. 442.

¶ PILLARIA, PILERIA, Direptio, Gall. Pillerie, pillage. Inſtrument. an. 1385. apud Rymer. tom. 7. pag. 470. Roberias, incendia, Pilerius, murdra,

raptus, &c. Occurrit iterum tom. 8. pag. 141. Charta Henrici VI. Reg. Angl. an. 1431. apud eundem tom. 10. pag. 488. Omnes Pillarias, roberias, incendia, demolitiones domorum, &c.

¶ PILLATOR, Direptor, Gall. Pillard, apud Lobinellum tom. 2. Hiſtor. Britan. col. 568. Qui cum diceret quod D. Carolus fuerat malus homo, Pillator & depredator, &c.

¶ 2. PILARE, Pila ludere. Lex. Phil. Goclenii: Pilabimus ſeu ludemus pila pro aliquot vini congiis ad collationem. Vide Pilarius.

3. PILARE, PILARIUM, PILARIUS, Cambro-Britannis Piler, noſtris Pilier, Pila, columna, fulcrum. Guibertus lib. de Vita ſua cap. 5. Erat autem columna appodiatus cuidam, quam Pilare vocant. [Tranſlat. S. Auguſt. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 412. Tumbam ejus amplectitur columna quam vulgo Pilare dicimus.] Chronicon S. Trudon. lib. 10. Suis ſumptibus unum Pilarium cœpit adificare, . . . poſt illos oppidanſi noſtri de ſuis facultatibus quatuor inceperunt Pilaria, & duo reliquerunt imperfecta. Lib. 12. Piliariſque per circuitum erectis, locum columnarum diſtantium ſignavit. Geryaſius Dorobernenſis de Combutione Dorobern. Eccl. Piliarii turris Orientales muro ſolido prominebant, . . . ſuper hos Piliarios tam in directum, quam in circuitu poſitos de pilario in pilarium arcusolvebantur. Occurrit ibi pluries, & alibi paſſim.

¶ PILLARE, apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 550. Fecit fieri . . . ſex imagines Angelorum pulcherrime depictas ſuper Pillaria cortinarum. Adde Meneſter. Hiſt. Lugdun. pag. 56. Pilleret noſtris pro Columnella. Le Roman de la guerre de Troyes MS. Chascune ymage ot en ſa main
Un Pilleret de pieretaim.

¶ PILLEARE, Eadem notione, in Proceſſu vener. Mariæ de Malliaco tom. 3. Martii pag. 752. Prope altare S. Crucis juxta Pilleare, ubi nunc eſt altare S. Stephani.

¶ PILLIARE. Inventar. ann. 1419. in Tabulario Eccleſ. Noviom. Item unum aliud breviarium . . . qui ponitur in uno trilleto in quodam Pilliari in navis eccleſiæ ante altare S. Eligii. Statuta S. Claudii ann. 1448. pag. 66. Tenetur etiam (Sacriſta) in annua-libus feſtis ponere & miniſtrare candelas in quatuor Pilliaribus capituli.

PILLERII, in Statutis Ordinis Hoſpitalar. S. Joan. Hieroſol. tit. 8. §. 9. tit. 19. §. 4. Vocantur octo Baillivi Conventuales, Capita, & Præſides, ac veluti Columna nationum: nam columnas vulgus Pillerios vocat.

¶ PILARICUM, Columbar. Vide Pilorium.

PILARIUS, σφαιριστής, in Gloſſ. Gr. Lat. [σφαιρωαίκτης, in Cod. Sangerm.] qui pila ludit. Gloſſ. Lat. MS. Reg. Pilicrepus, Pilarius. Eadem Gloſſæ Gr. Lat. σφαιροειδής, Globolus, Pilarius. Sed poſtrema vox pertinet ad ſubſequentem σφαιρωαίκτης. [Vide Pilare 3.]

PILASCA, Uter. Joan. de Janua, ex Gloſſis Iſid. Pilasca, vas vinarium corio piloſo opertum, & derivatur à pilis. [Addi poterat & ἀσπός, id eſt piloſus uter, adeo ut ſit vox ibrida.] Græcis ὄλων. Scho-liast. Theocriti, ὄλων κυρίως ἢ δερματίνη λέκυθος. [Vide Pila 4.]

¶ PILASTRATA, Pila, columna. Chron. Modoet. Bonincontri apud Murator. tom. 12. col. 1094. Quatuor pueri annorum octo, vel decem ætate pro quolibet . . . ſoli caregabant Pilaſtratas & alios lapides groſſos, qui ponderabant unum plauſtrum vini. Italis Pilaſtrata eſt columnarum ſeries; Architectis noſtris Pilaſtre, Vitruvio paraſtata, dicitur columna quadrata cum baſi & capitulo.

¶ PILASTRUM,

¶ **PILASTRUM**, Columna structilis, Italis *Pilastrò*. Chron. Estense ad an. 1341. apud eundem Murator. tom. 15. col. 404. *His diebus completa fuit iruyna episcopatus S. Georgii de Ferraria, ... & Pilastrum Virginis Mariae in dicto episcopatu.*

¶ **PILATORIUM**, Eodem significato. Inventar. Reliquiarum Monasterii S. Severi apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Valcon. MSS. pag. 57. *Item de Pilatorio in quo Dominus noster Jesus Christus fuit ligatus.* Goclenio in Lex. Phil. *Pilatorium, à pila, sphaeristerium.*

¶ **PILATA**, Vas, ni fallor, statutæ mensuræ, diminut. à *Pila* 5. Vide in hac voce. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 76. vº. *Teneantur olearii facere Pilatam olei librarum decem olei pro denariis, &c. Pro qualibet Pilata & non ultra capere debeant, &c.* Occurrit rursum ibidem fol. 183. Vide *Panellus* 3.

PILATUS, Latinis *πιλοφόρος*. Joan. de Janua: *Pilatus, pilum habens, pilata, hic & hac, fur, latro. Pilatulum, tale latrocinium, quod cum pilo i. telo lateat.* Sed aliud sonat in Mandato Henrici III. Reg. Angliæ super Juratis ad arma, in Adversar. ad Matth. Paris pag. 149. *Omnes alii, qui possunt habere arcus & sagittas, extra forestam habeant: qui vero in foresta, habeant arcus & Pilatos.* Ubi Watfius annotat, in simili mandato Edw. I. cap. 6. hanc vocem Anglice verti *bolts*, quæ vox inquit, sagittas catapultarum totas ligneas & obtusas, quibus aves feriebantur, significat. [Vide *Piletta*.] Quod vero *Pilatus* Matthæo Parisio, *Pyle* dicitur in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 23. *de venientibus ad guerram: §. 5. Et omnes alii, qui habere poterunt, habeant arcum & sagittas extra forestam arcum & Pyle.* Sed quidquid sit apud Anglos, constat expressam ac redditam vocem *Pilet*, nostris olim notam, seu pro pilo, ac spiculi specie quadam, seu pro arcubalistarum *quadrellis*. Le Roman de *Garin* MS.

*Volent Pilet plus que pluie en pré,
Et les sajettes, & carriax empane.*

Guillelmus *Guiart* an. 1214.

*Ribaus qui de l'ost se partent,
Par les chans cà & là s'espantent;
Li uns une Pilete porte,
L'autre croc, & maque torte.*

Infra:

*Maces levées, & Piletas,
Se fierent parmi les viletas.*

[Le Roman de la guerre de Troyes MS.

*Des tors lor lancent Pels agus,
Auberc, heaume, ne escus
Ne puet garir qi n'est ataint.]*

Neque aliud videtur *Pilum*, in Epistola Richardi Regis Angliæ apud Hovedenum pag. 698. *Tertia autem die ante ipsius Saladini confusionem, in sinistro latere cum quodam Pilo vulnerati fuimus.*

¶ **PILOTUS**, **PILOTA**, Eadem notione, apud Ottonem Morenam in Histor. Rerum Laudensium pag. 54. *Nec ... ad ipsum murum aliquis appropinquare poterat, quem hi, qui supra Castellum stabant, lapidibus vel Pilotis non vulnerarent.* Infra: *Per totum etiam castrum Crema lapides atque Pilotos projicere leviter poterant.* Et pag. 71. *Projicientes ignem cum ipsis petreris & Pilotas seu sagittas igne accensas infra civitatem.* [Chron. Placent. Joh. Demuffis apud Murator. tom. 16. col. 488. ad an. 1311. *Dominus Valeranus frater dicti Imperatoris fuit percussus cum uno Piloto, ex qua percussione mortuus est.* Oberti Cancellarii Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 338. *Ecce duo galea Pisanorum venientes obviam illis*
Tom. V.

cum tribus buciis & non dimiserunt pro illis, quin in terram ponerent Lucenses quosdam & res illorum ejectis Palotis & sagittis. Ubi leg. *Pilotis*, ut habet alter Codex MS. teste Muratorio.]

PILAX, in Gloss. Isid. *Murilegus, cattus.* Gloss. Lat. Gall. *Pilax, chat, qui prend souris.* Joan. de Janua: *Pilax, cattus, murilegus, quod multis pilis abundet, vel quod ejus pilus est pretiosus: unde in vita B. Samsonis legitur, quod Celerarius fecit venenum, & probavit per Pilacem esse mortiferum.* Vitæ S. Samsonis Episcopi Dolensis verba sunt lib. 1. cap. 16. *Tilulum quoddam fricans, dedit ei bibere, atque quatenus fieret probabile mortiferum, parum de eo prius Pilaci dedit. Pilax autem ut bibit, statim mortuus est.* Ubi perperam *Pelax* editum. Canones Hibern. lib. 51. cap. 8. *Pilax, si quid mali fecerit nocte, non reddet dominus ejus: in die vero nocens, reddet.* Pœnitentiale MS. Thuanum: *Quod si casu quis immunda manuum cibum tangit, vel si canis, vel Pilax, aut catus, vel mus, aut animal immundum sanguinem hominis edit, &c.* Vide Cumeanum Abbatem de Pœnitentiarum mensura cap. 7.

PILEARI. Ulpianus in Collat. Legis Mosaicæ tit. 11. *Qui in ludum damnantur, non utique consumuntur; sed etiam Pileari & rudem accipere possunt, &c.* Id est pileo donari, quod fuit liberationis, ac manumissionis insigne apud Romanos. Vide quæ de Pileo, libertatis symbolo, adnotarunt Cujacius lib. 3. Observat. cap. 23. Turneb. lib. 8. Adv. cap. 4. lib. 18. cap. 33. Bayfius de Re vestiaria, Alciatus Embl. 150. & ejus Scholiast. Carolus Paschalius lib. 4. de Coron. cap. 21. Theophilus Rainaudus in Tract. de Pileo, & Critici alii.

¶ **PILEARIUS**, Qui pileos facit aut vendit, Gall. *Chapelier*. Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 43. art. 7. *Item, quod Pilearii suas perticas, ubi pileos ad desiccandum ponunt, ita teneant, quod non protendantur supra viam publicam.*

PILEATI, apud Gothos dicti potissimum, qui inter eos generosi extabant, ex quibus eis & Reges & Sacerdotes ordinabantur, ut ait Jornandes de Rebus Geticis cap. 5. Idem cap. 11. *Elegit namque ex eis tunc nobilissimos prudentiores viros, quos Theologiam instruens, numina quadam & sacella venerari suavit, nomen illis Pileatorum contradens, ut reor, quia operis capitibus tiaris, quos pileos alio nomine nuncupamus, litabant.* Adde Rodericum Toletan. lib. 1. de Rebus Hispan. cap. 15. *Jornandi concinit Aurelius Victor Schotti in Trajano: Primus, aut solus etiam vires Romanas trans Istrum propagavit, domitis in provinciam Dacorum Pileatis Sacisque nationibus, &c.* *Πιλοφόρος* vocat Xiphilinus è Dione, ut & Petrus Patricius in Excerptis de Legat. ubi de Dacis pag. 24. *Δεκέβαλος πρὸς Τραϊανὸν πρέσβεις ἐπέμψε πιλοφόρος ἔτι γὰρ εἰσι παρ' αὐτοῖς τιμιώτεροι. Πρώτερον γὰρ κομήτας ἐπέμπεον εὐτελεσέρες παρ' αὐτοῖς Διοκάντας εἶναι.* Ex quibus vulgus dumtaxat comatum fuisse colligitur, cui scilicet coma pro pileo erat. Idipsum denique observat de Getis Dio Chrysof. orat. 71. Atque eo quidem verbo usus videtur Paulinus in Carmine de Niceta Daciæ Episcopo, ad designandos præcipuos è Getis aut Dacis:

*Et Getæ currunt, & uterque Dacus,
Qui colit terra medio, vel ille
Divitis multo bove Pileatus
Accola ripæ.*

Gualterus Tervann. in Vita S. Caroli Comitæ Flandr. C. S. Willelmum Nothum Regem Anglor. *Pileati* cognomine donatum fuisse ait: sed an quod Normannici Duces à veteribus istis *Pileati*

tis Gothis genus ducerent, an vero quod ille pileo caput operire soleret, mihi incertum. Joannes Magnus *Pileatos* & *fyān* appellatos antistites sacrorum apud Gotthos scribit, fortassis à pileo vel tiara, integumento capitis, quo usi sunt Sacerdotes.

PILEATIO. Charta an. 988. apud Ughellum tom. 5. pag. 661. *Cultis & incultis, Pileationibus, decimis, &c.* Sed leg. *Piscationibus.*

PILENS, pro *Pilentum.* Fortunatus lib. 6. Poëm. 4. *Hinc Pilente petens loca Gallica Gelesuintha.*

¶ **PILERIA,** Direptio. Vide *Pilare* 1.

¶ **PILERITUM,** **PIERITUS,** **PILLERITUM,** Columna quæ magnis justitiariis competit, patibulum, Gall. *Pilier de justice.* Charta an. 1341. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 428. *Videlicet quod Pileritum dicti dom. Dalphini, quod constructum erat ad portam Cleriaci, & alia Pilerita, quæ reperirentur evulsa per illos de Romanis, in statum pristinum per seipsos de Romanis reducantur.* Alia ejusdem anni ibidem pag. 430. *Et jam in tanta presumptionis prorumpit insaniam, quod in territorio de Romanis prope portas dicta villa fecit per gentes suas plures Pileritos parari pariter & affigi.* Charta an. 1342. ibid. p. 442. *Quoddam Pilleritum pro executione justitiæ infra dictum mandamentum positum, destruxistis.*

¶ **PILETTA,** Pilum, spiculum, Gall. *Javelot.* Litteræ Eduardi III. Reg. Angl. an. 1363. apud Rymer. tom. 6. pag. 417. *Publice facias proclamari, quod quilibet ejusdem Comitatus, in corpore potens, diebus festivis cum vacaverit, arcubus & sagittis vel Piletis aut boltis in jocos suis utatur, artemque sagittandi discat & exerceat.* Vide *Pilatus.*

¶ **PILETUM,** f. Grana frumenti, vulgo *Gruinum,* Gall. *Grouin,* dicta, quæ cadunt in area dum segetes in horreis conduntur: à Gall. *Piler,* quod equorum pedibus conterantur; vel *Palea* trituratione & quicquid projicitur postquam frumentum *pila* est contusum. Charta an. 1253. in Tabular. Floriac. *Girardus quitat & concedit quicquid habet in grangia de Figiaco, scilicet vicesimam partem bladorum, Piletum, guapandum, &c.* Vide *Pilo* & *Pilumen.*

PILEUS EPISCOPORUM sic describitur in Cereimoniali Episcoporum lib. 1. cap. 2. *Pileus Pontificalis cordulis ac floccis sericis coloris viridis ornatus.*

¶ **PILEUS CLERICALIS,** Qui Clericos deceat, in Concil. Tarracon. an. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 509. *Sotanam vel tunicam talarem, superpellicem mundum seu roquetum pro tempore congruens & Pileum clericalem induatur.*

¶ **PILEUS CORNUTUS** Judæorum proprius. Synodus Vienn. an. 1267. in Chron. Mellic. p. 146. *Judæi ut dignoscantur cornutum Pileum deferant, deponentes illum pecuniaria pœna puniantur.*

¶ **PILEUS CROCEI COLORIS** iisdem assignatur, in Statutis Avenion. lib. 1. rubr. 34. art. 5. *Item quod Judei portent Pileum crocei coloris, quo à Christianis discerni possint.*

¶ **PILEUS FOENINUS,** Eo utebantur mulieres; unde ignaviæ signum habebatur. Witichindus lib. 3. Annal. refert in toto Ottonis Regis exercitu nullum militem fuisse qui non *Fœnino Pileo* uteretur, ut Hugoni, quem pugnaturus erat, illuderet, quasi ab effœminatis esset debellandus.

¶ **PILEUS FERRATUS,** pro *Forratus,* Pellitus, Gall. *Fourré,* in Statutis Ord. Cisterc. an. 1212. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1311.

PILEUS NATURALIS, Membrana vel pellicula, qua interdum pueri caput involuti nascuntur: unde quos felices esse dicimus, aut futuros auguramur, solemus dicere, *ils sont nez coëffez.* Lampri-

dus in Diadumeno: *Solent deinde pueri Pileo insigniri naturali, &c.*

¶ **PILEUS DE PINILLIS.** Vide *Pinilla.*

¶ **PILEUS RUBEUS** ad usum Cardinalium. Vide *Galerus.*

PILEUM FACERE, Pileo salutare, quod nostri puerulis non ita pridem occinebant, cum, ut obvios salutarent, identidem urgerent: *Faites le chapeau.* Joannes Sarisberienensis libr. 3. Policratici cap. 6. *Memini me audisse Romanum Pontificem solitum deridere Lombardos, dicens, eos Pileum omnibus colloquentibus facere, eo quod in exordio dictionis benevolentiam capent, &c.*

¶ **PILHA,** Præda, Gall. *Butin.* Rotulus insertus in Ordin. Johannis Reg. Franc. an. 1363. tom. 3. Ordin. pag. 623. *Quod ea quæ per dictas Gentes armorum seu servientium capiuntur communiter seu divisim, super dictis inimicis, sive sit Pilha, sive prisionerii, sive aliud quodcumque, quod sint eorum & cujuslibet eorum propria. Pilles faites sur noz ennemis,* in Statuto Johannis Regis an. 1351. tom. 3. Ordin. pag. 35.

¶ **PILIATUS,** pro *Pileatus,* in Litt. Henrici VII. Abb. Fuld. apud Schannat. Diœc. Fuld. pag. 315.

¶ **PILICALIS PRISCA,** Scripturæ species. Vide *Scriptura.*

PILICREPUS, *Qui pila ludit,* in Gloss. Isidori. *Vetus Inscriptio: Orantes convenite Pilicrepi... ursumque canite voce concordi senem hilarem, jocosum, Pilicrepum, scholasticum, &c.* [Vide *Pililudius,* & *Pitiscum* in Lex. Antiquit. Rom. ad hanc vocem.]

¶ **PILIGERARE,** *πυλοποιεῖν,* in Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerm. *Pilos seu crines componere.*

¶ **PILILUDIUS,** *Qui cum pila ludit, & componitur à pilo pro pilocello & ludo,* apud Johannem de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Pililudius vel ludipilus, Qui joe à la Pelote ou à l'estueuf. Pililudii,* ut observat Grævius ad Gloss. Isid. dicebantur omnes, qui pila ludebant, tam ii qui datatim, quam qui soli pilas alternis manibus jactabant & exercebant. Vide *Pilicrepus.*

¶ **PILIMA,** *Filtrum,* Matth. Silvatico, à Græc. *πίλημα.* Vide *Feltrum.*

¶ **PILINGELLUS,** diminut. à *Pallingus,* Fustis cui aliquid alligatur. Vide *Falanga.* Chron. Bergom. ad an. 1402. apud Murator. tom. 16. col. 905. *Et ipsa nocte antecedente ipsam turrim cavaverunt & posuerunt eam in Pilingellis.* Ibidem ad ann. 1403. col. 947. *Die dicto deruinavit & penitus derucavit turris illorum de Grumello, ... quæ turris erat posita in Pilingellis.* Vide *Phalanga* 1.

¶ **PILIPARIUS,** ut *Pelliparius,* in Statutis Vercell. lib. 7. fol. 150. Vide in hac voce.

¶ **PILIZARIA.** Vide *Pellizaria.*

¶ 1. **PILLA,** **PILLUM,** Pilus, Gallice *Poil.* Statuta Perus. fol. 62. *Si quis fecerit ad vendendum in Perusia vel valle, aut territorio sarcillum, vel alium pannum vitiosum, ponendo ibi Pillam vel Pillum capra, yrci, vel asini, &c. Pelisse,* pro *Poil* vel *Laine,* occurrit in Statuto Caroli V. Reg. Franc. an. 1366. tom. 4. Ordin. pag. 704. *Chappelliers de gans de laine ou de bonnet, ne puet ouvrer de laine, fors que de droite laine tonduë, ou Pelisse de droite saison.*

¶ 2. **PILLA,** pro *Pila,* Columna, in Statutis Montis Regal. fol. 204. Vide *Pantaleria.*

¶ **PILLARE,** **PILLARIA,** **PILLATOR.** Vide supra *Pilare* 1.

¶ **PILLAURIUM.** Vide *Pilorium.*

¶ **PILLEARE,** Columna. Vide *Pilare* 3.

¶ **PILLERA.** Odo in Carmine de varia Ernesti for-

tuna, apud Marten. tom. 3. Anecdor. col. 309.

... Commenta Sophia

*Nobilis inquit, discens quid littera, quid sit
Pillera, quot partes, quæ, cujus partis origo,
Quot versus currat pedibus, &c.*

Hæc ad elementa litterarum spectant; sed quid sit *Pillera*, si tamen bene scriptum, nescio.

¶ PILLERII. Vide *Pilare* 3.

¶ PILLERITUM. Vide *Pileritum*.

PILLEVILLA, Monetæ species. Vide *Tullensis*, in *Moneta Baronum*.

¶ PILLEUM FILTREUM, Pileus vel pannus ex coactis lanis factus. Vide *Feltrum*. Vita B. Giraldi de Salis apud Marten. tom. 6. Ampliff. Collect. col. 1010. Tandem applicans Castellariis equos, & lanceam vibrans habentem in ferro *Pilleum filtreum*, querebat ubi esset militum hospitium.

¶ PILLIARE, Columna. Vide *Pilare* 3.

PILLIATOR. Pilichdorffius contra Valdenses c. 8. *Cum enim fueris sartor, faber, sutor, rusticus, Pilliator, molendinator, aut alius ex artificibus, &c.* Ubi Gretzerus ad oram libri monet, quosdam legere hoc loco *Palliator*, aut *Pileator*, *Huter Germ.*

¶ PILLICANA, Scripturæ species. Vide *Scriptura*.

¶ PILLIONES, Portitores mortuorum. Gloss. Isidori. Ubi Excerpta recte emendant *Vespillones*.

¶ PILLO. Vide *Pilo*.

¶ PILLONUS, Pila, columna, Gall. *Pilier*. Charta an. 1380. in Tabular. Massil. *Juxta Pilonum capelle nostre S. Bernardini*. Charta Thossiac. ann. 1462. *Pro licentia manutenendi in ala Thossiaci duo scamna inter duos Pilonos existentes econtra domum M. Priffelli juxta alatoria ejusdem ala.* Vide *Pilare* 3.

¶ PILLORALIUM, PILLORICUM. Vide *Pilorium*.

¶ PILLOTA, Pila lusoria. Vide *Pelota* 3.

¶ PILLULA, Pilula Plinio, nostris *Pillule*, in Statutis Avenion. lib. 1. rubr. 21. art. 9. & 11.

PILLUM, [pro Pilus, Gall. *Poil*; neque enim infrequens fuit apud nostros pilo vestimenti donationem aliquam seu cessionem confirmare. Vide *Disvestire* in *Vestire*. Interdum & capillorum pilis id fiebat. Vide in *Capilli*.] Formula 30. ex Baluzianis: *Et cum de ipsas res in omnibus vestrum & Pillo & festuca exinde in omnibus se exitum dixit & fecit.* [Vide *Pilla* 1.]

PILO, PILLO. Glossæ antiquæ MSS. *Pilo*, Unde contunditur, quidquid in pila mittitur. Charta an. 1225. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis num. 203. *In ea (grangia) habere debent jure perpetuo omnia stramina & forragia cujuslibet bladi, tam hybernagii quam marciagii, exceptis tamen paleis & Pillone.* Alia ejusdem num. 245. *Scilicet stramina, forragia, Pilonem bene extractum, & paleas avena bene exquisitas ad voluntatem Canonorum totius granchiæ de Grandi huffo... relevavit.* Alia num. 257. *Medietatem omnium palearum granchiæ, medietatem totius Pilonis, &c.* [Ubi *Pilo* idem est quod supra *Piletum*.] Vide *Pilumen* & *Trituratores*.

¶ PILORIA, Idem quod mox *Pilorium*. Charta apud *Madox Formul. Anglic.* pag. 18. *Tunc adjudicatus Pilorie, ibidem moraturus per duas horas tempore nundinarum.*

PILORIUM, SPILORIUM, Columbar, numella versatilis, seu *Collistrigium*: vulgo *Pilori*, in Consuetudinibus municipalibus, Nivernensi cap. 1. art. 9. Meledun. art. 3. Meldensi art. 209. Senonensi art. 2. Altisiod. art. 3. &c. in quibus *Pilorium* dicitur esse argumentum altæ seu majoris justitiæ. Fleta lib. 2. cap. 10. *Pilerium, sive collistrigium.* Leges Burgor. Scotior. cap. 21. §. 3. *Ponatur super*
Tom. V.

collistridium, quod dicitur Pillorie. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 977. *Habere possunt Thew, Pilorium, atque tumberellum pro punitione malefactorum.* Pag. 196. *Cum furcis, Pilloriis, & cum omnibus aliis pertinentiis, &c.* Charta Theobaldi Comitis Campaniæ an. 1227. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis pag. 30. *Afferebat etiam dictus Episcopus, quod ego non debebam habere Pilorium in foro, & facere justitiam in eodem loco, prout mihi placeret.* Will. Thorn. in Edw. II. *Et similiter clamat habere furcas, Pilorium, tumberellum, emendas assisæ panis, & cervisia, factæ in eodem manerio.* [Receptio Caroli VII. Lemovicis an. 1438. apud Stephanot. tom. 1. Fragment. Histor. MSS. *Ante prandium fecit Rex publice in alto loco prope Pilorium amputare caput Bertrandi de Arat Militis proditoris, qui fecerat se Anglicum.*]

¶ PILLAURIUM, in Statutis MSS. Augustæ Aufsciorum art. 39. *Item est consuetudo ibidem quod si aliquis furatus fuerit aliquid non excedens valorem xx. denar. Morlanorum, quod pro furto predicto ad aliquam legem nullatenus condemnatur, tamen ascendat in Pillaurium & currat villam.*

SPILORIUM. Regestum Constabulariæ Burdegalensis fol. 100. *Jurisdictionem altam ibi occupando, Spilorium fieri, & ibidem poni, & aurem cujusdam mulieris, quæ ibidem furtum commiserat, abscidi fecerunt.*

¶ PELLORICUM, in Chartul. S. Quintini in insula p. 123. *Ubicunque invenerint bannitum pro furto... cum in Pellorico ponere debet & de eo facere justitiam.*

PILLORICUM. Charta Majoriæ Rotomagi & Falesiæ: *Latro, falsonarius, judicabitur per communiam, & ponetur in Pillorico, ut omnes eum videant & cognoscant.* [Perperam *Paloricum* editum tom. 1. Ordinat. pag. 307. Charta Philippi Aug. pro communia Calniaci an. 1213. *Prepositus noster... eum (furem) in Pillorico ponere debet.*]

PELLERICUM. Observantiæ Regni Aragon. lib. 8. tit. de Crimine falsi: *In Pellerico ponatur in camisia, & fiet ibi à pulsatione tertiæ usque ad meridiem.*

¶ PELLERINUM, in Statutis Montis Regal. fol. 175. *Item statutum est quod si aliquis malum dixerit de Deo... ponatur ad Pellerinum non expectato iudice, vel aliqua condemnatione, seu defensione, sed incontinenti.*

PELLORIUM. Consuetudines Villæ Arkenensis ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Debet cavere de emenda solvenda infra 15. dies, ... qui pauper fuerit, & improbus, poterit poni in Pellorin, & sic dimitti.*

PILARICUM, in Chartis Communiæ Royensis & Peronensis.

PILLORALIUM, in Fleta lib. 2. cap. 12. §. 19. *Judicium pillorale* lib. 1. cap. 34. §. 35. cap. 37. §. 10. cap. 38. §. 10. *Pæna pillorii*, in Charta Communiæ Abbatis-villæ §. 3. *Pæna pilloralis*, apud Bractonum lib. 3. Tract. 1. cap. 6. n. 1. Tract. 2. cap. 3. num. 6. in Fleta lib. 1. cap. 34. §. 11. cap. 38. §. 11. lib. 2. cap. 1. §. 8. *Pilorisation*, in Consuetudine Insulensi tit. 1. art. 2. *Pilloret*, in Foris Beharn. Rubr. de *Penas* art. 14. 39. *Pilorier*, in Consuetud. Meledunensi art. 1. 3. Senonensi art. 1. Altisiod. art. 1. Barrensi art. 28. 33. *Piloriser*, in Consuet. Burbonensi art. 1. Nivernensi cap. 1. art. 15. *Estre mis & tourné au Pillori par trois festes solempnelles ou Dimanches*, in veteri Consuetudinario Franciæ, ubi de usurariis. Joannes Abbas Laudun. in Speculo Historiali MS. lib. 11. cap. 12. *Premierement il fut tourné au Pillory, puis lay furent les deus puings coppers, &c.* Vide Chartam Communiæ S. Quintini apud Hemerum pag. 49. & quæ adnotarunt Chopinus in Consuetud. An-

dium, Loifellus de Dominiis, & alii.

De vocis origine non omnino constat: neque enim Cowellus audiendus, qui à πύλη & ὄραω deducit, quod reus, ac si per januam emissio capite, prospiceret: ut nec Spelmannus, qui à Gallico *pilleur*, quod depeculatores hac pœna vulgo damnentur. Videtur potius à voce *pilier*, id est pila, columna, ad quam alligabantur rei, desumendum etymon: idem enim fuit *pilorium* cum *postello*, seu columna lignea. Concilium Bituricense an. 1336. cap. 12. *Item Pilorium, seu postellum in cœmeteriis & locis sacris affigant & apponunt.* Vide quæ adnotamus in Constantinopoli Christiana, ubi de Milio aureo. Observat Ferrarius, Italos *gogna* appellare supplicii genus, quo noxii injecta bojæ, sive numellæ cervice, in suggestu omnium sibilis ac ludibrio exponuntur. Vide eundem in *Berlina*.

¶ 1. PILORUS, Pila, columna, Gall. *Pilier*. Charta an. circ. 1047. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 30. *Hanc ipse labore magno & impensa, eisdem columnis quasi circumactis vasibus, quas usuali locutione Piloros nuncupant, itemque arcibus prioribus laudabili arte subtractis, novis aliis resolidavit, &c.*

¶ 2. PILORUS, pro *Pilotus*, Pilum. Hist. Corruftior. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 805. *Sed hi contra ipsum sagittaverunt, ita quod cum singulo Piloro dominus Canis & Cechinus ejus nepos vulnerati fuerunt.* Vide *Pilatus*.

¶ PILOSITAS, Pilorum abundantia. Fridericus II. Imper. lib. 1. de Arte venandi cap. 45. *Pennas dicimus, quæ habent majores canulas, radices sibi & similiter costam protensam per medium Pilositatis usque ad summum.*

¶ PILOSUM, Gall. *Pelouse*. Vide *Pelosum*.

PILOSUS. Isidorus lib. 8. Orig. cap. ult. *Pilosi, qui Græce Panitæ, (Joan. de Janua habet Ephialta) Latine incubi appellantur, sive inivi, ab ineundo passim cum animalibus, unde & incubi dicuntur, ab incumbendo, hoc est stuprando. Hos demones Galli Dusios nuncupant. Sunt, qui Satyros designatos fuisse existimant apud Isaiam Prophetam cap. 13. v. 21. cap. 34. v. 14. ubi Græca editio δαιμόνια, Aquila τριχῶντες præferunt. Eucherius Lugdunensis: *Pilosi, in Esaia, demonum genera. Nonnulli etiam hos doctissimorum incubones, vel satyros, aut quosdam silvestres homines intelligendos putaverunt.* Mamotrectus: *Pilosi, monstra sunt ad similitudinem hominum, quorum forma ab humana effigie incipit; sed bestiali in extremitate terminatur, vel sunt demones incubones, vel satyri, vel homines silvestres.* Quod confirmari videtur ex Hebraico vocabulo *Saber*, quod pilosum, hirsutum, & hircum, cujus formam partim referunt satyri, significat. Textus Arabicus habet ibi *alghilan*, quod satyrum, vel animal aliquod humanam repræsentans aliquo modo figuram denotat. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo Magno cap. 25. *Tunc demon, qui dicitur larva, cui cura est ludicris hominum, vel illusionibus vacare.* Mox: *Cumque pater ille familias signo salutifera crucis se suaque munire conaretur, respondit Pilosus, &c.* Radevicus lib. 2. de Gestis Friderici: *Pilosi, quos Satyros vocant, in domibus perurumque auditi.**

¶ 1. PILOTA, Pilum. Vide in *Pilatus*.

¶ 2. PILOTA, Pila lusoria. Vide *Pelota* 3.

PILOTONSUS, *Lupus cervinus*, in Gl. Arab. Lat.

PILOTRIUM. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 47.

*Nec Romana prius falsi Pilotria testes
Excedent, justas donec pro crimine pœnas
Jure luant, &c.*

Legendum forte *Palatia*.

¶ PILOTUM, Glomus, Gall. *Pelote*. Inventar. Rerum bellicarum an. 1260. *Item xvii. Pilota fili.*

¶ PILOTUS, à Gall. *Pilote*, Navarchus. Charta an. 1486. apud Rymer. tom. 12. pag. 300. *Patronos, marinarios, Pilotos & servientes carcarum.* Occurrit rursus apud eundem tom. 13. pag. 780. *Pilotus*, alia notione, vide in *Pilatus*.

¶ PILTRUM, perperam pro *Filtrum*. Vide *Feltrum*, 1. PILUM, in Fleta lib. 1. cap. 39. §. 1. qui appellat aliquem de roberia, aut furto, debet designare certam rei qualitatem, quantitatem, pretium, & pondus, numerum, mensuram, valorem & Pilum. Ubi *pilum* est, quod *pile* vocamus in Monetis, id est figura nummi, quomodo hæc vox exponitur in vet. Glossis. Vide quæ de ea annotamus in Dissert. 19. ad Joinvillam pag. 256.

¶ 2. PILUM, Sarcophagus, arca lapidea, capsula sepulchralis, Ital. *Pilo*. Mirac. B. Ægidii tom. 3. April. pag. 244. *Et puellam duceret cum candela cingere Pilum ejus.* Acta S. Secundi tom. 1. Junii pag. 56. *Cujus reliquiæ dicebantur fuisse & esse in sepulchro seu Pilo existente in ecclesia.* D. de Montfaucon Diar. Italici pag. 157. *In ultimo loco fundamenti, capsam quamdam marmoream, marmoreo lapide coopertam & implumbatam invenerunt: quod cum aperuissent, unum corpus cujusdam mulieris integrum invenerunt... cumque Conservatores in eodem Pilo in locum incognitum reportaverunt, &c.* Infra: *Et Pileus marmoreus ubi fuerat reperta, dimissus est in reclaustro dictorum Conservatorum.* Etruscis *Pila* etiamnum dicuntur vasa grandia quæ ad continendam aquam excavantur è petra, ut observant Bollandistæ ad Mirac. B. Ægidii. Vide *Pila* 5.

¶ 3. PILUM, Lanceola chirurgica. Vita B. Francisci Fabr. tom. 3. April. pag. 986. *Erat autem corium ejus spatularum propter multas & horribiles disciplinas ita grossum & callosum, quod Pilo sive rasorio vix penetrari posset.*

PILUMEN, *Quidquid in pilo tunditur.* Gloss. Isid. [Johannes de Janua: *Pilumen, quidquid in pila tunditur, vel potius, quod projicitur à rebus vel granis in pila tunsis.* Vide *Piletum* & *Pilo*.]

¶ PILURICA, Vestis genus intus & foris pilosa; unde vocis origo, teste Raizzio. Acta S. Raynerii tom. 3. Junii pag. 427. *Vesteque, quæ vulgo Pilurica dicitur, sola contentus induebatur.*

¶ PILUS, f. pro *Palus*, Gall. *Pieu*; nisi *pilum*, Gall. *Javelot*, olim *Pile*, intelligas *Computus*. an. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. cxci. *Pro septem quadrigis quæ adduxerunt Pilos & uncinos & alium harnesium apud Vernonem, ix. l. & xii. den.* Vide *Disvestire* in *Vestire*. *Pilx* pro *Pieu* usurpat le Roman de Rou MS.

Lors voissiez haster vilains

Pilx & machues en lor mains.

Ibidem:

Et o les arz traient archiers,

Et o les Pilz vilains lour donnent.

¶ PIMARIUM. Charta S. Rudesindi Episcopi inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 180. *Cum porto de Reza & suos saltus ex utraque fluminis parte.* In *Caldelas Pimaria media*. f. *Pomaria*.

PIMENTUM, PIMENTARIUS. Vide *Pigmentum* 1.

PIMIANTA. Charta Ferdinandi Gonsalvi Comitiss Castellæ æræ 972. apud Ant. de Tenez in Chron. Ordinis S. Benedicti, tom. 1. pag. 32. appendic. *Istæ pradiçta per omnes de ferro azero (acier) singulas libras, medium ferro, medium Pimienta.* Hispanis, *Pimienta*, est *piper*. Sed quid ad ferrum?

¶ PINAGIUM, Tributispecies. Charta Treugarum

an. 1343. apud Robertum Avesbur. in Hist. Edwardi III. Reg. Angl. pag. 106. *Item accordé est que d'arauntz les ditz trewes qe les seigneurs coadjutours pourront aller seurement de l'un païs al aultre & toutz marchauntz . . . auxi fraunchement come ils soleient aler & venir en tems des predecessours des ditz Rois paiauntz les pesages, vinages & Pinages qe sont ascustumez.*

¶ PINAX. Gloss. Eccles. Bituric. *Abbacus vel abax; tabula in qua viridi pulvere forma pinguntur, qua Philosophi utuntur, quæ & Pinax dicitur.* Johannes de Janua: *Pinax dicitur tabula in qua Philosophi figuras faciunt in supposito pulvere. Pinax, pugillaris, ephemeris, tabula manualis, ex pino facta. Pinax præterea dicitur librorum index, auctore Bern. Baldo; antiquitus enim in tabellam notanda conjiciebantur. Denique Pinax est tabula, quadra lanx; proprie est asser, inquit Martinius, in quo edebant & bibebant: unde à πίνα bibo, derivat Eustathius. Glossæ Gr. Lat. Πινάκις, Tabella. Πινάκιδες, Pugillares. Πινάκις βραδύτην, Codicillus.*

¶ PINAX CÆLICA, Cælum. Frigidodus in Vita S. Wilfridi, sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 723. *O defesse, fugax curat quem calica Pinax.*

1. PINCA, Subula. Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 73. *Felix Presbyter & Martyr pronomine dicitur in Pincis, à subulis, quibus passus perhibetur: nam Pinca dicitur subula.* Eckehardus junior de Casibus S. Galli cap. 9. *In die Felicis in Pincis vindemiata est ipsa, &c. Pincis vero nostri vocant instrumenta, quibus aliquid evellitur.*

¶ Errat Vir eruditissimus vestigiis insistens Petri de Natalibus, cui etiam præiverat Jacobus de Voragine. *Pincis* enim Romæ locus est à palatio Pincii Senatoris sic dictus: unde *collis Pincius, porta Pinciana.* Erroris causa est quod Felicem Nolanum, ab alio Felice Romano in *Pincis* sepulto, non distinxerunt; qui &, ne hæere viderentur, *Pincam*, subulam interpretati sunt. Palatii Pinciani meminit Anastasius Bibl. in Vita Silverii ann. 536. in Vita Hadriani apud Murator. tom. 3. pag. 188. ubi leg. *in Pincis pro in Pineis, & in Vita Benedicti III. ann. 855. Vide Frontonem in Kalendar. Rom. pag. 10. Alex. Donatum in sua Roma, & Famian. Nardi.*

¶ 2. PINCA, vox Hispanica, Granarium, Gallice Grenier. Vide Panera 2.

¶ PINCEMEDALLIA, nostris *Pince-maille*, Homo sordidus, minutioris monetæ parvus & cupidus. Tabular. Majoris Monasterii: *Benedictus Aletensis Episcopus superveniens cum clericis suis Rivalone archidiacono, Gladilonio, Roberto Pincemedallia, similiter donum concessit.*

PINCERNA, Qui vinum convivis miscet, à Græco πίνειν κίρνα, ut censet Tanaquillus Faber Epist. 76. Gloss. Gr. MS. Reg. οἰνοχόος, ὁ πινυμένους. Glossæ MSS. *A Caliculis, Pincerna.* Joan. de Janua: *Pincerna dicitur vini dispensator, vel potius propinator, qui porrigit ex officio poculum domino suo. Et dicitur Pincerna, quasi penum cernens, i. Cellarium: quia semper habet oculos ad vinum suo tempore propinandum. Catholicon parvum: Pincerna, Bouteiller.* Lampridius in Alexandro Severo: *Vestitores, & pictores, & Pincerna, &c.* Valerius in Epist. ad Ruffinum: *Sic sementem serit Pincerna pluviarum auster.* S. Hieronymus in Quæst. in Genesim: *Ubi nos posuimus Principem vinariorum, . . . quem nos possumus more vulgi vocare Pincernam. Nec vile putatur officium, cum apud Reges barbaros usque hodie maxima dignitatis sit, Regi poculum porrexisset.* Gregor. Turon. lib. 2. Histor.

c. 23. *Cui oblato, Pincerna, poculo, ait, &c.* Apud Hariulfum lib. 4. cap. 22. *Hugo Pincerna Regis.* In Charta Gervini Abbatis Centulensis, eidem Hariulfo *Buticularius regius* dicitur. Theodolfus Aurel. lib. 3. Carm. 1.

Adveniat Pincerna potens Eppinus, & ipse Pulchraque vasa manu, vinaque grata vebat. Guillelm. Apul. lib. 4. de Gestis Normannorum: . . . *Iste solebat Crateras mensis plenas deferre lyæo, Et de Pincernis erat inferioribus unus.*

Petrus Damian. in Vita S. Odilonis Abbat. Cluniac. cap. 13. *Allatum ergo (vinum) ante se posuit, & ipse potissimum more Pincernæ sibi duntaxat & Abbatii, qui juxta se discumbebat, expendit.* [Vita MS. S. Winwaloei: *Item quidam vir nomine Warhenus, erat vir nobilis & auctor atque Pincerna Regis Grudloni, &c.*] Theodorus:

Nomen Pincerna quod possedit prius Hebe.

Vita S. Hermelandi Abbat. *Ex tirunculo ita perceptus effectus est miles, . . . ut nimio eum Rex amplectens amore, dispensatorem sui potus, Principemque, renuente eo, constitueret Pincernarum.* Ubi Princeps *Pincernarum*, is est qui ἀρχινομοχόος dicitur Gen. cap. 40. v. 2. & Philoni lib. πρὸς ἐρείτων. Diploma Ludovici II. Imper. filii Lotharii subscribit, *Hechideus Comes & Primus Pincernarum*, in Chartulario Casauriensi. Vide *Buticularius* in Butta 3. Πινυμένους, passim apud Byzantinos Scriptores. Gloss. Gr. Lat. οἰσινέπνους, *Pocillator.* [Haud scio an huc pertineat vox *Pinconart* qua utitur le Roman de Partonopex MS.

Gautier avon perdu qui ert ptu & voisox, Ja l'ont pris Sarrafin ou Pinconart ou Rox.]

¶ PINCERNARIUS, ut *Pincerna.* Diploma Adolphonfi Regis Hispan. ann. 1094. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 549. *Sancius Pincernarius Regis confirmat. Diacus coquinarius Regis confirmat.*

PINCERNARE, more Pincernarum vinum prægustare, priusquam Principi propinetur. Fortunatus lib. 5. Poëm. in Epist. ad Martinum Episc. Gallic. *Dives pauperi propinavit, &, ut ita dixerim, quasi salerni nobilis ipso me prius odore Pincernante, supplevit.*

PINCERNATUS, Dignitas Ecclesiastica. Albertus Argentinenfis an. 1349. *Joannem de Liechtenbergh, qui & in Argentinensi Ecclesia Præposituram, Decanatum, Cantoriam, & Pincernatum simul tenebat.* Adde pag. 160. Vide *Pintrici.*

PINCIO. Papias: *Fringellus, Pincio, avis: nostris Pinçon.*

¶ PINDÆ, *Pinna dicta sunt à pendendo, sed usus obtinuit ut pinna dicantur.* Gloss. Isid. Ubi Grævius monet leg. *Pendæ, penna dicta sunt &c.* Isid. lib. 6. Crig. c. 14. *Penna à pendendo vocata, id est volando.*

¶ PINDERE, *Pilo tundere, terere, secundum Hugutionem.* Johannes de Janua.

¶ PINEA, Arbor pinus, vel pini fructus. Anastasius in Gregorio IV. PP. *Item gabatham saxiscam habet in modum leonis, cum diversis historiis serpentium, & in medio stantem Pineam, & quatuor leunculis exauratam, qui pendent in catenulis tribus & uncinno uno.* Vide *Pinca 1.*

¶ PINEATUS, *Pineis ornatus.* Visitatione Thesaurariae S. Pauli London. ann. 1295. *Calix argenteus Henrici de Northampton deauratus, cum pede cocleato & scapolato, & Pineato ponderis cum patena 50. sol.* Vide *Pinonatum opus.*

¶ PINERIUM, pro *Panerium*, ut videtur, Cista, ex Gall. *Panier.* Aresta Parlamenti O. SS. an. 1295.

ex Regesto Olim : In mercato Atrebatensi in quo dicti Religiosi venerunt & in præjudicium dicti Comitis, Scabinorum & justitia, sciderunt cordas, costas & Pineria pisces apportantia. Vide Panerius 1.

PINETA, seu **PINETUM**, Locus pinis confitus, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 115. Italis, *Pigneta*, & *Pineta*. [Charta Willelmi Sancii Vascon. Comit. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. pag. 182. *Vel in appenditiis ejus aliquam calumniam facere præsumat, in aquis, in silvis, in pratis, in landis, in piscationibus, in Penetis seu in vineis, &c.* Ubi leg. in *Pinetis*, ut infra ibidem habetur. Occurrit rursus in Charta ann. 1026. ibidem tom. 2. col. 268.]

¶ **PINGACULUM**, pro *Pignaculum*, Culmen domus. Charta ann. 1207. in Tabular. Compend. *Querela super aula illa quam præter licentiam ipsorum in fundo ecclesie sue edificavimus videlicet à domo Petri de Gellis... usque ad Pingaculum ipsius aulae quod est junctum mazuræ Claronis.* Vide *Pinna* 5.

¶ **PINGERE SIBI**, Animo concipere, sibi fingere. Fulcuinus de Gestis Abb. Lobiens. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 570. *Plerisque mortem sibi, plerisque deditorem Pingentibus, ecce &c.*

¶ **PINGERE IN FURTUM**. Pactus Leg. Salicæ tit. 10. §. 2. edit. Eccardi: *Si quis vero animal, caballum vel jumentum in furtum Pinxerit, &c.* hoc est, inquit eruditus Editor, notam suam adpinxerit animali: moris enim est ut animalia, fues, equos, boves in pascua dimittentes, nota certa inusta vel picta insigniamus, quo eos ab aliis dignoscere possumus; quæ consuetudo, ut ex hoc loco apparet, ab antiquo ad nos propagata est. Eadem Lex à Carolo Magno emendata tit. 10. cap. 4. apud eundem Eccardum pag. 147. ut & apud Baluz. habet: *in furto punxerit*, non male; sed prima lectio potior Eccardo videtur.

¶ **PINGNUS**, *i*, pro *Pignus*. *Ex comparatione opvenit in Pingno*, in Charta an. 1053. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 203. *Pinguora*, in Charta an. 1045. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 105.

¶ **PINGUAMEN**, λιπος, in Gloss. Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. λιπος, *Sevum, Pinguamen, Adeps, Popa, Sebrum.*

PINGUEDO, in Capitulari Aquisgran. ann. 817. cap. 22. idem quod *saginæ*, de qua voce infra, & Menardus ad Concord. Regular. pag. 709. Aliud sonat in Charta Edwardi I. Regis Angliæ apud Guillel. Prynneum in Libertat. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 786. *Mandamus vobis, quod in parvis Episcopatus prædicti centum damos in instanti seifona Pinguedinis capi, saliri & siccari faciatis.* [Vide *Ferinesona*.]

PINHOTA, [Idem quod *Pignota*. Vide in hac voce.] Epistola Clementis VI. an. 1346. apud Waddingum: *Et essent perpetuo certa religiosa mulieres sub regulari habitu Domino famulantes, ac in domo elemosynariæ præfata singulis Christi pauperibus ad eam confluentibus elemosyna pacis ad instar Pinhota papalis diebus singulis largireur, &c.*

¶ **PINIA**, *f. Perna*. Chartular. Camalar. *Ad calmem est unus masus qui reddit 1. Piniam baconis.*

¶ **PINILLA**, *f. diminut. à Pinna*. Charta an. 1265. apud Lobinell. Hist. Britan. tom. 2. pag. 1614. *Statuimus ut nullus, nisi Canonicus, utatur publice pileo de Pinillis in Ecclesia Dolensi; & si quis contra hoc venire præsumserit, eo presente in choro cum pileo de Pinillis cessatur penitus à divinis.*

¶ **PINIOLA**, Nucleus pineus, Gall. *Pignon*. Sententia an. 1339. ex Schedis Præfidis de *Mazaugues*:

Possint Piniolas pinuum dicta sylva regalis colligere. Vide Pignolus 1.

1. **PINNA**, Ora, limbus. Lucifer Calaritanus ex lib. 1. Reg. *Et dempsit Pinnam chlamydis Saül occulte.* Edit. vulgata: *Præcidit oram chlamydis Saül silenter.*

2. **PINNA**. Concilium Londoniense an. 1102. *Ut Presbyteri non eant ad potationes, nec ad Pinnas bibant.* Forte legendum *Pilas*. Vide in hac voce, & infra *Pinnacum*.

3. **PINNA**, Instrumentum Chirurgicum, quo vulnera tentantur. Lex Alemann. tit. 59. §. 6. *Si autem testa transcapulata fuerit, ita ut cervella appareat: ut medicus cum Pinna, aut cum fanone cervella tetigit, &c.* Ita etiam editio Heroldi: at in aliquot MSS. *penna* legi monet Lindenbrogius.

¶ 4. **PINNA**, Mons. Vita SS. Voti & Felicis tom. 7. Maii pag. 61. *Fontium quoque venis per devexa Pinnarum scaturientibus, &c.*

¶ **PINNACULUM**, Eadem notione, tom. 2. Junii pag. 698. ubi de S. Fandila: *Quod haud procul à civitate Corduba in parte Septentrionis ad radicem Mellaris Pinnaculi situm est.*

5. **PINNA**, **PINNACULUM**, **PINNIUM**. Glossæ antiquæ MSS. *Pinnaculum*, *altitudo parietis excelsi*. Gloss. Græc. Lat. ἐπαλξίς, *Pinna, propugnaculum*. Onomast. *Pinnaculum*, ἐπαλξίς. *Pinnaculum templi*, Matth. 4. 5. πτερόγιον τῆς ἱερῆς. Anastasius in Histor. Eccles. pag. 131. *Volebant enim ea die vesperi ad ripa muros applicare stationem, & temones supra propugnacula imponere.* Ubi Codex Thuanus habet *Pinnacula*, Theophanes εἰς τὰς ἐπαλξίς. [Tabular. S. Clodoaldi: *Et si prædictus Remboldus domus Pinnaculum auferre voluerit, vel heres ipsius usque ad pannam gutte auferre licebit.*] Isidorus Pacensis æra 769. *Sese in scisuris petrarum ab alto Pinaculo jam vulneratus cavilando præcipitat.* Idem æra 772. *Ad quem Christiani tandem præparvi Pinacula (montium Pyrenæorum) retinentes postulabant misericordiam, &c.* [Chartular. Eccles. Claromont. apud Baluz. Hist. Arvern. tom. 2. pag. 253. *Dixit se edificaturum quandam capellam, hoc est ecclesiam, ad Pinnam refectorii Claromontis in honore sancti Nicolai.*] Isidorus lib. 11. cap. 1. *Pinnula summa pars auris, ab acumine dicta: Pinnum enim antiqui acutum dicebant.* Gloss. Isid. *Pennium, bis acutum*. Papias: *Pinnium, Acutum*. Vide Camdenum in Britannia, ubi de voce Gallica veteri *Pen*.

¶ **PIGNA**, Eadem notione. Gesta Consulium Andegav. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 460. *Repente supervenit à plaga australi vehementissimus turbo, ... deinde vero solutis laquearibus, universa ejusdem ecclesie trabes, simulque tota teges per Pignam templi ejusdem occidentalem in terram cœruentes eversum ierant.*

PIGNACULUM, Culmen domus, Gall. *Pignon de maison*. *Pinnaculum*, Matth. 4. 5. Charta Episcopi Parisiens. an. 1222. in M. Pastoralis lib. 19. Ch. 69. *Quod domum suam... non levabit, nec poterit levare... ultra 6. pedes, ... & secundum hanc elevationem modo competenti domum pignaculabit, ita tamen quod in anterioris Pignaculi elevatione nullam fenestram... facere poterit.* Tabularium Foffatense: *Abbas convenit cum Granchiario de una domo ibidem facienda, qua habebit 8. talsias longitudinis, & 3. Pignacula, & solarium per totum, &c.*

¶ **PIGNACULUM**, **PINNACULUM**, Turris ecclesiæ, ubi campana pendent, Gall. *Clocher*. Notæ ad Martyrol. vetus Eccl. S. Salvatoris Aquensis: *Eodem die fuit inceptum Pignaculum hujus S. Ecclesie S. Salvatoris an. Dom. 1323... Eodem die & an. Dom. 1411. fuit reinceptum dictum Pignaculum su-*

- pra ecclesiam usque ad aguillam . . . Item an. 1415. & die 20. Maii fuerunt posita magna campana in dicto Pignaculo. Sententia Navarri Episc. Conferan. ann. 1208. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 92. Postea in contemptum universalis Ecclesie horribiliter erigentes calcaneum, in loco publico Pinnaculum construxerunt, ibidem campanas & cymbalas suspendentes, quas ad matutinas & singulas horas diei pulsare, contemnentes matrem Ecclesiam, presumpserunt.
- ¶ PINNACUM, Taberna, Gall. *Hôtellerie*. Charta ann. 1226. in Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1658. Concessit mihi Abbas terram in latere domus ad faciendam coquinam & Pinnacum hospitem. Vide Pinna 2.
- ¶ PINNICULA, Calamus. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 346. *Ploranti Pinnicula profluentis encausti . . . emendare precipias.*
- ¶ PINNIRAPI, Sectatores, gladiatores, quod pinnas rapiunt. Gloss. Isid. Emendant viri docti secutores pro sectatores. Utitur Juvenal. Sat. 3. ubi vetus ejusdem Interpres: *Pinnis pavonum ornari solent gladiatores, si quando ad pompam descendunt. Pinnirapes autem dicit lanistas ex habitu gladiatorum: quia post mortem retiarum pinnam, id est, manicam rapit, ut ostendat populo se vicisse. Aut ideo Pinnirapes, quia pinnas in galeis habebant.* Vide Lexic. Martinii.
- ¶ PINNITUS, Ex pinnis compositus. Charta Frederici Imperat. an. 1156. in Chron. Mellic. p. 65. *Dux Austriae principali indutus veste, supposito pileo ducali circumdato sermo Pinnito.*
- ¶ PINNIUM, PINNULA. Vide Pinna 5.
- ¶ PINONATUM OPUS. Visitatio Thesaurariae S. Pauli London. an. 1295. *Duo thuribula argentea, exterius totaliter deaurata, de opere Pinonato, & cathenis argenteis, pondus 28. marc. &c. Infra: De opere coeleato & Pinonato.* [Vide Pineatus.]
- ¶ PINPENELLUS, Monetæ minutioris Francicæ species, [quod haud ita certum videtur D. le Blanc, ubi de Monetis Philippi Augusti.] Charta Philippi Aug. an. 1218. ex Regesto Normannico Camerae Computor. Paris. signato B. *Et de censibus villa S. Cyrici 9. lib. & 4. sol. & 2. denarios Turon. & ducentos Pinpenellos apud Pontem Archa, &c.*
- ¶ PINSÄ, Instrumentum pinsendi; unde quidam; Neque pinsis suis, neque mol. lui, unde habet pinulam edi. Sic Ugutio MS.
- ¶ PINSARE, Pinsere, subigere, Gall. *Patrir*. Vita B. Columbæ tom. 5. Maii p. 337*. *Quaedam etenim coetanea virgines Pinsaverant pastam.*
- ¶ PINSINOCHIUM, Locus ubi pinsitur, & panes conficiuntur. Vitæ Abbatum S. Albani: *Iste hanc Ecclesiam cateraque adificia, præter pistrinam & Pinsinochium readificavit ex lapidibus, &c.*
- ¶ PINTA, Mensura liquidorum, nostris *Pinte*. Philippus Eystet. in Vita S. Walpurg. cap. 34. *Adeo abundanter erupit (liquor) ut ampullam dimidia Pinta capacitatis . . . adimpleret.* Iter Camerarii Scotici cap. 10. §. 5. *Non habent mensuras, videlicet quartam, Pintam, tertiam, & partes concordantes monetæ Regis, per quas mensuras populus possit deserviri debite, cum indigerit.* [Statuta Collegii S. Bernardi ann. 1493. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 173. *Verbis Latinis & non aliis sub pœna solutionis unius Pinta vini qualibet vice assistentibus illico distribuenda, loquantur.* Occurrit præterea in Charta an. 1357. ibid. pag. 443. in Statutis Montis Regal. fol. 200. & alibi.]
- ¶ PINTAPHUS. Charta Piperac. *Morphea panis & Pintaphus vini.* Idem videtur quod infra *Pitalfus*.
- ¶ PINTORUS, Avis. Vide *Bitorius*.

- ¶ PINTRICI, Pincerna: erat enim *pincernatus* dignitas Ecclesiastica. Vide *Pincerna*. Constitut. Arnaldi Episcopi Barcinonens. an. 1277. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 605. *Ordinavimus quod omnes officiales nostræ Ecclesie presentes & futuri, scilicet monachus, dormitoriarius, portarius, diaconus, subdiaconus, ministralis, pistor, Pintrici faciant in propriis personis perpetuo assiduam & continuam residentiam in civitate.* In alia ejusdem Arnaldi Constitut. an. 1280. ibidem col. 606. ubi iidem officiales recensentur, loco *Pintrici* legitur *Botellarius*.
- ¶ PINUS, Genus morbi. Mirac. S. Mariæ Magdal. de Pazzis tom. 6. Maii pag. 309. *Eadem in uno digitorum malum ferens, quod Pini nominant, & dolores spasmodicos inde obvenientes evadere cupiens, iterum votum fecit.* Ibidem pag. 372. *Domina Mariæ de Garba . . . in uno digitorum morbus venit quem Pinum appellant; unde cum dolores veluti spasmodicos multis diebus pateretur.* Vide *Phio*.
- ¶ PINZOCARI, PINZOCCHERI, qui & *Fratricelli*; Secta religiosorum Minoritarum damnata. Vide *Bizochi*.
- ¶ PINZOCHA, PINZOCHERA, Soror alicujus tertii Ordinis, puta S. Francisci, &c. Italis *Pinzotta, Pinzochera*, idem sonat quod nostris *Bigote*. Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 328*. *Quaedam præterea pia soror, quam Pinzocham dicunt, ipsi beata Columbæ affectu charitatis & pietatis solitudine juncta.* Bulla Bonifacii IX. PP. in Bullar. Carmelit. pag. 326. *Sit licitum ac permissum quas-cunque mulieres, . . . quæ habitum regularem prædicti Ordinis ad instar mantellatarum seu Pinzocherarum Ordinum fratrum Minorum & Prædicatorum habere voluerint & gestare, tam virgines ac matronas, quam viduas, in mantellatas seu Pinzocheras dicti Ordinis Eremitarum recipere.* Vide *Bichini & Pyrocaræ*.
- ¶ PIOLA, vox Italica, Gallis *Rabot*, in Statutis Mediolanensibus 1. part. cap. 255. [Hinc *Pyoler*. pro *Raboter*, *polir*, lævigare, *polire*, dixit le Roman de la Rose MS.
- Mes seus veulent autrefois traire
Nouviars ars leur convient refaire,
Que li soleus pûist Pyoler,
Nes convient autrement doler.*
- Pypoler*, Eadem notione, ibid.
- Si su bien fes & bien dolés,
Et si su moult bien Pypolés.*
- In eodem Poemate, si fides Borello, *pipoler* variegare sonat.]
- ¶ PIOLA inter arma prohibita recensetur in Statutis Astens. cap. 90. fol. 34. vº. *Gladii vetiti sunt isti: spate, apie, Piole, jusarme, &c.*
- ¶ PIONARIUS, Fossor castrensis, vel qui ligone terram atterit & fodit, Gall. *Pionnier*. Comput. an. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. CLX. *Et pro duobus maçonibus & pro . . . duobus Pionariis . . . IIIº. & xxxv. l. & v. f. & dim.*
- ¶ PIONES LEGIS, apud Papiam MS. & edit. ubi forte leg. *Spiones Regis*, Gall. *Espions*.
- ¶ PIOTA, Solea ferrea, ab Italico *Piota*, planta pedis. Statuta Placentiæ lib. 6. fol. 80. verso: *Item de ferratura boum seu vaccharum in aliquo pede, cum duabus Piotis novis, & cum clavis & cum una Piota munitum: & cum clavis ultra vi. den. Item de remittendo alicui bovi seu vacche in aliquo pede cum duabus Piotis, & cum clavis ultra iv. den. Item cum una Piota tantum cum clavis, ii. den.*
- ¶ PIPA, Vasculum, cadus. Testamentum S. Everardi apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21. *Thuribulum argenteum unum, Pipam auream unam, tabu-*

las, &c. Ubi pipa videtur fistula, qua sanguis dominicus hauriebatur. Ita sane Card. Bona. Henr. de Knyghton an. 1345. Dicebatur namque ipsum de dicta villa unam Pipam plenam auro . . . reportasse. [Charta an. 1338. in Tabular. Majoris Monast. Frater Robertus de Castelloduno Prior de Vareda redditus prioratus exponens, appretiat sextarium bladi 8. sol. sextarium avenæ 5. sol. Pipam vini 30. sol. Charta an. 1375. in Tabul. de Troncheto: Gaufridus de Pleguen domicellus. . . legat Guillemeta sorori suæ unam Pipam vini. Adde Consuet. Brageriac. art. 111. & 124. Pipes de corio, in Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1415. apud Rymer. tom. 9. p. 261.] *Pippe de vin*, in Consuetud. Turon. art. 63.

¶ PIPA, Canalis, Gall. *Conduit d'eau*, Angl. *Pipe*. Charta Richardi Abb. ann. 1439. apud Rymer. tom. 11. pag. 31. *Pipas & fistulas plumbeas, ceterasque machinas sub & supraterraneas, in quibus aqua ipsa in & à prædicto clauso capite, fontibus, cisternis, ceteris quoque machinis, descendere & decurrere valeat, usque dictam civitatem. Vide Augea & Clericus Pipe in Clerici.*

PIPARE, Fistula canere, *Chanter ou jouer de la pipe*, instar forte Gallinarum, quæ Latinis *pipare* dicuntur. Italis enim *Pipare* idem est quod *Pipire*, Columellæ l. 8. cap. 5. *Pilare*, Catullo, *πῖπῖον* Aristophani, &c. Guill. *Guiart* MS. an. 1304.

*Tabours croistre, cors bourdonner,
Flagiex Piper, & trompes braire.*

S. Althelmus de Laude Virgin.

*Limpida præpetibus sic complex æra catervis,
Garrula qua rostris resonantes cantica Pipant.*

Milo Monachus in Vita S. Amandi lib. 3. cap. 3.
Qui possunt trimoda vobis Pipare camæna.

[Vide Martinii Lex. v. *Pipo*.]

¶ PIPELLA, Pisciculus quidam. Polyptych. Fiscamn. an. 1235. *Durandus de Lametria tenet 19. acras terre, unde reddit duo centum Pipellarum & tres anguillas comptabiles. Vide Pipernella.*

PIPELO, convicio, Glossæ antiq. MSS.

PIPER, Πέπερι, Arbor in India nascens, cujus fructus nunc notissimus, olim admodum placuit sola sua amaritudine, & pondere emptus ut aurum & argentum, inquit Plinius lib. 12. Quæ quidem piperis raritas ac pretium fecit, ut deinceps pro quibusvis aromaticis speciebus hæc vox usurpata sit. S. Augustinus lib. 2. de Mor. Manichæor. cap. 13. *Alius . . . exquisitas & peregrinas fruges multis ferculis variatas & largo Pipere aspersas nona hora libenter assumat, &c.* S. Hieronymus Epistol. ad Evangelium: *Omne quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos Pipere pretiosius est.* Theodulfus lib. 1. Carm. pag. 148.

*Heu quantum scelus est animæ præponere corpus,
Et rem mortalem non moribunda tibi,
Ancillam dominæ Piperi præferre cicutam,
Plumbum auro, gemmis sordida saxa bonis.*

In Codice Epist. S. Bonifacii Archiep. Moguntini Epist. 5. 146. & 148. *piper* jungitur thuri, cinnamomo, costo, & incenso, quæ omnia vice *Eulogiarum* amicis mittebantur. Chronic. Reichersperg. *Misi ei 30. quintarios ex Pipere.* Quibus in locis *piper* sumitur pro quibusvis speciebus aromaticis. Alanus in Planctu naturæ, de Prælati: *Qui salmones, & lucios, ceterosque pisces equipollenti generositate præsignes, variis decoctionum cruciatis martyriis, baptizandi adulterantes officium, sacri Piperis fonte baptizant, ut ex tali baptismate baptizati, multiformis saporis gratiam consequantur.* Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromanduis: *Sunt*

in costa facta 24. frusta carnis, & 300. ova, cum *Pipere*, id est speciebus quibuscumque. Consuetudines Tolosæ part. 2. Rubr. de Donationib. *Piper, cera, carnes, scyphi argentei, vel aurei, . . . & quacunque alia sint, quæ mittantur vel dantur marito, &c.* Vide Constantinum Afric. lib. de Gradib. sub finem, & Gorraum in Definit. medic.

¶ Præstitum etiam piper in censu non semel ex vet. Chartis constat. Charta an. 1196. ex Tabul. S. Andreae Avenion. *Pro qua (medietate) darent ipsi monasterio libram unam Piperis censualem singulis annis.* Alia omitto.

¶ PIPERATA, Piperis vasculum, Gallice *Poivrier*. Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 812. ad ann. 1389. *Bussola una pro Piperata argenti deaurata, &c.*

PIPERARI, in veteri Charta apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 160. *Pevriers*, vel *poivriers*, olim Parisiensibus, quos postea *Espiciers*, seu *Speciarios* dixerunt, ut docemur ex Regefto peagiorum Parisiens.

¶ PIPERAMENTA, Aromaticæ quævis species. Cæsius lib. 6. Miracul. cap. 5. *Accipe ositium & ossibus ejectis cum Piperamentis præpara, &c.*

PIPERATUM, Condimentum à pipere dictum, apud Apicium lib. 3. cap. 14. [& in Chronic. Placent. apud Murator. to. 16. col. 582.] *Piperata*, in Charta an. 1148. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 704. *Pallos plenos & carnem vaccinam, cum Piperata.* [Boncompagnus de Obsid. Anconæ apud Murator. tom. 6. col. 936. *Quidam cum Piperata vini vel aceti, quidam etiam simpliciter comedebant assata in oleo.* Laudes Papiæ apud eundem tom. 11. col. 27. *Communiter omnes apponunt juxta carnes prædictas calidum saporem quem Piperatam vocant.*] Galli *Poivrade* dicunt.

¶ PIPERATUS, Piperis conditus. *Dulcia Piperata*, apud Apitium lib. 7. cap. 11. Charta Eberhardi apud Schannat. Vindem. litt. pag. 164. *Unusquisque fratrum accipiat . . . duas positiones piscium, unam saluginatam, alteram Piperatam.*

PIPERATIUS, Asper. Latinus Agrimensor: *Terminus si aspratilis fuerit, & mixta Piperatia loca habuerit, sine dubio in trisinio constat.* *Λίθον περιπέριον, & κίονας ἀληθοπιπέριες* habet Continuator Theophanis lib. 3. num. 43.

PIPERIS GRANUM: Ekehardus junior de Casibus S. Galli cap. 9. *Notkerus, quem pro severitate disciplinarum Piperis-granum cognominabant: ob mordacitatem & acredinem.*

¶ PIPERETUM accipitur pro quodam vase perforato; per quod solent prospicere taxilla, ne fiat ibi fraus. Ugutio & Johannes de Janua. Vide *Fracillus*.

¶ PIPERNELLA, Pisciculi genus: idem videtur qui Normannis *Pimperneau*, alibi *Pimpreneau* dicitur. Spicil. MS. Fontanell. pag. 258. *Quilibet monachus habebit quatuor Pipernellas ad prandium.* Vide *Pipella*.

PIPETH, Cantus vel instrumentum musicum, *pipæ* seu fistulæ cantum imitans. Fortunatus ad Clerum Parisiensem:

*Cymbalica voces calamis miscentur acutis,
Disparibusque tropis fistula dulce sonat.*

Vide *Decentum*.

¶ PIPETUS. Inventar. an. 1419. in Tabular. Eccl. Noviom. *Item tres libri pontificales, . . . & habent asseres coopertas argento, & in duobus majoribus sunt duo Pipeti argentei & sine clausuris, & alter sine Pipeto qui habet unum firmerium cum dimidio.* Haud scio an illud sit quo fibula detinetur.

¶ PIPEUS,

¶ PIPEUS, f. Populus. Charta an. 1007. tom. 2. Bullar. Casin. pag. 67. *Adque tertia pars de Pipei, quod exeunt de ripa Gubernulo; & tertia parte de omnibus rebus quod exeunt de rivatico, &c.*

¶ PIPHILI, Hæretici. Vide *Fisli*.

PIPICUS. Odorannus in Chron. an. 956. *Gislebertus Comes Burgundionum obiit; & honorem ejus cum filia Lendegarde, ex qua postea à Radulpho Divionensi Pipicus factus est, Otho frater Hugonis Ducis accepit.*

¶ PIPIDO. Vide *Piciuta*.

PIPIONES, Matthæo Silvatico, sunt pulli columbarum, & est nomen formatum à proprio sono animalis. Joan. de Janua: *Pipio, resonare, clamare, accipitrum est, vel pullorum columbarum: unde hic pipio, pullus columbarum.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Pipiare, Pipier comme poucins, ou pions, ou outour. Inde pipio, pison; & hic pipiunculus & hac pipiuncula, outour.*] Glossar. Gr. Lat. *Παγώνια, Περσιπία, Pipio.* [Emendat Vulcanius, *πυγών, πυγούσα περισεπία.*] *Pipioni*, Joanni Villaneo lib. 12. cap. 72. Hinc nostri *Pigeons* dicunt. Vetus interpretes Alexandri Iatrosophistæ lib. 1. *Passionum: Asprati-les pisces, & Pipiones, & de domesticis pullis extrema partes.* Ubi Glossæ MSS. *Pulli columba.* Idem lib. 2. cap. 75. *Interdum & columba & maxima Pipiones.* Lampridius in Alexandro Severo: *Servos habuit vestigales, qui eos (palumbos) ex ovis ac pullicinis, ac Pipionibus alerent.* Vide ibi Salmasium pag. 227. Plinium lib. 5. Medic. cap. 34. 41. Oliverius Maillardus ferm. 21. Fer. 2. Domin. advent. *Et domini advocati, nunquid plumatis aliquando anseres pingues, sive Pipiones?*

¶ PIPIONUS, Ital. *Pippione*, nostris *Pigeonneau*. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 69. vº. *Item quod nullus de civitate vel districtu Vercellarum audeat vel presumat emere nec vendere aliquos columbos domesticos in civitate vel districtu Vercellarum, preter Pipionos.*

PIPIO, Moneta minutior Hispanica. Charta Alphonfi Regis Romanorum & Regis Castellæ an. 1258. apud Perardum: *Decem millia Moravotinorum, computatis quindecim solidis Pipionum pro Moravotino. Solidi moneta Pepionum,* in Histor. Segovienfi cap. 21. §. 9. Covarruvias de Veteribus numismat. Hispan. cap. 5. num. 5. in veteri MS. ait, se legisse, *que el pepion valia dos meaias, y el Burgales dos Pepiones, o quatro meaias.*

PIPIUNCULUS, Accipiter, Acceptor, in Gloss. Isid. In Glossis Pithœanis, *Acceptor, tirunculus, qui scilicet pipit.* Sed legendum *Pipiunculus.* Glossæ Regiæ cod. 1013. habent *Piunculus.* Ex his emendandæ Gloss. Græc. Lat. *Κεγκηίς, εἶδος ἰέρακος μικροῦ, Titiunculus.* Ubi leg. *Pipiunculus.* [In Cod. Sangerman. *Tutiunculus;* Vulcanius emendat *Timmunculus.*]

¶ PIPITA, *Κέρυζα*, in Gloss. Lat. Græc.

¶ PIPITARE, Murium & accipitrum vox. Vide *Baulare.*

¶ PIPIUNCULUS. Vide *Pipiones.*

PIPIZO. S. Hieronymus Epist. 22. cap. 12. *Huic inimica castitas, inimica jejunia; prandium nidoribus probat & altili Geranopepan, (al. Geronopepan) vulgo Pipizo nominatur.* Ubi Marianus ex voce *Geranopepan*, *γέραν ὁ ὀπίων* conficit, ut dictus ille fuerit *senex delicatulus*, vel forte etiam ironice *maturus.* Addit & *Pipizonem* vocatum, quod altilibus & saginatis cibus delectaretur, quia *pipizare* propria sit corticalium avium vox. Quid si legatur *altili gerano*, qui vulgo *pipizo* nominatur.

¶ Potior videtur Martianæi nostri lectio: *Altillis geronopepan, que vulgo Pappezo nominatur.* Vide ibi ejusdem conjecturas, quas referre longum esset.

Tom. V.

¶ PIPPA, Fistula, qua inter sacra utebantur. Inventar. an. 1419. in Tabular. Eccl. Noviom. *Item due Pippe argenteæ pro magno altari ad capiendum vinum.* Vide *Pipa*.

¶ PIPRUM, pro Piper, in Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 897.

¶ PIPULA, *κακίς ἢ τις εἰς τὸ μέλαν εἰσπέμπεται*, Galla. Glossar. Lat. Græc. pro *Pilula*, inquit Salmaf. ad Plin. pag. 1070.

PIPULARE. Papias: *Pipulo, convitior ploratu, ex quo emendandæ Glossæ Isid. Pipali, convitio plorati.* [Vide Martinii Lex. in *Pipulum.*]

PIQUICHINI. Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Cessent censes, cesset Pequichinus; & ignis, Terminet una dies longe certamina litis.

Et lib: 7.

At per plana jacent Ribaldi cum Piquichinis; Et qui res propter venales castra sequuntur.

Ita quidam dictos putant infimam lixarum & calonum partem, à curandis canibus, vel potius à venatorum ministris equitibus, qui canes venaticos ad venationem educunt, ac propellunt, quasi *Pique-chiens.*

¶ PIQUUS, Uncus, Gall. *Crampon.* Reparationes factæ in Senescallia Carcaff. ann. 1435. è Cod. MS. V. Cl. *Lancelot: Eidem (manuoperario) pro assiando Piquos dicti molendini, . . . viii: sol. iiii: d.* Ibidem: *Pro faciendò & ponendò in dicto molendino . . . duos Piquos ferreos asseratos, &c.* *Picus*, ibidem.

PIRARIUS, Pirus, *Poirier.* Lex Salica tit. 29. §. 8. *Si quis impotos de melario aut de Pirario tulerit, &c. §. 10. Si quis melarium aut Pirarium decorticaverit.* Occurrit præterea in Capitulari de villis cap. 70.

PIRATA, Miles maritimus, qui Latinis *prado*, vel *latro maritimus*, ut est in Glossis antiquis MSS. Ita *latrocinium maris* dixit Justinus lib. 43. num. 3. *Latrones nude piratas vocat Florus lib. 3. cap. 6. & Latrocinari, dixit pro piraticam exercere, lib. 2. cap. 3.* Schol. Sophoclis in Ajace de vocabuli etymo: *πειρα, Ἀπτικῶς, δόλος ἢ τέχνη. ἔθεν ἢ περιπαταὶ οἱ κατὰ θάλασσαν κερεργοί.* Aliter Papias: *Pirata sunt pradones marini, ab incendio navium vel insularum, quas capiebant, dicti.* [Errat, ut jam monuit Martinus, quippe qui non sint *περιπαταὶ*, sed *πειραταὶ*.] Joan. de Garlandia in Synonymis:

Qui pecus aut pecudes abigunt, hi sunt Abigei, Raptoresque maris Piratas dicimus esse.

Catholicum parvum: *Pyrata, Larron de mer, & dicitur à pir, quod est ignis, quia ferunt ignem in manu sua, & sternunt alias naves cum prora, quia est acuta, & ferrum ponitur in principio navis, cum quo frangunt alias naves.*

¶ PIRATOR, Eod. significati. Litteræ an. 1414. apud Rymer. tom. 9. pag. 84. *De nominibus aliquorum hujusmodi proditorum, fugitivorum, Piratorum aut bannitorum, &c.*

¶ PIRATUS, ut *Pirata*, in Litt. Eduardi III. Reg. Angl. an. 1328. apud eundem Rymer. tom. 4. pag. 340. *Captis per quosdam malefactores & Piratos villarum de sancto Andero &c.*

PIRATA, Nauta, vel miles maritimus. Afferus in vita Ælfredi: *Rex Ælfredus jussit cymbas & galeas, i. longas naves fabricari per regnum, ut navali pratio hostibus adventantibus obviaret. Impositisque Piratis in illis, vias maris custodiendas commisit.* Annales Gifsburnenses in Willelmo Rufo cap. 1. *Robertus vero Comes attentavit venire in Angliam cum magno exercitu, sed à Piratis Regis, qui curam maris à Rege susceperant, repulsus est.* Matthæus Westmonaster. ann. 1040. de Hardecanuto: *Ex tributo Piratis suis*

ministrabat. Vetus Poëta apud Guill. Malmesbur. de Gestis Reg. Angl. lib. 2. cap. 6.

Jam jacet in campo, pelago Pirata relicto.

Matthæus Paris an. 1215. *Ipse autem Rex interim cum paucis ministris. . . Pirata exercens officium, nazarum sibi quinque portuum gratiam reconciliare vacavit.* Alibi: *Quod comperientes nauta & Pirata, &c.* Guillelmus Apulienfis lib. 3. de Gest. Normann.

Nuntius Imperio Bari Legatus ad urbem

Supplicat ut miseris jam civibus auxilietur.

Piratis apta naves ex more parantur,

In quibus efferru frumenta jubentur & arma;

Classe quibus tuta transire possit ad urbem.

Piratica, inquit Olaus Wormius ad Monumentum Tirstadense, olim honesta ac licita erat, atque in ea crebro se Reges ipsi, aut eorum liberi exercebant, ascitis famosis Athletis corporis robore & virtute præstantibus. Constabat autem piratica hac certis legibus. Mitto reliqua, quæ in gratiam veterum Daniæ Regum profequitur, qui in hac arte exercere se soliti erant. [Vide Eustathium in Homer. pag. 1457. 1475.]

¶ **PIRATIA**, Piratica, Gall. *Piraterie*. Per modum *Piratie*, in Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1419. apud Rymer. to. 9. pag. 754. Charta an. 1492. apud eundem tom. 12. pag. 501. *Latrocinia, deprædationes, furta, excursus, Piratias aut malefacta, &c.*

¶ **PIRATIO**, in Charta Elizabethæ Reg. Angl. an. 1559. apud eundem Rymer. tom. 15. pag. 559. *In aliquas partes transmarinas, & moram ibidem trahentes absque licentia regia & Pirationes quascumque (exercentes.)*

PIRATIRIUM, **PIRATERIUM**, Eadem notione. Monachus Sangallensis de Carolo Mag. lib. 2. cap. 22. *Ad cujus portum, eo prandente, sed ignorato, Piratirium exploratores Nordmannorum fecerunt.* Tho. Archidiac. Spalatens. in Hist. Pontif. Salonit. cap. 1. *Exercebant Piraterium propter opportunitatem locorum, &c.* [Vide Martinii Lex. in hac voce.]

PIRATICA, J.C. Anglis, non solum est deprædatio marina; sed omnis feloniam super mare, aut infra magni Amiralii jurisdictionem perpetrata. Cowellus lib. 4. tit. 18. §. 22.

PIRATERIUM. Apud S. Maximum Taurin. Homil. de non timendis hostibus carnalibus ex Jobi cap. 7. *Piraterium est vita hominis super terram.* Ubi vulgata, *Militia* habet. S. Hieronymus lib. 2. adversus Jovinianum *tentatio*, Græca vero *πειρατηριον*. Lege eundem Hieronymum. Vide in *Pirata*.

¶ **PIRATIA**, **PIRATIO**, &c. Vide *Pirata*.

PIRATIUM, **PIRATICUM**, Vinum piraceum, Gallis, *Poiré*. S. Hieronymus lib. 2. contra Jovinianum: *Paulus Timotheo, dolenti stomachum, vinum suadet bibere, non Piraticum.* Fortunatus in Vita S. Radeg. cap. 15. 21. *Potum præter aquam mulsum & Piratium non bibit.* Lupus Ferrar. Epist. 109. *Folchricum & Mauricium cupimus cum fratre memorato redire, ut Piratio, quo unice delectantur, (nam hoc anno penuria vini timetur) nobiscum fruantur.* [Adde Capitul. de villis Caroli Mag. cap. 45.]

¶ **PIRATUS**. Vide *Pirata*.

¶ **PIREISA**, Prolusio, Gall. *Tentative*, velitatio, *Escarrouche*, f. à Græc. *πειρασις*. Anamodiliber 1. tradit. S. Emmer. cap. 3. apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. part. 3. col. 203. *Hæc sunt nomina eorum qui audierunt rationem istam, & cavallicaverunt illam commarcam, & fuerunt in ista Pireisa die Mercurii XVIII. Kal. Jan.*

¶ **PIRETRUS**, ab Italic. *Piratro*, Materia aliqua ex qua potio medica conficitur. Statuta Astenf. ubi

de Intratis portarum: *Piretri ponantur & solvant pro qualibet libra sol. 10.*

¶ **PIRETUM**, Cella ubi ignis accenditur, Gall. *Chambre à feu*, à Gr. *ἄσπ*, ignis, ni fallor. Chron. Casin. lib. 4. cap. 16. *Tradidit per scriptum 4. castella monasterio in territorio Casseolano, duriculam (f. cuniculum) scilicet fossam cacam, cameralem & Piretum.*

¶ **PIRGIUS**, **PYRGIUS**, Itinerarius agger, via strata, publica, Gall. *Grand chemin*, *chemin ferré*. Charta Roberti de Tornella an. 1213. in Tabular. Compend. *Præterea eidem ecclesiæ benigne concessi quod ei culturas suas de Mesviler, de Faverois, de Villula, muro & fossato & quacumque alia clausura, salvo Pirgio, circuire & claudere licebit.* Charta Anfoldi Abb. Compend. in eodem Tabular. *Carucas ejusdem ecclesiæ pro transforatione Pyrgii vel alio foresaeto non poterit (advocatus) capere. . . De tribus causis unde litigium erat inter ecclesiam & advocatum, scilicet de incisione busci, de transforatione Pyrgii & de latrocinio, submonitus homo veniet ante advocatum, &c.* Vide *Pergus*, & mox *Pirgus* 1.

¶ **PIRIUS**, Eadem notione, in Tabular. Montis S. Eligii: *Compromissum inter nos &c. super controversia justitia & domini in quodam Piriio protenso ante parvum montem S. Eligii.* Sequitur hujus compromissi tenor Gallice: *Comme contens & controversies fuissent sources entre nous. . . C'est à savoir ke li dis Jehans demande justice & signerie, si comme de sanc & de larron en tout un kemim par lequel on va d'Asch à Vilers par le petit mont S. Eloy.* Idem Tabular. 14. *virgis terre contiguus Piriio de Karenchi.* In quibusdam Chartis ejusdem tractus: *Listant au kemim du pire; in aliis: Listant au kemim piré; in recentioribus vero ubi de eodem agro: Listant au kemim ferré.* Unde ejusmodi viæ à petris ex quibus compactæ sunt sic dictæ videntur.

¶ 1. **PIRGUS REGIUS**, Idem quod *Pirgius*, Via regia. Charta Alexandri Leodic. Episc. ann. 1131. apud Marten. tom. 1. Amplif. Collect. col. 710. *In his locis & vicis præscriptis possidet ecclesia bannum & justitiam, impetum & burinam, ictus & sanguinem, rupturam & Pirgum regium, fora, telonea, &c.* Vide *Pergus*.

2. **PIRGUS**, Turris, ex Gr. *πύργος*. Testamentum Guillelmi Jordanis Comitis Ceritanæ Id. April. an. 42. Philippi Regis Franc. *Videlicet, castella, rochas, Pirgos, & omnes fortitudines, &c.* Est etiam *Pyrgus*, turricula, sive fritillus, ex quo tesserae mittebantur in tabulam, apud Sidonium lib. 3. Epist. 3. lib. 5. Epist. 17. lib. 8. Epist. 12. [Vide Salmaf. in Solin. ubi docet quid *Pyrgus* à fritillo differebat.]

¶ **PYRGUS**, Suggestus, ambo, nostris *Jubé*. Johannes Diac. in Vita S. Gregor. Mag. lib. 4. cap. 69. *Itaque cum Evangelii in Ambonem venerabilis Levita Petrus ascendens, mox ut Gregoriana sanctitati testimonium præbuit, inter verba veræ confessionis spiritum efflavit, & à dolore mortis extraneus juxta *Pyrgi basim*. . . meruit sepeliri.* Diarium Italic. Dom. de Montfaucou pag. 100. ubi de ambone Ravennensi: *Servus tuus Agnellus episcopus hunc *Pyrgum* fecit.* Quod ambo turris instar concinnatus erat, *Pyrgus* dictus est.

¶ **PIRITEGIUM**, Nostris *Couvre-sen*, vox ibrida à Græc. *πύργ*, ignis, & Lat. *tegere*. Compend. jurium & consuet. Univers. Paris. per Robert. Goulet. fol. 18. *Hora nona vesperi pulsetur Piritegium seu discessus ad lectum & non prius.* Vide *Ignitegium*.

¶ **PIRIUS**. Vide *Pirgius*.

¶ 1. PIROLUS. Chron. Tarvisin. ad ann. 1379. apud Murator. tom. 19. col. 768. *Victor autem Pisani capitaneus Venetorum vita donatus est beneficio unius Piroli argentei deaurati, in quem veretonus unus balista emissus percussit, ita ut intra viscera nequivit adire. Haud scio an eadem notione qua Pirolo Itali turbinem vocant.*

¶ 2. PIROLUS, inquit Nicolaus Uptonus lib. 4. de Militari officio pag. 168. *Parva bestia est major; sed longior mustela, in Anglia satis nota. Rubens est, & in ventre candidus, mira agilitate viget, in arboribus habitat & fetus fovet, de arbore in arborem saltu potius quam volatu migrat, &c.* [Johannes de Monstero-lino in Epist. ubi de Monast. Caroli-loci, apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. col. 1390. *Non sum ratus subicere religiosum hic degere non magnæ corpulentia, qui octogesimum ætatis suæ annum infra mensam subintrabit. Et jam sexagesimum annum, quo professus est, præterit, erectum ut est scirpus, vivacem ut Pirolus, latum ac benignum adversus omnes, ita ut ametur ab omnibus. Utrobique legendum videtur Periolus per aphæresin pro asperiolus, sciurus, Gallic. Ecureuil. Vide in hac voce.]*

PIRONADUS, seu PIRONATUS, Clavis compactus, ex Italico *Pirone*, Clavus ligneus, Cheville. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 11. *Galeæ sint sex aliquantum ex majori forma, & sicut ex multo meliori lignamine, & melius Pironada, & sint ligata, & specialiter pusilla pro sustinendo laborem melius & impetum remigandi, &c.*

PIROTAUS. Epistola Friderici II. Imp. ad Saladinum apud Rogerum Hovedenum pag. 650. *Intelliges, quid nostræ victrices aquila, . . . quid Anconitana Marchia, quid Venetus Pirotaus, quid Pisanus nauclerus, &c?* Sed legendum *pirata*.

PIROTTUM. Synodus Sodorenensis in Mañnia ann. 1229. cap. de Mortuariis discedentium: *Statuendo pronuntiamus, quod de bonis cujuslibet discedentis Ecclesia habeat optionem de omnibus, juxta consuetudinem vicinarum provinciarum, excepto uno, cum omnibus indumentis suis, & fulcro vel culcitra. Quod si non habeat Pirottum, vel culcitram, septem dentur denarii. Proinde Pirottum idem, est quod fulcrum; [nisi legendum malis *Liretum* pro *Pirottum*.]*

¶ PIRVERIE, Retis genus, forte illud rete rotundum, cujus pars inferior globulis plumbeis instruitur, superior in conum definit: quodque à nostris vocatur *Epervier*. Charta an. 1119. ex Tabul. Partiniac. & Casæ Dei apud Stephanot. tom. 2. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 499. *Donavimus etiam & concessimus prædictis monachis piscationem aquæ Thoerii, . . . vare & Pirverie atque vervicune.*

PIRULA, Extremitas: *Pirula nasi, le bout du nez.* Glossæ Isidori: *Perula, extremitas nasi*, Papias habet *Pirula*, à formula *piri*. Glossæ Latino-barbar. Hrabani Mauri: *Ejus (nasi) extremitas Pirula vocatur, à forma pomi pyri.* Glossar. Ælfrici: *Pirula, ꝥone-peap-d-noꝝy, i. extremus nasus.* Michaël Scotus de Phisionomia cap. 22. *Cognoscitur etiam omnis juvenis de virginitate & corruptione per multa signa, ut uterque ad Pirulam nasi, quia manente virginitate, cartilago Pirula nasi sentitur indivisibilis: sed si est violata, sentitur partibilis. Olla patella:*

Pirula, pupilla, palpebra, stiria, mala.

[Vide Collectanea in Isid. Gloss. v. *Perula*.]

¶ PIRUS; Petra seu meta lapidea in modum pyramidis desinens. Libertates concessæ habitatoribus Belli-vifus an. 1256. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 59 *Meta autem sive termini . . . sunt ii, videlicet a molendino de Girboles per stratam veterem usque*

Tom. V.

ad ulmos subtus Bello-videre, & à dictis ulmis usque ad trivium de la Caucoim, & à dicto rivo usque ad Pirum de la Cioignieri, & à dicto Piro, per summitatem de Sauren recta linea usque ad dictam molendinum de Girboles. Ubi pro trivium, rivum: vel pro rivo, trivio legendum videtur. Terragium Castellionis in Bressia an. 1497. A quadam Piro fixa, seu limite lapideæ respiciendo per rectam filationem & lineam.

¶ PIS Grace, *Aurum Latine.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. post Johan. de Janua, qui recte subdit: *Non credam sine teste. Vide Herbilis.*

¶ PISA, pro Pisum; Gall. *Pois.* Tabular. Aquicint. fol. 60. *Godefridus de Strumel dedi ecclesie Aquicintensi . . . censum duorum modiorum avenæ, duorum etiam mancaldorum Pise.* Ibidem: *Duos mancaldos Pise.* Occurrit præterea apud Mabillonium to. 4. Annal. pag. 459. *Madox Formul. Angl. p. 144. Rymer. tom. 5. pag. 12. & alibi passim. Vide alia notione in Pensa.*

PISACEUM, Præstatio ex Pis. Vide *Mestivarius* in *Mestiva*.

¶ PISACULUM, *ἰριγον*, in Gloss. Lat. Græc.

PISALIS, PISELIS, PISELUM. Adalardus lib. 2. Statutor. Corbeiensium cap. 6. *Hac inter etiam plurima cetera, quæ in dormitorio servanda sunt, breviter dicta, . . . in Pisele vero, tempore, quando illo uti necesse est, eadem pene in omnibus, excepto quod ad dormiendum pertinet, cautela & honestas servanda est. Quæ de dormitorio diximus, & si forte quedam ad eandem domum specialiter pertineat, ut est de pannis infusis qui suspenduntur, &c.* Ex quibus, *pisalis & pisele* videtur fuisse quod Zelandi *Piiseel* dicunt, vestiarium seu vestiaria theca: quod præterea firmat Charta an. 863. apud Ughell. in Episc. Veronensibus: *De vestimentis, quæ de Pisele veniunt, vel gynecio, decimam partem.* Acta Murenensis Monasterii p. 9. *Cæpit inde vir venerabilis Reginboldus cellam ordinare & construere; edificavitque primum dormitorium, subtus autem Pisalem, congruaque habitacula alia fratribus constituit, & sic fundavit Monasterium.* Vox autem formata ex Latino *Pensile*, i. locus, in quo *pensa* trahunt mulieres, *Gynæcium*. Vide supra in hac postrema voce. Frisus, *Piisel*, culinam sonat.

¶ PYSALIS, Eadem notione, nisi etiam de eo qui *Pisali* præest intelligas. Consuetudin. MSS. Eccles. Colon. ex Biblioth. Eccles. Atrebat. *Cuilibet vicario datur 1. den. dormitorio dantur 4. den. Pysali dantur 11. den. cellario vini 1. den.*

¶ PISANUM. Litteræ Eduardi III. Reg. Angl. an. 1343: apud Rymer. tom. 5. pag. 384: *Cum triginta paribus platarum, basmettorum Pisanorum cum eorum adventalibus pretii 30. librarum.* Vox f. corrupta, nisi sit nomen proprium.

PISARE, pro *Pisere*: *Pisones*, instrumenta, quibus *pisitur*, aut res quævis teritur, subigitur. Anonymus de re Architecton. cap. 30: *Tertio olei adjicies sextarium: ea ratione spatha commovebis, tunc alii juvenes succedant cum Pisonibus ligneis, & id efficiant Pisando, ut concalefiat, ita ut non dissimilis sit farina subacta.*

PISARIA, Ager pisis confitus, in Lege Salica tit. 29. §. 13. [Nostris olim *Pesiere*.]

¶ PISATIUS. Ernaldus in Vita S. Bernardi inter opera ejusdem tom. 2. col. 1108. edit. 1690: *Et secedens in casulam Pisatis torquibus circumtextam, solus meditationibus divinis vacare disponit. Id est, foliis pisorum coopertam, interprete Mabillonio.*

PISCA. Charta Ildefonsi Regis Aragon. an. 1187: pro libertatib. villæ Amiliani, (*Milhan*) in Regesto Ludov. Hutini Reg. Franc. fol. 7. ubi de

Molendinariis: *Non detur de sextario nisi libra Pisca appensa, quæ currit in Montepessulano, quotcumque sint ibi subfornarii, vel alii nuncii, & propter hoc feratur & referatur Pisca & panis ad domum vel hospitium dequoquentis; & si occasione plus dandi Pisca vel panis deterioretur, restauretur in duplum dequoquenti. Pro pasta, forte.*

¶ PISCARE, Idem quod mox *Piscaria*, Locus in quo piscatur. Charta an. 1291. apud Miræum tom. 2. pag. 873. *Donationem ipsius factam in elemosynam propter Deum . . . tam in vastina . . . quam in terris cultis & incultis, decimis, censibus & redditibus, Piscaribus, tractibus aquarum . . . confirmamus. Peschiere, in Computo an. 1268. ex Bibl. reg. De mestre Guillaume de saint Vaise pour la Peschiere de l'iaue de Niort & confirmation general VIII^{xx}. l. Pict. & une meaille d'or chascun an, & uns esperons d'or pour servise en muance de Segneur.*

PISCARIA, vox Latinis nota, Locus, in quo piscatur, Italis *Peschiera*: *Estang, ou Pescherie*, in Consuetud. Norman. art. 210. 215. 221. Arvernensi cap. 31. art. 35. 40. 41. Pictavensi art. 157. Chronicon Farfense: *Qui contendebat Piscarias per singula loca Ducatus Spoletani, & retia nostra rupebant homines ejus, & Pisces tulerunt, &c. Leo Ost. lib. 2. cap. 26. Obtulit ibidem Piscariam suam, &c. Gesta Innocentii III. pag. 106. Piscaria in mari & in aqua dulci. Regestam Philippi Aug. fol. 69. Dedimus Piscariam unius archæ pontis, &c. Occurrit etiam apud Giraldum in Itinerario Cambriæ lib. 2. cap. 3. In Mōnast. Anglic. tom. 1. pag. 236. &c. [*Precariam pro Piscariam lege in Charta Caroli Calvi an. 849. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 120.*]*

PISCARIUM, in Fleta lib. 1. cap. 12. §. 21.

¶ PISCARIA, Jus piscationis, Gall. *Droit de pescherie*. Charta Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1487. apud Rymer. tom. 12. pag. 326. *Materia questionis de & super quadam Piscaria sive jure piscandi in dicta riparia, &c. Occurrit rursus pag. 339. Vide Piscatio.*

¶ PISCARIA, Piscatorium forum, Gall. *Poissonnerie*. Statuta Massil. lib. 1. c. 49. §. 3. *Item, statuimus quod aliquis extraneus vel civis non possit vendere pisces nisi in Piscaria Communis. Ibidem cap. 50. Omnis nobis cura esse debet ut pisces qui in Piscaria Communis Massilie apportantur vendendi, boni & recentes vendantur. Pluries ibi.*

¶ PISCAROLUS, Piscarius, qui pisces vendit. Processus de S. Thoma Aquin. to. 1. Martii p. 702. *Interrogavit ipsum Piscarolum quot pisces haberet.*

¶ PISCATARIUM, pro *Piscatorium*, in Charta an. 1209. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1090.

¶ PISCATGIUM, PISCATICUM, Quod pro jure piscationis præstatur. Charta Guidonis D. Montislauri an. 1387. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 610. *Homines, homagia, pedargia, herbagia, questus, . . . Piscatgia, &c. Charta Caroli Calvi Reg. Franc. an. 848. tom. 1. Histor. novæ Occitan. inter Instrum. col. 95. In ipso Comitatu pulveraticum, pascuarium, Piscaticum, tam maris quam aque currentis, &c. Vide in Piscatorium.*

PISCATIO, Jus piscationis in fluviis, &c. in Charta Guidonis Episcopi Lingonensis an. 1267. Chronicon Laurisham. pag. 61. *Tantis munificentia sua beneficiis adjecit clementissimus Rex Piscationis concessionem in Rheno flumine, in vico cognominato &c. Charta vetus in Probat. Hist. Castrivillanensis familiaris pag. 8. Concessit quoque . . . quantum Pisca-*

tor unus piscari posset, quousque aqua ejus durat, Piscationem. Vide Chronolog. Præfulum Lodovensium pag. 56. 96. & Sanjulianum in Tornutio pag. 521. ubi quæstionem agitatum ait, an jus piscationis & piscandi idem sit.

¶ PISCATIO, Piscatus, Gall. *Ce qu'on a pris à la pesche*. Lex Ripuar. tit. 42. cap. 1. *Si quis de diversis venationibus furaverit aliquid, & celaverit, seu & de Piscationibus, quindecim solidis culpabilis judicatur. Eadem habet Lex Salica tit. 35. cap. 1.*

PISCATORES, in commercio perinde ac servi & coloni. Charta Ludovici Pii Imper. in Chronico Farfensi: *Curtibus, villis, piscationibus cum Piscatoribus suis, servis, ancillis, &c. Ibidem pag. 664. Et Piscatorem nomine Annesfridum, & fratres ejus, manentes in territorio Reatino, in loco qui dicitur Sempontius, cum uxoribus & filiis eorum, terris ac domibus eorum, & piscationem, quam ipsi facere consueverunt cum omnibus rebus suis. Alia Charta apud Hieron. Vignerium in Stemmata Alfatico pag. 105. Quidquid ibi possideo apud Dominum Remigium, Fulcodum Piscatorem cum omni familia sua. Tabularium Montis-majoris apud Rufinum in Comitibus Provinciae pag. 61. Videlicet Piscatores cum omni censu piscium, quod mihi facere debent, qui in villa manent Cotignavicus, &c. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 466. Dedit . . . & duos Piscatores de Tervanto. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 20. *Cum omnibus pertinentiis suis, ac rebus, & uno servitio Piscatorum. Tabularium S. Albini Andegav. Et cum una masura terre, concesso eis uno Piscatore in aqua ibi fluente. Adde Spicilegium Acherianum tom. 13. pag. 289.**

¶ PISCATORIA. Vide mox in *Piscatorium*.

PISCATORIUM, ἰχθυοπωλιον, in Gloss. Gr. Lat. Idem etiam quod *Piscaria*, [in lib. 5. Capitular. cap. 279. & in Charta an. 804. tom. 1. Histor. novæ Occitan. inter Instrum. col. 31.] Charta Philippi I. Francor. Reg. an. 1066. apud Marlotum in Chronico S. Nicasii Remensis cap. 2. *Alodium de Mundrisiaca curte, cum Piscatorio & sede molendini. Mox: Cum Ecclesia, Piscatorio magno, & sedibus molendinorum. [Tabul. S. Albini Andegav. Concedo ipsi S. Albino . . . terram vel aquam ad Piscatoria faciendam omnibus diebus quibus orbita hujus saculi volvitur.]*

PISCATORIA, [Locus in quo pisces capiuntur; item Jus piscationis. Charta an. 1062. in Tabular. S. Victoris Massil. *Et in paxeria supradicti molendini unam Piscatoriam. Acta S. Techildis tom. 5. Junii pag. 363. Piscatoriam habentem perticas 46. & dextros duos.] Helgaudus in Roberto Rege: *Piscatoriam Ligeritti fluminis attribuit. Chronicon Hugonis Flaviniac. pag. 133. Et ad Flaviniacum Piscatoriam totam, & alteram Piscatoriam ad Tiliacum pertinentem.**

¶ PISCATORIA, Vectigal, quod à piscatoribus præstatur, in Cod. MS. reddituum Episc. Autiff. an. circ. 1290. exarato: *Piscatoria aqua, sex libras. Vide Piscatgium.*

¶ PISCATRIA, ut supra *Piscaria*, Locus in quo piscatur. Charta Pontii Comit. Tolos. an. 936. inter Instrum. tom. 6. novæ Gall. Christ. col. 78. *Concedimus . . . totum honorem prædictum . . . cum molendinis, & cum omnibus paxeriis, tam de Piscatriis quam de molendinis. Vide Piscatura.*

PISCATUM. Capitulare de Villis cap. 44. *De leguminibus quoque & de Piscato, seu formatico, butiro, melle, &c. [Concil. Legion. an. 1012. inter Hispan. tom. 3. pag. 193. Piscatum maris & fluminis & carnes quæ adducentur ad Legionem ad vendendum,*

sarium, &c. Eadem Gallico idiomate ibidem pag. 755. *Et aiens ainsi fait prendre les boites des effairz des dites monnoies.* Inventar. an. 1339. *Item Pissida de ebore pro hostiis.* Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 70. *Ordinamus quod si quis gratiam aliquam in consilio petierit, eidem fieri non possit, neque facta valeat, nisi posita & obtenta fuerit per Pissides & ballotas.*

PISSONAGIUM, Tributi species, primitus ex piscibus, etiamnum Picardis *piissons* dictis: traducta deinde ad ceteras præstationes. Tabularium Episcop. Autissiod. *De vinagio & Pissonagio draperiorum Autissiod. quilibet draperius debet Comiti 12. den. de vinagio ad festum S. Remigii ... & 6. den. de Pissonagio ad mediam Quadragesimam.* Pluries ibi.

PISSONARIA, Forum piscarium, in Testamento Geraudi de Abbatisvilla ann. 1271. in Historia Pontivenfi pag. 205. *Poissenerie*, seu *piçonnerie*, ut Picardi efferunt.

¶ **PISSORIUM**, Vas coquinarium. Statuta MSS. Monast. Lirin. ann. 1453. *Item tenetur (Abbas) providere coquina parasitibus, Pissoriis, graseletis, &c.*

¶ 1. **PISTA**, in Capitul. Caroli Magni de villis cap. 49. *Ut genitia nostra bene sint ordinata, id est, de castis, Pistis, tuguriis.* Ædificii genus esse suadent vet. Gloss. *Casa, tugurium, pergula.* Unde *Pista* idem omnino videtur quod *Pergula* 2º. loco. Vide in hac voce.

¶ 2. **PISTA**, vox Italica, Impressi vestigii nota, Gall. *Piste*. Annal. Estens. ad ann. 1408. apud Murator. tom. 18. col. 1058. *Forstian ex indagine vestigiorum & Piste equorum, notum fuit illis de Scandiano de istorum adventu, &c.*

PISTACULUM, *Pilum*, *πτερον*, in Gloss. Gr. Lat.

¶ **PISTANCIA**, **PISTANCIARIUS**. Vide *Pistantia*.

PISTARE, Idem quod *Pinsere*, [Subigere, Gallice *Painris*] ex *pistas* vox conficta. [Leg. Palat. Jacobi Reg. Majoric. tom. 3. Act. SS. Junii p. xvi. *Pistor ... domus nostra regie panem quo in mensa nostra utemur ... per se Pistare & alias preparare debeat.*] Lib. 2. Miracul. S. Bertini cap. 29. *In vase ligneo, in quo pasta Pistari solet.* Occurrit passim apud Constantinum African. & medicos.

¶ **PISTARE**, Pilo tundere, Gall. *Piler*. Veget. lib. 1. *Mulomedic. In pila lignea Pistabis cerneque subtiliter.* Memoriale Potest. Regiens. ad an. 1275. apud Murator. tom. 8. col. 1138. *Fuit maxima mortalitas porcorum & aliarum bestiarum in predictis partibus montanea propter pestilentiam famis, quia non habebant aliquod quod darent predictis bestiis, & coquebant fœnum & Pistabant pro porcis pascendis.* Adde Statuta Vercell. lib. 3. fol. 100. vº.

¶ **PISTATUS**, ab Ital. *Pistare*, contundere, Gall. *Piler*. Chronic. Mutin. ad an. 1311. apud Murator. tom. 11. col. 99. *Die etiam ipsa Guidalostus ex urbe discessit maximo cum dedecore & Pistatis scassis per artifices post eum.* Vide *Pestare*.

¶ **PISTE**, Telæ seu panni species. Inventar. ann. 1342. in Tabular. S. Victoris Massil. *Item unam mapam Piste.* Haud scio an legendum sit *Piscis*. Vide in hac voce.

¶ **PISTENARIUS**, *Pistor*, Gall. *Boulangier*. Charta Eduardi III. ann. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 254. *Audito quod quadam pugna seu dissentio inter Pistenarios & pelliparios civitatis nostre predictæ (Londonensis) ... subito fuerat suscitata.*

¶ **PISTERNA**, pro *Pincerna*. Vide *Pincerna*.

¶ **PISTEUGIS**. Pontificale Benignianum: *Oratio in Sabbato sancto Pascha ad Reddentes; dicit dominus Papa post Pisteugis, &c.* In Cod. MS. Card. Otthoboni, post *Pisteugis*. Ubique legendum videtur divis

vocibus *πιστων εις*, quæ sunt prima Symboli Græci verba.

PISTICUS, *Probus, fidelis, non adulterinus*: ex Græco *πιστικός*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Pisticus, i. fidelis, fcal.*] Adhelemus Sagiensis Episc. in Miraculis S. Opportunæ num. 2. *Vita ejus Pisticus scriptor, id est fidelis, verax.* Anonymus MS. ex Biblioth. Thuan. Cod. 525.

Quivalus est, in praxi similis est, & Pisticus homo, Illius oda placet, qui recte Theologizat.

Id porro epitheti maxime tribuitur *Nardo*, quam *πισκινον* vulgo vocant Græci, id est, non adulteratam, uti Baronius an. 32. num. 26. Casaubonus in Exercit. Scaliger, Salmasius & alii vertunt. Glossæ Latinæ MSS. Regiæ: *Nardum pisticum, Chrisma sine impostura.* Papias: *Nardum pisticum, Chrisma sine impostura.* Ugutio: *Nardum, unguentum confectum ex ea (herba) Nardum Pisticum dicitur, fidele, purum, sine omni impostura, vel commixtura compositum, nec adulteratum aliis herbis.* Quo sensu verba, *sine impostura*, usurpat perinde Alexander Iatrosofista lib. 2. *Passionum: Keupontico est 3. folio sine impostura 3. prionia radicibus est 1. aristologia rotunda est, 2. spica nardi est 4. has omnes sine impostura mundas species tundes.* Ubi Glossæ interlineares, *sine impostura, mundam* interpretantur. Ita *αδολον*, hac notione dicunt Græci. Vita S. Eudociæ Martyris, cap. 8. *εὐδαμον ἰνδμὲ ἀδολον καμπισσαι λγ'*. Etymii hujusce vocis rationem aliam prodit Ordericus Vitalis lib. 1. *Nardus, aromatica species est, Pistis Græce, fides dicitur Latine, inde Pisticum, id est fidele dicitur unguentum, quia cadaver eo perunctum à putredine servat illasum.*

A certo verò loco dictam *Pisticam nardum* censet S. Augustinus in Evang. Joan. Tract. 50. cap. 12. *Quod ait Pistici, (nardi) locum aliquem credere debemus, unde hoc erat unguentum pretiosum.* Alii sic dictam putant à *πισιν*, bibere, ut sit *potabile* liquidumque unguentum: *πισος* enim apud Æschylum in Prometheo, idem est quod *ποσιμός*. Nec abhorret Eusebius Apod. lib. 9. cum vocat *πισκινον τῆς καινῆς διαθήκης κρῶμα*

Alii *Nardum spicatam*, non *pisticam* dictam volunt. Marcus enim ut & Joannes *σπικινάτης*, habet, unde Marci interpres *Spicima* retinuit, ita ut *nardus* sic dicta fuerit, quasi ex spicis confecta, eoque pretiosa ac *βαρύτιμος*. Brito in Synon

Nardum spicatum, de spicis sit tivo sacium, Est nardum Pisticum purum sive fidele.

Ugutio: *Nardus, herba est spicosa & aromatica, fragili radice; sed nigra & foliis densa, quorum summitates conveniunt in spicas; unde à Græcis Nardos stacos appellatur.* Glossæ ad libros Alexandri Iatrosofistæ: *Cyprinum, de spica nardi, de spina Indica, de nardost. chio; [vulgo Nardostachyum.]* Alio loco: *Nardum Celticam, spinam Celticam* vertit. Rursum, *de spica Indica, de nardostochio.* Anastasius in S. Silvestro: *Farum cantharum ex auro puriss. mo ante altare, in quo ardet oleum nardinum Pisticum, &c.* Infra: *Annis singulis olei nardi libras 90.* At aliud *Nardum pisticum*, aliud *spicatum* esse scribit Eucherius Lugdunensis de diversis vocabulis: *Nardum pisticum, nardum fidelem, id est sine impostura, Græcum est. Nardum spicatum, ab eo, quod species ipsa nardi in modum spica sit, quæ infusa conficitur.* Hinc

PISTIS, *genus aromatis*, in Gloss. Arabico-Lat. Sed de *Nardi* variis speciebus, vide Ruellium.

¶ **PISTININUM**, f. *Opus pistorium*, Gall. *Paté*, Ital. *Pastizzo*, cujus dimin. est *Pasticcino*. Chronic. Petri Azarii ad annum 1357. apud Murator. tom.

16. col. 344. *Compater, ne discedas, comedemus Pistinum. Respondit proditor: bene placet; sed comedemus domi mea, quia habeo melius vinum. Nisi pastinacam Gall. Panais intelligas. Vide Pistritia.*

¶ PISTIS. Vide *Pista* 2. & *Pisticus*.

¶ PISTOLARIUM, pro *Epistolarium*, Liber epistolarum quæ leguntur in sacris Liturgiis. Occurrit in Inventar. an. 1342. ex Archivo S. Victoris Massil.

¶ PISTOLETTUS, Brevior sclopetus, nostris *Pistole*, apud Prosper. Sanctacrucium de civilibus Galliae dissensionibus tom. 5. Ampliff. Collect. Marten. col. 1442. Unde ducta sit vocis origo, vide in Etymol. Gall. Menagii.

¶ PISTOR DULCIARIUS, Gall. *Patissier*. Vide *Pastillus* 2.

¶ PISTORA, Pistrix, quæ panem conficit vel vendit. Inquisitio an. 1276. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 25. *Tempore nundinarum ceperunt panem omnium pistorum & Pistorarum; quia panis erat nimis parvus secundum valorem frumenti. Vide Pistorissa.*

PISTORIA, Locus, ubi pistorum panem conficiunt, in Lege Bajwar. tit. 9. cap. 3. *Balnearium, Pistoriam, coquinam, &c.*

¶ PISTORIA, Ars pistoria. Charta an. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 97. *Item à quolibet pistore vel pistorissa, levantur ratione Pistoria semel in anno in festo B. Martini, sex denarii.*

¶ PISTORIA, Dignitas Ecclesiastica. Litteræ Galteri ann. 1208. in Tabul. Audomar. *Notum facio quod ordinationem de quinque officiis factam, videlicet subprapositione, magisteria scholarum, Pistoria, celeraria & chochia. . . . Est autem forma ordinationis talis quod Pistoria, celeraria & chochia ad communes usus ecclesie nostræ cedent. Vide Panctarius.*

PISTORISSA. Glossæ vett. *Pistrix, πῆρες, ἡ ἀγροποιός*. Libertates MSS. Salvæterræ in Ruthenis an. 1284. *Pistor vel Pistorissa, &c.* [Charta an. 1256. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 58. *Si pistorum vel Pistorissa minorem panem quam debeant, habito respectu ad forum bladi fecerint, &c.* Occurrit alibi non semel.] Vide *Panctarius*.

¶ PISTRINARE, Panem conficere, Gall. *Faire du pain*. Charta Henrici V. Reg. Angl. ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 253. *Quod omnes & singuli ligei nostri in eisdem commorantes, quibus attinet, Pistrinent & brasient, &c.*

¶ PISTRIRE, Eadem notione, ex Catholico apud Laur. in Amalthea.

PISTRINARI, Pistorum, in Regula S. Pachomii cap. 67. [Ulpian. D. lib. 16. tit. 3. l. 1. *Si quis servum custodiendum conjecerit in pistrinum, si quidem merces intervenit, puto esse actionem adversus Pistrinarium ex conducto. Ubi Pistrinarius est pistrini custos.*]

¶ PISTRINICUS, ἀγροποιός, in Gloss. Lat. Gr. *Pistrinensis; Sangerm. Pistriniensis.*

¶ PISTRIRE. Vide *Pistrinare*.

¶ PISTRITIA, Opus pistorum, Gallice *Patisserie*. Chron. Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 117. *Mulier dicti burgi in ultimis constituta Confessori suo in foro pœnitentia propalavit se dicto tempore presentis anni 1329. Pistritias construxisse ad quamdam juvenem pistrizandum, ut ipsa juvenis quemdam juvenem diligeret vehementer. Vide Pistinum.*

¶ PISTUM. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 29. *Cum vadunt ad indulgentiarum loca, nunquam vacua manu pergunt, quin ferant secum. . . . alicujus speciei legumina, milium contusum, quod Pistum vocatur.*

¶ PISUS. Constitut. Jacobi Reg. Siciliæ cap. 33. *Si aliquem à nostra Curia feuda tenentem in capite, vel etiam subfeudatarium nullo hærede legitimo per lineam*

descendentem, sed fratre, seu ejus liberis superstitibus, mori contingat, si feudum Pisum ab aliquo ex parentibus sibi & fratri communibus, vel non communibus pervenerat ad defunctum, &c. Nihil in hanc vocem habet Marius Muta earumdem Constit. commentator; forte leg. *possessum*, adeo ut *pisum* contracte scriptum fuerit.

1. PITA. Lambertus Ardensis, pag. 141. *Ubi usque hodie inveniuntur quasi reliquia gentilium, rubea videlicet tegula, testæ vasorum minii coloris, & fragmenta vasculorum vitreorum, ubi nunc sulcante aratro reperitur Pita sive via dura & lapidea, à marisco in silvam calcata. Pistes etiamnum viæ vestigia appellamus.* [Haud scio an legendum sit *Pira*. Vide *Pirgius*.]

2. PITA, Moneta minutior Francica. Vide *Picta* 3.

¶ PITACIOLUM. Vide *Pittacium*.

¶ PITALFUS, Vas vinarium, lagena major, idem quod aliis *Bota* vel *Butta* dicitur. Vide in hac voce. Forte à Gr. *πίθος*, dolium, urceus, *πιθήριον*, doliolum. Vide *Pitharia*. Vetus Ceremon. MS. B. M. Deauratæ Tolof. *Item postea prior mittit unum de servitoribus ad clavigerium. . . . pro duobus Pitalfis sive botis vini.* Tabular. Eccl. Vivar. *Singulis diebus libratur cuilibet Canonico mesagium panis, id est quinque panis libra, de vino autem ad mensuram trium Pitalforum.* Pontificale MS. Eccles. Santon. ann. 400. *Electus ex consuetudine S. Romanæ Ecclesiæ offerat Episcopo duos panes & duos Pitalfos vini & duos ardentis cereos.* Inquisit. pro Canonifat. S. Yvonis MS. *Vicarius D. Yvonis posuit panem suum super quoddam lignum ubi custodiebantur Pitalfi.* Ibidem: *Cum essent appositæ carnes, D. Yvo fingeat se comedere, sed non comedebat nisi de pane, & aquam solam bibebat, quam accipiebat de quodam Pitalfo.*

¶ PITALPHUS, PYTALPHUS, Eadem notione. Tabul. Piperac. ann. 1394. *Tenebuntur offerre in Missa obitus unum Pitalphum vini, unum panem cum una candela cerea.* Charta. ann. 1336. in Tabular. Episcopat. Massil. *Novem tassis diversarum formarum, uno Pytalpho pro vino, &c.*

¶ PITELFUS, Eodem significato, in Litt. Humberti II. an. 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 567. *Omnes habebitis unam libram de candelis cereæ, & de vino unum Pitelfum inter duos pro collatione facienda.*

¶ PITALLUM, ut supra *Pestillum*, instrumentum quo aliquid teritur. Comput. an. 1239. MS. *Pro mortariolis & Pitallis, XLVIII. sol.*

¶ PITANSARIUS, PITANTIA, &c. Vide supra *Pictantia*.

PITHARIA. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 144. *Ubi est thesaurus suus, & dicitur quod ibi sunt 16. Pitharie, plena auro depurato, &c.* *πίθος, πιδάριον*, dolium, doliolum. Hollandi vulgo dicunt *tonne d'or*. Vide *Pittarium*.

¶ PITHAULES, Qui utre symphoniaci, Gallice *Cornemuse*, canit. Utitur Vopiscus in Carino 1. 19. de ludis: *Choraulas centum: etiam Pithaulas centum: pantomimos & gymnicos mille.* Usus est etiam Seneca Epist. 76.

¶ PITIGMATA. Vide *Ptigmata*.

PITISSARE, vel PYTISSARE, Papiæ MS. *Portare*. Leg. *Potare*. Eadmerus lib. de S. Anselmi similitud. cap. 15. *Aliquando (simul delectantur) auditus & gustus, ut cum aliquem sic bibere delectat, ut inter labia sua sonitum quemdam Pitissando faciat.* Vox veteribus nota, [ad quam consule Martini Lexicon.]

PITRATUS. Fragmentum Petronii: *Etiam rides, cepa Pitrata.*

¶ PITT, Fossa, qua Scoti fures femineas immerge-

- banit. Ita Spelman. ex Skenæo. Vide *Fossa* 1.
- ¶ **PITTA**, Moneta minor. Vide *Picta* 3.
- PITTACIUM**, Tabula fusili pice, (Græci *πίσσα* & *πίτταν* vocant) illita ad exarandum: Scheda, epistola; sed maxime ea, quæ in quadrum est complicata, ut observat Eustathius ad Homerum pag. 633. *ὅτι τὸ τετραγωνίζεσθαι πίσσα ὀνομαζόμενον, ἰσοκύως πῶς τῶ τῆς χυτῆς πίττης σχηματισμῶ.* Papias: *Petatia & Petatiola, modica pars cartæ.* Alibi: *Pitacium vel pitatiola, membranula, epistola.* Guill. Brito in *Vocab. Pictacium à pingo dicitur epistola brevis & modica. Item pictacium dicitur cedula de membrana decisa. Item pictacium dicitur corii particula, quæ solea repetiata insuta est. Unde pictatiatus, repetiatus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Pittacium, Tacon de soler, ou Epistre breve, ou cedula.*] Ex *Iosua* cap. 9. *Calceamentaque perantiqua, quæ ad indicium vetustatis Pittaciis confuta erant.* Ubi Gr. Editio *σανδάλια καλαπεταλωμένα* habet. (Vide *Pecia*.) Gloss. Græc. Lat. *πίττανον, Brevis.* [*Pittacium aureis conscriptum litteris*, in *Vita S. Wiboradæ* sæc. 5. Bened. pag. 62.] Utuntur S. Augustinus de verbis Apost. serm. 19. cap. 7. Concilium Carthag. I. cap. 12. Fragmentum Petronii pag. 40. Leges II. 13. 16. Cod. Th. de *Erogat. milit. annonæ*, l. 19. de *Petition.* Celsus lib. 3. cap. 10. Marcellus Empiricus, Rhabanus in *Epist. ad Regimboldum*, &c. VII. Synodus act. 4. *ἀντὶ βιβλίων πίττανια ἡμῶν ἐπεδείκνυον.* Vide *Saracenicæ Silburgii* pag. 43. 62. 81. [& *Lexic. Martinii* in hac voce.]
- PITACIUM**. S. Eulogius in *Epistola ad Alvarum*: *Ut erat cartulis & Pitaciis diversis dispositum.* Testamentum S. Cæsarii Arelatenfis: *Si cui aliquid per epistolam, aut per Pitacium, aut verbo, pietatis intuitu, contulit, valere volo. Per Pitacium Episcopum constituere.* Hadrianus II. PP. in *Epist. ad Carolum Calvum*, apud Baronium an. 871. num. 87. *Constituimus Cardinalem Metropolitanum & Archiepiscopum Turonica provincie per ferulam, Pitacium, & anulum, nec non per nostræ autoritatis litterale decretum, &c.* Apud Joannem Episcopum Citri queritur, an Patriarcha possit per sola *Pittacia & brevia*, & mandato suo, præferre aliquos nullo officio insignitos, illis qui priores fuerant, nullo tamen ipsi etiam officio decorati.
- PICTACIUM**, Idem quod *Pittacium*. Vocem deducunt quidam ex *πικτῆς, πικτῆς πικτῆς, Pugillares tabellæ*, indeque Germanos *buch*, Anglos *book*, & *bega boek* pro libro dixisse volunt. Glossæ Isidori: *Pictacium, Epistola brevis & modica. Pictaciuncula, Membrana.* Novella Theodosii de *Siliquarum exact.* *Ut gestis municipalibus immobilium rerum contractus constet initus: mobilium vero emissis Pictaciis transigatur.* Anastasius in S. Zacharia PP. *In quo & Pictacium invenit pariter literis exaratum Græcis.* Rodericus Toletanus in *Præfat. ad Hist. Hisp. Et aliis scripturis, quas de membranis & Pictatiis laboriose investigatas laboriosius compilavi, &c.* Occurrit præterea in *Edito Theoderici Regis* cap. 126. apud Theodorum *Eremitam* in *Vita S. Magni* cap. 16. Willel. Britonem lib. 11. Philippid. in libro *Miraculor. S. Vulfranni Episc.* num. 26. &c. Vide *Pecia*.
- ¶ **PYCTATIUM & PYTATIUM**, Eadem notione. Johannes Diaconus in *Vita Gregorii Magni* cap. 45. *Et scribens orationem in Pyctatio, &c.* Atto Episcop. Vercel. apud Acherium tom. 8. *Spicil. pag. 74. Vel in aliquo tremens leget Pytatio, &c.* Arnulphus in *Hist. Mediol. lib. 3.* apud Murator. tom. 4. pag. 24. *Deinde providet callide scribi Pytacium de castitate servanda.*

- PITTACIOLUM, & PITACIOLUM**, diminut. à *Pittacium*, pro scheda: unde forte nostri suum *billet*, pro *pillet* hauserunt. Hariulfus lib. 4. cap. 17. *Quorum nomina vel chartæ, vel qualibet Pittaciola insinuare videbantur.* Utuntur præterea Theodericus de *Inventione S. Celsi Episcopi Trevirensis* num. 16. *Epistola Monachorum Remensium ad Casinenses, Concilium Dusiacense* I. part. 2. cap. 27. Ratherius Veronensis in *Epist. ad Joannem PP.* apud Chapeavillam tom. 1. *Hist. Leodiens.* & tom. 2. *Spicilegii Acheriani, &c.*
- ¶ Hinc est quod apud Laur. in *Amalthea Pittaciolum*, *Pittatiuncula* usurpatur pro cartula doliis affixa ad patriam & numerum vini designandum, ut & pro annonaria specie militibus data.
- ¶ **PICTACIOLUM**. Glaber Rodolphus lib. 3. apud Duchesnum tom. 4. pag. 31. *Miserant.* (Judæi) *ad Principem Babilonis cum Hebraicis characteribus scriptis epistolis, Pictaciolis ferri baculo insertis, ne quo casu potuissent ab eo divelli.* Præfatio in *Bedam* ex vet. Cod. apud Mabillon. in *Itin. Burgund.* *Ille multa sacra Pictaciola in Apostolorum variis in locis scribendo dispersit.*
- PITTACIOLUS**. Hincmarus Episcopus Laudunensis in *Præfatione ad Collectionem ex Epistolis Romanorum Pontificum*:
*Iste Pittaciolus plane depromit & apte
 Sedem appellandam libere Apostolicam.*
 Sed *Pittaciolum* dicendum fuisse eidem objecit Remensis avunculus pag. 383.
Namque Pitaciolum neutro dixere priores.
 Ex his emendandus Monachus Sangallensis lib. 1. cap. 36. de *sagis virgatis Fresonicis ac curtulis*, ubi Carolus Magnus sic ait: *Quid profunt illa Pitaciola, in lecto non possum eis cooperiri, cavallicans contra ventos & pluvias nequeo defendi, ad necessaria natura secedens tibiaram congelatione desicio. Pittaciola enim vocat virgas sagorum, quæ inde virgata dicuntur Poëtæ, quod instar Pittaciorum essent effectæ.* Atque ita vocari videntur frustula sagi militaris sericeæ, à Willelmo Britone lib. 11. *Philippid.* pag. 231.
*Sic percussa patet, sic intercisâ minutis
 Pictaciis pendet, dum demolitur eandem
 Tunsio crebra nimis clavæ mucronis & haste.*
- ¶ **PITTANTIA, PITTANTIARIA, &c.** Vide *Pictantia*.
- ¶ **PITTAPHIUM**, in *Append. 2. ad Vitam S. Angeli Carmel.* tom. 2. M. aii p. 841. *Legerunt quoddam scriptum seu Pittaphium scripturæ, &c.* Pittaphium interpretantur Bollandistæ: malim ego pro *Pittacium* esse scriptum. Vide in hac voce.
- ¶ **PITTARIUM**, Vas quoddam, idem quod *Pitharia*. Vide in hac voce. *Necrolog. Laresham.* apud Schannat. *Vindem. Litter.* pag. 37. *Dedu nobis xx. floren. & Pittarium argenteum cum coopertorio argenteo in valore VII. floren.*
- ¶ **PITTEIRA**, Modus agri vel vineæ. Vide *Pedatura*.
- PITTO**. Caput 72. *Legis Salicæ* ex Cod. Regio, apud Steph. Baluzium: *Si quis Pitto alterius excusserit invitum stricto, 120. denariis, qui faciunt solidos 3. culpabilis judicetur.* Paulo aliter in Codice *Pithœano* apud eundem tom. 2. pag. 989. *Si quis alterum Pitto excusserit, Malb. Vuisstritto sunt den. 120. qui faciunt, &c.*
- ¶ Utrumque emendat Eccardus in *Notis ad huncce titulum*, censetque legendum *vidu sinito*, quod *falicis excussionem seu incisionem* significat, quæ eo gravius puniebatur, quia magnus *falicum usus* est in *sepibus conficiendis*. Est autem à *Saxon. vide, falix,*

salix, & Sniden, incidere, excutere. Hinc Gloss. Ratisbon. *Salix, wida*; unde *wittus*, primum, exin *pitus* corrupte natum existimat vir eruditus. *Pittus* legitur tit. 32. cap. 9. ejusdem Leg. Salicæ edit. Baluz. *Si quis compari suo Pittum excusserit, &c.*

¶ PITUITAS, Latinis Pituita, narium vel oculorum humor redundans. Quæst. MSS. Mag. Odonis de Missa: *Mapula Pituitates oculorum detergimus & narium.* Utitur Arnobius.

¶ PITURA, Præstatio, tributum, à *Pepta*, Gall. *Paye*. Vide *Peitare*. Tabular. S. Vincentii Cenoman. *Pituram autem quam ibi domino Comiti haberi volebam, & quam, ut à multorum virorum didici testimonio, injuste reclamabam, eisdem... concessi.*

PITZULUM. Gloss. Medicum MS. Reg. sign. 1486. *Pusca, i. Pitzulum, ex quo fit pusca medicinalis.*

PIVANGA, Mensura agraria apud Germanos. Wiguleius Hondius in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 8. *Hermannus Abbas obtinuit campum dividi per funiculos, jugera 12. huoba jugerum habebat 12. Pivangas. Facta hac partitio præsentate Hermannus anno 1247.*

¶ PIVIALE, vox Italica, idem quod infra *Pluviale*, vestis Episcopalis. Chron. Foroliv. apud Murator. tom. 19. col. 888. *Perrexit de porta Sclavonia ad ecclesiam majorem, in qua descendit cum ornamentis episcopalis dignitatis, scilicet cum mithra & Piviali.*

¶ PIVIO, Idem quod *Pipio*, Gall. *Pigeon*. Johannes de Monster. Epist. 40. apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. col. 1391. *Capones, gallina, anca & anseruli, pulli, porci, porculi, palumbes, turdi, pavones, Piviones, &c.*

PIUNCULUS. Vide *Pipiones*.

PIUS, Epitheton, ut videtur, urbis Toletanæ, apud Isidorum Pacensem Episcopum in Chronico æra 685. *Hic crebra Concilia clarente Eugenio urbis Regiæ Metropolitanæ Episcopo Toletano Pio... recollegit.* Ex quo sane loco dubium videtur, quod alias asserit Antonius Augustinus de Numismatibus dialogo 7. Inscriptionem, quæ in averfa complurium nummorum Hispaniæ Gothicorum Regum conspicitur ac legitur, TOLETO PIUS, vocem postremam ad Principem, cujus est, spectare, ut in Leovigildi Regis numismate, TOLETO JUSTUS. Hunc lege, si tanti est, & expende. Ejusmodi etiam Regum Hispanicorum Gothicos nummos cum hac voce, PIUS, adjecta urbium aliarum nominibus recenset Ambrosius Morales toto lib. 12. ubi quasdam profert, quæ habent TOLETO JUSTUS, ELBORA JUSTUS, cap. 4.

PIXIS, PYXIS, Machinæ bellicæ species, Germanis *Biech*, ut auctor est Freherus. Thwroczius in Joanne Huniade cap. 46. *Ac castris bellicis machinarum, Pixidum, ac aliorum tormentorum hostem ferientium ingeniis munitis & refertis.* Et cap. 48. *Fortuito ictu Pixidis ad mortem vulneratus.* Ita MS. præferre monet idem Freherus. [Bibaldus Birckhelmerus lib. 2. de Bello Helvetico: *Confestimque non parvam Pyxidum (bombardas Itali à sono vocant) cum magistris & pulvere mittit sulphureo.* Infra: *Hi præter suorum cadem, duas etiam Pyxides, quas colubrimas vocant, perdiderant.* Occurrit etiam apud Laur. Byzinium de Orig. belli Hussitici tom. 6. Reliq. MSS. Ludewig. pag. 172.]

¶ PIXITA, Locus pici conficiendæ aptus. Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. tom. 3. Analect. Mabill. pag. 130. *Ipsam rem cum precariis inibi manentibus & familias eorum, vel Pixita, sicut à me præsentate tempore possidetur, & post meum obitum in sancta ac venerabilis basilica domni Petri & Pauli*

Tom. V.

ad tuam revoces ditionem, ut exinde annis singulis pix recipiatur. Picem maxime ad usum Ecclesiarum fuisse rursus ostendit Testam. Ermengaudi Episc. Urgell. an. 1033. in Append. Marcæ Hisp. pag. 1055. *Donet... oleum ad sanctos altarios inluminandos... Et ipsum alaudem meum de Rossilione... remaneat ad superscripta canonica per (pro) Pices.*

¶ PIXONANDUS, Locator, conductor, ab Ital. *Pigionare*, Gall. *Locataire*. Statuta Astens. f. 9. vº. *Nec possit vetari alicui civi Astensi quin possit ponere Pixonandum in domo sua exceptis publicis meretricibus.*

¶ PIZARE, Firmare, stabilire, ni fallor, Gall. *Affurer*. Reparationes factæ in Senescallia Carcaffonæ an. 1435. ex Cod. MS. V. Cl. Lancelot: *Pro faciendo unum estant cum uno boqueto pro Pizando seu tenendo sommerium dicti molendini.*

¶ PIZOCATA, Laicus inter fratres alicujus tertii ordinis relatus, Italis *Pizzochero*. Bulla Leonis PP. X. an. 1516. in Magno Bullar. part. 4. pag. 37. *Sorores tertii ordinis, nec non mantellati, corrigiati, Pizocata, cordellati, & alii quocumque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, sepulturam ubi voluerint, eligere valeant, &c.* Vide *Pinzocha* & *Pyrocaræ*.

¶ PIZUM, pro *Pisum*, *Pezés* Fuxensibus. Obituar. S. Martialis Lemovic. *Dabit frustulum piscis cum Pizis... Dominus Abbas dabit Piza, &c.*

PIZZA, Placenta, ex Italico *Pinza*. Charta ann. 1195. apud Ughellum tom. 7. pag. 1321. *Duas spallas porcorum, & sex Pizzas: & in Carnelevamine, unam gallinam & tres Pizzas, ... unam gallinam, unum pullum, & 6. Pizzas, &c.*

¶ PIZZICARIUS, Salsarum aut pinguium mercium minutim vendendarum propola, pinguiarius, Italis *Pizzicagnolo*, ut observant Bollandistæ. Vita B. Luchessii tom. 3. Aprilis pag. 598. *Illorum artem exercebat quos Pizzicarios, ut vulgo dicitur, appellare solemus, vel collybistas... Cum in hujusmodi emptionibus & venditionibus minorum laqueum diaboli paratum sibi conspiceret, alium lucrandi modum assumpsit.*

1. PLACA. Contractus Navigii D. Regis cum Venetis ann. 1268. tom. 5. Hist. Franc. *Et pro uno Milite habendo Placam coopertam ab arbore de medio versus puppem, marchas duas & quartam: & pro uno scutifero habendo Placam discoopertam in loco predicto uncias septem argenti, ... & pro quolibet alio peregrino habendo Placam ab arbore de medio ad proram cum suis viandis & habuissis marcham unam, &c. ubi habendo sumitur pro habente, & pro habuissis, leg. harnessis; [ut *Plaça*, pro *Placa*. Vide *Placea*.]*

2. PLACA, Moneta, quæ in Statuto Henrici Regis Angliæ, dato Parisiis 20. Novemb. ann. 1426. 4. majoribus *Blancis*, seu *Albis* æstimatur: *Plaque*.

¶ PLACCA. Chron. Bonæ Spei pag. 417. ad ann. 1481. *Declarare cogitur nos illi debere solum annue 64. Placcas & tres grossos monetae Brabantinae. Placa erat ponderis 68. vel 69. gran.*

¶ PLACABILIS, Placitus, gratus, acceptus. Charta an. 2. Caroli Calvi in Chartular. Eccles. Aptens. fol. 114. *Unde accepimus de vos pretium, sicut inter nos bona fide placuit atque convenit in argento quod nobis Placabile fuit, solidos xxx.* Alia an. 41. Chonradi Reg. ibid. fol. 139. *Convenit in merce Placabile valente solidos novem.* Charta an. 1175. apud Rymer. tom. 1. pag. 41. *De singulis x. animalibus unum corium Placabile mercatoribus.* Vide *Placibilis*.

¶ PLACAMENTUM, Propitiatio. Vita B. Simonis de Lipnica, tom. 4. Julii pag. 522. *Carne lacerata, velut mactata hostia, Placamentum facere Do-*

- mino solens. Utitur Plinius lib. 8. cap. 72. & lib. 21. cap. 19.*
- ¶ 1. PLACARE, Pacisci cum aliquo, pactum inire. Lex Bajwar. tit. 11. cap. 7. §. 2. *Et si ea sibi in usum miserit, nisi per convenientiam non potest, debet ei in mallo Placare ad restituendum, & cum solido, dum ipsam habet, componat. Vide Placitare in Placitum.*
- ¶ 2. PLACARE, ut Pacare, solve, nisi etiam ita legendum sit, in Consuetud. Vernolii an. 1365. tom. 4. Ordinat. Reg. Franc. pag. 644. *Si dominus Rex equis indigens vel quadrigis, apud Vernolium capientur, & Placabuntur de denariis domini Regis, per precium legale & legitimum.*
3. PLACARE, ex Gall. *Plaquer.* Concilium Avenionense an. 1279. cap. 1. *Domos Ecclesiarum occasione quacunque ferrare, seu claudere, vel ferrare, seu Placare, &c. [Ubi legendum arbitror Plancare. Vide in hac voce.]*
- ¶ PLACARE SIGILLUM, Apponere. Continuat. Chron. Guillel. Nangii tom. 11. Spicil. Acher. pag. 751. ad an. 1331. *Ipsamet recognovit & modum faciendi & Placandi sigillum coram Rege ostendit.*
- ¶ PLACATUS, Planus. Mirac. B. Simonis Eremit. August. tom. 2. April. pag. 825. *Et hoc accidit sibi in uno campo Placato.*
- ¶ PLACCA, Moneta. Vide *Placa* 2.
- ¶ PLACCELLUS, Discuscibarius, lanx, Gall. *Plat.* Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 628. *Superveniente igitur nocte, quod cœnare minus minime habebamus, nisi quia niles idem tabulam dicti Ducis adiens, magnum exinde tulit Placellum, quem in nostrum omnium cœnam duxit.*
- PLACEA, Locus, ex Gallica voce *Place*, quæ à Germanico *Plats*, campus, forte orta; [vel potius à Gr. *πλατεία*, unde Lat. *platea* non absimili notione.] Vetus Charta apud Waddingum an. 1231. 53. *Confirmavi . . . Placeam terram, quæ se extendit in longitudine, &c. [Charta ann. 1291. in Chartular. Domus Dei Pontifar. Dicens se habere & percipere singulis annis super domum . . . sitam . . . inter domum dicti Joannis olearii ex una parte, & Placeam seu mansuram magistri Mathæi Bartholomei, &c.]* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 111. *Placea, ubi nunc turris stat. Adde pag. 408. Willelm. Thorn. pag. 1940. 2036. [Madox in Formul. Anglic. pag. 89. & 310. &c. Vide *Placia* 2.]*
- ¶ PLACEA, Arx, castrum, locus munitus; *Place* eadem notione dicimus. Litteræ Henrici IV. Reg. Angliæ ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. pag. 611. *Quidam Monot de Cantelope armiger, qui castrum illud nuper emit . . . dicendo se hereditarium & dominum dictæ Placeæ de Camarssac, Placeam illam fortificare incepit, & in dies fortificat.*
- ¶ PLACENS, Amatus. Instrum. ann. 1099. apud Mabillon. tom. 5. Annal. pag. 414. *Salva serenissimi domini nostri Henrici semper augusti Imperatoris fidelitate, ipsique Placentis prolis retineam.*
- PLACENTARIUS. Glossæ Græco-Lat. *πλακωνάριος*, *Placentarius*, *Dulciarius*. Palladius in Hist. Lauf. cap. 6. *Εν τέτρω τῶ ὄρει καὶ ἰατροὶ διαγροῦσι καὶ πλακωνάριοι.*
- PLACENTARIII, Scurræ, ludiones, faceti, Gall. *Plaisanteurs*, vel *Plaisantins*. Petrus Damiani lib. 6. Epist. 33. *Adebit adhuc & quoslibet assentatores, ac Placentarios incitat, ut hoc extrinsecus discant, quod ille interius seminat, &c.*
- ¶ PLACENTIA, *Placendi studium*, Laur. in Analth. Apul. de Dogm. Plat. *In homine ad Placentiam ac mediocritatem libido flectitur.* Summa Magistri Pauli apud R. Duellium tom. 1. Miscell. p. 65. *Quæ-*

- dam (circumstantiæ) adherent ipsi peccato, ut est Placentia, horribilitas, detestatio.*
- PLACENTINUM, Vestis muliebris species, in Regula Tertiariorum Ordinis S. Francisci cap. 3. Locum vide in *Guarnellum*.
- PLACENTINUS. Gloss. Gr. Lat. MS. S. Germani Paris. *ἀρεσός*, *Placentinus*, in edit. *Placivus*. Goldastus *placitus* restituit. Certe etiamnum joculatores *Plaisantins* appellamus. Sed an hac notione vox hæc accipi debeat in Capitulari de causis Regni Italiæ cap. 15. & in Lege Longob. lib. 3. tit. 34. jure controvertitur: *Non est nostra voluntas, ut homines Placentini per eorum præceptum de curte palatii nostri illos aldiones recipiant.*
- ¶ Ibi, ut monet Baluz. in Notis ad Capitul. Glossa interlinearis in Codd. regiis habet: *Placentini, id est, adulatores.* Verum haud scio an pro *Placentini* legendum sit *Palatini*. Vide in hac voce.
- PLACERE, *Placitum* suum implere, juri stare. Lex Ripuar. tit. 67. §. 3. *Quod si sacramentum ille, qui prosequitur, non pronunciaverit, ipse, qui placuit ante annum revolutum, vel 7. noctes, sacramentum suum coram testibus offerat, & conjurare studeat, & deinceps innocens habeatur. [Melius placitavit edidit Baluzius.]*
- ¶ PLACERIUS SCRIBA, Publicus, tabellio, Gall. *Greffier.* Statuta Genuens. lib. 4. cap. 13. fol. 81. *Non possint, nec debeant consul aliquis vel potestas seu scriba Placerius, sive nuncius in diversis mundi partibus constituti emere seu acquirere per se vel alium, de quibus rebus, quas incantare, vel incantari faciant.*
- ¶ PLACETUM, pro *Pleissetum*, Sepes, virgulæ simul implexæ, Gallis veteribus *Pleisseis*. Vide *Pleisseicium*. Albericus in Chron. MS. an. 1239. *Duo castra firmavit contra eos, ultra silvas & nemora in partibus istis fecit indagari, id est in Placeta redigi.*
- ¶ PLACETI LITTERÆ, Quibus placet adscribitur, ut petitio vim habeat. Statuta Eccles. Meld. ann. 1493. tom. 2. Hist. ejusd. pag. 516. *Item, nulli ecclesiarum rectores ullum ad quæstam in suis ecclesiis faciendam admittant absque nostris, aut vicariorum nostrorum Placeti litteris sigillo camera nostra vel Meldensis curiæ sigillatis, neque à quæstoribus etiam qui prædictas Placeti litteras obtinuerint, &c.*
1. PLACIA, PLAZIA. Charta Guillelmi Siciliae Regis ann. 1179. apud Ughellum tom. 7. pag. 704. *De Placia autem, foresteria, & bando, sit ita ipsa Ecclesia libera . . . sicut est, &c.* Alia Rogerii I. Siciliae Regis apud eundem tom. 9. pag. 45. *Concedimus . . . de ipsis hominibus, & ab eis descendentibus perpetuo habere legem & Plaziam, sicut à suis hominibus & villanis. [Ubi Placia idem videtur quod infra *Servitium placiti*; *Plazia* vero idem quod *Placitum spatæ*. Vide in *Placitum*.]*
- ¶ 2. PLACIA, Locus, à Gall. *Place*: item Modus agri, ut supra *Pecia*, Gall. *Plaçage*. Charta Guillelmi de Baux Principis Arausion. an. 1215. *Damus vobis in augmentum staris vestri totam illam Placiam, vel totum illud spatium quod est inter murum novum & barrium vetus.* Charta an. 1230. apud Kennett. Antiq. Ambrosden. pag. 208. *Noverit universitas vestra . . . hac presenti charta mea confirmasse pro me & heredibus meis Deo & Ecclesiæ B. M. & S. Edburge . . . totam illam Placiam quæ se extendit, &c.* Charta apud Madox Formul. Angl. p. 116. *Noverit . . . concessisse . . . unam Placiam & unam acram terræ arabilis in villa de Cadwely; quæ quidem Placia jacet inter Placiam Johannis Steward ex parte australi, & Placiam Johannis Aylward ex parte boreali.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 35. *Sane in hoc*

numero Placis illas non computent, quæ ab antennis, anchoris & focone necessario pluries occupantur. Occurrit præterea in Maceris insulæ Barbaræ tom. 2. pag. 529. apud Rymer. tom. 2. pag. 634. & Murator. tom. 9. col. 434. Vide *Placea*.

PLACIBILIS, Placitus, gratus. Anastasius Bibl. in Hist. Eccl. Tolle igitur quidquid tibi Placibile fuerit. Theophanes habet ἀρεστέον. Idem in Stephano IV. PP. pag. 95. Et si Placibiles fuissent coram populo civitatis suæ, &c. Mox: Si qui eorum Placibilis extitissent, &c. [Chartular. Aptense fol. 64. Ch. 5. Unde & accepimus de te pretium sicut inter nos & te bonæ fidei placuit atque convenit, in merce Placibile soliditas viginti duas, &c. Tertull. de Resurrect. carnis cap. 47. Obsecrat exhibere hostiam vivam, sanctam, Placibilem Deo . . . quomodo Placibilem, si damnata sunt? Ubi Vulgata, Placentem. Vide *Placidus*.]

PLACIBILITAS, Placendi studium, amabilitas. Sallas Malaspinæ lib. 1. Rer. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 204. Se industrie omnibus reddebat amabilem, & Baronum sensus blandimentis noverat placibilibus demulcere . . . Sed jam benivolentia omnium Placibilitatis studio coaptatus, &c. Gualvaneus Flamma apud Muratorium tom. 12. col. 1034. Placencia sua Placibilitate hanc provinciam illustravit . . . sed heic quia hodie Papiæ suas delicias convertit in penuriam, Placencia suam Placibilitatem in displicentiam, &c.

PLACIBILITAS, Quies, tranquillitas. Collatio Matthæi de Cracovia, apud R. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 144. In parte notatur auctoritas, pietas, charitas; in tempore Placibilitas, opportunitas, &c.

PLACIDA, Iamina. Acta SS. to. 1. Junii p. 56. de S. Secundo: Præfatum sepulcrum constructum Placidis ferreis plumbo conficcatis, aperuerunt aliqua rimula.

PLACIDITAS, Mansuetudo, humanitas. S. Nilus Epist. 162. Maximum bonum est Placiditas, quam affectus Moyses Deum intuitus est, ut humane vires initeri possunt.

PLACIDUM, Lis intentata, controversia, litigatio. Acta S. Lidani tom. 1. Julii pag. 346. Devoratus extitit à lupis, de quo maximum Placidum habuerunt.

PLACIDUS, ut *Placibilis*. Bulla Bonifacii VIII. PP. an. 1295. ex Bibl. Reg. Si tam utilis & Deo Placide pacis, alligata jam vinculum dissolutionis, quod absit, dispendium sustineret, &c. Infra: Ne tractatus tam Deo Placidus, &c.

PLACIMENTUM, ut *Placidum*. Chartul. S. Petri de Domina fol. 63. Reliquerunt domino prædictam decimariam . . . promittentes quod eos custodirent à cunctis senioribus de quibus hanc decimariam per feudum tenebant, & si in ea aliquod Placimentum insurgeret, ipsi eum inter se omnibus temporibus donarent.

PLACITARE, &c. Vide in *Placitum*.

PLACITONIUM, in Chronico Mosomensi, pro vitiligationibus placitorum, Gallis, *Plaidoiries*, *chicanes*: Et Monachorum Placitoniis, qui novos sibi hodie Advocatos adtrahunt, factum est.

PLACITUM, **PLACITARE**, &c. *Placita* vocabant, conventus publicos totius regni Ordinum, quibus Reges ipsi præerant, & in quibus de arduis regni negotiis & imminentibus bellis tractabatur. Annales Francor. Bertiniani an. 763. Pipinus Rex habuit Placitum suum Nivernis. Ita ann. 764. 765. 766. Anno vero 767. Ibi Synodum fecit cum omnibus Francis in campo. Passim. Bis autem quotannis tenebantur ejusmodi placita. Hincmarus de Ordine Palatii cap. 29. Consuetudo autem tunc temporis talis erat, ut non sæpius, sed bis anno, Placita duo

Tom. V.

teneverunt: unum quando ordinabatur status totius regni ad anni vertentis spatium, . . . in quo Placito generalitas universorum majorum tam Clericorum, quam Laicorum conveniebat, &c. Adde cap. 30. Cum igitur omnes regni vassalli ad ea placita convenirent,

GENERALIA PLACITA, ea appellata, [vel *Communia*, ut in Charta Ludovici Reg. an. 847. apud Miræum to. 1. pag. 24.] Charta Vindiciani Episcopi Atrebatensis apud Baldricum lib. 1. c. 25. In conventu venerabilium Episcoporum, coram Rege piissimo Theoderico, in generali Placito hanc epistolam roboravimus. Gesta Dagoberti cap. 40. Dagobertus Rex . . . convocatis filiis, omnibusque totius regni primatibus, 10. Kal. Junias in Palatio Bigargio Placitum generale instituit. Annales Francor. ann. 811. Placito generali secundum consuetudinem Aquis habito, in tres partes regni sui totidem exercitus misit. Poëta Saxonicus lib. 1. de Gest. Caroli M. an. 777.

. . . . Conventum Placiti generalis habere,
Cum ducibus se velle suis denunciatur illic.

Ardo Monach. in Vita S. Benedicti Anianensis num. 43. Cum ad generale Placitum, jubente Imperatore, pergeret. Charta ann. 858. ex Tabulario Monasterii Deiparæ Sueffionens. apud Rainaldum in Sueffione: Anno Dominice Incarnat. 858. Indiæ. 6. regni vero Caroli Imperatoris 32. congregata Compendio palatio non minima coadunatione Episcoporum, summe autoritatis virorum, multorum quoque illustrium procerum seu quamplurimorum nobilium, ut pote generale Placitum ibidem agentium, &c. Placitum generale apud Gundulsvillam, in Capitul. Caroli Calviti. 38. Placitum generale apud Carisiacum, tit. 39. Idem placitum Carisiacense cap. 8. Per Capitula avi & patris nostri, quæ Franci pro lege tenenda judicaverunt, & fideles nostri in generali Placito nostro conservanda decreverunt.

Quid autem in his placitis generalibus fanciretur ac definiretur brevi exponendum duximus. Ac primo quidem totius regni negotia, sive Ecclesiasticos sive laicos spectarent, expendebantur; de utriusque Ordinis emendatione, quibus remediis ingravescentibus malis subveniendum mature disceptabatur. Capitul. Ludovici Pii an. 828. Volueramus siquidem tempore congruo Placitum nostrum generale habere, & in eodem de communi correctione agere. Aliud an. 829. Volumus ut omnes res ecclesiasticæ eo modo contineantur sicut res ad fiscum nostrum pertinentes contineri solent, usque dum nos ad generale Placitum nostrum cum fidelibus nostris invenerimus & constituerimus qualiter in futurum de his fieri debeat. Capitul. Caroli C. an. 858. tit. 27. Litteras dominationis vestre quique nostrum habuimus, quibus jussistis ut vobis VII. Kal. Decembr. Remis occurreremus, quatenus ibi nobiscum & cum ceteris fidelibus vestris de restauratione sanctæ Ecclesiæ & de statu ac salute populi Christiani tractaretis. Sed nos ad Placitum illud occurrere non potuimus. Adde Hincmar. loco supra laudato. In iis præterea dirimebantur causæ quæ in placitis Comitum finire non potuerant. Capitul. 6. an. 803. cap. 2. Si autem ad Salicam pertinet legem, & ibi minime repereris quid exinde facere debeas, ad Placitum nostrum generale exinde interrogare facias. Concessa denum à Principibus in iis Comitibus firmabantur. Concessio Caroli Mag. an. 803. Ad proximum synodalem nostrum conventum ac generale Placitum, ubi plures Episcopi & Comites convenerint, ista, sicut postulastis, firmabimus. Vide Simeon. Dunelmensem, & Radulfum de Diceto an. 1014. Suenonem in Hist. Danica cap. 1. &c. Hinc

Placita dicuntur Regiæ litteræ, quibus contro-

versæ judicium in frequenti ejusmodi Optimatum placito definitum continebatur. Neque etiam aliunde repetenda origo tritæ hujus formulæ qua Regum Francorum Edicta concluduntur: *Quia tale est nostrum placitum*, Gall. *Car tel est notre plaisir*, quamvis enim nunc de speciali ac determinata Principis voluntate & auctoritate intelligi debeat, hoc unum olim significabat, *ita in generali nostro placito statutum est, seu tale est nostrum placitum*. Vide Salvaingum de Ufu feud. cap. 12.

PLACITUM REGALE, in Miraculis S. Ursuarii cap. 1. & apud Reginonem an. 956. Vide præterea, quæ de hisce regalibus Conventibus observavimus in Dissertat. 4. ad Joinvillam.

PLACITA GENERALIA interdum etiam appellant dominorum feudalium judicia, quod ad ea vassalli omnes convenire tenerentur: quæ quidem aliis *Curia generales* dicuntur: *Plaits généraux*, in Con-suetud. Valentian. art. 35. 36. Hugo Flaviniacensis in Chronic. pag. 132. *Exceptis alodiis, quæ homines tenent ad Placitum generale respicientes*, id est, quorum tenentes placitis dominicis interesse debent: seu qui *servitio placiti* obnoxii sunt. Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Sueffion. an. 1231. *Sciendum autem, quod homines justitiabiles, qui de nobis terras tenent, debent nobis unum Placitum, generale singulis annis in Curia nostra de Parigni ad vicesimum diem Natalis Domini, & qui inde defecerit, per 2. solid. Paris de lege emendaret*. Est autem

SERVITIUM PLACITI, nostris, *Service de plaits*, quod vassallus domino suo feudato debet, cum placita sua, seu *assisas* tenet, [quod *sequi & juvare dominum de Placito* vocabant.] Hinc formula in hominiis, in Regesto Tolosano Cameræ Computor. Paris. passim: *Pro predictis feudis vobis fidelis existam, & fidele servitium faciam, videlicet guerram & Placitum, ad submitionem vestram, vel cujuslibet certi nuntii vestri*. [Charta Conradi Imper. an. 1145. apud Miræum tom. 1. pag. 105. *In tribus scilicet Placitis generalibus, quotannis servitium determinatum, &c.* Charta an. 1228. tom. 1. Macer. Insulæ Barb. pag. 147. *Nomine dicti castri præstabilis auxilium & juvamen contra quemlibet in Placito & in guerra*. Tabul. Capit. Ambian. *Hospites veteris villa totum Placitum generale debent*. Adde Chartam Hugonis Ducis Burgund. an. 1172. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 187.] Vassalli quippe omnes ad ea placita convenire tenebantur, nisi eximerentur indulto ad id speciali privilegio; ac Procures quidem utriusque ordinis, Ecclesiastici scilicet & secularis, ut si aliquæ de iis querelæ fierent, coram judice regio responderent. Lex Longob. lib. 2. tit. 45. §. 2. *Ut omnes Episcopi, Abbates, & Comites, excepta infirmitate vel nostra jussione, nullam habeant excusationem, quoniam ad Placita Misfororum nostrorum veniant, aut tales Vicarios suos mittant, ut in omnibus causis pro illis rationem reddere possint*. [Epist. Caroli M. Capit. to. 1. col. 416. *Vos autem, qui contemptores nostræ jussionis extitistis, sive canonici sive monachi vocamini, ad Placitum nostrum, juxta quod præsens missus noster vobis indixerit, nobis vos adistere scitote. Et quamvis ad nos missa hic facta seditionis vos excuset epistola, venite & condigna satisfactione inustum crimen eluite.*] Cæteri vero liberi homines eadem de causa intererant, atque adeo etiam ut munia sibi demandata, seu ad judicia, seu alia quælibet peragenda exequerentur: eoque nomine à Missis, vel à Comite, *per bannum ad placitum venire* compellebantur, ut est in Concilio Triburienfi cap. 9. seu *ad curiam*, ut est apud Wal-

ling. pag. 268. Verum ne cæteris incolis oneri essent, jubebantur ad *placitum*, perinde etiam ac *in hostem, sive ad curtem, de domo sua sic warniti* movere, *ut cum pace venire, stare, & ad domum suam redire possent*, ut habent Capitula Caroli Calvi tit. 27. [Vide Jacobinum de S. Georgio in Tract. de Feudis cap. 25. §. 24. ubi quærit, quid in partibus Provinciæ intelligatur per obligationem qua tenentur *vassalli & subditi præstare auxilium de suis Placitis & litigiis.*]

☞ Si quis vero vassallus sumtus, præter consuetos, fecisset, illi à domino refarciebantur. Edictum Johannis I. Regis Franc. an. 1356. tom. 3. Ordinat. pag. 64. *Ordinamus quod sumptus quos fecerant & damna quæ habuerunt vel sustinuerunt in Placito vel in guerra . . . remittant eis & quittant . . . quousque de summa dictorum triginta milium librarum . . . sibi plene fuerit satisfactum.*

☞ Fuere & Abbatum *Placita generalia*, quibus primum solus Abbas vel Præpositus præsidebat, circumfidentibus *scabinis* quibusdam seu assessoribus; is querelas audiebat, dirimebatque lites. Constitutio Leduini Abb. S. Vedasti apud D. Brussel de Ufu feud. pag. 789. *Homo de generali placito tria placita debet in anno . . . In quibus Placitis nulla extranea potestas debet venire, neque præsidere ad judicandum, neque Comes, neque advocatus ullus, nisi tantum Abba aut Præpositus . . . In hoc itaque generali placito præsidente Abbate seu Præposito, circumfidentibus etiam scabionibus, &c.* Exinde Advocatus ab Abbate accersitus iis placitis interfuit. Vide *Advocatus*.

☞ De privatis itaque monachis intelligenda Capitularia Regum nostrorum quibus iis prohibetur *placita exercere, in iis disputare*. Capitul. an. 794. cap. 9. Addit. 4. cap. 46. Nisi de placitis secularibus interpreteris, ut innuere videntur Capitul. ann. 788. *Nullus monachus foris monasterio judiciaria teneat, nec per mallos & publica placita pergat: & Capitul. an. 789. cap. 71. Et ut monachi ad secularia placita non vadant.*

At cum ejusmodi placitorum onus grave videretur, pauperibus præsertim, cautum est Capitul. Caroli Imper. *ut nemo ad mallum, vel ad Placitum, cogeretur venire, nisi scabini, & qui causam suam, & cui queratur, ut est apud Hincmarum Opuscul. 15. §. 14. in Capit. 1. an. 809. cap. 13. Capit. 2. ejusdem anni cap. 5. libro 3. Capit. c. 40. Quod quidem Capitulare Caroli Magni intelligit Concilium Ticinense an. 855. cap. 14. Quosdam ministros Comitum propter frequentia Placita pauperiorem populum nimis affligere comperimus; unde Majestatem vestram obsecramus, ut Capitulare avi vestri de hac re observari faciatis.* Aut forte Capitulare an. 769. cap. 12. *Ut ad mallum venire nemo tardet, primum circa æstatem, secundo circa autumnum. Ad alia vero placita, si necessitas fuerit, vel denunciatio Regis urgeat, vocatus venire nemo tardet.*

Neque tamen remissum omnino id oneris liberis hominibus; sed ad tria in anno placita veniendi necessitas mansit. Capitul. 5. an. 819. cap. 14. & lib. 4. Capitul. cap. 57. *Ut videlicet in anno tria solummodo generalia Placita observent; & nullus eos amplius Placita observare compellat, nisi forte quilibet aut accusatus fuerit, aut alium accusaverit, &c.* Lex Longob. lib. 3. tit. 21. §. 30. de liberis personis: *Neque cogantur ad Placita venire, præter ter in anno.* Quod postmodum indictum legitur apud cæteros vassallos dominicos, qui *servitio placitorum* obnoxii erant. Charta an. 960. apud Hemeræum in

Augusta Viromand. *Quod eandem terram ter in anno ad generale Placitum domini prefata villa convenirent.* Alia an. 986. ibidem: *Et homines in eo districtu manentes tribus vicibus in anno ad Abbatis Placita veniant.* Alia in Tabulario S. Vitoni Virdunensis: *Nisi solummodo ob nostri memoriam retineant Advocatiam, eo tenore ne aliquid exinde accipiant, neque in tribus Placitis, ut fit in aliis Advocatiis, &c.* Alia ibid. *Placita generalia in jam dicta villa Hassud ter in anno servant, &c.* Vide *Advocatus*.

Tempus autem quo tria illa placita habebantur pluribus in Chartis indicatur, scilicet post Natale Domini, post Pascha & post festivitatem S. Johannis, ut legitur in Charta an. 1116. ex Tabul. Elnon.

Cur autem vassalli omnes dominicis judiciis & placitis adesse tenerentur, pluribus docent Affixæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 222. ubi exactis, quæ ad *servitium corporis*, quod vassallus domino debet, spectant, hæc subduntur: *Et celui, qui doit service de cors & de Chevaliers, ou de Sergens, en doit faire par tout le Royaume service, ô lui, ou sans lui, se il en est semons, si comme il doit: Et quant il est à Court, d'aller à Conseil de celui, ou de celle, à qui le Seigneur le donna, se il n'est au conseil de son avversaire, ou se la quarele ne n'est contre luy mesmes, que nul ne doit plaidoyer par comandement de Seigneurie d'autre, & doivent faire esgart, ou connoissance, & recort de Court, se le Seigneur lor commande à faire: & doivent aler veir murtre ou homicide, se le Seigneur lor commande d'aler veir come Court: & doivent par le comandement dou Seigneur veir ler cos de quoi l'on se clame de lui que l'on veaut monstrier à Court. Et doivent aller par tout le Royaume semondre come Court, quant le Seigneur leur comandera. Et li doivent service d'aler faire devise de terre & d'aigues, entre gens, qui ont contens, quant leur Seigneur leur commande. Et doivent faire enquestes, quant l'on requiert au Seigneur, que il face enquerre, & il lor commande à faire. Et doivent veir mostres de terres, ou d'autres choses, quel qu'elles soient, que le Seigneur leur commande à veir come Court. Et doivent service de faire toutes les autres choses, que les homes de court doivent faire come court, quant le Seigneur le commande.* His adjungenda sunt, quæ habent *Consuetudines aliquot municipales de servitio placiti*: maxime *Ambianensis* art. 186. 187. 188. *Peronenis* art. 65. 78. 79. *sancti Quintini* art. 82. &c. Vide præterea *Chartam* ann. 1349. apud *Salvaingum* de *Juribus dominicis* cap. 12. & *Ughellum* tom. 1. pag. 960.

Multiplices ejusmodi placitorum vexationes sic perstringit le *Roman de Rou & des Ducs de Normandie* MS.

Toute jour sont lor bestes prises,
Pour ayes & pour servises,
Tant y a plaintes & querelles,
Et costumes viez & nouvelles,
Ne peuvent une hore avoir pez.
Toute jour sont, dient, as plez,
Plaiz de forez, plaiz de monnoies,
Plaiz de porprise, plaiz de voies,
Plaiz de gaaing, plaiz de graveries,
Plaiz de mellées, plaiz d'ayes,
Plaiz de blez, plaiz de moutes,
Plaiz de defautes, plaiz de toutes,
Tant y a de prevos & bedeaux,
Et tant baillis viez & nouveaux,
Ne paons avoir paix une hore, &c.

Interdum, ut dixi, ab hac conditione immunitas concedebatur. *Charta Communix Meldensis* an. 1179. *Omnes homines meos, quicumque in prescri-*

pta communia fuerint, quietos & immunes à tallia & Placito, quod dicitur *Generale*, in perpetuum esse concedo. Nisi hoc loco placitum sumatur pro ea pensitatione, quæ præstatur à quibusvis vassallis pro immunitate à *servitio placiti*. *Charta Communix Brueriarum* an. 1186. *Tria placita per annum solvent, & per singula placita 4. denarios bonæ monete reddent.* Quod denique *servitium placiti* vocant nostri, *sectam* & *sequelam Curie* appellant Angli. Vide in voce *Secta*. 3.

PLACITUM, Pensitatio præstata pro immunitate à *servitio placiti*. *Charta* an. 1068. in *Append. ad Marcam Hispan.* col. 1144. *Et castros istos supradictos & alodium emi... dono eos... cum omnibus juribus & servitiis cunctis, cum calonicis & Placitis... & omnia Placita que pertinent ad seniore[m] majorem.* *Charta Aldefonfi Comit. Tolos.* an. 1131. *In villa Biterrensi quistam & firmantias, Placita & justicias, &c.*

PLACITORUM COMMONITORES, Quibus ex officio competit ad placitum, in jus vocare, apparitores. *Primordia Calmosiac. Monast.* apud *Marten.* tom. 3. *Anecd.* col. 1165. *Porro liberi qui tunc adsuere homines judicaverunt æquum sibi videri, ut si qui eum ad placitum convocassent in conspectu omnium hoc probarent... & quoniam presentes aderant Placitorum Commonitores... probaverunt se ad dictum diem sape memoratum Joscelmum ex parte Ducis legitime convocasse.*

PLACITA TENERE. *Synodus Carisiaca* cap. 2. *Episcopi quique in suis Parochiis, & Missi in illorum Missaticis, Comitesque in eorum Comitibus, pariter Placita teneant.* Occurrit præterea in *Capitularibus Caroli Calvi* tit. 21. post cap. 5. in *Epistola Episcoporum regni ad Ludovicum* cap. 12. apud *Lanfrancum* *Epist.* 39. &c. Hinc formula etiam hodie recepta: *Tenir les pluits.*

PLACITA CUSTODIRE. *Capitul.* 3. an. 789. c. 1. *Comites... in venationem non vadant illo die quando Placitum debent custodire, nec ad pastum.* Vide *infra*.

Placita vero tenebantur in locis apertis, publicis, sub dio. *Simeon Dunelmensis* an. 1070. *Verum cum illis Episcopus sub divo placitare noluit. Jus feudale Saxonum* cap. 32. §. 19. *In curia serata, vel sub tecto non licet domino feudali judicio præsidere.* Et c. 39. §. 1. *Nullam curiam oportet illum (Regem) in literis assignare, quia ubi Rex judicat in aperto, ibi est curia sua.*

In campo. *Notitia judicati* an. 981. in *Tabulario Casauriensis: In territorio Marsicano, in ipso campo de Cedici, ubi erat ipsa casa Domini Ottonis adificata, ubi residebat in placito Gisalbertus venerabilis Episcopus, & cum eo residebat Arnulfus Comes & Missus sacri Palatii, & cum eo Geboardus & Anfredus Missi sacri Palatii, & cum eis residebant Raynaldus Comes, &c.* [*Sententia* an. 1339. tom. 1. *Hist. Dalphin.* pag. 213. *Acta fuerunt hæc in campis prope l'Alben juxta metam positam juxta viam publicam, &c.*]

Sub arboribus. *Charta Bertoldi Leucorum Episcopi* an. 1005. apud *Berardum: Acta sunt hæc, quando fuit placitum de Abbatia Poloniacensi inter Domnum Bertoldum & Domnum Brunonem Episcopos, in Dodonis corte, juxta quercus, &c.* *Tabularium S. Dionysii de Capella diocesis Bituric.* ch. 162. *In Uriacensi curia, sub quadam ulmo, que est sita ante domum Radulphi de Porta.* In *Charta* ann. 1205. in *Histor. Monmorenciaca* pag. 75. mentio fit *assemblationis, i. placiti, factæ ad ulmum de spinogilo, ubi sopita quædam discordia à judicibus vel arbitris.* *Charta Willelmi Ducis Aquitan.* an. 1137.

Hoc donum feci apud Maustiacum in curia Ottonis sub umbraculo, &c. Le Roman de Parise la Duchesse MS.

*A l'issuë del montier trouva Raimon son sire,
Où il tenoit ses Plais sous l'ombre d'un olive.*

In plateis. Tabularium Casauriense ann. 975. Notitia judicati, qualiter pro futuris temporibus memoria recordandum, i. in territorio Teatense, in ipso plano de Piscaria, justa via salaria, in platea, ubi residebant Dominus Otto & Ottone filio ejus insimul Comitibus, &c. Tabularium Vindocinense an. 1061. ch. 189. Facta est hac emptio apud Lavarzinum in platea, ubi placita fieri solent.

Ante portas castrorum. Tabularium Vindocinense Thuani ch. 52. Perrexit illuc Prior noster, iuitque placitum in castro Raynaldi ante portam ipsius castri, quæ est à meridie, ubi interrogatus ille, quare saisisset placitum nostrum, respondit, &c.

Ante Ecclesias. Notitia judicati in Tabulario Casauriensi: In ipso Castalato de Colle majore, in ipsa villa, quæ nominatur Banio, ante Ecclesiam illam, quæ S. Joannes vocatur, ubi residebant in placito Sifredus Vicecomes, & Tresidius Castaldius, & Guarnerius iudex, per singulorum hominum causas audiendum, vel justitiam faciendum, vel deliberandam intentionem, & residebant cum eis de bonis hominibus, hoc erant Adelbertus, &c. Alia. Notitia in eodem Tabulario: In locum, qui nominatur Pecanie, juxta ipsam Ecclesiam S. Leopardi, ubi residebant in Placito, Atto Comes, & Transmundus, . . . iudices. Alia apud Franciscum Mariam in Comitissa Mathildi lib. 3. pag. 28. In atrio ante Basilicam S. Joannis B. resideret in iudicio, &c. Adde Matth. Westmonaster. an. 1051. & Gervasium Dorobernensem p. 1292. Vetantur autem fieri in ipsis Ecclesiis, vel in earum atriiis, seu coemeteriis, in Capit. 1. an. 819. cap. 14. in Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 28. lib. 5. c. 91. in Capit. Caroli Calvi tit. 11. cap. 7. [tit. 38. cap. 7. tit. 45. cap. 12.] in Concilio Arelat. VI. cap. 22. Mogunt. cap. 40. Turonensi III. can. 39. Sueslion. II. cap. 7. in Canonibus Isaaci Episcopi Lingon. lib. 3. in Decretal. Gregor. tit. 49. cap. 5. &c. [in terris Ecclesiæ circumjacentibus vel coliaerentibus, in Capitul. Caroli Magni an. 801. cap. 31. in immunitatibus Ecclesiarum, inter Fragment. Capitul. Ludovici II. cap. 14.]

Interdum tamen in ædibus ac locis opertis tenebantur placita, propter aëris incommoda, maxime Placita majora. Capitula Caroli Calvi tit. 39. cap. 12. Domus vero, sicut in Capitulis avi & patris nostri continetur, à Comite in loco, ubi mallum tenere debet, construatur, quatenus propter calorem solis & pluviam publica utilitas non remaneat. Minora vero placita Comes sive intra suam potestatem, vel ubi impetrare potuerit, excepto in Ecclesia & porticibus, atque atrio Ecclesiæ & mansione Presbyteri, habeat. Synodus Romana an. 904. cap. 11. Ut in domibus Ecclesiarum, neque Missus, neque Comes, vel iudex quasi pro consuetudine, nec placitum, neque hospitium vendicent: sed in publicis vicis domos constituent, in quibus placitum teneant, & secundum antiquam consuetudinem hospitentur. Adde Capitul. 1. an. 809. cap. 25. Capitul. 2. ejusdem an. cap. 13. Capitul. 1. an. 819. cap. 14. lib. 3. Capitul. cap. 57. lib. 4. cap. 28. &c.

Placita jejuni iudices tenere jubentur in Capitul. Caroli Mag. lib. 1. cap. 62. lib. 3. cap. 38. in Legibus Longobard. lib. 1. tit. 52. §. 4. 11. in Capitulo ad Legem Salicam c. 1. §. 15. in Capitul. 1. Caroli M. incerti an. c. 38. in Speculo Saxon. l. 3. art. 69. §. 1. &c. Theodulfus l. 1. Carm. v. 400.

*Crapula vitetur semper, plus tempore eodem
Quo pia justitia lora regenda manent.
Nam qui se nimis epulis somnoque sepelit,
Corporis atque animæ vim sibi demit hebes.
Cum venit ad causas nudatus acumme sensus,
Marcianus & sequis, & sine mente sedet, &c.*

Odo Cluniacens. lib. 1. de Vita S. Geraldii cap. 11. *Jejunus ibat ad Placitum, ne mersa sobrietate, rationis iudicio caruisset.*

Placita diebus dominicis teneri prohibentur in Capit. Caroli Magni lib. 2. cap. 7. [maxime ubi aliquis ad mortem vel ad pœnam tradendus, in lib. 5. Capitul. cap. 153.] in Capit. Compendiensi an. 868. [A quarta feria ante initium Quadragesimæ, nec in ipsa quarta feria, usque post octavas Paschæ pariter vetantur, in Capitul. Caroli Calvi tit. 11. cap. 8.]

PLACITUM CUSTODIRE dicebatur, qui in jus vocatus à iudice, placito intererat per triduum, secundum Leges. Charta Clodovei III. Regis an. 2. apud Mabillonium: *Sed venientes ad eorum placitum ipsi agentes jam dicto Abbati Noviento, in ipso Palatio nostro, per triduos, per plures dies, ut lex habuit Placitum custodissent.* Alia ejusdem Regis ann. 3. *Postea memoratus Chrotcharius per triduum aut etiam amplius Placitum suum, ut lex habuit, custodisset, & ipso Amalbertho abjectissit, vel subsadissit, &c.* Eadem formula habetur apud Marculfum lib. 1. form. 57. in Formulis vett. cap. 38. & in Formulis secundum Legem Romanam cap. 33. Capitula Caroli C. tit. 21. *Ut per omne regnum nostrum Episcopi & Missi nostri ac Comites in singulis parrochiis ac Comitatus placita teneant, & illa placita omnis homo, qui Placitum custodire debet, & in illis Comitatus commanet, sine exceptione & excusatione custodiat.* Adde [lib. 4. Capitul. cap. 4.] Ughellum tom. 4. pag. 632. 794. *Contra, placitum suum neglexisse, vel non adimplevisse, dicebatur, qui nulla missa excusatione ad conditam diem juri stare neglexerat, in iisdem form. 37. & 38. [& in form. 33. inter Sirmondicas.] Vide supra.*

PLACITUM CUSTODIRE, nude pro iis interesse. Capitul. excerpta ex Leg. Longobard. cap. 27. *Et ad ingenuos homines nulla Placita faciant custodire postquam illa tria custodierint placita quæ instituta sunt nisi forte contingat ut aliquis aliquem accuset.*

PLACITUM CAPITALE. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 31. *In summis & capitalibus Placitis unus Hundredus vel Comitatus iudicetur à duobus, non unus duos iudicet.* Charta Henrici II. Regis Angliæ in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 387. *Et statuto die veniant in Curia S. Mariæ, & ibi habeant rectum de capitali Placito suo, & S. Maria habeat quicquid pertinet ad Curiam suam.*

PLACITUM CENTENARII, Cui præerat iudex minor qui per centenas jus dicebat, quique non nisi de minoribus causis dijudicabat. Capitul. 3. cap. 4. *Ut nullus homo in Placito Centenarii neque ad mortem, neque ad libertatem amittendam aut ad res reddendas, vel mancipia, iudicetur.* Adde Capit. 5. an. 819. cap. 14. Charta Conradi II. Imper. an. 1146. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 799. *Abbas Walciodorensis Theodericus . . . conquestus est de quibusdam malefactoribus, qui . . . legem Centenarii Placiti, hospitaliones & violentas oppressiones inferebant. Vide Centenarius.*

PLACITUM CHRISTIANITATIS, in quo causæ ac quæstiones, quæ ad religionem pertinent, agitantur, cui Episcopus vel alius ejus nomine præest, idem quod infra *Placitum Episcopi*; Gall. *Plait de*

Chrétiené. Charta Otakeri Ducis Styr. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 175. *Capellas duas meæ ditionis quas à plebano jure absolutas, præter jus convocandi conventum in Placito Christianitatis, &c.* Vide *Christi. mitas.*

¶ **PLACITUM COMMUNE**, Cui Missi regii una cum Comitibus interfunt jus dicturi, in lib. 3. Capitul. cap. 87. *Communia placita* interdum dicuntur quæ alibi *generalia*. Vide supra.

PLACITA CORONÆ dicta, in quibus de delictis judicatur, quorum cognitio ad solum Regem spectat, seu ejus Justitios, quos *Justitios Coronæ*, & *Coronatores* vocant Angli. Quæ quidem crimina quatuor esse dicuntur, *murdrum, incendium, rapina* five *roberia*, & *raptus mulierum*, in Legibus Malcolm II. Regis Scotiæ cap. 11. & in Statutis Alexandri Regis cap. 14. §. 2. Horum, inquam, jurisdictionis, escheta, & poena pertinet ad solum Regem, non vero ad Barones, nec ad Curias burgorum, nec ad ullas Curias inferiores, neque etiam ad Curias Ecclesiasticorum: & si accidant, infra Vicecomitatum aliquem debent teneri etiam à justitio ad caput 40. dierum. Vide Leges Burg. Scot. cap. 6. §. 3. Quoniam Attachiam. cap. 76. Statuta Alexandri Reg. Scot. cap. 14. §. 2. Statuta Willelmi c. 2. §. 4. Stanfordius lib. 1. de Placitis Coronæ cap. 1. *Plees del Coronæ, sont les plees queux conteignent l'offense faits encounter la Coronæ & dignité le Roy.* Vide Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 2. Rogerum Hoveden. pag. 783. 786. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 660. &c.

¶ **PLACITUM DE NOVA DISSEISINA**, Leguleis Anglis *Affise of novel disaisin*, quo scilicet aliquis per curiæ judicium à possessione dejicitur. Matth. Paris an. 1224. *Justitios Regis, quos Itinerantes appellamus, . . . tenebant Placita Regis de nova disseisina.*

PLACITUM EPISCOPI, Conventus ab Episcopo de rebus Ecclesiasticis indictus. Concilium Triburienſe an. 895. cap. 9. *Cum autem Episcopus Ecclesiam à Domino Deo sibi commissam regens, Episcopatum circum eundo perrexerit, & placitum canonice constitutum decreverit, populumque sibi creditum illo invitaverit, atque Comes eadem die sciens placitum ab Episcopo conditum, vel nesciens, placitum cum populo condixerit, & per bannum illuc venire præceperit: placitum Comitum omnes postponant & Comes ipse. Denique populus post Episcopum festive pergant, scientes, se non illic contentiosa contentione decertare, sed pro fide Catholica invigilare; non cumulum pecuniarum, sed lucrum congregare animarum.* Concilium Rom. ann. 904. cap. 12. *Habeant igitur Episcopi singularum urbium in sua diœcesi liberam potestatem; adulteria & scelera inquirere, ulcisci & judicare, secundum quod Canones censuerunt, absque impedimento alicujus. Et cum opus fuerit ad comprimendos rebelles, & contemptores, publicum Placitum convocent, non ad præjudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo placita sunt, & salutem animarum conveniunt, prosequendum.* [Adde Capitul. Caroli Calvi tit. 27. cap. 7.]

PLACITUM EXERCITALE, Conventus, seu Statutum Principum super re exercitali, hostili. Capitul. 1. an. 802. cap. 40. *Si de mundeburde sanctarum Ecclesiarum, vel etiam viduarum, & orphanorum, seu minimum potentium, atque rapina, nec non de exercitali Placito instituto, & super ipsis causis, &c.* Capit. 2. ejusdem anni cap. 20. *De banno Domni Imperat. Karoli, quod per semetipsum consuetus est bannire, id est de mundeburdo Ecclesiarum, . . . atque de rapto, & de exercitali Placito, ut hi, qui ita irruperint, bannum*

dominicum omnimodis componant. Adde Capit. 7. an. 803. cap. 1.

PLACITUM FRACTUM dicitur, cujus dies conditus præterit, in Legibus Henrici I. cap. 59.

¶ **PLACITUM FUNDI**, J.C. nostris jus cognoscendi de re fundali, quod domino fundi competit, à quo ad altum justitiarium potest appellari.

PLACITUM GENERALE. Vide supra ex Hugone Flaviniacensi.

¶ **PLACITUM GLADII**, Idem quod *Placitum spatæ*. Charta Johannæ filiæ Philippi Comit. Bolon. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 101. *Do, lego & concedo carissimæ matri meæ M. Comitissæ Bologniæ totum & integrum Placitum gladii quod habebam jure hereditario in tota terra Insulæ bonæ & etiam in Kaleto.*

¶ **PLACITUM LEGALE**, in Capitul. Caroli Calvi tit. 34. cap. 2. *Ut secundum legem quæ ibi male facta habent emendent, aut solvant secundum legale Placitum, aut per indulgentiam sibi impetrent perdonari.*

PLACITUM LETHIFERUM, ubi de rebus criminalibus cognoscebatur, quod *placitum criminale* dicitur in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 1. Matthæus Paris an. 1075. *Episcopum crudeliter peremerunt, & centum homines cum eo, juxta flumen Tyne, ubi Placita lethifera ab Episcopo tenebantur.*

¶ **PLACITUM MANUSMORTUÆ**, Redemptio quæ debetur domino post mortem vassalli. Vide in *Manus* & infra.

¶ **PLACITA MINORA** dicuntur Placita Comitum, in Capitul. 1. an. 819. cap. 14. & in Capitul. Caroli Calvi tit. 45. cap. 12.

¶ **PLACITUM MISSUM**, De quo utraque pars convenit. Notitia an. 972. apud Muratorium delle Antic. Estensi pag. 150. *Et ipse dedit mihi wadia de placito, unde hodie est inter nos constitutum & unitum Placitum Missum, ut ipsam probationem, &c.*

PLACITUM NOMINATUM, quod indicitur à judice reo, vel accusato, de crimine, aut quavis alia re responsuro, cujus dies definitus est, in Legibus Henrici I. Regis Angli. cap. 20. 46. 50.

PLACITUM INNOMINATUM, non indictum, aut cujus dies definitus non est, in iisdem Legibus cap. 46.

¶ **PLACITUM PLASSAGIORUM**. Vide infra & *Plassagium*.

¶ **PLACITUM PUBLICUM**, Solemne, in Capitul. 1. Caroli Mag. an. 813. cap. 22. & lib. 2. Capitul. cap. 32.

PULCHRUM PLACITUM, Anglis, *Beaupledes*. Statutum Marlebrigense sub Henrico III. *Provisum est etiam, quod nec in itinere justitiorum, nec in Comitatu, in Hundredis, nec in Curia Baronum de cætero capientur fines ab aliquibus pro pulchre Placitando, neque pro eo, quod non occasionentur.* Adde Statutum 1. Westmonast. cap. 8.

¶ **PLACITUS SACIALIS**, f. pro *Sationalis*, qui scilicet tempore Sationis tenebatur. Charta ann. 879. in Append. ad Marcam Hispan. col. 806. *Præsentem eram in dicta valle Confluentana, in locum Exalata, ante domum S. Andreae Apostoli Christi, & in Placitos Saciales; ubi vidimus & audivimus ipsas scripturas legentes & relegendes.*

PLACITUM SPATÆ, seu *ensis*, Merum imperium, justitia major, *Haute justice*, quæ jus gladii habet. Charta Philippi Comit. Bononiæ an. 1223. *Et in prædictis istis locis. . . habebimus magnam justitiam, quæ vocatur Placitum ensis.* Charta Philippi Regis an. 1296. *Concedimus eidem (Episcopo Ebroicensi) & successoribus suis Episcopis Ebroicensibus in terra*

sua & Ecclesie Ebroicensis . . . totam altam justitiam, quæ vocatur in Normannia Placitum spathæ. Alia Joannis Regis Angl. ann. 1205. pro Episcopo Lexovienfi, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 132. Nos tantummodo tria Placita, quæ de spata vocantur, in illa civitate & banleuca habere, videlicet de submonitione exercitus nostri, & de via Curie nostræ, & de moneta, &c. Aresta an. 1258. in 1. Regesto Parlamenti Paris. fol. 12. Placitum ensis, Placitum mortis, mutilationis membrorum, mulieris difforciata, & novæ dissaisina. Ibidem fol. 18. sub ann. 1259. Placitum ensis, seu alta justitia. Charta Communiæ Rotomagensis an. 1207. Recordationem quoque tenebunt de iis, quæ facta fuerint inter eos, salvo nobis Placito ensis. Occurrit ibi semel ac iterum. Vide Historiam Castilionensem in Probat. p. 70. Chartas Normannicas post Ordericum Vitalem pag. 1060. &c.

¶ PLACITUM SPADÆ, Eadem notione. Charta Radulphi Abb. Fiscamn. an. 1211. apud D. Brusfel de Usu feud. tom. 1. pag. 263. Philippus Dei gratia illustris Rex Franciæ . . . nobis & ecclesie nostræ in perpetuum concedit Placitum spada totius terræ nostræ. Charta an. 1235. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. pag. 384. Quod Barones . . . habebant Placitum spada. Plet de l'espée, in Charta an. 1309. ex Bibl. reg. Strictiori tamen significatu accipienda hæc eadem vox videtur in Litteris Philippi III. Reg. Franc. an. 1278. tom. 1. Ordinat. p. 306. ibi enim Philippus concedit Communiæ Rotomagensi jurisdictionem de Placitis spada, sed retenta sibi justitia mortis, mehagnii & vadorum belli; unde cum D. de Lauriere lubens crediderim Placitum spada hic intelligendum jus cognoscendi de duello.

PLACITUM VICEDOMINARIUM, in Chronico Hugonis Flaviniacensis pag. 132. quod ab Ecclesie Vicedomino tenetur.

¶ PLACITUM VIGIRIALE, in Charta Johannis Ducis Cabilon. an. 1232. apud Chifflet. in Beatrice Comit. Cabilon. pag. 48. Quitavit . . . quicquid habebat idem Dux (Hugo) in charrerria Cabilonensi: & vinum quod tannatores debent annuatim censuale: & Placitum vigiriale, &c.

¶ PLACITA MAJORARE, MINORARE. Vide Majorare 2.

¶ AD PLACITUM MANNIRE, Vocare in jus, in Capitul. Caroli M. an. 797. cap. 5. Vide Mannire. In Placitum trahere, in Charta ann. 1296. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 328.

PLACITUM, Lis intentata. Pactum inter Venetos & Principes Regni Hierosol. an. 1123. apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25. Si vero aliquod Placitum, vel alicujus negotii litigationem Veneticus erga Veneticum habuerit, in Curia Veneticorum diffiniatur. [Litteræ Gualteri Episcopi Laudunensis ann. 1164. apud Mabillon. Diplom. pag. 267. Si in eadem villa Placitum oriatur, in quo gagia dentur; Placitum illud, &c. Charta an. 1275. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 285. Placitum motum fuit inter dictos religiosos, &c.]

PLACITUS, pro Placitum. Tabularium Lascurrense apud Marcam lib. 4. Histor. Beneharn. cap. 8. Et misit missaticum Gassiaraldum Vicecomitem Aquis, qui tenuisset Placitos ante se, sicut Comes debebat facere. [Tabular. S. Florentii: Conigit ut Placitus fieret in consinio Andegavorum & Turonorum, in quo conventus factus tam Nobilium Francorum, quam & Britonum . . . anno 10. Hlotarii Regis.]

¶ PLACITUS, Constitutus, definitus. Lex Ripuar.

cap. 66. §. 1. Si autem contentio orta fuerit quod sacramentum in die Placito non conjurasset, &c.

PLACITUM, Quod debetur domino pro redemptione, seu rachato feudi, in morte vel mutatione vassalli. [Charta an. 1240. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 142. Feudus bayllia debet, sicut dictum est, hominum, & jurare fidelitatem & centum solidos de Placito, tempore mutationis. Litteræ Humberti II. ann. 1334. ibid. tom. 2. pag. 246. Mandamus quatenus Placita quaque debita propter obitum dom. & germani nostri Guigonis Dalphini Viennensis, . . . recuperare curetis. Computus an. 1333. pag. 272. Pecunia recepta de Placitis per mutationem novi domini in eo dicto anno, &c. summa CCXC. flor. Dalph.] Charta an. 1406. ex Tabulario S. Cypriani Pictavensis: Sine ullo Placito, sive deverio. Alia an. 1370. In feodum cum 12. denariis moneta currentis de acceptamento seu Placito. Tabularium Nantoliense in Pictonibus an. 1399. Pro decimo denariorum achaptamenti, seu Placiti in mutatione Domini. Vetus Consuetudo Pictavensis cap. 70. Le Seigneur, auquel est deu hommage plain, & fondé par la Coustume d'avoir pour chaque mutation Plet & cheval de service, par vorderies & mesure. [Adde recentiore art. 31. & 169.] Hinc Placitum manus mortuæ, (de quo in Manus mortuæ) pro rachato, quod in morte vassalli exsolvitur. Quidam tamen existimant discrimen esse inter plait, & plait de Mortemain: ita ut prius dicatur de rachato in mutatione vassalli, alterum in morte vassalli. Ita Theveneus & Raguellus: at Gallandus ait, se observasse in veteribus tabulis idem unumque esse. In aliquot Chartis vernaculis Placitum hac notione per Plaisir redditur. Charta ann. 1459. Homage lige à 25. sols de devoir ou Plaisir. Alia an. 1460. in Tabul. Nantol. Sans aucun Plaisir ni achaptement.

¶ Triplex ejusmodi placitum distinguit Salvaingus in Tractatu quem in hanc rem edidit; conditionatum nempe, consuetum & arbitrarium, sive placitum, ut loquuntur, ad misericordiam, Plait à mercy. Distinctam hanc distributionem, & quid his verbis intelligendum, habes ex Inquisit. facta pro Dom. Dalphino tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 94. Item omnes tenentes in Oysentio per feudum, si Placitum non sit determinatum, debent Placitum ad misericordiam, ad mutationem tenementarii, & omnes tenentes per villanagium, si Placitum non est determinatum, debent Placitum ad duplicem censum, & ad mutationem tenementarii. Ubi Placitum ad duplicem censum idem esse ac consuetum existimo; & ita quidem judicatum est Aresto Parlamenti Gratianopolitani ann. 1652. quod vide apud Salvaingum de Usu feud. cap. 35. Quod vero Placitum vocant Delphinates, Recognitio dicitur in provinciis Lugdunensi, Dombensi, &c. Vide in hac voce num. 4.

Est etiam Placitum, exactio, vel præstatio quævis. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 15. Salvo Placito meo, scilicet 7. solidos solvendo in Nativitate Domini de geria tantummodo. [Hinc Placitum plassagiorum, præstatio quæ pro stallis seu locis in foro tempore nundinarum exigitur. Vide Plassagium.] Libertates villæ Perusienfis ann. 1260. apud Thomasserium p. 98. De home, qui eraet à la Paerose, ne doit lever si sires ne los ne Plaet.

¶ PLACITUM, Judicium, jurisdictio. Charta ann. 843. in Append. ad Marcam Hispan. col. 781. Contradicere non possum hodie nec in ullo Placito per quibus illi reprobi sint aut illorum testimonium invalidum esse debeat. Tabular. Garfense apud Mabillon. tom. 4. Annal. pag. 700. Ipso denique anno interfectus

fectus est Crescentius Comes, jussu Ottonis Imperatoris & Gregorii Papæ, ut audistis, qui nimis districte Placita infra Romam exercebant.

PLACITUM, Conventio, pactum. Isidorus lib. 4. Orig. cap. 24. Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura, legibus, ac moribus comprobata: & dictum pactum, quasi ex pace factum. . . . Placitum quoque similiter ab eo, quod placet. Alii dicunt Pactum esse, quod volens quis facit: Placitum vero quod quisquam nolens compellitur: veluti quando quisquam paratus sit in judicio ad respondendum, quod nemo dicere potest pactum, sed Placitum. Gregorius Turonensis lib. 6. cap. 34. Legati iterum ab Hispania venerunt, deferentes munera, & Placitum accipientes cum Chilperico Rege, ut filiam suam, secundum convenientiam anteriorem, filio Regis Leuvichildi tradere deberet in matrimonium. Demique dato Placito, & omnibus pertractatis, Legatus ille reversus est. Lib. 7. cap. 6. Deprecor, ut Placita, qua inter nos post patris mei obitum sunt innexa, custodiantur. Fœdus Regum, apud Nithardum lib. 3. Et ab Ludher nul Plaid nunquam prindrai, qui meon vol cist meon fradre Karle in damno sit. Ubi plaid, pactum significat, non vero rixam, ut Bodinus lib. 5. de Rep. cap. 6. Falsetus, & alii verterunt. Hæc enim sonant: Et cum Lotharionulum factum inibo, quod quantum sciam, meo fratri Karolo damno futurum sit. [Charta ann. 1276. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 286. Unde Placitum conventionis sumptum fuit inter eos in eadem curia; scilicet quod &c. Eadem habentur in Charta an. 1292. ibid. pag. 321. Placitum ecclesiasticum, eadem notione, in vet. Charta Ravennensi apud Mabillon. Diplom. pag. 457. Tabular. Vosienfe fol. 17. Quod si fevales mei de hac terra S. Petro dare voluerint, Placitum vel donum quod ipsi fecerint, & ego concedo permanendum & tenendum.] Ita Placitum usurpatur in Concilio Emeritensi cap. 4. Tolet. XI. cap. 10. in Legibus Wisigoth. lib. 2. tit. 5. §. 5. 7. 8. 9. lib. 3. tit. 4. §. 2. lib. 5. tit. 7. §. 9. lib. 10. tit. 1. §. 11. 12. [in Lege Bajwar. tit. 15. cap. 13.] in Capitulis Caroli Calvi tit. 7. & alibi non semel, apud Joannem VIII. PP. Epist. 36. Flodoardum an. 953. Erchembertum in Histor. Longob. cap. 32. Reginon. an. 743. Goffridum Vindoc. lib. 3. Epist. 36. &c.

PLACITUM, Donatio. Tabul. Vosienfe fol. 66. Notum esse volumus quoniam Bonius de Vosias . . . dedit Deo & B. Petro Apostolo Vosienfi medietatem mansi Albou . . . Uxor ejus & filii Helias &c. concesserunt hoc Placitum quod pater suus & mater & fratres fecerant. Hinc

PLACITUM dicitur Charta conventionis vel donationis. Idem Tabular. fol. 8. Auditores hujus rei fuerunt Ademarum presbiter, qui propter hoc eis Placitum fecit; id est, Chartam hanc scripsit.

PLACITUM, Terminus legitimus communi partium consensu, vel judicis sententia constitutus, unde placitum dictus. Lex Salica edit. Baluz. tit. 42. cap. 10. Et sic iterum ad alias septem noctes Placitum tribuat, id est, ut quatuordecim noctes à prima admonitione compleantur. Adde tit. 47. cap. 2. Placitus, eadem notione, in Leg. Ripuar. cap. 30. §. 2. & in Lege Bajwar. tit. 15. cap. 10.

PLACITUM, Decretum, statutum. Formulæ antiq. promot. Episcop. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 614. Tunc relecta sunt ei Placita qua Episcopus jam ordinatus ab ordinantibus & electoribus suis suscipere debet; ubi continetur qualiter vivere, docere, & subditos suos regere debet secundum sacros Canones. Form. 14. Sed & observationes ac regularia mandata

sacrosanctorumque Conciliorum Placita, &c. Occurrit rursus in form. 18.

PLACITUM, Jussus, voluntas, sensus. Capitul. de villis Caroli Magni cap. 16. Volumus ut quicquid nos aut Regina unicuique judici ordinaverimus, aut ministeriales nostri Sinescalcus & Butricularius de verbo nostro aut Reginae ipsis iudicibus ordinaverint, ad eorumdem Placitum, sicut eis institutum fuerit, impletum habeant. Capitul. lib. 7. cap. 379. Non secundum Placitum hominis, sed secundum Dei voluntatem. Nec in hac parte voluntas aut gratia hominis sectanda est, sed voluntas Dei in omnibus exquirenda. Eadem notione Plait apud vet. Poëtam MS.

Droit à l'ostel Guillaume vait,
Où il avoit basti son Plait.

Ita Plaisir usurpat le Roman d'Atthis MS.

Messenger doit tout son Plaisir
Dire, sans le seigneur laidir.

Le Roman de la Rose MS.

Car il convient, soit mal, soit bien,
Qu'il face votre Plaisir.

PLACITUM, pro Palatium, & vicissim, sæpissime legi in veteribus libris monet Baluz. in Notis ad Capitul. col. 1077. ubi exempla nonnulla refert, quæ videtis. Placitum, apud Papiam pro Plocium. Vide Plotei.

PLAITUM, pro Placitum. Vetus Placitum in Chronico S. Vincentii de Vulturno lib. 2. Et dum nos per plures dies ibidem in Plaito resedissemus. Habetur ibi pluries pag. 690.

PLAITARE, Placitum, seu pactum inire. Joannes VIII. PP. Epist. 69. Quia utrique Abbates . . . non in decem millium tantum mancuforum, sed in duodecim millium Plaitasse . . . astruunt. Supra: pactum facere dixit. Adde Epist. 74. Vide Octavium Ferrarium in Piature.

PLACITARE, Litigare, lite contendere. Capitula Caroli Calvi tit. 53. cap. 10. Si aliquis ex fidelibus nostris . . . sæculo renuntiare voluerit, & filium, vel talem propinquum, habuerit, qui reipublica prodesse valeat, suos honores, prout melius voluerit, ei valeat Placitare. [Ubi Placitare, non litigare, sed aliquid ex pacto concedere sonat. Vide infra.] Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 59. Si dominus Placitat contra suum hominem de proprio placito suo, &c. Tabularium Vindocinense Thuani Ch. 177. Omniaque supradicta calumniavit, & in Comitibus Vindocinensis Curia, omni generositate procerum Vindocinensium ibi circumstante, atque audiente, cum eis Placitavit. Goffridus Vindoc. lib. 2. Epist. 24. Mibi vestra bonitate mandastis, quod inter me & illam aut Placitandi, aut concordiam faciendi respectum usque ad festivitatem S. Beati accepistis. Littleton sect. 534. Et saches, mon fils, que est un de plus honorables, laudables & profitables choses en nostr ley, de aver le science de bien Pleder en actions reals & personals, & pur ceo jeo toi counsaile especialment, de mitter ton courage & cure de ceo apprender. [Wilh. Wyrcester Annal. Rer. Angl. ad ann. 1363. in Lib. nigro Scaccarii pag. 433. Hoc anno statutum est in Parlamento, quod homines juris regni de cetero Placitarent in lingua materna.]

PLACITARE PER BREVEM, id est, Scripto seu citatione causam breviter continente, aliquem in jus vocare, atque litigare. Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. Dicit quod vidit in dicta curia plures personas per brevem Placitare. Vide Brevis.

PLACITARE, Placitis præsidere, Tenir les plaits. Capitul. Caroli Magni an. 807. cap. 4. Ad exemplum quod nos cum illis (Comitibus) Placitare solemus, sic & illi cum suis subjectis Placitent. Charta an.

1114. *Debetis vos aut vestri homines . . . Placitare ipsum placitum cum illo bajulo per vos & per nos, & si vos aut vestri homines non potueritis ibi esse, accipiat vester bajulus ipsam fiduciam per vos & per nos, & Placitet ipsum placitum nobiscum aut cum nostris hominibus.* Caffari Annal. Genuens. ad annum 1156. apud Murator. tom. 6. col. 259. *In 14. consulatu unius anni fuerunt Consules de Comuni tres, . . . & de placitis sex, de quibus tres Consules Placitabant in quatuor compagiis, &c.* Adde Chartam Ludovici I. ann. 852. tom. 5. Gall. Christ. inter Instr. col. 509. Histor. Lotharing. tom. 2. col. 318. Miræum tom. 1. pag. 105. col. 1.

¶ **PLACITARE**, Ad placitum vocare, submonere. Lex Ripuar. cap. 67. §. 3. *Quid si sacramentum ille qui prosequitur non pronuntiaverit, ipse qui Placitavit ante annum revolutum vel septem noctes sacramentum suum coram testibus offerat.*

PLACITARE, Convenire, pacisci, in Chartis Olai Roschildensis Episc. ann. 1318. & Magni Reg. Daniæ ann. 1343. apud Pontanum lib. 7. & 8. Rer. Danic. [Statuta Humberti Bellijoci Dom. an. 1233. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 184. *Pro modo verberatura debet verberato per manus burgensium verberis injuria Placitari.* Charta Casimiri Reg. Polon. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 513. *Concedentes eisdem procuratoribus nostris plenam . . . potestatem . . . cum predicto fratre nostro carissimo D. Carolo Romanorum & Boemiæ Rege illustrissimo tractandi, Placitandi & procurandi.*] Ado Viennensis an. 743. *Cepitque castrum, quod dicitur Hocseoburg, & Theotocnum Saxonem Placitando sibi conquistavit.* Ericus Upsaliensis lib. 3. Hist. Succicæ pag. 66. *Taliter Placitum est fide media & conditum, &c.* Pag. 85. *Placitum exitit in hanc modum, &c.* Ita lib. 5. pag. 108. & alibi.

¶ **PLACITARE**, Aliquid ex placito seu pacto concedere. Lex Alaman. cap. 55. *Si quis liber mortuus fuerit, & reliquerit uxorem sine filiis aut filiabus, . . . sequatur eam dotis legitima, & quicquid parentes ejus legitime Placitaverint.* Adde Capitul. 4. Ludovici Pii cap. 4. Tradit. 70. S. Galli: *Post ejus presbyteri obitum, nepta illius eandem traditionem possideat. Et si nepta illam traditionem sibi Placitatum dimittere voluerit, tunc locum & præbendam habeat quasi unus monachus, & traditionem præfatam sibi Placitatum nobis dimittat.* *Plaider, pro Jouer, amuser, ludificari, usurpat le Roman de la Rose MS.*

Ves de quel truffe il nous Plait.

EXPLACITARE SE, Ex placito se tollere, *Se tirer hors de procez.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 5. *Alius dies ponatur ei, & tunc Explacitet se, vel emendet, nisi competens solum intercedat.* Willelmus Malmesb. lib. 2. de Gestis Angl. cap. 13. *Ut magnates illius castelli blande in curia Regis de seditione convenirentur, si se possent Explacitare, illasi abirent.*

SUBPLACITARE, Ad placitum, in jus vocare, citare, *admallare.* Regula S. Fructuosi cap. 10. *Tertio qualiter quotidie vivere debeant, ibi disponant, & tanquam à sajonibus comprehensi, ad cellas revertantur Subplacitati.*

IMPLACITARE, In placitum, & in jus vocare. *In placitum ponere,* in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 828. Nostris, *Mettre en procez.* Leges Henrici I. Regis Angl. *Si de nominatis placitis Implacitatus non erat.* Occurrit præterea cap. 41. 43. 47. 61. Eadmerus lib. 2. Novor. pag. 58. *His pro licentia dictis, statim omnis commentatio Implacitandi Anselmum compressa, omissa est.* Ordericus Vital. lib. 11. pag. 804. *Nec simul, sed separatim variisque temporibus,*

& multimodis violata fidei reatibus Implacitavit. Leges Guillelmi Nothi vernaculæ cap. 39. *Dous sunt perceners d'un crichet, e est l'un Emplaidé sans l'autre, e per sa folie si pert, &c.* Adde cap. 38. &c. Maria Francica in Proverbiis Æsopicis MSS.

*Or conte d'un chien veneour,
De male guise menteour,
Qui une brebis Emplaida.*

Adde Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 74. Hemereum in Augusta Viromand. pag. 121. Chartam Communiæ S. Quintini ann. 1195. initio, &c. præterea Leges Alfonso parte 2. tit. 7. *De los Emplazamientos.*

IMPLACITATA CAUSA, non definita in placito, *cause qui n'a pas esté plaidée.* Hincmarus Laudunensis Episcopus: *Eorum causa usque ad alium tractatum, certis causis intervenientibus non diffinita, sed Implacitata remansit.*

PLACITAMENTUM, Consensus domini, seu præstatio pro eodem consensu, ut est *laudimium.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 50. *In quibus aquis accipio de Placitamento in unumquodque molendinum, quando edificatur.* Occurrit præterea in veteri Charta apud Columbium in Episcopis Valentin.

PLACITATORIUM, *Locus, ubi fit placitum, [litigatio, controversia.]* Joan. de Janua.

PLACITATIO, Ipsa actio placitandi. Leges Kanuti Regis cap. 17. *Ipsa vero die Dominica publica rærcimonia vel Placitationum conventicula . . . prohibemus.* [Charta Quilenci Episc. Lingon. an. 1135. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 165. *Et si quid à fratribus . . . inventum seu receptum fuerit, liberum & absolutum absque omni Placitatione concedo.* Litteræ an. 1356. to. 3. Ordinat. pag. 117. *Concessimus, quod nullam eorum extra villam Nivernensem pro Placitatione aut pro aliqua causa trahemus.*] Item Garrulitas. Arnoldus Lubecensis lib. 3. cap. 5. *Inter Misfarum quoque solemnia non, ut quibusdam moris est, susurrationibus aut Placitationibus intendebat, &c.* Vox nostris, maxime Belgis, sat in usu.

PLACITATOR, Litigator, *Plaideur.* Gervasius Dorobernensis an. 1196. *Cum ex talibus aliquem ob generis sui favorem in Episcopum vel Archidiaconum promovemus, populo Dei non prædicatorem verbi Dei, sed Placitatorem, ne dicam latratorem præesse conspiciamus.* Simeon Dunelmensis, & Florentius Wigorniensis an. 1100. de quodam Radulfo: *Cujus astutia & calliditas tam vehemens exitit, & parvo tempore adeo excrevit, ut Placitatorem ac totius regni exactorem illum constituerit.* Quod quidem munus idem videtur quod filii Procuratoris, seu uti vocamus, *Procuratoris Generalis.*

PLACITOR, Patronus, defensor. Vita S. Stephani Abbat. Obasin. lib. 2. cap. 15. *Nam actor noster rex centum solidis Placitores atque fautores suos hodie convivabit, exceptis muneribus donisque promissis.* Et cap. 16. *Aliquando cum ad Placitum veniret, videretque omnes sue parti favere, adversarium vero undique & ab omnibus destitutum, pietate ductus aliquos è suis Placitoribus clam dirigebat, qui ejus partes defenderent.*

Jam vero de vocis, *Placitum*, etymo, variæ sunt sententiæ. Edwardus Cokus ad Littletonem sect. 10. à *placendo* deducit, quia, inquit, *bene placitare super omnia placet.* Guillimanus lib. 1. de Rebus Helvet. cap. 9. & alii à Germanico *plats*, campus, quod in campo tenerentur placita. Casanova vero *pla. ita* ejusmodi conventus appellari putat, quod in iis Leges conderentur, (quod fane de Lege Salica testatur ejus prologus, quæ in tribus mallis à

IV. Viris condita dicitur) eæque promulgarentur hac formula, quæ habetur in eodem Prologo: *Placuit atque convenit inter Francos, &c.*

¶ PLACITAS, Territorium, districtus. Charta an. 1142. ex Tabul. S. Tiberii: *Totas firmantias quas demandabam . . . in toto ejus (S. Tiberii) termino & Placitate.*

¶ PLACIVIUM AUXILIUM, Præstatio quæ primum ex *placito* seu mero vassallorum arbitrio, deinde ex lege domino pensitabatur. Charta S. Ludovician. 1267. inter Privileg. Ord. S. Joh. Hieros. p. 32. *Præcipimus quod homines prædicti sui hospitalis, sint liberi & quieti de exercitu & equitatu, . . . Placiviis auxiliis & de tallacis, &c.* Vide *Auxilium*.

PLACIUM, Locus planus, Gallis *Place*. Fleta lib. 1. cap. 18. §. 5. *In terra, vel in aqua, bosco, Placio, vel marisco.* [Vide *Plotei*.]

¶ PLACIVUS. Vide *Placentinus*.

¶ PLACOMA. Vide *Platona*.

PLACOR, ἀρεσκεια, in Gloss. Gr. Lat. *Tranquillitas*, in Gloss. Itid. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Placor, Apaisemens*. Vita S. Guillelmi tom. 1. Januar. pag. 60. *Sanctus quoque volens Placorem animi ejus turbare.*] Ecclesiastic. cap. 4. *Complectuntur lætitiæ Placorem.* Adde cap. 39. [Vide *Lexic. Martini*.]

¶ PLACOTON. Vide *Platona*.

PLACTA, Navigii fluvialis genus. Sanutus lib. 2. parte 4. cap. 7. *Præcipue Plactarum navigia, quæ per Padi flumen sunt ad ferenda mercimonia deputata, &c.*

¶ PLACTERIA, pro *Flacteria*. Vide *Flactra*.

¶ PLACUS, πλακῦς, in Gloss. Lat. Græc.

PLADA, Piscis species, *Plays*, [hodie *Plie* vel *Plye*, Anglis *Plaife*.] Teloneum S. Audomari, in Tabul. S. Bertini: *De carrea piscium 2. den. de centum Pladis 2. den. de 100. salmonibus saldis 4. den.* [Vide *Plays*.]

PLAGA LEGALIS, *Playe leyau*, vel *plaga leyau*, in Consuetud. S. Severi tit. 18. art. 1. & 2. & Foris Bearn. tit. de homicidis, art. 4. 13. ea dicitur, quæ habet in longitudine & incisione unciam pollicis, quæ est quinta pars *du pan de canne*. Dicitur autem legalis, quia ob talem plagam debetur domino feudi *lex*, seu multa 7. librarum, & 8. solidorum Turonensium.

PLAGA CURRIT, in Lege Salica tit. 19. §. 6. Gall. *La plaie court*, vel *coule*, sanguis ex plaga decurrit.

¶ PLAGA ABORIENDI, Morbi genus. Vide *Jejunium Banni*.

¶ PLAGA AD BANNILEUGAM, Vulnus grave, apparens, apertum, *Plaie ouverte*; dicitur *ad bannileugam*, vel quod qui plagam intulerat, puniebatur multa quæ imponi solet iis qui infra *bannileugam* delictum aliquod perpetrant, vel quod ad jurisdictionem *bannileuge* pertinebat, ut de ea judicaret. Charta Philippi Augusti Reg. Franc. an. 1194. pro Communia Atrebat. *Quicumque per scabinos convictus fuerit quod treugas infregerit de Plaga ad bannileugam, caput perdet: quod si Plaga ad bannileugam non fuerit, sexaginta libras amittet. Infra: Si Scabini viderint quod vulnus illud non sit ad mortem, sed ad Bannileugam, sexaginta libras perdet. Rursum: Quicumque intra pacem civitatis infracturam fecerit de raptu, vel de furto, vel de Plaga ad bannileugam, justitia nostra eum debet arrestare. Haud scio tamen an Plaga ad bannileugam dicta fuerit quod percussorem intra bannileugam seu immunitatem absque domini forisfacto persequi poterant burgenfes; quod innuere videtur Charta laudata: *Quicumque alium occiderit, vel ad mortem vulneraverit, Major, & Scabini, & tota Communia, debent jurare justitiam nostram ad capiendum eum, & Com-**

Tom. V.

munia poterit eum sequi ubique infra bannileugam sine forisfacto nostro. Utcumque est de vocis etymo, obscura non est ejusdem significatio ex Charta Comitissæ Fland. an. 1379. *Quiconque enfreindra les trieves par fait dont mort, assolure, ou playe ouverte; que l'on dit Playe à banlieue, s'ensuit, puni sera de peine capitale.* Vide *Ictus apparens*.

PLAGA, liber, in Glossis antiquis MSS. Vide *Plagia*.

¶ PLAGA, Modus toni musici. Vide *Autentus 3*.

PLAGARE, Plagas inferre, vulnerare. Lex Salica tit. 19. *Si quis hominem in capite Plagaverit, &c.* Lex Alamann. tit. 65. §. 31. *Si quis in geniculo transpunctus fuerit, aut Plagatus, &c.* Adde Legem Ripuar. tit. 4. Leges Bajwar. tit. 1. cap. 8. 10. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 44. tit. 104. §. 1. &c. Constantinus in Vita S. Germani cap. 16. *Ipsis iratis Plagatus fuisset.* Hist. Miscella: *Qui Plagatus mortuus est.* Theophanes πλῆγεις. Utitur vetus interpres Juvenal. Sat. 6. v. 652. Sat. 13. v. 113. [& Canon 58. inter Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 18. *Plaier* apud Poëtas nostrates. Le Roman de la Rose MS.

*Qui de cele fleiche est Plaiés,
Son mal en est miex emplaiés.*

Le Roman d'Athis MS.

*Deux Roys leur a deschelvaulchiez;
L'un fut mort, & l'autre Plaiés.*

Le Roman de la guerre de Troyes MS.

*M'avez en champ mult esmaié,
Et en cors navrez & Plaié.]*

PLAGIARE, Eadem notione. Alvedi Regis West-Sax. c. 51. *Si quis in testiculis Plagietur, &c.* Mox: *Si quis homini manum extra Plagiaverit, &c.* Ita etiam in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 93.

¶ PLAGARIUS, Chirurgus, qui curat plagas. Papias MS. Bituric. *Aliptes, sculptor, vel Plagarius, id est plagas curans.*

¶ PLAGATURA, Vulnus, plaga. Chron. Mosomense tom. 7. Spicil. Acher. pag. 627. *Immensitatem considerabant dolorum & Plagaturæ ipsius.*

¶ PLAGEARIUS. Vide *Plagium*.

PLAGELLA, Furfur panis, in Gloss. Medico MS. Reg. Cod. 1486. Gariopontus lib. 2. c. 26. *Et nitrum & salem cribellatum cum melle in Plagella imponis.* Cap. 59. *Stercus columbinum, mellis quod sufficit, cum calida Plagella imponis.* Adde lib. 3. c. 18. 39.

PLAGIA, Ora, æstuarium, vel etiam campus planus, Italis *Piaggia*, vel *spiaggia*. Servius in Virgil. *Statio est, quam Plagiam dicunt.* Gregorius M. lib. 8. Epist. 39. *Monachos Monasterii Gazensis, quod situm est in Plagia.* Chronicon Farfense: *De curte in Aciano, quæ fuit Scaptolphi, & de curte in Plagia loci, qui dicitur Brezzenanus.* Isidorus Pacensis æra 680. de quibusdam oppidis: *Quæ supra Ægyptum in eremi adjacent Plagiis.* Vetus Charta apud Baron. an. 1019. num. 8. *De terris, campis, pratis, pascuis, atque silvis, montibus, & collibus, Plagiis, & planitiis, &c.* Tabularium Narbonense an. 1250. *Fecit piscari Bruginam in stagno in præjudicium nostrum, cum exeat in Plagiam nostram.* [Charta ann. 1460. in Tabul. Piscator. Massil. *Quod nulla persona . . . præsumat piscari . . . à faroto usque ad Plagiam portæ Gallicæ inclusive.* Mirac. MSS. Urbani V. PP. in Tabul. S. Victoris Massil. *In una galea navigando in Plagia Romana habebat febrem pestialem.*] Occurrit præterea in Charta Pisana apud Guesnaium in Annalib. Massil. an. 1312. n. 4. apud Nicolaum Villaneum p. 6. [& alios Scriptores Italicos passim.]

PLAGA, Eadem notione. In Charta Ludovici Pii Imperat. apud Mabillonium in Notis ad Vitam S. Be-

nedicti Anian. pag. 224. Item in eodem pago illos se-
gos, cum ipsa piscatoria, & Plagis maris, & fiscum no-
strum adbarentem illis, &c. Hieron. in Zachar. cap.
2. *Plage orbis, quas Græci appellant κλίμαλα.*

¶ **PLAGIARE, PLAGIARIUS.** Vide *Plagare & Plagium* 2.

¶ **PLAGIO,** inter vestes sacras reponitur in Testa-
mento Andreæ Episc. Dertonensis exarato Hugo-
ne & Lothario in Italia regnantibus, apud Ughel-
lum in Append. tomi 4. *Facistergios 2. ara unam, Plagione duos, velo uno, calices argenteos duos cum pa-
tenis, &c.*

PLAGITATUM, Idem quod *Placitatum.* Charta 64.
ex Alamannicis Goldasti: *Sub ea ratione, ut easdem
res ad me recipiam, annisque singulis exinde vobis cen-
sum persolvam, . . . ita tamen volo habere apud vos
Plagitatum, sicut & in priori mea traditione sonat, ut
nulli unquam in beneficium concedantur.*

¶ **PLAGITIA,** Piscis species, in Medic. Salernit.
pag. 180. & 182. An idem quod *Plagusia*, genus
conchæ, apud Plautum, an potius *Plada*?

¶ 1. **PLAGIUM,** Plaga, regio. Epist. Philippi Reg.
Franc. an. 1270. tom. 2. Spicil. Aclier. p. 568.
*Nondum tamen his minime contentus mundana hujus
Plagi pestilentia non reliquit.*

2. **PLAGIUM, PLAGIARE, PLAGIARIUS,** dicitur
de eo, qui mancipium alienum, vel hominem
liberum pro mancipio distrahit ac vendit. Edictum
Theoderici cap. 81. *Si quis nesciens à plagiatore
mancipia comparaverit, reatu Plagii non potest obliga-
ri.* Lex Wisigoth. lib. 7. tit. 3. §. 2. *Si quis inge-
nuus servum alienum vel ancillam alienam Plagiave-
rit, &c.* Adde §. 3. 4. 5. 6. *Usurpaverit, in §. 1.
Lex Salica tit. 41. §. 2. Si quis servum alienum Pla-
giaverit: id est, per circumventionem de servitio domini
sui abstraxerit, & trans mare, sive in quamlibet regio-
nem ipsum duxerit, &c.* In Lege Frisionum titulus
21. *de Plagio,* inscribitur, in quo agitur de eo,
qui hominem nobilem aut liberum extra patriam
vendiderit.

PLAGIARIUS, in Glossis antiquis MSS. *Qui inducit
(leg. seducit) pueros, & sollicitat servos alienos. Man-
cipiorum alienorum distractor, abigeator, qui manci-
pium aut pecus alienum seducendo distrahit.* Alexander
Nequam:

Qui pueros vendis, Plagiarius est tibi nomen.

¶ **PLAGEARIUS,** apud Mabillon. tom. 5. Annal.
pag. 29. ex Epist. Widrici ad Heinricum Imper.
*Quidam suorum nostros, sanctum corpus sustentantes,
tantis verberibus affecerunt, ut locus Sancti sanguine
vulneratorum pollueretur. Heu! quot servos & fideles
ecclesiæ nostræ Plageariis suis captivos tradidit.*

¶ **PLAGULÆ,** *Funiculi retium, superne aut inferne
discurrentes. Item, latera seu lacinia in veste & tota
vestis ex Plagulis constans. Iris. Item, latera & trans-
versa quæpiam.* Laur. in Amalth. ex Lexic. Phil.

PLAIA. Charta Alphani Archiepiscopi Salernitani
an. 1071. apud Ughellum: *Construere fecerunt Ec-
clesiam . . . in Plaia montis.* [Chron. Farfense apud
Murator. tom. 2. part. 2. col. 599. *Concesserunt in
Plaia ad Racaneta modios quinque, & inter vallem
Acutianam, &c.*] Vide *Plagia.*

PLAINTAGIUM, Tributi species. Tabularium
Episcopatus Autissiodor. Clerici, Milites, Religiosi
non debent roagium, *Plaintagium, nec minagium, nisi
modient.* Vide *Modiare* in *Modiatio.*

¶ *Plaintagium* idem esse quod *poulenagium* conjicere
licet ex iis quæ in eodem Tabular. leguntur: *De
Plaintagio & minagio de iis qui sunt de villa & extra.
Omnes tam foranei quam de villa qui adducunt vinum*

*ad portum villa, dolium debet vi. den. iv. den. pro
Poulenagio & 11. den. pro minagio.* Vide *Polanus.*

¶ **PLAISAITIUM,** Locus palis seu virgulis implexis
conclusus, vel silva sepibus clausa, *Plessis* nostris,
Tabular. Veteris-villæ an. 1213. *Monachi Veteris-
villa habent de Jodoino filio Hamonis totam decimam
suam, videlicet medietatem totius parochia, præter . . .
Plaisaitium Gailechien.* Vide *Pleisseicium.*

¶ **PLAISSICIUM,** Eadem notione, in eodem Tabul.
*Filii Gualterii Trusser dederunt abbatiæ Veteris-villa
totum Plaisicium suum & motam & sedem molendini
& totam terram quæ est intra fossatum quod cingit
ipsum Plaisicium, & exit à capite Plaisicii & pergit
in Coldreiam.*

¶ **PLAISSIA,** Sepes ex virgulis implexis confecta,
rusticis Dombensibus *Plaissey.* Charta an. 1379.
Juxta pratum dicti Petri quadam Plaisia intermedia.

PLAITARE, PLAITUM. Vide *Placitum.*

PLAITIA. Statura antiqua Canonicorum S. Quin-
tini in Viromand. *In die Cæna Domini debet Hospi-
talaris 10. sext. frumenti & 4. Plaitias unicuique do-
mino, & 13. Plaitias minutis officiis.* [Placentæ genus
videtur.]

¶ 1. **PLANA,** Planities, planus ager, Gall. *Plaine.*
Charta an. circiter 1215. apud Calmet. tom. 2.
Hist. Lotharing. inter Instr. col. 11. *Quicumque
vero Abbas sit Senoniensis villicos, decanos, forestarios,
scabinos, & etiam ecclesiarum S. Mauriti, S. Joan-
nis, de Plana, de Wipodi cella, matricularis ponet &
deponet.* Hinc

¶ **PLANA PATRIA,** Regio planis spatiis porrecta,
Gall. *Plat país.* Charta Johannis Reg. Franc. ann.
1363. in Chartophylacio Regio Reg. 95. num.
6. *Tempore commotionum gentium Plana patria contra
regni Nobiles.*

¶ 2. **PLANA,** à Gall. *Plane,* Dolabra duplici ma-
nubrio instructa. S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib.
1. cap. 25. *Pro signo securis, dolabri, runcina, tere-
bri, Plana, præmisso signo metalli, simula quod compe-
tentius possis operantem in eis.*

¶ **PLANARE,** *Plana* excolere, adæquare, Gall. *Pla-
ner.* Vita MS. S. Wenwaloei fol. 76. *Quidam cum
securibus ligna concidere, & dolatoriis Planare, &c.*

¶ 3. **PLANA,** ab Ital. ut videtur, *Piana,* Trabs,
Gall. *Solive.* Statuta dataria Riperiæ cap. 12. fol.
5. *De qualibet libra æstimationis cujuslibet Plana pro
exitu denarii sex.*

PLANARATI, Gallis, genus vomeris, quod dua-
bus rotulis nititur ad arandum terram. Vide Plin.
lib. 18. cap. 18. Cluverium lib. 1. German. an-
tiq. pag. 57. & Joan. Gryphiandrum de Weich-
bildis Saxonie. cap. 28. num. 9.

¶ 1. **PLANARE,** Adæquare, planum reddere; item
demoliri, subvertere. Burchardus in Epist. de Ex-
cidio Mediolan. apud Murator. tom. 6. col. 915.
*Conventio talis erat: totum fossatum Planare, muros &
omnes turres destruere, &c.* Laurentius Veron. ad
an. 1104. ibid. col. 158.

*Ut castella trahant Pisani mœnia sternunt,
Urbeque de capta Planant obstantia quæque.*

¶ **PLANARE,** Eradere, expungere. Consuet. anti-
quæ Canon. Regul. cap. 15. apud Marten. Col-
lect. novæ part. 1. pag. 317. *Nullus ingrediatur
coquinam, excepto cantore & scriptoribus ad Planan-
dam tabulam, aut faciendum incaustum, ad exsiccan-
dum pergamentum.* Vita B. Notkeri tom. 1. April.
pag. 593. *Videt iterum diabolum manu celerrima quod
scripserat Planasse.* Vide *Plana* 2.

¶ 2. **PLANARE,** Decipere, in errorem inducere,
à Græc. *πλαναίνω,* seduco. Vide *Implanare.*

¶ PLANARIS, Planus. *Planaris figura*, apud Mart. Capellam lib. 6.

¶ PLANARIUS, dicitur de eo quod fit in plano, vel in ipso temporis articulo. *Planaria interpellatio*, apud Constant. leg. 4. C. de dilat. Ammianus lib. 19. cap. 5. *Viri ad Planarios conflictus apti.*

¶ PLANATORIUM. Vide *Plantata*.

PLANCA, Tabula plana. Festus: *Planca, tabula plana, &c.* Charta Libertatum urbis Teneræmundæ cap. 20. apud Lindanum: *Quicumque per vim feminam violaverit, & super hoc veritate coram Scabinis convincatur, ei collum cum assere, qui vulgo nominatur Plancke, debet abscidi.* Utuntur Plinius lib. 8. cap. 43. Acta SS. Marcelli PP. 16. Januar. Anastasius in eodem S. Marcello pag. 11. Petrus Damian. in Vita S. Romualdi, Anonymus de Miracul. S. Ursuari num. 23. Jus feudale Saxonum cap. 39. §. 11. &c. Observat Joannes Lucius ad Vitam S. Joannis Traguriensis, *Planca* appellari superficies planas, indeque id nominis hyllidi, seu promontorio Diomedis, vel potius rupi, juxta Tragurium dari ab Auctore illius Vitæ.

¶ PLANCA MOLENDINI, Qua continetur aqua molendini. Charta ann. 1192. inter Consuetud. Tolos. *Prohibetur ipsis . . . ne starent molendinos in rippis, nec ibi mitterent Planca.* Charta an. 1223. in Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 953. *Masura illa quæ sita est apud Caudebec juxta masuram Landrici de Boute ex una parte & Planca molendini Caverois ex alia.*

¶ PLANQUA, Eadem notione, in Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Bened. Pictav. MSS. pag. 605. *Terra supradicta Despineia ita terminatur sicut aqua currit, . . . & de altera parte usque ad viam que incipit à Planqua usque ad calvarium.*

¶ PLANKETA, in Tabular. S. Quintini in Insula an. 1223. *Construi fecerunt sub illis tribus arcibus . . . tria paria Planketarum ligneorum cum ventaliis ligneis.*

¶ PLANCARE DOMUM, Repagulis ac septis ex *plancis* seu tabulis domus introitum obstruere, ne in eam aditus pateat: quod in signum *banni* seu proscriptionis fieri solitum videtur; interdum *barris* seu repagulis ferreis idem præstabatur, & tunc domum *ferrare* dicebant vel *barreiare*, ut est in Statutis Arelat. MSS. art. 141. quod suo loco de *barris* seu signis, quibus domus proscripita notabatur, minus bene fumus interpretati. Charta Ludovici II. Reg. Siciliæ: *Nec non & qui contra ecclesias sive capellas, aut clericos sive personas ecclesiasticas, vel domos religiosas, aut hospitalia sive reclusoria, vel leprosas quomodolibet edere vel facere quævis statuta seu banna, vel præconisationes aut novitates quascunque, . . . sive domos ecclesiarum aut clericorum seu personarum ecclesiasticarum occasione quacunque ferrare sive Plancare, seu eorum bona quacunque bannire, &c.* Vide *Placare* 2.

¶ PLANCATIO, Tabula. Charta Petri de Roteys Vicarii Tolos. an. 1272. inter Consuetud. MSS. ejusdem urbis: *Quod Plancationes v. palmorum habeant unum palmum de amplo.* Vide *Planco*.

PLANCATUM, Tabulatum, *Plancher*, asserum compages. Vita MS. S. Ambrosii Episcopi Cadurcensis: *Discipulus autem vehementer composuit Plancatum super eum, ut nihil appareret.* Sugerius lib. de Rebus in administr. sua gest. c. 16. *Domus . . . miserabiliter corrui, ut etiam . . . Plancatum solarii, & tonnas inferioris promptuarii & vasa vinaria omnino confregerit.* [Chron. Andrense ad an. 1234. *Quidam monachus de hujus Ecclesia custodibus, Simon nomine, dum nocturno tempore super prioris Ecclesia Plancatum cum*

sua lanterna discurreret, . . . cujusdam foraminis immemor, quod erat in Plancato, unde ligna sursum trabebantur, aut deorsum demittebantur, per ipsum miserabiliter cecidit.]

PLANCATUM, Domus ipsa *plancis* instructa & constructa. Tabularium Abbat. Belliloci in Lemovic. num. 24. *In primis Ecclesia nostra indomnicata, quæ est fundata in honorem S. Dionysii, cum ipsa curte, quæ vocatur Lenstacus, cum omnibus ad se pertinentibus, cum ipsa curte, & cum Plancato, cum mansionile, ubi Donandus visus fuit manere, cum ipsa vinea, vel cum terris ad ipsum Plancatum pertinentibus, &c.*

¶ PLANCATUM, Cella superior, *Chambre haute*. Charta an. 1191. ex Schedis Præf. de Mazaugues: *Acta sunt hæc apud Avenionem in presentia dom. Rostagni ejusdem civitatis Episcopi, in domo ejusdem, in Plancato subscripta ante ostium S. Stephani.* Tabular. Eccl. Carpentor. sæc. 12. & 13. *Actum Carpentoracte in stari dom. Episcopi in Plancato super cameram inferiorem.* Ibidem: *Lata fuit ista sententia in curia Carpentoratensi in Plancato curia.*

¶ 1. PLANCHA, PLANCHIA, Modus agri, maxime qui in longum protenditur vel in plano situs. Tabular. Veteris-villæ an. 1213. *Monachi Veteris-villæ habent decimam quatuor jornalium terra ad Plancham Amauri.* Tabul. B. Magdal. Castrodun. an. 1220. fol. 24. *Concessi abbati & conventui B. Magdalensæ . . . censum vineæ de Santlievée . . . & centum duarum Plancharum sitarum ultra lidum juxta Buxeriam.* Ibidem fol. 39. *Præterea dimidium arpentum & unam Planchiam vineæ in clauso meo de Lanercio, &c.* Litteræ Philippi III. Reg. Franc. an. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 25. *Terram que est in Vanneria, vel ad Planchias de Mibray.*

¶ 2. PLANCHA, PLANCHIA, Tabula plana, à Gall. *Planche*, in Tabular. Episcopat. Autissiod. mox laudando in *Planhagium*. Charta an. 1395. *Pro Planchiis molendinorum 12. fol.* Vide *Planca*.

¶ PLANCHAGIUM, Tributi species, quod pro *planchis* exsolvitur. Tabul. Episcopat. Autissiod. *In Planchagio & roagio habet Episcopus 1. den. Comes 1. den. Vicecomes 1. ob. scilicet plancha 11. den. catena 11. den. charrus v. den. cadriga 11. den. & ob.*

¶ PLANCHILLA, diminut. à *Planca*. Statuta Astenf. Collat. 16. cap. 74. fol. 53. *Si quis cum aliquo habet domum vel aliud hœdificium commune, cujus . . . trabes, lignamina, tegule, Planchille, vel aliquid aliud videatur minari posse ruinam; &c.*

¶ PLANCIO, Tabula plana, *Planche*. Statuta Avenion. MSS. *Intelligimus ligna trabes, Planciones latis, redortas, amarinas, & alia quæ in nemoribus colliguntur.*

PLANCO, ex Gall. *Plançon*. Inquesta de foresta in Regesto Philippi Aug. fol. 126. *Quando faciebat scindere branchias aut Plancones in suo bosco, &c.* [Le Roman de la Rose MS.

*Li un des ars fu d'un Plançon
Longuet & de bele façon.*

Vide *Planfonus*.]

¶ PLANCO, Asser, Gall. *Soliveau, Chevron*. Charta Petri de Roteys Vicarii Tolos. ann. 1272. inter Consuet. MSS. ejusdem urbis: *Quod Plancones de cor & de fagio habeant iv. palmos de longo & medium pedem de amplo ad minus.* Vide *Plancatio*.

¶ PLANCTA, PLANCTUOSUS. Vide *Planctus*.

¶ PLANCTURIA, Querela judiciaria. Formulæ vett. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 546. *Petimus ut hanc contestatiuncula seu Plancturia per hanc cartolas in nostro nomine collegere vel adfirmare deberemus . . . ut cum hanc contestatiuncula seu Plancturia*

juxta Legum consuetudinem in presentia vestra relata fuerit, &c.

PLANCTUS, Querela, ex Gallico *Plainte*. Occurrit in Epistola Gerardi Episcopi Camerac. ad Archidiaconos Leodienfes. [Le Roman de *Vacce* MS.

D'une avison qu'ele vit

Jeta un Plaint, si tressailli.]

PLANCTA, Eadem notione, in Statutis Ordin. Hospitalar. S. Joann. Hierosol. tit. 8. §. 2. tit. 10. §. 40. tit. 19. §. 28.

¶ PLANCTUOSUS, Querulus, Gall. *Plaintif*, in Vita Vener. Idæ tom. 2. April. pag. 168.

¶ PLANCTUS VIRGINIS, Prosa quædam querula in honorem B. M. composita, quæ sic incipit: *Stabat mater, &c.* Quo ritu olim decantaretur in ecclesia B. M. Deauratæ Tolof. habemus ex vet. Ceremoniali MS. ejusdem Ecclesiæ: *Officium matutinarum incipitur hora meliori propter solempnitatem diei (feria v. in Coena Domini) & propter gentium multitudinem & etiam propter Planctum beatissima Virginis Maria, quæ dicitur à duobus puerulis post Matutinum, & debent esse monachi, si possunt reperiri, ad hoc apti, sin autem dicitur à secularibus ad hoc fundati, monachisque deficientibus. Et omnes candela extinguuntur post Matutinum, scilicet post Kyrie eleyson quod dicitur super altare cum versibus, excepta una candela quæ remanet accensa usque Planctus finiatur; ad denotandum quod in ista die tota fides remanserit in sola Virgine Maria, quia omnes discipuli erraverunt seu dubitaverunt secundum magis & minus, excepta Virgine Maria. Ita Planctus dicitur in cathedra predicatorii, & debet esse coperta & circumcincta de cortinis albis prædicta cathedra ad finem, quod dicentes sive cantantes prædictum Planctum non possint videri à gentibus, nec ipsi videant gentes, ut securius possint cantare sine timore, quia forte videndo gentes turbarentur.*

¶ PLANCUS, Pedit. Vide *Pedones*.

¶ PLANE, Lente, pedetentim, Italis *Piano*. Acta S. Franciscæ Romanæ tom. 2. Martii pag. 143*. *Et iter facit per stylum ipsius Dei, Plane incedit, sed cito jungit. Vide Planum.*

PLANELLA, [Crepidæ, Ital. *Pianella*, Gall. *Pantoufle*. Statuta Placent. lib. 6. fol. 82. vº. *Et de pari Planellarum ab homine ultra III. sol. Et dicta Planella tam de homine quam de domina habeant corollos &c.*] Occurrit præterea apud Petrum de Crescentiis lib. 5. cap. extremo. [Vide *Planelli*.]

¶ PLANELLARE, Lapidibus sternere, pavire, pavimentare, Gall. *Paver*. Chron. Parmense ad an. 1283. apud Murator. tom. 9. col. 803. *Facti sunt omnes arcus sive voltae pontis de Galeria, quæ fuerunt numero octo, & incollatus (pons) & Planellatus per Dei gratiam, & totus completus. Ibidem col. 826. ad an. 1294. Item eo anno platea communis de novo facta tota fuit per Commune Parma & Planellata. Hinc*

¶ PLANELLATIO, Pavimenti structio, in eodem Chron. ad an. 1284. col. 806. *Pons dominae Gilia de Porta-nova expletus est, & constitit in summam MMDV. libras & solidos VI. imperiales; & hoc sine Planellatione.*

¶ PLANELLATURA, Eadem notione, ibidem ad an. 1286. col. 810. *Pons de Hentia de Strata Claudia completus fuit, præterquam de Planellatura.*

¶ PLANELLI, Crepidæ, Ital. *Pianella*. Censius Camerac. in Cærimoniali MS. *Cumque venerit (Papa) ad portam dictæ ecclesiæ exiit Planellos, & nudis pedibus vadit cum aliis in processione. Ita Macri in Hiero-lex. Vide Planella.*

PLANETA, Vestis sacerdotalis, quæ vulgo *Casula* dicitur, [unde *Planeta casula*, in Vita S. Ansegisi

sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 633. & 634.] Papias ex Isidoro lib. 19. cap. 24. *Planeta* Græce & Latine dicitur *Casula*, quæ totum tegit: vestis, dicta quod oris errantibus evagatur. Gloss. Sax. Ælfrici: *Planeta*, Cæppe, i. cappa, seu pallium. Luithprandus lib. 6. cap. ult. *Cui casulam, quam Planetam vocant, cum stola pariter abstulit.* Rabanus lib. 1. de Institut. Cleric. cap. 21. *Casulam, Græci Planetam vocant.* Ivo Carnot. serm. 3. de Rebus Ecclesiast. *His omnibus indumentis superponitur casula, quæ alio nomine Planeta vocatur.* Adde Innocentium III. PP. lib. 1. Myst. Missæ cap. 10. 42. 58. Hugonem à S. Victore lib. 1. de Sacram. cap. 50. Brunonem Signiensem de Vestim. Episcop. pag. 96. Baronium an. 58. cap. 59. *Planetam B. Petri Antiochia delatam, in Ecclesia S. Genovesæ Parisiensis olim asservatam, scribunt Hildebertus Cenomanensis, & Hugo Monachus Cluniacensis in Vita S. Hugonis Abbat. Cluniac. pag. 425. 442. ut & Sugerius in Epistolis. Testamentum S. Everardi: Planetas duas, unam variatam, alteram de cendalo. Infra: Planetam diploidam unam, de cendalo unam, &c.* Anselmus Leodiensis cap. 29. *Post hæc autem induunt eum, prout erat solitus indui, divino altari assistens, subucula scilicet linea, atque Planeta.* Herbertus de Miracul. cap. 9. *Diaconos Dalmatica fulgida decorabant, ipsosque Presbyteros Planeta oloferica insigniter adornabant.*

Planetas etiam aliis, quam Sacerdotibus, [ipsis licet veluti proprium indumentum assignet Concil. Toletan. ann. 633. adscribunt Scriptores Ecclesiastici. Diaconis tribuit Joannes Diaconus lib. 2. Vitæ S. Gregorii Magni cap. 43. *Cumque magi ex Planetatorum mappulorumque processione magnum Pontificem cognovissent, &c.* Ubi Planetatos Diaconos, mappulatos Subdiaconos vocat. Clericis inferioribus author Vitæ B. Marwardi sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 617. *Est consuetudo loci, ut die sollempnitatis paschalis Clerici vespertinum celebrantes officium ita sacris induantur, ut in Missarum agitur celebratione. Factum est igitur, ut custos de more cum aliis indutus, lampades accensurus ecclesiæ procederet. Sed dum incaute progredieretur, positus sub lampadibus oleum lampadis cecidit, atque partem Planeta qua forte indutus erat, non absque deformitate infecit.] Laicis idem Joannes Diaconus lib. 4. de Vita S. Gregorii M. cap. 83. Gordiano nempe, & Silvix ejusdem Pontificis parentibus: *Cujus Gordiani habitus castanei coloris Planeta est, sub Planeta dalmatica, in pedibus caligas habens, &c.* Adde cap. seq. Inter solitas ac seculares vestes reponit pariter S. Isidorus in regula cap. 13. *Porro linteo non licet Monachum indui: orarium, birros, Planetas, non est fas uti, neque illa indumenta vel calceamenta, quæ generaliter cetera Monasteria abutuntur, i. non utuntur.* [Vita S. Fulgentii tom. 1. Januar. pag. 43. *Tantum fides Nobilium crevit, ut Planetis suis super B. Fulgentium gratanter expansis, repellerent imbres.*] Huc denique spectant, quæ habet Cassianus de Hab. Monach. lib. 1. cap. 7. *Et ita Planeticarum atque birrorum pretia simul & ambitionem declinant. Nam planeticam diminutive à Planeta dictam hoc loco censent doctiores.**

PLANETATUS, Planeta indutus. Guillelmus Bibliothecarius in Hadriano II. pag. 228. *Omnibusque Clericorum Planetatis ordinibus, &c.* Vide supra.

PLANETILE. Epistola Basilii Macedonis Imperat. ad Hadrianum II. PP. apud Baron. an. 871. *Transmissimus autem vobis . . . mulchumat unum, Planetilia castanea duo.*

PLANETA CUM TINTINNABULIS. Charta Be-

nedicti VIII. PP. an. 1023. in Bullario Casinen-
fi tom. 1. pag. 7. *Obtulit Planetam purpuream opti-
mam aureis lisis 12. signa habentibus in circuitu.*

PLANETARII, Mathematici, Divini. S. Augustinus
lib. 4. Confess. *Illos Planetarios, quos Mathematicos
vocant plane consulere non desistebam.* Utitur etiam
Joannes Sarisberiensis lib. 2. Policrat. 19. 26. &c.

PLANETATUS, PLANETICA. Vide *Planeta.*

PLANETICUS, Qui planetarum vim patitur.
Egidius Corbol. in Proœmio ad lib. de Urinis: *Ab
hoc autem opere fugiant, qui Planetici sunt, & discurs-
sores alienis febribus imbuti.*

PLANETILE. Vide *Planeta.*

PLANEUS PANNUS, Simplex, unius fili & tex-
turæ, Gall. *Uni.* Statuta S. Severi MSS. an. 1104.
apud Stephanot. to. 1. Antiq. Bened. in Vascon.
pag. 485. *Statutum etiam fuit quod qui pannos Pla-
neos in villa venales habuerit octo den. annuatim Ab-
bati persolvat.* Ejusmodi panni plani operis dicuntur
in Excerptis è Johanne à Bayono de Abbatibus
Mediani Monast. in Histor. ejusdem Abbat. pag.
242. *Cortina ubi miracula Domini sunt depicta, &
altera parvula ubi vita sancti Hidulphi depicta. Corti-
na Planis operis, v. dorsalia de lana. Drap plein, vel
de lanure planive, in Statuto an. 1350. inter Ordina-
nat. Reg. Franc. to. 2. pag. 397. Que leur mestier
d'œuvre rayée estoit plus soutif, que le mestier de lanure
Planive, & que celui qui bien savoit faire rayez, sa-
voit bien faire draps Pleins. Tartarin planket in
Monast. Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 86. Vide
Tartariscus.*

PLANGERE PECUNIAM, Parcere pecuniæ,
Gall. *Plaindre l'argent.* Charta an. 1377. ex Bibl.
Reg. *Quod si posset Rex pacem . . . per pecuniam ha-
bere . . . nullam pecuniam Plangere deberet.*

PLANICIUM, Ager cultus. Charta Petri Comit.
Autissiod. an. 1229. apud Thomasser. in Biturig.
pag. 709. *Si aliquod animal de parochia Mailliaci
vula a tauris fugatum vel à muscis coactum nemus meum
sive hayam, sive Planicum, . . . intraverit, &c. Vide
Planum.*

1. PLANITIA, pro *Planities.* Utuntur Innocentius
de Casis literarum, Otridus in Prologo ad Evan-
gel. Chronicon Farfense pag. 662. &c.

2. PLANITIA, pro *Basi,* apud Hygenum de Li-
mitibus constituendis: *Deinde lineas basi, hoc est
Planitia ejiciamus in cathetum ex præsifuris hypotenu-
sarum & circumferentia.*

PLANITIOLUM, *Planities,* planum. Charta Lo-
tharii Regis Franc. ann. 958. tom. 8. Spicilegii
Acheriani: *Cum domibus, . . . exitibus, regressibus,
& Planitiolis sive terradis, &c.*

PLANKETA, PLANQUA. Vide *Planca.*

PLANSONUS, Gall. *Plançon,* Talea, rami salicum
qui ad plantandum reservantur, sic dicti donec
comam habuerint, & tunc salices vocantur. Sta-
tuta Arelat. MSS. art. 33. *Qui dampnum dederit
seu eradicaverit Plansonos & arbores fructiferas, &c.*
Charta an. 1344. ex Schedis V. Cl. Lancelot: *Item
quod nullus cujuscumque conditionis existat sit ausus . . .
colligere Plansonos sive ramos, nec etiam accipere ligna
clausurarum extraneorum. Plantin, in Charta vernacu-
la an. 1287. ex Chartul. Domus Dei Pontifar.
Après il est asavoir que les saus & le Plantin qui sont
& seront desore en avant entour le fossé. . . seront coupé
& doivent estre coupé de trois ans en trois ans, . . . en
telle maniere que ce qui demoura oudit fossé de Plantin
& entour ne doit avoir que un pied de haut par desus le
mur qui est devant ladite porte & devant ledit Plantin.
Vide *Planco.**

1. PLANTA, [Idem quod mox *Plantare* 3. Charta
apud Mabill. to. 5. Annal. pag. 679. *Datur &
singulis ad vestitum per singulos annos . . . due pelles
caprina & Planta* IV. XVIII. *ulnae panni linei.*] Acta
Murenfis Monasterii pag. 39. *Ad quod iter debet
Prepositus unicuique bubulcorum dare duas Plantas ad
calceos faciendos.*

2. PLANTA, Locus, ager vitibus vel arboribus
confitus, idem quod *Plantata.* Charta ann. 874.
to. 2. Spicil. Acher. pag. 588. *Mansa in gyro mo-
nasterii sita, & ut vulgo loquamur, clausi vinearum,
scilicet ille qui adhaeret monasterio, & campania, Plau-
ta abundantia, curticanus, & clausellus de Patrinico.*
Charta an. 1286. in Chartul. S. Vandreg. tom.
2. pag. 1392. *Et sibi sunt duo solidi pradicii supra
unam Plantam, qua vocatur Longa rea. Le Roman
de la guerre de Troyes MS.*

*Freres estoient ambdos jumel,
Pais avoient buen & biel,
Et riche Plainteif tot dis, (tous deux)
C'est li regne de Focedis.*

3. PLANTA, pro *Plancta,* querela, in Litt. an.
1313. apud Rymer. tom. 3. pag. 460. Vide
Planctus.

PLANTADA, PLANTADICIUM. Vide *Plantata.*
PLANTAGINES, Loci, agri vitibus confiti. Arno
Archiepiscopus Salisburgensis: *In loco, qui dicitur
. . . in quo nunc sunt Plantagines vinearum instituta.*

PLANTAGIUM, Locus arboribus confitus.
Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 48. *Pradicium
masagium . . . capiant . . . cum adijciis & Plantagiis
in domo sicuti facerem sine reclamatione. Vide *Planta* 2.*

1. PLANTARE AGRUM, Illum arboribus conse-
rere. Statuta Arelat. MSS. art. 162. *Si aliquis habet
fronteriam in riparia Arelatis . . . & voluerit eam
Plantare, &c.*

2. PLANTARE, Collocare, statuere, erigere;
qua notione Galli dicimus: *Planter l'étiendart.*
Charta Ludovici Ducis Brandenburg. apud Lu-
dewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 101. *Appropria-
vimus & appropriare decrevimus altari in ecclesia ville
Gracs, sancti Nycolai civitatis nostre steindal situando
& Plantando, & in honore B. Catherine dedicandò.*
Smaragdus in Vita S. Benedicti Anian. sæc. 4. Be-
ned. part. 1. pag. 206. *Quidam siquidem frater ta-
bulam sacratam, in qua beati Dionysii erant reliquia
aliorumque Sanctorum Plantata, &c.* Vita S. Eigilis
ibidem pag. 238. *Simul etiam & Sanctorum nomina,
quorum reliquia ibidem Plantata sunt, disciplinabiliter
litteris inserendo Hrabanus magister memoria commen-
davit.* Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl.
edit. Hearnii cap. 26. pag. 61. *In qua (galea)
istac trium florum aureorum, in agro Plantatorum
azureo, splendor sydereus emicabat. Vide *Plantatio.**

3. PLANTARE, Id quod ponitur sub planta pedis
in sotulari, Gall. *tacon,* inquit Metulinus ad illud
Ebrardi Betun. cap. 12.

*Plurali numero Plantaria denotat illa
Quæ tanquam soleas sub planta conspicias esse.
Si singulare sit nomen, significabit
Ramum quem plantas, vellisque, deinde replantas.*

Adde Servium, & Isidorum lib. 17. cap. 6. De
postrema notione, vide supra in *Planfonus.*

PLANTARIA, Idem quod *Plantata.* Charta Udo-
nis Episc. Leucor. an. 1065. inter Probat. P. ist.
Tullens. pag. LXXV. *Item Plantariam in eodem monte
quam noviter plantari fecimus . . . Adjungimus etiam
XXI. ordines vinea in Plantaria sancti Mansueti, &c.*

PLANTARIA DENTIUM, [Dentitio, Gall. *Pousse
des dents.*] Miracula S. Cuncgundis edita à Gretze-

ro: *Alteri vero tam mira macies corpusculam consumpserat, ut gressu & loquendi usu à nativitate usque ad ætatem, qua Plantaria dentium dicitur, omnino careret.*

PLANTARIUM, PLANTERIUM, Idem, quod *Plantata*, de qua voce mox. Tabul. Conchenſe in Ruthenis ch. 169. *Unum aripendium de Plantario, &c. Planterium*, in Charta alia apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 72.

PLANTATA, PLANTADA, Locus vitibus vel arboribus confitus, *Planteis*, in Consuetud. Britannica art. 605. [*Plantie Provinciales*.] Glossæ antiquæ MSS. *Plantatorio*, pomario sive orto. [*Plantatorium*, perperam pro *Plantarium*, in Gloss. Sangerman. num. 501.] Vetus Charta apud Paradinum in Histor. Lugdun. lib. 2. cap. 103. de quadam vinea: *Sita est namque ipsa Plantata in pago, vel agro Lugdunensi, &c.* Alia ibid. *A mane via publica, à medio die & circio Plantata Belloni, de terra S. Stephani, à sero est Castellum Buci.* [Statuta Arelat. MSS. art. 162. *Et quod Plantata tota, quantum est sua frontieria, sit illius civis cujus est frontieria.*] Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicibus. num. 44. *Ut teneat mansum de ampulliaco, & Plantadam meam, quæ est juxta S. Michaëlem.* Occurrit iterum in eodem Tabular. Vetus Charta apud Dominicum de Prærogat. allod. pag. 217. *Sex denarios de vinea, quæ infantes Bonaldi plantaverunt pro suo cavallo: . . . & illum capmansum, quæ habuit de Fraunone, sit Ranulpho. . . cum ipsas Plantadas.* Adde Tabular. Brivatense ch. 167. & Testamentum Ademari Vicecomitis Salarum editum cum Reginone de Eccl. disciplin. pag. 630. 632.

PLANTADICIUM, PLANTICIDIUM, ut *Plantata*. Præceptum Carlomanni ann. 881. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1510. *Et villanem Farum cum vineis, terris, silvis, & omnibus terminis suis, & Plantadicium Gondemari Episcopi cum omnibus terminibus.* Charta Udonis Episc. Leucor. an. 1065. inter Probat. Hist. Tullens. p. LXXV. *Cum omni hereditate sua, scilicet in Warneri Plantadicium 11. ordines & dimidium vinea, &c. Plantiditium*, in Charta an. 1105. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lotharing. inter Instrum. col. 517.

PLANTATITIUM, Eadem notione, in Charta Caroli III. Imper. an. 887. ex Tabulario Ecclesiæ Gerundensis.

PLANTATICUM, Tributi genus, f. quod pro facultate *plantandi* seu *figendi* in portu anchoram exigitur. Præceptum Pippini Reg. Aquitan. ann. 831. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1431. *Jubemus ut nullus ex vobis neque de junioribus vestris ullo teloneo, vel pontatico, aut ripatico, sive portatico, seu modiatico, vel Plantatico, . . . ullatenus de ipsis navibus exigere præsumatis.*

PLANTATIO, Ædificatio, erectio. Charta Ludovici Ducis Brandenburg. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. pag. 94. *Appropriavimus altari ecclesiæ parrochialis in villa Borchagen de novo plantanda in honorem B. Mariae Virginis. . . . duos mansos. . . . Renunciantes omni juri actioni ac impetitioni, si prædicta Plantatio complebitur.* Vide *Plantare* 2.

PLANTATITIUM, PLANTATORIUM. Vide *Plantata*.

PLANTATUM, ut *Plantata*, in Charta an. 1022. apud Meneſter. Histor. Lugdun. pag. 6.

PLANTEA, Locus arboribus confitus. Charta Ludovici VII. Reg. Franc. an. 1168. in Tabul. Gemeric. *Cognovit se in pace reddidisse decimam, & Planteam quandam quam clamabat super monachos omnino dimisisse. Nisi leg. sit Platea.*

PLANTELLA. Vetus Notitia an. 829. apud Perardum in Chartis Burgundicis: *Præter illa area in castello, & illa vinea foris muro, illa Pantella ad Tremoledo, &c.* Vide *Plantata*.

PLANTERIUM, Idem quod *Plantata*. Charta an. 1490. *Usque finem Planterii Damiani*

PLANTICIDIUM, PLANTIDITIUM. Vide *Plantata*.

PLANTICUM, ut *Plantata*. Charta an. 1142. inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. pag. 192. *Tunc ipse Augerius & nepotes sui, ne posteri de hujus venditionis causa dubitarent, terminum posuerunt ad radicem montis, qui est super Planticum de Salis.*

PLANTONARIUS, f. Qui matmora in tabulas fecat. Vide *Platona*. Chartular. S. Vincentii Ceno-man. fol. 38. *Robertus nepos Ingelbaudi, Robertus Plantonarius, &c.*

1. PLANTUM, Ager jure usufructuario ad plantandas vineas certis conditionibus datus. *Dare ad medium plantum* dicunt cum ea lege conceditur ager ut inde fructuum partem habeat dominus fundi, alteram colonus veluti ex sibi proprio agro. Charta undecimi sæculi in Chartul. Aptensi fol. 58. *Mea ingruente atra necessitate precio XIII. solidorum quandam semodiatam vinea, quam ex medio Plantu manuum mearum adquisivi, vendo. Quæ expressius habentur in Charta an. 43. Chunradi Reg. ibidem fol. 25. Donat ipsam terram per talem convenientiam, ut ille Allaldus illam terram ad terminum legis, id est, per septem annos bene plantare vites & propagare, atque edificare studeat, & cum ad ipsum terminum bene advineata fuerit, prænominatus Episcopus (Teudrichus) unam medietatem de ipsa vinea recipiat, aliam autem medietatem ipse Allaldus & uxor ejus pro sua adificatione habeant.* Ex his quam facillime intelligere licet quid sit in aliis Chartis, *dare ad medium plantum*. Plura vide in *Complantare*.

PLANTUS, Eadem notione. Placitum an. 878. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 136. *Hietarius & Ingilbaldus de illorum partibus in contra Fulcrane (guirpierrez) omnes Plantos, &c.*

PLANTUM, à Gall. *Plant*, locus arboribus confitus. Charta an. 1347. to. 1. Hist. Daphin. pag. 67. *Item fuit injunctum dicto Cellarero quod. . . plantare faciat Plantum albataporum ubi deficiant, cum expensis domini. Item quod ponatur bannum quod nulla animalia veniant nec intrent Plantum prædictum.*

PLANUM, Ager cultus, cui opponitur nemus, silva, boscus. Apud Hieronym. de Locis Hebraicis, *Araba, Aquila Planum, Symmachus Campeſtrem interpretatur. Planus campus*, in Capit. Caroli Mag. lib. 3. cap. 54. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 590. *Reditus autem qui de bosco & Plano exierint, &c.* Infra pag. 594. *Tam Plani quam nemoris.* [Charta an. 1154. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 43. *Similiter Adam de Offeriaco dedit pro filiabus suis terram suam de Antilliaco, scilicet nemus & Planum & census.*] Feoda Campaniæ fol. 69. in Camera Comput. Paris. *Omnia autem feoda, quæ in prædicta villa tenentur, sive in Plano, sive in bosco, sive in furnis, &c.* Charta an. 1255. apud Golutum lib. 4. *Rerum Sequanicarum cap. 30. Il a nommé ceux, de qui il est advisé, qui sont gent d'honneur, qui tiennent de lui maisons fortes, & terres Plaines.* [*Plaines charmes*, in Consuetud. Trecenti art. 170. ubi legendum *Plaines hermes*, vel *Plaines chaumes* auctor est de *Lauriere* in Glossar. Juris Gallici.] Le Roman de Garin:

Passerent les terres, les Pleins & les destroits.

PLANA TERRA, Eadem notione. Charta ann.

1075. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 233. *De terris vero arabilibus & Planis, &c.* Stablim. Blanchæ Comit. Trecent. an. 1212. apud D. Brussel. de Usu feud. tom. 2. pag. 876. *Si aliquis Baronum, vel Vavassorum Campania vel Bria sine herede decesserit, & plures habuerit filias, primogenita filiarum habeat castellum, alia vero habeant Planam terram; ita quod de illa Plana terra unicuique illarum portio rationabilis assignetur juxta valentiam reddituum castelli.*

¶ PLANA AQUA. Tabular. S. Petri de Cellafroni in pago Engolism. 12. circ. sæc. *Dono... in ipso loco unam scclusam & piscationem per totam aquam Planam; id est, stagnantem, ni fallor.*

¶ PLANUM, Planities, *Plaine*. Statuta Arelat. MSS. art. 145. *Planum sicut protenditur a barrio Communis... sit dictum Planum perpetuo Communis Arelatis.* Jacobi Auriæ Annal. Genuenf. ad an. 1282. apud Murator. tom. 6. col. 578. *Et invento in Plano ibidem dicto iudice cum militibus CCC. & peditibus MD. dictum castrum præliaverunt.* Occurrit præterea in Memor. Potest. Regiens. apud eundem tom. 8. col. 1128. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 615. & tom. 6. pag. 392. *Plain país* apud Vaccium in Histor. MS. Ducum Normanniæ:

*En la cité se sout tuit mis,
Guerpi ont tout le Plain país.*

DE PLANO INQUIRERE, *sine strepitu ac figura iudicii, ac indagiue*, in Epistolis Clementis V. PP. & Joannis XXII. PP. apud Waddingum an. 1308. 1317. 1320. 1328. [Charta ann. 1257. ex Schedis Præf. de Mazaugues: *Statuit... inquisitores & auditores, ut prædicta de Plano sine strepitu iudicii audirent & inquirerent.* Testam. Jacobi Reg. Aragon. an. 1272. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 247. *Omnia debita nostra... solvantur per dictos manumissores nostros de Plano & sine strepitu iudiciario.* Edictum Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1302. tom. 1. Ordinat. pag. 357. *Et ista mandabuntur executioni debite breviter & de Plano, sine strepitu iudicii.* Eadem habentur in Edicto Johannis Reg. Franc. an. 1351. ibidem tom. 2. p. 454. Quæ vernacule sic exprimuntur in Litteris ejusd. Reg. an. 1361. ibidem tom. 3. pag. 521. *Procédez sommierement & de Plainz, senz ordre de plait & de procès & senz figure de jugement, &c.* Occurrit præterea apud Rymer. tom. 3. pag. 501. in Statutis Massil. lib. 1. cap. 34. §. 4. & cap. 36.] Vide Cujacium lib. 7. Observat. cap. 29. & Jurisconsultos.

¶ DE PLANO COMPROMITTERE, apud Bartholomæum Scribam Annal. Genuenf. lib. 17. ad an. 1227. apud Murator. tom. 6. col. 450. *Januam pro dicto concordio sunt reversi, ostendentes in pleno & magno consilio civitatis Januæ, qualiter Astenses de Plano compromiserunt in commune Mediolani.*

¶ DE PLANO, Moderate, sine vi, Gall. *Doucement*, Ital. *Piano*. Statuta Massil. lib. 2. cap. 40. *Constituimus quod omnes draperii... ex debito juramenti teneantur servare quæ in hoc presenti statuto continentur, sciilicet pannos quando ipsos vendent extendere supra bancam non trahendo, sed extendendo de Plano.* Vide *Plane*.

¶ PLANUM OPUS. Vide *Planeus Pannus*.

¶ PLANUM SERVITIUM. Vide in *Servitium*.

PLANURIUM, Planus campus, planities, Gall. *Plaine*. Vitalis Agrimenfor: *Et ipsum trisnium duabus lineis descendit per Planuria, & aliam à duodecima parte in subreccionibus locis usque in aquam vivam, &c.*

PLANX, *Lanx, lancula*, $\omega\lambda\delta\sigma\iota\gamma\zeta$, in Gloss. Gr. Lat. Tom. V.

¶ PLARIA, *Dilucida*. Gloss. Isid. Emendat Grævius, *Plana*. Papias: *Planum, aequale, apertum, liquidum.*

¶ PLASEA. Arnobius lib. 7. adv. Gentes: *Quid polimina? quid omenta? quid palasea, sive (ut quidam cognominant) Plasea? ex quibus est nomen omenti pars quadam, quo receptacula ventrium circumretita finiuntur. Bovis cauda est Plasea, siligine & sanguine delibuta.*

1. PLASMA. Arnaldus Franciscanus in Vita B. Angelæ de Fulginio num. 256. *Scire loqui de Deo, intelligere Scripturam, facere magnas Plasmæ, habere cor quasi occupatum in rebus spiritualibus.* [Id est, ni fallor, magna & phalerata pietatis verba loqui: ibi enim de arrogantia spiritali sermo fit.]

¶ 2. PLASMA. Privileg. Matthiæ Reg. pro Monast. Dobirluc. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 508. *Qui mundi deliciis sapienter abjectis in simplicitate spiritus... pro modo utriusque hominis sospitate agnorumque (regnum) nostrorum prospero & quieto statu Cunctipotentem reddunt Plasma; hoc est, laudes, f. pro Psalma.*

¶ 3. PLASMA, Homo, creatura. Litteræ Caroli Johannis Reg. Franc. primogeniti an. 1359. to. 3. Ordinat. pag. 395. *Conditoris omnium immensa benignitas post lapsum primi Plasmatis, nolens quod humana creatura quam sue similitudini conformarat, ruditate vilesceret, &c.* Vita S. Udalrici tom. 3. Julii pag. 169. *In quo homine pulchra manus omnipotentis pulchra excellentisque staturæ Plasma confinxit.* Occurrit etiam apud Prudentium. Vide Weitzii Indicem in Dracont.

¶ 4. PLASMA, Status, dignitas, fortuna, ordo. Charta Alphanti Episc. Aptensis in Chartul. ejusdem Eccles. *Sane si quis extiterit undecumque adveniens, cujusquam Plasmatis aut conditionis qui hanc donationem... voluerit deperdere, &c.*

PLASMARE, Formare, ex Gr. $\omega\lambda\alpha\sigma\mu\delta\zeta\epsilon\omega$. Glossæ antiquæ MSS. *Finxit, Plasmavit, composuit, formavit.* [Pactum matrimonii inter Herbertum & Godehildem an. 1086. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 518. *Propriis manibus hominem non est dedignatus Plasmare è limo.*] Arator lib. 2. Histor. Evangel.

*... Ne fabrica pulchra creantis
Qua Plasmata solo celestis imaginis instar
Traxit, & authoris speciem pro pignore gestat.*

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. Rege Franc. *Hic Pytho Plasmavit hominem tellure recenti
Japeto natus mixta cum fluminis undis.*

Ubi perperam editum *psalmavit*. Occurrit non semel in sacris Libris.

PLASMATOR, Conditor. Julius Africanus lib. 7. Histor. Apost. *Deus Plasmator corporum, afflator auimarum, &c.* [Utitur præterea S. Ambrosius. Glauber Rodolphus in Histor. apud Duchesn. tom. 4. pag. 36.

Plasmator parce inæstis mundialibus.]

¶ PLASSA, Locus, à Gall. *Place*. Statuta Massil. lib. 4. cap. 24. *Quod nullus dominus navis recipiat peregrinum, vel recipi patiat in navi nisi, secundum quod consuetum est, locum seu Plassam, & victualis in ipsa nave habeat... Sane ab hac conditione excipimus servitiales, ... quantumvis non habeant certam Plassam vel viandam. Vide *Placea*.*

1. PLASSAGIUM, Jus stalli, feu loci, in foro tempore nundinarum, ex Gallico *Place* vel *Plasse*. *Droit de Plassage*, in Consuetud. locali Castellii novi in Biturig. tit. 2. art. 6. [Charta an. 1240. to. 1. Hist. Dalph. p. 142. *In placitis Plassagiorum habet tertiam partem, & dominus duas partes per omnia; ve-*

runtamen in Plassagiis macelli, & in illis qui possunt dari ad censum & firmamentum nihil habet.] Pactum inter Comitē Marchiæ & Canonicos Doratenses an. 1321. Unaquaque die mercatores feriarum seu nundinarum habebunt jus locarii, seu Plassagii, & Estalagii in villa Doratensi super mercaturas ligneas & terreas.

¶ 2. PLASSAGIUM, *Parcus*, seu locus palis vel virgulis implexis conclusus. Chartophylacium Regium Regest. 87. Item tenet domum suam cum suis pertinentiis & Plassagiis suis in monte Alodio. Charta an. 1353. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 147. Item (tenet) domum suam fortem de Domena, una cum suis Plassagiis & pertinentiis, & molendina & omnia edificia intus sita. Vide Pleisseicium.

PLASSARE, Effingere, à Gr. *πλασσειν*. Apitius lib. 2. de Re culin. cap. 1. Et exinde bysitia Plassantur, quod est, effinguntur. Infra: Inde bysitia Plassantur, id est, formantur. [Autissiodorenses dicunt, les vignes plassent, cum onere racemorum pene effringuntur.]

PLASSETA. Fleta lib. 2. cap. 79. §. 3. Bidentes in locis aquis, mariscis, Plassetis, vel profunditatibus & pasturis insanis depasci non permittant. Plassatum, perperam, ni fallor, scribitur apud Hemereum in Aug. Virom. in Regesto pag. 41. Vide Pleisseicium.

¶ PLASTA, Vestis sacræ genus. Laur. Byzinius de Orig. Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 195. Nolebant (Beguttæ) à suis sacerdotibus, in apparatu officiantibus communionis sacramentum sumere, nisi prius vestes, quas Plastas nuncupabant, deponerent.

¶ PLASTARIA. Vide Palastria.

PLASTEGUM, *Plasticum*, ex Græc. *πλαστικόν*, seu *πλαστική*, *Plastice*, fictrix ars ex argilla vel creta rerum similitudines exprimens. Breviarium Vivariense ex veteribus actis: Nihilominus & Baptistarium in ista Ecclesia, cum tabulatis & columnis marmoreis, atque cum corona ex Plastego desuper in altum deducta, miro fundavit opere.

¶ PLASTERIA, PLASTRERIA, Gypsi fodina, vel officina, Gall. *Platriere*. Tabular. Calense pag. 234. Item super Plasteriam Johannis de Barra VIII. den. censuales. Pluries ibi. Charta an. 1195. to. 2. Hist. Eccles. Meld. pag. 81. Viginti arpenta terra sita apud Plastrerias juxta Munbulum. . . . contulit. Charta Philippi III. Reg. Franc. an. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 26. Quæ quidem domus faciunt cuneum vici, qui quidem cuneus est ab altera parte Plastreria. Litt. an. 1293. ibid. pag. 206. Usque ad vicum, qui dicitur vicus *Maverse*, in quo vico est Plastreria quadam.

¶ PLASTRARIUS, Gypsarius, Gall. *Platrier*. Tabul. B. M. de Bono-nuncio Rotomag. an. 1255. Novcrim . . . quod ego Radulphus Plastrarius de Prato dedi & concessi . . . duodecim denarios Turon.

¶ PLASTES, Cæmentarius, Gall. *Masson*. Chron. Watinense apud Marten. to. 3. Anecd. col. 805. Cum cæmentariis ac fossoribus operi immorata, sub divo solis patiens, sancti edificii, quod usque hodie est, fundamenta jecit, & abscedens hac vice non modicum censum ad Plastrarum expensas. . . dereliquit: quas quidem, ne serius opificium, exhaustis quas prius miserat, consummaretur, per plura incrementa non semel aut bis, sed multoties . . . augere curavit.

PLASTICATOR, *πλαστικός*, Fictor. Jul. Firmicus lib. 8. cap. 16. Bractatores, inauratores, Plasticatores, margaritarii, &c.

¶ PLASTICUS, Fictus, simulatus. Lambertus Ar-

denfis apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 479. Quod Plasticis ergo medicamentis vel ei proficientibus, sed & ea in mortem provocantibus, &c.

¶ PLASTRA, Nummus argenteus, Italis *Piastra*, Gall. *Piastre*. Acta S. Mariæ Magdal. de Pazzis tom. 6. Maii pag. 338. Et ecce ex fundo lancis liquefacti stanni tantum decidit in foculum, quantum est orbis unius nummi argentei septem librarum, quem *Plastram* nominamus.

¶ PLASTRARIUS, PLASTRERIA. Vide Plasteria.

¶ PLASTREUS, Gypseus, Gall. *de Platre*. Capitulum Ordin. Prædicat. an. 1239. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1679. Poterit in extremitatibus lectorum in altitudine unius cubiti usualis à superficie lecti aliquod intermedium ligneum, vel *Plastreum* interponi. Occurrit rursum in Capit. ann. 1240. ibidem col. 1681.

1. PLASTRUM, Modus agri sic dictus; *Plastre*, apud Sanjulianum in Trenorchio p. 533. Charta P. Episcopi Matisconensis an. 1208. apud eundem Sanjulianum in Matiscone pag. 239. Dominus V. *Plastrum* proprium habebit, in quo firmitatem & defensionem faciat & munimen ad arcendos raptores & malefactores ipsius obedientia, &c. Charta Abbat. S. Steph. Divion. an. 1220. apud Perard. Si autem vacuum (mansum) non invenerit, & aliud *Plastrum* in villa vacuum inventum fuerit, ubi domus posset edificari, Prior ei . . . dabit. Ibidem: Prior et *Plastrum* cum horto eidem contiguo dare tenetur, si in villa vacuum inventum fuerit, salvo tamen jure suo, & bubulterio suo excepto, & salvis redditibus suis, &c. [Chartophylacium Regium Reg. 87. Genetus Perrini circa unam fossoryriatam *Plastri*. . . juxta *Plastrum* Anthonii Galerii, pro qua facit dymidium quartale vini.] Occurrit in Chronico Besuensi pag. 660. 666. 667. in Charta homagiorum virorum nobilium Bressiæ an. 1272. apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis pag. 14. 18. 21. præterea pag. 89. Charta an. 1310. in 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ex Tabulario Regio, num. 156. C'est à seavoir une maison, uns *Emplastres*, & les appartenances joignans & seans entre &c. Tabularium Albæ Ripæ in Episcopatu Lingonensi an. 1357. Idem domum, seu *Emplastrum*, situm in villa de Orguis, cum manso retro dictum *Emplastrum*. Ibid. an. 1463. Un *Emplastre* en S. Pere, auquel souloit avoir une maison, &c. Ibid. an. 1461. Promisit dictum *Emplastrum* edificare, & in unam domum convertere. Occurrit ibi pluries. Vide *Emplastrum*.

Ex his nemini obscurum est *Plastrum* hic significare locum vacuum indefinitæ magnitudinis; qua notione *Plastre* etiamnum usurpant Dombenses, Lugdunenses & alii. Inquesta an. 1440. Item confitetur tenere quoddam penu seu celier cum quodam parvo *Plastro*.

¶ 2. PLASTRUM, Gypsum, Gall. *Platre*. Ep. Mauricii Archiep. Rotomag. an. 1233. to. 2. Spicil. Acher. pag. 522. Inhibentes sub pœna excommunicationis, ne aliquis presumat in eis (cimiteriis) corpora sepelire, vel in terra, vel super terram, in *Plastro*, vel in trunco, vel lapide vel aliquocumque modo. Comput. an. 1261. ex Bibl. Reg. Pro lignis emptis ad coquendum *Plastrum* xxxiiii. sol. iii. den.

1. PLATA, Lamina, metallum quodvis in laminas diductum, unde, quidquid planum est, etiamnum *plat* dicimus. Henricus de Knyghton an. 1340. Et quod quilibet Angligena, egrediens fines Angliæ. . . possit secum reportare *Platam* argenti vel auri ad valorem duarum marcarum pro quolibet sacco lane, &

fic pro reliquis præactis in suo primo reditu. Et eamdem Platan ferre deberet ad escambium Regis, & ibi recipere suos denarios. Idem an. 1364. Congregaverunt electum aurum regni, & fecerunt in Platas, & miserunt in batellos ferratos ad adducendum in Franciam. Ita passim.

PLATA, pro Argento, aut auro infecto, in laminis adhuc existente, necdum in vasa, aut monetam conflato, sumitur. Lateres aureos & argenteos vocat Varro lib. 3. de Vita Populi Romani apud Nonium: *πλατῆς χρυσῆς* Herodotus, ubi de Cræso. Fleta lib. 1. cap. 20. §. 126. Vicecomitibus, Constabulariis, vel aliis, qui retonsores ceperint vel attachaverint cum retonsurâ cruda, vel cum Platis saistos, &c. §. 127. De his qui emerint per seipsos vel per alios tonsuram, vel Platas, scientes ipsas esse retonsurâ. §. 130. De iis, qui emerint Platas tonsurâ non affinitas, licet non de retonsores. Hinc universim

PLATA, Argenteum metallum, maxime apud Hispanos, quibus etiam hodie hæc vox idem sonat. Ufatici Barcinonenses MSS. cap. 46. Rustici, qui tenent mansum . . . sunt credendi usque ad 7. solidos Plata. Capite 72. Leges judicant, homicidium esse compositum in 300. solidis aureis, quæ valent 2400. sol. Plata fina. [Charta an. 941. in Append. ad Marcam Hispan. col. 853. Suprataxatas quoque res sub omni integritate . . . vindo & de meo jure in jus & potestatem vestram fideliter trado propter pretium librarum quinque optimæ Plata. Charta ann. 1068. inter Probat. Hist. Occitan. tom. 2. col. 264. Vendimus propter pretium quingentorum mancuforum Barchinonensis moneta inter aurum & Platan. Ubi per Platan non obscure argentum significatur, ut & in Charta an. 1114. ibidem col. 389. Totum ab integro impignoramus ad S. Mariam propter 68. libras de Plata fina, . . . 25. uncias de auro optimo & fino; . . . si reddiderimus istud aurum & istam Platan, &c.] Charta Petri Regis Aragon. in Curia Gener. Catalaniæ an. 1351. Solidus aureus valet 16. sol. Barcinonensis moneta: Argenteus vero solidus, vel Plata, quod idem est, valet duos solidos monete prædictæ. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 301. Centum marcas de Plata, & eo amplius, & marcas auri ad tabulam faciendam dedicavit.

Pro argento in monetam cuso usurpare videtur le Roman de Blanchandin MS.

*Ains vos donrai or du mien,
Vint muis entre vin & forment,
Et soixantes Plates d'argent.*

Nisi idem sit quod Placa 2. Vide in hac voce.

Sed maxime ita nostri appellabant armaturas ex laminis ferreis confectas, cujusmodi habuisse Sarmatas scribit Tacitus. Squamosas vestes ferri vocat Albertus Aquensis lib. 3. cap. 63. Virgilius:

Nec duplici squama lorica fidelis & auro.

Idem lib. 11.

. . . Quem pellis abenis

In plumam squamis auro conferta tegebat.

[Charta Hermanni Ordin. Milit. Prussiæ Magistri: Is vero qui idem allodium vel decem mansos emerit, debet ratione ejusdem allodii cum armatura, quæ Plata vulgariter dicitur, & aliis levibus armis, & uno equo, ad arma talia competente domui nostræ ad tale obsequium esse adstrictus, &c. Quo loco Christoph. Hartknochus editor dissert. 18. n. 10. observat Platan esse lorica qua pectus tegitur; indeque eos qui loricas conficiunt Platner appellari.] Præsertim vero chirothecas ferreas ex ejusmodi laminis confectas ita appellarunt. [Charta an. 1347. to. 1. Hist. Dalph. pag. 67. Et invenerunt ibidem do-

Tom. V.

mini Commissarii antedicti oculata fide duo paria Platarum, quatuor arnesia ferri, &c. Computus ann. 1336. ibidem tom. 2. pag. 276. Item, Barthol. Lapo mercatori pro uno paro de Platis cum cossertiis & gamberiis, unc. 11. taren. XII. Alius ejusdem an. ibidem pag. 326. Videlicet 11. paria de Platis coopertis de fustonyo, &c.] Eadem notione Plates usurpassè videntur Poëtæ nostrates. Guill. Guiart an. 1296.

*Les mains couvertes de balaines,
Et de gans de Plates clouées
En plusieurs parties trouvées.*

Idem an. 1304.

*Gans de Plates & de balaine,
Lances roides, juisarmes saines.*

Alibi:

*Qui les mains garnies de Plates,
Les épaules d'armes fretées,
Et les targes sur eus getées.*

Chron. Bertrandi Guesclini:

*Ils ont dedans leurs chefs leurs bacinetz fermez
Les escus à leur cols dont il iot assez,
Bonnes Plates d'acier, & de glaives assez.*

Inventarium armorum Ludovici Regis Franc. an. 1316. Item unes Plates neuves couverte de samit vermeil. Item deux paires de Plates autres couvertes de samit vermeil. Infra: Un estuiav de Plates garni de samit.

Hinc Chirotheca de plate, in Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 384. 11. palettes, 23. paria cirotecarum de Plate, 13. loricas. Alia Henrici V. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1440. Terram habuit, tenuit & possedit per homagium nobis & heredibus nostris prædictis, faciendo ac reddendo nobis & eisdem heredibus nostris unam cirotecam de Plate pro dextra manu.

PLATA ALBERJONATA, Chirotheca maculis contexta ad modum loricarum, quæ Alberjones dicuntur, hamis confertarum. Libertates Briancon. an. 1343. Omnes de dicto numero cum porpointis, gorgeriis, chirothecis ferreis seu Platis Alberjonatis mallia competentibus, &c.

PLATUM. Gloss. Saxon. Ælfrici: Platum, yeolce huyzele. i. fericum putamen. Somnerus Placium restituit.

2. **PLATA, PLATTA**, Navis planæ species; unde vocis origo. Breviar. Hist. Pisaniæ apud Murator. tom. 6. col. 171. Ad quod castrum vincendum Pisani fuerunt cum 50. navibus, Plattis & schafis, & cum 12. manganis ordinatis in Plattis. Ogerii Panis Annal. Genuens. ad an. 1218. ibidem col. 413. Erat enim galea illa de Arelate, quæ super gradum Pisaniæ Platas duas oneratas rerum cujusdam navis de Tunesi redeuntis ceperat. Idem Annal. auctore Jac. Auria ibidem col. 580. Euntes apud Arnum invenerunt ibi barcham unam, in qua erant grani minæ CCC. & unam Platan oneratam de pipere & cottono.

3. **PLATA**, pro Platea, Grande place, in Statutis Montis Regal. fol. 204. Quod omnes porticus Plata civitatis Montis Regalis remaneant & stent aperti, ita quod quilibet possit ire.

PLATAGIUM, Idem quod infra Plateaticum. Charta Helie Archiep. Burdigal. an. 1195. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. col. 286. Insuper fuit conditum ut redditus plateæ, quæ est ante Ecclesiam, procuratores utriusque partis fideliter colligent, & medietatem habeat dicta Ecclesia, alia vero medietas conferetur Ecclesiæ de Solaco ad opus candela; . . . si vero medietas Platagii ad hoc sufficere non poterit, dominus de Lesparra aliunde supplebit. Litteræ Philippi Vallesii an. 1351. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 576. Leurs gens puissent bonnement leurs biens

M m ij

& marchandises charger & descharger de nuit & de jour sans payer aucune coage, ne Platage, ne autre chose quelle qu'elle soit.

¶ PLATANUM, Locus arboribus confitus. Ital. *Plataneto*. Agnellus in Martino Episc. apud Murator. tom. 2. pag. 182. *Vascula argentea tota expleta mensa in modum Platani . . . disposuit.*

PLATEA. Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 31. de Baptismi Chlodovei solennibus: *Velis depictis adumbrantur Platea Ecclesie, curtinis albenibus adornantur, baptisterium componitur, &c. Ubi Plateas Ecclesie porticus interiores interpretor.*

PLATEA, [Locus vacuus, ager incultus, à Gall. *Place*. Decretum Philippi III. Reg. Franc. an. 1282. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. col. 147. *Quod muri, turres murorum, tornella, fossata & pertinentia eorum, . . . Platea vacua qua vocantur froci, pertinent ad Ecclesiam supradictam.* Tabular. B. Magdal. Castrodun. fol. 55. *Ego vendidi Sancio majori quatuor Platas, quaque de una tesa, tali pacto quod quaque Platea redderet quatuor denarios censuales.*] Tabular. Brivatense fol. 193. *Per traditionem clavis cortilis seu Platea de Chalas.* Fol. 196. *De cognitione & jurisdictione delz mezes, seu Platearum vacuarum, fossatorum, &c. Vide Peda 2.*

¶ PLATEA, Ager cum mansione, seu domo. Charta an. 1212. ex Chartul. S. Aviti Aurel. *Venit ad nos Goherius de Brissiaci humiliter rogans ut Plateam unam in clastro S. Aviti sitam juxta puteum, quam Johanni Vallot servienti suo dederat ad hospitandum, liberam & immunem à relevationibus & venditionibus, ab omni exactione & gravamine sigilli nostri auctoritate confirmarem: voluit etiam supradictus Goherius & Johannes Vallot in Platea sive in domo ibi sita, &c. Et quia Platea sive domus clustralis existit, &c.*

¶ PLATEA TERRÆ, Modus agri qui colitur, quomodo supra *Pecia*. Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 20. *Concessi . . . unam Plateam terra sicut se præportat de longo in latum, cum giardino eidem mensura pertinente.* *Plage*, in Charta an. 1290. ex eod. Chartular. pag. 1009. *Ai vendu & otroié . . . por sessante sis sols d'annuel rente Tornois assis sur la Plage as dis Religieux . . . laquelle Plage est assise en ladite paroisse de Caudebec.*

¶ PLATEA, Via publica. Dietmarus in Chronico Mersburg. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 55. *Non longe à predicto amne in Pago Chutizi dicto Arnus, Episcopus S. Wirceburgensis Ecclesie natus, cum ab expeditione Boiemorum reversus, juxta Plateam in parte Septentrionali, fixo super unum collem tentorio, Missam caneret, &c.*

¶ PLATEA, Locus ubi quis stat, Gall. *Place*. Litteræ Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1215. apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 95. *Duo vel tres ex burgensibus Paris. prima die Maii convenient Præpositum S. Dionysii in loco in quo indictum solet convenire, & ipsi denunciabunt quod ipsi volunt capere Plateas suas & signare logias suas ad opus indicti.* Statuta Massil. lib. 4. cap. 25. *Constituimus ut cuilibet peregrino detur Platea duorum palmorum, & dimidii canna in latitudine, & in longitudine septem palmorum, . . . pro equo detur Platea in latitudine trium palmorum, que Platea ex quo domini navium inde pretium habuerint, nullatenus minuantur.* Occurrit ibi pluries.

¶ PLATEA, Tributum. Vide *Plateaticum*.

¶ PLATEA FORTIS, Arx, castrum, locus munitus, Gall. *Place forte*. Charta an. 1471. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 1320. *Villamque seu villagium cum castro sive Platea forti, &c.*

¶ PLATHEA, pro *Platea*, in Charta an. 1386. ex

Schedis D. Lancelot: *Adfuerunt hac in Plathea dicti loci presentibus testibus, &c.*

¶ PLATEARIUM. Vide mox *Plateaticum*.

PLATEATICUM, Tributum, quod in *plateis*, seu pro transitu *platearum*, id est viarum publicarum, præstatur: vox deinde pro quibusvis tributis usurpata. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 59. (al. 56.) *Ut in tota civitate Neapolis nullum Plateaticum, sive portaticum nostri Monachi aliquando darent.* Lib. 3. cap. 60. (al. 61.) *Et ut nullum Plateaticum vel portaticum Monachi nostri aliquando darent in omni jure & ditione potestatis sue.* Charta Caroli II. Regis Siciliae an. 1303. *De . . . jure Plateatici, seu passagii.*

PLATEA, & JUS PLATEÆ dicitur etiam in veteribus Tabulis. Charta Friderici I. Imp. an. 1185. tom. 2. Ughelli pag. 762. *Ut tales justitia, quæ vel de placito, vel de bando, vel de mercato, sive de Platea, vel pontibus . . . proveniunt, &c.* Adde p. 764. Charta an. 1134. apud Rocchum Pirrum in Episcop. Catan. *Concessi etiam præfata Ecclesie totam terram meam, emptiones, libere absque omni jure Platea, libere pascna, glandes, &c.* Charta an. 1215. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacrae pag. 1329. *Quod bona & spontanea voluntate nostra jus nostrum Platea die Sabbati, quod habemus in mercato civitatis Pennensis, ad nos specialiter spectans . . . in perpetuum remittimus, &c.*

PLATEATICUM, Quodvis tributum. Epistola Innocentii III. PP. an. 1211. apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 783. *De rebus tamen ipsius Episcopi, ut dictum est, venditis, ant quoquam transmissis, Plateaticum remittimus.* Charta Rogerii Regis Siciliae an. 1137. tom. 7. ejusdem Ughelli pag. 564. *Plateaticum etiam, sandalium, & lenticum, quæ veniunt de Calabria, Sicilia, & Lucania, similiter eis condonamus. Plateaticum quoque piscium, quos Salernitani capiunt, eis iterum dimittimus.* Charta Rogerii & Boëmundi Ducum Apuliae apud Baronium an. 1090. num. 18. *Utrumque autem Plateaticum emptionis & venditionis omnium rerum, quas pars Monasterii cum quibuscumque contraxerit, eis ubique pariter condonamus.* Charta Friderici II. Imperat. an. 1209. apud Rocchum Pirrum tom. 2. pag. 637. *Concedentes . . . ut de fructibus ipsarum domorum libere de catero sine datione aliqua, sine Plateatico, passagio, & portulatico mittere, introducere, & exhibere liceat, tam per mare, quam per terram, tam per portas, quam per portus, & passagia, &c.* Alia ejusdem Imperat. ann. 1226. *Super redditibus, vulgariter Plateaticis appellatis.* Occurrit vox *plateaticum* passim in vet. Tabulis apud eundem Ughell. tom. 1. pag. 298. tom. 7. pag. 1133. 1362. tom. 8. p. 79. 201. 321. 658. tom. 9. pag. 99. 273. Rocchum Pirrum tom. 2. pag. 632. Guichenonum in Prob. Histor. Sabaud. pag. 74. 93. in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 59. §. 2. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 175. &c.

PLATEARIUM, *Plateatici* exactores. Charta Rogerii Ducis Siciliae an. 1088. *Præcipimus itaque & omnino confirmamus, Stratigotis, Præpositis, Vicecomitibus, Gromarthis, (Turmarchis) Plateariis, & omnibus aliis, qui sub nostra potestate sunt, ut nullus ausus sit eos angariare, sive Platearios laicales redditus ab eis exigere, &c.* Constit. Siculae lib. 1. tit. 76. *Rapinas, quas gabelloti, forestarii, Platearii, portionarii, seu passagerii . . . exercent.* Adde Ughellum tom. 1. pag. 995. & tom. 9. pag. 651.

PLATELLUS, Disci species, ex Gallico *Plateau*, *escuelle*. Will. Thorn. an. 1302. *De discis & Plattellis.* [Inventarium ann. 1377. ex Archivis S. Vi-

Etoris Massil. Item duos Platellos cum armis domini Francja de latono fino bonos & sufficientes. Aliud ann. 1419. in Tabular. Eccles. Noviom. Item quidam Platellus stanneus ad lavandas manus. Tabul. B. M. de Argentolio: Dederunt sex libras Paris. qua dicta sex libra posita fuerunt in Platello argenti. Occurrit præterea in Legibus Palatinis Jacobi II. Reg. Majoric. tom. 3. SS. Junii pag. LIX. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 481. apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 670. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 312. & alibi.] Glossar. Gr. Lat. Reg. Cod. 85. τρίπλες, cortina, unde dabantur oracula, & Platellum.

PLATEN. Lewoldus Northowius in Chronico Markano ann. 1222. Idem Dux tantam multitudinem militum ibi habuit, quot tot erant milites, quot tabula, sive Platen, quibus arx munitur. Goldastus platonias, de quibus infra, ait esse, quod Germani vocant platten, lapides cæfos in formam orbicularem aut quadratam.

PLATEOLA. Vetus Liber Artis Notariæ in Bibl. Regia Cod. 874. laudatus à Baluzio ad Capitular. Regum Franc. tom. 2. pag. 1162. de studio Notarum: Sunt igitur aliqui, qui dimittunt (hoc studium) ad tertiam partem, aliqui tamen ad medietatem, & sunt plures, qui non dimittunt nisi ubi in fine dicitur Plateola. Unde colligitur, hanc vocem, quæ habetur in Notis Tyronis p. 194. ultimam fuisse in Codice hujus Notarii.

PLATESIA, Piscis species, Pleis, forte, quomodo dicuntur in ostio Somonæ. Glossar. Anglo-Sax. Ælfrici, cap. de Piscibus, Platefia. ƿayƿ. Charta Caroli Calvi an. 23. Ind. 10. in Tabul. S. Dionysii num. 31. & apud Doubletum pag. 795. Et in Pago Pontiu solitum censum de Platefus, hanonibus, ac anguillis Sommensibus, ac de Flandris. [Plateffas dixit Aufonius Epist. 4. v. 57.

..... Referuntur ab unda

Corroco, letalis trygon, mollesque Plateffe.

Quod sit piscis planus, platefia vel plateffa dictus videtur. Vide Play & Plada.]

¶ PLATEUS, à Gall. Plat, Pelvis. Testam. Beatricis de Alboreya Vicecomit. Narbon. ann. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1523. Item (legamus) duos bassinos sive Plateos argenti pro ablundo manus presbyterorum in dicta capella celebrantium, signatos armis & signis nostris.

¶ PLATHEA. Vide Platea.

¶ PLATHOMA, pro Platoniam. Agnellus in S. Felice, apud Murator. tom. 2. pag. 162. Et extensum desuper lapidem unum, & aliam Plathomam desuper colla emissa fregit corpus ejus, & reliquerunt eum mortuum. Vide Platonæ.

¶ PLATICE. Vide Platiceus.

¶ PLATICISPATE. Charta Philippi V. Reg. Fr. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 248. Cum plenitudine juris alta justitia, merique & mixti imperii, videlicet Platiscipate, clamoris de Haro, &c. Ubi legendum Platiscipata, divisis vocibus.

¶ PLATICUS, à Græc. πλατικός, Latus, remotus. Firmicus lib. 3. cap. 2. Platica dispositio. Platice, ruditer, apud eundem Firmicum lib. 2. cap. 16. Debet is, qui instituitur, primum Platice institui: ut his apertioribus levioribusque compositus atque formatus, secretiora deinceps genitura confidentius consequatur.

¶ PLATINA, Disci plani species, artopta, Gallice Tourtière. Petrus Delphinus in Epistola 91. apud Marten. tom. 3. Ampliff. Collect. col. 1041. Ad tortas conficiendas non indigemus coquo, cum sit apud nos Platina studiosus. Vide Platonæ.

¶ PLATOCERUS, à Græc. πλατοκέρας, Latis cornibus. Vita S. Romani Abb. Jurenensis tom. 3. Febr. pag. 741. Inter juga quoque præcelsa cervorum Platocorum prærupta convallia ... transcendere.

¶ PLATOMA. Vide mox Platonæ.

PLATONÆ, PLATONIA, PLATUNIA, dicta marmora, in tabulas dissecta, ex Gr. πλατόνιον, ut videtur. Cum enim marmor majoris sit pretii quam lapides cæteri, non quadratum, sed in tabulas dissectum, vulgo in opus mitti solet. Vetus Agrimenfor: Terminii sunt majores, qui juxta flumina positi sunt, mensales vocantur, ... & in modum Platonie eos posuimus. Ubi male editum platumæ. Senator lib. 3. Epist. 9. Ut nec aliquid publico nunc ornatui probatur accommodum supra memoratas Platonias, vel columnas ad civitatem Ravennatem, contrahat modis omnibus devehendas, &c. Supra lapides dixit: In municipio itaque vestro sine usu jacere comperimus columnas & lapides verustatis invidia demolitas. Lapidem vero pro marmore non semel usurpant Agrimenfores & alii. Anastasius in S. Liberio PP. Hinc Liberius ornavit de Platonieis marmoreis petris sepulchrum S. Agnetis Martyris. [Platinis, ex edit. Murator. tom. 3. pag. 113.] In S. Damaso: Et edificavit Platoniam, ubi corpora Apostolorum jacuerunt, id est B. Petri & Pauli, quam & versibus ornavit. Ado Viennensis in Chronico de eodem Damaso: Fecit basilicam juxta atrium S. Laurentii, & aliam in catacumbis, ubi jacuerunt corpora SS. Petri & Pauli, in quo loco Platoniam ipsam, ubi jacuerunt sancta corpora, versibus adornavit. Idem Anastasius in Sixto III. Fecit ... cancellos argenteos & supra Platonias porphyreticas pensantes, &c. Infra: Hic fecit Platoniam in cæmeterio Calixti, via Appia, ubi nomina Episcoporum & Martyrum scripsit, cum memoriis. In Leone Papa III. Platonias posuit, diversisque picturis miræ magnitudinis opus decoravit. Hieronymus Rubeus in Histor. Ravennat. ex Vita S. Maximiani Episcopi Ravennat. lib. 5. pag. 238. Fabris mandavit, ut tabulam è marmore, quam appellabant Græca voce Platoniam, tollerent. Simeon Dunelmensis & Rogerus Hovedenus an. 794. Est quoque in Ecclesia S. Petri Apostolorum Principis sepultus, & super sepulchrum ejus Platonæ, id est marmor, parieti infixæ, gesta bonorum ejus aureis literis & versibus scripta, &c. Dunelmensis habet platonæ, pro platoniam, ut & Ordericus Vitalis lib. 1. pag. 357. ubi de Damaso PP. & apud Epiphanium Scholasticum: Sicut lex ipsa in marmorea Platoniam noscitur esse conscripta. Ubi Socrates lib. 1. cap. 16. ἐν λατίνη ἑλήη habet. Perperam etiam apud Adonem in Martyrologio, in eodem Damaso editur Placoma, unde quidam legendum putarunt Placoton, ut Baronius an. 384. num. 17. & ex eo Cæsar Bulengerus, qui Platonias fuisse censet, loca marmorum crustis inducta, aut pavimenta tessellatis emblematis & insertis variata, quæ Græci πλακωτὰ vocant. Sed Platoniam, aliud est à πλακωτὸν, etsi πλακωτόν, ex marmoribus confectum sit: Platoniam enim quævis est marmorea tabula. Vide Platen, & Octav. Ferrarium in Orig. Ital. v. Piastra.

¶ Plataine eadem notione usurpat le Roman de la guerre de Troyes MS. ubi de Sepulcro Patrocli:

Un sarcheu fist fere Achilles,
Biels est & grans & loing ades,
De vert marbre fu tot ovrez,
Dentre fu li cors enseelez.
La tombe fu & belle & saine,
Et si soldée la Plataine
Que nus n'i coneust jointure,

Mout fu riche la sepulture.

Rurfus ibidem :

*Ciment fet o sanc de dragon
Ont pris li maistre & destrempré,
Si en ont le sarqueu scelé.
Une molt chiere Plataine
De pierre qe hom clame getaine,
Plus precieusse est & plus riche
De calcedoine moniche.*

1. PLATTA, Tonfura Clericalis, quæ fit ab aure usque ad aurem, apud Honorium Augustod. in Gemma animæ lib. 1. cap. 196. [Laur. Byzinius de Orig. belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 192. Item omnis presbyter cum Platta & in ornatu vel superpellicio divina peragens, aut Missam ritu consueto celebrans, est sicut illa meretrix ... Sed Missa est ad instar Christi & Apostolorum cum barbibus & sine Platta in communi veste & sine altari, in quocunque loco contigerit, celebranda.]

2. PLATTA, Purpura, vel pannus purpurei coloris, pro Blatta. Vide in hac voce. Hariulfus in Vita S. Angilberti fac. 4. Bened. part. 1. pag. 116. Insuper donavimus ibi ... casulas de pallio xxx. de purpura x. de storace vi. de pisce i. de Platta xv. de cendato v. Anastasius in Gregorio IV. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 223. Pari modo & in titulo Æmilianæ obtulit vestem de fundato habentem aquilas, & periclysin de Platta Byzantæa. Habetur infra Blatta.

PLATUM, à Gall. Plat, Lanx. Testam. Petri de Casa Episc. Vasion. ann. 1348. inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. pag. 153. Item legamus sive reliquimus prædictæ ecclesiæ parochiali B. M. de Vasionè duo Plata argentea majora de nostris. Vide supra post Plata 1.

PLATUMÆ, PLATUNIÆ. Vide Platona.

PLATURA, [Idem quod Plata 1. Vide in hac voce.] Lambertus Ardensis pag. 161. Idem de logio in oratorium sive capellam, Salomoniano tabernaculo in Platura & pictura assimilatum, &c.

PLATUS, Lanx, Plat. Charta an. 1433. in Tabular. Eccles. major. Massil. Nec non Platos argenti deauratos quos habemus ad lavandum manus. Vide supra Platum.

PLATUS, adject. Planus, Gall. Plat. Gloss. MSS. S. Andreæ Avenion. Platos, est latum, sive planum, idem platea. Mandatum Eduardi III. Regis Angliæ an. 1334. Et cristam Platum ejusdem camera de mæremio & plumbo cooperiri. Inventar. ann. 1419. in Tabul. Eccl. Noviom. Item quadam fiala Plata de vitro, in qua est de oleo sancto. Adde Vitam S. Raynerii tom. 3. Junii pag. 449. Vide Plaudus.

PLATUS MANTUANUS. Historia Obsidionis Jandrensis lib. 1. cap. 37. Cum novem galeis mirabiliter preparatis, quarum sex erant tabulis tectæ, ac cum quadam turre lignea operata fabricatione in quodam carabolato fere cubitorum octo, quam Italici Burgum, seu Platum vocant Mantuanum, præfixa versus catenam ad infringendam ipsam se direxit, &c.

PLATYCORIA, Gr. πλατυκορία, Morbi genus, pupillæ dilatatio. Vita S. Sophronii tom. 2. Mart. pag. 67. Alii vitium hoc reffusionem, alii Platycoriam seu pupillæ dilatationem nominabant. A Græc. πλατό, latum, & νόσος, pupilla.

PLAUDARE, Quasi applausum dare. Hrabanus Maurus Poëmat. 29. de diabolo, Christum in deserto tentante :

*Tantum perverse locutus,
Quantum fuerat perversus:
Sape, vel seque, Seps ipse se Plaudaverat
Possè quod nunquam poterat, &c.*

Id est, sibi applauserat sese jactaverat. Landulfus de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 5. Pars itaque cleri & populi ad nutum Arialdi Abbatis monasterii S. Dionysii clamavit & laudavit Grafulanum sibi in Archiepiscopum: ipse vero statim ut vidit se à quadam magna multitudine vulgi & nobilium conclamatum, & ab Abbate illo Plaudatum, Archiepiscopalem sedem ascendit. Et cap. 39. Causa itaque ista sic Plaudata & statuta, &c. Mox: Ex parte totius cleri & populi legationem de Plaudato (plaudando) & coronando Rege Conrado Pontifici Anselmo contulerunt. Hinc forte vocis origo, Plauder, apud nos, quam vulgo usurpamus de iis, quos arguimus, & verbis castigamus, à sensu contrario, & quasi per ironiam.

1. PLAUDUM, Placitum, libitum. Charta Ludovici Reg. an. 1151. apud Marten. tom. 1. Amplif. Collect. col. 816. Piscaturas & juridicaria, & mercatum, cum res illud postulave. it, & quæcumque illorum Plaudo & usibus visa fuerint, eis libere permitimus & donamus.

2. PLAUDUM, Alia notione. Tabularium Castrî Lidi in Andibus fol. 40. v°. Omnes isti Milites prædicti debent quadrigatum ad pontem, & biennium, & corveiam, & exercitum, & equitationem & Plaudum, & virgam. Adde fol. 47. v°.

PLAUDUS, Canis, cujus aures languidæ sunt ac flaccidæ & latius videntur patere. Festus. Ubi à Gr. πλαύδης, Plantus vel Platus legendum censent viri docti. Nostri ea notione Clabaud dicunt.

PLAVIS, Planities. Charta Henrici V. Imperat. pro Venetis: Ut terminatio, quæ à tempore Luithprandi Regis facta est inter Paulucionem Ducem & Marcelum Magistrum militum, deinceps manere debeat, id est de Plave majore ad Plavem siccam.

PLAUSTELLUM, dimin. à Plaustrum, Minor currus. Miracula B. Apri apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1037. Juvenculus quidam ... pene toto effeto debilitatoque corpore, solo vociferationis clamore perstrepens, Plaustello advectus est. Plostellum usurpat Horatius lib. 2. Sat. 3. 247. Vide Plaustrellum.

PLAUSTRARIUS, Artifex plaustrorum; item qui plaustrum regit. Lampridius in Alex. Severo: Braccariorum, linteonum, vitreariorum, pellionum, Plaustrariorum ... pulcherrimum vectigal instituit. Testam. Johan. de Nevill an. 1386. apud Madox Formul. Angl. pag. 428. Item volo quod cc. marca de illis d. marcis superius legatis ad distribuendum inter non nominatos in hoc testamento, distribuantur inter carucarios, Plaustrarios & custodes animalium meorum. Plostrarius, apud Ulpianum leg. 27. §. 33. Dig. ad Leg. Aquil.

PLAUSTRATA. Vide Plaustrum

PLAUSTRELLUM, Idem quod Plaustellum supra. Radulfus de Gestis Friderici I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 1184. Egressi sunt ... valde baldaciter cum carroceno & aliis Plaustrellis centum ... In prima acie posuerunt Plaustrella, in secunda carrocenum cum peditibus & sagittariis.

PLAUSTRIRE, Resonare per modum plaustri, vel resonare plaustro, secundum Ugutionem, Joanni de Janua. Papias: Plaustrit, quod plaustro sonat. Hinc Plaustrum, κρόταλον, in Gloss. Lat. Græc. Sangerm. κρόταλον quippe nonnullis plaustrum resonans, non crepitaculum, significat.

PLAUSTRUM, Currus quatuor rotis constans. Theloneum S. Bertini: Carteia fossoriorum sine ferro, 2. den. si super Plaustrum, 8. den. &c. Pratum 12. plaustrorum, in Charta Canuti Regis Daniæ an. 1184. apud Stephanium in Prolegomenis ad Hist. Saxonis Grammatici pag. 17. [Charta Alberti Ducis

Austriae an. 1330. apud Steyerer. in Commentar. pro Histor. Alberti II. col. 29. Item dedimus eidem fundationi de salina nostra in Halstat unam libram Plaustrorum salis, id est ducenta quadraginta Plaustra à rectoribus officiorum prefate saline in festo S. Matthei Apostoli & Evangeliste annis singulis sine impedimento quolibet persolvenda.] Vide Carra.

PLAUSTRATA, Onus plaustrum, Gallis Charetée. Charta ann. 1155. apud Haræum in Castellanis Insulens. lib. 2. Et duo Plaustrata nemoris, qua pater eorum Ecclesie concesserat. Charta Jacobi Avesnari & Guyfiæ Domini ann. 1177. in Tabulario Foisiaciensi: Concessi . . . prata usque ad 20. Plaustratus feni.

PLAUSUS, pro Strepitu, non semel usurpat Columbanus in Regula Cœnobiali, seu Pœnitentiæ cap. 1. Qui locutus fuerit in Plausu, id est altiore sono solito sonaverit, &c. Adde cap. 14.

PLAUTUS, Latus, planus, à Græc. πλατύς. Tertullianus de Pallio cap. 3. Nam & de mari vellera, quo muscosa lanositatis Plautiores concha comant. Festus: Plati appellantur qui sunt planis pedibus . . . Soleas quoque dimidiatas, quibus utebantur in venando, quo planius pedem ponerent, semplotia appellabant. Papias: Plantus, languidus pedibus, auribus. Leg. planis pedibus, languidis auribus. Gloss. Lat. Græc. Plantus, βραβύλας. Vide Plaudus.

PLAXITIUM, Sepes ex virgulis implexis confecta, vel locus ejusmodi sepe clausus. Tabularium Vindocinense Thuanii Ch. 52. Saisivit Plaxitium, quod olim nobis vendiderat. Charta 88. Ex quibus scilicet arpennis unus est Plaxitium, in quo domus habetur una, alter vero est ab exitu, ubi grangica consistit. Idem Tabularium Ch. 231. Apud curcellas una (masura) habetur cum Plaxitio & cumbris, qua sunt in flumine Ledii. Tabularium Majus S. Sergii Andegav. Ch. 15. Dedit Ecclesiam cum toto Plaxitio in circuitu Ecclesie suo. Vide Pleisseium, & Plectare.

PLAYS, Piscis latus, vulgo Pleys. Alanus in Planctu naturæ: Illic Plays sui corporis dulcoratis saporibus in Quadragesimali austeritate carnis redimebat absentiam. [Vide Plada & Platefia.]

1. PLAZA, Platea, Ital. Piazza, Gall. Place. Memoriale Potestat. Regiens. ad annum 1232: apud Murator. tom. 8. col. 1107. Et in suo regimine in anno novo in Plaza Communis fuit magnum prœlium inter partem Rugheriorum & partem Malaguiciorum.

PLAZOLA, diminut. à Plaza, Ital. Piazzetta, Piazzuola. Statuta Mutin. Rubr. 20. fol. 3. vº. Civitas Mutina intra foveas tota & Plazola ejusdem debeant tavellari hinc ad quatuor annos per homines habentes caput ad stratam, seu vias, seu Plazolas. Pluries ibi.

2. PLAZA, PLAZZA, Tributum, vectigal. Charta Rogerii Reg. Siciliae an. 1137. tom. 5. Sanctorum Junii pag. 129. Nemo sit qui aliquid eis de rebus ipsis (pannis emptis) Plazam vel aliquam justitiam pro parte curie exigat aut tollat. Charta Unfredi Comit. ann. 1085. apud Mabillon. tom. 5. Annal. pag. 666. Teneatis . . . cunctas possessiones, territoria, villas, . . . ut nec ego vel mei heredes, aut ordinati audeamus ab eis quarere datum aut servitium, vel angariam seu Plazam erga eos exigere.

PLAZIA, Ora, æstuarium, idem quod Plagia. Barthol. Scribæ Annal. Genuens. ad ann. 1242: apud Murator. tom. 6. col. 500. Fecit universos milites & Lombardos, qui erant in Savona, ire ad Plaziam Arbizola, & exivit cum galeis usque ad Plaziam, semper stringens se ad terram. Oberti Stanconi idem Annal. ad an. 1271. ibid. col. 553. Ac per mare

nostrum transiens, nolens Januensem civitatem intrare, in S. Petri de Arena Plazia declinavit. Vide Placia.

PLAZOLA. Vide Plaza 1.

PLAZUM, Placitum, pactum. Charta Lusitanica ære 1067. in Histor. Episcoporum. Portensium 1. parte pag. 184. Ego Garsia Moniz facio vobis Alfonso & Joanne Presbyteros & à fratres, qui sunt in illo acistario Plazum & omnis propinquis vestris in genu, qua bonos fuerit, & in vita sancta perseveraverit, &c. Alia ibid. 2. parte pag. 33. Hunc Plazum vel testamentum . . . manibus nostris roboravimus. Adde pag. 51. Versio Lusitanica habet Prazo. Vide supra Placitum.

PLAZZA. Vide Plaza.

PLEBALIS, PLEBANATUS, &c. Vide in Plebes.

PLEBANIA, est aliud genus beneficii, & majus quam Rectoria, habet sub se capellas, & dignitatem esse putant Interpretes. Ita Kennettus in Gloss. ad calcem Antiq. Ambrosden. Bulla Eugenii IV. an. 1443: apud Miræum tom. 2. pag. 898. Quodque si presentati & instituti pro tempore Plebanus & Canonici prebendati dictæ ecclesie S. Petri (Lovaniensis) solum & dumtaxat censeantur & existant, quamdiu in prefato studio sine intermissione legerint vel rexerint; ac quod eorum singulis, impedimento non existente legitimo, in ipso studio legere vel regere cessantibus . . . Plebania, Canonicatus & prebenda per cessationem hujusmodi eo ipso vacare censeatur sive censeantur, ac in eorum locis, quoties id evenire contigerit, alii modis & formis similibus illico substituantur & succedant. Pluries ibi. Plebania Ultiensis dicitur districtus Archipresbyteri ruralis, in Charta ann. 1065. laudata tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 8. Vide Adalturum, & Plebegium.

PLEBANIA, Altare parœciale. Codex MS. citatus tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 326. Anno Domini 1591. infra dedicationem summi templi, cœperunt domini nostri gratiosi de Capitulo, & presertim Magister fabrica tunc temporis, renovare à summo usque ad imum chorum ferreum, maxime quoad Plebaniam, una cum anterioribus cancellis & sacrario Eucharistie. Plebania, pro parœcia, lib. 3. Decret. tit. 24. cap. 1.

PLEBANUS. Vide Plebes.

PLEBATUS, Districtus, territorium non unius tantum plebani, sed plurium. Regimina Paduæ ad an. 1325. apud Murator. tom. 8. col. 466. Et combusta fuerunt infinita villa Paduani districtus per Canem de la Scala, & maxime in Plebatu Sacci, Insula, Consilvarum & Caserada. Annal. Mutin. ad an. 1240. apud eundem Murator. tom. 11. col. 61. Eodem anno Guallandelli reversi sunt in gratiam, & ad mandata Communis Mutinae cum omnibus castris & Plebatu pelagi. Vide in Plebes.

PLEBEGES, Laici. Electio Wigonis Episc. Gerund. ann. 908. apud Marten. tom. 1. Anecdor. col. 61. Conventus Clericorum atque Plebegium factus est citra portam Gerundæ civitatis in ecclesiam sanctissimi Felicis Christi martyris, . . . & maxima conglobatio religiosi cleri Gerundensis, atque nobilium & fidelium laicorum. Vide Plebeius.

PLEBEGIUM, Districtus Archipresbyteri ruralis. Litteræ Bernardi Parmensis Episc. apud Stephanot. tom. 5. Fragm. Hist. MSS. Interdiximus vero ex parte Dei omnipotentis pro reverentia Caseoni, ut nullus Archipresbyterorum; in quorum Plebegio predicta sunt sita ecclesia, audeat in eisdem Missas majores celebrare. Vide Plebania.

PLEBEIATI, Plebeii, in Hist. Obsid. Jadrensis aña 1345. lib. 2. cap. 15. 17. 22. 23. &c.

PLEBEIUM, PLEBIUM; pro Facultas, posse

Gall. *Pouvoir*. Capitulare de Villis cap. 24. *Quicquid ad discum nostrum dare debent, unusquisque iudex in suo habeat Plebeio, qualiter bona & optima, atque bene studiose & nitide omnia sint, &c.* Alibi: *Et ferramenta, quæ in hostem ducunt, in eorum habeant Plebio, qualiter bona sint, & iterum quando revertuntur, in camera mittantur.* Vide *Plebium* 1.

¶ 2. **PLEBEIUM**, Parœciæ districtus. Vita beatæ Finæ Virg. to. 2. Martii pag. 241. *Et dicit quod de his omnibus factis est publica fama in Plebeio prædicto.*

PLEBEIUS, Laicus, nullum in Clero ordinem adeptus. Glossæ MSS. ad Concilium Laodicenum cap. 58. *Plebeius, homo sine dignitate.* Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani: *Plebeis, Catechumenis martyrium consecutis.* Infra, de eodem Cypriano: *Multa sunt, quæ adhuc Plebeius, multa quæ jam Presbyter fecit.* Capitul. Aquisgran. an. 817. cap. 42. *Ut nullus Plebeius, seu clericus secularis in Monasterio ad habitandum recipiatur, nisi voluerit fieri Monachus.* Vide *Plebeges*.

¶ **PLEBEIUS TABERNARIUS**, Caupo, qui vinum minutatim vendit. Statutum Concil. Bituric. ann. 1280. apud Marten. tom. 4. col. 191. *Ordinatum fuit . . . quod Clerici exercentes vilia officia moneantur in casibus infra scriptis. In primis fabri ferrarii . . . Item, tabernarii Plebeii.* Vide in *Plebes*.

¶ **PLEBERE**. Vide *Plebescere*.

¶ **PLEBERIUM**, Parœcialis ecclesia. Vita B. Jacobi de Certaldo to. 2. April. pag. 154. *Pleberis S. Petri in mercato, S. Lazari & S. Mariae.* Mirac. SS. Justi & Clementis tom. 1. Junii pag. 445. *Quod (templum) ab ipso prodigio Pleberium S. Justi in Salice, ad hanc usque diem appellatur.*

PLEBES, vel **PLEBS**, Fideles, qui Episcopo vel Sacerdoti proprio subsunt. Ugutio: *Plebes collectio hominum. Item Ecclesia baptismalis. Et proprie plebs, hominum: plebes, Ecclesiarum.* Ebrardus in Græcismo:

Plebs hominum dicas; sed Plebes Ecclesiarum.

Salvianus lib. 6. de Gubernat. Dei: *Quæ spes Christianorum Plebibus ante Deum? Lex Bajwar. tit. 1. cap. 13. §. 1. Ut nulli Presbytero vel Diacono liceat habere secum in domum extraneam feminam, ne . . . Plebs per ejus offensionem corruat.* Capit. Caroli C. tit. 5. cap. 4. *Et illuc Presbyteri Plebes suas adducant, &c.* [S. Cyprianus in Epist. ad Clerum Hispan. inter Conc. Hisp. tom. 1. pag. 203. *Felici presbytero & Plebibus consistentibus ad Legionem & Asturicam, &c.* Contestatio Missæ 2. in Rogat. apud Mabillonium Liturg. Gall. pag. 265. *In hoc jejunio triduaana humiliatione instituto, invictum hoc signum cum Plebium cuneis præferentes, &c.* S. Paulinus Poem. 6. de S. Johanne Bapt.

Consona quem celebrat modulato carmine Plebes.]

PLEBES, Diœcesis, parœcia, districtus Episcopi vel Sacerdotis. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio: *An negabis, te exhonorasse Dominum, tollendo Sacerdotes à Plebibus, quos ordinavit ille? Idem lib. 2. Tulisti Episcopos à Plebibus.* Concilia Afric. can. 20. *Statutum est, ut Plebes, quæ in diœcesibus ab Episcopis retinentur, quæ Episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate ejus Episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant Rectores, id est, Episcopos.* Quo loco Codex Canon. African. cap. 53. habet τὰ πλῆθη. Capit. 72. λαοί. Collatio 1. Carthagin. cap. 65. *Nam in Plebe mea, id est, civitate Constantinensi, adversarium habeo Fortunatum.* Concilium Milevit. cap. 21. *Placuit, ut quicumque Episcopi quasunque Ecclesias vel Plebes, quas ad suam cathedram æstimant pertinere, non repetierint ut causas suas, &c.* Conci-

lium Carthag. VI. cap. 2. *Faustinus Episcopus Plebis Potentinae, provinciae Italiae.* [Charta an. 1206. in Tabul. castri Blein. *Dedi B. Mattheo tres peccatas frumenti in perpetuum possidendas in tribu Mœnsvili, quæ est in Plebe Ugon.*] Vide Concilium Carthag. I. cap. 5. 7. 12. Carthag. III. cap. 20. Acta Synodi Carthag. ann. 525. tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 5. 7. 9. 10. Canones S. Patricii cap. 24. 33. Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 236. Concilium Ticinense an. 855. &c.

PLEBES, Ecclesia parochialis; Italis *Pieve*. Ecclesia plebi congrua, in Charta Angilrami Archiep. Vinnensis to. 12. Spicilegii Acheriani. *Ecclesia baptismales, quas Plebes appellant, in Synodo Pontigonensi an. 876. c. 11. Plebes baptismalis, in Charta veteri apud Ughellum tom. 3. pag. 41. Ecclesia Plebialis seu parochialis, in Chronico Reichesperg. an. 1084. 1095. 1131. 1132. Synodus Romana an. 826. cap. 8. Episcopi in subjectis baptismalibus Plebibus, ut certe propriis, diligenter curam habere debent.* Cap. 16. *Nulli Episcoporum liceat res immobiles de subjectis Plebibus, seu aliis locis piis in proprio usu habere, &c.* Concilium Valentinum III. an. 855. cap. 17. *Ut ipsa visitatio Plebium & parochialium Sacerdotum . . . juxta canonicam institutionem fiat, &c.* Joannes Gualbertus Vallis Umbrosæ Abbas in Epist. *Dum autem parochias per Ecclesias baptismales, quas Plebes vocant, Episcopus circuit, &c.* Synodus incerta an. 904. cap. 12. *Ut singula Plebes Archipresbyterum habeant . . . qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant; verum etiam eorum Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspeditione custodiant.* Adde Synodum Pontigonensem cap. 7. Bulla Joannis IV. PP. apud Ughellum in Episcopis Aëfernensibus: *Ædificavit Ecclesiam vocabulo S. Mariam, eamque in Plebem erectam dotavit suis propriis bonis.* Bulla Paschalis II. PP. apud Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 87. *Illis tantum Ecclesiis, quæ Plebes dicuntur, deberi decimas indicat.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 16. *Sed & omnis Episcopus urbis Plebes vendebat, quas sub se quisque regebat.* Idem lib. 2. cap. 1. *Plebes, capellas, precio clericis tribuebant.* Adde Bullam Innocentii PP. an. 1070. apud Franc. Mariam in Mathildi lib. 3. Innocentium III. lib. 13. Epist. 178. &c.

¶ **PLEBES**. Villas seu vicos parœciales plebium nomine appellare familiare est Britonibus. Vita S. Conwoionis sæc. 4. Bened. part. 2. p. 194. *Ille Conwoion quem quaris, filius cujusdam nobilissimi est viri, nomine Cononi, . . . de Plebe Camliciaca, ex genere senatorio.* Ibidem pag. 201. *In illo die tradidit suprædictus Nominio quartam partem Plebis Bain sancto Salvatore. . . Placuit ei (Ludovico Imper.) quod Nominio fecerat: . . . insuper etiam totam Plebem Bain, sed & aliam Plebem, nomine Lancum, tradidit.* Ita hanc vocem apud Britones sæpius usurpatam iterum evincit Hist. Roton. Monast. I. 1. c. 48. &c. Hinc

PLEBICULA, Ecclesiola, [vel potius viculus, vilula. Vita S. Conwoionis mox laudata ibidem pag. 203. *Illo vero die dedit Ludovicus Imperator abbati Conwoiono plebem, quæ dicitur Rannac, atque aliam Plebiculam, quæ vocatur Placia, necnon & aliam Plebiculam quæ nuncupatur Ardon.*] Charta Junkeni Archiepiscopi Dolensis, apud Augustinum du Pas: *Quandam Plebiculam, Gwerwidel nomine, cum silvis, aquis, &c.* Alia an. 1101. apud eundem p. 624. *Nec non quandam Plebiculam, quæ vocatur Alaras, quæ erat dedita victui dictæ Congregationis, ditioni Prioris qui præfesset illi loco, in perpetuum contulit.*

¶ **PLEBS**,

- ¶ **PLEBS**, Conventus publicus. Leges Lotharii apud Muratorium to. 2. part. 2. col. 138. *Ostendatur (Charta) ante Episcopum, & Comitem, & judicem vel vicarios, aut in Plebe, ut veraces esse cognoscantur.*
- ¶ **PLEBS PARVA**, Plebecula, Gall. *Populace*, petit *peuple* Charta apud Uobinellum tom. 2. Histor. Britan. pag. 555. *Et cum gentes parva Plebis & alii ponerent paleas & pannos in via sua, &c.*
- ¶ **PLEBES**, dicta etiam Ecclesia Cathedralis seu Episcopalis. Charta Caroli Calvi pro Ecclesia Parisiensi in Pastoralis minore Eccl. Paris. & in 9. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ch. 5. ex Tabul. Regio: *Ideoque dum pluribus habetur præcognitum, qualiter Ecclesia Parisiaca, quæ est in honore S. Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi, & S. Stephani Protomartyris, & S. Dionysii, & S. Germani, & S. Marcelli, vel S. Clodoardi Confessoris, vel cæterorum dominorum, quorum pignora in ipsa Plebe vel in ipsa Ecclesia Parisiaca adunate requiescant, &c.* Occurrit ibi non semel. [Ubi plebem malim de diœcesi seu districtu Episcopi interpretari; quod cuique attente legenti patebit.]
- ¶ **PLEBES**, Decimæ Ecclesiasticæ, quæ ad plebanos vel ad plebanas Ecclesias pertinent. Concilium anonymum anno 904. cap. 10. *Ut Plebes Ecclesiæ nullatenus aut Comitibus, aut Episcoporum vassallis, aut ullis Laicis in beneficia tribuantur.* Petrus Damian. lib. 4. Epist. 12. *Sunt etiam qui Plebes secularibus tradunt. Et mox: Quid est enim decimas in usum secularium vertere, nisi mortiferum eis virus, quo pereant, exhibere? huc accedit quod & Plebesanis iusta datur occasio, ut matricibus suis Ecclesiis obedientiam subtrahant, ut non eis legitima decimarum tributa persolvant.* Vide *Altare 1.*
- ¶ **PLEBANUS**, Parœcus, Curio, Sacerdos, qui plebi præest, Italis *Piovano*, [Gallo-Belgis *Pleban.*] Balbus in Catholicis: *Plebanus, dominus plebis.* Presbyter, qui plebem regit, apud Gregorium lib. 3. cap. 3. Burchardus de Casib. S. Galli cap. 21. *Immo etiam Plebanos & Clericos minoris ordinis cohibuit. Sacerdos plebanus,* in Chronico Reichersperg. ann. 1143. *Clerici plebani,* eidem Burchardo cap. 13. [Charta Henrici IV. Ducis Slesiae an. 1288. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 427. *Dominus Petrus notarius noster olim Plebanus in Olsnitz, nunc autem Præpositus S. Crucis.* Occurrit præterea in Charta an. 1196. inter Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 498. Vide *Annona missalis.*]
- ¶ *Plebanum* vero maxime vocant in Ecclesiis Cathedralibus seu Collegiatis canonicum, cui plebis earum jurisdictioni subditæ cura committitur. Statuta Eccl. Argent. an. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 532. *Statuimus ut promissarii seu præbendarii parochialium ecclesiarum suis Plebanis seu viceplebanis reverentiam exhibeant.*
- ¶ **VICEPLEBANUS**, Curionis Vicarius. Vide Gretzerum in Episcopis Eystetensibus pag. 458.
- ¶ **PLEBSANUS**, apud Petrum Damian. lib. 4. Epist. 12. & apud Rainerum contra Valdenses cap. 9.
- ¶ **PLEBALIS ECCLESIA**, Parœcia. Gerohus Præpos. Reichersperg. de corrupto Eccl. statu apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 217. *Qui vero sine lege claustrali sub lege sunt canonum, sive ab Episcopo, sive ab Abbate, vel Præposito in ecclesiis Plebalibus ponantur, secundum canones ibidem stipendiandi sunt.*
- ¶ **PLEBANA ECCLESIA**, Eadem notione, in Chron. Mellic. pag. 53. *Dotavit (Leopoldus IV. Austriæ Marchio Mellicensem ecclesiam) quinque ecclesiis Plebanis, cum suis partibus decimationis.*
- ¶ **PLEBEIA ECCLESIA**, Eodem significato. Vita

- S. Audoeni Episc. Rotomag. apud Surium 24. Aug. pag. 259. *Eadem cura & diligentia vicos publicos & Plebeias ecclesias fundavit.*
- ¶ **PLEBESANA PAROCHIA**, in Vita Altmanni Episcopi Patavienensis sub finem: *Hac cum solenni processione plebis Plebezana parochia, quæ Tuln vocatur ad memoriam B. viri ducta venisset.* [Litteræ Otakeri Styr. Ducis an. 1188. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 175. *Capellas duas meæ ditionis quas a plebano jure absolutas . . . monasterio Admuntensi potestativa manu contradidi, eo tenore, ut si post hac Plebesana ecclesia in Liegnich . . . ab Admuntensi cœnobio ablata forte fuerit, &c.*]
- ¶ **PLEBSANUS**, Qui Plebano subest, parochianus. Miracul. B. Wernheri tom. 2. April. pag. 726. *Plebsanis ecclesie Bacheracensis, &c.*
- ¶ **PLEBANATUS**, Dignitas vel districtus plebani, Ugutioni & Balbo. Thomas Archid. in Hist. Salonitana cap. 19. *Plebanatum Ecclesiæ S. Anastasiæ contulit nepoti suo.* Occurrit præterea apud Innocentium III. lib. 15. f. pist. 198. 199.
- ¶ **PLEBATUS**, Parœcia, districtus plebani. Charta Aimerici Episc. Cæsenat. an. 1274. apud Ughellum tom. 2. Ital. Sacræ: *Insuper largior, do, trado . . . in perpetuum canonicam portionem testamentorum & aliarum ultimarum voluntatum de jure spectantium mihi meisque successoribus ab hac hora in antea in perpetuum per totum Plebatum dictæ plebis S. Mauri.* Latiori significato, pro districtu nimirum Archipresbyteri ruralis, usurpatur in Vita B. Finæ Virg. tom. 2. Mart. pag. 241. *Rector ecclesiæ S. Mariæ de Alica, Plebatus S. Gervasii, Luensis diœcesis.*
- ¶ **PLEBESCERE**, Ugutioni, ex Glossis Isid. à plebs, Plebeo, bes, plebem imitari, vel alloqui, unde Plebesco, & Plebicitio, plebem imitari, vel alloqui, vel commovere. Alanus in Planctu naturæ: *Alii dum scurrilis generis vilitate Plebescunt, verbo tenuis sanguinis generositate exaltant.* Rursum: *Vestes vero nunc grossioris materiæ vulgari artificio Plebescere, nunc subtilioris materiæ artificiosissima contextione crederes superbire.* Idem in Anticlaudianis in Præfat. *In hoc etiam nulla vilitate Plebescat, &c.* Adde lib. 1. cap. 4. 5. lib. 8. cap. 1. *Interdum est in modum plebis & numerose convenire.* Hildebertus Episcop. Cenoman. Ep. 33. *Semen eras informe, nec a hac ex hac humo materia emerferat, cum tibi servorum familie Plebescerent, designarentur honores, divitiæ foverentur.*
- ¶ **PLEBIALIS**, Plebeius, infimus de plebe. Vita S. Reguli tom. 3. Martii pag. 819. *Ideo Nobilium, mediocrium & Plebialium accessui pio amore dilectionis, pietatis gremium aperiens, &c.*
- ¶ **PLEBICITARE**. Vide *Plebescere & Plebiscitum.*
- ¶ **PLEBICTEA**. Vetus Charta in Chronico Beneventani Monasterii pag. 588. *Ut habeat potestatem eam (Ecclesiam) dandam in Plebictæa parte esse voluerunt, aut subtrahendam.* Puto legendum, in plebem, ea, &c. id est parochiam.
- ¶ **PLEBICULA**. Vide in *Plebes.*
- ¶ **PLEBILIS CLERICUS**, Parœcus, curio. Libellus de Remediis peccat. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 27. *Si post Clerici Plebilis obitum, xx. dies in pane & aqua. Si post anachorita, vel scriba, vel episcopi, vel principis magni, vel regis magni obitum xv. dies in pane & aqua.*
- ¶ **PLEBSANUS**. Vide in *Plebes.*
- ¶ **PLEBISCITUM**, Conventus plebis. Jo. de Janua: *Plebiscitare, plebem imitari, vel alloqui, vel vocare, &c.* Catholicum parvum: *Plebicitum, estatut ou ordre de peuple. Plebicitio, ensuivre le peuple, ou émonvoir, ou assembler.* Andreas Silvius Marcianensis in

Chronico cap. 12. Quo etiam tempore Boëtius, vir literarum studiis clarissimus, Senatusconsultum atque Plebiscitum prudentissime administrans, ab eodem Theodorico Arriano gladio extinctus est. Et cap. 22. In commune placuit arma corripere: profugis & viduis subveniri: Plebiscitum acclamatur: ab utrisque partibus in Carbonarias convenitur, &c. Ubi plebiscitum idem valet ac placitum, quomodo usurpat Radulphus de Hengham in Summa magna cap. 6. initio.

PLEBISCITUM, Statutum. Glossa ordinaria ad Wichbild Magdeburgense in proœmio sub finem: Præterea Imperator ille gloriosus Otto, inter alia præclara opera, Maideburgum erexit, jusque municipale, quod præ manibus habemus, ex Speculo Saxonum, seu jure provinciali excerptum, appositis etiam nonnullis juxta eorum arbitrium Plebiscitis, civitati statuit, &c. Eadem ad art. 1. Ex jure provinciali quod speculum vocatur, extractum est certis quibusdam Plebiscitis superadditis. [Chronic. Petri Azarii ad ann. 1312. apud Murator. to. 16. col. 305. Quo tempore in ipsa civitate fuerunt leges & Plebiscita facta.]

PLEBISCITI, qui Plebiscitis, seu conventibus publicis interesse solent. Vita S. Drausii Sueffionum Episcopi: Convocat ergo seniores & Plebiscitos, quorum consilio & astu solitus erat de majoribus aliquid agere, vel dijudicare omnimodis rebus.

1. PLEBIUM. Decretio Chlotarii II. cap. 8. De servis Ecclesiæ aut fisci vel cujuslibet quicumque inculpatur, ad sortem veniat, aut ad Plebium promoveatur, aut ipse precius à domino reformetur: nam probati periculo subjacebunt. Vide Plebeium.

¶ Legendum ibi aneum vel iniium, ut in MS. codice, monet Bignonius: nam, inquit, de fortibus hic agitur & purgationibus. Eccardus in Lege Salica pag. 170. Plebeium edidit & laicum interpretatur. Neutrum placet: malim, si mendum non est, de conventu publico intelligere.

¶ 2. PLEBIUM, PLEBEIUM, Locus publicus, platea, vicus. Oberti Cancellarii Annal. Genuens. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 327. Namque multa conjurationes per urbem nostram hinc inde factæ fuerant... etenim per Plebia nostra rixa & factiones semper tempore liti civilis aderant. Ibid. col. 328. Elegerunt tandem ut irent per Plebeia cum parentibus, ut forte in domibus aliquos de malefactoribus capere possent. Rursum: Nam insultationes, homicidia, furta, rapina, incendia per Plebia nostra sæpissime fiebant.

¶ PLEBS, Eadem notione qua Plebium 2. Statuta Mutin. rubr. 202. fol. 38. Sdugarium quod vadit juxta viam S. Petri de Citanova cavetur, & projiciatur terra versus campos à domo quondam Tetelmini usque ad Plebem juxta viam, &c. Vide Plebes.

¶ PLECHA, Circulus doliaris, Massiliensibus Pleches, à Latino Plectere: Charta an. 1336. in Tabul. S. Victoris Massil. Duas magnas tinas vinarias bonas & pulchras cum Plechis. Hinc

¶ PLECHATA CUPA, Quæ est ejusmodi plechis munita, Massil. Un tonneau plechat. Charta ann. 1436. ex eodem Tabular. Unam cupam vini Plechatam, &c.

¶ PLECHIUM, Peplum muliebre, maxime viduarum. Statuta Arelat. MSS. tit. 52. Nulla meretrix tanquam vidua sit ausa portare Plechium vel velum in capite, quod si fecerit, qualibet proba mulier habeat potestatem auferendi.

PLECIA. Gloss. Arabico-Lat. Bombycina, id est, Plecia, forte Plecta. Vide mox

1. PLECTA, ex Gr. πλεχός. Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1197. Parma, plecta, clipeum, scutum, defensasaculum. Ugutio: Plecta, nexio cum virgulis. Joan.

de Janua: Plecta, quilibet nexus ex virgulis, vel papyro, vel carecto factus, unde cosinos faciebant: unde hæc plectula. Josephus lib. 8. Erant crateres & crispantibus plectulis factæ. Plecta etiam dicitur calix duas ansas habens, idem & caracter, secundum Ugutionem. Regum 3. cap. 7. 29. Et inter coronulas & Plectas, leones & boves & Cherubim. Gr. edit. Καὶ ἐπὶ τὰ συγκλείσματα αὐτῶν ἀνὰ μέσων ἐξεχομένων, λέοντες καὶ βόες καὶ χερουβίμ. Ubi Glossa: Tabula, quibus bases factæ sunt, quadrata fuerant, in quibus rotundæ erant formula, qua coronula, sive Plecta appellantur, circuli quidam erant. Histor. Miscella lib. 16. pag. 471. In capite autem pannum gemmatum habentem ex utroque ligamento Plectas quatuor. Ubi Theophanes pag. 207. σερὰς τέσσαρας habet. Pelagius in Vitis Patrum libello 5. §. 5. Faciebat quoque Plectam de ipsis palmis, & cusabat usque ad horam sextam. Habes etiam in Vita Macarii Ægyptii cap. 11. in Vita S. Posthumii cap. 2. & alibi non semel. S. Hieronymus Epist. 4. instituens Monachum: Vel fiscellam texe junco, vel canistrum lentis Plecte viminibus. Vide Epist. 114. Jacobus de Cessolis de Ludo Scaccorum, apud Spelmannum: Loricam habuit in corpore, Plectas in pectore ferreas, ocreas in tibiis, &c. Vide Platas, Platura.

¶ 2. PLECTA, Multa qua quis plectitur. Charta Alfonsi Regis Castellæ apud Stephanot. tom. 3. Fragm. Hist. MSS. Præterea prænominato S. Johannis & universo ejusdem Capitulo prædicta ratione dono & solemniter concedo medietatem de omni Plecta, tam de homicidio quam de omni pedido & de omni regali exactione & servitio, qua ratione vicina urbis in barrio S. Johannis exigentur.

PLECTARE, Plectere, virgultis implexis locum claudere. Charta ann. 1115. pro foundatione Abbatia Landefii in diocesi Bituric. Dederunt etiam eis terram ad operandum & excolendum, nemus autem ad claudendum & Plectandum, quantum sibi necessarium foret. [Le Roman de la Rose MS.

Et li portier les murs hourdoient
De fors cloies refuscicés,
Tyssues de verges Pleicés.]

Vide Plaxitium, Pleissecium.

PLECTETUM, pro Placitum, ex Gallico Plet. Charta Ludovici Transmarini Regis Fr. sic clauditur: Actum in Plectetis, quod fuit in villa, qua dicitur Trisluro, 6. Id. Junii, Ind. 8. anno autem 14. regnante Ludovico Rege, in Probat. Histor. Vergiacensis pag. 42.

¶ PLECTIO, Poena. Charta Agnetis Ducissæ Slesiaë ann. 1369. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 405. Ad capitis Plectionem & membri mutilationem se extendens in oppido Lobbovo.

¶ PLECTRIPOTENS, Musices & poeticæ peritus. Sidonius lib. 9. Epist. 13.

Qua Flaccus lyricen Pindaricum ad melos
Franis flexit equos Plectripotentibus.

1. PLECTRUM, Ferrum, quod interius ex utraque parte campanam feriens sonum reddit, Durando lib. 1. Ration. cap. 4. num. 5. Vide Batillus.

¶ 2. PLECTRUM, Gubernaculum navis, Joh. de Janua. Gouvernail de nef, ou langue, ou archet de vielle, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Silius lib. 14. v. 403. Deduxit telum & residentis puppe magistri Affixit Plectro dextram.

¶ 3. PLECTRUM, Alia notione, in Carmine Ermoldi Nigelli pro Ludovico Imper. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 69.

Aurea mox geminos constringant vincla lacertos,
Femora gemmatus baltens ejus obit,

Et caput insigni donatur rite coronæ;
 Perstringuntque pedes aurea Pleetra suos.
 Ubi Cl. Editor: Sipontino teste, inquit, *Pletrum* interdum est appellatum Calcar æneum, quod olim addebatur gallis gallinaceis inter se pugnaturis; qui mos apud Britannos viget. Num ergo calcaria hic innuuntur? an pro *Pleetra* legendum *Plata*, aut aliquid aliud? Calceamenta hic designari video, quæ Monachus Sangallensis lib. 1. cap. 36. Francorum Regibus fuisse *forinsecus aurata* scribit.

¶ PLEDURA, Modus agri. Vide *Pleidura*.

¶ PLEGAGIUM, PLEGERIA, PLEGIA, &c. Vide in *Plegius*.

PLEGIUS, Fidejussor, Gallis *Plege*. Jura & Consuetudines Normanniæ cap. 60. *Plegii dicuntur persona, qua se obligant ad hoc quod qui eos mittit, tenebatur. Plegiorum autem quidam sunt simplices, & quidam debitum retinentes, &c.* Regiam Majestatem lib. 3. cap. 1. §. 6. *Cum autem creditur alicui, solet illud plerumque credi sub Plegii datione, quandoque sub vadii positione, quandoque sub fidei obligatione, &c.* Adde §. §. seqq. [Charta ann. 1219. apud Meneſter. Hist. Lugdun. pag. 45. *Et in amore requirimus quatenus sitis. Plegii & debitores in manu Poncii de Chaponay.*] Will. Brito lib. 1. Philippid.

A Duce sufficiens sit Regi cautio, missis

Obsidibus, Plegiis, juramentoque recepto.

Occurrit apud Matth. Paris, & alios non semel.

¶ Plegii seu fidejussores interdum assignati domini capitales à feudalibus suis. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 228. *De hac venditione & conventionem in perpetuum firmiter tenenda misit Willelmus Plegios per fidem Willelmum de Ploafmo de cujus fevo molendinum erat, &c.*

PLIGIUS. Thierricus Valliscolor in Urbano IV. PP. *Per Pligios plures reddere damna cavent.*

¶ PLEGIA, ut Plegius. Charta an. 1160. apud Miræum tom. 1. p. 704. *Ego (Theodoricus Flandr. Comes) & filius meus Plegia fuimus. . . . Homines quoque Ingerranni fide & juramento Plegias se interposuerunt.* Instrum. an. 1293. apud Rymer. tom. 2. pag. 614. *Invenit Plegiam de relivio suo prædicti Comitatus . . . & insuper invenit Plegiam ad faciendum dominum Regem habere scriptum de resignatione.* Hunc *Plege de droit* vocat vetus Consuetud. Britan. art. 129. *Danper Plege parlant*, in Lodunensi cap. 1. art. 24. dicitur de eo qui aliquem *plegium* seu fidejussorem constituere tenetur, ita ut res suas in *plegium* mittere illi non sufficiat.

¶ PLEGIUS PER FIDEM, Qui fide interposita fidejubeat. Tabul. Meldense: *Unde Plegii per fidem fuerunt, Matheus, &c.*

¶ PLEGIUS DE PROSEQUENDO, Fidejussor de lite peragenda, *Plege de suivre sa clameur*, in Consuet. Norman. Vox fori maxime Anglici, Nostris tamen non penitus ignota. Præceptum Philippi Aug. an. 1190. apud Rigord. sub eodem anno: *Præpositis insuper nostris & baillivis prohibemus, ne aliquem hominem capiant, neque averium suum, quamdiu bonos fidejussores dare voluerit de justitia prosequenda in Curia nostra, nisi pro homicidio vel murro, vel raptu, vel prodicione.*

PLEGIUM, Vadimonium, *Plege*. Matth. Paris an. 1164. *Excommunicati non debent dare vadium ad remanentiam, nec prestare juramentum; sed tantum vadium & Plegium standi judicio Ecclesiæ, ubi absolvuntur.* [Charta Johannis Reg. Angl. in Libro nigro Scaccarii pag. 379. *Insuper totam terram Angliæ & Walliæ nobis in Plegium posuit.* Statuta Roberti III. Reg. Scot. c. 2. §. 5. *Et postea cum ad presentiam sui*

Tom. V.

superioris domini accesserit, ante exitum anni & diei; prædictas terras suas ad Plegium liberari petat; hoc est, inquit Spelmannus, sub fidejussione restituendi eas, si in lite ceciderit. Infra §. 7. *Tenens qui tenementum sic recognitum petit ad Plegium, &c.*

¶ PLEGGI VADIUM, Res ipsa in *plegium* seu vadimonium data. Charta Philippi Aug. Reg. Franc. an. 1187. in Tabul. Archiepisc. Senon. *Nullus in die mercati vel ferie in villa vadium Plegii sui capiat, nisi die simili plegiatio illa facta fuerit.* Hæc de bonis *plegii* seu fidejussoris quæ obsignari vetantur, intelligenda existimat D. *Secousse* tom. 4. Ordinat. Reg. Franc. pag. 74. Adde Chartam an. 1216. apud Thomasser. in Biturig. pag. 83.

FRANCUM PLEGIUM; & in eo esse dicebatur, qui in *decenna* erat, seu decem hominum collegio, qui sibi invicem *plegii* erant, ac fidejussores erga Regem de damno ab eorum quolibet illato restaurando. Bracton. lib. 3. Tract. de Corona cap. 10. §. 1. *Omnis homo sive liber, sive servus, aut est, aut debet esse in Franco Plegio; aut de alicujus manupastu, nisi sit aliquis itinerans de loco in locum, qui non plus se teneat ad unum quam ad alium, vel quid habeat, quod sufficiat pro Franco Plegio, sicut dignitatem, vel ordinem, vel liberum tenementum; vel in civitate rem immobilem. . . & in Franco Plegio esse debet omnis, qui terram tenet & domum, qui dicuntur Husfastene, & etiam alii, qui illis deserviunt, qui dicuntur Folgheves, &c.* Vide quæ hac de re adnotavimus in voce *Friborga*.

VISUS FRANCI PLEGGI, est ipsa inquisitio aut examinatio, an omnes, qui duodecimum annum attigerunt, & ultra, liberum *plegium* habeant, id est sponforem capitalem, quod Regis pacem conservabunt, seu an in *decenna* aliqua sint. Bracton. loco citato: *Secundum Leges Eduardi Regis, omnis qui est ætatis 12. annorum, facere debet sacramentum in Visu Franci Plegii, quod nec latro vult esse, nec latroni consentire, &c.* Hæc autem inquisitiones bis quotannis fiebant à Vicecomite. Idem lib. 3. tract. 2. c. 35. *Pertinet ad Vicecomitem Visus Franci Plegii in turnis suis duobus, singulis annis, per hundreda & Wapentakia faciendis.* Videlicet semel post Pascha, & iterum ad terminum S. Michælis, ut est in Charta libertatum Angliæ apud Matth. Paris an. 1215. pag. 180. & in Fleta lib. 2. cap. 52. §. 2. Omnes autem ad eos Conventus de visu franci *plegii* convenire tenebantur. Thomas Walsinghamus pag. 268. *Ut essent in libertate pares dominis, & quod non essent cogendi ad curias, nisi tantummodo ad Visum Franci Plegii bis in anno.* Nisi speciali privilegio quis eximeretur, quod *quietum esse franco plegio* appellabant, ut est in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 310. Cujusmodi autem essent inquisitiones: quæ fiebant in visu franci *plegii* à Vicecomitibus, pluribus habet Fleta lib. 2. cap. 52. Atque id olim apud Anglos obtinuit: sed hodie statuto juramento cujusque, qui annum duodecimum implevit.

¶ Jus vero tenendi *Visum Franci Plegii* inter regalia non ita recensetur, ut aliis omnino communicari non possit: id enim non raro Ecclesiis, Monasteriisve, aut nobilibus à Principibus concessum multa probant. Charta an. 1083. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 60. *Ecclesia S. Georgii data fuit fratribus Osen. & habet ibidem Visum Franci Plegii & totum regale servitium.* Alia an. 1288. ibid. p. 313. *Johannes filius Nigelli sen. summonitus fuit ad respondendum domino Regi de placito quo warranto clamat habere Visum Franciplegii de tenentibus suis in Borsstall. . . . Et Gilbertus de Thornton qui sequitur pro Regi*

N n ij

dicit, quod Franciplegium est quadam libertas regia mere spectans ad coronam & dignitatem domini Regis, contra quam longa seiscina valere non debet... Prædictus Johannes per attornatum suum dicit... quod reddit decem solidos pro habendo Visu Franciplegii de tenentibus suis, & quod ipse & omnes forestarii qui tenuerunt prædictam hanc terram, semper habuerunt Visum Franciplegii.

☞ Bis quotannis tenebatur Visus Franci Plegii, ut supra monuit D. Cangius; at de regio id intelligendum: alii quippe semel in anno interdum congregabantur. Charta ann. 1292. apud eundem Kennett. pag. 319. Ballivi Comitis Glouc. venient quolibet anno semel ad tenendum Visum Franciplegii. Alia an. 1298. pag. 331. Quod cum dom. Johannes de Diggeby... accessisset ad Visum suum tenendum, prout mos singulis annis existit, &c.

☞ Tenebantur Visus Franci Plegii, ut & placita apud Gallos, in locis apertis, publicis, sub dio, nisi propter aeris incommoda, in ædibus convenire cogentur qui aderant. Charta mox laudata pag. 333. Et fuit locus tenendi Visum ibidem in quadam viridi placea in villa de Knyttinton contra domum quandam Hugonis de Gardino, & in tempore pluvioso, per licentiam ballivi Prioris aliquando Senescallus tenuit Visum ibidem in curia Prioris, & aliquando in domibus aliorum tenentium in villa prædicta.

☞ A vassallis quædam pensitatio exigebatur pro Visu Franci Plegii. Charta eadem ibid. Ibidem tenuit Visum per annum levando de eadem villata XII. denarios de recto Visu pro omnibus. Quæ præstatio Visus Franciplegii dicitur in Charta an. 1447. apud Calmet. tom. 3. Hist. Lotharing. col. 198.

ADVENTUS ad Visum Franci Plegii, inter onera recensentur in Charta Edwardi III. Regis Angl. in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 832.

FRANCIPEGIA, unica voce, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 22.

PLEGIUM LIBERALE, Idem quod Francum Plegium, id est, plegium hominum liberorum. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 8. Statutum est, ut a 12. ætatis suæ anno & in hundredo sit, & decima, vel Plegio liberali, quisquis vere vel vitte, vel jure liberi dignus curat estimari. Leges Willelmi Nothi: Omnis homo qui voluerit se teneri pro libero, sit in Plegio, ut plegius eum habeat ad justitiam, si quid offenderit.

☞ PLEGIUM PLANUM, Simplex, non dato videlicet vadimonio, nec fide interposita. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 228. Misit Willelmus Plegios per fidem Willelmum de Ploasmo, de cujus fevo molendinum erat, ... & in Plano Plegio Goffridum de Dinam & filium ejus Oliverium. Vide supra.

☞ Clericorum maxime proprium erat ejusmodi plegium; religio quippe fuit ab ipsis, uti à laicis, fidei sacramentum exigere. Tabular. Calense ann. 1209. Laudante hoc filio ejus Arnulpho & Agnete uxore ejus, qui etiam Plegii sunt fide interposita de recta garancia, & dom. Hugo Miles de Marelio similiter fide interposita fidejussit, & Garinus Meldensis archidiaconus hoc similiter sine fidei interpretatione fidejussit.

PLEGIARE, Fidejubere. [Charta ann. 1191. inter Instrum. tom. 3. Gall. Christ. col. 123. Insuper dom. Willelmi Rhem. Archiep. & dom. L. Morinensis Episc. auctenticorum suorum auctoritate confirmari feci & Plegiare.] Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 43. Jure potest eum Plegiare. Adde Regiam Majest. lib. 3. cap. 1. pluries: nostris vulgo Pleger.

☞ Quid inter Plegiare & warantizare intersit ex-

piscari licet ex Hovedeno Annal. Par. postea Ric. I. Præceperunt homines Archiepiscopi, qui calumpniati fuerant de roberia, capi & incarcerari. Et quavis Archiepiscopus warantizaret, non tamen potuit eos Archiepiscopus Plegiare. Vide Warantus.

PLEGIATIO, Ipsa fidejussio, in Regiam Majest. lib. 3. cap. 1. §. 8. 9. 14. 19. [Charta an. 1236. in Tabular. Meld. Plegios erga dictum Episcopum se constituerunt & garantitores; ita ut quod quilibet eorum in solidum de dictis Plegiatione & garancia teneatur.] Plegement, in Consuetud. Britann. art. 27. 38. 131. 172.

PLEGAGIUM, PLEGIAGIUM, Fidejussio. Matth. Paris an. 1250. Et sic sub electorum fidejussorum Plegagio dimissus. Alibi Plegagium habet. Adde Glanvillam lib. 10. cap. 5. Quoniam attachiam. cap. 49. [& Madox in Formul. Angl. pag. 77.]

☞ PLEGERIA, Eadem notione, Plegerie, in Consuet. Hannon. cap. 98. Sollenf. tit. 32. art. 1. 4. 5. Baion. tit. 9. art. 41. Labourt. tit. 18. art. 1. 5. 6. Charta an. 1213. ex Bibl. Reg. Quitos clamavit... plegios eorundem de omnibus debitis & Plegeriis erga dictum Judeum. Charta Galcheri Comit. S. Pauli an. 1216. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 853. Blancham illustrem Comitissam Trecentem plegiam constituimus erga nobilem virum H. Comitem Barri-ducis... Si autem occasione hujus Plegerie domina Comitissa aliquod damnum incurreret, &c. Charta an. 1268. ex Bibl. Regia: Loquel home icil aveent mis en Plegerie por eaus envers Lombars, &c. Statutum an. 1320. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 580. Tuit li vendeurs de poisson de mer donnent chacun Plegerie de soixante livres Parisis.

APPLEGIARE, Plegium seu vadem dare: Appleger & cautionner, in Consuetud. Altissiod. art. 135. Juliodun. cap. 1. art. 25. cap. 11. art. 2. Turon. art. 370. Pictav. art. 264. 279. 295. Rupell. art. 58. 59. Andegav. art. 69. 146. 167. 171. Cenoman. &c. Concilium Roffiacense an. 1258. cap. 5. de Clericis: Ne agant, vel respondeant, vel se Applegient in foro seculari, de his, quæ ad Ecclesiasticum, non ad forum pertinentulare, &c. Concilium Turonense ann. 1282. cap. 10. Item precipimus, Potestates, Ballivos, & quoscumque alios justitia secularis ministros, qui amodo personas Ecclesiasticas, pro eo, quod super possessionibus, redditibus, & rebus aliis quibuscumque, quas Ecclesiarum & Beneficiorum, seu administrationum suarum nomine & ratione possident, se Applegiaverunt, vel Contraplegiaverunt coram eis, &c. Tabularium Grandimontense anno 1316. Eidem procuratori nostro plenam & liberam potestatem agendi, ... libellum, seu libellos dandi & recipiendi, Applegiandi & Contraplegiandi, exigendi, &c. Applegiationem facere de homine, Applegiamenta & Contraplegiamenta, in Regesto Parlam. B. fol. 79. Vide Sanjulianum in Antiq. Cabilonensibus pag. 405. Applegement & Contraplegement, in Consuetud. Juliod. cap. 2. art. 13. cap. 37. art. 5.

☞ Vocem hanc minus dilucide exposuit doctissimus Cangius; plegium quidem seu vadem dare interdum sonat: sed sæpius Applegiare est Querelam instituere, ut quis rem aliquam obtineat, aut amissam recuperet; atque ea notione accipienda hæc vox in locis à Cangio laudatis. Is autem Applegiare dicebatur, quod plegium seu pignus daret in commodum rei cessurum, si ipse actor causa vel querela caderet: Contraplegiare vero reum dicebant, cum dato sufficienti plegio, rem possessam contra actorem sibi in judicio asserere contendebat. Hæc aperte docet vetus Consuetudo Andegav. apud de

Lauriere in Gloss. Juris Gall. v. Applegement : Sont nommez Applegemens & Contr'applegemens par coutume, ... quand aucun se dit dessaisi par autre de sa chose, soit meuble ou heritage, & il en met celui en procez à cause de la dite saisine; disant la dite saisine des dites choses luy appartenir, & requiert que les parties presentes, sequestration soit faite en main de justice de la dite chose de quoy il dit avoir été dessaisi, la justice ne le doit pas croire de sa simple parole, & ne doit pas recevoir la sequestration estre faite de chose, que autre possède, s'il ne baille Plege : ... & si ledit dessendeur se Contr'applege en advouant à soy la saisine de la dite chose, ou s'applege seulement, & il baille Plege, lors la chose doit demeurer en main de Court jusqu'à la fin du procès : ... & ainsi pour cause desdits Pleges, que baillent lesdits demandeur & dessendeur chacun de son cousté, ils sont nommez & appelez par la dite Coutume Applegemens & Contr'applegemens. Adde vet. Confect. Pictav. lib. 2. cap. 19. & Stabil. Franc. cap. 63. lib. 1. Se appleger, ou complaindre, in Confect. Lodun. cap. 1. art. 25. cap. 11. art. 2. & in vet. Turon. cap. 1. art. 25. cap. 12. art. 2. cap. 25. art. 7. cap. 27. art. 5. Faire applegement, in laudata Lodun. cap. 1. art. 23. & in vet. Turon. cap. 1. art. 23. quod in recentiori art. 27. dicitur Former complainte. Charta Durandi Episc. Cabilon. an. 1221. apud Cuffetum in Histor. Cabilon. Liberi sunt ab omnibus costumis, nec debent Applegiare de forefacto, nisi coram Domino suo unusquisque. Vide Gloss. Juris Gall. loco citato.

Vox etiam nota in rebus feodalibus; quo potissimum sensu, discimus ex vet. Stylo Andegav. tit. d' Applegement privilegié : Si aucun seigneur de sie a prins & saisi en sa main aucune chose tenuë de luy pour aucun cens ou devoir ou autre cause, le sujet qui tient icelle chose peut venir requerir delivrance du sien o Plege, & offrir à le bailler à son seigneur, bailly ou procureur, & le Plege present offrir à le peger. Et si le dit seigneur, ne ses officiers ne lui veulent faire delivrance, ne faire raison, le sujet peut faire Applegement contre le seigneur qui luy a fait tort, force & de nouvel depuis an & jour en ça, en detenant le sien, (& nommera quoy) à tort & sur refus de plege.

APPLEGIA MENTUM, Querela, Applegement, ou complainte possessoire, in Confect. Andegavens. art. 167. & alibi. Statutum Ludovici X. Reg. Franc. an. 1315. tom. 1. Ordinat. pag. 622. Item, super eo quod Curia nostra de novo recipit Applegiamenta à subditis dicti Ducis (Britanniæ) in ejus prejudicium, sicut dicit. Respondemus eidem quod hujusmodi Applegiamenta recipi de cetero nullatenus permittemus. Statuta Eccl. Nannet. an. 1385. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 968. Ne in eodem foro litigent per Applegiamenta vel querelas justitia seu potestati seculari deferendo.

CONTRAPLEGIA MENTUM, Plegium seu vadimonium à reo datum, qui contra actorem causam suam est prosecuturus, Contr'applegement, in Confect. Lodun. cap. 2. art. 13. cap. 37. art. 5. in vet. Turon. cap. 2. art. 13. & in Pictav. art. 16. 385. 397. &c. Charta Philippi V. Reg. Franc. in Tabul. S. Capellæ : Annis singulis de cetero satisfiet de eisdem firmis & redditibus, retentis nobis & successoribus nostris Regibus Francorum in locis predictis omnimoda justitia, alta & bassa, omnique commodo Contraplegiamentorum dictarum firmarum, in casu in quo dicti firmarii firmas dimitterent predictas; in quo siquidem casu nos dictum commodum retinentes, pretium firmarum, de quibus Contraplegiamenti perciperemus commodum : ... sibi proficere teneremur. Ubi Contra-

plegiamentum videtur esse vadimonium, quod quis in fidejussionis suæ pignus constituit; idem quod

CONTRAPLEGIA M, Gall. Contreplege, contregage. Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. sæc. 12. Posuit Michael Caillou frater predicti Oini de suo hereditagio ad valentiam predictæ terre & domus in Contraplegium, & idem Oinus predictus de suo hereditagio ad valentiam predictæ terre & domus similiter in Contraplegium. Occurrit ibi non semel. Charta ann. 1256. in Chartul. S. Mellani Pontifar. Droco molendinarius de Drincuria & Eustachia uxor ejus dederunt in Contraplegium quoddam herbergamentum cum virgulto dicto herbergamento tenenti. Vide Contraplegium suo loco.

RETROPLEGIA, Eadem notione. Charta ann. 1180. ex Tabul. S. Mariani Autiff. Quod si facere noluerint, aut ipse Garnerius pactum quod se tenere plexivit non servaret, res suas misit in Retroplegias, ut ad eas canonici se verterent.

IMPLEGIARE, In plegium mittere. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 5. Si accusatus inducias competentes, & respondendi vel defendendi licentiam legitimam habuit, ne dissaisiatus, vel implegiatus, vel illegiatus, vel surreptione aliqua circumventus, aut fraude, judicetur. Adde cap. 54.

REPLEGIARE, Cautione redimere aliquid captum, Cowello. Fleta lib. 2. cap. 1. §. 16. De iis qui ventant averia Replegiari. Matth. Paris an. 1240. Aliquando ceperunt canes ipsorum, & homines suos male verberaverunt, & male tractaverunt, unde pugna aliquando facta fuerunt in Comitatu, & canes Replegiati, & pax facta inter eos de talibus conventionibus. [Confectud. Hasprentes an. 1176. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 894. Si quis in villa de latrocinio suspectus habeatur, ante Præpositum ecclesiæ per Majorem & Scabinos ad justitiam submonetur; & si fidejussores habuerit, qui eum usque ad diem placiti sibi assignatum Replegiare velint, liber dimittetur. Ubi Replegiare tantumdem valet ac Plegiare, Cautionem; ita & in Chartul. SS. Trinit. Cadom. f. 76. Solebat interesse placitis domine Abbatisse apud Bavent & Cadomum, & debet Replegiare homines Abbatisse apud Waravillam, vel alibi, si necesse fuisset.] Le Roman de Gaidon MS.

Car envers vous le voudrai Raplegier.

Vide Rastallum verbo Replevin.

REPLEGIABILIS, Qui plegio, seu fidejussore dato, liber evadit, causam suam prosecuturus. Replevisable, in 1. Statuto Westmonast. cap. 15. Idem Statutum cap. 2. Quia Vicecomites, & alii, temporibus retroactis, latrones notorios & manifestos, & pro morte hominis & aliis felonis captos & imprisonatos, & qui non sunt Replegiabiles, per plevinam dimiserunt, contra formam Statuti apud Westmonasterium editi, de his, qui sunt Replegiabiles, & qui non, per quod ipsi malefactores irreplegiabiles, &c. Vide Fletam lib. 1. cap. 20. §. 11. lib. 2. cap. 1. §. 16. cap. 52. §. 29. 41. cap. 65. §. 7. cap. 70. §. 13. 14.

IRREPLEGIABILIS, Qui alicujus criminis accusatus plegium de juri stando dare non potest: sed statim carceri mandatur. Fleta lib. 1. cap. 20. §. 96. De Irreplegiabilium dimissionibus per plevinam, de plegiabilia injuste detinentibus. Cap. 25. §. 5. Indictati autem, de facto Irreplegiabiles remaneant. Vide lib. 2. cap. 1. §. 11. 16. cap. 52. §. 29. 41. &c.

PLEIUS, pro Plegius, Fidejussor, ex Gallico Pleje, unde Plejer l'amende, emendam ponere in pignus, quod male Ploier dicunt: nam je, consonans est in hac voce. Fori Bigorritani art. 27. Quilibet Miles Plejum Comitum super eum ponat.

☞ Haud scio tamen an ita male *Ploier* pronuntient; occurrit quippe *Amende ployée*, *Gage ploie*. Vide *Emenda* 1. & in *Vadium*. Consulendus præterea *Raguellus* v. *Pleger*.

☞ PLEGIS, ut *Plegius*. Notitia ann. 1124. apud *Marten*. tom. 1. *Ampliff. Collect.* col. 683. *Promisit quod . . . ipse eundem Henricum monachis concordaret, & inde Pleges dedit.* *Tabul. S. Vincentii Cenoman. Inde fuerunt Pleges de parte Abbatis & monachorum, &c.*

PLIVUS, Eadem notione. *Ufatici Barcinonenses MSS.* cap. 22. *Placitum, in quo sit directum firmatum per Plivos vel pignoras convenientes.*

PLIVIUM, *Vadimonium*, *Pleige*. *Ufatici Barcinonenses MSS.* cap. 114. *Si ille, qui Plivium fecerit, fidem, quam convenerit portare contempserit, liceat illi, cui mentitus fuerit, eum distringere, &c.* Occurrit ibi pluries. [*Constitut. pacis in Append. ad Marcam Hispan. col. 1140. Item constitutum est ut nullus homo pignoret res alterius pro Plivio vel pro alio quolibet negotio quod alicui vel cum aliquo fecerit, quamvis ille solverit.* *Alia ann. 1174. ibidem col. 1365. Nullus homo ea animalia (aratoria) pro Plivio vel alia occasione capere vel rapere præsumat.*] Vide tom. 8. *Spicilegii Acheriani* pag. 385. 370.

PLIVIRE, *Fidejubere*. [*Charta ann. 1080. in Bibl. Colbert. Usque ad diem quo Pliverit dicitam in manu Vicecomitis debet ita emendare Imbertus, &c.*] *Charta ann. 1244. in Regesto Comitum Tolosæ fol. 72. Et ibidem Dom. Bernardus de Marefanno concessit eidem Dom. Comiti homagium, & Plivius per fidem sui corporis, & juratus super sancta Dei Evangelia, & mandavit & promisit, &c.* *Alia anno 1238. ibid. fol. 80. Per fidem suorum corporum Pliviverunt, & super sancta Dei Evangelia juraverunt, &c.* *Le Roman de Garin MS.*

Si on lor seins & Plevi & juré.

☞ PLEVIRE, Eadem notione. *Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 46. Post me Plevit similiter fidem suam in manu ipsius abbatis Otto Bernardus, &c.* *Charta Archembaldi dom. de Soliaco apud Thomasser. in Biturig. pag. 714. Quod si jurare non poterit, serviens Pleviet & rusticus emendabit 12. denariis.* *Litteræ Joannis Dalph. Vienn. an. 1310. in Maceiriis Insulæ Barbaræ tom. 2. pag. 558. Tractatus fuerit prolocutus & fide corporali Plevita invicem concordatus.* *Droit de main plevie*, in *Consuet. Leod.* edit. 1663. cap. 11. art. 13. dicitur jus quo superstes ex conjugatis, ubi non exstant liberi, in bona defuncti succedit, exceptis feodis aliisque nobilibus tenementis, quorum usufructus tantum penes uxorem remanet. *Fille Pleviée*, in *Chronico Flandr.* sponsa nuncupatur. *Le Roman de Blanchandin MS.*

*Mais au vallet por le couvrir,
A fait fiancer & Plevir
Qu'il jamais n'en parlera,
Home ne feme nel dira.*

Le Roman de la guerre de Troyes MS.

*Les trieves furent demandées,
Et cels dedens les ont donées,
Les Troiens & les Grecois
Les ont Plevies à un mois.*

PLEVISSARE. *Charta Vulgrini Comitum Engolismensis an. 1147. Et ut hoc firmum & ratum sit, Plevissando fidem meam firmavi in manu Girardi Episcopi & Apostolicæ Sedis Legati, & obsides dedi, &c.* *Infra: Promisi etiam Plevissando fidem meam, quod quando (filius meus) Miles erit, in fide sua similiter firmet.*

☞ PLEVIRE, apud *la Faille Annal. Tolos.* tom. 1.

inter Instr. p. 54. Et hoc totum Pleviverunt eis prædictus Pilisfortus & Salvanacus per fidem suorum corporum.

☞ PLEXIRE, Eodem significato, in *Charta ann. 1180. ex Tabul. S. Mariani Autiss. Quod si . . . ipse Garnerius pactum quod se tenere Plexivit, non servaret, &c.* Si tamen legendum non est *Plevivit*.

☞ PLEVIMENTUM, *Fidejussio*, *juramentum*. *Litteræ Johannis Reg. Franc. an. 1351: tom. 2. Ordin. pag. 470. Se ad prædicta invicem adstrinxerunt & obligaverunt, . . . sub sua fidei Plevimento.* *Infra: Sub dicto juramento.*

☞ PLUVIMENTUM, Eodem intellectu, nisi etiam legendum sit *Plevimentum*. *Charta Jordani Abbatis Juncell. an. 1266. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 159. Pro quo feudo seu feudis dicto domino Comiti (Tolosano) suisque successoribus esse boni promittimus & fideles per nostra fidei Pluvimentum.*

☞ PLEVINA, Eadem notione. *Charta Ludovici Comit. Blefensis & Clarimont. ann. 1197. Ego plegium meum nantabo sicut soleo, nisi Plevina emendanda plegium dederit.* *Tabular. Calense pag. 62. De quo racheto plegii sive fidejussores erant . . . erga dictam Abbatissam de stando voluntati ipsius Abbatissæ, à qua fidejussione sive Plevina petebant liberari.* Vide *Probat. Hist. Castillon. pag. 40. & Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1127.*

PLEUVINA, *Gall. Plevine*, in *Consuetud. Britan.* cap. 11. & art. 192. *Vetus Consuetudo Norman. cap. 60. Plevine est autant comme promesse de loiauté: car celui qui pleige aucun, promet, que cil fera loyauement ce de quoi il le pleige.* *Charta Petri Ducis Britannia anno 1237. Et similiter plegii à Plevina prædicta tunc erunt penitus absoluti.* *Perperam pleumina edidit Augustinus du Pas in Stemmata Acigniacensi. Charta anni 1301. in Tabulario Sulliaci: Censu autem meo & venditionem & olchiam meam mihi retineo sicut solitus sum. Quibuslibet vero, quocumque die, ubicumque voluerit & potuerit, plegium suum vantare, si notum fuerit esse ipsum plegium, vel nisi Plevina negata fuerit.*

PLUVINA. *Vetus Placitum apud Perardum in Burgundicis pag. 229. Sententiam autem ab ipso Comite & ipsius curia Guido Princeps judicialiter suscepit, & per Pluvina sacramentum confirmavit.* *Infra: Et fidem suam super hoc Pluvinam obligavit.*

☞ Vocis etymon à *Saxon. pleoh* quod damnum vel periculum sonat, deducendum opinatur *Spelmanus*; quia scilicet *plegius* damnum omne & periculum in se recipit; hinc *plegiare* dictum videtur, quasi periclitari vel damnum subire. A Latino præ, quasi *plegius*, pro *pregius* vel *prejus* sit dictum, accersit *Salmasius*, quem consule de *Modo usur.* pag. 741.

☞ PLEJARIA. Vide *Pleraria*.

PLEIDURA, [*Locus, ni fallor, virgulis impléxis conclusus. Vide Pleisseicium.*] *Vetus Notitia in Tabulario Abb. S. Amantii Inculismensis: Dederunt S. Petro & S. Amantio omnes Pleiduras, quæ sunt juxta murum.* *Charta anni 1228. in Tabul. Comitatus Inculismensis: Quidquid juris habebamus pro Ecclesia S. Pauli in Pleiduris, quæ sunt ex parte novi Castri D. Comitum, & in Pleiduris ipsius Castri, & in barbacana, subposita Castro, &c.* *Alia Iterii de Magnaco: Ego Iterius de Magnaco dono filios & filias Giraudi & eorum Pleduras, & omnium eorum progeniem, &c.* *Alia an. 1314. in 50. Regesto Philippi Pulcri Regis ex Tabulario Regio num. 4. Sive sint domus, Pleydura, vel arca, redditus, census, vel accaptamenta, &c.* *Tabular. Nantoliense in Pictoni-*

bus an. 1335. *Quandam Pleyduram una cum chapali domus. Vide Pleura.*

PLEISTURA, in Charta Jordani Episcopi Lemovicensis apud Bessium in Comitibus Pictavensib. pag. 304. *Dat in alodum . . . turrem superiorem & dumjono, ubi sedet, & domos, & illos Pleisturas, quæ ad suam pertinebunt divisionem, pratum superius, &c. [Pleiduras, editum tom. 2. novæ Gall. Christ. inter Instrum. col. 172.]*

PLEISSEICIUM, Gall. *Pleissis*, Domus suburbana, *Maison de Plaisir*, à placendo dicta, inquit Camdenus in Britan. in Trinobantibus. Alii Sylvulam, seu *Parcum* undique clausum esse contendunt. Josephus Scaliger, *Pleissis* sepem esse ait seu *plicationem ligni*, ita ut *pleissicium* sit locus, palis seu virgulis implexis conclusus, vel certe domus rustica, aut prædium, in quo sunt parci: nam *Plaisier*, nostris est plectere. Le Roman de Garin:

*Les haies fait Plaisier & enforcir
Fossez emprez, fossez recucilleis.*

Charta Michaëlis Archiep. Senonensis an. 1199. in Tabular. S. Joan. de Jardo prope Meledunum: *Tam in nemore quam in plano, præterquam in hais Pleissatis, &c. Atque ita vox Pleisseis, fumi videtur in Charta an. 1445. C'est à sçavoir, que chacun homme, qui me doit lesdits biens, doit faire iceux biens par chacun Samedi d'entre le premier jour de l'an & le jour de Pasques tant à Plesser en mes plesez de la Guilleterie, qu'à faire toutes autres besognes. [Alia an. 1473. S'ensuit les bianneurs & corvayeurs qui me doivent le bian à Plesser & hayer mes hayes en garenne.]* *Beis en pleissis, que les aucuns appellent Toussehe*, in Consuet. Carnot. art. 12. Sunt autem *Bois de toussehe*, arboreta, quæ circa domum principalem confita sunt ad ejus ornatum, vel quibus cingitur ac clauditur, in Consuetudin. Andegav. art. 117. Bles. art. 78. Britan. art. 275. [Habetur vestigium istius vocis in Tabul. Absiensis fol. 10. *Unam borderiam terra, quæ vocatur Toscha rotunda.*] Ut ut est, constat vocem *pleissis* apud nos semper sumtam pro *parcis*, seu silvis sepibus clausis. Ordericus Vital. lib. 5. p. 583. *Tunc etiam dedit totam decimam de Norum, propriumque Pleisseicum, & partem sylvæ. [Tabular. B. Magdal. Castrodun. fol. 17. Ut ipsi libere mortuum nemus ad usus suos & herbagium ad pecora sua alenda in nemoribus meis capiant, præter defensum meum & haïas & Pleisseicia.]* Charta Fulconis Comitis Andegav. apud Sammarthanos in Abbatib. Bellilocensib. *Ad hunc autem præfata Ecclesia dono Pleusiacum. (l. Plessiicum) meum, quod est juxta Tauseniicum, cum nemoribus, terris, cultis & incultis, servis, ancillis, &c. Tabul. S. Genovefæ Paris. an. 1226. In Plessicio & nemore quod dicitur Cointart. [Tabul. Absiensis fol. 18. In allodiis, in gatis & in omnibus boscis de Condars ex vestro Plaisait circa castellum. Vide Plaisaitium.]* Le Roman de

*Ni a guichet, ne sentier, ne larris,
Ne bois hautein, ne riche Pleisseis,
Que ne sachons & moy & Hernaudin.*

Alibi:

Si n'en chassierent jusques à un Pleisseis.

Idem Poëta:

*Sor ciel n'a tor, ne chastel si garni,
Recet, ne voute, ne mur ne Pleisseis,
Se il puet converser dis û dis,
Qu'il ne l'est ars, ô abatu, ô pris.*

Pleissie apud eundem:

*Ni ot maupas, eue, bois, ne Pleissie,
Fors que la lande & le sablon legier.*

Le Roman d'Aubery MS.

Tuit en tentissent li bois & li Plaisié.

Pleissier in Chron. MS. Bertrandi du Guesclin:

*Comtes, Dus, y ot, mains, & chevaliers prisés,
Qui mout grand desir ont d'issir sur le Pleissier.*

Vide *Plaxitium*, Exemplum 2. & Augustinum du Pas in Stemmate Acigniensis pag. 584.

PLESSEIA, Locus vel Silva sepibus clausa. Charta Philippi Episc. Brioc. in Hist. MS. Monast. S. Albini Cisterc. *Concessit prædictis abbati & conventui illam partem foresta quæ est ante portam dictæ abbatiæ, de illa noa quæ descendit ad Plesseiam monachorum dictorum. Plesseye*, in Charta an. 1294. Vide *Laeya*.

PLESSIACUM, Eadem notione, in Tabul. S. Vincentii Cenoman. fol. 93. *Nec porci Roberti in sepibus monachorum, nec porci hominum monachorum in Plessiaco Roberti habebant pastorem.*

PLESSITUM, in eodem Tabular. fol. 38. *Eisdem monachis dedi . . . boscum situm inter Plessitium metearia meæ & eorumdem boscos.*

PLEXITUM. Tabul. Vindocin. Ch. 231. *Apud Curcellos una masura habetur cum Plexitio, &c. Adde Chartam an. 1209. apud Menagium in Histor. Saboliensi pag. 364.*

PLESSETUM, Villa, sic dicta à sepibus quibus clauditur, nostris *Pleissis* hac notione, vox notissima. Charta Eugenii III. PP. an. 1145. pro Abbat. Faremonast. *Ecclesiam beati Johannis Evangelistæ cum omnibus decimis, sitam in Plesseto Arnulphi.*

PLEISSIARE, Plectere. Vide *Pleisseicum*.

PLEISTURA. Modus agri. Vide *Pleidura*.

PLETUS, pro *Placitum*, Hispan. *Pleyto*. Tabul. Pinnat. apud Moret. Antiq. Navarræ pag. 496. *Et convenerunt ad me in eadem villa Vharte omnes Principes Pampilonenses, viri pauperes & femina super malos judicios & super malos Pleitos quos habebant. Vide Pletum.*

PLEJUS. Vide *Plegius*.

PLEMINA, **PLEMINARE**. Joan. de Janua: *Plemina, sunt ulcera & sulci in manibus & in pedibus callosis, unde Pleminare, repletum, secundum Ugutionem. [Gloss. Isid. Plemina, cum in manibus & pedibus callosi sulci sunt. Ubi leg. callosi. Rupturæ sunt, addit Martinus, ex inflammatione, Gr. φλεγμοναί.]* Papias: *Pleminare, Repletum, plenarie & perfecte complere.*

PLENAGIUM. Monasticum Anglic. pag. 596. *Et pistoram porcorum suorum, sive Plenagiorum, & decimam panagii mei.*

PLENALITER, **PLENARIE**, Plene, omnino. Acta S. Hemmæ tom. 5. Junii pag. 502. *Et quis sua opera ac virtutes Plenaliter, possit enarrare. Rolandinus de Factis in marchia Tarvis. lib. 10. c. 17. Decapitati sunt ambo eadem hora. Et sic juramentum ipsorum adimpletum est Plenarie, quod unus videlicet alterum non deseruit.*

PLENARIA, seu *plenaria securitas*, ἀποχή πληναρία, cujus formulam sub Justiniano exaratam descripsit ex veteri Instrumento Bibliothecæ Regiæ Barnab. Briffonius lib. 6. Formul. pag. 646. [Deinde Naudæus & postremo Mabillonius in Append. Suppl. ad Diplom. pag. 90.] Julianus Antecessor Constit. 134. §. 3. *Exactores tributorum Plenarias, vel securitates, sive apochas pensitantibus faciant, &c. Ubi in Græco textu Nov. 128. ὑπὲρ δὲ τῶν δημοσίων συντελεσµῶν ἀποχὰς ἦτοι ἀμεριµνίας, μερικὰς τε ἐκ πληναρίας, πᾶσι τρόποις παρὰ τῶν τὰ δημόσια ὑποδεχοµένων γίνεσθαι διεγίγνοµεν.* S. Augustinus in Psal. 61. *Nam quisque pro modulo nostro exsolvimus, quod debemus, & pro posse virium nostrarum, quasi canonem passionum inferi-*

mus. Parata vero Plenaria passionum omnium non erit, nisi cum sæculum finitum fuerit. Diurnus Romanus cap. 6. tit. 20. Unde amplissima vobis heredibusque vestris cautela, Plenariam securitatem duximus munendam.

- ¶ **PLENARIE**, Plene, Gall. *Entierement*. Constitut. pro Abbacia S. Pauli Narbon. an. 1127. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 34. *Et non sint negligentes, neque egrediantur à choro in Laudibus neque ad Te Deum laudamus, imo sint ad Primam Plenarie & ad capitulum. Vide Pleniter.*
- ¶ **PLENARIS**, Integer, totus. Charta Guidonis Archiep. Bituric. an. 1279. apud Thomasser. in Biturig. p. 113. *In ipsa medietate nemoris ubi non erit foresta, dicti homines habebunt suum Plenare usagium.*
- PLENARIUM**. Amalarius lib. 4. cap. 48. *In precipuis Dominicis, in quibus cantilena ac officia lectionis absque recordatione transigi non possunt, ut puta per Adventum & Quadragesimam, si excellentissimorum advenierint solemnitates Sanctorum, in procrastinatione observantur: videlicet ut eodem datario quo accidit, si non potest persolvi, crastino reddatur Plenarium solenne, i. officium plenarium. [Officium plenarium mortuorum, in Maceris Insulæ Barb. to. 1. pag. 89. id est, cum Vesperis, tribus Nocturnis & Laudibus. Vide in Officium, & infra Plenus. Plenarium, alia notione, vide in Missale 2.]*
- ¶ **PLENARIUS**, Plenus, integer. Charta an. 1340. *Prout de procuratione sua in nota subscripta Plenarian fidei fecit. Plenaria indulgentia, in Chron. Astensi apud Murator. tom. 11. col. 276. & alibi. Vide Missale 2.*
- ¶ **PLENARIA SYNODUS**. Collector anonymus Canonum Pœnit. qui ante sæculum nonum vixit, in fine Præfat. suæ tom. 11. Spicil. Acher. pag. 10. *Denique ipsa sacra & generalia Canonum decreta . . . Plenarium Synodum dicunt esse ubi cum suis diocesanis Metropolitanus fuerit Episcopus.*
- ¶ **PLENICENTRUM**, Punctus mundi. *Plenicentrum aperi*, apud Mart. Capellam lib. 8. pag. 290.
- ¶ **PLENIPOTENTIARIUS**, Legatus cum summa potestate, qui habet plenum posse, *Plenipotentiaire*. Archivum Turris Londin. *Littera patentes de potestate data Johanni Britannia Duci nepoti suo, capitaneo generali Anglorum & aliorum suorum militum in Aquitania militantium & Locotenenti in Aquitania Johanne de S. Johanne Aquitania senescallo . . . suis Plenipotentiaris tractandi de consæderatione ineunda inter prædictum Regem & magnificum principem Regem Castella illustrem.* Adde Instrum. to. 4. Gall. Christ. col. 425.
- ¶ **PLENITER**, Plene, omnino. Gesta Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 71. *Cum sancto Remigio diu conversatus est (Principius) suisque exemplis & doctrinis instructus, Pleniterque edoctus, &c. Vetus Notitia inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 142. Testes veraces homines pagenses, perspicui fide, atque rebus Pleniter opulenti. Vide Plenarie.*
- PLENITUDO**, Res integra. Optatus lib. 1. de Synodo Cirtensi Donatistarum agens: *Harum Plenitudinem rerum in novissima parte istorum libellorum ad implendam fidem adjunximus. Concilium Parisiense an. 847. Plenitudo autem Capitulorum, qua in plenitudine Synodali actionum habentur, unde hæ commemorationes excerptæ sunt, ita per loca continentur. Concilium apud S. Macram an. 881. cap. 8. de Carolo Mag. Et quando ad placitum suum veniebat, omnia subtiliter tractata Plenitudini consiliariorum suorum monstrabat, & communi consilio illa ad effectum per-*

ducere procurabat. Vide [Addit. 2. ad Capitul. cap. 28. Capitul. Caroli C. tit. 32. tit. 37. num. 14.] Avitum Viennensem Epist. 2. ex Baluzianis & Glossar. med. Græcit. in *ἁλθρωμα*.

- ¶ **PLENITUDO**, Copia, abundantia. Memoriale Potestatis. Regiens. ad an. 1280. apud Murator. tom. 8. col. 1148. *Pons do Brazolo destructus fait per Plenitudinem aquarum; & inundationes diluvii ita venerunt magna & maxima quod dictum pontem destruxerunt.* Adde Gasp. Barthii Gloss. ex Histor. Palæst. Raimundi Aquilæi, apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 266. Hinc *Plainte*, nostris, eadem notione. *Le Roman de la guerre de Troyes MS.*

*C'est li regne de Focedis,
Une terre mult deliteuse,
Et de tresors bien abondeuse,
O grant Plainte de Chevaliers
D'armes garnis & de destriers.*

Planté, ibidem:

De vitaille ont grant Plantez.

Le Roman de Vacce MS.

*Li Duz a la Planté de la Chevalerie,
Li Duz a la Planté de la gaaignerie,
Li Duz a la Planté de la bonne gent garnie.*

Occurrit passim apud Scriptores nostros vernaculos.

- ¶ **PLENITUDO**, Integritas. Charta Wernheri Argentini. Episc. apud Eccardum Origin. Habsburgo Auftr. col. 112. *Donec facultas rediret reformandi in pristinum Plenitudinis statum.*
- ¶ **PLENITUDO**, Absolutio, expletio, Gall. *Accomplissement*. Capitul. lib. 7. cap. 380. *In sacerdotis pendeat arbitrio utrum dignus sit corpus Christi accipere aut usque ad Plenitudinem poenitentia ab eo separari.*
- ¶ **PLENIUM**. *In plenum*, Plurimum. Acta S. Procopii tom. 2. Julii pag. 146. *Monasterium ipsum in Plenum exaltavit.*
- ¶ **PLENUM-POSSE**, Summa & amplissima potestas, Gall. *Plein pouvoir*. Procuratio Petri Reg. Aragon. an. 1282. apud Rymer. tom. 2. pag. 210. *Damus vobis Bernardo . . . & Jarberico . . . Plenum-posse, quod autoritate nostra possitis consentire super matrimonio.* Charta Henrici VII. Reg. Angl. an. 1496. apud eundem tom. 12. pag. 637. *Damus & concedimus vobis dicto Episcopo commissario & procuratori nostro Plenum-posse nostrum, ut &c.*
- ¶ **PLENUS**. *Plenum officium. Plena vigilia*, Voces usitatae, ubi de societatibus initis inter monachos variorum monasteriorum, quibus sibi invicem preces, cum è vita migraverint, pollicentur. *Pleno officio* significant officium solemne defunctorum, hoc est, cum Vesperis, tribus Nocturnis & Laudibus; *Plena vigilia* indicant tres Nocturnos. Martyrolog. S. Albinus Andegav. *De monacho S. Mariae de Ponte Otranni unum officium Plenum cum Missa.* Ibidem: *De Canonicis S. Mauricii Andecavensis . . . VII. vigiliis, quarum primam Plenam, ceteras cum tribus lectionibus. Vide Plenarium.*
- ¶ **AD PLENUM** informari de re aliqua, Omnino, plene, Gall. *Pleinement*, apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 417. & to. 6. pag. 67. Vox non ignota Latinis.
- ¶ **IN PLENUM DARE**, Plane, in totum & absque conditione. Pomponius D. lib. 40. tit. 7. l. 11.
- PLERARIA**. Charta Senatus populi Romani apud Baronium an. 1188. *Quidquid ab eis conventum est & permissum Rome per scriptum, & juramenta, ac Plerarias, & stararias, ac pracones, &c. Leg. forte plegarias, nisi pleraria idem sit quod pletum, seu placitum, de quo mox. [Mendum esse pro plejaria, vix mihi dubium est.]*

PLEROMI, & PLEROSIMI, Numeri militares, qui sacramentum suum *ἑλπεῖσι*, seu complent, ut est apud Scholiastem Juliani Antecessi. Vide Jacob. Gothofredum ad Leg. 1. Cod. Th. de Domestic.

¶ PLERUM, *ἑμὲς ἀμάξις*, in Gloss. Lat. Græc.

¶ PLESBICITARE, PLESBISCITARE, Litigare, lite contendere. *Plesbicitare seu judicialiter agere*, in Charta an. 1502. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 737. Menoti sermones fol. 79. v^o. *Sed si deberem cras incipere ducere processum, potius velle dare adverse parti DC. scuta, quam incipere rursus Plesbiscitare pro habendo tantos labores, &c.*

¶ PLESSA, Virgulta implexa. Charta an. 1215. pro Monasterio Burguliensi, apud Labbeum in Miscell. pag. 641. *Prædicti vero homines de tenemento de Coldris debebunt ire . . . ad Plessas per tres dies in feriis Natalis. Vide Plesses.*

¶ PLESSATUM, Jus Plessas seu virgulta in foresta cædendi; nisi locum intelligas sepibus conclusum, atque adeo idem sit quod *Defensa* 3. Charta an. 1209. apud Menagium in Hist. Sabol. pag. 364. *Dederunt etiam . . . Plessatum forestarum, & molendina, & stagnum, cum omnibus pertinentiis de Perodio-Novo.*

¶ PLESSEIA, PLESSEICIUM. Vide *Pleisseicium*.

¶ PLESSES, ut *Plessa*, à Gall. *Plessis*. Vide *Pleisseicium*. Tabul. Burgol. an. 1263. *Cum nos peteremus plures angarias, per angarias & costumias ab hominibus virorum religiosorum abbatis & conventus de Burgolio, . . . videlicet . . . boquespent & Plesses ad animalia silvestria capienda, &c.*

¶ PLESSIACUM, PLESSITIUM. Vide *Pleisseicium*.

¶ PLETHORIASIS, PLETHORICUS. Vide mox *Pletoricus*.

¶ PLETONEDA, Locus palis seu virgultis implexis conclusus, *parcus*. Charta an. 1060. in Tabul. S. Victoris Massil. *Donamus totam decimam tam in pane quam in vino, quam in carne, quam in fructibus, & totam Pletonedam que est contra S. Christophorum in consta, que consta tenet se cum prato. Vide Pleisseicium.*

PLETORICUS. Hermannus de *Lerbeke* in Chronico Comitum Schawenburgenfium pag. 35. *Et quia multum fuit Pletoricus, toto corpore denigratus est.* [Lexicon medic. *Plethorici*, quatuor humoribus abundantes, pingues, pleni. *Plethoriasis*, humorum repletio. A Græc. *πλεθος*, multitudo, copia.]

PLETUM, Placitum, Gallis *Plet*. Charta Anacleti PP. in Chron. Benev. S. Sophiæ pag. 694. *Ut nullus . . . hac molendina . . . in Pletum ponere, vel oppignerare præsumat. Vide Placitum, & Plitum.*

¶ PLEVESIS, Pleuritis, Massiliensibus *Pluvesin*. Miracula MSS. Urbani V. PP. *Patiebatur gravissimum dolorem in latere sinistro, quod Plevesin vulgariter appellatur.*

¶ PLEVIANUS, Paræcus, *Plebanus*. Acta SS. tom. 1. Junii pag. 772. ubi de S. Gerardo: *Qui debebant ex debito post crucem cum Pleviano suo venire, ad visitandum ibidem sanctum corpus. Plevitas*, pro Plebitas, ignobilitas, apud Nonium ex Catone & Hemina.

PLEVINA, PLEVIRE, &c. Vide *Plegius*.

PLEURA, Modus agri in Pictonibus, forte ex Gr. *πλευρον*, mensura 100. pedum quaquaversus. Laudatur in Historia Richeliana Duchesnii pag. 117. Charta Thomæ Abb. de Englia anno 1289. qua Joannes Chaillac vendit quædam Pleuras, qua fuerant defuncti Joannis de Yprio. Vetus Consuetudo villæ de Perusa an. 1275. apud Thomasserium lib. 1. Consuet. Bituric. cap. 66. *Ou chemin devet avoir 16. braces de lonc, & oët braces de ample, laus autres*
Tom. V.

fors de chemin 16. braces de ample, & checune Pleure douet au Seigneur l'an une quarte de froment, vendant & comptant, aensicom est taillé la quarte. Infra: Et si hom i prant Pleure, doit batir dint un an, ou la daet clorre, &c. Occurrit ibi pluries, ubi pro mensura videtur usurpari, [vel potius pro loco vacuo, Gall. *Place vacante*. Vide *Platea*.]

PLEURESIS, pro *Pleuritis*: Nostris, *Pleuresie*. Utitur Hubertus in Vita S. Gudilæ num. 36.

¶ PLEURIS, Eadem notione. Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 363*. *Qui cum pluribus infirmis profuisset, & semel pro quodam Pleure satigato voluisset particulam dividere, &c.*

¶ PLEUSIACUM. Vide *Pleisseicium*.

PLEUTERIA. Charta Ludovici Regis Franc. an. 1279. in 30. Regesto Archivi Regii ch. 129. *Item assignamus eidem Episcopo & successoribus suis . . . 4. libras Turon. annui redditus percipiendas ab eodem Episcopo & successoribus, in Pleuteriis dictis Vicecomitalibus, sitis in tenemento Nemaufensi, quæ à domino rege tenebantur cum dominio, laudimio, consilio, & censu 2. solid . . . Item quod dicta assignatio Pleuteriorum continet in se 32. quarterias, quæ 32. quarteria sunt versus honorem dicti Episcopi de Bastida, &c.* Sic omnino scriptum, forte pro *Plantariis*. Vide *Plantata*.

¶ PLEUVINA, PLEVIRE, PLEXIRE. Vide *Plegius*.

¶ PLEXITIUM. Vide *Pleisseicium*.

¶ PLEYDURA. Vide *Pleidura*.

¶ PLEZARIA, Cautio, vadimonium, Italis *Piezaria*. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 492. ad an. 1311. *Pro quolibet termino non observato, & de sic observando det idoneam Plezariam ad beneplacitum domini Ducis. Vide Plegius.*

1. PLICA, Plicatura, vel involutio. Matth. Westmonasteriensis ann. 1217. *Prisones, castra, debita redemptionum, obligationes, juramentorum fidei interpositum, obsides & consimilia, utrobique sine Plica fraudis plene & plane dimitterentur. Idem an. 1254. Insonuit ictus tonitruum cum fulgure, quod cadens super turrin Ecclesiæ . . . maximam quercum, quasi Plicam contorsit, & quasi in fila minuta dissipando contrivit.* [Spicileg. Fontanell. MS. p. 397. *Cum vero corporale plicatur, sunt quatuor Plices in longitudine & tres in latitudine; per quatuor Plicas designantur quatuor virtutes cardinales, & per tres alias tres virtutes theologales.*]

¶ PLICA, Plicatura, Gall. *Dos*, *repli d'une lettre*. Bulla Clementis V. PP. an. 1311. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 72. *Et super Plicam scriptum est, registrata.*

¶ 2. PLICA, Vestis monachicæ pars, à plicaturis sic dicta. Constitut. Cluniac. MSS. an. 1301. in Tabul. B. M. Deauratæ Tolos. *Nullus monachus, sive in abbazia moretur, sive in conventuali vel non conventuali prioratu, per villam in qua habitat sine froco, aut capa regulari, Plica circumquaque collum non suta, præsumat incedere, aut alicubi equitare.*

3. PLICA, Morbi genus, in Vita B. Ladislai apud Papebroch. [tom. 1. Maii pag. 603. *Plica*, lingua nostra vernacula *Gozdzic*, morbus ille vocatur. *Malum & virus hoc, non modo circa capillos, sed & in venis, nervis, musculis, carne & ossibus hærens, vehementer homines cruciat & torquet; ossa interdum non solum loco movet, sed etiam in partes minutas confringit; grassatur perniciosè per omnia membra, cibos grossiores respuit, delicatos potus interdum solos admittit; alias ad pugnam paratus maximorum dolorum gignit materiam, universaque viscera corporis cruciando depopulatur, artuum quoque penetrat intima, plena doloris ingrens vestigia; in Russia potissimum provinciis omnibus*

perniciosa parturit germina. Occurrit iterum in Mirac. B. Kingæ tom. 5. Julii pag. 755. ubi Solle-rius notat sub finem sæculi 16. hunc morbum ob-feruari primum cœpisse.]

PLICATA. Tabularium Ecclesiæ Cadurcensis: *Illum alodem de Cassinolasillo capud manso, cum ipsa Plicata, & cum ipso torculario, & cum omnibus adificiis.* Ubi *plicata*, idem forte est quod *cratis, plaxitium, pleis- seicium.* Vide in his vocibus. Ita *πλοκοτάς*, crates vocat Joannes Cananus de Bello Constantinopoli- tano pag. 194. *πλοκαδία* Laonicus lib. 7.

¶ **PLICIA**, pro *Pellicia.* Vide in hac voce. Testam. an. 1314. *Unum supertunicale serratatum de cindalo. Unam Pliciam de cuiissetis, &c.*

PLICTON. Chartula plenariæ securitatis scripta sub Justiniano, apud Briffonium lib. 6. Formul. pag. 647. *Stragula polimita duo valente solido uno tremisse uno, scamnile ac piclo valente solido uno, Plicton ve- tere filiquas aureas, camisia tramofrica, &c.* [Vide *Pellicia.*]

PLIGIUS. Vide *Plegius.*

¶ **PLIGORIUS**, Prolixior, longior, apud Inno- cent. de Cas. pag. 224. *Per Pligorias lineas.* Ita Fa- ber in Thesauro.

¶ **PLISTOBOLINDA**, *Ludus*, quo qui plura jactu enumerat, puncta, appositam argenti summam aufert. Laur. in Amalth. ex Jun. Gr. *πλεισθολινδα.*

PLITUM. Leges forestarum Canuti Regis cap. 17. *Si quis autem contra primarium (forestarium) pugna- verit, in Plito emendet secundum pretium sui ipsius, quod Angli were & wite dicunt.* Ubi *Plitum*, idem forte est quod *Placitum*, Gall. *Plet.* [Vide *Pletum.*]

¶ **PLIVIRE**, **PLIVIUM**, **PLIVUS.** Vide *Plegius.*

¶ **PLIX**, *πλιχ*, in Gloss. Lat. Græc. Vide *Plica* 1.

¶ **PLOCIUM.** Vide *Plotei.*

¶ **PLODRABOTH.** Vide *Pluflaib.*

¶ **PLOMBATÆ**, ut *Plumbata*, in Statutis Astens. cap. 92. fol. 34. vº.

¶ **PLONUM.** Vide infra *Ploum.*

PLOPLA, Populus. Vide *Oplus.*

¶ **PLORATIO**, Ploratus. Martyrol. antiq. apud Struvium tom. 2. Act. litter. pag. 214.

Qui nube levi qua intravit

Ægyptum ad se levavit

De valle Plorationis.

Occurrit etiam apud S. Augustin. Serm. 17. de Sanctis.

PLOSTELLUM. Miracula S. Joan. Beverlac. num. 5. *Qui antea in motu suo effigiem representaverat bel- luanam, in sua tamen erectionis initio pyramidis usus est appodiamento, ad modum pueri Plostello innixi, & hu- mum pene signantis mento.* Vox, ut videtur deducta à *plaustrum*, ut recte conjectat Papebrochius, [qui vehiculum interpretatur, cui axillarum tenus in- nixi pueri prohibentur à lapsu, dum interim illud corporis nixu protrudentes formare gressum di- scunt. Vide *Plaustellum.*]

¶ **PLOSTRARIUS.** Vide *Plaustrarius.*

¶ **PLOSUS**, Explosus. Statuta antiqua Canonic. Re- gul. sæc. 13. apud Duellium Miscell. to. 1. p. 94.

Quæ communia non poterunt fore, sunt tibi Plosa.

Ubi Glossæ, i. e. *Explosa.*

¶ **PLOTEI**, Proprii. Gloss. Isid. Martinus recte emendat, *Plocii, stupei*, ex eodem Isid. lib. 19. c. 27. *Placium est stuppa & quasi crassedo serici, & est Græcum nomen.* Ubi ex Hesychio leg. monet *Plo- cium*; pro *crassedo*, scribe *crassitudo*. Non minus vi- tiose Papias: *Placium est stuppa quasi grossitudo serici.*

¶ **PLOTEUM**, *πλοτέμα*, in Gloss. Lat. Græc. Säu- german. pro *Pluteum.*

¶ **PLOTUS.** Vide *Plautus.*

¶ **PLOUDA**, an *Pluvia?* Acta SS. tom. 3. Junii pag. 452. de S. Raynerio: *Et pracepit ei ut nunquam amplius sibi caput de Plouda ablueret.* Italis *Plota & Plova* pluviam sonat.

PLOUM, in vett. Glossis: *Quod habet duas rotas; aratrum, cujusmodi fuit illud, quod Galli plau- rati, aut plammorati vocabant, ut auctor est Plinius lib. 18. cap. 18.* [Planarati edidit Harduinus; sed *Plaustrarati* haud improbabiler legendum putat, ob rotulas nempe aratro additas, similitudinem- que plaustri vel currus.] Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 6. *Si quis Ploum aut aratrum alienum iniquo animo scapellaverit, &c.* [Plovum, in Cod. Mutin. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 40. Statuta Montis Regal. fol. 223. *Si transeundo, & faciendo viam novam per alienam possessionem cum bestiis à ba- sto, seu cum curru, Plovo, seu carrula, solvat bannum.*] Aratrum Danos etiamnum *Plowen* appellare alii notarunt. At editio Boerii habet *Plonum*, Heroldi vero *Pralonum*, pag. 193.

¶ **PLOWALMES**, Eleemosynæ aratrales, tributi genus quod Ecclesiæ pensitabatur apud Anglos, ab *Alms* eleemosyna, & *Plough* vel *Ploow*, aratrum. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 256. *De qualibet caruca juncta inter Pascha & Pentecosten unum dena- rium, qui dicitur Plowalmes.*

¶ **PLOWBATE**, Jus percipiendi lignum necessa- rium ad conficiendum vel reficiendum aratrum; vox ejusdem originis ac superior: bothe Anglo- Saxon. est mulcta, emendatio, ita ut qui jus illud habet quietus sit à mulcta quæ infligi solet aliis id agentibus. Charta an. 1426. apud Madox For- mul. Anglic. pag. 145. *Et predictus Ricardus & assignati sui habebant rationabilia Plowbote, cartbote & fyrebote, in predictis terris & tenementis.*

¶ **PLOWLAND**, Idem quod *Hida.* Vide locum in *Carrucagium* 1.

¶ **PLOVUM.** Vide *Ploum.*

¶ **PLOWSHUM**, Pars aratri; de laminis ferreis quibus aratrum firmatur, intelligit Kennettus in Glossar. ad calcem Antiq. Ambrosd. ex Compu- to an. 1406. *Cum uno vomere & una cultura, & di- midia toughe cum uno Ploowsho emptis xxiii. den.* An- glis *Plough-share* est vomer, Gall. *le soc.*

¶ **PLUENTA**, *πλούματα*, in Gloss. Lat. Græc. f. pro *fluenta.* Occurrit tamen alibi, ut ibid. observatur.

PLUERIUS, Avis, quæ nostris *Pluvier*, apud Fride- ricum II. lib. 1. de Venat. cap. 2. §. 11. 12. &c.

PLUMACIUM. Glossæ Gr. Lat. *πλουμάκιον, πλουμίον, Plumacium.* Anastasius in Sergio pag. 61. *Locellum aperuit, in quo interius Plumacium ex holoserico super- positum, quod stauracis dicitur, invenit.* [Perperam *Plumonium* edidit nuperus auctor in lib. Gall. cui titulus: *le Tombeau de J. C.*] Idem videtur quod *opus plumarium*, de quo infra. [Eadem quoque no- tione accipienda hæc vox videtur in Hist. Leutoldi, apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 139. *Jussit autem ut uxor ejus in Plumaciis sericis & vesti- bus nobilibus, & in pendenti curru nobiliter residens, pauperem virum . . . eminus prospectaret.*]

PLUMACIUM, **PLUMACIA**, Pulvinar, Papiæ, quod *plumis impleatur.* Alibi *Pulvillus, Plumacium.* Jo. de Janua: *Plumacium, cervical, vel scriptorium.* Gloss. Lat. Gall. *Plumacium, cheveffier, coiffin de plume, ou escriptoire.* Capitulare de Villis cap. 42. *Ut una- quaque villa infra cameram lectaria, culcitas, Pluma- tias, batlinios, drappos . . . habeat.* Traditiones Ful- denses lib. 1. cap. 125. *De elaboratu meo sunt hæc, boves 39. . . mappas 4. manutergia 2. Plumacia 6.*

opertoria 2. pallia linea 6. pulvilli 14. lectisternia 6. &c. Vita S. Odiliae num. 13. Pro Plumatio capiti suo petram imponere solebat. Vita S. Macarii Aegyptii cap. 3. Erant istis antiquitus Ethnicorum sepulta corpora: ex quibus unum arripuit, capiti que supposuit tanquam Plumacium de scirpo. Neque alia notione usurpavit Gotesfridus Viterbiensis part. 9. Chron.

Ultimus Assyriae Rex nomine Sardanapala
Fecerat ex pluma Plumacia, clausus in aula
Facta suis digitis culcitra prima fuit.

Charta Sisnandi Episcopi Iriensis, seu Compostellani, aera 952. apud Antonium de Tepez tom. 4. Chron. Ordinis S. Benedicti: Venapes 4. Plumatio 5. tapete 1. lectos 6. cathedras 10. mensas 8. mensorios 8. &c. Alia Rudesindi Episcopi Dumienensis aera 953. apud eundem tom. 5. Plumatio digniores paleos (ex pulio, seu serico,) 10. alios subminores 8. &c. [Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 572. Non soliti (Neapolitani) jacere sub armis, sed lectis mollibus & Plumacis. Adde S. Ambros. Epist. 27. ad Valentin. Imperat. Vitam Udalrici Episcopi tom. 2. Julii pag. 102. &c.] Joannes Villaneus lib. 6. cap. 42. Con un Pimaccio ch'a Frederigo puose il detto Manfreda insu la bocca, si l'affogo. Scribit Gobelinus lib. 6. Comment. Pii II. pag. 154. Henricum V. Regem Angliae plumeos lectos Anglicis interdixisse: animum etiam ei fuisse, si Regnum Franciae totum obtinisset, vini usum auferre, omnesque vineas aratro vertere, nihil tam enervare hominum vires quam plumas, & vina, putanti.

¶ PLUMATIUNCULA, dimin. à Plumacium. Vita S. Columbæ Abb. tom. 2. Junii pag. 204. Sed in sua, super suam Plumatiunculam, morietur dano.

¶ PLUMACUS, forte ut Plumacium. Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hispan. col. 788. Donamus cangaves duas sanias & una siricia & Plumacos siricios v. & seplefanios tapites II.

PLUMÆ, in avibus, differunt à pennis. Nam plumas dicimus, inquit Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 45. Quæ habent cannulas in radice, & costam procedentem per medium gibbositatis usque ad ultimum earum. Hæ Plumæ nascuntur per totum corpus, & cooperiunt cutem: sed pennas dicimus, quæ habent majores cannulas, radices sibi & similiter costam protensam per medium pilositate usque ad summum. Hæ sunt majores Plumis, & multo magis sunt ad sustinendum volucrum in aëre, quam ad cooperimentum cutis.

PLUMAGIUM, Plumæ avium, nostris Plumage, apud eundem Fridericum ibid.

PLUMALE. Willel. Thorn. an. 1179. Misit idem Papa Alexander prædicto Abbati Rogero, Monasterio S. Augustini, Plumale suum & zonam suam in signum & memoriam specialitatis & dilectionis perpetua. Et venit Plumale istud ad sanctum Augustinum 6. Kl. Julii, &c. Sed legendum Pluviale. Vide in hac voce.

PLUMALIA, sunt pellicia, Electorum Imperii indumenta, humeris superinjecta. Goldastus.

PLUMARE. Vide Plumarium 2.

1. PLUMARIUM, Pulvinus plumis fartus. Chronicon Montissereni ann. 1126. Ferunt, quod ipsa Plumario ventri alligato, prægnantem se esse hoc artificio mentiretur. Ubi forte legendum Plumacio. Vide supra in hac voce. [Litteræ Johannis Reg. Franc. an. 1351. tom. 2. Ordinat. pag. 434. Quando veniebanus Parisius, in domibus quibusdam, capiebant ad opus nostrum servientes culcitrae & Plumaria. Inventar. vetus apud Marten. Itin. Litter. pag. 241. Tria Evangelia, Plumaria vi. &c. Occurrit præterea apud S. Ambros. Epist. 24.]

Tom. V.

2. PLUMARIUM, PLUMARIUS. Plumarium opus dicitur, quod ad modum plumarum textitur & variegatur, Galli, Ouvrage à ramage dicunt. Papias: Plumario opere, in modum plumarum. Tabular. Monasterii S. Theofredi in Velavis: Sunt & alia Cortina linea 3. artificio Plumarii composita. [Chronic. Farfense tom. 2. Muratorii part. 2. col. 469. In silva-plana, ubi fuit antiquitus congregatio ancillarum, quæ opere Plumario ornamenta ecclesie laborabant.]

PLUMARIUM, Plumariorum textores. Vetus inscriptio Romæ: Artemidoro Plumario collega. Ars plumaria, apud S. Hieronymum in Chronico ann. 345. Vitruvius lib. 6. cap. 7. Plumariorum textura. Plumariorum officina, ejus Abbreviatori cap. 15. Recensentur Plumarii, apud Varronem, Vopiscum, veterem Biblior. Interpret. Exodi cap. 35. & 38. Firmicum lib. 3. Math. cap. 10. & 13. & in Lege 1. Cod. de Excus. artif. lib. 10. apud quos Jac. Cujacius, Bulengerus, & alii censent ita vocari artifices, qui vestimenta ex plumis avium conficiunt. [Vestes ejusmodi sericas aut lineas, quibus intextæ non sine ingenio plumæ varii coloris, ex America adlatas vidisse se testatur Muratorius in Notis ad locum jam laudatum.] Prudentius in Hamartig.

... Hunc videas lascivas præpete versu
Venantem tunicas, avium quoque versicolorum
Indumenta novis textentem Plumæa telis.

Corippus lib. 2.

... sedemque paternam

Constructam plumis, pulchrisque tapetibus altam. Et Seneca Epist. 91. Non avium plumæ in usum vestis conservantur. Varro: Nulla, quæ non didicit pingere, potest judicare, quid sit bene pictum à Plumario. Certe vidimus tabellas ejusmodi opere plumario affabre effictas: & Fullerus lib. 1. Miscellan. sacror. cap. 20. in ea est sententia, plumariam artem circa hæc primitus versatam, nomenque inde mansisse Polymitariæ & acupictoriæ. Constat enim plumariam artem eam postmodum fuisse, quam ποικιλικὴν vocabant, ac dictos plumarios, qui plumas, atque adeo alias, verbi gratia, florum, animalium vel hominum figuras, aut acu pingebant, aut arte textoria exprimebant in serico: de quibus Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 403. γφανται οἱ τὰς Σηρῶν ὑμένας ἐξεργαζέμενοι, πολλοῖς χρώμασι τε καὶ νήμασι τὰς εἰκόνων τεχνουργίας ποικίλλουσιν εἰς τελείας εἰκόνας ἐκπλήρωσιν. Paulinus lib. 1. de S. Martino:

... quid serica tactu

Lenia, vel docte expressis viventia signis.

Proinde Plumarii, sunt ποικιλται, ut est in veteri Gloss. Neque aliter Isaacus Tzetzes ad Lycophronem pag. 241. Νῦν δὲ ἀπλῶς βεβαμμένους διὰ πολλῶν βαφῶν, καὶ πεποικιλμένους, καὶ πλυμαρμῆς λέγει, & recentiores Grammatici. Willel. Brito in Vocab. Plumarius, operarius, qui operatur cum pluma, i. cum acu. Plumarium, opus acu pictum. Addit auctor Mammotrecti ad cap. 26. Exodi: Nam quadam lingua pluma dicitur acus. Quæ quidem hauserunt à Petro Comestore in Histor. Eccles. cap. 53. Exodi: Et coccinei coloris opere plumario. Pluma enim lingua quadam acus dicitur, scilicet Aegyptiorum, quorum sunt diversa lingue, sicut Græcorum. Hoc genus veli vulgo Distratum dicitur, quasi bis stratum. Prima enim fit tela, cui cum acu opere manuali substernuntur picturationes. Sunt qui dicunt opus plumarium à similitudine avium, quibus super addita plumarum varietas: Idem opus dicitur etiam Polymitum, &c. Hanc plumariæ artis varietatem expressit vetus Interpret. Exodi cap. 26. Decem cortinas ... variatas opere Plumario facies. Et

cap. 28. *Opus Plumarium* rursus habetur, ubi 70. Interpretes ἐργασίαν ὑφάντε, & ἔργον ὑφάντεν ποικιλτῆ. Ibidem denique ἔργον ποικιλτῆ, *opus polymitarium* redditur. Sic *plumaria ars*, eadem est cum ποικιλτινῆ, quam πολυμιταρικὴν τέχνην vocant Hesychius & Suidas. Atque ita fere usurpant Scriptores. Regula S. Cæsarii ad Virgines cap. 42. *Plumaria & acupictura & omne Polymitum, vel stragula, sive ornatura nunquam in Monasterio fiant. Ipsa etiam ornamenta in Monasterio simplicia esse debent, nunquam plumata, nunquam holoserica.* Eadem pene habentur in Recapitulatione ejusdem Regulæ cap. 11. & in Regula S. Donati ad Virgines cap. 63. Thomas Cantipratanus cap. 54. num. 14. *Opus vero earum (vestium) nec Plumarium, id est ex acu factum adverti poterat, nec textrinum.* Historia de fratribus conscriptis an. 908. *Cozonem sive lenam opere Plumario contextam.* Monasticum Angl. tom. 3. p. 318. *Habet paruras de opere Plumario longas, &c. . . amictus de opere Plumario confusus cum nodis auri & argenti, &c.* Alanus in Planctu naturæ: *Tunica vero polymita opere picturata Plumario, infra se corpus claudat virgineum.*

PLUMATUM OPUS. Glossæ antiquæ MSS. *Textilia, plumata.* Petronius: *Plumato amictus aureo Babylonico.* Anastasius in Greg. IV. *Et vela ante januas lineum Plumatum unum.* Charta donationis Ecclesiæ Cornutianæ, edita à Suaresio: *Ante regias Basilicæ vela lineæ Plumata majora, &c.* Vita S. Amatoris Episcopi MS. *Thalamus intra ædium splendidissima spatia rite construitur, cui pars auro Plumata nitet, alia vero cocco ac serico non semel tincto, eboreque lucido coruscat.* [Vide *Græciscus.*]

PLUMEUM OPUS. Dudo lib. 3. de Moribus & actis Normann. pag. 153. *Bissofque niveas purpureasque auro intextas, Plumeoque mirabilis artificii holoserica commisit.* Sic πλεμμία appellant Procopius lib. 3. de Ædif. Justin. pag. 27. edit. 1607. & Chronicon Alexandr. pag. 728. πλεμμισός dixit Anonymus de Locis Hierosol. cap. 1. extremo: *Καὶ ἡ ἀγία τράπεζα ἐστὶ σκεπασμένη πλεμμισή, & sancta mensa tecta est umbraculo opere Plumario contexto.* Et cap. 3. *Καὶ ἡ ὄχρα τῆς πέτρας ἦν κωνωπὴ πλεμμισή.*

PLUMARE OPUS, apud Alcuinum lib. de Divinis Officiis.

PLUMARE, Operi plumario dare operam. Vopiscus in Carino: *Quid lineas petitas Ægypto loquar? quid Tyro & Sidone tenuitate pellucidas, micantes purpura, Plumandi difficultate pernobiles?* [Vide Lexic. Martini v. *Plumo.*]

¶ **PLUMASSERIUS,** Gall. *Plumacier*, Plumarius, in Catalogo Confratriæ B. M. Deauratæ Tolos.

¶ **PLUMATIA, PLUMATIUNCULA, &c.** Vide supra *Plumacium.*

¶ **PLUMATUM,** Pulvinar, pars lecti superior. Guidonis Discipl. Farfensis cap. 47. *Hos versus conscriptos habeat camerarius in fuste lectorum, sive in Plumatis ipsorum in dormitorio fratrum, &c.*

¶ **PLUMATUS.** Vide *Plumarium 2.*

¶ **PLUMAZOLUM.** Anonymus in Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 813. *Ovariolum unum deauratum cum tribus pedibus leonum. Plumazolum unum deauratum cum pedibus quatuor leonum.* Videtur esse vas ad usum mensæ.

¶ **PLUMBARICIUS,** Ad plumbum pertinens. *Plumbaritia fossæ*, unde plumbum eruitur, in Capitul. de Villis cap. 62.

¶ **PLUMBARIUS,** μολοβδεργής, in Gloss. Lat. Gr. Qui opera ex plumbo conficit. Ejusmodi artifices memorantur à Vitruvio lib. 8. cap. 7. & Herone

cap. 6. de Machinis bellicis. Hi sequebantur exercitum ad usum machinarum, ut observat Carolus de Aquino in Lex. milit. ut eas construerent, vitiatas sarcirent apteque collocarent. Charta ann. 1318. apud Madox Formul. Angl. pag. 316. *Dum potens & habilis fuerit ad laborandum in arte piscatoris vel Plumbarii, seu quocumque honesto opere alio.* Occurrit præterea in Computo ann. 1261. ex Bibl. Reg. Vide *Pomellus & Plumbator.*

PLUMBATÆ, Clavæ plumbo, quo graviores sint, munitæ: Gallis *Plommées.* Gauterius Cancellarius de Bellis Antiochenis pag. 453. *Telis, sagittis, Plumbatis ferratis, & crebris gladiatorum ictibus reinvadendo acerrime percusserunt.* Consuetudo Montium in Hannonia cap. 50. *Et soit entendu qu'avec tels bastons d'armes esmoluës, sont compris trait de poudre, arbalestre, dard à main, Plommées, mailles de plomb, & autres bastons ayans fer, plomb, estain & autre métal.* Guillelmus Guiart MS.

*Là veissiez entasser maçes,
Et Plommées pour faire plaies,
Lances brandir, & archeгаies.*

Alio loco:

*Comme espées, coutiaus, & haches,
Plommées fermement tenuës,
Fauchons, juisarmes esmoluës.*

Rursus an. 1214.

*Là ot tant bastons & Plomées,
Viez espées, & lances seches,
Et juisarmes pleines de breches.*

Guignevilla Monachus Carilocenſis:

*Ma grant machuë & ma Plomée
Est la venganche Diu nommée.*

Henricus de Gauchy, in versione MS. libri de Regimine Principum: *La siste chose con doit apenre les batilleurs, est ferir de maches Plomées penduës à chaines de fer à un baston gros, & cele plomée donne tresgrand cop, qui ferir en sot.* Froissartes 1. vol. c. 316. *Le sire de Chin tenoit une Plombée, dont il enfondroit les bacinets qu'il attaignoit.* Adde tom. 2. cap. 125. & Historiam obsidionis Aurelianensis p. 45. 48. Berrium, &c. [Vide Lexic. milit. Caroli de Aquino v. *Plumbata.*]

¶ **PLUMBATA,** Globulus plumbeus, *Bale de plomb*, apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. pag. 568. *Percussus fuit Plumbata qua ipsius caput intravit, & subito expiravit.*

PLUMBATA, Idem cum seq. *Plumbatum*, de quo statim. Acta Martyrii SS. Maximiani & Isaaci: *Jacebat identidem classis illa carnivororum violentiam Plumbatarum.*

PLUMBATA, Ponderis species. Tabular. S. Dionysii Novigenti num. 1240. *Dicunt se esse in possessione à singulis hospitibus seu stagiariis Prioris & Conventus S. Dionysii de Nogento Rotrodi ementibus in villa . . . in die mercati, ad pondus, quod Plumbata vulgo dicitur, quamdam summam pecunie semel in anno, &c.*

¶ **PLUMBATOR,** Idem qui *Plumbarius*, in Litteris Eduardi IV. Reg. Angl. an. 1474. apud Rymer. tom. 11. pag. 840. *Carpentarios, lathomos, fabros, Plumbatores, & alios artifices, &c.*

PLUMBATUM, Flagellum, cujus lora plumbeis globulis in extremo instructa erant. Acta S. Castuli Mart. num. 4. *Jussit . . . deorsum in eculeo suspendi, & atrocissime Plumbatis cadi.* Vox frequens in Vitis SS. in Cod. Theod. & apud Scriptores, quos laudant Briffonius de Verbor. significat. Meursius in Gloss. v. πλεμβάτων, Jacobus Gothofredus ad leg. 2. Cod. Th. de Quæſtion. &c.

PLUMBATUM, *Perpendicularum, amuffis*, Ugutioni.

PLUMBATURA, [Conjunctio ex plumbo facta, in Leg. 23. §. 5. Digest. de rei vindic.] Vide *Applumbatio*.

¶ PLUMBERIA, Charta an. 1223. ex Tabulario S. Andreæ Avenion. *Vendidimus . . . domino Bermundo abbati & toti conventui quinque partes tasche quas habemus in Plumberiis*. Forte nomen est proprium loci alicujus à lapidibus plumbariis quibus abundabat sic dicti.

¶ PLUMBETUM, Lamina plumbea, cui aliquid inscriptum sit. Acta SS. to. 1. Junii de S. Symeone recluso, pag. 102. *Porro residuum corpus in plumbea reconditam tumba, cum Plumbeto indigna manu mea super re gesta conscripto, &c.*

PLUMBUM, Inter supellectilem domesticam recensent Léges Burgorum Scotior. cap. 125. §. 1. *Habebit ad domum suam ista utensilia, videlicet mensam meliorem, mappam, . . . lectum plumalem, melius Plumbum, cum le mask sat, cupam, barrellum, &c.*

¶ Haud scio an pro perpendiculari hic usurpetur; certe ea notione occurrit in Statutis antiquis Cartusianorum part. 2. cap. 16. Vide *Cornu* 3. Eodem significatu nostri *Plommet* usurparunt, ut auctor est Borellus.

PLUMBUM IN OCULIS, *Macula coloris plumbei*. Gloss. Ifid. Vide *Bulla*.

¶ PLUMBUS, Symbolum seu tessera ex plumbo. Vide in *Merallus*.

¶ PLUMBUS, pro *Plumbeus*, in Charta an. 1541. apud Rymer. tom. 14. pag. 726.

PLUMEA, *Avium multitudo*, Papiæ, & Glossis antiquis MSS.

¶ PLUMECULA, Plumula, pluma levior, in Vita B. Columbæ tom. 5. Maii pag. 378*.

¶ PLUMELLA, Cervical plumis fartum. Acta SS. tom. 1. Julii, de S. Monegunde, pag. 314. *Hoc (de matta loquitur) erat quotidianum scamnum, hoc culcitra, hoc Plumella*. Vide *Plumacium*.

¶ PLUMERATUS, *Plumerata retia*, in lib. de castro Ambasiæ apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 513. ubi alias *plumbata*.

¶ PLUMEUM OPUS. Vide *Plumarium* 2.

¶ PLUMINARE, Pulvinus plumis fartus, Ital. *Piumaccio*. Chron. Mutin. ad an. 1329. apud Murator. tom. 11. col. 119. *Multi etiam cives, alii metu, alii amore, culcitra, Plumitaria, & alias suppellectiles commodarunt eisdem*.

¶ PLUMMATUS, f. pro *Plumeus*. Vide post *Baculus* 2.

¶ PLUMMISTUM, *Plumis refertum, ornatum*. Laur. in *Amalth.* ex Gennadio.

¶ PLURALES, Qui plura beneficia ecclesiastica simul possident. Litteræ Eduardi II. Reg. Angl. ad Johannem XXII. PP. ann. 1318. apud Rymer. tom. 3. pag. 691. *Quandam constitutionem à vestra sanctitate emanasse, per quam pluralitatum dispensationes tolluntur quodammodo: & vacatura, per eandem constitutionem, Pluralium beneficia, vestra & sedis apostolica dispositioni reservantur, &c.*

PLURALITAS, pro *Numerus, Multitudo*, in Regula S. Columbani cap. 7. *Cum tanta Pluralitas eorum sit, ita ut mille Abbates sub uno Archimandrita esse referantur*. [Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 62. pag. 167. *Rugiencium saxivomorum horrenda Pluralitas, &c.* Vide supra *Plurales*.]

¶ PLURALITER, *Plurifariam*. Oratio in Nativit. D. N. J. C. ex Missali Mozarabum, apud Mabillonium in *Append.* ad Liturg. Gall. pag. 454. *Te Domine Jesu Christe, te Deum Pluraliter homines*

salvantem, & hominem in Deo singulariter potentem invocamus, &c.

¶ PLURIFICARE, Augere. Chronic. Mellicense Schrambii pag. 412. *Denique post regula descriptionem Plurificata sunt Sanctorum festa*.

¶ PLURIFICARE, Sæpius facere. Idem Chronic. pag. 415. *Rasura etiam fratrum ultra 14. dies non solet differri, nec citra decem dies Plurificari*.

¶ PLURIFICARE, Longius producere. Tract. inter Carolum de Malatestis & Cardinales, apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 1070. *Supplicabat igitur Sanctitati suæ, ne vellet propter modicum permittere tot fidelium errare mentes, & pessimum schisma tot inveteratum annis Plurificari, intendi & extendi*.

¶ PLURIFICATUS, Frequens, iteratus, apud eundem Marten. ibid. col. 692. *Neque per eorum crebras instantias, neque per Plurificatas litteras . . . potuerunt finaliter obtinere*.

PLURIMA, Turma, multitudo. Anonymus de Miracul. S. Bertini cap. 9. *Apparuerunt pedites inestimabilis Plurima, &c.* Cap. 10. *Quod audiens omnis Plurima*. Utitur præterea cap. 11. ut & de Inventione reliq. S. Bertini cap. 12.

PLURIOR, comparat. vocis *Plus*. Gloss. Gr. Lat. *πλείονα, pluriora, plurima*. Hinc nostri *Plusieurs* hauserunt. Paulus Warnefrid. in Episcopis Metensib. *Prædicit ei Pluriora eundem quam reliquerat habiturum*. Utuntur præterea Leges Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 8. Capitula Caroli Cal. tit. 14. cap. 3. Regula Magistri cap. 7. Alcuinus Epist. 14. 27. Vita ejusdem Alcuini num. 15. edit. Mabillonii. Hist. Translat. S. Sebastiani num. 100. &c.

PLURITAS, Multitudo, *pluralitas*, æque barbarum, occurrit apud Fredegar. in Chron. cap. 20. [Chron. Corn. *Zantsiet* apud Marten. to. 5. Ampliff. Collect. col. 387. *Juxta exigentiam Pluralitatis vel populositatis oppidorum*.]

¶ PLURIVOCUS, Plura significans. Mart. Capella lib. 4. pag. 97. *Queritur quid sit equivocum, quid univocum, quid Plurivocum*.

¶ PLUS, *Sine pluri*, Gallice *Sans plus*, nihil addito. Statuta Massil. lib. 1. cap. 57. *Quod teneat (argentum) marcham argenti 2. den. & obolorum sterlingorum sine Pluri*.

¶ PLUS, Charta an. 1013. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 86. *Et quod Plus est, querimus ut, &c.* Phrasis Gallica, *Et qui plus est, davantage*, Insuper, præterea.

¶ AD PLUS, Ad summum, Gall. *Au plus*. Statuta Cluniac. an. 1200. in Bibl. Cluniac. pag. 1464. *Qui (Elemosynarius) una ad plus sit equitatura contentus*.

¶ PLUSAGIUM, Summa excurrens, residuum, Gall. *Surplus*. Litteræ Eduardi I. ann. 1295. apud Rymer. tom. 2. pag. 692. *Et si forte aliquid ultra retinuerit, vel ceperit; de illo Plusagio teneatur fideliter respondere*. Aliud sonat in Charta an. 1285. ibid. pag. 299. *Gilbertus de Clare Comes Glovernia . . . dedit eidem dom. Alicia . . . maneria de Welles & Warham . . . una cum octo libratis, undecim solidatis, & octo denaratis in reditu super Plusagio, operibus & perquisitis de visu franciplegii*. Sed legendum videretur *Plassagium*. Vide in hac voce.

¶ PLUSCOAT. Tabul. Begar. an. 1130. *Perrexerunt ad Gaufridum filium Comitis Stephani, qui missi ab eo ut locum explorarent, pervenerunt ad locum dilectæ solitudinis, cui nomen est Pluscoat, sive Pura sylva*.

¶ PLUSCULUS. Annal. Estenses Jacobi De Layto ad an. 1399. apud Murator. tom. 18. col. 955.

Ad id faciendum promptissime annuerunt, tum causa vicinia, & amicitia, ac liga, & tum quod Plusculis ante diebus Comes Johannes multa scelestia fecerat. Id est, paucis ante diebus, Gallice *Peu de jours auparavant*.

PLUSLAIB. Lex Longobard. lib. 1. tit. 8. §. 24. Si battiderit, aut percusserit, pro una ferita, si vulnus aut livor apparuerit, componat, &c. Tit. 9. §. 3. Et si spolia de ipso mortuo tulerit, id est Pluslaib, componat, &c. [Plodreboth, ex Cod. MS. Estensi, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 19. Pulisclagi, ex Cod. Mutin. ibid. pag. 24. Pulslabi, ex Edit. Heroldi tit. 43. §. 30.] Vox formata, inquit Lindenbrogius, ex German. *blouff*, nudum, & *laib*, corpus.

¶ PLUSSIVETUM, πλέον τῆ δέοντος, in Gloss. Lat. Gr. Ubi Vulcanius restituit *Plus justo* ut alibi legitur, vel *debito*.

PLUSTRUM. Testamentum Herberti Comitis Veromand. an. 1059. apud Joan. Carpentarium in Histor. Cameracensi: *Cum huobis, arcis, Plustris, & aratris ab his (mansis) dependentibus*. Nostri *Ploustre* [vel *Ploutroer, Ploutroir & Plotroer*, ut apud Nicotium,] vocant cylindrum, quo agri occantur, ac glebæ obtéruntur: sed an hoc loco id intelligatur, non definio.

¶ PLUTEUS, Machina bellica antiquis notissima, quam describit Vegetius lib. 4. cap. 15. Eiusdem meminit Abbo in Obsidione Paris. pag. 505.

*Mille struunt etiam celsis tentoria rebus
Tergoribus collo demptis tergoque juvencum
Bis binos tressive viros clypeare valebant*

Qua Pluteos calamus vocitat cratesque Latinus.

A similitudine aliqua plutei veteris, ut scribit Carolus de Aquino in Lex. milit. eodem plutei nomine notat recens militia machinam tectoriam in oppugnatione urbium, ad figuram arcæ vel ambulacri ductilis, qua fossor cunicularius cum suis armamentis inclusus per fossam transmeat ad cuniculos destinato in loco aperiendos. Id genus machinæ vocamus *Galeria*.

PLUVIALE, PLUVIALIS, Vestis, quæ totum hominem operit, & à pluvia defendit. *Pluviales lacerne*, apud vet. interpr. Juvenalis: *Pallium pluviale*, apud Joannem Monachum in Vita S. Odonis Abbatis Cluniac. lib. 2. de S. Martino Episc. *Stolaque candidissima indutus, super quam pallio Pluviali utebatur. Vestis Pluvialis, quæ cappa vocatur*, apud Wibertum in Vita Leonis IX. PP. cap. 8. Bulla Nicolai III. PP. apud Bzovium an. 1280. num. 5. *Ad incensandum altare, cum ex more hoc fuerit faciendum, non in cappa linea, sed serica, quæ Pluviale dicitur, Sacerdos accedat*. [Testam. Cardinalis Talairandi ann. 1360. apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 1472. *Duo Pluvialia de opere Anglicano*.]

PLUVIALIS, Vestis Episcopalis, quam sic describit Durandus lib. 3. Ration. cap. 1. num. 13. *Pluviale vel cappa, habet caputium, proluxa est usque ad pedes, in interiori parte fimbriis adornata, quam non nisi in majoribus festivitibus induunt*. Ceremoniale Cencii Camerarii de summi Pontificis inauguratione: *Prior Diaconorum ipsum de Pluviali rubeo ammantat, & eidem electo nomen imponit*. Hugo Lugdunensis Archiep. de Electione Victoris II. PP. apud Hugonem Flaviac. pag. 234. *Abbas pro mercede nefandissima consecrationis, fultus auctoritate Ducis, Pluviale sibi ipse imposuit*. Arnulfus Lexoviensis in Epist. de Electione Alexandri PP. *Impositumque sibi manibus fere omnium Pluviale repellit*. Alia Epist. de eodem: *Preparatoque furtim, sicut dicitur, Pluviali,*

de manibus offerentis arrepto, in humeros suos tanta festinatione conjecit, ut herentibus collo fimbriis pavimentum lamberet pars superior indumenti. Concilium Budense an. 1279. cap. 19. *Præterea statuimus, quod Archiepiscopi, Episcopi, . . . mitrati cum superpellicis, stolis, & cappis, seu Pluvialibus, Synodo adsint*. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 2.

Pallia, planetas, Pluvialia, &c.

Vide Leonem Ost. lib. 2. cap. 79. 99. 103. &c. PLUVIANA, Canalis, per quem effluunt aquæ pluviales. Charta an. 1180. apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placentinæ in Regesto 2. part. ch. 26. *Item de omnibus scolataris & Pluvianis, quæ labuntur vel decurrunt per omnes stratas, &c.* Occurrit ibi pluries.

PLUVICINO. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Pluvicino, it̃ȝtancpiȝe. Pluvicinatio, ȝtanc*, Saxon. *piȝe*, dorsum sonat.

¶ PLUVIMENTUM. Vide in *Plegius*.

PLUVINA. Vide *Plegius*.

¶ PLUVIUM, Fidejussio. Confirmatio treugæ Domini apud Stephanot. tom. 8. Fragm. Hist. MSS. pag. 98. *Item constitutum est ut nullus homo pignoret alterius res pro Pluvio, vel pro alio negotio aliquo*. Vide *Plegius*.

PNEUMA, Flatus, πνεῦμα. Henricus Monach. Autistodor. de Vita S. Germani lib. 6. pag. 65.

Pneumata ventorum, tempestatumque tumorem.

Pneuma, quod alias *jubilum* dicitur, est cantus species, quo non voces, sed vocum toni longius cantando diducuntur & protrahuntur: quod quia cum respirationis difficultate fit, πνεῦμα appellatum est. Quippe, ut est apud Galenum in Lexico Hippocratis *ἡ ἀύλη τὴν ἠόσωνταιαν* significat. Hugo à S. Victore in Speculo lib. 1. cap. 7. *Unde Alleluja modicum est in sermone, multum est in Pneumate*. Occurrit ibi, &c. 3. non semel, & apud Durandum lib. 4. cap. 20. num. 6. & Joannem Abrincens. de Offic. Eccles. pag. 13. *Pneuma, quod in fine antiphonarum canitur*, in Statutis Cluniacensib. Petri Venerabilis cap. 67.

PNEUMATIZARE. Hugo à S. Victore in Speculo lib. 1. cap. 3. & 7. *Sic itaque Ecclesia Pneumatizando expressius quodammodo sine verbis, quam verba innuit*. Ibidem: *Jubilare cum Pneumate*, idem sonat.

NEUMA, Æ, quæ & *Jubilus*, productio cantus in finali litera antiphonæ. Ita Durandus lib. 5. cap. 2. num. 31. Papias: *Neuma, i. pars cantilene, quæ fit de geminatione ptongorum, ut tam, &c.* Belethus de Divin. Offic. cap. 59. *Hic etiam notandum, quod semel diximus, Neumam feminei generis absque P. accipi pro jubilo: pro Spiritu autem sancto dicitur Græce Pneuma, Pneumatis*. Hinc nescio quis Poëta MS. ex Bibl. Thuana:

Neuma canit sine p cum p fit Spiritus almus.

Certum tamen, vocem deductam à Gr. πνεῦμα, unde recte & quidam *neuma* dixerunt neutro genere pro *pneuma*. Perperam enim Petrus Maillartus lib. de Musica cap. 9. dixit *neuma*, (quod esse ait cantum, arte confectum ac inventum, ad supplendum cantus Antiphonæ defectum circa tonum,) ex Græco πνεῦμα, assensus, appellatum, quod illius proprium sit, Antiphonæ & Psalmorum tonum eundem tribuere. Ugutio: *Neuma, atis, vel Neuma, a, i. vocum emissio, in hymno modulatio, unde Neumaticus, modulator dulcis*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Neumes, emission de voix, modulation. Neumaticus, de neume, modulateur, douls, souef, consonant*.] Gregorianæ Psalmodiæ Enchiridion: *In quovis tono est Neuma proprium, . . . & dicitur*

illa melodia, quæ sit in caudis antiphonarum. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: In hebdomade ista nullum Neuma dicatur in fine antiphonæ. Per neuma significatur suspiratio animæ redemptæ ad caelestem patriam. Udalricus lib. 1. Consuet. Cluniac. cap. 11. Post Alleluja, quædam melodia Neumatum cantatur, quod Sequentiam quidam appellant. Usus antiqui Ordin. Cisterciensis cap. 56. In fine vero Responsoriorum & versuum ad omnes Missas totum Neuma dicatur, ad omnes dissonantias evitandas. Infra: Idem alleluia cum suo Neumate integro cantatur. [Charta an. 1180. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 594. Cantor monachorum incipiet Kyrie eleison, & monachi cantabunt versum, & canonici Neuma ejusdem versus. Statuta Ordin. Cisterc. an. 1191. apud eundem tom. 4. col. 1271. Ad missas matutinales, dicatur totum Neuma in fine responsorii.] Will. Brito lib. 3. Philipp.

Voti non meminit mens carminis immemor, ori
Subtrahit assueti cor flebile Neumatis ausum.

Fatendum tamen, crebrius neuma feminino genere usurpari à Scriptoribus. Alcuinus lib. de Offic. divin. cap. 33. Solet enim auctor Antiphonarii aut distinctione cantus, aut distinctione ordinis varium affectum monstrare sanctorum: sicut de Joanne Symmista fecit per Neumam circa intellectum verborum, sapientiæ, & intellectus in Responsorio, In medio Ecclesiæ. Rupertus lib. 2. de Divin. offic. cap. 2. Offerenda gravis & grandisonus imitatur cantus, quæ Neumis distenta frequentibus, & suis sæcunda versibus, quantumvis longa jubilatione, non valet satis exprimere, quod significat. Adde Honorium Augustod. lib. 1. cap. 14. 88. lib. 3. cap. 8. Belethus cap. 121. Nota interim non debere in festo B. Mariæ Annuntiationis sequentiam, quam etiam Profam appellatam esse diximus, cantari, etiam causa devotionis, nec unquam nisi canatur Alleluja: moris enim fuit, ut post Alleluja cantaretur Neuma. Nominabatur autem Neuma cantus, qui sequebatur Alleluja, &c. Udalricus lib. 1. cap. 15. Plures statuuntur ad profam concinendam, quibus chorus per Neumas respondet. Et cap. 16. Post Alleluja, nescio quæ Gallicane Neumæ cantantur. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: Antiphona . . . ultima de uno quoque Nocturno cum Neupina finiatur. Passim ibi. Hinc forte le droit de neufme, apud Britannos, sive mortuarii, quod Parochis pensitari solet, pro cantu Ecclesiastico in obitu Parochiani. Vide Raguellum.

Alia est hujus nomenclaturæ origo; scilicet quod hæc pensitatio, quæ primum in tertia parte bonorum decedentis consistebat, ad nonam tertiæ partis mobilium redacta fuerit; unde dicta Droit de neufme. Vide Judicium defunctorum.

NEUMATIZARE, Neumas producere cantando, apud Durandum lib. 5. cap. 2. num. 31.

NEUMÆ, præterea in musica dicuntur Notæ, quas musicales dicimus: unde Neumare, est notas verbis musicæ decantandis superaddere. Anonymus interpres Hugonis Reutlingensis Sacerdotis in Floribus Musicæ: Antiphonarium & Graduale collegit, dictavit, & Neumavit, seu notavit. Mox: Omissis clavibus & lineis, quæ in Neuma seu nota musicali requiruntur. [Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 17. Pro signo antiphonariorum, præmisso generali signo libri, adde ut pollicem inflectas, propter Neumas quæ sunt ita inflexæ.] Occurrit non semel apud Guidonem Monachum, & Joannem Monachum in libris de Musica. [Vide Fagmentarius Cantor.]

POCAGIUM, Tributi genus. Litteræ Henrici VIII. Reg. Angl. an. 1526. apud Rymer. tom. 14. pag. 165. Quietsint imperpetuum de . . . mu-

ragio, passagio, Pocagio, lestagio, stallagio, &c. Legendum forte Picagium. Vide in hac voce.

POCALIS, Mensura vinaria, pro potio, potionalis. Charta Ferdinandi Comitæ Castellæ æræ 972. apud Anton. de Yopez in Chron. Ord. S. Benedicti pag. 31. appendic. Cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos Poçales de vino. Santa Maria de Pelago saiales per omnes domus singulos cubitos.

Pocalis idem omnino videtur quod Buccalis, Iagena vitrea, vel Baucalis, vasis species, nostris Bocal. Vide in Banca 1. & infra Poconnus.

POCCÆ, Variolæ, in quibusdam provinciis Piques, à Lat. pungere. Iperius in Chron. S. Bertini cap. 28. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 560. Balduinus filius Arnulfi Flandriæ comitis morbo, quem medici variolas sive Poccas nominant, corripitur. Mirac. S. Cuneræ tom. 2. Junii pag. 565. Alteri per Poccas per triennium oculi extincti fuerunt. Adde Annal. Bened. tom. 3. pag. 441.

POCHETEAU, Piscis species, f. Porculus marinus, Gall. Marsouin, Belgis Posch. Charta de Aquariatu Monast. de Talmundo an. 1366. Si autem de radia seu raye aut Pocheteau, quinque pecias tenebitur ministrare. Vide Porpecia.

POCHIA, Pera. Vide Punga.

POCHITUS, à Gall. Poché. Ova pochita, Ellxa, Gall. Oeufs pochés. Ordinat. Humberti II. super numero & ordine mensurarum, to. 2. Hist. Dalph. pag. 313. col. 1. Alias si non possunt haberi pisces recentes, dentur nobis sexdecim ova Pochita in aqua cum aliquo bono salsamento. Occurrit ibi pluries.

POCILLATOR, Pincerna, buticularius, Echanfon, qui est à poculis, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. Miss. pag. 342. de Modis observ. in coronat. Reg. Hungar. Pocillatoris munere fungetur Dn. Andreas Dozy. Occurrit apud Miræum tom. 1. pag. 450. Pocillateur nostri ebriosum vocant.

POCINAGIUM. Computus an. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. CLI. De Pocinagio Stamparum, xvii. f. Præstationem intelligo, quæ ex Polkinis seu mensuris frumentariis Domino debetur. Vide Polkinus.

POCIOLUS, seu POTICULUS, Potiuncula. Joannes Episcopus Arelatensis in Epist. ad Moniales S. Mariæ Arelat. Nulla sit vobis cum viris aut mulieribus religiosis aut laicis, quamvis quibuslibet propinquis aut extraneis potandi licentia; sed tantum ipsis, quibus præfati sumus, pro caritatis officio, sicut concedet vestram sanctitatem, Pociolos offerre præcipimus. Vos tamen in eorum præsentia in omnibus abstinete, ne si licentius cum eis indulta occasione potata fueritis, in resolutione potandi aut cor vestrum contraria cogitatio subripiat, aut jocus indecens per oculos & aures, & verba, & cachinnos prorumpat.

POCO, vox Hispanica, Puteus. Charta Ferdinandi Gonzalez Comit. Castellæ, inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 175. Quorum termini hæc sunt: de parte Orientis Peña-rubia, & Poço antiquo semper manante, &c.

POCONNUS, Eadem notione qua Pocalis supra. Tabular. Calense an. 1288. Ita tamen quod solam præbendam una cum potagio & duobus Poconnis vini semper habeat, sive vacet, sive non.

POCULAMENTUM, Potus, poculum. Vita S. Guthlaci tom. 2. April. pag. 41. Excepta bordeacei panis particula & lutulenta aquæ Poculamento.

POCULENTUM, Quævis potio, quidquid ad potum spectat. Statuta Massil. lib. 1. cap. 1. §. 17. Item, quod (Rector) nullum munus . . . recipiet ab

- aliquo, vel aliquibus per totum tempus sui regiminis, . . . nisi essent canes & aves ad venandum, vel res pertinentes ad esculentum & Poculentum, valentes à 5. sol. ad plus. Occurrit etiam in Statuto Philippi Pulcri an. 1302. tom. 1. Ordinat. pag. 364.
- ¶ POCULUM CARITATIS, Convivium, quo amici excipiuntur. Vita B. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1809. *Die sancti Gregorii Papæ, Papa Gregorius Pralatos, quotquot in curia aderant, invitavit ad caritatis Poculum. Vide Potus.*
- ¶ POCULUM LAUDIS Judæis dicebatur illud, quo convivium Agni paschalis claudebant. Vide *Eucharistia* initio.
- ¶ POCZOLLUM, f. Terrenus agger, ab Ital. *Pogivolo*. Chron. Estense ad an. 1299. apud Murator. tom. 15. col. 346. *Circa horam tertiam finito consilio ipsorum venerunt extra cameram super quodam Poczollo, ubi invenerunt mensas paratas.*
- ¶ PODAGIUM, Idem videtur quod *Pedagium*. Vide in hac voce. Charta S. Ludov. Reg. Franc. an. 1259. inter Instrumenta tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 234. *Podagium etiam civitatis & alii reditus in eadem civitate vel territorio ad Episcopum pertinente, &c.*
- ¶ PODAICUS dicitur Christus in Orat. cujusdam librarii ad calcem libri Theogeri Episc. Metens. de Musica, apud Pezium tom. 1. Anecd. Præfat. p. 15. forte quod illum *podere* seu tunica talari vestitum repræsentet S. Johannes in Apocal. c. 1. 13.
- ¶ PODARE, dici videtur de prima vineæ pastinatione, quod circa pedem vitis fiat. Tabular. S. Victoris Massil. an. 1349. *Teneatur vineam laborare seu laborari facere tribus vicibus, videlicet Podare, fodere & reclaudere temporibus opportunis. Rem tamen non definitio, cum Provinciales Poudar dicant pro Vitem putare: unde*
- ¶ PODARE CULTELLUM, vulgo *Poudadoire*, ipsis dicitur falx vineatica, qua ad vitem putandam utuntur, in Inventar. an. 1294. ex Tabul. S. Victoris Massil. *Doujat* in Diction. Tolosan. *Poudo, serpe, Pouda, élargeonner, effeuiller la vigne.*
- ¶ PODENCUS, Canis species, Hispanis *Podenco*, Nebrissensi *Vertagus*. Fori Aragonenses tit. de venatorib. *Si aliquis furatus fuerit Podencum aut canem custodem domus. Fori Oscæ an. 1247. fol. 36. Quicumque leporarium aut alanum furatus fuerit, . . . & qui Podenco furatus fuerit, cum duobus aliis reddat domino suo, &c.*
- ¶ PODERAGIUM, Primarium jus hypothecæ in prædium, aut feudum, quod à Domino feudi creditori conceditur, vel sibi ipsi, si vassalli creditor est, reservat. Consuetudines Tolosæ: *Est usus & consuetudo Tolosæ quod Dominus feudi potest dare Poderagium & primarium creditoribus in feudo illo, quod tenetur ab ipso, & sibi potest in dicto feudo dare & retinere Poderagium pro debito, quod feudatario & aliis debet, &c.* Adde part. 2. Rubr. de Poderagio & b.m.no. Part. 4. tit. de feudis, art. 16. [Vide *Potioritas & Primaria*.]
- ¶ PODERE, PODERUM, PODERIUM, Ital. *Podere*, Possessio, prædium rusticum, *Potestas*, nostris, quæ vis est vocis Italicæ. [Charta ann. 1195. tom. 2. Bullar. Casin. pag. 225. *Philippus Dei gratia dux Tuscia & dominus totius Poderis comitissæ Matildis, &c.* Chron. Parmense ad an. 1292. apud Murator. tom. 9. col. 823. *Et etiam ob hoc per Commune Parmæ fuit eis largita quarta pars Poderis dom. Jacobi Tavernerii quam sibi reliquerat in testamento suo.*] Charta Ottonis V. Imper. an. 1212. pro Monas-

- sterio Aquæ frigidæ in Italia: *Venam scream, quæ est in prædicto monte super Podere, sive in terra, quæ est illius Monasterii.* Occurrit non semel in Chartis Italicis, ut & *Poderum*, & *Poderium*, unde emendandus Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 84. ubi *pereram ponderis, pro poderis*, editum. Adde Ughellum to. 4. pag. 857. Frideric. II. Imper. Epist. 2. ex Baluzianis, & Carol. Molineum in Consuetud. Paris. tit. 1. de feudis Gloss. 5. §. 17.
- ¶ *Podere mobili opponitur, ut colligimus ex Statutis Cadubrii lib. 2. cap. 26. Ordinamus quod Podere alicujus in curia seu super curiam ad petitionem alicujus creditoris, vel personæ poni non possit, & ipsum recipere officialis aliquis non possit, nec sit ausus, nec scribere in quaterno nisi primo & ante omnia varrentatum sit ipsi officiali per aliquem præconem curiæ se non invenire aliqua bona mobilia debitoris, seu illius qui dicitur esse debitor ad pignorum, seu ponendum in sua manu, vel jurati usque ad summam debiti creditoris.*
- ¶ PODERIS, Tunica talaris, *podhēis*, vestis Sacerdotum antiquæ legis, quam in nova vulgo *camisiam* vocant. [Tertullianus adv. Judæos cap. 11. ex Ezechiele cap. 9. 2. *Et unus vir in medio eorum indutus Podere. LXX.* Interpretes ἐνδεδυκὸς ποδῆης; vulgata, *vestibus lineis.*] Lucherius Lugdunensis: *Poderis, sacerdotalis linea corpori penitus austricta, eademque talaris, unde & Poderis appellata, hac & subucula dicitur.* Papias, pro *subucula*, habet *camisia*. Ita etiam Isidorus lib. 19. cap. 21. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Poderis, vestement à prestre comme aube.*] Adde Ivonem Carnot. ferm. 3. de Reb. Eccles. Innocentium III. lib. 1. de Mysterio Missæ cap. 10. 16. 39. &c. Anonymus de Revelatione corporis S. Austremonii, in Prologo: *Podera quoque & ciclades, quarum amiciebantur tegmine, nimium superabant candorem.* Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 867. *Quidam illorum (Clericorum) Poderibus suis induti, &c.* Metellus in Quirinalibus: *Pedum levi de fune fert Episcopus, Presbyter à scapulis, & partem Poderis sequens.* Fridegodus in S. Wilfrido cap. 11. *Comuntur roseo candentia Podere colla.*
- ¶ VESTIS PODERIS, Linea & acupicta, in Bulla Nicolai III. PP. an. 1278. apud Rymer. tom. 2. pag. 99. *Nobis vestem Poderis universum orbis ambitum continentem . . . ingerentes, &c.*
- ¶ PODERIUM, Villa, pagus, districtus *Potestatis*, judicis, &c. Statuta Montis Regal. fol. 276. *Item statutum est quod nulla persona de civitate Montis Regalis, vel posse, vel ibi habitans, debeat. . . illos pannos vendere in civitate Montis Regalis vel Poderio, sub pœna sol. LX.* Statuta Vercell. lib. 3. fol. 87. vº. *Nullus bubulcus ducens vinum ad civitatem Vercellarum ad victuram possit nec debeat pernoctare cum ipso vino in loco vel Poderio terre ubi habitat, &c.* Vide *Potestas*. *Poderium*, *Poderum*, pro *Possessio*, prædium rusticum, sæpius usurpant Scriptores Itali, ut supra observatum in *Podere*.
- ¶ PODEROS. Charta an. 1111. inter Probat. to. 2. Hist. Occitan. col. 378. *Ego Bernard Amel te reddria lo castel de Cheralb & sorsas quas ibi fuerint. Et si ego non fuero Poderos, MD. sol. donem tibi.* Vox Vasconica quæ idem sonat atque *Et si ego non potuero, &c.*
- ¶ PODESTAS. Vide *Potestas*.
- ¶ PODESTATICUM, Idem quod *Potestas*, jurisdictionis, dominium. Charta an. 1202. in Tabular. regio Provinc. *Ego Guillelmus gratia Dei comes Forcalquerii consiteor & recognosco Consulibus Avenionis in toto populo & territorio ejusdem civitatis plenum Podesstaticum*

Podestaticum & plenam dominationem, &c. Vide Potestativum.

¶ **PODESTICUM.** Vide *Pedesticum.*

¶ **PODIARIUS,** *inter mimos.* Gloss. Isid. Qui ad podium fabulas agebat, interprete Grævio.

¶ **PODIATA.** Vide *Podium 2.*

¶ **PODIBAT,** Poterat, in Charta Chlotarii III. Reg. an. circ. 657. apud Felibian. Hist. Sandion. pag. vii. *Idio ipsa auctoretate mano propria non Podibat subscribere.*

¶ **PODICUS,** Pedestris, ποδικός, apud Mart. Capellam lib. 9. pag. 328. *Temporum alia simplicia sunt, quæ Podica etiam perhibentur.*

¶ **PODIDUM.** Vide in *Pedagium.*

¶ **PODIENSIS SOLIDUS.** Vide in *Moneta Baronum.*

¶ **PODIOLUS.** Vide *Podium 2.*

PODISMUS, ποδισμός, *Pedatura: Podisnatus ager, pedibus dimensus.* Glossæ MSS. *Podisimus, Gr. Lat. pedalis mensura.* Vide *Pedatura.*

Occurrit hæc eadem vox, ut observat Carolus de Aquino in Lex. milit. apud Scriptores Tacticos, præcipue Ælianum, ut significant spatium illud in instructione aciei, quo unus miles ab alio sejungitur, non solum à lateribus, sed etiam à fronte & tergo. Distabant autem inter se vel sex, vel tres pedes, aut etiam pedem & semis.

1. **PODIUM.** Leges Inæ Regis cap. 74. edit. Saxon. 70. *Plena ambra butyri, salmones 5. 20. Podia sæni, & 100. anguilla.* [Certum pondus significari videtur.]

2. **PODIUM,** Res quævis, cui innitimur: à podiis Circorum, vel ædium mœnianis, voce Latinis Scriptoribus nota, de qua copiose Vitruvii interpretes, ac præsertim Bernaldinus Baldus. Jo. de Janua: *Podium, baculus, super quem innitimur, cum sæpe terram terimus. Unde & podium dicitur ubicumque innitimur, & inde Podio, as, appodio, as, compodio, suppodio, omnia pro valde inniti.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Podium, baston pour apoier, ou appoieur.*] Petrus Damian. lib. 3. Epist. 8. *Ut nec Podio, nec adjacenti prorsus ulli materiæ dignentur inniti.* Sugerius lib. de Consecrat. Eccles. S. Dionysii: *Arcus nullo suffulti Podio.* Diploma Friderici I. Imper. ann. 1162. apud Diage in Comitib. Barcin. lib. 2. cap. 174. *Cum Romani Imperii dignitas . . . nullo nisi divino innixa Podio, &c.* Philippus Eystetensis Episc. in Vita S. Willibaldi, de contracto: *Qui cum relatu didicisset reliquias S. Walpurgis ad Ecclesiam deportari, sumptis Podiis more solito, firmiter claudicando chorum ascendit.* Et infra: *Sanitatem omnimodo est adeptus, ita quod Podiis & baculis abjectis cæpit jubulare & saltare.* Ordericus Vitalis lib. 12. *Alii vero Podiis vel lapidibus, quos ibi forte invenerant, arreptis, repugnare conati sunt.* [Ingelramnus in Relat. S. Richarii, sæc 5. Bened. p. 565.

Ut per circuitum posses incedere templi

Tutius utque per hos valuisses figere gressus,

Desuper adjunctum munimen erat Podiorum.]

PODIUM, Pars formæ monachicæ, cui Monachi, cum procumbunt, innituntur. Ufus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 68. *Et paululum à Podio semotus, stet usque ad merum.* Cap. 69. *Quicumque hymnos incipit stet semotus à Podio.* [Statuta ejusdem Ordinis. an. 1219. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1314. *Monachis in stallis suis manentibus, dum antiphona canitur, & semotis à Podio.*]

PODIATA. Gauterius Cancellarius de Bellis Antiochenis pag. 459. *Facto specu subterraneo, insodientes mittit homines, igniferosque parat currus siccis lignis insitos, ut cum ad turres pervenerint, sub Podiata*
Tom. V.

postibus eisdem immixtis ignibus corruant. De cuniculis, qui lignis sustentabantur.

APPODIARE, Inniti in rem aliquam, incumbere, Gall. *Appuyer, s'appuyer,* Ital. *Appoggiare.* Gloss. MSS. *Fulcio, apodio.* Ugutio: *Sufflare, id est apodiare, fulcire, appodiamenium supponere. Vel hoc sufflamen, appodiamenium, quod cui innititur ut sustentetur.* Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 693. *Et baculo, quem bajulabat Appodiatas immobilis stetit.* Willebrandus ab Oldenborg in Itin. T. S. *In Joppem pervenerunt, ubi navim, quam sine remis & velo in portum hujus Tarsis Appodiaverunt.* Jacobus de Vitriaco lib. 3. *Cadaver perfidi armatum, ad modum autem vivi Appodiantes, crexerunt.* Utuntur præterea Rigordus an. 1190. Cæsarius lib. 5. cap. 5. Wilhelmus Brito lib. 2. & 3. Philipp. pag. 115 133. Wallinghamus an. 1271. Matthæus Paris, Chronicon Aulæ Regiæ an. 1321. & 1329. Chronicon Windes. lib. 1. cap. 11. [Petrus de Dusburg in Chron. Prussiæ cap. 53.] Vita S. Constantinensis Abb. Cavensis cap. 4. num. 25. &c. *Le Roman d'Amile & d'Amy MS.*

Qui les veist for les chevax Puier.

[*Le Roman de Floire MS.*

L'en li amoine un vairon,

Tos fut coverts d'un siglaton,

Li Seneschax i est Puie.

Ibidem:

Et sont es bons chevax Puiez.]

APPODIAMENTUM, Gall. *Appuy,* Italis *Appoggio,* res quæpiam cui innitimur. Conradus Marpur. in Vita S. Elizabeth, de claudio: *Sura tibiaram adeo evanuerant, similiter & nates, quod ire non potuit ulatenus, nec sine Appodiamenito sedere.* Et infra: *Cæpit ad sepem & ad Appodiamenita alia se erigere, & sic gradi.*

APPODIATIO, Eadem notione, in Epist. Balduini de Expugn. Constantinopolitana apud Arnold. Lubec. pag. 190.

APPODIATORIUM, Fulcrum, nostris *Potence,* apud Recuperum in Actis B. Ambrosii Senensis num. 1. 139.

SUPPODIARE, Sustinere, *Soustenir.* Sugerius in Vita Ludovici VI. pag. 318. *Descendente vero tota statione, eum Suppodiano deportans, celsitudinem Paternitatis ejus notis & ignotis clarificavit.* Ita enim vox hæc restituenda apud Bertrandum in Miraculis S. Roberti Abbat. Casæ-Dei num. 13.

REPODIATIO. Chronicon Windemense lib. 1. cap. 27. *Sine Repodiatione & brachiorum super stalla reclinacione communiter in Choro stare consuevit.*

POGIUM, Idem est quod *Podium,* quo innitimur. Chronic. Fontanellense cap. 16. *Porticus honestas cum diversis Pogiis adificari jussit, quibus trabes imposuit, ac juxta mensuram eorumdem tectorum in longum extendit.*

¶ **POÏUS,** Eadem notione. Vetus Monast. Casin. descriptio à Ruinartio laudata in Apolog. S. Mauri: *In Poïo, qui est in dormitorio ante portam de turre, sanctus Benedictus solsit rusticum.*

¶ **PODIOLUS,** dimin. à *Podium,* Balcon. Regimina Paduæ ad an. 1282. apud Murator. tom. 8. col. 461. *Facta fuerunt stationes Communis Paduæ subtus Podiolum potestatis.* *Podiolus* editum ibidem col. 427. Chronicon Tarvisinum apud eundem to. 19. col. 781. *Cum illis deambulans per Podiolos ita studiose, &c.* Vita B. Henrici Baucens. tom. 2. Junii pag. 372. *Prout clare poterant etiam de Podiolo episcopatus intueri.*

3. **PODIUM,** Collis, mons: Gallis *Puy,* [*& Pec;*

le *Pec de S. Germain en Laye*; *Pou*, Normannis, le *Pou de Flamanville*; alibi *Pic*, *Pic de Teneriffe*; Occitanis & Arvernus, *Poy*, *Peu*, vél *Puesch*. *Puey*, & *pueyo*, in Charta Sancti Abarcæ Regis Aragonum æræ 971. apud Blancam in Commentario rerum Aragon. pag. 613. [Chartophylacium Regium Regesto 49. fol. 50. *Donavimus . . . Podium sive montem vulgariter appellatum de Champinac*. Charta an. 1047. in Tabul. S. Victoris Massil. *Et pergit ad ipsum Podium sursum, &c.*] Theodulphus Aurelian. in Parænesi ad iudices:

*Hinc Magalona habuit levam, Sextantio dextram,
Hic scabris Podiis cingitur, illa mari.*

Hinc dicta urbs Aniciensis in Arvernus, quod supra podium extructa sit. Vita S. Gregorii Episc. Aniciensis: *Surge velociter, & cacumen istius montis ascende, quem majores vestri Græco sermone Anitium, (ab αἶνω) vos autem quasi propria nationis vocabulo dicitis Podium*. Vide Odonem de Gesseio in Histor. Aniciensis lib. 1. c. 26. [Valesium in Notit. Gall. pag. 452. Huetii Orig. Cadom. pag. 322. & infra *Puteus* 2.] Quod vero Podium alii, nostri Pui dicunt. Le Roman de Florimon, cujus auctor vixit an. 1188.

*Li Rois fu bien apareilliez,
Le Pui descent tout embronchiez,
Le Pui de vale contrevale, &c.*

Le Roman d' Auveri MS.

*Ains que gi muire, en aurai tant ocis,
Couvert en ierent li Pui, & li larris.*

Alibi:

Envers Cortrai par larris & par Puis.

Le Roman de Roncevaux:

Rollans regarde ens Puit, & ens valées.

Alter Poëta MS.

Chevaux fuians courir le Pui & la valée.

Alibi:

Que li Puis & li vauz trestout en resonna.

POIUM, pro Podium, Collis, mons, [una Poya etiamnum rusticis Dumbensibus. Notitia an. 876. in Append. ad Marcam Hisp. col. 798. *Per summitate de ipso Poio in frontat in kero Dandrifo, &c.*] Occurrit in Bulla Leonis IX. PP. & in Diplom. Conradi Imp. apud Ughellum in Episcopis Afulanis: passim etiam in Tabulario Casauriensis, ubi interdum *poiora*, pro *poio* reperitur. Adde Franciscum Mariam in Mathilde lib. 3. pag. 105. 106. 108.

¶ **POIUS**, in Charta an. 1058. ex Tabul. S. Victoris Massil. *Ameridie sicut est Poius qui dicitur Castlar, & sirata publica, &c.*

POGIUM, Idem quod Podium & *poium*, Collis. Italis Poggio. [Charta ann. 1011. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 194. *De monte & Poggio, seu castello illo, qui esse videtur in loco & finibus, ubi dicitur Vico*. Charta ann. 1124. ibid. pag. 155. *Ad proximum Pogium ire placuerat, qui est in monte, qui vocatur Caprione, ad edificandum super eum castrum . . . Pogium ipsum tandem ascenderunt, & in quantum poterant, invito predicto exercitu, edificare coeperunt.*] Diploma anni 1224. apud Ughellum in Episcopis Lunensibus: *Cum suis viribus resistendo Pogium ipsum tandem ascenderunt*. Et infra: *Predictum Pogium causa castelli edificandi ascenderunt*.

PUGIUM, in Charta Lotharii Regis Franciæ ann. 987. apud Michaëlem Carbonellum in Chronico Hispan. fol. 7.

POGGIARE, Ascendere, apud Petrarch. parte 1. can. 10. *Dantem in Paradiso* 6. &c.

¶ Sic *Pojar* & *Pujar*, pro Ascendere, extollere, di-

xerunt Poëtæ Provinciales. Folquetus Massil. Episcop. Tolosæ ex Cod. MS. apud V. III. Præf. de *Mazaugues*.

*Quan plus deiscen, plus Poia humilitas,
Et orgoill chai ou plus halt es Pojas.*

Giraldus de Borneil apud Crescimb. pag. 227.

Mos seigner cui es Monferras,

Qui per dreig segnerage

Es en tan grand honor Pojats.

Blacasset in Beatrice Comit. ibid. pag. 240.

Vostre fin pritz e tant Pujats,

Que sobre totz es exauzats.

PODIUM, **POGIUM**, **Lectrum**, **analectrum** in Ecclesia, ad quod gradibus ascenditur. [Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. num. 17. *Videntur etiam hodieque securium ictus in Podiis & cancellis, dum inde columnarum ex argento excutiuntur ornamenta.*] Ordo Romanus: *In Poggio juxta ambonem cum capsula in qua Subdiaconus idem ponit Evangelium ut sigilletur*. Alibi: *Qui ordinandi sunt, stent in Poggio sub gradibus*. Rursum: *Veniunt usque ad altare, ascendentibus Diaconibus in Pogium, Episcopi & Presbyteri statuuntur in locis suis, & schola ante altare.*

¶ **4. PODIUM**, Domus rustica, curtis, prædium rusticum, castrum, castellum; maxime de iis dicitur quæ supra podium seu collem extructa sunt. Vide *Podus*. Charta an. 1201. inter Instr. to. 2. Gall. Christ. novæ edit. col. 323. *Unum sextarium frumenti, & unam saumam vini . . . de frumentada & de vinada quæ censualiter in terra & Podio Johannis . . . præcipio reddendam*. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 535. *Item Martinus & Sobinus filii Dominici dederunt in hoc monasterio portionem suam de Podio in Sorbiliano*. Ibid. col. 594. *Concesserunt in hoc monasterio res suas territorii Sabinensis in Ciliano, & in monte qui nominatur Costa, ubicumque Podium edificare oportuerit*. Oberti Cancell. Annal. Genuenf. lib. 2. apud eundem tom. 6. col. 299. *Injungentes quod super podium, in quo nemo exterus partem habebat cum alio commune, posset castrum edificari, cujus fortitudine à suis inimicis possent commodius se tueri . . . Tamen ipso consulatu edificatum fuit Podium illud, nomen cui fuit impositum Mons-leo*. Le Roman de Garin:

Tant a Girbert le Roy Pepin seu

Qu'il l'a trouvé el Pui de Mont-Loon.

¶ **PODIUS**, Eadem notione. Charta an. 1166. inter. Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 606. *Ego Guillelma vicecomitissa Namausensis . . . trado ad beneficium in perpetuum sine dolo tibi Duranto Alafredo de Bedillano, & tibi Petro fratri ejus, & infantibus & omnibus successoribus vestris, scilicet unum Podium qui vocatur Escata. Tali videlicet pacto dono vobis hunc Podium, quod vos & successores vestri mihi vicecomitissa & vicecomiti de omnibus fructibus qui de Podio exierint, de blado, & de ligno & de conliis tasham detis.*

¶ **PODIXA**, Tallia, seu præstatio à civibus exfolvenda. Tabul. S. Victoris Massil. *Viginti florenos solvatis de resta centum illorum per civitatem debitos ex quadam Podixa anni 1379.*

¶ **PODOTA**. Leunclavius in Pandecte Turcico num. 24. *Conductus à navarcho, ut index itineris interdum noctuque nobis esset, quem Podotam Græci nunc dicunt, vocabulo peculiari, quod in Pulologo reperitur, vulgus nautarum Pelotam vocat.*

¶ **PODRIGIA**, ut *Pogesia*. Vide in hac voce.

PODUS, vel **PODUM**, Domus rustica, curtis, prædium rusticum. Tabularium Ecclesiæ Landavensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 193. *Mandavit Rex propter sanctum Tellaum, conversantem tunc*

apud Pennalun, Podum suum, ut cito ad eum veniret, ut sibi & curia sua benedixisset, &c. Ibid. pag. 194. Abbatis filiis septem patri funesto, vir magna pietatis nutrit eos, & ad studium literarum misit, quos in Podu suo Laun Teliau dimisit. Pag. 195. Sciendum est sane, quod Oudoceus Episcopus suum proprium adquisivit agrum, id est Podum Eyngualan, agrum quidem S. Dubricii in patria Gubyr, &c. Adde pag. 197. 198. [Vide Podium 4.]

¶ POELEX, ζήλη, ψαλλανή, in Gloss. Lat. Gr. Sed Legendum Pellex.

POENA. Pœna obligata, in quam qui se ex pacto obligavit, adstrinxit. Lex Longobard. lib. 3. tit. 10. §. 1. Sed semper commutatio ipsa firma permaneat, & si removere voluerit, Pœnam inter se obligatam componat. Supra: Excepto si Pœnam obligatam componere voluerint.

POENA MUTORUM. Vide Panis fortis & durus.

¶ POENA, Emenda, multa. Charta Adami Episc. Meld. an. 1289. in Tabular. ejusdem Eccles. Tenebuntur dicti hospites solvere nobis Episcopo decem solidos Turon. pro Pœna, quam Pœnam nobis facient dicti decanus & capitulum reddi & solvi, ut dictum est, cum pecunie expensarum predictarum. Charta an. 1265. in Chartul. Domus Dei Pontifar. Ils estoient tenuis à paier . . . II. sous en nom de Peine.

¶ POENA FAILLITA, Eodem intellectu. Charta an. 1379. ex Schedis Præf. de Mazaugues: Dicta curia habet ibidem condemnationes latas & Pœnas failлитas; quæ lata solvitur pro confesso denar. 12. pro libra & de negatis solidos 2. Item Pœna failлитæ solvuntur per hunc modum: de prima citatione, si sit contumax, solvit denar. 6. de secunda solidum unum, &c.

¶ POENA PERDITA, Eadem notione. Charta ann. 6. Henrici VIII. Reg. Angl. apud Madox Formul. Angl. pag. 273. Tunc volo & per præsentem concedo, pro me, hæredibus & assignatis meis, ad forisfaciendum & perdendum dictis abbati & conventui eorumque successoribus nomine Pœna perdita, alios octodecim solidos bonæ & legalis monete Angliæ. . . . Et quod bene licebit dictis Abbati & conventui. . . . tam pro predicta annuitate sive annuali redditu 18. denariorum, quam pro hujusmodi Pœna sive pœnis, sicut præmittitur, perditis & forisfactis.

¶ AD POENAM TENERE, id est, sub onere, vel præstatione aliqua. Charta Wilfridi Abbat. S. Richarii an. 1165. in Tabul. ejusdem loci: Guido de Calmont. . . . quidquid ad feodum Girardi hereditario jure spectat, nempe Curtillum. . . . ad Pœnam tenebit à festivitate S. Remigii, quæ est anno Incarnati Verbi 1166. ad duos annos in pace tenebit: ecclesia vero S. Richarii omnia præscripta à festo S. Andrea, quod est in priori predictorum annorum usque ad ejus festum sequens, abque ullo obstaculo de quindecim libris denariorum redimens, tandiu in pace tenebit donec predictos nummos à Girardo accipiat. Vide Pœnales terræ.

¶ Præter imprecationes in Chartis apponi solitas, Pœnarum quatuor genera distingui possunt, quibus coarctandas hominum pravas voluntates extimabant antiqui. De iis vide Mabillonium lib. 2. Diplom. cap. 8. in cessionibus tamen nullam pœnam fuisse adhibitam probant formula 36. inter Sirmondicas & form. 29. novæ Collectionis. Vide Baluzii Notas ad lib. Capitul.

POENALES TERRÆ, Tributis, angariis, & aliis exactioibus obnoxia, Terres à cens, terres villaines. Charta Balduini Domini de Wallaincourt an. 1224. in Tabulario Abbat. Montis S. Martini diocæs. Cameracensis num. 28. Eo quod non essent feodales, sed Penales, &c.

Tom. V.

¶ POENALIS HEBDOMADA, Nostris Semaine peneuse. Vide in Hebdomada.

¶ POENALITAS, Multa. Chron. Mellicense Scrambii pag. 576. Unaquaque domus nocentium & innocentium duos aureos exhibere debuit fisco principis; & vocabatur brandschatzung, absque Pœnalitate qua domino fundi tenebantur. Occurrit præterea apud Rymer. tom. 13. pag. 222. & 340. Vide Pœna.

POENARE, Pœnis afficere, in Actis S. Basilisci, Martyr. cap. 3. num. 14. [Le Roman de Rou MS. Solonc lor felonnie fessoit chescun Pener.]

POENATOR, Tortor, in Gloss. Arabico-Lat.

POENITENTES, Quibus ob crimina publica, imponebatur pœnitentia publica; quique in extremo Christianorum ordine esse dicuntur apud S. Columban. lib. de Pœnitent. mensura c. 37. S. Augustinus Epist. 108. Quod autem dicitur Petrum egisse pœnitentiam, cavendum est, ne ita putetur egisse, quomodo agunt in Ecclesia, qui proprie Pœnitentes vocantur. Idem Homil. 49. cap. 2. Quod dico competentibus, audiant & Pœnitentes: quod dico fidelibus; dico & competentibus & Pœnitentibus, audiant Catechumeni, audiant omnes. In pœnitentia positi, in Concilio Arelat. II. cap. 21. [In ordine pœnitentium stare, apud S. Hieronym. Epist. 30. cap. 1.] In pœnitentiam mittere, apud Gregorium Mag. lib. 9. Epist. 32. In pœnitentia missi, in Capitulis Caroli Calvi tit. 13. cap. 8. Communionem inter pœnitentes præsumere, in eodem Concilio Arelateni II. cap. 10. Inter pœnitentes à Communionem suspendi, in eodem Concilio cap. 11.

¶ Pœnitentia solemnis à publica distinguitur in Statutis MSS. Augerii Episc. Conferan. an. 1280. ubi casus reservati enumerantur: xvi. Ubicumque est solemnis pœnitentia injungenda, non dicimus hoc de publica. Ubi solemnis pœnitentia ea dici videtur quæ pro gravioribus delictis occultis à Canonibus est præscripta.

Pœnitentia autem publica dicitur ea, quæ pro expiandis criminibus & delictis publicis imponitur, iis, qui publico crimine convicti sunt, in Concilio Arelateni VI. cap. 25. Qui publice peccarunt, in Cabilonensi II. Qui criminale peccatum perpetrarunt, apud Hincmarum in Capit. 5. Augustinus Homil. 49. cap. 3. Propterea Deus voluit, ut Theodosius Imperator ageret Pœnitentiam publicam in conspectu populi, maxime quia peccatum ejus celari non potuit. Capitula Caroli Magni lib. 6. cap. 96. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat Pœnitentiam, juxta sanctorum Canonum sanctionem: si vero occulte, Sacerdotum consilio ex hoc agat pœnitentiam. Concilium Mogunt. an. 847. cap. 31. & Concilium Ticinense ann. 855. cap. 13. Qui publice peccat, oportet ut publica mulctetur Pœnitentia, & secundum ordinem Canonum pro merito suo excommunicetur & reconcilietur. Id pluribus probarunt alii, atque in iis Sirmondus in Historia de Pœnitentia publica, Jacob. Petrus ad Pœnitentiale Theodori, & alii; tametsi viri doctissimi aliquot, atque in iis Joan. Morinus & Arnaldus in libris de pœnitentia: etiam pro occultis delictis pœnitentiam publicam peractam continent.

Sed quæri solet vulgo, quorum criminum rei, publicæ potissimum addicerentur pœnitentiæ; cum peccare atrocius impune non liceret, & ex legibus gravior pœna gravius delinquentibus statueretur, interdum etiam & fere semper extremum supplicium.

Cui quidem quæstioni ut fiat satis, ut fileam contra Christianam fidem ac religionem & Con-

ciliorum Canones admissa delicta, cujusmodi passim in iisdem Conciliis enarrantur, & in Capitul. Caroli Magni lib. 6. cap. 101. 102. &c. observandum primo, non semper, in antiquis maxime ac barbaricis legibus, mortis pœna; sed multa pro modo delicti, expiata crimina: ita tamen ut qui ea admisissent, à iudicibus ad Episcopos amanderentur, qui pœnitentiam iis imperarent ac indicerent *pro differentia peccatorum*, ut est in Concilio Carthagenensi III. cap. 31. in Capitulari 1. Caroli Magni an. 802. cap. 32. 33. 37. in Lege Longob. lib. 1. tit. 10. §. 4. in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 100. in Edicto Pistensi Caroli Calvi cap. 2. 33. in Capitulis ejusdem Caroli tit. 26. cap. 5. in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 68. &c. Atque inde *Episcopalis pœnitentia* appellatur in Capitulis ad Silvacum cap. 2. quod ab Episcopis imponeretur, *inspecta discretione & qualitate, prout cuique ad salutem viderent expedire*, ut est in Edicto Pistensi c. 2. atque ii *reddi Pœnitentiæ* dicebantur. Paschasius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abb. Corbeiensis lib. 1. cap. 26. de quodam patrono, qui tria homicidia commiserat, ut viduæ bona invaderet: *Sed jam divino convicti iudicio, confusi omnes discessere, ac miser clementer redditus est Pœnitentiæ.*

In eorum præterea numero erant rei, pro quibus intercedebant Episcopi, quibus licebat pro iis causa cognita veniam à iudicibus postulare: tum enim iis canonica ab Ecclesia imponebatur pœnitentia, quam illi ultro se obituros spondebant, veniam alias non consecuturi, quod ex Concilio Remensi cap. 7. supra docuimus in v. *Intercedere* 1.

Episcoporum etiam intercessio obtinuit pro reis, qui ad Ecclesias confugiebant, uti ibidem diximus. Nam licet Ecclesiæ immunitas à pœna quavis Legibus inflicta reos tutaretur, à satisfactione tamen non eximebantur erga eum, quem offenderant, vel ejus agnatos: neque eorum tutelam aggrediebatur Ecclesia, nisi publica pœnitentia crimen se suum expiaturus spondidissent, ut est in Concilio Remensi an. 626. cap. 7. Nicolaus I. PP. in Respons. ad Bulgaros cap. 26. *Si ad Ecclesiam convolverint, mortis quidem legibus eruantur, Pœnitentiæ vero quam Antistes loci vel Presbyter consideraverit, absque dubio submittantur.* Atque ejusmodi reorum, qui ad Ecclesiam, veluti ad asylum, confugiebant, infinitum fuisse ferme numerum ex auctoribus abunde constat.

Perjuris quoque indicta pœnitentia publica; quod labente etiam XIV. sæculo factitatum docemur ex Charta an. 1383. tom. 2. Histor. Eccles. Meld. pag. 242. *Nec non perjurio pro quo Ecclesia consueverit publicam Pœnitentiæ imponere.*

Spectabat etiam publica pœnitentia eos potissimum, qui intra gradus cognationis vetitos nuptias contraxerant, seu auctoritate Ecclesiastica separarentur, ut in tertio gradu, sive non, ut in quarto, ex Capitulis Synodalibus Pipini Regis cap. 1. Reginone lib. 2. cap. 213. & Burchardo lib. 17. cap. 10.

Publicæ denique subiciebantur pœnitentiæ, qui vel dignitatis aut natalium prærogativa ac auctoritate à pœnis, lege decretis, sese subtrahebant: vel à patria extorres in alias migrabant regiones, aut aliorum principum ditiones; vel tandem qui in solo ipsomet natali, ex solita criminum impunitate, vel dominorum largiori indulgentia, seu potius impotentia, ea perpetrarent. Nam cum olim ex recepta prædiorum feudalium lege sua

quisque gauderet juris dicendi facultate, seu, uti loquimur, justitia, vix erat qui in ejusmodi prædiorum dominos animadverteret. Unde crebrius excommunicatos ab Episcopis legimus, qui, quod leges ipsæ minime poterant, Ecclesiastica ferula eos à tam frequentibus delictis gravioribus coercebant, à qua non absolvebantur, nisi post publicam peractam pœnitentiam. Atque ex his licet haurire, cur tantus olim ejusmodi pœnitentium numerus ad Ecclesiarum vestibula, porticus & nartheces stetitisse legatur.

Quippe hi donec impositam sibi pœnitentiam adimplessent, arcebantur ab ingressu Ecclesiæ, & in loco *Pœnitentium* consistebant, ut est apud Abbonem Monachum serm. 3. & Joannem Episcopum Abrincensem de Offic. pag. 38. ut cæteros omittam, quos laudat Leo Allatius in Dissertat. de Nartheco. Quod quidem intelligendum, cum sacræ peragebantur Liturgiæ, seu potius sacra ipsa mysteria: nam eatenus, ut & Catechumeni, in Ecclesia ipsa stabant, divinasque lectiones auditu excipiebant, & una cum iis excedebant, cum dimittebantur, ut est in Concilio Agathensi cap. 60. In Ecclesia verò sinistram ad partem secedebant, ut auctor est Eligius serm. 8. cum fideles alii ad dextram starent. Ditmarus lib. 6. pag. 80. *Sepultus in Colonia, . . . in australi parte templi, qua in Cœna Domini Pœnitentes introducuntur.* Nam cum ædes sacræ ad orientem ædificarentur, australis pars fuit sinistra.

Quo vero ecclesiæ loco potissimum constituerentur Pœnitentes, docet cap. 136. lib. 5. Capitul. *Tribus vero annis subjaceant inter Pœnitentes manibus sacerdotum in loco retro ostio ecclesiæ pœnitentibus constituto, & seorsum, infra ipsam tamen ecclesiam.*

Pœnitentiæ imponebatur & suscipiebatur in Capite jejunii, seu Quadragesimæ, feria scilicet quarta, quam *Cinerum* appellamus, quod pœnitentes non modo *omni corpore in terram* prosternerentur, ac cilicium induti veniam peccatorum postularent; sed eorum capita cinere aspergerentur, quod pluribus observat Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii M. pag. 221. 222. Edictum Pistense Caroli Calvi cap. 33. *Ipsam autem Quadragesimam à quarta feria, id est, à Capite jejunii, cum ipsa quarta feria, qua publice Pœnitentes pœnitentiæ accipiunt, observari usque ad sanctam Resurrectionem secundum consuetudinem antiquam præcipimus.* Matthæus Westmonaster. ann. 974. *De beato quoque Ælseo legitur, quod in die Cinerum, cum de more Pœnitentes Ecclesiæ liminibus removerat, hortatus est eos, ut tempore Quadragesimali, jejunio & castitati vacantes, diebus illis uxorum etiam delitiis abstinerent.* Vide Sirmondum in Historia Pœnitentiæ publicæ cap. 9. ubi etiam de Pœnitentium reconciliatione; de qua quædam attigimus in vocibus *Absolutio*, & *Reconciliatio*. Adde Filescum lib. de Quadragesima Christiana cap. 12.

Id autem omnino observandum, quod pœnitentes à Presbyteris suarum parœciarum ad Ecclesiam Cathedralē, pœnitentiæ ab Episcopo suscipiendæ causa, etiam sæculo IX. adducerentur. Gesta Gunherii Episcopi Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 290*. *Presbyteros parochia nostra, qui in Capite jejunii pœnitentes ad pœnitentiæ suscipiendam adducebant, nec portam ingredi sinebant.* Cilicium à sacerdote accipiebant, quod uno anno gestare tenebantur. Lib. 5. Capitul. cap. 122. *Pœnitentes, tempore quo pœnitentiæ petunt, impositionem manus super caput & cilicium à sacerdote, sicut*

ubique constitutum est consequantur. Et cap. 136. *De bent unum annum esse cum cilicio.*

Multa habent Concilia & sancti Patres de ritu pœnitentiæ publicæ, quæ indicare satis erit ad alia festinanti. Iis enim cum ab Ecclesiæ liminibus abstinerent, Sacramentorum etiam perceptio dene gabatur, atque adeo ipsa extrema Unctio, ut est in Synodo Ticinensi sub Leone IV. cap. 8. In infirmitate tamen positus Viaticum concessum, ex Concilio Carthaginensi IV. can. 77. Arausicano I. cap. 3. Agathensi cap. 15. Arelatensi II. cap. 28. Innocentio I. Epist. 1. c. 7. &c. Sed & si accepta pœnitentia ante reconciliationem morentur, pro iis licebat offerre; *pro eo, quod honoravissent Pœnitentiam*, ut est in eodem Concilio Carthaginensi cap. 79. Arelatensi II. cap. 12. & in Capitulis Caroli M. lib. 5. cap. 61.

Ad Clericatum aliosve ordines Ecclesiasticos promoveri pœnitentes vetantur in Concilio Carthaginensi IV. cap. 68. Epaonensi cap. 3. Aurelianensi III. cap. 6. Aurelianensi IV. cap. 12. Agathensi cap. 43. Toletano I. cap. 2. Toletano III. cap. 12. Romano ann. 465. cap. 3. in Epistola Concilii Cabilonensis, in Epist. 9. Gelasii I. PP. Innocentii I. Epist. 6. Epist. Joannis II. PP. ad Cæsarium, in Capitul. Gregorii II. PP. cap. 5. in Synodo Ticinensi an. 850. cap. 1. in lib. 1. Sacramentorum Ecclesiæ Romanæ cap. 95. apud Egbertum in Dial. cap. 15. &c.

At pristina hæc severitas sequioribus sæculis est mitigata; ad Ostiariatus quippe gradum promotos pœnitentes discimus ex Dialogo inter Cluniac. & Cisterc. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1647. *Quid dicis de homicidis, qui in seculo publicam egerunt Pœnitentiam? . . . venientes ad conversionem in monasteriis, accipiunt clericale signum, id est coronam, sunt ipsi clerici? Revera clerici sunt, sed nullum gradum clericalem ascendere possunt præter primum. Possunt enim fieri Ostiarii.*

Id præterea discriminis statutum inter pœnitentes ex can. 53. Toletani Concilii IV. quod qui ex sola devotione sese pœnitentiæ subiciebant, pro morum probitate ad gradus ecclesiasticos promoveri possint; secus vero qui ob grave aliquod peccatum eidem pœnitentiæ addicti fuerant.

Obtinuit etiam in Monasteriis ecclesiasticæ disciplinæ adversus pœnitentes publicos severitas: qui enim *pro culpa publicam egerant Pœnitentiam ad legitimos actus admitti*, id est, ad officia monastica, vetantur in Statutis Cisterc. an. 1280. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1471.

Ab officio *patrini* seu susceptoris excluduntur pœnitentes, in Addit. 2. ad Capitul. cap. 1. Vide *Patrinus*.

Matrimonium contrahere pœnitentibus interdictum fuisse docent Concilium Arelatense II. cap. 21. & Ticinense sub Leone IV. cap. 8. At in Wormaciensi an. 868. cap. 30. 37. ab uxoribus, si habuerint, separari vetantur: si autem non habuerint, & se continere non voluerint, legitimas accipere in conjugio feminas non prohibentur, *ne in fornicationis voraginem incidere videantur*. Vide Joannem VIII. Epist. 62. & S. Columbanum de mensura pœnitentiarum c. 30.

Varia fuit ut ex allatis aliisque patet, hac in re in variis ecclesiis atque pro variis temporibus disciplina. Neque tamen cum viris doctis sentire possum in ecclesiis, in quibus severior obtinebat disciplina, qua à matrimoniis contrahendis prohibebantur pœnitentes, de ipso tantum pœnitentiæ

curriculo hæc intelligenda esse, adeo ut ipsis peracta pœnitentia ad nuptias convolare licuerit. Huic enim sententiæ nequaquam accomodari posse videntur quæ habet Siricius PP. in Epist. ad Himerium num. 6. *De his vero non incongrue dilectio tua Apostolicam Sedem credidit consulendam, qui acta Pœnitentia, tamquam canes ac sues ad vomitus pristinos & volutabra redeunt, & militia cingulum & ludicras voluptates & nova conjugia & inhibitos denuo appetere concubitus*. Vide S. Ambros. lib. 2. de Pœnit. cap. 10. §. 96.

Id etiam suadet disciplina quæ in iisdem Ecclesiis vigeat circa conjugatos pœnitentes, quibus ut cælibem deinceps vitam agerent indicebatur, nedum ut nova inirent conjugia permetteret. Si mitius interdum cum iis actum est, ut ad uxores suas redire licitum fuerit; id ex indulgentia factum docet Epistola Leonis Magni ad Rusticum Episcop. Narbonensem. Hinc *ne benedictio pœnitentiæ juvenibus personis, maxime conjugatis concedatur, nisi ex consensu partium & ætate jam plena*, statuunt Concilia Aurelian. III. can. 24. & Arelat. II. can. 21.

Nullam præterea dignitatem obire poterant, ex laudato Concilio Ticinensi cap. 5. sed & si *militares* essent, arma deponere jubebantur, ac proinde militare iis interdictum erat, ut in voce, *Arma*, docemus. [Qui secus fecerint, iis viaticum usque ad exitum negatur, ex can. 25. Concil. Aurelianensis III.]

Comas deponere, & vestimenta mutare jubentur in Concilio Agathensi cap. 15. Toletano III. cap. 12. Arelatensi II. cap. 22. 25. &c. Vide Gregorium II. PP. Epist. 2. præfixam V. II. Synodo sub medium, Honorium Augustodun. cap. 3. & 78. Spicilegium Acherianum tom. 6. pag. 427. Hemereum in Augusta Viromand. in Reg. pag. 30. &c.

A convivii & ornamentis atque alba veste ut abstineant, statuit Herardus Archiepisc. Turon. cap. 120. ad bibendum aut manducandum carnem non sunt invitandi; quod qui fecerit unum vel duos denarios juxta qualitatem pœnitentiæ dare tenetur, ex lib. 1. Capitul. cap. 151. & Reginone lib. 1. cap. 259. Ut epulis non intersint, sed tantum in suis domibus frugalem vitam ducant, præscribit Conc. Barcinon. can. 7.

Ex hoc Pœnitentium ritu, quod scilicet comas deponere, mutare vestimenta, cælibem vitam agere cogentur, profecta est consuetudo, ut infirmi monasticum habitum peterent: quo accepto, si convaluissent, nefas erat ad sæcularia vota reverti; quod ut magis ratum esset, sanitati redditi denuo professionem solemnem emittebant, ut in voce *Monachus ad succurrendum* docuimus. Vide Gregor. Turon. lib. 9. cap. 33.

Interdum vero eo usque crevit ejusmodi pœnitentiæ severitas, ut, qui eam in extremis, etiam non sentientes, id est sui non compotes, nec proinde eam petentes, accepissent, eam servare tenerentur. Insigne præ omnibus est exemplum Wambæ Visigothorum Regis, cui ex veneni haustu pœne exanimi; nec scienti, nec sentienti, pœnitentiæ ordinem imposuit Quiricius Toletanus antistes; quam, ubi convaluit, ut impleret monasterium petiit, ibique usque ad obitum in proposito pœnitentiæ perseveravit. Vide Mabillon. tom. 1. Annal. Bened. pag. 111.

Vehiculis uti prohibentur; sed *pedibus propriis*, vel *pedestri more proficisci* jubentur, in Concilio Wormaciensi an. 868. cap. 26. 30. Moguntia-

cenſi an. 888. cap. 26. & Triburienſi ann. 895. cap. 5. 55. apud Reginonem lib. 2. cap. 6. Burchardum lib. 6. cap. 1. &c.

¶ *Nulla lucra negotiationis pœnitentibus exercere conuenit*, in lib. 7. Capitul. cap. 62. Iſaaci Episcopi Lingon. c. 14. in Cap. Herardi Turon. 100. &c.

Pœnitentiam publicam non excipiunt Presbyteri, ut est apud S. Leonem in Epist. ad Rusticum, & Joan. 11. Epist. 1. ad Cæsarium. Nec Clerici, in Concil. Colonienſi an. 1310. cap. 10. Vide Sirmundum in Histor. publicæ Pœnitent. cap. 6. & Morinum lib. 2. Exercit. cap. 23. 24. & in libris de Pœnitentia.

¶ Id autem de Presbyteris intelligendum, qui honorem suum seruant; qui enim eo privati sunt, Presbyteri siue Diaconi, pœnitentiæ publicæ subijci possunt, ut colligitur ex lib. 6. Capitul. cap. 76. Addit. 2. cap. 8. & ex Addit. ad Leg. Longobard. cap. 2. Vide *Communio laica*.

Non iteratur, ut habet Hugo à S. Victore lib. 1. Observat. Eccles. cap. 24. [Vide S. Ambros. lib. 2. de Pœnit. cap. 10. num. 95. cap. 11. n. 104. & Notas Cotelerii ad Hermæ Pastorem pag. 90.]

Qui hominem liberum, publicam agentem pœnitentiam, interfecisset, graviori, quam si alium, multa punitum, indicant Capitula Caroli Magni lib. 4. cap. 18. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 1. & Regino lib. 2. cap. 30. 190.

¶ Et quidem sub tuitione & custodia Regis erant, uti patet ex Concil. Aquisgran. an. 816. cap. 21. & lib. 1. Capitul. cap. 96.

De his qui resiliunt à pœnitentia, agunt Concilium Turon. cap. 8. Veneticum cap. 3. & Aurelian. I. cap. 11.

Denique pœnitentiæ publicæ jus omne penes Episcopum; nullum, nisi ejus vice aut jussu penes Presbyteros fuit, quod fufius probat Sirmundus cap. 6. Adde Joannem VIII. PP. Epist. 62. [iis addendum, modo nullum mortis periculum immineat, ut statuit Isaac Episc. Lingon. can. 35.]

EXPOENITENTES, Qui pœnitentiam publicam aliquando subierant, eoque ipso ad sacros ordines promoveri vetantur. Vide Diurnum Romanum cap. 3. tit. 9.

POENITENTIA ABSCONSA, Cui opponitur publica, in Concilio Remensi II. cap. 31. Concilium Moguntin. I. cap. 10. *Discretio seruanda est per pœnitentes publice & absconſe, &c.* Quippe occulta ob delicta publicam imponi pœnitentiam vetant Canones, apud Sirmundum c. 4. Rhabanus in Epist. ad Heribaldum cap. 10. *Qui autem de predictis vitiis per occultam Confessionem mala abs se absconſe commissa coram oculis Dei, presente etiam Sacerdote, qui eis indicturus est Pœnitentiam, confitentur, & semetipsos graviter accusant, si veraciter pœnituerint, & si per jejunia & elemosynas . . . purgare certaverint, his etiam gradu seruato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est, &c.*

¶ POENITENTIA EPISCOPALIS, ab Episcopo imponenda, in Edicto Pistensi cap. 2.

POENITENTIA MOMENTANEA, apud Avitum Viennensem Epist. 4. est, quæ sub vitæ exitum confitenti imponitur, seu, ut ejusdem Aviti verbis utar, *in aegritudine, quasi sub momento accipitur.* Subita dicitur Paulino. Hanc Faustus hæreticus, aduersus quem exstant libri S. Augustini, inutilem esse contendebat, quod falso dici docet Avitus loco cit. & ante eum Gennadius Massil. Eccl. Dogmat. cap. 48. Vide Cælestinum PP. Epist. 1. ad Episc. proviaciæ Vienn. cap. 2. Augustinum lib.

50. Homil. 41. Innocentium I. PP. Epist. ad Exuperium cap. 2. Concil. Nannetense c. 2. &c.

¶ POENITENTIÆ PROCESSIONALES, Publicæ, in Statutis Eccles. Meldens. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 903. *Inhibitio publicæ pœnitentiæ. Item, quia Pœnitentiæ processionales jam abierunt in contemptum, prohibemus ne quis presbyter prædictam pœnitentiam injungat, nisi de mandato superioris.*

¶ POENITENTIÆ REGULARIS septem modos distinguunt antiquæ Consuetudines Benedictinæ, quas videtis apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 461.

POENITENTIARUM REDEMPTIONES. Capitula Herardi Archiepisc. Turon. cap. 26. *Ut nullus pœnitentem cogat manducare vel bibere, nisi redemptio permessa sit: ita tamen ut prius pro eo donet coram ipso redemptionem.* Pœnitentia injuncta his, qui bello Suesſionico . . . interfuerunt: *Omnibus his tribus Quadragesimis 2. 4. & 6. feria in pane, sale & aqua abstineant, aut redimant.* Vide Decretales Precum Episcoporum an. 779. Concilium Remense incerti loci an. 923. Canones Saxonicos, datos sub Edgardo Rege cap. de Satisfactione §. 18. 19. & quæ de ejusmodi redemptionum origine & usu annotarunt viri doctissimi Joan. Morinus lib. 10. de Administratione Sacramenti cap. 16. & Jacob. Petitus ad Pœnitentiale Theodori pag. 119. 120.

Varie autem redimebantur pœnitentiæ. Interdum enim elemosyna ac erogatione bonorum in usus pauperum vel Ecclesiarum, atque adeo prædiorum ipsorum: unde Petrus Damiani in Epist. apud Baronium an. 1055. *Non ignoras, quia cum à pœnitentibus terras accipimus, juxta mensuram muneris, eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus. Quæ vero pecuniæ erogatione in pauperes redimebantur, vel quæ imponebantur, Pœnitentia deargentata nuncupantur à Guigone in Vita S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani num. 20. *Non deargentatam convictis vel confitentibus imposuit Pœnitentiam.* Halitgarius in Pœnitentia: *Si quis vero non potuerit jejunare, & habet unde dare ad redimendum, si dives fuerit, pro 7. hebdomadibus det solidos 20. Si autem multum pauper fuerit, det solidos 3. Neminem vero conturbet quia jussimus 20. solidos dare, aut minus, quia si dives fuerit, facilius est illi dare solidos 20. quam pauperi solidos 3. Sed unusquisque attendat, cui dare debet, siue pro redemptione captiuorum, siue super sancto altari, siue pauperibus Christianis erogandum.* Concilium Triburiense anno 895. cap. 56. *Tunc licitum sit ei tertiam feriam & quintam atque Sabbatum redimere uno denario vel pretio denarii, siue tres pauperes pro nomine Domini pascendo, &c.* Adde cap. 57. 58. Articuli oblatis à Prælati Angliæ Eduardo II. Regi Angliæ in Concil. Britan. tom. 2. cap. 3. *Si Prælati imponat pœnam pecuniariam alicui pro peccato, & repetat illam, regia prohibitio non habet locum. Veruntamen si Prælati imponant pœnitentias corporales, & illi, sic puniti, velint hujusmodi Pœnitentias per pecuniam sponte redimere, locum non habet regia prohibitio, si coram Prælati pecunia ab eis exigatur.* Vide Reginonem lib. 2. de Ecclesiast. Discipl. cap. 438. & seqq. Burchardum lib. 19. cap. 19. & seqq. Synodum Salmuriensem ann. 1294. cap. 4. Radulfum in Vita S. Richardi Episcopi Ciceſtrenſis num. 50. &c.*

Redimebantur præterea flagellationibus, palmatis, (de quibus diximus in hac voce) & psalmodiarum recitationibus. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 19. de quodam Dominico suo Monacho: *Centum autem annorum Pœnitentia, sicut ipso auctore didicimus, sic expletur. Porro cum tria scoparum millia unum Pœ-*

nitentia annuum apud nos regulariter explent: decem autem psalmorum modulatio, ut saepe probatum est, mille scopas admittat, dum 150. psalmis constare Psalterium non ambigitur, 5. annorum pœnitentia in unius Psalterii disciplina recte supputantibus invenitur. Sed siue quinque vicies ducas, siue 20. quinquies, centum faciant. Consequitur ergo, ut qui 20. psalteria cum disciplina decantat, 100. annorum pœnitentias se peregrisse confidat. Et mox, de eodem Dominico: Hanc autem centum annorum pœnitentiam . . . facile 6. diebus ex more consummat. Et infra testatur illius exemplo ejusmodi faciendæ disciplinæ morem adeo in Italia inolevisse, ut non modo viri, sed & nobiles mulieres hoc purgatorii genus inbianter arriperent. Eadem habet lib. 6. Epist. 30. & lib. 7. Epist. 19. Idem lib. 9. Epist. 27. Nam & ante nos, omnibus fere sanctis Monasteriis hæc disciplina regula nequaquam fuit incognita, & si non adeo frequentata; unde & singulos annos pœnitentiæ millenis scopis redimere consueverunt. Adde lib. 3. Epist. 10. Cod. MS. Qui autem implere potuerit, quod est in pœnitentia, impleat, quia bonum est; qui autem non potest, consilium damus per misericordiam Dei, inprimis pro uno die, in pane & aqua 50. psalmos cantet, genua flectendo, vel sine flectendo 70. psalmos cantet infra Ecclesiam, vel in uno loco per ordinem psallat. Hac pro uno die valent: vel unum denarium pro uno die valet, & si 4. elemosynas tribuit pauperibus, pro uno die valent. Quidam dicunt, 100. percussiones in hieme, vel 100. psalmos in æstate valent, id est in hieme, in autumnò & in verno 100. percussiones, vel 100. psalmi in æstate, vel 150. percussiones. Item pro uno mense, quod in pane & aqua pœnitere debet, psalmos mille 200. genuflectendo, vel sine genuflexu, 1670. & postea omnis dies reficiat ad Sextam, & nisi 4. & super jejundet ad Nonam, & à carne & vino abstineat se. Alium cibum postquam psallat, sumat. In secundo anno remissior pœnitentia erit. De Natale Domini usque Epiphania, & illos prædictos dies qui superscribuntur, qui in pœnitentia non computantur, reficiat. Qui non potest sic agere pœnitentiam, sicut diximus, in primo anno eroget elemosynam solidos 25. & in una hebdomada jejundet ad Nonam, & altero ad Vesperam, & 3. Quadragesimas. In secundo anno 200. solidos, pro tertio anno solidos 18. id sunt 64. solidi. Potentes homines pro culpis & criminibus faciant, ut Zachæus ait Domino: Omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus, & si aliquid alicui iniuste abstuli, in quadruplum reddam: & de mancipiis dimittat liberos, & captivos redimant, & à quo die desit peccare, non desinat communicare, sicut Apostolus dixit, &c. Idem Codex MS. Edidit S. Bonifacius, quomodo possumus pœnitentiam 7. annorum in uno anno percurrere, triduana cantatio psalmorum pro 30. diebus & noctibus 115. Psalteria, & 50. Pater noster, & 50. vicibus prosternat se in terra cum oratione Dominica, quam in prostratione dicat. Sic pro uno die, si vult minus psallere, prosternat se in oratione 100. vicibus, & dicat: Miserere mei Deus, & Dimitte mihi delicta mea. Fiat hoc pro uno die. Qui vult confiteri peccata sua cum lacrimis, quæ lacrimæ veniam non postulant, sed merentur, roget Presbyterum, ut Missam cantet pro eo, nisi sint criminalia peccata, quæ debent ante lavari cum lacrimis. Cantatio unius Missæ potest 12. dies redimere: 12. Missæ 4. menses, si volunt confessores esse cum lacrimis. Hæc pro hebdomada: 350. Psal. flectendo genua in Ecclesia, aut in uno loco per ordinem. Qui unum Psalmum non novit, & jejungere non potest, hic quantum sumit, penset, & tribuat medietatem in elemosynis. Vide Reginonem lib. 2. de Ecclesiast. discipl. cap. 446. novam editionem Con-

ciliorum tom. 7. p. 1478. d. & Ivonem decret. part. 15. cap. 191. & seqq. Pœnitentialem Andegavensem apud Morinum post libros de Pœnitentia, eundem Morinum lib. 10. cap. 17. 18. &c.

¶ Varias pœnitentiarum redemptiones simul referunt Statuta Eccl. Nannet. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 949. Dicendum est quod omnibus qui ex justa causa videntur non posse vel sine magno gravamine frequenter jejungere, possunt redemptiones vel compensationes adhiberi per elemosynas, per peregrinationes, vel per disciplinas, per abstinentiam à carnibus, vel piscibus, vel hujusmodi, secundum personarum statum, vel à vino, vel à quadragesimalibus cibis. Propter viam, autem peregrinationis facilius quam propter aliud relaxatio est indulgenda, vel commutatio concedenda.

¶ Inde est quod sectarii quidam sub ann. 1349. Flagellatores nuncupati, pœnitentiam publicam agere se jactabant, dum sua auctoritate corpus suum dilaniabant crebris flagellationibus, quæ tunc temporis maxime in usu erant ad redimendas pœnitentias. De his plura in voce Flagellatores, quibus addere haud pigebit quæ de iisdem scribit Robertus Avesbur. in Histor. Edwardi III. Regis Angl. edit. Hearnii p. 179: Anno Domini 1349. circiter festum S. Michaëlis plusquam v1^{xx}. homines, pro majori parte de Selond & Houtond oriundi, per Flandriam venientes Londonias, aliquando in ecclesia S. Pauli, & aliquando aliis locis ejusdem civitatis, bis in die in conspectu populi, à femoribus usque ad talos panno lineo cooperti, toto residuo corporis denudato, supra caput singuli habentes singulos capellos cruce rubea ante & retro signatos, singulique habentès in manu dextera flagellum cum tribus cordulis, singulis habentibus unum nodum, per mediumque cujuslibet nodi illac & istac quasi acus acuti infixi fuerunt, per medium processionis quolibet post aliam nudos pedes incedente, seipso cum dictis flagellis in nudo sanguinolento corpore flagellarunt, ipsorum quatuor cantantibus in ydiomate proprio, ceteris omnibus dictis quatuor respondentibus, ad modum Letaniæ à Christicolis decantandæ, & omnes simul trina vice in hujusmodi processione se ad terram, per modum crucis extensis manibus prosternebant, continue, ut præfertur, cantantes, & ultimo ipsorum sic jacencium inchoando quilibet ultra alium passum faciens cum suo flagello sub se jacentem semel percussit, sicque de uno ad reliquum usque ad completum numerum sic jacencium similem ritum quilibet observavit. Deinde singuli se suis consuetis vestibus induebantur, & semper capellos in capitibus, & flagella in manibus deportantes, ad sua hospicia declinarunt, similemque Pœnitentiam, ut dicebatur, singulis noctibus faciebant.

PŒNITENTIÆ inter obventiones Curionum vulgo recensentur, quæ aliis Confessiones dicuntur. Vide in hac voce. Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 15. Et mansiones de ipsas Ecclesias, & quartam partem de sepulturam & Pœnitentiam, &c. Ch. 27. Et nihil retineo ibi, nisi solummodo gaddium, & Pœnitentiam de illis hominibus, qui mansos vel appendarias de parochia mea tenuerint, hoc est unum denarium pro gaddio, & medaculam pro Pœnitentia. [Hinc emendanda Charta tom. 1. novæ Gall. Christ. inter Instrum. pag. 160. Dedit . . . medietatem oblationum & Pœnitentium. Leg. Pœnitentiarum. Tabular. Celfiniac. apud Stephanot. tom. 4. Fragm. Histor. MSS. Quidquid habebant in ecclesia S. Florina in fevo presbyterali, decimis, sepulturis, altario & Pœnitentiis. Charta an. 1228. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 381. Præter Pœnitentias morientium & baptismata parvulorum.] Adde Ughellum tom. 4. pag. 1213.

¶ **POENITENTIÆ BENEDICTIO**, *Viaticum*, facta Eucharistia quæ ægris ac morituris datur. Concil. Gerundense apud Gratian. can. Si vero, dist. 50. *Si vero, qui in aegritudinis languore depressus, Pœnitentia benedictionem, quam viaticum dicimus, per communionem acceperit, &c.* Vide in *Benedictio*.

POENITENTIARUM REMISSIO, vel *Indulgentia*. Historia Andegavensis: *Et edicto jussit, ut... septima pars Pœnitentiarum populo convenienti ad illam celebritatem dimitteretur.*

¶ Erant præterea aliquot dies quibus pœnitentia remittebatur. Horum mentio fit in antiqua Collect. Can. pœnit. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 55. *In secundo anno remissio Pœnitentia est de Natali Domini usque in Epiphaniam, & de Pascha usque ad Pentecosten... Hi sunt dies qui non computantur in pœnitentia, dies Dominici, Natale Domini, Epiphania, Pascha, Ascensio Domini, Pentecosten, S. Joannis Bapt. & S. M. semper virginis, & SS. Apostolorum XII. vel S. Martini, sive veneranda solemnitas illius Sancti, qui in ipsa provincia corpore quiescere videtur.*

LIBELLUS POENITENTIÆ, Quo quis imposta & indicta pœnitentia, à reatu, quem ultro fatetur, absolvitur, aut absolvendus reservatur & Ecclesiæ reconciliandus. Anastasius ad VIII. Synod. act. 2. *Habentes præ manibus Libellum Pœnitentiæ, deprecantur sanctam Synodum, ut introeant.* Act. 3. *Quamvis ipse Theodorus post scriptum Romanum libellum indulta culpa, quam contra Patriarcham Ignatium... commiserat, per Libellum Pœnitentiæ receptus sit, &c.* Niceas Paphlago in Vita Ignatii Patr. CP. pag. 713. edit. 1618. *λίβελλος μέλανοίας ἐπιδεδωκότες. Βιβλία μέλανοίας*, apud Socratem lib. 1. cap. 8. lib. 2. cap. 12. 14. Sozomen. lib. 2. cap. 14. 16. & Evagrius lib. 3. cap. 9. Vide Synod. Trull. can. 95.

LIBELLUS, nude. Formosus PP. Epist. 1. *Decrevimus, ut oblatis Libellis se deliquisse fateantur, & pœnitentia veniam deprecantur.* Anastasius in S. Gelasio PP. *Revocavit Mesenum Episcopum ad Communionem, & recepit eum Ecclesiæ suæ sub satisfactione Libelli, & purgatus est receptus.* Libellum pœnitentiæ idem vocat in S. Hormisda. Vide S. Leonem PP. Epist. 80. ad Episcop. Campan. cap. 2. & quæ observat Morinus lib. 9. de Pœnit. cap. 26.

¶ **LIBELLUS POENITENTIALIS**, Idem quod infra *Pœnitentiale*. Addit. 3. ad Capit. cap. 63. *Modus autem pœnitentiæ peccata sua confitentibus aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem,.... imponi debet, repudiatis ac penitus eliminatis Libellis quos Pœnitentiales vocant; quorum sunt certi errores, incerti auctores, &c.* Capitula Rodulphi Archiep. Bituric. tom. 6. Miscell. Baluz. p. 140. *Valde etenim me sollicitat quoniam ita in sacerdotum nostrorum Libellis reperi quos vulgo Pœnitentiales vocant, quorum errores certi, auctores sunt incerti, confusa judicia pœnitentium, atque ita diversa & nullius auctoritate suffulta, &c.* Vide Concil. Cabilon. II. cap. 38. Mogunt. an. 847. cap. 31. Reginonem lib. 1. cap. 292. &c.

LIBELLUS CONFSSIONIS, in Epistola Episcoporum Regni Lotharii in Synodo Aquisgran. an. 860. qua quis reatum suum confitetur, & ab eo absolvi flagitat. Exstat apud Sirmondum post Concilium Duziacense, ejusmodi libellus Confessionis Roberti Episcopi Cenomanensis, cum Epistola absolutionis, quam ei remisertunt venerabiles Confacerdotes. Et alter Anscarii, qui Lingonensem Episcopatum usurpaverat, in Synodo Tullensi apud Saponarias cap. 5. unde conficitur, olim

etiam Confessionem, libellis porrectis, factam Presbyteris aut Episcopis. Cujus etiam moris exemplum proferunt Palladius in Vita Chrysostomi cap. 17. Anonymus Combesianus in Porphyrog. num. 4. Amphilochius in Vita S. Basilii Cæsar. cap. 10. & Ditmarus lib. ult. pag. 108. Vide *Temperantie libellus*. Atque inde forte fluxit loquendi formula, *Confessionem dare*, pro *Confiteri*. Capitula Herardi Archiepisc. Turon. cap. 75. *Ut jejuni ad confirmationem veniant perfecte atatis, & moneantur confessiones dare prius, &c.* Vide Baron. an. 253. num. 58. 59. 60.

LITERA POENITENTIALIS, Idem quod *Libellus pœnitentiæ*: quæ scilicet pœnitentibus in argumentum statæ ac certæ indictæ pœnitentiæ dabatur ab Episcopis, præsertim iis pœnitentibus, quibus indictæ erant ob graviora crimina certæ quædam pœnitentiarum species, quas ii extra diocesim interdum exigere deberent, verbi gratia, cum sacræ iis injungebantur peregrinationes, aut circuli ferrei deferendi, & hujusmodi. Joannes Monachus in Vita S. Bernardi Pœnitentis num. 5. *Cur tamen exulaverit, vel propter quam offensionem tanta austeritate pœnituerit, temere definire non audeo, præsertim cum ipse omnia opera sua, in quantum potuit, occultaverit, & in Literis Pœnitentialibus, quas sigillo Magalonensis, sui scilicet Episcopi, & Narbonensis, sui quoque Archiepiscopi, signatas secum ferebat, nihil aliud de reatu ejus scriptum fuerit, nisi quod pro horribilibus suis peccatis pœnituerit.* Et num. 7. *Pœnitentiale mandatum appellatur.*

¶ **POENITENTIA PLENARIA**, Ipsa reconciliatio, absolutio. Vitæ Patrum Emeritenf. tom. 2. Conc. Hispan. pag. 642. *Sed dum antefatus almus pater putaret eum phrenetica aut improba mente id flagitare, Pœnitentiam Plenariam dare distulit; sed tantundem ei viaticam gratiam impertivit, id est, nudam benedictionem.*

¶ **POENITENTIA**, nude, Eadem notione. Radulfus de Gestis Friderici I. Imperat. apud Murator. tom. 6. col. 1184. *Celebrato itaque divino Officio, & confessione facta, & Pœnitentia accepta processerunt ad bellum cum carrozeno.* Chron. Romualdi II. Archiep. Salern. apud eundem tom. 7. col. 206. *Eadem passione crescente, credens se moriturum, Pœnitentiam & confessionem accepit.* Vide *Pœnitentiari*.

DE POENITENTIA S. DOMINICI: ita vocantur viri & feminae, qui in vita laicali sub directione PP. Dominicanorum vitam instituunt, etiam habitu modestiore utentes. Vide Mirac. S. Thomæ Aquinum. 15. & Henschenium ad 19. Martii, ubi de B. Sibyllina Papiensi.

DE POENITENTIA S. FRANCISCI. Vide *Continentes*.

ORDO DE POENITENTIA S. Mariæ Magdalena fundatus an. 1272. aut 1277. Massiliæ, per Bertrandum virum pium ac civem Massiliensem, qui suis virtutibus hunc illustravit ordinem, confirmatum sub Regula S. Augustini à Nicolao III. PP. Ex Cruzenio in Monastico.

ORDO FRATRUM DE POENITENTIA Jesu Christi, apud Massiliam institutus an. 1260. Ita Chronicon MS. Lemovicense Joannis de Nigella Physici Regis Caroli. Vide Guillel. Prynneum in Libertatibus Angl. tom. 2. pag. 1065.

¶ Eorum institutionem ad an. 1251. refert Chronicon Bernardi Guidonis Episc. Lodov. tom. 7. Miscell. Baluz. pag. 406. *Anno Domini MCLII. institutus est ordo fratrum de pœnitentia D. J. C. apud Massiliam de speciali mandato Innocentii PP. IV.*

Hispali exstabant ejusdem Ordinis monachi ann. 1280. ut constat ex Statutis Cisterc. ejusdem anni apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1472. *Petitio illustr. dom. Regis Castellæ, qui petit ut possit fundare abbatiam monachorum apud Hispalim, & ut incorporentur ordini nostro fratres qui illic habitant ordinis Pœnitentiæ Jesu Christi, totaliter exauditur.*

¶ **POENITENTIALE FERRUM** dicuntur ferrea vincula, quibus ab Episcopis constricti potissimum homicidæ per loca sancta peregrinari jubebantur. Acta Tullenf. Episc. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1025. *Hoc crimine sapedictus clericus ligatus interiori, à suo Pontifice Pœnitentiali ferro vincitur exteriori, ac toto trunco corporis artatur strictis circulis.* Ejusmodi pœnæ occurrunt exempla complura in Actis Sanctorum. Vide in *Peregrinatio* 3. Id autem in Lege paricidarum sancitum scribit auctor Vitæ S. Conwoionis lib. 3. cap. 1. Verum hanc Legem in Codice veterum Legum nullus hæctenus reperit. Cæterum hunc morem elevare voluit Carolus Magn. Capitul. an. 11. regni sui cap. 8. & Conc. Aquigran. cap. 79. qui tamen sublatus non est ante sæculum 12. Vide Mabill. loco citato.

¶ Hoc erat illorum temporum ingenium, ut insolitas, ne dicam ridiculas, pœnitentias excogitarent; ejusmodi est quæ mulieri cuidam libidinosa, ineunte sæculo decimo quarto, injuncta est, uti nimirum *quadraginta diebus per communia fora nudo corpore ab usque ad umbilicum incedens, cedulam sui delicti conscriptam deferret in capite manifeste*, ut legitur in Formulario pœnitentiariæ Romanæ MS. cujus excerptum edidit Baluzius in Append. ad Capitul. col. 1563.

POENITENTIA. Leges Edmundi Regis apud Londonium c. 3. *Si quis sceleratis manibus effundat sanguinem Christianum, non appareat in conspectu Regis, priusquam emendationem inerat, sicut Episcopus docebit, & Pœnitentiam consulat.* Hic pœnitentiarium interpretatur Somnerus: sed puto potius librum pœnitentialem intelligi.

¶ **MINISTERIUM POENITENTIÆ.** Anastasius in Sixto III. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 118. *Ministerium ad baptismum, vel Pœnitentia ex argento, pensant. libras quinque.* Vas aliquod indigitatur; sed quodnam sit non percipio.

POENITENTES MULIERES, quas anteactæ vitæ lascivioris pœnitet, quæque in Monasterio sese ad agenda pœnitentiam recludunt, quod *Μελάνοιαι* appellabant Byzantini. Duplex enim fuit hac nomenclatura Monasterium Constantinopoli, alterum ad Freti littus dextrum, à Justiniano & Theodora exstructum, uti narrat Procopius lib. 1. de Ædific. cap. 9. & in Hist. arcana pag. 75. 1. edit. alterum quod *τῆς Νέας μεταβολῆς* dicitur apud Theophanem pag. 250. De utroque agimus in nostra Constantinopoli Christiana. Charta Philippi Regis Franc. anno 1312. in 48. Regesto ejusdem Regis Tabularii Regii num. 136. *Ex parte mulierum Pœnitentium, vulgariter vocatarum Repentis, de Dolencio, nobis fuit humiliter supplicatum, &c. Sub finem: Nos igitur attendentes, quod mulieres prædictæ mundana lubricitatis flagitio & luxurie sæditate relictis, elegerunt Domino sumulari in fructu continentia, & munditia castitatis, quam nostris temporibus in regno nostro præcipue augeri cupimus, cum ipsa sit possibilis animas hominum Deo cum fiducia præsentare, &c.*

¶ **PENITENCELLIUS,** Idem qui Pœnitentiarius infra, apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 345. *Incipit liber pœnitentialis magistri Roberti canonici S. Victoris Penitencellii Parisiensis.*

Tom. V.

¶ **PENITENCIATUS,** Cui pœnitentia imposita est. Limborch. Inquisit. Tolos. pag. 104. *Plures de genero suo Penitenciatu & pœnitenti, &c. Vide Pœnitentialis.*

POENITENTIALE, POENITENTIALIS, Liber Ecclesiasticus, in quo continentur, quæ ad pœnitentiam imponendam, & ad reconciliandum pœnitentem spectant. [Acta Murenfis Monast. apud Eccardum de Orig. famil. Habsburgo-Austr. col. 218. *Ex his unus habet obsequium mortuorum, & unus breviarius. Item duo Pœnitentialia.*] Liber Pœnitentialis, in Concilio Turon. IV. cap. 22. *Pœnitentiales Codices, Codicilli, Libelli, in Parisiensi VI. lib. 1. cap. 32. ubi & quidam contra Canonum auctoritatem consicli, & quorum sunt certi errores, incerti autores prohibentur. Sacramentum ad dandam pœnitentiam, in Capitul. Caroli Magni lib. 5. cap. 52. ubi forte legendum Sacramentarium, ut lib. 7. c. 143. Canon Pœnitentialis, in Capitulis Aytonis Episcopi Basileensis cap. 6. in Statutis Odonis Parisiensis Episc. cap. 8. & apud Stephanum Tornac. Episc. 1. Leges Pœnitentium, apud Bernardum Presbyt. Constantiensem lib. de Reconciliatione lapsorum pag. 285. Peccantium judicia, apud Reginonem an. 576. Judicium pœnitentiæ, in Charta an. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275. *Præterea obtuli eidem Ecclesiæ... Lectionem unam unum cum Epistolis, Benedictionarium, cum Judicio pœnitentiæ, Orationale unum Franciscum, &c.* Beda de Remediis peccatorum cap. 1. de Sacerdote: *Præparet sibi... Pœnitentialem, qui hoc ordine secundum auctoritatem Canonum ordinatur, ut discretionem omnium causarum investiget primitus, sine quibus rectum judicium non potest stare &c.* Joannes Abbas S. Arnulfi in Vita B. Joannis Gorziensis num. 18. *Præcepta Canonica institutionis, hoc est decreta Conciliorum, Judicia Pœnitentium, ordinem actionum Ecclesiasticarum, ... corde recondita mire continuit.* Vita Burchardi Episcopi Wormatiensis: *Canones in unum corpus collegit, non pro ulla arrogantia; sed ut ipse dixit, quia Canonum jura, pœnitentiumque Judicia, in Episcopatu suo fuerant neglecta ac destructa.* S. Stephanus in Regula Grandimontensium cap. 5. *Nec etiam Judicia pœnitentiæ viris exterioribus injungere presumat: hujusmodi namque negotium nihil ad vestrum spectat propositum. Sententiæ judiciorum, in veteri Scheda in Appendice ad Capitularia Reg. Franc. pag. 1385. edit. Baluziana. Epitaphium S. Isidori Hispalensis Episcopi:**

*Ut sincere credidit, sincere sic edidit
Formam pœnitentialem.*

Ubi Regula ejusdem Isidori, ni fallor, innuitur. *Peccantibus discretionem pœnitentiæ judicare, in Concilio Cloveshoviensi ann. 747. cap. 6. Judicare, nude ibidem cap. 11. Quo etiam spectant hæc ex Appendice 1. ad lib. 4. Capitular. Caroli Magni cap. 30. De Judicio pœnitentiæ ad interrogandum relinquimus per quem Pœnitentialem, vel qualiter judicentur pœnitentes, &c. Capitulare Haitonis cap. 19. *Nec diversa sentiant in Judiciis pœnitentium, &c.* Varii enim circumferebantur libri Pœnitentiales, qui prostant & laudantur passim à Scriptoribus, atque in primis Pœnitentialis Romanus, Pœnitentialis Bedæ Presbyteri, Pœnitentialis Gregorii III. PP. editus in Conciliorum voluminibus: Pœnitentialis Halithgarii Episcopi Cameracensis, editus à Canisio to. 5. Lection. antiq. & à Menardo ad Sacram. Gregorii M. quippe laudatur à Baldrico Noviomensi lib. 1. Chron. Camerac. cap. 38. 39. & à Flodoardo lib. 2. cap. 19. Pœnitentialis Theodori,*

Qq

ut quidam volunt, Archiep. Cantuariensis crebro laudatur à Reginone, an. 576. & in Canonibus à Burchardo, Ivone Carnot. & aliis, cujus indicem Spelmannus, fragmenta vero nuper edidit Jacobus Petrus. Exstant præterea in Bibliotheca S. Victoris Parisiens. *Petri Pictaviensis* (Canonici ejusdem Ecclesiæ, [Roberti itidem Canonici,] & *Petri de Flumesburgo* Pœnitentiales libri: quibus adjungi possunt Canones, dati sub Edgardo, de Modo imponendi pœnitentiam, ut & *Pœnitentialis* Monasticus Columbani: cujus etiam est Liber de *Pœnitentiarum mensura taxanda*, editus an. 1667. inter ejusdem Sancti opera, cum quibus editus perinde alter Cumeani Abbatis Scoto-Hiberni, de *Mensura pœnitentiarum. Liber Pœnitentialis* Alani de Insulis, & similes libri Pœnitentiales, secundum quos, non ex corde suo, juxta delicti qualitatem pœnitentiam reo Sacerdos imponebat, ut est apud Reginonem lib. 1. de Disciplinis Ecclesiast. cap. 57. unde in Capitulari Caroli Magni apud Saltz, præcipitur, ut Sacerdos doctus sit, & suum Pœnitentiale beneficiat. Habuerunt etiam Græci suos Pœnitentiales, in quibus recenferi debent ea ἐπιτίμια, quæ inter opera Basilii M. edita sunt, & quem pronuper, sub titulo Nomocanonis, recentioris omnino ætatis, publicavit vir admodum eruditus Joan. Bapt. Cotelierius Regius Linguae Græcæ Professor. in to. 1. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ. Ejusmodi Pœnitentiarum Librorum meminit Joannes Antiochenus editus ab eodem Cotelierio cap. 1. Οἱ γὰρ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν μετανοίας τρόπον ἐκθέμενοι, καὶ ἐπιτίμιων ἰδέας ἀναλόγως ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἀμαρτήμασιν ἐσφουδρον δι' αὐτῶν ἀνακαθαίρειν τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας. Complures vero Pœnitentiales collegit ac edidit Joan. Morinus in libris de Pœnitentia. Vide *Judicare*. Interrogato confitente, confessor statim promebat librum suum pœnitentialem, quaesitoque in eo delicto, locum ei ostendebat, ut videret ipse agnosceretque, legitimam sibi imponi pœnitentiam. Vide Anonymum in Pœnitent. Græc. apud eundem Morinum pag. 120. Ejusmodi porro *judicia* inter obventiones Curionum recensentur in Tabular. Celsinianensi: *Dimisit in manu ipsius Prioris . . . ipse Arnulfus Presbyter Capellaniam S. Hilarii, & medietatem denariorum, quæ dicuntur judicia, & septima, & pœnitentias de villa S. Hilarii, &c.*

¶ **PŒNITENTIALERIUS**, Idem qui mox Pœnitentiarius. Statuta antiqua Eccl. Æduensis, apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 458. *Si aliqua dubitatio intervenerit, ad nos, vel ad officialem nostrum, vel ad Pœnitentialem nostrum recurrat.*

PŒNITENTIALIS, Vir, cui imposita est pœnitentia. Acta S. Willelmi pueri Martyris, apud Capgraviu: *Pœnitentialis quidam brachia ferreis innexus nexibus.* Charta Robaldi Archiepisc. Mediolanensis ann. 1141. apud Ughellum tom. 4. pag. 654. *Afferebant, quod in die Cane Domini Pœnitentiales per aliquem Diaconum suum Archidiacono . . . semper fore presentandos.* Adde pag. 661. [Concil. incerti loci apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 150. *Maxime à sua Pœnitentiali se contineat* (Sacerdos.) *Sciens . . . sic peccare Pœnitentialem suam cognoscentem sicut cognoscentem à se baptizatam vel in baptismo susceptam.* Adde eumd. Marten. in Tract. de antiq. Eccl. Discipl. pag. 147.

¶ **PŒNITENTIARI**, Pœnitentibus accenferi, pœnitentiæ subjici. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 631. *Quia factum emendare non poterat, petebat à quodam canonico clanculo perungi, & confratribus ignorantibus Pœnitentiari.*

¶ **PŒNITENTIATUS**, Reconciliatus, absolutus. Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. ad annum 1242. apud eundem Murator. tom. 6. col. 496. *Dum ceteri de exercitu ad honorem ecclesiæ & ad reverentiam vere crucis Pœnitentiati essent, & crucem quilibet assumsisset in humero dextro, summo mane cum magna festinantia & vigore, facta maxima & potentia acie, &c.* Vide supra in Pœnitentes.

¶ **PŒNITENTIARIA**, Dignitas & officium pœnitentiarii. Litttræ ann. 1289. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 49. *Nos igitur pium ejus propositum in Domino confoventes, auctoritate ipsius D. Papæ, cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, &c.* Adde novam Gall. Christ. tom. 3. inter Instrum. col. 108.

¶ **PŒNITENTIARIA**, Jus absolvendi pœnitentes. Statuta Johannis Episc. Trecor. an. 1423. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1130. *Præterea quia de novo intelleximus, quod nonnulli religiosi & alii forte saculares pretextu officii Pœnitentiariæ se ingerunt ad absolvendum subditos nostros in foro confessionis de casibus, tam dom. nostro Papæ, quam Episcopis respective de jure reservatis absque licentia nostra, &c.*

PŒNITENTIARIUS, Dignitas instituta in Ecclesiis Cathedralibus à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 8. sess. 14. cap. 7. penes quem facultas est casus Episcopis, ut vocant, reservatos absolvere. Erant tamen longe ante Concilium Tridentinum Pœnitentiarii, qui interdum ab Episcopis per villas & oppida in Quadragesima destinabantur, qui imbecilles, impotentes, & pauperes à casibus, qui Majoribus reservantur, absolvent, ut est in Concilio Arelatensi an. 1260. c. 16. [Hi principales Pœnitentiarii dicuntur in Concil. incerti loci cap. 16. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 151.] Charta Everardi Episcopi Ambianensis an. 1218. qua in sua Ecclesia tres personatus erigit, Præcentoriam, Magisteriam scholarum, & Pœnitentiariam: *Pœnitentiarius vero loco nostri Confessiones audiet de quacunque parte diocesis ad ipsum referantur, exceptis Confessionibus Curatorum nostrorum, & Magnatum, & Baronum, quas nobis reservamus. Ad illum etiam, tanquam ad illum, quem post nos in hoc officio proximum esse volumus, dubitationes, si qua emergent, in foro Pœnitentialem jubemus reportari. Pœnitentias injunctas ab aliis Confessoribus relaxare poterit, aut mutare, prout secundum Deum viderit expedire.*

Scribit Socrates lib. 5. cap. 19. regnante Decio in singulis Ecclesiis ordinatum Presbyterum, qui pœnitentiæ præesset, προσβύτερον ἐπὶ μετανόιας, quod qui post baptismum lapsi erant, coram eo peccata sua confiterentur. Similia fere habet Sozomenus lib. 7. cap. 16. Unde colligi daretur tum primum institutos Confessarios: sed id refellit Baronius an. 255. n. 9. commentumque esse contendit Novatianorum. Vide Maturinum Simonium de Pœnitentiæ ritu cap. 4. & Altaferram lib. 2. Differtat. Juris Canonici cap. 8.

PŒNITENTIARIUS Ecclesiæ Romanæ. Ex Presbyteris Ecclesiæ Romanæ quosdam constituit Simplicius Papa, ut auctor est Anastasius Bibliothecarius, super pœnitentes, qui iis præessent, & eorum exomologeses seu Confessiones audirent: *Hic constituit ad sanctos Petrum, Paulum, & Laurentium hebdomadas, ut Presbyteri ibidem manerent propter pœnitentes & baptismum, &c.* Horum primus hodie Magnus Pœnitentiarius dicitur, qua dignitate in Ecclesia Romana fungitur unus è Cardinalibus. de cujus officio pluribus agit Octavianus Vestrius lib. 1. de Judiciis aulae Rom. [Epitome Constit. Eccl. Valent. inter Concil. Hispan. tom. 4. pag. 194.

Antonius Cardinalis summus Pœnitentiarius, &c.] Wil. Brito lib. 12. de Pœnitentiario Eccl. Romanæ:

*Dic Jacobo Papæ vice qui delicta reorum
Audit, & absolvit confessos rite reatus.*

POENITUDO, pro Pœnitentia, in l. 11. Cod. Th. de Indulgent. crimin. [Epist. Siricii PP. cap. 6. lib. 5. Capitul. cap. 133. Capitul. Ludovici II. Reg. Franc. tit. 2. cap. 5. & in Chron. Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 548.]

POENITUERINT, pro Pœnituerit, in Concilio Ilerdensi inter Hispan. tom. 2. pag. 283.

POENOSA HEBDOMADA, Septimana. Vide in Hebdomada.

POERARIA, pro Petraria, Lapidina, Carriere. Charta Galeranni Comit. Mellenti tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1350. *In eadem foresta unam Poerariam apud Fecheham cum dimidia virgata terra.*

POESA, Idem quod infra Pogesia. Chartul. S. Petri de Domina fol. 122. *Habemus in domo Joannis Belin duos denarios & unam Poesam. In domo Juliani tres denarios & unam Poesam. Ricardus tres denarios & unam Poesam.* Pluries ibi.

POESSELLATA, pro Boessellata, Gall. Boisselée, Modii seu boisselli mensura. Necrolog. Abbat. de Daoulas dicec. Quimperleg. *Miles qui dedit nobis xxv. solidos & unam Poessellatam frumenti.* Vide Boicelata.

POESTALDUS, Supremus magistratus, vel advocatus. Chron. Corn. Zantfiet ad ann. 1400. apud Marten. tom. 5. Ampliff. Collect. col. 357. *Terram ejusdem nobilis ingressi sunt cum pedibus numerosis, cum suo signifero Sander de Rosmelli, quem Warnerus de Sclaida, pro tunc abbas ecclesie Stabulensis, in Poestaldum patria substituerat vice sua.* Vide infra Potestas.

POETARE, More Poëtarum fingere. Lucifer Callaritanus lib. 2. pro S. Athanasio pag. 108. *Te falsa hæc cum sacrilegis tuis Poëtasse.* Dantes in Purgatorio St. 28.

*Quelli ch' anticamente Poëtarò
L'eta del oro, & su stato felice.*

Utitur etiam Petrarcha part. 1. son. 10.
Onde, si scende Poëtando, è poggia.

POETARE, Versificare. Vita S. Bennonis tom. 3. Junii p. 157. *Quo tempore unico illi (Bernwardo) solatio erat puer Benno, modo Poetando, modo legendo, modo disputando.*

Poëtas inter funerum curatores recenset le Roman de la guerre de Troyes MS. ubi de Sepultura Hectoris & Paridis:

*Tos li Poetes & les clergiez
De par de trestotes les contriez,
Furent au cors, ce vos di bien,
Et il ne s'en faignent de rien,
De bien chantier & de bien lire.*

Alibi:

*Seveillis fu li cors Paris
Au riche temple Lononis....
Tos les Poetes & les devins
Y sont au grant service fere.*

POETICA VERA, Poeticalis alta, cursiva, mediana, Poeticana serrata, Variæ scripturæ species. Vide in Scriptura.

POETRIA, Poeta. Johan. de Monsterolio Epist. 41. apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. col. 1308. *Existimas.... philosophiæ fructum capere dulcissimum, & quæ insuper jocunda & idonea dicitur vice Poetriarum invenire; id est, more poetarum. Per istius carminis rudem Poetiam,* in Gloss. ad lib. Salomon. in Bibl. Heilsbr. pag. 62. Rursus p. 125.

Tom. V.

POEXIA, Poesis, Italis Poesia. Chron. Placentin. ad an. 1359. apud Murator. tom. 16. col. 588. *Ipse (Lanzalottus) fuit sapientissimus in quibuscumque scientiis, & maxime Poexia, in qua multum se delectabat, & multoties scribebat per rimam, aliis poetis multa pulchra, moralia, &c.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Poesis, Poetrie ou fiction.

POGESALE, POGESIALE, Mensura vinaria minutior, f. quod Pogesiam valeat, sic dicta. Statuta Arelat. MSS. art. 74. *Vinum non vendatur cum Pogesali ad sobversum.* Statuta Avenion. MSS. *Qui vendiderit vinum minutatim teneatur habere ad minus mediam cociam, quartonem & Pogesiale, quibus teneatur mensurare sine superverso.*

POIEZALE, POIZALE, Eadem notione. Statuta Massil. lib. 1. cap. 56. *Quotiens vinum praconisatur ad vendendum... inquirere teneantur... an mensura justa sint dozenum, & medium dozenum, & carteiromum, & Poizale, & meillairola... & quod non permittant superfundere seu superversare Poiezale seu quamlibet mensuram, nec minorem mensuram vel injustam habere.*

POGESATA, POGESATUM. Vide mox Pogesia. POGESIA, POGESUS, POGESIUS, Monetæ Gallicæ species, sed minutioris, [ejusdem valoris atque Picta. Vide in hac voce.]

POGESIA. Charta Capituli Lactoratensis an. 1273, in Regesto homagiorum Aquitanix fol. 52. *Pro quibus 60. libris assignavit & tradidit dominus Rex dicto Capitulo unam Pogesiam, seu pictam, seu quartam partem unius denarii Burdegal.* In Usaticis d' Ayguemortes an. 1246. *Bannum autem tale sit, scilicet de ovibus & capris una Pogesia, de porco obolus, de bestis grossis duo denarii.* [Pogias Provincialibus. Charta telonei vernacule scripta ex Cod. MS. D. Brunet fol. 118. *Item cascuna saumada doli, un Pogias.*] Vide Hist. Cadurcens. num. 105. Gariellum in Episcop. Magalon. pag. 278. [& tom. 4. Ordin. Reg. Franc. pag. 47.]

POGESUS, in Charta Ildefonsi Comitis Tolosæ anni 1144. apud Catellum in Histor. Occitan. pag. 323. 324. *Solidi Pogesi,* in Tabulario Conchenfis Abbatix Ch. 44. 109. 155. & alibi non semel. *Denarii poiesi,* ibid. Ch. 269.

POGESIUS. Raymundus de Agiles: *Erat moneta hæc Pictavini, Cartenses, Mansei, Lucenses, Valentineses, Mergoresi & duo Pogesii pro uno istorum. Denarii Pogisii.* [Catalog. Confratriæ B. M. ex Tabular. B. M. Deauratæ Tolosæ. Receptoribus pictarum seu Pogesiorum, &c.] Vetus Charta apud Columbium in Episcop. Vivariensibus: *Donant ei sex denarios Pogisios in singulis marcis quæ percipiebantur in argentariis, &c. Pougessse & Pougewise,* nostris olim. Charta Alphonfi Comitis Pictav. an. 1253. in Tabulario Regio, Scrinio, Monetarios: *Simplices autem Tolosani debent esse legis & ponderis Turonensium, hoc est sciendum ad quatuor Pougesses minores legales, sicut debet fieri moneta Regis apud Carcassonam & Nemausum.* Charta anni 1282. apud Perardum pag. 554. *Et seront li dis deniers à 3. deniers Poigeoise moins de loi, &c.* Alia ann. 1306. in Probat. Hist. Castilionensis p. 97. *Et les maailles de deux deniers, & Pougewise de loi argent le Roy, & de 17. souz six den. de pois au marc le Roy.*

POUGESIA. Charta an. 1306. in Regesto 9. Philippi Pulcri Regis Franc. Ch. 14. ex Tabular. Regio: *Item 29. solid. & 6. denar. & Pougessiam, quos dominus Rex percipit in censibus denariorum annis singulis, &c.* Legi in adversariis D. Peyrescii viri doctissimi, Poitevines, Pites, Pougewise, Pougoi-

Qq ij

- res, & *Poiuiffas Aragonenses*, unum idem esse.
- ¶ **PODRIGIA**, ut *Pogesia*. Recogn. antiquæ Albæripæ Regest. *Probus* fol. 67. *Guigo Oudraz*. . . . tenet v. *fosfor. vin. & debet v. denar. & III. Podrigias*. Recogn. de Moras ibid. fol. 37. *Petrus Martins tenet de Comite 1. castanearium, & debet inde IIII. den. & 1. Podrigiam. Armandus de Borgia tenet de Comite 1. castanearium & debet inde VII. Podrigias*.
- ¶ **POSEGIA, POSIGIA**, Eodem significatu. Charta an. 1195. apud Fanton. Hist. Avenion. tom. 2. p. 83. *De singulis ovibus singulas Posegias*. Charta pro Communia Balneoli an. 1208. *Ovis vel capra (dat) unam Posigiam*. Occurrit etiam in Hist. Episc. Lodovensium pag. 169. ex Charta an. 1246.
- ¶ **POGISIA**, in Charta ann. 1125. inter Probat. Hist. novæ Occit. tom. 2. col. 437. *Comes autem de cætero Melgoriensem monetam fabricare non faciat nisi denarios de v. denariis argenti fini, & medallas similiter de v. denariis argenti fini Pogesia minus*.
- POGESATA**, Pretium unius *pogesia*. Consuetudines Tolosæ part. 2. *Denariatam, & etiam obolatam, & etiam Pogesatam potest quilibet vendere sine aliqua certa mensura*. Charta an. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ann. 1299. Tabularii Regii num. 49. *Tria Pogesata vineæ de Gratalausa*.
- POGETUM**, Colliculus, ex *Poium*, eadem notione. Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 151. *Et in illo loco in Pogeto dono similiter . . . illo meo alode, &c. Infra: Et teneat ipsum alodem, excepto illo Pogeto, si Abbas donare voluerit ad filios meos, &c. Vide Podium 3.*
- ¶ **POGGIARE, POGIUM**. Vide *Podium* 2. & 3.
- ¶ **POGISIA, POGISIUS**, Moneta. Vide *Pogesia*.
- POHERI**, qui dicti fuerint apud Willelmum Britonem in Philippide, video passim ignorari, vel fane à viris doctis prætermitti. Is lib. 10. p. 221. *Pontivii Comitem comitantur in arma Poheri*. Et lib. 11. pag. 233. *Stant contra oppositis Thomas Gallericus armis, Gamachiosque Vimosque ciens, Robertigenaque, Pontivusque Comes, Drocensis, atque Poheros*. Quos vero *Poheros* Willelmus, Poëtæ nostrates *Poihiers* vulgo vocant. Magister Vaccius, qui scribebat an. 1160. in Historia MS. Ducum Normanniæ in Willelmo Notho: *Les Bolongneis, & les Poihiers Aurés tous, & mes Soudoiers*. Auctor MS. Poëmatidis de Varino Duce, qui eodem vixit sæculo: *Moult le regardent François & Berruier, Et Alemant, & Flament, & Pohier*. Alibi: *Mande Normans, & Flamans & Pohiers, Et Bourguignons, François, & Berruiers*. Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS. (vivebat is anno 1230.) in Carolo M. *Et li Ponhiers & Champenois*. In Lothario: *Lohiers, qui donques estoit Rois, Assempla Ponhiers & François, Si quist tote la Loheraine*. In Philippo Augusto, de Prælio Bovinensi: *Li Ponhiers & li Champinois, I furent preut, & cil d'Artois, Li Hurepois d'outre Seine, Là leur font pas mestlée seine, Cil d'Aminois & de Pontiu, Tinrent bien d'autre part leur liu*. Quibus versibus reddidit quæ hoc prælium commemorans habet Willelmus Brito.

Poheri igitur populi fuere in Belgio, quorum nomenclatura tam late patuit, ut Golutus in Historia Sequanica lib. 20. cap. 81. & 109. scribat Duces olim Burgundiæ, qui complures etiam Germaniæ inferioris tractus possedere, Heraldos seu Fœciales habuisse, quorum alii *Poihieri*, (*Poihiers*), alii Ripuarii, (*Ruyers*) appellabantur; *Poheros* vero Fœciales intra Franciam, & Ripuarios intra Germaniam inferiorem suum obiisse munus. Sed appellationis rationem non reddit, quæ non alia est, quam quod Ducum ejusmodi Burgundicorum modernorum dominia partim in Francicis, partim in Germanicis regionibus protenderentur, id est, in provinciis, quæ aut Gallica aut Germanica lingua utebantur: cum Ripuariorum nomine, eæ quæ Rheno conterminæ erant, *Poherorum* quæ versus Franciam excurrebant, intelligerentur. Unde omnino conficitur *Poherorum* nomen generale fuisse, pluresque comprehendisse populos.

Horum præterea mentio est in veteri Ceremoniali Gallico MS. ubi agitur de Torneamentis, ad quorum evocationem in hæc verba facta proclamatio describitur: *Or oyez Seigneurs Chevaliers que je vous fais à sçavoir le grand digne pardon d'armes, & le grand digne tournoyement de par les François, de par les Vermandisiens & Beauvaisiens, de par les Poihiers & Corbeans, de par les Arthisiens & les Flamens, de par les Champenois & les Normans, de par les Angevins, Poitevins & Tourangeaux, de par les Bretons & Manceaux, de par les Rives & Hasbegnons, & de par tous autres Chevaliers qui accordez s'y font, &c.*

Verum hoc loco *Poherorum* nomen haud tam late patet, satisque innuitur vicinos fuisse Corbeiensibus atque Bellovacensibus, proindeque eòs esse qui castro, quod vulgo *Poix* vocant, & ab Orderico Vitali lib. 10. pag. 783. *Castrum de Pice* appellatur, vicinam incolebant regionem: quod prorsus firmant antiqui Fœcialium libri, quos *Provinciales* dicunt, quod Nobilium nomina & insignia secundum provincias digesta contineant. Quippe sub *Poherorum* titulo, seu *Poihiers*, recensentur vulgo *Domini de Pequigny, de Rivery, de Sissolieu, le Vicomte des Quèfnes, de Rambures, d'Araines*, & familiæ aliæ nobiles, quæ in eo tractu qui Ambianum inter & Pontivensem Comitatum jacet, atque adeo in Vinemacensi pago, sedes suas habebant.

A castro igitur Piciacensi, seu *de Poix*, *Poheri* dicti: quomodo Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 844. *Braiheros* appellavit, qui Normanniæ tractum, Bellovacis conterminum, vulgo *le Pays de Bray* vocatum, incolunt.

Id præterea nominis haud intra prædictos limites sese continuit, cum ultra Somonam obtinuerit: quippe in Tabulario Canonice Ecclesiæ Vineacurtensis fol. 10. mentio fit mensurarum frumentariarum, *Sesliers Pohiers* dictarum: ut in Ecclesiæ Ambianensis Chartarum Inventario pag. 3. *du muy Pohier*, seu modii *Poheri*.

¶ **POHINA**, Lateris species, ni fallor. Statuta Ripariæ cap. 222. fol. 29. vº. *Teneantur fornasarii facere & fieri facere cuppos, quadrellos, Pohinas, matonos, tavellonos, & tavellas longas sive magnas & parvas; & alia quacumque in fornacem coquenda ad infrascriptam mensuram, &c.*

¶ **POJADAS**, Præstatio ex pisces, ut videtur. Charta Willelmi Ducis Aquitan. ann. 1027. tom. 2. Gall. Christ. inter Instrum. col. 268. *Concedo . . .*

omnes res cum Ecclesiis earum & cum omnes consuetudines & jura, cum consuetudine trium modiorum salis & cum la Pojadas & la fromentada, &c.

POICHIA, PONCHIA, Mensura frumentaria, in diocesi Biterrensi. Charta Philippi Regis Franciæ an. 1304. ex Chartophylacio Regio: Donamus 55. sextarios, dimidium quarterium, dimidiam Poichiam, & dimidiam cupam frumenti, & 63. sextar. dimid. quarterium dimid. Ponchiam & dimidiam cupam ordeï, &c.

¶ POIESUS, Moneta. Vide Pogeſia.

¶ POIEZALE, Mensura. Vide Pogeſale.

POIGNIA. Inquesta de Foresta Aquilina in Regeſto Philippi Aug. Herouvalliano f. 118. Habet & carbonarios assignarios Poigniarum ad mortuum nemus in defenſo Molinelli. Infra: De paſnagio, quod domini Regis eſt, habet dominus Monfortis unum centenarium, ſi inventus fuerit apud Rambolhec, ſive ad Poignias. [Nomen eſſe alicujus loci proprium ſuſpicor.]

¶ POIGNIA aliud ſonat in Charta thelonei Epiſcopat. Autiffiod. MS. Epiſcopus habet in unodie Sabbati & in alio non, duas Poignias de tribus digitis ad minus quo voluerit telonearius. A Gall. Poignée, Pugillata, hæc vox deducenda videtur.

¶ POINANDERIA, Mensura, qua molitores jus molituræ exigunt, quantum ſemel cum palma levatur, ut habent Libertat. Pontis Urſonis tom. 4. Ordinat. pag. 640. Maſſilienſibus Pognadiere. Statuta Maſſil. MSS. an. 1258. Statuimus quod ſex boni viri eligantur qui præſint menſuris ſextariis, eminis, Poinanderiis molendinorum, millaroliis & aliis. Poinanderia ibidem occurrit. Hinc emendanda eadem Statuta edita lib. 1. cap. 53. & 55. ubi Pomaderia legitur pro Poinanderia.

¶ PONADERIA, Eadem notione, in Statutis Avenion. MSS. Item ſtatuimus quod omnes molendinarii... habeant Ponaderias & alias menſuras ferro Communis ſignatas.

¶ PONDADERIA, sæpius in veteribus Chartis burghi S. Andeoli. Vide Poneria & in Puginata.

¶ POINCETUS. Expenſa militiæ Comit. Atrebat. an. 1237. ex Bibl. Reg. Pro ſoumario in capella Comit. xvi. l. Turon. Poincet. pro ſoumario in ſtabulo Comit. x. l. Tur. Poincet. pro quodam roucino Rad. de Veris qui (eſt) ad Comit. vii. l. Tur. Poincet. pro roucino ad lavanderiam & ſella vi. l. x. f. Tur. Poincet. pro duobus roucinis ad capellanum Comit. xx. lib. Tur. Poincet. pro expenſa iſtorum roucinorum xiii. l. Par. Poincet. Hæc ad monetam ſpectare dubium non eſt: quæ ſit tamen genuina vocis notio, non percipio. An Poincet. ſignatum vel gravem ſonat? Monetariorum enim eſt utraque vox.

¶ POINGITIUM, Velitatio, leve prælium, Gall. Eſcarmouche, f. à Lat. Pungere. Genealog. Comit. Flandr. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 410. His temporibus multa fiebant Poingitia & particulares conflictus in conſinibus terra.

¶ POINGNEICIUM, Eadem notione. Charta Johanniæ Comit. Flandr. ann. 1225. apud Baluz. tom. 7. Miſcell. pag. 264. De priſonibus & de lucro guerra ſic erit... Si in Poingneicio capiantur Milites vel ſervientes vel baliftarii qui ſint homines mei, dominus Rex habebit corpora eorum, & ego habebō terras eorum quæ ſunt de feodo meo. Si qui vero capiantur in Poingneicio qui non ſint homines mei, &c.

¶ POINHANDERIA. Vide Poinanderia.

¶ POINSONO, POINSONUS, à Gall. Poinçon, Vas vinarium, dolium, idem quod Parſiis Semicauda vini, Demie queuë. Bellijoci valet quatuor barales vel duas aſinatas. Hiſt. Pariſ. Lobinelli tom. 3.

pag. 695, Tenebitur quilibet... in fine cauda vel Poinſonis ſolvere quod apparebit per dicam ſuam habuiſſe. Regeſt. 2. Miniſteriorum Pariſ. in Camera Comput. Pariſ. vi. den. pro qualibet cauda vini, & iii. den. Pariſ. pro quolibet modio ſeu Poinſono vini.

¶ POJOLIS, Colliculus, podiolum, dimin. à podium. Vide in hac voce. Charta an. 1030. in Tabular. S. Victoris Maſſil. Sicut aqua vergit de meridie uſque ad montes majores, à Septentrione uſque ad Pojoles, quos vocant guardias, &c. Vide Pogetum.

¶ POPIA. Vide Poypia.

¶ POIRATA, Leguminis ſpecies, beta, Gall. Poirée, bette. Conſtitut. pro Abbatia S. Pauli Narbon. ann. 1127. inter Inſtrum. tom. 6. Gall. Chriſt. novæ edit. col. 33. Tamen fragilioribus & frequentius inſirmantibus ſemper miſereantur, & donent illis carnem ſalubrem, & à Nativitate Domini uſque ad Quadrageſimam dare carnem ſale conditam tertiis feriis, & aliquando quintis feriis eis licitum ſit cum Poirata vel cum caulibus. Vide Poreta.

¶ POISA, ut ſupra Penſa, Libra. Semipoisa, ſemilibra, in Chartul. S. Vedasti Atrebat. V. pag. 265. Debemus... in Natali Semipoisam caſei Flamingi.

¶ POIUM, POIUS. Vide Podium 2. & 3.

¶ POIZALE, Mensura. Vide Pogeſale.

¶ POKETTA, ab Angl. Pocket, Pera, ſacculus. Inſtrument. an. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 234. Rotulos in 4. nigris bagis de corio, & 20. Pokettis de cane vacca.

1. POLA, Pertica, vel alius modus agri. Liber Prioratus Donſtapl. cap. 4. In qualibet dola habet 4. Polas, ſive 8. andenas, jacentes ſimul. Alibi: Habet Prior primo 4. perticas ſive Polas in latitudine, &c. Vide Dola 2.

2. POLA, f. Agger ad ripam. Charta an. 1369. apud Rymer. tom. 3. pag. 191. Antiquam & debitam priſam noſtram de vinis, qua in portu de Dertmuth, & in Pola aquæ de Eſhe, in Comitatu Devonie applicare contigerit.

¶ POLACIADA SPADA. Fori Alcaçonenſes: Et qui feriret de lancea aut de Spada Polaciada peitet 10. ſol. Vide Polaxis.

¶ POLAGIUM, Præſtatio ex pullis, pro Pulagium. Vide in hac voce. Polyptychus Fiſcamn. an. 1235. Nicolaus de Monte tenet unum bordagium, & debet... relevare foſſata, cagiam facere in boſco, & deferre Polagium apud Fiſcamnum & ova & paſnagium.

POLANA. Vide Poulainia.

POLANUS, Trochlea, ni fallor, noſtris Poulie; [niſi ſit machina devolvendis doliis apta, quam Poulain nuncupamus.] Tabularium Epiſcopat. Autiffiodor. Coſtuma de cordis, Polanis, & minagium ſunt Comit. [Poulanus, ibidem: Ille ballivus debet conreer habentem chordas & Poulanos.] Hinc

POULENAGIUM, Præſtatio pro polanis, ſeu trochleis, quibus dolia è navibus in littus educuntur. Idem Tabularium: Omnes tam foranei quam de villa, qui adducunt vinum ad portum, dolium debet 6. den. & 4. den. de Poulenagio & 2. den. pro minagio. Poulenagium illorum qui ſunt de foris & de villa; omnibus diebus quibus aliquid ducit ad ripam, Polanus debet 4. den. Et infra: Dolium ductum extra villam... debet 6. den. de Poulenagio, & ſi emptum fuerit, debet roagium & minagium cujuſcumque modulationis ſit, & Poulenagium, niſi oneratum fuerit ad ſitulam ſuper axem.

¶ POLAXIS, Gladii ſpecies. Charta Henrici VI. Reg. Angl. an. 1450. apud Rymer. tom. 11. pag. 262. Quod nullus de catero palettos, loricas, gladios, Polaxes, gleyves, ſeu aliqua alia arma invaſiva, &c. Vide Polaciada spada.

- ¶ POLAYNA, Rostra calceorum. Vide *Poulainia*.
- ¶ POLCHEHART, Qui pullos curabat, seu cui incumbere cura eos condiendi & tabulis regiis apparandi, interprete Hearnio in Lib. nigr. Scaccarii pag. 348. *Omnia Polchehart consuetudinaria cibum, & tres, ob. homini suo. Vide Poleta 2.*
- ¶ POLCINUS, Mensura. Vide *Polkinus*.
- ¶ POLECTICUM, Polyptychum. Vide in hac voce.
- ¶ POLEDRA, POLEDRARIUS, &c. Vide mox *Poledrus*.
- POLEDRUS, PULLETRUM, PULTRINUS, Pullus equinus, Ital. *Poledro, puledro, & poltro*: ex qua voce Landinus ad Dantemignavos *poltronos* dictos putat. Nostri *Poutre* dicunt. [*Poultrain*, in Consuet. Montensi cap. 50. & apud Butiller. lib. 1. cap. 88.] Gloss. Ælfrici: *Poledrus*, γολα. i. pullus. Testam. Bertichramni Episc. Cenoman. *Reliquos vero caballos, tam Uvarannonis quam spadas seu Poledras, &c. Charta Adalberonis Archiep. Hammaburg. ann. 1143. Sed & Poledrum denario, & vitulum dimidio redimant.* Alia Hartwici Archiep. an. 1149. *De animalibus autem, veluti Polledris denarium, de vitulis obulum, de reliquis quoque justam decimationem administrant.* Cæsarius Heysterbac. lib. 7. cap. 39. *Erat Monasterio Poledrus pulcherrimus, species . . . enim optimi dextrarii in eodem erat Poledro.* [Histor. Cortusior. lib. 2. cap. 22. *Plures villæ existentes in plebato sacchi . . . derobata & consumpta fuerunt, in quibus reperta fuerunt equa & Poledri innumerabiles & magna. Polledra mula, in Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 1006. Statuta Pallavic. lib. 2. cap. 73. pag. 132. Pro qualibet equa vel equo, Poledro vel Poledra, asino, asina, sol. 4.] M. Justinus Lippiensis in Lippi-florio pag. 149. *Colligit, æs, vestes, fruges, pecus, arma, Poledros.* Occurrit in Lege Salica tit. 40. §. 7. 8. & Aleman. tit. 53. in Capitulari de Villis cap. 14. 15. 50. 62. in Charta Ludovici Pii apud Mabillonium to. 5. Vitarum SS. Ordin. S. Benedicti pag. 67. in Charta Aldrici Episcop. Cenoman. pag. 89. 90. in Speculo Saxon. lib. 2. cap. 48. §. 14. &c.*
- PULLETRUM, Eadem notione, in Legibus Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 5. & in Charta an. 813. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus. *Pullitras Gallinas vetulis opponit Varro lib. 3. de Re rust.*
- ¶ PULTRELLUS. Charta ann. 1059. in Tabular. S. Victoris Massil. *Et pro hac donatione recipio unum Pultrellum per manum dom. Petri Abbatis.* Le Roman de Partonopex MS. *Le fiert si dedens le chastel, Qu'il le tresbuche du Peutrel.*
- PULTRINUS, in Gloss. Theotisco, *Fuli. Poutrain au lait*, in Consuetud. Montensi cap. 50.
- POLEDRIO, apud Sambucum ad Leges Hungaricas.
- ¶ POLERIUS, POLERIA, Eodem significato, in Statutis Montis Regal. fol. 306. *Item pro quolibet Polerio vel Poleria, sol. duos den.*
- ¶ PULEDRUS, in Lege Salica tit. 11. §. 5. edit. Eccardi.
- POLEDRARI, qui *poledrorum* curam gerunt, in Capitulari de Villis cap. 10. 50.
- PULTRELLÆ, Equæ adultæ, rusticis nostris *Poutrelles*. Capitulare de Villis cap. 14. *Ut iuventa nostra bene custodiant, & poledros ad tempus segregent, & si Pultrellæ multiplicata fuerint, separata fiant.* Cap. 62. *Quid de poledris & Pultrellis, &c.*
- POLETRIA, Pullorum equinorum grex. Fleta lib. 2. cap. 87. §. 1. de Caseatricis officio: *Item ejus est . . . facere butyrum, curamque de Poletria obtinere,*

- ac exitibus inde provenientius compotum reddere.* [Ubi *Poletriam* malim de pullis seu altilibus intelligere; quod ad Caseatricis officium magis pertinet. Vide *Pulletria*.]
- POLEGIUM. Vide *Polyptychum*.
- ¶ POLEMARCHUS, à Græc. πολεμαρχος, Dux belli, ad quem summa rei militaris refertur. Occurrit apud Stephanot. tom. 1. Antiq. MSS. Vafcon. pag. 129. Vide Budæi Notas in Pandect. l. ult. ad fin. de muneribus.
- ¶ POLEMARCHIA, Dignitas & munus *Polemarchi*. Vide eundem Budæum loco citato.
- ¶ POLEMITUM. Vide *Polymitus*.
- POLENA, Rostra calceorum. Vide *Poulainia*.
- POLENTARII, Qui *brasium* curant, molunt, & conficiunt ad *cerevisiam* componendam. Iter Camerarii Scotici cap. 26. §. 1. *Polentarii, qui brasium curant & faciunt Malt-makers, calumniari debent, quod faciunt bonum brasium, & malum, & simul & conjunctim: cum debent ea facere separatim, & pro diversis pretiis.* Adde §§. seqq. Vetus Charta vernacula post Historiam W. Thorn. pag. 2206. *Et quant l'Ercevesque tient grauntz festez, les Polentiers l'Ercevesque averent lieuz lor pleytrie, ou bien leur soit.*
- POLENTRUDIUM, POLITRUDIUM, Cribrum farinarium. Gloss. Lat. Gall. Thuanum MS. *Politridium, buretel.* Veteres Schedæ MSS. *Ego comedi panem polentrudizatum ad Polentrudium delicatum.* Vox videtur deducta à *polenta*, farina delicatior, vel à *polline truso*, Gall. *Farine passée*.
- ¶ POLENUS, Pullus equinus, *Poulain*. Charta Henrici Comit. Vadani-montis. an. 1252. in Hist. Mediani Monast. pag. 322. *Contulit etiam idem Hago pater meus decimam Polenorum dictæ cellæ Bellæ-vallis.* Vide *Poledrus* & *Pollenus*.
- ¶ POLEPTICUS. Vide *Polyptychum*.
- ¶ POLERIA, POLERIUS. Vide *Poledrus*.
1. POLETA. Matthæus Paris an. 1215. in Charta Joannis Regis Angl. pro libertatibus forestæ: *Tres ortilli scindantur de pede anteriori sine Poleta.* Scilicet parte carnosâ, quam montem pedis vocant. Ita Watfius.
- ¶ Rectius supra in voce *Pelota* 1. editum, *Tres ortilli abscindantur, sive Pelota de pede anteriori.* Ita etiam legunt Spelmannus & Th. Blount ad hanc vocem. Græcis hæc pars *θεραπ* dicitur.
2. POLETA. Fleta lib. 2. cap. 18. *Officium coquina est, denarios recipere de Gardaroba pro officiis emptoris, Poleta, salsaria, aula, & camera, &c.*
- POLETARIUS. Fleta lib. 2. cap. 14. §. 3. *Item duos Magistros Coquorum, Lardenarium, Poletarium, Scultellarium, Salsarium, &c.* Sed his locis opinor legendum, vel intelligi *Polentam* & *Polentarium*, qui *polentas* conficit. Non tamen temere definio.
- ¶ *Poletarium* legendum censet Hearnius in Notis ad Lib. nigr. Scaccarii pag. 348. eumque esse coquinæ ministrum existimat, cui pullos condiendi cura incumbit. Vide *Polchehart*, *Pullarius* & *Pulletarius*.
- ¶ POLETICUM. Vide *Polyptychum*.
- ¶ POLETRIA, Pullorum equinorum grex. Vide supra in *Poledrus*.
- ¶ POLETUM, ut *Polyptychum*. Vide in hac voce. Statutum MS. Eccl. Lugdun. *Sicut in charta, quæ vocatur Poletum, continetur; ubi describuntur omnes presbyteratus ecclesiæ, quæ debent ceram Ecclesiæ Lugduni. . . . Ita authenticata fuit charta, quæ vocatur Poletum, in qua charta describuntur omnes archipresbyteri, qui debent incensum, & ecclesiæ, quæ debent ceram Ecclesiæ Lugduni. Et sicut creditur libro prima,*

similiter creditur illi charta, quæ vocatur Poletum.
POLEYNA. Vide Poulainia.

¶ 1. POLIA, à Gr. πολίος, canus. Rochus le Baillif in Diction. Spagyrico: *Amianthus est impolitus salmander lapis alumini pluma similis, cujus inextincta sunt elychnia, alias linum vivum & Polia.*

2. POLIA. Jo. de Janua: *Polia, armentum, vel grex, vel collectio equorum, vel aliorum jumentorum. Et dicitur à polis, quod est pluralitas.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Polia, Tropiau de beste.*]

¶ POLIANDRUM, POLIANDRIUM, Cœmeterium. Vide Polyandrum.

POLIANESUM. Charta Algari Comitis Angli in Monastico Angl. tom. 1. pag. 1022. *Cujus etiam putrili corpori Roma quidem venienti in præscripto Polianeso Basilica divina prædestinatio sepulturam ordinavit. Ubi loci legendum forte polyandrio, vel paradiso.*

POLICARA. Vetus Notitia Sicula apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 311. *Et deinde vadit usque illo Mizano vallone, ubi sunt multe Policara.*

¶ POLICERI, pro Polliceri. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 60. pag. 162. *Policebantur præmissa, quod, hiis exilis stili transcursis officio, ad alia, quæ agebantur temporibus mediis, rediretur.*

¶ POLICIÆ. Charta Ysnardi Senescalli Provinciæ in Cod. MS. D. Brunet fol. 90. *Cum bladum de Arelate abstrahitur, Policiæ per vicarium Arelatis fiunt, accipiendo inde pecuniam, id est, ad Vicarium pertinet de delicto cognoscere & judicare.*

¶ POLICOGUM. Vide Politogum.

¶ POLICUS, Cælestis. Vita SS. Bovæ & Dodæ tom. 3. April. pag. 286. *Ut dotem aterna remunerationis caperet in curia Policæ sedis.*

¶ POLIFORMIS, Multiformis. Dudo de Ducibus Norman. apud Duchesn. Hist. Norman. p. 158. *Qui propriis cedis Poliformia munera servis.*
Vide Polyformis.

¶ POLIMANDRITA, Qui pluribus monasteriis præest. Hieratium juris Pontificii: *In quorum exemplum nostri Polimandrita eosdem sacerdotes custodes sacrorum præponunt, sicque miseri triturantes alienis afficiantur officiis.*

¶ POLIMEN, Politura. Baltei Polimina inspicimus apud Apul. de Deo Socratis.

¶ POLIMITA, POLIMITUM. Vide Polymitus.

¶ POLINCTORIUM, Sepulcrum. Vita B. Richardi sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 523. *Nec enim venerandi Præsules hunc locum vilipendere dignum duxerunt, in quo sepultura requiem delegerunt, & sedis suæ relicto Polinctorio, hoc in loco sepeliri maluerunt. Hinc*

¶ POLINCTORES, Sepulturæ curatores, ibidem pag. 561. *Oculos patris clausit Episcopus, Polinctores funeris Richardus, Odilardus, Stephanus & Waleranus abbates fuerunt. Ipsi corpus sanctissimum procuraverunt, vestibus sacratis ex more induit Episcopus, &c.*

¶ POLINGION. Vide Polyandrum.

POLINUS. Vide Pullani 2.

¶ POLIO, Qui arma polit, apud Firmicum. *Poliones & custodes armorum, in leg. ult. Dig. de jure immunit. In Gloss. Lat. Gr. Polio est πατροφάγος, glutto.*

POLIS, Urbs, πόλις. [Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 65. pag. 185. *Sed dum ipsa Polis (Rothomagensis) tam numerosa pinguantum multitudine superbiret, &c.*] Græcismus: *Urbs est dicta Polis, dicuntur plurima polis.*

Epitaphium quod habetur apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 894.

Hos rea mors rapuit, Reatina Polis sepelivit.

Bondelmontius in Descript. Constantinopolitana: *Tertiaque quarta columnarum quasi in medio Polis sunt posita. Vide ibi Notas nostras.*

POLISIS. Joan. Sarisberiensis Epist. 268. *Is qui ventis & mari imperat, exigentibus hominum meritis, in Polisi mundana, re scilicet publica degentium, in hoc seculo, seditiones esse patitur. Ubi polisis pro republica ponitur. Sed nescio an non legendum sit politia, quomodo vernacule Police dicimus, pro Politica.*

POLISSEMUS, Multæ significationis, πολύσημος, apud Auxilium de Causa Formosi Pap. *Communicare vero Polissemum est, &c.*

¶ POLITA MEDIA, Scripturæ genus. Vide infra in Scriptura.

POLITANUS. Adamnanus lib. 1. de Locis sanctis cap. 1. *Camelorum & equorum . . . numerositas . . . per illas Politanas plateas stercorum abominaciones priorum passim sternit. Quidam MSS. habent Politarias Gretzerus politas legendum censet, hoc est elegantes. At hoc loco politana platea, sunt ni fallor, urbica platea, voce ex πόλις efficta.*

¶ POLITHOGUM. Vide Politogum.

¶ POLITIA, Respublica, hominum in eadem urbe simul habitatio. Acta ad Conc. Basil. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 454. *Oportuit fundari Politias, provincias & regna, in quibus humane indigentia subvenitur.*

POLITICI, Hæretici quidam sic appellati, quos alii Arnaldistas vocabant, ab Arnaldo Brixiano, quorum hæresis sub Innocentio III. PP. vulgari cœpta, damnata vero ab eodem Pontifice in Concilio Lateranensi, ab obitu Cælestini PP. rursus invalescere cœpit. Vide Baronium an. 1144.

POLITICI VERSUS, quo carminis genere conscripti complures in manibus teruntur recentiorum Græcorum libri, unde dicantur, non parva est difficultas: in qua enodanda, si liceat mihi extra instituti metas paulo excurrere, dicam quod sentio.

VERSUS POLITICI haud multum abluunt ab eo genere versuum, quos dithyrambicos veteres appellarunt. Nam ut ii nullam numerorum, nullam carminum recurrentium certam legem habebant, quod docet Aristoteles, sed numeris lege solutis feruntur, ut ait Horatius: ita & politici minime ad exactam metri formam conscripti sunt. Syllabarum enim certo numero, qui vix ultra 15. excurrit, crebrisque metaphoris, ὀνομάτων διπλώσεσι, & συνθέσει ὀνόμασι, constant: quæ omnia dithyrambicus adscribit Demetrius Phalæreus seu Dionysius Halicarnassicus lib. περὶ ἑρμηνείας, pag. 39. 44. edit. Morellianæ, nisi forte dicamus eois similes esse veteribus Sibyllinis, quos longos fuisse asseverant Cicero ac Varro.

Versus politicos heroïcis adscribit Scholiastes Hephæstionis pag. 91. quo loco septem genera carminum heroïcorum recenset, in quibus politicum est postremum, quod sic definit: Πολιτικὸν δὲ τὸ ἀνευ πάσης ἢ τρόπου πεποιημένον, veluti inquit, ἵππευ τε ξάνθου ἑκατόν τε πεντήκοντα, moxque λογοειδῆ appellatum fuisse ait, quod videlicet solutæ orationis speciem magis quam strictæ præ se ferat, quod & alibi innuit his verbis: λογοειδῆς δὲ ἔστιν ὁ πεζότερος τῆ συνθέσει, quomodo versum pedestrem dixit Fortunatus Pictaviensis Episcopus lib. 5. cap. 4. aut quomodo Commodianum scripsisse ait Genadius libro de Scriptor. Ecclesiasticis, quasi versum. Unde constat πολιτικῆ vocem pro soluta oratione, præcipue apud Græcos mediæ ævi Grammaticos, intelligendam, ut apud Phrynichum in brevi illa quam conscripsit Ἀπτικῶν ὀνομάτων συλλογῆ, in qua

duobus locis, πολιτικὸν πολιτικῶν ὀρρονit : ait enim ἐρέυεσθαι, ποιητῆς, ἀλλ' ὁ πολιτικὸς ἐρυγγάνειν λεγέτω : & alibi : μεσονύκτιον, ποιητικὸν, ἔ πολιτικόν. Eiusmodi est λεξικὸν τῆς πολιτικῆς λόγῃ, quod laudat Photius in Bibliotheca cod. 148. cui subjungitur aliud, ποιητικὰς λέξεις continens.

Unde vero pedestris oratio, πολιτικῆς nomen sumptierit, vix constat. Quidam, ait vir illustrissimus Episcopus Monspeliensis ad Psellum, quasi politos dictos volunt : quomodo forte politos sermones dixit Victor Utic. lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 42. Si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantinopolim, & ibi reperiet unum Subdiaconom Reparatum sermones politos sine ulla offensione loquentem. Alii πολιτικὴν orationem eo sensu accipiendam volunt, quo apud Rhetores sumptam legimus : tradit enim Hermogenes lib. 1. Orator. alios πολιτικῆς alios σοφιστικῆς appellatos, quorum etiam Φρέσιν diversam fuisse scribit : φρέσιν quippe πολιτικὴν eam dici, quæ seclusa erat ab ornatissimo dicendi modo, quem σοφιστικὸν vocabant : sophistæ enim ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἐσοφίζοντο, & ἐν τοῖς νοήμασιν, inquit Xenophon. Unde si quæ in eorum oratione δεινότης erat tantum φαινομένη, καὶ μὴ ἔσα. Præterea Politici, ejusmodi versus forte nuncupantur, quasi civiles ac populares; quorum nempe in colloquiis familiaribus vulgo usus erat. Sic enim πολιτικὸν interpretatur Cicero lib. 5. de Finibus : Namque sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam innatum quasi civile, atque popolare, quod Græci πολιτικὸν vocant, &c. Longe enim popularior est oratio pedestri ac soluta, quam stricta. Unde veteres Comici dum quotidianum sermonem imitari volunt, consulto à stricta versificationis observatione recesserunt, uti observat Terentianus Maurus :

*Sed qui pedestres fabulas socco premant,
Ut quæ loquantur sumpta de vita putes,
Viviant iam bon tractibus spondaicis,
Et in secundo, & cæteris æque locis :
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metro peccant, arte, non inscitia,
Ne sint sonora verba consuetudinis,
Paulumque rursus à solutis differant.*

His consentanea scribit Hephæstion pag. 17. comicos nempe ita versus suos exarasse, ut non observata ad normam metrorum lege, soluta quodammodo oratione scripserint : τὸν γὰρ βίον ἔτοιμιμύμενοι, ἡέλβσι δοκεῖν διαελυμένως διαλέγεσθαι, καὶ μὴ ἐμμέτρως, dum enim vitam imitantur, soluta oratione differere videri vult, non vero stricta. Idem tradunt de comicis Cicero, Priscianus, & Rufinus lib. de Metris. Et sane hocce comicorum scribendi genus potissimum inventum fuit, quod ad mores informandos aptius & magis idoneum videretur : unde ἡθικὸς λόγος, Græcis; i latinis, *morata oratio* appellatur, in quo Terentius, & in sermonibus Plautus excelluit, teste Varrone apud Nonium. In utroque autem scribendi genere, Terentii nimirum & Plauti, non qualiacunque, sed grandia, pulchra, & elaborata verba observare est, quod de ethica dictione Sidonius dixit lib. 8. Epist. 11. quæ quidem omnia etiam Politicis versibus conveniunt. Grandibus enim, & compositis ferme semper farciuntur, seu, ut voce utar Joannis Tzetæ Chil. 9. v. 282. ἡμαξευμένοις σίχαις ut sunt, quibus Historiam suam contexit Constantinus Manasses : atque hi quidem, ut cæterorum ejusmodi scriptorum, ut observat Martinus Crusius in Turcogræcia pag. 193. quindenis syllabis constant, ex 2. iambicis dimetris versiculis, priore Catalecto, poste-

riore Catalectico Anacreonteo : in quibus potius tonorum, (ut apte & leniter inter metiendum cadant) quam quantitatis syllabarum ratio habetur. Hos versus, ni fallor, seu potius politicorum versuum concinnatores carpit Joannes Euchaëta Carm. πρὸς τὴς ἀκαίρως σιχίζοντας pag. 26. ubi sic ait : Μέτρον δ' ἀμέτρον ἔδαμῶς μέτρον λέγω.

Sed de hoc versuum genere audiendus in primis Leo Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis : Versus, inquit, Politici, ut plurimum Iambicis & Anacreonticis constant : ita tamen ut nulla quantitatis syllabarum, quod accuratissime veteres observabant, ratio habeatur, tantum earum numerus, declinationesque accentuum attendantur, & ratio ista consingendorum carminum non nunc primum in ea natione, sed multa abhinc secula, laboris forsitan pertæsa ante, & barbarie omnia occupante, (adde quoque similitum rerum ignorationem) in usu fuisse comperitur, ut videmus in Photii Patriarchæ, Christophori Primi à Secretis, Constantini Anagnostæ, Manuelis Imperatoris, & aliorum Hæmiambis, sive Anacreonticis, Pselli, Metaphrasta, Manasse, Philippi Solitarii, Manuelis Philæ, Tzetæ iambis & politicis : quo tamen recentiores & negligentiores in illis pangendis fuere. Et quemadmodum Anacreontici non omnes, eodem syllabarum ac pedum numero concluduntur : ita & hi nunc pluribus, nunc paucioribus syllabis, ad eorum tamen normam componuntur. In iambicis aliter factum est : nam veteres ratione pedum longiorum, aut contractiorum, nunc syllabis auctiores, nunc imminutiores dictos versus fecerint licet, semper pedum numerum observarint : recentiores syllabas tantum, easque duodecim religiosissime servant. Quod idem servatum est in Politicis, in quibus syllabas quindecim nunquam excedunt : & si quæ ultra videntur, eas per apharesin, sive synalephen decurtant & absument ; quod magis in Græcorum recenti vulgatoque sermone, ut & in Italorum, apud quos similes hiatus ad numerum syllabarum retinendum restringuntur, conspicitur. Politici ideo dicti, quod communes omnium sunt, usuique eorum accommodati : sic quoque scorta & meretrices, quod omnibus sunt obsequiosa & peculiare, & servitutem publicam serviunt, non alio addito, sed solummodo πολιτικῶν nomine innotescunt. Meri Trochaici sunt : quemadmodum enim illi septem pedibus & syllaba constant, ita & hi : nisi quod antiquorum similes versus ratione pedum longiorum quindecim syllabas aliquando excedunt. Politici nunquam, ut de Iambicis dictum est. Et quemadmodum antiquorum duobus membris integrantur, mediique inciduntur, ita & hi qui nuncupantur Politici. Hactenus vir doctissimus.

Complura ejusmodi poemata, Politicis scilicet versibus conscripta servat Bibliotheca Regia, quorum indicem contexit Philippus Labbeus in Nova Bibliotheca pag. 132. 133. 134. & 135. Exstant etiam non modo Politicis, sed & rhythmicis versibus, Græcobarbaro idiomate aliquot scripta, ut Historia Apollonii Tyrii edita Venetiis, Βατραχομομομαχία Demetrii Zeni, in Turcogræcia Crusii, & ejusdem Alexander Macedo edit. Venetiis an. 1529. & alia similis farina Græculorum opuscula. Laudatur Joannis Tzetis liber de versibus politicis à Labbeo in Bibliotheca nova MSS. pag. 196.

POLITICUM. Vide *Polyptychum*.

POLITOGUM, vel POLITHOGUM, quod & psalterium dicitur, in MSS. codd. Papiæ. Editus habet Policogum, sed videtur legendum polypticum, id est liber.

¶ POLITRUDIUM. Vide *Potentrudium*.

POLKINUS, Mensuræ frumentariæ species in Morinis,

rinis, in variis Chartis in Chronico Andrensi pag. 363. 396. & apud Duchesnium in Probat. Hist. Guinensis p. 153. 261. 262. 282. 307. [Charta an. 1240. in Tabul. S. Vulmari: *Dono... in redditibus decem Polkinos avena ad mensuram de Wisfanch.*] Polkin, in Charta anni 1324. *Poquin de froment, d'aveine, in Computis Domani Bononiensis Comitatus. Charta an. 1478. Rentes d'avoines deniers chascun an. C'est à sçavoir que en chascun Poquin a 8. butels, & en chacun butels 4. provendieres. In iisdem Computis Bononiensibus, Poquinages & rentes de la Vicomté de Boulenois, dicuntur præstationes quædam quæ in frumento vel avena fiunt. In Charta anni 1402. mentio fit, des poquinages des vaiffiaux qui admenent grains au hable de Bouloigne, lesquels doivent chacun vaiffel un poquin de blé ou de quelque grain que ce soit, s'ils sont querquiez au bout de la nef, & s'ils ne sont querquiez que devant mast, au derriere mast, ils ne doivent que demi poquin.*

¶ POLCINUS, Eadem notione. Lambert. Ardensis apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. p. 528. *Decimulas vel prædiola obtulerunt: hic unum Polcinum vel bustellum frumenti, &c.*

¶ POLLA, Pullastra, gallinula, Poulette. Charta an. 1330. in Tabul. S. Victoris Massil. *Item pro jure decime... De pollacis quantumcumque fuerint unum pollossum & unam Pollam tempore quo à gallina dimituntur. Leg. f. Pulla. Vide in hac voce secunda notione.*

¶ POLLACIUS, Pullus gallinaceus, Poulet. Charta an. 1190. in eod. Tabul. *Dat... unum sextarium avena & unum Pollacium in unoquoque suorum hominum. Vide Pollaster.*

¶ POLLACUS, Gallinæ, pulli, pullaria species. Locus est in Polla. Vide *Pollatura*.

¶ POLLARDUS, Monetæ adulterinæ species. Thomas Walsinghamus & Henricus de Knyghton an. 1301. *Prohibita est moneta alienigenarum surreptitia & illegitima, quam Pollardos & Cocodones atque Rosarios appellabant, qui paulatim & latenter loco irrepserant sterlingorum. Hanc monetam primo Rex Eduardus jusserat valere obulum, deinde omnino exterminavit. [Vide Crocardus.]*

¶ POLLARIS DIGITUS, Pollex. Acta SS. tom. 1. Junii, ubi de S. Bertrando pag. 791. *Et in digito Pollari manus dextera, &c.*

¶ POLLASTER, Pullus gallinaceus, ni fallor, Ital. *Pollastro.* Charta Paulli Hortani Episc. an. 1391. apud Illustr. Fontan. in Append. ad Antiq. Hortæ, pag. 455. *Volumus tamen, quod... pro censu solvere teneantur... in festo Exaltationis sanctæ Crucis de mense Septembri unum par Pollastrorum annis singulis. Vide Pollatus.*

¶ POLLATURA, Volatile pecus, Gall. *Volaille.* Acta visitat. provinc. Burdegal. & Bituric. ab an. 1284. ad an. 1291. apud Baluz. tom. 4. Miscell. pag. 215. *Et ita gravabantur ut in grossis carnibus & Pollatura & palea & infæno, &c. Vide Pollayllia.*

¶ POLLATUS, Pullus gallinaceus, Poulet. Charta an. 1305. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 113. *Item tresdecim solidos & sex denarios pro pretio 27. Pollatorum, &c. Computus an. 1324. in Camera Comput. Dalph. Cellerarius de Briordo computat de censibus & redditibus dicti loci in... gallinis, Pollatis, vino, &c. Occurrit rursus in alio Computo ann. 1333. ibid. Vide Pollaster.*

¶ POLLAYLLIA, Idem quod *Pollatura*, Ital. *Pollaglia.* Edictum Humberti II. an. 1333. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 245. *Quod nulla persona cujus-*
Tom. V.

tunque conditionis existat, aliqua blada, vina, boves, vaccas, porcos, mutones, Pollaylliam, vel alia animalia, seu victualia quacumque extra terram nostram transferre audeat.

¶ POLLEDRUS, Pullus equinus. Vide *Poledrus*.

¶ POLLEGETICUM, ut *Polyptychum*. Vide in hac voce.

¶ POLLENATUS, Pullus equinus, domi natus, educatus. *Polyptychus* Fiscamn. an. 1235. *Non potest maritare filium vel filiam suam sine licentia domini, nec vendere pullum suum masculum sibi Pollenatum, vel bovem sibi vitulatum. Vide Pullonatus.*

POLLENUS, Pullus equinus, Gall. *Poullain*, in Legibus Luitprandi Regis tit. 107. §. 1. *Pullenus*, in Charta ann. 1242. apud Baluzium in Notis ad Concilia Narbonensia pag. 92. Vide *Polenus*.

1. POLLEX, Mensuræ species, de qua sic Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 22. §. 1. *Ulna communis Regis David debet continere in se 37. Pollices mensuratos cum Pollicibus trium hominum, cum videlicet ex magno, mediocri & parvo, & secundum mediocre Pollicem debet stare, aut secundum longitudinem trium granorum bordei sine caudis. Adde §. 10. [Once de poulce, uncia pollicis, in Consuet. S. Severi tit. 18. art. 2. est quinta pars palmi, seu du pan de cane, ut habet eadem Consuet.]*

2. POLLEX, Alia, sed incerta mihi notione. Tabularium Ecclesiæ Viennensis, sub Theubaldo Archiep. fol. 35. *Sunt autem res istas, quas tradimus ad mensam fratrum sub Pollice sancti Mauricii Christomilitantium, sita in pago Viennensi, &c.*

¶ Quis sit hujusce vocis intellectus certo docet Charta Caroli II. Reg. Provinciæ in Tabul. S. Victoris Massil. *Locus appensionis sigilli tria lilia Gallica ex una parte, ex alia impressione Pollicis Cancellarii præfati Principis. Ubi Pollex idem quod sigillum.*

¶ Pollice dextro multabatur Cancellarius qui chartam falsam scripserat, aut eum cum quinquaginta solidis redimere cogebatur, in Leg. Ripuar. tit. 59. cap. 3.

¶ POLLICERI passivè usurpatur in Conc. Tolet. XI. inter Hispan. tom. 2. pag. 666. *Solet enim plus timeri quod singulariter Pollicetur, quam quod generali innexione concluditur.*

¶ POLLICIA, pro Politia, apud Bernhard. *de Breydenbach* Itin. Hierosol. pag. 22.

¶ POLLICINUM, f. Itinerarius agger, iter, Ital. *Poleggio.* Chronicon Estense ad an. 1333. apud Murator. tom. 15. col. 393. *Habuerunt pontem S. Georgii & Pollicinum S. Antonii; & sic super glaram venerunt ad portam S. Petri... Redcuntes in burgo inferiori & super Pollicinum S. Antonii, ibi firmaverunt campum totius exercitus, facientes fortilitias multas.*

¶ POLLILACIUM, Flos lactis, quod Gallice vocatur; *Craime.* Ita Gloss. MS. ad disticha Magistri Cornuti. Græcismus:

Pollilacque cium flos lactis dicitur esse.

¶ POLLILOCUS, *Multilocus*, in Gloss. Sangerm. MSS. num. 501. leg. *Polyloquus, multiloquus*, ut apud Papiam. Vide infra.

¶ POLLINARE CRIBRUM, *ποτισήριον νέουρον*, in Gloss. Lat. Gr. Cod. Reg. *Pollinarium.* Vide *Pollentrudium*.

¶ POLLUARI, pro *Pollui*, in Capitul. 1. Caroli M. an. 802. cap. 17.

POLLUCIBILITER. Sumptuose, magnifice, vox Plauto nota. Joanni de Janua, *Pollucibilis, est facilis ad donandum.* Fulgentius lib. 1. Mytholog. de Saturno: *Pollucis etiam filium sive à pollendo, sive à*

pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus. Unde Plautus in comœdia ait, Bibite, p̄gracimini Pollucibiliter. Passio S. Vitalis Mart. n. 3. Vitalis cum ante conspectum iudicis, iniquorum ductus manibus, consisteret, & cum Catholicis laceffere spiculis Pollucibiliter inciperet, &c. Petrus Damian. lib. 7. Epist. 11. Tertius Otto, qui Imperialis apicis dignitate Pollucibiliter floruit, & Romanam Remp. strenue gubernavit. Et Epist. 19. Et quoniam scribendi peritus extitit, non pauca nobis librorum volumina Pollucibiliter exaravit. Theodericus Monachus de Inventione S. Celsi num. 5. Et revera quia ipsa gemina claritudine Polluciviliter viguit, uti honor debitus poposcit, totius regni Pontificibus atque optimatibus ipsa sui reverentia præcelluit. Vide Beroaldum ad Apulei lib. 1. Metamorph.

¶ POLLUCIO, Adulteratio. Polluere, adulterare. Instrum. an. 1225. inter Notas ad Ordinat. Reg. Franc. tom. 2. pag. 141. Operarii tenentur venire coram magistris juratari, quod in argento nullum ponent uniamentum, nec Polluent denarium ullo modo. Et si aliquis deprehensus fuerit in aliquam Pollutionem pulveris ac cineris, condemnabitur in quinque solidos, qui distribuentur leprosis.

¶ POLLUCIARE, Consecrare. Gloss. Isid. A pol-lucere, inquit Grævius, quod est diis offerre. Vide Festum & ibi Scaligerum.

¶ POLLUERE, Adulterare. Vide Pollucio.

¶ POLLUUS. Vide Polulus.

¶ POLMENTORIUM, f. Commeatus. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 461. Cunctis itaque ad pugnam loci expositis, supervenit una ex galeis commissis viro nobili Francisco Mocenico ad custodiam Polmentarii deputato, &c.

¶ POLMENTUM, Piscis vivarii vel stagni, seu ex pisce præstatio. Pactum inter Jacobum Aragon. Reg. & Berengarium Magalon. pisc. an. 1272. In dicto portu & in omni alio loco, in quo aliquis portum applicaret à dicto termino usque ad Latas, quod Episcopus & præpositus & ecclesia Magalonensis percipiant & percipere possint libere pedagium, Polmentum & alia quæ percipere consueverunt ratione stagni & gradus. Vide Pulmentum.

¶ POLOSE, Alte. Polosas, Altas. Ita Glossæ Isidor. Papias: Polose, alte & sublimiter. [Quasi propior polo, inquit Grævius. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS. Polosus. Haultz, orgueilleux ou ournés.] Martianus Capella lib. 1. pag. 14. Circularumque volumina, vel orbiculata parallela, vel obliqua decussata Polose, &c.

¶ POLOSUS, Illustris, in Actis S. Henrici Imperat. tom. 3. Julii pag. 786.

Ecce coronatur divinitus atque beatur,
Rex pius Henricus proavorum stirpe Polosus.

¶ POLOTELLUS. Glossæ Isidori: Piliudius, qui Polotello ludit. Hinc origo forte vocis, nostris, Pelotte, pro pila qua manu luditur. [Vide Pelota 3.]

¶ POLPA, vox Italica, Sura, Gall. Gras de la jambe. Addit. ad Vitam S. Antonini tom. 1. Maii pag. 332. Magna plaga & scissura facta in sura, sive ut vulgariter loquar in Polpa cruris.

¶ POLPRE. Computus MS. an. 1435. pro reparationibus factis in Senescallia Carcaffonæ: Bernardo Barbe mercatori Carcaffone pro una sarcinata fustis vocate Polpre ab ipso emptæ pretio XIX. sol. VI. den. Turon. Rursum: Pro duodecim cannis, & pro media sarcinata de Polpre de coralli. emptis pretio XXVI. sol. III. den. Lignum quoddam significari videtur.

¶ POLRUS, Modus agri, in Charta an. 1323. ex Tabular. sancti Quintini in insula fol. 42. 43. De

terris & Polris infra scriptis: videlicet de Polro Dom. Amelii, sita inter villam de Dam, continente 64. mensuras, unam lineam & octo virgas terra, &c. Occurrit ibi passim.

¶ POLRIOLUS, diminut. à Polrus, ibidem: Deinde in fine Polrioli prædicti in principio villa de Houck alius limes, &c.

¶ POLVERAGIUM. Vide Pulveraticum.

¶ POLVERELLA, Ludi genus. Statuta castri Redaldi lib. 2. fol. 39. Si quis conjator repertus fuerit ludere ad corizolam vel Polverellam, solvat ipso facto solidos viginti pro qualibet vice, & si quid ob id receperit, in totum restituat. Vide Pulvereta.

¶ POLULUS, Tenebra noctis, Papiæ MS. Edit. habet Polluus.

¶ POLUMUM, Locus sacrorum, Papiæ. Rectius in Glossis antiquis MSS. locus sartorum. [La Cerda malit Polluctum.]

¶ POLUTARE, Pullulare, in Statutis Placent. fol. 92. v9. Polutantibus crebro querimoniis nonnullorum contra quos criminaliter processum esset, &c.

¶ POLYANDRUM, POLYANDRIUM, Cœmeterium. Papias: Polyandrum, tumulus mortuorum. Gloss. Gr. MSS. Reg. cod. 1673. Πολυάνδριον μνήμα, τάφος ἐν τῷ πολλοῖ ἀνδρες κείνται. Theodulfus Aurelianensis Episc. in Capitulari c. 9. Antiquus in his regionibus in Ecclesia sepeliendorum mortuorum usus fuit, & plerumque loca divino cultui mancipata, & ad offerendas Deo ostias preparata, cœmeteria sive Polyandria facta sunt. Vide Alcuinum Poëm. 238.

Interdum & sæpius apud ævi inferioris scriptores sumitur pro monumento, aut sepulcro unius hominis. Vita S. Sulpitii Pii Episc. Bituric. Cui scilicet prudenti viro & si natura debita mortis extinxit corpusculum, fulget tamen viventium miraculorum Polyandro. [Melius apud Mabill. tom. 2. Act. SS. Bened. pag. 168. Et si natura debito mors extinxit corpusculum, fulgent tamen viventia miracula Polyandro.] Vita S. Præjecti Episc. & Mart. Decem librarum pondere vas direxit argenteum ad Polyandrum S. Pontificis exornandum. Occurrit utraque, sed crebrius postrema notione, apud Aimoinum lib. 2. de Miracul. S. Germani Episc. Parisiensis cap. 4. Theodericum Monachum de Invent. S. Celsi Episcopi Trevir. cap. 2. num. 12. Ordericum Vitalem pag. 469. 557. 623. Miræum in Diplom. Belg. pag. 69. in Vita Lietberti Episc. Camerac. cap. 46. in Vita S. Leufredi cap. 23. in Vita S. Viventii Presb. cap. 7. S. Probatii Presb. num. 8. in libro Miraculor. S. Mauri Abbat. cap. ult. apud Thietfridum lib. 4. c. 6. &c. At queritur S. Asterius orat. extrema in SS. Martyres, quod Anomæi hæretici πολυάνδρια τε κὶ τάφους, τὰς κοιμήσεις αὐτῶν, quasi per contumeliam appellarent.

¶ POLINGION, Ubi cadavera ponuntur. Græcum. Gloss. Isid. Leg. poliandrum vel poliandrium, ut passim occurrit. Charta Eberhardi Salisburg. Episc. an. 1160. apud Hansiz. tom. 2. Germ. Sacræ pag. 261. Parochiam totam. dedicavimus & baptismalem constituimus, atriumque ejus Poliandrum fecimus.

¶ POLYCANDILUM, vox hybrida: Candelabrum multis instructum luminibus, Græcis recentioribus, πολυκάνδηλον, ut observatum à nobis in Descriptione Ædis Sophianæ, num. 48. Anastasius in Leone III. PP. Veram etiam & Polycandilum porphyreticum pendentem in pergula ante confessionem in catenulis aureis, quæ pensant libram unam. Acta S. Eliæ Junioris pag. 199. Καὶ ἐβλεπον ὅτι ἐκρέμασαν οἱ Χριστιανοὶ πολυκάνδηλον μέγα ἀνοθεν τῆς κεφαλῆς

τὸ ἑσαυρομένῃ ἐξαπτον. Anonymus de Locis SS. pag. 83. καὶ κρέμεται πολυκάνδην. [Vide Anonym. in Leon. Phil. n. 19. & Gloss. med. Græc in κανδὴλα.]

¶ POLYCHRESTUS, Perutilis, Gr. πολυχρηστος. Vegetius lib. 2. Mulomedic. cap. 6. *Potionem ex antidoto Polychresto. Ubi perperam edit. Polygresto.*

POLYCHRONIA, Salutatio cum genuflexione, ex Byzantinorum more, qui in acclamationibus publicis Imperatoribus aut Patriarchis, πολλὰ ἔτη, & πολυχρόνιον acclamabant, de quo quædam observavimus ad Alexiadem pag. 251. & in Dissert. de Nummis Imperatorum Constantinopolitanorum. Odo de Diogilo lib. 3. *Polychronias eorum suscipit, sed vilipendit: sic enim vocantur reverentiæ, quas non solum Regibus, sed etiam quibuslibet suis majoribus exhibent, caput & corpus submissius inclinantes, vel fixis in terram genibus, vel etiam sese toto corpore prostermentes.* [Vide Gloss. med. Græcit.]

¶ POLYCITUS, pro *Polyptychus*, in Ceremoniali Rom. apud Raynald. an. 1272. de Consecrat. PP. *Ponit illam pecuniam, quam dat ei, in uno cypho argenteo camerarius, & quam dicit liber camera, qui vocatur Polycitus.*

POLYFORMIS, pro *Multiformis*, apud Rhabanum lib. de Computo cap. 25. voce hybrida. [Vide *Poliformis*.]

¶ POLYISTOR. Johannes de Janua: *Quidam liber, quem Solinus composuit ex multis historiis & compilationibus, Polyistor dictus est, quasi pluralitas historiarum.*

POLYLOQUUS, *Multiloquus*, Papiæ, vox hybrida.

¶ POLYMITICE, Arte multa. Vitus in Vita B. Humilianæ tom. 4. Maii pag. 401. *Et non videbantur capilli, sed aurum potius Polymitice perflatum.*

POLYMITUS, POLYMITARE. *Polymita vestis, multis variisque coloris filis & liciis contexta & variegata, apud Jul. Pollucem. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 22. Polymita vestis, multi coloris: Polymitus enim, textus multorum colorum.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Polimita, vel oculata: Hrin ꝥ feꝥh.* Vita S. Sori Eremitæ num. 16. *S. Martyris Marcelli mausoleum opere Polymito, auro gemmisque miro construxit emblemate.* Carolus M. de Cultu imag. lib. 1. cap. 12. *Ecclesia, quæ vestis Polymita sive varia est, quia videlicet sancta Ecclesia de diversarum gentium sive linguarum varietate colligitur.* S. Cæfarius in Regula ad Virgines cap. 42. *Plumaria & acupictura, & omne Polymitum, . . . numquam in Monasterio fiant.* Eadem in Regula S. Donati cap. 63. [Testam. S. Rudolfi Episc. an. 978. tom. 3. Conc. Hispan. pag. 184. *Et inferturias argento sculptas, & auro perlucidas, lectisternia ex omni Polimito confecta.*] *Polemitum*, in Notis Tyronis pag. 159. *Historia Episcoporum Autissiod. cap. 44. Obtulit . . . unam albam Polymitam, & casulam prasinam.*

POLYMITARIUS, Papiæ, *artifex vestimentorum, i. olofericorum.* W. Brito: *Polymitarius, qui cum acu vel manu pingit.* Hos à plumariis diversos censet Philander ad Vitruvium lib. 6. cap. 7. etsi non desint qui pro iisdem accipiant. Vide *Plumarius*.

POLYMITARE. Ekkehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 10. *Nimia est tamen, si ausim dicere, varietas vestis Ecclesiæ, qua scribitur induere si utrosque quos dicimus suo quidem colore in eam dignatur intexere, aut de foris, ut interdum solet, Polymitare.* De Polymitis multa habet Salmasius ad Hist. August.

¶ POLYPHEMARE, Uno oculo orbare, vocis origine ducta à Polyphemo cyclope famoso, de quo Homerus lib. 9. Odyss. & Virg. Æneid. lib. 3. v. 641. Gervas. Tilber. lib. 2. Decif. 3. *Hunc Argum facit, illum Polyphemat.*

Tom. V.

POLYPTYCHUM, ex Gr. πολύπτυχον, Liber commentarius in quem redigebantur seu regerebantur acta publica, atque adeo domestica quævis. [Hist. Translat. S. Glodesindis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 440. *Edicta quoque publica de possessionibus ejusdem Monasterii in cunctis scriptis, vel Polypticis, vetusto stilo & calamo editis, nomen ipsius B. Sulpitii continent.*] Maxime vero ita dicti libri censuales, in quibus descripti quotquot censuales ac tributarii erant, ipsaque soluti ratio exarabatur, in leg. 2. Cod. Th. de Discussor. l. 13. eod. Cod. de Indulgent. debitor. apud Senatorem l. 5. Epist. 14. & 39. & in Legibus Visigoth. lib. 12. tit. 2. §. 13. Glossæ veteres ad Cod. Theod. *Polypticos, id est, breves tributi & actionis.* Edictum Pistense Caroli C. tit. 29. *Ut illi coloni tam fiscales, quam & Ecclesiastici, qui sicut & in Polypticis continentur, & ipsi non denegant carropera & manopera, &c.*

POLYPTYCHA, Libri commentarii privati, in quos vel Ecclesiarum vel privatorum bona regerebantur, in quibus Chartæ ipsæ donationum, emptionum, & similes describebantur. Gregorius Magnus lib. 7. Ind. 2. Epist. 4. *Quod hac, ut dicitur, excusatione facere distulit, (id est reddere donationem factam Ecclesiæ) quia notitia ejusdem donationis non esset de Polypticis caraxata.* Id est, in *Polyptycha* relata. Joan. Diaconus lib. 1. Vitæ ejusdem Gregorii M. cap. 24. *Cunctorum patrimoniorum pradiorumque redditus ex Gelasiano Polyptycho, cujus nimirum studiosissimus videbatur, adaravit, &c.* Occurrit rursum mox infra. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobensium: *Redditus villarum nostrarum describere iussit, quod Polyptychum vocant.*

¶ Exstant veterrimi etiamnum id genus libri; qualis est Irminonis Abbatis S. Germani à Pratis, unde pluram in hocce Glossario exscripsimus. Optimæ quoque est notæ polyptychus Fostatensis editus à Baluzio in Append. ad Capitul. Hi antiquiores Mabillonio videntur chartaceis libris seu chartulariis; ex iis quippe nullum invenit scriptum ante sæculum x.

POLLEGÉTICUM. Acta Episcoporum Cenom. pag. 149. *In Pollegiticis tamen & Plenariis sanctæ matris Ecclesiæ hætenus pleniter reperiuntur inserta.*

POLECTICUM, in Vita Aldrici Episcopi Cenomanum. 55.

¶ POLEPTICUS. Fredegarius in Hist. Franc. Epitom. art. 80. *Marcus referendarius, qui hanc descriptionem faciebat, secum omnes Polepticos ferens, Kalendas Martias à Limodicinis interfectus est, & omnes Poleptici incendiis sunt concremati.*

PULETICUM, vox formata ex *polyptychum*, eadem notione. Marculfus lib. 1. form. 19. *Præcipientes ergo jubemus, ut si memoratus ille de capite suo bene ingenuus esse videtur, & in Puletico publico censitus non est, licentiam habeat comam capitis sui tonsurare.* [Poleptico, in edit. Baluziana.]

PULETUM, in Charta Caroli Calvi.

¶ POLEGIUM. Brevis Hist. S. Juliani Turon. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 1071. *Dua siquidem Ecclesiæ, ut in antiquissimis Turonica ecclesiæ invenimus Polegiis, longe ante Gregorii præsulatum fabricata fuerant.*

¶ PULEGIUM, apud Wasseburg. fol. 182. ubi & de vocis vi aliquid proponitur: *Omnia ornamenta ecclesiastica, cum armario & Apostolicorum privilegiis, & Episcoporum decretis, & chartarum rerum ecclesiasticarum instrumentis atque scriptis, vulgo Pulegiis nominatis, flamma consumpsit. . . . Ne institutio antiqua & redditus villarum atque census earum prorsus igno-*

R r ij

rando aboleretur, ad communem utilitatem presentium & futurorum solerti indagazione hoc Pulegium super res canonicorum condere opera pretium duxerunt. Pulegium autem, ut mihi videtur, nil aliud significat, aut latialiter sonat, quam publica lex, vel popularis lex. Si quis rectius hoc commentatus fuerit, ego Sarovardus cancellarius jussis preceptorum meorum obtemperans, qui huic operi me prefecerunt, intellectui ejus humiliter concedo.

POLEGIIUM SYNODALE, in veteri Charta apud Joan. Columbum lib. 4. de Episcopis Sistaricensium. num. 36. Sicut ipsa Ecclesia nominatim designantur in Polegio Synodali. Alia Teotolonis Archiepisc. Turon. an. 933. apud Sammarthanos: Sicut antiqui homines asseruerunt, & in Polegio nostra matris Ecclesie reperi, ita hic inserui.

POLETICUM. Charta sub Carolo Magno exarata, apud Sammarthanos in Episcopis Massiliensibus num. 14. Et ipsum Poleticum ipse Episcopus in ipsorum presentia ibidem ostendit ad relegendum, & Baldricus lib. 1. Chron. Cameracens. cap. 53. Episcopus divino consilio usus, Poleticum, quod adhuc in eadem Ecclesia reservatur, scripsit. [Polyptychus Eccl. Vivar. f. 37. Ego Thomas Episcopus exemplavi illud Poleticum de aliis vetustissimis cartulis, quas inveni in cartulario S. Vincentii.]

POLITICUM, in Charta apud Columbum in Episc. Vivariens. lib. 3. num. 2. Papias: Politicum, Scriptum, Annales libri, Commentarii. [Libri politici, apud Abbon. Floriac. in Epist. pag. 418.]

Hinc Poullie apud nos, pro regesto & catalogo Ecclesiarum seu Beneficiorum Ecclesiasticorum cujuscumque Episcopatus: cum nihil aliud sit quam Polyptychum Ecclesiasticum, in quo bona Ecclesiastica, eorumque Charta continerentur.

Sed & ab hac voce Salmasius ad Hist. Aug. les Poulets, deducit, epistolas scilicet amatorias nostris sic nuncupatas, cum & diptycis sollicitas olim amasias auctor sit vetus Interpres Juvenalis. Verum aliud est Polyptychum, aliud Diptychum. Hanc porro vocem ab Italia manasse vir doctus affirmat, ubi epistolas suas ad amasias pullorum gallinaceorum alvo inclusas mittebant interdum ipsi amasii, qua parentes ac custodes fallerent. Fides penes eum sit.

¶ **POLYPUS**, Tuber. Elogium S. Fiacrii inter Acta SS. Bened. sæc. 2. pag. 600. Quidam de territorio Ambianensi, Polypum quasi ovum super nasum habens, ut anser sibilans, omnibusque monstrum apparens, . . . sanatum se invenit. Gloss. ad Doctrin. Alex. de Villa Dei: Polypus, pistis (pestis) vel putredo naxi (nasi.)

¶ **POLYRIS**, Tunica interior, apud Torrigium de Cryptis Vatican. Edit. 2^a. pag. 352. forte eadem ac poderis. Macri Hierolex.

¶ **POMACIUM**, Idem quod infra Pomata, Cidre. Statuta S. Severi ann. circ. 1100. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 279. Quod si quis ad domos rusticorum extra villam perrexit, & ab eis vinum vel Pomacium emerit, &c. Vide Pomagium.

¶ **POMADERIA**, pro Poinanderia. Vide ibi.

POMAGIUM, Pomaceum, Cidre. Statuta Ægidii Episcopi Sarisberiensis ann. 1256. Percipiet etiam persona vel Vicarius (decimam) . . . de molendino ad ventum, & aquaticis, & de columbariis, de Pomagio, & omnibus aliis de quibus Ecclesia consueverit percipere. Vide Pomata.

¶ **POMAREDUS**, Idem quod mox Pomaris. Charta an. 1059. inter Instr. tom. 1. novæ Gall. Christ. pag. 36. col. 2. Sicut finitur vicecomitalis honor, & vadit usque in illum Pomaredum cum ipso pomaredo, & venit vallis usque ad portam Auriol, &c.

POMARIS, pro Pomarium, Ager pomis confitus. Charta Gennadii Episcopi Astoricensis æræ 953. apud Antonium de Tepez. tom. 4. Chron. Ordin. S. Benedicti: Ædificia instruxi, vineas & Pomares plantavi, &c. Occurrit non semel in hac Charta, & aliis Tabulis Hispanicis.

¶ **POMARIUM**, Johan. de Janua: Locus ubi poma reponuntur vel reservantur; mollis & liquidus cibus, vel potus, ex pomis factus. Pommeroye, lieu où pommes sont gardés, ou viande clere faite de pommes, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS. Pomatium in Gloss. Isid. Vide Pomerius.

POMARIUS, Malus arbor, Gallis Pomier. Capitulare de Villis cap. 70. De arboribus, volumus quod habeat Pomarios diversi generis, prunarios, &c. Vita S. Aicadri Abbatis Gemeticensis cap. 24. Super quamdam arborem qua malus sive Pomarius dicitur: [Vide Pomerius.]

POMATA, Potio ex pomis confecta, Vasconibus Pomada, nostris Cidre. Consuetudo Bayon. tit. 7. art. 12. Labourtensis tit. 7. art. 9. Citre, vulgairement dit Pomade. Charta Monasterii Silvæ-Latæ: Donavit unoquoque anno . . . de redditibus ac cellariis nostris 60. modios Pomate. Pomatium, in Capitulari de Villis cap. 45. S. Hieronym. Epist. 2. Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, qua inebriare potest, sive illa qua frumento conficitur, sive pomorum succo, aut cum favi decoquantur in barbaram & dulcem potionem, &c. [Vide Pomacium.]

¶ **POMELIA**, Sorbo similis est, mediocris arbor & flore candido, dicta quod dulcedo sit ejus fructus, & acuto sapore commixta: hac arbor etate durat exigua. Gloss. Sangerm. MSS. num. 501.

¶ **POMELLUS**, Globulus, Gall. Pomme; de eo dicitur quod formam rotundam & sphaericam, ut pomum habet. Testam. Jacobi Reg. Aragon. an. 1262. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 198. Imago Regis . . . coronam in capite deferentis tribus Pomellis desuper ornatam. Statuta Cisterc. an. 1203. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1299. De scyphis autem argenteis, vel in quibus habentur pedes argentei vel Pomelli, interdicitur. Comput. ann. 1261. ex Bibl. Reg. Cuidam plumbario qui plumbavit Pomellos ex parte muris, xx. sol. Occurrit præterea apud Rymer. tom. 5. pag. 48. & 59. Pomelli etiam dicuntur globuli, Gall. Boutons, quibus in vestimentis utuntur. Factura Pomellorum de drappo, in Statutis Placent. lib. 6. fol. 80. v^o. Hinc

¶ **POMELLATA** & Impomellata dicitur vestis ejusmodi pomellis ornata. Joh. Demuslis Chron. Placent. an. 1388. apud Murator. to. 16. col. 580. Tamen est Pomellatum de versus gulam pomellis argenti deaurati vel de perlis, &c. Ibidem: Et sunt Impomellata de antea à gula usque in terram pomellis argenti deaurati vel de perlis.

¶ **POMEN**, PONIMEN, Impositio, à pono. Laur. in Amalth. ex Salmasio.

¶ **POMERANCIA**, contracte pro Poma aurantia, Malum aureum, Orange, apud Bern. de Breydenbach Itin. Hierosol. pag. 226.

¶ **POMERANEUM**. Vide Pomerium.

¶ **POMERANGIUM**, Malum aureum, Orange. Instrum. ann. 1470. apud Rymer. tom. 11. pag. 674. Viginti quinque milliaria Pomerangiorum valoris quinque librarum. Vide Pomerancia.

¶ **POMERARIUM**, ut Pomerium. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 94. Præterea (concessit) castri sui redditus decimam & furnum, & decimam pafnagii & Pomerariorum suorum de Mesnil Patricii & 10. sol. Cenoman.

POMERIUM. Willelm. Brito in Vocab. *Pomarium* est ubi poma ponuntur. *Pomerium* ubi poma nascuntur. [Lieu où croissent pomiers, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS.] *Horticellus* in quo sunt arbores pomorum, in Charta an. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1272. Glossæ S. Benedicti cap. de Agricultura: *Pomarium*, *παράδεισος*. Glossæ aliæ: *Pomarium*, *ὀπωπέγειον*, *παράδεισον*. Will. Tyrius lib. 10. cap. 26. *Cæsis* in circuitu *Pomeriis*, interemptis ex civibus nonnullis, &c. Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. de Cæiro urbe Ægypti: *Circa hanc civitatem sunt optima Pomeria, & viridaria multa.* Donationes Salsburg. cap. 13. *Tradiderunt casam & curtum, & vineam unam cum Pomerio, & alio parvo territorio super lacum.* Adde Traditiones Fuldenfes lib. 2. Trad. 37. 99. pag. 508. 528. *Miraum* in Cod. donation. piar. cap. 94. [Chartam an. 758. apud Meichelbeckum tom. 1. Hist. Frising. pag. 59. &c.]

POMERANEUM, Idem videtur in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 129. *Concedo etiam eas duas partes decimarum totius seni mei, & Pomeranei, & totius pannagii mei, &c.*

¶ **POMETUM**, Eadem notione. Gloss. Lat. Græc. *Pometum*, *παράδεισος*. Charta an. 976. in Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 967. *Et in Fundiliano terram modiorum XII. cum vinea, & pomis & arboribus suis, quam & in Pometo ad S. Silvestrum, &c.* Utuntur præterea Palladius de Rust. tit. 36. & Tertull. de Pallio cap. 2.

¶ **POMERIUS**, ut supra *Pomarius*. Charta an. 1316. ex Schedis Præf. de *Mazaugues*: *Pomerii & pererii tamen habeantur pro non fructiferis, nisi essent emptati.*

¶ **POMIA**, f. Idem quod *Pomata*. Tabular. Volsense fol. 56. *Alpebat debet Pomiam sicut mansus Algenre.*

POMIFER, **POMIFERA**, Hortus arboribus fructiferis confitus. Charta Alemannica Goldasti 33. *Et falsicia de illum cortinum, aut de illa Pomifera in alio nostro cortino, &c.* Et Charta 36. *Cum aquis, cum silvis, cum Pomiferis, &c.* *Arbores Pomifera*, quæ fructus ferunt, *Arbres à fruits*. Charta Caroli Crassi Regis, apud Joann. Columbum lib. 2. de Episc. Vasion. *Cum servis & ancillis, campis, occlatis, vineis, perreriis, arboribus Pomiferis & impomiferis, cum molendinis, &c.* Adde Chronologiam Lerinensem parte 1. pag. 365.

¶ **POMIFERARE**, *Poma*, fructus ferre. Gloss. Lat. Græc. *Pomiferat*, *ὀπωροποιεῖν*.

POMILIO, *Venditor pomorum, vel pomorum custos.* Dicuntur etiam *pomiliones*, *aquarum vel lignorum portitores, quia vili pretio quasi pomo conducebantur.* Joan. de Janua. [*Vendeur ou garde de pommes, porteur d'yaue ou de buche*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

¶ **POMILIONES**, Pygmæi. Odonis Carmen de varia Ernesti fortuna, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 363.

*Ecce grues longisque infligunt vulnera rostris,
Et circum volitant, nec paucos Pomilionum
Stermentes, &c.*

POMILORUS, *Mollis & enervis.* Ita Papias MS. & editus. An *Pomivorus*?

¶ **POMOERIUM**, Idem quod *Pomerium*. Charta Willelmi Abb. Andern. an. 1084. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 349. *In eadem villa cotum pradium suum cum domo ac Pomærio (dedit.)*

¶ **POMONES**, *Pomorum custodes.* Papias. Vide *Pomilio*.

1. **POMPA**, in Baptismatis solemnibus: *Abrenuntias Satanae & Pompis ejus, id est, ambitioni, jactantiæ, &c.* ut habet Theodulfus Aurelianensis de Ordine Baptismi cap. 12. Diurnus Romanus cap. 7. tit. 2. *Sciat se anathematis vinculo innodatum, & cum*

diabolo & ejus atrocissimis Pompis, atque Juda traditore Domini N. J. Christi æterni incendii supplicio concremandum deputari. Ita in Epist. 2. Leonis IX. PP. *Cum diabolo & ejus atrocissimis Pompis.*

¶ **POMPA**, Fastus, luxuries. Litteræ Ludovici Reg. II. Comit. Provinc. an. 1411. apud Pitton. Hist. Aquenf. pag. 132. *Ad tollendas Pompas nonnullas excessivas & impensas quas cives tam majores quam minores & mediocres in vestibus, jocalibus, solemnitatibus nuptiarum facere soliti non sine eorum dispendio, & contra vires & facultates bonorum suorum, &c.*

¶ **POMPA AMPULLOSA.** Anonymi Historia apud Murator. tom. 16. col. 274. *Hic autem Guido mundum & Pompas ampullosas deferens in loco beati Francisci vitæ terminum dedit.*

POMPARE, *Superbire, gloriari: unde Josephus in 20. In gentem nostram aperta malignitate Pompabat. Unde Pompator, qui quid superbe vel præsumptuose facit.* Ita Ugutio. Sedulius:

*Cum sua gentiles studeant figmenta Poëta
Grandisonis Pompate modis, tragicoque boatu.*

Ex Sedulio Auctor Vitæ S. Tillonis Monachi: *Cum gentiles Poëta studeant sua figmenta prolixis Pompate stylis.* Vita S. Reguli Episcopi Silvanect. *Ut quidam metrocanorius in suo Pompavit poëmate.* Althelmus de Laude Virg. cap. 26.

Jupiter, ingentem quem Pompant carmina vatam.

Ethelwolfus de Abbat. Lindisfarn. cap. 15. *Litora quo docti non docte carmina Patris Pompant, &c.* [Hildegarius in Vita S. Faronis cap. 108. *Cum hac usque nunc decursa narratio per insignia gesta ac dicta, devotaque opera eum studuerit mirificis laudibus Pompate & exaltare.*] Vide Meursium in Πομπή, [& Gloss. med. Græcit. in eadem voce.]

¶ **POMPATIRE**, Eadem notione. Acta S. Helerii Martyris, tom. 4. Julii pag. 148. *Qui cum omnes in istis & his similibus superaret, non tamen Pompatire . . . adversus suos tribules vel sibi suppositos intumuit, sed in omnibus humilior, &c.*

POMPATICUS, *Pomposus, superbus. Pompaticus habitus*, in Epistola S. Bonifacii ad Cuthbertum Archiepisc. Cantii. Vide Gualbertum in Miracul. S. Rictrudis num. 3.

¶ **POMPATUS**, *Magnificus, lautus.* Tertullianus de Spectacul. cap. 7. *Sed Circensium paulo Pompator suggestus.*

¶ **POMPALIS**, apud Capitolin. in Gordianis cap. 6. *Erat canitie decora & Pompali vultu; id est, gravi, conspicuo.*

POMPATICE, *Superbe vel pompose*, in Vocabular. Willel. Britonis.

¶ **POMPABILITER**, apud Capitolin. in Galieno: *Gladiatores Pompabiliter ornati.*

POMPALITER, apud Pollionem, ubi Salmasius.

¶ **POMPPOSE**, in Chron. Romualdi II. Archiepisc. Salernit. apud Murator. tom. 7. col. 231.

¶ **POMPARE**, *Ornare.* Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 350. *Quandam stolam . . . quam postea posset auro gemmisque variando Pompate.*

¶ **POMPIFICARE**, Eodem intellectu, apud R. Duellium Miscell. tom. 1. pag. 8. *Ad hunc ergo locum duclu diabolico pervenientes, rebus, thesauris, ornamentisque omnibus, quibus ab initio fundatus ac deinceps incredibiliter Pompificatus fuerat, spoliaverunt sanctas reliquias.*

POMPARE, *Ad pompam & ludibrium traducere, πομπεύειν.* Historia Miscella in Leone Isauro: *Nudum super asinum verso vultu sedentem Pompavit.* In eadem, *Pompis deshonestari, πομπύσαι.* Theophani: *Pompis publicare, πομπεύειν.* Hermogenes lib. 2.

pag. 406. ait vocem *πομπεύειν* hac notione, seu pro *κατηγορέειν*, Græcam non esse, sed à Legibus inductam, tametsi hac usus sit Demosthenes Orat. *περὶ Σεφάνου.*

POMPIZARE, Eadem notione. Joannes Biclariensis in Chronico, sub finem: *Deinde turpiter decalvatus, posthæc dextra amputata, exemplum omnibus, in Toletana urbe, asino sedens Pompizando dedit, & docuit famulos Domini non debere esse superbos.* Id est, ad ludibrii pompam traductus per urbem. Isidorus Pacensis Episcopus in Chronic. æra 750. *Et male de conspectu principis cervice tenuis ejicitur Pompizando, nomine Theudimer, qui in Hispaniæ partibus non modicas Arabum intulerat neces.* Idem æra 766. *Nec mora fortiter flagellatum, turpiter adjudicatum, capite decalvatum, asino Pompizantem post terga facie per plateas detrahunt, manibus post tergum vinctum.*

POMPOLENTUS, *Pompa plenus, Pomposus, Ugutioni, Papiæ, & in Glossis antiquis MSS. Catholicon parvum: Pomposus, pompulentus, Pompeux, orgueilleux.* S. Gerardus Abb. Silvæ Majoris in Vita S. Adelardi Abb. Corbeiensis cap. 3. *Cujus dignitatis honore indusitatus... non efficitur philopompus, & non ut plures assolent Pompolentus.*

POMPOSUS, Ugutioni, *Superbus, altus, magnificus: unde Pompositas, & Pompare.* Fortunatus lib. 3. Poëm. 21.

*Vix modo tam nitido Pomposa poemata cultu
Audit Trajano Roma verenda foro.*

Vita S. Quinidii Episcopi Vasionensis num. 7. *Indignans cur ad recipiendum submissus & Pomposus non paruisset.*

POMPOSITAS, apud Petrum Blef. Epist. 18. [Anonymus de Gestis Manfredi apud Murator. tom. 8. col. 590. *Et honorifice fuisse ibidem à civibus in illa vana Pompositate receptus, &c.* Occurrit præterea in Stat. Eccl. Andegav. an. 1423. cap. 11.]

POMPOSUS, medicis, Copiosus, uber. Cælius Aurelianus Siccensis lib. 5. Chronion cap. 10. *Et si impossibile atque illicitum plurimas incidere partes, ne sanguinis Pomposus fluor periculum faciat agrotanti.* Ita lib. 2. Acut. cap. 34. *Pomposa atque coacervata sanguinis effusio, i. abundans.*

¶ 2. **POMPA**. *Pompe* Aniciensibus dicitur panis triticeus, seu placentæ species, quæ à patrinis & matrinis quotannis in vigilia Nativitatis Christi dari solent iis, quos è sacro fonte levaverunt, donec adoleverint. Hinc fortean sumta vocis origo, quod tunc *filioli* à susceptoribus admonerentur de solemni illa abrenuntiatione pompis Satana, quam eorum nomine dixerant. In quibusdam Arvernæ locis *Columba* nuncupatur, à forma placentæ, ni fallor.

¶ 3. **POMPA**, à Gall. *Pompe*, Antlia, dici videtur aquæ receptaculum, unde antlia aquam tollunt. Necrolog. Kimperleg. MS. *Partem domus restauravit, quæ respicit ad Pompam, & unum villagium.*

¶ **POMPETA**, Amplum & redundans vestis ornamentum, quod levi flatu intumescit atque huc & illuc impellitur. Concil. Senonense ann. 1485. cap. 6. *Volentes novitatibus scandalosis & deformitatibus monstruosis in Pompatis & plicaturis tunicarum... providere, &c.*

¶ **POMPIZARE**, **POMPOLENTUS**, &c. Vide supra *Pompa* 1.

¶ 1. **POMPUS**, *Dux itineris.* Laur. in Amalth. nescio quo vade. Cæterum ea notione accipi videtur in Leg. Luitprandi cap. 15. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 60. *De servo fugace & advena homine, si in alia judiciaria inventus fuerit, qui in*

loco ordinarius fuerit, comprehendere eum debeat... & habeat pro prehensura servo (sic) pro Pompo solidos 11.

¶ 2. **POMPUS**, f. *Pomarium*, ager pomis confitus. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 682. *In campo Alberede Clarel de Piru, & in Pompo domini de Piru in tribus virgis juxta campum Vavaffeur.*

POMUM. *Poma aurea*, inter ministeria & ornamenta sacra. Hariulfus lib. 2. cap. 10. *Lampades argentea 6. Poma aurea 3. calices aurei cum patenis 2. &c.* Lib. 3. cap. 3. *Cruces majores 5. & minores 8. Poma altarium 21. è quibus tria sunt aurea, reliqua argentea. Item Poma guntfanorum 7. ex argento auroque parata.* [Adde Guidonem in Discipl. Farfensi cap. 23.] Vide Descriptionem nostram *Ædis Sophianæ* num. 60.

¶ **POMUM**, Globulus. Chronic. Parmense ad ann. 1294. apud Murator. tom. 9. col. 827. *Et super quolibet (canton) unum capitellum cum Pomis deauratis.* Chron. Tarvis. apud eundem tom. 19. col. 792. *Et adductis lanceis, pavesis, & Pomis custognis, multas manu unica experientias fecit in erigendo lanceas & pavexios atque cotoneos projiciendo.*

¶ **POMUM ADAM**, Fructus arboris in Palæstina noti. Jacob. de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 279. *Sunt ibi arbores quæ gignunt poma, quæ dicuntur Poma Adam, in quibus morsus evidendissime apparet.*

POMUM CERÆ. Bernardus Monachus in Consuetudinibus Cluniacensibus MSS. cap. 10. *Dat etiam Hospitario Secretarius 2. cereos, qui coram eo, donec se collocet, ardeant, & unum Pomum de Cera, quod per totam noctem ardeat. Similiter dat & Pomum, quando 6. aut plures in Hospitio dormiunt, &c.*

POMUM GRANATUM. Mundinus in Anatomia pag. mihi 38. *Os sive cartilago epiglottalis, quæ alio nomine nominatur Pomum granatum.* [Vulgo *Pomme d'Adam*, Anatomicis *arytænoides*, Græc. *ἀγορτανοειδής*, Cartilago, pars laryngis prominens potius quam epiglottis.]

POMUM, quod Imperatores & Reges gestant. Vide *Palla* 1.

¶ **PONADERIA**. Vide *Poinanderia*.

¶ **PONARDUS**, pro *Penardus*, à vet. Gall. *Poine*, pro *Peine*, qui quasi senex & vetulus ob nimiam crassitudinem vix se movere potest. Johannes Cleric. Dominicanus Ludovico XII. à Confessionibus in Serm. de malo divite: *Videbis unum grossum Ponardum in una camera nattata, &c.* Ubi ad hæc Villonis respexisse observatur in Glossariolo ad Cantica natalitia Burgundica:

*Sur mol duvet assis un gras Chanoine
Lez un brasier en chambre bien nattée.*

¶ **PONCELLUS**, Ponticulus. Charta Margaretæ Fland. Comit. an. 1250. apud Miræum tom. 2. pag. 1231. *In vico qui ducit ad domum Episcopi usque ad Poncellum, & à poncello infra rivulum currentem sub dicto poncello, usque &c.* Necrolog. Confratriæ Cleric. Pontifar. xxv1. *Maii Hernovetus le Paimier dedit v. sol. redditus situatos prope Poncellum sancti Martini in vico dicto de malo diversorio.* Adde Chartam an. 1296. apud Lobinellum tom. 4. Histor. Paris. pag. 516. *Poncel*, eadem notione usurpat Joinvilla pag. 122.

¶ **PONCELLUS**, Columna, in Aresto Parlamenti an. 1394. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 80. *Et quod ad dicti magistri Petri præceptum prædictus Petrus Guernerii columnas seu Poncellos dicti tribunalis demolierat.* Vide *Pontellus*.

¶ **PONCHIA**, Mensura. Vide *Poichia*.

PONDAGIUM, Subsidii seu tributi species ex qua libet librata mercium tam evectarum quam invectarum Regi concessum. Est autem *librata* valor unius libræ, quam aliàs *pondum* vocant, unde *pondagium*. Hujusmodi subsidium Henrico VI. concessum fuit anno 31. regni sui ad terminum vitæ, remissumque postea in parte. Sed Edwardo IV. Henrico VIII. & subsequentibus viritim semper, sed pro more temporis restitutum. Spelman.

1. PONDERARE. Olim, quod & etiamnum in Belgio obtinet, in more fuit, ut ægros pueros ad Sanctorum feretra vel sepulchra appenderent, & pondus tritico, panibus, aliave re, quam offerre Deo aut Sanctis volebant, exæquarent, addita summa aliqua auri argenteive. Vita S. Erminoldi Abb. lib. 2. num. 3. *Dominus Sancto suo quasi privilegium speciale concessit, quod pueri ægrotantes, ad ejus, ut fieri solet, Ponderati sepulchrum, continuo ejus meritis convalescunt.* Num. 4. *Cum marca argenti se Ponderans.* Num. 9. *Ad sepulchrum Sancti nummo se Ponderavit.* Occurrit ibi pluries num. 16. 19. 38. 39. 40. 41. & in Miracul. S. Ludgeri Episcopi Mimigard. num. 41. De eo etiam more Wolphardus Presb. lib. 3. de Mirac. S. Walburgis num. 4. ubi *librare* vocem, pro *ponderare*, usurpat. Metellus in Quirinalibus:

*Jura tamen tenet hæc specialia,
Quod puerilia corpora morbida,
Si fuerint ibi cum prece sedula
Pensa solo, sequitur reparatio.*

Idem recitat miraculum aliud de quodam, qui panibus & caseolis ibi se pensans, hos postea distribuebat egenis. Vide Henricum Rebdorffensem an. 1361. De oblationibus ceræ ad corporis pondus agit etiam non semel Anonymus de Mirac. S. Thomæ Cantuar. editus à Stapletono cap. 23. 37. 63.

2. PONDERARE, Onerare, Gall. *Charger*. Cafsari Annal. Genuens. lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 256. *Et in ipso Consulatu galeæ VII. Januensium in plagia de Castaneto supra Pisanos victoriam habuerunt contra naves XXI: & magna pecunia Ponderatas.* Rolandinus de Factis in marchia Tarvis. libr. 8. cap. 9. *Ponderata sunt plausira armis, victualibus, gratis & aliis paramentis ad pugnam.*

3. PONDERATIO. Vide *Pondus*.

PONDERATURA, *ἄρμος*, *Pondus*, *pensatio*, *pensum*, in Gloss. Græc. Lat.

4. PONDERITAS, Gravititas, apud Nonium ex Accio Pragmat. lib. 2.

5. PONDEROSITAS. Vide *Ponderosus* 2.

1. PONDEROSUS. Breviloq. *Affidus*, *i. dives*, *Ponderosus in pecunia.*

2. PONDEROSUS, Qui hernia laborat. Papias: *Hermiosus*, *Ponderosus*. *Pondus* quippe de genitalibus dicitur, itaque appellabant veteres quod vulgo *grævedinem* vocant. S. Augustinus lib. ult. de Civit. Dei cap. 8. *Quidam ab informi pondere genitalium salvus effectus est.* Gregorius Magnus de Cura Pastoralis part. 1. cap. ult. de Ponderosis: *Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia descendit, quæ profecto cum molestia dedecoris intumescent.* Hernia igitur *pondus* dicitur in Querulo, ubi *Nestoris pondus*, idem est quod *Nestoris hernia*: sic autem appellatur propter rupturam *pondere* factam, cum intestina rupta tunica descendunt in vesicam. Arnobius lib. 7. *Ingentium herniarum magnitudine Ponderosi.* Et Moses Levit. cap. 21. ubi describit quales deceat esse ministros Dei: *Nec accedet ad ministerium Dei, si fuerit Ponderosus.* Ita enim vetus versio. Lex Longob. lib. 1. tit. 8. §. 31. *Si*

quis alidum aut alidiam... battiderit, & per ipsam battituram Ponderosifacit sunt, &c. Tit. 16. §. 4. *Si quis furore accepto battiderit hominem liberum, aut mulierem ingenuam, ... & per ipsas feritas Ponderosi, aut Ponderosa effecti fuerint, &c.*

PONDEROSITAS, Hernia. Lex Wisigoth. lib. 6. tit. 4. §. 3. *Cui Ponderositas facta fuerit, centum solidi dentur in compositione.*

6. Existimat vir doctissimus Muratorius *Ponderositatem* hic de gravi morbo intelligendam esse; unde *Ponderosum* ex Lege Longobard. de eo interpretatur qui ex ictibus baculi ineptus ad gradiendum factus fuerit, & lecto teneri coactus. Sed leviora mihi videntur ipsius argumenta, quam ut cum eo in hac re sentiam. Huic consule tom. 1. part. 2. col. 1. Vide *Ponderum*.

Apud Eadmerum lib. de S. Anselmi similitud. cap. 49. *Canes ponderosi opponuntur Canibus agilibus: ut cap. 49. & 51. Ponderositas, agilitati.* Hinc

7. PONDEROSITAS, Gravititas, *Pesanteur*, in Actis Abbatum S. Germani Autissiod. cap. 11. ubi de Arduino Abb. *Propter Ponderositatem vel infirmitatem suam faciebat se deferri in carrum.*

8. PONDEROSUS. *Factum ponderosum*, permagnum negotium, res magni ponderis & momenti, *Affaire importante.* Charta infeodationis Mariæ Comit. Provinc. ann. 1394. in Camera Comput. Aquensi Regest. *Armorum fol. 70. Et propter subitum recessum nostrum statim in Franciam pro factis dilecti nostri Regis Sicilia Ponderosis Domino comitante, &c.*

9. PONDERUM, Morbi species. Posthuma gloria S. Mariæ Magdal. de Pazzis tom. 6. Maii p. 310. *Gravem infirmitatem, quam Ponderum vulgus nominat, cum febre continua, intensisque doloribus patiens; &c.* Italis *Pondi* est dysenteria. Haud scio an huc spectet, an de hernia intelligendum Glossar. Lat. Gall. Sangerm. MS. ex Johan. de Janua: *Pondo, Pois, ou une maladie.* Vide *Ponderosus* 2. & infra *Pondus genitalium*.

PONDICITAS. Vide *Ponticus*.

PONDO, Papiæ, *genus ponderis, libra est.* Fere semper in veteribus Tabulis de argenti libra dicitur; ut *libra*, de libra aurea, in Chartis Dagoberti & Ludovici Imp. apud Doublet. pag. 661. 736. &c. Walafridus Strabus de Vita S. Galli cap. 21. *Auri quoque libras duas, & argenti Pondo totidem cum epistola concessionis jam dicta per suos nuncios viro Dei destinavit.* Idem in Vita S. Othmari cap. 3. *argenti libras habet.* [Concil. Mexicanum an. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 306. *In Pondo minarum 50. condemnentur.* Ibid. pag. 362. *Si semel id commiserint 200. minarum Pondo multentur.*]

PONDUS, *abusve dicitur pro una libra, vel unus as est.*

Jean. de Janua. Gregorius Turon. lib. 10. cap. 19. *Multa enim auri argentique in hujus Episcopi regesto Pondera sunt reperta.* Fredegarius in Chronico cap. 73. *Missorium aureum... pensantem auri Ponderus quingentos.* Paulus Warnefrid. lib. 3. cap. 25. *Cum sub monte quodam introisset, ubi multa auri Pondera adspexisset.* Charta Ludovici Imperat. apud Ughellum in Episc. Volaterr. *Præcepti temerarius violator duodecim Pondera auri probatissimi eidem Ecclesia persolvere compellatur.* Vita S. Deodati Abbat. num. 5. *Ac magnificencia amphoris muneris donavit viginti sex Pondera auri argentique, &c.* Occurrit passim. [Le Roman de la guerre de Troyes MS.

Covert d'un drap outremarin

Que sis, set Pois valoit d'or fin.]

10. PONDUS, Statera seu bilanx publica, qua de-

bent uti, qui merces habent ponderandas, atque etiam id, quod pro hujusmodi pondere exsolvitur. Charta fundat. Monast. B. M. de Consolat. an. 1244. inter Instr. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 102. *Item eisdem monasterio & monialibus donavimus in perpetuum . . . Ponderum nostrum de Autissiodoro, &c.*

¶ **PONDUS CANAVAZERIUM**, Quo cannabum appendunt, in Statutis Saluciar. collat. 4. cap. 118. *Ut Pondere canavazerio semper canapum ponderetur.*

PONDUS CAROLI, quod scilicet Carolus Magnus instituit. Arnoldus Lubecensis lib. 3. cap. 2. *Ut quatuor millia marcarum cum filia persolveret librata Pondere publico, quod Carolus Magnus instituerat.* Charta ejusdem Caroli pro Ecclesia Osnabrugensi ann. 804. apud Crantzium in Metropoli lib. 1. cap. 2. & in Monumentis Paderbonensibus pag. 327. *Sexaginta solidos nostri Ponderis.* Charta Frederici II. Imper. apud Albericum in Chron. MS. an. 1234. *Regi centum libras auri in Pondere Caroli persolvat.* Exstat apud Gruterum 222. 9. ponderis aenei figura cum hac inscriptione, **PONDUS CAROLI**, quod pendere dicitur uncias tres & scrupula viginti.

PONDUS PALATII, idem dicitur, in Charta Ludovici Pii apud Doubletum pag. 736. *Viginti pondo argenti probati . . . ad Ponderum nostri Palatii solvere cogatur.* Vide Regulam Canonicorum ex Synodo Aquisgran. cap. 122. extremo. Meminit etiam Ponderis Palatii Charta alia Dagoberti Regis, apud eundem Doubletum p. 661. *Legibus artatus auri purissimi 10. libras, ac argenti probatissimi pondo 20. ad Pensum nostri Palatii persolvere cogatur.*

PONDUS COLONIENSE, Idem etiam videtur quod Ponderum Caroli Magni. Charta Friderici I. Imper. an. 1162. apud Diagam in Comitibus Barcinon. lib. 20. cap. 174. *Quindecim marchas auri boni ad justum Ponderum Coloniense, &c.* Alia Henrici VI. Imp. an. 1189. apud Ughellum in Episcopis Volaterran. *Persolvant sex marcas puri argenti ad Ponderum Coloniense.* Adde Matth. Paris an. 1193. pag. 122. Idem etiam ponderum obtinuit in Dania & Suecia. Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Histor. Dan. *Item omnia quæ sub pondere vendi solent, possunt in ipsorum bodis sive vicin vendere & alienare, & cum statera Coloniensi, & pondere debito vendere & trutinare.* *Libra Coloniensis*, in alia Waldemari Slewicensium Ducis anno 1340. apud eundem pag. 459. *Marca argenti puri monetæ Coloniensis*, in Charta Caroli IV. an. 1350. apud eundem Pontanum pag. 477. Adde Ericum Upsaliensem lib. 3. Hist. Suecicæ pag. 75. 86.

PONDUS TRECENSE, quo Marca Trecentis appendebatur, in Charta an. 1203. in Probat. Histor. Drocensis pag. 252. in aliis an. 1221. in Probat. Histor. Castilioneæ pag. 42. 85. Vide *Marca Trecentis*.

PONDUS PRUVINENSE, à Pruvino in Campania oppido, ubi cudebatur moneta Comitum Campaniæ, in Charta an. 1238. in Probat. Hist. Drocensis pag. 261.

PONDUS CATHANIÆ, apud Scotos, quo ii utuntur in emendo & vendendo, in Assisa Regis Davidis de Ponderibus & mensuris cap. 5. & in ejusdem Statutis cap. 14. Est autem *Cathania*, Scotiæ provincia in extrema regni plaga ad Septentrionem, *Caithnes* dicta, *Cathanesia* Buchanano lib. 1. *Cathenesia* Boëthio lib. 7.

PONDUS FOENI. Acta Murenensis Monasterii p. 51.

Habemus in Immensee 7. diurnales & piscinam, . . . de pratis autem ad 16. Pondera fœni.

¶ **PONDUS GENITALIUM**, Hernia, apud S. August. lib. 22. de Civ. Dei cap. 8. *Quidam Curabitanus non solum à paralyti, verum etiam ab infirmi Pondere genitalium, cum baptizaretur, salvus factus effectus est.* Vide *Ponderum*.

¶ **PONDUS MAGNUM & Parvum**, Quanti utrumque fuerit discimus ex Charta an. 1185. in Chartul. Meld. *Tres libra cera ad parvum Ponderum, vel una ad magnum Ponderum.*

¶ **PONDUS DE MARCO**, *subtile*, in Statutis Saluciar. Collat. 4. cap. 118. *Quilibet emens pesum Saluciarum teneatur habere Ponderum subtile, sive de marco.*

PONDUS VINI. Acta Murenensis Monast. pag. 61. *De vitibus autem, sive quod nos plantavimus, vel plantatas invenimus, quando primum possidemus, quod ad decem Pondera vini pertingit ad nostram mensuram. Rustici autem qui habent mansos, Pondera dabunt sua mensura.*

¶ **PONDUS**, Res quævis in fascies collecta, vel in dolia, si liquida est, infusa. Chartular. Latiniac. *Quadrige quæ portat troscellos vel fagotos vel Pondera, solvet in exitu porta pro qualibet pecia duos denarios.* *Tria Pondera de mostayla*, in Charta an. 1327. ex Tabul. S. Victoris Massil.

¶ *Varia ponderum signa, quorum formas & characteres exhibet Isidorus lib. 16. Orig. cap. 26. hic pingere nolimus, cum cuivis liceat ea apud laudatum auctorem vel apud Martinium in Lexico inspicere.*

PONDUS OBSCOENUM. Articuli Cleri Anglicani oblato Edwardo II. Regi Angliæ an. 1316. cap. 10. *De his qui ad Ecclesias confugiunt: Et dum sunt in Ecclesia, custodiuntur per armatos infra cæmeterium, & quandoque infra Ecclesiam ita arcte, quod non possunt exire locum sacrum causa superflui Ponderis deponendi, nec permittitur eis necessaria victus ministrari.*

PONDERATIO, Quod pro ponderibus publicis exsolvitur, dum res & merces ponderantur, [Nostris, *Droit de poizage. Jus ponderis virge*, in Charta an. 1332. ex Regesto *Leopardus* in Camera Comput. Aquens.] Charta Joannæ Comitissæ Flandr. ann. 1243. apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fl. cap. 28. *Ab omni exactione passagii, thelonei, rotagii, Ponderationis, & consuetudinum hujusmodi, &c.*

¶ **PONENS**, Occidens, nostris *Ponant* eadem notione. Jacobi Auriæ Annal. Genuens. lib. 10. ad an. 1290. *Die autem sequenti admiragus Janua paratis platis & cum eis balbottis, misit eas ad turrim de versus Ponentem.*

¶ **PONEPROPE**, *Juxta & propter.* Gloss. Isidori.

1. **PONERE**, Induere, Gall. *Mettre un habit.* Pænegyricus Berengarii Aug.

Tu Ponens etiam curtum femorale Joannes.

Vide Salmasium ad Tertullian. de Pallio p. 369.

2. **PONERE**, pro *Fingere*, ut *ponamus casum*, pro *fingamus*, ut vulgo loquimur, in l. 7. D. de Inoffic. test. l. 17. D. de Legat. 2. l. 1. & 3. D. de Emancip. &c. [Utuntur eadem notione purioris Latinitatis Scriptores Terentius, Quintilianus & Cicero.]

¶ 3. **PONERE**, Instituire. Lex Salica tit. 56. §. 3. *Si quis sagibaronem qui ingenuus est, & se sagibaronem Posuit, occiderit, &c.* Ubi Eccardus minus recte *Ponere*, ligare seu in custodiam dare, interpretatur.

¶ 4. **PONERE**, In jus vocare, citare, *Mettre en justice* Galli dicunt. Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag.

pag. 1997. *De nullo tenemento suo quod tunc tenuerint, Ponantur nisi coram me.*

¶ **PONERE SE**, Collōcare. Laur. Byzinius de Orig. belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 158. *Circumcirca gentibus in certis se Ponentibus propugnaculis ad invicem sepius duellabant.*

¶ **PONERE super animam alicujus**, Illius fidei & arbitrio rem committere, Gall. *S'en remettre, s'en rapporter à quelqu'un.* Charta inter Instrum. to. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 29. *Quibus ego respondi, sicut verum erat, me omnino nescire, sed si ipse multum vellet, super animam & credentiam illius Ponerem, qui homo erat ecclesiæ & meus.*

¶ **PONERE IN CASU**, Periculo exponere, *Mettre au hazard.* Epist. Richardi I. Reg. Angl. an. 1197. apud Rymer. tom. 1. pag. 96. *Et in hoc facto Posuimus in casu caput nostrum & regnum supra consilium omnium nostrorum.*

¶ **PONERE COR IN ALIQUEM**, Illum amare. Rolandinus de Factis in marchia Tarvis. lib. 6. cap. 5. *Conducta de Padua equitavit Veronam, & habitavit in eodem palatio cum venerando marito suo, qui prius quam eam guadiasset, ut dicebatur, Posuerat cor suum in eam.*

¶ **PONERE IN FACTO**, Proponere, *Mettre en fait, avancer.* Instrum. an. 1481. in Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. *Quasdam rationes validas & efficaces scriptis tradiderunt & porrexerunt contra testes ejusdem de Paris Ponendo in facto, prout posuerunt & probare obtulerunt ad sufficientiam.*

¶ **PONERE SE IN FUGAM**, Dare se in fugam, Gall. *Se mettre en fuite, prendre la fuite.* Joannis Demussis Chron. Placent. ad an. 1373. apud Murator. tom. 16. col. 518. *Videntes quod gentes eorum erant scissitæ, Posuerunt se in fugam, & campus remansit Anglis.*

PONERE OVA, dicitur gallina, cum ova edit: unde nostris *Pondre*, in Speculo Saxon. lib. 3. art. 51. §. 1. Fridericus II. Imp. lib. 2. cap. 6. *Aves de rapina Ponunt ova quandoque tria, quandoque quatuor, &c. Ponere, pro deponere, dixisse veteres, notum ex Nonio.*

¶ **PONERE IN RESPECTUM**, Differre, tempus prorogare, *Donner du respit.* Charta Eduardi III. Reg. Angl. an. 1328. apud Rymer. tom. 4. pag. 367. *Et homagia illorum, qui nobis homagia facere tenentur, Ponatis in respectum, quamdiu nostræ placuerit voluntati.* Vide *Respectus*, *Mora*.

PONERE IN SUPERBIAM, Deposito pignore certare. Miracula S. Rudesindi Episcopi Dumienfis: *Quidam ex eis, spiritu superbiæ concitati impetu furoris & crudelitatis sic dicebant: Pono in superbiam Deo & S. Rudesindo, quod hac nocte homo iste non effugiat, vel evadat.* Phrasis Hispanica: *Hugo unas apuestas.*

¶ **PONERIA**, Annonariæ mensuræ species apud Vascones, quarteria minor, cujus videtur quadrans. Concordia inter Abbat. Crassensem & Sacristam ejusdem loci an. 1381. *Vesperarum officio in dicto monasterio celebrato duas Ponerias abena & unum panem frumenti antiqui ponderis & causillum vini. . . . Si festum fuerit omnium capparum recipiet pro dicto festo à dom. Abbate unam quarteriam abena & 2. panes ponderis supradicti, & 2. causillos vini. . . . In quolibet festo 4. capparum duas Ponerias abena & unum panem. . . . pro quolibet animali duas Ponerias abena.* Vide *Poinanderia* & *Pugneria*.

¶ **PONHERIA**, **POYNHERIA**, Eadem notione. Transactio inter Abbatem & Monachos Crassenses ann. 1351. ex lib. viridi fol. 53. *De quolibet uno sextario frumenti non debent exire nisi solum & dun-*

taxat novem Poyneria floris farina, & in residuo dicti unius sextarii debent esse tres Poyneria panis bisi & quatuor Poyneria fursuris.

¶ **PONHADERIA**. Vide *Poinanderia*.

¶ **PONHETI**. Rituale MS. Eccl. Vivar. an. 1360. ubi ornamenta Sacerdotis recensentur: *Amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, casula seu planeta, Ponheti, collaritus.* Videtur esse pugni ornamentum, in quibusdam Ecclesiis etiamnum in usu.

¶ **PONIBILIS MONETA**, Quæ in usu est, seu in usu poni potest, Gall. *de Mise.* Instrum. an. 1406. *Ceteri vero dictorum servitorum qui ut præmittitur interfuerint (missæ) tres denarios moneta Ponibilis in Gebennensi civitate, quorum viginti solidi valeant unam libram Gebennensem, &c.* Vide in *Moneta*.

¶ **PONIMEN**. Vide *Pomen*.

¶ **PONNADA**, **PONTNADA**, Lemovicensibus, Manipulus, Gall. *Peignée.* Tabular. Vosienfe fol. 55. vº. x. sextar. segl. & 1. *Ponnada de lino. . . . Modium segl. & 1. Pontnada de lino.* Vide supra *Poinanderia*.

¶ **PONOTERIUM**, Laboratorium, officina in qua laboratur, à πονέω, laboro. Goclenii Lex. Phil.

PONS. Pontium extructio, inter publica onera recensetur, & à quibus nullum genus hominum, nulliusque dignitatis ac venerationis immune erat, ut loquitur lex 4. Cod. de Privileg. domus augustæ. Sed & ne ipsæ ædes sacre ab eo onere immunes erant, quod ejusmodi præstationes inter sordida munera non numerarentur, ut est in l. 2. cap. de sacros. Eccles. Οδοσποοία in lib. 54. Basilic. pag. 456. *περὸς ἀνάληψιν*, Leoni Imperat. in Tacticis cap. 2. §. 71. nuncupatur. Vide leg. 15. 18. Cod. Th. de Extraord. five ford. muner. l. 6. de Itiner. muniendis eod. Cod. Appendicem Codic Theod. Constit. 11. Novellam Justin. 131. &c. Hinc formula, *Ad Pontem publicum banniri*, in Capitulari 3. an. 813. cap. 37. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 32. *Fuit consuetudo in illis temporibus, ut ubicunque aliquod opus ex Imperiali præcepto faciendum esset, siquidem Pontes, vel naves, aut trajecti, sive purgatio, seu stramentum, vel impletio cœnosorum itinerum, ea Comites per Vicarios & Officiales suos exequerentur, in minoribus dumtaxat laboribus: à majoribus autem & maxime noviter extruendis, nullus Ducum vel Comitum, nullus Episcoporum vel Abbatum, excusaretur aliquo modo. Cujus rei testes adhuc sunt arca pontis Magoncianensis, quem tota Europa communi quidem, sed ordinatissime participationis opere perfecit.* His consentanea sunt quæ habent Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 60. Leges Longobard. lib. 3. tit. 1. §. 21. 26. 32. 42. Additio 4. Ludovici Pii cap. 79. Capitul. Caroli Calvi tit. 13. Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 4. &c.

Apud Anglos etiam potissimum ejusmodi pontium extruendorum onus obtinuit, quod fere semper adjungitur expeditionis, & arcis extruendæ oneribus, à quibus nemo immunis erat: quod de pontium & arcium instructionibus disertè ait Ethelbaldus Rex Merciorum in Diplomate quod descripsit Ingulfus pag. 853. *quæ*, inquit, *nulli possunt laxari*, adeo ut ne quidem Episcopi, Abbates, & Monachi immunes essent, ut habet Edgarus Rex Angliæ in Statutis Monasticis apud Seldenum in Notis ad Eadmerum pag. 159. unde *Trinoda necessitas* dicitur in Charta Cedwallæ Regis Angliæ an. 720. Hinc etiam in Libertatibus Monasteriis concessis semper hæc tria reservantur & excipiuntur. Matthæus Paris an. 1244. *Nec adeo libertati dederunt hujusmodi possessiones, quin tria sibi reservens*

semper propter publicam regni utilitatem, videlicet expeditionem, Pontis & arcis reparationes, vel refectiones, ut per ea resisterent hostium incurfibus. Vide Evidentias Ecclesie Christi Cantuar. p. 2215. 2222. 2223. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 36. &c. Locos alios indicavimus in voce *Auxilium pro castro edificando*. Immunitas tamen ab iis oneribus habetur in Charta Ethelredi Regis Angl. in Additam. ad Matth. Paris pag. 157. pro Monasterio S. Albani. Vide Ughellum tom. 4. pag. 1342.

Ejusmodi porro onera non semper personalia erant, sed pecuniariae praestationes, quas *descriptions ad constructiones viarum vel Pontium* appellat Julianus Antecessor Constit. 118. §. 1. quomodo eas vulgo nostri vocant, *Ponts & chaucées*.

¶ PONS, *Scala navium*, in Gloss. MSS. Sangerman. num. 501.

¶ PONS LATINUS, Navalis, ex navigiis, quae *Latena* vel *Lautomia* dicebantur, compactus: unde malim *Pons latenus*. Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. edit. Hearnii cap. 121. pag. 316. *Rex opere laudabili & miranda festinatione, Pontem hominum & jumentorum Latinum, habentem pro fundamento & columpnis naves, sagaci artificio colligatas, fecit extendi super undas.*

¶ PONS LEVATOR, *Levatorius*, Qui Plinio versatilis dicitur, Nostris *Pont-levis*. Chron. Parmense ad an. 1247. apud Murator. tom. 9. col. 773. *Faciens ibi circumquaque foveas magnas valde & palancata, bitifredos & betreschas & Pontes levatores.* Ibid. ad annum 1291. col. 822. *Dominus Oppizo Marchio Estensis fecit in civitate Mutina in bucca navilii... affossatum cum Pontibus levatoriis.* Extractum Computi an. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 325. *Item, in eadem turri est hostium & unus Pons levatorius ad ingressum ipsius turris. Levatilis pons, alibi.* Vide in hac voce.

¶ PONS. Conventio ann. 1245. inter cives Arelat. & Barralum dom. de Baucio: *Retentum est per cives Arelatenses, quod in solo Trencatallarum & muris possint esse annuli ad Pontem ligandum & funes Pontis ibi ligandos.* Hæc de pontone seu navigio quod pontis vicem præbet ad trajectus fluminum, vulgo *Bac*, intelligit Bonifacius Avinio qui hanc Chartam edidit an. 1617. sed errat; notum quippe est pontem Arelatensem ex navigiis compaginatam fuisse: unde Aufonius ubi de Arelate:

*Præcipitis Rhodani sic intercisa fluentis,
Ut mediam facias navali Ponte plateam.*

¶ FRATRES PONTIS. Vide in *Frater*.

¶ PONTA. Epist. Melchioris de Redern ad Archid. Austr. an. 1589. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 331. *Anteriorem propugnaculi partem (vulgo Pontam) cum duobus lateribus ad viginti duorum cubitorum latitudinem de imo ad summum usque disjecerunt.*

¶ PONTAGIUM, PONTAICUM, &c. Vide in *Pontaticum*.

¶ I. PONTANARIUS, Qui pontibus extruendis vel reparandis præerat. Compositio pro Judæis Arelat. 17. Kal. Julii an. 1178. ex Schedis Peiresc. apud Præf. de *Mazaugues*: *Sit manifestum quod de controversia quam Pontanarius, videlicet Petrus Joannis de Mandolio & populus Arelatensis Judæis quondam faciebant, &c.* Infra: *Pontanarius sive operarius eadem die domos eorum (Judæorum) nihilominus debet visitare & pro posse suo custodire.* Vide in *Pontaticum*.

¶ 2. PONTANARIUS, PONTANERIUS, Alia notione. Vide infra *Pontones*.

¶ PONTARE, *Pontem facere*. Laur. in *Amalth.* ex

Cath. *Faire pont, ou appareiller*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS.

¶ PONTATA, f. Idem quod *Ponto*. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 20. vº. *Compleantur quatuor Pontate pontis Servi, quousque pons Servi fuerit completus, itaque per ipsum possit iri & transiri sine navi.* Vide *Pontones*.

¶ PONTATICUM, *Teloneum pontium*, in Chronico Farfensi pag. 667. & in Speculo Saxon. lib. 2. art. 27. §. 1. *Teloneum de navibus quæ vadunt sub pontibus*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 7. 31. & in Capitul. Caroli Calvi tit. 13. cap. 5. Charta Clodovei III. Regis Franciæ apud Mabillonium tom. 4. SS. Ordinis S. Benedicti pag. 618. *Et taliter in ipsas perceptionis videtur habere insertum, ut tam in ipsa Massilia, quam & per reliqua loca in regna nostra ubicunque telleneus, portaticus, Pontaticus, rotaticus, vel reliquas reddebutionis à judicibus publicis exigebantur, &c.* Charta Caroli M. apud *la Chiezza*, in Historia Eccles. Pedemont. pro Ecclesia Novalicensi: *Pontaticum vero navium solummodo ad hoc Monasterium spectantium... concedimus.* Occurrit in Charta Clotarii Regis pro Monasterio Corbeiensis, & aliis veteribus Regum 1. & 2. stirpis Diplomatibus, apud Sanjulianum in Trenorchio pag. 510. Doubletum pag. 708. 709. Willelmum Hedam in Episcopis Traject. pag. 228. 1. edit. Bessium in Episcopis Pictavens. pag. 28. in Formulis incerti auctoris cap. 46. &c. Vide præterea Capitul. 2. anno 805. cap. 13. Capitulare 1. anno 809. cap. 19. Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 54. Capitul. an. 821. cap. 13. &c. Capitulare 3. ann. 803. apud Baluzium; *Teloneus aut census non exigatur à quolibet, ubi nec aquam navigio aut pontem transeundum non est.* Adde Capitul. 5. ann. 803. cap. 22. Capitul. 6. ejusdem anni cap. 6.

¶ PONTAGIUM, Eadem notione. Charta Joannis Angliæ Regis in Monastico Angl. tom. 1. pag. 193. *Et sint in perpetuum quieta... tam per terram, quam per aquam, de theloneo, & passagio, & Pontagio, & tallagio, lestagio, &c.* Occurrit præterea in Regesto Parlamenti B. fol. 81. verso, & in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 133. *Computum de Domanio Comitatus Bononiæ an. 1402. Recepte des Pontages de quevaux qui vont & qui viennent en Angleterre, ausquels Monseigneur doit trouver pont, & adont doit chascun queval maile esterlingue.* Vide *Foros Beharn.* Rubr. de *peages, Pontages, & naulages*.

¶ PONTAICUM, Eodem intellectu. Charta Pippini Reg. apud Stephanot. tom. 2. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. pag. 406. *Nullus ab eis cespaticum, repaticum, ... Pontaicum temptet inquirere.*

¶ PONTANAGIUM. Charta Humberti Dalph. Vienn. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. pag. 275. *Pertinuit & pertinere consuevit ad præfatam ecclesiam & capitulum de Romanis... exigere de transeuntibus supra pontem villa de Romanis de singulis vecturis certum tributum vocatum Pontanagium.*

¶ PONTENAGIUM. Donatio Beatricis de Medullione an. 1294. tom. 2. Histor. Dalph. pag. 74. *Sive prædicta donata consistant in... naturalibus seu civilibus possessionibus, portis, Pontenagiis, regaliis, &c.*

¶ PONTENARIUM, ut *Pontaticum*. Charta Durandi Episcopi Cabilon. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 247. *Justitia villa S. Laurentii & de Chavannes & sancta Maria sunt Ducisse & Comitissa, salva libertate ecclesiarum, & Pontenario Episcopi.*

¶ PONTINEGIUM, Eodem sensu, in Charta Frederici Rom. Imp. an. 1483. apud Rymer. tom. 12. pag. 211. *Absque omni solutione theolonearii, pedaggi, Pontinegii, gabella, &c.*

PONTONAGIUM, Eadem notione. Regestum Comitum Tolosæ ex Camera Comput. Paris. ann. 1246. fol. 46. Tallivos & expletivos, venationes & forestagia, quartos & quintos, thascas & omnes prisonas, leida & Pontonagium, introitus & exitus, census & usus, &c. Regestum Constabulariæ Burdegalensis fol. 1. 100. Imposuit autoritate propria in Monte Marsano quamdam servitutem vocatam Malatouta, seu Pontonatge, videlicet quod à quolibet mercatore extraneo, quicum mercaturis in dicto loco veniet, levetur certa servitus & exactio indebita. Charta alia apud Justellum in Vicecomit. Turenensib. pag. 103. Cum ipsis portibus publicis, & jure exigendi & percipiendi Pontonagia, pedagia, &c. Charta Communiæ Hamensis: Apud pontem de Duliaco non accipiatur Pontenagium super aliquo homine de Hamensi Communia, &c. Pontenage, in Consuetud. Peronenfi, & Ambianensi. Philippus Mouskes MS. in Chilperico:

*Si leur donna le wienage,
Des nez, & tout le Pontenage.*

¶ PONTONATGIUM, pronunciatione Arvernica, in Charta an. 1366. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 346. Stagnis, vivariis, ripayragiis, pedagiiis, Pontonatgiis, &c.

¶ PONTONATICUM, ut Pontaticum, in Charta Ottonis III. Imper. an. 1001. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 496. Aut in aliquo donet portonaticum, aut herbaticum, aut ripaticum, aut glandaticum, vel Pontonaticum, tam de monachis, quam de clericis. Eadem habentur in Charta Conradi II. Imper. an. 1027. apud Illustr. Fontaninum in Append. ad Antiq. Hortæ pag. 388. ubi perperam bis editum portonaticum, ut & in Diplom. Henrici III. Imper. ibid. pag. 393.

¶ PONTIONATICUM, pro Pontonaticum, in Diplom. Ludovici Reg. pro Monast. Stabul. ann. 874. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 29. Neque teloneum, rotaticum, Pontionaticum exigendum in aliquo loco.

PONTANERIUS, Exactorejussmodi tributorum, vel is ad quem jure dominii ea pertinent. Charta Raimundi Comitum Tolosæ an. 1229. ex Hist. Episc. Cadurcens. num. 77. Præterea concedo. . . . tertiam partem in venda atque dominio navis, in parte quoque Pontanerii, quæ tertia pars est, dimidiam partem dominii: possessiones vero alias atque terras, quæ Pontanerius possidet, remaneant in dominio Ecclesiæ, & serviant Decano.

¶ PONTANARIUS, Eodem significatu, in Charta Humberti Dalph. Vienn. an. 1348. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 3. pag. 274. Pontanarium, bajulos & censuum collectores, &c. Pontenier vel Pontonier, apud Poëtas nostrates. Le Roman de Floire MS.

*Un grant pont desus l'aive avoit,
Qui tant fort ravinose estoit. . . .
Li Rois i a son Pontonier,
Qui ne le sert d'autre mestier;
Ains prent la rente son Seignor,
Trois mille onces chascun jor.*

Pluries occurrit in eodem poemate. Alibi Pautonier. Vide Pantonarius.

¶ PONTERIUS, Eodem intellectu. Statuta Mutin. rubr. 217. fol. 40. Ponterius seu ille qui locum tenet & terras pontis de fredo, & etiam ille qui tenet terras & possessiones pontis de aqua longa teneantur & debeant tempore pluviarum & inundationum aquarum quilibet Ponteriorum terras & possessiones dictorum pontium tenentium esse, habere & tenere ad custodiam dictorum

Tom. V.

pontium duos vel tres bonos homines ad tuendum & defendendum ipsos pontes.

¶ Qui vero ab ejusmodi tributis exactione liberi & immunes erant, pontem liberum habere dicebantur. Charta an. 1227. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 201. Concessi etiam dictis Canonicis quod habeant pontem liberum ultra aquam ad bladum carandum, & alia quæ viderint sibi expedire cum quadrigis & equis ad prædictum molendinum cum libero exitu & introitu.

PONTICINARIUS, Eadem notione. Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis pag. 119. Ponticinaris, & Boteillarius, & Coquus domini de Malleio, &c.

PONTONARIUS. Chronicon Laurishamense ann. 855. Præfatus Rex Ludovicus Laurishamensi Monasterio concessit, ut unam navem per Rhenum fluvium huc illucque discurrere. . . . absque ullo theloneo. . . & ut nullus Episcopus vel Abbas. . . . aut Vicarius, seu centenarius, aut clusarius, aut Pontonarius. . . . hoc nomine molestiam facere præsumat.

PONTONARIA, [Nostris olim Pautonnerie,] Præpositura, seu officium in Monasteriis, cui pontagiorum recipiendorum cura incumberebat, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 55.

¶ Pautonniere nostris, Burgundionibus Pauteneire; olim dicebatur crumena, à sacculo seu bursa in quam Pontonarii receptam pecuniam conferebant. Vide Glossariolum ad Cantica natal. Burgundica.

¶ PONTELLUM, f. Ponticulus. Charta an. 1129. apud Calmet. inter Instrum. tom. 2. Hist. Lotharing. col. 287. Deinde Pontellum quod jacet juxta communitatem & in ipsa ligna quæ vocantur mortuæ, tam pro foco, quam pro clausura libere. Vide Pontesellum.

1. PONTELLUS, Illud cui aliquid innititur: & dicitur à Pons. Jo. de Janua. [Italis Pontello. Jacobi Auriæ Annal. Genuens. lib. 10. ad an. 1290. apud Murator. tom. 6. col. 599. Homines igitur in barbottis existentes ceperunt fodere dictam turrin. Quum eam fodissent, & in Pontellis posuissent, igne imposito in Pontellis tota diruit.]

¶ 2. PONTELLUS, Ponticulus. Tabular. Compend. Se esse (dicebant) in saisina, justitia in omnibus dictis tornellis, præterquam in tornella, quæ est juxta parvum pontem. . . . Pronunciatum fuit dictos religiosos non habere jus impediendi dictos Majorem & juratos, salvo jure ipsis religiosi in tornella Pontelli.

¶ PONTENAGIUM, PONTENARIUM. Vide Pontaticum.

¶ PONTENARIUS. Vide Pontones.

¶ PONTERIUS. Vide in Pontaticum.

¶ PONTESELLUM, PONTESELLUS, Ponticulus, Ital. Pontecello. Chron. Bergom. ad an. 1403. apud Murator. tom. 16. col. 947. Et dicitur quod dictus Martinus proditorie aperuit Pontesellum dicti castris, per quod intraverunt dicti Guelphi in dictum castrum. Statuta Mutin. rubr. 60. fol. 12. v°. Statuimus quod dicta via debeat aptari. . . . a Pontesello canalis dom. Episcopi usque ad alium Pontesellum dicti canalibus, qui est apud fornacem de Campilio. Vide Pontellum.

¶ PONTESIENSIS MONETA. Vide in Moneta Baronum.

¶ PONTIANUS VENTUS. Gervasius Tilber. in Otiis Imper. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 972. Sicque factum est, quod statim rupes, facto foramine, per scissuram exhaustum ventum semper eructat, quem Pontianum vulgus nominat, quæsi à Ponto illuc virtute divina translatus.

S f ij

¶ PONTICELLUS, Tabulatum, Gall. *Echafaut*. Parisius de Cereta in Chron. Veron. ad an. 1242. *Et tunc domina ballaverunt in Ponticellis factis extra palatium Communis Verone.*

PONTICINARIUS. Vide *Pontaticum*.

¶ PONTICITAS. Vide *Ponticus*.

PONTICULUS. Lex Salica tit. 57. §. 3. *Si quis aristationem, hoc est staplum super mortuum missum capulaverit, aut mandualem, quod est structura, sive selave, qui est Ponticulus, sic ut more antiquorum faciendum fuit, &c.* Ubi *ponticulus*, est structura supra tumulum mortui in ponticuli spaciem.

¶ *Porticulus* pro *Ponticulus* edidit Eccardus; quo minor porticus, seu ædícula super sepulcrum alicujus exstructa, eodem auctore, significatur. Vide Paulum Warnefridum lib. 5. cap. 34. & infra *Porticulus & Selave*.

PONTICUS, PONTICITAS. Matth. Silvaticus: *Ponticus sapor quid est, vel austera*. Constantinus Africanus lib. 4. de Morbor. cognit. cap. 3. *Neque in cibo vel potu acida vel Pontica demus*. Infra: *Electuarium malorum granatorum, & alia Pontica & confortativa*. Idem lib. de Gradibus, ubi de Emblicis: *Quorum sapor amarus & Ponticus est*. Infra de Cuscute: *Habet amaritudinem & Ponticitatem*. Et de Cypresso: *Habet aliquantum Ponticitatis*. [Medic. Salernit. edit. 1622. pag. 217. *Ea (cerasa) summo post alios cibos loco edenda sunt, ita ut os ventriculi Ponticitate sua claudant, quo clausa concoctiv & citius & melius peragitur*. *Ponticita*, Italis, eadem notione.] Jacob. de Vitriaco in Histor. Hierosolymit. cap. 85. *Sunt praterea alia arbores fructus acidos, Pontici videlicet saporis, ex se procreantes, &c.* Michaël Scotus lib. 3. Mensæ Philosophicæ c. 9. de pyris: *Præcipue si pontica sunt*. *Ponticitas*, pro *Ponticitas* apud eundem lib. 1. cap. 30. Nescio an huc pertineat quod habet idem scriptor lib. 4. cap. 48. *Et in ostio obviavit frater Gotfridus sacrista satis ventrosus. Tunc idem Gerhardus tangens ventrem ejus digito, . . . ait:*

*O bone ventrose, quam Ponticus es cacabose;
Blasius est intus, calo ferus, & labor intus.*

[Vide Martini Lexic. v. *Ponticus*.]

¶ PONTICUS CANIS, Castor. Vide *Bever*.

PONTIFEX, Episcopus: passim in Legibus Wisigoth. Langobard. in Capitul. Caroli M. in vett. Formulis, &c.

PONTIFICES, vel *Sacerdotes summi* [nuncupati non raro præcipuarum Sedium Archiepiscopi. Ita Arelatensis *Summus Pontifex* dicitur in Charta an. circ. 1000. ubi de Abbate Montis majoris ab Archiepiscopo Arelat. benedicendo: *Electus igitur à fratribus qui succedere debet loco defuncti Abbatis ducatur ab ipsis fratribus, qui eum elegerunt, ante Pontificem Summum, & benedictionem percipiat ab ipso Pontifice cum adunatione fidelium*. Lanfrancus Archiepiscopus Cantuar. *Primas & Pontifex Summus* vocitatur à Milone Crispino ejus subpari in ipsius Vita num. 19. Sic etiam interdum Veteribus dicti ipsi Episcopi. Gislebertus Crispinus in Vita B. Herluini Abbat. Beccens. sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 344. *Rarus in Normannia tunc recti tramitis index, aut pervius erat: Sacerdotes ac Summi Pontifices libere conjugati, &c.* *Summi Pontifices* appellantur *Cathedrales Episcopi*, in Capitul. Aquisgr. an. 803. cap. 5. lib. 7. Capit. cap. 424. & in Can. 31. Isaaci Episc. Lingon.] Vide observata à Baronio ad annum 397. num. 61.

¶ ARCHIPONTIFEX, Archiepiscopus. Inventio corporis S. Baudelii inter Instr. tom. 6. Gall.

Christ. novæ edit. col. 168. *Comes igitur ille (Bernardus) devenit Narbonam, ubi totius Gothia provincia dominus Segebodus Archipontifex sedebat, &c.*

PONTIFICIS MAXIMI titulum sibi arrogasse Imperatores Christianos docent Zozimus & Inscriptiones aliquot veteres. Vide Baronium an. 312. num. 95. 96. 97. 98. 99. Incedebant autem Pontifices chlamydis candidis ornati, ut scribit Lactantius de Mortib. Persecutor. num. 36.

¶ PONTIFEX, Capellanus Palatinus. Henricus Huntingdon. Epist. an. 1153. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 139. *Rex vero Norwagensis fratrem suum Regem nuper bello cepit, oculos capto eruit, . . . Pontificem ejus laqueo suspendit*. Episcopi erant ut plurimum, qui in Regum capellis ministrabant.

PONTIFICARE, Pontificem seu Episcopum facere. Thierricus Valliscolor in Urbano IV. PP.

. inde

Predictus Papa Pontificavit eum.

¶ PONTIFICARE, Pontificatum obtinere, Pontificis munus obire. Charta apud Stephanot. tom. 4. Antiq. Bened. Pictav. MSS. sic clauditur: *Facta sunt autem hac anno Incarnat. Domini 1077. Romæ Alexandro Papa II. Pontificante, in Francia Rege Philippo regnante, Domino autem nostro per cuncta sæcula imperante*. Notitia an. 1113. inter Instr. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 87. *Acta est indictione VI. epacta 1. Ludovico Rege Franc. regnante, Stephano Eduorum Episcopo Pontificante*. Epitaph. Episc. cujusdam in eccl. Fratrum Prædicat. Tullens. *Ligneionatus Nicolaus in ordine vitam duxit compositam, vultu sermoneque gratus, moribus ornatus prudentia Pontificavit, sed mors prostravit, &c.* Adde Vitam B. Lanfranci tom. 6. Maii pag. 836. & Stephanot. tom. 7. Frag. Hist. MSS.

¶ PONTIFICARE, de civitate dicitur, in qua quis Episcopatum tenuit. Epitaph. Joannis II. Episc. Leod. an. 1238. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 885.

*Quem splendor morum, generosus sanguis avorum,
Famaque dotavit, quem Legia Pontificavit, &c.*

PONTIFICATIO, Pontificatus, in Vita S. Materniani Episcopi Remensis num. 7.

¶ PONTIFICALE, Liber in quo continentur quæ ad Episcopum spectant. Regula consueta Toribii Archiep. Limæ, inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 667. *Quod ad Missæ ceremonias pertinet . . . observentur rubricæ missalis & brevia in eo contenta & Pontificale*. Liber pontificalium, vel pontificalis nuncupatur in Constitut. Eccles. Valent. ibidem pag. 160. & 161.

¶ PONTIFICALES ACTUS, in Constitut. mox laudatis, Episcopi functiones dicuntur.

PONTIFICALIA, Episcopalia ornamenta, vestimenta. Chronicon Montissereni ann. 1222. *Quod etiam suis viribus majus tentare ausus est, videlicet ut ei Pontificalibus uti Papa permetteret, &c.* [Litt. Caroli VI. Reg. Franc. an. 1410. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 140. *Quod Thesaurarius memoratus certis diebus festis solemmibus in præfata Sacra Capella in Pontificalibus celebret, populo benedictionem tribuat, mitraque & omnibus insigniis Pontificalibus, dempto pastorali baculo, cum multis aliis prærogativis gaudeat & utatur.*]

PONTIFICIUM, Sacerdotium, Presbyteratus. Vide Leg. 13. Cod. Th. de Hæreticis.

PONTIFICIUM, Dignitas Pontificis, titulus honorarius, quo Pontifex seu Episcopus compellatur. Avitus Viennensis Epist. 15. *Probata summaque pietatis est, ut de causis ad Pontificium vestrum perti-*

mentibus meum quoque consilium consulendum esse ducatis. Occurrit non semel in Epistolis Nicolai I. PP. Joannis VIII. & aliorum, & in Actis Synodi Romanæ an. 853. &c.

¶ PONTIFICIUM, Pontificatus. Rythmus satyricus apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 534.

Dormivit Rex in lectulo, Landrici Pontificio.

¶ PONTIFICIUM, Potestas, jus. Arnobius junior in Psalmum 68. *In portis ergo hi accipiunt Pontificium judicandi & corripiendi.* Utitur præterea in Psalmo 113. Leo IV. PP. in Actis depositionis Anastasii Bibl. in Synodo Rom. sub Leone IV. PP. apud Holstenium: *Quod omni alacritate nostro repromisit persicere Pontificio.* Charta Chlodovei III. Regis Franc. tom. 10. Spicilegii Acheriani pag. 629. *Nam nullum Pontificium a nobis, neque a successoribus nostris, in eodem Monasterio pro causa cupiditatis, aut, quod absit, avaritiæ habeatur, sed proprio in Dei nomine fruatur privilegio.* Tabularium Gorziense pag. 150. *Ut quamdiu Fredelendis conjux mea vixerit, usu possideat fructuario, nullum ex eis habens Pontificium minuendi, quin potius augendi, emeliorandi, &c.* Utuntur præterea Lex Burgundion. tit. 19. §. 6. tit. 40. §. 1. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 35. §. 2. tit. 39. §. 1. Marculfus lib. 2. form. 5. 8. 9. Formulæ veteres Bignonii pag. 242. 263. 385. 406. 1. edit. Petrus Chrysológus homil. 5. Sed & Agellius lib. 1. cap. 13. Lex 1. Cod. Th. de Maternis bonis, l. 3. eodem Cod. de Fide Cathol. l. 1. de Apostat. Gelasius I. PP. in Epist. ad Episcopos Orient. edita à Sirmondo, Arnobius lib. 2. Acta Episcop. Cenom. pag. 85. 135. 163. 198. 233. &c. Vide Juretum ad Symmachum lib. 7. Epist. 27.

¶ PONTIFEX Regalium divitiarum, Præfectus ærarii regii. Udalricus in Præfat. ad lib. 3. Consuetud. Cluniac. *Senior noster dominus Abbas cum me in Allemanniam direxisset, videlicet ad Regem & ad quandam regalium divitiarum Pontificem, &c.*

¶ PONTIFEX, Pontium exstructor. Epigram. Johan. Jucundi Dominicanæ apud Sauvall. Antiq. Paris. tom. 1. lib. 3.

*Jucundus geninum posuit tibi Sequana pontem,
Jure tuum potes hunc dicere Pontificem.*

Hinc Hospitalarii Pontifices nuncupantur interdum Fratres pontis, quod ex instituto suo pontes construerent. Vide in Frater.

¶ PONTIFICARE, Pontem vel pontatum facere, Johan. de Janua. *Faire pont ou ponte*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS.

¶ PONTILE, Porticus columnis fulta, ab Ital. Pontile, fultura. Gall. *Etaye*, sic dicta. Chron. Petri Azarii apud Murator. to. 16. col. 322. *Quod Pontile totum erat muro clausum & tecto coopertum, & in summitate omnium domuum subjacentium, &c.*

¶ PONTILLUS, Ponticulus, in Legibus S. Severi MSS. apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Bened. Vascon. pag. 483.

¶ PONTINEGIUM, PONTIONATICUM. Vide Pontaticum.

¶ PONTIVENSIS MONETA. Vide Moneta Baronum.

¶ PONTIUS. Vide Potb.

¶ PONTNADA. Vide Pomada.

¶ PONTONAGIUM, PONTONARIA, PONTONATICUM, &c. Vide Pontaticum, & Pontones.

¶ PONTONES, Genus Gallicanorum navium, Cæsari lib. 3. cui eadem sunt cum onerariis. Harum etiam meminit Agellius lib. 10. cap. 25. [Marchisii Annal. Genuenf. ad an. 1221. apud

Murator. tom. 6. col. 425. *Pontones quoque de Janua ibi ductos ad faciendam sepem lapideam, ibi fecit per dies quam plurimos laborare, quorum duo in plaga, qua est inter civitatem & caput S. Ampelii, temporis sævitia naufragarunt.*] Isidoro vero lib. 19. cap. 1. dicitur Pontonium, navigium fluminale, tardum, & grave, quod non nisi remigio progredi potest. Gloss. Ælfrici: Pontonium, Punç. Alibi, γλύττε.

Præsertim autem Pontonium usus fuit ad trajectus fluminum, cujusmodi sunt ea navigia quæ Bacæ vocamus, quæ pontis vicem præbent, unde videntur appellari. Apuleius: *Si vado non poterunt, Pontonibus transibunt.* Ita Paulus JC. in l. 38. D. de Servitut. rusticor. prædior. [Statuta Scabinorum Maceriarum ad Mozam: *Et quiconque aura ou sera fermier dudit passage, sera tenu d'avoir un plat Ponton pour passer tous harnas & tous autres instrumens.*]

Sed aliud sonat hæc vox apud Baudoviniæ in Vita S. Radegundis, cap. 10. *Ubi vinum novum advenit, quod cellarium implevit, se tonella satisfacisse credidit: ante Pontones & tonna defecerunt, quam hæc qua beata in omnibus fecit voluntatem.* Hic enim Ponto est dolii species. Ubi forte leg. Ponçones, nostris Ponçons; [unde Poinçons.]

¶ PONTONARIUM, Nautæ qui per pontones transvehunt itinerantes, Pontonniers. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 48. *Quidam nauta, id est, Pontonarii portus quæ dicitur ad Graverias, &c. . . & ut fratres ejusdem loci & homines eorum, quotiescumque usus fuerit, transvadere ad eundem portum sine omni lucro festinent.* [Charta an. 1307. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 134. col. 2. *Item quod dictus D. Guigo & sui teneantur in dicto portu tenere & habere sufficientes & bonos Pontonarios, ac competentia & alia instrumenta ad transeundum sufficientia, &c.*]

¶ PONTANARIUS, Eodem intellectu, in Charta an. 1442. ex Schedis Præf. de Mazaugues: *Pontanarius per dictum dominum, vel suos successores ad dictam portam deputandis, &c.* Pontaniers, in numismate pro immunitate monetariorum, quod exhibet & explicat Constans in Tract. de Curia Monetar. pag. 70. in cujus circulo legitur, Barriers, Peagiers, Pontaniers, laissez passer les Monnoyeurs.

¶ PONTANERII & PONTENARIUM, Eadem notione. Pontaneries portus Thossiaci, in Charta Dombensi an. 1404. Charta Petri Abb. S. Dionysii pro Monast. B. M. de Argentolio an. 1224. *De censa nostra quam habemus ad portum nostrum de Argentolio xxxv. sol. Paris. quos ei Pontenarius reddet annuatim, &c.* Occurrit præterea in Hist. Andagin. Monast. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 931.

¶ PONTONAGIUM, Quod pro trajectu fluminis pontonario exsolvitur. Tabular. S. Nicolai Andeg. *Hernaudus & Johannes filius ejus pontonarii de portu Cordemense, contra monachos S. Nicholai ibidem residentes de Pontonagio decertarunt, dicentes se Pontonagium à Monachis in fevo tenere.*

1. PONTUS, Capulum ensis, nostris olim Pont, hodie *La poignée de l'espée*. Locum vide in Investitura per spatia capulum.

¶ 2. PONTUS, Pons. Tabul. Majoris Monast. *Ego Bernardus de Macheco propter turbationem guerra Pontum de Passu-Arnulsi feci confringere. Monachi vero sancti Martini prædictum Pontum amodo rescienç & quemdam turnum ibidem facient.* Charta Willelmi Vicecom. Biterr. ann. 990. apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Bened. Occitan. MSS. pag. 399. *Cum omni honore ecclesiastico qui ad ipsas pertinet,*

construebantur ecclesia adificia, &c. in Epist. J. Episc. Accon. ad Honorium III. PP. tom. 8. Spicil. Acher. p. 378. Adde Murator. tom. 3. p. 445.] Vide Consuetudinem Cenomanensem, art. 131.

¶ **POPULARE AGRICULTURAM**, Agrum colere, arare, ferere. Charta Ferrandi Reg. Castellæ an. 1224. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 916. *Me obligo . . . ad dandum vobis viginti paria boum, cum necessariis eorum ad Populandum agriculturam usque ad annum, & vitalia ad custodiendum castrum & caveas memoratas. Vide Populatus.*

¶ **POPULARIS**. Gregorius Turonensis lib. 1. de Miracul. cap. 14. *Non est æquum ut hoc pignus in loco viliori teneamus, sed surge & illud accipe, & defer ad Taurinensem Ecclesiam, quæ plus Popularis habetur. Id est, in quam populi frequentius confluunt, vel quæ majori populi multitudine repletur. Vide Desider. Heraldum lib. 1. Adversar. cap. 8.*

¶ **POPULARES**, Urbana multitudo, populus, plebs, quibus opponuntur *militares*, in l. 1. D. de Offic. Præf. urb. in leg. 7. Cod. Th. de Annonis civic. &c. [Regimina Paduæ ad an. 1318. apud Murator. tom. 8. col. 431. *Factus fuit Capitaneus generalis civitatis Paduæ D. Jac. de Carraria in consilio majori quasi per omnes tam magnates quam Populares.*]

¶ **POPULARITAS**, Spectaculorum editio, in leg. 2. Cod. Th. de Offic. Rector. provinc. quæ *populi favor & applausus* dicitur in l. 1. & 3. eod. Cod. de Spectacul. [Popularitas, populi festiva congregationes, in Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. Vide *Populositas.*]

¶ **POPULARITAS**, Multitudo, turba. Sidonius lib. 1. Epist. 9. *Arctabat clientium prævia, pedissequa circumfusa Popularitas.*

¶ **POPULARITAS**, Populatio, vastatio. Mirac. S. Richarii Centul. Abb. tom. 3. April. pag. 453. *Danorum manus late maris æquora contexit suis de navibus. . . quorum Popularitate monasteria destructa.*

¶ **POPULARIUS**, Popularis, vulgaris. Miracul. S. Walpurgis sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 299. *Pro tenuissimi capacitatis ingenii duos jam pridem miraculorum. . . libellos succincto Popularia orationis perstrinxi commento.*

¶ **POPULASSUS**, dicitur de loco ubi frequens est populus, Gall. *Peuplé*. Charta an. 1372. *Dictus locus de Durbano est Populassus & pluribus gentibus populatus.*

¶ **POPULATIO**, Populi coetus. Vita S. Deicoli Abb. num. 17. *Cumque Populatio non modica quæ ad Ecclesiam Dei convenerat, &c. Chartæ Inæ Regis Occidentalium Saxonum edita à Spelmano in Concil. an. 725. & Bollandō 6. Februar. ita clauditur: Cum præsentia Populationis consenserunt & firmaverunt. Charta Lorbanensis apud Sandovallium in Favila: In Populationibus parvis ponent suos iudices, qui regant eos bene & sine rixas. Lucas Tudensis æra 1226. *Populationes multas & nobiles fecit in regno suo, scilicet Placentiam Bejarum, &c. Infra: Rex autem Adelfonsus multas Populationes in regno suo fecit, & illud valde ampliavit.**

¶ **POPULATIONIS CHARTA**, Qua alicui locus ad populandum seu habitandum conceditur. Vide *Populare.*

¶ **POPULATIO**, Villa, parochia. Charta an. 1266. *Volimus quod in unoquoque loco nostra Populationis de Saiffino, &c. Vide Populatura.*

¶ **POPULATORES**, Incolæ. Charta Sanctii Abarcæ Regis Aragon. æræ 971. apud Blancam: *Istos supradictos terminos dono & confirmo vobis Populatoribus de uno castello qui modo estis, & inibi antea ibi vene-*

*ritis populare, ut habeatis illos francos & ingenuos ad vestram propriam hereditatem, &c. Adde aliam æræ 1118. pag. 626. Charta Alphonfi VI. Imp. Hispaniæ an. 1086. apud Ypez: Quando Populator acceperit solum, dabit uno solido atque duobus denariis: & ita unumquemque annum de singulis solidos dabuntur singulis solidis. Sane vero si in ipso anno non populaverit illum, perdet eum. Si sane pro populato solidum non dederit, accipient eis portam aut hostiam, vel aliquid quod valeat solidum, donec tectum accipiat, & usque ad duos Præcones de octo in octo diebus, sed dentur pignos accipi pro solido in solo, si nec tectum, nec aliquid pignus invenerant, illum accipiat Abbas, & det cui vult. Vide Chartam Alfonso Imp. æræ 1160. apud Oyhenartum in Notitia Vasconiæ pag. 85. Italis *Popolini*, sunt parochiani, *huomini della parochia.**

¶ **POPULATURA**, [Villa, prædium rusticum. Vide *Populatio.*] Vetus charta apud Anton. de Ypez in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 3. pag. 284. *Ut agnoscant & in diebus nostris qualia bona fecimus ad ipsum locum S. Vincentii, & ad radicem ipsius montis Lemabuse, adificare Populaturam in hereditatem ipsius Monasterii, per consensum Abbatis & ceterorum, &c.*

¶ **POPULATUS**, Terra culta, ager cultus, cui opponitur *eremus*. Charta Sanctii Navarrorum Regis apud Oyhenartum in Notitia Vasconiæ pag. 99. *Cum omnibus terminis & pertinentiis suis, cum pratis, pascuis, & sotis, & aquis, aquarumque meatibus, cum eremo & Populato, cum ingressibus & egressibus.* [Charta an. 1112. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 382. *Et de totum alium tuum honorem quam hodie habes, eremum vel Populatum.* Alia an. 1142. ibid. col. 495. *Cum pratis, . . . & villis suis, . . . heremis & Populatis, &c.* Charta Ildefonsi Reg. Aragon. an. 1174. apud Stephanot. tom. 10. Frag. Hist. MSS. pag. 165. *Prædictum hospitale vobis dono & concedo cum omnibus suis tenendonibus & pertinentiis ubique cum eremo & Populato.* Adde Chartam Jacobi Reg. Aragon. ann. 1228. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 177. Vide *Populare.*]

¶ **POPULIA**, λυχύς, in Gloss. Lat. Græc. Græc. Lat. λυχύς, rosa Græca, *Populia*. Flos quidam æstivus, Theophr. lib. 6. Hist. plant. cap. 7. genus est lili. Vide Plinium lib. 21. num. 10. & 39.

¶ **POPULICANI**, **POPPLICANI**, **PUBLICANI**, Hæretici Manichæorum sectarii, qui Græcis Παυλιανοί, Latinis scriptoribus *Pauliciani*: sic appellati à Paulo Samosateno hæresis auctore, sive à Paulo & Joanne, ut observatum à nobis ad Alexiadem, pag. 412. *Poplicani*, lib. 4. Hist. Vezeliac. pag. 644. qui *Pauliani*, apud Liberatum Diacon. c. 2. & auctorem Prædestinati. Ita porro appellarunt nostri Manichæos, qui Franciam nostram aliquamdiu erroribus suis inquinaverunt, maxime in Aurelianensi provincia, Roberto Rege regnante, de quibus Gesta Synodi Aurelianensis an. 1017. edita tom. 2. Spicilegii Acheriani, & Excerpta ex Tabulario S. Petri Carnot. edita à Labbeo tom. 2. Miscellan. pag. 562. Hacce postea appellatione Valdenses hæreticos donarunt, quod quædam ex dogmate Manichæi, quædam ex erroribus Origenis, plurima etiam de suo confinxissent, ut est in Magno Chronico Belgico an. 1208. quod scilicet duo Principia, ut Manichæi agnoscerent, ut est apud Ermengardum contra Valdenses cap. 2. Vide Concilium Lateranense III. an. 1179. cap. 27. *Populicanorum* crebra est mentio apud Albericum

in Chron. MS. an. 1148. in Chronico Vezeliacensi apud Labbeum tom. 1. Bibl. an. 1167. 1181. & 1198. in Chron. S. Mariani Antifiod. ann. 1181. & 1198. in M. Chron. Belg. ann. 1147. & 1197. ex eodem Alberico, ut & apud alios scriptores quos laudamus in Notis ad Willharduinum, pag. 342. ubi etiam de Publicanis, quorum meminere iidem scriptores. Radulphus Coggeshalensis in Chron. MS. *Temporibus Ludovici Regis Francie, qui genuit Philippum, cum error quorundam hereticorum, qui vulgo appellantur Publicani, per plures provincias Gallie disseperet, &c.* [Gabr. Prateolus lib. 14. de Hæres. Publicani quidam heretici in Francia exorti sunt sub Philippo III. Rege, Gregorio PP. X. circa annum 1274. Hi parvulos non baptizandos dicebant, donec intelligibilem aetatem attingissent; negabant suffragia Sanctorum & orationem pro mortuis.] Adde præterea Hugonem Plagonem vernaculum Will. Tyrii interpretem, vocem, hereticis, lib. 2. cap. 13. *Popelican* vertere.

☞ Eadem voce utitur le Roman de Chantepleure MS.

Merveille est coment homs

Devient Popelicans.

Il n'estoit hom ne feme,

Quand Dieu forma Adan.

PUBLICANORUM etiam crebra est mentio apud Scriptores expeditionum Hierosolymitanarum, à quibus inter gentes, quæ Saracenis ac Persis erant conterminæ, recensentur: qua voce intelliguntur Manichæi, qui in hisce provinciis habitabant: de quibus Cedrenus pag. 541. 542. 546. 665. Vide Tudebodum pag. 782. 792. 794. 814. Robertum Monachum pag. 42. 44. 56. 109. 111. Baldricum Dolensem pag. 111. Henricum Huntingdon. lib. 7. pag. 374. &c.

POPULICUS, Popularis. Utitur Gonzo Floriacensis in Miraculis S. Gengulfi num. 4.

POPULNUS, *De populo, sicut ficulus de ficu.* Papias.

POPULOSITAS, in Glossis antiquis MSS. *Populi festiva congregationes.* [Vide Popularitas. 1.]

☞ **POPULOSITAS**, Copia, frequentia, multitudo. Fulgentius Mythol. 1. *Argus luminum Populositate conceptus.* Bulla Urbani II. PP. an. 1093. apud Miræum tom. 1. pag. 271. *Atrebatensis urbis Populositas longe illam (Cameracensem) cui hætenus subdita fuerat, antecedit.* Bernardus Thesaur. de Acquisit. T. S. apud Murator. to. 7. col. 667. *Dum in vastam omnes planiciem convenissent, & innumerablem eorum Populositatem conspicerent, &c.*

☞ **POPULOSUS**, Numerosus, abundans. S. Pacianus Epist. 3. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 87. *Multus igitur huic Virgini partus & proles innumera, qua totus orbis impletur, qua circumstans semper alvearibus Populosum fervet examen. Populosa familia,* apud Apuleium Metamorph. lib. 5. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 79. pag. 228. *Alium igitur cæterum Populosioris numeri pugnatorum... preparari iussit in arma.*

☞ **POPULOSUS**, dicitur de loco ubi frequens populus habitat. Constitut. Urbani V. PP. ann. 1366. in Bullar. Carmel. p. 127. col. 2. *In castro Swimfint Herbipol. diocesis, quod, ut asseritur, insigne, ac muratum & Populosum existit, &c.* Populosa civitas, apud Apuleium Metamorph. lib. 8. Adde Card. Aragonium in Alex. III. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 460. *Plebeine*, eadem notione usurpant Poëtæ nostrates. Sic lego apud Vaccium in Hist. MS. Ducum Norman.

La terre est Plebeine, & li homme manant,

Là sont li bon villain & li bon paissant.

☞ **POPULOSUS**, Locus populis confitus, ut videtur. Chron. Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 736. *Monachi denique Novaliciensium, videntes locum aptum vel amœnum & fructiferum omnibus quæ dici possunt, tam in leguminibus quam in piscibus, sibi illum expetunt in caput, & ob id quod Populosus esset & undique septus aquarum copios.*

POPULUS, Turba, conferta hominum multitudo, in l. 6. & 10. Cod. Th. de Episcop. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Factus est Populus immensus.* Apuleius lib. 3. Metamorph. *Statim civitas omnis in Populum effusa, mira densitate insequitur.* Chronicon Montis Sereni an. 1192. *Apud ipsum denique Populus histrionum magni favoris gratiam obtinebat, & præsentia eorum valde erat ei delectabilis & jucunda.*

MINUTUS POPULUS, Vulgus, plebecula, le menu peuple. Acta Purgationis Cæciliani: *De Folles, quas Lucilla dedit, Populus minutus nihil accepit.* Fragmentum Petronii: *Itaque Populus minutus laborat, nam isti majores maxillæ semper Saturnalia agunt.* Glossæ Gr. Lat. λεπίθε δὴμικὸν φήσισμα, *Plebiscitum.* Minor populus, in Capitularibus Ludovici II. Imp. tit. 2. cap. 5.

☞ **POPULUS VULGARIS**, Eadem notione. Capitulum Caroli M. an. 813. c. 14. *De officio prædicationis, ut juxta quod bene vulgaris Populus intelligere possit, assidue fiat.*

☞ **POPULUS MANDATORUM**, id est, Multitudo, apud S. Bernardum lib. de Præcepto & dispensat. tom. 1. col. 109. Edit. 1690. *Cum in tanto Populo mandatorum, quæ Prælati etiam per incuriam sæpe præcipiunt, interdum non prævaricari, aut difficile admodum, aut omnino impossibile videatur.* Hanc lectionem ex consensu MSS. Cod. restituit Mabillonius pro *cumulo*, uti prius legebatur.

☞ **POPULI**, pro Pupilli, & vicissim, alicubi scriptum monet Baluz. in Notis ad Capitulum. Ita in Addit. 3. ad Capit. cap. 98. *Noverint (Episcopi) sibi curam Populorum & pauperum in protegendis ac defendendis impositam.* Ubi leg. pupillorum. Sic pupillum terra pro populum habet Puteanus Codex Legis Alamann. cap. 36. §. 3.

☞ **PORAGO**, pro Parago vel parrago. Vide in hac voce.

PORCA. Isidorus & Papias: *Porcam Bati faciunt 30. pedum latitudine, sed Porca est quod in 30. à rotundo extat, quod defossum est.* Idem Papias: *Porca quod eminet, lira vero quod defossum est.* Porca terra quæ inter sulcos est lata. Gloss. Ælfrici, ubi de re agraria: *Porca: Balc. Charta ann. 1105. in Tabulario Casauriensi: Offero tradoque omnes res proprietatis meæ, excepto una Porca de cannapina.*

☞ A verbo jam inusitato *Bargen*, quod exsecare sonat, vocis etymon accersit Eccardus in Notis ad Leg. Sal. pag. 18. adeo ut *porca* sit terra vomere exsecta. Neque enim infrequens mutatio *b* in *p*. Non audiendi itaque qui ex *porrecta* vel *projecta* derivant hujusce vocis originem.

☞ **PORCAGIUM**, Tributum ex porcis. Tabular. SS. Trinit. Cadom. fol. 83. *Reddunt... VI. Andegavenses ad festum S. Johannis pro fenagio, & de uno quoque porco 1. Andegavensem in Autumpno de Porcagio.* Vide Porcellagium.

PORCAMIS, Mensura agraria. Vetus Agrimenfor: *Porcamis est pars agri habens in latitudine ped. 30. id est perticas 3. in longitudine 80. id est perticas decem, pedas 7.* Idem quod *Porca*. Ubi forte legend. *Porca unius, &c.*

PORCARIA, Stabulum porcorum. [Computus an. 1305. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag.

354. *Summa redditus Porcariarum & bercarum* (bercariarum) si fuerint ad firmam v. s. vi. den.] Sed apud Matth. Paris an. 1258. *Porcarie* fumuntur pro locis cœnosis, cujusmodi sunt in quibus porci se volutare amant: *Et inventa sunt passim eorum corpora tumida præ fame, & liventia . . . in Porcariis, sterquiliniis, & lutosis plateis, &c.* [Vide *Porcerium*.]
- ¶ PORCHERIA, in Fleta lib. 2. cap. 41. §. 13. Nostris *Porcherie*. [Charta Hervei dom. Virzionis an. 1209. apud Thomasser. in Biturig. pag. 714. *Quinto in perpetuum . . . quod habebam in singulis Porcheriis hominum in jam dicta terra manentium, unam fretengiam, & in singulis ovilibus unam arietem.*]
- ¶ PORCHERIA, pro foro in quo porci venduntur, occurrit in Charta Matiscon. an. 1460.
- ¶ PORCHERIA, Porcorum grex. Tabular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 33. *Monachi etiam omnes suas Porcherias asserebant se posse per costumam in has duas forestes absque precio ad pascua mittere; sed Comes Ebroicensis noluit nisi duas per costumam recognoscere. . . . At si Comes in hayam suam & deffensionem suas Porcherias, vel aliorum miserit, tunc & monachorum Porcheria absque precio licenter & sine omni calumpnia intrabunt in hayam & deffensionem.*
- ¶ PORCARITIA, ut *Porcaria*, in Capitul. de Villis Caroli Mag. cap. 23. Charta an. 1023. tom. 2. novæ Gall. Christ. inter Instrum. col. 227. *Donamus ad locum sacrum S. Mariae . . . aliquid de alode nostrum . . . ubi vocant Porcaricias ipsos mansos, qui ibidem habemus, &c.*
- ¶ PORCHORIA, Septum ex virgultis in quo porci de nocte, tempore glandationis, solent includi, ut ab incurfibus luporum tuti sint. Charta an. 1262. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 259. *Concessi etiam predicta Alicia haybotum & housbotum in dominicis boscis meis de Acle & ad faciendas Porchorias suas in boscis predictis ubi sibi placuerit. Porcaria in parco, dicitur apud Madox Formul. Angl. pag. 45.*
- ¶ PORCARITIUS, Ad porcos spectans. *Porcaritia* domus, stabulum porcorum, in Leg. Aleman. tit. 81. §. 3. *Porcaritius & Porcarius canis, qui porcos seu apros venatur. Vide in Canis.*
- ¶ PORCARIUS, Porcorum custos, in Leg. Aleman. tit. 79. §. 1. nostris *Porcher*, Ital. *Porcario*. S. Irminæ Testam. ann. 698. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 9. *Omnia ista cum adjacentiis una cum pastoribus, vaccariis, Porcariis, brevicariis cum gregibus eorum vel omni peculio promiscuo. Adde Chartam an. 704. ibid. col. 13. Leg. Alemann. tit. 98. §. 2. Salicam tit. 2. §. 4. & tit. 11. §. 5. Porcarii fiscales, in Edicto Chlotarii II. Reg. cap. 21. Vide *Jumentum & Porquerius.**
- ¶ PORCARI TERRA, Quæ porcaris ad pascendos porcos assignatur, in Charta apud Thomam Madox Formul. Angl. pag. 45.
- ¶ PORCARIUM SERVITIUM, Quo quis porcos domini sui pascentes fervare tenetur. Charta ann. 1294. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 832. *Vendidimus . . . viris religiosiis . . . abbati & conventui S. Vandregesili x. sol. Tur. annui redditus, quos predicti religiosi nobis debebant & solvebant ad mediam Quadragesimam quolibet anno, ratione cujusdam servitii quod dicitur servitium Porcarium pro c. sol. Turon. Service de la pornerie dicitur in Charta vernacula quæ de eadem re ibidem habetur.*
- ¶ PORCASTER, Porcus junior. Althelmus de VIII. vitiis cap. 8.
*Dum stratis recubans Porcaster pausat obesus
Juncis & stipulis, nec non silicamque maniplis.*
- ¶ PORCATOR, Idem qui *Porcarius*, in Canon. Tom. V.

- Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 15.
- ¶ PORCELLAGIUM, Tributum ex porcellis, seu porcis, Gallis *Pourceaux*. [Hinc porci qui in ejusmodi tributum debebantur, *porcos debitaes* vocat Charta an. circ. 984. apud Baluz. Histor. Tutel. col. 379.] Charta ann. 1180. in Tabulario Cluniacensi n. 197. *Non habeo talliam, vel Porcellagium, vel besenagium, vel messonagium. Vide Porcilatio.*
- ¶ PORCELLANA, Gallice *Porcelaine*. Ciaconius in Epist. ad Principem Card. apud Marten. tom. 3. Ampl. Collect. col. 1324. *Vasa murrhyna ex China tot generum, quæ Porcellana patrio sermone appellantur. Vide Menag. in Etymol. Gall. & Diaria Trevolt. mensis Jan. 1717. pag. 39. & seqq.*
- ¶ PORCELLARE, dicitur sus, cum porcellos edit, in Fleta lib. 2. cap. 80. §. 2. 3. [Vide *Porcellata*.]
- ¶ PORCELLATA, Porca, sus femina, Gall. *Truie*. Charta an. 1330. in Tabular. S. Victoris Massil. *Item pro jure decimæ de porcellis & de pollacis; de duabus Porcellatis unum porquetum, excepta prima vice qua porcellarent.*
- ¶ PORCERIUM, Porcorum stabulum. Charta an. 1288. ex Archivo Auxit. Archiep. *Quod dominus abbas & canonici pro se ipsis & successoribus à predictis hominibus habeant suum ancarium & Porcerium communes ad custodiendum oves, porcos & aucas. Vide Porcaria & Porcile.*
- ¶ PORCETRA, Sus quæ semel peperit; quæ sepius, *scropha*, apud Gellium lib. 18. cap. 6.
- ¶ PORCHA, pro Porca, in Statutis Placent. fol. 65. verso.
- ¶ PORCHAICIA, Comparatum, nostris *Acquest*, à vet. Gall. *Pourchas*, eadem notione; bona quævis vel emptione, vel industria, vel alia qualibet fortuna acquisita. Testam. an. 1215. apud Stephanoto. 3. Antiquit. Pictav. MSS. p. 154. *Porchaiciis & dos expleiz præcepit quod resciantur domus sua de Viviona. . . . Dos Porchaiz & dos espleiz computabunt cum predicto abbate (Nobiliacensi) præfatus Philippus & Aimericus Minauz; similiter de redditibus elapsis tribus annis. Eodem significato intelligendus videtur Computus an. 1202. apud D. Brussel to. 2. de Ufu feud. pag. CLVIII. *De Porchac. Guillelmi Burg. x. l. quas dedit servientibus. De Porchaz Gornai, XIII. l. & VII. l. III. f. minus, ibidem pag. CLXXXIV. Charta Petri Comit. Alenconii an. 1401. ex Tabul. S. Vandreg. Considerè que nostre dite terre d'Argenthen par nostre moyen & Pourchas est retournée de present en son essence, &c. Le Roman de Vacce MS.**
- Tant conquerras & tant auras,
Toft as eu de ton Porcas
Plaines tes mains & plains tes bras.*
- Vide *Purchacia*. Nostris olim *Pourguire* pro *Poursuivre*, *Pourchasser*, persequi. Le Roman de Vacce MS.
*Quant cil qu'il cachent l'ont trouvé,
Demandent lui où sont, où sont?
Et il lor dit là vont, là vont,
Pourguiez, Pourguiez, les troverez.*
- ¶ PORCHAUCARE, ut supra *Perchauchare*. Tabular. S. Albini Andegav. *Girardus de Mosters gravi tactus incommodo dedit Deo & S. Albino . . . totam terram quæ appellatur Chantalapum . . . Hoc viderunt & audierunt Algerius monachus, . . . Drogo de Morters filius supra nominati Girardi Bastart, qui terram illam monstravit & Porchauchavit. A Gallico *Pourchasser*, persequi, orta videtur hæc vox. Vide *Porchaicia & Percalcare.**
- ¶ PORCHERIA, PORCHORIA. Vide *Porcaria*,
- ¶ PORCICULUS, Porcellus, junior porcus. Charta

¶ **PORNIA**, Fornicatio, Pornium, lupanar, in Amalth.
 ¶ **PORNOCELLUS**, **PORNORERIUS**, Idem qui Forensis, extraneus, alienigena. Unde ducta vocis origo, mihi incompertum. Inquisitio pro Jurisdic. Comitum Viennæ an. 1276. ex Archivis Cameræ Comput. Delphin. Item dicit quod omnes Pornorerii, id est, omnes forenses qui intrant civitatem Viennæ, quod illa die qua intrant, si delinquant, ubi-
 eumque delinquant in civitate, quod sunt de jurisdictione domini Archiepiscopi per totam illam diem.... Debet esse ipsius delinquens, si Pornorellus est vel forensis. Quo ultimo loco Pornorerius etiam legendum existimo.

¶ **PORPECIA**, Piscis majoris species, [sus marinus, Gall. *Marfouin*. Pourpoir dicitur in Litteris Philippi VI. an. 1349. tom. 2. Ordin. Reg. Franc. pag. 319. Pourpois, in Litteris Johannis Reg. an. 1351. ibid. p. 424.] Vide *Geaspecia* & *Pocheteau*.

¶ **PORPES**, Eodem significatu, in Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 23. vº. Debet (Abbatissa) habere salmones, lampreas, Porpedes & omnes francos pisces.

¶ **PORPETUS**, **PORPEYS**, Eadem notione, Angl. *Porpoise*. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1410. apud Rymer. tom. 8. pag. 634. De quolibet pisce vocato Porpeys venali unum quadrantem. Porpeis, in Tabul. Fiscamn. an. 1216. f. 48. Charta Eduardi VI. an. 1547. apud eundem Rymer. tom. 15. pag. 158. Pisces regales, videlicet sturiones, balenas, cetas, Porpetos, delphinos, &c. Porpaiz, in Charta Leduini Abbat. S. Vedasti an. 1036. in Tabul. ejusdem loci.

¶ **PORPHYRETICA ROTA**. Vide in *Rota*.

¶ **PORPHYRETICUS**. Vide *Purpurati*.

¶ **PORPHYROGENITUS**, in purpura, patre Imperatore genitus, Græcis πορφυρογενής. Luitprandus in Legatione: *Inaudita res est, ut Porphyrogenita, hoc est in purpura nati filia, in purpura nata, gentibus misceatur.* Infra: *Sed Christophorus, aiunt, non Porphyrogenitus fuit.* Vide quæ de hac voce adnotamus ad Alexiadem, & infra in *Purpurati*.

¶ **PORPOINCTUM**, **PORPOINTUM**. Vide *Perpunctum*.

¶ **PORPORATUS**, pro *Purpuratus*, Moneta Imperatorum Byzantinorum, in Hist. Belli sacri apud Mabill. to. 1. Mus. Ital. pag. 164. *Et vendebant, Sarraceni scilicet, asini onus octo Porporatis, qui appetiati erant viginti denariorum solidi.* Vide infra *Hyperperum*.

¶ **PORPORTARE**, ut infra *Proportare*. Tabular. S. Florentii an. 1255. *Herbergamentum in quo Breneta.... manere solebat, juxta viam quæ ducit gentes ad Dinannum, sicut se Porportat, &c.*

¶ **PORPORTUS FEODI**, Redituum ejusdem inquisitio & declaratio, qua quomodo se porportat feodum, significatur. Charta an. 1276. tom. 2. Chartul. S. Vandreg. pag. 1504. *Vendidimus... Guillelmo dicto Petit de Condreio unam pechiam terram sitam in parochia S. Martini de Cruciola... pro IIII. lib. Turon... tenendam & habendam... jure hereditario predicto Guillelmo & heredibus suis de nobis & heredibus nostris secundum Porportum feodi, libere, pacifice.* Alia vernacule scripta an. 1278. ibid. pag. 1471. *De tout en tout delessié... ladite terre audit Guillaume & à ses hers quitelement & empés por deus pensions de rentes de Porport de fié, sauves aydes feax establies en Normandie.*

¶ **PROPORTUS**, Eadem notione. Charta an. 1263. ex Tabul. Fiscamn. *Ad tenendum de me & de meis heredibus per Proportum feodi quod ipsi & heredes sui*
 Tom. V.

reddent mihi & meis heredibus.... & ego & heredes mei tenentur dictis G. N. & heredibus eorumdem predictas tres acras terre per Proportum feodi & per predictum redditum contra omnes bona fide garantizare.

¶ **PORPORUS**. Chron. Tarvisin. apud Murator. tom. 19. col. 765. *Portum autem Occidentis arcta-verum Porporis & immensa lapidum strue sub aquis latentium, & taliter quod illac nisi Liburnæ sive Fasela poterant navigare.*

¶ **PORPREHENDERE**, Continere, Gall. *Comprendre*. Charta Reinoldi Abb. S. Crispini Sueffion. an. 1212. *Concessimus... arcam molendini de Varennes usque ad Axonam, sicut molendinum antiquitus Porprehendere poterat.*

¶ **PORPRENDERE**, Invadere, aliquid sua auctoritate capere. Ovidius:

.... *Prendique & prendere tentans.*

Præceptum Caroli M. pro Hispanis an. 812. *Erema loca sibi ad laboricandum Porpriserunt, & laboratas habere videntur, &c.* [*Propiriserunt* editum tom. 1. novæ Hist. Occitan. inter Instrum. col. 36.] *Perprendre, qui est prendre de propre autorité terres communes, in Consuetudine Aquensi tit. 9. capp. 1. & 18. ubi actio ipsa porprendendi, Porprise, & porprison dicitur. Le Roman de Garin:*

*Vist de paiens mult grant ost aünée,
 Soiffante mil en a premiers esinée,
 Par quatre sens ont Porprins la valée.*

[*Le Roman de Vacce MS.*

Donc ont Porpris Meullent & toute la contrée.

Ibidem:

Le país a destruit & Porpris & gasté.]

¶ **PROPREDERE**, Eadem notione. Capitula ad Legem Bajwar. tit. 2. §. 12. *Nullus præsumat alterius res Propredere.* Lex Ripuar. tit. 75. *Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via Propriserit. Res propriise, in Capitul. Caroli Mag. lib. 5. cap. 140. Chartæ Parenfales cap. 12. Eo quod terram suam de suo manso malo ordine nunquam Proprisisset, nec post se nunquam retinuerit. Capitula Caroli Calvi tit. 45. cap. 8. Quia potest fieri, ut aliquis de fisco regio, vel de rebus Ecclesiæ aliquid Proprindat, aut per fraudem obtineat. [Adde Appendicem Marculfi form. 33. & Formulam 12. inter Bignonianas.]*

¶ **PORPRENSIO**, Invasio, usurpatio. Tabular. S. Albinus Andegav. *Hæ sunt Porprensiones & male consuetudines quas Reginaldus Thesaurarius misit in curtem S. Albinus de Mairono.*

¶ **PROPRISÆ RES**, Invasæ, usurpatæ, in Capitul. 4. an. 806. cap. 6. in lib. 6. Capitul. cap. 251. & in Capit. ad Leg. Bajwar. cap. 12. Charta Alamannica Goldasti 99. *Proclamavit, eo quod in contradutum suum mansum ei tollutum fuisset, quod ei advenit à parte uxoris suæ simul & Flaviano, & Propresum fuisset, & legibus suum esse deberet, &c.* Ubi perperam Goldastus in proprie suum emendat.

¶ **PURPRISUS**. Synodus Tricassina an. 878. *Sialiquis nostrorum fidelium de regno patris sui ex hoc aliquid Purprisum habet, jussu nostro illud dimittat.* Adde Aimoin. lib. 5. cap. 38. Charta Gallica apud Henricum de Knygthon pag. 2547. *Et ensi chivachent à force & armes, Purpenant real pouare, &c.* id est, sic equitant cum viribus & armis, usurpata auctoritate regia. Mox: *Par vostre real pouare quo vos avez Purpris sur nostre Seigneur le Roi, &c.*

¶ **PURPRESTURA**, ipsa actio porprindendi. Vox Fori Anglici. [Liber niger Scaccarii pag. 249. *De Purprestura marisci, qui nunquam antea lucratus fuit.*] Glanvilla lib. 9. cap. 11. *Dicitur autem Purprestura vel proprestura, proprie quando aliquid super Dominum*

regem injuste occupatur, ut in dominicis Regiis, vel in viis publicis obstructis, vel in aquis publicis traversis à recto cursu: vel quando aliquis in civitate super regiam plateam aliquid adificando occupaverit, & generaliter quoties aliquid fit ad nocumentum regii tenementi, vel regia via, vel civitatis, placitum inde ad coronam Domini Regis pertinet. Mox innuitur Purprestura tres esse species, primam contra Regem, alteram contra dominum capitalem, tertiam contra vicinum, vel non dominum. Adde Regiam Majestat. lib. 1. cap. 5. §. 4. lib. 2. cap. 74.

De Purpresturis contra Regem, ita Gervasius Tilberienfis lib. 2. cap. de Excidentibus & occupatis apud Spelman. Fit interdum per negligentiam Vicecomitum, vel ejus ministrorum, vel etiam per continuatam in longa tempora bellicam tempestatem, ut habitantes prope fundos, qui Corona annominantur, aliquam eorum sibi portionem usurpent, & suis possessionibus adscribant. Cum autem perlustrantes judices per sacramentum legitimorum virorum hac deprehenderint, seorsim à firma Comitatus appretiantur, & Vicecomiti traduntur, ut de eisdem seorsim respondeant, & hæc dicimus Purpresturas, vel occupata. Agunt etiam de iisdem contra Regem purpresturis Statutum de Bigamis ann. 4. Edw. 1. cap. 4. Math. Paris pag. 180. in Additament. pag. 100. 101. Fleta lib. 1. cap. 20. §. 18. 107. lib. 2. cap. 41. §. 2. 3. Brittonus pag. 28. 29. &c.

Purpresturam contra dominum capitalem facere dicitur is, cum id de quo erga dominum tenetur, non facit, vel ejus juribus derogat. Unde in purpresturam feudum vel ejus fructus cadunt, cum vassallus intra statos ac lege definitos dies feudum ab eo non recipit, seu relevat, quod in purpret, vel purpert cadere vocant Consuetudo municipalis Vitriacensis, art. 29. 41. 54. & Remensis, art. 99. & 100. ubi perperam quidam emendant ac restituunt pure perte. Nam purpret idem valet ac confiscario, vel commissum, quomodo purprestura usurpatur in veteribus Tabulis, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 1021. apud W. Thorn pag. 1936. &c.

Purprestura contra vicinum, aut non dominum. Tabular. Fiscanense fol. 82. Et de Purprestura quam bercarius Abbatis purprehendit super prædictum Heliam. Vide Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 848. tom. 2. pag. 1021. Willelmum Thorn an. 1283. & pag. 2023.

PORPRISUM, Possessio, vel locus sepibus, muris, aut vallis conclusus: Pourpris, in Consuetud. Britan. art. 175. Silvanectensi art. 129. &c. Pourprinsse, in Turonensi, art. 260. 295. quantum loci quis porprisu, usurpavit. [Tabul. SS. Trinit. Cadom. fol. 84. Vendiderunt unam masuram cum toto Porpriso.]

PORPRISA, Ambitus. Charta Theobaldi Comit. Blefensis an. 1186. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 627. Dedi & concessi in perpetuum monachis ejusdem Ecclesiæ (S. Launomari) . . . quantum opus eis fuerit ad reparationem Ecclesiæ & domorum in tota Porprisa abbatiæ. Propriosa edidit Mabill. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 249.

PROPRISAGIUM, Idem quod Porprisum. Charta Radulfi Abbatis Fiscanensis an. 1213. in Tabular. Fisc. f. 31. Masuram terra cum terra & Porprisagio ibi pertinente . . . dederunt.

PROPRISAGIUM, in Charta an. 1261. tom. 2. Chartul. S. Vandreg. pag. 1427. Duos solidos Turon. sitos supra quadam domo, cum Propriisagio dictæ domus, &c.

PORPRESIUM, Eodem intellectu, in Cod. censuali Castell. Dombens. an. 1463. Super duabus partibus chappa unius domus & totius unius grangia, nec non Porpresii in qua ipsa chappa & grangia situantur. Ibidem: Super chappa & chasso & Porpresio, ubi dicta chappa & chassum situantur.

PORPRISIA, Eodem significatu. Charta ann. 1228. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 123. Concessit ad usum pauperum in puram & perpetuam elemosinam domum cum tota Porprisia quietam & liberam ab omnibus. Tabul. Eccl. Autiff. an. 1241. Inter alia loca civitatis domum quandam dictorum Decani & Capituli cum Porprisia, &c. Necrolog. ejusd. Eccl. an. circ. 1270. exaratum ad 19. Novembris: Obitus Raaudi subdiaconi & canonici. LX. sol. super domum & Porprisiam contiguam capellæ S. Stephani PP. & Mart. Porprisson, in Tabul. S. Sulpitii Bituric.

PORPRISIUM. [Charta an. 1218. in Hist. Castilion. pag. 39. Excepta domo sua de Calloé & Porprisii ejusdem domus, sicut infra murum hodie continetur, &c. Alia an. 1230. in Hist. Monmorenc. pag. 408. Diceret se jus habere in domo & Porprisio B. Dionysii, &c.] Occurrit præterea in Charta an. 1213. in Hist. Monasterii S. Mariæ Sueffion. pag. 446. [apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1138. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 144. tom. 4. Hist. Harcur. num. 2161. tom. 3. Ordinatio Reg. Franc. pag. 543. & alibi passim.]

PROPRISIA, in Charta an. circ. 1220. in Tabul. Floriac. Concessimus totum hebergagium suum sicut se comportat cum Propriisua sua, scilicet cum virgulto & fossatis. Adde Chartam Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1303. tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 387.

PROPRISIUM. Charta an. 1220. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 193. Cum terra & Propriisio eidem masura pertinenti. Charta Curia Sueffion. an. 1261. Cum duabus partibus totius Propriisii & omnium appendiciorum dictæ domus. Tabul. S. Medardi Sueffion. an. 1272. Noverint quod Symon domum suam de burgo Axona cum toto ejusdem domus Propriisio nobis elemosinaverit. Adde Hist. Monast. S. Germani Paris. inter Instrum. pag. 67.

PROPRESIUM, in Terragio Bellijoc. Super domibus, stabulis & Propresio, tertia parte molendini, &c.

POURPRISIUM, POURPRISUM. Charta ann. 1239. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 855. Et quod possumus facere circa Pourprisum nostrum ibidem unum fossatum 12. pedum in latitudine. Litteræ an. 1293. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 205. Quoddam manerium sive Pourprisium situm extra muros Parisienses. Occurrit rursum in Charta an. 1313. apud eumd. tom. 2. Hist. Britan. col. 468. Assignaverunt xx. sol. alborum supra domum, curtile & totum Pourprisum Ægidii, in Chron. Bonæ Spei pag. 268.

PROPRESA. Charta Philippi Regis Franc. an. 1271. in 30. Regesto Chartophylacii Regii cap. 220. Ponatur in margine paludis alius terminus inter paludem & Propresam.

PROPRISUS, in Præcepto Ludovici Imper. an. 835. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 94.

POURPRISURA, ut Porprisum. Charta an. 1293. in Chartul. Domus Dei Pontifar. Cum Pourprisura eidem domui adjacente. Pourprisua, in alia an. 1225. ibid. Le Roman d' Athis MS.

Hors la ville a tel Pourprissure,
Trois grans lieues la place endure.

PURPRISURA. Tabul. Latiniac. an. 1195. Concessi in elemosinam Abbati & Conventui S. Petri Lati-

- gniacensis locum capellæ cum Purprisura adjacente.
- ¶ **PORPRESTURA**, Tabul. SS. Trinit. Cadomens. fol. 43. *Et postea istas cepit Porpresturas de dominio, &c.* Occurrit rursus p. 63. Polyptychus Fiscamn. an. 1235. *Dominus Radulphus de Argentiis tenet unum masagium. ... unde reddit. ... sex denarios de Porprestura.*
- ¶ **PORPRISTURA**, Charta an. 1123. apud Madox Formul. Anglic. pag. 73. *Reddidit etiam eis omnes Porpristuras, de quibus inter eos discordia & calumpnia erat.*
- PURPRESTURA**, Idem quod *Porprisa*, Ambitus. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 139. *Dedi. . . totum pratum meum. . . liberum & quietum ab omni servitio, & Purpresturam gardini sui.* [Adde Chartam an. 1299. apud Rymer. tom. 2. pag. 855.]
- ¶ **PROPRESTURA**, Eodem significato, in Polyptycho Fiscamn. an. 1235. *Willelmus filius Nicolai tenet novem masagia, unde reddit IV. solidos & dimidium, & de Proprestura muri duos capones.*
- PURPRISUS**, Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 106. *Donavi eis meum Purprisum de Kirkam, & domos meas, &c.*
- ¶ **PORPRISUS & PROPRIUS**, Muris vel sepibus cinctus, conclusus. Præceptum Ludovici Imper. an. 835. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 95. *Et de Porprisa silva jornales octo, & aliam communem silvam non Propriam.*
- ¶ **PORQUERIUS**, Porcorum custos, suarius, *Porcher*, Provincialibus *Pourquié*. Charta an. 1442. ex Schedis Præf. de *Mazaugues*: *Possint eligere, ordinare & constituere æstimatores, sive communes bannerios, & etiam Porquerios communes.* Vide *Porcarius*.
- ¶ **PORQUETUS**, Porcellus, junior porcus, Provincialibus, *Pourquet*. Tabul. S. Victoris Massil. *Quod teneantur & debeant decimam Porquetorum. Pro singulo Porqueto minore unius anni, in Transact. an. 1501. ex Schedis Præf. de Mazaugues.*
- ¶ **PORQUS**, pro Porcus, in Charta an. 1403. inter Schedas ejusdem Præsidis.
- ¶ **PORRATA**, ut mox *Porrecta*. Consuet. MSS. Solemniac. *In festo Cathedra S. Petri cornutas, sepias & anguillas cum Porrata.* Ibidem: *In festo sancti Eligii sepias & rosolos & anguillas cum Porris.* Rursus: *In festo SS. Crispini & Crispiniani martyrum, Porratam.* Vide *Poirata*.
- PORRECTA**, Jusculum ex porris confectum. Gall. *Porrée*. Miracula S. Galterii Abbatis Pontifarenfis num. 15. *Qui insufflans in faciem ejus, dixit, Hoc modo Porrectam tuam calidam sufflando refrigerabo.* [Vide *Porrata*.]
- ¶ **PORRECTURA**, Altitudo, in Gasp. Barthii Gloss. ex Baldrici Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 199.
- ¶ **PORRELAGIUM**, f. pro *Porcellagium*. Charta Philippi II. Reg. Franc. an. 1170. apud Perardum in Burgundicis pag. 244. *Et in universa terra ejus non habet talliam vel Porrelagium, &c.*
- ¶ **PORRESTARIUM**, pro *Potestativum*, dominium, in Charta Attonis Vicecom. an. 942. apud Stephanot. to. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 500. *Concedo. . . totum alodum & totum Porrestarium de villa & de omni parochia S. Salvatoris de Bruera.* Infra: *Concedo. . . totum allodium, & totam Potestatem & dominium de prædicto honore de Brucia.*
- ¶ **PORRETA**. Vide *Perrara*.
- PORRETANI**, Gilleberti Porretani Episcopi Pictavenfis sectatores, de quo Otto Frisingensis lib. de Gestis Frider. cap. 46. 47. & alii apud Baron. an. 1147. *Beslium & Sammarthanos.* Ebrardus

- Bethuniensis contra Valdenses, c. 1. p. 49. *Nisimus Nominales in hoc, sed potius Porretani.* De Gilberto, Alanus de Insulis l. 4. Anticlaudianus p. 50. *Illic castra tenet, & eadem miles in arte Gilbertus saltu fallaci transiit artem.*
- Vide Metalogicum Joannis Sarisber. lib. 2. c. 17.
- ¶ **PORRIGIUM**, πύργον, ἢ ἐν τῇ κεφαλῇ ἑυπαγία, in Gloss. Lat. Græc. *Porrigo*, apud Nonium cap. 2. 701. Horat. lib. 2. Sat. 3. 126. & Juvenal. Sat. 2. 79. *Porrigo, teigne, rache, roigne*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.
- ¶ **PORRUS**, Verruca, Gall. *Porreau*. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 138. *Cujus manus erant plenæ Porris & fere ex eis consumpta. Erant porri isti ad instar ulcerum.*
- PORTÆ**, Angustia itinerum, quas Hispani *Portus* vocant: τὰ στενά, πυλάι, Græcis scriptoribus; *Clausura*, Latinis recentioribus. Jornandes de rebus Geticis: *Nam locatim recisus, (mons) qua disrupto jugo vallis hiatu patescit, nunc Caspias Portas, nunc Armenias, nunc Cilicas, vel secundum locum qualis fuerit, facit, vix tamen plaustro meabilis, lateribus in altitudinem utrimque directis, qui pro gemium varietate diverso vocabulo nuncupantur.* Otto Frisingensis lib. 1. de Gest. Frider. c. 32. *Igitur Rex ad Portam Mesiam 70. pugnatorum millia vel amplius habens, erupit, in campoque inter Portam præfatam, & fluvium Lithale. . . . castra posuit. Portæ S. Basilii, in Expeditione Asiatica Friderici I. Imp. pag. 64. Porta Hispania, apud Rogerum Hovedenum pag. 560. quæ vulgo Portus aliis Scriptoribus dicuntur. Porta Ruscia, apud Rogerium de Destruct. Hungariae cap. 14. Ita Portas usurpant præterea Albertus Aquensis lib. 1. c. 8. lib. 3. cap. 5. lib. 10. c. 38. Raimundus Montanerius c. 207. & alii.*
- PORTA**, Teloneum quod ad portam exigitur, *Portaticum*. Charta Petri Episcopi Atrebatensis ann. 1194. *Sibi tamen de assensu nostro retinuit in vita sua in parte districti, quæ dicitur strata, exercitum, cavalberiam, talliam, altam justitiam, Portam, & calciam in porta, &c.* [Charta inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 30. *Denique tunc proclamavi ei lesdas quas fraudulenter & violenter, sicut audistis, mihi abstulerat, & Portam & medietatem mensis Octobris de tertio salis.*] Vide *Portaticum*.
- ¶ Qui ab hac exactione immunes erant, *libertatem habere in porta* dicebantur. Charta ann. 1204. ex Tabul. Episcopat. Massil. *Libertatem quam Rex Jerusalem Balduinus fratribus S. Samuelis ordinis Præmonstrat. dedit in Porta, funda, cathena, pondere & mensura, ut possent emere, vendere & intrare & exire per totum regnum Jerosolimitanum.*
- PORTA**, Munus ipsum Portarii Monastici, seu quod ad portæ officium pertinet, apud Adalardum in Statutis Corbeiensibus pag. 8. 19. & Hariulfum lib. 3. Chron. Centulensis cap. 19. pag. 516. in privilegio Monasterii Atrebatens. concessio in Conc. Vermeriensis circa an. 866. &c.
- PORTA**, Tribus vel urbis Regio vocatur apud Mediolanenses & Italos. Sigonius lib. 6. de Regno Italiae, de Ottone I. *Mediolanensium civium alios in tribus urbis, quas illi Portas vocabant, & agri pagis, quos Plebes nominabant, Capitaneos instituit.* Vetus Charta apud Camillum Peregrinum in Dissertatione Italica [apud Murator. to. 5. pag. 235. edita,] de notione hujus vocis: *Ut primum Presbyteri Portæ Summa, & Clerici simul cum Laicis ad Episcopum descenderent. Liber inscriptus Flos florum: Isto tempore & per longa tempora ante, Archiepiscopus Mediolani erat Dominus spiritualis & tempo-*

ralis Mediolani, & regebatur civitas per Consules datos per Archiepiscopum, quibus enssem ipse dabat, cum regere inciperet: aliquando per Capitaneos factos per Archiepiscopum in qualibet Porta specialis parentela regebat. Mox addit unicuique Porta, sive regioni fuisse vexilla propria, quorum colores & figuras describit. Occurrit non semel in Statutis Mediolanensibus. Vide Falconem Benevent. pag. 209. 229. & Ottonem Morenam in Hist. Rerum Laudensium pag. 70. 75. 78. 96. & alibi.

¶ PORTA diversa non nihil notione, in Ogerii Panis Annal. Genuens. ad an. 1213. apud Murator. tom. 6. col. 405. Papienses vero audito hoc equitaverunt cum Portis quinque solummodo militum & peditum, &c. Ubi porta pro militum turma videtur accipi.

PORTÆ AUREÆ, dictæ in majoribus civitatibus portæ præcipuæ, per quas solemnnes ingressus vel processus fieri solebant, ut Constantinopoli Porta aurea, Græcis *πυλὴ χρυσή*, de qua copiose egimus ad Willharduinum num. 129. & in nostra Constantinopoli Christiana: Romæ apud Ottonem Frising. lib. 2. dc Gest. Frider. cap. 22. & Guntherum lib. 4. Ligurini: Hierosolymis, in Gestis Francor. expugn. Hierusalem pag. 572. Thessalonica, apud Joannem Cameniatam de excidio Thessal. cap. 24. Ravenna, &c. [Eadem notione Mestre porte usurpat le Roman de la Rose MS.

*C'est a savoir que Dangier porte
La clef de la plus mestre Porte.]*

PORTA ARGENTEA Basilicæ S. Petri Romæ, apud Anastasium in Sergio II. PP. & Paulum Diac. lib. 4. Chr. Casin.

PORTAS ABSTRAHERE. Libertates concessæ urbi Barcinon. à Petro Rege Arag. an. 1283. Dominus potest emphyteota abstrahere auctoritate propria Portas, si non solvit ei censum die statuto. Item si non firmat sibi jus, potest abstrahere Portas.

¶ PORTARUM AMISSIO, Genus pœnæ, qua quis domum suam claudere tenebatur. Litteræ Johannis Reg. Franc. an. 1351. tom. 2. Ordinat. pag. 479. Obediant & obtemperent sub pœna quinque solidorum Turon. domino nostro Regi danda, aut per Amissionem portarum hospitiorum suorum, &c. Supra: Ad hoc possint compelli... captis pignoribus, & clausura eorum hospitiorum. Quæ loquendi formula apud nos in usu est erga mercatores, quibus mercaturas exercere prohibitum; ii enim tabernam claudere, Gall. *Fermer boutique*, dicuntur.

PORTAS APERTAS conscribere, Testamento aut tabulis manumittere. Lex Ripuar. tit. 61. §. 1. Si quis servum suum libertum fecerit, & civem Romanum, Portasque apertas conscripserit, &c.

¶ Qua loquendi formula significabatur libertas manumisso data eundi quo vellet. Leg. Willelmi Northi: Si quis velit servum suum liberum facere, . . . ostendat ei liberas Portas & vias, &c. Vide Manumissio, col. 460.

¶ PORTÆ APERTÆ, in Charta Alaman. 7. sub formul. manumiss. unde hodie *Pasporte* dicimus. Spelman.

PORTÆ ECCLESiarum reliquiis Sanctorum consecrata, vel non consecrata, in Legibus Longobard. lib. 1. tit. 9. §. 30. in Capitularib. Caroli M. lib. 4. c. 13. [in Capit. 1. Ludovici Pii an. 819. c. 1. & in Can. Isaaci Episcopi Lingon. tit. 2. cap. 2.]

PORTA LEVATURA, Pons publicus ad portas urbium. Hist. Cortusior. lib. 6. cap. 5. Qui calata Porta levatura, seu saracenesca, inter utramque partem vivus emanavit inclusus. Lib. 7. cap. 16. Sed propter Portam civitatis, quæ erat levatura, non fuerunt

ausi intrare successive. Lib. 1. cap. 18. Calatis suis pontibus levaturis, processit in hostes.

¶ Porte coulant, pro Catarracta, porta pendula, occurrit in Poemate de la Rose MS.

*Si a bonnes Portes coulans,
Por faire ceus de hors dolans,
Et por els prendre & retenir
S'il osoient avant venir.*

¶ PORTA PARADISI. S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 2. cap. 50. Si est Papa vel Rex, vel Pater monasterii, qui suscipitur, totus conventus usque ad Portam paradisi progreditur, &c. Vide Paradisus 1.

PORTA POPULOSA, in jure Hungarico domus habens justam integramque familiam. Albert. Molnarus.

¶ PORTA REGIA. Vide Regia.

¶ PORTA REGULARIS, Monasterii janua. Litteræ an. 1216. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 519. Donet prepositus unam sextariam panis siligineæ elemosynario, quam idem elemosynarius omni die ad Portam regularem distribuatur pauperibus & egenis.

¶ PORTABILIS, Qui potest portari, Gall. *Supportable*. Sidonius lib. 8. Epist. 11. Difficilis aditu, cum facilis inspectu; & portandus quidem, sed Portabilis. S. August. Epist. 34. ad Paullinum: Onus tolerabilius & Portabilius.

¶ PORTACIA, ἀνδραχύν, in Gloss. Lat. Græc. Cod. Sangerm. Portacla, ἀνδραχύν, εἶδες λαχάνε.

¶ PORTAGIARIUS. Vide Portaticum.

1. PORTAGIUM, Delatio vel portatio rei alicujus, in Statutis Gildæ Scoticæ cap. 44. locum vide in *Requies*. Charta an. 1206. ex Tabulario Ecclesiæ Carnotensis num. 49. Prædictas autem decimas & campipartem idem Miles & heredes ipsius ad dictam granicam deferre tenebuntur, sed à gravi excussio Portagio remanebunt immunes.

2. PORTAGIUM, Portage, in Regesto peagiorum Bappalmæ, fumitur pro ea præstatione quæ exsolvitur pro mercibus quæ collo portantur. Charta Philippi Reg. Franc. an. 1222. ex M. Pastoralis Eccl. Paris. *Servitium Portagii novi Episcopi per tres milites episcopatus, &c.* [Ubi de solemnibus ingressu Episcopi agi videtur, qui militum humeris tum portabatur.]

3. PORTAGIUM, Idem quod Portarium, seu præstatio ad urbium portas. Vide Portaticum.

¶ 4. PORTAGIUM, Salarium ejus qui urbis portas aperit & claudit. Statuta Communiæ de Montefquivo an. 1306. Erit autem ipsorum (Consulum) officium portas clausura dicti castri . . . claudere & aperire per se vel per alios . . . nullo Portagio vel alio emolumento . . . inde petenda.

¶ 5. PORTAGIUM, Capacitas, Gall. *Port, portée d'un vaisseau*, quantum navis continere & vehere potest. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1406. apud Rymer. tom. 8. col. 439. Nec non naves & naviculas guerrinas necessarias, cujuscumque Portagii fuerint, quotiens necesse fuerit congregandi, &c.

PORTALE, Porta. Nostri *Portail*, vel *portal* vocant portam ampliore, decumanam, cujusmodi sunt urbium. [Charta Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1173. Concedimus etiam . . . licentiam (burgum) claudendi muris & vallis atque Portalibus.] Charta Joannis Episcopi Magalonensis ann. 1238. Item concedimus vobis Portale Montispeffulani & anteportale, & claves ipsorum, ut libere vos & vestri introeatis & exeatis de nocte & de die, & intromittatis illos quos videbitis intromittendos, & utamini ipsis Portali & anteportali, & clavibus ad voluntatem vestram. Alia an. 1262. Liceat etiam eidem Episcopo (Magalonensi)

in parte sua juxta domum suam murum villa aperire, & ibi Portale facerecujus claves illi custodiant. [Instrum. an. 1347. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 66. Item injunxerunt dicto cellarero, quod muetam que est super Portale de Burgo dicti burgi de Monte faciat praparari. Charta an. 1358. ex Schedis Cl. V. Lancelot : Volens quod specialiter per Portalia dicti loci in dicto loco nullum periculum possit in aliquo evenire, claves omnium Portaliū dicti loci, videlicet Portalis de Teuleria, . . . restituit. . . . Sic quod dicta Portalia claudant in occasu solis, & ea aperiunt in ortu solis.] Occurrit in alia Petri Episcopi Massiliensis an. 1163. apud Sammarthanos, [in Annal. Genuenf. Barthol. apud Murator. to. 6. col. 447. in Statut. Massil. lib. 5. c. 11. & in Hist. Eccl. Meld. tom. 2. p. 286.] Charta an. 1427. apud Thomasserium in Con- fuet. Bituric. p. 128. *Lesdit Bourgeois seront tenus de garder la porte ou Portail de ladite ville, & y faire le reguet par nuit, &c.* [*Le Roman de la Rose MS.*
Et si y a quatre Portaus
Dont le murs est espés & haus.
Le Roman de la guerre de Troyes MS.
Dos mois tot plein & entiers
Avoient Griū sis as Portax
Que n'en estoit eissu vassalx;
Prians ni leissoit portes ouvrir,
Qui les attendoit avenir.]

- ¶ PORTALE, Vestibulum, atrium. Acta SS. Junii to. 2. pag. 61. de SS. Quatuor Mart. Gerund. *Cum magno timore intus Portale intravit, & ipsum portale jussit cum lapidibus & calce claudi.* Adde Processum de B. Petro Luxemb. tom. 1. Julii pag. 566. Pro vestibulo domus, seu porta ejusdem ampliore in Litteris an. 1376. apud Knippenberg. Hist. Eccl. Ducatus Geldriæ pag. 104. *Assignaverunt . . . totam aream. . . cum muro ipsam includente, cum capella, cum hospitali, cum Porta ac domo sua . . . excepto tamen quod domum cum Portali in ipsa sitam area. . . . dom. Wernerius reservavit.* Transactio an. 1233. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: *Ut quoties fusta necessaria fuerit . . . ad edificandum vel rescindendum domos suas, vel Portalia, vel clausuras, &c.*
- ¶ PORTALIS CAPELLA, Quæ ad portam monasterii sita. Instrum. an. 1290. apud Stephanot. to. 13. Fragm. Hist. MSS. pag. 459. *Missam ibidem in capella Portali, seu de porta audivit, predicavit, indulgentiam dedit, &c.*
- ¶ PORTALGUERIUM, dimin. à Portale, minor porta, Massiliensibus *Portaler.* Statuta Massilienf. lib. 5. cap. 37. *Inhibentes firmiter ne aliquis Massilia presumat edificare, vel bastire à via illa publica, per quam itur ab Ecclesia S. M. de paradiso apud S. Vi- tiorem usque ad Portalguerium majus versus portum.*
- ¶ PORTALIS, Qui portæ urbis curam habet, ut videtur D. Secousse. Litteræ Johannis Reg. Franc. an. 1355. tom. 4. Ordin. pag. 340. *Tenore præsentium mandantes, ut dictos consules consulatum, domum, sive domos, Portales, clariumque (claviumque) detentores manuteneant.* Potest tamen & de portis amplioribus intelligi, ut supra Portale.
1. PORTALLUM, in Tabulario Ecclesiæ Briva- tensis sub an. 1253. 1256. Domuncula.
- ¶ 2. PORTALLUM, Idem quod Portale, nostris *Portail.* Ordin. Johannis Reg. Franc. an. 1356. tom. 3. Ordin. pag. 62. *Pro. . . . edificatione seu reparatione murorum, currium, Portallorum, fossato- rum, &c.* Adde tom. 4. pag. 324.
- ¶ PORTALLUM, Vestibulum, atrium, Gall. *Par- vis.* Charta ann. 1195. inter Instr. tom. 1. no- væ Gall. Christ. pag. 51. col. 2. *Portalli usus quod*

est inter ecclesiam S. Stephani & hospitale pauperum, communis civibus & burgensibus : ita ut sine contrarie- tate tempore pacis, eorum omnibus pateat aditus.

- ¶ PORTAMENTUM, vox Italica, Actio, agendi ratio, nostris *Comportement.* Bartholomæi Annal. Genuenf. ad ann. 1238. apud Murator. tom. 6. col. 479. *Ad preces communis Janue (Papa) subtra- xit ecclesiam Nauli episcopo Savone, & citavit Epi- scopum Albinganensem, pro malo Portamento quod ipse fecerat pro Comuni Janue in negotiis Riparie ad cu- riam suam.* Vide Portare 1.

- ¶ PORTAMENTUM ARMORUM. Charta Gallica an. 1313. apud Rymer. tom. 3. pag. 447. inscri- bitor : *De prærogativa Regis super Portamento armo- rum.* Vide Portatio.

- ¶ PORTANAGIUM, ut *Portaticum.* Vide in hac voce.

- PORTANARIUS, PORTENARIUS, Idem qui Por- tarius, Janitor : sic de hoc officio Monastico usur- pat Eckehardus de Casibus S. Galli cap. 10. pag. 82. *Nam cum Portanarius esset, de voluntate ipsius, ipsa cum eo pridie secreta condixerat.* Levoldus Nor- thovius in Chronico Markano pag. 15. *Qui post- modum castri de Altena Portenarius fuit.* Adde Gol- dastum tom. 2. Rerum Alemannic. pag. 189. in margine. *Portinaio* eadem notione dicunt Itali. Ja- cobus Passavantius : *Venne alla porta del munistero, & domando il Portinaio.*

- ¶ PORTONARIUS, Portæ custos, Portarius. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 6. vº. *Teneantur potestas & re- ctiores . . . tenere portam & ostia & domus habitationis sue aperta à mane usque in sero, ita quod possit ad ipsum accessus haberi, & volentes ei loqui, audire, & nocte tenere & habere Portonarium qui pulsantibus aperiat.* Ibid. lib. 5. fol. 123. vº. *Item quod omnia inventa portari sine licentia vel bulleta dicti domini judicis au- ferantur per Portonarios portarum civitatis Vercellarum & teneantur consignari judici ea die vel sequenti, sub pena solid. xx. Pap. pro quolibet Portonario vel custode.*

- ¶ PORTENARIUS, Dignitas in Ecclesia Colonien- si, cui portarum ecclesiæ & chori cura demandata erat. Codex MS. quotidianarum distribut. Capit. Colon. ex Bibl. Atrebat. *Octo officii scilicet decano majori, subdecano, choriepiscopo, scholastico, cellera- rio, cantori, Portenario majori, Portenario minori, cui- libet ipsorum datur una carrata vini.*

- ¶ Obtinuit etiam hæc dignitas in Ecclesia Fuldensi, ut constat ex Charta Berthoi II. ejusdem loci Ab- batis : *Cum dilectus noster Berthous decanus & Portena- rius ecclesie nostræ majoris consideraret bona, &c.*

- PORTUNARIUS, pro Janitore, non pro eo qui por- torium exigit, ut vult Lindenbrogius, videtur usur- pari in Lege Longob. l. 1. tit. 25. §. 14. 15. 16. 17. ubi agitur de *Portunario* qui mancipium transpo- suerit, quod scilicet ejus custodiæ commendatum erat, quod verba §. 17. satis declarant : *Quia post- quam cognovit quod fugax erat, si eum tenere non po- tuerit, mox innorescere aut antecurrere debuit.* Et §. 16. *Portitor* appellatur : ubi Edictum Rotharis Regis tit. 20. 21. 22. habet *Portonarius.*

- ¶ Litem dirimere videtur doctiss. Murator. tom. 1. part. 2. pag. 38. ex I eg. Rotharis Reg. tit. 270. qui ex Codice Ambros. ita inscribitur : *De Porti- nario, qui super flumina portum custodit. Si quis Por- tunarium pulsaverit, quod fugacem hominem transvivis- set, & Portunarius negaverit, ita decernimus, ut præ- beat sacramentum solus, quod ad conscientiam ipsius non pervenisset, quod fugitivum hominem aut furem trans- posuisset, & sit absolutus à culpa. Qui vero nesciat ja- nitor eum esse furem vel fugitivum, qui ejus cu-*

stodiæ commendatur? Præterea de fure hic sermo est qui extra provinciam cum furto aufugere tentat. *Portunarius* itaque eo loci cum Muratorio intelligendus Nauta, sive custos navis, per quam viatores ad ulteriorem fluminis ripam transmittuntur. Hujusmodi navigia *Portus* & *Portora* appellantur etiamnum apud Italos, quorum nautas *Portinarios* vocant, eodem teste. Vide *Pontones*.

¶ PORTANELLUM, Portula, ostiolum. Epistola Petri Archiep. Narbon. an. 1348. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1396. *Modicum Portanellum portarum dictæ ecclesiæ pro nobis aperiri fecerunt, per quod vix & cum difficultate ac pressura intrare potuimus ecclesiã.*

¶ PORTAPAZ, vox Hispanica, nostris *Porte-paix*, Instrumentum quod inter Missarum solemnias osculandum defertur. Concil. Limanum an. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 659. *Nec pro Regibus, neque gubernatoribus secularibus, nec aliis personis secularibus... detur (pax) per patenam, sed per tabellam, vulgo Portapaz.* Vide *Pax* col. 299.

¶ PORTARATICUM. Vide *Portaticum*.

1. PORTARE. Auctor Hist. Miscellæ hæc Theophranis, τῷ ἑρασιμώσαντι καλῶς, sic reddidit, *qui se bene Portaverat*. Phrasis Gall. *Qui s'étoit bien porté.* [Regimina Paduæ ad ann. 1325. apud Murator. tom. 8. col. 438. *Et dictus Potestas cum capitaneo Theotonicorum, male se Portabant inter partes.* Vide *Portamentum*.]

¶ 2. PORTARE, Ponere, dirigere, in lib. 3. de Imit. Christi cap. 4. num. 4. *Quidam Portant suam devotionem solum in libris, quidam in imaginibus, &c.* Eadem notione *Porter* usurpant Galli.

¶ 3. PORTARE, Asportare, auferre, Gall. *Emporter*. Tabul. S. Albini Andegav. *Occiderunt anseres hominum S. Albini & Portaverunt, & sui homines intraverunt per violentiam in vineas monachorum, & vitorem verberaverunt & racemos Portaverunt.*

¶ 4. PORTARE, Ferre, sustinere: dicitur de oneribus & impensis, quibus aliquis obnoxius est. Capitul. gener. S. Pontii Thomer. an. 1362. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 92. *Quæ omnia onera transferentur & supportabuntur ad & per prioratum & per dictum priorem S. Crispini, cum aliis etiam oneribus prædictum prioratum S. Crispini Portare solitum consentiant.* Infra: *Pro aliis oneribus prædictis & aliis utriusque consuetis suportare, &c.*

¶ 5. PORTARE SE, Se habere, Gall. *Se comporter*. Charta Richardi Regis Angliæ an. 1195. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. XIV. *Et ex illa meta, sicut se Portabit, usque in Secanam, &c.* Vide *Proportare*.

¶ PORTARE AD COLLUM, De minutis institoribus dicitur, qui fune ad collum suspenso merces suas præferunt. Teloneum Episcopat. Autiss. *De illis qui portant ad collum. Omnes qui Portant ad collum sunt immunes de ob. Sabbati.*

¶ PORTARE AD POIS, ibidem, dici videntur dosfuarii propolæ, qui merces suas in dorso circumferunt: *De illis qui Portant ad pois. Omnes de villa Portantes ad pois debent XVIII. den.*

¶ PORTARE FIDELITATEM, Fide adversus aliquem teneri, constringi. Charta inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 29. *Qui homo erat ecclesiæ, & meus, & fidelitatem Portare mihi debebat, & veritatem dicere.*

¶ PORTARE TABULAS prohibitum in plerisque Regum nostrorum Edictis quæ ad rem monetalem spectant. Litteræ Philippus VI. an. 1347. tom. 2. Ordin. pag. 265. *Quæ nul billonneur... ne s'en-*

tremette de billonner en hostel, ne dehors,.... ni de Porter tablete par tout nostredit royaume. Quibus verbis vetitum existimo ne quis auri vel argenti tabulas seu laminas, Gallice *Lingots*, deferat. Vide *Tabula* 6.

¶ PORTARIA. Vide *Portarium* & *Portarius*.

¶ PORTARITIA TROYA, Sus feta, Gall. *Truye pleine*. Statuta Astens. Collat. 11. cap. 64. f. 32. vº. *Quod aliqua persona non audeat vel presumat tenere in civitate Astensi aliquam troyam Portaritiam, &c.*

¶ PORTARIUM, Portorium, ac tributum, quod ad portas civitatum exsolvitur. Gloss. Gr. Lat. Τέλος πωλῆς, *Portarium*. [Charta Matthæi de Pariniaco apud Thomasseriũ in Biturig. pag. 698. *Hoc est, medietatem de Portario, quod est apud portam novam Biturricæ urbis, tam de exeuntibus, quam de egredientibus.* Vide alia notione in *Portus* 1.]

¶ PORTARIA, Eadem notione. Pancharta nigra sancti Martini Turonensis apud Sammarthanos in Episcopis Parisiens. *Reddidit Canonicis S. Martini Portariam quamdam pro anima genitoris Roberti, &c.* Vide *Portaticum*.

¶ PORTARIUS, Officium Monasticum, qui Portæ Monasterii curam habet, *Ostiarius* dictus Vigilio Diacono in Regula Orientali cap. 26. S. Benedicto in Regula cap. 66. *Janitor*, S. Isidoro in Regula cap. 19. & in Regula Magistri cap. 95. Illud viris ætate maturis, & vitæ inculpatæ ut plurimum committebatur: uti præcipitur in Novella Justiniani 133. cap. 1. adeo ut inter potiora Monasterii munia haberetur, interdumque in Abbates eligerentur portarii, ut est in Chronico Monasterii de Fontanis cap. 10. Ad id tamen sufficere sapientem & honestum famulum contendebant Cluniacenses, ut est apud Petrum Venerab. lib. 1. Epist. 28. pag. 659. 674. De hocce officio, & ejus munis agunt iidem Vigilius, S. Benedictus, S. Isidorus, & Regula Magistri locis laudatis, Regula Canonicorum ex Concilio Aquisgranensi cap. 143. Adelardus in Statutis Corbeiensibus lib. 1. cap. 4. Chrodegangus in Regula Canonicorum cap. 12. Statuta Ordin. Præmonstrat. dist. 2. cap. 17. &c. quibus adde Vitam S. Pachomii num. 19. Formulas 47. & 48. ex Baluzianis, Itinerarium S. Wilibaldi num. 25. Scylitzem in Isacio Comneno, Chartas Alamannicas Goldasti cap. 16. 18. 25. 66. 78. Browerum lib. 2. Antiq. Fuld. pag. 138. Odoricum Rainaldum an. 1289. num. 29. &c. *Portarius, & Subportarius*, in libro Usuum Ordinis Cisterciensis cap. 84.

¶ PORTERIUS, Eadem notione. Charta an. 1344. in Tabul. S. Victoris Massil. *Residuis autem servitoribus meis,.... & Porterio satisfactum est pro quolibet mense.* Occurrit præterea in Charta Humberti II. an. 1348. inter Ordin. Reg. Fr. to. 3. p. 274.

¶ PORTARIUS PAUPERUM, in Monasteriis, portæ scilicet ad quam pulsabant pauperes eleemosynam petentes. Tabularium Conchenſis Abbat. in Ruthenis Ch. 312. *Benama Cellarius, Adraldus Portarius, Rotgerius Porterius pauperum, &c.*

¶ PORTARIUS EXTERIOR, sive curiæ, ad quod officium deligi jubetur unus de conversis fratribus, probatus moribus, affabilis, &c. in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 15. De ejusmodi portarii intelligendus auctor Vitæ S. Stephani Abbat. Obasin. lib. 2. cap. 3. *Porro hic frater quem Procuratorem vel Portarium dicimus, utpote Laicus exteriorum curam habet commissam, cuncta necessaria à monasterio deferens, nihil à secularibus petens, nisi quod ipsi sponte dederint sive transmiserint.*

PORTARIUS CLAUSTRI, ibidem cap. 16. ex conversis pariter fratribus, cujus officium est introitum claustris observare jugiter, ne quis extraneus ingredatur, aut intro inspiciat, &c.

PORTARIA, Officium portarii, in Charta ann. 1523. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 183. *Quæ omnia ut facilius vitari possint, præcipimus in prima porta haberi unum continuum portarium expensis solitis Portariæ.*

PORTERIUS, Officium in Aula Dalphinali. Ordinatio Humberti II. an. 1340. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 396. *Item, ordinamus in dicto hospitio unum esse Porterium peditem deputatum, qui in hospitio comedat & habeat tres florenos auri pro suo salario annuatim. . . . Item, sit diligens ipse Porterius & sollicitus quod statim cum aliquis nobilis aut alius ad ostium venerit, notificet nobis si poterit, vel Magistro nostri hospitii, aut Consiliariis vel Thesaurariis nostris vel cuicumque alio, per quem poterit nobis notificari, vel remedium apponi, in permittendo illos intrare, si deceret. Vide ibid. pag. 315. ubi pro Posterii leg. Porterii, ut infra pag. 316. habetur.*

PORTARIUS, Dignitas in Aula Regum Portugallicæ. Chartam Dionysii Regis subscribit cum aliis proceribus *Monendus Roderici Portarius Major & Vicemajor domus*, apud Brandaonem tom. 5. Monarch. Lusitan. pag. 308. vº. Vide eundem lib. 12. cap. 11. ubi videtur idem cum Ostiario Palatii, de quo egimus suo loco. Alii sunt

PORTARIJ, Executores scilicet Regiæ Jurisdictionis, quorum numerus est 12. in Regno Aragon. de quibus multa habet Michael del Molino in Repertorio Foror. Aragon. *Portarii, seu Officiales Prælatorum*, in Concilio Palentino an. 1322. cap. 19. *Tertia Curia generalis Catalaniæ sub Jacobo II. Rege Arag. ann. 1311. Non ponemus nec mittemus pennones vel Portarios, nec alium hominem ratione guidatici in castris R. horum hominum.* Curia generalis Catalaniæ celebrata in villa Montifalbi ab Alfonso Rege Arag. ann. 1333. *Ut executionibus fendis modus non excedatur, statuimus quod nullus Porterius noster, . . . nec aliquis alius faciat, aut facere possit executionem aliquam sine consilio Vicarii Curie, vel bajuli, judicis, &c.* Agitur etiam de iis in Curia celebrata an. 1363. in villa Montiffoni. *Porter*, apud Raimundum Montanerium in Chron. Reg. Aragon. cap. 217. *Porteros*, in Foris Aragonensibus lib. 1. tit. de Portariis, ubi de eorum officio. Vide *Azembliarius*.

Eadem, aut certe non multum absimili, notione Portarius usurpari videtur in Cod. MS. reddituum Monast. Corbeiensis: *Omnes generaliter præter liberos debent sex diebus pro singulis mansis ad opus manuale ad fossatum, & debent submoneri à Portariis in templo; qui non solverit, emendat.* Ibidem: *Cum sena abbatibus colligenda fuerint, submonent Portarii, & singula domus debent unum mittere qui colligat.* Rursum, ubi de falsis mensuris: *Ferratura autem mensurarum Portariorum est.* Ita & Porterius accipitur in Charta an. 1288. ex Tabul. Auxit. Archiepisc. *Habeant manderium qui . . . mandet communia negotia, & Porterium ponent quandocumque eis videbitur.* Neque ab iis alii videntur qui *Pourteriers* vocantur in Charta Johannis D. de Commercis an. 1312. quorum præcipuum officium fuit silvas custodire & servare: *En telle maniere encore que ledit Pourterier varderont lesdits boys, c'est à sçavoir qu'il eslurent entre eux quatre Pourteriers pour estre jurés. . . . qu'il garderont & garderoient bonement & seallement lesdits boys pour les Pourteriers. . . . & ne doivent lesdits Pourteriers rien*

vendre desdits boys & donner, ny desarter sans l'octroy desd. Signours de Morvillé.

PORTARIUS, Portorii exactor. Vide *Portaticum*.

PORTARIA, in Sanctimonialium Monasteriis. Concilium Cabilonenfe II. cap. 64. *Portaria non eligatur, nisi quæ etate matura sit, &c.* Regula cujusdam ad Virg. cap. 3. *Portariæ seu Ostiariæ Monasterii tales esse debent, quæ omnium simul mercedem adificent, etate senili, quibus mundus silet, &c.* Adde Regulam Sanctimonialium ex Synodo Aquisgran. cap. 26.

PORTARIA DOMUS, Ædicula Portarii Monastici. Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensibus. *Clausuram Curie, domum Portariam, & lapides Ecclesiæ sculptos, &c.* Vel certe hospitale Monasterii. Bulla Alexandri Papæ pro Monasterio Corbeiensis in Tabul. Episcopat. Ambian. fol. 157. *Hospitali autem vestro, quod Portaria dicitur, decimas à Catholicis ipsius loci Abbatibus & aliis Dei fidelibus rationaliter concessas auctoritate Apostolica confirmamus.*

PORTARIA, Portarii, vel Ostiarii Officium Palatinum, de quo Leges Alfonso, seu Partida, part. 2. tit. 9. leg. 14. *Porteria en casa del Rey, es muy grand Officio, porinde aquellos que este lugar tenuiren, deven ser de buen linaje e leales, e aver en si todas aquellas cosas que diximos de los otros oficiales: e sobre todo deven ser muy entendidos: para saber quales han de acoger, e aque sazones: e ha menester que sean de buena palabra, e bien razonados, de manera que los acogieren se tengan por bien recibidos dellos, e alosque non acogieren sepan mostrar razon porque lo fazen: e despues que los ovieren acogidos, deben lo fazer saber al Rey que omes son, o por que vienen, &c.*

PORTATICUM, Idem quod *Valvarum theloneum*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 21. §. 1. Charta Chlodovei III. Regis Franc. apud Mabilionium tom. 4. SS. Ordinis S. Benedicti p. 618. *Nec Portatico, nec pontatico, nec rotatico, nec nullas redditionis. . . exactare penitus præsumatis.* Charta Caroli Mag. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus: *Ita ut neque navalia telonia quæ ripaticos vocant, atque terrestria, neque in transitibus portarum, vel pontis urbis Verona. . . aliquid dare cogatur.* Charta Caroli Calvi apud Bellium in Episcopis Pictaviensibus pag. 28. *Ullum teloneum, aut ripaticum, aut Portaticum, aut pontaticum, aut salutaticum, &c.* Charta Aystulfi Reg. Longobard. an. 753. apud Ughell. tom. 2. pag. 108. *Ut de singulis navibus Portaticum libera vestra, exigatis libertate.* Infra: *Atque granum illum quod annue colligitur de Portatico in curte nostra, &c.* Chronicon Benevent. S. Sophia: *Et de Portatico ex lignis per singulas portas hujus civitatis.* Charta Radelchisi Ducis Longob. *Concessimus vobis omne illud Portaticum, quod per singulas portas & posterulas hujus civitatis Beneventana annualiter dare debetis, &c.* Charta Friderici I. Imp. an. 1158. *Aut in portuum sive navium, aut Portarum transitu passagium accipere, aut in foris teloneum. . . ab eis extorquere præsumat.* Charta Sancii VII. Regis Navarrae apud Tepez tom. 3. pag. 375. *Et præcipio ut nemo accipiat in omni regno meo de censu vestro, nec de pecoribus vestris Portaticum, nec pedagium, nec alios usus.* Adde Chartas alias descriptas à Godefrido Monacho an. 1168. pag. 142. à Doubleto pag. 656. 693. 708. 709. 732. 778. Hemereo in Academia Paris. pag. 33. Ughello tom. 4. pag. 794. Catello in Hist. Tolosana pag. 193. 194. in Hist. Occitan. pag. 746. 748. Sandovalio in Episc. Pampilon. pag. 76. Anton. Brandaon. tom. 3. Monarch. Lusitan. fol. 294. vº. Colmarefio in Hist. Segoviensi cap. 15. §. 11. &c.

PORTAGIUM, Eadem notione. [Charta Ludovici VI. Reg. Franc. an. 1136. apud Marten. tom. 1. Amplif. Collect. col. 749. *Portagia que de feodo Episcopi casati tenebant eos accipere prohibebant.*] Hist. Episc. Autissiod. cap. 63. *Capellanas sacerdotales & perpetuas instituit & fundavit de redivo quem adquisierat in Portagio Trecenti, &c.* Regestum feodorum Campaniæ fol. 94. *De 60. libris annui redditus, quos percipit in Portagio vini apud Pruvinum.* Regestum feodorum Franciæ fol. 98. *Ernoult du Vergier tient du Roy le Portage de la porte du pont, &c.* Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1106. *Portagium quoque Divionensis portæ, quod pater meus de vino proprio Monachorum Divionensium ubi ubi consistentium donaverat, &c.* Alia Theobaldi Comit. Campaniæ an. 1241. apud Morinum in Histor. Vastinenfi pag. 314. *Predictas decem libras prefatis fratribus concedo & assigno annuatim habendas apud Provinum in nundinis Maii, in Portagio portæ qua dicitur S. Joannis.* Charta Adelfonsi Regis Hispan. in Bibl. Cluniac. pag. 1435. *Et omnem decimam de Portagio, videlicet de pontibus de Nazara & Gronnio.* Sed videtur legendum *Pontagio*. [Alia ejusdem Reg. in Tabular. Casæ Dei: *Concedo totum Portagium & de lignis omnibus & omni madera, & de sale & de carbone, & de omnibus aliis minuciis qua per bannum S. Joannis transeunt, quod Portagium ad regiam spectat celsitudinem.*]

PORTANAGIUM. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1271. in 30. Regesto Chartophylacii Regii Ch. 230. *Porro piscaria & Portanagium Rodani, . . . sint communes inter castrum de Mota & domum Militia templi.* [Ubi portanagium malim de tributo, quod in portibus exigitur, interpretari.]

PORTAGIARIUS, Portoriorum exactor. Regestum Magnorum Dierum Trecentium ann. 1288. fol. 30. *Injunctum est Baillivo Trecenti quod inhibeat expresse Portagiariis porta civitatis Trecentis quod portagium non exigant vel levant ab aliquibus personis Ecclesiasticis vel secularibus super hoc privilegiatis.* Adde pag. 44.

PORTARATICUM. Vetus Charta apud Ughellum .to. 5. p. 1541. *Portaraticum omne de piscibus aliisque rebus dari solitum ad portas Tiburtina civitatis.*

PORTARI, Publicani qui portoria & portatica exigunt ad oppidorum portas. Charta Siconis Principis Beneventani in Chr. S. Sophiæ pag. 591. *Ita ut nec a gastaldis nostris neque Portariis, aut qualibet persona accipiant, &c.*

PORTATILES EPISCOPI, Qui clero & populo carent. Vide in *Episcopus*.

PORTATINUS quis fuerit docet Chron. Eftenfe ad an. 1351. apud Murator. tom. 15. col. 467. *Portatinus cum LX. remis, qui habet officium precipiendi omnibus parte Admiralii.*

PORTATIO ARMORUM, Eorum instructus & gestatio, Gall. *Port d'armes*, inter supremi domini jura ita recensetur, ut majori etiam justitiano, nisi illud ab antiquo habeat, de delictis in hanc rem commissis, non liceat cognoscere aut judicare. Transactio inter Philippum Pulcrum Reg. Franc. & Episcopum Capitulumque Eccles. Vivar. ann. 1307. ex Schedis Cl. V. *Lancelot: Gentes nostra dicebant & asserebant nos in civitate Vivarii, & terris dictorum Episcopi & Capituli . . . habere jurisdictionem temperamentalem, resortum, Portationem armorum & coercionem eorum, regalia, superioritatem, & alia qua ad jus pertinent principatus.* Infra: *Arma portare infra terram, & jurisdictionem suam mediatam vel immediatam, poterunt dicti Episcopus & Capitulum.* Litteræ

Philippi V. Reg. Franc. an. 1319. tom. 1. *Ordinat. pag. 698. num. 18. Volumus etiam, & de gratia concedimus speciali, quod Senescalli nostri predicti, ceterique officiales nostri predictos Nobiles altam habentes justitiam, Delatores armorum, occasione criminum & excessuum aliorum, quam ipsius Delationis armorum, in eorum terris commissorum, punire permittant, quodque ab illis, à quibus emendas occasione Portationis armorum pro nobis levabunt Senescalli, vel officiales nostri, ipsas non exigant, nisi modo quo antiquitus fieri consuevit, quodque dictos Nobiles ad quos ab antiquo cognitio & punitio Portationis armorum pertinent, non impediunt quo minus de hoc uti possint, impedimento quocumque cessante.* *Portatio armorum prohibitorum, in Constit. Jacobi Reg. Siciliæ cap. 53. Vide supra Portamentum.*

PORTATOR, Qui aliquid portat. Spicil. MS. Fontanell. p. 428. ubi de ordine funeris: *In exitu juniores debent precedere, post alii per ordinem, ultimo feretrum cum suis Portatoribus, qui albis non paratis induantur.* Eadem notione *Portitores funeris* dixit Ambrosius lib. 5. in Luc. cap. 7.

PORTATOR, Tabellarius, in Epist. Johannis VIII. PP. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 154. *Et per eorum Portatorem de benedictionibus S. Petri vos remuneremus.* Vide *Portitor*.

PORTATOR, Qui panem ex officio ad furnum defert, in Litteris Philippi Aug. Reg. Fr. an. 1186. tom. 4. *Ordinat. pag. 76. In furnis Boscom. non erunt Portatores consuetudine.* Vide *Porterius*.

PORTATORES CHRISMATIS. Inventar. ornament. tom. 1. *Rer. Mogunt. pag. 94. Item multa tunica diversorum colorum, . . . quibus utebantur ministri altarium & acolyti & chrysmatis Portatores.*

PORTATOR lecti Regis, inter ministros regios recensetur in Libro nigro Scaccarii pag. 352. ut & *Portator scutelle elemosynariæ, pag. 346.*

PORTATORIUM, Machina gestatoria, cujus Romæ usus in Palmarum festo. Alcuinus de div. Offic. *Hodie preparatur quoddam Portatorium honestissime, in quo intromittitur S. Evangelium.* Vide *Portitorium 2.*

PORTATORIUS, Quo aliquid portatur. S. Augustini Serm. 7. in Ascensione: *Delectat adspicere Christum Dominum Portatoriis nubibus ascendentem.* *Portatoria sella*, apud Cæl. Aurelian. lib. 1. *Tard. cap. 1. 15.*

PORTATUM, Reditus, proventus, Gall. *Raport.* Statuta Collegii de Monte-acuto ann. 1402. apud Lobinell. tom. 5. *Hist. Paris. pag. 683. Si quis . . . adquisierit beneficium vel patrimonium, quod beneficium vel patrimonium, vel etiam ambo simul possint eidem valere in Portatis summam 30. librarum Paris. non recipiatur ulterius ad bursas Collegii.*

PORTATURA, Vectura, Gallice *Port, voiture.* Codex censualis MS. Irminonis Abb. Sangerman. *Isti solvunt faculas & faciunt Portaturam, &c.* Computus an. 1336. tom. 2. *Hist. Dalphin. p. 279. Item, pro Portatura arnensium domini de portu Olibani usque Nicziam, taren. iv. Vide Portus 7.*

PORTATURA, Quantum quis ferre potest, onus viri robusti, nostris *Charge, portée.* Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 24. *Communiter autem venditur ibi foro mediocri triticum predicti ponderis, scilicet unius viri robusti sex Turon. argenti. . . Est autem Portatura illic tritici taxata ad tres sextarios, ex quibus unus in mense sufficit cuilibet comestori.* Statuta Vercell. lib. 3. fol. 93. vº. *Pro qualibet Portatura ad dorsum solid. v. Pap.*

1. PORTELLA, Portula, minor porta. Charta

- an. 1347. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 568. *Item, unum aliud tabernaculum de argento deaurato, cum Portellis operatis.* Occurrit etiam tom. 3. Conc. Hispan. pag. 166. *Portella*, ὑμνοπόλιον, παραπόλιον, in Gloss. Lat. Gr. Vide *Portellus* 2. & *Postella* 2.
- ¶ 2. PORTELLA, pro *Sportella*, Fiscella. Litteræ Eduardi III. Reg. Angl. an. 1356. apud Rymer. tom. 6. pag. 78. *Duas Portellas de ficibus, & duas Portellas de racemis, &c.*
- ¶ 1. PORTELLUS, Portus minor, ubi naves onerantur & exonerantur. Charta Willelmi Vicecom. Biter. ann. 990. apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Bened. Occitan. MSS. pag. 399. *Infrontat in Petra que est in via super Portellum de Colcanicis.* Adde Consuet. Tolos. rubr. de terminis art. 2.
- ¶ 2. PORTELLUS, Minor porta. Hist. Episc. Autissiod. apud Labbæum tom. 1. Bibl. MSS. *Muris novis ac fortibus, Portelloque & propugnaculis... illum ambitum circumcinxit.* Vide *Portella* 1. & infra *Postella* 2.
- ¶ PORTEMIA, *Navicula Syriaci generis lata & sine carina, à portando vocata.* Utuntur iis in Pannonia. Isid. lib. 19. Orig. cap. 1. Idem habet Papias. Ex Hesychio *Porthium* scribendum putat Martinius. Sed *portemia* proximior est
- ¶ PORTENNA, Eadem notione, apud Nicolaum Specialem lib. 7. de Reb. Sicul. cap. 17. tom. 10. Murator. col. 1070. *Sed die tertia, ut ipsos defensores urbis in multarum partium defensione distraherent, quo debilitatam urbem viris bellatoribus facilius superareent, cathenam quæ portum urbis concluderat, præmissis Portennis, quas vulgo alii filvas, alii copas vocant, magnisque navibus succedentibus infringere conabantur.* Vide *Pontones*.
- PORTENARIUS. Vide *Portanarius*.
- ¶ PORTENATICUM. Vide *Portulaticum*.
- PORTENDICULUM, Felix omen, ex voce Lat. *Portendere*, Ominari. Lambertus Ardensis p. 148. *In cuius aggeris felicissimo latibulo felicitis ominis Portendiculum, lapillum super aurum optimum perpetuo mansurum insinuatum asserunt.*
- ¶ PORTENNA. Vide *Portemia*.
- PORTENSIS, *Portitor, janitor.* Ugutio, & Johan. de Janua.
- ¶ PORTENTARE, *Portendere.* Vita SS. Paterni & Scubilionis tom. 2. April. pag. 429. *Recusare non poterat quod jam secreta Dei dispensatione Portentatum fuerat.*
- ¶ PORTENTIO, *Portentum, prodigium,* in Gloss. Gasp. Barthii ex Guiberti Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 428.
- ¶ PORTERIUS, Furni minister, qui panem ad furnum ex officio defert. Statuta Arelatenf. MSS. art. 80. *Commune habeat in dicto castro III. guachas, & unum fornerium, & unum fornelerium & unum Porterium, &c.* Ubi leg. *Posterius* ut in art. 154. Vide in hac voce, & supra in *Portarius*, alia notione.
- ¶ PORTEROLA, Portula, ostiolum. Chron. Atinenf. apud Murator. tom. 7. col. 907. *Habebat autem civitas in gyro muros, tres portas cum viis suis, Porterolas septem.* Legendum forte *Posterula*. Vide ibi.
- ¶ PORTGREVIUS. Vide *Portireve*.
- ¶ PORTI, Portari. Epitath. S. Wernheri Mart. to. 2. April. pag. 702. *Hoc faciet Princeps, gladius cui Portitur anceps.*
- ¶ PORTIANUM. Charta an. 1172. apud Stephanot. tom. 2. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 390. *Dannus.... totum quod habemus in Portiano, & in vivariis, & in villa de Palatiolo.* Forte, id

- quod extra portam loci positum est; nisi nomen sit proprium.
- ¶ PORTIANUS. S. Ambros. Epist. 20. *Nec jam Portiana, hoc est, extramurana basilica petebatur, &c.* Perperam Macri in Hierolex. hanc basilicam sic dictam volunt quod extra civitatis portam exstructa erat: nam à Portiano ejus fundatore nomen habuit. Vide Mabill. in Diario Ital. & Murator. tom. 1. part. 2. col. 212.
- ¶ PORTICA. Vide *Porticus*.
- ¶ PORTICALE, ut infra *Porticus*: vox Italica. Cardin. de Aragon. in Alexandro III. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 458. *Ecclesiam cum ancis portis & vicinis Porticalibus... tradiderunt.* Vita B. Henrici Baucens. tom. 2. Junii pag. 372. *Et se appodians ad lapides Porticalis cum capello suo in manibus, &c.* Statuta Cadubrii lib. 3. c. 31. *Ordinamus quod si quis maleficium aliquod sive delictum commiserit... in ecclesia, vel in Porticali ecclesia.*
- PORTICANI. Concilium Lateranense I. an. 1122. cap. 12. *Illam vero pravam Porticanorum consuetudinem, qua hæcenus ibi fuit;... removendam censemus: ut Porticanorum habitatorum sine hæredibus morientium bona contra morientium deliberationem minime pervadantur: ita tamen ut Porticani in Romana Ecclesia & nostra nostrorumque successorum obedientia & fidelitate permaneant.*
- ¶ Quinam sint *Porticani* in hoc canone memorati definire haud facile est. Alii *Portuenses* hic indigitatos volunt, qui à portu Romano, ubi habitabant, nomen habuerunt. Hi à Præfecto Urbis, sub cuius jurisdictione erant, varie vexabantur, maxime tunc temporis, quod Præfectus Calixto infensus esset; unde eo canone ipsis consultum est. Sed ii *Portuenses*, non *Porticani*, constanter appellantur; hinc nonnulli per *Porticanos* intelligunt peregrinos qui Romam piæ peregrinationis ergo ad SS. Apostolos pergebant, à porticibus, ubi recipiebantur, *Porticani* dicti, vel *Perticani*, à pertica viatoria quam gestare solebant. Quæ sententia ex eo potissimum firmatur, quod in præcedenti canone eorum mentio fiat qui ad loca sancta aut B. Jacobum peregrinantur: non ergo omitti debuerunt à Concilio Romano qui Romam eadem religione adibant; præsertim cum à fautoribus Burdini pseudopontificis tunc male haberentur peregrini. Denique Macri fratres *Porticanos* interpretantur Clericos, qui, à Carolo M. instituti ut peregrinos per urbis loca deducerent, ad porticum, quæ ab Adriani mole, usque ad basilicam S. Petri protendebatur, habitabant; unde nomen adepti sunt. Plura vide apud laudatos fratres in Hierolexico.
- ¶ PORTICATIO, Porticum structura, in circuitu monumentorum ædificata apud Macros. Lex funeris D. lib. 11. tit. 7. *Itaque si amplum (monumentum) ædificari testator jusserit, veluti in circuitu Porticationis, &c.* Vide *Porticulus*.
- ¶ PORTICIA, pro *Posticia*. Vide *Posticum*.
- ¶ PORTICO, Porticus. Miracula B. Simonis August. tom. 2. April. pag. 828. *Ipsa existente... sub Porticone domus cujusdam vicina sua, &c.*
- ¶ PORTICULA, Portula. Acta S. Richardi Episc. tom. 2. Junii pag. 248. *Foramen basis instar Porticula persistebat, quantum cervix hominum cum habilitate ingerere se videretur.* Vide *Portella* 1.
- PORTICULUS, Papiæ, *Malleus in manu portatus, quo signum datur remigantibus.* Ugutioni, & Joande Janua, *Baculus parvus ad portandum habilis.* [Aliis, *Portisculus.*]

PORTICULUS, Minor porticus, seu ædicula quæ rumulis ac sepulcris mortuorum superstruebatur, in Pacto Legis Salicæ tit. 58. *Porticus etiam & triclinia sepulcris adscribunt Lex funeris, §. monumentum, D. de Religioſ. & Lex 5. Cod. Th. de Sepulcris violat. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 83. Si quis corpus in terra, vel noſſo, vel petra sub pyramide vel ſtructura qualibet poſitum ſcleratus inſamationibus eſſodere vel expoliare præſumpſerit, &c. Vide Selave, & Ponticulus.*

PORTICUS SANCTA, Ædis ſacræ propylæum in porticus formam exſtructum, in quo conſiſtebant Catechumeni & Pœnitentes. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 49. *Leudaſtes enim egrediebat de baſilica, & inruens in domos diverſorum, prædas publicas agebat. Sed & in adulteriis ſæpe infra ſanctam Porticum deprehenſus eſt. Concilium Nannetenſe cap. 6. Prohibendum etiam ſecundum majorum inſtituta, ut in Eccleſia nullatenus ſepeliatur, ſed in atrio, aut in Porticu, aut in exedra Eccleſiæ. Vide Deſcriptionem Ædis Sophianæ. Cæſarius Heyſterbach. lib. 6. cap. 5. Publice pœnitentibus ita erat paratus, ut frequenter cum illis in Porticu ſedens chartulas legens, conſolationem impenderet, orationum ſuffragia ſcribi faceret.*

Notatu proſus dignum videtur Areltium ann. 1454. quo ſtatuitur ut arma duorum Canonico-
rum Nemaufenſium, qui in aliquo delicto deprehenſi fuerant, in porticu eccleſiæ omnibus conſpicienda exponerentur: *Et ulterius Curia declaravit arneſia ſeu arma, quæ dicti Canonici deſerebant exceſſus committendo, eſſe Regi conſiſcata & ſibi pertinere, & poverentur & remanerent in Porticu ſpatio octo dierum & poſtea traderentur regio Theſaurario Nemaufenſi.*

PORTICUS, improprie pro Sanctuarium, ſeu orientalis eccleſiæ pars, in qua majus altare erigi ſolet. Vita S. Wunebaldi ſæc. 3. Bened. part. 2. pag. 188. *Celebratis Miſſarum ſollemniis, ſtatim illam Porticum qua fabricata atque parata in orientali plaga tenebatur, hoc eſt Sanctuarium, almis orationum benedictionibus Chriſto commendando ſanctum Domino conſecravit templum. Non omnis illa eccleſia adhuc edita ſubtiliterque in ſublime fuerat erecta: ſed una tantum Porticus in orientali plaga præpropero tenebatur opere, ut illic almus Altiffimi athleta conderetur in crypta.*

PORTICUS, Locus in Monaſteriis ubi excipiebantur advenæ: *Locutorium*, forte etiam *Clauiſtrum* ipſum. S. Stephanus in Regula Grandimonteniſium c. 51. *Quoties autem oportuerit vos exire in Porticum cauſâ loquendi cum veſtris viſitationibus, lætam faciem eis præ-tendite, & cum gaudio eos ſuſcipite, &c.*

PORTICUS, Aditus, porta. Locus eſt in *Pertuſeria*.

PORTIFIRETICUS, pro *Porphyreticus*, in Epiſt. Regi Abiſſinorum falſo adſcripta ad calcem Cod. MS. Corbeienſis: *Gradus vero ſunt de Portifiretico partim ſerpentino & alabaſtro à tertia parte inferius.*

PORTIFORIUM. Ingulſus pag. 907. *Reſtituit Monaſterio noſtro calicem quondam capelle ſuæ, unum Portiforium de uſu noſtræ Eccleſiæ, & unum Miſſale, &c. Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli Londinenſis ann. 1295. Unum Portiforium plenarium cum nota veteri, nou regulariter. Bibliotheca Paulina, ibidem: Liber vocatus Portiforium antiquum, ſecundum uſum Sarum, &c. Vide tom. 3. Monaſtici Anglic. p. 364. & part. 2. pag. 79. Laudatur à Pitſeo in libro de Scriptoribus Angl. Oſwaldi Cartuſiani, qui vixit an. 1450. Liber qui Portiforium inſcribitur.*

Quid ſit Portiforium diſcimus ex Breviario Londini edito an. 1555. quod inſcribitur: *Portiforium ſeu Breviarium ad inſignis Eccleſiæ Saribuſ. uſum accuratiſſime caſſigatum, cum multis annotatiu. oculis, &c.*

Infra: Incipit ordo Breviarii ſeu Portiforii, &c. Vo-cis etymon ab eo quod foras facile portari poſſit accerſendum opinor.

PORTIPHORIUM, Eadem notione. Teſtam. Rotheraſmi Eborac. Epiſc. ann. 1498. in Lib. nig. Scaccarii pag. 675. *Item unum Portiphorium, ſecundum uſum Eboracenſem.*

PORTIGHELLUS, Atrium, Gall. *Porche*. Statuta Mutin. rubr. 30. fol. 5. vº. *Potestas teneatur . . . ponere ad conſilium generale de faciendofieri unum Portighellum in capite ſtationum communis à latere ſero qua ſunt circa plateam. Qui Portighellus debeat fieri tantum cum remis ſine columnis.*

PORTILITIA, perperam pro *Fortilitia*. Vide *Fortia* 3. Chron. Mutin. ad an. 1333. apud Murator. tom. 11. col. 123. *Et ſibi partiti fuerunt tua caſtra, Portilitias, reditus, & honores, &c.*

PORTINARIUS. Vide *Portanarius*.

PORTINGHERIUS, Apparitor. Vide *Perticarius*.

PORTIO, Pondus quoddam ſex uncias habens. Papias.

PORTIO, Societas. Capitul. Attonis Epiſc. cap. 95. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 35. *Pœnitentia ſubmittantur, . . . ſimiliter illi qui in hoc conſiliati fuerint, vel aliquam habuerint Portionem. Galli dicere-mus, qui y auroient eu quelque part.*

PORTIO, Penſio annua. Statuta Valent. Eccl. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 510. *Ut poſſint habere doctorum copiam, ſtatutum eſt quod ſemper in cathedralibus Eccleſiis detur Portio magiſtro grammatica. Vide Portionare.*

PORTIO CANONICA, Penſitatio annua Canonico aſſignata. Statuta Eccl. Valent. ibid. pag. 144. tom. 4. *Canonici præbendati recipiant in canonica Portione xv. denarios. Vide in Canonicus.*

PORTIO CONGRUA, debita, Sufficiens pars re-ditus beneficii vicario perpetuo aſſignata. Charta Guidonis Epiſc. Eduenſis ann. 1340. inter Inſtr. tom. 4. novæ Gall. Chriſt. col. 109. *Aſſignamus & concedimus præſata vicaria pro dote ſua, . . . pro Portione ſua congrua res, bona, jura, &c. Charta Nicolai Epiſc. Miſn. an. 1379. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 399. Concedentes ſæpe dictis Abba-ti & Monachis in perpetuum ut unum ex ſuis . . . vel etiam ſacerdotem ſecularem Archidiacono Luſaci-enſi pro tempore præſentatum legitime & admiſſum, relicta ſibi pro victu & hospitalitate Portione debita vicarium perpetuum, vel temporalem, quomodo ipſis magis expedire viſum fuerit. Portio nude dicitur in Charta apud Madox Formul. Angl. pag. 71.*

PORTIONALES. Papias: *Viſ publica eſt, ſi quis ci-vem ante Portionales, populum, vel judicem, vel Re-gem appellentem necaverit, verberaverit, vel vixerit.*

PORTIONALIS, dicitur de eo quod alterius pars eſt. Tertullianus de Veland. Virg. cap. 4. *Subje-tum igitur eſt generali ſpeciale, . . . & Portionale uni-verſali.* Idem de Jejun. cap. 8. *Nam exceptio edulio-rum quorundam, Portionale jejuniuſ eſt.*

PORTIONARE, Portionem ſeu penſionem annuam aſſignare. Charta ann. 1374. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Arvern. p. 368. *Ipfam Johannam . . . pro nunc Portionant & appanant de centum libris annuatim per curſum vite ſuæ. Vide in Portio.*

PORTIONARIUS, Colonus partiarius, qui ad medietatem fructuum prædium colit, idem qui *me-dietarius*. Vide in hac voce. Bulla Sixti IV. PP. inter Privil. Equitum S. Johan. Hierof. pag. 135. *Conceſſum eis fuiſſet, ut de poſſeſſionibus quas ipſi Ma-giſter & fratres propriis manibus & ſumptibus colebant, aut per ſuos arrendatores, colonos, quinterios, firma-*

rios & Portionarios ad tempus, . . . aliquas decimas ipsi, & sui arrendatores, . . . & Portionarii solvere minime tenerentur. Hinc

- ¶ PORTIONARII dicti Beneficiati in Ecclesiis cathedralibus, qui dimidiam tantum præbendam percipiunt. Hi aut ab Episcopis, qui Clerum suum augere volebant, instituti sunt, aut ut Canonorum absentium vices supplerent; inter Canonicos tamen nusquam sunt numerati. Innocentius III. PP. in Epist. ad Alphonsum Episc. Auriens. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 414. *Significasti siquidem nobis quod, ut in ecclesia solemnius Domino serviretur, de consilio Capituli tui sex præbendarum proventus provida deliberatione conferre duodecim Portionariis statuisti, qui debeant in eadem ecclesia ad supplendum aliorum defectum continue residere.* Constitut. Arnaldi Episc. Barcin. an. 1280. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 606. *Nec non & Portionarii qui canonici non sunt, nec non presbyteri beneficiati ecclesie antedictae, &c. Portionarii integri & dimidii,* in Conc. Mexic. ann. 1585. tom. 4. Conc. Hisp. pag. 391. Vide Marten. de Rit. pag. 396. Ampl. Collect. tom. 7. col. 296. Acta SS. tom. 7. Maii pag. 377. & infra in *Præbenda*.
- ¶ 2. PORTIONARIUS, Qui portitorium vel naulum exigit. Constit. Sicul. l. 1. tit. 76. *Superexactiones restitui faciant & rapinas quas gabelloti, forestarii, platearii, Portionarii, seu passagerii contra veterem formam, aut contra nova nostra Curie statuta in fideles nostros exercent. Sed hic forte Portuarium est legendum.* Hæc Spelman. Vide *Portuarium*, & infra *Portitores*.
- ¶ PORTIONISTA, Convictor, Gall. *Pensionnaire*. Statuta Collegii de Monte-acuto an. 1499. tom. 5. Hist. Paris. Lobinelli pag. 717. *Ab ipsa communitate ex lucris & mercede & directione divitum Portionistarum & cameristarum necessaria pro suis actibus theologicis citra magisterium ministrabuntur.* Gomezus de Gestis Fr. Ximenii lib. 8. pag. 1147. *Erat in Ildefonsi collegio inter Portionistas juvenis quidam excelso & generoso animo. A diurnis cibi ac potus portionibus deducenda videtur vocis origo.*
- ¶ PORTIPHORIUM. Vide *Portitorium*.
- ¶ PORTIREVE, Urbis sive portus Præpositus. Sic autem olim dictus est urbis Londinensis Præpositus, quem hodie *Majorem* vocant. Vox ibrida, à Latino *portus*, & Saxon. *Ʒepere*, i. Præfectus, Præpositus. [Nihil est cur vocem ibridam esse dicas, *port* enim Saxon. portum sonat.] Leges Edw. Confess. cap. 1. apud Bromptonum: *Voluit ut omnis homo habeat advocatum suum, & nemo bargannet extra portum, sed habeat Portireve testimonium, vel alterius non mendacis hominis cui credi possit.* Eadem habentur in legibus Adelstani Regis cap. 17. Leges Athelredi Regis cap. 24. *Si Portireve vel Tungravo, vel alius Præpositus compellat aliquem quod theloneum supertenuerit, &c. Portgreve* habet Cambdenus in Cantio, ubi de oppido *Maidston*: *Immunitatesque plurimas regina Elisabetha fert acceptas, qua Majorem summum Magistratum instituit, pro Portgrevio quem primum habuit, &c.*
- ¶ PORTISCULUS. Vide *Porticulus*.
- ¶ PORTITOR, Idem qui *Portarius*, Janitor, in Legge Longob. lib. 1. tit. 25. §. 16. Vide *Portuarium*.
- ¶ PORTITOR, pro *Portator*, gerulus, bajulus, in Lex. Philos. Goclenii. Hist. Cortusior. lib. 5. *Deinceps oneratis quam pluribus Portitoribus auro & argento non modico, &c.* Adde Agnelli Pontificale apud Murator. tom. 2. pag. 196. & Chronic. Tarvis. apud eumd. tom. 19. col. 820.

¶ PORTITOR, Nuntius, tabellarius, in leg. 7. Cod. Theod. Execut. apud Isidorum lib. 6. cap. 8. & Senatorem lib. 1. Ep. 46. lib. 8. Ep. 8. lib. 10. Ep. 10. [Sidon. lib. 6. Ep. 3. Epist. formata Adventii Episc. Metens. an. 862. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 159. *Ideo notum facimus fraternitati vestre, quod presens Portitor, qui ordinatus est à nobis presbyter, &c. Portitor nugarum, Portitor litterarum,* apud Goclen. in Lex. Philos. Vide *Portitor*.] Aliàs

¶ PORTITORES, dicuntur qui *portoria* exigunt, & ad portus sedent, apud Nonium Marcellum, Donatum ad Terentii Phormion. Vide *Lambinum* ad *Plautum*.

¶ 1. PORTITORIUM, *τελωνεϊον*, in Gloss. Lat. Græc. Locus ubi vectigal exigit publicanus, portitor.

¶ 2. PORTITORIUM, *Lectica*. Hist. MS. exceptionis Reliq. S. Baudelii in Monast. Saxiac. ann. 878. *Delata est puella in Portitorio, miserabilis & tenaci contractione debilis.* Vide *Portitorium*.

¶ PORTITURA, Capacitas, Gall. *Portée d'un vaisseau*. Charta Henrici VII. Reg. Angl. an. 1496. apud Rymer. to. 12. pag. 595. *Cum quinque navibus sive navigiis, cujuscumque Portitura & qualitatis existant, &c.* Vide *Portagium* 5.

¶ PORTIUNCULA, diminut. à *Portio*, particula. Orosius lib. 6. cap. 7. *Historia Suetonii competentes Portiunculas decerpimus.* Utitur Apuleius, aliique inferioris latinitatis Scriptores.

¶ PORTMOTA, Curia, portus, vel portui indicta, qua res ad portum spectantes agitantur: à Saxon. *port* de portus, & *Ʒemot*, conventus. Ita Spelman. Computus an. 1425. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 570. *Cum firma manerii & molendinorum de Clyston predicta, cum extentis curiarum, Portmotis & tolneto fori, &c. Curia portmotorum,* apud Blount in *Nomolex. Anglic.*

¶ PORTOLADI, Remiges; Italis, *Portunati*; nostris, *Forçats*, qui ont soin de l'esquif & le conduisent. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 20. *Expedit quod sint ibi decem Portoladi ad bancha puppis cujuslibet galearum. . . . Expedit quod ibi sint 20. Portoladi, qui ad bancha sequentia puppis remigent, dum est locus, pro solidis quinque grossorum quilibet omni mense.*

¶ PORTOLATTE dicuntur in Gloss. Franc. Barber. ad Docum. d'Amor. edit. Ubald. pag. 261. *homines qui in galea incipiunt remigare, & alii postea sequuntur.*

¶ PORTONAGIUM. Vide *Portulaticum*.

¶ PORTONARIUS, Nauta, qui itinerantes ad ulteriorem fluminis ripam navigio transvehit. Vita S. Johannis Episc. Valentin. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1696. *Ad portum. . . cum comitatu numeroso pervenit, ubi cum à Portonariis naulum propter multitudinem caritative exigeretur. . . . Ante tamen quam ripam ulteriorem contingerent, . . . nautas pacavit.* Vide *Portuarium*.

¶ PORTONATICUM. Vide *Portulaticum*.

¶ PORTORA, pro *Portus*, terminatione Longobard. Navis quæ ad trajectus fluminum pontis vicem præbet. Charta an. 774. tom. 2. Bullar. Casin. pag. 17. *Concedimus. . . molinis lacora, Portora & piscationes per singulas aquas.* Vide *Portura* & *Portus* 3.

¶ PORTORIUM dicitur quadam præstatio qua datur pro navium applicatione seu statione & mercatione quacumque facta in portu; unde differunt *pedagia*, *gvidagia* & *salviaria*. Vocabul. utriusque juris. Vide *Portulaticum*.

¶ **PORTRACTUS**, Pictus, delineatus, à Gall. *Portraire*, pingere. Inventar. MS. Eccl. Anic. an. 1444. *Item corporalia cum suo repositorio albo ab extra cum arbore Portracta cum suo cordulo.*

PORTSOKA. Vetus Charta Cantabrigiensis apud Somnerum in Tractat. de Gavelskind pag. 135. *Concessit etiam eis quietantiam mardri infra urbem, & in Portsoka, & quod nullus, &c. Rursum: Concessimus etiam quod nullus de civitate, vel Portsoka sua captus, vel reatus de aliquo crimine vel forisfacto, pro quo debeat imprisonari, imprisonetur alibi quam in prisona civitatis, &c. Saxon. Portce, est portus, vel porta: γός, γόκα, Jurisdictio, dominium, &c.*

¶ **PORTUAGIUM**. Vide *Portulaticum*.

¶ **PORTUALIS**, Fauces, claustra montium. Hist. Cortuf. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 800. *Portualia plena erant peditum armatorum. Vide Portus I.*

¶ **PORTUENSIS**, Eadem notione; hinc *Portuensia horrea, condita, Portuenses mensores, opera.* Vide Gotofred. ad leg. 9. Cod. Theod. de Suariis lib. 14. titul. 4.

¶ **PORTUGALENSIS**, Lusitanus, in Epist. Innocentii III. PP. inter Conc. Hispan. to. 3. p. 434.

PORTULANI, Qui portubus maris, vel fluminum, eoque nomine navibus quæ in statione sunt, præfunt. Statutum Honorii IV. pro Regni Neapol. incolis an. 1285. *Deferentes præmissa emptiua dent particulari Portulano loci, in quo fiet oneratio eorumdem, fidejussoriam cautionem.* Horum munus pluribus describitur à Petro de Vineis lib. 2. Epist. 36. *Itali Portolano vocant, libro dove sono descritti porti del mare.* Exstat editus Venetiis an. 1576. cum il *consolato del mare.* Habetur etiam Gallice editus. Vide *Turcogræciam Crusii* pag. 525.

¶ Alii videntur *Portulani* Papa memorati à Laur. Byzinio de Orig. belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 126. *Cui quidem Concilio (Constantiensi) ipse Johannes Papa XXIII. personalter interfuit. . . . Item Portulani Papa 24. Ubi Portulanos quosvis tributorum exactores interpretor.*

¶ **PORTUZANI**, ut *Portulani*. Anonymus de gestis Manfredi & Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 609. *Legem ponit (Carolus Rex) regnicolis, novosque secretarios, justitarios, admiratos, protonotarios, Portuzanos, dohanerios, . . . statuit. Portulanos edidit Baluzius tom. 6. Miscell. pag. 277.*

¶ **PORTULANIA**, Officium, dignitas *Portulani*. Longinus in Vita S. Stanislai tom. 2. Maii pag. 274. *A nobili domino Jobanne Sobyensky officium Portulania precario obtinuit.*

¶ **PORTULARIUS**. Vide *Portulani*.

PORTULATICUM, Tributum quod præstatur pro navibus in portubus consistentibus. Charta ann. 1231. apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 665. *Causaque vertitur . . . super plateatico seu Portulatico, quod dictus Episcopus per se ac per suos portulanos exigit à deferentibus victualia, &c. Idem videtur quod*

¶ **PORTENATICUM**, in Charta Anselmi Archiep. Mediol. an. 1100. apud Puricellum in Basil. Ambros. pag. 519. *Coloneum (I. teloneum) quod vulgo turadia dicitur, sive Portenaticum, &c.*

¶ **PORTONAGIUM**, Eodem significatione. Charta Raimundi Comit. Tolos. an. 1222. *Concedimus & donamus irrevocabiliter præfato hospitali (S. Ægidii) ut liceat fratribus ibidem morantibus per omnes partes nostro dominio & jurisdictioni subditas, sive per terram, sive per aquam remota omni inquietatione & sine aliquo contradicte & sine aliqua petitione, vel ex-*

actione, ut pote pedaggi, tolonei, Portonagii, leuda vel usatici. . . res suas libere ubique deferre.

PORTONATICUM, in Charta Berengarii & Adalberti Regum Italiae an. 952. *Videlicet Portonaticum, palificaturam, teloneum, ripaticum, navium ligaturam.* [Charta Ottonis Imper. an. 981. *Per hoc nostrum perdonamus præceptum ut nullus eorum. . . in aliquo loco donet Portonaticum, aut ripaticum, &c.* Eadem leguntur in Charta Conradi II. Imper. an. 1027. apud Illustr. Fontaninum in Antiq. Hortæ pag. 388. & alibi passim.]

¶ **PORTUAGIUM**, Eadem notione, in Charta an. 1222. inter Privil. Equit. S. Johan. Hierof. p. 31.

¶ **PORTUNATICUM**. Charta Friderici II. Imper. an. 1220. apud Ughellum tom. 2. pag. 23. *Portum Laveratici cum Portunatico, &c.*

¶ **PORTUNARIUS**. Vide *Portanarius*.

PORTUNUS. Vide *Neptunus*.

PORTURA, [Idem quod *Portora*. Vide in hac voce.] Capitulare de causis regni Italiae cap. 17. Capitulare Pipini Regis Italiae cap. 29. & Lex Longob. 13. tit. 5. c. 3. *Sicut consuetudo fuit sigilla & epistolas prendere, vel Porturas custodire, ita & nunc fit factum.* Idem Capitulare Pipini c. 9. *Ut vias & Porturas vel pontes infra regnum nostrum in omnibus pleniter emendatas esse debeant, &c.* Infra: *Nam per alia loca super ipsa flumina nullatenus Porturas esse debeant.* In Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 26. ubi eadem pene verba inferuntur: *Ut via & Portus, & pontes, &c. Mox: Nullatenus pontes esse debeant.*

1. **PORTUS**, Fauces, Claustra montium, *Puertos* Hispanis, quibus proprie dicuntur claustra Pyrenæorum montium. Turpinus in Hist. Caroli M. cap. 11. *Tunc Aigolandus fugiens transievit Portus Aferros, & venit usque Pampilonam.* Cap. 21. *Dum Carolus cum 20. millibus Christianorum. . . . Portus transfret.* Occurrit ibi pluries Sebastianus Salmanticensis Episcopus in Hist. *Ita ut ne unus Caldeorum intra Pyrenæi Portus remaneret.* Will. Brito lib. 1. Philipp.

Usque sub Hispanos fines Portusque remotos, Guillelmus de Podio Laurentii cap. 52. Quibus auditis Rex & perceptis, quod dictus Comes Fuxi de montanis Castris suis consideret de ultra Portus, &c. Nangius in Philippo III. *Interea Comes Atrebatè qui, ut diximus, juxta introitum Portuum cum valida manu peditum & equitum se tenebat, Portus Cysereos evitando, & in partem alteram per montes Pyreneos. . . . transitum fecerat, &c. Le Roman de Guarin:]*

Normans, Bretons vindrent voirement Et Avaloïs, Flamenc & Loberant, Et Angevin, Mansel, & Alemant, D'otre Lerin vindrent mult fierement Des le port d'Aix jusqu' au Port S. Vincent.

Ibidem:

Dès ports de Nismes jusqu' à pors de Navarre.

Alibi:

As pors d'Espagne s'en est entrez Roland.

Confule Notas nostras ad Alexiadem pag. 301.

PORTARIUM, Eadem notione. S. Eulogius in Epist. ad Willelindum Episc. Pampilon. *Acysterium quod situm ad radices montium Pyreneorum in præfata Gallia Portariis, &c.*

¶ 2. **PORTUS**, Porta, apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. pag. 872. *Ante suum introitum fecit idem novus Dux primum juramentum in introitu bariere portus illius urbis (Rhodonum) vocati vulgariter, Portus de Morzelles Gallice; hodie Mordelaise vocatur.*

¶ 3. **PORTUS**, Navigium ad transvehendos itinerantes. Aribo in Vita S. Corbiniani Episc. in Hist.

Frising. Meichelbecki tom. 2. pag. 29. *Amiffis autem transalpinis jugibus, cum ad Portum Oeni fluminis cum tantis reliquiis viri religiosi pervenerunt, &c. Ubi & fluminis trajectus intelligi potest. Vide Portura.*

4. PORTUS, Reditus, prædiorum commoda, Gallis, *Rapports, revenus.* Vita S. Placidi Mart. num. 45. *Requisitus de possessionibus ac Portubus, ... de servis & ancillis. Infra: Præcipit ut ... earundem cortium procuratores ac Portuum custodes... duceret. N. 47. Præcepit quod de pretio; quod de Portu acceperat, construeret domum, in qua ipse cum suis habitaret, &c. Infra: Præpositi Portuum & procuratores cortium... redditus Portuum & census cortium.* Adde num. 55. Chronicon Casin. lib. 3. cap. 57. *Locum qui Cætarus dicitur in Calabria cum toto Portu suo.* Lib. 4. cap. 89. *Obtulit Ecclesiam S. Nicolai & sanctæ Lucie cum Portu suo, & cum omnibus rebus suis.* Cap. 97. *De gualdo & de Portu molendini.* Charta Ottonis Imper. an. 956. apud Ughellum tom. 1. pag. 419. *Insuper trado supradictæ Ecclesie in Comitatu Aprutii ... unum Portum, qui reddat centum pondera inter aurum & argentum, & etiam ferrum & sal: qui Portus continet intra se quinque millia modiola inter terram & aquam intra mare.* Guntherus lib. 8. Ligurini:

Vedigal, Portus, cudenda jura moneta,

Camque molendinis, telonea, flumina, pontes, &c.

Radevicus lib. 3. cap. 41. *Monetam, teloneum, pedaticum, Portus, Comitatus, &c.* Lib. 4. cap. 5. *Telonea, fodrum, vedigalia, Portus, pedatica, &c.*

Occurrit passim in Chartis Italicis apud Ughellum.

5. PORTUS, Agendi ratio. Charta Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1302. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 84. *Caventes sibi sic substituentes quod pro administratione, Porto, seu gestione substitutorum suorum, si quid in eis commiserint, tenebuntur prout de jure fuerit respondere. Vide Portamentum.*

6. PORTUS, Auctoritas, pondus. Proposita in Conc. Paris. an. 1416. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 350. *Attento quod habet (Vaurensis Episcopus) magnum Portum & officium in dicto Concilio, &c. Galli diceremus, Attendu qu'il est d'un grand poids dans ce Concile, &c.*

7. PORTUS, Vectura, Gall. *Port.* Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 25. art. 2. *Quodque molendinarius pro Portu & reportu cujuslibet salmata grani, vel farine, tam infra civitatem quam extra mercedem unius solidi Turon. tantum consequatur.* Reparationes factæ in Senescallia Carcassonæ an. 1435. *Item pro Portu calcis ... VI. sol.*

8. PORTUS ARMORUM, Gall. *Port d'armes.* Charta Ludovici Delphini an. 1451. apud Salvaingum de Usu feud. pag. 62. *Cujus quidem statuti pretextu, cum plures ex post exorta fuerint rixa, Portus armorum, violentia, &c. Vide Portatio.*

8. PORTUS, Portorium, tributum quod ad portas civitatum, vel in portubus, seu pro appulsu ad portum exfolvitur. Charta xi. sæc. apud Ruffium filium in Comit. Provinc. pag. 29. *Denique in villa, quam rustica lingua nominat Pertusum, tenebamus ministrariam, & Portum, & mercatum, & districtum.* Pro tributo quod in portubus exigitur, occurrit in Charta Ottonis IV. Imp. an. 1210. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 392. *Pro appulsu ad portum, in Charta Caroli Imper. ex Tabul. Major. Monast. Cum piscatoriis, tractis omnibus, nec non Portum utriusque ripis. Vide Portaticum.*

- PORTUS, secundæ declinat. in Charta ann. 990. ex Tabul. S. Tiberii: *Et in ripa fluminis Arauri ecclesiam S. Petri ... cum ipso Porto.*

PORTUM FACERE dicitur navis, quæ ad portum

appellit. Charta an 1079. apud Gariellum in Episcopo Magalonensib. pag. 76. *Concedo in allodium sedi Magalonensi, & Clericis omnibus illic viventibus, vel victuris, naves ad portum maris pertinentes, hic, vel ubicunque in honore meo faciat Portum ipsa navis.* [Litteræ ann. 1363. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 240. *Ordinatione facta ne quis Portum, à portu de Leucata usque gradum de Passone, facere presumat, &c. Occurrit rursus ibid. pag. 632.*]

9. PORZELLUS, pro Porcellus, diminut. à porcus. Statuta Placent. fol. 65. v. 9. *Et sic pro laborerio unius paris boum unam porcham à rotio cum omnibus Porzellis ex ea natis intra annum.*

POSA. Tabularium S. Andreae Viennensis: *Nantelmus filius Vitfredi dedit duas Posas à Noiareia, & suum redismo de Noianza.* Vide Pea.

POSCA, Vinum acidum aquæ mixtum. Gloss. Gr. Lat. *ὀξύρραλον, Posca,* [Gall. *Piquette.*] Glossarium Cambroniense: *Posca, vinum secundum.* Occurrit apud Plautum in Milite Glor. Suetonium in Vitellio, Plinium lib. 27. cap. 4. Scribonium Largum cap. 46. 104. Marcellum Empiric. pag. 37. 83. 185. 201. 234. 248. Celsum lib. 3. cap. 6. Apitium lib. 4. cap. 1. Apuleium de Herb. c. 108. &c.

PUSCA, pro Posca, Eadem notione, habetur non semel apud Cælium Aurelian. Siccens. lib. 1. Chr. cap. ult. lib. 2. cap. 7. 13. &c. At Ugutioni & Joan. de Janua, Pusca & puscula, dicitur quædam commixtio aquæ & vini, ubi plus aquæ adhibetur, quæ pusculentis maxime prodest, & dicitur à Pus. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 384. *Possint massarii vel partiarum facere Poscham uvis competenter pracalcatis.* Nec scio an sic legendum in Gloss. Saxon. Ælfrici: *Pusta,* hacme. Ita Posca & Pusca non semper fuerit quod *ὀξύρραλον* vocant, sed commixtio aquæ & vini: quomodo vox hæc videtur accipienda in Regula Magistri cap. 27. *Qui sitit, fiducialiter indicet. Post hanc vocem qui fuerit sitiens, mox de mensa sua respondeat, Benedic: statim temperata in uno vase Pusca calida, aut si voluerint fratres, cum jutta, quæ semper amplius propter sitientes fieri debet in pulmentariis fortioribus, &c.* Scribit Hieronymus Mercurialis lib. 3. Var. Lect. cap. ult. quosdam mirari quod scribat Suetonius in Vitellio cap. 12. *Asiaticum ejusdem Imperatoris libertum Puteolis poscam vendidisse: quasi hujusmodi potus in medicum usum tantum adhiberetur: se vero illud admiratione dignum non existimare, quoniam vinum acidum aquæ mixtum pro vili plebecula venale existisse rationi consentaneum, atque id Poscam appellatum: mox addit, etiam antiquitus, sicut escam pro cibus, ita poscam pro potibus esse usurpatum se invenisse, & Barbarum notasse in antiquissimis Festi codicibus, & in Ferentini vetusto monumento, posculenta, pro poculentis legi. Et sane in Gloss. Gr. Lat. pro quavis portione usurpatur: *ωόσις, posca, potus, potio.* Vix enim probabile ad portionem Monachorum datum *ὀξύρραλον.* Vide Onomasticon Rosweidi ad Vitas Patrum, & supra in Fusca.*

10. POSCERE REUM, Aliquem in Jus vocare, reum agere, in Cod. Theod. tit. 1. de Jurisdic. leg. 2.

11. POSCINUMMIUS, Vox ficta ex poscere & nummus, qui nummos poscit. Ita Apuleius lib. 10. Metamorph. illecebras meretricum *Poscinummius* vocat, quod iis nihil nisi nummos quærunt.

POSCIRE. Gauterius de Bellis Antiochenis p. 443. *Quocirca in vicis, in plateis, in ortis, in virgultis, desertis habitationibus, aliis tentoriis pro domibus suis*

Posciebantur. Locus asterisco notatus ut luxatus. Legendum puto *potiebantur.*

¶ POSEGIA, POSIGIA. Vide *Pogesia.*

¶ POSITALIS, Realis, existens. Utitur Dionysius Chartus. ubi initium Evangelii S. Joannis explicat.

¶ 1. POSITIO, Ferculum, portio quæ monachis apponitur. Charta Eberhardi pro Monast. S. Petri de Silva nigra apud Schannat. Vindem. Litter. pag. 164. *Unusquisque fratrum accipiat panem pulchrum & candidum, duasque Positiones piscium, unam falsuginatam, alteram piperatam; ad tertiam vero Positionem habere debebunt placentas, hoc est fladones.*

¶ 2. POSITIO, Francisco Curtio, est quedam judicialis formula verborum concepta & reperta ad eruendam veritatem per adversarii responsionem. Ab hac definitione non multum abludunt Odofredus Beneventanus, Jacobus de Arena & Ubertus de Bobio J.C. qui Tractatus de *Positionibus* ediderunt. Vide Calvinii Lexic. Jurid.

¶ POSITIO, vox etiam Theologis nota, qua Thesis seu alicujus particularis rei assertio significatur.

POSITIONES, *Ædificia*, in Glossis Isidori. Horatius:

Ponendaque domo querenda est area primum.

¶ POSITIONALIS LIBELLUS, Qui singulas partes & circumstantias facti, seu casus brevissimis pronuntiatis complectitur, adjectis nihilominus, quæ ad libellum requiruntur. Ita Calvinus in Lexico Jurid.

¶ POSITIVUS, Certus, præscriptus. Charta fundat. Collegii Dainvillæ an. 1380. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 507. *Fundamus in dicto collegio unum magistrum, qui dictos scholares nostros... debeat & teneatur instruere & docere fideliter & diligenter in grammatica Positiva & regulari ac philosophia.* Alia notione *Theologia positiva* dicitur, quæ scilicet ambagibus scholæ libera est.

POSITOR, Poëta. Abbo in Præfat. ad libr. 1. de Bellis Parisiac. *Ergo nec Positor quidem nuncupor, nec fragmenta hic habentur.* Et lib. 2. extremo:

*Flagito quo Positor possim per amœna locorum
Hoste canas lector gratariet atria victo.*

Quibus locis ad marginem adscriptum ab ipso Abbone, Poëta.

¶ POSITURÆ. Hildemarus Epist. ad Urfum Benevent. Episc. apud Mabill. tom. 2. Annal. pag. 743. *Pauca de Posituris loquar, ... id est signa, per quæ possit lector cola & comata atque periodos nosse.* Vide Martinium in hac voce.

¶ 1. POSSE, Potestas, facultas, Gall. *Pouvoir.* Charta an. 1246. *Quod nihil mali faceret rebus eorum; sed potius in omnibus locis, pro Posse suo, bona fide custodiret.* Testam. Guillelmi Episc. Venciens. ann. 1257. tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instrum. col. 195. *Volens & mandans ut sacrista ecclesie ipsius monasterii de bonis meis quæ in ejus Posse sunt, seu actione dictæ institutionis pervenerint, emat & acquirat.* Occurrit præterea apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 450. & Rymer. tom. 1. pag. 590. *Se astringunt contra quemlibet... defendere & tueri rebus & corporibus usque ad ultimum Posse,* in Orig. belli Hufitici Laur. Byzinii apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 162.

¶ 2. POSSE, Exercitus, copiæ, Gall. *Forces.* Charta an. 1313. apud Rymerum tom. 3. pag. 432. *Tunc eos cum equis & harnestis suis arestes, & salvo custodiri facias, quousque aliud inde præceperimus, assumpto tecum ad hoc, si necesse fuerit, Posse Comitatus tui.* Chron. Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 37. *Alioquin dictus Rex Petrus cum suo Posse iret*

contra ipsum Regem Carolum & exercitum ejus ad debellandum eosdem. Vide *Potentatus* 3.

¶ 3. POSSE, Dominium, districtus, territorium. Charta Henrici Comitis Trecent. ann. 1165. in Chartul. Meld. *Cum Pruvinensi & Trecentensi moneta eadem lege & eodem pondere per Comitatum Pruvinensem & Trecentensem & in toto Posse meo ut currat & omnino sine cambio accipiatur, faciam. Si quis autem in Posse meo bonam vel falsam eam fecerit, &c.* Charta Philippi III. Reg. Franc. an. 1277. tom. 4. Ordin. pag. 671. *Si qui autem de mercatoribus predictis, aut de familiis eorundem, crimen quod mortis penam exigat, commiserit in Posse nostro, &c.* Cassari Annal. Genuens. ad an. 1161. apud Murator. tom. 6. col. 277. *Ut per omnes terras Moadinorum & Posse ipsorum secure Januenses cum omnibus rebus suis mari & terra debeant ire.* Occurrit rursus in Annal. iisdem Bartholomæi Scribæ ibid. col. 460. & alibi passim. Vide in *Potestas.*

POSSESSIO, Prædium quod quis possidet. Vide Festum. Lex Salica tit. 36. §. 4. *Si quis per malum ingenium in curtem alterius, vel in casam, vel ubicumque miserit aliquid, quod furatum est, nesciente domino cujus Possessio est, &c.* Lex Longob. lib. 2. tit. 43. §. 1. *Si autem ad quartam (vicem) venire contempserit, Possessio ejus in bannum mittatur.* Capit. Caroli Mag. lib. 5. cap. 169. *Qui in vicis vel Possessionibus Chorepiscopi nominantur, &c.* Gregorius Turon. de Miracul. S. Martini cap. 23. *Erant enim ingenui, & Possessionem propriam possident.* Occurrit non semel apud Agrimensores. Vide Gloss. Rigaltii, [& Notas Bignonii ad Leg. Salic.]

POSSESSIONATUS, Habens bona solo. Occurrit in Charta Ricardi II. Regis Angliæ apud Willel. Thorn pag. 2159. & in Decreto Sigismundi Reg. Hung. an. 1435.

¶ Interdum nude pro eo qui in alicujus rei possessione est. Sic *Sacerdotes possessionati* dicuntur qui aliquod beneficium possident. Litteræ Henrici IV. Reg. Angl. an. 1403. *Statum & Possessionem omnium & singulorum qui de aliquibus beneficiis ecclesiasticis, tam dignitatibus, quam aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscumque, Possessionati existunt.* Laur. Byzinius in Orig. belli Hufit. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 210. *Immaculati, hoc est, sacerdotes qui non sunt Possessionati, & ab omni pulvere cupiditatis excussi.* Hinc

¶ POSSESSIONATI MONACHI, nostris *Moines rentés*, Dotati, quibus attributæ sunt possessiones. Acta ad Concil. Basil. Spectantia apud Marten. to. 8. Ampliff. Collect. col. 250. *Omnes religiones tam monachorum Possessionatorum, quam Fratrum mendicantium, sunt reprobata.*

¶ POSSESSIO EPISCOPI, Illius districtus, diocesis. Capit. lib. 7. c. 74. *Ut unusquisque Episcopus... providentiam gerat omnis Possessionis quæ sub ejus est potestate.* Vide *Posse* 3.

¶ POSSESSIO TÆDIALIS. Vide *Tædialis.*

¶ POSSESSIO, perperam pro *Processio*, in Instrum. an. 1192. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 24.

¶ POSSESSIVE HABERE, Possidere jure proprietario. Charta an. 1289. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 116. *Hos ergo redditus sic distinctos cum omni juris plenitudine, quo ritu proprietario ipsos hactenus habui Possessive, per legitimam venditionis traditionem... tradidi.*

POSSESSORES, in Lege Salica tit. 43. §. 7. dicuntur qui res in pago ubi commanent, proprias possident: Cives. Vetus Inscriptio Vincentiæ, apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 16. *Æterno Principi*

Principi Fl. Clau. Juliano ubique venerando semper Aug. Ordo Possessoresque Erixillanorum optata devotione dedicarunt, bono reipublica nato. Alia apud Franciscum Angelonum in Hist. Interamnenfi p. 36. Et Possessores, inquilini, negotiantes, vie stratae cultores, &c. Sidonius in Panegyrico Majoriani:

..... quo disceret agro

Quid Possessorem maneat?

Ita apud Byzantinos Possessores appellabantur, qui domos in urbe possidebant. Liberatus Diaconus cap. 20. Habens autem consentaneos aliquantos, ex Clero, & Possessores civitatis, & corporatos, & milites, &c. [Diurnus Romanus cap. 3. tit. 2. Presbyteris, diaconibus, clericis, honoratis, Possessoribus, & cuncta plebi ill. ecclesia, &c. Vide Gregorium Mag. lib. 3. Dialog. cap. 26.] Nec scio an de iis intelligendus sit Victor in Valente: Fuit Possessoribus consultor bonus, mutare iudices rarius, &c. Atque ii sunt quos κτήτορας vocat Chronicum Alexandrinum duobus locis, qui ex eo quod domos in urbe possiderent, jure panum civilium & gradilium gaudebant, quod pluribus docemus in nostra Constantinopoli Christiana. Hesychio κτήτορες, κτιστάι dicuntur, conditores. Hinc κλητορικόν δικαίον apud Pachymerem lib. 8. cap. 21. extremo, jus quod alicui competit in Monasterio aliquo vel Ecclesia à se vel decessoribus condita, quod vulgo jus Patronatus dicimus, ut recte interpretatur eruditus Possinus. Vide quæ de hac voce annotavit vir immense doctus Joan. Bapt. Cotelerius ad tom. 1. Monument. Eccl. Græc. pag. 750.

¶ 1. POSSESSORIUM, Prædium quod quis possidet. Tabular. S. Vincentii Cenoman. fol. 70. Dedit . . . abbatiæ S. Vincentii Cenomanensis dimidium Possessorii quod habebat in feodo de Curta fraxino. Vide de Possessio.

¶ 2. POSSESSORIUM, vox Practicis nota, Possessoire, Jus quod spectat possessionem. Charta pro Abbat. S. Eligii Noviom. ann. 1240. Auditis que partes hinc inde tam super Possessorio quam super petitorio proponere voluerunt, &c. Litteræ Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1290. tom. 1. Ordinat. pag. 319. Item, quod de cognitione decimarum non seodaliuum in petitorio, vel Possessorio, præsertim inter personas ecclesiasticas, ministri leci se nullatenus intromittant. Occurrit alibi passim. Possessorium iudicium; quod possessionem spectat, in Epist. Eccles. Dol. ad Innoc. III. PP. apud Marten. in nova Collect. vett. script. tom. 1. pag. 131. edit. in 4^o.

¶ POSSETENUS, Omnino, prorsus. Rupertus in Epist. ad Martin. Reg. Aragon. an. 1401. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1656. Corpus & res necnon universa nobis à Deo collata vobis Possetenus obligantes, &c. Possetenus conservare, ex eodem Rupertus ibidem col. 1663.

¶ POSSETUR, pro Posseset, apud Nonium. Vide supra Fitur.

1. POSSIBILITAS. Leges Alvredi Regis West-Sax. cap. 38. Si autem oculus assnaset, reddat veram ejus, & Possibilitatis accusetur in eo facto, & purget se juxta modum vite, &c. Ubi possibilitatis accusari, est de crimine aut facto quod data opera & voluntarie perpetratum est. Leges Canuti cap. 66. Et si quisquam agat impossibilitate, non est omnino simile si voluntarie faciat. Ita possibile, & impossibile usurpatur in Leg. Sax. Edwardi senioris cap. 8. pro eo quo voluntarie vel involuntarie fit.

¶ 2. POSSIBILITAS, Reditus, ni fallor, prædiorum commoda. Charta an. 1251. ex Schedis Præfidis de Mazaugues: Promittimus . . . quod . . . de Tom. V.

dicta terra & castro de Baucio cavalcatam faciemus vobis & heredibus vestris secundum quod nobilitas nostra & Possibilitas terra nostra & constitutiones Provincie requirant, ut tamen pro redimendis cavalcatis ad solutionem pecunie non teneamur.

¶ POSSIFICARE, Facere potentem, ut interpretantur Bollandistæ, in Catalogo operum B. Raymondum, inter Acta SS. tom. 5. Junii pag. 705. CCCIX. liber dictus, propter bene intelligere, diligere & Possificare. Incipit: Multum est delectabile.

¶ POSSINACLUM, Certi ponderis discus, quo juvenes in agone contendebant, fortiorem judicantes, qui ultra designati spatii finem jecisset. Hæc Faber in Thesauro, qui ad Barthii Advers. lib. 35. cap. 2. remittit.

1. POST, Penes. Marculfus lib. 1. form. 26. Eo quod villam aliquam nuncupatam illam, qua ad eundem de parte illius pervenire debuerat, Post vos retineatis debite, &c. Form. 28. Eo quod pagensis vester ille eidem terram suam, in loco nuncupante illo, per fortiam tulisset, & Post se retineat injuste, &c. Adde form. 38. cod. libro, Chartas Parenfales cap. 12. Epist. 65. inter Epistolas Desiderii Cadurc. Episc. Editum Rotharis Regis Longob. tit. 10. §. 13. &c. Formula loquendi usitata in aliquot provinciis Gallicis, retenir après soy, pro sibi retinere, asserere.

2. POST, In. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abb. Corbeiensis lib. 1. cap. 16. A quibus cum suscepti essemus venerabiliter, ceperunt omnes Post Arsenium nostrum vultus intendere, eumque . . . circumvallere, &c.

1. POSTA, Statio, loci situs, positio: Italis Posta, nostris Poste. [Charta an. 1161. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 322. In perpetuum donamus duas Postas Vallium positas in lacu Vighizoli . . . ad habendum, . . . & ad piscandum & ad piscari faciendum, &c.] Charta Honorii III. PP. an. 1232. apud Ughellum in Episcopis Senogalliensibus: Nec non de ripa & portu, seu & aliis suprascripta civitatis vectigalibus, siliquatico, pedagio, mensuratico, & de aliis Postis & posterulis civitatis ipsius, excepta Posta S. Angeli, cujus vestri in integrum sunt proventus. Hinc orta vox apud nostros Postes, pro veredariis, qui veredis seu equis cursoribus certas locorum positiones, stationes, & ut olim appellabant, mutationes, emetiebantur.

¶ A posta eo significato Galli dixerunt Faire fausse poste, cum quis in militum recensione supposititios milites ponit, ut cohortem plenissimam exhibeat. Hæc post Cl. V. Secousse in Notis ad Statutum Johannis Reg. Franc. an. 1355. tom. 3. Ordinat. pag. 35. Nous avons ordené & ordenons que nulle ne face fausse Poste, sur peine de perdre chevaux & hernois. . . Avons ordené & ordenons que pour eschiver les fausses Postes . . . que nulz de nostre sanc & lignaige, ou autres . . . ne sera doresnavant reçu à faire monstre par cedula, ou par assertion de sa parole, mais sera chascuns tenu desores-mais de faire monstre armée pardevant noz genz. Statutum aliud ejusdem Regis ann. 1351. ibid. tom. 4. pag. 67. Les Gens-d'armes & de pié . . . pourroient avoir occhaison de faire Poostez en leurs monstre, & de faire monstre pour & de un seul homme d'armes, en plusieurs & divers lieux; &c.

2. POSTA, Statio, seu apotheca. Statuta Mediolanensia part. 2. cap. 423. Aliquis qui teneat Postam pro vendendo carbones, non possit se intromittere deportando carbones per civitatem aliter, quam ad suam Postam vel apothecam.

¶ 3. POSTA, Locus copiis ad conveniendum præstitutus, conditus, Gall. Rendez-vous, Posta eadem

notione Italis dicitur. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 575. *Appropinquante itaque hora aurora lucifera, idem Comes ad constitutam Postam reconditurus se cum suis armigeris properavit.* Ibid. col. 619. *Pergens recto tramite ad Petrammangam, prateriit primam Postam equitum, & non vidit, & appropinquans secundæ Postæ, volens per eandem viam redire, invenit dictam primam Postam currere super eum. Ubi Posta pro infidiis, Gall. Embuscade, usurpari videtur.*

¶ 4. POSTA, Voluntas, arbitrium, petitio, libido, quo etiam sensu utuntur Itali, Chronic. Parmense ad annum 1296. apud eundem Murator. tom. 9. col. 936. *Dominus Potestas Parma cum certis militibus & foresteriis, soldatis ad suam Postam, equitavit super Rhegium.* Statuta Cadubrii libr. 3. cap. 40. *Assassini qui ad Postam alterius precio vel mercede homicidium commiserint, &c. Ad ipsorum Postam vel petiti,* in Statutis Astens. fol. 37. vº. Sic etiam nostri *Faire à sa poste* usurpant.

5. POSTA, Tributi species. [Charta Aldefonsi Reg. Castellæ æra 1230. apud Stephanotium tom. 4. Fragm. Hist. MSS. pag. 288. *Et sint illi decem excusati ab omni pecto, Posta, & ab omni prorsus regio & alio tributo & gravamine in perpetuum.*] Occurrit præterea in Chartis Hispanicis, apud Colmaneresium in Histor. Segoviensi cap. 13. §. 12. cap. 15. §. 7. cap. 18. §. 2.

6. POSTA. Charta ann. 1193. apud Georg. Pilonum in Histor. Bellunensi pag. 97. vº. *Ut debeat observare Postam & pactum cum Commune Tarvisii, &c.* Concilium Ravennense an. 1317. cap. 15. *Ubi vero per Postas libri usurarii non apparuerit per penitentem sibi usuras restitui, &c.* Infra: *Dummodo apparuerit per Postas libri vel alio modo legitimo, mutuum vel obligationem fuisse contractum.* Hinc *Postilla*, de qua voce mox.

☞ Cave existimes unum eundemque esse vocis *Posta* intellectum in locis à Cangio allatis; in posterioribus quippe paginam sonat: in priori vero pactum, compositionem significat, ut & in Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1146. *Et fecit secum Postam, quod eodem die post Vesperas hora debita ordinata debebat portare.*

¶ 7. POSTA, Idem quod infra *Postella* 1. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 9. *Observare per consuetudinem debent, de fratribus qui veniunt ad monasterium, ... utrum ... habeant in sellis suis pectoralia & Postas.*

¶ 8. POSTA, Retis genus, seu piscandi modus, quo rete ad palum in terra defixum ex una parte alligato, factoque longiori in mari circuitu, eo revertuntur piscatores unde profecti fuerant. Charta Regis Renati Comit. Provinciæ ann. 1477. pro piscatoribus Massil. ex lib. privileg. & Statut. eorundem: *Nam piscatores utentes ingenio, sive arte vulgariter appellata de Posta, cum qua magni pisces, præcipue tuni cinguntur, sive accumulatur, &c.*

¶ 9. POSTA, Propositum, consilium, Gall. *Projet, plan*: *Posta* eodem sensu dicunt Itali. Statuta Astens. fol. 1. vº. *Præfatus dominus potestas à vobis credendariis & consiliariis presentis generalis consilii super infrascriptis Postis ... sibi exhiberi salubre consilium postulat.*

POSTABULA, seu potius *post tabula*, seu *retroaltare*, Posticum altaris, seu ejus ornamentum. Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonensis adversus Guiffredum Archiepisc. Narbonensem an. 1056. *Thesaurus quosque qui à conditione in eam congregati erant subtraxit: tabulas vero & Postabulas, &*

cruces, & scrimia reliquiarum aurea & argentea excoriavit. Vide *Postaltare*.

¶ POSTADVOCATUS, Minor Advocatus, qui ab alio majori prædiorum ecclesiasticorum tutelam in se recipiebat. Vide in *Advocati* col. 189.

¶ POSTAGIA, Jus quod *posterior* seu deferenti panem ad furnum competeat; à tabula huic usui apta, quæ Provincialibus *Posteille* vel *Poués*, nunc *Taulo* dicitur, ducta vocis origo. Statuta Arelat. MSS. art. 59. *Fornarii accipiant 25. partem pro forneria & Postagia panum quos coquant.* Vide *Posterior*.

POSTAL. Fori Aragon. lib. 7. f. 132. vº. *Si aliquis homo in aliquo casali veteri apparuerit, fundamenta super quibus tantum postea construxerit in gyrum, donec opus illud sit de tribus tapialibus in altum, & miserit ipsum casal in arvevo, & fecerit ibi portal, super quo firmaverit Postal, &c.* [Idem videtur quod Hispanis *Poste*, palus cui porta innititur.]

POSTALTARE, Velum, pallium, vel aliud quodpiam ornamentum, quod retro altare apponitur. [Gall. *Retable*. Necrolog. Corbeienfe MS. VII. *Idus Augusti frater Petrus de Sachiaco parvo fecit fieri Postaltare argenteum deauratum, quod est supra majus altare.*] Arestum 9. Maii 1321. *Unum Postaltarium de sindone, &c.* Vide *Postabula*.

¶ POSTARIUS, f. Auriga, nisi sit pro *Pistarius*. Consuetud. Fontanell. MSS. fol. 95. *Custos equorum abbatis VI. (ova.) ... Postarius VII.*

¶ POSTATICUM, Tributi species, idem quod *Posta* 5. nisi mendum sit pro *Portaticum*. Vide in hac voce. Diploma Ludovici Pii an. 814. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 22. *Nullum teloneum, aut ripaticum, aut Postaticum, aut pontaticum, aut salutaticum exigere audeat.* Eadem habentur in Charta Othonis Imper. an. 949. apud eund. tom. 1. col. 291.

POSTATUM, Postium seu palorum series, *Palisade de posteaux*. Willelmus de Podio-Laurentii in Chr. cap. 43. *Fuit autem molendinum, quod munitum erat Postato tenui & vetusto captum, & qui erant in eo juvenes interempti.*

¶ POST-BUTUM, f. Prostibulum, tuguriolum, ubi habitant meretrices. Litteræ Johannis Reg. Franc. an. 1351. tom. 2. Ordin. pag. 470. *Ordinaverunt & convenerunt inter se, quod si aliquis de dicto misterio inveniretur in latrocinio, vel frequentans tabernas, vel Post-butu, vel ludos taxillorum, &c.*

POSTCOMES, Qui vices Comitum agit. In Charta Odonis II. Comitum Carnotensis & Trecentis apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis secretæ subscribunt *Sasunato Senescallus meus, Issembardus Postcomes, Odo Vicecomes, Hezelinus Miles, &c.* Ita *Postcomes*, & *Vicecomes* diversi sunt.

POSTCOMMUNIO, vel *post Communionem*, Antiphona quæ post Communionem, in signum quod communicatio expleta est, concinitur, quæ olim appellabatur *ultima oratio ad complendum*, ut testatur Walafridus Strabo de Reb. Eccl. c. 2. [S. Bernardus tract. de Cantu tom. 1. Operum ejusd. col. 695. edit. 1690. *In multis etiam historiis Postcommunionibus ab iis, qui simplicitatem cantus ignorant antiphonarii, pro Responsoriis appositas invenimus.*] Vide Durandum lib. 4. Ration. cap. 56. 57. & *Completa*.

1. POSTELLA, pro *Postilena*, Gall. *Croupiere de cheval*. Papias: *Postella*, ornamentum equi, dicta quasi *post sellam*, sicut *antella*, ante sellam. [Postela, Culliere, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] Statuta Hugonis V. Abbatis Cluniacensis: *Sine Postella & sella regulari non multum pretiosa ullus Priorum nostrorum*

equitare presumat. Eadem ferme habentur in Bullis Gregorii IX. & Nicolai IV. pro Benedictinis, post Chron. Casinense. *ὀπισθέλη*, & *ὀπισθελίνη*, idem Græcis recentioribus sonat. Vide Glossar. Meursii, mediæ Græcit. & *Posta* 7.

POSTENA, Eadem notione. Vitæ Abbatum S. Albani p. 77. *Equi decentes & fortes sint ad portandum pannos unius Monachi ad Postenam armigeri.* Thwroczius in Carolo Rege Hungar. cap. 99. *Universa namque ferramenta streparum & habenarum, seu rudibularum, & alia ad ipsum spectantia de argento inaurato existebant: corrigiarumque cinguli, & frena ac similia alia cum theniis & Postenis serica substantia contexta fuerant.*

¶ 2. **POSTELLA**, Posterior porta, vel portula. Charta Ludovici junioris Reg. Fr. an. 1173. apud Stephanot. to. 1. Antiq. Occitan. MSS. pag. 454. *Damus etiam licentiam in ipsa ecclesia & civitate (Agathensi) ob timorem Sarracenorum & propter frequentem incursum iniquorum hominum faciendi turres, munitiones, muros, Postellas & portarum tuitiones.* Charta Manassis Episc. Lingon. an. 1189. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 194. *Domum etiam (concessit) juxta Postellam sitam, &c.* Vide *Portella* 1. & *Posterula*.

¶ **POSTELLATIO**, Ad *postellum* expositio. Vide mox in hac voce.

POSTELLUM, Cippus, Gall. *Posteau*, vulgo *Carcan*; postis scilicet seu palus, cui alligati rei publice exponuntur ad majorem infamiam. Tabularium S. Flori Arvern. *Excepta executione ultimi supplicii, fustigatione, bannitione, & Postellatione.* Et infra: *Dominus de Brezons non potest facere furcas apud Brezons; Postellum vero potest facere.* Concilium Bituricense an. 1336. c. 12. *Item pilorium seu Postellum in cœmeterio & locis sacris affigunt & apponunt.* Vide *Carcannum*, & *Pilorium*.

¶ **POSTEMA**, vox Italica, *Apostema*, Gall. *Abcès*. Mirac. S. Humilianæ tom. 4. Maii pag. 406. *Domina quadam . . . patiebatur infirmitatem in coxa, quod vocatur Postema malinconicum.* Hinc

¶ **POSTEMATUS**, *Apostemate* laborans. Miracula B. Simonis Erem. August. to. 2. April. pag. 823. *Habebat tibiam infistulatum & Postematam.*

POSTENA. Vide *Postella* 1.

¶ **POSTERARE**, *Differre*, apud Laur. in Amalth.

POSTERGALE, Tergum cathedræ: *Le dos de la chaire*. Ceremon. Rom. lib. 1. sect. 9. *Sedilia Episcoporum . . . habebunt reclinatorium, sive Postergale altum usque ad spatulas, & gradum . . . super quem pedes teneant.* Occurrit & sect. 13.

POSTERGARE, Post tergum relinquere, [rejicere; vox Italica.] *Gesta Ludovici VII. Reg. Franc. cap. 10.* *A sinistra parte terram Philadelphia Postergantes, ad civitatem Smyrne venerunt.* Galli dicerent, *Laiissant derriere la ville de Philadelphie.* Utitur Gobelinus Persona in Cosmodromio ætat. 6. c. 87. ut & Scriptores aliquot Itali. Auctor Flammetæ: *Postergatorio Scudo.* Alius: *Postergata la ragione.* Hinc

¶ **POSTERGARE**, Posthabere, contemnere, negligere. Gloss. vett. *Postergare, postponere, negligere.* *Postergo, μεθίεμαι*, in Gloss. Lat. Græc. Charta an. 1319. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 262. *Perpetuo possidere possunt & debent, omni jure, exemptione juris seu facti qualibet Postergatis.* Litteræ Ludovici Bavari Imperator. an. 1328. apud eumd. tom. 2. pag. 280. *Qui mentientes & Postergantes fidem nobis debitam & imperio, rebellionis spiritum assumerunt.* Litteræ Alberti Episc. Mindens. *Cultum divinum inibi . . . institutum penitus quasi Poster-*
Tom. V.

garunt. Necrolog. Lauresham. apud Schannat. in Vindem. litter. pag. 26. *Offertoria sua . . . nobis dari & presentari, Postergato omni subterfugio, disposuit & curavit.* Adde Spicil. Acher. tom. 8. pag. 293. Batav. Sacr. pag. 203. &c.

¶ **POSTERGARE DIEM**, Rejicere; differre, producere. Charta Casimiri Reg. Polon. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 598. *Debet intra dictos duos menses destinare numios, . . . nisi sape factus dom. Marchio Moravia & nos de alia die anticipanda vel Posterganda contingat fortassis unanimiter concordari.*

¶ **POSTERIALIS ABSCISSA**, *Postericalis saltana; Postericalis serrata*, Variæ scripturarum species. Vide *Scriptura*.

¶ **POSTERIOLA**, Idem quod infra *Posterula*. Testam. Bertichramni Episc. Cenom. tom. 3. Analect. Mabil. pag. 123. *Perfeci domum, quæ infra muros, in dextera parte de Posteriola meo opere adificavi.*

¶ **POSTERIORA**, Tergum, Gall. *Derriere*. Vide *Morena*.

¶ **POSTERIORES** appellantur, qui ultra trinepotes sunt & omnes reliqui descendentes, in leg. ult. §. parentes. D. de gradib. Vide *Calvini Lex.* & *Hofman.* in hac voce.

¶ **POSTERIUS**, Puer pistorius seu tyrunculus pistor, sed maxime is cujus erat panes ad furnum coquendos deferre, apud rusticos Provinciales interdum *Poustie*. Vox ejusdem originis ac supra *Postagia*. Statuta Massil. l. 1. c. 41. *Consules teneantur facere jurare infra VIII. dies post Consiliarios electos generalis consilii, furnarios & furnairones, & Posterios furnorum quod omnem panem coquent, vel coqui facient bene & bona fide.* Occurrit etiam in Statutis MSS. Arelat. art. 154. Vide *Porterius* suo loco & in *Portarius*.

¶ **POSTERLA**, **POSTERNA**. Vide *Posterula*.

¶ **POSTERNE**, Retro, pone, Gall. *Derriere*. Statuta Narnens. inter Acta SS. tom. 1. Maii pag. 937. *Canonici aperiant viam Posterne tribunam dictæ ecclesiæ.*

POSTERULA, Posterior porta, vel portula, aliàs *posterna*; Italis *Postierla*: Posticum Latinis, & sancto Isidoro in Regula cap. 1. *Pseudothyrum*, Severo Sulp. dial. 3. cap. 16. Nos etiam *Faufses portes* vocamus portulas ad urbis muros, quæ fere semper clausæ manent, nec aperiuntur nisi pro aliqua ingruente necessitate, cujusmodi sunt quæ *Portella* dicuntur in Glossis Græco-Lat. *παρὰ τοῦ ὀριος, portella*. Papias: *Posticula, posterula qualibet.* Ammianus lib. 30. *Viator quidam ad citeriora festinans, cum bivium armato milite vidisset opletum, per Posterulam tramitem medium squalentem frutetis & sentibus vitabundus excedens, in Armenios incidit fessos, &c.* Sed ibi pro angusta femita videtur sumi, cum in campis *portella* fingi non possint. Acta sanctæ Agathæ virginis num. 12. *Ipse autem ad Posterulam Secretarii fugiens, in januis populum dereliquit.* Cassianus lib. 5. de Inst. Cœnob. cap. 11. *Quantalibet urbs sublimitate murorum & clausurarum portarum firmitate muniatur, Posterula unius, quamvis parvissima, proditione vastabitur.* Adrevaldus de Mirac. S. Bened. cap. 19. *Pervenit (Aurelianum) ad Posterulam, quæ usque S. Benedicti dicitur, ibique appulit.* Anastasius in S. Hormisda: *Imperator ejecit eos per Posterulam, & imposuit eos in navim.* Idem in Leone IV. PP. *Secundam quoque isdem pius Papa dedit orationem super Posterulam, ubi mirum in modum castellum præminet, quæ vocatur S. Angeli.* Alibi: *Et ingressus est per Posterulam qua appellatur S. Agathæ, in urbem Romanam ho-*
X x ij

¶ **POSTILIO**, *Postulatio*. Gloss. Isidori. Vide Martini Lexicon in hac voce.

POSTILLÆ, Notæ. Sic autem maxime dicuntur notæ marginales & perpetuæ in sacra Biblia, quæ secundum verba currunt, quasi *post illa verba*, quod hæc subinde efferrent Magistri, qui ejusmodi notas suis discipulis dictabant: nisi nomen mutuata fuerint à voce *Posta*, quæ paginam denotat, uti supra observatum. Nicolaus Trivettus in Chron. an. 1228. de Stephano Archiep. Cantuariensi: *Hic super Bibliam Postillas fecit, & eam per capitula, quibus nunc utuntur moderni, distinguat*. Idem an. 1238. de Alexandro Cestrensi Episcopo: *Super Psalterium Postillas scripsit*. Eadem tradit de Roberto Bacum Dominico sub an. 1240. Titulus Homilii Pauli Diaconi, in Analectis viri eruditissimi Joannis Mabillonii tom. 1. pag. 27. *Opus præclarum omnium homiliarum & Postillarum venerabilium ac egregiorum Doctorum Gregorii, Augustini, &c. Vita Joannis XXII. PP. Condemnavit in Consistorio quodam pestiferam Postillam fratris Petri Joannis de Serinhano continentem dogma pestiferum, &c.* [Occurrit præterea inter Instr. to. 3. novæ Gall. Christ. col. 180. & apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 286.]

¶ **POSTILLATIO**, Opus Postillarum. *Lyrani Postillatio*, apud Cyprian. in Catal. Cod. MSS. Bibl. Goth. edit. 1714. pag. 4.

POSTILLARE, Postillas scribere. Epitaphium Nicolai de Lyra in aula Capitularia Cœnobii Franciscan. Paris. *Hic jacet Fr. Nicolaus de Lyra sacre Theologia venerabilis Doctor, cujus vita & doctrina fama diffusa est per diversa mundi climata. Postillavit enim Biblia ad litteram à principio usque ad finem, &c. Obiit an. D. 1340. Vita Benedicti XII. PP. p. 62. de eodem Lyrano: Qui totam Bibliam profundissime & subtilissime Postillavit. Nicol. Trivettus an. 1243. de Hugone de Vienna Cardinali: Hic doctrina sana & perlucida totam Bibliam Postillavit. Knyghton de Hugone Cardinali Dominico: Totam Bibliam Postillavit. Hinc vox præcticis nostris familiaris, *Apostiller*, scriptum notulis dilucidare, illustrare.*

¶ **POSTILLARIUM**, Liber continens *postillas*. Obiuar. MS. Sorbonæ: *Dedit Postillarium de Lira super totam Bibliam.*

¶ **POSTILLATOR**, Qui *postillas* scribit. Brevis Hist. Ordinis Prædicat. apud Marten. tom. 6. Ampliff. Collect. col. 355. *Hic (Innocentius IV.) primo anno sui pontificatus fecit primum Cardinalem Ordinis fratrum Prædicatorum fr. Hugonem de S. Theodorico Provincialem Franciæ, qui fuit primus Postillator totius Bibliæ, & eam tam excellenter Postillavit, quod hucusque parem non habuit.*

¶ **1. POSTIS**, Tabula lignea, *affer*, Gall. *Ais*, *planche*, ab Occitan. *Poste*, eadem notione. Limborch. Inquisit. Tolos. pag. 148. *Interrogatus de libro in quo legebat dictus homo, utrum esset parvus vel magnus, & cum Postibus vel sine postibus, respondit quod erat parvus, & videtur sibi quod non erant ibi Postes.* Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 560. *Habebat duos libros cum Postibus sub capite loco pulvinaris. Postes argentei, i. e. argenteis laminis ornati, in Tabul. Brivat. Duabus quippe tabellis ligneis hinc inde libros munire consueverant.* Extractum Computi an. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 325. *Dictum palatium est bene coopertum de optimis Postibus de meleze bene clavellatis.* Statuta Montis Regal. fol. 312. *Item pro media dozena Postium ligni sel. duos den.* Hinc *Post*, pro fibula seu clavo ligneo, Gall. *Cbeville*, usurpare videtur le Roman de Vacce MS.

Li Roiz Loeiz fist semondre & bannir son ost, ...

Ne remest viex espées, ne viex escus à Post.

Hoc est, facta submonitione nullum scutum, nullusve gladius ad clavum suspensus remanet, sed iis statim armantur.

¶ **POSTIS**, Vectis, Gall. *Bâton de chaise*. Tabular. Episc. Corisopit. Anno 1480. in primo introitu R. in Christo patris Guidonis Episc. Corisopitensis; *episcopo redeunte ad lapidem in quo tronus ipsius erat, cathedra sua episcopali cum quatuor Postibus ibidem posita, vocatis Nobilibus & potentibus viris D. Johanne du Que-nelec vicecomite du Fou ammirallo Britannia, Henrico dom. de Nevet Milite, Guiellelmo dom. de Plueve, & dom. Guidomaro de Guengat, qui ipsum super humeros portare debebant, &c.*

POSTIS AD REGULANDUM, in supellectili libraria, apud Guignonem II. in Statutis Ord. Cartusienfis cap. 28. §. 2. [& in Actis SS. tom. 2. Junii pag. 495, ubi de S. Rosselina. Est autem ibi *Postis*, regula lignea, Gall. *Regle*.] *Signum poste pulsare per Galileus*, in Statutis antiquis ejusdem Ordinis I. part. cap. 13. §. 26. 40. parte 2. cap. 16. §. 7. Vide *Cornu* 3.

¶ **2. POSTIS**, Idem quod *Posterula*, posticum. Sal-las Malaspinæ lib. 4. Rer. Sicul. cap. 18. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 315. *Per Postem seu posterulam partis posterioris ejus per quam ad castrum ipsum quis ingreditur & ad terram.* Vide *Posticium*.

¶ **POSTITIUM**, ut supra *Posticium*. Walterus in Translat. S. Monicæ tom. 1. Maii pag. 483. *Et introductis nobis, Postitium obseravit.*

POSTJURNUM. Vetus Charta in Vita Aldrici Cenomanensis Episcopi num. 56. *Et debentur 9. de censu solid. 101. de inferenda & de Postjurno, sive de censatico sol. 180.*

¶ **POSTLIMIA**, Porta. Sebast. Perusinus in Vita B. Columbæ Reat. tom. 5. Maii pag. 370*. *Quæ extemplo clausa civitate, ... fuit à Postlimia pulsa.*

POSTMERIDIES, Refectiones quæ inter prandium & cœnam fiunt. Juramentum Decani sancti Quintini apud Hemereum in Augusta Viromanduorum pag. 93. *Vos juratis ... quod solvetis Seneschallo Ecclesiæ pastus, Postmeridies, & charitates.* Statuta antiqua Canonorum S. Quintini, apud eundem: *Ad Postmeridium debet nebulas, & oblatas, &c.* Vide *Biberes nonales*, in *Biberis*.

POSTMITTERE, Postponere. Concilium Turon. II. cap. 20. *Cum etiam in Chronicis habeatur de virginibus, gentiliis tempore, quæ se dea Vesta sacra-verant, Postmisso proposito, & corrupta virginali gratia, legali sententia vivas in terra fuisse desossas.*

¶ **POSTMURIUM**, *Inseritorium*. Gloss. Isid. Idem quod *pomærium*, inquit Grævius; Locus juxta murum, ut habet Papias. Hoc *inserterium* vocatur, quia locus est & ubi poma nascuntur, & ubi inseruntur. *Inserterium*, ut *feminarium*, *plantarium*.

POSTNATUS, Secundogenitus, ex Gallico *puisné*. Bromptonus lib. 2. cap. 35. §. 1. *Est consuetudo in quibusdam partibus, quod Postnatus præfertur primogenito.* Vide Regiam Majest. lib. 2. cap. 2. §. 5. cap. 22. §. 7. c. 29. §. 1. Occurrit passim apud eundem Bractonum, Glanvillam, in Fleta, &c.

POSTNATI, inquit Spelmannus, hodie ex nova occasione dicuntur, qui in Scotia nati sunt post translationem coronæ Angliæ ad Jacobum Regem, cum hac ipsa distinctione fiant omnium jurium Anglicanorum participes, &c.

¶ **POST NOMINA** dicebatur oratio quæ post recitata offerentium vel mortuorum nomina fundebatur. Ordo officii Gothici inter Concil. Hispan.

tom. 3. pag. 265. Hinc oratio tertia sequitur quam Post nomina vocamus, qua petitur à Deo ut pacem defunctis fidelibus impertiat. Vide Mabill. de Liturg. Gall. pag. 181. 218. & 221.

¶ POSTOMACI. Vide Anatrii.

POSTPONERE, Dimittere. Leges Grimoaldi Regis Longob. tit. 4. §. 1. *Si quis uxorem suam absque culpa Postposuerit, & aliam homo superinduxerit, &c.* Adde §. 2. In Edicto Rotharis Regis tit. 104. §. 3. 7. venator *postponere* prædam dicitur, quam dimittit, nec amplius insequitur.

¶ POST-PRIDIE, *Hodie*. Gloss. Isid. ubi scribendum ex Grævio, *postridie*, altero die; est enim quasi postero die. Inepte Papias: *Postridie, id est, tertio die, id est post alterum: nam in pridie intelliguntur duo dies.*

¶ POST-PRIDIE, Oratio inter Missarum solemniam, in Ordine officii Gothici, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 266. *Dicitur hæc oratio & sexta quæ inscribitur Post-primæ, voce submissa. . . Dum fit elevatio dicitur oratio sexta vocata Post-primæ, quæ desinit in hæc verba: Te præstantissime sancte Domine, qui hæc omnia nobis indignis servis tuis valde bona creas, &c.*

¶ POSTRINA, Idem quod *Posterula*. Tabular. Burgi-medii an. 1140. Comes Theobaldus dedit decimam molendinorum suorum novorum, quos fieri præcepit ad *Postrinam* Roberti de S. Briccio in Ligeri, & decimam *piscatura* & *sclusa*.

¶ POST-SANCTUS, Oratio inter Missarum solemniam, in Ordine officii Gothici tom. 3. Concil. Hisp. p. 266. *Sequitur deinceps quarta (1. quinta) oratio vocata Post-sanctus, cujus initium solet esse, Vere sanctus, vere benedictus.*

POSTSECUS, *Jam*, λοιπὸν, ἐπιζήτημα, in Gloss. Alibi, *κατόπισθεν*. [Male in quibusdam *Post-secus*.]

¶ POSTULA, pro *Pustula*, in Gestis Consulium Andegav. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 439.

¶ POSTULARE, Causas agere. Formulæ vet. promot. Episcop. tom. 2. Capitul. col. 598. *Si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, Postulaverit, si quis fidelis ministraverit, &c.*

¶ POSTULARE alicui, quomodo Gallice dicimus *Postuler à quelqu'un*. Consuetud. Fontanell. MSS. *Habitu religionis domno Abbati Postulare, &c.*

¶ POSTULARI significatione activa usurpatur in Litteris an. 1004. apud Valesium in Notitia Gall. pag. 331. col. 2. *Cernens ergo Præsul humilitatem illorum, fecit eis sicut fuerant Postulati.*

POSTULARI dicitur, qui communi Cleri & populi decreto ad Episcopatum eligitur, apud Gregorium M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 51. 52. 89. lib. 11. Epist. 14. lib. 12. Epist. 6.

Maxime vero *postulari* dicebantur, qui ex aliena parochia erant, cum id non liceret, nisi ex *cessione*, ut loquitur idem Gregorius lib. 4. Epist. 19. id est licentia sui Episcopi. Is enim invaluerat Ecclesiæ mos, ut Episcopi ex alienis Ecclesiis non assumerentur, ut est in Decretali Cælestini PP. cap. 18. & apud Nicolaum PP. Epist. 54. Ex quibus Joannes VIII. PP. pro Ecclesia Eduensi in Tabulario ejusdem Ecclesiæ: *Decernimus & regulariter ordinamus, ut deinceps nemo Regum vel aliqua persona vobis superponere vel ordinare, aut successoribus vestris præsumat, nisi ex filiis ipsius Ecclesiæ, secundum scripta Canonum, quem Clerus elegerit, & populus proclamaverit, si in ea dignus reperiri potuit. Quod si in ea, quod forte accidere non credimus, inventus non fuerit, unanimi eorum consilio tam Cleri quam populi de aliis dignissimus expetatur.* Hinc

POSTULATIO definitur unanimis petitio, per quam

is qui secundum Canones vel ad Clerum, vel ad dignitatem Ecclesiasticam, etiam regularem, assumi non potest, ex dispensatione tamen & gratia, causa cognita, à superiori admittitur. Cum autem *Postulatio* adversetur juri communi, ideo concordii omnium calculo fieri debet cap. 3. & 4. *de postul. pralat. extr.* adeo ut si concurrat postulatio cum electione, duplo major debeat esse postulantium, cap. *bona, eod.* In eo tamen differunt, quod postulatio ex mera liberalitate superioris pendeat, cap. 5. *coel.* *Postulationem enim plus gratia quam jus requirit admitti,* inquit Honorius III.

¶ *Postulari* etiam dicitur, qui ad aliquam dignitatem ecclesiasticam aut regularem electus, patrono admittendus proponitur. Instrument. an. 1261. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 257. *Frater Johannes supprior Berncester à canonicis de Cherwood, petita prius licentia à dom. Rege patrono suo eligendi & obrenta, in Priorem de Cherwood Postulatur.*

POSTULATIO, apud Gromaticos. Vide Glossar. Rigaltii.

¶ POSTULATITII GLADIATORES, *Supposititii*, qui recenter subiciebantur fessis. Vocabul. Suffannæi.

POSTULATIUS, Ille qui postulat, petitor, rogator. Ita Papias MS. at edit. habet *postulaticus*. Glossæ antiquæ MSS. *Postulatus*, ille qui postulat. [*Postulatus*, ille qui postulat, in Gloss. Isid. f. pro sæpe qui postulat.]

¶ POSTUMARE, POSTUMATUS. Vide supra *Posthumare*.

¶ POSTUMUS, *Ultimus*, *novissimus*. Gloss. Isid.

POSTURIUM. Thomas Archid. in Hist. Salonitana cap. 21. *Amputaverunt caput nequissimi Ducis, & in Posturio suspenderunt.* Idem cap. 26. *Cum thuribus & crucibus procedentes usque Posturium, &c.* Ubi Joan. Lucius *posturium* dictum vult locum *post turrim* positum, & nunc corrupte *postire* dici. [Leg. forte *Posthurium*, ita ut idem sit quod *Posticium*. Vide *Pseudothyrum*.]

¶ POSTZUPANUS, Zupani substitutus. Vide *Zupa*.

¶ POTACULUM, Potus, poculum. Tertull. Apolog. cap. 39. *Nam inde (arca) non epulis, nec Potaculis . . . dispensatur.* Idem de Refurr. carnis cap. 4. *Rursusne omnia necessaria illi, & in primis pabula atque Potacula?*

POTAGIA. Chronicon Augustanum ann. 1370. *Carolus Rex exegit ab Augustensibus 36. millia florenorum, & à Judæis 10. millia pro strewa: ob quod diverse angaria, & Potagia, exactionesque instituta.*

¶ POTAGIARIUS, Coquus pulmentarius. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. Aprilis pag. 149. *Honestus vir Robertus Touchet pulpamentarius seu Potagiarius quondam defuncti Ludovici Franc. Reg. XI. & nunc principalis coquus Ludovici etiam Franc. Regis XII.*

1. POTAGIUM, Potio quævis, in Wichbild Magdeburg. art. 77. aliàs nostri *Potage* vocant jus, seu jusculum. Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis n. 2. *Panisque & parum de vino cum Potagio eis pro cibo sufficiebat.* Statuta Hospitalis seu Leprosariæ S. Juliani in Anglia: *Habeat quilibet frater Leprosus . . . bussellum pisorum pro Potagio.* Charta Ludovici Regis ann. 1264. pro fundatione Ecclesiæ S. Mauricii Silvanect. in 30. Regesto Chartophylacii Regii Ch. 347. *Ordinamus insuper & volumus quod in eadem domo singulis diebus Quadragesima & Adventus Domini 13. pauperes, & singulis reliquis diebus anni 5. pascantur in prandio, in pane, & vino lymphato, Potagio, & aliquo alio ferculo, &c.* Liber consuetudinarius Monasterii de Bello in Anglia:

Et habebunt prædicti duo homines conjunctim ad quamlibet de prædictis 3. precariis Potagium & ferculum de carne sine potu, pretii 1. den. Concilium Remense an. 1304. cap. 5. Statuimus ut omnes & singula persona ecclesiastica Remensis provincia in singulis conviviis sint contenta Potagio & duobus ferculis, nisi magnitudo personarum supervenientium aliud requirat.

[Instr. an. 1351. tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 6. Quia anno illo defectus maximus fuit pisorum, fabarum & aliorum de quibus fit Potagium, &c. Capitul. gener. S. Victoris Massil. an. 1517. ex Cod. MS. Pitansarius tenetur tempore Adventus, Quadragesimæ ac vigiliarum providere pro Potagio totius conventus de leguminibus, oleribus, oleo, risis, amigdalibus, &c. Occurrit præterea in Consuetud. MSS. B. M. Deauratæ Tolos. in Actis MSS. S. Yvonis, tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 311. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 216. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 271. tom. 5. pag. 625. 667. &c. Potagium de ris, Potagium de grus, in Statutis Monast. S. Claudii pag. 83. Vide Pureya.]

¶ POTAGIUM, Omne leguminum, seu olerum genus, illud præsertim quod condiendi pulmenti causa in ollam mittitur, nostris Herbes potageres. Charta Fulconis Episc. Andegav. ann. 1337. in Tabul. ejusdem Eccl. Decimas bladorum, Potagiorum seu leguminum hujusmodi percipiet & levabit. Ibid. semel occurrit. Antiquit. Bened. Aurelian. MSS. apud Stephanot. pag. 565. Ad eo tenuem & austerram vitam ducunt, quod etiam leguminibus seu Potagio non utantur nisi tantum tempore Quadragesimæ. Ordinat. Humberti II. pro Hospitio suo ann. 1336. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 310. In speciebus, salsa, sale, oleo, pullis, piscibus, lignis, Potagio, & aliis minutis quoquinae.

¶ 2. POTAGIUM, Præstatio pro potu vendito. Tabular. B. M. de Daoulas an. 1173. Guidomarus Leonensis dom. & uxor sua Nobilia... abbatiam apud Daoulas fundaverunt... & dederunt... Potagium cervisia ejusdem castri, uxore Senescalli, septimam partem quam habebat, concedente. Eadem habentur in Charta an. 1186. ex Tabul. castri Blein. qua Herveus prædicti Guidomari filius ratam habet concessionem paternam. Charta Acelini de Merriaco an. 1203. in Tabular. Crisenon. Ego Ascelinus de Marriaco notum facio... quod Regina mater mea... donavit ecclesie B. M. de Crisenone... Potagium & modagium terra mea de Lissi.

¶ POTALICIUM, Quod in pactioibus præter conventum pretium potationi sæpius infumendum datur, nisi pro Commeatu & cibariis accipere velis. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. to. 12. col. 576. Accedentes singuli ad castrum Regine, convicti belli gagia & Potalicia petierunt, & ostendentes cedulas eis factas, derisus major factus est super eos.

¶ POTARE nomine matrimonii. Statutum Synodale Nicolai Episcopi Andegavens. an. 1277. cap. 3. Intelleximus nonnullos volentes & intendentes matrimonium ad invicem contrahere, nomine matrimonii Potare, & per hoc credentes se ad invicem matrimonium contraxisse, carnaliter se commiscerunt. Verum cum per hoc nullum matrimonium contrahatur, & ob hoc quoniam plures jam fuerint decepti, vobis firmiter injungimus, quod frequenter & in publice Ecclesiis parochialibus vesiris dicatis, quod per prædicta ejusmodi matrimonium nec sponsalia contrahantur. Hæc etsi prolixiora descripsimus, ut sæculi abusum, & proverbii vulgaris originem indicarem, Boire & manger, coucher ensemble, c'est mariage ce me semble. Huc forte

spectant sequentia ex Concilio Arelatenfi ann. 1260. cap. 4. Caterum quia jam in partibus Provincia, quasi passim absque auctoritate Ecclesie, suorum, suarumque presunt firmare conjugia, &c.

¶ POTARIUS, à Gallico Potier, figulus. Thelon. Episcopat. Autiss. an. circ. 1290. exaratum: De Potariis. Quilibet adducens Poterie de extra villam, debet deneriatam. Alia notione vide in Potus.

¶ POTATA, Poculum, haustus. Acta S. Bertrandi tom. 1. Junii pag. 789. Tanta in eo floruit sobrietas, ut non solum in se, sed etiam in subditis, ... exceptis refectioibus ordinatis, abominaretur primas Potatas, maxime ante tertiam, quarum crapulam spiritu quodam indicabat esse notam. Hæc jentaculum spectant.

¶ POTATIO, pro Compotatio, passim occurrit.

¶ POTATOR, Qui potationibus indulget. Gualvaneus de la Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1009. Iste fuit comestor maximus & Potator egregius. Potatores maximi, apud Plautum in Menæch. & Tertull. de Monog. cap. 8.

¶ POTEBAT, pro Poterat, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 106. §. 1. [Potebam, pro poteram, in Testam. Guillelmi Vicecom. Agath. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 179. & alibi passim.]

¶ POTECHA, pro Hypotheca, Pignus, quo quis jus ad rem habet. Charta an. 1209. in Tabul. Domus Arelat. S. Joann. Jerosol. Ego Hugo de Baucio tibi Barrala uxori mee pro dictis 8055. sol. pro dicta venditione quam fecisti & quos habui, do tibi in retorum & in Potecham totum meum pertinementum quod habeo. Legendum forte & hypothecam.

¶ POTELLER, POTTELLER, Scutella, Gallicè Ecuelle, Angl. Pottinger vel Porrenger. Testament. Johannis de Nevill ann. 1386. apud Madox Formul. Anglic. p. 427. Item Radulpho filio meo (lego) VI. duodenas discorum, IIII. duodenas falsariorum, VIII. ollas Potellers... Item Alefia Deyncourt filia mea XII. discos, VI. saucers, & II. ollas Potellers argenteas. Testament. Radulphi de Nevill an. 1440. ibidem pag. 433. Item do & lego Georgio de Nevill filio meo VI. discos argenti, unum ciphum deauratum & I. ollam Potteller argenti.

¶ POTELLUS, diminut. à Potus. Vide in hac voce. POTENTARE, Potestatem exercere, apud Luciferum Calaritanum lib. 2. pro S. Athanasio pag. 88. 1. edition. [Chronicon Idatii inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 173. Alani qui Wandalis & Suevis Potentabantur, adeo casi sunt à Gotthis, ut &c. Vita S. Hunegundis num. 8. Omne quod in cælis terrisque & mari Potentatur, vel agitur, vel movetur, creaturam esse credimus.]

¶ POTENTATOR, Dominus, dominator, apud Tertullianum de Resurrect. cap. 23. ex Epist. 1. B. Pauli ad Timoth. cap. 6. 15. ubi potens habet Vulgata.

1. POTENTATUS. Papias: Potentia est sua cujusque solius: Potentatus autem, auctoritas judicialis in civitate. Idem: Potentatus, aterna perpetuitas, dominationis opus prevalidum: Potentia vero una potestas. Gloss. Græc. Lat. δυνασια, potentia, hic potentatus. Alibi: δυναμις, tenor, vigor, vis, virtus, potentia, valentia, potentatus. Vox Livio l. 20. Cæsari l. 1. de bello Gall. Arnobio l. 1. & aliis nota. Occurrit etiam in Psalm. 19. 89. Eccles. 10. apud Anastasium in Hist. Eccles. pag. 13. 74. Joan. Sarisberriensem Epist. 5. 6. &c.

¶ POTENTATUS JURIS, in Litteris Rudigeri Episcopi Patav. ann. 1245. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 231. Quævis possessio per sui usus perceptionem & temporis diuturnitatem quiete adducta

in omni re Potentatum juris & triumphum justitiæ perpenditur obtinere.

¶ 2. POTENTATUS, Supremus Princeps, Gall. Potentat. Epist. Calixti III. PP. an. 1456. ad Carolum VII. Reg. Franc. ex Bibl. Reg. Non desint modo Christiani Potentatus & nobiscum . . . vires eorum adjungant & Crucis vivificæ vexillum non deserant.

¶ 3. POTENTATUS, Exercitus, copiæ, Gallice Forces. Alphonsus Rex Castellæ in Epist. ad Innocent. III. PP. inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 473. Venerunt etiam illustres amici nostri & consanguinei, Rex Aragonum & Navarra cum Potentatusuo, in fidei catholica auxilium. Vide Posse 2.

1. POTENTIA, Titulus honorarius, quo Michaëlem Imper. Constantinopolitanum compellat Nicolaus PP. Epist. 8.

¶ 2. POTENTIA, Scipio, fulcrum subalare, nostris vulgo Potence. Mirac. S. Lifardi sæc. 1. Bened. pag. 164. S. Lifardum viderunt assistere tenentem baculum in manu dextera, qui vulgari vocabulo nancupari Potentia consuevit. Bulla Bonifacii VIII. PP. an. 1297. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 88. Habitum vero cum signo quod Potentiam vocant, in honorem ipsius B. Anthonii tam abbas quam canonici seu fratres presati juxta morem solitum ipsius hospitalis, semper & ubique deportent. Mirac. MSS. Urbani V. PP. Stetit impetens, nec poterat ambulare nisi cum Potentiis sive crossis. Occurrit præterea apud Martenium tom. 3. Anecd. col. 1942. tom. 6. Ampliff. Collect. col. 1008. in Actis SS. tom. 2. Januar. p. 161. to. 4. Maii pag. 571. &c.

POTENTIALITER, κατὰ κράτος, apud Anastasium in Histor. Eccles. pag. 114. Isidorus Pacensis in Chronico: Sicque pene belligerantes Potentialiter regnant. [Chron. Bertin. ad an. 865. Rhotarium canonicè . . . dejectum, & à Nicolao Papa, non regulariter, sed Potentialiter restitutum . . . secum redierunt.]

¶ POTENTIALITER, Ex auctoritate. Chron. Andrense apud Acher. tom. 9. Spicileg. pag. 554. Unde vobis finaliter dicimus, quod terminos istius claustris die & nocte Potentialiter vobis intercludimus. Utitur Sidonius Epist. 14. lib. 7.

¶ POTENTIALITER, Efficaciter. Charta Conradi II. Imper. an. 1039. apud Eccardum in Histor. geneal. Landgrav. Thuring. col. 314. Ut autem hujus nostræ pietatis traditio ab omnibus semper credatur, & stabilis Potentialiter permaneat, &c.

POTENTIBILIS, pro Possibilis. Acta Murenensis Monasterii pag. 46. Pridie autem Calend. Januarii persolvunt censum cum avena, . . . ista omnia primitus fuerunt petibilia, modo sunt Potentibilia.

¶ Vim vocis minime intellexisse videtur D. Cangiugius; ibi enim de præstationibus sermo est quæ primo petendo & quasi deprecando exigebantur; exinde vero quasi ex jure & auctoritate exactæ sunt: unde petitio, precaria, in ipsa institutione nuncupatæ. Vide Petibilis.

¶ POTENTISSIMUM, pro Potissimum, in Epist. Henrici Huntindon. an. 1153. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 178. De contemptu igitur mundi quadam tibi & mihi scripsi, in quibus te languens exerceas, & ipse Potentissimum sæpe legendo recurrat.

POTENTIVUS, [Imperiosus, superbus, durus.] Capitulare I. Caroli Mag. an. 802. cap. 11. apud Baluzium: Non Potentiva dominatione vel tyrannide sibi subiectos premant.

¶ POTERATUR, pro Poterat, apud Laur. in Amalth. Vide Potestur.

¶ POTERNA, ut Posterula. Vide in hac voce.

¶ POTESTACIA, Villa, pagus, districtus Pote-

statis. Statuta Genuens. lib. 1. cap. 1. fol. 29. Homines vero trium Potestaciarum coram Potestatibus eorum producere possint, &c. Vide in Potestas.

¶ POTESTARIA. Vide mox Potestas.

POTESTAS, Rex, Princeps, supremus loci Magistratus, in l. 31. Cod. Theodof. de Episc. Salvianus lib. 7. de Gubernat. Dei: Potestas quippe magna & potentissima, quæ inhibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari. Possidius in Vita S. Augustini cap. 14. Non desuerunt qui dicerent permisos non fuisse Episcopos apud Potestatem quæ causam audivit, dicere omnia pro suis partibus. Magnifica Potestas Prefectorum gravissime indignata est, in Indiculo Joannis Episc. tom. 1. Epist. Rom. Pont. in Hormisda PP. Apparitores illustrium atque eminentium Potestatum, in Collat. 1. Carthag. initio. Illustrissima Potestates, in Collat. 3. c. 129. 140. Majores Potestates, in l. 3. Cod. Th. de Suaris. Temporales Potestates, qui paulo ante, Seculares judices, in l. ult. de Episc. &c. [Potestates extera, in lib. 5. Capitul. cap. 26. Temporales, ibid. lib. 6. cap. 390. id est, judices seculares. Isidorus lib. 3. Sentent. cap. 51. Ceterum intra Ecclesiam Potestates necessariae non essent, nisi ut quod non pravalet sacerdos efficere per doctrinam sermonem, Potestas hoc imperet per disciplina terrorem. Sape per regnum terrenum, caeleste regnum proficit. Potestas principalis, in Addit. 2. ad Capit. cap. 28. ex Concil. Paris. VI. lib. 3. cap. 23. & Aquisgran. II. tit. 3. cap. 11. Potestas reipublica, i. e. ejus ministri, in Capitul. Caroli Cal. an. 869. tit. 40. cap. 10.] Senatus & omnes judices, & omnes aulica Potestates, in Gestis Acacii. Vopiscus: Magnam Potestatem ad se venire viderunt. Avitus Viennensis Epist. 58. Ita namque apud nos per momenta singula Potestatum speratur adventus, ut nisi illis venientibus presens esse cavero, ab eis qui solent in nobis etiam leviora culpæ, quamlibet simplex abscessus meus, non solum negligentia, sed etiam contumacia deputeretur. Charta Roberti Capuani Principis an. 1119. apud Ughellum in Episcop. Caferanis sic clauditur: Ex jussione presata serenissima Potestatis scripsi. Vide Evodium de Miracul. S. Stephani cap. 5. Codicem Carolinum Epist. 85. &c.

¶ POTESTAS JUDICIARIA, Judex, apud Eccardum in Catechesi Theotifica pag. 152. & seqq.

POTESTAS, Honor ipse, officium, Magistratus. S. Augustinus lib. 1. contra Academicos cap. 14. Si collocarentur statua, insulerent honores, adderentur etiam Potestates, quæ in municipalem habitum supercrescerent, &c. In publica Potestate positi, in leg. 1. Cod. Th. Si provinciæ Rector, &c. Ordinaria vel qualibet præditus Potestate, in l. un. Si quacumque præditus potest. eod. Cod. Potestas judicis, in l. 56. de Cursu publ. eod. Cod. Judiciaria potestas, Marculfo lib. 1. form. 3. Neque vos, neque juniores, neque successores vestri, nec quislibet de judiciaria Potestate in villas . . . nec ad agendum, nec freda exigendum . . . presumatis. Tabularium S. Hilarii Pictavensis: Quatenus inibi Deo famulantes cum omnibus rebus ad ipsum Monasterium aspicientibus vel pertinentibus sub tuitionibus, & nostræ immunitatis defensione ab regni nostri judiciaria Potestatis inquietudine residui commorentur. Charta alia apud Beslium pag. 455. Liberam & quietam ab ullius Potestatis consuetudine dedimus. Charta Sancii Ducis Gasconia pro fundatione S. Petri Generensis: Et possessiones ad eam in circuitu pertinentes absolvo, & absolutas esse pronuncio ab omni censu alicujus dominationis, ab amica inquisitione ullius Potestatis, &c. Occurrit passim hæc formula.

POTESTAS, Dominus loci alicujus, *Le Seigneur du lieu*. Occurrit non semel.

POTESTAS MONASTERII, Advocatus. Notitia ex Tabulario S. Martini Turonensis: *Notitia qualiter venit Potestas S. Martini Pictavis ante Dominum Ebo- lum Comitem, . . . reclamans atque dicens, &c. Charta* I. inter Alamannicas Goldasti: *Si autem Potestas Monasterii istam traditionem intrumpere, & eos alieni- genare conaverit, &c.*

POTESTATES, seu *Potestats*, in Consuetudine So- lensi tit. 2. Majores vassalli feudales, qui tenen- tur semel ad minus singulis septimanis ad Curiam Laxarensem venire, cum Castellano Laxarensi jus dicturi. Unde iidem sunt qui nostris *Pares Cu- ria* appellantur.

POTESTAS, Clientelæ professio, qua domino ca- pitali pollicetur vassallus castra & alia quæ ab ipso tenet, in ejus potestatem se redditurum, quoties de eo fuerit requisitus; quæ quidem professio in qualibet mutatione, sive domini sive vassalli, in- terdum & quovis quinquennio, renovabatur. Ho- magium Bernardi Attonis Vicecomit. Carcasson. præstitum Abbati S. M. Craffæ ann. 1110. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 376. *Et dabo tibi Potestatem de omnibus castris & villis su- perius scriptis, iratus & pacatus, cum à te vel à tuis suc- cessoribus suero requisitus. Iterum recognosco quod pro recognitione dictorum feudorum debeo venire & mei suc- cessores ad dictum cœnobium in expensis propriis, quo- sciens abbas noviter fuerit factus, & ibi facere homi- nium, & reddere ei Potestatem de omnibus feudis supe- rius scriptis. Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 621. Multa incommoda, li- tes & contentiones accidunt frequenter inter dominos & feudatarios, cum ipsorum feudorum recognitiones, Po- testates siue potestats & alia servitia & onera, quibus feuda subjacent, per longa tempora non petantur Per quam constitutionem providet (Synodus) quod Pra- lati & beneficiati quicumque ratione suarum dignitatum vel beneficiorum feuda habentes ea recognosci facerent, quoties feudatarii innovarentur, & de quinquennio in quinquennium recipi Potestates.*

POTESTATES, Jura, privilegia, reditus, com- moda. Chron. Episc. Metens. apud Acher. to. 6. Spicil. pag. 664. *Ipse (Fridericus de Plujosa) suas & ecclesiarum sibi commissarum Potestates ita conserva- vit indemnes, ut nullam sub regimine ejus diminutio- nem, nullumque prorsus detrimentum sentirent. Nisi malis ea notione interpretari qua mox,*

POTESTAS, Villa, pagus, districtus Potestatis judi- cis, seu potius domini, *Seigneurie*. Odo Clunia- censis lib. 2. de Vita S. Geraldii cap. 7. *Quidam violenti homines præsumptionem faciebant contra Potesta- tem loci illius. Baldricus Dolensis in Hist. Translat. capitis S. Valentini n. 11. In loco qui dicitur Blin- quitutum, mortalitas cœpit deservire, & Potestatem il- lam profligare. Chronicon S. Benigni Divionensis: Dedit Comes Otto S. Benigno Potestatem Vivariensis Cella. Hist. Episcopor. Salisburgensium apud Ca- nisium pag. 250. Cœpit Theodonem rogare Ducem ut ipsius Potestatis locum tribueret, &c. Vita SS. Boyæ & Dodæ num. 11. Et Vallis Monasterii, Potestas sci- licet magna non obscurat sua vilitate cætera patrimonio- rum sancti viri donaria. Ufaci Barcinonenses MSS. cap. 65. *Strata & via publica, & aquæ viva, prata, pascua, . . . sunt de Potestatibus, non ut habeant per alodium, vel teneant in dominio, sed ut sint omni tem- pore ad emparamentum cunctorum illorum populorum, &c. Acta Episcopor. Cenoman. pag. 296. Potesta- tem Curtis Gerardi, quæ ei jure ex patrimonio debeba-**

Tom. V.

tur, cum lucis, & vineis, & pratis, . . . dedit suis Ci- tonicis. Pag. 306. *In pago Cenomanensi Ecclesiam de Aciaco cum Potestate. Tabularium S. Cypriani Pi- ctav. Acta sunt hæc quando reddidit Guillelmus Comes Potestatem S. Petri Frotherio Episcopo. Tabularium Burguliense: Cum tota vicaria ad ipsam curiam vel Potestatem pertinente. [Charta Caroli Simplicis Re- gis Franc. ann. 919. apud Mabill. Diplom. pag. 564. Nec ipsa potestas, ut diximus, regalis aut aliquis regalium virorum . . . in omni Potestate S. Clementis hospitari præsumat. Placitum an. 1122. Signum P. Lu- tevensis Episcopi in cujus Potestate hoc placitum firma- tum atque placitatum fuit. Tabular. S. Medardi Sues- sion. ann. 1190. Item singula Potestates per singulos annos unam vehituram ei (Advocato) procurabunt.] Charta Philippi Augusti anno 1190. in Tabulario S. Victoris Parisiensis Charta 24. *Tres feodos quos ab Abbate ipso tenebat in Potestate Puteolorum. Charta Joannis Comitis Cabilonensis ann. 1233. Nos prædicti Johannes & Mathildis, si quid actionis, si quid juris vel rationis, si quid domini & potestatis, si quid possessionis habemus aliquomodo vel tempore, vel habere videbamur in prædicta majori justitia, & in Potestate dictæ villa, . . . cedimus, tradimus, &c. Occurrit pas- sim in veteribus Tabulis, in Chronico S. Benigni pag. 360. 414. 427. 431. tom. 4. Hist. Franc. pag. 170. in Charta Alamann. 76. Goldasti, apud Brolium in Hist. Parisiensis pag. 95. 96. edit. 1639. Roverium in Reomao pag. 173. 220. Bessium in Comitib. Pictav. pag. 248. 288. 289. in Episcop. Pictavensib. pag. 39. Rouillardum in Hist. Meledunensi pag. 354. Sammarthanos to. 1. Gall. Christ. pag. 159. 160. 414. 754. Duches- nium in Hist. Vergiac. pag. 31. 34. 36. 50. 54. 134. Guichenonum in Hist. Sabaud. p. 3. 4. He- mereum in Augusta Viromand. p. 220. in Regesto p. 33. 34. [Mabill. sæc. 5. Bened. p. 321. 601. D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. p. 117. &c. Le Roman de Rou MS.**

*Mainte cité a ja esté
En mainte riche Poosté.*

Le Roman d' Athis MS.

*Ot moult de sens du monde paint;
Des prouesses, des courtoisies,
De Poestes, de seignories.*

Vide Pedesticum.]

POTESTATIA, Eodem intellectu. Statuta Ge- nuens. lib. 1. cap. 4. pag. 9. *Jurisdictio & auctori- tas dicti Magistratus sit & se extendat duntaxat inter cives, & cives Genuæ, inter homines trium Potestatia- rum. Ibidem cap. 14. pag. 19. Quilibet Potestas & Jus dicens teneatur stare & morari continue, toto tempo- re pro quo constitutus fuit, in sua Potestatia, neque ex ea recedere possit, nisi &c. Vide Possé 3.*

POTESTAS, in Italia præfertim, appellatus supre- mus civitatum liberarum Magistratus, qui aliunde quam ex ipsismet civitatibus eligebatur, & sum- mo jure civibus in rebus bellicis perinde ac civicis imperabat, cujusque functio annua erat. Gunthe- rus lib. 9. Ligurini:

*Inde per Etruscas Legatos destinat urbes;
Campanasque domos, & quas in littore curvo
Æquorei lavat unda salis: qui debita fisco
Jura vetusta petant, per quos statuuntur in omni
Urbe Magistratus, & civica quaque Potestas.*

[Barthol. Scribæ Annal. Genuens. ad an. 1226. apud Murator. tom. 6. col. 442. *Duces, capitanei, valvassores, castellani, principes, barones, & quamp- lures Potestates siue Rectores civitatum & locorum. Lau- des Papiæ apud eundem tom. 11. col. 24. Olim*

Y y

civitas per solos Consules gubernabatur, nunc autem eligitur per Sapientes illos omni anno, vel in sexto mense Rector, qui vocatur Potestas, ad certum salarium, qui sit de alia civitate, cui taxati sunt officiales in numero certo, videlicet Miles unus, & plures iudices, notarii, domicelli, apparitores, equi, &c. Adde Chartam electionis Potestatis urbis Hortanæ apud Illust. Fontaninum Antiq. Hortæ pag. 415.] Radevicus lib. 4. de Rebus Gestis Friderici Imper. cap. 6. Præterea & hoc sibi ab omnibus adjudicatum atque recognitum est, in singulis civitatibus Potestates, Consules, ceterosve Magistratus assensu populi per ipsum creare debere, qui fideles simul & prudentes, & Principi honorem, & civibus patriæque debitam justitiam noscent conservare. Thomas Archidiaconus in Historia Salonitana cap. 34. Ut autem rumor in civitate perstreperit quod Potestas advenisset, . . . Egressus autem de navi, ab universa Cleri populique frequentia in magno tripudio & honoris obsequio susceptus est. Altera autem die misit & fecit inspicere plura hospitia, ubi videretur commodius sui regiminis officium exercere. Et tandem placuit habere domum Comitum Grubesse pro publico Palatio, & pro hospitio suo. Tertia vero die fecit coadunari universum populum civitatis, & facta curia, primo expediverunt se nuntii exponentes sue legationis processum, & exitum, ostendentes. . . . Posthac autem surgens Garganus, (Potestas) ut erat eloquens vir, multum lepide concionatus est, & præstito sui regiminis juramento, fecit universam multitudinem, tam Nobilium, quam Popularem vinculo sacramenti astringi, ut essent suis præceptis obedientes per omnia & sequaces. . . . Tunc ordinavit Curiam, statuens Iudices, Camerarios, Pracones. Totum namque regimen ad exemplar Italicarum urbium quæ per Potestatum regimina gubernantur, ordinavit. Cujusmodi vero esset Potestatis sacramentum, habetur apud Corium in Historia Mediolanensi parte 2. pag. 167. edit. 1646. De hac porro dignitate accipe quæ habet Franciscus Sansovinus in familia Martinengha pag. 299. Ogni città ch'era libera, & sotto l'ordine de suoi Magistrati eleggeva per capo del suo governo un Podestà, che fosse forestiero, scientiato, armigero, & bellicoso. Costui menava secondo il suo volere un Vicegerente & suo delegato che fosse Giuriconsulto: & appresso haveva tre Sergenti o cavallieri con vinticinque santi, ch'era la corte Pretoria per servizio della giustizia. Oltre à ciò teneva sei Staffieri, & altre tanti Donzelli & cavalcature. Et sedeva nel Magistrato per uno anno continuo. Et gli era pagato il salario assai grosso in tre rate. La prima gli era data ne primi tre mesi del suo reggimento, l'altra finiti i sette mesi, & la terza quando era liberato del sindacato, che finiva quindici giorni dopo l'anno della pretura.

☞ Nec prætermittenda quæ de ejusdem sacramenti circumstantiis refert Chron. Parmense ad annum 1309. apud Murator. tom. 9. col. 878. Petrus Mancasola de Placentia venit Parmam pro Potestate, electus per sex menses Potestas Parma, ita quod juravit regimen ad Ecclesiam majorem ad offerendum ipsa nocte in publica concione, more solito ad lumen cereorum & luminiarum quam plurimum, & incontinenti cæpit regere.

His adjungenda videtur Formula literarum, quibus Potestati alicui illius nuntiatur electio; sic illa habetur apud Rollandinum in Summa Notariæ: Militi probata fidei & examinata virtutis Dom. Cornelio de Solario, R. de villa Potestas, Consilium & Commune Bononia, Salutem & prosperos ad vota successus. Licet in altitudine libertatis naturaliter conditio suspiret humana, quia tamen ut plurimum examine rationis omisso in præcipitium perversa labitur voluntatis, datum est ut vinculis disciplina restricta sub jugo do-

minii, obedientia collum ponat, & ut homo præferatur hominibus ad motus illicitos loris justitia refranandos. Hinc est quod hodie plus solito propter corruptas affectiones hominum, & invalescentes nequitias perversorum nihil potest populo esse beatius nihilque majus, quam bono duce prævio bene duci. Cum igitur hujus rei sollicitudinem multam provideremus nostro regimini dignum præferre rectorem, per brevium solemnitate juxta municipalis observantias legis nostræ in viros fidelissimos & prudentissimos electionis auctoritas sorte venit, qui virtuosos Italia viros, & hujus dignos officio prælatura sollicita examinatione quærentes, tandem consideratis virtutibus quas in vobis affluenter adesse prædicat opinio celebris & communis, personam vestram ad Kalendas Februarii proxime venturi ad unum annum nobis & civitati nostræ in Potestatem, Rectorem, & Dominum electione concorditer & unanimi præfecerunt. Quapropter cum ex ipsa electione sit per omnem modum mirabiliter satisfactum affectionibus cordis nostri: eo quod scimus vos adeo virum doctum, ut sciatis æqua libra ponere judicium in pondere, & justitiam in mensura, & in vindictam facinorum justitiam vibrare gladium temporalem, prudentiam & dominationem vestram instanter multis precibus exoramus, quatenus regiminis nostri locum & officium, quod vobis ea cordis affectione qua nulla major offerimus, si placet, cum salario duorum mill. lib. & cum illis conditionibus quas tam ea qua vobis in publica forma per latorem præsentium mittimus, quam alia Communis nostri statuta declarant, hilariter & libenter admittatis, sociati quatuor iudicibus, duobus Militibus & duobus Notariis, viris duntaxat talibus, quorum fide ac prudentia honor vester gloriosus appareat. Venientes itaque 15. diebus ante Kalendas Februarii vestram & vestrorum prædiclorum in civitate nostra præsentiam habeamus. Itaque si assentiendum duxeritis, vel non duxeritis votis nostris, in tertium diem post harum præsentationem responsum latore præsentium per instrumentum publicum certum detis. Sequuntur Litteræ ejusdem tenoris sub breviori forma, Responsiva de acceptatione electionis & admissione regiminis, & responsiva qua se excusat electus, & electioni renunciat. Vide Gesta Innocentii III. PP. pag. 143. Petrum de Vineis libr. 2. Epist. 1. libr. 3. Epist. 63. & alibi, Statuta urbis Mediolan. part. 2. cap. 6. & seqq. Corium in Histor. Mediolan. pag. 157. Hieronymum dalla Corte lib. 4. Histor. Veron. pag. 223. &c.

☞ **P O D E S T A S**, Idem qui Potestas. Occurrit non semel apud Italos. Antiqua est vox Potestas ad designandos supremos civitatum Magistratus, ut observat Burnus in Itin. Helvet. & Ital. pag. 226. ea siquidem notione accipienda apud Juvenalem Sat. 10. 100.

An Fidenarum, Gabiorumque esse Potestas?

☞ **P O T E S T A S M E R C A T O R U M**, Qui de rebus ad mercatores spectantibus cognoscit & judicat, à Potestate civitatis distinctus. Chron. Parmense ad an. 1309. apud Murator. to. 9. col. 878. Item eodem anno dominus Ghibertus de Corrigia factus fuit Potestas mercatorum & mercadantia civitatis Parma usque ad quinque annos.

☞ **P O T E S T A S V I C T U A L I U M**, Qui rebus ad victum necessariis præest, in Statutis Placent. lib. 6. fol. 68. verso.

Potestatis titulo donabatur olim Legatus seu Magistratus qui pro Venetis Constantinopoli morabatur apud Imperatores Constantinopolitanos, ut ex Acropolita cap. 85. & ex Charta ann. 1238. quam in Hist. Franco-Byzantina descripsimus, docemur. Sed is postmodum Bajulus dictus est, mansitque Potestatis dignitas & nomenclatura Genuen-

fium Legato in eadem urbe, uti exerte habent Pachimeres libr. 2. cap. 32. Nicephorus Gregoras libr. 4. sect. 9. & Codinus de Offic. cap. 7. num. 6. Vide Meursium in *Πολεις & τοες*.

Obtinuit etiam hæc dignitas in Francia, maxime in Provinciæ Comitatu. Nam passim mentio occurrit *Potestatum* Arelatenfis urbis, antequam idem Comitatus ad Carolum I. pervenisset, qui eorum loco Vicarios, (*Viguiers*) instituit. Occurrunt etiam non semel *Potestates* Massiliæ & Avenionis. In Charta an. 1225. *Spinus de Sorezina Dei gratia Potestas Massilia & Avenionis* inscribitur. [*Potestatis* Massiliæ mentio occurrit in Chartis an. 1208. 1226. 1227. ex Chartul. minori S. Victoris Massiliens. fol. 105. 106.] Charta an. 1240. *Cum Comes Galterius Vicarii generalis domini Imperatoris in regno Arelatenfi & Viennensi peteret Potestariam Avenionis à domino Comite Tolosa, dicens quod à domino Imperatore receperat in mandatis, quod Potestarium reciperet supradictam, &c.* Philippus Mouskes in Hist. Regum Francor. MS. de Avenionis expugnatione:

*Et s'ot li Rois avoec en fin
Leur Poëstat, & le Dalsin,
Pour çou que li Quens de Provence
Li ot conseilliet sans penence.*

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. de eodem:
Præfectus cui major in urbe Potestas.

¶ *POTESTATES* nuncupati apud Hispanos Primores, qui eo nomine Chartis Regum Hisp. subscribunt, ut observat Morales in Eulogium p. 316.

¶ *POTESTARIA*, Potestatis, seu urbis Capitanei dignitas. [Charta curiæ Arelat. an. 1225. in Cod. MS. D. Brunet fol. 85. D. Dracone Montis-draconis Potestate existente, *Potestaria ejusdem anno secundo. Urbanus IV. PP. in Epist. ann. 1263. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 10. Nullam Potestariam, seu capitaneam, vel rectoriam... recipient. Occurrit præterea apud Illustr. Fontaninum Antiq. Hortæ pag. 416. in Statutis Massil. lib. 2. cap. 17. Murator. tom. 7. col. 637. tom. 8. col. 375.] apud Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 63. lib. 5. Epist. 46. 96. & 100. in Hist. Cortusiorum lib. 7. cap. 8. lib. 8. cap. 12. apud Nicolaum Smeregum in Chron. an. 1263. Kollandinum in Chron. lib. 3. cap. 1. in Chartis Italicis apud Odoricum Raynardum an. 1288. n. 6. 7. & alibi passim.*

¶ *POTESTARIA*, Eadem notione. Ottoboni Annal. Genuens. ad ann. 1194. apud Murator. tom. 6. col. 368. *Et constituit vicarium suum in officio Potestariae Dracum de Gambolato. Ogerius in iisdem Annalib. ibid. col. 411. Qui Potestas in principio sua Potestariae consilium celebravit, &c.* Adde col. 489. Rursum occurrit apud eundem Murator. to. 17. col. 1163. & in Actis SS. tom. 4. Junii p. 792.

¶ *POTESTAS MAJOR*, Merum Imperium, *Haute Justice*. Vide *Imperium*.

¶ *POTESTAS PLENA*, Feudum immediatum, quod à nullo dependet, teneri dicitur in *plena potestate*, à *plain poois*, ut habetur in Charta an. 1294. apud Stephanot. to. 3. Antiq. Bened. Pictav. MSS. pag. 969. *Tout quant qu'il avoient & tenoient à sié & à homage de nostre seignor le Roy de France, excepté ceu qui ont à plain Poois, soit en cens, en rentes, en costumes, en complans, ... retenu audit Pere Daneis & à ladite Johane sa fame, & à lor hers & lor successors ceu qu'il ont à plain Poois, &c.*

¶ *POTESTAS CASTRI*, in Usaticis Barcinonensibus MSS. c. 68. & alibi non semel, dicitur facultas, quam superior dominus habet utendi castro vassalli. Charta Ildefonsi Regis Aragonum, ann. 1192.

Tom. V.

apud Marcam lib. 6. Hist. Beneharn. c. 9. *Et tu & successores tui dabitis mihi meisque successoribus in perpetuum Potestatem irati & pacati de Lorda, & de omnibus castellis, munitionibus, & fortitudinibus ejusdem terra, quotiescunque à me vel nunciis meis requisiti fueritis.* Locos alios habes in Dissert. 30. ad Joinvill.

¶ *POTESTAS VICARIA*, Locum-tenens, vicarius, qui alio nomine iudicium exercet. Charta Gaufridi Comit. Andegav. an. 977. apud Mabill. to. 3. Annal. p. 650. *Ut nulla in eorum terra vicaria dominetur Potestas, nisi de furto, aut incendio, vel homicidio.*

¶ *POTESTATES*, Angeli ex secundo sacræ Angelorum Hierarchiæ gradu, quorum officium est, curare ne à causis inferioribus aut aliunde confundatur, perturbeturque Virtutum actio: quod fit impediendo contrarias causas & inferiores per debitam subjectionem subordinando, ut idoneæ fiant recipiendæ motionis, quam iis volunt imprimere Virtutes. Sic autem appellantur, quod in iis omnipotentia Creatoris appareat. Vide S. Gregorium Homil. 34. in Evang. S. Bernardum lib. 5. de Confid. cap. 4. Isidorum lib. 7. Orig. cap. 5. Guilielmum Paris. 2. P. de Un. p. 2. cap. 127. &c.

¶ *POTESTATES*, vox Ecclesiastica, Gall. *Pouvoirs*. Dicitur de licentia ab Episcopo presbyteris concessa audiendi & absolvendi pœnitentes. Statuta Joannis Episc. Trekor. an. 1423. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1130. *Præterea quia de novo intelleximus, quod nonnulli religiosi & alii forte seculares... se ingerunt ad absolvendum subditos nostros in foro confessionis de casibus... reservatis absque licentia nostra, & absque eo quod de Potestatibus, si quas hac in parte habeant, nobis edocuerint quoquomodo.*

¶ *HOMINES POTESTATIS*, Qui vulgo gens de *Pœtete*, vel de *Poste* appellantur in Consuetudinibus municipalibus, in quibus æquiparantur *Villanis*, & hominibus ac tenentibus obnoxiiæ conditionis: *Hommes roturiers de poste*, in Vitriacensi art. 65. 68. In Hannoniensi art. 65. opponuntur viris nobilebus; apud Butilerium *Consuetudinarii* vocantur, *Constumiers*, præstationibus scilicet obnoxii, & operis, [apud Bellomaner. cap. 60. *Hons de poote* dicitur, qui *vilain constumier* nuncupatur in Stabil. S. Ludov. lib. 1. cap. 23.] nam ita nuncupantur quod in *Potestate* domini sint. Tabularium Cabilonense an. 1223. apud Sanjulianum in Cabilone p. 424. *Nostri homines, sive in Potestate nostra positi.* Charta Eustachii de Conflans D. Plaiotri an. 1294. *Super foris maritaggio & manu mortua quorundam hominum... qui homines de Potestate vocantur, &c.* Arestum ann. 1347. *Homo Potestatis, non nobilis.* Vide Consuet. Meldensem art. 1. 5. 50. Ducatus Burgund. art. 125. Comitatus Burgund. art. 102. 106. veterem Senonensem art. 58. Barrensem art. 18. veterem Consuetud. Franciæ lib. 2. cap. 41. &c. Ita *Terres de pote*, in eadem Barrensi Consuetud. art. 17. 18. 118. *Villenagia*, præstationibus obnoxii agri. [Hinc quoddam territorium prope Rupem-regiam etiamnum *les Potées* vocatur, quod sit in potestate Ecclesiæ Remensis.]

¶ *POTESTAS* Apostolo I. ad Cor. cap. 11. 10. dicitur velamen mulieris, quod nempe signum sit potestatis viri in mulierem. Consule Interpretes.

¶ *POTESTARIA*, Duplici notione. Vide supra in *Potestas*.

¶ *POTESTATIVE*, Cum omni potestate ac imperio, magnifice. Luitprandus in Legat. *Laudulfus... septennio Potestative eam sibi subjugavit.* Dicitur lib. 7. *Cesar... quamvis parvo uteretur exercitu, tamen Potestative quamdiu voluit in his partibus fuit.* Infra:

Y y ij

Et in his partibus nunquam magis honorifice ac Potestative fuit. Adde p. 106. Vetus Judicatum in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 690. Ut omnes ipsi servi, qui ad ejus placitum venire nolissent, Potestative eos apprehenderet, & in ipso servitio eos replicaret, &c. Charta æræ 990. apud Anton. de Yopez in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 5. Et per subreptionem & per verba fallacia Potestative tulerunt nobis medietatem de ipsa piscaria, &c. Vide Concilium Cabilonenfe ann. 813. cap. 30. [Capitul. Carolomanni tit. 3. c. 3. & 10.]

POTESTATIVE TENERE, possidere, id est, cum omni potestate ac jurisdictione & dominio. Charta Alamannica Goldasti 27. Quam ille proprietatem cum Potestative possedisset, ad Monasterium multis adhibitis testibus reddidit atque revesitit. Charta Ottonis Imp. an. 983. apud Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 108. Sed ipse ejusque successores ex nostro regno dono venationes Potestative teneant, & quibuscunque placeat venandi licentiam concedant. Chronicon Laurishamense an. 895. pag. 68. Ad dies vita sua Potestative ac securiter & quiete obtinendas & fruendas per precariam suscepit. Vide Reginonem an. 961. & Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphalici pag. 185. [Miræum to. 1. pag. 368. Le Roman de la guerre de Troyes MS.

A un chastel sont arivé
Le Troie avoit en Poesté.]

POTESTATIVE, in Capitul. ad leg. Bajwar. tit. 2. §. 8. Ut omnes Episcopi Potestative secundum regulam canonicam doceant, &c. hoc est, omni opera. Galli dicerent, De tout leur pouvoir.

POTESTATIVE, Violenter, vel ex jure. Concil. Cæsaraug. III. inter Hisp. tom. 2. pag. 733. Ut nullus abinceps secularium, seu Potestative, seu etiam vel ex permisso abbatis, vel cujuslibet monachorum, infra claustra monasteriorum hospitandi vel commorandi habeat receptaculum.

POTESTATIVE, Supremo & definitivo judicio. Charta an. 1098. ex Tabul. S. Albini Andegav. Gaufridus Episcopus noster, convocatis nobis, ait, non ultra se passurum tam detestabilem duorum in episcopio suo monasteriorum dissensionem, congregaturum potius sublimem curiam, & sicut oportebat, sub districto judicio querelam utriusque partis Potestative terminaturum, &c. Charta ann. 1117. inter Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 401. Cum leges dicant irritam esse diffinitionem factam ab expoliato, nisi prius Potestative revesitatur.

POTESTATIVE, Placide, mansuete, non impotenti animo, Gall. Se possedant. Capitul. lib. 7. cap. 116. Si quis Episcopus suis fuerit rebus expoliatus & accusatione pulsatus, ordinatione Pontificum oportet prima fronte cedere; . . . ipseque demum Potestative, non subito, sed diu dispositis ordinatisque suis, tunc ad tempus veniat ad causam.

POTESTATIVUM, Idem quod Potestas, Dominium, Seigneurie. Glossæ Basilic. ποτεστικόν, ἀυτῆς ἐξουσίαν. Charta ann. 1066. in Tabulario Ecclesiæ Narbonensis: Dicebat Vicecomes (Narbonensis Bernardus-Berengeri) tenere se Capitolium, & quadam alia ad fevum: justitias vero & balbias, & forcias . . . per Potestativum. Charta Pontii Comitum Tolosani apud Catellum in Comit. Tolosan. p. 89. Damus similiter totum alodium & totum Potestativum de Ecclesia & omni parochia, &c. Occurrit ibi pluries. [Charta Aimerici Vicecom. Narbon. ann. 1202. inter Instr. to. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 50. Pro amore Dei convenio ubique deffendere, custodire, & manuteneri in omni meo Potestativo, & per totam terram

meam, & per omnia loca, in quibus potestatem habeam, &c.] Alia Guillelmi Archiepiscopi Narbon. ann. 1251. Inhibuit . . . quod Clerici non emant alodia in suo Potestativo. Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. edit. à Baluzio cap. 4. Neque terminum, neque terram, nihilque quod jure Potestativo permaneat, nullatenus contradicat, neque abstrahere audeat vel celare. [Vide Posse 3.]

POTESTATIVUS, Potestate ac auctoritate præditus: Viri potestativi, nostris, Hommes puissans. Donationes factæ Ecclesiæ Salisburgensi cap. 5. Et ita fieri à Potestativis viris ad istam sedem definitum est. Cap. 12. Ruther Comes & Gerboft nobiles viri ac Potestativi. Occurrit ibi non semel & cap. 13. Sic nostri Posteis appellarunt, qui hisce locis potestativi dicuntur. Le Roman de Garin:

Veez Fromondin de Lanz li Posteis.

Alibi:

Li Rois de France, qui tant est Poësteis.

[Le Roman de Rou MS.

Et des compaignons Rou & des plus Posteis.

Le Roman de Chantepleure MS.

Il n'a Angle, n'Arcange,
Ne Seint en paradis,
Tant voie souvent Dieu,
Ne tant soit ses amis,
Qui saiche le millesme
Com Diez est Posteis.]

POTESTATIVAM MANUM adjicere, Vim adhibere, vi cogere. Charta Alberti & Ottonis Ducum Austr. ann. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 525. Tenebinus una cum Rege prædicto addicere manum Potestativam, quo usque prædicta castra ab ipsis extrahantur manibus.

POTESTATIVA MANU assistere, Potenti ope & opera alicui adesse. Charta ejusd. Alberti an. 1341. ibid. pag. 529. Contra eosdem rebelles & excessores sape dicto Marchioni vel sibi substitutis manu Potestativa assistere, adherere & coadjuvare debemus.

POTESTATIVA MANU concedere, contradere, traditionem facere, dicitur in veteribus Tabulis, qui rem, cujus potestatem habet, seu cujus est dominus, alteri concedit. Ratpertus de Casibus S. Galli c. 1. Eiusdemque heremi jus hereditarium illi Potestativa manu concesserunt. Cap. 8. Atque in semet omne negotium assumens, cum manu sua Potestative res prædictas ad Episcopatum contradidit, atque cum ipsa manu similiter Potestative ab Episcopo Monasterium abstulit, penitusque diremit, ita ut deinceps nullam potestatem Episcopi in rebus ejusdem Monasterii haberent, &c. Charta Abbatis S. Galli, inter Goldastinas 70. Convenit . . . ut illas res . . . manu Potestativa, una cum manu Advocati sui . . . tradidit, &c. Occurrit hæc Formula apud Ermannicum in Vita S. Soli cap. 6. in Traditionibus Fuldensibus lib. 1. trad. 14. 105. 141. 149. lib. 2. trad. 29. 42. 61. 222. 231. in Chartis Alamannicis Goldasti 37. 54. 55. in Metropoli Salisburg. tom. 1. pag. 162. &c. Charta Alamannica 76. Goldasti sic clauditur: Notavi diem Martis 4. Non. Octob. sub Potestativa manu Hludovici Regis & pueri, & sub Adalberio Comite. Vide Capitula Caroli M. lib. 7. cap. 104. Metropolim Salisburg. tom. 2. pag. 191. tom. 3. pag. 322. 355. 385. 460. 464. 469. Potestativo jure, eadem notione. Capitular. 1. an. 802. cap. 4. Neque terminum, neque terram nihilque quod jure Potestativo permaneat . . . abstrahere audeat. Diploma Zuendeboldi Regis ann. 898. apud Brouver. lib. 9. Annal. Trevir. Trevirensi sedi . . . quamdam Abbatiam Potestativo jure contradidit. Formula frequens

in veteribus Tabulis in Metropoli Salisburgenfi to. 2. p. 11. to. 3. p. 321. & alibi. *Potestative annuntiare & precipere*, in Capitulari 3. an. 810. c. 2.

¶ **POTESTATIVAM MANUM imponere**, Rem uti propriam sibi usurpare, vindicare, in laudata supra Charta Alberti & Ottonis Ducum Austr. *Si pradium Regem Boemia, super dictorum castrorum extractione aut exceptione, Potestativam manum imponere contingeret & actionem habere, &c.*

¶ **POTESTIVUS**, ut *Potestivus*, nisi etiam ita legendum sit, in Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. p. 93. *Portionem suam . . . ad S. Corbimannum Potestivo manu, nemini contradicente, tradidit.*

POTESTUR, pro Potest. Uffingus Monach. in Carmine de S. Ludgero Episc. Mimigardensi:

Vix aliquid dignum factis reboare Potestur.

Sic veteres dixisse, & *possetur & poteratur*, observant Festus & Nonius. Vide *Fitur*.

POTH. Thwroczius in Chiron. Hungar. part. 2. c. 14. *Poth fuit appellatus, quia internuncius erat inter Imperatorem Conradum & Andream ac Salomonem Reges. Poth enim Theutonice, Latine nuncius sonat.* Observat Bongarsius apud Justinum lib. 2. extremo in MSS. notæ optimæ, legi *Potios*, in aliis *Pontios*, al. *Pontion*, alias denique *nuntios pontios*, ubi codex editus, & aliquot codices recentiores *nuntios præferunt*: *Scribit præterea Xerxi, quoscunque ad se nuntios misisset, interficeret, &c.*

POTHECA. Vide *Apotheca*.

¶ **POTHERE**, Possessio, pro *Podere*. Vide in hac voce. Charta an. 1193. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 360. *Conquerebantur de supra scripto Marchione Obizone, dicendo, quod ipse Marchio retinebat eis Pothere & hereditatem sui patris Marchionis Alberti injuste; & petebant, ut ipse Marchio dimitteret eis totum illud Pothere, & illam partem Pothere, que fuit presati Marchionis Alberti sui patris.*

¶ **POTIBAT**, pro *Poterat*, in Charta Childeberti III. Reg. Franc. ann. 697: apud Felibian. Hist. Sandionys. pag. 18.

¶ **POTICULA**, dimin. à *Potus*, poculum, quod præter pretium corollarii vice in emtionibus conceditur, Gall. *Vin du marché.* Tabul. Rothon. *Vendidimus Druvallono presbitero dimidium cujusdam campi. Et accepimus pretium in quo nobis complacuit, hoc est, in argento solidos XVII I. & ad Poticulas quas simul bibimus, denarios XVI I I.*

¶ **POTINUS** Lugduni aliisque vicinis locis est, mensura vini, quæ dimidium baralis continet seu duas quartas.

POTIO GALENI, Potio medicinalis, *Medecine*, apud Fulbertum Episc. 46. [Le Roman de la guerre de Troyes MS.]

*Boivre li fist une Poison,
Que tost li trest à garison,
Li cors li est asoagié.]*

Alia notione sumitur in Charta Aldrici Episcopi Cenoman. in ejus Vita pag. 76. *Et de vino optimo modios quatuor, & de Potione optima quinque.* Rurfum p. 77. *Accipiat unum modium panis, & alterum vini: insuper ex Potione sextaria quatuor.* [Idem videtur quod *Pigmentum*.]

POTIONARE, Medicinam accipere. Charta Octaviani Cardinalis apud Ughellum to. 3. Ital. Sacr. pag. 635. *Excipimus . . . infirmos, & quasi graviter debiles, Potionatos, & sanguine minutos, &c.* Jonas Aurelian. lib. 2. de Cultu imag. *Define itaque seplastariorum pigmentulis Potionari.* Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 18. *Exceptis debilibus & infirmis Potionatis, & minutis, quibus per Abbates esus*

carnium conceditur. Nisi *potionari* hoc loco sit *venenum haurire*, ut apud Sueton. in Caligula c. 50. & in Vita Wilfingi Abb. S. Albani: *Postea in brevi migravit ab incolatu hujus mundi, ut dicitur, Potionatus cum odio Conventus & maledictione.* Hinc

POTIONATOR, Veneficus. Matthæus Paris an. 1248.

Albigenses appellabant, proditores, & Potionatores. Et

POTIONATUS, Veneno sublatus. Leo Ost. lib. 2.

cap. 24. de Ottone Imp. *Mortuus est, ab uxore, ut fertur, Crescentii Senatoris Potionatus.* Ericus Upsaliensis lib. 2. Hist. Suecor. pag. 43. *Potionatus veneno interiit.* [Mirac. MSS. Urbani V. PP. *Dubitans quod fuisset Potionatus & sumpsisset venenum. Potiones malas temporare*, in Append. ad Marculfum form. 34.] Vide *Impotionare*.

¶ **POTIONARE**, Potionem dare, potandum præbere. Vetus Irenæi interpret lib. 4. cap. 51. *Veni Potionemus patrem nostrum vino.* S. Paulinus in Epist. pag. 250. *Efficiamur odor Christi bonus Deo, Potionati, ut scriptum est, à vino unguentorum de calice salutaris.* Nec alia notione intelligendus Suetonius loco supra laudato. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Potionare, Poisonner, abuvrer, potionem dare.*

POTIONARIUM, Popina, Taberna. Gloss. Saxon.

Ælfrici: Potionarium, ælceý cynney ð þenc luy, i. omnis generis potus domus.

¶ **POTIORES**, Qui aliis dignitate & opibus præcellunt. Laur. Byzinius de Orig. belli Huffit. apud Ludewig. tom. 6. pag. 162. *Potioresque & ditiores civitatis . . . juramentum fidelitatis fecerunt.*

¶ **POTIORITAS**, Primarium jus hypothecarum, quod habet creditor in feudum aut prædium debitoris. Consuet. Tolos. art. 5. *Dictus creditor habet primariam & Potioritatem in dicto honore pro suis prædictis debitis ante alios creditores.* Vide *Poderagium & Primaria*.

POTIRIUM, ex Græc. ποτήριον, Potio medicinalis. Hepidanus de Vita S. Wiboradæ lib. 2. cap. 14. *Hac autem . . . quoddam Potirium miscere edocta fuit à Beata Wiborada contra ejus consuetudinariam infirmitatem.* Ubi forte legendum

POTITIUM, Eadem notione. Balbus in Catholico: *Potitium, potatio, vel confectione ex vino & herbis, medicina qua potatur.* Burchardus de Casibus S. Galli cap. 22. *Accipiatis pro antidoto quadringentas argenti marcas: credo enim quia receptatione talis Potitii à tertianis febribus poteritis continuo liberari.*

¶ **POTISSARE**, *Frequenter & parum bibere.* Johan. de Janua. *Souvant boire & petit*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Acta S. Davantazi tom. 2. Julii pag. 529. *Et pocula aquæ, in qua ossa illa lavata fuerant, Potissabat.*

¶ **POTISSARE**, f. *Patissare*, parum pati. Sallas Malaspinae lib. 5. Rer. Sicul. apud Baluz. to. 6. Miscell. pag. 326. *Sed ut pro tanta saltem damnosa pravariationis assensu aliquid de poena juxta culpæ modulum Potissaret, &c.*

POTOMIUM. Jo. de Janua: *Potomium est navigium fluviale tardum & grave, quod non nisi remigio progredi potest. Hinc etiam trajectus dicitur, extensus est enim & latus.* Ex Gr. ποταμος, fluvius. Unde legendum *Potamium*, vel potius *Pontonium*. Vide *Pontones*, & *Portemia*.

¶ **POTORIUM**, Poculum, vasculum, Gr. ποτήριον. Charta an. 1311. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 141. *Retinuit dictus donator . . . omnia utensilia sua & jocalia & vasa argentea quæcumque . . . & Potoria & escriinia, &c.* Utitur Plinius l. 33. c. 10.

¶ **POTTELLER**. Vide *Poteller*.

¶ **POTTULUS**, dimin. à *Potus*. Vide in hac voce.

- ¶ **POTTUS**, ut *Potus*. Vide infra.
- ¶ **POTUALIONUS**, f. Domuncula, tuguriolum, vel locus ubi vinum minutatim distrahitur. *Juxta pedam seu Potualionum dicti Rolet*, in Charta Thofiac. an. 1404.
- ¶ **POTULENTUM**, Quælibet potio, quidquid potum spectat. Statuta Ludovici VII. Reg. Franc. an. 1154. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 436. *Jurabunt etiam donum seu munus quodlibet à quacumque persona, vel per se vel per alium non recipere, . . . præter esculenta, Potulenta, &c.* Charta Casimiri Reg. Polon. ann. 1356. apud Ludewig. to. 5. p. 498. *Ita tamen, quod nos suo exercitui prædicto . . . de esculentis & Potulentis tenebimur & promittimus providere.* Leg. forte utrobique *Poculentum*. Vide in hac voce.
- POTULENTUS**, Satiatus, apud Fortunatum in Vita S. Radegundis cap. 17.
- ¶ **POTULUS**, Potatus. Gloss. Sangerm. MSS. num. 501. *Bene potuli, bene potati.*
- ¶ **POTUM**; ut *Potus*. Vide in hac voce.
- POTURA**, pro *Pastura*, [quomodo dicimus, *Bête mise en Posture* vel *Pôtur*.] Charta ann. 1225. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 257. *Unam gerbam hibernagii, vel duas avenæ pro Potura equi omnibus diebus quibus equus trahebat.*
- POTUS**, Poculum, vasculum, Gallis *Pot*, à *potu* vel *potione* dictum. Fortunatus in Vita S. Radegundis cap. 19. *Missorium, cochleares, cultellos, cannas, Potum, & calyces, &c.* Idem lib. 2. de Vita S. Martini: *Vix discernendis crystallina pocula Potis.*
- Statutum Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1302. pro reformatione Regni art. 30. *Item non poterunt recipere vinum, nisi in barillis, Potis seu botellis, sine fraude aut sorde qualibet.* Necrologium Eccles. Parisiensis Id. Aug. Anno Dom. 1279. *Dominica post festum SS. Egidii & Lupi, obiit bonæ memoriæ Stephanus Tempies oriundus de Aurelianis, Parisiensis Episcopus qui dedit Ecclesiæ Parisiensi & nobis 3. Potos argenteos deauratos ponderis 22. marcharum & 3. unciarum, 15. sterlingorum argenti, 9. unciarum auri ad reponendum sacrum oleum & crisma. Item dedit nobis cortinam sericam cum baculo ad scopiendum dictos Potos pretio 9. libr. [Potti anei, apud Ludewig. to. 2. Reliq. MSS. pag. 257. Poti d'estain, in Invent. utensilium ex Tabul. Compend. Poti de cristallo, in Invent. Eccl. Noviom. an. 1419. Poti terrei, in Stat. MSS. Capit. Senon. Poti vitri, in Charta an. 1338. to. 2. Hist. Dalph. pag. 363. col. 2. Adde Spicil. Acher. to. 10. pag. 300. Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. p. 628. Statuta S. Claudii, &c.]*
- ¶ **POTTUS**. Chron. Joh. Iperii apud Marten. to. 3. Anecd. col. 757. *Ollas, patellas, Pottos, scutellas, . . . providere debebat (granatarius.) Cervix sui capitis bulliebat ad modum Potti igni suppositi, in Mirac. B. Coletæ to. 1. Mart. pag. 594.*
- ¶ **POTUM**, in Contin. Chronic. Johan. Iperii apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 620.
- POTELLUS**, diminut. in Fleta lib. 2. c. 12. §. 14. [Index MS. benef. diœc. Constant. fol. 55. *Rector . . . debet habere à prædictis abbate & conventu qualibet die unum panem & unum Potellum cervesia.*] *Potellum*, apud Will. Thorn. an. 1321. non semel.
- ¶ **POTTULUS**, Eadem notione, in Chron. Corn. Zantfliet apud Marten. to. 5. Ampl. Collect. col. 490. *Angelus in manu tenens Pottulum parvulum, de quo effluebat vinum in cuppa subtus posita.*
- ¶ **AD POTOS VENDERE vinum**, Gall. *Vendre à pots*, Minutatim vendere. Libert. hominum de Esperanchia an. 1291. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 26. col. 2. *Item quilibet potest vendere vinum in ho-*

- spitio suo ad Potos ad sua libitum voluntatis.*
- POTUS**, Præstationis species: *Potus vini* qui domino præstatur, mensura scilicet vinaria sic dicta, in Charta ann. 1255. in Tabulario S. Dionysii: *Robertus de Clergiaco armiger, vendit Abbati inter alia duos denarios censuales, & partem suam quam habet in Poto & roagio.*
- POTARIUS**, Officium in Scancionaria regia, vulgo *le Potier*, cui poculorum, quæ Galli *Pots*, à *Potione* vocant, cura incumbit. Ordinatio Hospitii S. Ludov. Reg. Fr. ann. 1261. *Potarius pro servitio potorum 2. sol. per diem.*
- ¶ **POTUS CARITATIS**, Convivium. Ordinar. Canon. S. Laudi Rotomag. ad calcem Joh. Abrinc. de Offic. eccles. pag. 301. *Ubi dato signo à Prælato dicant, Benedicite; & Prælati, Potum caritatis benedicat dextera Dei patris. Vide Poculum.*
- APOTU ABSTINERE**, vel, à *potu & carne abstinere*, Poena regis ministerialibus indicta in levioribus delictis, in Capitulari de Villis cap. 16.
- ¶ **POTUS FRACTUS**, Ludi species, Gall. *Pot cassé*. Menoti Sermones fol. 15. *Diabolus & mundus faciunt sicut faciunt pueri ludentes ad pilam, vel ad Potum fractum. Dant illum de manu in manum: elevabit quis Potum alte & cadere dimittet & sic frangetur.*
- ¶ **IN POTO aut assatus nihil valere**, Proverbialis formula, qua aliquid ex omni parte pessimum esse significatur, *Qui n'est bon ni à rotir, ni à bouillir*, apud eund. Menotum fol. 166.
- ¶ **1. POUCHA**, Aggeris lingua, angulus, ea pars quæ in mare prominet, Massiliensibus *Pouche*, Gall. *Pointe*. Charta an. 1351. in Tabul. Massil. *Maximum imminere periculum defectu fanoni in introitu Poucha portus Massilia.*
- ¶ **2. POUCHA**, Pera, sacculus, Gall. *Poche*. Saccos annonarios *Pouches* vocant Normanni. Codex MS. Sangerm. num. 780. *Nos invenimus in Poucha tele xxxii. lib. & vii. sol. obol. minus, &c.* Vide *Punga*.
- ¶ **POUDRATUS**, Variatus, distinctus, Anglis *Powdered*, Gall. *Marqueté, parsemé*. Monast. Anglic. to. 3. part. 2. pag. 85. *Dua parura, una stola, una fanona Poudrata cum auro & perlis.* Testam. Johann. de Nevill ann. 1386. apud Madox Formul. Angl. p. 427. *Patri meo lego unum lectum viridem Poudratum cum falconibus, cum tapetibus ejusdem setta.*
- POULAINIA, POULEANA**, Rostra calceorum, de quibus copiose egimus ad Alexiadem pag. 302. Martinus de Bosco-Galteri in Vita Mariæ de Malliaco n. 36. *In illis diebus nobiles & potentes illam sotularium acutiam longissimam, quam Poulainiam vocabant, penitus contempserunt.* Statuta MSS. Ordinis Coronæ spinæ cap. 10. *Ils auront chausses noires, & pourront estre semelées, ou à soulers trenchiés, ou esbichiés, mais qu'ils soient de noir cuir, voire sans aucune Poulaine quelconques, de Dieu maudite, sur grievie paine.* Quæ quidem calceorum acumina interdicta fuisse ab Carolo VI. Rege Franciæ, ibidem annotavimus, ex Scriptore Vitæ ejusdem Regis. Idem porro tradit Continuator Nangii ann. 1365. extremo: *Sotulares habebant, in quibus rostra longissima in parte anteriori ad modum unius cornu in longum: alii in obliquum, ut Griffones habent retro & naturaliter pro unguibus gerunt, ipsi communiter deportabant; quæ quidem rostra Pouleanas Gallice nominabant. Et quia res erat valde turpis, & quasi contra procreationem naturalium membrorum circa pedes, quinimo abusus nature videbatur, ideo Dom. Rex Franciæ Carolus fecit per præcones Parisius proclamari publicè, ne aliquis quicumque esset, qui auderet talia deportare: & etiam quod neque artifices sub magna pœna de cætero tales calcæos,*

sed & neque ocreas sic Punctatas facere presumeret, nec vendere cuicumque : nam simili modo Dominus Papa Urbanus Quintus in Romana Curia inhibuerat valde stricte. Guillelmus Paradinus lib. 3. Hist. Lugdun. c. 5. Davantage portoient les hommes des souliers ayans une longue pointe devant, de demi pied de longueur : les plus riches & apparens en portoient d'un pied, & les Princes de deux pieds, qui estoit chose la plus absurde & ridicule que l'on eust sçeu voir. Et puis quand les hommes se fascherent de cette chaussure aiguë, qu'on nommoit la Polaine, l'on fit d'autres souliers qu'on nommoit Becs de cane, ayans un bec devant de quatre ou cinq doigts de longueur. Depuis furent faites des pantoufles si larges devant, qu'elles excedoient de largeur la mesure d'un bon pied, & ne sçavoient les gens lors comme ils se devoient desguiser. Vide Rostra calceorum.

¶ POLAYNA, Eadem notione. Litteræ Caroli V. Regis Franc. an. 1367. pro Montispessulanis de forma vestium : *Idem quod nullus vir vel mulier audeat portare in suis festiualibus, sotularibus vel botinis punctas dictas de Polayna. Occurrit etiam in Conc. Limano ann. 1582. inter Hispan. tom. 4. p. 246.*

¶ POLEYNA, in Conc. Avenion. an. 1457. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 384. *Ne... Poleynas in sotularibus suis portare audeant.*

POLANA. Statuta pro Canonicis S. Capellæ Paris. *Cavendum est, quod nullus in sotularibus suis habeat aut deferat Polanas, sive rostrum, quia talia ecclesiasticis non sunt honesta.*

POLENA. Conc. Andegav. an. 1365. cap. 13. *Prohibemus ne clerici in nostra provincia utantur brevibus vestibus, vel sotularibus de Polena, nec capucia botonata in publico deferant. Eadem habentur in Conc. Senon. ann. 1460. cap. 6. art. 2. [Adde Statuta S. Claudii p. 38.]*

¶ POULENA, in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1365. to. 4. Ordinat. p. 555. *Nec poterit aliquis ipforum... Poulenam in sotularibus deferre.*

¶ POULENTIA, ut Poulainia. Statuta Eccl. Nannet. ann. 1389. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 984. *Neque gerant capucia subtus guttur mulierum more patenter nodulata, sotularesve aut ocreas ad Poulentiam.*

¶ POLENA, Pars vestis militaris, qua genua muniuntur. Auditio testium pro canonizat. Caroli Blef. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 566. *Fecit sibi per Oliverium auferri à genibus Polenas & antibrachia à brachiis.*

¶ POULAINIA, Gall. Poulaine, dicitur Maclovienibus rostrum navis seu prora.

POULANNE, speciem fuisse pellis observo ex Regesto feodorum Comitatus Claromontensis in Bellovacis : *Pour une panne de Poulanne le vendeur doit 2. den. &c.*

¶ POULANUS, POULENAGIUM. Vide Polanus.

¶ POULENA, POULENTIA. Vide Poulainia.

¶ POULLALHIA, Pulli, volatile pecus, Gall. Volaille. Hist. MS. S. Cypriani Pictav. pag. 439. *Et omnium quorumcumque debitorum prioratui de Cheneché & priori ejusdem, tam in blado, vino, pecunia & Poullalhia, quam aliis quibuscumque... pertinentiis.*

¶ POULUM, Idem videtur quod Podium, collis, mons. Charta an. 1043. in majori Chartul. S. Victoris Massil. fol. 114. *De Occidente vero Poulo que vocant longum, sicut discurret aqua qua vocant Pegonaria, usque in pediculum curtum; de parte vero Aquilonis de Pentelongo in ipsas terras subtus Poulum quas vocant Salernas vetulas.*

¶ POVOZ, Tributi species, apud Polonos. Locus est in Strofa.

¶ POURPRISIA, POURPRISURA, &c. Vide Porprendere.

POWCHIA, Pera. Vide Punga.

¶ POYNHERIA, Mensura annonaria. Vide Poneria.

POYPIA, Domus rustica. Charta homiagiorum Nobilium Bressiæ ann. 1272. apud Guichenonum : *Recognoscit se tenere in feodum domum suam, & Poypiam de sancto Cyrico, cum tota fortetessia. Infra: Constitetur se tenere ab eodem in feudum ligium plastrum suum de Baugiaco, & Poypiam suam fortem de Corbertoud, cum nemore & terra quam ibi tenet, & partem dicta Poypia. Rursum: Et Poypiam suam S. Sulpitii sitam inter duas Poypias. Occurrit ibi pluries pag. 14. 15. 16. 17. 20. Alia Charta Gallica ibidem p. 51. George Loup n'a pas fait le fief d'une Poype d'Amorel, pource qu'elle a esté reduite à servis. Observat Dion. Salvainus Boissius apud Delphinates proprie poypiam esse agrum silvestrem sentibus ac silvulis oblitum.*

¶ Errat uterque vir eruditissimus; est enim poypia, Collis, seu tumulus, cui inædificatum castellum, idem proinde atque Mota. Vide in hac voce. Exstant etiamnum in Bressiæ & Domborum provinciis plurima castrorum in poypiis extructorum rudera, quibus assignata quondam maxima privilegia & jura adhuc vigent; ejusmodi sunt ad Ararim poypie de Marchia, Miseriaci, Lurciaci, &c. De iis ita Colletus lib. 2. Statut. Bressiæ pag. 231. *Il y a des mafures qui ont des droits très considerables; nous avons des simples Poypes (ce sont des terres élevées & fossées, tumuli & aggeres) qui ont les plus beaux droits. Itaque quod Mota alibi nuncupabatur, Poypiam vocarunt in Delphinatu aliisque laudatis provinciis. Charta laudata apud Guichenonum: Filius Guillermi de Salmoya... recognovit se tenere à dom. Baugiaci motam seu Poypiam quam habet apud Salmoya cum porprisia & fossatis. Plura vide in eadem Charta quæ sententiam nostram luculenter firmant. Recognitio in feudum ann. 1290. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 21. Item castrum seu Poypiam de Montlyopart; item castrum seu fortalitiu de Pusigniano. Charta ann. 1327. ibid. to. 2. pag. 211. col. 2. Excepta dumtaxat turri quadrata cum Poypia, in qua sita est dicta turris. Charta Thosiac. an. 1462. Pro licentia capiendi aquas à stagno appellato de la Poype de Miserie à longo itineris tendentis à dicta Poypia ad villagium de Borefanni. Adde Severtium in Archiep. Lugdun. pag. 264.*

¶ POZACHARUS, Puteus, ab Ital. Pozzo, Gall. Puits. Chron. Parmense ad ann. 1308. apud Murator. to. 9. col. 874. *Multi in campo remanserunt per plures dies, & multi dejecti fuerunt in puteis sive Pozacharis, qui erant in dicto exercitu. Vide Pozo.*

¶ POZALIS, vox Hispanica, Mensuræ species. Charta Ferdinandi Gonzalez inter Conc. Hisp. to. 3. pag. 177. *Melgare, Scuiello, cum suis villis ad suas alfozes pertinentibus, per omnes domus singulos Pozales de vino.*

¶ POZO, Hispanis, Puteus. Charta Adelgastri Principis ibid. pag. 89. *Et per braña de Rivilla & ad illo Pozo de trave, & per peña Malore. V. Pozacharus.*

¶ POZOLUM, Podium, suggestus lapideus, Gall. Perron, Ital. Poggivolo, Hispan. Poyo. Regimina Paduæ ad ann. 1326. apud Murator. tom. 8. col. 438. *Et conductus Paduam decapitatus fuit die Lunæ tertio iurrante Martio, super Pozolum palatii majoris, & sepultus ad ecclesiam Fratrum Minorum.*

PP. Designare eam Byzantinorum monetam, quam Græci Πέρπερον, nostri Perperum vocarunt, docuimus in Dissertat. de nummis Imperat. CP. n. 80. ad calcem hujusce Glossarii.

- ¶ PRACE, pro *Brace*, Grani species, ex quo cerevisia conficitur. Vide in hac voce. Charta Alaman. Goldasti 12. *Et annis singulis censum exsolvam, id est, 12. maldras de Prace, & 2. maldras de frumento, &c.*
- ¶ PRACIALIS, ut supra *Prace*. Anamodus lib. 2. Tradit. S. Emmerammi cap. 12. apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. part. 3. col. 273. *De vino carad. 1. id est, situlas xxx. farina mod. x. Pracial. 11. frisking. iv. &c.*
- ¶ 1. PRACTICA, Effectio, perfectio. Sigonius in Vita B. Nicolai Card. to. 2. Maii p. 484. *Hortantes eum ad pacem, ne ex levi discrepantia relinquatur Practica tanti boni.*
- ¶ PRACTICA, Agendi ratio. Charta an. 1377. ex Bibl. Reg. *Et licet exacta hucusque Practica super eo, non nobis placeat, neque placuerit, &c.*
- ¶ PRACTICARE, Agere, fermocinari, in Menoti ferm. fol. 2. *Practica de omni statu diversos abusus: quomodo inimicus nunquam relinquit nos in pace. Fol. 4. Practica de muliere forma pulchra mortua. Fol. 77. Post hoc potes Practicare de obstinatione.*
- ¶ PRACTICARE, Tractare, proponere. Concil. Dertusanum an. 1429. inter Hispan. to. 3. pag. 656. *Attendens . . . plura & diversa pacta, conventiones & capitula fuisse hinc inde Practicata, facta & firmata. Adde Bullam Eugenii IV. PP. an. 1434. & Spicil. Acher. to. 6. p. 60.*
- ¶ PRACTICARE, Factitare. Instrum. ann. 1523. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 181. *Nec pro occasione quacumque intermittentes reparationes (repetitiones) artium, quæ bene Practicata equivalent, aut prevalent lectionibus ordinariis.*
- ¶ PRACTICARE ALIQUEM, Cum eo conversari, uti familiariter, qua notione *Pratiquer* usurpant Galli. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Mart. pag. 141*. *Ista abyssus amoris . . . te facit instrumentum animarum, quæ te Practicant & sequuntur.*
- ¶ PRACTICARE CUM ALIQUO, Societatem cum eo habere. Correctiones Statut. Cadubrii cap. 45. *Sancimus quod nullus . . . præsumat . . . in actu mercantia cum prædictis sacerdotibus & clericis Practicare.*
- ¶ 2. PRACTICA, Notitia rerum forensium, nostris *Pratique*, apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 504. Hinc
- ¶ PRACTICARE, Forum frequentare, causas agere, ibid. *Nullus scholarium sequatur curias, per se ipsum Practicando. Vox frequentissima apud J.C. Guido Papa Decis. 272. Dum Practicabam, consului & obtinui, &c.*
- ¶ 3. PRACTICA FIZICALIS, Medicina. Statuta Eccl. Cadurc. &c. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 734. *De bonis mobilibus quæ ad ipsum (Clericum) pervenerint ex successione parentum, . . . vel ex artificio, seu doctrina, vel officio advocacionis vel Practica fizicalis, vel donatione, &c.*
- ¶ PRACTICARE, Medicum, vel chirurgum agere, medicinam exercere. Statuta Massil. lib. 2. c. 35. *Curia teneatur eos medicos omnes facere jurare prædicta omnia bona fide se facturos, . . . & si per curiam nolent hoc facere, non permittantur deinceps in Massilia Practicari. Processus de B. Petro de Luxemburgo to. 1. Julii pag. 599. Et dixit in foro conscientia sua quod quadraginta annis Practicavit, & non vidit aliquam similem morbum patientem curari. Occurrit in Stat. Bertrandi de Turre Episc. Tull. ann. 1359. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. p. 862.*
- ¶ PRACTICARI, Eodem significatu. Litteræ Jacobi Reg. Majoric. ann. 1281. inter Ordinat. Reg. Fr. tom. 2. pag. 71. *Nos volentes dicti dom. patris nostri vestigiis inherere . . . ampliando medicinali studio . . .*

- inducimur, ut illorum audaciam reprimamus, qui præsumunt ibidem (Montispefful.) sine examinatione & licentia Practicari. Statutum Johannis Reg. Franc. ann. 1352. ibid. p. 609. Venientes ad villam Parisiensem gratia Practicandi, ignari scientie Medicine, &c.*
- ¶ 4. PRACTICA, Conjunctio, conspiratio, Gall. *Pratique, cabale*. Charta ann. 1456. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. p. 1174. *Inter alia compertum est Episcopum præfatum fuisse versatum callide in istis Practicis, licet nondum plane potuerit elici omnis veritas negotii, sicut postea apertius & clarius innotescet per processum qui super hoc continuo formatur.*
- ¶ PRACTICATIO, Eadem notione, in Chron. Corn. Zantflet apud Marten. to. 5. Ampl. Collect. col. 299. *Fit nota Præsuli Tudiniensium magistrorum Practicatio, & turbatur non immerito Præsul. Adde Chron. Slavor. Arnoldi Lubec. lib. 5. cap. 2.*
- ¶ PRACTICARE, Clam moliri, sollicitare, *Pratiquer* eadem notione dicimus. Julianus Cæsarinus Card. in Epist. ad Eugenium IV. PP. *Nunciat ut Practicem dissolutionem Concilii. Practicare mala, pro excogitare, machinari, apud Dionys. Chartus.*
- ¶ PRACTIZARE, Ufurpare, adhibere. Laur. Byzinius de Orig. belli Hussit. apud Ludewig. to. 6. pag. 130. *Communionem fidelibus Christicolis multum salutiferam ad communem populum per amplius fieri & Practizari inhibuit. Hinc*
- ¶ PRACTIZANTES CALICIS dicti ibid. p. 157. *Viclefistæ, Hussitæ aliique communionis sub utraque specie defensores.*
- PRADA, Pratorum series, Gallis, *Prée, prerie*. Tabularium S. Benigni an. 882. apud Perardum pag. 57. *Donamus ad ipsa casa pratam 1. juris nostri, qui est situs in pago Oscarense, in Prada Aricinaco, uti vocant in plana Prada. [Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Ufu feud. to. 2. pag. CLI. De Prada de Hullebef, xi^{xx}. & xi. l. Adde Chartam an. 1126. tom. 5. Gall. Christ. col. 480. ubi perperam edit. Prada, ut & in laudato Computo pag. CLXI. & CLVIII. ubi Prada legitur.]*
- ¶ PRADALE, Eadem notione. Tabular. Prioratus S. Johannis Tolos. *Investitum pratis, Pradalibus, devestis & nemoribus, &c.* Charta Bern. Atonis Vicecom. Nemauf. ann. 1138. apud Baluz. Histor. Arvern. tom. 2. pag. 489. *Pradale de Moullas, & terra subtus ecclesiam de Venranicis. Occurrit etiam in Tabular. Dalonensi fol. 32. Pradal, sæpius in Tabul. S. Illidii Claromont. Vide Pratale.*
- ¶ PRADARIA, PRADERIA, Eodem intellectu. Conventio inter Lud. Pierrebusier dom. Castellinovi & ejusd. loci incolas an. 1461. *Tenebuntur dicti habitatores venire fenatum in dicta Pradaria successive unus post alium. Charta ann. 1416. apud Rymer. to. 9. pag. 340. Concessimus pontem & Praderiam, una cum proficuis, &c.*
- ¶ PRADDINA TERRA. Vide *Pradum*.
- PRADELUM, Pratum, pratulum, Gallice *Préau*; petit vel *mauvais pré*. Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. *Itemque vineolas, vel Pradela, vel terraturium, quod in dextera parte de strada est, &c.*
- ¶ PRADELLUM, Provincialibus *Pradello*, Eadem notione. Charta an. 1280. apud Pitton. in Annal. Eccl. Aquens. pag. 164. *Quædam magna edificia . . . cum Pradellis, viridariis, &c. In Infirmaria Pradello, ex Charta ann. 1428. in Tabular Gellon. Vide in Hemina & Pratum.*
- ¶ PRADERIA, ut *Prada*. Vide in hac voce.
- PRADISTERIUM. Charta Hispanica æræ 1060. apud Anton. Yopez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 435. *De raupa siquidem galnapes 2.*

tres pulmarios (leg. plumar.) . . . duos pares de sabanes, Pradisteria una, duos paselios de arganas, & duo ferrios caldaria, duas secures, arcate ligone 2. altulos pelle agnina. Monstra verborum, cujusmodi complura occurrunt in Chartis Hispanicis. De galnape diximus suo loco. Pradisterium videtur dictum pro pranditorium, ut fuerit supellex quædam ad prandium. Pro paselios, forte leg. faselios, fasciculos. Arganas Hispanis est mantica: Nebriffensi arguenas: Cæsari Oudino, une sorte de panier fait de chanvre en façon de rets propre à porter le bled, ou autres grains des champs à la ville, & se mettent sur un cheval ou autre beste de somme. Ferrias, pro ferreas, vel ferra. De arcate ligone, & altulos nihil succurrit, nisi arcate sit pro arcaz, arca.

PRADUM, Praddina terra, pratum, ex Italico Prado. Vetus Charta apud Ughellum in Episc. Veron. p. 742. *Item broilum alienavit. Item fatissias ab Episcopatu alienavit, & Pradum unum alienavit pro pecunia. Alia Charta an. 1040. ibid. Sed & omnes terras Praddinas quæ jacent in loco & fundo Silingello, &c.*

¶ **PRÆ**, Propter. Epist. obscurorum virorum p. 17. *Ego bene habui ita malos inimicos sicut vos estis, & tamen mansi Præ eis. Galli dicimus, auprès d'eux.*

¶ **PRÆAMBULA**, Prævia, præmissa, præposita. Vita S. Philippi Archiep. Bituric. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1944. *Petrus predictus, in cujus persona dicitur contigisse miraculum predictum, loquens de se testificatur de Præambulis, sed de miraculo per auditum ab avunculo suo. Ita & Theologi scholastici præambula criminis vocant, quæ in illud inducunt. Adde Annal. Estenses to. 18. Murat. col. 930.*

¶ **PRÆAMBULUM**, Præmonitum, apud Gervasium Tilber. in Otiis Imp. apud Leibnit. to. 1. Script. Brunsvic. pag. 979. *Verum ad cautelam Præambulum est, quod intra aditus illius septa miles solus habet ingredi.*

¶ **PRÆAMBULUS**, Prædecessor, in Hist. MS. Gemmet. pag. 71. *Nullis utrorumque nostrum Præambulis vel posteris.*

¶ **PRÆAMBULUS**, Præcursor, nuncius, tabellarius. Roberti mon. Hist. Palæst. apud Ludewig. to. 3. pag. 88. *Præambulus quidam venit, qui nuncios Principis Babylonia in crastinum præconabatur advenire. Liber de Dedicat. Eccles. S. Dionys. apud Felibian. Hist. ejusd. Monast. p. 192. Invitatorias itaque nuntiis multis etiam cursoribus & Præambulis pene per universas Galliarum regiones litteras delegavimus. Charta Petri Bles. an. 1193. apud Rymer. to. 1. pag. 79. *Ministros satana, Præambulos antichristi, &c. Testam. Ludovici I. Regis Jerus. & Siciliae ann. 1383. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1594. Jam venimus ad canos, & mortis Præambulos festinantes accepimus, &c. Adde Murator. to. 12. col. 514. & Baluz. tom. 5. Miscell. p. 157.**

¶ **PRÆAMBULO**, Eadem notione, apud R. Duellium lib. 1. Miscell. p. 363. *Nam iisdem Præambulonibus desiderata referentibus, &c.*

¶ **PRÆAMBULUS**, adject. Prævius. Litteræ an. 1224. apud Rymer. tom. 1. pag. 269. *Cum quibus proponimus, favore Dei Præambulo, inimicos vestros molestare. Bulla Nicolai III. PP. an. 1278. apud eumd. tom. 2. pag. 99. *Grex Dominicus, cura nostra commissus, Committentis virtute Præambula, in dilecta Domini tabernacula inducatur. Adde Gloss. Gasp. Barthii ex Baldrici Hist. Palæst. apud Ludewig. to. 3. pag. 204. & Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 997. Post pauca in ipsorum reddicionem Præambula, &c. apud Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 62. pag. 169.**

¶ **PRÆANTEA**, Prius, ante. Charta an. 6. Henrici VIII. Reg. Angl. apud Madox Formul. Angl. pag. 273. *Quo ut supra solvi debeat, si legitime Præantea petatur.*

¶ **PRÆANUTIA**, Panni species, f. à præposit. Præ, & ἀνυός, factu facilis. Odo in Carmine de varia Ernesti fortuna, apud Marten. to. 3. Anecd. col. 372.

*Linostema alias tegit, aut Præanutia vilis
Constringit suco velatas tempora peplo.*

¶ **PRÆASTIUM**, pro Proastium. Vide in hac voce.

¶ **PRÆAVISATIO**, Ars, industria. Tract. de Expugnat. urbis CP. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 789. *Sperantes cum Dei adjutorio sua Præavisazione ac subtilitate posse se faciliter incendio tradere naves Turcorum cum ponte quem composuerant. Rursum occurrit col. 790.*

PRÆAVISATUS, [Præmonitus. Tract. mox laudatus col. 793. *Interim Præavisati hi satis fuerant, qui erant intra civitatem ab hostibus obsessi, & informati per litteras cautelose, ut est predictum.*] Chronica Sclavica cap. 29. *Ideo Dux Præavisatus per Gunzelinum, . . . venit iterum contra eos, &c. i. nuncio accepto, ayant receu avis auparavant de &c.*

PRÆBALTHEATUS, Præinctus, adornatus. Dudo de moribus Norm. lib. 2. *Incenditur dclubrum monasticis rebus Præbaltheatum. Et lib. 3. pag. 89. Actusque ac triumphans non siccis verborum, atque excellentis orationis ornamento sublimiter Præbaltheatum. Utitur & pag. 97.*

PRÆBENDA, Præbitio, παραχρησμός, in Glossis Lat. Gr. Neutro porro genere vox præbenda, usurpata à Latinis pro annonis militaribus, à Plauto in Persa, Livio lib. 2. belli secundi Punici, Agellio lib. 15. cap. 4. & Ulpiano in l. 19. D. de Testibus. Præbendas eadem notione dixit Senator lib. 5. Epist. 42. *Ducibus etiam ac præpositis sufficientem transmisiimus pecunie quantitatem: ut eorum Præbenda, quæ non potuerunt convehi, ibi debuissent sine alicujus dispendio comparari. Hinc*

PRÆBENDÆ dictæ cibi ac potus portiones diurnæ, quæ Monachis, Canonicis, aliisque quibusvis dantur ac præbentur. Additio 3. ad Capitul. cap. 112. *Volumus . . . ut Canonici Clerici, qui in civitatibus vel Monasteriis degunt, qui beneficia habent, unde victum & vestitum habere possunt, ut hoc juxta Apostolum, contenti sint, &c. Infra: Si quis hæc statuta contempserit; utrisque careat, & beneficio & Præbenda: atque si gradibus fruitur Ecclesiasticis, ipsis privetur. Ubi observanda etiam beneficiorum Ecclesiasticorum nomenclatura. S. Hugo Abbas Cluniacensis in Epist. ad Alphonsum Regem Hispaniæ: *Et super hæc statuiimus ut Præbendam quotidianam habeat in refectorio ad majorem mensam, &c. Acta Murensis Monasterii p. 43. Dedit totum quod ipse possederat, ea conditione, ut quamdiu viveret, haberet à nobis Præbendam. Vita B. Mariani Abbatis Ratisponensis n. 30. Deinde si viri fratres de S. Petro omni die ad refectionem venire indigeant, ut quando velint venire ad nos, talis Præbenda eis apponitur, ut cuilibet fratrum majoris congregationis. Burchardus de Casib. S. Galli cap. 6. Fratres amavit, Præbendam adauxit. Adde cap. 10. Chunradus de Fabaria cap. 8. Ipse Præbendam nocturnam de bonis sanctæ Fidis adauxit in pane, qui dimidius in refectorio fratribus dabatur. Traditiones Fuldenses lib. 3. tradit. 32. Tradimus ad augmentum Præbenda vestra ex compassione paupertatis, quam in cotidiano victu habetis, &c. Helgaudus in Roberto Rege: *Centum Clericis pauperibus Præbendam panis, piscis & vini concedebat. Manegoldus Decanus apud Goldastum to. 2.***

Alemannor. *Quasdam enim Præbendas Cellerarius ex officio suo fratribus ministrat, quasdam Præpositus seu Decanus, quasdam Custos, quasdam Camerarius, quasdam Portarius, quasdam Hospitalarius, quasdam Refectorarius: quorum omnium Præbendæ subnotata habentur, &c.* [Statuta S. Claudii ann. 1448. Pittantiaris ad causam sui officii percipit unam duplicem Præbendam panis & vini, qui sunt quotidie quinque panes & quatuor pinte vini. Tabul. Calense an. 1247. Præbenda clericorum S. Georgii in pane & vino & potagio, & pitanciis, &c.] Adde Doubletum pag. 740. 782. 798. Vitam Aldrici Episcopi Cenoman. num. 1. Chronicon Montiffereni ann. 1210. p. 90. Concilium Biterrense an. 1233. cap. 24. &c.

Ufus erat, & quidem frequentissimus, ut qui monasteriis facultates suas concessisset in fraternitatem admittendus præbenda ei monachica quotidie aut certis diebus tribueretur. Id satis patet ex allatis mox exemplis, quibus addenda Charta Heliae Archiep. Burdigal. an. 1192. inter Instr. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 286. *Item quod mater dicta mulieris per compositionem in ipsa ecclesia duas esquartas frumenti retinuit annis singulis quoad viveret persolvendas, & in sororem recepta, festis præcipuis Præbendam recipiet ut unus monachorum.* Tabular. S. Sulpitii Bituric. an. 1265. *Dederunt insuper dicta religiosa dom. Johan. de Bouteville dom. de Chaune militii & ejus uxori unam Præbendam panis & vini sicut uni fratrum presbyterorum habendam qualibet die in prædicta abbacia.* Vide Baluzii notas ad Capitul. col. 1247.

PRÆBENDARE, Præbendam, seu portiones diurnas cibi & potus assignare. Hist. Monast. Vicon. Ord. Præmonst. apud Marten. to. 6. Ampl. Collect. col. 302. *Etiã in cibis & potibus, invitis Præmonstratensium & Laudunensium abbatibus, singulorum nostrorum Præbendavit. Expetit ab eisdem ut ad mensam in vino suos habeat canonicos Præbendatos.*

PRÆBENDÆ nomen demum mansit Canonicorum & aliorum Clericorum beneficiis. Dimissa enim domicilii mensæque communione, redditus, commoda, ac proventus, atque adeo ipsa prædia Ecclesiæ diviserunt in portiones, quas Præbendas appellarunt, substitutis ingenti disciplinæ Ecclesiasticæ detrimento, mercede conductis honorariis psaltis, qui quotidianum psalmodiæ laborem in choro ipsorum vice perferrent. Stephanus Tornacensis Epist. 160. *Cum generalis Ecclesiæ Gallicana consuetudo singulares portiones Canonicis suis distribuendas concedat, & approbet, & summi Pontificis auctoritas non reclamet.* Lindwodus: *Præbenda differt à Canonicas nam canonica est jus spirituale quod aliquis assequitur in Ecclesia per receptionem in fratrem, & assignationem stali in choro, & loci in capitulo. Præbenda vero est jus spirituale recipiendi certos proventus pro meritis in Ecclesia, competens percipienti ex divino officio, cui insistit, & nascitur ex Canonica tanquam filia à matre.* Auctor Breviloqui: *Præbenda est jus percipiendi proventus in Ecclesia collegiata, ex actione proveniens, competens alicui tanquam uni de Collegio, quod jus ex Canonica descendit.* Concilium Turonense ann. 1060. c. 2. *Si quis aut Episcopus aut Prælatus quislibet contra præfixam regulam aliquod Ecclesiasticum ministerium, vel etiam ipsam Præbendam, quæ Canonica dicitur, ordinare aut dare voluerit, &c.* Concilium Melfitanum an. 1079. c. 1. *Præbendas etiam quæ Canonicatus dicuntur.* Concilium Monspeliense ann. 1214. cap. 8. *Districte quoque mandamus quod in nulla Ecclesia laici recipiantur in Canonicos & fratres, nec etiam ad Præbendam canonicalem, quæ consistit in pane & vino, & quibusdam aliis, cum per hoc Ecclesia multa damna pro-*

veniant. Willelmus Tyrius lib. 9. c. 8. *In Ecclesia Dominici sepulchri & Templi Domini Canonicos instituit, eisque ampla beneficia, quæ Præbendas vocant, simulque & honesta domicilia circa prædictas Deo amabiles Ecclesias, assignavit.* Idem lib. 10. cap. 1. *Et in Remensi, Cameracensi, & Leodiensi Ecclesiis beneficia, quæ vulgo Præbendæ dicuntur, . . . obtinuit.* Et lib. 18. cap. 30. *Certum numerum Canonicorum ibi, & eis certa stipendia, quæ Præbendas vocant, instituit.* Leonius Poëta Gallicus, qui vixit ann. 1154. in Epist. ad Adrianum PP.

Non peto Præbendas, nec honores Ecclesiarum.

Adde Gregorium VII. lib. 5. Epist. 1. Concilium Pictavense an. 1070. c. 2. Romanum an. 1078. cap. 3. Claromontanum an. 1095. cap. 6. 12. Pictavense an. 1109. cap. 7. 8. Lateranense ann. 1122. cap. 22. Londinense ann. 1125. cap. 5. Lateranense an. 1139. cap. 25. &c.

PRÆBENDALIS ECCLESIA, Quæ à majori dependet, cujusque ex redditibus aliqua portio sacerdoti, ut illi deferviat, assignatur. Charta an. 1231. in Maceriis Insulæ Barb. tom. 1. pag. 159. *Quod idem Prior recipiet in eadem ecclesia S. Vincentii Cabilonensis ad duas synodos tantum quantum & una de ecclesiis Præbendalibus. Prior & conventus de Burncester dimiserunt Ecclesiam Præbendalem de Sotton cum capella de Bokyngham, apud Kennett.* Antiquit. Ambrosden. pag. 559.

PRÆBENDALIS CAPELLA, in Epist. Innocentii III. PP. ad Guillel. Episc. Autiff. an. 1208. *Inhibemus ne quis in diocesi tua oratorium construere de novo sine tuo assensu præsumat, vel parochialem ecclesiam seu capellam facere Præbendalem.* Id est, cui præbenda assignatur.

CORPUS PRÆBENDÆ, [Portio principalis, Gall. *le Gros.*] Charta Bartholomæi Episcopi Parisiensis an. 1226. *Videlicet quod Canonicus nihil percipiat de corpore Præbendæ suæ, nisi presbyteri residentiam persecerit: & si semel persecerit, oportet iterum persecerit, antequam iterato percipiat præbendæ suæ fructum. Corpus autem Præbendæ est, quod percipitur præter distributiones cotidianas, quæ illis solis dantur, qui personaliter & præsentialiter interfunt.*

PRÆBENDA MANUALIS, Quotidiana distributio. Statuta Eccl. Barcin. an. 1317. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 617. *Statuimus quod quilibet canonicus nostræ ecclesiæ, qui infra primum annum, à tempore quo manualement Præbendam pacifice fuerit affectus, . . . cappam processionalem facere omnimode teneatur.*

PRÆBENDA GRATIÆ. M. Robertus de Sorbona in ferm. de Conscientia: *Dominus autem bonus Magister est, qui confert omnibus Scholasticis suis, & solum suis, præbendas optimas, scilicet Præbendam gratiæ, quæ prævalet omnibus præbendis de mundo, &c.*

PRÆBENDA DOCTORALIS, Portio quæ scholastico, Gall. *Ecolatre*, Scripturam sacram, jus canonicum & litteras docenti tribuitur. Conc. Tolentan. an. 1565. inter Hispan. tom. 4. pag. 47. *Altera vero (clavis) penes canonicum sit qui Præbendam doctoralem juris pontificii obtinet.*

PRÆBENDA LECTORALIS, in Conc. Compostell. an. 1565. inter Hisp. tom. 4. pag. 116.

PRÆBENDA MAGISTRALIS, Quæ canonico Theologo, Gall. *Théologal*, est attributa, ibidem pag. 48. *Canonicus qui Præbendam quam magistralem vocant, obtinet, & qui ad id eligitur ut prædicationis muneri incumbat, teneatur in ecclesia cathedrali . . . verbum Dei prædicare.*

PRÆBENDA MISSÆ, Præstatio pro Missa. Char-

ta Bertholdi Episc. Argent. an. 1340. in Histor. Mediani Monast. pag. 351. *Redditus subscripti, dum ex pia largitione fidelium desiderantium ibidem in capella S. Barbara cotidianam haberi Missam, . . . ad Præbendam Missæ hujusmodi sint donati.*

¶ PRÆBENDA MONACHALIS, Portio monachica. Charta Guillelmi Abbat. S. Benigni Divion. an. 1375. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 214. *Concessimus . . . Wladislao de Polonia monacho dicti monasterii nostri ad vitam ipsius, unam Præbendam monachalem integram, qualem consuevit percipere monachus sacerdos monasterii nostri . . . & dictam Præbendam monachalem cum duabus pitanciis vendidimus & concessimus pretio sex viginti florenorum de Florentia.* Unde in monasteriis etiam obtinuisse præbendarum commercium colligitur.

¶ PRÆBENDA POENITENTIARIA, in Concil. Compostell. ann. 1565. inter Hispan. tom. 4. pag. 116.

¶ PRÆBENDA PRESBYTERALIS, Beneficium quod non nisi à presbytero possideri potest. Statut. Capit. Lingon. an. 1257. to. 4. Gall. Chr. col. 209. *Nullus canonicus ad susceptionem ordinis sacerdotalis cogetur invitus, nisi habeat Præbendam presbyteralem: erant autem de cætero octo presbyterales præbendæ.*

PRÆBENDÆ PVERILES, quæ Puerorum chori sunt: in Monumentis Paderborn. pag. 135. Vide Puer.

¶ PRÆBENDARIA, ut *Præbenda*, in Litteris Henrici VIII. Reg. Angl. an. 1533. apud Rymer. tom. 14. pag. 482. *Capellarum, cantuariorum, archidiaconatarum, Præbendariorum, hospitalium & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, &c.*

SEMI PRÆBENDA, Beneficium quod dimidium fructuum percipit: quippe Episcopi ut Clericorum in suis Ecclesiis numerum auferent, Præbendas Canoniorum in duas interdum dividerunt, quæ inde *Semipræbendæ* dictæ sunt. Quæ quidem Præbendarum sectio in Turonensi Concilio an. 1163. cap. 1. & apud Neubrigensem lib. 2. cap. 15. quod refertur in cap. *Majoribus* 8. de Præbend. & dignit. ext. Majores tamen præbendas dividi posse, si id Ecclesiæ utilitas postulaverit, sanxit Innocentius III. cap. *Vacante* eod. tit. Vide eundem Innocentium lib. 1. Epist. pag. 122. edit. Venetæ, & lib. 13. Epist. 51. Concilium Parisiense an. 1212. cap. 13. Concilium apud Castrum Gonterii an. 1231. c. 6. &c.

PRÆBENDARUM RESIGNATIONES, venditiones. Charta Gaufridi Vicecomitis Bituricensis sub Roberto Rege, ex Tabul. S. Ursini Bituric. *Concedimus autem Canonicis quantum numerum addere vel tollere eis placuerit in cætu propria congregationis, & maneat in eorum potestate. Præbendas quoque ipsas ea lege concedimus, ut nullus Episcopus, nullusque Abbas, neque homo vendere vel auferre præsumat: sed unusquisque Canonicus potestatem habeat suæ Præbendæ alteri Canonico dare vel relinquere consilio eorum qui pro ipsa servierint.* Charta Guidonis Episcopi Ambian. an. 1073. ex Tabul. ejusdem Eccl. *Assensum dedi post decessum uniuscujusque Canonici quatenus fratres cujus Præbenda fuerat horis competentibus assidue memoriam habeant in suis orationibus, Psalmodiis, Missis, & Vigiliis, uno integro proximo anno præbendæ eorum redditum attribui. Ita tamen ut si forte Canoniorum aliquis suo parenti vel familiari post ejus obitum Præbendam suam emerit, illo mortuo, illius successor cum cæteris fratribus, si forte simul comederint, reficiatur: sin autem aliquid in refectorio comederit, ei detur, & omnia alia præfati sancti Fratribus à Canonicis Matris ante-*
Tom. V.

dictæ dentur. Charta Hescelini Episcopi Parisiensis an. 1052. in Probationibus Histor. Vergiacensis pag. 67. pro Ecclesia Vergiacensi: *Ea vero lege ad congregationem hanc Ecclesiam nostram volumus respicere, ut nihil inibi sancti Nazarii Episcopus (Augustodunensis) potestatis seu dispositionis exerceat. Decanus autem prælationis officium Præbendasque Vergiacensium fratrum det, vel sicut usus, immo abusus est, vendat, pretiumque in fratrum Eddenensium usum, sicut eis complacitum fuerit, convertat.* Acta Episcoporum Cenomanensium in Avesgaudo pag. 300. *Volens autem Episcopus aliquid Canonicis suis dare, nihil habens de dominio, quod dare potuisset, tamen caritative dedit eis medietatem venditionis Præbendarum Ecclesiæ suæ. Et contra fecit, quod etiam non fecisset, hoc est enim Canonicis suis Ecclesiam de Prorigniaco, & Ecclesiam de Loyaco, & dedit unam Hildeburgi sorori suæ primogenitæ, & alteram Godebilda germanæ suæ secundæ.* Ex quibus postremis verbis patet quanta in rebus Ecclesiasticis vigerit ea tempestate morum corruptela. Habetur inter Epistolas Alexandri II. à Massiono editas, 13. in qua ad Remensem Archiepiscopum scribens, queritur, quod in illius provincia adeo invaluerit pestis simoniaca, & quod Bellovacensis Episcopus bona Ecclesiastica palam dissiparet. Quibus verbis præbendarum venditiones innuisse colligimus, ex Epistola Diensis Episcopi, Legati Apostolici ad Gregorium VII. Pap. descripta ab Hugone Flaviniacensi in Chronico Virdun. pag. 203. ubi ait, in ea Diocesi, neglectis summi Pontificis Decretis, simoniam obtinuisse, adeo ut in Concilio Pictavensi Episcopum de ea insimulatum ab Episcopali functione suspendere coactus fuerit, tum maxime, quod post *Decretum præbendas vendiderit*: in eadem deinde Epistola idem Legatus scribit, Archiepiscopum Turonensem *comprobatum fuisse ante Episcopatum Decanatum emisse, quem ex consuetudine hujus Ecclesiæ, nisi quia jam Sacerdos fuisset, vel jam futurus Sacerdos esset, habere non posset.* Et sane Guibertus lib. 1. de Vita sua cap. 7. testatur, sua ætate ægre semper tulisse Presbyteros, tum simoniacorum abusu emendationem, tum etiam sibi interdicta subinde matrimonia; quibus quidem beneficiorum distractionibus auctoritatem dabant Principes ipsi, quos inter in Gallia nostra idem Guibertus Henricum I. præsertim carpit, qui, ut ait, *multum erat cupidus, & Episcopatum venditionibus assuetus.* Sed & Philippum filium ac successorem eo nomine exagitat, quem *hominem in Dei rebus venalissimum appellat.* Exstat Charta ejusdem Regis in Tabulario Maurigniacensi an. 1106. quæ præbendarum venditioni manus saltem dedisse evincit: *Concessimus ut Canonicis, qui eo tempore vivebant, vita comite, canonicas, quas Præbendas vocamus, canonicè tenere liceret. Si vero vendere qualibet occasione quilibet eorum, vel omnes vellent, aut Abbati sanctæ præfate Trinitatis vendant cum omni alio emptore penitus remoto dimittant.* Idipsum præterea docet Historiola illa, quam Michaël Scotus lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 28. refert: *Cum Episcopus Carnotensis promississet Philippo Regi Franciæ, quod primam præbendam sibi daret ad votum, & cum multæ vacassent per vices, indignatus est Rex: cui remandavit, quod nullam adhuc dederat, sed omnes vendiderat.* Ex supra allatis locis abunde colligitur, quam alte radices egerit hæc inveterata in præbendarum venditionibus simonia, quam diu fovit receptus in omnibus ferme Ecclesiis usus, sive abusus, adeo ut eo ipso ævo Græcicas etiam pervaserit, ut docemur ex Concilio Nicæno II. pag. 611. 637.

edit. Labbei & ex Zonara tom. 1. Annal. p. 61. 1. edit. Cum omnia ministeria Ecclesiastica ita eo tempore haberentur venalia, quasi in foro secularia mercimonia, inquit Glaber lib. 5. cap. 5. ubi hæc subdit: Omnes quippe gradus Ecclesiastici à Maximo Pontifice usque ad Ostiarium opprimebantur per suæ damnationis pretium, ac juxta vocem Dominicam in cunctis grassabatur spiritale Latrocinium. Istud porro dammandum præbendarum commercium, maxime in Gallicanis Ecclesiis, ditioni suæ subditis, funditus evellere annixus est inprimis Henricus Imperator, coactis universis Episcopis, editoque statuto, quo penitus illud interdictum est, ut auctor est idem Glaber: cum in Francicis interea summi Pontifices suas vicissim curas conferrent, præsertim Leo II. in Concilio Remensi, deinde Gregorius VII. per suos Legatos Amatam Oleronensem, & Hugonem Dionsensem Episcopos, & Abbatem Cluniacensem, qui coactis variis in Provinciis Synodis Episcopos & Canonicos simoniacos abrogarunt: postmodum Urbanus II. in Concilio Claromontensi: ac denique Hadrianus IV. in Bulla ad Canonicos Calvi montis: Jamdudum autem Sacrosancta Romana Ecclesia decernente dinoscitur institutum, ut in Ecclesia nostra de Monasterio B. Dionysii ad divina dependenda obsequia Monachi ponerentur, ad quorum usum & dispositionem decedentium Canonicorum beneficia devenirent. Ut igitur tam laudabilis institutio nullius valeat astutia vacuari, per presentia vel scripta mandamus, quatenus Præbendas & beneficia vestra vendere, vel quomodolibet alienare nullatenus presumatis: alioquin nos & alienationes ipsas auctoritate Apostolica vacuumus, &c. Vide tom. 2. Spicilegii Acheriani p. 601. 602. & Michaëlem Scotum lib. 4. Mensuræ Philosophicæ cap. 28.

¶ PRÆBENDARI, Beneficio ecclesiastico donari. Concil. Paris. ann. 1212. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 99. Si quis habens parochiam, in aliqua ecclesia Præbendetur, ad alterius beneficii resignationem, cujus voluerit, compellatur. Occurrit præterea in Conc. Hispan. tom. 4. pag. 407. & apud Lud. Laguille Hist. Alsat. pag. 111.

☞ Haud scio an eadem notione intelligenda vox Præbendatus apud Murator. inter Anecd. tom. 3. pag. 60. ex Chron. Frat. Prædicat. Hic fuit (fr. Stephanardus de Vicomercato) in saculo honorabilis clericus & magnus Præbendatus.

PRÆBENDA, pro Præbendarius. Willel. Malmesburiensis in Vita S. Aldhelmi Episc. cap. 6. Erexit Aldhelmus augustiorem Ecclesiam in honorem Domini Salvatoris, . . . quem promoventem his virtutum successibus in altum nitentem Leutherius West-Saxonum Episcopus conspicatus, ibidem eum in Præbendam, postea in Abbatem erexit.

¶ PRÆBENDA, Cella monachica. Chron. Wormat. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 63. Similiter fratrum Præbendas apud S. Cyriacum ex incursum negligentia pene destructas misericorditer renovavit & eas simul jussit refici.

PRÆBENDA EQUI, Quod ad diurnum victum equo præberi solet. Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 14. Jusserat ipse vespere præcedente . . . ut unusquisque pro posse suo de annonâ niteretur Præbendam equo suo impendere, ne in die crastino subter equitantes hora bellica debiles fame deficerent. Vitæ Abbatum S. Albani: Præbendam quotidianam ad duos equos de granario nostro. Statuta Ordinis de Sempringham: Poterit tamen loqui cum fratre stabulario de necessariis, ut est de ferendis equis, & quando tribuit eis Præbendam & fœnum. [Charta an. 1230. in Chartul. S. Vandreg.

tom. 2. pag. 1439. Ego quitavi omnes liberationes quas habebam ad vitam meam in abbacia S. Vandregisili, videlicet in pane & potu & coquina, tantum quantum unus monachorum habebat ibidem, & equo meo fœnum & Præbendam.] Vide Fletam lib. 2. cap. 74. §. 1. cap. 78. §. 2. Fortescutum de Laudibus Legum Angl. cap. 35. &c. Le Roman de Vacce MS. Et le Duc quant Nonne sonna,
Fist Provende as chevaux donner,
Et au ser fist sa gent monter.

PRÆBENDARE EQUUM. Fleta lib. 2. cap. 73. §. 3. Equus si in statu laborandi debeat observari, de sexta parte busselli avena singulis noctibus oportebit ipsum Præbendari. Adde cap. 76. §. 8. Monasticum Anglican. tom. 1. p. 649. Ad Præbendandos equos suos & hospitum suorum, &c. [Edictum Johannis Reg. Franc. an. 1350. tom. 2. Ordinat. p. 369. Nul quel qu'il soit, qui ait prins, ou tienne chevaux, brebis & autres bestes à garder & mener à Provender, &c. hoc est, in pascua ducere.]

PRÆBENDARIUM, PROVENDERIUM, Aquarium, ubi equi adaquantur, Abbevoir, unde vocis Gallicæ origo: quo scilicet equi aqua apprebendantur: seu locus, unde aqua præbenda hauritur pro equis. [Accersenda potius videtur hujus vocis origo à Lat. Bibere, unde Itali Bevere, & nostri Beuver, Buver, & interposito r, Brevver, Brever dixerunt: à quo etiam Breuvage & Beveragium, Bevrageum, apud Scriptores infimæ Latinitatis.] Charta Simonis Comitis Montisfortis an. 1207. in Hist. Monmorenciaca pag. 77. Conquerebatur . . . de Præbendario aqua Dugniaci confracto & destructo. Alia Matthæi de Monmorenciaco an. 1218. ibid. pag. 84. Item de riparia, qua solet fluere per terram S. Marcelli, & peto, quod habet Provenderium suum, & cursum suum, sicuti habere solebat.

PRÆBENDARIUS, & Præbendarium, in libro MS. Roffensis Ecclesiæ cap. Quid mensuræ granarii continent: Est mensura unde distribuitur: mensura equi debet esse 13. pollicum latitudinis infra circulum, & altitudinis trium pollicum. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 149. Inveniet etiam Celerarius salem, & ligna ad ignem, & singulis diebus duo pulmenta: ad unum de fabis siccis unum Præbendarium rasum, vel de novis cumulatam de granario. Ibidem: Percipiet Coquinarius ad Pascha tria Præbendaria frumenti de granario ad stathones inveniendos. Tabular. Eleemosynariæ Montisnorilionis in Pictonib. Supradicti fratres retinuerunt sibi decimam tam in annonâ, quam in bestiis, & unum Præbendarium de frumento cumulatam sine concussione. Tabular. Absiæ fol. 154. Quinque Præbendaria avena. [Unum Prevendier siliginis, in Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 184.] Charta ann. 1365. apud Duchesnium in Hist. Des Chasteigners pag. 41. Item un Prevandier de froment de rente, que soloit avoir ledit seu, &c.

☞ Quæ vero fuerit præbendarii capacitas docet Charta an. 1279. in Tabul. Centul. Teneant sine hostissa tredecim jornaliam terræ . . . & de quocumque loco ubi manere voluerint, per unum Præbendarium bladi, id est quatuor bossellos, poterunt. Decem Præbendaria frumenti, & decem præbendaria siliginis, & decem præbendaria ballargia, & decem præbendaria avena ad mensuram de Vicconia, in Charta an. 1279. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. p. 920. Bellijoci præbendarium frumenti vel siliginis tres cupas continet, avenæ quinque; est autem cupa quarta pars bicheti.

PRÆBENDARIUS, Qui præbendam suscipit. Catholicum parvum: Præbendarius, Prevendier, ille, qui

consert alicui prabendam. Rectius Johan. de Janua : Præbendarius , qui dat præbendam , vel potius qui recipit. Ebrardus in Græcisimo cap. 9.

Præbitor est qui dat præbendas : suscipiens has Præbendarius est , sicut legista docet nos.

Petrus Damianus in Vita S. Romualdi cap. 13. Cæcus quidam , Præbendarius videlicet patris ejus , ad sepulchrum illius venit , &c. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 78. de Pauperibus : Si pecuniam habebunt , sit domino , cui Præbendarii erant , si super terram ejus sit. Adamus Bremensis cap. 84. Qui postmodum ab honore suo depulsus , & ab omni hereditate sua , apud Magdeburg Præbendarius , vitam ut dignum erat , mala morte commutavit. Ratpertus de Casibus S. Galli cap. 16. Universæ familie Præbendariis , id est , centum septuaginta viris , cum nunquam ante se nisi avena pascerentur , pura de spelta dederat grana. Charta Henrici III. Imper. an. 1056. & Henrici IV. an. 1065. ex Tabulario S. Maximini Trevirensis : Servientes vero qui Præbendarii sunt , & qui fratribus infra claustrum serviunt , &c. [Charta Henrici Episc. Tull. pro Monast. S. Mansueti ann. 1163. apud Baluz. in Append. ad Capit. col. 1560. Famules ecclesie feodatos & Præbendarios quotidiana ab ecclesia sumentes stipendia , à quibus , si forte in causa animæ in aliquo fuerit erratum , præsentis Abbati & futuris dimitimus corrigendum. Præbendarii curiæ , in Charta Ottakeris an. 1156. apud Ludewig. to. 4. p. 202.] Statuta antiqua Cartusienfis Ord. 3. part. cap. 33. §. 4. Præbendarii , etiam si debiles sint , senes aut infirmi , &c. Adde Statuta ejusdem Ordinis an. 1668. part. 3. cap. 3. §. 1. 8. [Bernardi Mon. Ordin. Cluniac. part. 1. cap. 3. & 13.] Vide Alemannica Goldasti tom. 2. pag. 191. Zyllesium p. 39. &c.

PRÆBENDARIA , Mulier inops , cui statuta est elemosyna. Miræ. S. Marculfi sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 522. Quadam puella , cui prima dies exordia vita dederat absque linguæ atque aurium usibus : nec non in elemosyna nobilissima matrone , &c. Tunc accersita illa quondam muta sua Præbendaria , &c. Adde Vitam S. Mathildis tom. 7. Maii pag. 451.

Neque alii sunt , quos nostri olim Prouvoires vocabant , quam præbendarii presbyteri : nam & Hugo Plagonus vetus Gallicus interpres Will. Tyrii lib. 6. cap. 16. Sacerdotes , vertit le Prouvoire. Robertus Bourronus in Histor. MS. Merlini : Merlin vit che duel , & les Prouvoires & les Clercs qui chantoient. Le Roman de Garin le Loherans :

Et les Prevoires escorcent il tout vis ,
Sont Archevesques & Evesques ocis ,

Alibi :

La veiffiez maint Provoire ordené ,
Tot revestu pardevant son autel.

[Le Roman de Vacce MS.

Un des Engleiz qui out veu
Les Normans touz reiz tondus ,
Cuida que tous Provoires fussent ,
Et que Messes chanter peussent.]

Petrus de Fontaines cap. 14. Por chevalerie , por ordre , ne por digneté de Prevoire. Quod quidem eo potissimum observandum , quod etiamnum Lutetiæ Parisiorum platea , S. Eustachii ædi proxima , nomen de ruë des Prouvoires , seu , ut hodie efferunt , des Prouveres , retineat , quod in ea istius parochiæ præbendarii Presbyteri commanent , quæ ruë des Prestres dicitur in Parochia S. Severini.

PROVENDA , pro Præbenda , Beneficium ecclesiasticum. Edictum Philippi V. Regis Franc. ann. 1320. tom. 1. Ordinat. pag. 714. Ne prendront Provendes és eglises des Prelats de leur jurisdiction.

Provendes , in Litteris Philippi VI. ann. 1334. ibid. tom. 2. pag. 102. Provendes , in Litteris an. 1343. apud Rob. Avesbur. in Vita Edwardi III. Reg. Angl. edit. Hearnii pag. 111. Le Roman de Vacce MS. ubi de præbenda quam ei in Eccles. Bajocensi contulerat Henricus II. Rex Angl.

Cil me donna , & Dex li rende ,
A Baiex une Provende.

PROVENDA , ex Gallico Provende , ut effertur ab Hugone Plagon in versione Will. Tyrii lib. 7. cap. 9. Capitulare de Villis cap. 50. Et qui hoc non habuerit , de Dominica accipiat Provendam. Vetus Poëma MS. cui titulus , Le Despirement du corps :

Nus ne te puet desaaifier ,
Ne ta Provende amenuisier.

[Le Roman de Vacce MS.

Pain & vin & Provendes des villes venir firent ,
Quand il ourent menzié , volentiers se dormirent.

Infra :

Pain & vin & Provende fist assez aporter.]

Approuvagement , in Consuetudine Hannoniensi cap. 40. pro præbitione cibi & potus. Præfenda & Profenda , dicunt Itali : La Profenda del fieno , apud Interpretem Crescentii de Agricultura : Profende communal del blado , apud Matth. Villaneum lib. 1. PROVENDARIUS , Idem quod Præbendarius , seu Provenda : mensura annonæ præbendaria. Charta Willelmi Comitis Pontivi ann. 1205. in Histor. Ecclesiast. Abbavillensi cap. 26. Quinque Provendarios avena , quos leprosi de valle reddere debent. [Unum Provendier siliginis , apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 184.] Vide tom. 2. Monastici Anglic. pag. 1.

PROVENDARIUS , Idem qui Præbendarius : qui provendam , seu præbendam percipit : cui ad victum cibus vel potus præbetur. Adalardus in Statutis Corbeiensibus lib. 1. Isti sunt Provendarii , qui omni tempore equaliter & pleniter in nostris diebus esse debent. Et lib. 2. p. 19. Ut de Provendariis , qui ibi servire debent , certa discretio servetur , ut & sufficienter sint , & ultra quam necesse est nullo modo sint , quia ipsi de eadem decima & pascendi & vestiendi sunt ea mensura , quæ eis competit , ita ut nec penuriam patiantur , nec aliqua superfluitate distendantur. Mox : Similiter ut ipsi Provendarii eadem qualitate & quantitate cibi & potus , sicut ceteri provendarii nostri , sustententur , id est , ut pensam secundum ceterorum consuetudinem per mensem ; similiter panem & potum secundum eorundem consuetudinem accipiant , &c. Ex quibus satis patet , his locis provendarios non esse , qui necessaria prævident seu præparant , quos nostri Pourvoieurs vocant. Cæterum ejusmodi præbendarios habent etiam in Ecclesia Græcanica Monachi in suis Monasteriis , de quibus Allatius lib. 3. de utriusque Ecclesie Consensu cap. 8. §. 8.

PROUVATIA , Idem quod Provenda , Mensura annonaria. Charta an. 937. in Tabulario Eccl. Augustod. de Censibus : Circulos 12. Prouvatia avena mod. 1. mense Mart.

PREVENDERIATA TERRÆ , non semel in Tabulario Abbsiensi : Concesserunt Bernardo de Bobo , & aliis fratribus Absie quinque Prevenderiatas terra ante vineas , &c. Infra : Dedit Monachis Absie tres Prevenderiatas terra inter Molum & Clenam. Ita fol. 52. 108. & in libro Chirographorum ejusdem Monasterii fol. 63. Ibid. fol. 66. Tres Præbenderiata terra. Fol. 76. Ruptura trium Prevenderiatarum terra. Adde fol. 95. &c.

PRÆBENDULA , Prædiolum. Vetus Poëta apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 537.

- Sed mihi sufficeret Prabendula pauperis horti,
 Quinque talenta valens, quinque, parumve magis.*
- ¶ PRÆBODENA, Præpositura. Vide infra *Præbodia & Præbostatus*. Charta an. 888. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 23. *Cedo vobis... in ipsa riparia prato dominicano, Præbodenas, fectas, totum & ab integrum vobis cedo.*
- ¶ PRÆBOSDIA, Præpositi districtus, præpositura, Gall. *Prevoté*. Charta an. 1062. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 459. *Et hoc totum facimus affirmante Præposito ipsius ecclesie Willelmo, qui & ipse similiter omnem potestatem ipsius ecclesie & decimam sua Præbodia concedit & cameram adherentem ecclesie... Totum autem illum honorem quem idem Guillelmus visus est per Præbodium tenere... nos idem Geraldus & Vidianus omnem censum & subjectionem earum similiter damus. Ubi Charta MS. ex Tabular. S. Victoris Massil. habet *Præbodia*. Vide *Præboda* & *Præbostatus*.*
- ¶ PRÆBOSTONUS, Custos domus Præpositi. Statuta Eccles. Aquensis: *Poterit Præpositus tenere unum custodem domus sua, qui Præbostonus vocatur, qui in absentia ipsius Præpositi & non aliter recipit.*
- PRÆCAMBIRE. Vide *Cambiare*.
- PRÆCANTARE, In modum incantatorum immurmurare. Acta Martyrii S. Castuli num. 3. *Permitte me ei Præcantare, & forsitan recipiet sanitatem.* [Judicia de criminibus apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 35. *Si quis Præcantaverit ad fascinum vel qualescumque præcantationes, excepto Symbolum sanctum aut orationem Dominicam, qui cantat & cui cantatur, tres Quadragesimas in pane & aqua peniteat.*]
- PRÆCANTATOR, Qui alias *Incantator, Carminator, Gallis Enchanteur*. Jonas Aurelian. lib. 1. de Instit. Laicali cap. 6. *Phylacteria, vel characteres diabolicos, nec sibi, nec suis, aliquando suspendant: Præcantatores vel ministros diaboli fugiant.* Adde Concilium Tolentan. XVI. cap. 2. *Præcantare & Præcantatio dicitur præsertim in præstigiis magicis.* Glossæ: *Præcantat, ἐπαίδει.* [Ventriloqui, *Præcantatores*, in Gloss. Isidori.] Marcellus Empiricus cap. 15. pag. 105. *Præcantabis jejunos jejunum, &c. Præcantationes.* Veteres Glossæ: *Præcantationibus consecrata, ἐπαίδεισ μέρν.* Apud Juvenalis interpretem, Sat. 15. *Statuta Memnonis magice consecrata, id est Præcantationibus consecrata.* Sic Solinus cap. 27. dixit: *Heliotropium gemmam Præcantationibus consecrari.* Vegetius lib. 3. Artis veterin. cap. 44. *Aliquantum Præcantatione tentant afferre remedia, que vanitas ab animalis solis diligenda est: cum animalia, sicut homines, non inanibus verbis, sed certa medendi arte curentur.* Ita *Præcantationes*, apud Gaudentium Brixiensem Episc. Tract. 4. in Vita S. Samsonis Confess. MS. cap. 3. apud Aimoinum libr. 3. Historiæ Franc. cap. 51. *Præcantatrix*, apud Plautum in Milite Glox. ἡ ἐπαίδεισ :
- da quod dem *Quinquatribus, Præcantatrici, conjetrici, ariola, atque haruspica.*
- ¶ PRÆCATECHIZARE, Prænunciare. Vetus Irenæi Interpres lib. 4. *Qui à prophetis fuerat Præcatechizatus.*
- PRÆCELLENTISSIMUS, Epitheton vulgo tribui solitum Regibus Franciæ, à Gregorio M. PP. locis indicatis in Dissert. 23. ad Joinvillam, in Conventu apud Andelaum ann. 587. In Synodo Germiniacensi sub Carolo Cal. tom. 6. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 250. à Gregorio Turon. in Vita S. Aridii Episcopi Lemovic. p. 696. à Fortunato in Vita S. Germani Paris. c. 12. 22. Bau-

- dovinia in Vita S. Radegundis cap. 6. 18. eadem S. Radegunde in Epist. ad Episcopos, Joanne VIII. PP. Epist. 30. Paschasio Ratberto in Epitaphio Vualæ Abb. Corbeienfis lib. 2. cap. 17. Hildeberto Cenoman. Epist. 6. ex iis, quæ editæ sunt, tom. 13. Spicilegii, in Capitulari Saxonum ann. 797. in Capitul. 6. an. 819. cap. 8. in Formula 9. 38. ex Baluzianis, &c. Vide Diurnum Romanum cap. 1. tit. 3. cap. 2. tit. 1. cap. 4. cui hæc præterea addere placet ex Tabular. S. Dionysii de Capella Ch. 99. *Itaque Dagobertus Præcellens Rex propter ignaviam eorum secundum Legem Romanam ab eis paternas possessiones ideo subtraxit, &c.*
- PRÆCELLENTIA, Eorumdem titulus honorarius, in Epist. 40. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. (Adde Epist. 36.) [in Charta Caroli Calvi ex Tabular. Majoris Monast. Unde etiam *Præcellentia nostra præceptum hoc fieri jussimus.*] In Charta ejusdem Regis in Tabulario Dervensi, & in aliis apud Baluzium in Append. ad Capitul. n. 64. 92. 99.
- ¶ PRÆCEMPTOR, pro *Præcentor*, cujus officium vel dignitas *Præemptoria* dicitur, non semel occurrit in Bulla Pauli III. PP. pro secularisat. Eccl. S. Ægidii an. 1538.
- PRÆCENTOR, *Qui vocem præmittit in cantu*, Isidoro lib. 7. Orig. c. 11. [*Præcentres, devant chantré, qui commence le chant, principal chantré*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Præcenteur*, in Eccl. Lugdun.] Primus Cantorum in Ecclesia, qui Cantoribus præest: dignitas Ecclesiastica in Cathedralibus, vulgo *Præchantre*. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 17. *Præcentor, qui cantantes voce & manu incitat, est servus, qui boves stimulo minans dulci voce bobus jubilat.* Idem cap. 74. *Præcentores, qui chororum utrinque regunt, sunt duces, qui agmina ad pugnam instruunt.* *Præcentor Palatii*, id est Capellæ Regiæ, apud Hincmarum Remensem in Epist. ad Carolum Mag. de Vita S. Dionysii, apud Mabillonium: ubi quidam Codices MSS. *Præceptor* præferunt. [*Præcentor*, Apuleio de Mundo, est qui cantum moderatur: *Quod est in triremi gubernator, in curru rector, Præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu, hoc est in mundo Deus.*]
- PRÆCENTOR, seu *Armararius*, in Monasteriis idem munus obit, quod *Præcentor* in Ecclesiis Cathedralibus. De hoc officio multa habet Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 10. Adde Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 299.
- PRÆCENTOR TABULARUM, Officium Monasticum, qui *tabulis officialibus* præerat. Ingulphus: *Præcentori tabularum ac ejus assignationibus in Chorotham Abbas & Prior, quam tota cætera Congregatio humiliter obediat.* Vide *Tabula* 5.
- PRÆCENTRIA, in Monasteriis Sanctimonialium: Vide Statuta Ordinis de Sempringham pag. 767.
- ¶ PRÆCENTRIX, Eodem sensu, in Sententia arbitrari an. 1221. inter Archiep. Arlat. Capitulumque ejus & Monasterium S. Cæsarii ex Schedis Præf. de Mazaugnes: *Juraverunt S. celeraria, & Florentia sacristana, & Berengaria Præcentrix in animas ipsius abbatis & conventus.*
- PRÆCENTORIA, Dignitas *Præcentoris*, apud Arnulphum Lexoviensem in Epist. pag. 50. [& in Charta an. 1332. in Tabul. Gellon.] Eadem
- PRÆCENTURA dicitur apud Hugonem Flaviniacensem p. 261. Charta Evrardi Ambianens. Episcopi an. 1218. qua *Præcentoriam* erigit in sua Ecclesia: *Sic autem distincta sunt dictorum personatum (Cantorix & Præcentorix) officia. Præcentor proximum stallum post Decanum, Cantor proximum stallum*

post Præcentorem habebunt. Præcentor in superiori stallio Canonicos installabit, Cantor in inferiori. Uterque dabit regimen duarum Scholarum cantus. Jurisdictio puerorum communis erit utrique: communi consilio recipient in Choro pueros: uterque poterit ejicere delinquentem; ejectus ab uno, non introducet ab alio, nisi ejicientis satisfecerit arbitrio. Præcentor audiet à pueris id, quod debent cantare. Cantor etiam pro excessibus suis verberabit. Præcentor & Cantor simul regent Chorum in Nativitate Domini, in Epiphania, in Pascha, in Ascensione, in Pentecoste, &c. In aliis duplicibus Cantor cum uno de Canonicis reget chorum in ordinibus, in consecratione Chrysmatis, in benedictionibus Abbatum. Præcentor chorum reget in Synodo; prima dies est Præcentoris, secunda Cantoris. Præcentor officium anni prænuntiabit, & in iis omnibus, si alter absens fuerit, ille, qui præsens erit supplebit defectum. Cantoris erit scribere tabulam Cantorum, &c. De Officio Præcentoris agunt præterea Statuta Ecclesiæ Leichefeldensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 241.

¶ PRÆCEPTA, Præcentoris beneficium, vel officium. Charta ann. 1527. apud Rymer. tom. 14. pag. 197. *Johanni Bubington Præcepta nostræ Dalby & Bodley Præcentori, ac in eodem prioratu pro nostro communi thesauro receptori, salutem. Occurrit ibidem semel & iterum. Vide Præcentor.*

¶ PRÆCEPTALIS PAGINA, Diploma regium, idem quod infra Præceptum. Charta Henrici II. an. 1008. inter Instr. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 149. *Per hanc nostram Præceptalem paginam concedimus atque largimur, &c. Præceptalis sanctio, in Charta Caroli M. apud Torrig. de Crypt. Vatican. edit. 2. p. 508. Præceptalis ordo, in Privil. Rodulphi Reg. Fr. an. 925. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 280. Præceptalis auctoritas, in Charta Henrici Imper. an. 1041. apud Calmet. inter Probat. to. 1. Hist. Lotharing. col. 417. Præceptaria auctoritas, eadem notione, in Charta Ugonis & Lotharii Reg. Ital. ann. 932. apud Eccardum in Orig. famil. Habsburgo-Austr. pag. 151. Præceptalis titulus, in Charta ann. 1014. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 190.*

PRÆCEPTARE, Præcipere, præceptum dare. S. Gerardus Abb. Sylvæ Major. in Vita S. Adalardi cap. 9. *Omnis, quæ Præceptat S. Benedictus, &c. [Hierat. juris pontif. pag. 99. Qui quidem cælibatus tot tantisque Conciliis fuit Præceptatus, ut propter illum clerici auctorati dicebantur.]*

¶ PRÆCEPTARIUS. Vide in Præceptalis.

¶ PRÆCEPTIO, ut Præceptum. Vide in hac voce. PRÆCEPTOR, Dominus, Princeps, supremus Magistratus. Willelmus Tyrius lib. 20. c. 31. de Assassinis: *Magistrum solent sibi præficere, & eligere Præceptorem, quem Senem vocant. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 93. Assisni & eorum Præceptor Vetulus de Montanis. Adde Jacobum de Vitriaco lib. 3. pag. 1142.*

PRÆCEPTORES PALATII, qui alias Comites Palatii. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 31. *Quemadmodum sunt in palatiis Præceptores, vel Comites Palatii, qui secularium causas ventilant, &c. Exstat ejusdem Walafridi Carmen Ad Thomam Præceptorem Palatii, tom. 6. antiq. Lection. Canisii p. 630. Vita S. Aldrici Episcopi Cenomanensis cap. 9. apud eruditum Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti: Super quibus jocundatus Imperator Augustus, eum Præceptorem Palatinum instituit, ut vita Imperialis Aula, & majora negotia sua discretionis arbitrio desinrentur. Vide Præcentor.*

¶ Quo postremo loco Præceptorem Mabillonius in-

terpretatur Cancellarium, seu conditorem regionum diplomatum, quæ pleraque Præcepta, ut infra dicitur, vocabant. Sane Aldricus Pippini Aquitaniæ Regis Cancellarius fuit, ut invenitur in binis litteris quas Labbeus refert in Miscellaneis curiosis. Posset & Præceptor hic intelligi Præfectus scholis palatii; sed utrum Aldricus hanc obtinuerit dignitatem alibi non legitur.

¶ PRÆCEPTORES appellati videntur Abbates, in Charta Fulquini ann. 950. apud Miræum tom. 1. pag. 141. *Ea vero ratione, ut Præceptores prædicti monasterii (Gemblacensis) ab hac die hoc habeant, teneant atque possideant, vel quidquid inde facere voluerint, liberam ac firmissimam, Christo propitio, in omnibus habeant potestatem. Hæc quippe in solos Abbates convenire opinor.*

¶ Hinc Monasteria quæ Abbatis Cluniacensis jurisdictioni subiciebantur, Cluniacum monasterium dicebantur habere Præceptorem & Vicarium. Charta ann. 948. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 296. *Cluniacum denique monasterium hujus facti delecto atque constituo Præceptorem & vicarium, quatenus ab hac die & deinceps dominus Aymardus abbas, qui prædicti cænobii gubernacula pro moderamine nunc Deo annuente administrat, cunctique successores ejus easdem res omnibus diebus regant, ordinent, atque ut sibi placuerit in servitio Dei omnipotentis disponant. Eadem habentur in Charta an. 1065. ibid. col. 297.*

PRÆCEPTORES, dicti apud Hierosolymitanos & Templarios Milites, domorum, quas in provinciis possidebant, Procuratores, quos vulgo *Commandeurs* dicimus. Jacobus de Vitriaco in Histor. Hierosol. c. 65. *Pari modo summo & principali Magistro Hospitalis S. Joannis, Procuratores domorum, quos Præceptores nominant, certam pecunia summam singulis annis transmittunt. [Adde Litteras Philippæ Aug. Reg. Franc. to. 3. Ordin. pag. 260.]*

¶ Sed non idem fuit hac in re totius Ordinis usus: Præceptores enim alicubi à Procuratoribus, Gallice *Commandeurs*, distinctos iisque superiores fuisse certo efficitur ex Tabular. Prioratus S. Joan. Tolos. ejusd. Ord. *Cum questio verteretur inter dominum Bertrandum de Opiniano militem ex parte una, & dominum Raimundum de Libra Præceptorem hospitalis S. Joannis de Ulmis ex altera. In eadem Charta: Cunctis sit notum hoc audientibus, quod lis & controversia verteretur inter fratrem Guillelmum Commendatorem hospitalis S. Joannis de Ulmis, &c.*

¶ Et quidem eo potissimum nomine nuncupati apud Templarios Magni Priores cujusque Provincia, penes quos summa erat in eorum Provincia potestas. Charta ann. 1183. ex Archivis Prioratus S. Egidii Arelat. *Et ego Bernardus Catalanus Præceptor domus Templi, &c. Charta ann. 1265. in Tabul. Latiniac. Frater Almaricus Præceptor domorum militiae Templi in Francia, salutem in Domino, &c. Testam. Gaufridi an. 1252. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 399. Constituo etiam fratrem Guidonem de Bona Carmierna Præceptorem militiae Templi in Aquitania executorem testamenti mei. Epist. Ludovici Roman. Reg. an. 1326. in Chron. Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 95. *Ad illustrem Fridericum Regem Siciliae amicum nostrum generosum virum fratrem Albertum de Avaretburch, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani per Alamanniam Præceptorem . . . destinavimus. Chron. Trivetti an. 1298. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 700. In principio autem prælii Præceptor militiae Templi in Anglia, & socius ejus qui erat Præceptor Scotia . . . sunt perempti.**

Neque vero hæc vox Templariorum propria fuit: occurrit enim alibi eodem sensu, scilicet pro quovis administratore seu procuratore rei alterius. Charta an. 1305. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 162. *Bona temporalia ejusdem monasterii & exteriora regantur per dictum Præceptorem ab Episcopo & Capitulo supradictis instituendum & destituendum pro suo libito voluntatis: qui Præceptor sororibus de victu & vestitu, & aliis necessariis & servitoribus ejusdem monasterii & hospitalis eisdem Episcopo & Capitulationem reddat, quando & quoties per ipsos fuerit requisitus.* Sed & apud sæculares eodem intellectu usurpatur Præceptor, ut videre est in voce *Manaderius*.

PRÆCEPTORIÆ, Prædia Præceptoribus assignata; *Commanderies*. Vide tom. 2. *Monast. Anglic.* pag. 546. & seqq.

Has vero præceptorias inter beneficia proprie non censerit scribit auctor *Compendiosæ Expositionis beneficiorum* fol. 7. *cum à Papa legatove ejus & alio Ordinario non conferantur, nec obnoxia sint nominationibus, mandatisque apostolicis.* Charta an. 1373. apud Lobinell. to. 3. *Hist. Paris.* pag. 486. *Considerantes quod domus & Præceptoria Parisiensis nova est plantatio, ... præfatam domum & Præceptoriam S. Antonii Parisiensis ... Præceptoria & baillivia Flandria univimus. Præceptorat de Montmorillon, apud Catherinot. Patronag. Bituric. Vide Præcepta.*

PRÆCEPTORIÆ LITERÆ, dicuntur in Jure Canonico, eæ, quibus præcipitur à Summo Pontifice, ut vacans alicui conferatur Beneficium. Earum formulam recitat Franciscus Florens in *Decret. Greg. IX.* pag. 73. 74. *Vita MS. S. Gaugerici Episcopi Camerac.* lib. 1. cap. 10. *Deinde vero Rex eum datis comitibus cum Præfunctoria Epistola ad Egidium metropolitanum sedis Remensis Episcopum honorifice deduci præcipit, utque ab ipso juxta sanctorum Canonum instituta Sacerdos quidem & Pontifex quam decentissime ordinaretur. Ubi legendum censuerim Præceptoria.*

PRÆCEPTUM, Diploma Regium, Charta Regia. *Præceptum Imperiale*, in l. 3. *Cod. Th. de Incest.* nupt. l. 2. *de Operib. public.* Abbo *Floriacensis* in *Canonib.* cap. 6. *De Præceptis regalibus & imperialibus: Gloriosissimorum Regum potentia stabile firmitate esse voluit, quidquid vel opere præcipiendo constituit, maxime utilitatem Ecclesie suorum procerum suggestionibus ratum esse judicavit, &c.* Et cap. 7. *Sunt Præcepta regalia, id est imperialis jussionis auctoritate roborata, quibus consentiunt Romanorum Pontificum privilegia sub excommunicationis anathemate decreta.* *Theganus de Gestis Ludovici Pii Imperat.* cap. 10. *Jussit supradictus princeps renovare omnia Præcepta, quæ sub temporibus patrum suorum gesta erant Ecclesie Dei, & ipse manu propria ea cum subscriptione roboravit.* Adde cap. 13. 19. *Adrevaldus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti* c. 19. *Regali munificencia huic sacratissimo Cœnobio à præfatis Francorum Regibus per Præcepti proprii syngrafum concessum fuerat, ut &c.* *Ditmarus lib. 3. Præcepta, quæ munera regalia seu imperialia detinebant, igni comburebat.* Utuntur *Gregorius M.* lib. 7. *Ind.* 2. *Epist.* 17. 27. *Gregorius Turonens.* l. 8. *Hist. Franc.* cap. 20. *de Miracul. S. Martini* cap. 15. *Codex Carolin.* *Epist.* 51. *Aimoinus lib. 5.* cap. 17. *Capitula Caroli M.* lib. 3. cap. 28. *Synodus ad Theodonis villam* cap. 4. *Synodus Belvacens.* ann. 845. cap. 4. *Suession.* an. 853. cap. 6. 11. *Capitula Caroli Calvi* tit. 6. cap. 11. 24. tit. 27. cap. 4. tit. 32. cap. 6. *Leges Luithprandi Regis Longob.* tit. 55. §. 4. *Marculfus & vett. For-*

mulæ passim, *Helgaudus in Vita Roberti Francor. Reg. & alii.*

PRÆCEPTIO, Fadem notione, in *Charta Caroli M.* apud *Meurissium* in *Episcop. Metensib.* pag. 185. [in *Diplom. Otthonis III. Imper.* apud *Miræum* tom. 2. pag. 807. in *Charta Ludovici Reg. Aquitan.* apud *Stephanot.* to. 3. *Antiquit. Pictav. MSS.* pag. 238. &c.] Vide l. 19. *Cod. Th. de Judæis.*

PRÆCEPTUS, Eodem intellectu. *Placitum* ann. 867. *ex Tabular. S. Tiberii: Quem (fiscum) Karolus Rex perenniter contulit ad jam dicto monasterio S. Tiberii per istos Præceptos ... Sed cum ipsi Præcepti ante nos relecti fuissent, &c.*

Præceptum vero seu Præceptio maxime dicebatur Diploma à Rege ad Metropolitanum missum, ut virum à se probatum & electum in Episcopum ordinaret; ejus formula habetur apud *Marculfum* lib. 1. form. 5.

PRÆCEPTUM DENARIALE, Charta manumissionis quæ per excussionem denarii fiebat. Vide eumd. *Marculf.* *ibid.* form. 22. & supra in *Manumissio.*

Præceptum dicitur Epistola *Gregorii M.* ab ipso Pontifice lib. 12. *Epist.* 9. *Facta vero superscriptarum rerum omnium traditione, volumus ut hoc Præceptum in scrinio Ecclesie nostræ experientia tua restituat.* Adde *Epist.* 13. lib. 7.

Neque id Pontificum Romanorum proprium erat. Exstant quippe nonnulla aliorum Episcoporum præcepta; ejusmodi est Præceptum ab *Ennodio Episcopi Ticinensis* nomine scriptum, cujus meminit *Mabill.* *Diplom.* pag. 4.

Præcepta seu mandata dicta etiam Parlamenti decreta, quibus pedaneis iudicibus quæ in suis iudiciis & assisiis observanda erant, præscribebantur. Quid inter *Arrestum* & *Præceptum* interfit, vide in *Arrestum* 1. Eodem nomine interdum donata Curie inferioris sententia. Litteræ *Philippi Pulcri Regis Franc.* an. 1292. tom. 3. *Ordinat.* pag. 611. *Quod habitatores dicti loci (S. Andreæ Avenion.) non teneantur libellum reddere infra quantitatem ... de qua Præceptum extet à Curia dicti loci, sigillo dicte Curie sigillatum.* Litteræ *Johannis Reg. Franc.* ann. 1362. *ibid.* pag. 606. *Impediverunt & perturbaverunt, tam circa Præcepta & præconizationes pœnales in dicto loco S. Egidii fieri faciendo, &c.*

Præceptorum autem Regionum formulam sic describit *Papias: Præcepta, mundiburdia magnatum & potestatum secularium sunt tantummodo. Proprie autem Regum vel Principum Præcepta signum certum non habent in exordio: sed quod facere collibuerit, vel crucem, vel chrismon, vel literam quamlibet circumdatum serpentibus, vel quodlibet aliud. Solet autem prima linea Præceptorum longis & equalibus literis figurari. Initium autem præceptorum hujusmodi est: In nomine sanctæ & individua Trinitatis, HE. gratia Dei imperator Augustus. Post hac introducetur persona Imperatoris loquentis, reddentisque causam, qua inductus voluerit illud Præceptum statuere, dicens, Regia competere potestati (al. pietati) ut talium virorum, quibus ipse rogatus sit, non debeat contemnere preces, vel aliam, quam voluerit causam. Post hac quod loco vel homini illi sua auctoritate concedat. In fine erit locandum: Ut quicumque contra illius Præcepti decretionem fecerit, mille auri optimi libras, vel tale quid, quod instituere Imperator voluerit, persolvatur, medietatem Regi, & medietatem loco, vel homini. Post hac adjiciendum est, quod Imperator propria manu subscripserit, & proprio sigillo signari jusserit. In fine Monogramma est ponendum, in quo nomen Imperatoris, & Imperatoris Augusti,*

& Dei gratia connexum habeatur, vel alia, quæ Imperatorem deceant: Signum Domini Ottonis Serenissimi Imperatoris. Post hæc sic: Henricus Cancellarius* Ureg Vercellensis Episcopi recognovi. Factum anno Dominica Incarnationis M. indictione VI. anno vero ejus Imperatoris regni XII. Actum Romæ feliciter. Hæc desunt in MS. Navarræo.

PRÆCESSOR, Episcopus, Præsul, in Chronico Walciodorenfi: Eundemque locum, veluti superiorem, sub regimine Laudunensis Ecclesiæ Præcessoris constituit. [Ibidem supra legitur, Amistitis.]

¶ PRÆCESSOR, Decessor, prior. Concil. Toletan. XVI. inter Hispan. tom. 2. pag. 746. Et quia Præcessor noster digna memoria Wamba Rex, &c.

¶ PRÆCESSUS, Eadem notione. Charta an. 1076. in Chartul. Aptensi fol. 62. Temporibus præcis à Præcessis patribus qui in ipsis fuerunt, nos per reliquum talis est ad tenendum electus, &c.

¶ PRÆCIÆ, Qui à Flaminiibus præmittebantur, ut denunciarent opificibus manus abstinere ab opere; ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur. Festus. Unde Apuleius Metamorph. lib. 11. Præcia, qui facilem sacris viam dari prædicarent. Idem qui Præciamitatores, vel potius Præclamitatores eidem Festo dicuntur.

¶ PRÆCIDANIUS, Præcedens. Acta S. Rumoldi to. 1. Julii pag. 265. Editum est hoc miraculum ipsis Præcidaniis diei Jovis sacra.

PRÆCINCTA, PRÆCINCTUM, Ambitus, fines ac limites, intra quos locus quispiam præcingitur, concluditur. Vita S. Frontonii in Vitis Patrum n. 8. Et abierunt per viam juxta Præcinctum montis, euntes soli. Ubi quædam editiones habent præcinctorium. Charta Vindiciani Episcopi Cameracensis apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 1. cap. 5. Non aliquis præsumat in his, quæ diximus, aut in villis inibi pertinentibus Præcinctam habentibus, inferre aliquam molestiam, &c. Charta Henrici Imper. ann. 1101. in Hist. Lobienfi lib. 9. pag. 400. Ambitum quoque Monasterii, quem Præcinctum vocant, sicut ab eodem Imperatore Ottone determinatus est, nos quoque concedimus, ut sint undique termini, rivulus videlicet, &c. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1065. ex Tabulario S. Petri Hasnoniensis: Supplicaverunt, ut Præcinctum parochie totius villa Hasnoniensis . . . ab omni exactione absolutum firmaremus. [Charta Guidonis Comit. Flandr. an. 1257. in Tabul. S. Barthol. Betun. Habent infra Præcinctum territorii, domini ac feodi nostri, &c. Vide Præcinctus 2.]

¶ PRÆCINCTI, nude dicti milites Vulcatio Gallicano in Avidio, à cingulo militari quo præcinguntur: Sed vide ne tibi, & liberis tuis non bene consulat, quum tales inter Præcinctos habeas, quales milites libenter audiunt, libenter vident. Hæc post Carolum de Aquino in Lex. milit.

PRÆCINCTORIUM, Vestis sacerdotalis. In veteri Missa, ab Illyrico edita, habetur oratio ad Præcinctorium, cum illud scilicet induit Episcopus, sacra facturus: Præcinge me, Domine, virtute, & pone immaculatam viam meam. Ubi Cardinalis Bona Præcinctorium esse ait, quod Honorius lib. 1. cap. 206. Subcingulum sive Subcinctorium vocat, solumque Romanum Pontificem eo uti, cum solemniter celebrat, esseque instar parvi cujusdam manipuli, è sinistro latere pendens: illudque videri, quod Græci ἐπιρρυδάτιον vocant, formæ quadrangularis palmi & dimidii ex utroque latere, quod è zona appensum gestatur, & solis Episcopis ratione dignitatis permittitur.

¶ Interdum nihil aliud videtur fuisse Præcinctorium

quam linteum quo Pontifex præcingebatur. Ita accipienda hæc vox in Pontificali Eccl. Bisunt. apud Marten. de ant. Eccl. Discipl. pag. 311. ubi de ablutione pedum in Cæna Domini ab Archiepiscopo peragenda: Interim dum legitur Evangelium præparentur luteus & manutergia, & Præcinctoria, & cetera vasa quæ necessaria sunt ad abluendos pedes.

PRÆCINCTURA, Exactio, teloneum, vectigal. Charta Otheboldi Abbatis Gandensis: Sed & Præcincturas, & telonea in omni regno suo nobis . . . indulfit. Apud Duchesnium in Hist. Limburgensi pag. 25.

PRÆCIPITARIA, PRÆCIPITATORIA, Aries, machina bellica, quæ muros præcipitat & diruit: pro petraria. Matth. Paris ann. 1242. pag. 396. Ipsi igitur dictum Castrum solito acerbius impugnantes, tam truculenter, tam insatigabiliter erectis mangonellis flagellarunt, compositis petrariis dissiparunt, compactis Præcipitariis impegerunt, &c. Idem an. 1248. pag. 502. Muros & castra civitatis mangonellis, petrariis, & Præcipitariis undique erectis flagellarunt.

PRÆCIPITIUM, Ipsa præcipitatio, in Concilio Braccarenfi ann. 593. cap. 16. præsertim pœna præcipitationis, qua reus sententia judicis de excelso aliquo loco præcipitatur, olim recepta, ut observatum à Petro Fabro lib. 1. Semestr. cap. 18. lib. 2. cap. 7. falsumque esse, quod tradit S. Augustinus tract. 11. in Evangel. Joannis, hocce supplicii genus veteribus inauditum: Quando potestates Romana talia supplicia decreverunt, ut præcipitentur homines. Infra: Potestates Romana nunquam talibus suppliciis usa sunt. Κρημνός τις Πάρατος, apud Georg. Acropolitam in Chron. cap. 5. Certe posterioribus sæculis in usu fuisse complura ostendunt exempla, in Vita S. Kentigerni Episcopi Glascuensis n. 3. apud Continuatores Aimoini lib. 5. c. 53. Galbertum in Vita Caroli Comit. Flandr. num. 123. Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 35. Ordericum Vitalem lib. 12. pag. 885. Willel. Malmesbur. lib. 5. pag. 155. Auctorem Gestorum Ludovici VII. c. 3. Gaufridum Villharduinum num. 163. Joannem Cinnamum lib. 6. n. 2. pag. 129. Pachymerem lib. 9. c. 26. Laonicum lib. 1. pag. 23. edit. reg. Theophanem ann. 10. Zenonis, &c. Huc etiam spectat Charta Henrici Ducis Brabantiae pro Communia Bruxellensi ann. 1229. Qui falsè mensuraverit, præcipitabitur. [Vide Pitiscum in Lex. Antiq. Rom. v. Præcipitatio.]

IN PRÆCIPITIA JACTARI, apud Julium Firmicum lib. 3. c. 5. Concilium Braccarense I. cap. 16. De his qui sibi mortem violentam inferunt per Præcipitium.

¶ PRÆCIPUISSIMUS, Titulus honorarius Comiti & Abbati concessus, in Chartul. S. Vandreg. to. 2. pag. 2060. Hæc ideo scribi jussi astantibus & auctorizantibus Præcipuissimis viris, scilicet Medrognone Comite, Gerardo Abbate, cum subjacenti signo crucis.

¶ PRÆCIPUITAS, PRÆCIPUUM, vox forensis, Jus præcipuum, quidquid à parentibus alicui è liberis, vel à conjugibus sibi invicem datur prærogativo jure, Gallice Préciput, avantage. Donatus Æneid. 5. v. 249. Præcipuum definit, Quod præter communionem singulis proprio nomine deputatur. Præcipuum etiam dicitur, inquit Briffonius in verb. signif. quod neque in collationem neque in divisionem venit. Apud Normannos Præcipuum præterea vocatur ea hæreditatis pars quæ primogenito præter præcipuum feodi manerium assignatur; quod Préclotures appellant Consuet. Santonenfis art. 95. In-

culism. art. 88. & Clotures, nude Trecentis art. 4. Vitriac. art. 55. Quid autem hac voce intelligendum docet Consuet. Angeriac. art. 95. *Es préclotures sont compris les domaines joints, contigus, & adjacens à l'hotel ou manoir pris ou élu par le fils aîné, ou qui le représente sans evidente & apparente separation, soit de murailles, fossez, chemins ou cours d'eau, sauf & réservé les moulins détreignables & fours à ban, les revenus desquels, supposé qu'ils soient assis en & au dedans des préclotures se précomte comme l'autre revenu des successions; & au regard des fuies & garennes, si elles sont au dedans des préclotures, le fils aîné les a par précipat & advantage.* Sidon. lib. 6. Epist. 12. *Illud debere tibi quodam, ut Jureconsulti dicunt, Præcipui titulo.* Charta ann. 1409. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. pag. 413. *Quibus casibus & eorum quolibet dicta summa dotalis dictarum viginti sex millium librarum sit & pertineat dicta Johanna aut ipsius liberis vel descendens ex ipsis liberis in Præcipuitatem & advantage ultra portionem hereditariam.* Vide *Avantageum* 2.

¶ PRÆCLARARE, Præcellere, enitere, præclarus fieri. Charta Johannis Francorum Reg. pro capella S. Yvonis: *Beati Yvonis laudes & merita quibus inter humanos ante pauca tempora sanctitate Præclaravit, &c.*

¶ PRÆCLARISSIMUS, Titulus honorarius interdum Episcopis concessus, ut colligitur ex Charta ann. 1129. inter Instr. to. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 34.

PRÆCLAVA, PRÆCLAVIUM, *πρῆλον*, Prætexta, in Gloss. Gr. Lat. [Nonius: Præclavium, pars vestis, quæ ante clavium textitur.]

PRÆCLUSIS, Inclutus, valde gloriosus. Papiæ. Nizo Abbas in Vita S. Basini Archiep. Trevir. n. 4. *Crevit pufio Præcluis, suorum natalium, vita dulcedo pariter & gloria.* Occurrit præterea apud Martianum Capellam l. 1. Bonifacium in Vita S. Livini Episc. cap. 2. Suenonem in Histor. Danica cap. 2. 35. &c. [Epitaph. Hucboldi tom. 3. Annal. Bened. pag. 692.

Præcluis orator, sudans opobalsama cosmo.

Præcluentissimus, in Translat. S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 439.]

¶ PRÆCLUSUS, Eadem notione, apud Mabill. tom. 3. Annal. pag. 297. *Saculari nobilitate Præcluis Ludelmus.*

PRÆCLUERE. Auspicius Episcopus Tullensis ad Arbogastem Comitem: *Et geminato lumine sic Præcluis omnibus.* Utitur etiam Terentianus Maurus:

Et qui venusta Præcluent comædia.

Vide *Cluere*.

PRÆCO, Prætor, seu Judex Urbanus, Major, nostris *Maire*. Charta Donationis Burgi Angeriacensis Abbati S. Joannis à Guillelmo Duce Aquitanie factæ anno 1048. apud Beslium pag. 430. *Ipse etiam Abbas habet in villa credentiam 15. diebus: habet etiam Praconem in villa, &c.* Speculum Saxonicum lib. 3. art. 55. *Super Illustrium vitam, & eorum sanitatem, nemo judex existit, nisi Imperator. Super vitam bannitorum condemnatorum, nullus nisi verus Præco judicabit.* Art. 56. §. 1. *Præco communis, cum à judice & Scabinis fuerit electus, Regi tenetur fidem facere secundum jus Liberorum.* Art. 61. §. 3. *Præco ad minus dimidium mansum habere debet proprietatis. Omnes illius jurisdictionis ab ortu solis, si judex ibi fuerit, usque ad meridiem judicium debent expectare. Ubi Præcones isti, quos Saxones Fronbotten vocant, sunt minores Scabini, ut observat Gryphiander in Wichbildis Saxonice cap. 57. Præcones vero ejusmodi*

ex Libèris hominibus, quos Proprietarios vocabant, eligebantur, ut est in lib. 1. art. 2. §. 5. Concilium Saltzburgense ann. 1281. can. 15. Statutum contra Patronos, & judices & Pracones editum, qui bona invadunt decedentium Clericorum, &c. Adde Metropolitim Salisburgensem tom. 2. pag. 30. 574. tom. 3. pag. 398. 409. Charta Friderici II. Imp. an. 1193. pro Monasterio S. Quirini Tegernese-hensi: *Sculietos & Pracones ille cætero nullos instituatur ad quod officium Abbas viros aptos, quos voluerit, provideat, &c.* Consuetudines Arkenfes ann. 1231. in eodem Tabulario S. Bertini: *Præco vero Chora neminem pandare potest, nisi per judicium Choremannorum.* Id est, *Major villa.* Infra: *De vino vel cervisia male mensuratis, quinque solidos, de quibus habebit Præpositus duos, Chora 2. solidos, & Præco 12. denarios.* Nescio an hac notione Praconem intellexerit Gauterius de bellis Antiochenis p. 443. *Dux igitur Vicecomitem (Antiochiæ) ad se vocari jubet, Vicecomes Prætozem, Prætor Praconem, Præco Judicem, &c.* [Vide *Poprauco*.]

PRÆCONATUS, Majoratus, Gall. *Mairrie*. Tabular. S. Bertini ch. 109. *Recognoverunt se vendidisse . . . & ad Legem werpivisse cum omnibus solemnitatibus, quæ in venditionibus & werpitionibus solent & debent adhiberi pro evidenti necessitate sua Praconatum, sive Majoratum, terras, nemora, & alia quacumque habebant, & habere consueverant in dominio de Arques, &c.* Charta Gervasii de Castello novo an. 1286. in Tabul. Monast. S. Vincentii de Nemore: *Custodiant, & ab omni latione prælegant, videlicet de meo proprio Praconatum Castri novi de dono Garzonis Brusle, Praconatum Brueroliarum de dono Nicolai Gardin.*

¶ PRÆCO, Concionator, in Charta an. 1208. Vide infra in *Praconare*.

PRÆCO, Apparitor, viator, Italis *Commendador*, nostris *Serjant*: in Statutis Venetis ann. 1242. lib. 1. cap. 14. Ita præcones, pro iis, quos *servientes dominicos*, seu *Sergeans de Seigneries* appellamus, usurpat Regestum Castri-Lidi in Andibus f. 48. *Præco de Susa debet hominum & ligeriam Domino Susa, &c.* Infra: *Si Præco custodierit prisonem in castello, expensam suam debet habere, & facere ea, quæ ad Praconariam pertinuerint.* [Charta ann. 1348. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Sit eis licitum constituere & creare bajulos, judices, notarios, nuntios & Pracones.*]

¶ PRÆCONATUS, Praconis officium. Statuta Massil. lib. 1. cap. 39. *Generaliter decernimus ut præco publicus civitatis Massilia teneatur annuatim jurare se bona fide Praconatus officium exercere.*

¶ PRÆCO VINI, Qui vinum venale proclamatur, Gall. *Crieur de vin*. Huic sua erant jura à præconis publici privilegiis distincta. Apud Eituras duodecim ejusmodi præcones instituti erant, quibus suus erat præfectus. Charta Ludovici Junioris Reg. Franc. ann. 1141. apud Thomasserium in Biturig. p. 61. *Ad sint omnimodo Pracones in urbe (Bituricensi) XII. habeantque quique per tabernas suas cum solito clamitante præconio per civitatem, ut mos eorum est, vina delibanda portaverint de primo incrallo denarium unum; in secunda vero aut tertia, ampliorive, si fiat, admiratione (f. adeneratione) pretii tabernarum apertione, quotiescumque sic secundo vel sepius reclamaverint, de quocumque incrallo denarios singulos præconii jure recipient Verumtamen si quando banna fieri præceperimus, aut ille qui Præconibus præest, &c.* Vide *Clamator*.

¶ PRÆCONIARIUS, Eadem notione, in Litteris Ludovici VII. Reg. Franc. an. 1168. tom. 1. Ordinatur. pag. 16. *Tabernarii & Præconarii vinum non*

emant Aureliis, ut ibidem revendent in taberna. Ibid. in versione Gallica: *Li tavernier, li Crieur de vins, n'achetaient vin à Orliens, &c.*

PRÆCONES, Circulatores, in Canonib. Hibern. lib. 42. cap. 15.

¶ PRÆCO, Stimulator, nostris *Boute-feu*. Ivo Carnot. Epist. 192. *Hæc & his similia Pracones hujusmodi non intelligentes aut non legentes suadent monachis ut monasteria sua deserant.*

PRÆCONARE, Prædicare, extollere, *Præconiser*. Gloss. Græco-Lat. *κηγρόσω*, *Pracono*, *prædico*. Martianus Capella lib. 17. *Ingressuros etiam cunctos nominatim vocabat, fama Praconans*. S. Eulogius lib. 1. Memorial. Sanct. *Solvite divinis laudibus ora, summiq̄ Redemptoris beneficia extollentes, Praconate & dicite, &c.* Infra: *Qui liber... vestrorum actuum gloriosam memoriam Praconatur*. Adde lib. 2. cap. 1. lib. 3. cap. 13. *Praconari etiam dixit Honorius Augustodunensis lib. 3. c. 1. Vide S. Maximum Homil. 1. de Natali Domini, Petrum Blef. Homil. 6. Joannem Sarisber. lib. 7. Policrat. cap. 19. 23. & aliis locis, Herimannum de Restaurat. Monaster. S. Martini Tornacensis cap. 114. Eadmerum lib. 2. Hist. Novor. Acta S. Foranni Abb. n. 5. Acta Archiep. Rotomagens. p. 447. &c.*

¶ PRÆCONARI, Declarare, pronunciare. Chronic. S. Trudonis apud Acher. tom. 7. Spicilegii pag. 375. *Hinc episcopalis interdictio, qua sacrilegos illos Praconabatur ex oblatione fidelium non debere stipendiari, &c.*

¶ PRÆCONARE, Proclamare. Chiron. Bergom. ad ann. 1393. apud Murator. to. 16. col. 877. *Die Veneris XII. Octobris dicti anni cridatum & Praconatum per & inter Nobiles, &c. Vide in Crida.*

¶ PRÆCONARE, Cantare, vel recitare. Mirac. S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 409. *Ad nonam, dum Missa intonatur, ille intentus orabat: dum Evangelium Praconatur, &c.*

PRÆCONARI, Alia notione. Anonymus lib. 4. de Miraculis S. Benedicti c. 12. *Quidam rusticus, dum Sacerdote ex more Praconante, audisset celebrem solemnitatem translationis patris Benedicti annuntiari, parvi pendens ejusdem præceptum Sacerdotis, qui iusserat omnes parochiales suos esse feriatis, statuit eo die agricultura operam dare, &c. Ubi Praconari, est quod dicimus *Faire le Prône*: adeo ut non tam improbanda sit Salmasii sententia, quam attigimus in Descript. Ædis Sophianæ num. 81. qui postremam hanc nostratam vocem à præconium deducendam putavit.*

¶ Certe ea notione *Praconari*, pro concionari, occurrit in Sententia Navarri Episc. Conferan. ann. 1208. apud Marten. to. 7. Ampliff. Collect. col. 93. *Abbatis præconem obmutescere facientes, alium qui quotidie Praconaretur, auctoritate consulum & populi creaverunt.*

PRÆCONABILIS, Prædicabilis, prædicandus. S. Eulogius lib. 1. Memor. Sanct. *Praconabili stylo*. Idem in procæmio Documenti Martyrii: *Siquidem Praconabilis est virorum victoria, excellentior tamen feminarum extollitur palma. Et lib. 1. Memor. Sancto. Non tamen parvipendenda est invictissimi illius Joannis constantia Praconabilis.*

¶ PRÆCONATIO, Vaticinium, prædictio, in Guidonis Discipl. Farf. c. 49. *Cruce Prophetarum Praconatio. Crux scandalum Judæorum.*

¶ PRÆCONATUS, Eadem notione. Mirac. S. Johannis Beverlac. to. 2. Maii p. 144. *Cum & præter morem consuetam horam surgendi prævenirent, & bipartitus lapidum casus, Praconatus vicem gerens, eis per-*

Tom. V,

suassisset, ut alio se transferrent, &c. Hinc PRÆCONIZARE, [Vaticinari, prænunciare.] Vitæ Abbatum S. Albani: *Praconizabat eum Conventum conculcaturum.*

¶ PRÆCONIZARE, Promulgare, bannum indicere, denunciare. Statuta Edwardi I. Regis Angl. ann. 1283. apud Rymer. to. 2. pag. 262. *Item si quis intraverit de die ortos, vineas, &c. postquam quolibet anno Praconizatus fuerit, in 2. solidis & dimidio pro justitia puniatur. Charta Libertat. Bellomont. ex Cod. MS. Coiflin. nunc Sangerm. Pro quolibet porco ipforum & ratione panagii Praconizati Sed panagium Praconizatum tantummodo nobis solvent. Praconizata igitur pace, in Vita S. Cathar. Senens. tom. 3. April. p. 919. & 936. Praconizata guerra, in Charta Confœderationis an. 1369. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1504.*

¶ PRÆCONIZARE, Præconis voce causam condemnationis alicujus rei declarare. Id moris à Romanis accepimus, apud quos istud erat præconis inter cætera officium, ut licitoribus de damnatis pœnas exigentibus, eorum elogium pronuntiaret, legesque timendas populo inculcaret. Unde illud Horatii Od. 4. lib. 1.

*Sectus flagellis hic triumviralibus
Præconis ad fastidium.*

Charta an. 1276. to. 1. Hist. Dalph. p. 25. col. 2. *Petrus Libardi de Saissen testis juratus, interrogatus si unquam vidit fieri Praconisationes de aliqua justitia corporali quam fecerit, & alii per dictos Comites, dicit quod non; quia non Praconisantur parva justitia, nisi justitia de morte.*

¶ Interdum *Praconizare* est in jus citare, vocare, præsertim cum illud fit publica promulgatione. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1618. *Et ibidem fuit voce proclamatus & Praconizatus nobilis vir Oliverius de Quelen. cui Praconisationi comparuit ibidem nobilis vir Conanus de Pontquelléc. Statuta Massil. lib. 5. cap. 53. Rector vel judex, vel ullus alius officialis curie non valeant ipsum (civem) facere Praconisare, nisi constaret manifeste ipsum requisitum esse vere contumaciam (contumacem.) Personnes appellées ou Préconisées, in Consuet. Pictavens. art. 444.*

¶ PRÆCONIZATIO, Præconium, criminis & judicii per præconem denuntiatio, bonorum alicujus præconium, atque etiam quævis publicatio. Charta an. 1276. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 24. *Item dicit quod Praconisationes justitiarum consueverunt fieri ad mandatum Correariorum; alia vero Praconisationes facta sunt & fieri consueverunt nomine Archiepiscopi & Comitum, excepta Praconisatione miraculorum, quæ solum habent fieri per Archiepiscopum. Item quod Praconisationes ponuntur & consueverunt poni per curiam Archiepiscopi. Edictum Johannis Regis Franc. ann. 1362. to. 3. Ordinat. pag. 606. Impediverunt & perturbaverunt tam circa præcepta & Praconisationes penales, &c. Epistol. Alphonsi Reg. Aragon. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 661. *Perturbatis, diversa mandata pœnalia, inhibitiones & banda ac diversas Praconisationes contra libertates ecclesiasticas. faciendo. Adde Meneffer. Hist. Lugdun. p. 12. 101. & Statuta Massil. lib. 1. c. 1. §. 16. Vide Crida.**

¶ PRÆCONISATIO, Quod propter præconizationem domino exsolvitur. Charta ann. 1348. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: *Sit eis (dominis de Mafalgis) licitum. præconisationes facere, & Præconisationes habere.*

¶ PRÆCONISARI dicebatur dominus alicujus loci, cum eo adveniens, vexilloque ejus in loco emi-

- mentiori appposito, præconis voce dominus proclamabatur. Lnumératio jurium Comit. Biterr. in civit. Albiensi ann. 1252. *Item quando idem dominus Rex fecit transitum per terram Albiensem, tunc cives Albienses præstiterunt eidem sponte juramentum fidelitatis tanquam domino, vexillum ipsius fuit appositum supra ecclesiam cathedralem, & fuit Præconisatum pro ipso in eadem civitate.*
- ¶ PRÆCONCEDERE, Prompto animo concedere. Bulla Johannis XXII. PP. ann. 1322. in Bullar. Carmel. *Istam gratiam & amplam meo sancto ac devoto Carmelitarum ordini confirmationem habeas Præconcedere.*
- ¶ PRÆCONFORTARE, Corroborare, fortem reddere. Hildebertus in Vita B. Mariæ Ægyptiacæ tom. 1. April. pag. 84.
Præconfortabat mentem, corpusque juvabat.
- ¶ PRÆCONIALE, Præconium, laus. Vita S. Wobodonis to. 2. April. pag. 858. *Jure igitur ad illum sancti Job derivatum sit Præconiale: si negavi, quod volebant, pauperibus.*
- ¶ PRÆCONICUS. Vide *Præconius*.
- ¶ PRÆCONIOSUS, Honorificus, gloriosus. Guibertus in Vita sua lib. 2. c. 2. *Initia plane cum solita plena laudis habuerit, & per annos aliquos rumor ei Præconiosus accesserit, &c.*
- ¶ PRÆCONIUS, Ad præconem spectans. *Voce præconia divulgare, id est, per Præconem, in Charta ann. 1314. Occurrit præterea in Charta ann. 1348. ex Schedis Præf. de Mazaugues, & in Chron. Corn. Zaufliet apud Marten. to. 5. Ampl. Collect. col. 380. Præconica vox, apud Laur. Byzyn. de Orig. belli Hussit. to. 6. Reliq. MSS. Ludewig. p. 154.*
- ¶ PRÆCONIZARE, PRÆCONIZATIO. Vide in *Præconare*.
- ¶ PRÆCONTRACTUS, Contractus præcedens, prævius. Charta ann. 1598. apud Rymer. to. 16. pag. 331. *Visum est caveri ne ullæ facultates sive indulgentiæ de celebrando absque bannis matrimonio concedantur . . . primo quod nullum postea constabit impedimentum Præcontractus, consanguinitatis, &c.*
- ¶ PRÆCOQUUS, Prudens. Gerardus in Vita S. Udalrici sæc. 5. Bened. pag. 422. *Quo suscepto (Camerarii officio) & aliis secundum suam dignitatem beneficiis, sicuti Præcoquus erat, in omnibus prospere agens, de die in diem proficiebat.*
- ¶ PRÆCORDIALIS, Intimus. Conradus in Epist. ad Porphyrog. Comnenum apud Murator. tom. 6. col. 660. *Tibi, sicut Præcordiali filio & fratri charissimo, deficere & deesse non possemus.* Vita S. Henrici Imper. tom. 3. Julii p. 757. *Cujus sanctissimam imitationem paterna & Præcordiali dilectione intuentes.*
- ¶ PRÆCORDIALITAS, Impensus amor, intimus affectus, apud Engelbertum de S. Mariæ virtutibus, to. 1. Anecd. Pezii part. 1. col. 558.
- ¶ PRÆCORDIALITER, Toto corde, ex intimo affectu, in Litteris Henrici III. Regis Angl. ann. 1262. apud Rymer. to. 1. p. 748. *Præcordialius, ardentius, vehementius, in Lex. Philos. Goclenii.*
- ¶ PRÆCORDIARE, Destinare, eligere. Conc. Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 235. *Ad hoc enim Deus Præcordiavit episcopos ut injustitias removeant, præsumptiones abscindant.*
- PRÆCORDIARI, Gaudere, letari, apud Joannem Diac. in Actis S. Isidori Agricolaæ n. 21.
- PRÆCORDIUM, numero singulari, non semel occurrit apud vet. interpretem Epistolæ S. Barnabæ, ubi Græca habent *καρδία*.
- ¶ PRÆCULA, *Machina*, apud Laur. in Amalth. PRÆCURSUS. Vide *Percursus*.

- ¶ PRÆCUTORIUM, f. Promontorium. Carpesanus Comment. suorum temporum apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 1253. *Alii, quia pars ejus (Aprutii) Præcutorium quondam esset, corrupto nomine pro præcutio, Aprutium dictum volum.*
- ¶ PRÆDA, Prædator, qui prædam exercet, Gallice *Pilleur*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 60. pag. 164. *Ne Anglicis Præda succumberent, ad propria redire curabant.*
- PRÆDAM VASTARE. Lex Alamannorum titulo 25. *Si homo aliquis gentem extraneam infra provinciam invitaverit, ubi Prædam vastet hostiliter, vel domos incendat, &c.* Ita editio etiam Heroldi: at Tiliiana habet: *Prædia vastet, &c.* [*Praie pro proie, butin, usurpat le Roman de la Violette MS.*
La gent ont la Praie acueillie,
Chevaux, berbis & autre aumaille,
Rengez sembloient en bataille
Par Dieu la Praie laissez,
Aincois que de moy eschapez.]
- PRÆDAS GERERE, Prædari, *πραιδώνειν*, apud Anastas. in Hist. Eccles. p. 54. [*Prædas facere, in lib. 2. Capitul. c. 15. Agere, in Capitul. Karlomanni tit. 3. c. 11. Prædam prendere, in Tabul. S. Albinus Andegav.]*
- ¶ PRÆDA DIABOLICA dicitur mulier rapta, in Capitul. Caroli C. tit. 3. cap. 5. *Interdum etiam incestam propinquam suam, aut sanctimoniam, vel raptam, sive adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens secum ducit . . . Cum diabolica Præda, quam secum duxit, ad Episcopum suum redeat.*
- ¶ PRÆDA STRAGICIOSA, Quæ ferro & incendio fit. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. to. 12. col. 602. *Contra terram ipsam & bona sua stragiciosa Præda facienda.*
- PRÆDA VIVA. Florentinus Wigorniensis ann. 1038. *Pedestres in flumen . . . navibus devehuntur: equestres vero vivam Prædam per terram minantur. Nescio an viva Præda dicatur eadem notione, qua viva guerra, in Concilio Tolofano ann. 1228. cap. 8. Sed ei, stut & alii facient vivam guerram.* Phrasis Gallica, *Faire une vive guerre.*
- ¶ PRÆDA, pro *Præda*. Vide in hac voce.
- ¶ PRÆDANUS, *De pralio existens*. Laur. in Amalth. ex Catholico Johan. de Janua.
- ¶ 1. PRÆDARE, pro Prædari, in Vitis Patrum Emerit. inter Concil. Hispan. tom. 2. pag. 652. *Res sanctæ Ecclesiæ & tuas quas hostilis prædo Nepopis Prædavit.*
2. PRÆDARE, Semper dare, apud Cælium Aurelian. lib. 3. Acut. cap. 14.
- PRÆDARIA. Charta Guillelmi Marchionis Montisferrati ann. 1156. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. Cent. 1. c. 93. *Vel à præfatis omnibus exigere placitum, districtum, bannum, fodrum, albergariam, Prædariam, arimanniam, angariam, &c.* Forte leg. *prædariam, à prædis, seu pratis.*
- ¶ Nihil emendandum arbitror; neque enim infrequens est tributa insolitis vocibus designare: eo fortean nomine nuncupabatur præstatio, quæ à subditis domino, ut eos à prædonibus defenderet, pensitabatur.
- ¶ PRÆDARIUS, *Præbens auxilium*. Gloss. Isid. Non male omnino *Pedarius* in Excerptis. Emendat Martinius, *præbendarius*, nisi *Prædarius* dictus sit qui ad *συμμαχίαν* vocatur sub spe prædæ partiendæ.
- ¶ PRÆDATORIE, Prædonum more. Rolandinus de factis in marchia Tarvis. apud Murator. to. 8. col. 350. *Et bestias quascumque invenient Prædatorie rapiant.*

PRÆDECARIUS. Charta Widonis Imper. ann. 892. apud Ughellum to. 2. Ital. sacrae pag. 121. Ita ut auctoritatis nostræ præcepto firma & stabilia maneant, cum Cancellariis, quos perpetua & jugi consuetudine temporibus antecessorum Episcoporum prædicta Ecclesia de Clericis sui Ordinis adscribendis sua potestati libellos & Prædecarios habuit, &c. Pro præcarios, ut videtur.

PRÆDECESSIO FAMILIÆ dicitur de majoribus qui præcesserunt, in gestis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 111.

PRÆDEIRA, Machinæ oppugnatoriae species, petraria. Caffari Annal. Genuens. apud Murator. to. 6. col. 262. Tentoria prope civitatem posuerunt, gattos & machinas, & Prædeiras ibi fecerunt. Eadem quæ

PRÆDERIA dicitur à Rolandino lib. 12. de factis in marchia Tarvis. Impugnaverunt locam & inimicum, nunc adificiis & trabucchis, nunc Præderiis & balistis. Vide Præderia.

PRÆDELLA, vox Italica, Gradus ligneus altaris, suppedaneum, scamnum. Visitat. Bossii Episcop. Novar. inter Acta SS. to. 3. Mart. p. 51. Adherant duo candelabra octonea, & pallium ex serico albo damasco, & Pradella lignea nova & decens. Vita S. Humilitatis tom. 5. Maii pag. 209. Ante altare B. Joannis Evangelista tunc existens in quadam domuncula juxta viam, super Pradellam eum (puerum) posuit.

PRÆDERIA, ut Prædeira. Vide in hac voce.

PRÆDIATOR, ὠντης ὑπαρχόντων. ὑπὲρ φόρον δήμου ἐνδεδμετός. Gloss. Lat. Græc. Emptor prædiorum. Ibidem: Prædiatores, χωρνομοιοι, id est, qui prædia possident. Idem itaque Prædiator qui

PRÆDIATUS, Prædiorum dives, apud Baldricum Noviom. l. 2. Chron. Camerac. cap. 32. 38. Utuntur etiam Martianus Capella lib. 1. pag. 16. Apuleius lib. 4. Florid. & alii. Joanni de Janua, Prædiatus, dicitur Deus prædiorum, scilicet Saturnus.

PRÆDICABILIS, Prædicandus, laudandus, in leg. 2. 7. C. Th. de Famof. libell. & l. 6. ad leg. Juliam repetund. & in veteri Inscript. apud Gualterum in Tabul. Sicul. p. 20.

PRÆDICAMENTUM, Concio ad populum, Gall. Predication. Charta ann. 1423. in Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. Annis communibus die Veneris sancta de mane ante meridiem solet fieri & est assuetum quidam sermo solemnus seu Prædicamentum solenne per unum doctorem in sacra pagina, aut aliam personam solemnem.

PRÆDICANTIA. Vide mox in Prædicare.

PRÆDICARE, Verbum facere ad populum, concionari in Ecclesia, Gallis Prêcher. Concilium Vassenense II. cap. 2. Si Presbyter, aliqua infirmitate prohibente, per seipsum non potuerit Prædicare, sanctorum Patrum homilia à Diaconibus recitentur. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelatensis: Docuit præterea memoriter, quamdiu potuit, atque voce semper in Ecclesia Prædicavit, &c. Vide Concilium Arelat. VI. cap. 10. Aquisgran. can. 82. Mogunciacum cap. 25. Pontigonense ann. 876. cap. 7. Capitul. 1. ann. 810. cap. 5. Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 82. 160. Durandum lib. 4. Ration. cap. 26. &c.

PRÆDICATIO, Concio ad populum. Messianus in Vita S. Cæsarii Arel. Clericali habitu ad altare venit, ubi post Prædicationem, quam non solum in civitate, sed etiam in omnibus parochiis, cum potuit per se memoriter facere, non distulit, &c. Lex Long. l. 3. tit. 1. §. 8. Et ut (Episcopi) Prædicationes & confirmationes ibi compleant. Adde Concilium Valentinum III.

an. 853. cap. 22. Concilium Ticinense ejusdem anni, initio, Capitularia Regum Fr. passim, &c.

PRÆDICANTIA, eadem notione. Memoriale Pottest. Regiens. apud Murator. tom. 8. col. 1107. Frater Johannes de Emonia fecit magnam Prædicantiam inter castrum Leonem & castrum Francum. Interdum nude pro Exhortatio. Chronic. Petri Azarii apud eundem tom. 16. col. 378. Sed amplius non erat locus Prædicantiae, immo correctioni.

PRÆDICATURA, ut Prædicatio. Meisterlinus Histor. Rer. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 145. Adeptusque (Joh. Hus) Prædicaturam in Praga nobilem, in Bethleem ecclesiis dicta, ubi doctrinam Wiclyf extollebat.

PRÆDICATOR, pro Episcopo, non semel apud Avitum Vienn. Epist. 47. & alibi.

PRÆDICATORUM Ordo institutus à S. Dominico, de cujus origine & initiis ita præ cæteris Guillelmus de Podio Laurentii de Bellis Albigenfium cap. 10. Continuato itaque biennio & amplius hoc labore, cum accensum ignem per hanc viam extinguere non valerent benedicti Dei pugiles, attendentes, quod res ita altiori consilio indigeret, clamore ad Sedem Apostolicam sunt coacti, & ut cæpta prædicatio remaneret, de ordinandis perpetuis Prædicatoribus est provisum, inspirante Domino: & hac de causa sub Beato Episcopo D. Fulcone Ordo Prædicatorum principaliter est exorsus, quorum vexillifer Beatus Dominicus prædicationem suscepit pariter & laborem, &c. A quo vero Prædicatorum nomen iis potissimum inditum, refert Cantipratanus lib. 1. de Apibus cap. 9. num. 5. & ex eo Michaëli Scotus lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 37. Adde Chronicon Montiffreni pag. 137. Vide Jacobita 2.

PRÆDICATORES GENERALES appellant Dominicani, Magistros in Theologia, & qui per priorem Provinciam & Definidores Capituli Provincialis fuerunt instituti, &c. Constitut. Fratrum Ord. Prædic. dist. 2. cap. 7.

PRÆDICATORES MINORES, Franciscani. Statuta Eccl. Valent. inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 511. Mandamus quod fratres Prædicatores Minores honorifice à clericis recipiantur.

PRÆDICATORES, inter ariolos & veneficos recensiti, in Judiciis sacerdot. de crimin. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 32. Si quis ariolos, id est, sortilegos, Prædicatores, vel herbarios veneraverit, aut secutus fuerit, tribus annis pœniteat & eleemosynas faciat. Ubi ii videntur indigitari qui per vicos vagantur populum phaleratis verbis inescantes ut medicamenta sua vendant, nostris Charlatans.

PRÆDICATORIUS, Concionator, qui verba facit ad populum, Prêdicateur. Cathedra prædicatorii, suggestum concionarium, in vet. Ceremon. MS. B. M. Deauratæ Tolos. Locum vide in Planctus Virginis.

PRÆDICATURA. Vide Prædicare.

PRÆDICTOR, Qui futura prædicit. Gregor. Turon. in Vita S. Aridii apud Mabillon. Analect. tom. 4. pag. 219. Ita & hic vir Dei illustrante superna gratia, per revelationem S. Spiritus annuntiabat quæ hominibus essent ventura . . . ut Prædictoris veritas probaretur, vi februm ingenti attracta pueri membra solvantur.

PRÆDITUS, Prælatus. Veteres Glossæ: Præditus, probatus, antepositus. Gloss. Gr. Lat. προετιθε, Præpositus, præditus. Προέτιθεν αρχής, ἢ τοῦ ἀξίως, Præditus est. Ita emendant viri docti pro præductus. Glossæ antiquæ MSS. Præditus, ornatus, sublimatus. Apuleius de Deo Socratis: At ubi vita edita, remeandum

est eundem illum, qui nobis Præditus fuit, raptare illico & trahere veluti custodiam suam ad iudicium. Utitur etiam aliis locis.

- ¶ PRÆDIVISUS, Prædictus, præfatus, à Gall. *Deviser*. Charta ann. 1279. in Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 92. *Itaque ego dictus Joannes & heredes mei in omnibus Prædivisis nihil poterimus de cetero reclamare, exigere vel calumniari. Vide Delusatio.*
- ¶ PRÆDIUM CANATUM, fuit prædium in quo fuerunt cellula, &c. pro Cafatum, in Vocabul. utriusque juris. Vide *Alodis*.
- ¶ PRÆDIA FORMENSIA, vel *Formesia*. Vide supra *Forma* 12.
- ¶ PRÆDOLATUS. Vide *Pradulati*.
- ¶ PRÆDONICUS, Ad prædones vel prædam pertinens, prædatorius. Inquisitio Curia Reg. Aptensis an. 1314. ex Schedis D. de Remerville: *Et in stratis publicis insidia Prædonico more parantur indifferenter transeuntibus per locum eundem. Prædaticia pecunia, apud Gellium lib. 4. cap. 18. & lib. 13. cap. 24.*
- ¶ PRÆDOSUS, Prædatus. Chron. Patav. ad ann. 1259. apud Murator. tom. 8. col. 704. *Tunc revera exultaverunt victores capta præda, quando electorum armorum & equorum & Prædosa supellectilis spolia dividebant.*
- ¶ PRÆDUCTAL, παράγραφοις, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm. Stylus vel plumbum, quo lineæ præducebantur in membrana ad scripturam dirigendam. Vide *Salmasium ad Solinum pag. 643.*
- ¶ PRÆDUCTUS est, Προέσκειν ἀρχῆς, ἢ τῆς ἀρχῆς, in Gloss. Gr. Lat. Rursum: Προίσταμαι ἀρχῆς, *Præro. Προίσταμενος, Præpositus. Vide Præditus.*
- ¶ PRÆDULATI SOLIDI, seu *Prædolati*. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 28. *Lando & Adelmarius Gastaldi ejus exportaverunt solidos Prædulatos duo millia.* Ignotus Casinensis cap. 10. *Sustulit idem Siconolfus Prædolati solidos duo millia.* [Vide *Prætestati*.]
- ¶ PRÆDUS, Prædium, campus, vel pratum. Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pitav. MSS. pag. 219. *Abjacet ille Prædus de uno lato prædo Daimani, ... alio lato prædo jacharias, alio vero prædo S. Martini, &c. Vide Præda & Pratus.*
- ¶ PRÆEVITATIO DISCRIMINUM, Periculorum diligens & prudens nimium fuga. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 22. p. 51. *Affirmabat etiam (Henricus Rex) quod, postposita tali Præevitatione discriminum, potius sub Dei misericordia se & suos exponeret in eventum, quam, &c.*
- ¶ PRÆFAMEN, Præfatio, præloquium. Vita Marsilii Ficini tom. 1. Amœnit. litter. pag. 83. *Ex Præfamine ipsi præmissio. Utitur Symmach. lib. 2. Epist. 34. Recordaris, hoc te Præfamine epistolam tenuisse.*
- ¶ PRÆFASCINIUS, πᾶν βῆσωνατος. Gloss. vet. apud Martini. Id est, omnino fascinator.
- ¶ PRÆFATIO, Pars Missæ, seu Liturgiæ sacrae: sic dicta, quia est prælocutio totius orationis secuturae, & ad sacrificium præparatio, inquit Amalarius in Eclogis, & ex eo Durandus lib. 4. cap. 33. Addit Papias, à Te igitur, usque ad Agnus Dei; in hac enim præloquitur grates laudemque Deo Sacerdos, ut melius ad consecrandum Christi corpus possit accedere. Ugutio: Præfatio, quod præcinitur ante Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi. Alcuinus lib. de Divin. offic. Huc usque Præfatio, id est prælocutio & allocutio populi, hinc sequitur exhortatio, Sursum corda. Præfationis usum jam inde sub Apostolis obtinuisse, colligere est ex Clemente 1. 8. Const. Apost. cap. 16. vel certe antiquissimum esse evincunt Cy-

- prianus de Orat. Dom. Cyrillus Hieros. Catech. 5. Chrysof. in Liturg. & Homil. de Euchar. in Encaniis 18. & alibi passim, S. Augustinus c. 3. de Vera relig. cap. 16. de Bono vid. de Civit. Dei lib. 10. cap. 4. & lib. 14. cap. 13. Concil. Milevitani. II. can. 12. Pelagius II. PP. in Epist. ad Episcop. German. & Gallia, ubi novem Præfationes cantari constituit, quas in Ordine Romano inscriptas observare est, unam in albis Paschalis, aliam de Ascensione Domini, tertiam de Pentecoste, quartam de Natali Domini, quintam de Apparitione Domini, sextam de Apostolis, septimam de Trinitate, octavam de Cruce, nonam in Jejuniis & Quadragesima. Gregorius decimam de S. Andrea adjecit: denique Urbanus II. PP. undecimam de S. Maria. Vide Concilium Westmonasteriense an. 1175. can. 14. Copriniacense can. 22. Præcepta Synodalia Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. Synodum Bajocensem an. 1300. can. 18. Ordinarium Præmonstrat. cap. 10. Honorium Augustod. lib. 1. cap. 41. 89. 101. 120. Beletum cap. 45. Menardum ad Sacrament. Gregorii Magni cap. 25. Card. Bona lib. 2. Liturg. cap. 10. &c.
- ¶ PRÆFATIONES, Exordia, proœmia, Gallice *Préfaces, préambules*, in Charta an. 1377. ex Bibl. Reg. *Fuimusque in crastinum in Clerrano ubi audivimus eos, qui post plures Præfationes ex parte Regis Aragonum, &c.*
- ¶ PRÆFECTI AULÆ, vel *Palatii*, dicti *Majores domus* Aulæ Francicæ. Hugo Flaviniac. in Chron. *Opes quippe & reddituum affluentia, regni administratio seu omnia, qua vel domi vel foris agenda ac disponenda erant, penes Præfectos Palatii, qui Majores domus dicebantur, manebant.* Infra de Pipino: *Ex Præfecto Palatii Rex constitutus.* Rursum: *Præfectorum, qui & Majores domus dicebantur, improba licentia.* Ursinus de Gestis S. Leodegarii: *Ut omnes se gratularentur Regem habere Chilpericum, & Palatii Præfectum Leodegarium. Erchinoaldus Præfectus, in Vita MS. S. Godonis Monachi S. Vandregisili. Venericus Vercellensis de Unitate Ecclesiæ conservanda: Major domus in Regno Francorum, hoc est Præfectus Palatii.* Vide tom. 1. Histor. Franc. pag. 684. & Felicem Osium ad Muffatum pag. 56. Theodulfus Aurelianens. lib. 6. Carm. in Epitaphio Helmengaldi:
- Namque Palatina fuit hic Præfectus in aula:
Dum regeret Carolus scepra serena pius.*
- ¶ PRÆFECTI PRÆTORIO dicuntur iidem *Majores domus*, apud Symphor. Campegium lib. 4. de Orig. & Genealog. Caroli Mag. fol. 11. *Tempore Theoderici Regis Francorum inertia Regum, prætório Præfectus à Rege proximam dignitatem obtinebat, ad quam potentissimi quique Francorum summa contentione nitebantur.*
- ¶ Alii sunt *Præfecti prætórios* memorati in Addit. 3. ad Capitul. cap. 75. *Qui in domo sua oratorium haberit, orare ibi potest; tamen non audeat in eo sacras facere Missas sine permisso Episcopi loci illius. Quod si fecerit, domus illius fisci viribus addicatur. Præfectus prætórios, qui hoc cognovit, & non prohibuit, librarum auri multabitur. Ubi is esse videtur qui in aula regia jus dicebat.*
- ¶ PRÆFECTORII. Radulphus de Dicetò pag. 608. *Cujus (Chlodovei) successores in regno Francorum, non juxta lineam consanguinitatis ordine successorio successerunt assidue; sed pro nationum varietate primitus Merovingi, postmodum Præfectórios, demum agnominati sunt Capaticii, &c. Ubi per præfectórios innuit fami-*

liam *Præfectorum* Palatii, seu *Majorum domus* Francicæ, quorum dignitas *Præfectoria administratio* dicitur in Vita S. Ansberti Episcopi Rotomag.

PRÆFECTUS HUNDREDI, in Legibus Edwardi Confessoris cap. 28. *Præpositus Hundredi*, ibidem cap. 35. ubi de eorum munere & officio. Vide *Hundredus*.

PRÆFECTUS PACIS, in l. i. Cod. de Pignoribus. Vide *Pax*.

PRÆFECTI ROMANI, in Addit. 3. ad Capitul. c. 59. *Hæc omnes Episcopi custodiant, & omnes Præfecti Romani, & Prætores populi, & provinciarum Præsides, ut curent citius monachorum & sanctimonialium lites dirimere.*

PRÆFECTUS VILLÆ, in Legibus Edwardi Confess. cap. 28. qui ibidem *Præpositus villa* dicitur. Vide *Villicus*.

PRÆFECTUS URBIS, in laudata Addit. c. 84. *Si Præfectus urbis hæc (blasphemiam) punire neglexerit, post Dei iudicium nostram indignationem incurrat.*

PRÆFECTUS nude dicitur qui cohorti militum præest. Capit. 1. Karlomanni ann. 742. cap. 2. *Unusquisque Præfectus unum presbyterum (habeat) qui hominibus peccata confitentibus iudicare & indicare penitentiam possit.* Adde lib. 5. Capitul. cap. 2. & lib. 7. cap. 123.

PRÆFECTIANI, Apparitores, seu Apparitores Præfecti Prætorio, de quibus est tit. in Cod. Th. & Justin. quorum mentio alibi in utroque Codice non semel occurrit, ut & apud Ammianum, & alios. Synodus Mopsuestana in Quinto Concilio Constantinopolitano Collat. 5. *Præfectianus sum, in hac civitate natus.* Anastasius in S. Hormisda: *Tunc Imperator repletus furia ejecit eos per posterulam, & imposuit eos in navim periculosam cum militibus & Magistrarianis, & Præfectianis, &c.*

PRÆFECTIO, Præfectura. Acta S. Eusebiæ Abbat. tom. 2. Martii pag. 450. *Et in locum Præfectionis proavia sua successit.*

PRÆFECTORII, Comites. Vita S. Deicoli apud Eccardum in Orig. famil. Hasbburgo-Austr. col. 162. *Cerneret Præfectorios, Barones, paullo ante aquilis velociores, leonibus fortiores, alienis uti solatiis.* Hinc

PRÆFECTORIÆ CIVITATES, quæ à Præfectis seu Comitibus reguntur, vel quæ iis in beneficium concessæ sunt. Charta Ottonis II. Imp. an. 974. apud Nicol. Zyllesium: *Bannum & fredas nulli nisi Abbati persolvat, nullusque nisi Abbatis, vel ab eo confitutorum placitum attendat, & in singulis civitatibus Imperialibus vel Præfectoriis liberam potestatem habeant intrandi & exeundi, vendendi & emendi, pascendi & adaquandi, eique opera Imperialia vel Comititalia funditus perdonamus.* Aliæ Ottonis III. ann. 990. & Henrici II. Imperatorum ann. 1005. apud eundem, habent, *in singulis civitatibus regalibus vel Præfectoriis, &c.*

PRÆFECTORIA DIGNITAS, Comitalis. Vita B. Wolphelmi Abbat. num. 34. *Vir quidam genere nobilis, sed moribus nobilior, Burchardus nomine, Præfectorie dignitatis, &c.*

1. PRÆFECTURÆ, in Italia vocabantur, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, in quas Præfecti quotannis mittebantur, qui jus dicerent, cum magistratus suos non haberent; ut est apud Festum: quomodo sane *Præposituras, Præfecturas* vocat Statutum Philippi Pulcri Regis Fr. ann. 1302. pro reformatione regni cap. 10. *Si contingat, quod aliqua de Præfecturis nostris vendatur,*

vel tradatur ad firmam, &c. Mox *Præpositura* vocatur. Vide *Præpositi*.

2. PRÆFECTURÆ, apud Agrimensores, dicuntur assignata in alienis finibus loca, à coloniis dependentia, ut apud Aggenum de Limit. agror. quicquid perticæ sive universitati applicitum est ex alterius civitatis sine, apud Frontinum. Vide Rigalt. ad Agrimensores, & Salmasium ad Solinum pag. 673.

PRÆFECTURIUS. Pulcharem *Præfecturium Amalitanum*, quem etiam *Gloriosi* titulo colonestat, non semel memorat Joannes VIII. PP. Epist. 39. 50. 51. 52. *Præfectus* appellatur in Epist. 209. *Præfectorius*, in Epist. 227. Istius Pulcharis alicubi meminit Leo Ost. [Mirac. S. Trophimæ tom. 2. Julii p. 240. *Piissimi quoque temporibus Pulchais Præfecturii puella quædam, &c.*]

PRÆFERENTIA. Charta an. 1062. ex Tabulario Monast. Conchensis in Ruthenis descripta à Jac. Petito: *Seniores vero Panatensium dederunt decimam de ipso manso, & sepulturam, & Præferentias, & totum usum, quem ibi habebant.*

Primitiarum jus, quod præter decimas curioni debetur ea voce designari innuit Tabul. Vosiense fol. 34. *Ego Aimiricus Geraldii de Pomroi filius dono ac derelinquo Deo & S. Petro Vosiensi . . . frumentum quod habeo in ecclesia Camboliva, scilicet x. sextaria & ii. partes unius sextarii quos jure hereditario de Præferencia jam prædictæ ecclesiæ ad festivitatem O. S. S. mihi reddendos per unumquemque annum recipio.* Rursum fol. 40. *Dedit iv. sextaria frumenti in Præferencia ecclesiæ d' Estival.* Vide *Primitia* & *Præferentia*.

PRÆFEREMENTUM, Prærogativa, immunitas, privilegium. Charta an. 1478. apud Rymer. tom. 12. p. 81. *Nullum omnino habitura Præferementum in expositione ad venditionem, privilegium vel beneficium, &c.*

PRÆFEX, Auctor. Translat. SS. Greg. & Sebast. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 407. *Hic me omnis pane meorum militum manus æserens, eo, ut retuli, perduellio filios meos horrendum facinus involvit, & Præfices sceleris esse delegit.*

PRÆFIGURATIO, Figura, seu rei futuræ adumbratio. Nicolaus de Jamsilla de Gestis Frider. II. Imper. apud Murator. tom. 8. col. 498. *Iste tamen princeps Manfredus paternarum gratiarum atque virtutum heres fuit, universalisque successor, ut jus primogenitura, quod secundum carnem apud aliquos ex fratribus suis erat, & Præfiguratione aliqua in filiis Isaac atque David, in eum esset divina provisionis consilio transferendum.*

PRÆFIGURATIVUS, Qui rem futuram exprimit, in Imitat. Christi lib. 4. cap. 1. num. 6.

PRÆFINIRE, Definire, asserere. Vetus Irenæi Interpret. lib. 1. cap. 18. *Sacerdotis quoque poterem, quatuor ordinibus lapidum pretiosorum adornatum, quaternationem significare Præfinitunt; διατετακται, Irenæo.*

PRÆFINITUS, Definitus, certus, apud eundem Interpret. lib. 2. cap. 24. *Et dies autem non semper Præfinitas duodecim habet horas.*

PRÆFINITIVE, Definitive, omnino, ibid. *Sed neque menses, quos dicunt typum esse tricenarii, Præfinitive triginta habent dies.*

PRÆFORARE, Prius aperire. Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1121. *Ipse Vergius repente per noctem, & quia Præforata fuit à proditoribus urbis corona, ingressus est Placentiam civitatem, & ea potitus est.*

PRÆFULGORUS, Præfulgens. Elmham. in

- Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 61. pag. 164. *Rex illustrissimus, terra principibus Præfulgorus lucifer, &c.*
- ¶ PRÆFUNCTORIA EPISTOLA. Vide *Præceptoris littera.*
- ¶ PRÆFURNIUM, Os furni, nostris *Gueule du four*. Locus est in *Suspensura*. Epist. ann. 1589. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 330. *Pulveres ita submovisset, ac Præfurnia eorundem (furnellorum) diligenter obstruxisset. Præfurnum, apud Brechæum in Prompt. ad Consuet. Tolos. tit. 1. artic. 13.*
- ¶ PRÆFUSOR, Pincerna. Gloss. Gr. Lat. *ωπαρχύτης, Mestrinus, Præfusor*. Ubi Gloss. Sangerm. habent, *Profusor*.
- ¶ PRÆGNATUS, Prægnatio, graviditas. *Juvenacula Prægnatus & partus*, apud Tertullian. adv. Judæos cap. 9.
- PRÆGNUS, pro Prægnans. *Prægnum jumentum*, in Lege Alemann. tit. 72. §. 3. tit. 73.
- ¶ PRÆHONORABILIS, PRÆHONORANDUS, Admodum honorandus, in Charta ann. 1476. apud *Madox* Form. Angl. pag. 336.
- ¶ PRÆIMAGINARE, Futura adumbrare. Epist. an. 1132. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 715. *Innumera quoque multitudo omnium subjectorum fidelium commemorantur sub nomine infantium & lactentium, qui sua innocentia jam Præimaginabant simplicem fidem justorum.*
- ¶ PRÆINTRUSUS, Qui re aut dignitate aliqua nullo jure potitur. *Robertus ibi extitit Præintrusus*, in Litteris Henrici III. Regis Angl. ann. 1219. apud Rymer. tom. 1. pag. 230. Vide *Intrusio*.
- ¶ PRÆISA, Idem quod *Exclusa*, Gall. *Ecluse*. Statuta Montis Regal. fol. 247. *Quod aliqua persona non audeat, vel præsumat frangere, seu frangi facere Præisam seu clusam primæ bealeria, sub pœna libr. x. Astens. Vide Præisa.*
- ¶ PRÆJUDICIABILIS, PRÆJUDICIALIS, Nocens, damnosus, contrarius, nostris *Præjudiciable*. Litteræ Edwardi II. Reg. Angl. ad Reg. Franc. an. 1318. apud Rymer. tom. 3. p. 690. *Excellentiam vestram regiam affectuose requirimus & rogamus, quatinus hujusmodi nobis Præjudicialia, & subditis nostris dampnosa, de vestra curia procedere minime permittatis. Occurrit rursus tom. 8. pag. 503. Prætentendentes dictum officium (faciendi acta & processus) nobis & reipublicæ fore Præjudiciale & dampnosum, in Litteris Philippi VI. Regis Franc. ann. 1341. tom. 2. Ordin. pag. 167.*
- ¶ ACTIO PRÆJUDICIALIS, Quæ prius judicanda. Vide *Blount* in *Nomolex. Anglic. v. Action.*
- ¶ PRÆJUDICIALITER, In præjudicium seu damnum alterius. Johannes Diac. in Vita S. Greg. M. lib. 2. num. 5. *Consuetudo de titulandis Præjudicialiter quibuslibet rebus.*
- ¶ PRÆJUDICIARE, à Gall. *Præjudicier*, Nocere, violare, lædere. Summaria privileg. Eccles. Rom. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1239. *Quod omnia statuta Præjudicantia ecclesiastica libertati, ac divino & humano juri obviantia.*
- ¶ PRÆJUDICIUM, Damnum, Gall. *Præjudice*. Charta Johannis Ducis Silesiæ ann. 1330. apud Ludewig. tom. 5. pag. 553. *Per quæ nobis suffragium ac dicto domino Regi & heredibus suis Præjudicium posset quodlibet generari. Occurrit passim.*
- PRÆJURAMENTUM. Vide *Antejuramentum*.
- ¶ PRÆLATA, PRÆLATIA, &c. Vide *Pralatus*.
- ¶ PRÆLATIO, *Jus pralationis*, quo domino feudali liberum est redimere prædium à feudatario di-

- tractum, *Droit de prèlation*. Hac de re consulendus *Salvaingus de Usu feud. cap. 20. & seqq. Charta an. 1543. in Tabul. S. Victoris Massil. Capitulum seu devotus conventus monasterii S. Victoris dedit ad factheriam puræ firmæ & irrevocabilis nobili viro Marqueto Flotte notario Massilia quamdam vineam de novo acquisitam & retentam jure Pralationis & majoris domini. Retenir par puissance de fief, in Consuet. Senon. art. 85. & aliis, par puissance de Seigneurie, in Consuet. Ambian. art. 18. 43. Silvanect. art. 226. & Claromont. art. 93. Vide Pralatus.*
- PRÆLATUS, Magistratus, qui populis præest. Glossæ veteres: *Præpositi, Antepositi*. [Libertates Pontis-Urfonis ann. 1365. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 4. pag. 638. *Hanc etiam libertatem, quod de institutione & marcheyo quod fiet in villa sua, non extra placitaverint pro aliquo, donec Prælatus sue ville deficiat. Infra: De discordia & melleia inter burgenfes, si sanguis, ante Prælatum cognoscatur. Ibidem pag. 640. Dum sedet burgenfis in placito coram Prælato, quamcunque turpitudinem coram (contra) Prælato seu Pretorem, seu contra quemlibet, pro ea, ad Pretorem duodecim nummos.] Exstat S. Valeriani liber de Prælatis, id est principibus sæcularibus.*
- PRÆLATUS, Præfectus Ecclesiæ, quomodo hodie Episcopos vocamus, qui *πρεσβύτερος* Justino Mart. Præsidentes Tertulliano lib. 3. de Corona cap. 3. dicuntur. Exstat Cypriani Opusculum de Simplicitate Prælatorum. Ita etiam appellantur quivis inferioris dignitatis rectores, ut plebani & curiones. Vide *Lindwoodum* ad Provinciale Cant. lib. 2.
- ¶ Eodem Prælati nomine designati Abbates in Concil. Sueffionensi an. 853. cap. 5. & 6. in Tullensi quoque apud Saponarias cap. 12. Testamentum Herivei Eduens. Episc. ann. 923. subscribit *Durrannus Prælatus S. Vincentii*. Sed & monasteriorum Præpositi ita nuncupantur. Charta an. 902. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 836. *Ubi (monasterio S. Michaëlis) præst domnus Stephanus episcopus & abbas, & Halevincus Prælatus. Idem an. 4. regnante Ludovico filio Arnulfi subscribit Præpositus. Archembaldus Cluniensis cœnobii Prælatus, cujus erat Præpositus, dicitur in Vita S. Odonis lib. 2. Quod nimirum aliis præfint Prælati sunt appellati. Eadem ratione Abbatissæ dictæ*
- PRÆLATÆ. Regula Sanctimonialium cap. 7. in Synodo Aquisgranensi: *Nosse etenim eas oportet, quia non ideo Prælatae sunt, ut se solummodo, sed potius ut se, subditaque pascant, &c.* [Ita etiam appellatur superior fororum Pœnitentium S. M. Magdalenæ in Constitut. earundem apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 182. &c.]
- PRÆLATIA, Dignitas Ecclesiastica. *Ingulfus* pag. 897. *Per Monachos dignitatum & Prælatarum nimium ambitiosos.* [Charta an. 1398. apud Marten. tom. 7. Amplif. Collect. col. 620. *Quod in Prælatis, dignitatibus & beneficiis ceteris vacantibus & etiam vacaturis, si electiva fuerint, per electionem & confirmationem Archiepiscoporum provideatur.]*
- ¶ PRÆLACIA, Prælatus ipse, apud *Elmham*. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 62. p. 169. *Huc Cardinalis Ursinus, ex parte ducis Burgundia, ad regalem excellentiam ambassiator mitebatur . . . Cum tamen Prælacia multum venerabilis fuerit, dixeritque, se à regio sanguine non fuisse alienum, regalis liberalitas, honestatis debito satisfaciens, ipsum honoribus congruis tractari dignum decernens, &c.*
- PRÆLATIO. *Eckehardus Minimus de Casibus S. Galli* cap. 6. *Præposituras vero vel Decanias, aut alicujus ordinis officium nunquam concupivit, dicens Prælationem,*

nem, sapius superbiam, arrogantiam, discursus, & multiloquia comitari. [Adde Statuta Astenf. cap. 27. fol. 14.]

¶ PRÆLATIO, Tempus quo quis pralationem obtinet. Hist. Mediani Monast. pag. 209. Tempore vero Pralationis ejus . . . plurima in loco prefato divinitus ostensa sunt miracula.

¶ PRÆLATIO, Dominatio, imperium. Chron. Farfens. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 624. Deus . . . nobis misertus est, & illorum viperinam & venenosam super nos Pralationem avertit.

¶ PRÆLATIUNCULA, Beneficiolum ecclesiasticum: ita præfectura capellæ S. Clementis Compend. dicitur in Præcepto Caroli Simplicis Regis Franc. ann. 919. apud Mabill. Diplom. p. 564. Nolumus etiam, ut nec fratrum (S. Cornelii) præpositus, neque decanus, seu thesaurarius hanc supradictam Prælatiunculam sibi præsumant.

¶ PRÆLATUS, Probatus; dilectus. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii p. 349. Qui beato Dunstano, tempore dum viveret, Prælatus pariter exitit & familiaris amator.

PRÆLATURA, Manegoldus Decanus, apud Goldastum: De omnibus Prælatibus, officiis, beneficiis, seu administrationibus quibuslibet Monasterii nostri, &c.

¶ PRÆLIAMENTUM, Expeditio bellica, quæ pro patria tuenda intra domini fines peragitur. Charta Bonifacii IX. PP. an. 1396. apud Illustr. Fontaninum Antiquit. Hortæ pag. 431. Volentes quod . . . tu & heredes prædicti faciatis exercitus & cavacatas (l. cavalcatas) & ad Præliamentum provincia nostra patrimonii B. Petri in Tuscia, . . . accedatis quotiens vobis fuerit injunctum; ac ordinationes & mandata dicti Præliamenti observetis. Vide Hostis 2.

¶ PRÆLIBATUS, Supradictus, ante memoratus. Tabular. Cluniac. an. 1019. Ut ipsi sui que successores Prælibatum locum, prout potuerint, in melius studeant reparare. Occurrit apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 114. 498. & alibi passim.

¶ PRÆLIMINARITER, Per præmium, in Christ. Mulleri Introduct. in Hist. Sand-Hippolyt. apud Duellium tom. 1. Miscell. pag. 287.

¶ PRÆLIUM, Facultas alicui privato concessa sibi jus faciendi, atque ex alio alterius jurisdictionis, sibi rectum denegante, recipiendi, etiam per vim, quidquid poterit; idem quod *Repræsalia*. Statuta Massil. lib. 2. cap. 30. Statuentes insuper quod laudum unum vel Prælia quod vel quæ concessa sint à Potestatibus vel Consulibus vel Rectoribus civibus Massilia, rata & firma habeantur per sequentes Consules aut Rectores Massilia. Vide Pignorantia.

¶ PRÆLIUM PARTICULARE, Certamen, velitatio, apud de la Flamma tom. 12. Murator. col. 1001. Vide Hostis 2.

PRÆLOCUTOR, Advocatus, Patronus, Causidicus: in Regiam Majestatem l. 1. cap. 11. &c. in Legibus Baronum Scotior. seu Quoniam attach. cap. 35. §. 1. cap. 57. §. 5. in Statutis Roberti I. Reg. Scotiae part. 1. cap. 15. & seq. part. 2. cap. 28. *Prolocuteur*, in Stylo Leodiensi cap. 3. 10. 14. 15. &c. Plinius Junior lib. 8. Epist. 21. Forte accidit, ut eo die m. me in advocacionem subitam rogaret, quod mihi causam Præloquendi dedit. Interdum

PROLOCUTOR dicitur. Charta Eberhardi Episcopi Saltzb. in Chron. Reicherfperg. an. 1160. Prædia . . . assignentur Advocatis talibus, à quibus in placitis judicialibus proloqui defensionem possint à vicino habere: ne longinquos Advocatos advocandi vel impossibilitas vel difficultas in detrimentum veniat, & absque le-

gitimo Prolocutore prædia, quæ impugnantur, Ecclesiæ perdat. Vide pag. 293. Philippus Episcopus Eystetensis in Vita S. Willibaldi cap. 24. Et in celebratione Concilii tanquam verus Cancellarius ac Prolocutor Concilii à dextris Archiepiscopo proximus assidebat. Matth. Paris an. 1254. pag. 592. Prolocutor domini Regis, qui nostris Advocatus Regius. Chronicon Moriniacense lib. 2. Ipso Rege Prolocutore, Archiepiscopo Senonensi de Abbate clamorem faciunt. Adde Nomasticon Cisterciense p. 263. 333. Vide in voce Narratores. *Avantparliers* dicuntur *Prælocutores*, in Assis MSS. Hierosolymit. cap. 98. Et après doivent enchargier à lor *Avantparlier*, que il dient por eaus, que il surent, &c. . . & lors l' *Avantparlier* doit dire pour eaus, Sire, &c. Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. c. 14. Quant aucuns à bonne defense & loians, li *Avocaz* & li *Avantparlier* doit mettre avant, & proposer en jugement ses defenses. *Parliers*, & *Avantparliers*, in Statutis Leodiens. art. 96. 100. & in Magno Recordo Leodiensi p. 118. 119. [*Avantparleurs*, alibi;] *Emparlier*, apud Petrum de Fontaine cap. 10. &c. Li *Emparlier* defendent lis plaidours dehors. Office d' *emparlerie*, ibidem. Joann. de Condato MS.

Cele ki lor *Emparlier* ere

Respondi, &c.

[Le Roman d' *Athis* MS.

Avant envoyés un message

Bien *Emparlé*, courtois & sage.

Ubi bien *Emparlé* dicitur qui apte & eleganter loquitur.] Vide Casaubonum Exercit. 15. in Baron. cap. 5.

¶ PROLOQUIUM, Litteræ Ludovici X. Reg. Franc. an. 1315. tom. 1. Ordinat. p. 606. Ad nostrum siquidem pervenit auditum, immo Proloquium, & murmurans vulgaris fama jam personat, quod &c. Quæ Gallice in iisdem Litt. vernacule scriptis ita redduntur ibid. Avons oi par commune renommée, complainte du peuple, que &c. De voce vero Proloquium, apud Rhetores, vide Martianum Capellam. pag. 98. 121.

¶ PROLOQUI, Aliquem alterius nomine alloqui. Laur. Byzinius de Orig. belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. pag. 143. Interim tamen circumseptus pro liberatione communionis utriusque speciei, tam ad adultos quam ad parvulos ex parte ipsius multitudinis Proloquentem banniverat.

¶ PROLOCUTORIUS, Prævius, Gallice *Préalable*. Sententia arbitralis inter Archiep. & Capitul. Arelat. & Monaster. S. Cæsarii an. 1221. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: Causa tota secundum Deum & equitatem terminaretur, arbitrio autem Prolocutorio aut secundum causæ merita præcedente. Rursum occurrit infra.

¶ PROLOCUTORIE, *Préalablement*, Ante omnia, ibidem: Tandem Prolocutorie inter partes habito tractatu, &c.

PRÆLONUM. Vide *Ploum*.

¶ PRÆLUBIUM, Eluvies. Vide *Pelagus*.

¶ PRÆLUSTRISSIMUS, semel & iterum compellatur Carolus VI. Rex Franc. in Charta homagii an. 1384. ex Bibl. Regia.

¶ PRÆMANIBUS, Continuo, Gall. *Sur le champ*. Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomagensi an. 1472. De qua somma idem curatus Præ manibus unum scutum (solvit) & residuum solvere promisit infra festum Purificationis B. M. Virginis.

¶ PRÆMATIALIS, pro *Primatialis*, ad Primatem pertinens, in Charta an. 1496. apud Rymer. to. 12. pag. 627.

- ¶ PRÆMATORUS, Prudentissimus, in Charta an. 1476. apud *Madox Formul. Anglic.* pag. 336.
- ¶ PRÆMAXIMUS, pro *Permagnus*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 11. pag. 22. *In suorum comitiva principum & magnatum Præmaximum, prout decet, celebraturus convivium, &c.*
- ¶ PRÆMEDITARI, Præexerceri, præexercitari. Vetus Irenæi Interpretis lib. 4. cap. 30. *Necessarie igitur hæc in typo Præmeditabantur.* Idem lib. 5. cap. 35. *In qua (Hierusalem) justi Præmeditantur in corruptelam, & parantur in salutem.*
- ¶ PRÆMENTIONATUS, Prædictus, cujus ante mentio facta est, Gall. *Devant mentionné.* Charta an. 1473. apud Rymer. tom. 11. pag. 780. *Secundum omnem modum, vim & formam Præmentio-nati instrumenti.* Adde Acta SS. tom. 1. April. pag. 121. tom. 3. pag. 528. &c. *Præmencionatus*, apud Spon. tom. 2. *Histor. Genev.* pag. 77. *Nec aliter legendum censeo in Obituar. MS. Eccles. Morin.* ubi contracte habetur: *Pro quo obitu & distributione Præmenata idem fundator donavit ecclesie 16. libras.*
- ¶ PRÆMETIVUM, ἡ πρὸς θεοῦ μετὰ Δημήτρου θυσία, in Glossis Lat. Gr. Festus: *Præmetium*, quod *prælibationis causa ante præmetitur*, Cereri libandum.
- ¶ PRÆMIARE, Remunerare, præmiis donare, Gall. *Récompenser.* Litteræ Eduardi III. Reg. Angl. an. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 17. *Affectantes gratitudinem vestram . . . prout regiam decet magnificentiam Præmiare.* Joannes de Monstrolio Epist. 22. apud Marten. tom. 2. *Ampliff. Collect.* col. 1359. *Premiari nempe debent boni ac strenui, & merito eorum largitionibus & advocacy benigna recognosci. Tanti principis industriam merito Præmiandam perscians*, apud Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. edit. Hearnii cap. 55. p. 140. *Occurrit etiam apud D. Thomam, ubi & Præmiator legitur pro præmiorum distributor.*
- ¶ PRÆMIATIVUS, In præmium datus, in Processu de B. Catharina Senensi apud Marten. tom. 6. *Ampliff. Collect.* col. 1250.
- ¶ PRÆMIATOR, Nocturnus prædo, apud Nonium. Vide *Premiare*.
- ¶ PRÆMINENTIA, Opportunitas, præstantia, Gall. *Avantage.* J. Episc. Accón. in Epist. ad Honorium III. PP. an. 1219. tom. 8. *Spicil. Acher.* pag. 376. *Nostros autem nisi longe plures essent, & manifestam Præminentiam attenderent, expectare non audebant (Sarraceni.)*
- ¶ PRÆMINENTIA, Prærogativa, privilegium, in Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1421. apud Rymer. tom. 10. pag. 47. Vide *Præmunities*.
- ¶ PRÆMINERE, Præesse, pro Præeminere. *Lucido Ficulino episcopo eidem (S. Andreæ) monasterio Præminente*, apud Joannem Diac. in Vita Gregor. M. lib. 4. cap. 90. Vide in *Prelatus*.
- ¶ PRÆMISSIA, PRÆMITIÆ. Vide *Primitia*.
- ¶ PRÆMITTERE, Emittere, producere. Vetus Irenæi Interpretis lib. 1. cap. 8. *In quo (filio) omnia pater Præmisit seminaliter.* Προέβαλε, Irenæo. Adde cap. 2. & 25. ejusdem libri.
- ¶ PRÆMONERE, Timere, præcavere. Sermo de honorandis presbyt. ad calcem Johan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 446. *Hæc Præmonentes Domini comminationem, nec futuri judicii ultione terrentur.*
- PRÆMUNIRE, pro *Præmonere*, Submonere, citare, in jus vocare, apud forenses Anglos: unde celebris illius Brevis Regii nomen manavit: *Præmunire facias.* Jorvalensis in Vita Regis Ethelredi: *Alfricus Consul fecit eorum exercitum de insidiis regis Præmuniri.* Mox: *Daci omnes Præmuniti evaserunt.*

- [Monitio Episc. ad ordinandos post laudatum Joh. Abrinc. lib. pag. 225. *In celebratione ordinum Præmuniantur ordinandi quod pure de peccatis sint confessi.* Ibid. pag. 291. *Duo . . . à cantore Præmuniti subin-ferant, Domine miserere.*]
- ¶ PRÆMUNITIO, Submonitio, citatio. Charta apud *Madox Formul. Anglic.* p. 360. *Ad ipsos inde aquietandos per ipsum Abbatem, vel per suos rationabiliter fuero præmunitus, concedo quod dabo eidem Abbati vel successoribus suis 40. solidos sterlingorum infra mensem post Præmunitionem in forma prædicta michi factam.*
- PRÆMUNITATES, Immunitates, privilegia, in Bulla Honorii III. PP. an. 1205. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 250. Vide *Præminentia*.
- ¶ PRÆNOSTICARE, Præfagiri, prædicere, Gall. *Pronostiquer.* Memor. Potest. Regiens. ad an. 1284. apud Murator. tom. 8. col. 1162. *Ista pugna & strages quæ facta est inter Januenses & Pisanos, Prænosticata fuit & demonstrata, antequam fuerat, diu. Nam . . . mulieres quæ de nocte linum purgabant, viderunt duas magnas stellas mutuo præliantes.* Miracula S. Adalberti sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 646. *Quadam mulier . . . more consueto caseum faciens, manuumque comprehensionibus coagulum glutinans, liquorem effundere nititur, ubi feri color modicus, verum sanguinis dimidium sextarii reperitur. In quo strages multorum Prænosticari poterunt.* Vide *Prognosticare*.
- PRÆNOSTICUS, Præfagus, præscius. Henricus Rosla in Herlingsberga:
Mens est quippe viri Prænostica sape futuri.
- PRÆNOTARIUS, qui Notarii, seu Grafarii, vel Vicenotarii officio fungitur, *Adjutor Notarii.* Fleta lib. 2. cap. 13. §. 15. *de Cancellario Angliæ: Habet etiam Clericos suos Prænotarios in officio illo.* Cap. 36. §. 1. *In hac etiam Curia sunt Clerici Prænotarii & Cursarii, qui placita irrotulant.* Adde lib. 4. cap. 9. §. 2. & Radulfum de Hengham in Magna c. 6.
- ¶ PRÆOCCUPARE, Ufurpare, nullo jure occupare. Tabular. SS. Trinit. Cadom. fol. 50. *Isti de dominico Præoccupaverunt.* Ibi non semel occurrit.
- ¶ PRÆORDINARI, Officio ecclesiastico donari, in Charta an. 1086. ex Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1002.
- ¶ PRÆPARACULUM, Præparatio. Conc. Dertus. ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 654. *Nunc in presentiarum per medicina ejusdem domini legati Præparacula, &c.*
- ¶ PRÆPARAMENTUM, Dispositio, præparatio. Charta an. 1485. apud Marten. tom. 2. *Ampliff. Collect.* col. 148. *De bonis mihi à Deo collatis, de illis maxime quidem, quæ ex residuo abbatis portionis . . . recollegeram, priusquam à morte præveniri contingat, quidpiam boni Præparamenti præmittere cupiens, &c.*
- ¶ PRÆPARAMENTUM GUERRÆ, Apparatus bellicus. Computa Dalph. Graisivod. fol. 56. *Pro ingeniis & aliis Præparamentis guerra portandis . . . xxv. lib. Præparamenta belli,* apud Cigaltium de bello Italico. Vide in *Parare* 1.
- ¶ PRÆPARAMENTUM, Ornatus, ornamentum, Gall. *Parement.* Inventar. tom. 1. Rer. Mogunt. pag. 346. *Item monstrantur Præparamenta S. Bonifacii.* Vide in *Parare* 1.
- PRÆPARARE alterum, dicebatur is, cui cum facultates sibi sat amplæ haud essent, ut ipsemet in hostem pergere posset, similis fortis ac conditionis viros pro posse in armis ac instructu bellico adjuvabat. Capitulare an. 807. edit. Baluzianæ c. 2. *Ubi cumque autem inventi fuerint duo, quorum unus-*

quisque duos mansos habere videtur, unus alium Præparare faciat, & qui melius ex ipsis potuerit, in hostem veniat. Occurrit ibi pluries, & cap. 5. 6. Huc pertinet Capitulare 1. ann. 812. cap. 1. Qui vero 3. mansos de proprio habuerit, huic adjungatur unus, qui unum mansum habeat, & det illi adjutorium, ut ille pro ambobus ire possit. Adde c. 6. & Capitulare an. 828. cap. 7.

¶ PRÆPARARE VOLATILIA, Lardo suffigere vel instruere. Præceptum Caroli Cal. an. 862. apud Mabillon. Diplom. pag. 536. Item etiam alii duo porci saginati per duas festivitates, id est Natalis Domini & Pasche, ad volatilia eorum Præparanda. Vide Parate.

¶ PRÆPARATIO, Hariulfus lib. 3. cap. 3. Baculus auro, argento, & crystallo paratus 1. Præparatio baculi unius ex crystallo 1. &c. Forte pro Ornamentum. Vide Præparamentum, & Parate.

¶ PRÆPARATIO AD HOSTEM, in Capitul. 2. Caroli Magni an. 812. cap. 8.

¶ PRÆPARATURA, Præparatio. Tertull. adv. Marc. lib. 4. cap. 13. Spiritus sanctus in Joanne egerat Præparaturam viarum Domini. Hinc

¶ PRÆPARATOR, Qui præparat, apud eundem ibid. cap. 33. Joannes antecursor & Præparator viarum Domini.

¶ PRÆPEDITAS, Difficultas, impedimentum. Vita MS. S. Winwaloei fol. 30. Ne tanto, quaso, excessu gravati & tanta Præpeditate extadiati, ullatenus indignemini.

¶ PRÆPEDIUM, Impedimentum. [Bulla Bonifacii VIII. PP. ann. 1295. ex Bibl. Reg. Ne tanti boni orditum principium per obstaculum hujusmodi interjecti Præpedii infelicem sortiretur eventum.] Vita B. Nicolai Eremitæ num. 1. Afferentem servitio divino Præpedium frequentiam nimiam humana conversationis evitans.

¶ PRÆPLARE, perperam pro Pueplare, nostris Peupler, Locum incolis frequentare, ab Hispan. Pueblo, quomodo Galli Pueple dixerunt. Testam. Jacobi Reg. Aragon. ann. 1272. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1141. Dicimus dom. Ferrando olim patruo nostro, & Episcopis, nec non & aliquibus hominibus ac militibus, quos ibi (in regno Valentia) Præplaveramus, qui erant trescenti & octuaginta milites, quod postquam eos ibi hereditaveramus, astimarent nos defendere ipsum regnum Valentia contra Saracenos. Hinc etiam emendandum

¶ PRÆPLATIO, pro Pueplatio, Colonia, Gallice Peuplade, ibidem col. 1142. Fuerunt etiam aliqui Præplationis dicti regni, qui tenebant ibi hereditates sibi à nobis datas hermas, & non faciebant ibi personalem residentiam, sicut debebant.

¶ PRÆPORTARE, Portare ante. Chronicon Montisfereni ann. 1134. Imperatori ad Ecclesiæ amprocedenti, circulo decoratus aureo, gladium Præportavit. Atque ita legendum infra ann. 1135. Ubi etiam Bolizlaus gladium Imperatoris Præportavit, pro reportavit.

¶ PRÆPORTARE dicitur de agri parte, qua extenditur. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 5. Et se Præportat fundus illius terræ à vico pro ante usque ad terram dicti Roberti pro retro. Vide Proportare.

¶ PRÆPOS, Papiæ, Valde potens. Ex quo emendanda Glossæ Isid. quæ habent Propos. Idem etiam valet quod Compos. Vita MS. S. Magnobodi Episcopi Andegavensis cap. 11. Sanum & vitæ Præpotem reddit parentibus.

¶ PRÆPOSITA, PRÆPOSITATUS. Vide infra Præpositi.

Tom. V.

PRÆPOSITI, Scriptoribus Ecclesiasticis dicti potissimum Antistites, cæterique qui Ecclesiis præfunt, ut apud Cyprianum lib. 1. Epist. 5. lib. 5. Epist. 6. lib. 3. Epist. 21. lib. 5. Epist. 6. 73. in Concilio Carthag. III. cap. 45. Carthag. V. cap. 13. &c. Προεστῶτες, apud Justinum Mart. Apol. 2. Concil. Aquisgran. cap. 139. Quamvis omnes, qui præfunt, Præpositi rite dicantur, &c. Ita Abbates Præpositi dicuntur Bedæ in Vita S. Cuthberti n. 24.

PRÆPOSITUS, Dignitas in Ecclesiis Cathedralibus. [Præpositus major, in Ecclef. Colon. ex Cod. MS. Consuet. ejusdem Ecclef.] Ebrardus in Græcifino cap. 9.

Ecclesiarum Præpositus sit, sive Scholarum.

Hujus munus describitur ab Ebone Reimensi Archiep. in Indiculo de Ministris, edito à Colvenario post Flodoardum, in Concilio Aquisgranensi cap. 139. & apud Chrodogangum in Regula Canonica. cap. 46. Fragmentum Historicum, editum à viro doctissimo Joanne Mabillonio tom. 1. Analector. de Concilio Aquisgranensi sub Ludovico Pio: Statuerunt pro Canonicis, qui tunc sub Præpositis vivebant, &c. Ejusmodi Canonicorum Collegia, quibus præfunt Præpositi, complura existant etiamnum hodie in Germania, quæ vulgo Præpositura nuncupantur. Vide Albertum Stadensem an. 1001. 1050. &c. Est etiam

PRÆPOSITURA, Præpositi dignitas. Adamus Bremensis c. 181. Præposituram majorem Episcopii servus ejus quidam Suidger administravit. Adde cap. 187.

PRÆPOSITATUS, [Eodem significato. Charta Matfredi Episc. Biterr. an. 1092. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 132. Dono ipsum Præpositatum S. Nazarii, hoc est ipsum honorem totum & ab integrum; qui dicitur Præpositatus & sacristia, qui fuit de Guillelmo præposito & antecessoribus suis præpositis.] In Bulla Urbani II. PP. ann. 1096. in Histor. Episcoporum Cadurc. num. 70. in Concilio Rotomagensi an. 1189. c. 10. [& in Bulla Pauli III. PP. ann. 1549. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 268.]

¶ PRÆPOSITURATUS, in Bulla ejusdem Pontificis an. 1536. apud Miræum tom. 2. p. 1052.

PRÆPOSITUS, in iisdem Ecclesiis Cathedralibus, munus Ecclesiasticum, cui scilicet prædiorum Ecclesiasticorum certæ partis ad tempus vicissim cura demandatur, iis in varias Præposituras, quas Prævotitez dicunt, distributis, & Canonicis attributis, quarum ii in Capitulo ratiocinia exigunt. Atque hæc postmodum in Ecclesia S. Martini Turon. deinceps perpetuæ factæ, in ejusdem Ecclesiæ dignitates evaserunt. Exstat in ejusdem ædis Tabulario juramentum ejusmodi Præpositorum: Præpositi, presentati à Decano, & recepti à Capitulo, jurant in hunc modum. Ego N. Præpositus instituendus talis loci juro vobis & promitto, quod amodo fidelis ero huic Ecclesiæ & vobis, de vestris hominibus, terris, nemoribus, redditibus, censibus, decimis, terragiis, oblationibus, pratis, aquis, pascuagiis, & aliis omnibus ad meam Præposituram pertinentibus, & stabo juri coram vobis in Capitulo, secundum consuetudinem istius Ecclesiæ, quotiescunque fuero requisitus, & ligiam faciam secundum interpretationem Domini Papa Innocentii, mansionem, &c.

¶ Quæ fuerit conditio ejusmodi Præpositurarum, quarum ad tempus cura demandabatur canonicis, docent Statuta Ecclef. Barcinon. ann. 1332. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 612. Cum nonnulli ad servitium Præpositurarum obligati, minus bene suis mensibus serviant, ut tenentur, idcirco nos Pontius D. G.

Bbb ij

Barchinonensis episcopus, de expresso consilio & assensu capituli ejusdem ecclesie, . . . statuimus perpetuo quod presentes & futuri Præpositi, seu eorum procuratores, infra unum mensem, postquam suarum præpositurarum fuerint possessionem adepti, assurent per fideiussores idoneos, se facturos bene & complete dictarum præpositurarum servitium: aliter per subtractionem fructuum earundem hoc complere omnimode compellantur. Unde colligitur eorum prædiorum redditus concessos in usum canonicorum qui ea curabant, aut per se aut per procuratores; licet de iis in Capitulo rationem redderent: fructuum quippe subtractione mulctantur delinquentes. Sed & intra breve tempus coarctata erat hæc administratio: nam aliquot tantum menses memorantur, per quos iis invigilabant.

Exinde vero cum ex administratione rerum temporalium à spiritualibus abstraherentur Præpositi, non modo ea privati sunt, sed & Præpositi nomen in Decani mutatum est in quibusdam Ecclesiis; retenta nihilominus Præpositi jurisdictione, ut constat ex Hist. Episcopat. Antwerp. pag. 104. *Feria secunda O. SS. an. 1257. ordinatum in capitulo fuit, ut post decessum vel cessionem G. de Perweys Præpositi, commutetur nomen Præpositi in nomen Decani, qui eandem haberet jurisdictionem quam Præpositus.*

PRÆPOSITI in Monasteriis, secunda post Abbatem, dignitas, ut est in Addit. 1. Capitul. cap. 31. 55. qui hodie Prior dicitur. Vigilius Diaconus in Regula Orientali cap. 3. *Ille vero qui secundum ordinem disciplina ordinatione Abbatis ex consilio & voluntate omnium fratrum fratribus præpositus est, omnem ad se curam de disciplina fratrum, & diligentiam Monasterii revocabit, habens potestatem ordinandi, Abbate absente, omnia, quæ Abbas præfens facit.* Adde Regulas S. Benedicti cap. 65. S. Ferreoli cap. 17. Tarnatensem cap. 23. S. Isidori cap. 6. 17. S. Fructuosi cap. 3. Magistri cap. 11. Statuta Lanfranci sect. 11. cap. 3. Capitula Monachorum S. Galli ann. 817. cap. 14. 30. edit. Baluzii, Ratpertum de Casibus S. Galli cap. 15. &c.

Penes Præpositos erat jurisdictio in Monasteriis quibus præerant Abbates laici: hujus rei plura congestit exempla Baluzius in notis ad Capitul. col. 1257. quas videbis. Hinc *ut laici non sint Præpositi monachorum infra monasteria* statuitur in lib. 1. Capitul. §. 110.

PRÆPOSITATUS, Dignitas Præpositi monastici, in Bulla Pauli III. PP. ann. 1537. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 121.

PRÆPOSITILIS, Ad præpositum pertinens. Codex censualis MS. Irminonis Abbat. Sangerman. fol. 40. col. 2. *Osarius colonus . . . tenet mansum unum . . . facit inde rigas & curvadas abbatiles & Præpositiles.*

PRÆPOSITA, Eadem dignitas in Monasteriis Sanctimonialium, Abbatissæ proxima, in Regula Sanctimonialium canonice viventium cap. 24. Vita S. Austrebertæ virgin. num. 9. *Eligentibus cunctis, consentiente matre, licet invita Præposita constituitur.* Vide Regulam cujusdam ad Virgines cap. 2. Regulam Donati ad Virgines cap. 5. Rudolfum in Vita S. Liobæ cap. 3. &c.

PRÆPOSITISSA, Eadem notione, apud Leibnit. to. 2. Script. Brunsvic. p. 487. *Abbatessæ, præpositi vel priores, abbatissæ, Præpositissæ vel priorissæ, &c.*

PRÆPOSITATUS, Cella seu obedientia monastica, ab Abbatia dependens, *Prévôté*. Testam. Card. Talairandi Episcopi Alban. an. 1360. apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 1470. *Item, legamus Præpositatui S. Benedicti de Salto, Bituricensis dia-*

cesis, 250. florenos auri, expendendos in reparationem & refectionem adificiorum.

PRÆPOSITURA, Eodem intellectu, in Chron. Farf. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 624. *Cum in Marchia in quadam degeret tunc Præpositura, &c.*

PRÆPOSITUS, Cellæ seu obedientiæ monasticæ, ab Abbatia dependentis, Præfectus. S. Hieronymus præfat. in Regul. S. Pachomii num. 2. de Tabennens. Monachis: *Habent per singula monasteria Patres & Dispensatores, & Hebdomadarii, ac ministros, & singularum domorum Præpositos; ita ut una domus quadraginta plus minusve fratres habeat, qui obediant Præposito, sintque pro numero fratrum triginta vel quadraginta domus in uno Monasterio, &c.* Adde n. 6. Leo Ostiensis lib. 3. cap. 13. (al. 14.) *Reddit Monasterio cellam S. Benedicti de Salerno, . . . sed cum amoto Abbate, Præpositus ibi, juxta cellarum nostrarum morem, constitutus esset, &c.* Anonymus Floriacensis lib. 4. de Mirac. S. Benedicti c. 14. *Qui ætate juvenis . . . quarundam possessionum Floriacensium loco subditarum adeptus est tutelam; Almericus videlicet, ac earum quæ ei subjacent. Quibus cum fere annis tribus perdurasset Præpositus, disposuit aliquando more solito Floriacum revivere, &c.* Vide præterea Fulbertum Carnot. Ep. 21. Petrum Cellensem lib. 1. Epist. 20. Browerum lib. 1. Antiq. Fuldens. cap. 7. Doubletum pag. 723. &c.

PRÆPOSITURA, ejusmodi obedientiarum munus ac functio. Burchardus de Casibus S. Galli cap. 33. *Præposituras, Decanias, & alias Monasterii obedientias sapientibus irregulariter ablatas, . . . juvenibus commendabat.*

PRÆPOSITI, iidem, qui Advocati & Vicedomini Ecclesiarum Cathedralium & Monasteriorum, in Concilio Mogunt. cap. 50. & Remensi II. c. 24. Lambertus Ard. Ghisnensis Comes factus Sisfridus, *villicaturam sive præposituram villico & suis reliquit heredibus, à quibus denuo Ardensibus usque hodiernum diem villicatura sive præpositura successit dominis. Unde & Ardensis instaurator Ecclesie egregius Arnoldus, in quibusdam privilegiis suis & nostris, invenitur Advocatus vel Præpositus eorum (Monachorum S. Bertini,) in terra videlicet Ghisnensium, appellatus.* Charta Chunradi Imp. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuldens. cap. 17. *Cui primum in mandatis dedimus, ut omnes villicationes à Laicis reciperet, & per Præpositos suos, viros honestos & religiosos, officia dispensando disponeret.* Unde patet, ejusmodi Præpositos Laicos non tam fuisse Advocatos & defensores, quam villicos, de quibus suo loco agimus, idque officii translatum postea ad ipsos Monachos, vel Canonicos, qui Monasterii vel Collegii Canonicorum bona iis addicta curarent, & de redditibus rationes inirent.

PRÆPOSITUS. Gloss. Ælfrici, *Prator, vel Præfectus, vel Præpositus, vel Quistor: Buph-ženeſa, i. Comes urbis, burgi, &c.*

Præpositura nomine designata interdum majora feuda, quibus suprema justitia, ejusque exercitium competeat. Ejusmodi dignitatis est Præpositura, quam in feudum ligium, nobile, antiquum, perpetuum & paternum concedit Amædeus Comes Sabaudie Johanni de Champagne Charta infeodationis an. 1360. *In feudum tradimus, cedimus, transferimus & mandamus jure proprio in perpetuum dicto Joanni . . . Præposituram & officium præpositura Castri-novi, castellanie, districtus & mandamenti dicti loci, videlicet pro duabus partibus nobis pertinentibus in ipsa Præpositura & officio ejusdem . . . De quibus sic datis & concessis in feudum . . . dictum Joannem investimus, & in possessionem corporalem & quasi inducimus, . . . salvis homagio,*

juribus feudi & directi domini . . . Mandantes tenore presentium magistris & receptoribus computorum nostrorum, judici, procuratori Beugesii, Verromesii, castellano nostro Castri-novi, eorum loca tenentibus . . . dictam Præposituram ejusque officium, cum suis exitibus, emolumentis, & juribus quibuscumque, per dictum Joannem, suos familiares & nuntios ab inde perpetuo teneri, exerceri, percipi & levari pacifice faciant & permittant; sibi, suis successoribus, heredibus, familiaribus & nuntiis pareant, obediant, intendant in omnibus & singulis, & quemadmodum nobis ante presentem contractum parere, obedire & intendere tenebantur.

Varia fuit pro variis locis Præpositorum judicum conditio. Interdum à Scabinis ad eos appellationes devolvuntur: alibi cum scabinis judicant: juratorum causas cognoscunt; quod ex sequentibus patet. Charta Willelmi Comitis Pontivi pro Communia Dullendii an. 1202. *Fur autem primo à Scabinis judicabitur, & penam pilorii sustinebit; postea Præposito meo tradetur . . . Si inter juratum & juratum, vel inter juratum & non juratum de re mobili questio oriatur ad Præpositum meum de eo clamor fiet, vel ad dominum Præpositure illius in qua manebit, qui fuerit impetitus, nisi ipse infra Præposituram meam inventus fuerit; tunc enim tam de eo quam de rebus suis in mea Præpositura existentibus, Præpositus meus justitiam faciet.* Charta Philippi Aug. pro Communia Calniaci an. 1213. *Si quis intra villam hominem occiderit, ubicumque captus sit & retentus, sive mortuus sive vivus, Præposito nostro vel ei qui est in loco ejus, per Scabinos reddetur coram Scabinis, & per hoc captores liberabuntur, & justitarius noster de eo justitiam faciet, tanquam de homine mortuo.* Infra: *Sciendum est quod nullus ex parte nostra, de l.rocinio, de multro, de raptu, de homicidio, de incendio, de forisfactis iis similibus, de quibus homo convictus remaneat in manu domini, de corpore & de rebus suis super aliquem de communia clamare poterit, nisi nos, quia nostra sunt. De omnibus autem aliis querelis homines de communia coram Præposito nostro judicio scabinorum tractabuntur.* Ubi advertere est Præpositis etiam regiis denegatam interdum fuisse earum rerum cognitionem, quæ ad Regem potissimum spectant.

PRÆPOSITUS, Judex pedaneus, minor Judex in pagis, qui Ballivo subest, & cujus appellationes ad eundem Ballivum devolvuntur: vulgo *Prevost*. Statutum Philippi Pulcri an. 1302. pro Reformatione Regni art. 10. *Item volumus & ordinamus, quod nullus Senescallus vel Baillivus, vel alius judex quicumque, sub se habeat Præpositum, Vicarium, seu Judicem, qui eidem consanguinitatis vel nutritura vinculo teneatur, ne personæ prædictæ, in causis, quæ ad ipsas per appellationes pervenerint, minus fideliter debeant judicare: & si sint aliqui, volumus eos à dictis officiis amoveri. Volumus etiam, quod si contingat, quod aliqua de Præfecturis nostris vendantur, aut dentur ad firmam, precipimus, quod talibus commendentur personis, quæ fideles & idoneæ reputentur, & bona fama, & quæ sint bene solvendo, non Clerici, non usurarii, non infames, nec circa oppressiones subditorum suspecti. Nec volumus quod præfata personæ ad prædictas Præposituras nostras, seu administrationes instituti quantumcumque plus aliis in eis offerant, admittantur. Inhibentes de cætero, ne Præpositi ad firmam Præposituram tenentes taxare vel judicare præsumant emendas, sed Senescalli, aut Baillivi, aut Scabini duntaxat, secundum quæ locorum consuetudines suadebunt. Injungentes, quod in una Præpositura ponatur unus Præpositus, aut duo tantummodo, & non plures; & quod uni personæ non tradatur nisi unica Baillivia, Senescallia, Præpositura,*

Vicaria seu Judicatura, & tales jurabunt sicut Baillivus & Senescallus. Adde art. 41.

Ex his primo colligitur, *Præpositos* Judices fuisse, à quibus appellabatur ad Baillivum: deinde eadem fuisse Præpositorum sacramenta, quæ Baillivorum: tertio denique *Præposituras* datas fuisse ad firmam, ad triennium scilicet, quod S. Ludovico vulgo adscribitur. Unde Bonifacius VIII. PP. cujus animus erga Franciam nostram paulo semper iniquior fuit, Philippo Pulcro Regi, ut in Sanctorum referretur Canonem urgenti, id objecerit, ut est in Chronico Flandriæ vernaculo c. 33. *Mais le Pape, qui n'aimoit mie le Roy de France, dit que pour la cause qu'il avoit mis ses Bailliages & ses Prevostez à ferme, de quoy maint pauvre homme en estoit desherité, il ne l'oseroit lever à saint.* Tametsi constet de Præpositurarum venditione, nihil tamen ejusmodi occurrit de *Baillivis*, quæ nusquam pretio distractæ leguntur, nisi postquam officia omnia in Francia venalia existere. Certe Præpositurarum distractiones & venditiones semper improbatæ. Christina Pisana in lib. *du Tresor de la cité des Dames*, 1. part. c. 23. *Et ne voudra nullement que ses Prevostez soient baillées pour argent aux plus offrants & derniers encherissants, si comme ou fait maintenant en France. Et pour ce en Sieges en beaucoup de lieux à de tres mauvaise ribaudaille, mangeurs de pauvres gens, & pires que ne sont larrons, &c.*

Verum hac in re merito in dubium vocatur laudati Chronici fides: exstat quippe, ut alia taceam, computus ann. 1202. ex quo Præposituras ad firmam tunc temporis concessas fuisse certum est. Inique ergo S. Ludovicus hujus institutionis auctor suspicatur; quin & ipsi piissimo Regi nusquam est probata; siquidem has venditiones omnino tollere aggressus est: atque à præpositura Parisiensi incoepit quàm à conductoribus ereptam priori dignitati restituit, ut recte scribit Auctor tract. de Politia tom. 1. pag. 32. Id autem ex eo maxime efficitur quod in computo ann. 1265. non jam Præpositus ipse, sed alius de acceptis in præpositura Parisiensi rationem edit. Consulendus in hanc rem D. Brussel Tract. de Usu feud. lib. 2. cap. 33.

Præpositi ita *Baillivis* subditi erant, ut si in delictum aliquod inciderent, ab iis amoverentur, vel punirentur [quod tamen non fiebat, nisi pro uurtro, vel raptu, vel homicidio, vel prodicione,] ut ex testamento Philippi Augusti an. 1190. apud Rigordum colligitur, & ex Statuto S. Ludovici an. 1254. apud Nangium, in quo hæc sunt de eorum sacramento & officio: *Jurabunt igitur omnes & singuli supradicti, quod quamdiu commissam sibi tenebunt Bailliviam, Præposituram, vel aliud quodcumque officium supradictum, tam majoribus, quam mediocribus, tam advenis quam indigenis, tam subjectis, quam præpositis, sine nationum & personarum acceptione jus reddant, servantes tamen in locis suis usus & consuetudines approbatas, &c.*

Et quidem ad mandata *Baillivorum* exsequenda potius institutos fuisse Præpositos, saltem in Delphinatu, quam ut ipsi ex officio aliquam exercerent jurisdictionem, recte colligi posse existimo ex Charta ann. 1339. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 128. ubi quæ ad eorum officium pertinuerint, describuntur: *Ille qui officio dictæ Præposituræ utitur in dicta civitate (Viennensi) nomine ipsius D. Dalphini, . . . in condemnationibus & executionibus sententiarum & condemnationum causarum civilium & criminalium, realium & personalium, in inquisitionibus faciendis per dictam civitatem, in capiendis malefactores in civitate & terri-*

torio prædictis, & in aliis qua gerebat & exercebat præfatus correarius Archiepiscopi.

Quæ ut manifestiora fiant, addere placet Recognitionem Præposituræ S. Symphoriani de Ancella factam Abbati Trenorchienfi ann. 1401. in qua fufe exhibentur quæ ad officium ejusmodi Præpositorum spectant: *Recognovit idem Humbertus se tenere in feudum 1º. Præposituram S. Simphoriani cum juribus, pertinentiis & emolumentis ejusdem. . . Recognovit se tenere & tenere debere omnia infra scripta ratione dictæ Præposituræ ac servitia infra scripta eidem dom. Abbati & Ecclesie sue supradictæ exhibere. 1º. Quod ipse Humbertus tamquam Præpositus dictæ præposituræ manutenebit in domo supradictæ Præposituræ bonum, firmum & securum carcerem munitum compedibus tam ferreis quam ligneis ad custodiendos malefactores, ut Præpositi dictæ præposituræ antiquitus manutenebre consueverunt. Item dictus Humbertus recognoscit & recognovit se teneri ad custodiendos prisonarios vel malefactores cum ad custodiendum & incarcerandum in supradicto carcere per gentes & officiosarios dicti dom. Abbatis sibi tradentur & eosdem malefactores seu prisonarios reddet & restituet officariis prædictis tute & secure quoties fuerit requisitus, & si per servientem presentatum domino Abbati ad disserviendum officium sergentaria intra limites dictæ præposituræ, idem Præpositus voluerit committere custodiam prisonariorum sibi tradendorum seu traditorum, ipse Præpositus recipiet & ex nunc recipit in se onus & periculum casu quo contingeret ipsos prisonarios à dictis carceribus evadere, eos recondire ob culpam dicti servientis. Item tenebitur & confitetur se teneri presentare dicto dom. Abbati virum bonum & sufficientem hominem ad exercendum officium sergentarie infra limites dictæ præposituræ pro & nomine ipsius domini Abbatis cum aliis servientibus dicti dom. Abbatis, & tenebitur dictus serviens fidejuberè & cautionem idoneam præstare de suo officio diligenter & fideliter exercere, prout alii servientes in eorum cautione facere consueverunt. Item quod quando casus eveniet quod aliquis malefactor per gentes dicti dom. Abbatis vel per servientem prædictum capietur vel per alterius jurisdictionem, remittetur dicto domino pro justitia de dicto malefactore vel malefactoribus facienda, & dictus malefactor vel malefactores capti vel remissi per judicem S. Romani corporaliter condemnabitur vel condemnabuntur, dictus Præpositus tenebitur sententiam dicti judicis executioni penitus demandare, facere & complere suis ipsius propriis missionibus & expensis. Item recognovit idem Præpositus quod si serviens ab ipso presentatus, aut ipse Præpositus capiat aliqua animalia in terris & possessionibus suis in banno vel emenda propter hoc debita per illos quibus erant dicta animalia, ipse Præpositus tertiam partem emendæ tantummodo recipiet, & tenebitur in crastinum captionis prædictæ animalia tradere gentibus dicti dom. Abbatis. Item recognovit quod si aliqua animalia capiantur infra dictam præposituram Abbatis, ipse Præpositus in banno vel emenda ex captione prædicta debita nihil percipiat. Item quod in omnibus bonis moventibus de directo dominio dicti dom. Abbatis, ipse dominus percipiet banna, ventas & laudimia, prout percipere consuevit, hoc salvo quod ipse Præpositus, vel serviens ipsius præposituræ tenebitur recipere clamores & emendas qua provenient ratione bonorum in dicta præpositura existentium & personarum in eadem degentium vel delinquentium, & ex ipsis receptis bonum & legitimum computum reddere gentibus dicti domini Abbatis, ita quod si receptio prædictorum fiat per Præpositum, cavebit quod reddat legitimum computum dictis gentibus, & idem faciat serviens prædictus si per eum recipiat. Item dum emendæ vel banna qua obvenient vel obvenire po-*

terunt ratione rerum in dicta præpositura existentium in eadem delinquentium vel commorantium ex papiro curia S. Romani adjudicabuntur, vocabitur dictus Præpositus vel serviens ipsius præposituræ ad audiendum & videndum qua juri suo in prædictis pertinere poterunt. Item recognovit idem Præpositus quod tam in domo prædictæ præposituræ, quam aliis locis infra dictam præposituram existentibus, officarii dicti domini expleta, assisias & alios judicis actus exercebunt & exercere poterunt absque eo quod ipse Præpositus aliqualem jurisdictionem habeat in prædictis.

Ejusdem conditionis videntur fuisse *Supra-Præpositi* de quibus mentio occurrit in Litteris Johannis Reg. Franc. an. 1355. tom. 4. Ordin. p. 340. ubi inter judiciales ministros recensentur: unde iidem sunt, saltem in Grassensi tractu, cum iis qui Aragonensibus *Suprajunctarii* dicuntur. Vide in hac voce.

Cum vero prohiberentur *Baillivi* fieri ex incolis *Bailliviarum* suarum, vel in iis matrimonia contrahere, aut possessiones acquirere, ea tamen prohibitio non extendebatur ad Præpositos, Majores, & alios Officiales minores, qui Majorias, Præposituras, & alia officia tenebant in locis mansionum suarum, dum tamen hæc ab iis agerentur absque Regis aut aliorum detrimento.

Sed & licet Præpositi *Præposituras* suas ad firmam caperent vel emerent, eas tamen aliis revendere prohibebantur. Et si plures emptores essent, unus tantum jurisdictionem exercebat, & immunitate gauderet in *Cavalcariis*, talliis, seu collectis, & aliis oneribus publicis, qua alii consueverant gaudere. Quæ quidem omnia in Statuto S. Lud. pluribus exarata habentur. Unde percipimus, cur Philippus Pulcher in laudato Statuto vetet plures esse *Præpositos* in una Præpositura. Ita porro S. Ludovicus Præposituras vendidit, ut cum aliquo pecunia vel reddituum detrimento committi bonis & fide dignis personis, quam vendi cum augmento suo vel lucro maluerit, nullum emolumentum suum aut lucrum reputans cum detrimento justitiæ, vel populi nocumento. Verba sunt Guillelmi Carnotensis de Vita & Act. S. Ludovici. Tandem Carolus VIII. Statuto ann. 1493. art. 65. ne Præposituræ darentur ad firmam, omnino prohibuit.

Ea vero, quorum Præpositi, *Firmarii*, seu conductores erant, fuere potissimum multæ à reis & damnatis exactæ, res inventæ, & ejusmodi, quæ regii juris sunt, ut est in Consuetudine Silvanectensi art. 55. 56. Nivernensi tit. 1. art. 26. Dunensi art. 55. Altærupis art. 3. Villæ Francæ art. 1. & in antiqua Bituricensi tit. 2. art. 28. ubi ejusmodi Præpositi, *Prevofts fermiers* dicuntur, & à Præpositis judicibus, quos Præpositos justitiæ Custodes, *Prevofts Gardes*, vel *en garde*, vocant, interdum distinguuntur: ex quo scilicet Præpositi Præpositurarum suarum conductores fieri vetiti sunt: tum enim aliis multarum & aliorum jurium regalium conductoribus mansit *Præpositi* nomenclatura, cum *Firmarii* additione.

Hinc etiam manifestum fit cur in laudato Philippi Pulcri Statuto Præpositis vetitum sit emendas taxare aut judicare; timendum enim erat ne in eodem excederent, cum multæ ipsorum essent: *Inhibentes de cetero, ne Præpositi ad firmam Præposituram tenentes, taxare vel judicare presument emendas; sed senescalli, aut baillivi, aut scabini duntaxat secundum quæ locorum consuetudines suadebunt.*

Iis Præpositis in Delphinatu, ubi paucos existisse scribit eruditus Auctor Hist. Dalph. assignata.

erat tertia pars mulctarum aliorumque bonorum caducorum. Charta an. 1326. laudatæ Hist. to. 1. pag. 116. *Concedentes ipsi Stephano, quod pretextu dicta Præpositura de Venicis, habeat omnia banna, clamas & levas quascunque, qua obveniunt in dicta præpositura officio, usque ad quantitatem duntaxat quinque solidorum Vienn. Computus ann. 1336. ibid. De qua iudicatura deducuntur pro jure Præpositi Laniaci, qui percipit tertiam condemnationum infra Lanicum, &c. Idem probant alia Instrumenta.*

Ab ejusmodi Præpositurarum firmis, dictæ postmodum majoris momenti Præstationes, quæ *Prevoitez ou grandes Coustumes* dicuntur in Consuetud. Andegavensi art. 10. Cenomanensi art. 11. & Catalaunensi art. 3. quod olim eæ Præpositis firmariis exsolventur. *Præpositura*, in Charta ann. 1178. *Quæstia Præpositorum*, in Charta libertatum oppidi des Ais in Biturigibus an. 1301.

Quamquam vero, ut superius dictum est, Præpositi subditi essent Baillivis, non ipsis tamen præpositurarum suarum rationes referebant, sed Regi, ut constat ex Computo ann. 1202. exceptis provinciis Perticensi, Andegavensi, Cenomanensi, Turonensi, Pictavensi, &c. Cujus autem conditionis fuerit Campaniæ Præpositus ex mox subji-
ciendis patebit.

Exstat in Regesto Feodorum Campaniæ Camerae Computorum Parisiensis fol. 7. Statutum de Præpositis Comitatus Campaniæ, quod hocce loco describendum curavimus: *Domina Comitissa concessit omnibus Præpositis terra sua Præposituras in hunc modum habendas. Quod omnes Catalle erunt domina Comitissa quita & integra. De omnibus autem donis & expletis, & forisfactis, quæ non montabunt plus quam 20. solidos, domina Comitissa habebit quatuor partes & Præpositi quintam. Ipsi autem Præpositi non poterunt eschivire forisfactum, quod non erit plus quam 20. sol. nisi per dominam Comitissam, præterquam de homine errante, si tamen forisfactum illud non fuerit de furto, vel raptu, vel de multro: forisfactum quod non montabit plus quam 20. sol. eschivabit Præpositus & Scribanus, & duo probi homines villa, quos domina Comitissa ad hoc faciendum apponet, quæ tamen ad computum computabuntur scripta, & à quo vel quomodo facta fuerint. In forisfacto quod montabit plus quam 20. solid. solummodo, non 20. sol. habebunt Præpositi, sed quintam partem, & residuum totum erit domina Comitissa. Ipsi autem nullum donum, vel servitium, vel præmium accipient, præterquam in cibariis, &c. Juraverunt etiam Præpositi, se hæc omnia bona fide servaturos, & vitam & honorem & omnia jura Comitissæ, & heredum suorum versus omnes, qui possunt vivere & mori. Item sciunt, quod si hæc non fecerint, in ira & in voluntate dominæ Comitissæ sunt, tanquam illi, qui inciderunt de corpore & a vero. Actum apud Sezannam ann. gratia 1201. mense Aug. in Vigil. S. Joann. Baptiste Decollationis. Vide Steph. Paschasium lib. 4. Disquisit. Francicarum cap. 15.*

PRÆPOSITUS, in Fleta lib. 2. cap. 76. est is, qui sub Senescallo vel Baillivo, res dominicas, seu regias curat in villis, vel pagis, & agriculturæ, pæcudibus, pasturæ, & ejusmodi invigilat. [Computus an. 1277. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. p. 287. *Computavit Johannes Cunon Præpositus de Clifton de manerio de Clifton.* Apud Ecclesiasticos vero potius dicitur] *villicus*, uti in hac voce docemus. Munus ipsum

PRÆPOSITURA, in Charta ann. 1129. in Historia Guisnensi p. 74. [Charta ann. 1475. apud Calmet. inter Instr. to. 3. Hist. Lotharing. col. 278.

Dedit villam & castrum de Grondrecourt, ac eorum Præposituram, sive Gallice Prevosté.]

PRÆPOSITATUS, in Concilio Rotomagensi ann. 1189. cap. 10. quo prohibentur *Sacerdotes Vicecomitis, vel secularis Præpositatus, officiam assumere.*

PRÆPOSITURA, Districtus, jurisdictio Præpositi, in Charta Philippi V. Reg. Franc. ann. 1319. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 152.

PRÆPOSITURA, Eiusdem redditus. Charta ann. circ. 1050. inter Instr. to. 2. novæ Gall. Christ. col. 468. *Pro ipsa procuracione (concedunt) minagium, fornagium, Præposituram credentiam quindecim dierum. Quæstia Præpositorum supra dicitur.*

PRÆPOSITURÆ SERVITIUM, inter onera quibus tenentur vassalli, recensetur in Enumerat. jurium Monast. S. Vandreg. *Et en outre doivent lesdits sijets reliefs, treiziemes, service de Prevosté & autres droits & devoirs seigneuriaux le cas offrant.* In eo autem positum erat, ut qui à suis convassallis in Præpositum electus fuerat, servitium præpositi non posset detrectare, cujus erat in suo pago redditus domini sui colligere. Vide Interpretes Consuet. Norman. ad art. 185.

PRÆPOSITUS Camera Regalis, in Vita Ludovici Pii ann. 817. Idem *Cubicularius* dicitur in Eginhardi Annal. eodem anno.

PRÆPOSITUS COMITIS, in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 5. qui *Vicarius Comitatus* dicitur lib. 2. tit. 1. §. 23. qui scilicet absente Comite vices ejusungebatur.

PRÆPOSITUS SACRI CUBICULI, Cui Imperatorii Cubiculi cura erat, qui fere semper Eunuchus: *ὁ τὴν τῆς θαλάμης ἐξουσίαν ἔχων*, apud Herodianum lib. 1. pag. 19. edit. H. Stephani: *προκόπιτης*, apud Xiphilinum p. 274. *τῆς θαλάμης πρὸς ὧς*, eadem Herodiano lib. 1. pag. 26. 28. *θαλάμης φύλαξ*, eidem lib. 3. p. 78. *Præpositi cubiculi* ineminit non semel Ammianus. Vide præterea Scholiasten Juliani Antecess. cap. 83. Theophyl. Simocattam lib. 4. c. 15. Suidam in Antiocho, &c. & infra *Præpositus Palatii*.

PRÆPOSITUS DOMUS regię, apud Monachum Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 33. *Luitfredus Præpositus domus* ejusdem Caroli M. dicitur.

PRÆPOSITUS FABRICÆ, armorum scilicet, apud Ammianum lib. 29. pag. 396.

PRÆPOSITUS GUERRÆ, f. Castrensis præfectus, Gall. *Prévôt des Maréchaux*. Ordinatus Caroli primogeniti Johannis Reg. Franc. ann. 1356. to. 3. Ordinatus pag. 112. *Præterea concederemus quod nullus habitator dicte lingue Occitane citatur ad instantiam alicujus stipendiarii vel alterius cujuscunque coram Præposito vel Præpositis guerrarum.*

PRÆPOSITUS MENSÆ, dignitas in Palatiis Regum Franciæ: eadem, quæ hodie *Magistri hospitii*, seu *du Maître d'Hostel*, & apud Byzantinos Imperatores, *τῆς ἐπι τραπεζῆς*. In Synodo VIII. CP. adfuit præ aliis, ut Ludovici Pii Legatus, *Everardus Præpositus mensæ ipsius*, ut est apud Anastasium act. 10. Apud Aimoinum lib. 4. Histor. Franc. cap. 78. *Missus illuc Regiæ mensæ Præpositus Audulfus.* Hujus dignitatis officium sic describi videtur à Theodulfo Aurelianensi Episcopo lib. 3. Carminum:

Pomiflua solers veniat de sede Menalcas,

Sudorem abstergens frontis ab arce manu.

Quam sæpe ingrediens Pistorum sive Coquorum

Vallatus cuneis jus Synodale gerit,

Prudenter qui cuncta gerens, epulasque dapesque;

Regis honoratum deferat ante thronum.

PRÆPOSITUS MERCATORUM, Parisius, urbis

Præfectus, Gall. *Prévôt des Marchands*, in Compend. jurium Universit. Paris. per Robert. Goulet fol. 13.

PRÆPOSITUS MILITUM, in leg. 3. §. ult. & leg. 6. §. ult. D. de Re militari, & apud Rufum in Legibus militaribus.

PRÆPOSITUS MONETÆ, apud Ammianum l. 22. pag. 223. *Præfectus moneta Treverica*, apud Gruterum 493. 3.

PRÆPOSITUS PALATII, Amantius, apud Marcellinum Comitem in Justino, qui nude *πραιπόςιτος* dicitur in Chronico Alexandrino pag. 764. In eodem Chronico pag. 700. Rodanus *πραιπόςιτος τῆ παλατίς* Valentiniani, & *ἀρχιμνῆχος*, nude vero *πραιπόςιτος*, apud Cedrenum p. 310. Narfes *Præpositus sacri Palatii*, in veteri inscriptione 161. 1. *Præpositus*, nude. Zonaras in Constantio pag. 17. ὁ εὐνῆχος Ευσεβίος τὴν τῆ Πραιπόςιτις Διέπων ἀρχὴν. Vide Palladium in Hist. Lausiaca cap. 43. Olympiodorum, Philostorgium lib. 11. cap. 4. Codinum de Orig. pag. 28. edit. Meursianæ, &c. & supra, *Præpositus sacri Cubiculi*.

PRÆPOSITUS PALATII, Major-domus, apud S. Audoënum lib. 2. de Vita S. Eligii c. 19. ubi de Erchenoaldo:

Qui erat eo tempore Præpositus Palatii.

PRÆPOSITUS TERRAGII, Cui agrorum custodia incumberat. Notitia abbatiæ S. Stephani de Vallibus inter Instr. to. 2. novæ Gall. Clirist. col. 474. *Ita quidem ut messis ad aream à colonibus deportetur, & vindemia ad cubas vocato decimatore cum terragii Præposito.*

PRÆPOSITUS THESAURORUM, apud S. Basilium Epist. 264.

PRÆPOSITUS TYRII TETRINI, apud Ammianum lib. 14. pag. 22.

PRÆPOSITI VILLÆ, vel *Hundredi*. Vide *Præfecti*.

PRÆPOSITOR. Ebrardus in Græcismo cap. 9.

Est homo Præpositor, qui præ me fercula ponit, Et qui deponit sit tibi Depositor.

PRÆPOSTA, Libellus quo aliquid proponitur. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 214. *Item statutum & ordinatum est quod in aliqua Præposta, petitione vel narratione quam dici, preponi seu narrari contigerit de cetero . . . non ponatur, nec dicatur, nec scribatur aliqua clausula generalis.*

PRÆPOSTERARE, Ordine præpostero dicere. Gaudentius Brixienfis Episc. ser. 5. *Ordinem lectionis Exodi . . . idcirco Præposteravimus, &c.* Utitur etiam Arnobius junior in Conflictu cum Serapione lib. 2.

PRÆPOSTERATIO, Ordo præposterus. Translat. B. Edmundi Cantuar. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1861. *Multis annorum curriculis diem natalis sui (S. Thomæ) quem decuit habuit gloriosum, antequam de translatione ejus, longe postmodum subsecuta, aliqua vel exilis mentio haberetur . . . In nostro autem patrono, . . . ordo iste penitus præposterus; & tamen ex causa rationabili hujusmodi Præposterioratio in alium ordinem commutatur.* Synodus Andegav. ann. 1262. *Prohibemus, ne ea die qua benedictio nuptialis celebratur, mulieres admittantur ad purificationem, cum Præposterioratio videatur.*

PRÆPOTESTAS, Summa & suprema potestas, supremum dominium. Baldricus l. 3. Chron. Camerac. cap. 2. *Sibi enim totius rei Præpotestatem penitus usurpare, Episcopo vero solum nomen ac speciem honoris relinquere.*

PRÆPUNCTUARE, Præstaturus, ante definire. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit.

Hearnii cap. 49. pag. 123. *Deducta sunt usque in terminum induciarum tempora, deficientibusque optatis subsidiis, prout Præpunctuatum fuerat, &c.* Vide infra *Punctuare*.

PRÆERIA, Pratorum series, Gall. *Prairie*. Charta Officialis Autiss. ex Tabul. S. Mariani an. 1258. *Duo arpenta pratorum quæ habebant . . . in Praeria Belcha subtus pontem.* Tabular. Calense an. 1262. *Pro uno arpento prati vel circiter . . . in Praeria de Kalasito desuper pratum quod dicitur, &c.* Charta ann. 1265. in Tabul. Latiniac. *Item in Praeria Latigniacensi unam peiâam prati quatuor arpenta vel circiter continentem, &c.* Le Roman de Vacce MS.

Chevaliers vi ajouster, si en oi grant envie

Dedenz Diepe & dehors par la grant Praerie.

Vide *Chantellus*, *Prada*, & *Praria*.

PRÆERIA, Jus pascendi pascua in pratis post excisum fœnum, in Charta an. 1248. Locum vide in *Blaeria*.

PRÆRIPIMUM, Ripa altior. Petrus Damianus lib. 6. Epist. 5. *Per tot nivalium Alpium nivosa Præripia.* Vita S. Probatii Presb. num. 9. *Dum alvei Præripia Sequanici innumerabilibus occuparentur adventantium vestigiis.* Odo Abbas Glannafol. in Hist. Translationis S. Mauri in præf. 1. *Odo Abbas Monasterii, quod in Præripio ripæ Ligeris fluminis situm Glannafolium ex antiquo appellatur.* Quidam codd. habent *præcipitio*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88. *Si quis alium fugiens . . . Præripio vel aliquo moriatur.* Forte *præcipio*, nisi quis malit *præcipitio*, ut habent quidam codices. Occurrit præterea apud Wandelbertum in Miraculis S. Goaris cap. 12. 15. 33.

PRÆRIPPIUM, Eadem notione, in Fragmentis de reb. gestis Clodovæi II. apud Duchesn. to. 1. pag. 661. *Rex dedit ad illam novellæ plantationis ecclesiam fiscum regium nomine Brictonicum in Præripio Materne situm.*

PRÆRIPPIUM, Locus ripæ vicinus, margo fluvii. Bullar. Fontanell. fol. 33. *Largior decimam partis quæ me contigit ex . . . pisce qui accipitur in omni Præripio S. Marculfi.* Ea notione occurrit apud Apuleium in Apolog. *Cum egressus (crocodilus) in Præripia fluminis, &c.*

PRÆROGARE, Ante impendere. Papias. Constantinensis: *Prærogans, ante impendens. Prærogare, attribueré. Prærogationem, dationem.* Occurrit l. Si tibi. 27. C. de locato. l. Circensium. 20. C. de decurion. &c. Vide *Prærogator* & *Prorogare*.

PRÆROGATIVÆ, Gratiarum actiones. Epist. 73. inter Francicas to. 1. Hist. Franc. *Quas recentitas immensas Creatori nostro egi Prærogativas, quod incolumem vos esse cognovi.*

PRÆROGATIVARIUS, seu officium *Prærogativarum*, cujus exstat formula apud Senat. lib. 11. Epist. 27.

PRÆROGATIVUM, pro *Prærogativa*. Paschasius in Epitaph. Walæ lib. 2. cap. 19. *Cum Augusto filio totum sibi diviserunt imperium, non attendentes Prærogativa parentum, nec coequalitates magnorum, &c.*

PRÆROGATOR, *Dispensator*. Gloss. Isid. [Hinc emendandus Grævio videtur Scholiastes Persii ad Sat. 59. *Fuit assis liberalis & dipondius, quod hodie in usu remansit, & solebat pensari potius, quam numerari. Unde & dispensatores dicti Prorogatores. Ubi leguntur Prærogatores. Nihil tamen temere immutandum: Prorogare enim ut Prærogare usurparunt Scriptores. Vide in hac voce.*]

PRÆSA. Vide infra *Præsa* 3.

PRÆSAGATUS, pro *Præfagitus*, præfagio prædictus,

- ¶ PRÆSENTANEE, Coram, apud Mabill. tom. 5. Annal. pag. 177. *Vos propediem spero Præsentanee collocuturos*; Gall. *Tête à tête*.
1. PRÆSENTARE, Offerre, Galli *Présenter* dicunt. Ugutio: *Exhibere, i. ostendere, vel Præsentare, vel dare*. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. *Flagravit ubique profectibus, quo non est conspectibus Præsentatus, tetigit pectora, quorum membra non contigit*. Ordericus Vitalis lib. 3. *Willelmum Ducem adiit, eique pretiosissimam pallam præsentavit*.
- PRÆSENTARE, quasi præsentia efficere, ostendere. Utitur Felix Gyrwensis Monachus in Vita S. Guthlaci cap. 29.
- ¶ PRÆSENTARE SE, Judicio se sistere, Gall. *Comparoitre, se présenter*. Chron. Veron. ad ann. 1239. apud Murator. tom. 8. col. 631. *Et confiscata fuerunt & publicata eorum bona in communi Verona, nisi ad octo dies se personaliter comparerent, seu Præsentarent*.
- ¶ PRÆSENTARE SE, Occurrere, obviam ire, Gall. *Se présenter*. Nicol. Guercis Annal. Genuens. ad an. 1268. apud eund. to. 6. col. 545. *Et suum congregavit exercitum, expectando adventum inimicorum, quibus se Præsentantibus, prælum factum est magnum*.
2. PRÆSENTARE, pro Repræsentare. Anselmus Havelbergensis lib. 3. Dialogor. cap. 12. de Legatis Ecclesiæ Romanæ: *Qui in Basilica, qua Trullus dicitur, presentes in Synodo cum 150. Episcopis, Præsentantes locum Beatissimi Agathonis Papæ, residente Imperatore sub regali cultu, damnaverunt Macarium Patriarcham Antiochenum, &c.* [Epist. Friderici II. Imper. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1186. *Ut vicarium nostrum nostri culminis effigiem Præsentantem, in medio vestrum & præ oculis vestris tam turpiter eiecisset.*]
- PRÆSENTARE, pro Repræsentare, exhibere, nostris, *Représenter quelqu'un*, in Capitulari de Partibus Saxonie ann. 789. cap. 24. Adde Edictum Caroli M. ann. 800. & Capitulare Pipini Regis Italiae cap. 5.
- ¶ PRÆSENTARI, in Cod. Theod. tit. 2. de Aquæductu l. 3. quod illustrari, illustrem esse, offerri, imo & offerri alicui rei interpretatur Gothofredus. *Præfens, ἐπιφάνης*, in Gloss. Lat. Græc.
- ¶ PRÆSENTARIUS, Præfens. *Argentum præsentarium*, apud Plaut. in Mostell. act. 2. sc. 1. 14. *Præsentarium venenum*, id est, promptissimum, Apuleio lib. 10. Metamorph. *Præsentiere* Poetis nostratibus pro meretrix, scortum, quia sese ultro præsentat, offert. Le Roman de la Violette MS.
- Je ne suis point abandonnée
Ha! Sire, à estre Présentiere,
Ne ja n'en serai coustumiere.*
- Vide *Præsentaneus*.
- PRÆSENTATÆ, Oblationes, munera, xenia, Gall. *Présens*. Eginhardus Epist. 52. *Quia volumus, & eulogias præparari faciatis secundum consuetudinem, sicut solet homo ad opus dominici facere, & quando ille de Audriaca villa ad Compendium reversus fuerit, tunc volumus, ut ibi fiant Præsentate, & postea volumus, ut per brevem nobis indicetis, qualiter illas, vel ab illa fuissent receptæ.*
- PRÆSENTATIM, Nunc, modo, *Præsentement*. Ifo Magister in Glossis ad Prudentium: *En ergo, sc. habes. Præsentatim*.
- ¶ PRÆSENTATIO, Exhibitio, repræsentatio. Charta ann. 1299. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 63. *Præsentavit mihi notario infrascripto quamdam litteram &c. Acta sunt dicta requisitio & dicta littera Præsentatio & transcribendi concessio, &c.* Epist. Martini V. PP. apud Ludewig. tom. 5. p. 407. *Non excedendo*

- te. minum duorum mensium à die Præsentationis litterarum præsentium computandorum*. Oberti Stanconi Annal. Genuens. ad an. 1270. apud Murator. tom. 6. col. 552. *Dictus vero Luchetus de carceratorum liberatione & Præsentatione sui admonitus, &c.* Occurrit etiam in Charta Henrici II. Reg. Angl. ann. 1155. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 111. Vide *Præsentia*.
- ¶ PRÆSENTATIO, Jus patronatus, quo quis Ordinario à se electum ad beneficium ecclesiasticum præsentat, ut ab eo in possessionem canonicam mittatur, Gallice *Droit de présentation*. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 5. *Quapropter sanctæ paternitati vestræ supplico, quatinus divina miserationis & caritatis obtentu, ad Præsentationem nostram, si placet, eos suscipiatis*. Vide Hist. Lotharing. Calmet. tom. 3. col. 414.
- PRÆSENTATORIA. Capitula Caroli C. in Concilio Sueffionensi ann. 853. cap. 32. apud Baron. *Sciatur etiam fideles nostri, quia concessimus Synodo & venerabilibus Episcopis, ne super beneficia Ecclesiastica vel Præsentatorias, (etiamsi Episcopus, aut quilibet Monasteriorum prælatus irrationabiliter petierit,) præcepta confirmationis nostræ ullo modo faciamus, &c.* Puto legendum *præstatorias*, i. præstarias, [uti edidit Baluzius tom. 2. Capitul. col. 56.]
- PRÆSENTIA, Munus, Gallis *Présent*, à *présentare*, offerre: vel quia munera sunt, quæ præsentia in manus dantur. Nam absentibus res donari dicuntur, munera autem mitti, & præsentia offerri, leg. 18. D. de Verb. signif. Paschasius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abb. Corbeiensis lib. 2. cap. 6. de pravis Judicibus ac Comitibus: *Non consules, non provisores patriæ fuerunt; sed latrones, quorum mentes angustas Præsentiarum caligo cacavit, &c.* Matth. Paris anno 1170. *Cui cum Abbas S. Albani in esculentis & poculentis nobile misisset xenium, regratians Archiepiscopus dixit: Accipio ejus Præsentias, id est xenia, mallet tamen præsentiam*. Gervasius Dorobernensis in Henrico II. ann. 1186. *Spoliavit suis exeniis, ut prædictum est, quæ vulgo Præsentia vocantur*. Vide supra *Præfens*.
- ¶ Hujus vocis occasione referam morem in nuptiis quondam usitatum, puellas nempe, quæ novam nuptam comitabantur, equo & pallio donandi: nolim tamen affirmare idem munus semper præstitum fuisse. Ut ut est, hæc habet le Roman d'Arthis MS.
- Les pucelles de la cité
Qui l'obal orent demené,
Entour elle sont & devant;
A leur guise l'obal menant,
Chantent & treschent sans mesure;
De bal requierent la droitare.
Prophillas à pié descent,
D'un palefroy leur sist present,
Dont xx. mars valent li lorain,
Se par droit sont prisie li frain,
Et son mantel a destaichié,
Aux damoiselles l'a laissié,
Frez & nouveaulx & beaux estoit;
Trois cens besans & plus valoit.*
- ¶ PRÆSENTIA, Salarium, quod pro præsentia alicui officio ecclesiasticis conceditur. Buschius de Reformat. Monaster. apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. p. 494. *Missa ab omnibus Canonicis... decantari solet de B. Maria Virgine in organis. Unde cunctis præsentibus dantur notabiles Præsentia prælatis, &c.*
- ¶ PRÆSENTIA. Charta Ludovici Pii ex Tabular. Majoris Monaster. *Unde Præsentia nostræ strumentum*

protulerunt, &c. Id est, in præsentia nostra, coram nobis.

PRÆSENTIA, Præstationis species, à munere fortè nuncupata, quod *Present* dicimus. Charta an. 1367. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 292. Curiam in Eyzenprunn solventem 7. scaphas utriusque bladi, 10. solidos denariorum, 4. anseres, 8. pullos, 20. caseos, duas Præsentialias, &c. Infra: Et 2. Præsentialias valentes 24. denariis. Occurrit ibi pluries, & in Reg. censuum Bigorra.

PRÆSENTATIO, Eadem notione. Charta an. 1311. ibid. tom. 3. pag. 46. Tali pacto ut dictam possessionem... excipiant, & singulis annis nobis inde serviant 50. den. cum tribus festis, quolibet valente 2. denar. cum Præsentialione valente 1. den. in nostro placito generali. [Tabul. S. Vincentii Cenom. fol. 10. In Præsentialione ecclesie, in primiciis, in tractu earum nihil habebit Simon.]

PRÆSENTIALIS, Præsens. S. Eulogius lib. 2. Memor. cap. 8. Remanet destituta Præsentiali solatio fratris Christi ancilla. Infra: Capita vero illarum in Basilica S. Ascisci reconduntur, quo Præsentialis corporis sui favore populos Christianos tuetur. Cap. 9. Apud Basilicam sanctorum trium, qua... Martyres, Præsentialibus corporum suorum favillis quiescunt. [Vide Præsentialius.]

PRÆSENTIALITER, Coram, prope, in Glossis Isonis Magistri ad Prudentium. Occurrit in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 25. [tom. 3. Ordin. Reg. Franc. pag. 272. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 375. tom. 11. col. 37. Præsentialiter adesse, in Charta ann. 1319. apud Ludewig. to. 6. pag. 7.] At in Commonitorio dato Angilberto Abbati Centulensi ann. 796. usurpatur pro nunc: Honor ille, quem Præsentialiter habet, &c. [ut & in Charta an. 1221. ex Schedis Præs. de Mazaugues: Et in vos Præsentialiter transferimus.] Ita in Capitulari Pipini Regis Italiae an. 793. cap. 1. 4. [apud Acher. to. 2. Spicil. p. 222. tom. 6. pag. 204. & in Statutis S. Claudii p. 72. Vide Præsentialiter 1.]

PRÆSENTIRE, Pertentare, scrutari, Gallice *Pressentir*. Charta ann. 1313. ex Reg. 56. Bibl. Colbert. Loti prædicii (castri de Leucata) augmentationem & meliorationem procurare volentes, Præsentialia super hoc voluntate nobilis viri dom. Aimerici de Croso, &c.

PRÆSENTIUS, Ἐπαιρητικῶς, in Gloss. Græco-Lat. Accuratius.

1. PRÆSENTUM, Præstationis species, quæ muneris nomine, Gall. *Présent*, redditur. Charta apud Madox Formul. Angl. pag. 239. His addidi adhuc in insula de Hely, unam piscariam qua reddit unum millearium siccarum anguillarum, & unum Præsentialium anguillarum, 40. videlicet crassas anguillas. Vide Præsentialia.

2. PRÆSENTUM, Locus iudicii militum, apud Pancirolium lib. 1. Thef. var. lect. cap. 77. ex Novell. 22.

PRÆSERVATUS, Salvus, Gall. *Préservé*. Fundat. S. Mariæ de Alaon. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 131. Veniens de illa nempe Gothici regni marca... auspiciis genitoris nostri Augusti Ludovici à Saracenorum squalore Præservata.

PRÆSES, Præs provincie, Comes. Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 381. Quod si Monasticam vitam reliquerit, Præs provincie eum teneat, & curie sue connumeret. Et cap. 387. In civitatibus, in quibus Præsides præsent, ipsi audiant causas, seu & Defensores. [Charta Johannis VIII. PP. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 254. Noveritis itaque illustrem nobisque ca-

Tom. V.

rissimum Arvernorum Præsidentem Willelmum &c. Ibidem sæpius Comes nuncupatur.]

PRÆSIDIS ACTA. Capitul. lib. 7. c. 342. Qui metu & impressione alicujus terroris apud acta Præsidentis servum se esse mentitus est, &c. id est, coram præsidè.

PRÆSIDIS officio servire cogitur monachus qui monasterium suum dimiserit, in lib. 5. Capit. c. 379.

PRÆSIDATUS, Præsidentis dignitas, officium. Vita S. Marci mart. tom. 3. April. pag. 555. Maximus nomine totius Campanie Præsidentis officium gerens. Acta S. Marcellinae tom. 4. Julii p. 235. Galliarum Præsidentui Senatufconsulto præficatur. Occurrit sæpe apud Scriptotes Hist. Augustæ.

PRÆSIDATUS, Comitatus, Jurisdictio, districtus Comitatus. Chronicon Laurishamense pag. 70. Unde & in pago Dehsendron in Præsidentatu Ansfridi Comitatus, in villa vocabulo Empele, &c. [Adde Acta SS. tom. 2. Junii p. 132. & Murator. to. 16. col. 34.]

PRÆSIDALIS, Ad præsidem seu Comitatem spectans. Præsidentis industria, in Cod. Theod. lib. 1. l. 1. tit. 7. Præsidentis administratio, ibid. lib. 6. l. 7. tit. 22. Præsidentiale officium, ibid. lib. 15. l. 2. tit. 11. Præsidentales provincie, quæ à Præsidentibus seu Comitibus reguntur, apud Spartianum in Hadriano. Præsidentialis apparitor, apud Ammian. l. 17.

PRÆSIDATUS, Præfectura. Anonymus de Gestis Manfredi & Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 587. Dum collectis undique viribus contra Medionales infestis angustiis processisset, prope castrum Cassum in manibus Cremonensium, qui sub Præsidentatu Marchionis prædicti in auxilium Mediolanensium potenter exierant.

PRÆSIA, Idem quod Præsa, ut videtur. Statuta Saluciar. Collat. 3. cap. 111. Statutum est quod quilibet persona de Saluciis cui ordinata fuerit aliqua Præsa ad faciendum & manutenendum per quasvis vias, ... teneatur & debeat ipsam & ipsas manutenere & aptare bene, & sufficienter, taliter quod defectu ipsius vel ipsarum aqua non ladat viam, quin per ipsam commode iri possit.

PRÆSIDENS, Idem qui Præs, provincie rector, comes, in Cod. Theod. lib. 8. l. 13. tit. 7. Edictum Johannis Reg. Franc. an. 1355. tom. 3. Ordin. pag. 2. Presentibus multis aliis Prælatibus, Baronibus, Præsidentibusque & aliis gentibus ipsius Parlamenti Consiliariis nostris, &c.

PRÆSIDENS, Dignitas in Ecclesiis Cathedralibus, idem qui alibi Decanus aut Præpositus dicitur, in Conc. Mexicano ann. 1585. inter Hisp. tom. 4. pag. 391. Adde Reg. consuetam Toribii Archiep. Lima, ibid. pag. 672.

PRÆSIDENS, apud Monachos is dicitur penes quem præcipua est potestas. Chron. Mellic. p. 803. Præsident, qui principalis est visitator, intra biennium omnia monasteria in propria persona visitet. Præsident, eadem notione dicunt Cluniacenses Reformati.

PRÆSIDENS, Procurator. Laur. Byzinius de Orig. belli Hussit. apud Ludewig. to. 6. pag. 136. Sub sigillis Præsidentium quatuor nationum.

PRÆSIDENTIA, Dignitas ejus qui præest, in Epist. 61. Johann. de Monisterolio apud Marten. to. 2. Ampl. Collect. col. 1430.

PRIMA PRÆSIDENTIA, Dignitas primi Præsidentis, in Epist. 6. ejusdem ibid. col. 1328.

PRÆSIDERARE dicitur, cum maturius hiberna tempestas movetur, quasi ante fideris tempus. Festus. Vide ibi Scaligerum.

1. PRÆSIDERE, pro Superfedere. Concilium Cloveshovienfe ann. 747. cap. 3. Ut singulis annis unusquisque Episcopus parochiam suam pertranseundo &

- circumendo speculari quoque visitare non Præsedeat, &c.*
- ¶ 2. PRÆSIDERE, Existere. Tabular. Meldense: *Actum est Senonis anno ab Incarnatione Domini 1264. . . domino Papa Alexandro Senonis Præsidente, &c.* Galli diceremus, *le Pape étant à Sens.*
- ¶ PRÆSIDIALIA PRIVILEGIA, à Præsidiis, Præfectis aut iudicibus iudiciaria potestate concessa. Constit. Eccl. lib. 1. tit. 3. *Hæc constitutio confirmat imperatoria, & Præsidentialia, & à consuetudine profecta privilegia.* Vide in Præsides.
- ¶ PRÆSIDIARI, Præesse. Vita vener. Richardi tom. 2. Junii pag. 1002.
*Octo Senatores hæc hic complectitur ades,
Quos Viriduna sedes meruit sibi Præsidentes.*
Occurrit etiam in Gloss. Gasp. Barthii ex Baldrici Hist. Palæst.
- ¶ PRÆSIDIARI, προσεῖν, in Gloss. Lat. Græc. Sangerm. Custodire, defendere, munire. Chronic. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 520. *Inde statim Verona muniri est cæpta, optime Præsidiata, &c.*
1. PRÆSIDIUM, Peculium, pecunia, bona, facultates, &c. Auctor Queroli: *Ergone manibus meis Præsidium paternum ut efferrent de domo, &c.* Supra: *Fures mihi ac prædones cui bono? ut si quid tibi spei aut Præsidi est, totum auferant.* Rursum: *Præsidium abstulisti, & cineres abdidisti.* [Formula 33. inter Andegav. *Casa sua per nocte fuit effracta, & omnes Præsidios suos, aurum, argentum, aramentum, vestimentum, utensilia, pecunia, seu strumenta cartarum quamplurimas . . . fuit deportata.* Quid eo loci nomine Præsidi intelligendum sit haud obscurum est ex Marculfi Append. form. 46. quæ eadem de re sic habet: *Casa sua cum omni mobili, vel intro domo compendia, seu & strumenta chartarum, &c.*] Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis cap. 18. *Inter cetera vero, & ad locum in seriem testamenti ita posuit: De Præsidio, inquit, meo vestimenta, scammalia, mensalia, & electubilia, aurum vel argentum, . . . dono, &c.* Vetus Charta exarata an. 3. Childeberti Regis in Tabul. S. Germani de Pratis: *Sed & omnia, quæ de Præsidio meo in die depositionis meæ inventum penes me aut repertum fuerit, hoc est aurum, argentum, vestimentum, vel prædia, &c.* Placitum Childeberti III. Regis, editum à viro doctissimo Joanne Mabillonio: *Farinarius, gregis cum pastoribus, Præsidiis, mobilebus, & immobilebus, &c.* Primum Testamentum Wicdradi Abbat. Flaviniac. *Libros vel vestimenta Ecclesie, vel omne Præsidium, quod mihi legibus vivens possidere videtur.* [Paulus Bernriedensis in Vita Greg. VII. PP. cap. 57. *Quidquid vero sui juris olim esse poterat, populus postea adveniens distraxit, turribus ac domibus subversis, Præsidiis vero fisci titulo sociatis.*] Utuntur Marculfus l. 1. form. 12. l. 2. form. 7. 10. Formula 7. & 28. ex Baluzianis, Gregorius Turon. lib. 6. cap. 4. lib. 9. cap. 20. Halitgarius Cameracensis Episc. in Pœnitentiâ cap. 4. Nicolaus I. PP. Epist. 40. Charta Leotheriæ tom. 2. sæculi 3. SS. Ord. S. Bened. pag. 615. Historia Episcoporum Bremensium pag. 122. &c. Vide Bignonium ad Marculfum.
- ¶ 2. PRÆSIDIUM, Ornamentum muliebre. Agnellus in Vita Damiani apud Murator. tom. 2. pag. 155. col. 2. *Speciositas virginum sublata est. Abstulerunt à se mutatorias vestes & pallia, proicerunt à se inanes, & anulos, & dextralia, & pereselidas, & monilia, & olfactoria, & acus, & specula, & lunulas, & liliola, & Præsidia, & laudofias, &c.*
- ¶ 3. PRÆSIDIUM REGIUM, Principis privilegium, Diploma, quo ne alicui vis inferatur, ca-

- vetur. Charta Rogerii I. Reg. Sicil. ann. 1129. apud Murator. tom. 6. col. 623. *Minera, aqua, & similia quæ in locis civium inveniuntur, sint civium ipsorum, præter eas quæ in Præsidiis regis concessis ipsis civibus reperientur.*
- ¶ 4. PRÆSIDIUM, Præmium, vel id omne quod alteri datur aut promittitur ad impetrandum illius præsidium. Sed eo nomine potissimum intelliguntur Pecuniæ, quæ præsidii titulo ab Imperatoribus accipiebantur, cum honores deferebant: quæ notione utitur Lampridius in Alex. Severum. Aliis Suffragium dicitur. Vide in hac voce.
- ¶ PRÆSIGILLARE, Sigillum publicum apponere, Practicis nostris *Apposer le scelé.* Synodus Compostell. an. 1114. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 322. *Si quis vero intra ecclesie terminos quippiam capere aut sibi Præsiggillare, exigente justitia, voluerit, Pontificis vicarium aut licentiam sibi dari prius expostulet.*
- ¶ PRÆSIGNA, Portentum, in Gloss. x. faltem sæc. ad calcem Collect. can. è Bibl. DD. *Chauvelin Sigill. Reg. Custodis.* Hinc
- ¶ PRÆSIGNARE, Præsignare. Byzinius de Orig. belli Huffit. apud Ludewig. tom. 6. pag. 161. *Ipsumque Regem (Hungariæ) draconem rufum fore, de quo in Apocalypsi, Præsignabat.*
- ¶ PRÆSIGNATOR. Eo titulo diplomatibus Urbani II. PP. subscribit Johannes Diaconus usque ad an. 1089. quo Cancellarii dignitatem obtinuit. Epist. ejusdem Papæ an. 1088. ad calcem tom. 3. Oper. posthum. Mabill. p. 345. *Datum Anagnia per manus Johannis S. R. E. diaconi cardinalis & Præsignatoris domni Urbani secundi Papa.* Unde præsignator idem videtur qui notarius. Præsignator, ex eadem Epist. tom. 5. Annal. Bened. pag. 251.
- PRÆSINUM, προσήμιον, in Gloss. Græc. Lat. [id est, ante sinum.]
- ¶ PRÆSIO, pro Præsis, captura, præda, Gallice *Prise.* Charta ann. 1315. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 31. col. 1. *Et si contingat aliquas prædas vel Præisiones receptari in territoriis, villis seu domibus ipsorum liberorum . . . non poterimus aliquo modo nos intrromittere; . . . nisi notorium esset prædicta capta fuisse tempore captionis de bonis nostris, &c.* Vide Præsis 2.
- ¶ PRÆSONARIUS, PRÆSONERIUS. Vide in Præsis 1.
- PRÆSOPUS, Præpositus. Gaufredus Malaterra lib. 1. cap. 32. *Giracii Præsopus, quem nos Præpositum dicimus.* Ex Græco προσωπων.
- ¶ 1. PRÆSORIUM, pro Præsens, ni fallor. Appendix ad Marculf. form. 46. *Sic supradictus ille Comes vel reliquis francis personis juxta Præsorium retroque præcedentium chartola relationis, &c.*
- ¶ 2. PRÆSORIUM, Lac coagulatum, in quo coagulatum, Gall. *Presure,* projectum est. Statuta Riperiæ cap. 12. fol. 3. vº. *Item de qualibet soma Præsorii, sive cagii de viginti pensibus, pro introitu, solidi decem.*
- ¶ PRÆSTA, pro Præsta. Vide in hac voce.
- ¶ PRÆSTABULARIUS, Præfectus stabuli, magister, qui alibi *mariscalcus* vel *marfcalcus* dicitur. Gerardus Præstabularius inter pincernam & dapiferum subscribit Diplomati Roberti Flandriæ Comit. an. 1089. apud Miræum tom. 1. pag. 359.
- PRÆSTAGIUM, pro Præstatio, Tributum, quod domino præstatur, vel potius mutuuum coactum. Charta Constantiæ Imperatricis ann. 1198. apud Ughellum tom. 9. pag. 293. *Et transire libere terra marique insula vobis ubique per terram demanii nostri absque plateatico & Præstagio.*

loco infra fines de Montels quidquid ibi visi sumus habere, tibi benefecimus & filio tuo qui primus tibi natus fuerit de matrimonio, eo scilicet tenore, ut annis singulis de fructu quem Dominus supra dederit, nonas ad nostrum monasterium condonare facias. Et pro ipsis mansis in festivitate S. Martini solidos duos persolvias. Et si de eodem censu tardus aut negligens apparueris, & ipsas res minuere aut alienare presumpseris, sis culpabilis, & insuper res ipsas amittas. Et ut hæc Præstaria firmitatem obtineat, manu nostra & fratrum nostrorum manibus roborandam statuimus.

His vero traditionibus, ut aliquam vim obtinerent, accedebat auctoritas regia, ut ex pluribus Instrumentis constat. Charta Caroli Burgund. Reg. an. 858. apud Baluz. in Append. ad Capit. col. 1467. Egilmarus ecclesie Viennensis nostram suppliciter implorante excellentiam quatinus Præstariam quam ipse cuidam vasallo suo Leoni nuper fecerat de Sisiaco villa, nos ob mercedis nostre augmentum corroboraremus, quod ita & fecimus. Præceptum Lotharii Regis an. 866. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 176. Deprecans mansuetudinem celsitudinis nostre ut eandem Præstariam nostro corroborare non dedignaremur præcepto.

PRÆSTARIA, Idem quod *Precaria*, seu Libellus, quo quis prædium Ecclesiasticum ad usum fructum sub annuo censu in præstitum, & precario utendum suscipit: de qua contractus specie pluribus agimus infra in voce *Precaria*. Vita Joannis Abbatis Gorziæ pag. 769. Possessio erat Monasterii longo jam retro tempore beneficii nomine ad Comitem quemdam Palatii Hamedeum devoluta, qui simul bona Monasterii sub *Precaria* vel *Præstaria*, quam dicunt, obtinebat. *Præstariarum* meminerunt præterea Capitulare Compend. an. 868. cap. 11. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 44. Frotarius Tullensis Epist. 9. Chronicon Fontanellense cap. 2. p. 197. Chronicon S. Benigni pag. 371. 428. 448. Hist. Vergiacensis p. 50. Miræus in Notitia Ecclesiar. Belgii c. 32. Malbrancus lib. 6. de Morinis c. 11. &c.

Quamvis *precaria* & *præstaria* vocabula olim confundi solita fuisse certum sit, ut pluribus probat Baluz. in notis ad Reginonem pag. 574. quod ex notariorum inscitia incuriave ortum existimo, non nihil tamen discriminis interesse inter *precariam* & *præstariam* observare cuique promptum est: *præstaria* enim dicebatur Charta qua quis rem in præstitum concedebat, & quibus legibus eam concederet, exponerebat; *precaria* vero, qua petitor rem precario accipiebat, qua censum & alias condiciones impositas expleturum se profitebatur, ut docet Sirmondus in Capit. 7. Caroli Calvi. Vide Salvaingum de Usu feud. cap. 33. & infra in *Precaria* 1. Exstant variae *præstariarum* formulæ, apud Marculfum form. 40. lib. 2. in Append. ad eumd. form. 28. 42. form. 34. 38. inter Sirmöndicas, form. 20. 23. 26. inter Lindenbrog. &c. Charta ann. 1121. in Tabul. Eccl. Massil. Qui Aicardus donavit S. Mariae pro restauratione argenti de archa S. Cannati, scilicet ix. libr. & dimid. & recetos de Albania quos vocant *Præstarias*.

PRÆSTARIIUM, Idem quod *Præstaria*. Charta Alamannica Goldasti 66. Convenit una cum consensu fratrum nostrorum, ut illa mancipia, quæ nobis ille de illo loco tradidit, ei iterum per Præstarium repræstaremus, &c. Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 75. Ea dumtaxat ratione, ut ad tempus & ad usum vite supradictam rem, id est sola illa mancipia vestro Præstario habeam, &c.

PRÆSTATIO, Eadem notione. [Hincmarus de divortio Lotharii & Tetbergæ ad 12. interrogat.

Quod suum erat locis sanctis donant per confirmationem, & sibi usurpant per occupationem, quod ut seculi superiores non obtinent per deprecatam Præstationem, immo & sibi offerunt & locis sanctis non tribuunt.] Charta Henrici Regis Franc. an. 1035. apud Hariulfum lib. 4. cap. 7. Quotquot vero antecessores ejus tenuerant, (villam, &c.) sancto Richario per Præstationis occasionem tollebant. Per Præstationem possidere, in Tradit. Fuldens. lib. 1. tr. 80. Præstationis Charta, trad. 117. In jus præstationis prædium recipere, in Actis Murenfis Monasterii pag. 57.

PRÆSTATURA, ut *Præstaria*, in Histor. Mediani Monast. pag. 257. Exegitque de domno abbate & fratribus, quatenus octo librae denariorum pro hoc munere darentur, & ecclesie Moniniaca ejusdem ville in Præstatura tempore vite sue concederetur.

PRÆSTITUS, Eodem significatione, in Charta ann. 993. in Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 984. Exceptualsi in Batuniano viginti modiorum terram, quam Deodatus & Johannes à vestro monasterio per Præstitum tenent. Adde Vitam B. Edmundi Archiepisc. Cantuar. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1780. Vide *Præstare* 2.

PRÆSTITURA, Idem pariter quod *Præstaria*. Vetus Notitia in Tabulario Eduensis Ecclesie: Villam, quæ Roclena vocatur . . . à S. Nazarii Canonicis in Præstitutam (sic enim vulgo dicitur) ipse & ejus prædecessores diu tenuerant. [Hist. Mediani Monast. pag. 258. Partem allodii quod habebat . . . contulit. S. Petro Mediano . . . pro cuius beneficio tradita sibi fuit à fratribus Medianensibus ecclesie S. Petri in Præstitutam in supradicta villa sita tempore vite sue.]

PRÆSTATIO, Pensio, solutio, Gall. *Payement*. Charta an. 1030. apud Kennett. Antiquit. Ambrosford. pag. 344. Predicti Prior & conventus Burncestria omnia onera ordinaria & extraordinaria ac omnes Præstationes ratione dictarum decimarum . . . sustinebunt. Vide *Præstare* 1.

PRÆSTATRIX, Quæ præstat. Confessio fidei Benedicti Levitæ apud Baluzium tom. 5. Miscell. pag. 58. Unus Spiritus sanctus . . . perfecta imago filii perfecti, perfecta viventium causa, sanctitas sanctificationem Præstatrix, &c.

PRÆSTES, Qui præstat, præest. Cardinalis Sabin. in Epist. de Expugn. CP. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 287. Pastores & principes omnium ecclesiarum Christi, Præstites & doctores fidei christiana, &c. Præstitem, inquit Festus, in eadem significatione dicebant antiqui, qua nunc dicimus antistitem. Hinc præstites dicti milites qui præ aliis stabant, seu primum in ordine & linea locum obtinebant.

PRÆSTETUS, pro *Præstitus*, in vett. Form. Andegav. num. 22. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 247.

PRÆSTIGIARE, Incantare. Vita B. Torelli tom. 2. Mart. pag. 502. Mulieris præstigiata miraculum huic subnectere non erit incongruum. Nam cum quidam juvenis amore mulieris cuiuspiam teneretur, nec eam ullatenus posset habere, istam Præstigiari fecit ab homine artis magicæ perito, &c.

PRÆSTIGIUM, προκάλυμμα. Gloss. Lat. Gr. In Gloss. Gr. Lat. προκάλυμμα, Proteclio, prætextum, præstigiium, velamentum, præpedimentum.

PRÆSTILLARE, Instillare, suggerere, inspirare. Guibertus in Vita sua lib. 1. cap. 2. Gratias igitur tibi, Deus, qui Præstillaveras decori ejus virtutem. Rursus cap. 16. Cæpi igitur jam sero ad id, quod sæpe à plurimis mihi bonis doctoribus Præstillatum fuerat, anhelare, scilicet Scripturam commentis intendere, &c.

¶ PRÆSTILLATIO, Instinctus, apud eumd. Guibertum ibid. cap. 11. ubi de matre sua. *Præter hæc cum eam opulentissimi quidam ab usu maritali exortem conspicerent, cæperunt animum pulsare juvencula; sed tu, Domine, ... faciebas quod ad Præstillationem maiorum colloquiorum mores ejus, etsi teneri, non depravabantur.*

PRÆSTIM, pro Præsto, in Historia Inventionis S. Prisci apud Ughellum tom. 8.

PRÆSTIMONIUM. Charta Aldegastri, filii Sylo-nis Regis Ovetensis an. 781. apud Sandovallium, de servis: *Et habeant illam hereditatem de Parella, & Præstimonia in hereditate sanctæ Mariae, ubi Abbas Monasterii hujus, & ejus vicario dederit, & in die, qua vocati fuerint, habeant portionem edendi & bibendi scilicet libram unam & quartam panis milli, & de alio secundo, &c.* Infra: *Tamen in suo Præstimonio & instructio sibi injuncto permaneat.* Ubi Sandovallius, præstimonium, per derecho verit. Alia apud Brandaonum tom. 3. Monarch. Lusitan. fol. 294. *Uno ore dixerunt, se bene audisse & nosse, quia quando D. Gouterres de lo monte tenebat castellum S. Eulalia, & Aliadam in Præstimonium, totum portaticum tam de mari quam de terra erat liberum, &c.* Testamentum Sancii II. Regis Portugalliae apud eundem tom. 4. p. 279. *Item mando Isidoro Petro homini meum Præstimonium, quod ipse consuevit de me tenere in Cortigia, &c.* Charta Alfonsi Regis æræ 1260. apud eundem lib. 13. cap. 24. *Hoc Præstimonium vobis damus, & cunctis successoribus vestris jure hereditario in perpetuum habendum & possidendum, cum omnibus suis terminis novis & veteribus.* Charta Bernardi Episcopi Compostellani æræ 1190. apud Anton. de Yopez in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 4. p. 434. *Cortecellam S. Mariae in hereditate ipsius Monasterii constructam, ab Abbate domino Ruderico in Præstimonio in vita Decani datam, &c.* Infra: *Domum autem illam à D. Decano, inter Cortecellam S. Mariae & antiquum murum ... per Præstimonium constructam esse cognosco, &c.* Rursum: *Damus eidem Ecclesie in Ecclesia S. Jacobi Canonicatum & portionem, & hebdomadam, & Cardinariam, & Præstimonium, sicut unicuique Cardinalium Ecclesie nostræ Canonice collatum est, &c.* Vetus Charta apud Ughellum tom. 1. part. 2. pag. 53. *Et si ad dedicandam aliquam Ecclesiam Monasterii invitatus fuerim, sine Præstimonio libenter Episcopalia ... impendam, i. absque gravamine aut sumptu, vel præstatione.*

¶ Præstimonium, Gall. *Præstimonie*, à præstatione sic dictum, Ecclesiasticum beneficium est, cum aliquo onere, & in hoc differt à simplici beneficio, quod ideo simplex dicitur, quia in hoc nullum onus habetur. Ita Macri in Hierolex. *Præstimonium* rectius definitur, Reditus annuus presbytero alendo destinatus absque ullo titulo ecclesiastico. Ex allatis in Hispania potissimum in usu fuisse ejusmodi beneficia colligere est; quorum conditio eadem fuisse videtur quæ *Præpositurarum*, cum ad statutum tempus ecclesiasticis concederentur; quæ tandem, ut & *Præstimonia*, perpetuæ factæ sunt. Hinc etiam est quod *præstimonium* à *præstaria* distinguitur: eadem enim ratione laicis concessa hæc beneficia fuisse, ut iis *præstario* uterentur, innuit Conc. Palentinum an. 1129. inter Hisp. tom. 3. pag. 341. *Ecclesie non dentur laicis pro Præstimonio vel villicatione.* Vide Molinæum & Panormum qui ex professo de *Præstimoniis* scripsit.

¶ PRÆSTIMONIALES portiones, in Epist. 134. Innocentii IV. PP. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 962. *Cum itaque dilectus filius magister Bartho-*

lomas de Carpineto litterarum apostolicarum scriptor secretarius, canonicatum, & præbendam, ac præstimonia & Præstimoniales portiones in ecclesia, civitate & diocesi Astoricensi jamdudum obtinere noscatur. Conc. Complut. an. 1325: inter Hisp. tom. 3. p. 579. *Statuimus ... quod si divisa ecclesia, si Præstimonia forent, vacare contingeret, priora integrari deberent.* *Præstimoniorum & Præstimonialium portionum meminit Conc. Trid. sess. 5. cap. 1. & sess. 23. cap. 18. quæ studiosis alendis destinantur.*

¶ PRÆSTINATUS, contracte pro *Prædestinatus*; in Monum. Benedico-Burano c. 10. apud Duellium tom. 2. Miscell. pag. 10. *Quo finito, accepit successorem ante tempora secularia Præstinatum Gothebalmum proprii monasterii monachum.* Utuntur Plautus & Apuleius pro Emere, comparare.

PRÆSTIS, heres, in Gloss. Arabico-Lat. [*Præstes*; pro *superstites*, olim scriptum observat Baluzius in Notis ad Capitul.]

¶ PRÆSTITOR, Præbitor, apud Apuleium in Asclep. *Præstitor & tributor omnium.*

¶ PRÆSTITUM, Mutuum. Vide *Præstare* 1.

¶ PRÆSTITURA, ut *Præstaria*. Vide in hac voce.

¶ PRÆSTITUS, Adjumentum, auxilium. Conc. Pampilon. ann. 1023. inter Hisp. tom. 3. pag. 195. *Secundum præcepta canonum conari decrevi pro cælesti Præstito Ironiensem sedem restaurare.* Vide alia notione in *Præstaria*.

PRÆSTO, Mox, statim. Petrus Damianus: *Et præcipue id, quod præsto subjunctum est, Sacerdoti congruere videtur, &c.*

PRÆSTOLABILITER, Celeriter, expedite. Isidorus Pacensis Episcopus in Chronico æræ 772. *Arabas sine effectu ad propugnanda Maurorum mittens navibus Præstolabiliter adventatis, maria transnatat, &c.*

¶ PRÆSTOR, Qui in *præstariam* accipit. Vide supra *Præstare* 2.

¶ PRÆSTORIOLA. Vide *Prætoriola*.

¶ PRÆSTRINGERE, Præstituere, denunciare. *Id etiam hujus legis autoritate Præstringimus, &c.* in Cod. Theod. lib. 6. l. 5. tit. 27.

¶ PRÆSTRIPTICIUS, pro *Præscriptitiis*, ni fallor, jure *præscriptionis* acquisitus. Charta an. 1366. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 346. *Accum vassallis, hominibus franchis & liberis, ... censibus, Præstripticis, & aliis juribus quibuscumque.*

PRÆSTUS, Paratus, nostris *Præst.* Vetus Inscriptio, 669. 4. *Amicus veli, pironos bonos ... officio Præstus sui, &c.* Pactus Legis Salicæ tit. 48. §. 1. *Tunc manniat eum ad mallum, & testes suos in singulos malos, qui ibidem fuerint, secum habere debeat Præstos, &c.* Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 9. *Sed definitis locis atque temporibus, ... Præstum se unusquisque definito loco vel tempore exhibeat.* Ita non semel alibi lib. 2. tit. 1. §. 11. tit. 2. §. 9. tit. 3. §. 4.

¶ PRÆSUL, Qui aliis præest, præses, rei alicujus auctor. Præceptum Theodorici Reg. Goth. ann. 508. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1. *Domitori orbis Præsuli & reparatori libertatis, &c.* *Sacratissimus Præsul* nuncupatur Teudebertus Rex in Epist. Aureliani Episc. apud Duchesnium tom. 1. pag. 858. Pro judice occurrit in Vita S. Samsonis sæc. 1. Benedict. pag. 179. *Præsul fori*, apud Sidonium lib. 4. Epist. 14. *Præsul accusationis*, apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 109.

¶ Penes Episcopos potissimum mansit hæc appellatio. Abraham sanctæ Frisingensis Ecclesie Præsul vocitatur in Charta Ottonis Regis ann. 989. apud Meichelbec. Hist. Frising. tom. 1. pag. 185. Sed & Abbatibus concessam hanc nomenclaturam ha-

- bemus in primis ex Jona monacho Bobiensi in Actis Eustasii Abbatis, ubi de Agilo abbate, qui modo, inquit, *Resbacensi cœnobio Præsul existit.*
- PRÆSULARE**, Præfulem agere. Auctor Vitæ Gundulfi Roffensis Episcopi laudatus à Seldeno ad Eadmerum: *Redduntur & ei denique possessiones . . . quæ Præsulantibus antecessoribus suis Lantfrancus in sua tenuerat ditioe.* [Chronic. Comodoliac. apud Stephanot. tom. 2. Hist. Fragm. MSS. *Ipse tamen ager erat de fundali dominio dom. Rorrici illis tunc temporibus Lemovicis Præsulantis.* Occurrit præterea in Vita S. Cyriaci Episc. tom. 7. Maii pag. 575. & in Chronic. Farfens. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 648.]
- ¶ **PRÆSULERE**, Eadem notione, in Charta ann. 1103. *Facta est charta ipsa . . . Papa Paschali Romana Ecclesia presidente, Gotfrido episcopo Magalona Præsulente, &c.*
- ¶ **PRÆSULATUS**, Dignitas vel jurisdictio Præsulis, Episcopi scilicet vel Abbatis. Charta ann. 1038. ex Schedis Præs. *de Mazaugues: Ego Hugo vocitatus in sancta Sede Dignensi officio Præsulatus gratia Dei sublimatus, &c. Præsulatus abbatia S. Salvatoris,* in Tabul. Rothon. id est, jurisdictio quasi episcopalis, ut loquuntur.
- ¶ **PRÆSULATUS**, Titulus honorarius Episcoporum. Charta an. circ. 1214. ex Tabul. Narbon. *Credimus non latere Præsulatus vestri celsitudinem, quod, &c.* Charta qua Guillelmus Episc. Biterr. Narbon. Archiepiscopo promittit obedientiam & reverentiam ann. 1349. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 164. *Præsulatus vestri & Ecclesie Narbonensis adjutor ero, salvo ordine meo ad defendendum & ad retinendum.*
- PRÆSULIUM**, pro *Præsulatu*. Scriptor MS. Vitæ S. Gaugerici Episcopi Cameracensis in Prologo: *Quantus in Præsulio effulserit.*
- PRÆSULTER**, pro *Presbyter*, scribitur in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 69. §. 4.
- ¶ **PRÆSULTOR**, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς πορορχούμενος, in Gloss. Lat. Græc. Sangerm. *Præsultor* legi in antiquis Glossis atque perperam in *Præsultor* mutatum auctor est Salmasius in Capitol.
- PRÆSUMERE**, Sumere, capere. Synodi Hiberniensis lib. 1. cap. 8. *Episcopus . . non Præsumat pretium ordinationis: non Præsumat dona iniquorum, &c.*
- PRÆSUMERE**, Ante sibi sumere, vel præter solitum fumere, in l. 5. & 11. Cod. Th. de Metatis, & l. 4. de Pascuis, eodem Cod. Ammianus lib. 18. *Diligenter observans, ne quem tributorum sarcina prægravaret, neque potentia Præsumeret aliena.*
- ¶ **PRÆSUMERE**, Suspiciari, conjicere, Gall. *Præsumer.* Sententia arbitralis inter Archiep. Capitulumque Arelat. & Monast. S. Cæsarii ann. 1221. ex Schedis Præs. *de Mazaugues: Ex tanta diuturnitate temporis Præsumente concessionem, &c.*
- PRÆSUMPTIO**, Actio injusta, invasio, usurpatio. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 5. *Si quis servum Ecclesie . . . occiderit per Præsumptionem.* Cap. 10. *Neque Præsumptio crescat in plebe.* Tit. 3. cap. 10. *Porcos propter Præsumptionem dispergere.* [Christi Evangelio vim non inferat humana Præsumptio, in lib. 6. Capit. cap. 334. *Crudelis & stupenda Præsumptio crudeliori debet extirpari supplicio,* in lib. 7. cap. 428. *Potestativa Præsumptio,* in Addit. 3. cap. 54. &c.] Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11. de his, quæ sunt Juris Regii: *Assultus, roberia, sterbrech, Præsumptio terræ vel pecunia Regis, thesaurus inventus, &c.*
- ¶ **PRÆSUMPTUOSITAS**, Eadem notione. Edictum Caroli M. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect.

- col. 24. *Quod si fecit, ante nos veniat, & in presentia nostra rationem deducat, si sua Præsumptuositate aut cupiditate alicujus rei acquirendum hoc opus servile fecit, aut sui domini jussione.*
- PRÆSUMPTOR**, Qui crimen committere, vel aliquid contra jus agere *presumit*, in Edicto Theodorici Regis cap. 114. Interdum reus principalis, qui complices habet, in Legibus Wisigoth. lib. 6. tit. 4. §. 2. 3. 5. lib. 8. tit. 3. §. 8. *Præsumptor infausus, tyrannus,* in l. ult. Cod. Th. de Episcop. *Præsumptive,* in Capitulari ann. 802. cap. 5. *Præsumptivo modo in domum alienam intrare,* d. tit. 4. §. 2. *Præsumentis audacia,* §. 6. *Præsumptuosus,* d. §. Adde lib. 2. tit. 1. §. 17. & alibi. S. Odo de Vita S. Geraldii lib. 2. cap. 7. *Quidam violenti homines Præsumptionem faciebant contra Potestatem loci illius.* Anselmus Cantuar. Archiep. in Epistola ad Episcopos Hiberniæ: *Pastorali regimine vitia refecere, Præsumptores coercere, & quaque inordinata ad ordinem debitum volui revocare.*
- PRÆSUMPTORES EPISCOPI**, Qui aliorum jura vel ordinationes usurpant illicitas, in Concilio Arausicano I. cap. 21. & Turonico I. cap. 9.
- PRÆSUMPTUOSUS**, Idem quod *Præsumptor*, in Legge Aleman. tit. 84. *Presumptueux,* dicimus, qui sibi ultra quam par est arrogant, superbos. Anastasius in Histor. Eccles. *Præsumptuose gerens,* ubi Theophanes habet ἀδερθησας. S. Bernardus in Vita S. Malachiæ Episcopi: *Sicut erat Præsumptuosus & insolens.* [Salvianus lib. 7. pag. 258. *Audiant omnes Præsumptuosi, audiant præpotentes, &c.*]
- PRÆSUMPTIOSUS**, in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. cap. 7. 30. [& apud Sidon. edit. Sirmondi lib. 1. Epist. 11. & lib. 7. Epist. 4.]
- ¶ **PRÆSUMPTIONARIUS**, in Mirac. S. Walpurgis sæc. 3. Benedict. part. 2. pag. 298. *Sed is qui se in sanctis suis gloriosum atque laudabilem cunctis ostendit gaudium Præsumptionaria aviditatis in ruborem mæroremque convertit.*
- PRÆSUMPTIOSE**, Arroganter, in Capitul. Aquifgran. an. 789. cap. 35. 58. in Constit. Ludovici II. Imperat. an. 867. cap. 12. [Adde Sidon. edit. Sirmondi lib. 7. Epist. 6.]
- PRÆSUMPTIVE**. Capitula Caroli Magni an. 797. cap. 1. *Et ut raptum, & fortiam, nec incendium infra patriam quis facere audeat Præsumptive.*
- ¶ **PRÆSUMPTORIE**, apud Tertullianum lib. 4. adv. Marc. cap. 41.
- ¶ **PRÆSUMPTUM**, *Opinio*, in Amalthea ex Johanne de Janua.
- PRÆSURA**, Captio. Vide *Prindere*.
- ¶ **PRÆTACTUS**, Prædictus, ante memoratus. Charta an. 1212. apud Rymer. tom. 1. p. 157. *Nos vero procul de marina interim non recedemus, & vos similiter prope marinam vos teneatis, ut Prætactio inter nos & nuntios vestros negotio nostro & vestro.* Occurrit etiam apud Ludewig. tom. 6. pag. 137. in Notis Godefredi ad Carolum VIII. Reg. Franc. pag. 742. &c.
- ¶ **PRÆTAXARE**, Prius numerare, assignare. Vita B. Edmundi Cantuar. Archiepisc. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1780. *Super quo sollicitus (Edmundus) monasterium vix reperire potuit quod eas reciperet, nisi certam summam pecunia dandam cum eis monasterio Prætaxaret; Galli dicerent, s'il ne comptoit auparavant.*
- ¶ **PRÆTAXATUS**, ut *Prætactus*. Charta Caroli C. an. 864. apud Doublet. pag. 802. *Per quod Prætaxatas reculas infra jam dictas terminationes notissimas . . . ditioni præscripta ecclesia perhenniter mancipandas decernimus.*

decernimus. Diploma Conradi III. Imperat. ann. 1145. apud Tolner. Histor. Palat. inter Instrum. pag. 44. *Statutum etiam est, ut si Prataxatus Archiepiscopus eundem praelatum clericum adjuvare non posset vel nollet, &c.* Occurrit præterea in Constit. Freder. Reg. Siciliae cap. 79. apud Rymer. tom. 1. pag. 49. tom. 3. pag. 882. & alibi.

¶ PRÆTENDERE, Affirmare, asseverare, Gall. *Prétendre.* Charta Johannis Comit. Fuxensis ann. 1310. in Cod. Colbert. 2591. *Cum . . . Prætenderemus quod gentes domini Regis . . . super possessiones dicti castri (de Thyerno) nos multipliciter perturbassent, &c.* Vox JC. nota.

¶ PRÆTENTIO, Jus, Gallice *Prétention.* Charta Bertrandi Archiep. Narbon. an. 1101. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 83. *Sic damus Domino Deo, & prædicto monasterio in perpetuum absque omni Prætentione libere & absolute ab omni jure & potestate, &c.*

PRÆTENTURÆ, Præsidia militum, quæ pro castris [& urbibus] securitatis causa collocantur. [Interdum usurpatur & pro militum stationibus ibi positis. *Præsentura* præterea dicebantur milites qui conglobati præcurrerant ad observandos hostium motus, eosdem armis repressuri, si vim facerent in fines imperii.] Vide Turnebum lib. 4. cap. 7. Henricum Valesium ad Ammianum Marcellinum l. 14. pag. 19. 11. Jacobum Gothofredum ad leg. 1. Cod. Th. de Comteatu, [& Carolum de Aquino in Lex. milit.] Alias *Præsentura*, in Glossis est *προβολή, επίσειχισμα.*

¶ PRÆTER, pro Citra, absque, in Cod. Theodos. de Decur. tit. 23. l. 3.

¶ PRÆTER cum sexto casu non semel occurrit apud Scriptores, Salustium de conjurat. Catilinæ, Jonam in Vita S. Columbani n. 23. Bedam lib. 4. c. 19. Vide Priscianum.

¶ PRÆTEREA, pro *Præter*, in Cod. Theodos. de Prox. tit. 26. l. 17.

¶ PRÆTERMITTERE, Possessionem rei alicujus dimittere, *Guerpire.* Charta an. 1249. in Tabular. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. *Notum sit omnibus presentibus & futuris quod ego Helias præpositus de Omeio Prætermisi & penitus dereliqui . . . totum illud jus quod &c.* Vide Lexic. Calvinii.

¶ PRÆTERNECESSARIUS, Superfluous, non necessarius. Memoriale Visitator. Monast. Mellic. an. 1451. in Chronico ejusd. pag. 426. col. 2. *Debet & abstineri à Præternecessariis structuris, nec sine consensu conventus fiat nova structura.*

¶ PRÆTERSORIUM, Grex alienam segetem depascens. Vita S. Columbæ Abbat. tom. 2. Junii pag. 209. *Tria apud se vicinorum Prætersoria in una retinebit maneria.*

PRÆTESTATI SOLIDI. Charta Longobardica in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 12. *Quia suscepi in presentia testium ego Rotharit Abbas à vobis Anselperga Abbatisa ex sacculo ipsius Monasterii vestri per Misso vestro in auro solidos novos Prætestatos ac coloratos numero 44. finitum pretium, &c.* Vide *Prædulati solidi.*

¶ PRÆTEXTATARIUS, Adumbratus, rudis, inchoatus, Gall. *Ebauché.* Radbertus in Præfat. ad lib. de Spe, apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. part. 2. col. 61. *Dicato tibi charissime, quasi Prætextatario habitus Christiana fidei negotio, &c.*

¶ PRÆTEXTUS, 2. declinat. in Testam. S. Karileffi apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 82. *Ea scilicet ratione atque Prætexto, &c.*

¶ PRÆTEXTUS, adject. *Prætexta vestis*, cui adsu-

tum aliquid ad ornamentum, apud Byzinium de Orig. belli Hussit. tom. 6. Reliq. MSS. Ludewig. pag. 183.

¶ PRÆTITULARE, Ad titulum vel ecclesiam promovere. Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 28. *Clericum permanere oportet in ecclesia cui in initio ab Episcopo Prætitulatus est ac sortitus est.* Eadem rursus occurrunt lib. 7. cap. 13. & in Can. Isaaci Episcopi Lingon. tit. 10. §. 1. Vide in *Titulus.*

¶ PRÆTITULATUS, Idem quod *Titulus.* Statut. Burchardi Episc. Lugdun. ann. 984. inter Instr. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 6. *Concio ac collegium sub Prætulato S. Stephani apud Lugdunum degens, &c.*

PRÆTOR, [Urbis Præfectus, nostris *Gouverneur* in Charta an. 1298. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 445.] Vide Epist. 71. inter Franciscas Duchefnii tom. 4. Hist. Franc. pag. 517.

¶ PRÆTORES dicti *Baillivi* seu Magistratus qui populis præfunt. *Prator, Prevost ou precepteur*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Vide *Bajulus* 3. & supra *Prælatus.*

¶ PRÆTORIOLA, *Domuncula in navi.* Gloss. Isidori. Papias: *Prætoriola, parva domus in navibus, ubi secreta conduntur.* Ezech. cap. 27. v. 6. *Transstrata fecerunt tibi ex ebore Indico, & Prætoriola de insulis Italiae.* Vide Meibomium in hunc locum lib. de Triremibus & Grævium ad Gloss. Isidori.

¶ PRÆTORIUM, Domus Ædilium, apud Byzinium de Orig. belli Hussit. tom. 6. Reliq. MSS. Ludewig. pag. 144. Vide supra *Pavonia.* Pro villa urbana & manerio, apud Spelman. ex to. 2. Conc. col. 2026. Vide Gothofredum ad leg. 3. Cod. Theod. tit. de Offic. Judic. omnium.

¶ PRÆTURA, Prætoris seu *Potestatis* dignitas, officium. Chron. Petri Azarii ad ann. 1362. apud Murator. tom. 16. col. 365. *Propter hac & alia nefanda remotus fuit à Potestaria, & in Prætura fuit ei subrogatus dom. Bartholomeus de S. Georgio Canapicii.* Vide *Potestas.*

¶ PRÆTURA, Jurisdictio, dominium. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 61. *Tandem sepeditus Odo jam receptis à monachis LXX. solidis Cenomanensis moneta homines monachorum à Prætura Comitum tenetur penitus expedire.*

¶ PRÆVARICARE, pro *Prævaricari*, in Addit. 4. ad Capitul. cap. 88. & in Indice vett. Canon. tom. 3. Conc. Hispan. pag. 22.

¶ PRÆVARICATIO, pro Apostasia à fide Catholica, in Cod. Theod. l. 3. de Apostatis tit. 7.

¶ PRÆVARICATUS, Corruptus, immutatus. Liber de Castro Ambasiæ apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 519. *Cheudon Comes Andegavis, oppidum quod ex suo nomine Cheudonem dixit, in Turonia construxit, quod nomen diu post lingua Francorum Prævaricatum Chainon nunc dicitur.*

¶ PRÆVEIRIL, f. Reditus, Gallice *Revenu*, ab Occitan. *Preu*, commodum, Gall. *Profit.* Charta Ermengardis Vicecomit. Biterr. an. 1089. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 327. *Nos omnes simul in unum derelinquimus Deo . . . ipsam ecclesiam de Casals, hoc est, ipsum Præveiril cum medietate de decimis, & ipsas primicias, &c.* Vide supra *Præferentia.*

¶ PRÆVENARI, Prævidere, animo prospicere. Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. edit. Hearnii cap. 44. pag. 107. *Quia vero talia discretio quodam præfagio mentis regalis Prævenatur aspectus, &c.*

¶ PRÆVENIRE, Circumvenire, nostris *Prévenir*

eadem notione. Lex 2. de Bon. vacant. tit. 8. Cod. Theod. *Ne principali liberalitate Præventa dominium quis rei alienæ affectet*, &c.

¶ PRÆVENTI dicebantur qui subitanea & improvisa morte decedebant: quinam vero potissimum sic nuncupabantur, & qua ratione habiti fuerint, docent Constit. Udalrici Episc. Patav. apud Hansiz. to. 1. Germ. sacræ p. 565. *Insuper Synodi immediate prelibate morem amplectentes, declaramus apud plebanos, & ecclesiarum rectores circa Preventorum mortem hunc servari modum: quod si quis Christi fidelis devote circa festa Pasce penitentiæ & Eucharistiæ sacramentum percepit, & si dando operam rei licite, gratia exempli, si feriata die exerceret piscaturam, amputaret ligna in silva, vel eundo per pontem casu precipitaretur, aut alias ex permissione divina subito dies suos clauderet extremos, quod talis non censeretur Preventus. Si vero talis, etiam si hujusmodi sacramenta in Pasca suscepisset, daret operam rei illicitæ, ut si daret se ad latrocinia, concitaret seditionem, vel tumultum; sive piscaretur, vel mercaretur die festivo, aut Sabbatum preter necessitatem à sanctis Patribus, & ab Ecclesia institutum ex contemptu publice solveret; aut si prostratus agritudine recusaret penitentiæ, Eucharistiæ, ac sacræ Unctionis sacramenta suscipere. Et tunc si tali casu precipitaretur; censeretur Preventus, & nequaquam, ut is, qui ad festa Pasce negligit recipere predicta sacramenta penitentiæ & Eucharistiæ, ad ecclesiasticam sepulturam veniet admittendus, cum tales, & similes in peccato publico reperiantur decedere mortali, & inde ecclesiastica sepultura ipsis in majorem cederet dampnorum accumulationem. Vide in Intestatio.*

¶ PRÆVENTIO. Charta ann. 961. inter Instr. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 409. *Sponte omnes feudales possessiones quas habebat à latere dicti cœnobii, usque ad mare consistentes, censibus, cultibus... cum omni jure castellanerii & Præventionis... cessit & transportavit in perpetuum. Ubi præventio de mero imperio & jurisdictione suprema intelligenda videtur, cum juri Castellani subjiciatur, Castellano quippe jure suo castellum habere cum mero imperio & suprema jurisdictione competeat. Cæterum Præventio apud Practicos dicitur, cum ejusdem rei personæ jurisdictio penes duos judices est, & alter cognoscere prius cœpit: vel jus illius qui prior agit accusatus.*

PRÆVENTORES MILITES, sub dispositione Ducis Mœsiæ secundæ, in Notitia Imperii. [Globus erat, ut scribit Carolus de Aquino in Lexico milit. sive acies à reliquis copiis separata, quæ vagos hostes superveniens divexabat. Præventores autem dicti à præveniando, quoniam locum castris ante caperent, hostesque præpedirent in locis & regionibus occupandis. Vide Notas Panciroli ad Notit. Imperii.]

¶ PRÆVESTITUS, Vestitus, indutus. Charta an. 1182. ex Tabular. S. Albini Andeg. *Affistemus in eorum ecclesia bis in anno, videlicet SS. Maurilii & Andrea festivitibus albis & cappis Prævestiti.*

¶ PRÆVIARE, Præire. Epist. Caroli M. ad Elipandum inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 112. *Quisquis ad hanc civitatem, recta sibi Præviante fide, ... pervenire festinat, apertas inveniet portas.* Acta SS. tom. 2. Jun. de S. Bardone pag. 307. *Claudos item itinere quod ducit ad cælum suo ducatu Præviavit.*

1. PRÆVIDERE, dicebantur Monachi, qui lecturi aut cantaturi in Ecclesia, priusquam in eam irent, ad lectionem vel cantum se præparabant. Vide Usus antiquos Ordinis Cisterciensis cap. 71.

¶ 2. PRÆVIDERE, Servare, custodire, defen-

dere. Gall. Garder. Tabular. S. Audomari: *Vuilbertus habet bunar. XII. solvit solidos 11. & Prævidet silvam.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 61. *Debet solvere quartam partem de integro manso, sed pro ipso debito Prævidet porcos.* Charta an. 1027. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 173. *Rostagnus & unus de filiis suis, aut unus de posteris suis, cujus Galazanicus erit hereditas, teneant ad Prævidendum sive defendendum pro remedium animæ suæ, &c.*

¶ 3. PRÆVIDERE, pro Præsidere, præesse, in laudato Cod. Irminonis fol. 45. *Et ipsi qui in villa dicta Prævident ipsos farinarios, si poterint in ipsa aqua prendere anuvillas, solvunt inde unusquisque c.*

¶ PRÆVIGILIUM, Pervigilium. Concil. Tolentan. IV. inter Hispan. tom. 2. pag. 481. *Lucerna & cereus in Prævigiliis Pasche apud quasdam ecclesias non benedicantur. Vide Vigilia.* Non absimili notione Præveil dixerunt nostri. Consule Menag. in Orig. Gallicanis.

¶ PRÆVILEGIARE, Alicui ex privilegio quidpiam concedere. Lambertus Ardénf. lib. 4. Hist. cap. 39. *Sed & eandem Lislensem... ecclesiam... Morinensis antistes Milo... regularibus postea canonicis albi velleris Præmonstratensibus... benevolum assensum præbentibus Watinensis Ecclesia canonicis, Prævilegiavit.*

PRÆURBIUM, Suburbium, spatium quod est ante urbem. Nizo Abbas in Vita S. Basini Arch. Trevir. num. 5. *Monasterium, quod in Præurbio civitatis situm est.*

¶ PRAGENSES GROSSI, Moneta urbis Pragæ. Memorantur in Charta ann. 1296. & in alia ann. 1328. apud Schlegel. in Dissert. de Nummis antiq. Gothanis, &c. Charta ann. 1327. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 480. *Nos vero vice versa pro dotalitio saepe dicti filii nostri xv. millia marcarum argenti, ita quod qualibet ad valorem LVI. Grosforum Pragensium se extendat, tenebimur assignare.*

¶ PRAGMA, Sententia, pronuntiatum, statutum. Ernaldus in Vita S. Bernardi tom. 2. Oper. ejusd. edit. ann. 1690. col. 1096. *Ecce nova legatio, non Romanum Pragma circumferens, sed divinis legibus fidei Pragma allegans, &c.*

¶ PRAGMATICARII, Qui scribunt Pragmaticas sanctiones, & alio modo dicuntur Scriuarii. Vocabul. utriusque Juris.

¶ PRAGMATICE, Eo modo quo Pragmaticum definiri solet. Charta Philippi V. Regis Franc. pro erectione Baroniarum de Harcourt in Comitatum ann. 1338. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 248. *Baroniam & terram prædictam præsentis statuto Pragmaticæ diffinito in Comitatum duximus erigendam.*

PRAGMATICUM, Pragmaticum rescriptum, seu Sanctio pragmatica, dicitur, quæ adhibita diligenti causæ cognitione ex omnium procerum consensu in modum sententiæ ultro à Principe conceditur, aut fertur. Sanctus Augustinus Collat. III. cum Donatistis cap. 2. *Pragmaticum rescriptum, quod supra præceptum Imperiale dicitur. Collatio III. Cartag. cap. 38. Peritiam sanctitatis vestræ arbitror non latere Pragmaticis rescriptis preces inseri non solere.* Adde c. 39. Πραγματικοί τύποι, in Concil. Calched. act. 5. [Pragmaticum præceptum, in Charta Ottonis Imper. ann. 977. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 198. *Edictum Pragmatica sanctione corroboratum, in Diplom. Freder. I. Imper. ann. 1173. apud Miræum to. 2. pag. 1178.*] Paulus Warnefridus lib. 2. de Gestis Langob. cap. 12. *Cui Rex, ut erat largissimus, omnes suæ Ecclesiæ facultates concessit, & per-*

suum Pragmaticum postulata firmavit. Aimoinus lib. 1. Hist. Franc. cap. 17. Et ut ipsi posteri eorum illum possiderent locum, per suum firmavit Pragmaticum. Vide Ughellum tom. 4. p. 483. 789. & Salmasium ad Capitolinum pag. 259.

¶ PRAGMATICA CONSTITUTIO, in Diplom. Lotharii Imper. ann. 26. regni ejusd. in Ital. Hist. Mediani Monast. pag. 14. Eundem locum per Pragmaticam Regis Childerici Constitutionem prerogativa emunitatis libertate communiri impetravit.

¶ PRAGMATICA SANCTIO, in l. 10. Cod. de Sacros. Eccl. in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 30. al. 32. &c. Vide leg. 3. Cod. Th. de Decur. l. 36. de Annona, & leg. 52. de Hæret. Philippus Rex Franciæ in Charta ann. 1312. pro Lugdunensib. Declaramus, atque Pragmatica Sanctione, nostraque autoritate declaramus, &c. Vide Metropolitim Salisburg. to. 1. pag. 350. [& Ordinat. Reg. Franc. to. 1. pag. 2.] De Pragmaticis Sanctionibus S. Ludovici & Caroli VII. Regum Franciæ consulendi Scriptores nostri.

¶ PRAGMATICUM dicta etiam Charta seu Diploma regium, in quo accurata fit recensio bonorum omnium alicujus Ecclesiæ vel Monasterii, in quorum possessione confirmatur. Privileg. Rotberti Reg. apud Mabill. in Append. ad tom. 4. Annal. Bened. pag. 5. Prædictorum igitur privilegiorum tenore considerato, ad notitiam futurorum placuit nobis in hoc Pragmatico confirmari & annotari possessiones, quæ in prædictis & in aliis Regum privilegiis continebantur, quas presentialiter ejusdem cœnobii fratres gratia Dei secure & quiete possident.

¶ PRAGMATICUS, Actuosus. Epitaph. Reinoldi apud Marten. Itiner. 2. litter. pag. 46.

Hi duo diversas tennerunt ordine vitas,
Vir speculativam, foemina Pragmaticam.

¶ PRAISIÆ, ut infra Prisa, quidquid ex subditis & tenentibus capitur ad expensas Regis & Domini, quod legitime & debite persolvi debet. Vide in hac voce. Charta ann. 1240. tom. 1. Histor. Dalphin. p. 188. Cum nobilis Albertus dom. de Turre . . . prioratum de Monestrelli & homines prioratus quibusdam exactionibus super Prasiis & aliis pravis consuetudinibus gravaret, . . . exactiones super Prasiis & alias pravas consuetudines . . . remiserunt. Computus an. 1347. ibid. pag. 84. col. 2. Computavit . . . de Prasiis certarum vinearum à diversis personis per D. nostrum emptarum ad opus monasterii prædicti, & de certorum nemorum & pratorum Prasiis emptorum, . . . nec non de Prasiis per dictum fr. Chabertum quondam receptis supra portu Jairis & quartonibus Bellimontis . . . Primo de taillis Corvi, Mura & Bellimontis pro duabus Prasiis annorum 1343. & 1344. non computat. Item de quartonibus Bellimontis de duabus Prasiis finitis in festo Assumptionis.

¶ PRAMEKARLE, Nautarum species; Danis; in Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1326. apud Pöntanum lib. 7. Rer. Danicar. pag. 443.

¶ PRANDARIUS, Servus familiaris, domesticus, qui ex alterius mensa seu prandio est, Gall, Commenfal. Charta an. 967. in Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 955. Ego renuntiavi & renuntio de omni ipsa superscripta abbatia, . . . sive de casis, sive casalibus, sive colonicibus, . . . seu de cartulatis vel de Prandariis.

¶ PRANDEDEUM, In quo sit prandium. Ita Papias MS. & editus.

¶ PRANDEUM, [Genus Zonarum. Gloss. Isid.] Vide Brandeum 3

¶ PRANDICULARIUS, ἡ μέλα μνηστὴρ ἡμέρα, in Tom. V.

Gloss. Lat. Græc. [Dies desponsationem subsequens, apud Martinium. Observat Vulcanius male scriptum prandicularius pro pandicularius, pejusque interpretatum. Vide Festum & Pandicularius.]

¶ PRANDIOPRATÆ, Prandiorum venditores, Caupones, in Amalth. Vide Glossar. med. Græcit. in πρᾶνδισπράτας.

¶ PRANDIUM, Idem quod Pastus, cœnaticum, convivium, nostris, droit de Past. Vide in his vocibus. [Consuet. Episcoporum vel Episcopaliū ministrorum Obsonia dicuntur ejusmodi Prandia, in Bulla Paschalis II. PP. ann. 1107. inter Libert. Monaster. Elnonensis.] Tabularium Ecclesiæ Cadurcensis: *Dono & illam terram, . . . unde exeunt 4. denarii & unum Prandium cum 4. Milibus.* Alibi: *Exiit autem de manso illo unum Prandium in Natali Domini, & unus aries in Pascha.* Rursum: *Galricus Vicecomes S. Cirici fecit pignoran Raimundo Raterii in villa, quæ dicitur Crem, videlicet unum Prandium cum centum Milibus per 300. solidos Aquitanenses.* Charta ann. 982. apud Ughellum in Patriarchis Venetis: *Votamus ut in eadem libertate semper consistat, ut nullus Episcopus servitutis usum requirere, aut Prandia præsumat.* [Bulla Eugenii III. PP. ann. 1152. ex Tabul. S. Albini Andegav. *Indebitas autem & immoderatas Prandiorum exactiones in obedientiis vestris à diocesano Episcopo fieri omnimodo prohibemus.*] Charta Hugonis Abbat. S. Dionysii ann. 1189. *Advocatus habet unum Prandium in terra S. Dionysii de Grandi pateo ad 10. Milites, & non amplius. Unusquisque miles potest habere, 4. equos, & Advocatus canes suos cum venatoribus annuatim. Major procurat hoc prandium, & samuli Majoris servant.* Chronicon Casin. lib. 3. cap. 72. (al. 73.) *Constituit etiam, ut omnia Monasteria, quæ sub diuione hujus nostri Casinensis Cœnobii sunt, Prandium unum per unumqueque annum huic nostre congregationi faciant.* Vide ibi Angelum à Nuce, ubi multa de jure procurationis seu prandii, Petrum Diac. lib. 4. ejusdem Chronici cap. 133. Sanjulianum in Matiscone pag. 274. & supra in Pignora.

¶ PRANDIUM CANUM, Pastus canum venaticorum qui à tenentibus exigebatur. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 340. *Guillelmus Venator concessit monachis S. Albini Prandium canum, &c.* Vide in Bren.

¶ PRANDIUM CONSUETUDINARIUM, Quod ex consuetudine debetur, in Tabular. S. Cyrici num. 98. *Prandium costumale,* in Charta an. 1286. apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Benedict. Pictav. MSS. pag. 909.

¶ PRANDIA MORTUORUM. Vide Parentalia.

¶ PRANDIUM TERRÆ, Interstitium itineris à decubitu ad diversorium meridianum, qui esset dimidius stathmus juxta Tho. de Vio de itinere Geriozi apud Senalem fol. 39. Hæc Spelmannus.

¶ PRANDIUM, pro Convivio in noctem dilato; usurpat Gregor. Turon. in Hist. Franc. col. 521. *Invitatis enim ad epulum multis (Regina Fredegunda) hos tres in uno fecit sedere subsellio; cumque in eo Prandium elongatum fuisset spatium, ut nox mundum obrueret, &c.*

¶ PRANSORIUM, Locus ubi prandetur, Joanni de Janua: ἀπὸ πρᾶν Annae Commenæ l. 15. Alex. & auctori Vitæ S. Nili junioris pag. 145. *Dieta sive cœnatiuncula,* apud Sidonium lib. 2. Epist. 2. Papias & Gloss. Lat. MS. reg. *Pransorium, Promulsorium.*

¶ Ubi promulsarium habent Glossæ Isid. & Constantiensis; nullibi bene, uti videtur Grævio, qui legendum esse censet *promulsarium*, quo significatur

- ferculum, cui patinæ prandentium imponebantur, ὑπόθημα, suppositorium, quod lancem sustinet. Plura vide ibi, & infra *Promulsidarium*.
- ¶ PRANSUM, Prandium. Statuta S. Claudii ann. 1448. pag. 42. *In refectorio cum religiosis & novitiis ejusdem (monasterii) prandeat, & in prefato refectorio expositionem Evangelii diei prandium faciendo coram eo legi faciat, & Pranso facto cum prefatis religiosis & novitiis ad Ecclesiam Beati Petri eundo gratias Deo solemniter dicat.*
- ¶ PRARAGIA, Præstatio quæ domino à tenentibus fit ob terras in prata conversas. Charta ann. 1163. apud Calmet. tom. 2. Hist. Lotharing. inter Probat. col. 362. *Excepto frustici qui infra bannum Maginiensem eas (terras) requirere & consueto more deservire voluerint, debitam inde sartagiam & Praragiam Radulpho persolvent.*
- ¶ PRARIA, Pratorum series, Gall. *Prairie*. Charta Stephani Comit. Sacricæfar. an. 1162. *Etiam concessi predictis fratribus (Monast. Boniradii) prata que habeo in Praria Nannaii, &c. Vide Praeria.*
- ¶ PRASIMA, Piscis genus, nostris *Brême*. S. Wilhelm. Constitut. Hirfaug. lib. 1. c. 8. *Pro signo Prasima, generali premisso hoc adde ut manum extendas, latitudinem ipsius simulans.*
- ¶ PRASINÆ. Vide in *Prasimum*.
- ¶ PRASINALIS, Prasinus, viridis, coloris porracei. Anastasius in Gregor. IV. PP. apud Murator. to. 3. p. 224. *Item in eadem imagine habet murenas Prasinales pretiosissimas duas, &c. Vide Prasimum.*
- PRASINOPURPURA, Color purpureus viridis, ex Græc. *πρασινωπερφύρα*. Charta Donationis Ecclesiæ Cornutiænæ, edita à Suarezio: *Vela tramoserica Prasinosporphyra duo.*
- ¶ PRASINOVENETUS. Vide in *Melinus*, & mox *Prasinovultis*.
- PRASINOVULTIS, in Epist. Michaëlis Balbi Imp. cujus verba retulimus in v. *Melinus*, ubi *prasinovenetum esse* conjiciebamus: sed nunc alia subit conjectura, voces nempe *milinovultin*, & *prasinovultin*, quæ ibi occurrunt, ex Gr. *μυλινωβλάτιν*, & *πρασινωβλάτιν* efformatas.
- PRASINUM, Viride acutissimum, herbaceum, ἀπὸ τῆς πράσιου, *Porro*. Isidor. lib. 19. Orig. c. 17. *Prasina, id est, creta viridis, etsi in aliquibus terris promiscue generetur, optima tamen est in Lybia Cyrenensi.* Frotharius Tullensis Epist. 20. *Peto, ut nobis mittas ad decorandos parietes colores diversos, qui ad manum habentur, videlicet auri pigmentum, folium Indicum, minium, lazur, atque Prusium, & de vivo argento juxta facultatem.* Ubi nemo non videt legendum *prasinum*. Vide *Bulengerum l. de Circo cap. 48.* & quæ observat Savaro ad Sidon. lib. 2. Epist. 10. [Adde *Macros in Hierolex. in vv. Prasinus & Chrysocola*, ubi contendunt *prasinum* colorem cæruleum esse, non porraceum: in quo ab omnibus Glossographis recedunt; quibus etiam accedit Anonymus in *Histor. foundationis Insulæ Barbaræ tom. 1. Macer. ejusd. pag. 7. Color ejus (scyphi) naturalis exprimendus est in sequenti, scribendo Smaragdus viridissimus qui Prasinus dicitur. Prason Græce, Latine Porrus, quod viridissimi, id est, Prasini coloris.*]
- ¶ PRASSINUS, Eadem notione. Cum gemmis *Prasiniis & hyacinthinis*, in Chron. Romualdi Archiep. Salernit. apud Murator. to. 7. col. 81.
- ¶ PRÆSSINIUS, Eodem sensu, in Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 5. *Margaritas continentes omnimodi coloris, ut pote rubricondas, jacinthinas, vel purpureas, Prassinias, sed maxime candidas.*
- PRASINÆ, Smaragdi, apud Anastasium in *Vitis PP.*

- Locos dedit Salmasius ad *Lampridium p. 188.*
- PRASSA, Charta, in Gloss. Arabico-Latinis.
- PRASTIA, Prædium. Vide *Proastium*.
- PRATA, Argentum, Lusitanis: Plata, Castellanis. Charta Lusitanica æræ 1316. apud Brandaon. to. 5. Monarch. Lusitan. pag. 304. *Item recepit 12. colhares de Prata, quæ ponderaverunt unam marcam, &c. Item recepit unum pichel de Prata, &c. Hac est recepta de Prata, quæ est in Scanza D. Dionysii (Reg. Portugall.) [Vide Plata 1.]*
- ¶ PRATAGIUM, Servitium quod tenentes domino suo debent in falcandis pratis, vel ejusdem servitii redemptio pecuniaria. Tabular. SS. Trinit. Cadom. fol. 21. *In Carpichet habemus XII. vilanos & dimidium; quisque eorum reddat II. solidos de Pratagio, aut facit dimidiam acram prati, &c. Vide Preagium.*
- ¶ PRATALE, Pratum. Charta ann. 983. in Chartul. Eccl. Aptensis fol. 96. vº. *Petiam de vinea, cum campo ibi adherente, cum ipso Pratale, &c. Vide supra Prada.*
- PRATALINUM, Pratum, in Charta Gregorii IX. PP. an. 1235. apud Ughell. to. 1. part. 1. p. 84.
- ¶ PRATARIA, Pratorum series, Gall. *Prairie*. Charta Hilduini Abbat. S. Dionys. an. 832. apud Felibian. in Hist. ejusd. Monast. p. L. *De Prataria in insula arpennos duos, in ponte Alvernus perticam unam.* Charta Curiaë Sueffion. ann. 1277. *Confessus est se retinere... quoddam pratum seu spoliium cujusdam prati siti in Prataria quæ est inter villas.* Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 602. *Finale autem termini castelli Phara... positi sunt, videlicet... ad pedem Montis rotundi per Pratarias sanctæ Mariæ usque in pasculos.*
- ¶ PRATERIA, Eadem notione. Litteræ Caroli Reg. Franc. ann. 1326. in Tabular. Calensi fol. 196. *Fuissent per spatium LX. annorum & amplius in possessione 1X. arpentorum prati sitorum in Prateria de Kala.* Processus de vener. Maria de Malliaco to. 3. Martii pag. 756. *Equitando per campos seu Prateriam de Bellepouille prope Andegavum.*
- PRATARIUS SERVUS, Cui pratorum cura incumbit, in Tabul. Prioratus Neronisvillæ fol. 24.
- ¶ PRATELLUM, diminut. à Pratum, in Charta fundat. S. Symphoriani an. 1206. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 86. col. 2. Charta an. 1243. in Tabul. Communis Massil. *Actum in castro Tarafconis in quodam Pratello.* Vide *Pratum*. Le Roman de la Rose MS.
*Ains alez chantant & balant
Par ces jardins, par ces Proiaus
Avec ces garçons desloiaus.*
- PRATERITIA, Gall. *Prairie*, vel tempus quo prata secantur. Tabularium S. Remigii Remensis: *Faciunt carroperam de annonâ, aut de vino in leug. 12. Sin autem, dabit denar. 2. in Prateritia falcem 1. cum sua prabenda.* Alibi: *Donat annis singulis speltæ mod. 12. in salneria den. 3. in Prateritia den. 2. pull. 3. ova 20. &c.*
- ¶ PRATICARI. Vide in *Practica* 3.
- ¶ PRATICUS, pro Practicus. *Ars practica*, quæ manibus exercetur. Charta Johannis Reg. Franc. an. 1360. tom. 3. Ordinât. pag. 476. *Quod possint sua ministeria vel opera, currecterias, arces speculativas, Praticas atque mechanicas, exercere & facere.* Ibid. Gall. *Pratiques* redditur.
- ¶ PRATIVUS, Pratenfis, ad pratum spectans. *Terra prativa*, pratum. Statuta castri Redaldi lib. 3. fol. 49. *Ordinaverunt quod aliquis terrigena, vel forensis castri Redaldi non audeat vel prasumat de cetero per se vel per alios occupare, vel usurpare aliquas terras*

buschivas, saldivas, Prativas, neque laborativas, &c.
 Occurrit præterea in Addit. ad Statuta Mutin. fol. 5. v^o. & in Statutis Cadubrii lib. 3. cap. 65.

¶ PRATORA, dialecto Langobardica, Pratum. Charta Paldulfi IV. Princ. Capuæ in Histor. Peregrini apud Murator. tom. 2. pag. 308. *Quomodo vadit per ipsa aqua de ipsa Anglena in sursum usque ad ipsa Pratora, &c.*

PRATUM, PRATELLUM, in Formula 61. Lindenbrogiana. Sic porro apud Monachos dictus locus sub dio, seu atrium, quod cingunt claustrum porticus in Monasteriis, vulgo *le Preau*. Sugerius l. 1. de Consecrat. Eccl. S. Dionysii: *Multos etiam extremo singultantes spiritu in Prato fratrum cunctis desperantibus anhelare.* [Charta ann. 1240. ex Bibl. Reg. Parati erunt in Pratello, vel in claustro, &c.] Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 12. *Et ponet ante Capitulum extrinsecus in Pratello, &c.* [Hist. Episc. Autiss. apud Labbeum tom. 1. Bibl. MSS. *Insuper cameram episcopalem super Pratellum veternam & jam senio collabentem quasi funditus reparavit.*] Adde Statuta antiqua Ord. Cartusienfis, 1. part. cap. 36. §. 16. cap. 40. §. 36. [& Ordinatio Reg. Franc. to. 4. pag. 633.]

¶ PRATUM, Campus vitibus consitus. Statuta Mutin. rubr. 373. fol. 77. *Nisi fuerit furtum de blava, seu legumine existente in campo, ... vel in uvis maturis adhuc in Prato, vel in arbore existentibus.*

PRATUS, pro Pratum, usurpat Innocentius Agri-menfor: *Et sub se campum, sub campo alveus currit, & circa alveum Pratus, &c.*

PRAVESCERE, *Ἀφαιζέω*, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum, *ἀφαιζέω*, extermino, disperdo, deformato, depravo.

PRAVICORDIUS, Qui est pravo corde. S. Augustinus in Psal. 146. *Quid est Pravicordius? torticordius, tortum cor habens, putat torta esse omnia, quæ dicuntur à Deo, putat prava esse omnia, quæ fecit Deus.*

¶ PRAVICORS, Eadem notione, in Epist. Johannis Abb. Fiscam. ad Leonem IX. PP. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 208. *Hinc populus sibilat, hinc mihi quivis Pravicors insultat.*

¶ PRAVILEGIUM, Vox in malam partem usurpata, quomodo *privilegium* in bonam, adeo ut *privilegium* sit præter legem, *pravilegium* contra legem. Epist. Friderici Episc. Leodiensis apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 655. *Recognoscitis quomodo ... tota fere Romana Ecclesia juravit, quale privilegium sub juramenti assignatione Henrico Imperatori dederit; quomodo etiam postea in generali Concilio Capuæ habito illud solverit, nec jam privilegium, sed Pravilegium id vocari decreverit.* Sic in verbis ludere amabant. Vide in *Privilegium*.

¶ PRAVITAS. Sine pravitate, formula in Litteris Apostolicis usurpari solita. Vide Glossam in l. 2. Decretal. tit. de Confirmat. util. vel inutil. c. 8.

PRAVIUM. Albertus Aquensis lib. 3. cap. 64. *Ad hac tota vis Turcorum ab insidiis consurgit, & sexaginta equites Gallorum jam Praviuum montis tenentes, gravissima cæperunt insecutione urgere, ac per medium montis cacumen, usque ad ipsam vallem, quam approprians Christianus exercitus occupavit, retulerunt.* Ubi *praviuum* idem est, quod montis cacumen.

PRAXARE, pro Braxare vel Brassare, cerevisiam conficere. Vide *Brace*.

PRAXERIA, Palorum contextus. Vide *Paxera*.

PRAXIT, pro *Pransit*, apud Anastasium in S. Vitaliano PP. *Et lavit se, & ibidem Praxit in Basilica Julii.* Cod. alius habet, *Letus ibidem pransus est.*

¶ PREAGIUM, Gall. *Preage*, ut supra *Pratagium*.

Charta Henrici Comit. Vadani-montis an. 1252. in Hist. Mediani Monast. pag. 323. *Quam deciman prædicti abbas & conventus ei sub annuo crescensu viginti quinque solidorum Proviniensium fortium, singulis annis in Preagiis suis de Domart capiendorum ... retulerunt.* Ex quibus colligitur *Preagium* etiam accipi posse de censu annuo ex pratis reddendo. *Terragium Insulæ Adami: En la ville d'Auzmont est due a Noel un boisseau & demy d'avoine, une geline, deux sols, & une denier de Preage a la S. Jean. Droit de Preage & defaultrage,* in Consuet. Turon. art. 100. 101. & in locali Castellaniæ Exclufarum in Turon. quod de jure quo dominus in pratis vassalorum equos, vaccas pascere potest, modo prata defendat, exponit Raguellus. *Preir*, terram in pratum vertere, in vet. Consuetud. Atrebat. art. 39. *Les possesseurs d'aucunes terres labourables chargées de droit de terrage ne les peuvent amasser (amafer) Preir, ne mettre en usage de Pasture sans le gré ou consentement de ceux ausquels ledit droit de terrage appartient.* Vide *Apprataré*.

PREBOSTATUS, Præpositi dignitas, Gallis *Prevofté*. Tabularium Abb. S. Amantii Inculismensis: *Dedit nepoti suo omnem Prebostatum villæ Anulsi.* Alibi: *Dedit Anguillarium de Islabruna, & Prebostatum borderia Guillelmi Matsfredi in dominium.* Iterum: *Donum Guillelmi Gastilnelli de Prebostatu, quem habebat in bosco Roselli.* Alibi: *Fecit hoc donum S. Amantio tali conditione, ut ipse teneret Prebostatum in vita sua.* [Vide *Prebostia*.]

¶ PRECAMEN, Precis, precatio. Charta Zuendeboldi ann. 895. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 326. *Ubi instanter congregatio ad Deum sedula ac sacratissima Precamina dirigit, Litteræ Henrici III. Reg. Angl. ann. 1261. apud Rymer. tom. 1. pag. 371. Propter quod Precamina sua & dilecta filia vestra Regina Navarra ... in dicto negotio plurimum valitura censemus.*

¶ PRECARE, pro Precari, in Capitul. Caroli C. tit. 19. §. 1. &c. Vide alia notione in *Precaria* 1. & 2.

1. PRECARIA, est Libellus, seu Charta, qua quis alodium vel prædium ab Ecclesia sub annuo censu ad vitam utendum accipit, illud *precario* possessurus, ut est in Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 104. vel ut apud Abbonem Abbatem Floriacensem in Canonib. cap. 7. *quod ex conventionione fiat, & precibus obtineatur.* *Precaria Epistola*, in Lege Wisigoth. lib. 10. tit. 1. §. 12. *Testamentum Precaria*, apud Hugonem Flaviniacensem in Chronico Virdunensi p. 110. *Emphyteusis*, in Charta scripta Berengario imperante apud Ughellum to. 6. pag. 634. *Num non habeant potestatem ipsum Xenodochium nemini in emphyteusim, id est Precariam dandi, aut concedendi, &c.* *Libellus*, nude, ut in hac voce docuimus, *Præstaria*, interdum, de qua suo loco.

¶ Jam in voce *Præstaria* monuimus hanc cum *Precaria* sæpius confundi à Scriptoribus, tamen non nihil discriminis inter utramque interest apud diligentiores; adeo ut *Precaria* sit accipientis jure precario libellus: quod iterum firmat Charta apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 480. *Sicque me recognosco ego Pinaudus quomodo ego & parentes mei superscripti pro vestro beneficio antea & per Precaria nostra quam vobis fecimus, &c.*

¶ *Precaria* latiori sensu dicitur Charta qua quis sibi ad vitam usumfructum earum possessionum, vel etiam aliarum, quas alicui Ecclesiæ concessit, retinet, vel illi concedunt recipientes. Hinc *Precaria* dicitur Charta Ermengardis ann. 815. inter Instr.

to. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 167. qua concessa Monasterio Isalmodiensi per testamentum mariti sui confirmat augetque, ea lege ut hæc in beneficium, quamdiu vixerit, obtineat sub annuo censu. Eiusmodi etiam est Charta quam exhibet Meichelbeckus tom. 1. Histor. Frising. pag. 219. ubi & *Complacitatio* nuncupatur, quod ex *placito* seu pacto utriusque partis fieri solebat. Vide Gotthelfium Struvium in Glossario ad Freherum de Rer. Germ. Scriptoribus.

Ut porro *Emphyteusis* primum à civitatum agris ad patrimoniales principum fundos inducta est: ita à patrimonialibus, non modo ad privatorum agros, sed etiam ad Ecclesiasticos. Cur autem Ecclesia emphyteusim in prædiis suis receperit, rationem hanc reddit Gregorius M. lib. 1. Epist. 42. quod in eorum locationibus crebræ fierent conductorum mutationes, eoque ipso minus bene Ecclesiarum agri colerentur: *Jubemus etiam*, inquit, *ut hoc Experientia tua summopere custodiat, ut per commodum conductores in massis Ecclesiæ nunquam sunt, ne, dum commodum queritur, conductores frequenter mutantur: ex qua commutatione quid aliud agitur, nisi ut Ecclesiastica prædia nunquam colantur.*

Præstariarum & Precariarum in Galliis antiquum usum probat Palladius Episcopus in Epist. ad Desiderium, & Episcopus Cadurcensem, inter Epist. Desiderii 18. *Similiter ubi Chronatis in re Ecclesiæ Bagidone commanet, quia frater suus Deotherius Presbyter actorem Ecclesiæ Santomæ egit, & nunc ipsa Chronatia, qui ibidem per beneficium Precariarum, manere videtur, si eam cum omni re sua jubeas defensare, quomodo & apud Deum mercedem habeas, & nos vobis gratias supplicationis agamus.* Apud Fortunatum lib. 8. Poëm. 21. & 22. alterum *Pro villa præstita*, alterum *Precaria pro ipso agro*, inscribuntur, de villa scilicet, ad Vigennam fluvium sita, quam Gregorius Turonensis Episcopus eidem Fortunato in *præstariam* concesserat, sub ususfructus conditione, quam sic tangit:

Quando reposcetur, vestris redit usibus arvom,
si domino proprio restituerimus agrum.

Eiusmodi etiam *Precariarum* usum probant Symmachus P. P. 1. pist. . cap. 1. Concilium Agathense ann. 506. cap. 7. 45. Aurelian. I. an. 511. cap. 23. Aurelian. IV. cap. 34. &ugdunense II. c. 5. &c. quas Clericis potissimum factas ex iis colligere est, ac postmodum aliis. Charta Caroli M. apud Meurissium in Episcopis Metensib. pag. 181. *Ut jam futam villam nunquam præsumant alicui beneficio tribuere, nec per Precariam, ut fieri assolet, præbere, &c.* Inductæ præterea prædiorum Ecclesiasticorum emphyteuses Constitutionibus Imperatorum, ac maxime Leonis, & Novella 7. & 120. Justiniani, quibus eæ permittuntur usque ad filios & nepotes, seu in tertiam generationem, ut habent veteres Tabulæ: *Ita ut tribus personis defunctis omnimodo prædium ad venerabilem locum redeat, ut est apud Julianum antecessorem cap. 34. seu, ut Chartæ aliæ, ad primum & secundum hæredem, vel denique, ut Joannes Antiochenus περὶ χαρισμαγιῶν c. 10. 15. apud Jo. Bapt. Cotelerium to. 1. Monumentor. Ecclesiæ Græcæ, ἐπὶ δὲ τοῖς προσώτοις, ἢ τρισί. Odo Fossatenfis in Vita Burchardi Comitis: Dederat autem cuidam suo Prapósito, nomine Bodoni, ac duobus ipsius hæredibus quoddam beneficium; taliter ut diebus suæ vitæ censum ipsius Monasterio persolverent, id est 72. nummos: illis vero ab hac luce subtractis ipsam terram perpetuo cænobita possiderent. Sed jam dicto viro obeunte, filius ipsius Aledramvus nomine, qui primus hæres exti-*

terat, &c. Eadem fere habentur de eodem Bodone in Charta Roberti Reg. ann. 1029. in Tabulario Fossatenfi: *Sed prædictus Alrammus, qui de Carta primus hæres extiterat, cujusque nomen in ipsa descriptum erat, Monasterium adiit, &c.* Vide lib. 1. Antiquit. Fuldens. tradit. 24. Roverium in Reomao pag. 174. &c.

Interdum tamen ex pacti conventi legibus longius extendebantur *Precariæ*, ad quartum nempe hæredem, quas Codefridus Monachus S. Pantaleonis in Chronico ad an. 1168. *locationis libellos tertii & quarti generis* vocat.

Interdum ad quintum hæredem, cujusmodi *Precariarum* Chartæ describuntur in Tabulario Casauriensi, ex quo sequentes eruimus, hincque damus, ut *Precariarum* inde formulæ colligantur.

In Christi Nomine, ideoque ego Pelegrinus, filius quondam Ildeprandi de Salajano, manifesta causa est, & a plurimis cognitum, eo quod per meas litteras Precarias rogum tibi Romano Abbati ex Monasterio S. Trinitatis, quod adjectum esse debet in insula de Piscaria, loco, ubi dicitur Casaura, rogum emisi, & petivi à te, ut unà cum consensu & voluntate congregationis memorati Monasterii beneficiali ordine præstaretis mihi memorato Pelegrino, vel meis hæredibus usque in quinta mea generatione, omnes ipsas res, quas ego ipse tibi per cartulam vendidi, delegavi in Salajano, seu per ejus vocabula idem de casis, terris, vineis, campis, silvis, pascuis, pomis, atque salectis, cultum vel incultum, omnia & in omnibus ipsas memoratas res in integrum, quod & fecisti. Quamobrem præstisti & præstasti, tu memorate Romane Abbas, mihi memorato Pelegrino, vel meis hæredibus, usque in quintam meam generationem, omnes ipsas memoratas res in integrum, cum consensu & voluntate Congregationis memorati Monasterii: in eo vero tenore beneficiali ordine usufruendi, cultandi, laborandi, meliorandi, nam non vendendi, nec donandi, nec concambiandi, nec per ullum ingenium ipsas memoratas res in alterius potestatem dandi, nisi tantum usufruendi usque in quintam meam generationem, post nostrum transitum, omnem ipsam memoratam substantiam in integrum revertatur ad partem memorati Monasterii, cujus est proprietas, & per hanc cartam repromisi ego memoratus Pelegrinus unà cum meis hæredibus tibi, Romane Abbas, vel successoribus tuis dare censum annualiter de mense Decembri argentum denarios sex, & seu memoratus Pelegrinus unà cum meis hæredibus omnem ipsam memoratam substantiam bene non laboraverimus, & usu non fruerimus, & doloso animo ea male tractaverimus, & ipsum memoratum censum annualiter tibi, Romane Abbas, vel successoribus tuis non dederimus sic pleniter, sicut superius dictum est, hæc omnia memorata nos non adimpleverimus, vel fecerimus, tunc expondero me ego memoratus Pelegrinus unà cum meis hæredibus tibi memorate Romane Abbas, vel successoribus tuis componere vobis solidos centum, & omnes ipsas memoratas res in integrum reprehendatis ad partem memorati Monasterii sine omnem calumniam, qua sic taliter inter nos stetit convenienter. Quia vero Precariam scripsi ego Audoaldus Notarius, rogatus à memorato Pelegrino, actum in Casa aurea imperii D. Ludov. XXIIV. & III. anno Supponis Comitis, die xx. mensis April. per Indict. 4. feliciter. Signum manus Pelegrini, qui hanc Precariam fieri rogavit. † Ego Macolfus. † Ego Aloini. † Ego Majelfredus rogatus memoratis Monachis Monasterii.

Alia *Precariæ* formula describitur in eodem Tabulario Casauriensi ann. 24. Ludov. Imp. F. Lotharii: *Manifesta causa est, & ab omnibus cognitum, eo quod nos Arifredus & Ildebertus per nos litteras præ-*

carias rogavimus te, Romane Abbas, ex Monasterio S. Trinitatis, quod adificatum esse debet infra insulam de Piscaria, locum, qui dicitur Casaura, rogum misimus, & petivimus à te, ut unà cum consensu & voluntate Congregationis memorati S. Monasterii, beneficiali ordine præstaretis nobis Arifredo & Ariberto germanis, vel nostris hæredibus usque in quinta nostra generatione, omnes ipsas res, quas nos ipsi per Cartam venditionis delegavimus, &c. Alia Precaria ibidem: Ego Recipertus per meas litteras precarias rogum tibi, Romane Abbas, . . . emisi, & petivi à te, & cum consensu & voluntate Congregationis tua beneficiali ordine præstaretis mihi, vel meis hæredibus, usque in quintam generationem omnes ipsas res, quas ego vendidi & delegavi ad partem memorati Monasterii, &c. Quod & fecisti, quam & ob rem præstitisti & præstasti tu, Romane Abbas, mihi Raceperto, vel meis hæredibus usque in quintam generationem, omnes ipsas res memoratas in integrum. In eo vero tenore beneficiali ordine, usufruendi, cultandi, laborandi, nam non vendendi, nec donandi, nec concambiandi, nec per ullum ingenium ipsas memoratas res in alterius potestatem ad proprietatem dandum, nisi tantum usufruendi usque in quinta mea generatione, & post completam memoratam quintam generationem, discessum, omnes ipsas memoratas substantias in integrum revertatur ad partes memorati Monasterii, cujus est proprietas.

Sæpe etiam ad primum hæredem restrictæ leguntur Precariæ, ut in Chartis 65. & 70. ex Goldasti Alemannicis, alia, quæ descripta legitur in Historia Episcoporum Silvanectensium in Constantino Episcopo, &c. Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: Priscorum norma, & cunctarum Legum patet auctoritas, ut quicumque res Ecclesie per libellum habere voluerit, videlicet viginti novem annis ipsius petat suffragium & tuitionem. Quapropter ego in Dei nomine Chunradus, nutu Dei omnipotentis Rex, noverit fidelium nostrorum industria, qualiter Auzennus humiliter petisti, ut res nostras ex Abbatia nostra, quæ est constructa in honore S. Andreae, scilicet in Comitatu Viennensi, in agro Rogiacensi, in villa Sataratis, & in Colonias, hoc sunt campi sicut dividuntur cum terra sancta Maria, tibi & ad unum tuum hæredem, per libellum sub usu Beneficii concedo, ea namque ratione, ut annis singulis ad ipsam Ecclesiam sex denariatas in censum de cera persolvas. Si de ipso censu negligens fueris in uno anno, in alio duplum componas, ac insuper hoc libellum scriptum inviolabilis permaneat cum stipulatione subnixæ. S. Eberado, S. Patroni Comite, S. Giroldi, S. Widoni. Ego Suesfredus Levita hoc libellum scripsi, datavi, die Martis 5. Id. Mart. ann. 27. regnante Chunrado Rege serenissimo. [Iperius in Chron. S. Bertini apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 471. Hoc Monasterium cum suis appenditiis ipse Amalfridus beato patri Bertino donaverat, eo tamen tenore, ut ipse & filia ejus Auriana prædicta eundem locum quamdiu viverent, in Precaria haberent; sed post utriusque obitum sanctus Bertinus ejusque successores hoc habeant, teneant, & quemcumque voluerint eidem præponant.]

Interdum ad vitam ipsius, qui Precariam obtinebat, ut apud Marculfum lib. 2. Formul. 5. 39. 40. in Formulis veter. cap. 27. 42. in Form. secundum Legem Rom. eap. 7. in Charta Alamannica 68. 75. in lib. 1. Antiq. Fuld. tradit. 23. 75. lib. 2. tr. 25. 28. 33. & alibi passim. Unde patet, alium numerum non definitum, quam qui interdantem & accipientem convenerat, ex Concilio Turonensi III.

Interdum hisce contractibus rerum suarum usum-

fructum concedebat Ecclesia, ea conditione, ut tantæ quantitatis proprietatem ex rebus suis usufructuarius vel vivens, vel post mortem Ecclesie dimitteret; [quod maxime obtinuit, eum ad filios precarie concessio, quæ parentibus facta fuerat, extendebatur.] Quæ quidem econditio ad exicipiendas Ecclesiasticorum emphyteuses definita legitur Constitutione Leonis Imp. & Novella 7. Justiniani. Quarum precariarum formulæ exstant apud Marculfum lib. 2. form. 39. & 40. in Formulis veterib. eap. 41. 42. in Chronico Laurishamensi ann. 895. pag. 68. in Chartis Alamannicis Goldasti 63. 65. apud Brouverum l. 11. Annal. Trevir. num. 112. Meurissium in Episcopo Metensibus p. 185. 300. &c. De iis agunt præterea Capitula Caroli M. lib. 7. eap. 104. Concil. Remense II. eap. 36. Turonense III. eap. 51. Meldense ann. 845. eap. 22. Capit. Caroli C. post Capit. Caroli M. eap. 9. &c. Istiusmodi Precariæ formulam aliam ex Tabular. Vienn. Ecclesie descripsimus, quam hîc damus: *Consuetudo & justitia Ecclesiastica est, ut qui res suas & facultates suas Deo servisque suis contulerit, ei aliquid, quod postulaverit, rationabiliter ad invicem de rebus Ecclesie conferat. Ideo ego Barnoinus Archiepiscopus Ecclesie Viennensis, una cum Sacerdotibus & Clericis ejusdem sanctæ Matris Ecclesie, concedimus tibi Randuico & uxori tuæ Raingardi eandem Colonicam, quam per instrumenta cartarum Ecclesie S. Mauricii contulisti, quæ est sita in Comitatu in Viennensi in loco, ubi dicitur Rodscalco, & pro hac tam pia consolatione & grata devotione, concedimus vobis ex rebus S. Mauricii vel S. Symphoriani præstatione Beneficii in Madrata mansos vestitos duos, & absos 13. ut faciatis ex his omnibus diebus vita vestra quicquid vobis juste & rationabiliter visum fuerit. Ea tamen conditione, ut easdem res adificetis & melioretis atque excolatis, & annis singulis festivitate S. Mauricii in vestitura modium frumenti & modium vini ministris S. Mauricii persolvere studeatis: & post discessum hujus vita vestrum, absque alicujus contradictione prædicta res, & quas de jure nostro Ecclesia traditis, & easdem, quas Ecclesia vobis confert, sancti Mauricii Ecclesia recipere valeat, &c.*

Similem formulam, ex Tabulario Casauriensi descriptam, priori adjungimus. Placuit atque convenit inter nos Romanum Abbatem de Monasterio S. Trinitatis . . . una cum voluntate & consentientibus primatis Monachis, præordinatis in Officio memorati Monasterii, nec non inter Widonem Gastaldum, filium quondam Bertadi, & Eufrasiam conjugem tuam. Deditimus ego memoratus Romanus Abbas vobis memoratis & filiis & nepotibus Widonis legitimis usque in tertia generatione tua rem juris memorati Monasterii infra territorium Pinnense, curtes nostras in loco, quæ dicuntur Corneto & Saline, cum omnibus pertinentiis de ipsis curtibus cum terris & vineis, &c. per nostrum præstitum habeatis usufruendi, cultandi, meliorandi, nam non vendendi, nec donandi, nec commutandi, nec per ullum ingenium ad proprietatem in alterius potestatem transmigrandi. Et debeatis tu memorate & tertia generatio legitima cum Eufrasia uxore tua exinde annualiter reddere censum per unamquamque indictionem, aut per vos aut per vestrum Missum in memoratum Monasterium argentum vel aliam pecuniam totum in appretiatum solidos xv. Pro ea vero ratione vobis memoratas res usufruendi concedimus, quia tu nobis dedisti in ea convenientia de vestro proprio, quod à præsentis die ad jus nostræ proprietatis permanere debeat in territorio Pinnensi in casalibus, quæ dicuntur Tarzanico & in Opaculo, quod est per numerum vinearum solidos quinquaginta per,

tremissos vites centum, cum terra, ubi ipsa vinea plantata est, & terram in ipsis casalibus, vel per ejus vocabula, inter cultam & incultam, modiorum LX. cum cassis, quæ in ipsis rebus stare videntur, & quidquid de rebus proprietatis vestre super ipsa mansura invenire poterimus in memoratis casalibus, nobis dedisti in ista convenientia, hoc est ipsa res, quæ vobis evenerunt per cartulas venditionis à Petro filio quondam Adeperii, &c. an. Dom. Karolomanni Regis an. regni ejus in Italia 11. & 1 v. an. Comitatus Widonis Comititis.

Interdum per precarias quis res proprietatis suæ Ecclesiæ tradebat, easque postmodum sibi dari postulabat, sese annuo censui astringens, ut patet ex Lege Alamannor. cap. 2. Lege Bajwar. tit. 1. cap. 1. §. 1. veterib. Formulæ cap. 28. & ex alia secundum Legem Romanam cap. 8. 34. 41. ex Formulæ Parenfalibus cap. 20. ex Concilio Turonensi VI. cap. 51. Remensi II. c. 36. ex Meldensi ann. 845. cap. 22. ex Regula Canonicorum Chrodegangi c. 32. novæ edit. ex Chartis supra descriptis ex Tabulario Casauriensi, & aliis in Chronico Laurisham. p. 65. 66. 68. Chartis Alemannicis Goldasti 66. 67. 68. 69. 70. 75. Tradit. Fuldensib. lib. 1. trad. 23. 24. 75. lib. 2. trad. 25. 28. 33. & ibi passim: ex Chartis aliis apud Flodoardum lib. 2. Hist. Remensis cap. 1. Hugonem Flaviniacens. in Chron. p. 110. Bessium in Comit. Pictav. pag. 202. 210. 239. Miræum in Notit. Eccl. Belgii cap. 32. &c. [Vide B. Rhenanum lib. 2. Rerum Germanicarum.]

Id etiam obtinuit ut res venditas, earumque accepto pretio, in precariam reciperet venditor, ea tamen conditione ut eas excoleret & melioraret, nec deinceps dare aut vendere posset. Tabul. Audomar. *Omnia & ex omnibus rem inexactam ad integrum vobis per venditionis titulum accepto pretio, Ecclesiæ vestre (Sithiensi) à die presentis transfirmo Sed postea vos una cum consensu fratrum vestrorum juxta quod mea fuit petitio, ut suprascriptas res michi usualiter appresto beneficio vestro prestare promisistis ad excolendum vel emeliorandum & sicut convenit vobis annis singulis ad festivitatem S. Martini censum, hoc est solidos duos de argento vobis vel successoribus vestris dare vel transsolvere debeamus; & aliubi ipsam rem nec dare, nec vendere, commutare, nec naufragare pontificium non habeam.* Vide Mabillon. to. 3. Analect. p. 84.

Variæ præterea erant precariarum & præstariarum leges, quas inter fuit illa, ut de quinquennio in quinquennium renovarentur, ne ex silentio præscriptio aliqua obtenderetur, [vel, ut habet Conc. VI. Toletan. *ne longinquitas temporis proprietati obfisteret,*] in Capitulis Caroli C. tit. 6. p. 51. Hinc formula seu clausula libellis precariarum adjecta, ac si per quinquennium fuerit renovata ista precaria obtineat firmitatem. Charta Radulphi Archiep. Bituric. ann. 858. in Tabul. Abbatia Belliloci num. 19. *Et hæc duæ precariæ, uno tenore conscriptæ, sic obtineant firmitatem, quasi de quinquennio in quinquennium fuissent renovatæ, vel factæ.* Formula incerti auctoris cap. 41. *Et præsens precaria firma permaneat, & ut aliæ precariæ de quinquennio in quinquennium renovantur, istam vero non sit necesse renovandi, sed per semetipsam omni tempore obtineat firmitatem cum stipulatione subnixâ.* [Hanc formulam adhibitam legimus in Charta ann. 771. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 35, *Hanc autem Precariam non sit necesse de quinquennio in quinquennium renovare.*] Formulæ secundum Legem Romanam cap. 7. *Et hæc precaria, quamvis per diversorum annorum curricula à me fuisset possessa, nullum præjudicium vobis præparetur, sed ita*

firma permaneat, quasi per quinquennium fuerit renovata, &c. Tabularium Ecclesiæ Viennensis fol. 54. sub Carolo Calvo: *Et hæc præstaria nostra per quinquennium renovetur, &c.* Vetus Precaria in Actis Episcoporum Cenoman. pag. 238. *Ideo vobis precatores accedimus, ut ipsas res jam dictas tempore vite nostræ una gratia vestra & voluntate absque præjudicio vestro, vel S. Gervasii, tenere & extirpare faciatis, & post nostrum quoque discessum in vestram revocare faciatis potestatem.* Infra: *Hæc Precaria, quam per quinquennium renovatam manus nostræ vel bonorum hominum roboraverunt, &c.* Adde Vitam Aldrici Episcopi Cenoman. num. 62.

Et id quidem statutum in Conciliis ut precariæ de quinquennio in quinquennium renovarentur, quod ex antiqua consuetudine factum docet Synodus Belvac. cap. 13. *Ut precariæ de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem renoventur.*

Precarias denique renovare, cum eæ finitæ erant, posse Episcopos, definiunt Capitul. Caroli M. [3. incerti anni cap. 1. ejusd. Capitul. lib. 5. c. 198.] lib. 7. cap. 142. Quo pertinet formula 39. lib. 2. Marculsi: Et post nostrum discessum præfatos locos absque ulla alia renovata, ut mos est in cæteris, precaria, . . . vos vel successores aut agentes vestri in vestram faciatis revocare dominationem.

Illud autem in primis observandum res Ecclesiarum in precariam concessas, tamen ex earum proprietate erant, potuisse aliquando ad fiscum transferri ex negligentia eorum qui eas precario possidebant; scilicet cum regalia servitia, quibus obnoxia erant ejusmodi prædia, non implerent; adeo ut illa deinceps recipere Ecclesia non poterat, nisi per novam Principis, cujus fisco adscripta fuerant, concessionem. Hæc probat Præceptum Caroli C. an. 877. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1500. *Quidam ex Monachis ex cænobio S. Germani Autisiodorensis adierunt excellentiam nostræ celsitudinis, innotescens serenitati nostræ qualiter quidam noster fidelis Adelbertus nomine alodium suum . . . eidem cænobio liberalitatis munificentia per cartarum instrumenta contulisset; Abbas vero memorati cænobii & reliqui fratres ipsum alodium jure beneficiario & usufructuario eidem Adelberto denuo conferre studuerunt: sed post hæc ob illius negligentiam in fiscum nostrum decidit, & in jus ac dominationem nostram legaliter devenit. Et quia præfato cænobio non aliter legitime, postquam in fiscum nostrum deciderat, reddi poterat nisi per præceptum auctoritatis nostræ, libuit serenitati nostræ hoc altitudinis nostræ præceptum fieri & jam dicto cænobio dari; per quod præcipimus atque jubemus ut ita præfatum alodium, stipendiis fratrum à nobis deputatum, ita quiete teneat atque possideat, absque alicujus inquietudinis impulsu, sicut reliquas res olim à fidelibus Christianis antiqua munificentia sibi collatas.*

Precariarum Ecclesiasticarum, ut est in Capitulari an. 779. c. 13. & in Additione 4. Capitular. cap. 132. aliæ erant, quæ ab ipsis Ecclesiis, seu ipsis Præfulibus fiebant, aliæ, quæ Regia auctoritate: *Et sit discretio inter Precarias de verbo nostro factas, & inter eas, quas spontanea voluntate de ipsis rebus Ecclesiarum faciunt.* Ideo autem cogebantur Ecclesiæ à Principe precarias facere, ut quæ inde proveniebant, in subsidium exercitus impenderentur. Capitulare 2. Karolomanni Principis ann. 743. apud Liptinas cap. 2. Capit. Pipini an. 748. cap. 6. & lib. 5. Capitul. cap. 3. lib. 6. cap. 425. *Statuimus quoque cum consilio servorum Dei & populi Christiani, propter imminentiâ bella & persecutiones*

caterarum gentium, quæ in circuitu nostro sunt, ne sub precario & censu aliquam partem Ecclesiæ pecuniæ in adiutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione, ut annis singulis de unaquaque casata solidus, id est 12. denarii ad Ecclesiam reddantur, eo modo, ut si mariatur ille, cui pecunia commodata fuit, Ecclesia cum propria pecunia reveſtitæ sit, & iterum si necessitas cogat, aut Princeps jubeat, precarium renovetur, & rescribatur novum. Adde Capitulare Metense ann. 756. cap. 4. lib. 5. Capitul. c. 13. &c. Ex quibus colligi potest, Principes nostros non solum ab Ecclesiis & Ecclesiasticis auxilia subinde ad bella sua & regni necessitates exegisse; sed & per ejusmodi precarias regias pleraque Ecclesiarum prædia in manus laicas transiisse, dum qui iis donati erant, lapsu temporis non in præcarium, sed in beneficium regium ea possederunt.

☞ Maxime cum ea prædia regni primoribus à Rege concedebantur, ut ex Præcepto Pippini Reg. an. 754. apud Mabill. Diplom. p. 493. perspicuum est. Quis enim ea à Majoribus Domus repetere ausus fuisset?

Precariorum meminerunt præterea Lex Longobard. lib. 3. tit. 10. §. 2. Capitula Caroli M. l. 6. cap. 320. Additio 3. Ludov. Pii cap. 22. Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. c. 52. Adam Bremensis cap. 162. Abbo Monachus serm. 5. p. 106. Leo Ost. lib. 3. cap. 59. al. 60. Bulla Benedicti VIII. tom. 4. Hist. Franc. pag. 170. Loifellus in Bellovaco pag. 246. Meurissius in Episcopis Metensib. pag. 177. 280. &c. Vide *Libellus*, *Præstaria*.

☞ **PRECARIA** dicta etiam Ecclesia, cujus redditus alicui assignantur jure precario seu usufructuario possidendi, ut illius curam habeat. Charta an. 1222. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 43. col. 2. *Cantor vero Parisiensis qui ex dono nostro Precariam beati Stephani tenet.* Ibid. ex Charta ann. 1219. pag. 42. *Cantor Parisiensis ecclesiam S. Stephani ex dono capituli in Precariam tenebat.*

PRECARIARE, In precariam dare, *Precario more concedere*, in Pancharta nigra Turonensi: *more & ordine precario*, apud Bessium pag. 102. 110. 139. *Per precarium præbere*, in Charta Hildegardæ Reginae Francor. apud Meurissium in Episc. Metensib. pag. 182. Tabularium Casauriense: *Ego Ildeprando filius quondam Lupani rogo & peto à te Adelardo Sculdasio, ut mihi meisque filiis & nepotibus usque in tertia mea generatione masculina Precariare digneris ipsas res, quas ego ipse tibi per cartulam delegavi, excepto terram modiorum sex in Liciniano, usufruendi, unde debemus annualiter tibi vel tuis hæredibus denarios quatuor pensionem.* [Charta an. 1041. apud Meichelbec. to. 1. Hist. Frising. pag. 239. *Liberam habeant potestatem tenendi, commutandi, Precariandi, vel quidquid sibi ad usum prædictæ Ecclesiæ placuerit, inde faciendi.*] Vide *Witikingum* edit. Reinccii pag. 42. Privilegia Ecclesiæ Hammaburgensis pag. 164. [Hansizium to. 1. German. sacrae pag. 257.] *Divos Bambergenses Greferi* pag. 91. & *Metropolim Salisburgensem* tom. 1. pag. 368.

PRECARIATIO, Concessio in precariam, in Charta Eberhardi Archiep. Saltzburgensis ann. 1153. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 372.

PRECARE, In precariam accipere. *Vetus Charta apud Ughellum* tom. 1. part. 1. pag. 390. *Ut ego supra dictus Raynerius Precavi ad te Landulsum vir venerab. Episcop. de rebus juris proprietatis S. vestri Episcopi sedis vestrae Ecclesiæ, ut tu mihi seu & ad filios, vel nepotes meos, & usque in tertiam meam legitimam ge-*

Tom. V.

nerationem... de vestro Episcopio nobis concessisti, &c. Occurrit rursus infra.

PRECARIUM, Idem quod *Precaria*. Isidorus lib. 5. Orig. cap. 25. *Precarium est, dum prece creditor rogatus permittit debitorem in possessione fundi sibi obligati, & ex eo fructus capere, &c.* Placitum 3. Chlodovei III. apud virum eruditissimum Joan. Mabillonium tom. 4. Vit. SS. Ord. S. Benedicti pag. 617. *Unde & ipso strumentum seu & Precarium, per quod ipsa Angantrudis pertinentium ipsius Abbatis hoc possidebat, in præsentem ostendedit religendas.* Occurrit ibi rursus. *Canones Synodi Liptinensis cap. 2. & Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 3. Statuimus quoque... ut sub Precario & censu aliquam partem Ecclesiæ pecuniæ in adiutorium exercitus nostri... aliquo tempore retineamus.* Eadem *Capitularia* lib. 7. cap. 104. vel 142. novæ edit. *Et postquam ipsæ precariæ fuerint finite, faciant potestative speculatores Ecclesiæ utrum elegerint, aut ut ipsas res recipiant, aut posteris eorum sub Precario & censu habere permittant.* *Precario possidere*, in Capit. 2. Caroli M. incerti anni c. 1. *Jure precario possidere*, in Chronico Laurisham. p. 65. *Jure precario distrabere*, in Synodo apud Vermeriam an. 853. *Charta precarii*, in Charta Goldastina 75.

☞ **PRECARIUM FICTUARIUM**, Census fixus & certus. Vide *Fictus* 4. *Statuta Vercell.* lib. 2. fol. 42. *Nec sufficiat quod donator in contractu donationis constituat se tenere vel possidere Precario fictuario nomine, vel alio quocunque nomine donatorii.*

☞ **PRECATORIA**, ut *Precaria*. Concil. Toletan. XVII. inter Hispan. tom. 2. pag. 759. *Dummodo pateat Ecclesiæ rem fuisse, ne videatur etiam Episcopi administrationis prolixæ, aut Precatorias cum ordinati sunt facere debuisse, aut diu tentas facultates proprietatis suæ posse transcribere.*

PRECATURIA, Idem etiam quod *precaria*. Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. [apud Mabillon. tom. 3. *Analect.* pag. 135.] *Sicut Precaturiam jam dictæ matronæ convenit, ad vestram revocetis potestatem, id ipsum aequaliter dividendum.*

PRECARIUM, Pensio vel præstatio nummaria, apud Gregor. M. lib. 10. Ep. 5. Vide *Epist. seq.* [Charta Henrici Comit. Ruthen. an. 1288. apud Baluz. tom. 2. *Histor. Arvern.* pag. 291. *Super quibuscunque pœnalibus conventionibus, ac simplicibus obligationibus, Precariis, hypothecis, literis, firmitatibus, ac super universis &c.*]

2. **PRECARIA**, Quæſta, seu roga, tributum, quod exigitur quasi deprecando, ut habet Lex Longobard. lib. 3. tit. 12. §. 1. *Audivimus etiam quod juniores Comitum, vel aliqui ministri Reipublicæ, aliquas redhibitiones vel collectiones, quidam per pactum, quidam sine pacto, quasi deprecando à populo exigere solent.* Charta Conradi I. Imp. ann. 1026. in Hist. Pergamenſi to. 3. pag. 418. *Quatenus ad partem publicam nulla conditione responderent, nec ad partem Comitatus placium custodirent, neque teloneum, neque Precariam darent, neque ullam facerent angariam ad partem publicam.* Charta Conradi II. Imp. an. 1145. *Exactiones, tallias, quas quidam Precarias, vel petitiones nominant, vel accubitus vastatorios.* Alia *Friederici II.* ann. 1237. apud Lambecium lib. 2. *Comment. de Biblioth. Cæsar.* pag. 80. *Vel sua præsumat autoritate taliam seu Precariam in prædictos cives facere, &c.* *Albertus Stadenſis & Historia Archiepisc. Bremensium* ann. 1142. *Concessit etiam omnes Colonos Ecclesiæ ab omni censu, expeditione, villa vel urbis munimine, & pensione Precaria liberos & immunes.* *Vitalis Episcopus Oscensis: Præter precarias villarum Domini Regis, quæ ipsis Ricis hominibus similiter*

Ecc

sunt pro suis stipendiis assignata. Quæ Precaria in quibusdam locis in grano, & in quibusdam in denariis... exiguntur. [Tabular. Audomar. Nullus debet facere assisiam vel Precariam in terra privatam vel generalem, nisi Comes.]

☞ Primariæ hujusce tributi institutioni accommodata fortean fuit vox Precaria, quod quasi deprecando exigeretur & sponte à subditis persolveretur: at sequiori tempore ita violenter exactum, ut inter injustas & violentas exactiones censeretur, innuit Charta Henrici Comit. Palatini an. 1093. apud Miræum tom. 1. pag. 270. col. 1. Præter ea nec aliquando in bonis Ecclesia hospitando, ecclesiam vel familiam ejus gravet, nec injusta servitia ab ea, neque violentas exactiones, quas Precarias vocant, aliquando exigat. Vide Preces.

☞ Eodem Precariæ nomine nuncupatum tributum, quod ex more Episcopis in eorum jucundo adventu exsolvebatur. Chron. Cornel. Zantfliet ad annum 1456. apud Marten. tom. 5. Ampliff. Collect. col. 491. Levaret dictus Ghisbertus semel solvenda quinquaginta millia aureorum, qui dicuntur Leones. Qui quidem solverentur eidem de Precaria danda domino David (Episcopo Ultrajectensi) in jucundo adventu suo, ut moris est. Vide Adventus 3.

PRECARIA, Servitium sonat, quod præstare tenebantur tenentes in metendis messibus, falcandis fœnis, & aliis servitiis, quando ad id rogati erant. Liber Consuetudinarius Monasterii de Bello in Anglia fol. 60. Et debet invenire unum hominem cum uno equo ad herciandum qualibet septimana, . . . & etiam debet venire quolibet anno ad duas Precarias caruca cum caruca sua, si habeat integram carucam, vel de parte, quam habet caruca, si carucam non habeat integram, & tunc arare debet utroque die, quantum potest à mane ad meridiem, & uterque tentor (vid. caruca) & fugatorum habebunt unum pastum solemnem utraque die prædictarum Precariarum, . . . & debet inquirere ad tres Precarias in autumno quolibet die duos homines: & habebit uterque dictorum hominum ad utrumque diem Precariarum, primus unum panem utroque die de frumento & ordeo mixto, qui ponderabit 18. libr. cera, pretium cujuslibet panis 1. d. ob. & ad tertiam Precariam habebit uterque homo unum panem dicti ponderis totum de frumento pretio 1. d. ob. & habebunt prædicti duo homines conjunctim ad quamlibet de prædictis 3. Precariis potagium & ferculum de carne sine potu pretii 1. den. Placitum sub Henrico III. Reg. Angl. Debent venire in autumno ad Precarium, quæ vocatur à la Bederepe, ut prior asserit. [Charta an. 1325. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 401. Virgata terra ejusdem conditionis faciet tres Precarias in autumpno, videlicet Precariam sine prandio cum tribus hominibus, & unam Precariam sine prandio cum uno homine. . . . Debet etiam unam Precariam pro voluntate domina cum tota familia sua præter uxorem suam ad prandium domina. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 61. Debent 1. acram araturæ & herciaturæ & Precarias. . . . Debet III. fol. Abbatissæ & Precariam araturæ & herciaturæ. Vide Preces.]

MAGNA PRECARIA. Idem liber Consuetud. fol. 97. Item Joannes Boylonde tenet 1. cotagium. . . . & debet invenire unum hominem ad magnam Precariam in autumno. Occurrit ibi pluries. Charta alia: Rogerus de Welleburne tenet medietatem unius hide terra in Tachebrok, & veniet ad magnam Precariam in autumno, cum omnibus messoribus suis ad puturam domini bis in die. Vide Somnerum in Tractatu de Gavelkind pag. 20. In Rotulo Computor. manerii de Harwe, in Anglia an. 21. Ric. II. inter opera autumnalia,

ea habentur: Et de 199. operibus magnæ Precariæ provenientibus de omnibus tenentibus domini, tam liberis, quam natis, infra dominium domini residentibus, quorum quilibet domum habens, de quo sumus exit, inveniet unum hominem ad magnam Precariam, si ad hoc summonitus fuerit.

PRECARE, Precariam, vel questam imponere, aut exigere. Charta an. 1233. in Hist. Guinenfi pag. 498. Cum recognovisset se, patremque suum, homines eorum feodatos manentes in terra Wazia talliando sive Precando minus juste quam sapius aggravasse, &c.

☞ PRECATA, Preces. Vita S. Aldemarii tom. 3. Martii pag. 491. Calumque lacrymas fundendo suspirans. . . talia emisit Precata, &c.

1. PRECATIO, Idem quod Precaria 1. seu Charta Precariæ, in Charta Theudonis Archidiaconi Divionensis an. 18. Lotharii Regis, apud Perardum: Et hæc Precatio omni tempore vite eorum firma & stabilis permaneat. [Vide Precatus.]

☞ 2. PRECATIO, Tributum, idem quod Precaria 2. Charta Philippi Aug. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1104. Si vero homo manens in claustrum vel extra claustrum aliunde adduxerit vinum venale, de unoquoque modio dabit Regi Franciæ, vel ei qui ab eo habet justitiam sex denarios, & cauponi unoquoque die, quamdiu vinum vendet, Precationem vel duos denarios. Vide Preces 1.

☞ 3. PRECATIO, Servitium quod tenentes domino suo in operibus agrorum præstare tenentur. Tabular. Gemmet. Ch. 326. Debet unam minam hordei de molta & Precationes aratri & trabe secundum consuetudinem. Vide in Precaria 2. & Preces 2.

4. PRECATIO, Oratio, quæ à Presbytero ante Epistolam in Missa dicitur. Amalarius in Eclogis de Officio Missæ editis à Baluzio: Episcopus quidem post primam orationem, quam Precationem nominamus, sedet versus ad populum, & presbyteri cum eo. Alibi: Quidquid agitur in officio Missæ, antequam oblata ponantur in altari, Precatio nominatur. Mox: Prima vero oratio, quam dicit Episcopus, Precatio nominatur, id est optatio bona pro populo. Vide S. August. Epist. 59. [& Preces 4.]

☞ 5. PRECATIO, Libellus supplex, Gall. Requête; in Cod. Theod. tit. 1. de Decurion. leg. 36. Ita ut si quis contra interdictum legis nostræ Precationem obtulerit, &c.

PRECATOR. Capitulare de Villis cap. 45. Carpentarios, Scutatores, Precatores, Accipitares, id est Aucellatores, Saponarios, &c. Ubi forte legendum, Scuratores, Paratores. Vide in his vocibus.

☞ PRECATORUM, Hæretici, iidem qui Euchitæ; à Græc. Εὐχῆται, orantes. Horum antesignani fuerunt monachi quidam otiosi, qui cætera omnia præter orationem negligenda esse mentiebantur. De iis vide Epiphan. hæ. 80. August. hæ. 58. & alios.

☞ PRECATORIA, Idem quod Precatio 3. Tabul. S. Vandreg. Nec non & Precatorias terra in anno hæc de causa habebunt homines S. Vandregisili. Alia notatione vide in Precaria 1.

PRECATORIA EPISTOLA, qua quis alium de re quapiam precatur, in Concilio Calched. act. 10. sub finem, in Concilio Agathensi cap. 59. Epao-nensi cap. 18. Remensi I. c. 1. & Liptinensi c. 3.

1. PRECATORIUM. Exstat in lib. Epistolarum S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntini Epistola 108. sic inscripta: Precatorium memorandi fratrum doctorum. Continet autem formulam Brevis, uti vocant, mortuorum, quo scilicet memoria defunctorum fratrum, seu Monachorum, unius Monaste-

rii, alterius Monasterii fratribus commendatur. Unde memorandi, hoc loco, vox vim habet memoriam faciendi: pro doctorum vero indubie legendum defunctorum, quod non advertit Serrarius, quæ vox forte contracta erat in MS.

¶ 2. PRECATORIUM, Mensarii chirographum ad pecuniam ab alio mensario alio in loco accipiendam, Gall. *Lettre de change*. A formula in ejusmodi chirographis usitata sic dici videtur. Epist. Henrici de Villariis an. 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 560. col. 2. Item, duo Precatoria in publica forma confecta, per Guigonem Frumenti sigillatâ sigillo meo, super dictis quantitibus recipiendis apud Venetias. Paulo supra ibidem legitur: Super quatuor millibus florenis tradendis... apud Venetias.

PRECATURA, Idem quod Precaria 2. *questa, roga*. [Bulla Stephani IX. PP. an. 942. apud Miræum tom. 1. pag. 257. Scilicet ut nullus Episcopus, nullus Comes... in ecclesias aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones memorati monasterii (Broniensis) presumat ingredi, aut ad causas audiendas aut Precaturas faciendas, &c.] Epistola Fulcardi Abbat. Lobiens. Precaturas, imo rapinas, quas nullas omnino habere debent, de avena, de multacibus, de denariis, de omnibus pene mobilibus, contra voluntatem pauperum, non precando, sed tollendo faciunt. [Perperam precatura pro piscatura, in Charta an. 1209. apud Menagium Hist. Sabol. pag. 364.]

¶ PRECATURIA. Vide in Precaria 1.

¶ PRECATUS, Idem quod Precaria 1. Charta Adalberti Comit. Viromand. apud Mabillon. tom. 3. Annal. Bened. pag. 719. In his ergo Deo sanctoque martyri Quintino datis rebus nullus heredum... non comes seu vicecomes, nec cujuslibet ingenuitatis homo, aliquid amodo accipiat causa consuetudinis seu advocacionis, non bannum, non justitiam, non distractionem, nisi fideli Precatu ipsius abbatiæ abbat. Vide supra Precatio 1.

1. PRECES, Idem quod Precatura, Exactio sub nomine precationis, *Questia*. Charta Hugonis Castellani Gandensis an. 1265. Et praterea occasione dicti feodi à dicto Quinto & ejus heredibus nullum penitus servitium, & nullam exactionem, Preces, tallias, nec aliquod subsidium pro contrahendo matrimonio senioris filii vel filia nostra... exigere poterimus. [Charta an. 1349. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 151. Statuta ac consuetudines dictæ ecclesiæ (Bri-vatensis) servabit tam editas quam edendas & specialiter Preces. Statuta MSS. Johannis dom. Commerciami, ann. 1336. Item retonois sur lesdits habitans l'ost & la chevauchie & la Priere des nouvelz seigneurs & de chevalerie, & de leur mariaiges & du voyage d'oultre-mer.] Vide Precaria 2. & Roga.

2. PRECES etiam dictæ *Corvata*, quæ à tenentibus quasi precario exigebantur. Vetus Liber MS. ex Bibliotheca Regis Angliæ: In quibusdam locis datur firma ad Natale Domini, & firma Paschalis, & firma Precum ad congerendas segetes. Regestum Abbat. Welbekenensis in Anglia fol. 108. Hoc donum... quietum ab omni exactione & servitio seculari, quæ mihi pertinent, excepto quod singulis annis, pro eadem terra, 5. solidos mihi dabunt, similiter tres Preces de una caruca, & tres Preces in Autumno, prima videlicet cum uno homine, secunda cum duobus hominibus: tertia vero die cum tot hominibus, quot in eadem terra cotidie metentes inventi fuerint. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind pag. 19. Arant Preces semel ad conredium Curia. Alia ibidem pag. 20. In villa de Ickham sunt 16. Cotarii, quorum quilibet habet 5. acras, & hæc sunt eorum consuetudines: ducunt

Tom. V.

brasium, ... quilibet tres Preces, id est quando rogantur per servientem Curia, debent facere, sive aliud facere quod expedit domino per 3. dies, & si noluerint facere, possunt artari, &c. [Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 61. Garinus de Cingeleis tenet in vavassoriam circa 20. acras... & facit Preces bis in anno. Perperam preces pro piscis editum in Charta an. 1209. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 365.]

¶ ESSE CUM PRECIBUS TERRÆ, *Corvatis* seu iis qui *corvatas* faciunt præesse. Charta an. 1249. in Tabul. B. M. de Bonb-Nüntio Rotomag. Dereliqui... totum illud jus quod ratione serjantaria mea de Oumeio à dictis viris religiosi hereditarie reclamabam seu reclamare debebam, videlicet quod quando eram cum Precibus terra sua, debebam habere in pane & potu & alectiis, prout ductores unius aratri. Vide supra Precatio 3.

3. PRECES. Cum Episcoporum electiones liberæ quodammodo viderentur, eosque spectare, penes quos id juris erat, Principes tamen, partes suas variis modis interponebant. Nam inconsultis iis electionem inire fas non erat; & si facta esset electio, regius requirebatur assensus. Sed & interdum electoribus quempiam è familiaribus eligendum proponebant, ac pro eo preces se offerre dicebant, de qua formula exstant aliquot Diplomata Henrici III. Regis Anglor. apud Prynneum in Libertatibus Angl. tom. 2. pag. 922. Rex B. Archiepiscopo Cantuar. sal. Cum progenitores nostri Reges Angliæ Episcopatus regni Angliæ libere consuevissent conferre, ac postea gratis concessissent, quod Cathedrales & Conventuales Ecclesiæ liberas haberent electiones, salvis tamen eisdem progenitoribus nostris, & eorum heredibus. Precibus suis justis & honestis de viris prudentibus & idoneis ibidem præficiendis, &c. Infra: Et quia si præsens negotium, quod ita nobis cordi est, ad vota monachorum procederet, tanta nobis & heredibus nostris immineret exhereditatio, & Regiæ dignitatis offensa, quod omnes Ecclesiæ Cathedrales, in quibus Religiosi potestatem obtinent eligendi, nobis invitis & Precibus nostris & heredum nostrorum penitus exclusis, abjectis etiam & recusatis nobilioribus & peritioribus Clericis, qui ad Pontificalem dignitatem provehi solent, & quorum consilio & industria ardua regni & Ecclesiæ negotia tractari saluberrime consueverunt, ex seipsis exemplo consimili sibi Episcopum assumerent, &c. Hæc vero preces, imperiosas & armatas vocat alicubi Matth. Paris, qui & illud Poëtæ adducit:

..... Stricto supplicat ense potens.

PRECES PRIMARIÆ, ita dicitur jus, quod habet Imperator Coronatus ex antiquâ consuetudine in omnibus Cathedralibus Ecclesiis atque etiam Monasteriis per Germaniæ regnum unius Canonici pro arbitrio nominandi, quem Collegium recipere debet. Charta Caroli IV. Imper. an. 1350. à Marquardo Frehero edita: Cum itaque nobis tam de jure, quam de antiqua & approbata consuetudine à divinis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædecessoribus nostris hæctenus observata competat, quod ex Coronationis nostra solemnitate ad Romanorum regnum, quæ in nobis nutu divino dudum sunt completa, in quolibet Monasterio & Imperio constituto unam tantum personam, virtute Primariarum Precum nostrarum ad beneficium Ecclesiasticum facere possimus promoveri, &c. Alia Venceslai Imper. an. 1376. ad Rupertum Comitem Palatinum Rheni: Concedimus per presentes, quod in omnes Primarias Preces ratione nostræ Coronationis in Romanorum Regem, hodie videlicet die 6. mensis Julii Aquisgrani divina favente clementia solemniter susceptæ, per civitatem & diocesim Spirensis &

Eccij

Wormatiensem tam de jure ab antiqua consuetudine divi Romanorum Regibus nostris antecessoribus & nobis competentem, porrigere valeas & debeas, in singulis tam Cathedralibus quam Collegiatis & Conventualibus Ecclesiis & Monasteriis utriusque sexus, tam secularium, quam regularium personarum, nec non ad Pralatos, & alias personas Ecclesiasticas quascunque, etiamsi Pontificali vel alia praeferant dignitate, in dictis civitatibus & diocesis, sicuti easdem Preces per nos porrigere possemus, jus & potestatem porrigendi hujusmodi Preces nobis competentes in tuam personam omni forma & jure, quibus melius fieri poterit, plenarie transferendo, &c. Gobelinus Persona in Cosmodr. æt. 6. c. 94. Postquam Joannes depositus fuit de Papatu, Rex dedit gratias ad beneficia expectativas, eo sub colore, quod ipse de consuetudine antiqua haberet Primarias Preces in qualibet collatione beneficiorum ad Ecclesiasticas personas spectante. Prostat liber in Germania editus de ejusmodi Primariis Precibus.

☞ Eodem jure gaudet nunc Francorum Rex in jucundo regni adventu, cum scilicet jure regali in Cathedralibus & Collegiatis ecclesiis canonicum instituit. Vide hac de re Dictionarium Arestorum Brillonii. Antiquius est privilegium, quo ad hæc usque tempora usi sunt Reges Francorum in monasteriis regalibus, laico sub nomine Oblati præbendam monachalem assignandi.

¶ 4. PRECES, Orationes, quas is qui clero vel monachis præest, finito & expleto quolibet canonico officio, publice & voce altiori recitat, *Collecta*. Capitul. Childerici III. incerti anni cap. 9. *De regula collectarum. Nullus in Precibus nisi ad Patrem dirigat orationem, &c.* Eadem habentur lib. 7. Capitul. cap. 418. Vide *Collecta* 8.

¶ PRECES SACERDOTALES. Capitul. Aquisgran. an. 789. cap. 53. *Item ejusdem (Innocentii) ut nomina publice non recitentur ante Precem Sacerdotalem.* Adde lib. 1. cap. 52. & lib. 5. cap. 83. Capitul. Ubi verba Epist. Innocentii PP. I. ad Decentium Eugubinum num. 5. apud Coustant. pag. 857. spectantur, quæ hujusmodi sunt: *De nominibus vero recitandis, antequam Precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen insinues, quamvis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendanda, ac tunc eorum nomina, quorum sunt, edicenda; ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus; ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.* Haud obscurum est per precem sacerdotalem hic significari eam Missæ partem quæ Canon dicitur. Invaluit nihilominus exinde in Galliis & Hispaniis usus quem in laudata Epistola improbat Innocentius, ut ex antiquo Ordine Gallicano & Mozarabum Missali colligitur: qui usus ut in Galliis aboleretur cautum est citatis Regum nostrorum Capitularibus.

¶ PRECES, Libellus supplex, in Cod. Theod. leg. 4. de div. Rescript. tit. 2. Vide *Precatio* 5. Constit. Cluniac. MSS. an. 1301. in Tabular. B. M. Deauratæ Tolos. *Præcipientes ulterius & addentes ut nulli de dictis capellanis, clericis & familia Preces à modo per se, vel per alium apud Abbates & Priores de Ordine porrigant vel effundant, pro monachis faciendis, aut pro aliis gratiis optinendis. . . . Inhibentes omnibus Abbatibus, Prioribus. . . . ne hujusmodi Preces exaudiant.*

¶ PRECIABILIS, Pretiosus, Gall. *de prix*. Rigordus de Carolo Cal. *Hic attulit ad ecclesiam S. Dio-*

nisi. . . cristam auream cum gemmis pretiosissimis & Preciabilem.

¶ PRECIARE, ut *Pretiare*. Vide in hac voce.

¶ PRECICLAMIUM, Oratio clamosa. Mirac. S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Jul. pag. 681. *Conveniunt ibi misericordia & miseria, fletus concurrentis populi & suspiria, mariti singultus & Preciclamia.* Occurrit etiam in hymno de S. Vulfranno.

¶ PRECONIARIUS. Vide in *Præco*.

¶ PRECORCIARE, perperam pro *Precariare*, in Diplom. Henrici IV. an. 1064. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 804. *De presato predio liberam dehinc potestatem habeant tenendi, dandi, commutandi, Precorciandi, vel quicquid eis pro usu ecclesie sue placuerit inde faciendi.* Vide in *Precaria* 1.

PRECUA, [Globulorum sacrorum series, ut videtur, nostris *Chapelet*.] Inventarium Ecclesiæ Eboracensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 174. ubi de feretris & eorum ornatu: *Duo paria Precularum argenti deaurati. . . . Unum par Precularum argenti deauratum. . . . Unum par Precularum de coral. cum 16. gaudeys argenti deaurati. . . . Unum par Precularum argenti, (infra, del corall) cum le gaudeys deauratum.* Pag. 176. *Duo annuli de auro, & duo gaudeyes de auro involuto in serico rubeo remanens in pixide eburnea continente plures lapides pretiosos.* [Vide *Gaudia*.]

PRECUM. Charta anni 1146. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus: *Castellum de Cereta cum muris & munimine, & placito, districto, & Preco, dederunt, &c.* Occurrunt eadem verba rursus.

¶ PREDÀ, pro *Prada*. Vide in hac voce.

¶ PREDARIA. Vide mox *Prederia*.

¶ PREDARIUS, adject. Qui prædatur, vastitatem infert. Radulfus in Friderico I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 1184. *In gyro erant plaustrilla circumdata præcidentibus ferris factis de falcibus Predariis.*

PREDERIA, Machina bellica, quam *Petrariam* alii vocant, [à *Preda* Longobardis, pro *Pietra*, Petra, lapis.] Rollandinus in Chronico Paduano lib. 1. cap. 12. *Estensem villam occupans, & devastans, ac burgum, roccham obsedit hostiliter, machinis & Prederiis pro posse destruens.* Lib. 10. cap. 7. *Cum Prederiis & balistis die ac nocte grandinant proditores, & villam, eosque jugiter impugnant, &c.* Cap. 8. *Vidit fossam magnam, & præter flumen aggerem elevatum, . . . plurimas & densas Prederias per ripam fluminis.* Adde cap. 1. ejusdem lib. 10. [Ottobonus in Annal. Genuens. lib. 3. ad ann. 1207. apud Murator. tom. 6. col. 395. *Easque (naves) invadendo Prederiis, balistis atque sagittis præliaverunt.* Bartholomæus in iisdem Annal. lib. 6. ad an. 1244. ibid. col. 509. *Venit ad portum Janua versus burgum S. Thome, & traxit lapides cum Prederia posita in una ex galeis per civitatem.* Occurrit rursus in Memor. Potestat. Regiens. apud eumd. tom. 8. col. 1081.] Vide *Petraria* 2.

¶ PREDARIA, Eadem notione. Boncompagnus de Obsid. Anconæ apud Murator. tom. 6. col. 931. *Currensque post saculam accendit. . . . sicque combusta sunt machina & Predaria per audaciam viraginis.* Vide *Predeira*.

¶ PREDERA, ut *Prederia*, apud Radulf. in Friderico I. Imper. tom. 6. Murator. col. 1178. *Et cum testeris & Prederis expugnaverunt illud (castellum.)*

¶ PREETER, Belgis *Preter*, idem qui *Messarius*, messium vel silvarum custos. Charta ann. 1298. apud Miræum tom. 2. pag. 876. col. 1. *Insuper dicti homines nostri feudales unanimiter judicaverunt*

... quod ad jurisdictionem & dominium dictorum Religiosorum de jure pertinet potestas... instituendi & destituendi famulos, qui vulgariter Preeter sive scutter nuncupantur.

¶ PREFACHIA. Dare ad Presachiam Massiliensibus est dare sub convento pretio: Présachié vocant qui ea ratione aliquid accipit. Vide Facherius. Charta an. 1486. in Tabular. S. Victoris Massil. Dedit ad Presachiam titulo veri apresachii, &c. Galli dicerent à prix fait. Vide Presoch.

PREGA, [Idem videtur quod Precaria 2. quæsta, roga.] Charta Odonis Regis Franciæ an. 889. apud Chiffletium in Tornutio pag. 271. Concedimus & perdonamus... Ecclesiæ, & monetam, & Pregas, sicut & alii antecessores nostri, &c. [Vide Pregera.]

¶ PREGARIA, ut Precaria 1. Charta qua quis prædium sub annuo censu ad vitam precario utendum accipit. Charta ann. 837. inter Probat. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 70. Et ista Pregaria firmis permaneat semper. Facta ista Pregaria sexto Idus Madii, &c.

¶ PREGERA, ut supra Prega. Charta ann. 1068. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1144. Et castros istos... muto in ecclesia S. Petri Agerensis cum omnibus juribus & pertinentiis, ... cum calonicis & placitis, & cum cartariis silvaticis, cum Pregera & quæstia & hostes, &c. Vide Precaria 2.

¶ PREGIA. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 102. Eo salvo quod... barriles, Pregie, tractarolia, targie, scuta... duci possint non obstante hoc statuto.

¶ PREHEMINENTIA, pro Præminentia, in Charta Ludovici II. Regis Siciliæ ex Cod. MS. D. Brunet fol. 115.

¶ PREHENDERE, Exigere, tollere. Capitul. Pippiniani. 755. cap. 26. Ut nullus de victualio & carris... teloneum Prehendat... nec ullum teloneum eis tollatis.

¶ PREHENSIO, Jus Magistratibus concessum per viatorem. Item, instrumentum quo aliquid stringimus cochlea. Laur. in Amalth. Primam notionem emenda ex Gellio lib. 13. cap. 12. Altera occurrit apud Cæsarem lib. 2. de Bello civ. cap. 8.

¶ PREHENSURA, Prehensio, captio. Leges Luitprandi apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 60. Habeat pro Prehensura servo pro pompo sol. II. Ubi alter Codex habet, Prehsura.

¶ PREMENCIONATUS. Vide Præmentionatus.

PREMIDIONES. Concilium Budense an. 1279. cap. 3. Prohibemus, ne Prælati vel Canonici... deferant zendardum (l. zendaldum) rubeum, vel in aliquibus vestibus fimbrias, hoc est Premidiones, seu ornamenta nobilia exterius apposita de ludria, seu bivarria, seta, & alia simili materia. Id est, de pellibus lutrinis, vel beverariis.

¶ PREMITIÆ, ut Primitiæ. Vide in hac voce.

¶ PRENDERE, Idem quod aprisionem facere, portionem in re aliqua habere. Præceptum Ludovici Pii an. 815. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1406. Et quicquid ille occupatum habebat, aut aprisione fecerat, vel deinceps occupare aut Prendere potebat, &c. Vide Aprisiones, & Priso 2.

¶ PRENDERE CONTRA ALIQUEM, Eum falsi arguere, atque ob id duellum offerre. Lex Ripuar. cap. 67. §. 5. Si quis pro hereditate vel pro ingenuitate certare coeperit post malo ordine, cum sex in ecclesia conjuret... Aut si quis eum contra Prendere voluerit, aut cum armis suis se defensare studeat ante Regem, aut omnem repetitionem cum legis beneficio restituat.

¶ PRENDERE BELLUM, Eadem notione, Galli dicunt Présenter un cartel. Tabul. S. Albin Ande-

gav. Hanc novam, ut dictum est, consuetudinem & tortam calumpniatus est abbas Otbrannus Reginaldo The-saurario, & inde Prendidit bellum adversus eum dicto certo termino.

¶ PRENDERE RESPECTUM, Gall. Prendre du ré-pit, in eodem Tabular. Prendidit respectum ab eo usque infra octo dies, in quibus submoneret eum, vel ipse Comes vel Abbas. Vide Respectus 2.

¶ PRENDERE Sigilla & Epistolas, in Capitul. Caroli Magni an. 793. cap. 17.

PRENDITIO, Usurpatio, exactio, malatolta. Charta Udalrici Dom. de Balgiaco, apud Guichenonum: Reddidit, reliquit, & finivit pro salute anima sua & antecessorum suorum B. Vincentio... omnes consuetudines & Prenditiones, quas injuste vel juste fecerat ipse vel aliquis alius pro eo in villa de Monte, &c. Vide Prehsio & Prisia 1.

¶ PRENICULA, σπείριματις. Gloss. Lat. Græc. Pro penicula, ut vult Martinius.

¶ PRENSATIO, ἀγσαγεία. Eadem Glossæ. Martinius mallet Pressatio, ab ἀγσαπέω, ad iter cogo.

¶ PRENSIO, Exactio, quidquid ex subditis & tenentibus capitur ad expensas Regis & domini, quod legitime & debite persolvi debet. Werpitio Bosonis inter Acta SS. Bened. sæc. 6. part. 1. p. 648. In Polliaco nec in ejus obedientia comandam non requiram, Prehsionem nullam faciam de bove, vacca, &c. Charta ann. 1098. ex Tabul. S. Albin Andegav. Dedit... arpennum vinea VII. cadorum vini Prehsionis predicto S. Albino. Ibidem: Hac vinea sex somas vini Prehsionis... reddit. Tabular. S. Vincentii Cenoman. Willelmus de Doscela dedit S. Vincentio Prehsionem dimidii agripenni vinea quam habebant monachi apud Doscelam. Sed idem Willelmus accipiebat ibi tres summas vini Prehsionis. Vide Prenditio, Prisia, & Prisia 1.

PRENSORIUM, Muscipula, ἵππος, in veteribus Glossis. [Pro officina fullonis & quolibet onere usurpari observat Martinius.]

¶ PRENSURA, Comprehensio. Vide Prehsura.

¶ PRENUM. Gloss. Græc. Lat. εἰπωδῆριον ληνός, Pre-num. Ubi Martinius prefforium lignum in torculari intelligit; unde prenum vel prelum legendum suspicatur.

¶ PREPHATIA, PREPHATIO, pro Præfatio, pars Missæ seu Liturgiæ sacræ. Vide in hac voce. Occurrit in vet. Ceremon. MS. B. Mariæ Deauratæ Tolos.

¶ PREPTER, pro Præter, in Charta Theodorici III. Regis ann. 690. apud Felibianum Histor. Sandion. pag. x.

¶ PRERIPPIUM. Vide supra Præripium.

¶ 1. PRESA, Pars, portio. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 404. In Fraxineto acquisivit terram modiorum IV. & in massam Torana Presam unam de Puzalia. Chron. Parmense ad ann. 1268. apud eundem tom. 9. col. 784. Pro meliori statuerunt ipsam terram in totum destruere. Et sic per vicinias civitatis & villas episcopatus divisione facta inter eos per Presas & partes, finaliter destructa fuit.

¶ 2. PRESA, Captura, comprehensio, Gall. Prise. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 616. Obligaverunt se & heredes suos, ut non facerent nec consiliarentur, ut dominus Berardus abbas vitam perderet aut membra, aut malampresam haberet. Ubi leg. divisis vocibus malam Presam. Aliæ formulæ ejusmodi hominii habent, affecuravit vitam & membra & captionem corporis.

¶ 3. PRESA, PRÆSA, Debiti instrumentum, quo quis sub. comprehensione corporis, ut videtur,

(unde vocis etymon) se huic solvendo obligat. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 12. *Et quod alii etiam notarii de Cadubrio possint & valeant scribere omnia acta civilia; exceptis interdictis, Prasīs, & sententiis coram vicario.* Cap. 21. *Quod nullus notarius extrahere debeat ex abbreviaturis alicujus notarii defuncti Prasam, vel preceptum, seu instrumentam debiti, sive sententiam debiti, qua vel quod notatum fuerit quindecim annis transactis.* Cap. 48. *Quod si quis praco aliquem ram terrigenem quam forensē pro aliquo debito pignorat, pignorare debeat ex instrumentis, Prasīs, sive cartis, & preceptis, &c.* Ibidem lib. 2. cap. 20. *Posit & valeat quilibet homo & persona, tam de Cadubrio, quam forensis pignorare seu ponere in manu jurati pro suis debitis pignora & bona cujuslibet persona, . . . & hoc tam cum cartis sive Prasīs, quam sine cartis seu Prasīs.* Denique c. 39. *Quod si aliquis de sua manu propria in aliqua cartula sive carta, vel in quaterno suo, vel alicujus persona scripserit, vel scribet quod sit debitor alicujus, vel quod ei teneatur in aliqua pecunia quantitate, seu in aliqua re, sive causa fuerit addita in illa scriptura, sive non, quod ille talis qui sic scripserit vel scribet, ex tali sua scriptura possit conveniri, sicut esset Prasā, vel aliquod publicum instrumentum. Et eadem debeant observari sicut de Prasīs & aliis cartis cautum est.*

¶ **PRESALIA**, Ital. *Presaglia*, Captura, vel potius idem quod *Represalia*. Vide in hac voce. Johan. Demussis Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 469. ad ann. 1258. *Ceperunt dom. Philippum Archiepiscopum Ravennae Delegatum dom. Papa in Lombardia, qui praerat dicto exercitui, & dom. Gerardum Coxadocham Electum Verona qui erat cum dicto Legato: pro qua Presalia, &c.* Vide *Prisalia*.

¶ **PRESBODIA**, Praepositi districtus. Vide supra *Præbodia*.

PRESBYTER, Sacerdos. Isidorus lib. 7. Orig. cap. 12. *Presbyter Grace, Latine Senior interpretatur, non pro atate vel decrepita senectute; sed propter honorem & dignitatem, quam acceperunt, Presbyteri nominantur, unde & apud veteres iidem Episcopi & Presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis, hoc est atatis.* Paulinus Epist. 23. ad Amandum: *Deservimus altario Dei, & mensis salutaribus ministramus, jam nomine officioque seniores, sensu autem adhuc parvuli, & sermone lactentes.* Epistola ad Rusticum Narbonensem Episcopum de 7. Gradibus Eccles. *Presbyter atatis est nomen, Episcopus dignitatis.* S. Hieronym. Epist. 83. *Apud veteres iidem Episcopi & Presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, illud atatis.* Adde Epist. 85. Et vide Ivonem Carnotensem ferm. 2. de Rebus Eccles. Adrianus Imper. apud Vopiscum in Saturnino: *Nemo illic Archysynagogus Judaeorum, nemo Samarites, nemo Christianorum Presbyter, &c.* Ammianus lib. 31. *Christiani ritus Presbyter, ut ipsi appellant, missus à Frigerno Legatus, &c.* Malchus in Byzanticis: *τὸν τῶν βαρβάρων ἔχων ἱερέα, ἐν οἷς χριστιανοὶ καλεῖσι πρεσβύτερον, &c.* Procopius lib. 1. de Bello Persico cap. 25. *Εὐθα ἱερέως γενόμενος ἀκροῖως. Πέτρον εὐθὺν μετῴνομασεν, ἐκ ἐπισκοπῆς μὲν τοῖς, ἀλλ' ὅνπερ καλεῖν πρεσβύτερον νενομίμασιν.* Et lib. 1. de Bello Vandal. cap. 10. *τῶν δ' ἐτις ἱερέων, ὡς δ' ἠ ἐπισκόπους καλεῖσιν, &c.* Ubi vox *Presbyter* convenit Episcopis & Sacerdotibus. Vide Baron. an. 58. num. 10.

¶ **PRESBYTERI**, pro Episcopi. Tabular. Majoris Monast. *Stephanus Dei gratia Redonensis Ecclesia Presbyter, Regis Angliæ capellanus, &c.* Quemadmodum vero Presbyteri dicti Episcopi, ita & vicissim Episcopi nuncupati Presbyteri, quod intra Apo-

stolica tempora omnino contrahendum cum Beveregio in Notis ad can. 2. Apostolorum vix credam: non unum quippe existat cum apud Græcos, tum apud Latinos promiscue hujus nomenclaturæ exemplum in fequioribus sæculis. Vide *Episcopus*.

¶ **PRESBYTER**, nude, pro Parochus, curio, passim occurrit in Capitul. Reg. Franc. Ordinat. Episc. Ebroic. an. 1268. in Tabul. S. Taurini: *Appellatione autem Presbyterorum intelligi volumus illos tantummodo qui curam animarum habent.* Vide Spicil. Acher. tom. 9. pag. 120.

¶ **PRESBYTERI**, nude dicti Monachi. Rudolfus in Vita B. Rabani Episcopi Mogunt. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 4. *Erant etiam per diversas provincias pradia monasterio subjacentia, . . . quorum alia quidem per villicos ordinavit; alia vero, & maxime illa, in quibus ecclesia fuerant, Presbyteris procuranda atque disponenda commisit.*

¶ **PRESBYTER**, Eadem notione qua Senior, Primus, præcipuus: pro Comite usurpatur in Vita S. Meginradi sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 64. *A patre ducitur (Meginradus) ad insulam, quam veteres Sindtochesaugiam vocabant, à nomine cujusdam Presbyteri, qui Sindloch appellatus, primo in ea habitacula monachorum construxit, & secum Pirminium cum sociis ad habitandum eo induxit.* In Vita S. Pirminii sæc. 3. part. 2. p. 142. idem *Sindloch* seu *Sintlaz*, vir egregius & inter Alamannia Primates opinatus dicitur.

PRESBYTERES, pro Presbyteri, apud Eddium Steph. in S. Wilfrido cap. 50.

¶ **PRESBYTER ABBATIS**, Eiusdem Capellanus, in Vita B. Rabani Episc. Mogunt. sæc. 4. Bened. part. 2. p. 8. *Igitur dum hac agerentur, Ado Presbyter Abbatis, &c.*

PRESBYTERI agrorum & ruris, qui alias *Chorepiscopi* dicuntur, apud Zachariam PP. in Epist. ad Pipinum cap. 4. Vide *Chorepiscopus*.

PRESBYTER ASSITENS, Qui scilicet Episcopo; sacra facienti, adest, de cujus munere legendus Ceremonialis Episcop. lib. 1. cap. 7.

¶ **PRESBYTERI CAPELLANI**, Qui in Capella palatina divinis vacabant. Capitul. lib. 7. cap. 123. *Unum vel duos Episcopos cum capellanis Presbyteris Princeps secum habeat.*

PRESBYTERI CARDINALES; dicti Parochiales, Curiones, Sacerdotes proprii. *Presbyter in cardine constitutus*, apud Hadrianum I. PP. in Canonib. cap. 68. Vide Hincmarum in Capitulis in Synodo Remensi datis an. 874. Chronicon Abbatiae S. Joannis de Vineis pag. 41. &c. Zacharias PP. in Epist. ad Pipinum cap. 15. *Oratoria & Ecclesias in proprietatibus magnatum ita extrui permittit, ut in iis Baptisteria non construantur, nec Presbyter constituantur Cardinalis; sed si Missas ibi fieri velint, ab Episcopo Presbyter postuletur.* Similia habentur apud Gregorium M. lib. 1. Epist. 15. lib. 7. Ind. 2. Epist. 9. 10. 86. lib. 8. Epist. 3. lib. 10. Epist. 12. lib. 11. Epist. 36. & in Diurno Romano cap. 5. tit. 4. Joannes VIII. PP. Epist. 199. *Nullus de laicis Curialibus in Patriarchatus eligatur, vel consecretur honore, nisi de Cardinalibus, Presbyteris & Diaconibus Constantinopolitanae Sedis, &c.* Adde Epist. 221. 276. Paschalis II. PP. in Epist. 10. ad Episcopum Compostellanum: *Cardinales in Ecclesia tua Presbyteros seu Diaconos tales constitue, qui digne valeant commissa sibi Ecclesiastici regiminis onera sustinere. Porro qua Presbyterorum intersunt, Presbyteris: qua Diaconorum, Diaconibus committantur, ut in aliena dispendia nullus obrepas.* Walterus Aurelianens. Episc. in Capitul. cap. 2. *Ut per Archidiaconos vita,*

intellectus, & doctrina Cardinalium Presbyterorum investigetur. Charta vetus in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 19. ch. 79. *Hæc sunt debita subjectionis, quæ debet Ecclesia S. Martini de Campis matri Ecclesie B. M. Paris. Sacerdos, qui Parochie prærit, curam animarum ab Episcopo & Archidiacono suscipiet, & quotiescumque diebus festis Episcopus Missam cantaverit, ipse duodecimus Cardinalis ministerio assistet.*

¶ Eodem nomine insigniti aliquando in Ecclesiis Cathedralibus, vel etiam Monasteriis Presbyteri, quibus ex concessione summorum Pontificum licitum erat, ut soli ad præcipuum altare, quod *cardinale* vocabant, unde *Cardinales* dicti, solemnem Missam celebrarent. Ejusmodi privilegium concessum Ecclesie Coloniensi ab Eugenio III. PP. an. 1151. videre est tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 676. Idem etiamnum obtinet in Basilica monasterii S. Remigii Remensis ex Constitutione Leonis IX. PP. Vide Mabillon. to. 4. Annal. p. 503.

¶ PRESBYTERI CATHEDRALES, dicebantur ii, qui ex Parochiis ab Episcopis in urbem matricem evocabantur, quo illorum opera & industria in sacris obeundis ac componenda diœcesi commodius uterentur. Atque hi Presbytero in Parochiis suis constituto, cui annum dabant stipendium, reliquas obventiones sibi reservabant. De iis agit Concilium Emeritense can. 12. [Charta Arnaldi Archiepisc. Narbon. an. 1129. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 34. *D. Arnaldus Narbonensis metropolitanus pontifex, . . . simulque secum residentibus Arnaldo venerabili presule Carcassensi, & Alleberto honorabili episcopo Agathensi, . . . cum Cathedralium Presbyterorum ac diaconorum reliquorumque clericorum venerando collegio, &c.*]

¶ PRESBYTERI CIVITATENSES, & *Diœcesani*, in Concilio Agathensi can. 22. dicuntur qui in Civitatibus & Diœcesibus, seu Parochiis, munia sua exsequuntur. Vide *Diœcesis*.

¶ PRESBYTER CUSTOS, Ædituus. Charta ann. 846. ex Tabul. Major. Monast. *Ebernus Presbyter custos memorati loci: quod quoddam oratorium infra idem monasterium situm est.*

¶ PRESBYTER, vel *Sacerdos domesticus*, apud Agobardum Lugd. lib. de Privilegio & jure Sacerdotii cap. 11. dicitur is, qui manet in familia proceris alicujus. Illius quippe ævo, ea increbuerat consuetudo impia, ut pene nullus inveniretur anhelans, & quantumcumque proficiens ad honores & gloriam temporalem, qui non domesticum haberet Sacerdotem, non cui obediret, sed à quo incessanter exigeret licitam simul atque illicitam obedientiam, non solum in divinis officiis, verum etiam in humanis, &c. Ejusmodi Presbyteros domesticos intelligit, ni fallor, S. Augustinus serm. 251. de Tempore: *Potentes istius mundi, qui cum veniunt ad Ecclesiam, non sunt devoti ad laudes Dei celebrandas; sed cogunt Presbyterum, ut abbreviet Missam, & ad eorum libitum cantet, &c.* Quod pridem factum Episcoporum indulgentia docet Canon 21. Concilii Agathensis. Atque inde usus, seu potius abusus, invaluerat, ut Sacerdotes isti domestici, *Presbyteri Magnatum, & procerum* vocitarentur: quod ægre fert Nicolaus I. PP. in Epistola, quæ exstat apud Hugonem Floriacensem in Chronico, in Lothario Imper. pag. 121. Quod vero sub nullius Episcopi disciplina esse viderentur, atque adeo ab Archidiacono coerceri nollent, *Acephalos* Ecclesia nuncupavit, ut est in Synodo Ticinensi an. 850. can. 18. & in Concilio Melphitano can. 9. Sed Concilium Cabilonenfe can. 14. ejusmodi *Clericos, qui ad ipsa oratoria deserviunt, ad Episcopo-*

rum potestatem revocavit. Vide Epistolam Zachariæ PP. ad Pipinum cap. 15. Concilium Meldense ann. 845. can. 74. Vitam S. Zentini Episcopi Carnot. num. 2. & Vitam S. Judoci cap. 4. Sed & interdum magnates ipsi servis suis, quos literis imbui permiserant, libertatem concedebant, ut *presbyterarentur*, seu Presbyteri fierent, coramque iis, quotiens luberet, Missam & Horas Canonicas celebrarent, & eorum mandatis obedirent: quod præterea Synodorum auctoritate confirmatum tradit auctor Fletæ lib. 2. cap. 51. §. 7.

¶ PRESBYTERI FORASTICI & *Pagenses*, Martino Braccarenfi cap. 56. dicuntur, qui sunt in agris: quos Concilium Neocæsariense cap. 13. *προεβύτερος ἐπιχωρίως* vocat, id est *ἐν τοῖς χωρίοις*, seu vicis ordinatos; Synodus Ancyrana *προεβύτερος τὸς ἐν ταῖς χωρίοις*, *Presbyteros ruris* Dionysius. *Presbyteros & Sacerdotes suburbanos*, Vita Aldrici Episc. Cenoman. p. 49. 67. 76. 84. Ita *Presbyteros Forenses* vocant Capitul. 4. ann. 806. cap. 2. & lib. 6. Capitul. cap. 246. [Vide Fr. Pithœi Glossar. ad lib. Capitul. & Notas III. Bosqueti Episc. Monspel. ad Innocentium III. pag. 139.] Maxime vero

¶ PRESBYTERI FORENSES nuncupantur ii, qui ex aliena diœcesi vel Ecclesia sunt, ut in Synodo Romana sub Leone IV. an. 853. cap. 39. apud Rappertum de Casibus S. Galli cap. 5. in Vita S. Pauli Episcopi Viridunensis num. 11. &c. qui

¶ PRESBYTERI PEREGRINI, Gregorio M. lib. 3. Epist. 18. Charta Adalberonis Episcopi Viridunensis an. 1135. ex Tabulario S. Vitoni: *Constituimus ergo quatenus eandem Ecclesiam cum atrio Abbas & fratres libere & quiete possideant, nec aliquis forensium Presbyterorum sine jussu vel concessu Abbatis aliquando de eis se intromittat.*

¶ PRESBYTER HEBDOMADARIUS, Cui per hebdomadam majus sacrum canere, omniumque horarum officium inchoare incumbebat: nisi sit nomen dignitatis, quomodo Thesaurarius in Ecclesia S. Petri Lovaniensi *Hebdomadarius* dicitur. Vide in hac voce. Ut ut est Chartam Raimundi Rogerii Vicecom. Biterr. ann. 1204. subscribunt *Petrus prior presbyter & Guillelmus presbyter Hebdomadarii S. Nazarii*, inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 150.

¶ PRESBYTERI INDUCTITII, quibus opponuntur *proprii Sacerdotes*, in Concilio Romano sub Innocentio II. cap. 10. *Præcipimus etiam ne inductitiis Presbyteris Ecclesie committantur: & unaquaque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat Sacerdotem. Conducitii*, dicuntur in Concilio Remensi an. 1148. cap. 10.

¶ PRESBYTER seu *Sacerdos localis*, in Concilio Valentino Hisp. an. 524. can. 6. in locis certis ordinatus, vel loco alicui addictus, qui dum Ordinem Sacerdotii accepit, spondet se in certa Ecclesia deserviturum. Vide Concilium Arelatense I. can. 21. & Concilium Calched. act. 15. can. 6. in quo statuitur, nullum Presbyterum vel Diaconum ordinandum, *εἰ μὴ ἰδιωτῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπιτηρεύσῃτο*. Adde can. 20. ejusdem Concilii, VII. Synodum act. 7. can. 10. Concil. Hispalense II. can. 3. Capit. Caroli M. Add. 3. cap. 50. Concil. Turon. III. c. 14. *Presbyter ad Ecclesiam intitulatus*, apud Leonem IV. PP. de Cura Pastoralis. Distinguuntur vero à Presbyteris Diœcesanis, seu Parochis, in Concilio Toletano III. can. 20. Vide *Titulus*.

¶ PRESBYTER MISSALIS. Vide in *Missâ* 4. col. 826.

¶ PRESBYTERI PAROCHIALES, in Epist. Zachariæ

riæ PP. ad Pipinum cap. 1. in Epistola Montani Episcopi ad Pallentinos cap. 7. in Concilio Valentino III. ann. 855. can. 9. 17. in Lateranensi an. 1215. can. 32. (ubi interpres Græcus, *οἱ ἐνοπίται πρεσβύτεροι*,) apud Gregorium Magn. lib. 1. Epist. 51. Florentium Wigorniensem an. 1127. in Epistola Petri Episcopi Parisiensis, in Martini Monasterii Hist. pag. 492. *Sacerdotes Parochiales*, lib. 3. Decretal. Gregorii tit. 5. cap. 30. & *Presbyteri Parochiani*, in Lege Aleman. tit. 13. & in Epistola Arnulphi Abbatis de Marchasio-Radulphi apud Sammarthanos in Abbat. pag. 18. *Presbyter*, qui in Parochia positus est ab Episcopo, in eadem Lege Aleman. tit. 11. *Presbyteri parochiarum* dicuntur, in Concilio Aurelian. III. can. 23. Aurelian. IV. c. 11. Narbon. c. 8. vulgo *Curiones*.

PREBYTER POPULI, Plebanus. Acta Murenfia pag. 41. *Decimas vero Ecclesia, qua de Parochia veniant, partim nos accipimus, & partim Presbytero populi dimittimus. Et pag. 8. Ita sane ut illi tamen secularum Presbyterum haberent, qui populo præesset.*

PREBYTER PRESBYTERORUM, Abbas esse videtur. Charta ann. 1013. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 85. *Ibique in eorum præsentia veniens Dededus Presbiter Presbiterorum monasterii S. Zachariae, atque Petrus Presbiter, officiales de eodem monasterio, &c.*

PREBYTERI PRIORES. Vide Gregorium M. lib. 5. Epist. 12.

PREBYTER PROPRIUS, Parochus, curio. Capitul. lib. 1. cap. 157. *Ut de eorum portione proprio Presbytero decimas donent. Occurrit rursus in Ad. dit. 2. cap. 10. & alibi passim.*

PREBYTER SECULARIS, in Charta Guillelmi Episcopi Parisiensis an. 1241. cui opponitur *Presbyter religiosus*, vel Monachus, in Historia Prioratus S. Martini pag. 499.

PREBYTERI VICANI, in Concilio Turonensi II. can. 4. qui per vicos dispersi sunt. Idem qui

PREBYTERI VILLANI, in Edicto Pistenfi cap. 30.

Ut Presbyteri utantur assidue orariis præcipitur ex Conc. Mogunt. an. 813. can. 28. in lib. 5. Capitul. 146. *Presbyteri sine intermissione utantur orariis propter differentiam sacerdotii dignitatis. Iisdem jubetur eorundem Capitul. lib. 6. cap. 178. Ut sine sacro chrismate oleoque benedicto & salubri Christi eucharistia alicubi non proficiscantur.*

Illud vero observatu dignum videtur Presbyteros inter servos & mancipia recensitos fuisse, ita ut in partitionem venirent & à dominis possent permutari. Antiquum ea de re exstat exemplum apud Mabillon. lib. 6. Diplom. Ch. 70. ex Commutatione mancipiorum inter Theodradam Abbatissam Monast. S. M. Argentogil. & Einhardum Abbatem ann. 824. *Dedit igitur præcellentissima Theodrada abbatissa de ratione S. Mariae partibus Einhardi abbatis homine aliquo, nomine Gulsoco Presbytero. Tolerabilior fuit conditio Goffridi Presbyteri, qui obcujusdam ecclesiæ presbyteratum ei ad vitam concessum, Oderici Abbatis Vindocinensis homo factus fidelitatem illi ac loco sanctæ Trinitatis cœnobii Vindocinensis juravit, atque omnium, quæ ad præsens tam ipse quam uxor ejus legaliter ab eodem, secundum laicalem morem, antequam sacerdos esset, ducta possidebant, ut legitur apud eundem Mabill. tom. 4. Annal. Bened. p. 467. Ex his tamen verbis secundum laicalem morem subdorari potest præter morem fuisse ut servitia, quæ ad laicos spectant, à Presbyteris exigentur. Et certe inhibita lib. 1. Capitu-*

mul. cap. 85. ne Presbyteri servitium aliquod de manso faciant præter ecclesiasticum: *Presbyteri in iis (mansis) constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atris vel hortis juxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod servitium faciant præter ecclesiasticum.*

PREBYTER JOANNES, ita appellabatur Rex, qui in India longe lateque rerum potiebatur, quod genus duceret à quodam Joanne Presbytero Nestoriano, de quo agit Albericus ann. 1145. qui *Coirem Cham*, harum regionum Rege, qui Francis nostris Antiochiam obsidentibus florebat, extincto, Principatum invaserat. Gaufridus Vosiensis 1. part. c. 65. *Primo loco ponatur excelsus ille Joannes, qui regnis imperans magnis, humilitatis causa Presbyteri sibi nomen aptavit, hujus principatus diversarum copias rerum, qualiterve plures ipsi serviunt Reges, & de Archiprotopapatu, vel qua de causa pater ejus, Quis ut Deus? dictus est, Epistola Manuelli ab eo directa prodit breviter. De hoc Principe non contemnenda adnotavimus in Observationibus ad Joinvillam pag. 89. 90. Vide præterea tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 379. lib. 2. Miscellan. Baluzii pag. 258. Gregorium Abul-Faraium in Histor. Dynastiarum pag. 280. Sanutum pag. 254. Waddingum in Annalibus Minorum ann. 1305. num. 10. &c.*

Multi multa scripserunt de Joanne Presbytero, quem alii *Preiosum Joannem* vocant; unde Jos. Scaligero vox hæc deducta est à Persico *Preste-Chan*, id est, homo Apostolicus sive Christianus. Ejus imperium alii in Africa, alii in Asia collocant. Regem esse Abyssinorum existimat V. Cl. le Grand in Dissertatione quam de eo instituit in Relat. Histor. Abyssiniæ pag. 233. quem consuluisse non pigebit.

PREBYTERARE, Presbyterum facere, in Fleta lib. 2. cap. 51. §. 7. [Forma electionis Petri Episcopi Anic. an. 1053. tom. 4. Annal. Bened. p. 743. col. 1. *Firmavit (Leo IX. PP.) electum nostrum prædictum Petrum ecclesia nostra archidiaconum & præpositum, & præcepit Presbyterari à Cardinali Umberto Ecclesiæ S. Rufinæ Episcopo. Pro Presbyterum esse, apud Busch. de Reformat. Monast. to. 2. Script. Brunsvic. Leibnitii pag. 934. *Cocus noster est parum aut nihil sciens, intendit tamen Presbyterare, &c.*]*

PREBYTERANDUS, Clericus, qui in ordine est ad Presbyterium, apud eundem Buschium ibid. pag. 940. *Ibi duo, presbyter & Presbyterandus stabant in atrio, propter altaris ibidem dedicationem, ad vespertas cantandas.*

PREBYTERÆ, **PREBYTERISSÆ**, Presbyterorum uxores, eorum nempe, qui abdicato ex consensu mutuo matrimonii usu, divino cultui se mancipabant, Sacerdotes effecti, vel Episcopi. Otto Vercellensis Episcopus Epist. 8. *Possimus quoque Presbyteras vel Diaconas illas existimare, quæ Presbyteris vel Diaconis ante ordinationem conjugio copulatae sunt, quas postea caste regere debent, &c.* Gregorius Magnus lib. 4. Dialog. cap. 11. *Illic Presbyter quidam commissam sibi cum magno timore Domini regebat Ecclesiam: qui ex tempore ordinationis accepta Presbyteram suam, ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere nunquam sinebat. Ubi observandum, ejusmodi Presbyteras in eadem æde, qua mariti, vitam caste exegisse, idque Ecclesiæ Canonibus sancitum tradit idem Gregorius lib. 7. Ind. 2. Epist. 39. ubi cum Episcopus una cum mulieribus habitare vetasset, hæc subdit: *Hoc tantummodo adjecto, ut hi, sicut canonicæ decrevit auctoritas,**

tas, uxores, quas caste debent regere, non derelinquant. Quibus consonat Lex 43. Cod. Theod. de Cathol. & Concil. Turon. II. can. 19. Sed periculosam fuisse interdum ejusmodi conversationem docet exemplum, à Flodoardo allatum lib. 1. Hist. Remensis c. 14. unde in Concilio Toletano III. can. 5. satius esse dicitur, ut in alia domo Presbyteræ habitent. In hanc sententiam Auctor de Singularitate Clericorum, inter opera S. Cypriani: *Cum videam de Christianis plerosque maritos pariter & uxores continentiam destinantes, domicilia singulariam magis eligere, ut consensu communium votorum sine irritatione presentia, & concordante secessu valeant obtinere.* Vide Gregorium Turon. lib. 1. Hist. c. 30. & Palladium in Vita S. Chrysostomi cap. 13.

In Concilio Arelatensi II. can. 3. ejusmodi Presbyteræ conversæ uxores dicuntur, quibus concessum erat in domibus Clericorum habitare, quemadmodum matribus, aviis, & sororibus: ita tamen ut à conjugibus suis ii abstinere, ut est in Concilio Turonensi I. can. 2. Arvernensi can. 13. Aurelianensi IV. can. 17. & Autisiodorensi can. 21. sed & nec communem lectum & cellam haberent, ut est in iisdem Conciliis Aurelianensi & Autisiodorensi locis citatis, & in Turonensi II. can. 19. Jubeantur præterea vivere ut sorores, in Concilio Arvernensi c. 19. & Matisconensi I. can. 11. (Vide in V. Sorores.) Ita tamen in eadem domo cum uxore habitare licebat Presbyteris, dummodo alterius Clerici testimonio uterentur, quo eorum vita clarior appareret. Vide Concilium Gerundense sub Hormisda PP. cap. 7. Braccarense III. c. 1. 4. & Concil. Turonense II. c. 12. 19. Sed hunc cohabitationis usum & morem exagitant Gregorius Nazianzenus, S. Chrysostomus, & S. Basilus.

Denique si maritis Presbyteris vita excedere contingeret, alteri nubere vetabantur. Ita Concil. Aurelianense I. can. 13. Epaonense c. 2. Fragmentum Concilii Ilerdensis allatum à Surio post Concilium Ilerdense, Concil. Romanum sub Zacharia PP. cap. 5. Vermeriense an. 752. cap. 3. &c. Atque inde forte

PRESBYTERÆ dictæ generalius Viduæ omnes seniores, quæ sacris in Ecclesia exercitiis vacabant. Glossæ MSS. ad Concilium Laodic. can. 11. *Presbyteræ, id est viduæ seniores.* Ubi Isidorus Mercator & Ferrandus Diac. cap. 221. *Mulieres, quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos autem Viduæ seniores, Conversæ & Matriculariæ.* Codex veto Græcus, *περὶ τῆ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβυτίδας, ἢ τοὺς ἀρεκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι.* Quo loco Dionysius Exiguus *πρεσβυτίδας.* Presbyterus pariter vertit. Apud S. Antiochum homil. 21. dicuntur *πρεσβυτίδες ἱεροπρεπεῖς, Seniores consecrate;* apud Palladium in Præfat. ad Historiam Lausiacam, *ἡσυχίαι πρεσβυτίδες, καὶ ἡρόπνευστοι μὴ έρες.* Atque hæc quidem Presbyteræ, seu Presbyterissæ, uti vocantur in Ordine Romano. Vestitu longe modestiori quam cæteræ feminæ utebantur, ut docet idem Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 7. *Epiphanius ... respondit prænominatam Abbatissam usque ad diem obitus indui se Monachica veste noluisse, sed in vestibus, quibus loci illius utuntur Presbyteræ, permansisse.* De earum ministeriis hæc attigit Atto Vercellensis Episcopus Ep. 8. *Sicut enim hæc, quæ Presbyteræ dicebantur, prædicandi, jubendi, vel docendi; ita sane Diaconæ ministrandi vel baptizandi officium sumpserant; quod nunc jam minime expedit.* [Ubi Diaconas à mulieribus Presbyteris distinctas animadvertere est. Et quidem Presbyterarum, quas & Præsidentes ibidem vocat, quod,

ut viri, Ecclesiis præerant, diaconas ministras fuisse docet idem Atto apud Acher. to. 8. Spicil. pag. 124.] De Presbyteris vel Presbyterarum uxoribus agunt præterea Synodus Trullana c. 12. 13. Paulinus Nolanus Epist. ad Aprum pag. 274. 275. & Leo VII. PP. in Epistola ad Gerhardum Lauriacensem Archiepiscop. pag. 11. Vide Vidua.

PRESBYTERÆ præterea dictæ Græcis recentioribus Presbyterorum conjugatorum uxores. Ita non semel in Nomocanone nuper edito à Joan. Baptista Cotelerio c. 37. 54. 88. 138.

PRESBYTERÆ, maxime Græcis dictæ, Monasteriorum Præpositæ. Vide Basilium M. Interr. 109.

¶ PRESBYTERAGIUM, Obventiones Presbyteri parochialis. Charta ann. 1096. ex Tabular. S. Albini Andegav. *Donavit ... ecclesiam S. Columbe ... cum oblatione, baptisterio, cimiterio & sepultura, totumque Presbyteragium, &c.* Charta ann. 1104. in Tabul. Majoris Monast. *Canonicus quidam B. Martini de Castro novo quod Turonus situm est, Herveus nomine, ecclesia Erbreacensis presbyter fuerat, & de prædecessorum suorum jure illud habens, ad hoc ipsum & Presbyteragium ejus in manu sua tenebat, atque presbyterum suum sub se in ipsa ecclesia habebat. Itaque tactus gravi infirmitate, factus monachus apud Majus monasterium, dedit B. Martino ipsam ecclesiam & Presbyteragium ejus.* Annal. Andegav. Johan. Huret pag. 205. *Donavit S. Nicolao ... quicquid habebat in ecclesia S. Sigismundi, scilicet medietatem Presbyteragii, & omnium expleturarum aliarum, quæ ad ecclesiam pertinet.* Vide Presbyteratus 2.

¶ PRESBYTERALE MINISTERIUM, Idem quod Presbyteragium. Charta ann. circ. 984. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 379. *Quasdam possessiones sui juris, quæ sibi à parentibus contigerant, ecclesia B. Martini Tutelensis monasterii dedit, scilicet Presbyterale ministerium ecclesia S. Amantii de Faurcio.* Vide Presbyterium 4.

PRESBYTERALES EPISTOLÆ, quæ ab Episcopis dantur iis, qui in aliena diœcesi ad Presbyteri dignitatem promoveri volunt. Vetus Formula MS. ex Pithœanis: *Amore Christi mihi devincta illa Abbatissa il. Pec. Illius. Ansi non fuimus Presbyterales dare; duabus obstantibus causis, nec nam indiculum, juxta Canones, Pontificis sui manu, cum testimonio boni operis retroacta vita detulit subscriptum, nec testes habuit coram quid dignum pro eodem ad Sacerdotium subiendum præberent testimonium.*

1. PRESBYTERATUS, Titulus presbyteralis. Concilium Vernense ann. 755. cap. 21. *Ut illos Presbyteratus, qui ad illum Episcopatum legibus obtinuerant, ille Episcopus ipsos debeat habere, sicut in alia Synodo perdonavit dominus Rex.* [Charta Innocentii II. PP. ann. 1136. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 32. *Presbyteratum ejusdem ecclesia cum omnibus quæ ad presbyteratum pertinent.* Statuta Milonis Episc. Aurelian. ann. 1314. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1286. *Statuimus ut quotiens aliquis rector in aliqua ecclesia de novo fuerit institutus, faciat triplex inventarium super bonis dicti Presbyteratus, &c.* Statutum MS. Eccl. Lugdun. *Sicut in Charta quæ vocatur polietum continetur; ubi describuntur omnes Presbyteratus ecclesia, quæ debent ceram Ecclesia Lugduni.*]

¶ PRESBYTERATUS, Ædes seu domus Presbyteri parochialis, Presbyterie. Index MS. Benefic. Eccl. Constant. fol. 11. *Reclor habet Presbyteratum continentem quinque virgatas terra.*

2. PRESBYTERATUS, Obventiones Presbyteri Parochialis. Arnulfus Lexoviensis Episc. in Epist. pag. 98. *Causam, quæ inter Hermerium Sacerdotem*

& Abbatem de cultura super diminutione Presbyteratus Ecclesia de Bruslon vertebatur, Majestas vestra parvitati nostra delegavit ordine judiciario decidendam. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 30. Obtulit Deo & dicto loco ipsiusque loci fratribus & ipse & nepos suus partem suam altaris & Presbyteratus, &c. Fol. 78. Omnia, qua tenebat vel habebat in Ecclesia de Luurcia-co, in decimo, vel Presbyteratu, ac in offerenda, dedit Deo ac B. Petro & ad locum Paredi. Fol. 83. Huic loco concessit ipsam Ecclesiam, & cimiterium, & Presbyteratum, & sepulturam, & offerendam, ac decimas, & baptisterium, &c. Charta ann. 912. in Tabulario Viennensi fol. 18. Hoc est Ecclesiam S. Genesii cum suo Presbyteratu, campis, & vinea, nec non & silva ibi pertinente. Alia ibidem ann. 895. fol. 22. Scilicet capellam in honore S. Ferreoli Martyris dicatam, ... una cum omni Presbyteratu & dote sua, videlicet in vineis, & terris, & curtulis, & mansionibus, &c. Alia fol. 23. Hoc est quarta pars Ecclesia S. Mamerti, cum decimis & primitiis, & altare, & Presbyteratu, & cimiterio, & hereditate, qua ad ipsam Ecclesiam pertinet. Alia ibid. Ibi in eorum presentiam se proclamavit, quod Ecclesia, quam ipse tenet in Sisiaco villa in honore S. Petri de illorum communia, nec habet privilegium nec Presbyteratum, unde cessum (censum) solvere possit, quod ei requirebant. Fol. 45. Ecclesiam S. Nazarii ... cum omni Presbyteratu ex antiquo ibi debito, & decimis omnibus ibi jure pertinentibus, &c. Vide Presbyteragium & Presbyterium 4.

¶ PRESBYTERATUS BENEDICTIO, in lib. 6. Capitul. cap. 81. Vide in Benedictio col. 1109.

¶ PRESBYTERICIDIUM, Presbyteri occisio, in Bulla Leonis X. PP. ann. 1516. apud Miræum to. 1. pag. 236. col. 2.

1. PRESBYTERIUM, Character, sive dignitas sacerdotalis. Uguccio: Presbyterium, officium, vel dignitas, vel ordo presbyteri. Vetus interpres Concilii Nicænicæ. 2. Ad Episcopatum vel Presbyterium promoveri. Codex Græc. habet πρεσβυτέρων. Epistola Concilii Sardicensis apud S. Hilarium: Diaconos quidem in Presbyterium, de Presbyterio autem in Episcopatum ... provexerunt. Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani: Presbyterium & Sacerdotium statim accepit. Siricius PP. Epist. 1. c. 13. Ad Diaconatus vel Presbyteri insignia matura aetatis consecratione perveniant. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 587. Praefatus puer crevit, & usque ad Presbyterium ascendit.

2. PRESBYTERIUM, Collegium presbyterorum, vel confessus & Conventus Presbyterorum unius diocesis, Concilium, seu potius Synodus. Hefychius: γηροσύνη, πρεσβυτέρων, πλήθος γηρότων. Lucæ 22. v. 66. συνέχθη τὸ πρεσβυτέρων τῆ λαοῦ. Act. 22. v. 5. & πᾶν τὸ πρεσβυτέρων. Adde 1. ad Timot. cap. 4. v. 13. πρεσβυτέρων συνέδριον, apud S. Basilium Epist. 319. ad Innocent. S. Cyprianus Epist. 35. Et desolatam per lapsum quorundam Presbyterii nostri copiam gloriosis Sacerdotibus adornaret. Idem Epist. 46. Omni actu igitur ad me perlato, placuit contrahi Presbyterium. Adde Epist. 49. Liberius Papa in Epistola de exilio suo: Sicuti teste est omne Presbyterium Romana Ecclesia. Collatio Carthag. I. cap. 130. Adeodatus Episcopus dixit, In diocesi mea est ordinatus, ex Presbyterio meo est, &c. Epiphanius Cyri Episcopus: Ordinavimus Presbyterum, & iisdem verbis, quibus antea suaseramus, impulimus, ut sederet in ordine Presbyterii. Epistola Bonifacii PP. apud Holstenium in Collect. Romana: Quæ (epistola) Presbyterio universo complacuit. S. Hieronymus in Esaia cap. 3. Et nos habemus in Ecclesia nostra Senatum nostrum, cæterum Presbyterorum. [Vide Baluzii Notas ad Vi-

tas PP. Avenion. pag. 1408. & Indicem tomi 1. Epist. Rom. Pontif. edit. Coustantii v. Presbyter.]

3. PRESBYTERIUM, Pars Ecclesiae in qua Presbyteri consistunt, & sacrae liturgiæ vacant, Græcis βήμα, ἀδελφ. Synodus Romana sub Eugenio II. PP. cap. 33. Sacerdotum aliorumque Clericorum Ecclesiis servientium honores à Laïcorum discrete apparere convenit. Quamobrem nulli Laïcorum liceat in eo loco, ubi Sacerdotes, reliquive Clerici consistunt, quod Presbyterium nuncupatur, quando Missa celebratur, consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere. Quod quidem Presbyterium cancellis distinguebatur à reliqua aede: prædictis enim addit Synodus Rom. sub Leone IV. cap. 33. Nec inter sacros cancellos ordinibus debitos, nisi permittente Episcopo, adtentent accedere sæculares. Gelasius I. PP. Epist. 9. de Diaconis: Non in Presbyterio residere cum divina celebrantur, ... jus non habeant. Ordo Romanus: Presbyteri in Presbyterio omnes permanent inclinati. Decretum Nicolai II. PP. contra Clericos concubinos, apud Hugon. Flaviniac. pag. 193. Omnino contradicimus, ut Missam non cantet, neque Evangelium aut Epistolam ad Missam legat, neque in Presbyterio ad divina officia cum his, qui præfata constitutioni obedientes fuerint, maneat, &c. Anastasius in Leone III. pag. 121. Simul & rugas in ingressus Presbyterii pensant, &c. Pag. 127. Fecit eidem nutritori suo Presbyterium noviter totum marmoreum magna pulchritudinis, sculptum, compeque ornatum. Infra: Tamque presbyterium, quamque totam Ecclesiam marmoravit. Ibidem: Presbyterium ex marmoribus sculptis decoravit. Adde p. 131. 132. 151. 156. Charta Edgari Reg. Britanniae ann. 973. to. 1. Monast. Anglic. pag. 243. Virgini Mariae Orientale altaris Presbyterium dedicans. Paulus Warnefridus in Chronico Episcoporum Metensium in Grodegango: Hic fabricare jussit. ... altare ipsius atque cancellos, Presbyterium, arcusque per gyrum. Similiter & in Ecclesia B. Petri majore presbyterium fieri jussit. Gervasius Dorobernensis de Combustione Ecclesiae Dorobern. Continebat hic murus Monachorum chorum, Presbyterium, altare magnum, &c. Mox: De choro ad Presbyterium tres erant gradus, de pavimento presbyterii usque ad altare gradus tres. Cæsarius lib. 1. c. 35. Dei Genitrix Maria de Presbyterio descendens, & Chorum more Abbatis circumiens, Monachis benedixit. Lib. 7. c. 40. Dominam nostram vidi ante Presbyterium ejusdem Ecclesiae. Adde lib. 8. cap. 11. 91. lib. 9. c. 42. lib. 12. c. 29. Chron. Abbatum Gemblacensium ann. 1076. Sepultus est ante gradus Presbyterii veteris Ecclesiae, &c. Infra: In illo Presbyterii novo adificio, dum pro competentia operis pavementum vetus aperitur, inter cetera, ut conicere possumus, justorum corpora, quæ sicut inventa sunt, reliquit. Vide præterea Chartam Charitatis Cisterciensis c. 4. Librum Usuum ejusd. Ordinis c. 15. 22. Nicolaum II. PP. Epist. 8. ad Episcopos Galliae, Sigebertum de translatione S. Sigeberti n. 2. Matthæum Westmonasteriensem ann. 1254. pag. 358. Vitam B. Simonis Comititis Crespeiensis cap. 8. &c. Presbyteri vero, quibus in presbyterio consistere jus erat, οὐκ ἀπὸ τῆς βήματος dicti Gregorio Nazianzeno, ut à nobis observatum in Descriptione Aedis Sophianæ n. 49. in quam etiam sententiam Eustathius Presbyter in Vita S. Eutychii Patr. CP. n. 99. ὅσοι τῆς βήματος, & ὅσοι τῶν κάτω, dixit, Presbyterorum & aliorum Clericorum duplicem statuens ordinem.

PRESBYTERIUM, interdum pro Choro Ecclesiae. Anonymus de Vita S. Joannis Archiepiscopi Lboracensis: Presbyterium, hoc est chorum Ecclesiae de no-

vo ibi construxit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 43. Sacrista paret sal & aquam super gradum Presbyterii. Mox: Postquam asperferit majus altare & Presbyterium, &c. Ordericus Vitalis libro 7. pag. 662. Ipsamque in Presbyterio inter choram & altare sepelierunt.

4. PRESBYTERIUM, Idem quod Presbyteratus, Obventiones Presbyterii Parochialis. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 587. Concessi... Ecclesiam S. Germani & S. Vincentii, & sepulturas atriorum, & omnia, qua ad Presbyterium pertinent. Idem lib. 8. pag. 669. Hinc illi Ecclesiam de Telliolo, & hoc quod habebat in Ecclesia de Dambleinvilla, & Presbyterium dedit: & hoc quod habebat in Ecclesia de Corneto cum Presbyterio concessit. Mox: Et villam, qua Chercabia dicitur, cum Ecclesia & Presbyterio. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 70. Medietatem Ecclesie, omnium oblationum, introitum presbyteri ex toto, Presbyterium, medietatem omnium decimarum, &c. Fol. 71. Offerens Deo ad integrum... videlicet Presbyterium, offertas, cimiterium, decimas, &c. [Charta an. 1050. in Tabul. Monast. S. Salvator. Massil. Hæ sunt duæ tenuræ in mallo cum Presbyterio & parochianis Ecclesie B. M. de Bello-loco, & dono ipsas tenuras cum prædicta Ecclesia. Charta ann. 1135. to. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 29. Et quidquid ad Presbyterium ejusdem ecclesie pertinet. Vide Presbyteragium.]

5. PRESBYTERIUM, Donativum, quod Summi Pontifices Romani distribuere solent, maxime cum inaugurantur. Ita dictum videtur, quod ratione Summi Presbyterii, seu Papalis dignitatis effundatur, quemadmodum Donativa Consulium, ὑπάτια & ὑπαλειά appellata sunt, quod ab iis initio magistratus spargerentur. S. Gregorius l. 4. Ep. 26. Ut Clericis Capuana Ecclesie... quartam in Presbyterium eorum de hoc, quod ante Ecclesie singulis annis accesserit... distribuere studeat. Idem lib. 12. Ep. 30. Eum in gratiam familiariter recepi, coram populo & Clero eum perduxit, Presbyterium ei auxili, in loco superiori inter Defensores posui. Thomas Stubbs in Act. Eboracensium Episcoporum. de Gelasio PP. In solemnibus processionibus equitando factis, quando more Apostolico coronatus fuit, sicut in die Natalis Domini, Augustodunum, & die Epiphaniæ Cluniaci, Episcopus Hostiensis, qui Magister inter eos & dignior erat, eum parem sibi esse voluit, & peracto tanta solemnitate officio, Archiepiscopus sicut & sui Cardinales Bisanteos aureos, quod Presbyterium vocant, à domino Papa suscepit. Sugerius in Ludovico VI. Cæna ergo apud nos more Romano, & sumptuoso donativo, quod Presbyterium nominatur, celebrata, venerandam Domini Crucifixionem venerando prosequutus... pernoctavit. Acta Innocentii III. PP. Presbyterio per ordinem distributo, soleme convivium celebravit. Pacta conventa inter Clementem III. PP. & Romanos an. 1188. ex volumine Cencii Camerarii: Vos autem (Clemens PP.) dabitis Senatoribus, qui erunt per tempora, beneficia & Presbyteria consueta. Item Judicibus, Advocatis, & Scriuariis à Romano Pontifice ordinatis, & officialibus Senatus Presbyteria consueta dabit. Ceremoniale ejusdem Cencii: Præfati navales, schola cruciam, & Capellani tale Presbyterium, & taliter datum accipiunt, quale in die Pasche superius nominatum recipiunt. Infra: Familia quoque & Curiales Presbyterium habent juxta Camerarii voluntatem. Occurrit ibi pluries. Ceremoniale Rom. ex MS. Vaticano apud Raynaldum an. 1272. de Consecrat. PP. Venit ad aliquem locum preparatum decenter, & ibi dat cuilibet Cardinali & Pralato Presbyterium. Et S. Ipse Papa sedet in sede, & quilibet Cardinalis & Pralatus vadit coram eo, &

Tom. V.

flexis genibus extrahit sibi in Cardinalis sive Pralatus mitram, & tenet apertam ante Papam, & ipse ponit illam pecuniam, quam dat ei in uno cypho argenteo Camerarius, & quam dicit liber Camera, qui vocatur Polycitus, & ille qui recipit pecuniam in mithra, osculatur genu domini PP. Clemens IV. PP. agens de Coronatione Imperatoris apud eumd. Raynaldum an. 1311. n. 13. Consulavit autem Imperator larga Presbyteria omnibus exhibere, quibus ea, cum coronatur summus Pontifex, elargitur, videlicet Episcopis, Presbyteris & Diaconis, Cardinalibus, Primicerio & Cantoribus, Subdiaconis basilicariis, & regionariis, &c. Vide Mannus & Roza.

¶ PRESCA, contracte fortassis scriptum pro Proxena. Charta ann. circ. 1100. ex Tabul. S. Victoris Massil. Venit ad placitum constitutum vocato ad se Willelmo in Ecclesia S. Victoris. Terribiliter increpavit eum Prescam Poncii de Mongardin; ille negavit, quia contra eam hoc non fecerat, sed propter recuperationem honoris S. Mariae & S. Victoris.

¶ PRESCARIA, pro Præstaria seu Precaria, eodem saltem intellectu. Charta an. 863. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 308. Dabimus de nostro, ut restitutio S. Petri rerum integra perseveret: Prescarias autem & commutationes provideat prædictus abbas cum manichis sibi commissis, ut quod utile judicaverit, faciat, &c.

¶ PRESFOCH, Eadem notione qua supra Præstaria. Vide in hac voce. Statuta Eccl. Nemauf. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1066. Item, prohibemus districte, ne aliquis clericus futuros redditus alicujus ecclesie nostræ diocesis emat, recipiendo ad firmam ipsam ecclesiam cum redditibus ipsius ecclesie sub certo pretio, sine nostro consilio & assensu, nisi prior seu rector ipsius ecclesie ad studium theologie ire voluerit. Et tunc etiam regularibus vel laicis ecclesiam ad firmam, id est, à Presfoch, concedere non præsumant.

¶ PRESI, pro Prendi, cepi, in Leg. Luitprandi apud Murator. tom. 1. part. 2. col. 2. Fraude cum præfisset &c. Præsit eam (Pennam) per sortia, & cremavit & desolavit ea, in Charta Veremundi Reg. æræ 1070. ex Tabul. Lucenf. Eccl. apud Bivarium. Vide Prindere.

¶ PRESILIUM, Idem videtur quod Brasilicum lignum, nostris Brésil. Bernh. de Breydenbach Itin. Hierosol. fol. 209. Ibi etiam in maris hujus insulis lignum crescit rubeum ad modum Presilii.

PRESMO, Mustum, quod ex uvis stillat, antequam calcantur botri, Petro de Crescentiis lib. 4. c. 2. [Corruptam esse hanc vocem suspicari licet; at unde accersenda non satis scio: Græcis πρῶτος δῆμος, eadem notione, nostris Mere-goutte. Vide in Gutta 7.]

¶ PRESONAGIUM, Quod carceris custodi præstatur ab incarcerato pro victu & potu qui ei subministrantur. Vide in Priso. Consuet. Tolos. MSS. ex Bibl. D. Abb. de Crozat fol. 41. Nullum tamen sine justa causa præsumant arrestare; quod si fecerint... punientur, & pro ipso solvere Presonagium tenebuntur.

¶ PRESONARIUS, Captivus, incarceratus, Gall. Prisonnier, in iisdem Consuet. fol. 41. v°. Item præcipimus ne castellani seu jaulerii levent pro expensis à Presonariis nisi quantum expendent. Vide Prexonarius & Priso 1.

¶ PRESONIUS, Eadem notione. Chron. Astense apud Murator. to. 11. col. 273. Ipse Rex (Aragonum) una cum ditiis fratribus suis, videlicet Johanne Rege Navarrae & Magistro S. Jacobi de Compostella personaliter capti & Presonii fuerunt.

¶ PRESONERIA, Incarcerata. Statuta Montis Re-

gal. fol. 22. *Quod talis persona teneatur & debeat solvere pro salario Presoneria & custodis ipsius solidum unum pro qualibet die ac nocte.*

¶ **PRESSA**, Vis, injuria, violentia, ut videtur. Charta apud Meichelbec. to. 2. Hist. Frising. pag. 94. *Dixerunt quod Atto Episcopus eorum hereditatem injuste haberet per Pressam in loco qui dicitur Hatile. Vide Prisis.*

PRESSARĒ, Papiæ, frequenter premere. Gall. *Presser*. Vide Savaronem ad Sidonium lib. 1. Epist. 9. & supra in *Compressare*.

¶ **PRESSARE**, Vindemiam premere, Gall. *Pressurer*. Charta Ingelrani Dom. Cociaci ann. 1235. apud Thomasser. Consuet. Bituric. pag. 236. *Et si mustum hominum ultra tres dies, vel tres noctes in torcularibus nostris moraretur, ipsi homines alibi absque forisfacto deferre poterunt & Pressare. Vide Pressorare.*

PRESSARIA, vox medicorum, dicta, quod intus iniantur, inquit Isidorus lib. 4. Orig. cap. 9. Vide *Pressura* 1.

¶ **PRESSE**. Charta Theobaldi Blefens. Comit. ann. 1126. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 367. *Villam idcirco readificandam ita quietam & ab omni oppressione & exactione, Presse, tallis, justitia, banno, & ab eo quod dicitur justum & injustum, liberam concedimus. Ubi f. leg. Prece. Est autem præstatio quæ sub nomine precationis exigebatur. Vide Preces* 1. nisi idem sit quod *Pressa*.

¶ **PRESSERAGIUM**, **PRESSORAGIUM**. Vide *Pressorium*.

¶ **PRESSORARE**, à Gall. *Pressurer*, Vindemiam premere. Charta an. 1297. ex Tabul. Autissiod. *Regnaudus Mercerius recognovit se recepisse... quandam domum... cum celario, vineis, pressorio munito aiguilliis, hostio ad Pressorandum, & tribus cupis, & aliis appendiciis. Vide Pressure.*

PRESSORES, Venatorum genus. Vide *Alatores*.

¶ **PRESSORIOLUM**. Vide in *Pressorium*.

PRESSORIUM, πρεσσηριον, in Gloss. Lat. Gr. Ugu-
tio: Torcular, proprie dicitur *Pressorium*, quo uva calcata exprimuntur, Nostris *Pressoir*. [Charta an. 1241. tom. 2. Historiæ Ecclesiæ Meld. pag. 143. *Dedimus licentiam reficiendi quoddam pressorium, quod vocatur Pressorium Comitit. Charta ann. 1245. in Tabulario Montis Martyrum: Vindemia dictarum vinearum per banniam deferetur ad premendum ad illud Pressorium ad tertium potum. Charta S. Ludovici Regis Franc. ann. 1261. in Chartul. Domus Dei Pontifar. Item (donamus) totum conductum vinorum, tria Pressoria, &c. Occurrit alibi passim.]*

PRESSORAGIUM, Gall. *Pressurage*, quæ vox non semel in Chartis occurrit, [Jus torcularium, quod domino ut plurimum in vino exsolvitur. Charta ann. 1175. in Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1657. *Concessi in elemosina ecclesiæ S. Vandregisilli quidquid de Pressoragio habebam in vineis monachorum apud Alpicum. Charta Philippi Aug. an. 1202. ex Chartular. Latin. Asserebant quod ipsi habebant omne Pressoragium de vineis terræ B. Petri de Latigniaco quæ est apud Vannas.]*

¶ **PRESSERAGIUM**, Eadem notione, in Charta an. 1220. ex Tabular. Belli-loci: *Canonicis Belliloci dedit Alanus de Dinan vineam de Ploemaudan cum duabus partibus decimæ &c... Presseragio parochiæ de Ploemaudan.*

¶ **PRESSURAGIUM**, à Gall. *Pressurage*, apud Fleureau in Hist. Blefensi cap. 30. pag. 142. & in Tabul. Calensi fol. 170.

PRESSORIUM, ad vestes premendas, Ammiano lib. 28. *Solutis Pressoriis vestes luce nitentes diligenter*

explorare. [Vide Reinesium Var. Lect. lib. 2. c. 8.] **PRESSORIOLUM**, in Regula S. Cæsarii ad Virgines cap. 26. *Si vestra tolerat infirmitas, ut amplius quam victus quotidianus exigit habeatis, in uno tamen loco sub communi custode, quod habueritis, reponite, & claves de arcellis, vel Pressoriolis vestris Registraria teneat. Ubi pressoriolum, penum significat, ubi cibaria servantur, où on resseve les vianaes, unde forte etymon: nam Serrer, est etiam premere.*

¶ **PRESSULARE LITTERAS**, Obsignare, sigillum iis imprimere, Gall. *Cacheter, sceller*. Otto Kultzinger de Translat. Monasterii Hildengal. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 387. *Litteris dominorum Ducum dictatis per omnia bene, & pro monasterio per dictum venerabilem dom. Johannem præpositum Lunensem, & per ejus clericum scriptis & Pressulatis, . . . concite adivit Ducem, supplicans obnixè pro fine negotii, asserens litteras necessarias monasterii debite scriptas & Pressulatas.*

¶ **PRESSULUS**, diminut. à *Pressus*, apud Apuleium in Floridis. *Pressule* adv. dixit idem *Metamorph.* lib. 4.

1. **PRESSURA**, vox medicorum. Cælius Aurelianus lib. 1. Acutor. cap. 1. *Pressura intelligitur contra naturam somnus. Vide Pressaria.*

¶ 2. **PRESSURA**, Molestia, ærumna, labor, à premendo. Bulla Urbani IV. PP. an. 1264. ex Bibl. Reg. *Nos igitur qui ejusdem Terræ (sanctæ) angustias & Pressuras oculata fide cognovimus, &c.* Diploma Adolphi Rom. Regis ann. 1292. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 436. *Illud sibi dimittimus sine molestia cujuslibet & Pressura. Librum de Pressuris ecclesiasticis scripsit Atto Vercell. Episc. apud Acherium to. 8. Spicil. pag. 44. Vide lib. 6. Capitul. cap. 370. & Concil. Hispan. tom. 2. pag. 541. Vide Pressuria.*

¶ 3. **PRESSURA**, Censura ecclesiastica, sic titulus in can. Non in perpetuum. 24. q. 3. ubi de excommunicatione agitur. Ita Macri in Hierolex.

¶ 4. **PRESSURA**, Turba comprimens, conferta multitudo, populi frequentia, à Gall. *Presser, foule de monde*. Miracul. S. Wlframni sæc. 3. Bened. part. 1. p. 375. *Hac itaque devota plebis constipatione comitati per urbem incedebamus, nullamque ingentis Pressuræ injuriam sentiebamus. Bernardus Thesaur. de Acquisit. T. S. apud Murator. tom. 7. col. 703. Northmandi ferro ferociter Pressuram hostium confregerunt. Cum multitudine prelatorum & cleri, & nonnullorum terræ nobilium virorum, & populari Pressura, &c. in Hist. elevat. S. Illidii apud Stephanot. tom. 3. Fragm. Hist. MSS. Vide Soldanus curiæ Romana in Sultanus.*

¶ **PRESSURAGIUM**. Vide supra in *Pressorium*.

¶ **PRESSURATA**, Jus torcularium seu *pressorii*. Charta ann. 1110. ex Chartul. Floriac. fol. 68. *Convenit etiam ne Helias de suis vineis censum aut Pressuratam daret. Vide in Pressorium.*

PRESSURIA, seu potius *Pressura*, molestia. Albertus Stadenfis ann. 1139. *Volens suscitare Pressurias Adolfo Comiti, &c.* [Vide *Pressura* 2.]

PRESSUS. Lex Alem. tit. 62. §. 3. *Si autem totus (nusus) à Presso abscissus fuerit, &c.* Nos diceremus, *de prés.*

¶ **PRESTA**, Mutuum, à Gall. *Prêt*. Chron. Corn. Zantfiet ad an. 1416. apud Marten. to. 5. Ampl. Collect. col. 408. *Deinde prædictus Rex (Sigismundus) summam circiter quinque millium florenorum Rhenensium ab ecclesiasticis suscepit sub titulo accommodati, dans super hac præstatione litteras recognitorias regio sigillo communitas: sed Presta versa est in datam, quia*

post hac nihil reddere curavit. Vide infra *Prestus*.

¶ **PRESTA**, Exactio nomine *præsta* seu mutui. Charta an. 1147. inter Probat. tom. 2. novæ Histor. Occitan. col. 520. *Ego Ildesonsus Comes Tolosa... recognosco quod nullo modo habeo questam, neque tollam in civitate Tolosana; ... neque habeo ibi Præstam, nisi eis evenerit per eorum voluntatem uniuscujusque.* Occurrit præterea in Chron. Senensi apud Murator. tom. 15. col. 138. Vide *Mutuum & Prestus*.

¶ **PRESTALDI**, & **PRISTALDI**, Executores judicium nobilium, Sambuco, in Decret. S. Ladislai Hung. Regis lib. 1. cap. 41. lib. 2. cap. 18. lib. 3. cap. 12. 13. in Decret. Colom. lib. 1. pag. 24. 25. in Decret. Andreae Reg. cap. 12. &c. in variis Chartis apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. pag. 132. 148. 185.

¶ **PRĒSTARE**, **PRĒSTARIA**. Vide *Præstare & Præstaria*.

¶ **PRĒSTATOR**, *Fenerator*, in Gloss. x. saltem sæc. ad calcem Collect. Canon. ex Biblioth. DD. Chauvelin Regiorum Sigillorum Custodis.

¶ **PRĒSTERIA**. Joannes XXII. PP. in Epistola de Rebus Armenicis, apud Odoricum Rainaldum an. 1322. num. 34. *Abbatias, Monasteria, Casalia, & Præsterias ardentis foci flamma consumant.* Ubi forte *præsteria* est domus Presbyteri, *Præstrierie*. Regestum Ludovici Ducis Andegavensis fol. 104. *Estienne Aubert hommelige à cause de la Gorrone & du Marc aux siefs de la forest de Mayenne, & d'une Præstrierie, avec les gages & emoluments, qui y appartiennent, & les devoirs.* Vide *Feudum Presbyteri*.

¶ **PRĒSTES**, pro *Superstites*. Vide *Præstis*.

¶ **PRĒSTULA**, Particula, segmentum, ut videtur: solebant quippe interdum segmento pergamineo Chartæ appenso sigillum apponere. Charta Johannis Episc. Patav. an. 1383. apud Steyerer in Commentar. ad Hist. Alberti II. Ducis, col. 431. *Cujuslibet eorum vero sigillo, alba cera & Præstula pergaminea, more eorundem consueto, in pendentibus sigillatas, non viciatas, &c.*

¶ **PRĒSTUS**, Mutuum, *Prêt*. Marculfus lib. 2. form. 1. *Neque exquisita & lauta convivio, neque gratiosa vel insidiosa munuscula, neque etiam caballorum Præstus, &c.* [Tabul. S. Bertini: *Fecit eis in necessitate sua mutuum sive Præstum unius semilibrae grossorum, pro cuius quidem mutuo sive Præsto vadiant XII. virgatas terræ arabilis. De Præsto centum librarum Turon. in Computo an. 1270. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 411. Vide Præsta.*]

¶ **PRĒSTUS**, Exactio nomine *præsti* seu mutui. Statuta Astens. Collat. 1. cap. 52. fol. 11. vº. *Ordinatum est quod si alicuius terre & possessiones & res... date fuerint alicui in solutum pro Communi Astensi... occasione alicujus fodri, seu aliquorum fodrorum, seu Præstorum, vel talearum militiarum, &c.* Vide *Mutuum & Præsta*.

¶ **PRĒTERIA**, **PRĒTHERIA**, ut supra *Præderia*, Machina bellica, quam *Petrariam* alii vocant. Otto Morena in Hist. Laudens. apud Murator. tom. 6. col. 1053. *In omnibus ipsorum manganis, & Præteriis, seu gatis ac machinis ignem apponentes, &c.* Ubi edit. Osii habet, *petreriis*. Ibid. col. 1069. *Venerunt Mediolanenses... cum carozolo suo atque cum Prætheriis & gatis ad civitatem Lauda obtinendam.* Vide *Petraria* 2.

¶ **PRĒTIARE**, Pretium ponere, vel æstimare, *Priser*. Lex Alem. edit. Heroldi tit. 71. *Si quis alicui caballum involaverit, & Prætiat eum dominus ejus cum sacramento usque ad 6. solid. Ubi al. edit. adprætiat.* Senator lib. 8. Epist. 22. *Natura ipsa bonis adhibita*

perseverantia Prætiatur: quia minus est laudanda incipere, quam bonorum propositum custodire. [Tabular. S. Victoris Massil. *Nos venditores sumus de una esclausa de subtus ecclesia per tale pretium sicut boni homines Præciaverunt.*]

¶ **PRĒTIARE**, pro *Depretiare* usurpat Gelasius I. PP. in Opusculo contra Lupercalia: *Vos eadem (Lupercalia) Prætiatis, vos eorum cultum celebritatemque vilem vulgaremque redditis.* Vide *Depreciare*.

¶ **PRĒTIATOR**, *Æstimator*, qui pretium ponit, *Priseur*. Charta an. 43. Chunradi Reg. ex Chartul. Aptensi fol. 25. vº. *Quod si Episcopus sive successores illius emere voluerint, per tale pretium sicut boni & justi Prætiatores adprætiaverint, emant.* Vide infra *Prisare*.

¶ **PRĒTIOSA**, Versiculus, qui ad Horam canonicam, quam *Primam* vocamus, dicitur. Bulla Urbani V. PP. apud Sorefinum de Capit. SS. Petri & Pauli p. 8. ex Macr. Hierolex. *Quatenus omni die post Primam & Pretiosa teneantur omnes, &c.* Ibidem pag. 9. *Quatenus post mortem D. N. Papæ post Pretiosa, statim loco prædictorum teneantur cantare De profundis, &c.* Ab hoc versiculo

¶ **PRĒTIOSA** etiam nuncupatus locus in Ecclesiis Cathedralibus aliisque, ad quem recitata in choro oratione *Domine Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei, &c.* procedebant, in eo Martyrologium, Excerpta Canonum & Necrologium lecturi. Ordo MS. Benedictinum & precum Eccles. Remens. fol. 10. & seqq. *Quotidie vero in dicto loco Pretiosa, post Primam hebdomadarius cum pueris chori cantant laudes que sunt post Primam, incipiendo à Pretiosa ita. Primo puer cantat Jube, &c. sacerdos dicat, Divinum auxilium maneat semper vobiscum. R. Amen. Tunc legat puer in Martyrologio; quo finito cantat sacerdos, Isti & omnes sancti justi & electi Dei intercedant & orent pro nobis peccatoribus apud altissimum Deum nostrum ut nos mereamur ad eo adjuvari, exaudiri & salvari, qui in Trinitate perfecta vivit & regnat, &c. usque, Sit nomen Domini benedictum, pueri: Ex hoc nunc & usque in sæculum. Tunc puer legat in libro qui continet excerpta Canonum sacrorum ad institutionem vite melioris quorundam ecclesiasticorum, & postea in libro obituum: cum autem dixerit, & alii plures, sacerdos dicat, Requiescant in pace; pueri, Amen. Postea redeundo ad ecclesiam sacerdos incipit Psalmum De profundis cum precibus consuetis. Si quid vero corrigendum & emendandum occurrebat, eodem in loco id propositum factumque colligitur ex Actis Capituli Remensis an. 1355. de correctione in Pretiosa facienda. Ex quibus effici potest locum hunc à Capitulo, ut apud Monachos, minime fuisse distinctum, nisi aliunde constaret in Ecclesia Remensi ab antiquis Pretiosa, ut etiamnum fit, dictum fuisse in loco qui nunc major *sacristia* nuncupatur.*

¶ **PRĒTIOSITAS**, Pretium, Gallice *Prix*. Jac. de Varagine in Chron. Januensi apud Murator. tom. 9. col. 19. *Respicendo enim ad Pretiositatem materie, multo melius valet clavis aurea & argentea, quam lignea.* Vita S. Canuti Reg. tom. 3. Jul. p. 128. *Ambiguitatis verum scrupulum de Pretiositate sanctitatis hujus... Dei hominis à pectoris sui secreto fidelis quisque removeat.* Annuli pretiositas, apud Macrobi. lib. 7. cap. 13.

¶ **PRĒTIOSITAS**, Res pretiosa, in Libello de Sanguine Christi apud Mabillon. tom. 3. Annal. pag. 700. *Hæc est illa gaza sacrosancta, supraque omnes Pretiositates dignissima.*

¶ **PRĒTIUM** & **PRĒMIUM** nonnihil inter se dif-

ferre colligitur ex Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 228. Tradidit Willelmus Gran-
nart partem suam molendini quod est ibi in vadimonium
pro xxiv. sol. illius moneta, tali pacto ut medietas par-
tis se redimeret & alteram monachi in premio haberent.
Quod audiens abbas Natalis prohibuit fieri, & iussit
ut tota pars molendini in Pretium & in Premium reci-
peretur, quousque molendinum adquiretetur. Ubi pre-
tium videtur esse debitum, quod in jure reliquum
dicitur, Gall. Arrerage: premium vero debiti ca-
put, & summa, Gall. Principal.

¶ **PRETIUM**, Existimatio, auctoritas, in Litteris
Bonifacii IX. PP. an. 1391. to. 6. Spicil. Acher.
pag. 49. Oslendat itaque Pretium Apostolica monitio-
nis, oratio diuturna angustia, &c.

¶ **DE PRETIO**, Alicujus pretii. Equus de pretio,
Cheval de prix, in Charta an. 1226. apud Rymer.
tom. 1. pag. 290.

PRETIUM, Compositio, seu multa pecuniaria ho-
mini imposita, qui alium occiderat, secundum
ejus aestimationem, seu secundum ejus natales.
Nam alia erat Presbyteri, aut viri nobilil, alia ser-
vi aut hominis inferioris conditionis aestimatio,
aliudque pretium. Papianus lib. Responfor. tit. 3.
De ingenuo vero homicida intra Ecclesiam posito, de
interempti Precio, Principis est expectanda sententia:
quia de precio occisorum nihil evidenter Lex Romana
constituit. Leges Luithprandi Regis Longobard. tit.
60. §. 1. Componat sacro Palatio medietatem Pretii
sui, sicut appreciatus fuerit. Concilium Cabilonense
II. cap. 24. De Episcopis vero, Presbyteris & Dia-
conibus & Monachis interfectis, quarendum à domino
Imperatore est, cui illius homicidii Pretium exsolven-
dum sit. Egbertus in Dialogo de Ecclesiastica Insti-
tutione cap. 12. Si quis ex laicis Clericum, vel Mo-
nachum occiderit, utrum Pretium sanguinis secundum
Legem natalium parentum propinquis reddendum sit?

PRETIUM NATIVITATIS, dicitur in Legibus An-
glicanis. Leges Canuti Regis Angl. Reddat Domi-
nus ejus Regi veram, id est Pretium nativitatis homi-
nis illius. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 11. Epi-
scopo & Regi Pretium nativitatis suae reddat, & ita se
inlegiet. Cap. 68. Si quis liber aut servus occidatur,
natales sui Pretio legitime componatur. Cap. 75. Ha-
beat Pretium natalis ejus. Adde cap. 70. 75. 76.
88. & alibi passim. Hinc Natus ad quatuor vel 14.
libras, dicitur is, cujus pretium nativitatis est 4. vel
14. librarum, cap. 74. 76. Adde Leges Hoëli
Boni Regis Walliæ cap. 11. & infra in voce Wera.

PRETIUM ANCILLÆ. Canones Hibernienses lib.
40. cap. 4. Princeps (id est Episcopus) in sua mor-
te etiam de rebus Ecclesiæ commendare potest, hoc est
Pretium ancilla, sive de mobili, sive de agro. Lib. 46.
cap. 5. Omnis qui ausus fuerit ea, quæ sunt Regis aut
Episcopi, furari, aut aliquid in eos committere, parvi-
pendens displicere, septem ancillarum Pretium reddat,
aut 7. annos pœniteat cum Episcopis. [Vide Ancilla 2.]

PRETIA COEMETERIORUM, Sepulturarum ob-
ventiones. Concilium Narbonense ann. 1054.
can. 14. Monemus iterum, ut nullus laïcorum in opus
suum retineat primitias, neque oblationes, neque cime-
teriorum Pretia, neque ova, aut ea, quæ ad eos dantur
per asperisionem salis & aquæ in cœna Domini, &c.

PRETIUM SEPULCRI, apud Hibernos, quod ex
bonis mobilibus defuncti Ecclesiæ, in qua huma-
batur, cedebat: vacca nempe, equus, vestimen-
tum, & ornamentum lecti. Canones Hiberniën-
ses lib. 19. cap. 6. Omne corpus sepultum habet in ju-
re suo vaccam, & equum, & vestimentum, & orna-
mentum lecti sui: nec quidquam horum redditur in alia

debita, quia corpori ejus tantum vernacula debentur.
Cap. 7. cujus lemma est de mortuo retinendo: Qui-
cumque discesserit de sua Ecclesia, & in alia Ecclesia
sepultus fuerit, cujus propinquus veniens corpus mortui
mutare volens, dabit Pretium sepulchri prioris, hoc est
vaccam & vestimentum ejus commune, & rogabit Prin-
cipem loci (Episcopum) ut basilicam ejus foderit.
Si vero eadem familia miserationem animæ ejus in die
7. fecerit, reddet amicus Pretium ejus, & sedatium
commune. Adde lib. 31. cap. 20. 22. lib. 40. cap.
10. Vide Heriotum, & Sedatio.

PRETIUM NUPTIALE, seu uxoris, Dos. Lex Bur-
gundionum tit. 61. Quacumque mulier natione bar-
bara ad viri coitum spontanea voluntate forte convene-
rit, nuptiale Pretium in simplum tantum ejus parenti-
bus dissolvatur: & is cui adulterii dicitur societate per-
mixta, &c. Tit. 34. §. 2. Si quis uxorem sine causa
dimiserit, inferat ei alterum tantum quantum pro Pretio
ipsius dederat, & multa nomine sol. 12. Tit. 36. Si
quis cum parente sua... in adulterio fuerit deprehensus,
Pretium suum ei, qui est proximus mulieri, quam adul-
teravit, prout persona fuerit, cogatur exsolvere.

PRETIUM REGIUM, est jus quod Regi vel Do-
mino competit, res mercales comparandi certo &
definito pretio. Iter Camerarii Scotici cap. 17.
De Provisoribus Regis, &c. Primo calumniari debent,
quod... sub colore Pretii Regii, cumulant sibi commo-
dum singulare. Arelta Omnium SS. ann. 1292. in
Regesto Parlamenti Paris. B. fol. 97. Dom. Rex &
Domina Regina, & eorum liberi habent Pretium suum
Parisis ad cibaria. Episcopus Parisiensis habet Pretium
suum ad panerum piscis, vel ad summam. Domus Dei
similiter, Camerarius, Constabularius, Buticularius,
Cancellarius, & Dapifer, si ibi essent, habent Pretium.
Nulli alii habent, ut hoc me docuit Joannes de Acon
Franc. Buticul. [Statutum Philippi Pulcri Regis
Franc. ann. 1308. tom. 1. Ordinat. pag. 459.
Commandons quant as vivres, que nous, la Roynne no-
stre compaigne, quant nous l'aurons, nos effans estans
avec nous, ... le Chamberier de France, le Connestable
de France, le Bouteiller de France, auront la prise aus
vivres, & à nostre Pris, &c.]

PRETIUS, pro Pretiosus. Fridegodus in S. Wilfri-
do cap. 29.

Tum Regina gravis hujusce schismatis auctrix
Presumpsit Pretias sancto divellere capsas.

Utitur etiam antea. [Vox nota Virgilio, Georg.
lib. 2. 95.]

¶ **PRETIUS**, pro Pretium, in Decret. Chlotarii II.
Reg. an. 595. apud Baluz. to. 1. Capit. col. 20.

¶ **PRETULA**, pro Petrula. Vita B. Placidi Eremit.
tom. 2. Junii pag. 612. Collum siccum & aridum;
petris & Pretulis tantum plenum, &c.

¶ **PREU**, Nostris olim idem quod Profectus, utili-
tas, commodum, Profit, Itali Pro, eadem notione
usurpant; sed & Galli nostri, ut constat ex quere-
lis Reg. Angl. contra Comit. Leicestriæ in Bibl.
Reg. Et ce ne fu de rien son Pro; ubi non semel oc-
currit. Prou, in Charta ann. 1274. in Cod. Col-
bert. 2591. Bellomaner. Institut. cap. 1. C'est le
Preu à la cause commune, que nus n'use mauvesement
de se cose, &c. Guillel. Tyrius in Hist. Belli sacri
apud Marten. tom. 5. Ampliff. Collect. col. 622.
Fist drecier vers terre 14. que perrieres que mangoniaus,
qui getoient par jor & par nuit, mes ne firent gaires lor
Preu. Vide Menag. in Origin. Gall. & infra Pro-
da, Proficuum.

PREVENDERIATA. Vide in Prabenda.

PREVOD MILITARE, Species tributi apud Po-
lonos. Vide Strofa.

- ¶ **PREX**, παράκλησις, iuscia, in Gloss. Lat. Gr.
- ¶ **PREXIO**, Carcer, Prison. Statuta Astens. Collat. 2. cap. 1. fol. 11. v^o. *Quod si Potestas vel aliquis ex illis qui secum erunt ad dictum regimen, captus fuerit in servitio communis Astensis... quod tunc ipse Potestas, vel ille, vel illi qui secum erunt quando capti fuerint, dum steterint in Prexione, &c.* Vide infra *Priso* 1. Hinc
- ¶ **PREXONERIUS**, Captivus, incarceratus, vel qui in bello capitur, *Prisonnier*. Statuta Vercell. lib. 1. p. 10. v^o. *Item quod nullus Prexonerius ponatur in carceribus communis Vercellarum, nisi sit Prexonerius ipsius communis.* Rolandinus Patav. de Factis in marchia Tarvis. apud Murator. tom. 8. col. 336. *Cum Eccelinus solus tantum haberet ibidem dominium, potuit & voluit... cum Legato Prexonerio suo aliquam collationem habere.* Vide *Presenarius*.
- ¶ **PREXONERUS**, Eadem notione, in Memoriali Potest. Regiens. ad an. 1247. apud eundem Murator. ibid. col. 1115. *Parmenses miserunt ambaxatores communi Regii... qui petebant Prexoneros Parmæ sibi dari.*
- ¶ **PREYSONERIUS**, Eodem significato, pluries occurrit tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 64. & alibi. Vide in *Priso*.
- PREZECHI**, Tributi species apud Bohemos. Occurrit in Charta Ottocari Regis an. 1221. in Bohemia Pia pag. 88.
- ¶ **PRI**, pro *Præ*, antiquos dixisse auctor est Festus.
- PRIAPUS**, Machina bellica, sic dicta, quod rotis aptata, membri virilis speciem referret, quomodo *Canones* nostri. Historia Australis ann. 1289. *Tandem machina quadam, Priapus dicta, muro civitatis magna parte interrupto, &c.* Forte etiam quia *Engin*, pro membro virili, & pro machina usurpatur vulgo. [Ea est fortassis machina quam Historici nostri *Engin à verge* vocant.] Vide *Ingenium* 2.
- ¶ **PRICHA**, Saxon. inferioribus, Lxedra seu eminentior in templo locus, interprete Leibnitio in Notis ad Excerpta ex Ordinar. Eccles. S. Matthæi tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 475. *Confratres eum elegant committendo ei alta e minus principale ante chorum, ut ipsum una cum altari super Pricham respiciat, dicendo tres vel quatuor Missas in septimana ad altare ante chorum, & tres vel quatuor Missas ad altare super Pricham.*
- ¶ **PRICKEDBREAD**. Vide in *Panis*.
- ¶ **PRIDIANUS**, Ædituus, ecclesiæ custos, ut vult Mabillonius sæc. 5. Benedict. pag. 545. ubi de Translat. S. Judoci: *Corpus vero S. Judoci... intra ecclesiam querere cepit, & insinuante Pridiano Sigemano, ad dexteram altaris S. Martini sarcophagum invenit.* Ex sequentibus tamen certum est Sigemanum Ædituum fuisse: *Post Missam jussu Sigemani Æditui foras asportatus est; addubitari haud immerito potest an Pridianus nomen sit proprium, an dignitatis vel officii: quid enim pridianus ad ædituum?*
- ¶ **PRIENTA**, Præstationis species. Charta ann. 1226. in Tabul. Sangerm. xx. denar. *cenсуales cum omni justitia super duobus arpennis vinearum quæ Prientam debent, sitis ibidem.*
- PRIMA**, nempe *Hora*, seu primum ex Officiis Ecclesiasticis diurnis. [Consuetud. MSS. S. Aug. Lemovic. fol. 3. *Surgant nudis pedibus & eant ad Primam: & Prima dicta eant omnes in claustrum.*] Vide *Durandum* libr. 5. cap. 5. & supra in voce *Hora Canonica*.
- ¶ **PRIMÆ LIBER**, Qui ad *Primam* post versiculum *Pretiosu* legebatur, in quo scilicet martyrologium, necrologium atque ecclesiæ redditus ut plurimum

- continebantur. Statutum MS. Eccl. Lugdun. *Sicut authenticata fuerunt ab antiquis patribus omnia scripta, quæ scribuntur in Libro Primæ, & creditur illis scriptis, &c.*
- ¶ **PRIMÆ**. *Legere in Primis*, Scholas ad *Horam Primæ* tenere, in Statutis Academiae Paris. apud Achier. tom. 6. Spicil. pag. 381. *Item nota, quod quando Magistri in Theologia legunt in Primis, tunc Bachalarii legentes Sententias illis diebus legunt in Tertiis; alius semper legunt Sententias in Primis S. Jacobi prædicti Bachalarii.*
- ¶ **PRIMA MENSIS** dicitur Portio canonica, in Epitome Constitut. Eccles. Valent. tom. 4. Concil. Hisp. pag. 162. quod prima die cujusque mensis solvebatur: *Statuerunt servitium quod præstare debent in solvendo vestuarium & Primam mensis Canonicis; &c.* Ibidem pag. 163. *Debent solvere... portionem canonicam Prima quaque die sui mensis.*
- ¶ **PRIMA MENSIS**, Eadem ratione dicitur Cœtus Doctorum ad deliberandum de rebus quæ ad Facultatem spectant convenientium.
- ¶ **PRIMA SANCTA**, Quid his verbis intelligendum sit docet Johannes de Capella laudatus à Mabillonio in Notis ad Vitam S. Angilberti sæc. 4. Bened. pag. 115. *Iste Hugo de Chevincourt visitavit feretrum, quod dicimus sancta Primæ, id est primitiva foundationis Ecclesiæ militantis, quia in eodem requiescunt quam plurima corpora Sanctorum, Petri, Pauli, Joannis Baptista & aliorum Confessorum & sanctarum Virginum.* Nec minus in hanc rem aperta sunt quæ habet Johannes de Flificuria de *Primæ* S. Petri Monasterii Corbeiensis ibidem pag. 372. *Quoniam de illo vase quod vulgariter Primæ sancti Petri dicitur... quia in eo continentur primæ reliquiæ ad sanctum Petrum, id est ad hanc ecclesiam quæ in honore S. Petri fundata est, advecta; propterea vas illud Primæ sancti Petri, scilicet primo ad S. Petrum, id est primo advectum ad S. Petrum, sive continens primas reliquias ad S. Petrum advectas, cum antea pauca aut nulla fuissent, non irrationabiliter appellatur.*
- ¶ **PRIMALIS**, Primarius, principalis, præcipuus. Charta an. 1485. apud Miræum tom. 1. p. 787. col. 1. *Per presentes conferimus dicto Conventui donatione inter vivos, redditus Primales ad summam 50. libr. grossorum moneta Flandria.* Vide *Primaris*.
- PRIMANI**, qui etiam interdum *Primarii*, sub Magistro militum præsentali inter Palatinas Legiones recensentur in Notitia Imperii. Vide Henricum Valesium ad lib. 16. Marcellini pag. 131.
- ¶ **PRIMANUS**, Primarius. Epist. ad Sixtum IV. PP. ann. 1480. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 298. *Ingens quidem multitudo vulnerata inter quos quidam Cappitanei & Primanus Bassa.* Infra prodignitate & officio usurpari videtur: *Percellens miles Anthonius dominus de Montelio ad vicecomitem Primanus noster.*
- PRIMARCHATUS**. Burchardus de Casib. S. Galli cap. 7. de Vodalrico Abbate S. Galli & Patriarcha Aquileiensi: *Nam ut nobilitatem suam decuit; omnes fautores suos pace adeptæ, vel hic in Abbatia remuneravit, vel in Primarchatum secum ducens ibi honoribus & rebus ampliando exultavit.* Legendum hoc loco *Patriarchatum*, aut sane intelligendum opinatur Goldastus.
- ¶ **PRIMARCHES**, Princeps, in Epist. S. Pii PP. inter Acta SS. tom. 3. Martii pag. 477. *Cherintus Primarches Satana multos avertit à fide.*
- PRIMARCHIO**, quasi primus Marchio. Charta Pontii Comitis Tolosani [an. 936. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 77.] *Pontius*

D. G. Comes Tolosanus, Primarchio & Dux Aquitanorum, & uxor mea Garfindis, &c.

PRIMARI. Petrus de Mura: *Cujus diei defectus cogit aliquam lunationem Primari citius, sive anticipari primilunium per unum diem: qua anticipatio appellatur saltus luna.*

PRIMARIA, JC. Anglis, idem quod *Poderagium*, seu *primarium jus hypothecarium*, quod habet creditor in feudum, aut *prædium debitoris*. Vide *Poderagium* [& *Potioritas*.]

PRIMARIOLUS, *πρωλειων*, apud veterem Interpretem Moschionis de Morbis mulierum cap. 144.

PRIMARIS, pro *Primarius. Primare altare*, non semel in Actis Murenfis Monasterii pag. 15. 25. 29. [Vide *Primalis*.]

PRIMAS, Qui primas partes tenet, qui primum locum obtinet. Grammaticus infimi ævi MS.

Dignior & major, vel primus in ordine primor, Dicatur Primas populo qui primus habetur.

Primates urbium, vicorum, castellorum, in Codice Theodosiano non semel. *Primates regionis*, in Pragmatica Sanctione Justiniani cap. 11. *Primates Palatii*, in lege Wisigoth. lib. 3. tit. 1. §. 5. Wippo in Conrado Salico: *Wormatia conveniunt cuncti Primates*, i. proceres. Utitur etiam Albertinus Mussatus de Gestis Henrici VII. *Primas tyramidis*, in Histor. Miscella, qui Theophani, *ἔξαρχος τῆς τυραννίδος*.

PRIMAS, Vicecomes, apud Aimoinum in Translat. SS. Georgii & Aurelii sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 50. *Post subeunt Biterris urbem, . . . in qua gratanter, ut pote à noto & cognato viro ipsiusque civitatis Primate, nomine Gerino, suscepti, &c.* Ibid. pag. 51. *Præsatus itaque Gerinus ejusdem civitatis Vicecomes, &c.* Vide Vales. Notit. Gall. pag. 485.

PRIMAS CASTRI, Qui ejusdem dominus est, nuncupatur, in Mirac. S. Genulfi Episcopi ibidem pag. 233.

PRIMATES JUDÆORUM, *πρωλειωντες Ισραηλων*, Socrati lib. 7. cap. 13. qui antea Patriarchæ dicti, quorum abolitum nomen sub Theodosio Juniore restatur Lex 29. Cod. Theod. de Judæis. Vide Samuelem Petitum lib. 2. Var. cap. 10. Blondellum de Papæ primatu pag. 532. & Jacobum Gothofred. ad d. l. 29.

PRIMATES, apud Christianos, dicti Episcopi, qui in civitatibus, quæ ex Imperii laterculis jure Metropleos gaudebant, præsidebant ex can. 2. Concilii Taurinensis an. 397. cui consonant Epistolæ summorum Pontificum, Anacleti Epist. 2. c. 2. Aniceti c. 2. Stephani I. Epist. 2. c. 4. 5. Gregorii VII. lib. 6. Epist. 35. &c. nempe quod in Metropoli conventus juridici agi solerent à Præsidibus Provinciarum, & ad eam omnes, qui negotia videntur habere concurrant, ut est in Concil. Antioch. c. 9. unde passim Metropolitanæ appellatur. Vide Nicol. le Maître lib. 2. de Bon. & possession. Eccles. cap. 13. ubi pluribus disputat, an Primatum origo à dignitate civili sedium sive urbium deduci debeat. Scribit præterea Sirmondus ad Sidonii libr. 7. Epist. 5. provincias olim, cum simplices essent, postea Principum nutu in plures dividi cœpisse, ortumque inde, ut aliæ primæ dicerentur, aliæ secundæ, aliæ terciæ, & ita deinceps pro numero provinciarum: primas vero appellatas, quibus Metropleos obtigerant, quæ totius provinciæ ante divisionem caput erant, indeque natam Primatum originem, cum primarum provinciarum Metropolitanæ Primates essent reliquarum ejusdem nominis provinciarum. Paulo secus de hac pro-

vinciarum divisione sentit Camdenus in Britannia pag. 94. 3. edit. aitque, se observasse, Romanos eas provincias semper *primas* vocasse, quæ Romæ fuerant proximiores. Utramque virorum singularis eruditionis sententiam expendat lector, cui per otium licet: nos enim festinamus.

Apud Africanos vero aliter sese res habuit. Is enim *Primas* dicebatur, seu *Episcopus prima sedis*, qui ordinationis tempore collegas suos anteibat, quem ideo *Senem* appellabant, ut in hac voce docemus. [Conc. Carthagin. sub Bonifacio PP. can. 86. in Cod. Afric. *Primates prioribus ordinatione concedebatur.*] Solum tamen Carthaginisea erat prærogativa, ut ejus Episcopus Primas esset Proconsularis provinciæ, & caput reliquarum quinque provinciarum.

Factum postea ut *Primates* dici cœperint non singuli Metropolitanæ, ut olim; sed illi Episcopi, qui plures provincias, & earum Metropolitanos administratione sua complectebantur. [Capitul. lib. 6. cap. 439. *Nalli alii Metropolitanæ appellantur Primates, nisi illi qui primas sedes tenent, & quos sancti patres synodali & apostolica auctoritate Primates esse decreverunt. Reliqui vero qui alias metropolitanas sedes sunt adepti, non Primates, sed Metropolitanæ vocentur.*] Idem interdum *Patriarcha* appellatur, ut apud Anacletum Epist. 2. & *Primates diæceseos*, apud veterem interpretem Latinum can. 9. & 17. Concilii Chalcedon. [in lib. 7. Capitul. cap. 314. 321. & in Addit. 4. cap. 25. *Primates diocesium*, in lib. 7. Capitul. cap. 153. *Primates provincia*, ibid. cap. 89. *Summi Primates*, ibidem cap. 156. in Addit. 4. cap. 10. & 17.] *Præsules omnium Sacerdotum in partibus suis*, in Append. Cod. Theod. Constit. 3. ex quo deinde proflexit nova ista *primatis* significatio, quæ postea in alteram significationem detorta, sola deinceps obtinuit apud Canonum Collectores, ubi *Diæcesis* sumitur pro tractu diversarum provinciarum, in unum corpus compactarum unde Græcis *οἱ ἐπὶ Μητροπολεων ἐπισκοποι*, dicuntur in Concilio Constantinopol. cap. 11. qui aliis *ἔξαρχοι τῆς Μητροπολεως*. Gilbertus Lunicensis Episcopus de usu Ecclesiastico: *Primas quoque & ipse Archiepiscopus est, nec ipse Archiepiscopum ordinat. Utrumque enim Archiepiscopum & Primatem oportet Roma ab Apostolico ordinari, aut à Roma eis à Papa Pallium afferri, atque à Coepiscopis sublimari: qua tunc datur licentia, si forte infirmitatis, vel belli, aut aliqua alia causa necessaria intercesserit. Eo tantum ergo præst Primas Archiepiscopo, quod cum multi sint in eadem regione Archiepiscopi, solus ex eis, qui Regem ordinat, & in tribus solennitatibus coronat, & apud quem Concilia pro veritate peraguntur, ipse eorum primatum tenet, locum itaque quem apud Orientales Patriarcha possident, hunc apud nos Primates quodammodo obtinere videntur; utriusque Romano Pontifici primo gradu supponuntur. Primatum auctoritatem verbis istis perstringit Willelmus Brito lib. 12. Philippid. ubi de Lugdunensi Primate:*

*Et Lugdunensis, quo Gallia tota solebat,
Ut fama est, Primate regi, causasque referre
Difficiles, ut ibi lis ultima litibus esset:
Nec mittebatur Romam lis ulla, nisi quam
Lugdunense forum per se finire nequisset.
Cujus honoris adhuc memor est Epigramma sigilli,
Quique monetatus datur ad commercia census.*

De Primatibus Galliæ, Germaniæ, Hispaniæ, Italiæ, Britanniæ, Bulgariæ, &c. cum rem hanc pluribus profecuti sint Scriptores complures, atque in iis Baronius, Sirmondus, Salmasius, Morinus,

rinus, Sauffaius, Sammarthani, Ufferius, Marshamus, Marca, & alii plerique, hos lectori liberum erit consulere.

¶ **PRIMUS INTER PRIMATES**, Titulus Remorum Archiepiscopo ab antiquioribus concessus, si fides Hincmaro in Epist. ad Leonem IV. Papam: *Item . . . de privilegiis hujus Remensis Ecclesie, qua habuit ab initio, quo privilegia sedes habere coeperunt, & quia Remorum Episcopus Primus inter Primates semper & unus de primis Gallie Primatibus extitit, nec alium se potiore præter apostolicum Præfulem habuit, ut scilicet ea qua tanto tempore ab antecessoribus ipsius huic sedi sunt concessa & conservata, conservare & augmentare dignetur.*

¶ **PRIMAS Gallie & Germanie** Ansigisus Senonum Archiepiscopus institutus à Johanne PP. & confirmatus à Synodo Pontigon. ann. 876. cap. 7. *Sicut dominus Papa Johannes iunxit comivente & consentiente & concedente domino & gloriosissimo Karolo Imperatore semper Augusto, Ansigisum venerabilem Episcopum Senonum Archiepiscopum suam vicem tenere & Primatum ei Gallie & Germanie contulit in evocanda synodo & designando canonice, si qualibet insurrexerint necessaria, & ut graviora ad ipsius notitiam referat, & nos unanimiter omni devotione laudamus, & ut ita ipse Primatum teneat Gallie & Germanie decernimus & sancimus.*

¶ **PRIMAS TOTIUS GALLIÆ** nuncupatur Hugo Archiepiscopus Lugdunensis, in Tabul. S. Albini fol. 29. *Donec Hugonem virum spectande virtutis & totius Gallie Primatem Salmurum contigit advenire.*

¶ **PRIMAS Gentium Transmarinarum** dicitur Lanfrancus Archiep. Cantuar. in ejus Vita à Milone Crispino ipsius subpari scripta num. 19.

¶ Primatum S. Petro à cæteris Apostolis attributum fuisse, existimasse videtur Auctor libelli, de Exordio ac officio Episcoporum, apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1369. *Siquidem & ceteri Apostoli cum Petro pari consortio honorem & potestatem acceperunt; ipsumque Principem suum esse voluerunt.*

PRIMATES Episcopi interdum dicti, qui aliis cœpiscopis ordinationis tempore potiores erant: quomodo ab Hilario PP. Constantius Uzeticæ civitatis Episcopus dicitur esse *Primas avo honoris*. Et ibidem cura provinciæ Narbonensis ob suspensionem Hermetis Metropolitanæ transfertur ab Hilario ad eum, quem repererit *Episcopalis ordo Primatem*. Alio modo primus inter comprovinciales Episcopus dicebatur, cujus civitas secundum à Metropoli locum obtinebat, ac secundo ab ea loco in provinciæ notitia describebatur. Vide Sirmondum ad Gaufridi Vindocin. lib. 3. Epist. 11.

PRIMATIS inter Abbates titulo donatum à summis Pontificibus Abbatem Fuldensem scribit Browerus lib. 1. Antiq. Fuld. cap. 15.

¶ **PRIMATIA**, Primatis dignitas, nostris *Primatie*, apud Macros in Hierolex. ex cap. 7. de in integr. restit.

¶ **PRIMATIO LUNÆ**, Nohilunium. Vide *Primari & Saltus Lune*.

¶ **PRIMATOR**, Qui apud aliquem primas obtinet, familiarior. Histor. Andagin. Monaster. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 959. *Quod licet in faciem illi objicere parcerent, eis tamen, quos illi (Theodorico Episc. Virdun.) sciebant Primatiores, hæc ingerebant acerrime . . . Familiaribus vero è contra causantibus, non sic debonestandum vel provocandum tantæ potestatis virum, &c.*

1. **PRIMATUS**, Privilegium. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani ann. 851. ann. 4. *Ut sint*
Tom. V.

gula Ecclesie suum Primatum habeant integrum. [Capitul. lib. 7. c. 1. *Ut in quaque ecclesia, sive unusquisque sacerdos suum Primatum teneat, sicut in antiquis canonibus constitutum est.*]

¶ **2. PRIMATUS**, adject. Primus, prior. Charta an. 1086. in Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1002. *Quamobrem constat, me Rainulfus humilis Episcopus ordinatus sum . . . bona & spontanea mea voluntate, quam & per voluntatem & consensum de Primatis ordinatis Canonacis meis, qui præordinati sunt in officio de prædicta nostra ecclesia.*

¶ **PRIMAVERA**, Præstationis seu tributis species, an idem quod *Primitiva*, strenæ, xenia? Tabular. S. Nicolai Andegav. Comes Hoellns dedit S. Nicholao insulam Denerallam integram, cum sua parte cenagii, absque Primavera. Nisi forte intelligas jus animalia mittendi ad depascendas primas veris herbas.

¶ **PRIMAYRANUS**, PRIMAYRAS, Scabinus, urbis consiliarius, quorum primus, qui alibi *Major, Primayras* dictus fuisse videtur. Consilium ann. 1267. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 71. *Ego autem Guillermus, Primayranus, notarius publicus prædictus cum omnibus testibus interfui. Ibidem: Postmodum prædicta fuerunt recitata per me Guillermum Primayrati civium, notarium publicum. Vide in Prior.*

¶ **PRIMICERIA**, Dignitas in Monasteriis feminarum, Quæ aliis præest. Regula S. Cæsarii ad Virgines cap. 39. *Primiceriam etiam vel formariam admoneo & comestor ut vigilantissime consideretis si sunt aliqua de sororibus, qua pro eo quod delicatius nutrita sunt, aut defectionem forsitan stomachi frequentius patiuntur, & sicut reliqua abstinere non possunt . . . si illæ propter verecundiam petere non præsumunt, vos eis jubetis à cellerariis dari. Vide infra in Primicerius.*

¶ **PRIMICERIATUS**, Officium, dignitas Primicerii, in l. unic. de Decanis lib. 6. tit. 33. Cod. Theod. Charta ann. 1105. apud Calmet. to. 1. Hist. Lothar. inter Instr. col. 517. *Ut ad ejus Primiceriatum lege beneficii seu aliqua alia ratione respiceret seu respiciat, aut ut aliquis alius Primicerius super hoc successionem aliquam requirat, &c. Vide infra in Primicerius.*

¶ **PRIMICERIATUS**, Beneficium Ecclesiasticum, seu reditus ad *Primicerium* pertinentes. Necrolog. Tullense: *Dedit (Riquinus Episc.) xx. solidos fortium supra trecensum de Rambucourt; hic dedit Primiceriatum & alodium de Trondolis.*

¶ **PRIMICERIUM**, Potestas, imperium, dominatio. Acta Episcop. Cenoman. to. 3. Analect. Mabill. pag. 348. *Sceptro regni transmaritimo & Normaniæ Ducatni non injuste aspiravit (Gaufridus Andegav. Comes.) Cujus formidantes probitatem & Primicerium, Anglicorum primores & Episcopi Comitum Stephanum, præfati Regis nepotem, in regnum & coronam susceperunt.*

PRIMICERIUS, Primus cujusque ordinis. Lexicon Græc. MS. Reg. Cod. 930. *πρῆμικηριος, ὁ πρῶτος ταξιῶτης*. Suidæ, *πρῶτος τῆς τάξεως τυχεύσης*, in Novella Heraclii, *ὁ ἐν ἐνάτῳ τάγματι πρῶτος*. Primus in *ceram*, seu tabulam relatus. Hygenus de Limitib. agror. *Has conervationes sublatâ sorte quidam tabulas appellaverunt, quoniam codicibus excipiebantur, & à prima cera, primam tabulam appellaverunt.* Willelmus Tyrius lib. 4. cap. 8. *Præcedebant autem ejus exercitum quasi Legionum Primicerii, vexilla bajulantes, viri nobiles & inclyti, &c.* In Monastico Anglicano to. 1. pag. 838. & 839. *Edmundus & Edgarus Reges se, & Primicerios totius Albionis inscribunt.* [Vide Gloss. med. Græc.]

¶ Hinc S. Augustinus serm. 21. de Temp. S. Ste-

phanum *Primicerium Martyrum*, quod inter Martyres primus; S. Bernard. serm. Domin. infra Octavam Assumpt. Virginem Mariam *Primiceriam virginitatis*, & Bertrandus Prior Pontiniac. in Vita S. Edmundi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1782. *Primiceriam paritatis*, quod inter Virgines primum obtineat locum, vocant.

PRIMICERII, Proceres. *Regales primicerii*, in Vitis Abbatum S. Albani pag. 15. Interdum pro ducibus seu principibus alicujus negotii. Ibid. *Electi commilitones & Primicerii*. Matth. Paris ann. 1240. *Sciscitabatur, quis in exercitu foret Primicerius*. Chron. MS. Bertrandi Guesclini:

*Au noble Duc d'Anjou se rendi un Princièr,
Perducat d'Alebret l'appellent li Guerrier,
Et vint-sept chasteaus tous de son heritier,
Rendi au noble Duc tout à son desirer.*

[Le Roman d'Athis MS.

*La erent peint moult richement,
Mieulx que le livre n'en reprent,
Le Roy, le Conte & le Princièr,
Et tout li noble Chevalier.]*

PRIMICERIUS, Idem qui *Domesticus*, apud Senatorem lib. 10. Epist. 11. *Primiceriatu*, qui & *Domesticatus nominatur*.

PRIMICERIUS, Dignitas militaris, Tribuni dignitati proxima, apud Hieronymum ad Pammachium: *Sed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circumitor, Eques, deinde Tiro*.

PRIMICERIUS AUGUSTÆ, apud Eustathium in Vita S. Eutydhii Patr. CP. num. 84.

PRIMICERIUS AULÆ, qui tubicinibus Imperatorii præerat. Vide Notas ad Cinnamum pag. 463. *Magnus Primicerius*, apud Constantinopolitanos, dignitas, de qua Codinus, & ejus interpretes. Vide Joannem VIII. PP. Epist. 169.

PRIMICERIUS BARDARIOTARUM, qui Achridensibus Turcis præerat, apud Byzantinos Imperatores. Vide Notas ad Alexiadem pag. 284.

PRIMICERIUS CAPELLÆ REGIÆ. Vide *Capellanus*.

¶ PRIMICERIUS CARDINALIS, Cardinalium Decanus, apud Luitprandum lib. 6. de reb. per Europ.

¶ PRIMICERIUS CLASSIS, apud Willel. Tyrium lib. 3. cap. 24.

PRIMICERIUS SACRI CUBICULI, in Notitia Imperii pag. 3. *Primicerius totius officii*. *Primicerius scrinii Canonum, tabulariorum, aurea massa, auri ad responsum, vestiarum sacri, argenti, annularensis, à pecuniis*, in eadem Notitia pag. 49. ubi consulendus Pancirolus.

¶ PRIMICERIUS FABRICÆ, in Cod. Theod. l. 2. de Fabricenf.

PRIMICERIUS & Comes sacrarum Largitionum, apud Senatorem lib. 6. Epist. 7.

¶ PRIMICERIUS MENSORUM, in Cod. Theod. l. 12. de Menfor.

PRIMICERIUS MONETARIORUM, in veter. Inscript. 1054. 8.

¶ PRIMICERIUS PROTECTOR, apud Ammian. lib. 8.

PRIMICERIUS AUGUSTALIIUM.

PRIMICERIUS SCHOLÆ CANTORUM.

PRIMICERIUS CENARIORUM.

PRIMICERIUS DEFENSORUM.

PRIMICERIUS DEPUTATORUM.

PRIMICERIUS DOMESTICORUM.

PRIMICERIUS EXCEPTORUM.

PRIMICERIUS JUDICUM.

PRIMICERIUS LECTORUM.

PRIMICERIUS NOTARIORUM.

PRIMICERIUS PALATII. Vide *Capellani*, col. 226.

PRIMICERIUS SILENTIARIORUM.

PRIMICERIUS SINGULARIORUM.

PRIMICERIUS TABULARIORUM, apud Codinum de Offic. Vide in *Augustalis, Cantor, Defensor, &c.*

PRIMICERIUS VESTIARIII Imperatorii, apud Leonem Grammaticum in Constantino Leonis F. [& Anonymum Combesianum in eodem Constantino num. 5. 12.]

PRIMICERIUS, Dignitas in Ecclesiis Cathedralibus: officium ipsum *Primiceriatu*, apud Gregorium IX. lib. 1. cap. 8. ubi extinctam hanc dignitatem in Ecclesia Tullensi sub ejusdem Pontificis tempora observare est. *Primicerius Sedis Apostolica*, apud Joannem VIII. PP. Epist. 7. ex iis, quas Sirmondus edidit. *Primicerius Ecclesia Neapolitana*, apud Eugippium in Vita S. Severini cap. ult. *Primicerius Metensis Ecclesia*, apud Adelmannum in Epist. ad Berengarium in Concilio Metensi ann. 888. cap. 7. &c. *Primicerius Ecclesia Pergamensis*, in Histor. Pergam. tom. 3. pag. 325. apud Ughellum tom. 4. pag. 668. 669. 675. 848. &c. *Primicerius Ecclesia Tullensis*, in Charta Leonis IX. PP. an. 1049. apud Meurissium. *Primicerius S. Marci Venetiarum*, de quo multa Sansovinus, & Stringa lib. 1. de Venetia cap. 143. & seq. Dignitatis istius Ecclesiasticæ munus ita describit liber Romani Ordinis, apud eundem Gregorium eod. lib. tit. 25. *Ut Primicerius sciat se esse sub Archidiacono, sicut Archipresbyter, & ad ejus curam specialiter pertinere, ut præsit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus Ecclesiasticis in ordine positis: ut ipse disciplina & custodia insistat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus: & ut ipse Diaconibus donet lectiones, quæ ad noturna officia Clericorum pertinent, & de singulis studium habeat, ut in quacunque re capacem sensum habuerit, absque ulla vacet negligentia, aut à quo ipse jusserit instruantur.* Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 1. *Demum quoque eligentibus fratribus, & suadente, sive exhortante Episcopo suo Drogone, licet coacte, senior cantor ibi sublimatur. Infra: In majus eum ministerium, quamvis coacte, sublimaverunt, & Primicerium, secundum Romanum ordinem eum esse constituerunt, totumque clerum tam civitatis quam & monasteriorum, sive totius illius Civitatis, (Metensis) Parochia ei subditum esse praceperunt, & magistrum omnium constituerunt.* Adde num. 55. Bernaldus Archidiacon. in Vita B. Geraldii Abbat. Braccarensis n. 1. *In monasterio chorum, utpote bonus Primicerius, doctissime regebat, & monachos minus eruditos tam in musica, quam etiam literali disciplina diligenter edocebat.* Leges Alfonsoz, seu Partitæ 1. part. tit. 6. l. 5. *Primicerium cum Cantore confundunt, ubi Cantorem, & in quibusdam Ecclesiis Cabiscol, in aliis Primicerio appellari observant: E aun y a otras Eglefias en que y a Primicerios, que han este mismo officio que los Chantres: e Primicerio tanto quiere dezir, como primero en el coro: o en commençar los cantos, & mandar & ordenar a los otros, como canten, & anden honestamente en las processiones.* Ex his liquet, *Primicerium* nude appellatum, qui alias *Primicerius Schola Cantorum* dicitur. [*Primicerii sive chori & cantorum Magistri*, in Exposit. compend. benefic. fol. 6. Vide *Primicerius*.] Proinde minime audiendus Joannes de Janua: *Primicerius est, qui primum cereum portat ante Episcopum, vel Regem, de dignitate: unde hæc Primiceria, ejus dignitas.*

PRIMICERII SUBDIACONORUM, *Notariorum, Lectorum*, in Ecclesia Mediolanensi an. 963. apud Ughellum in Appendice tom. 4 pag. 2. 11. Vide Gloss. med. Græcit. in *πριμικηρος*.

¶ **PRIMICHERIUS**, ut *Primicerius*, in Charta S. Gerardi Episc. Tull. an. 982. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 388. *Processu namque temporis evolutio, Goderanum qui tunc noster erat Primicherius, à nostrâ familiaritatis participibus segregari contigit pro culpis aliquibus.*

PRIMICLERUS, Munus Ecclesiasticum; primus & præcipuus inter Clericos, qui nempe universæ Clericorum catervæ & familiæ præerat. Nam ut Diaconi Archidiaconi, Presbyteri Archipresbyter antistabant, ita Clero Primiclerus, cujus arbitrio oblationes Clericis pro ratione virtutis & officii distribuebantur. [Conc. Compostell. ann. 1031. inter Hispan. tom. 3. pag. 199. *Super rebus ipsius ecclesiæ canonie nullus laicus diligentiam habeat. Disciplinam & nutritionem clericorum faciant, & super omnes ordines Archipresbyteri & Primicleri.*] Dignitatis istius præterea mentio est in Concilio Emeriteni can. 10. & 14. & in Toletano XV. quod subscribit *Mufacius Primiclerus*: denique in Historia Wambæ Regis pag. 832. ubi quidam *Gultricianes Primiclerus* refertur. Non desunt tamen, qui in his locis emendandum putant, *Primicerius*, atque in iis *Garfias Loaisa*. Vide *Filefacum* lib. de Parœcis cap. 4.

¶ **PRIMICOPPII**, *Qui primum locum in præliis obtinent.* Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 435. ex Guiberti Hist. Palæst.

¶ **PRIMIFORMIS** dictus Adam, quia primus formatus fuit. Vetus Irenæi Interpres lib. 3. cap. 23. *Hic est autem Adam, si oportet verum dicere, Primiformis ille homo, &c.* Vide *Primoplastus*.

¶ **PRIMILUNIUM**, *Novilunium.* Vide *Primari*.

¶ **PRIMIOR**, Ad primum rei principium propius accedens. Otto Frising. de Frider. I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 644. *Quæ (demonstratio) velut omnium principium & primum Primiora, veriora, notiora super se habere non potest.*

¶ **PRIMIPARA**, Quæ prima vice peperit, *Πρωτότοκος*, apud Martinium. Utitur Plinius lib. 8. c. 47.

¶ **PRIMIPETA**, *Primum locum vel gratiam exponens*, ut leg. censet la Cerda apud Isid. pro *Prima porta*, *primum locum vel gratia expositio*; cui assentit Grævius: nisi emendes ex Constantiensi: *Prima peto, primum locum, vel egregia exposco.*

¶ **PRIMIPILARIUS**, ut *Primipilaris*, Centurio primipili seu primæ cohortis. Otto Frising. de Frider. I. apud Murator. tom. 6. col. 651. *Viriliterque pugnans Alemannis tandem ex parte Francorum comes Emicho, qui cæterorum Primipilarius erat, lethali sauciatus vulnere, occubuit.* Vide *Sparianum* in *Pescen. Nigr.* Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 5. & Gloss. med. Cræc.

¶ **PRIMIPILATUS**, Dignitas & gradus Primipili, apud Laur. in *Amalth.* Occurrit apud Joh. Sarisber. lib. 6. cap. 16.

¶ **PRIMIPILARES**, *Qui ad pascendos milites solemniter ad limitem destinabantur.* Vide *Gothofred.* ad l. 6. Cod. Theod. lib. 8. tit. 4. De *primipilo* seu pascu primipili, *ibid.* consulendus, ut & ad l. 11. lib. 12. tit. 1. Vide etiam Gloss. med. Græcit.

¶ **PRIMIPOTENS**, Primus potentia, qui alios omnes potentia præcellit. Apul. in *Afsclep. Hermet.* *Deus Primipotens & unus gubernator mundi.*

PRIMISCRINIUS, *Qui primum locum obtinet in Scriniis publicis, vel inter Scrinarios.* Menæa 13.

Decemb. in S. Eustratio: *Σπριμιάδικος ὑπάρχων τῆς Δεκμβριῆς τῆς εἰς ἀὐτῶν προσειύων.* Vide *Acta S. Sebastiani* cap. 7. n. 24. *Theophanem* ann. 7. *Nicephori Gener. Senatorem* l. 11. *Epist. 20. Relationem Symmachi PP.* apud *Baronium* ann. 410. n. 50. &c. *Notitia Imperii* lib. 1. cap. 40. de *Magistro militum* in præfenti: *Habet . . . Primiscrinios, qui Numerarii sunt.* In *Hist. Miscella* lib. 24. *Theodosius Patricius & Primiscrinus. Primiscrinus Candidatorum*, in *Actis Martyrii S. Secundi* n. 1.

¶ **PRIMISCRINIUS**, *Cancellarius.* Eo nomine *Chartam* ann. 934. sub *Radulfo Rege* subscribit *Vicbertus*, apud *Stephanot.* tom. 3. *Antiq. Pictav. MSS.* pag. 337.

PRIMISCRINIARI, & *Scribæ regionarii*, inter officia Ecclesiæ Romanæ, apud *Anonymum Vaticanum* de *Electione Paschalis II.* apud *Baron.* ann. 1100. qui *Protoscrinarii* nuncupantur apud *Reginonem* in *Chronico*.

PRIMISCRINIATUS, Dignitas ipsa, apud *Senatorem* lib. 11. *Epist. 21.*

¶ **PRIMISCRINIUS**, pro *Primicerius*, in *Vita S. Johannis Gorz. Abb. sæc. 5. Bened.* pag. 374.

¶ **PRIMISERIUS**, pro *Primicerius*, in *Chartario Eccl. Auxit.* cap. 52. *Duos Primiserios, quos capiscolos vulgo dicimus, . . . ibidem sepelire curavit.*

PRIMISSARIUS, Idem qui *Primitarius*, de qua voce infra. *Synodus Augustensis* ann. 1540. celebrata: *Capellani & Primisarii Rectoribus aut Plebanis suis debitam reverentiam exhibeant.* Vox, ut videtur, deducta ex *Primicerius*.

¶ **PRIMITAS**, *Primatus.* *Vita B. Coletæ* tom. 1. *Mart. pag. 547. Nec plene cor suum voluit applicare pleno consensui de dicta Primitate.*

PRIMITIÆ. *Concilium Burdegalense* ann. 1255. cap. 20. *De primitiis vero statuimus, ut laici per censuram Ecclesiasticam compellantur ad tricesimam vel quadragesimam partem, usque ad quinquagesimam nomine Primitiæ persolvendam.* *Synodus Nemausensis* ann. 1284. cap. de *Decimis*: *De primitiis vero dicimus, & juri esse consentaneum reputamus, & sic in Nemausensi diœcesi præcipimus observari, quod Primitiæ Ecclesiæ illi dentur de proventibus seu fructibus prædiorum decimæ persolvantur, cum non debeat una eademque Ecclesiæ censeri: nomine autem Primitiarum, seu pro primitiis ad minus sexagesima pars de vino & blado Ecclesiis debet solvi, &c.* [Incerti auctoris homilia apud *Baluz.* in *Append. ad Capitul.* col. 1376. *Primitias de fructibus vestris & de laboratu debetis offerre ad altare, id est, spicas novas & uvas & fava. Alias Primitias ad domum presbyteri de omni fructu debetis portare, & presbyter eas benedicat.]*

¶ **PRIMITIÆ**, quæ veniunt ad altare, ut ab eis secernantur quæ mox ad domum presbyteri deferri dicebantur, in quo positæ fuerint discimus ex *Chartul. S. Vincentii Cenoman.* fol. 55. *Omnes autem Primitias de Curtangis habeat presbyter, illis exclusis quæ veniunt ad altare, scilicet agnorum, vitulorum, porcellorum & lanarum, quarum presbyter tertiam & monachi duas partes habebunt.*

¶ **PRÆMICIÆ & PRÆMITIÆ**, pro *Primitiæ*, in *Charta* an. 1089. tom. 3. *novæ Gall. Christ.* inter *Instr.* col. 197. & in *Charta* ann. 1254. tom. 6. col. 66.

¶ **PRIMITIES**, in *Vita B. Columbæ* tom. 5. *Maii* pag. 381.

¶ **PRÆMISSIA**, æ, in *Statutis MSS. Augerii Episc. Confer.* an. 1280. *Nullus decimam, vel Præmissiam, vel oblationem alteri ecclesiæ debitam recipiat.* Occurrit rursum infra.

- ¶ PRIMITIALES, *Primitivi*, in Gloss. ad Doctr. Alexandri de Villa Dei.
- ¶ PRIMITIALIS, Principalis, originalis. Vita S. Adalberti to. 3. Apr. p. 181. *Prima & velut Primitialis causa propter plures uxores unius viri, &c.*
- PRIMITIARE, Incipere, [*primitias dare.*] Petrus Blesensis Epist. 20. *Munificentiam à tenera Primitiavit atate.* Adde serm. 21. [Vita S. Patricii tom. 2. Mart. pag. 548. *Prope erat Pascha, ... in quo vita mortua ex mortuis resurgens Primitiavit & probavit resurrectionem mortuorum.* Elmham. in Vita Henr. V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 79. pag. 229. *Ante matutinalis favoris gratiam, affuit alicujus temporis permissiva licentia, quo suos Primiciare temptarent insultus, aut scalas inicerent in mœnium summitates.*] Inscriptio in Basilica S. Pauli Romæ, apud Panvinium de 7. Basil. p. m. 100.
*Hoc opus arte sua, quem Roma Cardio beavit
Natus Capua Petrus olim Primitiavit.*
Henricus Aquilonipolensis in Adolpheide c. 14.
*Presbyter hinc factus Missam celebravit in ipsa,
Gregorii luce Primitiando suam.*
Vide *Initiare.*
- PRIMITIARIUS, pro *Primicerius*, Dignitas Ecclesiastica, apud Crodogangum Metensem Episcopum in Regula Canonico. cap. 10. Vide *Primicerius & Primissarius.*
- PRIMITIVA, Primitiæ, in Chartis Regum aliquot Navarræ æræ 1068. & 1094. apud Antonium de Tepez in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 1. Vide in *Tertia.*
- PRIMITIVA, Strenæ, xenia. Matth. Paris an. 1249. *Rex autem Regalis munificentia terminos impudenter transgrediens, à civibus Londinensibus, quos novit ditiores, die Circumcisionis Dominica à quolibet exegit singulatim Primitiva, que vulgares Nova dona novi anni superstitione solent appellare.*
- ¶ PRIMITIUM, *πρωτίων*. Gloss. Lat. Gr. in Castigat. *Primitium, primatus, πρωτίων*. Cod. Sangerm. *primitivum.*
- ¶ PRIMITIVUS, Qui ex alio originem non habet, apud Prudentium, Columellam & alios. *Primitivus, πρωτίτερος*, in Gloss. Lat. Græc.
- ¶ PRIMITUS, Prius, *Primitus, πρωτός*. Gloss. Lat. Græc. Diploma Caroli Reg. Hungar. ann. 1325. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 486. *Ad unionem pacis devenire nolumus sine ipso Rege Boemia ... nisi Primitus ad hoc dicti fratris nostri ... expressus consensus acceperit & voluntas. Occurrit præterea in l. 12. Cod. Theod. lib. 11. tit. 1.*
- PRIMIVIRGIUS, *πρωλογαδῆχος*, in Gloss. Gr. Lat. *primus ex licitoribus, qui virgam deferunt.* Gloss. Isid. *Primivirgius, caballarius, quod primus est militia in virgis.* [Ubi Excerpta: *Primivirgius, caballarius, quod prima est militia, jus in virgines virgis.* Emendat la Cerda: *Primivirgius, clabarius* (vel *clavarius*) *qui primus est militia in virgis, hoc est, ut monet Grævius Militum virgatorum, qui præbant magistratus cum virgis & baculis, ut lictores Romæ. Clavarius, à clava, qui clavam seu baculum præfert.*]
- PRIMNA, Puppis, Gr. *πρύμνα*. Ethelwerdus lib. 4. cap. 4. *Elevant dies per vela septem toridemque noctes, advehuntur in Primna Cornualias partes, &c.* Infra: *Ibique construunt classem, Primna dant ventis, volant rostra ad Anglicas partes, &c.*
- PRIMOGENITA, Primitiæ. Charta ann. 1069. ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolit. fol. 24. *Dono & transfundo eis Ecclesiam sancta Maria de Quinciaco, cum omnibus Primogenitis & primiciis, & cum duabus partibus decimi, & cum omni alodatico, totum*

- & ab integro quod de me Gonzaldus Presbyter tenet.*
- ¶ PRIMOGENITALIS, Primogenitus, apud Tertull. adv. Valent. cap. 20. *Ab argumento ogdoadis Primogenitalis.*
- ¶ PRIMOGENITOR, Primogenitus, filius natu major. Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1361. tom. 3. Ordinat. pag. 489. *Volumus ut ipse secretarius noster homagia, fidelitates, subjectiones & cetera deveria que nobis fecerat & prestatat, seu facere debebat ratione hujusmodi ville & loci de Dompna Maria, eidem Primogenitori nostro tanquam representati (representanti) personam nostram regiam & nostro nomine, faciat atque prestat.*
- ¶ PRIMOGENITURA, Jus & privilegium primogeniti, Gall. *Droit d'ainesse*. Charta Philippi Pulcri an. 1291. apud Thomasser. in Biturig. p. 727. *Salva adhuc Primogenitura ipsius dicti Johannis primogeniti ... Quod dictus Johannes de Soliaco miles habuit & habere debuit ratione sua Primogenitura melius herbergamentum, meliorem feudum, meliorem servientem, &c. Jus antiquioritatis & Primogenitura, in Regesto Parlam. an. 1450. apud Baluz. Hist. Arvern. to. 2. pag. 383. Adde Murator. tom. 3. p. 587. Vide *Ainescia & Majoratus 1.**
- ¶ PRIMOGENIUS, *ἀρχογενής*, in Gloss. Latino-Gr. Ciceroni primigenius. Regula Mellic. in Chronic. ejusd. Monast. *Dona Dei Primogenium in animis nostris vigorem continuo deperdant.*
- PRIMOOPERAM, *Genus officii*, in Gloss. Lat. MS. regio cod. 1013. an *primus* seu *Primicerius operum*, seu *Operarius*, de qua dignitate suo loco egimus.
- PRIMOPLASTUS, vox hybrida, *πρωτόπλαστες*, apud [Tertull. Exhortat. castitatis cap. 2. vet. Irenæi Interpret. lib. 2. cap. 9.] Prudentium hymno 7. & in lib. 1. Sacram. Rom. Eccl. cap. 42. &c.
- ¶ PRIMORDIALIS, Primigenius, principalis. *Verbum primordiale*, apud Tertull. adv. Judæos cap. 2. *Primordialis causa*, apud Ammian. lib. 30. initio.
- ¶ PRIMORDIALITER, Primum. Anonymus de gestis Manfredi & Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 615. *Hos quadam terra que vocatur Schiaccia regalis domini, sed dehabitata, Primordialiter recepit.* Utuntur præterea S. August. de Trinit. lib. 3. cap. 9. & Claud. Mamert. lib. 2. c. 5.
- PRIMOTICUS, [*Primo natus, præcoquus.*] Apitius lib. 4. de Re culin. cap. 5. *Gustum de præcoquis sic facies, duracina Primotica pusilla præcoquia purgabis, &c.*
- PRIMULE, Primo, primum, vel nuper. Adamnanus lib. 3. de Locis SS. cap. 4. *Præterea hos tibi 20. solidos auri adfero, equi pretium mei, quem tibi Primule commendatum mihi usque in hodiernum conservasti diem.* [Adde Acta SS. tom. 3. April. p. 147.]
- PRIMUS, Primæ, ut aiunt, conditionis, ut *Medianus*, mediæ, & *Minostedus* infimæ, apud Alamannos, in Capitulis ad Legem Alamann. c. 22. edit. St. Baluzii: *Si Primus Alamannus fuerit, ducentos solidos componat.* Vide Gloss. med. Græc in *πρωτός*.
- ¶ PRIMUS ALTARIS inter dignitates Ecclesiæ S. Egidii recensetur in Bulla Pauli III. PP. ann. 1538. pro Secularisat. ejusd. Eccl. *Unus succentor, unus Primus altaris S. Egidii, & alius Secundus ejusdem altaris.* Horum officium seu dignitas *Prima & Secunda altaris* dicitur in eadem Bulla.
- ¶ PRIMUS IN CURIA, Quæ fuerint ejus jura & prærogativæ, videbis in Notis Gothofredi ad leg. 127. Cod. Theod. lib. 12. tit. 1.
- ¶ PRIMUS HONOR, Non summus, ut monet idem Gothofredus ad leg. 4. ejusd. Cod. lib. 6. tit. 27. *verum ultimus, qui scilicet primus receptis intra*

scholam deferretur : *Novi quinquennio vacent à Primi quoque honoris auspiciis.*

¶ PRIMUM NAVIGIUM, *πρωτόπλοια*, in Gloss. Latino-Græc.

PRIMUS NAVIUM, apud Luithprandum l. 3. cap. 6. Romanus Lacapanus fuisse dicitur, qui Græcis *δρωγτάριος*.

PRIMUS PALATII, dignitas, qua donatus *Hermenegildus*, qui Chartam Ranimiri Regis Legionensis æræ 979. subscripsit, apud Anton. de Tenez, in Chron. Ord. S. Benedicti to. 5. pag. 438. statim post Episcopos & Abbates. De Hermenegildo, vide ibid. pag. 428.

¶ PRIMUM TEMPUS vocantur Kalendæ Martiæ, quod ab iis annus exordium ducat, in Cod. Theod. lib. 12. tit. 1. de Decurion.

PRINCEPS, Rex, Imperator, in Legibus Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 20. in Leg. Longob. lib. 2. tit. 29. §. 1. tit. 39. §. 4. [in lib. 3. Capitulum c. 67. Chron. Andrense tom. 9. Spicil. Acher. pag. 377. *Tunc electione in consilio omnium Godefridus Dux Lotharingia constituitur Princeps & Dux Jerosolymorum.* Gloss. Lat. Gr. *Princeps*, βασιλεύς.]

¶ PRINCEPS, Dux, qui provinciæ præest, in Leg. Alaman. cap. 85. in Leg. Bajwar. c. 2. Interdum eodem Principis nomine Rex & Dux designantur. Capitulum lib. 5. cap. 367. *Si quis jussione Regis, vel Ducis illius qui ipsam provinciam regit, hominem occiderit, non requiratur ei, nec propterea factus sit: quia lex & jussio dominica occidit eum, & ipse non potuit contradicere. Princeps vero & successores ejus defendant eum, &c.*

PRINCEPES, dicti, quotquot in ordine aliquo primarium locum obtinent, quos posterior ætas *Primicerios* appellavit. Senator lib. 7. Epist. 24. *Magna inter collegas suos prerogativa decoratur, quisquis gerit militiam nomine Principatus: cognoscitur enim agere locum primarium, quando in rebus humanis magna pars hominum asserit excellentiam dignitatum.* Adde lib. 11. Epist. 35.

Erant autem *Principes* in Militia, *Principes* scilicet *Legionum & Cohortium*, de quibus Vegetius lib. 2. cap. 8. à quibus nomen transiit ad *Principes officiorum*, qui in omnibus officiis omnium Magistratum civilium & militarium erant. Capitolinus in Antonino: *Additis officiorum omnium Principibus.* Horum mentio fit passim in Notitia Imperii. De his etiam est titulus Cod. Theod. *de Cohortalibus, Principalibus, Corniculariis & Primipulariis.* Theophanes pag. 137. *ἡ δὲ ἀρχὴ ἐκείνη ἐκείνης σχολῆς ὡμοσε τούτο.* Vide Sirmondum ad Epigr. 137. Ennodii, & Jacobum Gothofred. ad l. 10. Cod. Th. *de Cohortalibus.* Principis munus se gessisse Corippus testatur in Panegyrico Anastasii Quæstoris & Magistri:

..... Sub cujus nomine gesto
Principis officium.

Unde conficitur, Magistros officiorum, & Quæstores, *Principes officiorum* habuisse, licet *Adjuutores* tantum iis attribuat Notitia Imperii.

PRINCEPES AGENTIUM in rebus, de quibus est tit. 28. in Cod. Theod. lib. 27. qui & *primates* dicti in Lege 22. de Agentibus in rebus, eod. Cod. Senator lib. 11. Epist. 35. *Cur enim Agentium in rebus miles officii post tot labores incerto aliquid patitur ambiguum, qui crebris actionibus excubando, ideo Principis nomen habere promeruit, quia militia sacramentis ceteros antecellit.* Vide Jacobum Gothofr. ad d. tit.

¶ PRINCEPS MILITIÆ dictus apud nostros Senescallus, cujus præcipuum munus fuit in rebus bellicis. Rigordus ann. 1184. *Theobaldus Comes Ble-*

sensium Franciæ Senescallus, Princeps militiæ Regis. Vide *Senescallus.*

PRINCEPS OFFICII, Primus officialium, id est Ministrorum & Apparitorum Judicis vel Rectoris provinciæ, in l. 1. C. Theod. *de Offic. Rect. prov.* apud Lampridium in Heliogabalo & in Alexandro, Symmachum lib. 1. Epist. & auctorem Queroli. Acta S. Cypriani: *Venerunt ad eum Principes duo, unus ex officio Galerii Maximini Proconsulis, &c.* *Princeps apparitionis*, apud Ammianum lib. 16. *Princeps officii*, in l. 2. Cod. Th. *ad Legem Juliam de ambitu.* Palladius in Vita Chrysostomi pag. 63. edit. Emerici Bigotii: *ἀπετάλη ἐλάφις ὁ νῦν ἀπὸ Περιβύτων.* Vide Pancirolum *ad Notitiam Imperii* lib. 1. c. 9. Henricum Valesium *ad lib. 16. Ammiani* pag. 111. & Jacobum Gothofred. *ad Cod. Th.* [Vide *Priores officiorum.*]

PRINCEPS CASTRORUM, in veteri inscriptione 1101. 5.

PRINCEPS CIVITATIS, *πρωτοπολίτης*, in Glossis Gr. Lat. Glossæ Lat. Græc. *Princeps*, *πρωτοπολίτης*, *ἑξαρχος*. Aliæ: *πρωτοπολίται*, *Proceres*. Sic autem appellabantur, qui in civitatibus præcipuos Magistratus gerebant. Unde Sextus Rufus Odenatum Palmyrenum *Decurionem* vocat, quem Vopiscus *Principem civitatis*. Vide Gruteri *Inscript.* 472. 4. & infra in v. *Prior*.

¶ PRINCEPS SACERDOTUM, Titulus honorarius, quem aliquando usurpasse videntur Primates, quibus exinde prohibitum ne eo uterentur. Capitulum lib. 7. cap. 29. *Ut prima sedis Episcopus non appelletur Princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum prima sedis Episcopus.*

PRINCEPES, Proceres Palatii. Titulus Legis Alamannorum in antiquis codicibus. *Incipit Lex Alamannorum, quæ temporibus Chlotarii Regis una cum Principibus suis constituta est.* Ubi alii habent *Proceribus*. Capitula Caroli C. tit. 6. *Hæc quæ sequuntur Capitula excerpta sunt à Domino Rege Karolo & Principibus ejus ex his Capitulis, quæ &c.* Flodoardus lib. 3. cap. 26. meminit Epistolæ ab Hincmaro scriptæ *Eberhardo ex Principibus Lotharii.* [Charta æræ 1216. apud Stephanot. tom. 3. *Fragm. Hist.* pag. 214. *Ego Aldefonsus D. G. Rex Toleti & Castiliæ, una cum uxore mea Alyenor regina, . . . consilio pariter & voluntate Principum meorum facio cartam donationis, &c.*]

¶ PRINCEPS CASTRI, PATRIÆ, Proceres regionis, in Charta ann. 1108. inter Instr. tom. 2. novæ Gall. *Christ. col.* 277. *Ego Gaucelmus & fratres mei Arnaldus Cati-armati, Achelmus Wilhelmi, Bonbaldus quoque Rotberti, coram Principibus castri nostri, &c.* Infra: *Dans securitatem semper, & ingenuitatem per totam terram meam coram Principibus patria.*

PRINCEPS, Nomen dignitatis. Moschopulus pag. 160. *πρίγκιψ, ἀξιωματός ἐνομα.* Primus autem *Principis* nomenclaturam, in honorarium seu potius feudalem titulum, in Italia, invexit Arechis Dux Beneventanorum. *Hic* enim, ut scribit Leo Ostiensis lib. 10. cap. 10. *primus Beneventi Principem se appellari jussit, cum eatenus, qui Beneventi præfuerant, Duces vocarentur. Nam & ab Episcopis ungi se fecit, & coronam sibi imposuit, atque in suis chartis ita in fine scribi præcepit: Scriptum in nostro sacratissimo Palatio. A Principatu Beneventano post annos 90. prodire Principatus Salernitanus & Capuanus. Nam cum Siconolfus Siconis Principis Beneventi filius, & Sicardi Principis frater, Salernum & Capuam Radelchiso Principi ademisset; Ludovicus II. Imperator in Italiam veniens anno 851. pulsus & pro-*

fligatis Saracenis, quos uterque Principum in auxilium evocarat, convocatis Longobardis totam Beneventi provinciam inter Ledelchis & Sichenolfum equo discrimine partitus est, ut habet Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 687. qua quidem partitione, cujus meminit etiam Constantinus Porphyrog. lib. de Adm. Imp. cap. 27. Salernum & Capua Siconolfo cessere. Ex hinc cæteri qui Salerno imperavere, *Principes Salerni* appellati sunt: à quibus, diviso rursus Salernitano Principatu, emerfit *Capua Principatus*. Uterque vero tandem ad Tancredi Normanni familiam & ad Reges Siculos devenit. Capta enim Capua, Rogerius Rex Anfusum filium *Capuani per vexillum sublimavit Principatus honore*, quo extincto, patre superflite, Guillelmus filius alter eadem dignitate donatus est. Sed & Tancredum filium *Principatu Barenfi* donavit Rogerius, ut habet Alexander Abbas Celesinus lib. 3. cap. 26. Sub eodem etiam Rege *Principatus Tarentini* titulus tum primum emerfit, quo Simonem filium nothum testamento honestavit. Sed filius Guillelmus Rex hunc Simoni ademit, dicens: *Ducatus Apuliae, Tarentique, & Capua Principatum legitimis tantum filiis debere concedi: ad Comitatus autem aliasque regni dignitates non indignum esse liberos etiam naturales admitti*. Ita Falcandus pag. 659. Ex quibus sane colligitur, *Principis* titulum, Comitalem longe dignitate præcessisse.

Ex prædictis etiam docemur, ab Italia in cætera regna, etsi in quibusdam serius, profluxisse ejusmodi *Principis* titulum: nam & inde in Regnum Hierosolymitanum transit. Quippe cum Boëmundus Tancredi filius in hæredii sortem à Rogerio fratre Tarenti & Baris Principatus obtinisset, ut narrat Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 677. Antiochiæ Dominus factus, ejusdem *Princeps* appellatus est, quod, inquit Will. Tyrius lib. 6. c. 23. antea *Princeps* vulgo nuncuparetur; Tarenti scilicet, ut habent præterea liber vernaculus de Familiis Ultramarinis, & Joan. Villaneus lib. 4. c. 18. Exhinc idem *Principis* titulus datus legitur Galilææ seu Tiberiadis in eodem regno dominis. Memoratur præterea apud Albertum Aquensem lib. 3. cap. 54. *Princeps Philippensium*, cui nupta fuit Florina Ducis Burgundiæ filia, licet haud bene constet, quis Princeps iste fuerit, & cujus urbis. Certe *Philippensium Principis* mentio quoque est in Epistola Honorii III. PP. ad Everardum Patriarcham, apud Rainaldum ann. 1217. n. 17. quo eum monet, ut Philippensium Principem, qui Episcopum urbis suæ interemerat, ad justam criminis expiationem per excommunicationem cogeret. Sed cum hoc anno 1217. Everardus iste inter Patriarchas Hierosolymitanos & Antiochenos non compareat, haud promptum est urbis situm assequi. Transit præterea *Principis* dignitas in Imperium Constantinopolitanum sub Imperatoribus Francis. Nam Guillelmus de Champlita, cognomento *Campaniensis*, expugnata Achaia & Peloponneso, Principem se *inscripsit Achaia & Morea*, ut perinde ejus successores, quorum seriem & historiam dedimus in Historia Franco-Byzantina.

Atque inde fortean fluxit, ut complures dignitate licet & natalibus longe inferiores proceres *Principis* titulum sibi arrogarint, vel certe ut iis ille à Scriptoribus adscribatur, quod mox docemus.

Inde etiam originem duxere *Principatum* erectiones, quæ in Francia nostra & in Belgicis provinciis serius nosci cœpere. Primus enim qui mihi occurat, in Francia Principatus, est Chalesius in

Inculismensi agro, in Historiæ Arvernensis probat. pag. 228. sub an. 1478. & in Ceremoniali Franciæ an. 1513. tamen de erectione non constat. Exhinc complures leguntur instituti, atque in iis Jovis-villæ an. 1552. Porceani an. 1561. Guemenaii an. 1570. præterea Principatus Luci in Pictonibus, Soyonis in Vivariensi agro, Rupis ad Yonem, Listenesii, Fucardimontis, Chalufii, Amblisiæ, Chabanefii, Carencii, &c. In Belgio vero Principatus Chimacensis erectus an. 1486. Spinetensis ann. 1541. Gavarenfis ann. 1553. Lignensis an. 1602. Barbançonensis ann. 1614. &c. Mitto, quæ de Principatibus Italicis & Hispanicis huc conferri possent, cum extant de iis, ut & de cæteris ejusmodi dignitatibus conscripti Commentarii.

PRINCIPES in Francia nostra triplicis generis esse observat Sanjulianus lib. de Origin. Burgundionum cap. 33. extremo: ac primo quidem ita appellari, qui ex domo regia sunt, quos vulgo *Princes du sang* dicimus: deinde qui orti ex Principum extraneorum familia in Aula Regum nostrorum militant, & in Francia sedes fixere, quorum etiam posterius eandem dignitatem retinent: ac denique ita vocari, qui feuda possident cum titulo Principatus, de quibus mox egimus. Sed qui regnante Carolo V. in Francia nostra pro Principibus haberentur, docet præ cæteris Christina Pisana *au Trésor de la Cité des Dames*, 2. part. cap. 9. *Et parce que en diverses Seigneuries sont demourans plusieurs puissans Dames, si comme Baronnes, & grands terriennes, qui pourtant ne sont pas appellées Princesses, lequel nom de Princesse n'assiert estre dit que des Empereeres, des Roynes, & des Duchesses: se ce n'est aux femmes de ceulx, qui à cause de leurs terres sont appellez Princes par le droit nom du lieu, si comme il en a en Italie & ailleurs. Et quoy que les Comtesses ne soient mie en tous pays nommées Princesses, &c.*

Quartam denique Principum speciem addunt Bodinus lib. 1. de Republica cap. 6. pag. 63. & Marca lib. 6. Histor. Beneharn. cap. 8. num. 4. qui scilicet feuda majora, vel etiam oppida possident in regni confiniis, de quorum supremo dominio ac superioritate Principes ac Reges non convenere invicem in pactis ac fœderibus, atque adeo *superfessum* est, donec de rei veritate constaret. At cum publicæ istæ vix dirimantur lites, factum, ut flagrantibus potissimum bellis eorum possessores oppida sua munierint, & cum neutri Principum parerent, horum se supremos Principes indigitarint, quod de Byzantio scribit Justinus lib. 9. *Hæc namque urbs condita primo à Pausania Rege Spartanorum, & per 7. annos possessa fuit: deinde variante victoria, nunc Lacedæmoniorum, nunc Atheniensium juris habita est. Quæ incerta possessio effecit, ut nemine quasi suam auxiliis juvante, libertatem constantius tueretur.*

PRINCEPS, nomen videtur fuisse dignitatis in regno Anglorum. Chartam enim Offæ Regis subscribunt statim post Episcopos Brordanus Patricius, Binnanus Princeps, deinde Duces, in Additament. ad Matth. Paris pag. 155. Aliam Knutonis Regis ita subscribit, etiam statim post Episcopos & ante Ducem, quidam Aldenus: *Ego Haldenne Princeps Regis pro viribus assensum præbeo: & ego Turkillus Dux concedo*, in Conciliis Anglicanis. Charta Eadgari Regis in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 302. *Unde ego, Eadgarus Rex rogatus quidem ab Episcopo meo Deorwolfo, & Principe meo Ældredo, ut aliquam partem terra liberam darem, &c.* Vide Simeonem Dunelmensem an. 778.

PRINCEPS, dignitas, ut videtur, fuit apud Hispanos. Divisio Oxoniensis & Auscensis Episcopatum an. 1088. sub Adelfonso Imper. & Hispaniarum Rege, quæ exstat post Concilium Bracarense I. subscribitur ab *Episcopis & Abbatibus*, deinde à *Comitibus*, demum à *Principibus*, hoc modo: *Ego Martinus Comes confirmo, &c. Ego Alvarus Diaz Princeps confirmo.*

PRINCEPS WALLIÆ, titulus veterum Principum Provinciæ Anglicæ, quam *Walliam* vocant, qua in jus Regum Angliæ redacta, eorum filii primogeniti eodem titulo deinceps donati sunt. Vide Thomam Walsinghamum pag. 48. & Thomam Smith lib. 1. de Republ. Anglor. cap. 17.

Apud Scotos, inquit Camdenus in Britannia, proximus à Rege est filius ejus primogenitus, qui *Princeps Scotiæ* appellatur, & peculiari jure Dux est *Rotsey*, Scotiæque Senescallus: reliqui vero Regis liberi absolute *Principes* appellantur.

Apud Lusitanos Alphonsus, postmodum Rex V. Regis Eduardi primogenitus, *Principis* titulum primus assumpsit, cum antea Regum primogeniti *Infantes* appellarentur. Castellanorum Regum primogeniti *Asturiarum Principes* dictos colligere est ex Scriptoribus Hispanicis, ut Aragonensium *Girona*.

PRINCIPES in Germania qui dicantur, docet Albericus in Chronico MS. an. 1234. *In Alemannia omnes Archiepiscopi, & Episcopi, quidam excellentiores nigri Abbates, & omnes Duces, & quidam Marchiones, & Lantgravius Turingia, & Palatinus Comes de Reno, omnes isti vocantur Principes. Cateri autem sunt vel Comites, vel Castellani, vel nobiles. Ordo Principum, apud Ottonem Frising. de Gestis Frederici lib. 2. cap. 28. Est enim Lex curia, quod quisquis de ordine Principum Principis sui iram incurrens, compositionem persolvere cogatur, centum librarum debitor existat, cateri minoris ordinis viri, sive ingenui, sive liberi, vel ministri, decem. Charta Henrici VI. Imper. an. 1189. ex Tabulario Eccl. Tullensis, Nos universa alodia & feuda, qua ipse (Humbertus Comes Sabaudia) infra fines Imperii Romani possidebat, observato omnimodo ordine judiciario, & per justam Principum Imperii sententiam, & Parium suorum, abjudicavimus, & eum secundum justitiam condemnatum perpetuo Imperii banno subjecimus.*

PRINCEPS, in Jure feudali Saxonum cap. 38. §. 8. & seqq. *tali nomine censetur, eo quod habet feudi vexillum, de quo ipse Princeps dicitur & habetur. Nullus ab eo debet recipere, cum illud alius ab eo receperit. Qui confert taliter, investitus non est primus in feudo, & ideo non debet Princeps appellari. Qui possidet feudi vexillum, & est Princeps, nullum laicum debet habere dominum, præter Regem. In hac ratione Principes dicuntur apud Saxones seu Germanos, qui nostris Barones, qui scilicet à Rege nude pendent, nullumque alium habent superiorem dominum, quorum feuda Germanis *Fahnleben* vocantur, quod vassalli cum vexillis de iis investiantur. Vide Gerlacum Buxtorfium in Auream Bullam Caroli IV. Imper. cap. 68. & supra in voce *Baro*. Huc porro pertinet præclara Francisci Borbonii San-Paulani Comitis vox, qui cum Guysium Ducem seipsum Principem appellantem indignabundus cerneret, ad astantes jocosè respondit, *Guysium Germanica lingua loqui*. Rem narrat Thuanus lib. 25. Histor. pag. 456.*

PRINCIPES dicti ipsi Comites, in Charta Caroli C. in Tabulario Dervensi: *Princeps autem in cujus Comitatu consistunt, pro Dei amore & remedio animæ suæ*

câusas eorum libenter audiat, & ei in quantum potuerit adjuvare festinet.

PRINCEPS, pro Dominus, alicujus nempe oppidi vel castri. Ita inscribuntur Dux Normanniæ apud S. Anselmum lib. 3. Epist. 8. & alibi, Comes Flandriæ apud eundem lib. 3. Epist. 28. *Princeps Malamortensis castri*, apud Gaufredum Vosiensem lib. 2. cap. 3. *Guillelmus Bellismensis provincie Principatum gerens*, in Charta foundationis Abbatia Longlay, quam subscribit hoc modo, *Willelmus Princeps*, apud Ægidium Bry in Histor. Perticensi pag. 42. 44. *Theodoricus Dei gratia Dominus & Princeps Aloftensis oppidi*, in Charta ann. 1164. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 96. *Radulphus nobilissimus Princeps de Arenis*, in Charta an. 1150. in Hist. S. Martini de Campis pag. 391. *Willelmus Montispefulani Princeps*, apud Alanum de Insulis pag. 20. 201 *Aimericus Princeps Ranconensis*, apud Ademarum Cabanensem pag. 181. *Helias Talairandus Princeps terræ Petragoris*, in Tabular. Deip. Santonensis. *Wido Princeps Wangionis rivi*, in Charta an. 1081. & *Guido de Juncivilla Princeps*, apud Perardum in Burgundicis Tabulis pag. 195. 229. *Princeps Albamarla*, in Charta an. 1130, in Concil. Rotomag. pag. 143. *Principes de Baucio*, apud Will. de Podio-Laurentii cap. 12. *Willelmus Talemontis castri Princeps & Dominus*, apud Bessium pag. 420. *Guillelmus Tyernensis Princeps*, in Hist. Translat. S. Launomari num. 15. *Peronensis castri Princeps*, in Miracul. S. Marculfi num. 12. *Olivarius Princeps de Chalesio*, in Charta ann. 1174. in Hist. Turenensi pag. 34. *Theobaldus Blefensium Comes*, Princeps appellatur apud Joan. Sarisberiensem Epist. 89. *Willelmus Nothus Rex Angl. Chartam sic claudit, apud Prynneum in Libert. Angl. tom. 1. pag. 1189. Ego Willelmus D. G. Anglorum Rex, & Dux Normannorum, atque Princeps Cenomanorum. Erchembaldus Princeps Burboniensis*, in Charta, scripta sub Roberto Rege, in Tabular. S. Ursini Bituricensi. *Picei castri in Picardia domini Principes* etiam inscribuntur in veteribus Tabulis. Vide Herimannum de Rest. S. Martini Tornacensis c. 77. 89. Acta Murensia pag. 15. *Augustinum du Pas* in Stemmatibus Armoric. part. 2. pag. 623. *Thomasserium* in Consuet. local. Bituric. c. 35. &c.

PRINCEPS, Superior Dominus, *Chef-Seigneur*. Pactum inter A. Episcopum Aginnensem & S. de Monteforti Ducem Narbonensem & Comitem Tolosæ an. 1217. in Regesto 30. Tabularii Regii ch. 16. *Comes etiam jurabit Episcopo tanquam Princeps defensionem & tutelam, &c. Supra: Jurabit Episcopus Comiti fidelitatem, &c.*

PRINCIPISSA, Regina, vel Principis uxor. Diploma Caroli Hungar. Reg. an. 1338. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 488. *Nos & serenissima Principissa domina Elizabeth, Regina Hungaria, &c. Anonymi Salern. Chron. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 219. Una die accidit, ut Principissa sub tentorio resideret, atque in conca argentea pedes lavaret, &c.*

PRINCIPES etiam suæ civitatis dicti interdum Episcopi, ut in Canonibus S. Patricii can. 30. & aliis Hibernicis Synodis apud Waræum in Opusculis S. Patricii pag. 120. & apud Acherium tom. 9. Spicilegii, lib. 18. cap. 6. lib. 26. cap. 15. lib. 40. cap. 2. 3. 4. in Vita S. Aigulfi Abb. Lerinensis cap. 13. apud Will. Malmesbur. in Prologo ad Gesta Pontific. Anglor. [in Bulla Rodulphi Imper. an. 1291. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 55. &c. Vide *Episcopus*.]

Obtinuit hæc Episcoporum nomenclatura maxime apud Germanos, ut ex superius dictis manifestum est: hanc nihilominus ante sæculum xi. Episcopis tributam esse negat Conringius in Cens. Diplom. Ludov. pag. 218. Addit Valesius in Notit. Gall. pag. 613. nonnumquam Episcopos per jocum appellatos fuisse Principes, quod potentia & auctoritate sua abuterentur more Principum sæcularium. Id potissimum colligit ex Vita Leodegarii Augustodun. Episc. *Erant in hoc mendacio primi & quasi rectores Palatii, Desideratus cognomine Dido, qui quondam Cabilloni habuit Principatum, necnon & ejus collega Bobo, qui urbem Valentiam habuerat in dominium. Nec enim digni sunt ut urbium nominentur Episcopi, qui magis terrenis desideriis inhiabant, & cœlestia non curabant.*

Idem titulus concessus etiam Abbatibus, in Canon. Hibernicis cap. 6. to. 9. Spicil. Acher. pag. 12. *Si quis commendaverit animam suam & corpus, & omnia qua habet Deo, & Principi, id est Abbati sancto, &c.* Eo etiamnum decorantur Abbates Fuldenfis, Campodunensis, Weissenburgensis & Murbacensis. *Principis & Comitatus titulo illustratur Robertus Abbas Majoris Monasterii in Charta an. 912. ex Tabul. ejusdem Monast. Sed hunc titulum ex Abbatiali dignitate non habuisse colligitur ex Comitatus nomenclaturæ ibidem subjecta ratione: Robertus ... Majoris monasterii gloriosus Abba, necnon & Comes, propter diversa regnorum Francia & Neustria negotia, quibus à Rege prepositus erat, &c.*

PRINCEPS CARCERIS, ἀρχιδεσμοφύλαξ δεσμων-
πις, Genes. cap. 39. v. 23. [Vide *Principalis Custos.*]

PRINCEPS ECCLESIAE, Dignitas Ecclesiastica, eadem forte, quæ apud Græcos ἐκκλησιαρχα, de qua in Glossar. mediæ Græcit. Ordo Romanus: *Cum autem omnia usque ad Evangelium impleta fuerint, accedat Princeps Ecclesiæ ad Episcopum, pixidem, in qua thus habetur, manu ferens, sequente acolyto, qui thuribulum portat, &c.*

PRINCIPES FRANCORUM sese inscribere potestremi ex Majoribus domus Regum Franciæ. *Karolomannus Dux & Princeps Francorum*, in Concilii Liptinensis Præfatione: sic Pipinus in Præfat. Concilii Sueffionensis, Carolus Martellus in lib. Epistolar. S. Bonifacii Moguntini Archiepiscopi.

PRINCEPS METENSIS dictus ejusdem Ecclesiæ Primicerius, apud Lambertum Ardens. lib. 4. Hist. cap. 95. *Præscii à Metensi Principe sive Primicerio vel Primicerio, consentiente, immo stimulante & hoc ipsum machinante Viridonensis civitatis in Episcopum electo, captus est Arnoldus de Ghisnis. Vide supra Primicerius.*

PRINCEPS MONASTERII, Qui alias *Advocatus & Defensor* nuncupabatur. Regula S. Pachonii: *Vestimenta, qua secum detulerant, accipient, qui huic rei prepositi sunt, & inferentur in reposito, & erunt in potestate Principis monasterii.* Fuit etiam in Ecclesia CP. dignitas quædam, quæ ἀρχων τῶν μοναστηρίων dicebatur, quod omnium in urbe regia monasteriorum cura ei demandata esset. Vide *Abbas Abbatum.*

PRINCEPS NERVORUM, Cerebrum. Alexander Iatrofophista MS. lib. 1. *Passionum: Oportet cetera deinde adjutoria localia initium sumere, & capitis fieri providentiam, & ex oleo dulci lanis infusis totum involvi caput madefactis omnino, ut non rigorem sentiat Princeps nervorum. Ubi Glossa, cerebrum, quia ex eo oriuntur nervi.*

PRINCERUS, ut *Primicerius.* Vide supra *Princeps Metensis.*

PRINCIPALES, Præcipui civitatum: *οἱ ἐν τέλει*, in veteri Inscriptione. Alia Inscriptio apud Gualterum in Tabulis Siculis pag. 26. *Ti. Claudio Herodiano C. V. leg. prov. Sicil. judici rarissimo patrono Col. Panhomirt. Principales viri ex ære collato DD.* [*Principales urbium*, in Cod. Th. l. 40. tit. 5. de Hæret. Vide Gothofredum tom. 4. ejusd. Cod. pag. 340. 341. 501. & 522.] *Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei: Quis ergo, ut dixi, locus est, ubi non à Principalibus civitatum, viduarum & pupillarum viscera devorentur, & cum his ferme sanctorum omnium?* Ita apud. S. Augustin. Epist. 158. Vide Juretum ad Symmach. pag. 227. [& Mabill. Diplom. pag. 457. *Primum Principalem*, in Inscript. inter Notas ad Inscript. Gudii pag. 24.]

PRINCIPALES CURIAE, Decuriarum primæ. Acta S. Symphorosæ tom. 4. Julii pag. 358. *Cujus corpus colligens frater ejus Eugenius, Principalis curiæ Tiburtinæ, in suburbana ejusdem civitatis sepelivit.* Horum dignitas & officium

PRINCIPALITAS dicitur in Cod. Theod. l. 6. de Quæst. tit. 35.

PRINCIPALES MILITES. Veget. lib. 2. cap. 7. *Hi sunt Milites Principales, qui privilegiis muniuntur.* Vide *Principium 2.*

PRINCIPALIS, Gymnasiarcha, Gall. *Principal.* Consuet. Univers. Paris. per Robert. Goulet fol. 9. vº. *Similiter ducuntur juvenes scholastici collegiorum per Principales suos & Regentes.*

PRINCIPALIS, Primus, primævus, antiquior. Vetus Interpres Irenæi l. 5. c. 14. *Nisi & ipse (Dominus) caro & sanguis secundum Principalem plasmationem factus fuisset, &c.* Infra: *Caro enim vere Primæ plasmationis è limo facta est successio.* Occurrit rursus ibidem cap. 21.

PRINCIPALIS CUSTOS, Idem qui supra *Princeps carceris*, in Chron. Parm. ad an. 1286. apud Murator. tom. 9. col. 809. *Securitates Custodum carcerum Communis, qui erant in banno pro ipsis custodibus, jam diu erat, ceperunt apud Curviacum Principalem suum, pro quo fidejusserant, &c.*

PRINCIPALE NOMEN. *Hæres nomine principali*; id est, titulo directo, universali, interprete Gothofredo ad leg. 17. Cod. Theod. tit. 5. de Hæret.

PRINCIPALISSIMUS, Maximus. Necrolog. Fratrum Minor. Silvanect. 111. Kal. obiit dom. *Radulphus du Plessier dictus Quarre, qui fuit Principalissimus amicus fratrum.*

1. PRINCIPALITAS, Principis auctoritas, majestas. Libellus Precum Marcellini & Faustini: *Sed ne aliorum impietatibus & crudelitibus sanguis effusus Christianorum diu piissimum vestra Principalitatis gravet imperium.*

PRINCIPALITAS, Principatus, Gall. *Principauté*, in Charta ann. 1018. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 139. Litteræ Edwardi VI. Regis Angl. ann. 1547. apud Rymer. tom. 15. pag. 124. *De quolibet comitatu & burgo regni nostri Angliæ & Principalitatis nostræ Walliæ, &c.* Occurrit rursus ibidem pag. 746. Vide alia notione in *Principales.*

2. PRINCIPALITAS, Præstantia, excellentia, Gall. *Primauté.* Tertull. de Anima cap. 13. *Ad hoc dispicere superest, Principalitas ubi sit, id est, quid cui præest, ut cujus Principalitas apparuerit, illa sit substantia massa.* Remigius Autiff. in Cant. Cantic. *Caput ergo ecclesiæ, Principalitas mentis fidelium intelligitur.* Utitur etiam Macrobius Somn. Scip. lib. 1. cap. 3. & vetus Irenæi Interpres lib. 2. cap. 1.

PRINCIPALITER, Præcipue, potissimum, apud

apud Rolandin. Parav. de factis in marchia Tarvis. tom. 8. Murator. col. 266. *Principaliter*, Principis more, in Plin. Paneg. cap. 47.

¶ **PRINCIPALITER**. Synodus Pergam. an. 1311. apud Murator. tom. 9. col. 566. *Sub pœnis & tenoribus predictis se obligent Principaliter & in solidum.* Galli diceremus, *S'obliger solidairement & un seul pour le tout.*

PRINCIPARE, Gubernare, regere, principem agere. Sidonius Apollinaris Carm. 9.

*Non prolem Garamantici Tonantis,
Regnis Principibusque Principantem.*

Uritur & Carm. 23. Carmen vetus de missione Spiritus sancti lib. 1. Advers. Barthii cap. 3.

*Pollicitus ipse Christus ut suis erat,
Priusquam abiret ad Patrem:*

*Amaverat quos finem usque ad ultimum
A Principante exordio.*

[Ubi à principante exordio, idem sonare videtur quod à primo exordio; adeo ut principare hic sit pro incipere. Fulcuinus in Abbat. Lobienf. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 548. *Facta est autem hæc dedicatio . . . Domino in perpetuum regnante, Pipino autem Francis Principante.*] Erchembertus num. 82. *Reversus est Guido ad Italiam, quo Principare cupit.* Saxo Grammaticus libr. 9. *Witsercum Suecie Principantem.* Occurrit apud August. lib. 19. de Civitate Dei cap. 14. Ælnothum in Vita S. Canuti cap. 8. Dudonem lib. 3. [in Concil. Tolet. XI. in Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1067. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 459. &c. Vide *Principiare* 1.]

¶ **PRINCIPARI**, Præesse, Præsiderere. Ottoboni Annal. Genuens. ad an. 1194. apud Murator. tom. 6. col. 368. *Tandem reddit se civitas ipsa Marcualdo Seneschalco Imperatoris & Bonifacio Marchioni Montisferrati, qui predicto magnifico stolio eminebant & Principabantur.*

PRINCIPATOR, Qui principium dat rebus. Arnobius in Evangelistarum locos: *Principium Deus est, qui Principator esse omnium voluit. In hoc itaque Principe erat Verbum, &c.* [Vide *Principiator*.]

PRINCIPATUS, Angeli ex tertio Hierarchiæ Angelicæ gradu, sic dicti, quod in eorum pralatione primus Principatus manifestatur, quia ipsum principando & imitantur & manifestant, inquit Hugo ex S. Dionysio. Vide Isidorum lib. 7. Orig. cap. 5. Guillemum Paris. S. Bernardum, & alios.

¶ 1. **PRINCIPIARE**, Imperare, Principem esse. Conc. Ovetense inter Hispan. tom. 3. pag. 160. *Tunc temporis Principiante Asturiensibus christianis Mauregato invasore regni Adefhonsi Casti.* Vide supra *Principare*.

¶ 2. **PRINCIPIARE**, **PRINCIPIARI**, Incipere, oriri, principium ducere. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 20. pag. 44. *Interea Rex illustris . . . quandam catharactam Principiari constituit, &c.* Occurrit rursum p. 117. 142. Jac. de Delayto in Annal. Estens. apud Murator. tom. 18. col. 908. Anno 1393. *Principiatum fuit laborerium muri.* Vita S. Bernardi Menthon. tom. 2. Jun. pag. 1078. *Ut predicta cœnobicia cum suis suppositis, tanquam ex archidiaconatu Principiata, favoribus dignentur præcipuis.* Poeta sequioris ævi apud Leibnit. tom. 3. Script. Brunsvic. pag. 678.

. *Principiabo*

Quando septenam sol vespere verget ad horam.

Adde Statuta Vercell. lib. 7. fol. 205. Acta SS. tom. 3. April. pag. 988. Rymer. tom. 11. pag. 380. &c.

Tom. V.

¶ **PRINCIPIATOR**, ut supra *Principator*. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 686. *Ad fugiendum alios inducebat, quibus obviabat in via, & tali Principiatore post modicam horam in fortilicii custodia pauci restarunt.*

¶ **PRINCIPIENS**, Incipiens, inchoans. Statuta Monast. S. Germani Paris. in Hist. ejusdem inter Probat. pag. 173. *Item quando aliquis hebdomadarius peregit hebdomadam suam in Dominica sequenti Principienti aliam hebdomadam, &c.*

¶ **PRINCIPISSA**, Principatus, *Principauté*. Charta homagii ann. 1480. præstiti Carolo Cenoman. Comiti Provinciæ ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Excellentissimus Rex & Comes . . . confirmavit . . . omnia privilegia, litteras, libertates, franchises, immunitates, statuta & alia jura . . . & Principissas.* Pro Principis uxore, vide in *Princeps*.

1. **PRINCIPIUM**, Palatium Principis. Tertullianus de Corona militis cap. 12. *Ecce annua votorum nuncupatio, prima in Principiis, secunda in capitoliis.*

2. **PRINCIPIUM**, Miles ipse *Princeps*, seu *Principalis*, ut est apud Vegetium lib. 2. cap. 7. Ita utuntur idem Vegetius lib. 1. cap. 20. Frontinus lib. 2. cap. de Infidiis num. 30. Ammianus lib. 15. 22. 25. Lex 1. C. de Veteranis, & 1. jubemus, Cod. de Erogat. milit. annonæ. Vide Salmasium ad Vopiscum pag. 474.

¶ 3. **PRINCIPIUM**, Actus Theologicus ad obtinendum Doctoris gradum, olim in Universitate Parisiensi usitatus, cujus mentio est in Bulla Alexandri IV. PP. an. 1256. *Inceptio interdum dicitur, apud du Boulay in Hist. Universit. Paris. tom. 5. p. 911. & 913. Instrum. an. 1462. apud eundem: Deliberavit Natio (Franciæ) quod vellet singulos Licenciatos exhortari ad honeste faciendum suum Principium.* Statuta S. Capellæ Paris. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 151. *Juro . . . quod singulis horis diurnis & nocturnis, à principio usque in finem, interero bona fide, nisi legitimum impedimentum habuero, aut infirmus vel minutus, . . . aut Principio seu proposito necessario alicujus meorum interfuero amicorum.* Statuta Colleg. S. Bernardi ibid. pag. 171. *Præsidenti in disputationibus & Principiis, sicut consuetum est, provisorii & suppriorii . . . duos solidos Parisienses (solvent.)*

¶ **PRINCIPIUM principians**, Primum principium; *Principium principiatum*, Principium secundum. Hæc Philosophis familiaria.

PRINDERE, pro *Prebendere*, Capere, unde nostri *Prendre*. Decretio Childeberti Regis §. 9. *Si quis centenarium aut quemlibet judicem noluerit super malefactorem ad Prindendum adjuvare, sol. 40. omnino condemnatur.* Pactum pro tenore pacis, &c. §. 6. *Si servus minus tremisso involaverit, & mala sorte Priserit, &c.* Adde §. 8. & Decretionem Chlotarii §. 7. Notitiæ veteres Bignonii cap. 33. *Quod ego terram suam . . . per fortiam nunquam Prisi aut pervasi.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 101. *Et judex . . . eum Priserit, teneat eum, &c.* Adde tit. 105. §. 19. & Capitul. 3. an. 813. c. 45. Vide *Interprendere* & *Porprendere*.

PRÆSURA, pro *Prisura*, Apprehensio, captio. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 29. de servo fugace: *Et habeat pro Præsura de ipso servo per caput sol. 2.* Infra §. 3. *Nulla sit ei culpa qui eum præsist, aut qui inquisivit.* Ubi Lex Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 13. *habet præbensuram.* Vide *Prisæ*.

PRINGIRE. Vide *Rugire*.

¶ **PRINSECUS**, Primitus, antiquitus, à veteri Gall. *Prin*, primus. Exposit. ant. Liturg. Gallic. H h h

apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 99. *Casula, quam amphibalum vocant, . . . ideo unita Prinsecus, non scissa, non aperta; quia multa sunt scriptura sacra secreta mysteria, qua quasi sub sigillo sacerdoti doctus debet abscondere.*

¶ PRINSIO, Carcer, Prison. Tabular. Majoris Monast. *Volumus quod si satellites nostri volebant inquietare monachos, quod dicti monachi seu eorum servientes possent predictos satellites capere & in suam Prinssonem detinere, donec juraverint ad voluntatem dictorum monachorum penitentiam facere corporalem.* Vide *Priso* I.

PRIOR. Priores, quomodo veteres dicimus, vel qui nos præcesserunt, *Præcessores*. Glossæ antiquæ MSS. *Majores, Priores*. Sidonius in Paneg. Anthemii:

. . . humerosque ex more Priorum

Includit sarrana chlamys.

Victorinus Afer de Principio diei pag. 198. *Qua matutina vere de tertia die si fuisset, nunquam Priores nostri quarta die factum solem & lunam professi fuissent.* Infra: *Consensi parentibus nostris Prioribus, hæc tradentibus.* Hincmarus Remensis:

Namque Pitaciolum neutro dixere Priores.

Adde Senatorem lib. de Divin. lect. cap. 26. Leges Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 11. &c. [Vide infra *Prioritas*.]

¶ PRIORES, Proceres, quos & Principes interdum appellatos supra docuimus. Capitul. 1. Caroli M. an. 802. cap. 9. *Unusquisque pro sua causa, vel censu, vel debito rationem reddat, nisi aliquis sit infirmus aut rationes nescius, pro quibus Missi vel Priores qui in ipso placito sunt, vel iudex qui causam hujus rationis sciat, rationetur complacito . . . Quod tamen omnino fiat secundum convenientiam Priorum vel Missorum qui presentes adsunt.* Nec aliter accipienda vox *Prior* in Epist. Conc. Turon. IV. apud Sirmondum Conc. Gall. tom. 3. pag. 69.

¶ PRIORES OFFICIORUM, Idem qui supra Principes officii nuncupantur, Primi officialium, id est Ministrorum & apparitorum Judicis vel Rectoris provinciae. Acta Martyrii S. Mammarii apud Mabil. tom. 4. Analect. pag. 98. *Tunc Anulinus Proconsul jussit eos ad thermas educi, ut ibidem igni cremarentur. Georgius autem & Menas Priores officiorum, dum aperirent vas thermarum, igni exsiliante spiritum emisserunt.*

PRIORES SCRINII, in Cod. Th. de Proxim. Comit. dispos. qui *Principes scriniorum*, Lampridio in Alexandro. [Πριόρες τῆς ἀριθμῆς apud Justinian. Nov. 112. cap. 11. Vide Gloss. med. Græcit.]

PRIOR, in Chartis Dalmaticis, Magistratus, à quo pleræque civitates Croatiae & Dalmatiae regebantur, qui postmodum *Comitis* appellatione donatus est. Vide Jo. Lucium lib. 2. de Regno Dalm. cap. 8. 16. lib. 3. cap. 12. Ab Italis hausserunt Dalmatæ: Italis enim *Priori* sunt præcipui urbium Magistratus, ut apud Joannem Villaneum lib. 1. cap. 38. lib. 9. cap. 77. ubi & *Prioris* dignitas *Prioratico* nuncupatur: *Priorato* vero, lib. 6. c. 55. Inscriptio in Ecclesia S. Nicolai Barenensis, apud Antonium Beatillum lib. 2. Hist. Barenensis: *Tempore Regis W. & Prioratus Domini Nicolai Corbelli Primicerii an. D. N. J. C. 1188.* Acta Martyrii S. Mammarii: *Invenerunt . . . Victorianum Diaconum in sancta Dei Ecclesia, una cum Libaso Priore civitatis, &c.* Chronicon MS. Andreæ Danduli an. 998. *Inter quos Vegliensis & Arbensis Episcopi cum earum civitatum Prioribus. Priorem civitatis, habent etiam Liberatus Diaconus cap. 23. Senator lib. 8. Epist. 26. Julius Africanus lib. 1. &c. De his videtur intelligendus Fulgentius lib. 1. Mythol. Va-*

cat hoc tempore potentibus opprimere, Prioribus rapere, privatis perdere, miseris flere.

¶ PRIORES, apud Italos Consules, Scabini seu urbis Consiliarii. Diplom. Jac. Insulani Cardin. in Append. Antiq. Hortæ Ill. Fontanini pag. 457. *Præterea contentamur & volumus manutenere . . . officium Potestatis dictæ civitatis Hortanæ . . . Similiter, quod consuetum officium quatuor Priorum, unius cancellarii, & unius camerarii civitatis vestræ, dictique Priores, cancellarius, & camerarius . . . esse debeant cum salariis solvi solitis eis . . . quorum Priorum salarium decernimus esse florenos duos omni mense pro quolibet eorum.* Ii apud Florentinos sequiori tempore *Domini* sunt appellati, tametsi inter artifices mercatoresve eligebantur per duos tantum menses urbem administraturi.

¶ PRIOR JURATORUM, Idem qui alibi *Major* dictus, primus inter *Juratos* seu scabinos. Charta an. 1288. apud Rymer. tom. 2. pag. 403. *Raymundus Bernardi de Curbe Prior predictorum Juratorum, &c.*

PRIOR LOCI, Dominus, *Senior, Seigneur*. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 1. §. 8. *Ad cujus domum venerit fugitivus, Prioris loci illius villicus atque Præpositus, quibuscumque testetur.* Ubi Fori Hispanici: *El senior da quella terra.*

¶ PRIOR PRESBYTER. Vide in *Presbyter*.

PRIOR SCHOLÆ, Primus in schola cantorum, qui primus, dum sacra facit Pontifex, *Antiphonam ad introitum* incipit, ut est in Ordine Romano.

PRIOR SCHOLÆ REGIONARIÆ, apud Bennonem Cardinalem in Vita Hildebrandi: *Poppo Prior scholæ regionariæ cum omnibus suis Subdiaconis.*

PRIOR SCRINIARIORUM, apud eundem Bennonem.

PRIOR, pro Abbate, crebro occurrit in Regula S. Benedicti cap. 4. 6. 7. 13. 20. 43. 53. &c. Vide Menardum ad Concordiam regular. pag. 691.

PRIOR, Qui primus est post Abbatem, de cujus officio præter lib. Usuum Ordin. Cisterciens. c. 111. sic Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 3. *Servata Abbati in omnibus reverentia, Prior, qui & Præpositus, in regula nominatur, honorabilior est reliquis ministris domus Dei. Ipse solus ceterorum ministrorum primum suæ partis locum habet in choro, in capitulo, in refectorio, &c.* Hoc vero *Prioris* nomen ea notione, quæ *Præpositum* denotat, posterioris avi esse, & tempore Cœlestini V. PP. tantum innotuisse observatum à viris doctis. Vide *Decanus*.

PRIOR MAJOR, in libro MS. Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 5. ubi ejus officium describitur, & absente Abbate ejus vices fungi dicitur, ita tamen, ut obedientarios instituere non possit aut deponere, nullum de Monasterio ejicere, aut ejectum recipere, vel etiam novitium benedicere. Ad ejus autem officium pertinet tam præsentem quam absente Abbate cymbalum pulsare, & tabulam ad laborem, & monitum in Dormitorio, & corrigere mendas legentium in Ecclesia & in Capitulo, &c. Agit etiam de ejus officio Udalricus lib. 3. Cluniac. Consuet. cap. 4. ut & Bernardus Mon. in Consuet. ejusdem Monasterii MSS. cap. 3.

¶ PRIOR MAGISTER, Idem qui *Prior major*, in Charta an. 1181. ex Tabul. Majoris Monasterii.

¶ PRIOR CLAUSTRALIS, apud Fontanellenses, primus post Abbatem. Consuet. Fontanell. MSS. *Prior Claustralis præ cæteris post Abbatem potest & debet esse in opere & sermone, ut exemplo vite verboque doctrina fratres suos instruere possit in bono.* Sæpius tamen

PRIOR CLAUSTRI, vel *Claustralis, Vicarius Majoris*

Prioris per omnia, qui in clauſtro jugiter manet, abſente Abbate & Magno Priore, & qui pondus totius ordinis portat, apud Bernardum in Conſuetud. Cluniac. cap. 4. & Udalricum lib. 3. cap. 6. ubi plura de ejus officio. Caſinenſes ad cap. 65. Regulæ: Præpoſitus Monafterii, ſecundum morem noſtrum Prior Clauſtralis vocatur. Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Bened. Prior clauſtri, quocunq; Major Prior eat, ſi fieri poteſt, in clauſtro vel circa clauſtrum ſemper debet eſſe, & ordinem clauſtri in omni ſollicitudine ſeruari. Arnulfus Lexoviienſis in Epistoſis pag. 48. Priore clauſtri remoto, quia altioris ingenii credebatur, . . . Episcopuſ Priorem conſtituit idiotam. Hugo Flavinianenſis pag. 269. Et illo promotuſ ad Abbatem, cum Prior eſſet, in locum ejus ſubſtitutuſ eſt, & poſt, cum Diviſionem commiſſiſſemus, clauſtralis ibi Prior habituſ eſt. Vide Hæſtenum lib. 3. Diſq. Monast. tract. 6. diſq. 2.

☞ At ne nimia ſollicitudine Prior clauſtri gravaretur, ei adjuutores ab Abbate dabantur, qui eodem Prioris nomine gaudebant; idque inprimis in majoribus monaſteriis, ubi interdum quintuſ Prior inſtituebatur, ut pro Monasterio S. Dionyſii ex Charta Caroli Regentiſ ann. 1362. in Regeſto 92. Chartophylacii Regii conſtat: *Celebrabuntur per Subpriorem, tertium priorem, quartum priorem, quintum priorem. Ii vero Coadjuutores Prioris vocantur in Conſuet. MSS. Fontanell. Poſtquam dictum eſt de Priore, videtur dicendum de Suppriori & tertio Priore, quaſi de Coadjuutoribus Prioris.*

☞ PRIOR CONVENTUALIS, Qui Conventui præeſt. Statuta Ordin. Cluniac. MSS. *Prohibemus ne aliquiſ Prior de ordine (Cluniaceniſi) qui Conventualis non fuerit, ad titulum domuſ ſibi commiſſæ aliquem ad ordines recipiendos præſentet.*

☞ PRIOR FORENSIS, Cui prioratuſ ſeu obedientiæ à majori Monasterio dependentiſ cura demandata eſt. Capitul. gener. S. Victoris Maſſil. MSS. *Quandocunq; contigerit quod Priores forenſes ſeu monachi devotione compuncti voluerint præter honuſ monaſterii in dicto monaſterio impendere ſamulatuſ, &c.*

☞ PRIOR LOCALIS, Alicujus ſcilicet monaſterii.

☞ PRIOR PROVINCIALIS, Qui uniuſ provinciæ monaſteriis invigilat apud Dominicanos præſertim. Charta apud Madox in Formul. Anglic. pag. 342. *Sigilla officii R. P. noſtri Prioriſ Provincialiſ noſtri Ordiniſ in provincia Angliæ, ac Prioriſ localiſ Conventuſ noſtri antedicti. . . ſunt appenſa. Charta fundat. Fr. Prædicat. Narbonæ ann. 1231. inter Inſtrum. tom. 6. Gall. Chriſt. novæ edit. col. 62. Nomine fr. Jordanis magiſtri ordinis, & fr. Raimundi de Miromonte Prioriſ Provincialiſ. Charta an. 1243. ibidem col. 155. Præſentibuſ etiã viriſ religioſiſ fr. Pontio Priore Provincialiſ Fratrum Prædicatoruſ in Provincia, &c.*

☞ PRIORES, Præcipui in Ordine Hoſpitalariuſ S. Johanniſ Hieroſol. poſt Bajuloſ. Bernh. de Breydenbach Itiner. Hieroſol. pag. 271. *Nec deſuerunt magnanimitate Bajulini, Priores, Præceptoreſ, ac fratres ſacri Ordiniſ Iberoſolimitani. . . qui pro fide orthodoxa fortiter pugnare non formidant. Vide Bajuloſ 4.*

PRIORISSA, in Monasteriis Sanctimonialiuſ, apud Cæſarium Heiſterbachenſem lib. 10. c. 16. [Marten. tom. 3. Anecd. col. 1705. Madox Formul. Anglic. pag. 10. & Buſchium de Reformat. Monaster. tom. 2. Script. Brunſvic. Leibnit. p. 487. Vide Prioſa.]

PRIORATUS, Dignitaſ præcipua in Monasterio, apud Gregorium M. lib. 4. Epist. 4. Ordericuſ Vitaliſ lib. 4. pag. 543. *Ad Prioratuſ officiuſ pro-*
Tom. V.

moveri promeruit. [Prioratuſ major, dignitaſ majoriſ Prioriſ, in Bulla Pauli III. PP. an. 1549. in Miacer. Inſulæ Barbaræ pag. 261.]

PRIORATUS, Obedientia, ſeu minus beneficium, à majori Monasterio dependens. Charta Philippi I. Regiſ Franciæ ann. 1119. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 301. *Et quia certum eſt quod ſinguli Prioratuſ, ad Abbatem & Monasteriuſ Cluniaceniſe pertinentes, per Abbateſ Cluniaceniſeſ acquiſiti ſunt, & eiſ dati ad ſuam & Monachoruſ ſuoruſ, & pauperuſ Chriſti ſuſtentationem, & quod à fundatiōe Ordiniſ Cluniaceniſiſ eſt obſervatuſ, quod Abbas Cluniaceniſiſ Prioratuſ ſuoſ committit regendoſ & cuſtodiendoſ, ſicut rem ſuam propriam, cuicunq; voluerit de ſuiſ Monachis, ſine aliqua diſtinctione, electione, vel certa perſonæ requeſitione, vel nominatione, & eoſdem removet quando ſibi bonum videtur & utile, &c. [Adde Hiſt. Dalphin. tom. 2. pag. 56. 57. &c.] De ejuſmodi Prioratuſ origine diximuſ in voce Obedientia 1.*

☞ Occurrit eadem ſignificatione hæc vox in Charta Archembaldi Borbonenſiuſ Principiſ ſub ann. 1040. qua alodum ſuum, in loco Vivariſ ſituſ, Navenſibuſ monachis concedit, tom. 4. Annal. Bened. pag. 441. quo forte exemplo nullum antiquiſ exiſtare ad cellam ſeu obedientiam ſignificandam obſervat ibidem Mabilloniuſ.

☞ PRIORIA, Eadem notione, apud Albericuſ in Chron. ad an. 1129. *Domuſ S. Victoriſ Pariſienſiſ, quæ erat Prioria nigrorum monachoruſ de Maſſilia, ejeſtiſ prædictiſ monachis, adductuſ eſt conventuſ Regulariuſ de S. Rufo de Valentia per magiſtruſ Hugonem, qui dictuſ eſt de S. Victore. Occurrit ruruſ apud eundem ad an. 1212. Teſtament. Henr. le Scrop an. 1415. apud Rymer. tom. 9. col. 275. Item, lego Prioria de Bridlington centum ſolidoſ, ſub iſta conditione. . . quod quilibet canonicuſ in prædicta Prioria, &c.*

PRIORARE, Priorem facere, creare. Epitaphiuſ Raymundi V. Epiſc. Tolofani apud Catellum:

Monpeſſulanuſ ipſum de Fratrem Priorat.

Baldricuſ Abbas Burguliienſiſ:

Jure Priorarat te cætuſ, Petre, Dolenſiſ.

☞ PRIORARI, Priorem eſſe, apud S. Bernarduſ Epist. 270. *Priorabitur iterum, ut conſido, qui Prior fuit; ut non gloriatur omniſ iniquitaſ. Alioquin (quod non fruſtra timemus) niſi Prior reſtituatur in gradu ſuo.*

☞ PRIORISTA, Cataloguſ Magiſtratuſ, qui Prioreſ appellabantur. Acta S. Clariſi Florent. tom. 6. Maii pag. 162. *Quæ familia in republica Florentina etiã dominata eſt, uti in Prioriſtiſ civitatiſ hujus videre eſt. Vide ſupra in Prior.*

☞ PRIORITAS, Prioruſ ſeu majoruſ ac patrum ſerieſ. Litteræ Edwardi I. Reg. Angl. an. 1282. apud Rymer. tom. 2. pag. 196. *Proditoreſ noſtri Lewelinuſ filiſ Griffini & David frater ejus. . . (quoruſ tota Prioritaſ ſemper, retroactiſ temporibuſ, proditioneſ & guerraſ multiformeſ fecerunt noſtra Prioritati & nobiſ) proditorialiter contra noſ inſurrexerunt. Vide Prior.*

☞ PRIOSA, ut ſupra Prioriſſa in Prior, à Gall. Prieuſe. Necrolog. Parthen. S. Petri de Caſiſ: iv. Auguſti, obiit. . . *Franciſca de Langiaco Prioſa de Sanſaco.*

☞ PRIPEGALA. Epist. Concil. Saxon. an. circiter 1110. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 626. *Phanatici autem illoruſ (ſlavoruſ infidelium) quotienuſ comeſſationibuſ vacare libet, ſeruſ in dictiſ, capita, inſuunt, vult noſter Pripegala. Hujſmodi fieri oportet ſacrificia. Pripegala, ut aiunt, Priapuſ eſt & Beelphegor impudicuſ. Vox, ut videtur, compoſita ex Priapuſ contracte ſcripto, &*

zal, quod Saxonibus libidinosum, venereum, fallacem sonat: Germani nunc *Geil* eadem notione usurpant. Vide Schilteri Glossarium Teuton. in voce *Gail*.

PRIÆ, seu *Captiones*, dictum quidquid ex subditis & tenentibus capitur ad expensas Regis & Domini, quod legitime & debite persolvi debet. Statuta Davidis II. Regis Scotiae cap. 40. *de prisas capiendis: Statutum est, quod nihil capiatur à communitatibus ad usus Regis, sine prompta solutione: nec etiam aliqua capiantur ad Prisaam, nisi ubi & secundum quod fieri consuevit.* Cap. 48. §. 2. *Et capientur omnia capienda secundum consuetudines antiquitus approbatas, & de terris illis, de quibus Prisa Regis & servitia debent sumi.* Cap. 50. *Tenentur ad expensas domus domini nostri Regis secundum Prisas ibidem antiquitus consuetas.* [Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. cap. 32. *Ne ils n'ont Prise, ne justice, ne seignorie en l'hons le Roy.*] Ita autem hæc prisæ fiebant à dominis, ut pretium exsolvere intra statum tempus ac definitum tenerentur. Charta an. 3. Edwardi I. Regis Angl. *Robertus de Montealto clamat habere libertates has subscriptas, videlicet Castellum suum de Risinge, cum Prisis 40. dierum, id est, ut intra 40. dies pretium reddatur.* Ita enim statuitur in primo Statuto Westmonasteriensi ejusdem anni 3. Edw. I. cap. 7. quo vetantur Constabularii ac Castellani prisas alibi capere, quam in castris ac castellis, vel urbibus, quibus præfecti sunt, ita tamen ut supra 40. dies pretium rerum captarum exsolvant, nisi ejusmodi prisæ ab antiquo Regi, vel castello, vel domino castelli debeantur. Adde cap. 32. & Articulos super Chartas editos an. 28. Edw. I. cap. 2. Vide Gul. Prynneum in Libertatibus Eccles. Angl. tom. 3. pag. 846.

Neque aliæ sunt *Prisæ*, de quibus Gervasius Dorobern. an. 1170. de Justitiariis itinerantibus: *Et de omnibus Prisis (Vicecomitum) inquirant causam & testimonium.* Infra: *Et omnes Prisas & causas, & occasiones earum scribant separatim.* Matthæus Paris an. 1232. ait, Regem Henricum III. in ratiocinio, quod ab Huberto de Burgo Proto-Justitiario exegit; illud fuisse, *de Prisis factis pro jure suo relaxando, tam in terris quam in mobilibus.* Thomas Walsinghamus an. 1297. *Quia nimis afflicti sunt per diversa talliagia, auxilia, Prisas, videlicet de frumentis, avenis, braseo, lanis, coriis, bobus, vaccis, carnibus falsis, sine solutione alicujus denarii, de quibus se debuerant sustentasse.*

Proinde *Prisa* Anglis, idem est quod *Creditio* nostris, de qua voce supra. In quibus porro rebus caperentur, docet Charta Henrici VI. Regis Angl. pro Monasterio Ramseienfi: *Liberi sint & quieti à quibuscunque Prisis, chiminagiis, & captionibus caria-giorum, equorum, carectarum, & aliorum caria-giorum: nec non frumenti, ordeï, siliginis, avenarum, fabarum, pisarum, boum, bovicularum, vaccarum, jumentorum, ovium, porcorum, porcellorum, caprarum sive hedorum, agnorum, vitulorum, aucarum, caponum, gallinarum, pullorum, columbarum, denticium, & anguillarum, ac omnium aliorum piscium recentium quorumcumque, & aliorum volatilium, victualium, & ferarum suorum, salis, sæni, straminis, marremii, bosci, subbosci, focalium, carbonum, aliorumque utensilium suorum quorumcumque.*

PRIÆ VINORUM. Charta Edwardi Reg. Angl. apud *Madox Formul. Anglic.* pag. 63. *Concedimus... unum aliud dolium vini singulis annis, de recta Prisa nostra (in civitate Cestriæ)... Volumus etiam... quod quando & quociens contigerit præfatos Abba-*

tem & Conventum... de prædictis duobus doliis vini... non pacari, ... eo quod Prisa vinorum eo anno non evenerint; quod proximis anno vel annis, quo vel quibus, quamcunq; & prout Prisa vinorum evenerint... plenarie satisfiat. Hæc commode explicat Charta apud Th. Blount in *Nomolex. Angl. Memorandum, quod Rex habet ex antiqua consuetudine de qualibet nave mercatoris vini 6. carcat. applicante infra aliquem portum Angliæ de viginti doliis, duo dolia, & de decem doliis unum de Prisa regia pro quodam certo ab antiquo constituto solvendo.*

Prisas autem Regias, seu pro hospitio Regis, apud Anglos, non tam antiquas, quam dominorum feudalium putat Spelmannus, nec fere auditas ante Edw. I. colligit ex Ilippo Archiepiscopo Cantuariensi in Libello, quem *Speculum Edwardi* inscripsit: tametsi vox *Prisa* pro captione, dicta cenferi possit à *prindere*, de qua supra, forte etiam à nostra, *prisée*, defumta fuerit, id est *appretiatio*, quod ejusmodi res caperentur à dominis juxta *appretiaciones*, quæ de iis fiebant, [ut infra videre est in v. *Prisare*.] Ejusmodi *Prisas* interdixit in urbe Parisiensi Rex Carolus Statuto 4. Decembr. ann. 1367. quod descriptum legitur in libro rubeo Castellæti Paris. quæ sic indicantur: *Pour causes des Prinses, que l'en a fait par long-temps, & que chascun jour l'en faisoit, de chevaux, de charettes, de bleds, de vins, de foin, d'avoine, de fourrages, de constes, de coiffins, de draps, de couvertures, de cuivre, chiefs, de bestail, de poullailles, de tables, & autres biens & choses, que l'en prenoit pour les garnisons de notre hostel, & des hostels de la Royne, de nos freres, de notre connestable, & d'autres de notre lignage, &c.* Ubi tamen excipiuntur culcitæ & pulvinaria, fœnum, palea & avena pro equis, quorum pretium exsolvi debeat. Vide Statutum aliud Philippi Regis an. 1345. quo etiam vetantur, in Regeſto Temporalit. Camerae Comput. f. 198. [Consulendi omnino Indices Ordinat. Reg. Franc. ubi multa in hanc rem utiliter legenda indicantur.]

PRIAGIUM, Anglis *Prisage*, Jus prisas capiendi, vel ipse actus, apud Spelman. At ubi occurrat non scribit.

PRIALIÆ, ut *Repræsalia*, Jus recipiendi, quod cuiquam per vim ablatum fuerit. Litteræ Henrici V. Reg. Angl. ann. 1421. apud Rymer. to. 10. pag. 100. *Propter marquam, contromarquam, aut Prisalias seu repræsalias, &c.* Rursum occurrit ibid. Vide *Præsalia*.

PRIARE, Pretium ponere, æstimare, *Priser*. *Prisator*, æstimator, *Priseur*. Charta Ingelranni III. Dom. Codiciac. ann. 1207. in *Histor. ejusd. loci* pag. 169. *Prisatorem nostrum hominem de Pace habebimus, qui præſtito juramento & bona fide omnia venalia pro coquina mea Prisaabit.* Hinc firmatur Cangii conjectura de vocis *Prisæ* origine, quam à Gallica *Prisée* defumtam suspicatus est. Vide *Pretium Regium*. Charta ann. 1255. ex *Tabular. Blein. Item Prisator qui faciet prisas judicatas vel concessas prædicto Oliverio, &c.* Vide *Pretiare*. *Prisantier* nostris, pro jactator, qui se *prise*, se vante. *Le Roman de Partonopex MS.*

*Ceux sont moult meillor Chevalier,
Qui ne sont pas si Prisantier.*

PRISELLIANI, **PRISELLIANISTÆ**, Hæretici ab auctore suo Priscilliano nuncupati, primum damnati sunt à Conc. Cæsaraugust. an. 381. De iis consule S. August. Hær. 70. Sulpit. Sever. *Hist. sacr.* lib. 2. Idatii *Chronic.* inter Concil. Hispan. tom. 2. pag. 172. *Indicem vett. Can. ibid. tom.*

3. pag. 45. Baronium ad annum 381. & alios.
- ¶ 1. PRISIA, Exactio, *malatolta*, jus capiendi ex subditis ea quæ domino sunt necessaria; item sub custodis manum positio, *Prise*, Practicis nostris. Charta Ludovici Philippi Reg. primog. an. 1209. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1090. *Quod non poterimus boscum vendere, neque Prisiā aut talliam in eis facere, &c.* Charta Philippi Aug. ann. 1210. ibid. col. 1098. *Quod nullum hominem neque feminam qui sit de domaniis suis aut de custodiis aut de communiis sive de franchisiis aut de villis in quibus habet Prisiā suas, recipiemus, aut in domaniis, aut in custodiis, . . . aut in villis in quibus habeamus Prisiā nostras.* Stabilimentum ejusd. Reg. an. 1214. to. 1. Ordinat. p. 33. *Habebunt de cetero electionem Crucesignati eundem in exercitum, si voluerint, vel ponendi portionem suam in Prisiā, pro redemptione exercitus facta. Et si gravati fuerint de Prisiā ad diocesanum Episcopum, vel ejus officialem habebunt recursum Quod si à communiā aliquid accipiatur propter exercitum Regis, vel clausuram villa, vel defensionem villa ab inimicis obsessā, . . . partem suam (Crucesignati) ponent in Prisiā, sicut & alii non Crucesignati.* Regest. de Temporalit. fol. 261. *Procuratores dictorum conquerentium requisiverunt, quod res contentiosa ad manum nostram, tanquam superiorem, propter debitum hujusmodi ponerentur & tenerentur in ea, debito pendente predicto, & per eandem manum nostram fieret de dictis Prisiis recedentia personis, super quas dicta Prisiā facta fuisse dicuntur.* Regest. Olim fol. 68. v°. *Dicti Major, jurati & communiā impediabant eosdem in saisina predicta, & quasdam Prisiā quas dicti religiosi fecerant ibidem, propter causam predictam in manu Regis poni fecerunt.* Vide *Prisio* & *Prisā*.
- ¶ 2. PRISIA, Captura, *Prise*: item Jus reos capiendi & in carcerem conjiciendi. Charta Guidonis Comit. Nivern. an. 1234. ex Tabul. Autiss. *Quoniam misa & expensa Prisiarum & arrestorum burgensium Autissiodorensium pagari solent de censa supradicta, &c.* Arrestum Parlamenti ann. 1287. in Tabul. S. Richardii: *Quod ipsi sunt in bona saisina durantibus tribus diebus festi S. Richardii habendi custodiam festi & capiendi & arrestandi justitiando personas in quibus cadit Prisiā vel arrestum Quod oporteret facere Prisiā justitiando ubicumque festum se extendit.* Litteræ Guillelmi Episc. Lingon. ann. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. p. 251. *Lidit Religieux (d' Auberrve) par leur gent ont la Prise, la detencion, la cognoissance & le jugement en touz cas criminelz.* Vide *Prisonator* in *Priso* 1.
- ¶ 3. PRISIA, Pars, portio. Dicitur de aqua pratis irrigandis necessaria. Terragium Bellijoc. *Super ad aquagio seu Prisiā aquæ pro rigando & adaquando quoddam ipsorum consentientium pratum.* Vide *Prisio* 2.
- ¶ 4. PRISIA. Charta locationis an. 1404. qua Abbas Leoncelli Ord. Cisterc. dat per unum annum & unam Prisiā herbas montis Ambelli sub loquerio seu pretio sexdecim florenorum. Id est, ad unam frugum perceptionem; Galli diceremus *pour une recolte*.
- ¶ 5. PRISIA, Æstimatio, proclamatio, Gall. *Prisée, Criée*. Locus est in *Prisure*.
- ¶ 1. PRISIO, Carcer. Vide *Priso* 1.
- ¶ 2. PRISIO, Portio, pars, quam aliquis habet in re quapiam cum aliis. Testam. Guifredi Comit. Cerritan. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 432. *Quantum ibi habeo, vel habere debeo, sive per Prisione, sive per parentorum, vel per qualicumque voce, usque in fluvio Sigarim, veniat in manu filii mei Bernardi.* Vide *Aprisiones*, *Prendere*, & *Priso* 2.

- ¶ 3. PRISIO. Statuta Eccl. Nivern. an. 1246. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1070. *Inhibemus etiam sub eadem (excommunicationis) pœna, ne Prisiones canonicorum, clericorum, seu servientium ipsorum quas inter Pascha & Pentecosten aliqui vestrum usu detestabili quandoque faciunt, de cetero faciatis.* Hæc inter inhonesta & quæ præter debitam ecclesiæ reverentiam fiebant recensentur: unde suspicor pravam hic aliquam respici consuetudinem ad hujus ætatis mores accommodam, qua scilicet solebant inter Pascha & Pentecosten Ecclesiasticos, qui in publicum prodibant, comprehendere, quomodo Apostoli statim post Christi passionem à Judæis comprehensi fuissent, nisi eorum fugissent conspectum, quam vexationem sine dubio pecunia redimere cogebantur Ecclesiastici. Hæc divinando.
- ¶ PRISIONAGIUM, PRISIONARE, PRISIONARIUS, &c. Vide in *Priso* 1.
- ¶ PRISIS, Vis, violentia. Charta apud Meichelbec. tom. 2. Histor. Frising. pag. 95. *Post sacramentum dixerunt quod ipsa ecclesia haberet injuste per Prisem, & per legem reddere deberet.* Vide *Pressa*.
- ¶ PRISIUM, Salarium prisatoris seu æstimatoris. Charta ann. 1255. in Tabul. Blein. *Item prisator qui faciet prisias judicatas vel concessas predicto Oliverio, mandato nostri vel nostri allocati, debet habere suum Prisum sicut consuetum est in vicecomitatu de Rohan.*
1. PRISO, Captivus, incarceratus, Gall. *Prisonnier*, qui in bello capitur, *prehenditur*, vel *prenditur*. [Ital. *Prigione*. Charta Richardi Reg. Angl. ann. 1195. apud D. Brussel de Usu feud. to. 2. pag. xvii. *Hiis omnibus pactis, Comes Leicestria, & omnes Prisiones, & hostagii Prisonum, prout divisum est, hinc & inde liberabuntur.* Charta S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1261. ex Chartul. Domus Pontifar. *Hoc tamen nobis retento, quod in aliqua parte dicti manerii Prisiones nostros de comitatu Bellimontis possimus facere custodiri.*] Rogerus Hovedenus pag. 541. *Prisiones vero qui cum domino rege sinem fecerunt ante factam pacem cum Domino Rege, &c.* Romualdus Salernitan. in Chron. MS. ann. 1152. *Consentiente Castellano . . . carceres sunt aperti, & . . . multi alii Prisiones subito exeuntes carcerem, arreptis armis coeperunt insilire palatium.* Utuntur Matth. Paris p. 259. 384. Rigordus p. 64. Matth. Westmonast. ann. 1217. Bromptonus pag. 1076. Albericus ann. 1215. Bracton. lib. 3. Tr. 2. c. 8. §. 5. & alii passim. Sed & nostri ita *prisons* dixerunt, quos posterior ætas *prisonniers*. W. Guiart:
- Ont, se le voir en devisons,
Vint deus Chevaliers Prisons
Au Roy S. Louys presentés.*
- Le Roman de Garin:
- Et les Prisons à Paris envoia.*
- Et alibi:
- Et des Prisons en vos chartres geter.*
- [Le Roman de Guillaume au faucon MS.
- Que se sires vient du tournoi,
Quinze Prisons enmaine o soi,
Chevaliers riches & puissans;
Li autres gaains est moult grans.]*
- Vide Glossarium ad Villharduinum v. *Prison*.
- ¶ PRISIO, Eodem significatu. Conventiones treugæ an. 1220. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 1144. *Dedit (Philippus Rex Franc.) rectas treugas de se & hominibus suis, . . . salvis Prisionibus nostris quos penes se habet.* Genealog. Comit. Flandr. apud eundem. tom. 3. Anecd. col. 422. *Fecit (Ludovicus Comes) Prisiones suos de Brugis in curru ponere, proponens eos abducere & villam exire.*

PRIISO, Carcer ipse, ex Gallico *Prison*. Henric. de Knyghton ann. 1293. *Reliquos in Prifone fortiffimo loci ejufdem concluferunt.* [Mandatum Philippi Pulcri an. 1302. apud Menefter. Hift. Lugdun. pag. 86. *Item quod non ponent, nec tenebunt aliquem in Prifone, feu carcere pro debito, nifi per litteras noftras regias ad hoc fpecialiter fuerint obligati. Vide Prexio.*]

PRIISO, Eadem notione. Guill. de Podio Laurentii in Chronic. cap. 52. *Semetipfum reddidit Prifioni feu carceri Senefcalli domini Regis Francia.* Infra: *Quo ita recepto in Prifone Regis, &c.* Nangius in S. Ludovico pag. 364. *Quibus captis, & in Prifonem ductis, &c.* [Chartul. Latiniac. *Quod cum baillivus fuus teneret in Prifone fua propofitum ipfius abbatis, &c.* Charta ann. 1306. in Tabul. Majoris Monafter. *Ratione mortis ipfius tenebantur apud Lehonium in Prifone prioris.* Adde D. Bruffel de Ufu feud. tom. 1. pag. 223. Marten. to. 3. Anecd. col. 406. 410. 422. 426. 435. &c.]

PRIISONA, Eodem pariter fignificatu, apud Matth. Paris pag. 180. *Jacet in Prifona noftra.* Bromptonus ann. 1193. *Et ibi fe reddidit Prifona in mifericordia Regis patris.* Utitur pag. 1155.

¶ **PRIISONIA**, ut *Prifona*. Ital. *Prigionia*. Charta ann. 1241. apud Baluz. to. 2. Hift. Arvern. pag. 115. *Dictus Guiodus fine diffidatione me cepit & in Prifoniam pofuit.* Charta Matthæi Abb. Sandion. ann. 1285. ex Chartulario Domus Dei Pontifar. *Cum magifter & fratres Domus Dei Pontifarenfis diu domino Regi supplicaffent ut ipfe eis concederet & in perpetuum dimitteret Prifoniam feu carcerem de Campaniis, &c.* Adde Leges Normannorum c. 88. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 163.

PRIISONARE, & **IMPRISONARE**, Incarcerare, Gall. *Emprifoner*, Ital. *Imprigionare*. [Anonymus de geflis Manfredi & Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 612. *Hos tamen qui nihil de excogitata fraude prafenferant ad vocationem predictam, pure & fimpliciter venientes, ftatim dominus Henricus cepit, captosque juffit in Capitolio Prifonari.*] Gefla Friderici II. Imp. pag. 883. *Captosque juffit in Capitolio Prifonari.* Charta Libertatum Angliæ apud Matth. Paris an. 1215. *Nullus liber homo capiatur vel Imprifonetur, aut diffeifietur pro aliquo libero tenemento fuo, &c.* [Imprifonetur, apud D. Bruffel de Ufu feud. tom. 2. pag. v.] Infra: *Exceptis Imprifonatis & utlagatis.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Quem tenebat Imprifonatum.* Utitur Concil. apud Castrum-Gonterii ann. 1336. cap. 6.

¶ **PRIISONARE** & **IMPRISONARE**, Eadem notione. Lambertus Ardenf. in lemmate cap. 95. lib. 4. Hift. *Quomodo Arnoldus de Ghifnis . . . captus & Prifonatus eft.* Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 2017. *Obligantes . . . corpora fua Imprifonanda pro predictis omnibus & fingulis adimplendis.*

¶ **APPRIISONARE**, Eodem fignificatu, in Charta ann. 1434. ex Tabul. Archiep. Aufc. *Infidiando tranfeuntibus pro eis depredandis, capiendis, & Appriifonandis.* Vide *Appreyfonare*.

IMPRISONAMENTUM, dicitur Leguleis Anglicis, injufta captio & injufta detentio, in vinculis, vel fine, in cippo, vel alia pœna majori vel minori. Cum fcilicet liber homo captus fuerit, & *imprifonatus* fuerit contra pacem Regis: ratione cujus *Imprifonamenti* fieri potefl appellum. Ita Bracton. lib. 3. Tract. 2. c. 25. §. 1. & Fleta lib. 1. cap. 26. §. 2. 3. c. 42. §. 1. [Hinc emendanda Charta an. 1293. apud Rymer. to. 2. pag. 613. ubi *Imprifonamentum* legitur.]

¶ **PRIISONATIO**, Incarceratio, Gall. *Emprifonne-*

ment. Charta condonationis Caroli VI. Regis Fr. ann. 1383. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1590. *Prifonationes, captiones & fubverfiones officiariorum, gentium, & aliorum fubditorum noftrorum . . . indulgemus.*

IMPRISONATIO, in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 9. §. 4. *Sit punitus per gravem Imprifonationem ad voluntatem Regis.*

PRIISONAGIUM, Idem quod *Carcerarium*, & *Geolagium*. Vide in his vocibus. Charta libertatum Novæ Bafidæ in Occitania an. 1298. in Regeflo Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1299. n. 16. *Item quod nullus, qui in carcere dictæ Bafidæ detentus fuerit, & per fententiam fuerit abfolutus, nihil dare pro Prifonagio teneatur, &c. . . fi quis vero in hoc cafu folvere Prifonagium teneatur, & fuerit nobilis, folvat 12. den. Tholofan. pro Prifonagio: fi vero homo alterius conditionis fit, folvat pro Prifonagio 6. den. Tholof.*

¶ **PRIISONAGIUM**, Eadem notione. Charta Rogerii Comit. Fuxenf. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1275. *Ita etiam quod dicti prifiones, quos nos tenemus, debent folvere, quando liberabuntur, Prifonagium fuum, & fumptus quos in prifonia fecerunt.* Vide *Prifonagium*.

PRIISONARIUS, Idem quod *prifo*, Carceri mancipatus, vel qui in bello capitur, ex Gall. *Prifonnier*. Henr. de Knyghton ann. 1348. *Adduxit ad turrem Londonienfem Carolum de Blois de Britannia Prifonarium.* Mox: *Prifonarii vero Francigena strenue femifcuerunt noftris.*

¶ **PRIISONARIUS**, Eodem fignificatu. Charta Caroli V. Reg. Franc. ann. 1378. in Tabul. B.M. de Bono-nuntio Rotom. *Et fi aliqui Prifonarii adducerentur dictis octo diebus durantibus pro complemento juftitiæ, &c.* Charta an. 1325. tom. 2. Hift. Dalph. p. 206. col. 2. *Idem Robertus (de Burgundia Comes Tornodor.) fe reponet & reddet tamquam Prifonarium dicti Dalphini, &c.* Occurrit rurfum apud Baluz. tom. 2. Hiftor. Arvern. pag. 463. Menefter. Hift. Lugdun. pag. 73. Marten. to. 1. Anecd. col. 1590. & alios. Vide *Prifonarius*.

¶ **PRIISONERIUS**, Eadem notione, in Arefto Parlam. Tolof. ann. 1498. *Si Prifonerios & præventos in caufa criminali coram præfatis officiariis . . . ad ipfos Viguerium & judicem Albia appellare contingat, &c.*

¶ **PRIISONNARIUS**, in Charta ann. 1401. ex Tabul. Trenorch. *Recognovit fe teneri ad custodiendos Prifonnarios vel malefactores.* Pluries ibi.

¶ **PRIISONNARIUS**. Charta ann. 1455. in eodem Tabulario: *Tenebuntur . . . custodire Prifonnarios terre S. Romani.*

¶ **PRIISONERIUS**, Carceris custos, *Geolier*. Conftitut. Jacobi Reg. Siciliae cap. 55. *Præcipimus quod cum aliquis . . . capi contigerit & in defectu fidejufforie cautionis carceri detineri, ne occasione detentionis eorum in carceribus juftitiariorum ipforum per Præfonerios, ut olim, exactio pecunia exerceatur indebita, &c.*

PRIISONATOR, [Cui competit jus prifonem feu carcerem habendi. Vide *Prifia* 2.] Fleta lib. 1. c. 20. §. 9. *De Prifonatoribus & prifonam habentibus vel facientibus.*

¶ 2. **PRIISO**, Pars feu portio quam *prendere* quis potefl ex proventibus cujufpiam tenementi. Tabul. S. Vincentii Cenoman. *Præterea unum arpennum vineæ in vita fua fibi . . . concessimus tali tenore, ut predictam vineam, prout melius potuerit, excolat, & unoquoque anno de ea duas fommæ viui de Prifone det.* Vide *Prifio* 2. & *Priza*.

¶ **PRIISO**, Eadem, ut videtur, notione, in Computo ann. 1202. apud D. Bruffel de Ufu feud. to.

2. pag. ccciii. col. 1. De Prifsonibus Richeri de Capella xxxv. l.

PRISTALDI. Vide *Preftaldi*.

¶ PRISTETUS, pro Præstitus. *Pristetum beneficium*, in præstitum seu præstariam concessum, in vett. formul. 37. & 59. Andegav. apud Mabill. to. 4. Analect. p. 256. & 270. Vide *Preftare* 2.

¶ PRISTINA, Vectigal, tributum quod à pristinis temporibus præstatur, cujus initium ignoratur, & à quo inductum, idem proinde quod *Consuetudo* 4. Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. cap. 2. editum à Camillo Peregrino apud Murator. tom. 2. pag. 257. *Spondidisti nobis . . . per unumquemque annum dare nobis collatam & Pristinam quam consueti fuistis dare.*

¶ PRISTINUM, pro Pistrinum, apud Anastasium in S. Silvestro to. 3. Murator. pag. 107.

¶ PRISTRINUS, pro Pristinus, apud Hickek. tom. 1. Thesaur. Ling. Septent. pag. 172. Grammat. Anglo-Sax.

¶ PRISUS, pro Prensus, captus, *Pris*. Capitula ad Leg. Alamann. cap. 22. *Si in clida misa non fuerit, & Prisa & temptata fuerit, &c.* Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1307. apud Rymer. tom. 4. pag. 273. *Solvendo pro quolibet dolio sic Priso, viginti solidos.* Vide *Prindere*.

¶ PRIVANTIA, Privatio. Appendix ad Agnellum in S. Severo apud Murator. tom. 2. pag. 191. *Si cui ergo malum aliquid esse videtur, ipse sibi testis est, quia malus est, & quod ipse effectus est per Privantiam, omnes indifferenter putat habere per naturam.*

PRIVATA, Latrina, secessus, Gall. *Privé*, vel *privée*, ut in Consuet. Meldensi art. 73. Catholicon Armoricum: *Cambroës, Gallic. Chambres privees, Lat. zeta, cloaca, latrina.* Jo. de Garlandia in Synonymis:

*Est latrina locus idem cacabunda cloaca,
Signat idem quasi triste regens tristega vocatur,
Nec non Privata conjungimus his sociando.*

Cæsarius Heisterbachensis lib. 3. cap. 14. *Monachus vero ob necessitatem nature, Privatam ascendens, dum in una sedium sederet, &c.* Occurrit iterum lib. 4. cap. 6. lib. 5. cap. 6. lib. 8. c. 92. *Camera privata*, in Chronico Trudonensi lib. 10. p. 470. Aurelius Victor in Epit. in Constantio: *Quasi ad ventris secreta secedens, &c.* Idem in Caracalla: *Secedens ad officia naturalia.*

¶ PRIVATUM, Eadem notione, in Statutis Mutin. rubr. 25. fol. 4. vº. *Et omnia Privata civitatis sic claudantur, & clausa teneantur, ut aliqua putredo ex eis videri non possit.*

PRIVATARIUS. Meminit Scylitzes pag. 705. τῆ πρῶτη τῶν πρῆταρῶν ædis S. Demetrii Theffalonicensis. Hic *Gazophylacii præsidem* interpretatur Goarus, quod *Comites rerum privatarum* dicerentur, qui privati principis patrimonii curam haberent. Certe *Privatum*, ararium proprium Augusti appellatum constat, ἰδιὸν Græcis. Sed *privatarii* in Ecclesia alibi non occurrunt, adeo ut de hac notione dubitare liceat.

PRIVATI, Curialibus opponuntur in Lege Wisigoth. l. 5. tit. 4. §. 19. qui scilicet nullum in civitate munus obeunt: *nulitibus*, in Lege 2. Cod. Th. de falsa moneta.

PRIVATUS, Familiaris, amicus: Gall. *Privé*. Capit. Caroli C. tit. 35. *Et ideo ad hoc veni, ut inter eos Privatus mediator existerem.* Mox: *Per Episcopos nostros ac per Episcopos nepotis nostri, & scripto & verbo tales causas nepoti nostro mandavit, pro quibus illi sic Privatus non erat, sicut antea fuerat.* Liber Faceti:

Qui nimis est Privatus, eum vitare necesse.
[Le Roman de Vacce MS.

*Li Dus Guillaume s'en est en un batel entrez,
De ses hommes mena douze de ses Privez.*
Le Roman d'Athis MS.

*Et des Privez & des estranges
Veulent congnoistre les louanges.]*

PRIVATIANI, Officiales Comitum Rerum privatarum, in l. 24. Cod. Th. de Palatinis sacr. largit.

PRIVATUM, in l. 12. Cod. Th. de Metatis, *balneum*, Tribonianus & Græci interpretantur, ut observat Jacobus Gothofredus: quomodo πρῆταρῶν usurpat Prochorus in Vita S. Joannis Evangelistæ. *Balneæ privatae* recensentur complures in Description. urbis CP. [Vide *Privata*.]

¶ PRIVERILE, Jus, ut videtur, primitiarum quod ecclesiis præter decimas interdum debetur. Testament. Petri Ermengaudi de Pozolas ann. 1088. inter Instr. to. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 131. *Donavit Domino Deo & S. Mariae de Cassiano, & canonicis ejusdem loci . . . totam ecclesiam de Calobris, totum & ab integrum quantumcumque habebat vel habere debebat cum ipso suo toto decimo, & cum suo toto Priverile, & cum quantumcumque ad ipsam ecclesiam jam dictam pertinet.* In Chartis quæ eadem de re exstant, v. g. in Charta an. 1092. ibid. col. 132. habetur: *Totum & ab integrum cum decimis & Primitiis, &c.* Vide *Præferentia* & *Proferentia*.

PRIVICARNIUM, [Tempus quo carnibus privari, & ab iis abstinere incipiunt Fideles, ante jejunia Quadragesimæ.] Vide *Carniprivium*.

PRIVIGNA, pro *Noverca*, utitur Eddius Stephanus in Vita S. Wilfridi cap. 2.

¶ PRIVIGNARI, More *privigna* agere. Carmen de Ottonis IV. Imper. destitutione apud Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 530. *Roma tace, quid enim proluxa locutio prodest?
Quid tot verborum profunt dispendia? dum tu
Sic Privignaris, dum mendax filia patri
Innocuo crimen audes imponere falsum.*

¶ PRIVIGNUS, *Vulgo ante natus.* Gloss. Isid. Id est; ut exponit Festus, *antequam mater secundo nuberet progenitus.* Græcis πρῆγογος.

PRIVILEGES, pro *Privilegia*, quasi *privata Leges.* Lex 7. Cod. Th. de Tyron. *Ipsorum etiam qui militaturi sunt Privilegiis accedentibus.*

PRIVILEGIA, proprie dicuntur Principum & magnatum Diplomata pro Ecclesiis, quorum formula describitur à Papia. Vide *Benevalete*.

¶ PRIVILEGIA, a. Sic vocatur Charta Gaufridi Comit. Andegav. ann. 966. qua monachilem regulam in monasterio S. Albini instituit, apud Acher. to. 6. Spicil. pag. 423. *Signum Gaufridi Comitum qui hanc Privilegium fieri jussit & adfirmare rogavit.*

¶ PRIVILEGIA, Condiciones & conventiones de redditione castri. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 54. p. 137. *Prefatum capitaneum Oliverum convenciones punctuata à suis tam mitibus Privilegiis exceperunt.*

¶ PRIVILEGIALIS LITTERA, Privilegium, Charta immunitatis. Charta Agnetis Ducissæ Slesiaë ann. 1369. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 405. *Prout littera Privilegialis dicti domini nostri Ducis desuper confecta hoc ostendit clarius. V. Privilegio.*

¶ PRIVILEGIALITER, Jure prærogativo & peculiari. Charta Guigonis Comit. Forens. an. 1223. inter Instr. to. 4. novæ Gall. Christ. col. 28. *Privilegialiter indulgimus ut quidquid in comitatu nostro canonici memorati de feudis nostris adquisierint, hoc eis sit licitum.*

- ¶ PRIVILEGIATIVE, Eadem notione, in Charta ann. 1473. in Bullario Carmelitar. pag. 297. col. 1.
- PRIVILEGIARE, Privilegia, immunitates conferre, in Histor. Episcop. & Comitum Engolismensium cap. 24. [Libertates hominum de Villereys an. 1253. to. 9. Spicil. Acher. pag. 194. Item, eximimus & Privilegiamus homines & habitatores supradictæ libertatis, ne nobis & nostris successoribus teneantur dare leydiam de quibuscumque rebus emerint, vel venderint in mercato supradicto. Adde Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1017. Acta SS. Aprilis to. 2. pag. 676. Chron. Modoet. apud Murator. to. 12. col. 1080. Histor. Comit. Ebroic. inter Probat. p. 29. Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 316. &c.]
- ¶ PRIVILEGIARIUS, Cui privilegium concessum est, nostris Privilegié. Utitur Ulpian. leg. 10. Dig. de Pactis.
- ¶ PRIVILEGIATIO, Privilegium, immunitas. Henrici de Langenstein Consilium pacis tom. 2. Conc. Constant. part. 1. cap. 18. col. 56. *Discutite si expediat quorundam tam larga exemptio & Privilegiatio, atque ab Ordinariorum coercitione sic omnimoda subjectio.* Vide in Privilegium.
- ¶ PRIVILEGIÒ, Privilegium seu Charta immunitatis. Charta Alani Ducis Britan. ad calcem Vitæ MS. S. Wenwaloei in Tabul. Landeven. *Jussit hanc Privilegionem facere, ut si aliqui venturi sint, quod minime credimus, qui hanc scriptionem voluerint frangere, aut violare, sciant alienos se fore à cunctis liminibus sanctæ Dei Ecclesie.*
- ¶ PRIVILEGITAS, Diploma Principis, in Præcepto Caroli C. an. 871. apud Baluz. in Append. ad Capitul. Ch. 100. *Hoc nostræ Privilegitatis præceptum fieri & sigillari jussimus, per quod supradictam (S. Eligii) abbatiam, cum omni suarum integritate rerum jamdictæ ecclesie præsentis futurisque pastoribus delegando perpetualiter ad habendum concedimus.*
- ¶ PRIVILEGIUM Bastida nova, Crucis assumta & assumenda, Exercitus, Fori, Quinquennialium induciarum, &c. Variæ formulæ quibus ad majorem cautelam utebantur creditores vel venditores in contractibus publicis. Exempla passim occurrunt. Vide Crucis Privilegium col. 1194.
- PRIVILEGIUM DONATIVUM. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 192. *Privilege dou chief Seigneur ne peut, ne ne doit valoir à porter garantie sur le sié de ses hommes, c'est à savoir de ceaus, qui ont court, & qui peuvent faire Privilege donatif, se le donatif dou Seigneur en cui Seigneurie ce est, de quoi le Privilege dou chief Seigneur parole, n'est avoë, ou que celui qui le requiert puisse prover, que il eut la saisine & la teneur lon gueen pais & sens calonge, &c.*
- ¶ PRIVILEGIUM, Districtus, territorium jurisdictione Ordinarii exemptum. Charta Adami Meld. Episc. an. 1289. ex Charul. ejusd. Eccl. *Item nos Episcopus volumus quod Decanus & Capitulum libere percipiam synodos & orchadias in ecclesia de Malleo & in aliis ecclesiis quæ in eorum Privilegiis continentur.*
- ¶ PRIVILEGIUM, Eodem sensu quo supra Privilegium. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 356. *Sanctam putò designare Ecclesiam, quæ vel illum vel etiam alios quam plures more paterno per spiritalem sacri baptismatis uterum à primi parentis Privilegio regeneravit.*
- ¶ PRIVILEGIUS, pro Privilegium. *Sicut ipse Privilegius clariter innotuit,* in Charta Caroli M. ann. 777. apud Calmet. tom. 1. Histor. Lothar. inter Probat. col. 288.
- PRIWEN, nomen Clypei Arturi Regis Britonum,

- in quo depicta imago Deiparæ, apud Galfridum Monemuthensem lib. 7. cap. 2.
- ¶ PRIVUS, Privatus, carens. Miracula B. Egidii to. 3. April. pag. 246. *Uxor Bonaquisti viventis, quatuor annis continuis (& si interpolanter fiebat aliquando, sed raro Priva fiebat duorum aut trium dierum ad plus) manuum & brachiorum usque ad humeros graviter fuit infirma.*
- ¶ PRIZA, Eadem notione qua Priso 2. Vide in hac voce. Charta ann. 1389. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. pag. 405. *Cum trescentis francis auri de re-venua sive de Priza solvendis & reddendis per dictum dominum Vicecomitem.*
- ¶ PRO, loco Per, in Leg. Salica tit. 24. §. 4. *Si quis ascum de intro clave repositum & in suspensio Pro studio positum furaverit, &c.* Id est, per studium seu de industria. Memoriale Potestat. Regiens. ad an. 1238. apud Murator. to. 8. col. 1110. *Et ipsi Brixienfes suspenderunt captos Imperatoris Pro brachiis extra palancatam civitatis.* Vide Preu.
- ¶ PRO, cum quarto casu, in Charta an. 2. Childeberti Reg. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 89. & alibi.
- ¶ PRO, Supra, Gall. *Au dessus.* Vetus Irenæi Interpretis lib. 1. cap. 2. num. 4. *Patrem enim aliquando quidem cum conjuge Sige, modo vero & Pro m. sculo, & Pro femina esse volunt.* Ubi Irenæus: *ὐπὲρ ἀγγέλων, καὶ ὐπὲρ ἡνθρώπων.*
- ¶ PRO NOBIS, Penes nos, Græc. μετ' ἡμῶν, apud eumd. Interpretem lib. 4. cap. 37. num. 7. *Quoniam igitur Pro nobis erat plus diligere Deum, &c.*
- ¶ PRO TUNC, Gall. *Pour lors,* Tum. Consuetud. Universit. Paris. per Robert. Goulet fol. 5. *Eliguntur Intrantes quinque de illa parte ad quam Pro tunc spectat.* Passim occurrit.
- ¶ PRO HOC & PRO NON, Phrasis Gallica, *Pour oui & pour non,* Ex leviori causa. Depositio Guillelmi Catallani ex Bibl. regia: *Pro hoc & pro non nos citant quandoque apud Carcassonam, quandoque Biterri, quandoque ad alia diversa loca, &c.*
- ¶ PRO ALIQUO ESSE, Par esse alicui, Galli dixerimus, *Etre bon pour quelqu'un.* Lanfranci Pignoli Annal. Genuens. ad an. 1266. apud Murator. to. 6. col. 540. *Quibus visis (Venetorum galeis) à dicto Admirato, se cum suis galeis in Schera recollegit, & discooperiens inimicos, qui armata manu versus ipsum, in quantum poterant, veniebant, & quem prope fuissent, cognito à dicto Admirato, quod non erat Pro eis, sapienter & discrete inimicis dimissis fecit suam viam, & se & suos recollegit.*
- PRO ALIQUO ESSE, Alicui favere, alicujus partes amplecti, phrasis Gallica: *Etre pour quelqu'un.* Eginhardus Epist. 45. *Deprecor ut secundum bonam consuetudinem vestram Pro me semper esse dignemini apud Dominum Imperatorem, &c.*
- ¶ PROADVENTIÆ, Proventus, redditus, seu quicquid casu aliquo cadit in fiscum domini. Charta Guillelmi Comitum Aquitan. ann. 1027. apud Stephanot. to. 1. Antiq. Bened. Vascon. MSS. p. 215. *Donamus quoque & concedimus cellam S. Mariae de Macau cum salutate & cum adjacente insula & cum Proadventiis in terra & in mari. Et cellam S. Hylarii de Autellano cum decimis & cum Proadventiis de aquis & de terris & de lignis.*
- PROADVOCATI, Minores Advocati, seu qui ab Ecclesiarum Advocatis prædiorum tutelam in se recipiebant. Vide in Advocati col. 189.
- ¶ PROALDIONES, Idem qui Aldii, in Præcepto Hildebrandi Reg. apud Mabillon. tom. 2. Annal. Benedict. inter Instr. pag. 705. *Firmamus etiam vobis,*

bis, ut omnes mulieres illas liberas, quæ usque nunc, dum liberae essent, servis Ecclesiæ vestrae in matrimonio tradiderunt, vel filiis & filiabus qui ex eis nati sunt. Ita sane ut sint Proaldiones, & habeant per caput unusquisque mundum solidos senos; nisi legendum sit divisim vocibus: ita sane ut sint pro aldiones, id est, ejusdem conditionis atque Aldiones. Vide Aldius.

¶ PROANGARIA, ut Parangaria, nisi etiam ita legendum sit. Vide in hac voce. Charta an. 1295. ex Schedis Pr. de Mazaugues: Non possit ibi... facere vel exigere nec mutuum, vel exactiones, angariam, Proangariam, vel aliquid novi facere.

¶ PROASTIUM, Prædium suburbanum, [suburbium.] Vett. Glossæ: προαστιον, suburbanum. Papias: Proastium, Viridarium arborum prope murum. Infra: Progestium, suburbanum. Sic etiam habent Glossæ Lat. Græc. Progestia, προγῆστια. [Ubi leg. ex Vulcanio, Procestria, προῦστεια. Vide Procastria.] Ugutio: Proastium, locus ante civitatem, scilicet suburbium. Ursus S. R. E. Subdiaconus in Vita S. Basilii Cæsaris. Invenit in Proastio cum Philosophis. Ruffinus lib. 3. Vitæ Patrum num. 19. Prope Proastium, qui vocatur in Septimo. Paulus Diac. de Gestis Longob. lib. 6. cap. 58. In Olonna suo Proastio, miro opere in honorem S. Anastasii Martyris, Christo domicilium statuit. Hariulfus de Miracul. S. Richarii cap. 2. Aqua (urbe Legia) haud longe villa consistit, nuncupata Merimont, in plaga orientali, quæ ab antiquis temporibus jure Proastii subjacet cænobio Patris Richarii, &c. id est, jure prædii. Occurrit non semel apud Julianum Antecessor. cap. 34. 36. 409. 513. Gestis Constantini M. In Proastio civitatis Veronensis. [Provideat in proximo civitatis Proastio, in vet. Prosa quæ etiam nunc cantatur in Ecclesia Autiff. die sancto Paschæ.]

¶ PRÆASTIUM, Eadem notione, in Translat. S. Filiberti sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 563. Magna ecclesiæ suæ in comitatu Vellaico prædia conquirit, cum ecclesia S. Georgii in Vetula Præastio civitatis. Vide Gloss. med. Græc. in προῦστειον.

¶ PRÆASTIA, pro Proastium, in Charta Hugonis Reg. Cypri ann. 1210. in Probat. Histor. Bethuniensis pag. 360. In territorio Paphi, Præstiam, quæ dicitur Lacridon, cum omnibus pertinentiis, &c. [Agnellus in S. Theodoro apud Murator. tom. 2. pag. 153. Sortiti sunt opes ecclesiæ, & non fuit ex eis aliquis qui quandam (f. quartam) partem Ecclesiæ non haberet, etiam & subtractos actores & Præstias ab hujus Ecclesiæ familiaribus, &c.]

¶ PROATAVUS, Quintus avus. Litteræ Johannis filii Johannis Reg. ann. 1359. tom. 3. Ordin. pag. 382. Cum in Ordinatione carissimi Proatavi ipsius domini genitoris nostri, &c. Si tamen præpositio pro certum fixumque sit semper remotioris gradus argumentum: interdum enim nullius fuisse vis efficitur ex voce Proavus infra.

¶ PROAUCTORES, Proavi, in Amalthea Laurentii ex Turnebo.

¶ PROAULA, in Gloss. Ælfrici, Domus coram aula; γελδε. Vita S. Willelmi Ducis c. 9. Domum etiam infirmorum, & cellam novitiorum, Proaulam hospitum, xenodochium pauperum, &c. Ordericus Vital. lib. 2. pag. 412. Ecce januas hic disponam, & ad ortum solis ingressum: primo Proaulam, secundo saluatorium, in tertio consistorium, in quarto tricorium, &c. Aliud porro fuit Græcis προῦδλιον, de qua voce diximus in Descriptione ædis Sophianæ n. 3. Proaula enim dicitur ædificium seu cubiculum, quod ante aulam est, quæ & saluatorium dicitur, quod in ea excipiantur salutaturi.

Tom. V.

¶ PROAULIUM, Eadem notione, atrium. Descriptio palatii Spoletani ex Chartario Farf. apud Mabillon. tom. 2. Annal. pag. 410. In primo Proaulium, id est locus ante aulam. In secundo saluatorium, id est locus salutandi officio deputatus, juxta majorem domum constitutus. Ex his, ut ex laudato Orderico, colligitur Proaulam à saluatorio distinctam fuisse.

¶ PROAVUS, nude Avus. Charta Philippi IV. Regis Franc. tom. 1. Chartul. S. Vandreges. p. 632. Volumus autem quod privilegia, libertates, franchisia & consuetudines... Ecclesiarum, monasteriorum, personarum ecclesiasticarum integre & illese serventur, teneantur & custodiantur eisdem, sicut temporibus felicitis recordationis beati Ludovici Proavi nostri inviolabiliter servate fuerunt.

¶ PROBA, Specimen, δειγμα, Gallis Preuve, montre, Italis Prova. Lex un. Cod. Th. de Statoribus: Per omnes provincias edictum generale nisiimus, ut ab statoribus unus tantum solidus Probæ nomine posceretur. Ammianus lib. 21. extremo: Eique (Joviniano) vehiculo insidenti, quod portabat reliquias Constantii, ut Principibus solet, annonæ militaris offerebantur indicia, ut ipsi nominant Proba, (melius probæ) & animalia publica monstrabantur, &c.

¶ PROBA, Lustratio militum. Act. S. Isidori Mart. ex MS. Vaticano: Publicam accusationem faciat, ne Proba militum secundum præceptum Imperatoris completa sit.

¶ PROBA, Probatio, experimentum, Gall. Epreuve. Charta an. 1474. apud Miræum tom. 2. pag. 1042. Memores modi examinationis, sive Probæ de ligno quod habetur, & cum magna devotione, tanquam foret de vero ligno Dominice crucis, ... colitur... per ignem & aquam experimentatum, concluderunt & terminerunt concorditer, ad consimilem modum examinationis sive Probæ fore & esse procedendum. Litteræ Johannis de Thurena ann. 1429. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 1732. Dominus Rodericus in confessionibus mutuis faciebat fieri Probam sive credentiam dicto dom. Ægidio, licet sibi non consuevisset fieri Probam sive credentiam, nec esset status seu dignitatis quod ei fieri deberet: unde assistentes præsumserunt... fore verum, quod dictus Dominus Rodericus promiserat eidem dom. Ægidio ipsum facere Papam. Solemnis est præsertim probatio panis & vini in Missa pontificia cujus meminit Petrus Amelius in cap. 81. Parat calicem (sacrista) cum tribus hostiis, unam pro Sacramento, & duas pro Proba: & in Papa presentia facit Probam de vino & pane. Qua autem ratione fieret, describit Aug. Putricius in suo Ceremoniali à Mabillon. in Comment. ad Ordin. Roman. laudato pag. XLVI. Lecto Evangelio, diaconus Evangelii latinus accipit hostiam unam de tribus, quæ sunt super patenam, & cum ea alias duas hostias tangit, & eam dat sacristæ comedendam. Deinde accipit aliam hostiam de duabus quæ remanserant, & cum ea tangit patenam & calicem per totum, intus & extra, & similiter dat eam Sacristæ comedendam. Post hæc de ampullis vinum & aquam in taxeam dat sacristæ ad prægustandum, &c. Vide Probamentum.

¶ PROBABILIA LEX. Vide Probalia.

¶ PROBABILIS, Rectus, bonus, approbatus. Facundus Hermianensis lib. 4. cap. 1. Sicut erat vita Probabilis, & facundia singularis. Concilium Toletanum IV. can. 4. Probabilis vita atque doctrina extiterit. Et can. 35. Presbyteros Probabiles & Diaconos mittat. Privilegium Ecclesiæ Corbeiensis an. 846. In ipsa porro electione regularis auctoritas conservetur, ... ut ille proponatur... quem sanioris consilii, licet pauci numero, fratres elegerint, & quem vita meritum

- & sapientia dignitas Probabilem reddiderit.* Anonymus in Vita S. Ruthberti Episc. lib. 4. c. 9. *Quidam Anachoreta Probabilis, nomine, &c. Voluntas Probabilis,* in Concilio Valentino can. 4. *Probabilis penitentia,* in Regula cujusdam cap. 21. *Probabilium Patrum traditio,* apud Anastasium in S. Hadriano pag. 118. *Clerici Probabilis vita & doctrina,* in Concilio Wormaciensi ann. 868. cap. 49. Ita vocem hanc passim ea notione usurpant Cod. Theodos. leg. 44. de Episcopis leg. 3. de Fide Catholic. leg. 10. de Decurion. leg. 7. de Cohort. &c. præterea Hincmarus Remensis Episc. 7. ex Labbeanis, Concilium Ravennense ann. 997. cap. 3. Appendix ad Concilium Salegunstadiense ann. 1022. & aliquot alii Scriptores laudati à Filefaco ad Vincentii Lirinensis Commonit. pag. 90.
- ¶ **PROBABILIS**, Præstans, insignis. Episc. Ludovici Balbi ad Ludovic. Reg. German. ann. 878. apud Mabill. to. 3. Annal. Bened. pag. 212. *Mittimus vobis pro arrabone cavallum viribus & velocitate, non statura & carnibus, Probabilem, & sellam, qualem nos insidere solemus; ut nos fortitudine & utilitate, non luxu & inanitate delectari noveritis.*
- PROBABILITER**: Ita voces μετὰ δουμασίας, vertit vetus interpret Concilii Nicæni c. 13. Vide l. 9. Cod. Th. de Legatis.
- ¶ **PROBABILITER**, Recte, sapienter, ut par est. Episc. Innocentii III. PP. ann. 1204. ad Philippum Reg. Franc. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 463. *Auditus itaque literis, quas tu & quidam Barones tui . . . super variis articulis destinastis diversas querimoniae continentes . . . responsiones ipsius (Legati) fecimus explicari, easque tibi Probabiliter moderatas præsentibus literis mittimus interclusas.*
- ¶ **PROBALIA LEX**. Vim vocis docent Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. p. 399. *Est autem quedam Lex que Probabilia siue monstralia in laicali curia nuncupatur, per quam quis probare nititur in curia quod intendit . . . Sciendum ergo est quod hac Probabilia quandoque per sacramentum solius probatio, quandoque per sacramentum duorum, quandoque trium, quandoque quinque, quandoque septem, in curia recipitur laicali.* Ibid. pag. 400. *Per trium autem sacramentum fit Probabilia quotiescunque quis contra aliquem factum suum à parte adversa denegatum probare compellitur vel monstrare.*
- ¶ **PROBAMENTUM**, Probatio, experimentum, argumentum, Specimen. Mart. Capella lib. 7. *Indubitabile Probamentum.* Charta ann. 1113. apud Calmet. tom. 1. Histor. Lothar. inter Probat. col. 534. *Si forestarius legitimum Probamentum ostenderit, ille cui imponit, si devictus fuerit, bannum emendet: si vero Probamentum illud suum esse negaverit, vel si sine legitimo Probamento à forestario accusatus fuerit, &c.* Mirac. S. Roberti Abb. to. 3. Apr. pag. 324. *Manifestis siquidem Probamenti virtus indubitata constabat. Temporibusque futuris maximum securitatis Probamentum,* apud Hickef. Dissertat. pag. 60. Vide supra in Proba.
1. **PROBARE**. Leges Canuti Regis cap. 44. apud Bromptonum, de eo qui emit rem alienam: *Si testimonium habeat, sicut prædiximus, tunc liceat inde ter advocari, & quarta vice Probetur, aut reddatur ei, cujus erit: & nobis non videtur rectum, ut aliquis Probare cogatur, ubi testimonium est & cognitio, quod ibi brede sit, & nemo illud Probare debeat ante sex menses, postquam furatum est.* Ubi probare, Somnero est, rem sibi tanquam propriam vindicare, asserere, propriare, seu propriam facere, ut in eadem sententiam habent Leges Edw. Saxonice cap. 2. apud

- eundem Bromptonum. Saxonice vero habet aʒnjan.
- ¶ 2. **PROBARE**, Rem tormentis ex aliquo exquirere, Gall. *Donner la question.* Adrianus de Veteribusco in Reb. Leodiens. apud Marten. to. 4. Ampliff. Collect. col. 1305. *Illà nocte Probaverunt eum, & nihil poterant habere ab eo, nisi quod fuisset in prima pace facienda, qua fuit honorabilis pro tota patria.*
- ¶ **PROBATICUS**, Ad oves perticens, Gr. προβατικός. Hinc Probatica piscina, Johan. c. 5. 2. in qua mundabantur oves, quæ pro sacrificio offerebantur in templo.
- ¶ **PROBATIO**, Novitiatus, seu certum tempus definitum quo monasticam vitam ambientes, ejusdem experimenta subeunt, atque probationis èlapse tempore, si idonei fuerint inventi, ad professionem admittuntur, *Probation*, eadem notione Galli dicimus. Cæsar. Heisterbac. lib. 1. cap. 10. *Uno discedente, alter, cui nomen erat Gosvinius, importunitate sua, ut reciperetur, obtinuit, qui vix per sex hebdomadas in Probatione stetit.* Occurrit rursus cap. 40. & lib. 2. cap. 2. Adde Capitulum Aquisgr. cap. 34.
- PROBATORES**, Approbatores, Anglis, *Approver*, dicuntur ii, qui feloniam per se commissam esse confitentes, alios ejusdem reos arguunt. Sic dicti, quia ad hoc probandum, quod in appello allegarunt, tenentur, idque vel *duello*, vel *per patriam*, id est *juratum* legalium hominum, juxta reorum electionem. [Placit. Mich. 39. Edwardi III. apud Th. Blouni in Nomolex. Angl. *Et duellum percussum fuit cum omnibus, & Probator devicit omnes quinque in duello, quorum quatuor suspendebantur, & quintus clamabat esse clericum & allocatur; & Probator pardonatur.*] Tum enim cum Probator perfecerit quod promisit, tenetur ei conventio, scilicet, ut vitam habeat & membra. Sed in regno remanere non debet, etiamsi velit plegios invenire, inquit Bracton. Vide Fletam lib. 2. cap. 52. §. 42. 44. Stanfordium lib. 2. de Placitis Coronæ cap. 52. 53. 54. Cowellum, & Rastallum.
- ¶ **PROBATORIA**, Testificatio, Gall. *Certificat*, in leg. 21. Cod. Th. l. 8. tit. 7. *Nemo aliter ad tuæ sublimitatis admittatur officium, nisi eum emissa ex sacris scriptis Probatoria consecrarit.* Adde leg. 22: & 23. ibid.
- ¶ **PROBATUS**. Probata atas, in leg. 3. Cod. Th. l. 8. tit. 8. id est, legitima, seu ea qua quis sui est juris.
- ¶ **PROBITAS**. Vide in Probus.
- ¶ **PROBONUS**, Probus. Libertates Villæfranchæ ann. 1357. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. pag. 204. *Consules dicte ville bona defuncti descripta tamen, commandabunt duobus Probonis hominibus dicte ville ad custodiendum fideliter per unum annum & diem.*
- PROBORIUM**, Exprobatio, opprobrium, εὐειδισμός, in Gloss. Gr. Lat. Rursus: εὐειδος, *probrum, obprobrium.*
- ¶ **PROBRARE**, Probris afficere, insimulare, apud Auctorem Commentar. super hymnos fol. 1. v°. *Sic probra, quæ sunt peccata, id est omnia peccata, Probrant animam, &c.*
- ¶ **PROBRATICUM**. Charta ann. 1093. in Tabular. S. Victoris Massil. *Cetera omnia cum ipsa ecclesia & ipso Probratico (concedimus.) Mendum esse suspicor pro Presbyterium.* Vide in hac voce num. 4.
- ¶ **PROBRIUM**, pro Proprium, in Commemorat. an. circ. 780. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 41. *Antener ipsas villas partibus suis ad Probrium se dixit abere.*
- PROBUS**, Gallis, *Preux*, Miles animo valens. Cæsarius Heisterbacensis lib. 9. cap. 48. *Modoloqueris*

ut Probus vir. Vetus Epitaphium in Vefontione Chiffletii:

Hic Renaude jaces vir amabilis & Probe Miles.

Probi & valentes, apud Thwrocium in Chronic. Hungar. 2. part. c. 16.

- ¶ **PROBI HOMINES**, nostris *Preud-hommes*, dicuntur sæpe Scabini & qui in placitis publicis cum Comitibus & iudicibus judicia exercebant; vel etiam ii qui artificibus præsumunt, ac de rebus ad eos spectantibus iudicant. Charta ann. 1197. ex Tabul. Monast. Villamagnæ: *Est facta . . . concordia inter dom. Berengarium abbatem & Probos homines ac populum Villamagna, &c.* Litteræ Renati Reg. Comit. Provinc. an. 1479. in Tabul. Piscator. Massil. *Ex parte Proborum hominum quarterii S. Johannis.* Nude *Probi* interdum appellantur, ut in v. *Capagium* videre est. *Preud-hommes* passim in Consuetud. municipalibus: *Preudes-gents*, in Consuetud. Andegav. art. 450. Cenoman. art. 462. & Britan. art. 538. 577. Vide *Boni homines*.

PROBITAS, Generositas, animi magnitudo, [præclarum facinus, factum,] Italis *Prodezza*, Hispanis *Proeza*, Gallis *Proüesse*. Willelmus Apulienfis l. 5. de Gest. Norm.

Transierat fama Probitatis ubique probata.

Alibi:

Tanta fuit Probitas animi, tam vivida virtus.

Gauterius Cancell. de Bellis Antioch. pag. 444. *Rex itaque Probitati semper intentus, haud-segniter agens, &c.* Ordericus Vitalis lib. 3. *Præfatus Heros post innumeras Probitates, &c.* Utitur passim. [Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 18. p. 35. *Regia Probitas juxta maris litus cum suo exercitu nobili in optatam transfretationem favorem afflatus prosperi expectabat.*] Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

. . . . *Probitas vilescit avari.*

Ibidem:

*Quam probus extiterit, qua bellica Gallia vidit
Hoc duce regnante, & quanta Probitatis honores.*

Rodericus Toletan. lib. 2. de Rebus Hisp. c. 14. *Sed offuscavit in eo error impietatis tanta gloriam Probitatis.* Will. Brito lib. 1. Philipid.

Tot bene gesta domi, tot Militiæ Probitates.

Et lib. 5.

. *Flagratque novo Probitatis amore.*

Idem lib. 8.

Quorum semper erat Probitas exercita bellis.

Adde Gest. Consul. Andegav. c. 9. n. 11. cap. 12. n. 1. c. 13. n. 3. Thwrocium 2. part. cap. 65. &c. Vide præterea Notas ad Joinvillam p. 96.

- ¶ **PROBITATES**, Decursiones militares, Ludicræ equestres pugnæ, ut sunt *hastiludia* & torneamenta, in quibus generosi animi specimen edere solent. Laudes Papiæ apud Murator. to. 11. col. 42. *Tunc enim nobiles civitatis hastiludiis, aliisque seculi Probitatibus delectantur.*

¶ **PROCACIO**, Procacitas, in Disputat. S. Benedicti Anian. apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 31. *Et quid faciet insana ista Procacio adversus totius salutis dispensationem ita garriens ut virtutem Dei dicat non esse propriam & sapientiam ejus asserat adoptivam?*

¶ **PROCALARE**, Provocare, procitare. Festus. A Gr. *καλέειν*, vocare.

¶ **PROCAMBIARE**, PROCAMIARE, Rem re permutare, *Eschanger*. Charta an. 925. apud Baluz. in Append. ad Capitul. num. 137. *Ego Gimeras Episcopus & omnis congregatio S. Nazarii sedis Carcassona tibi Erifonso abbati & cuncta congregationi S. Johannis monasterii castri Mallasti, Procambiamus*
Tom. V.

vobis ecclesias nostras, &c. Charta Walafredi Abb. Soricinii ann. 904. inter Instr. to. 1. novæ Gall. Christ. p. 170. *Excepto illo quod illi Procamiaverunt aut vendiderunt.* Vide in Cambiare.

¶ **PROCAMBIATIO**, PROCAMIATIO, Permutatio, *Eschange*. Placitum an. 883. inter Probat. novæ Hist. Occit. tom. 2. col. 20. *Monachi inde mihi Ermenardo donaverunt de ipsa cellula S. Stephani cum suo appenditio & Procamiationis autenticas de ipsas scripturas . . . Sed ubicumque ipsas scripturas Procamiationis, vel ipsas alias autenticas, &c.* Occurrit rursus in Charta superius laudata an. 925.

¶ **PROCAMBIUM**, PROCAMIUM, Eadem notione. Charta ann. 970. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 122. *Istos alodem jam superscriptos donamus nos vobis in Procambium de ipsum alodem.* Vide in Cambiare.

PROCANUS, Papiæ, *Ornator edificiorum.*

¶ **PROCAPIS**, *Proximus*. Gloss. Isid. Item, *Progenies quæ ab uno capite procedit*, in Amalth. Vide Festum & Scaligeri notas.

¶ **PROCASPIS**. Charta divisionis regni Lotharii Imper. inter Carolum C. Franciæ & Ludovicum Germaniæ Reges ann. 870. apud Miræum to. 1. pag. 28. *Fuit hæc divisio regni facta in Procaspide, super fluvium Mosam.* Ita etiam edidit Baluzius tom. 2. Capitul. col. 222. At Miræus legendum monuit in *Procuspide*, hoc est; in promontoriolo seu lingua in Mosam prominente; ubi nunc exstructum est castrum S. Petri versus Africum Trajecti ad confluentem Mosæ & Jecoræ.

¶ **PROCASSARE**, Irritum reddere, facere, Gall. *Casser*. Charta Sigismundi Imper. an. 1431. apud Ludewig. to. 1. Reliq. MSS. pag. 458. *Intuentes quod divini cultus & ecclesiastici juris notabile derogamen votis detraheretur fidelium & Procassarentur testamenta multorum.* Vide *Cassare* 2.

¶ **PROCASSIUM**, Comparatum, acquisitum, à vet. Gall. *Pourchas*. Statuta Massil. lib. 1. c. 1. §. 1. *Itemque omnes redditus, & obventiones, & intratas, & res, & Procassia, & aventuras, ad dictam civitatem & commune ejusdem civitatis pertinentes . . . tradet & tradi faciet civariis communis Massilie.* Litteræ ann. 1313. apud Rymer. to. 3. pag. 461. *Ad quorum manus . . . jocalia, arnesia, Procassia nostra . . . pervenerint.* Vide *Porchaicia* & *Purchacia*.

PROCASTRIA, *Quæ ante castra sunt*, Bedæ de Orthogr. & Papiæ. Jo. de Janua: *Procestria*, loca extra civitatem, sicut *procastria* loca extra castra: vel *procestria* dicuntur loca extra civitatem degradata, per quæ murus ascenditur. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Procastrium, lieu dehors, devant chaste.*] Gloss. vet. *ὁ πρό τῆς παρεμβολῆς τόπος, Procastrium.* Aliæ: *Procestria, οἰκῆματα πρὸ παρεμβολῆς.* Idem videtur quod *ἔξωκαστρο*, Laonico lib. 9. & Joanni Canano pag. 198. *ἔξωπολον*, Annæ Comnenæ lib. 6. hoc est, *ὁ ἔξωθεν τῆς κάστρου*, seu *πόλεως κύκλου*, extra urbem munitio, seu murus exterior, qui etiam *antemurale*, & *promurale* aliis dicitur. Describuntur vero ejusmodi propugnacula, seu muri exteriores, ab eadem Anna lib. 4. pag. 426. & à Petro Monacho Vallis Sarneni cap. 63.

¶ *Procastria* seu *Procestria* Pitifco videntur fuisse ædificia ante castra, adnexa hybernis & stativis, ut eo reciperentur lixæ, advenæ, mercatores, & qui castra sequebantur, quibus non licebat se miscere militibus, præterquam hoste ingruente. Quod non obscure innuisse existimat Tacit. lib. 4. Hist. cap. 22. *Suburbia longa pacis opera, haud procul castris in modum municipii exstructa.* Huc etiam spectat Cæsar

- de Bello Gall. lib. 6. cap. 36. *Nec prius sunt visi, quam castris appropinquarent, usque eo, ut qui sub vallo tenderent mercatores, recipiendi sui non haberent facultatem.* A Pitisco non omnino abludit Carolus de Aquino in Lex. milit.
- ¶ **PROCATORIUS**, Procax, apud Dion. Carthuf. *Procatoria & lasciva verba.*
- ¶ **PROCAX**. Litteræ Richardi II. Reg. Angl. ann. 1395. inter Notas Godefredi ad Hist. Caroli VI. Reg. Franc. pag. 579. *Divulgante fama, celebri & credibilium personarum crebra relatione nostris auribus inculcante, quanta in Procacissima nobis domina Isabella primogenita D. Caroli, . . . refloreat generosa nobilitas, vigeat & morum honestas, &c.* Ubi legendum *Præcarissima*, ut apud Rymer. to. 7. p. 802.
- ¶ **PROCEDENTES**, ut infra *Procelliferos*. Ordinar. Laudunense apud Marten. de Ant. Eccl. Discipl. pag. 95. *Duo de subdiaconis qui Procedentes fuerunt in Missa, aquam & manutergium deferunt ad Episcopum.*
- ¶ **PROCEDERE**, pro Publice quid fieri, emanare, publicare. Lex 20. de Exactionibus in Cod. Th. lib. 11. tit. 7. *De quibus (Exactoribus) si popularis accusatio ulla Processerit, in eorum locum alios par erit destinari. Auctoritas procedit*, ibid. leg. 25. l. 13. tit. 5. *Indictio procedit*, leg. 15. l. 6. tit. 26.
- ¶ **PROCEDERE**, Cum pompa exire, apud Pancirol. lib. 1. Thes. var. lect. cap. 77. Vide in *Processio* 1.
- ¶ **PROCEDERE**, nude pro Ire, exire. Guidonis Discipl. Farf. cap. 23. *Deinde Procedent duo ex juvenibus aut infantibus, & induant se tunicis.* Non semel ibidem occurrit.
- ¶ **PROCENTETA**, pro Proxenetā, Gall. *Courtier*. Statuta Eccl. Leodiens. ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 853. *Ne Clerici exerceant negotia turpia, . . . officium cambitoris, carnificis, tabernarii, Procenteta, fullonis.*
- PROCENSUS**, nostris *Surcens*, census, qui ultra censum consuetum exsolvitur. Tabular. eleemosynariæ Montismorilionis fol. 21. *Reginaldus de Toal dedit pauperibus domus Dei 4. den. Procensus & gallinam reddendos ad Natale Domini.* Ibid. fol. 40. *Cum septem Piclavinis nummis & obolo Procensus.* Occurrit alibi non semel.
- ¶ **PROCENTINUS**, Comes qui *Centenarius* præest. Vide *Centena* 2. & *Centenarius*. Chron. Siciliae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 54. *Et tunc temporis dicta debellationis dominus Petrus Salvacossa Procentinus prædicta insula Iscla (leg. Isclæ vel Ischiæ) acquisita, . . . rediit abinde cum galea sua ad dictam insulam Iscla. Perperam infra Procentinus, ut & apud Murator. ex eod. Chron. to. 10. col. 858. Nec melius*
- ¶ **PROTHENTINUS**, apud Nicolaum Specialem de Rebus Sicul. lib. 3. cap. 18. to. 10. ejusdem Murator. col. 952. *Tunc innuente Frederico de Fulcone Messanensem Prothentino, &c.* Rursus col. 983. *Cum Petrus Salvacoxa Prothentinus apud Isclam residents, &c.* Ita etiam editum in Marca Hispanica col. 657.
- PROCER**, **PRO CERES**. In Concilio Toletano VIII. subscribunt *Dabila Comes & Procer, & Frolla Comes & Procer.* Unde colligitur apud Wisigothos *Proceris* nomen fuisse dignitatis. Isidoro l. 9. Orig. cap. 4. *Proceres sunt principes civium.* Apud Reges nostros ex prima stirpe, *Proceres* appellabantur aulae *Magnates, Comitēs.* Hinc in Placitis Chlodovei III. editis ab eruditissimo viro Jo. Mabillonio to. 4. SS. Ord. S. Bened. p. 618. 619. 620. *Proinde nos taliter una cum nostris Proceribus constitit decrevise, &c.* Ubi *Proceres* iidem sunt qui *Optimates* in-

- terdum in iisdem appellantur. [Inde quos Gregor. Turon. in cap. 36. lib. 7. *Seniores regni & regni principes* appellat, eosdem in cap. 6. lib. 4. nuncupat *Proceres & Primos regni.*] *Magnates & primates palatii*, in Concilio Toletano XI. c. 5. quicum Regibus in iudiciis Palatinis confidebant. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 34. *In conspectu serenissimi Regis & Procerum ejus.* Apud Agobardum, Matfredus *Procer palatii* dicitur, in Epistola ad eundem, ubi & *Minister Imperatoris & Imperii* appellatur. Cum igitur *Proceres* sub principe essent, vocem hanc pro *vassallo* usurpavit Theganus de Gestis Ludovici Pii cap. 12. *Eodem tempore venit Bernhardus filius fratris sui Pippini, & tradidit semetipsum ei ad Procerem, & fidelitatem ei cum iuramento promisit.* Charta Willemi Comitis Piclavensis apud Beslium pag. 425. *Et causam ejus calumnia querimonia ante meos Proceres, qui mecum venerunt simul cum Talemondensibus, judicare ac dissolvere precepi.* Vide *Magnates, Optimates, [Princeps, Prior.]* Cæterum *Procerem*, in singulari, dixerunt etiam Juvenalis Sat. 8. & Capitolinus in Maximinis. [*Proceres, Barons*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]
- ¶ **PRO CERES**, Domini, seniores, *Seigneurs*. Charta Gervasii Militis in Tabul. Cenoman. *Itaque adhibito Procerum meorum nec non & fratrum meorum . . . consilio, &c.*
- PRO CERES**, *πρωτερονόμοι*, in Gloss. quomodo usurpat l. 1. Cod. Th. de Nuptiis, ubi plura Jacobus Gothofredus. Glossæ antiquæ MSS. *Proceres, præceptores, doctores, magistri, scientes veterum, scriptores.*
- ¶ **PRO CERITAS**, Bonitas, fertilitas. Litt. Rupertii Elector. Palat. an. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 577. *Desiderans ergo . . . ut prædicti regni sui boemia diutius optata multiplicetur felicitas, & ubertatibus, commodis, vassallorumque nobilium augmento felici proficiat, quibus quidem tam natura Proceritas quadam singulari influentia, quam illustrissimorum principum . . . laudabilia quidem & veneralanda studia providerunt.*
- ¶ **PRO CERUS**, ut *Procer*, unus ex Magnatibus. Anso in Vita S. Emmini tom. 3. Apr. pag. 375. *Cumque pervenisset vir ille Procerus ad domum Episcopi, &c.*
- ¶ **PROCESSATUS**, In jus ob crimen aliquod vocatus. Vita S. Bogumili tom. 2. Junii pag. 358. *Sebastianus Glembocki . . . annorum sexaginta quatuor juratus, non Processatus, non excommunicatus, &c.*
1. **PROCESSIONIO**, Collecta, *συνάξις*, conventus, cœtus scilicet populi in Ecclesia, ad quam *processit*, id est venit, collecti. Vetus interpret Concilii Laodicensi cap. 7. *In Processionibus psalmos non convertite.* Ubi Græca habent, *ὡπὲρ τῆς μὴ δεῖν συνάξις ἐν ταῖς συναξῆσι τῆς ψαλμῶς.* Diurnus Romanus cap. 5. tit. 13. ubi oratorium fieri conceditur: *Sic tamen ut non illud publica Processione à conditore aliquatenus teneatur.* Rursus tit. 20. ubi de baptisterio in basilica condito: *Nihil illic juris fundatori ulterius deberi jam, nisi Processionis gratiam, qua Christianis omnibus in commune debetur.* Ita vocem hanc usurpasse S. Leonem Epist. 82. ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum, S. Augustinum lib. 22. de Civitate Dei cap. 8. Ennodium in Vita S. Epiphani, Hieronymum Epist. 22. & alios jam pridem docuit Menardus ad Sacramentar. Gregor. p. 177.
- ¶ Notanda omnino est Processio quam Æneas Parisiorum Episcopus quotannis ad S. Maurum Fossatensem fieri statuit Litteris an. 868. apud Brolium in Supplem. Antiquit. Paris. *Processionem denique annuatim in Quadragesima, quarta scilicet feria post Dominicam qua Passioni Christi prætitulatur;*

nostris sequacibus in monumentum Processionis, quam Christi dilecto Confessori Mauro exhibuimus, die qua primum receptus est à Fossatensibus, indicimus.

☞ Nudis pedibus, ut plurimum, indictoque jejuni fiebant ejusmodi supplicationes, tempore præfertim angustiarum; unde *Nudipedalia* interdum appellantur. Vide in hac voce. Id etiam usu receptum erat ut ad sepulcrum alicujus Sancti sic procedentes, ejusdem patrocinium inclamaturi, oblationes deferrent. Hæc facta fuisse an. 837. ad sepulcrum S. Hucberti Episc. Tungrenf. docent ejusdem Miracula apud Mabill. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 298. *Sacerdotes undequaque terni aut quaterni vel quini, . . . multa plebe sexus utriusque comitante, certificatis diebus ad monasterium, nudis pedibus & jejunantes, cum crucibus atque oblationibus conveniunt.* Vide Fascic. oper. ad Hist. & Philog. sacr. spectantium tom. 6.

PROCESSIONUM ECCLESIASTICARUM origo perantiqua est, cum S. Ambrosius Episc. 29. ad solemnitatem Macchabæorum *Psalms canentes de consuetudine in via Christianos describat.* De iis agit Honorius lib. 1. cap. 68. 69. 70. De Processione vero in die Ascensionis, Rupertus lib. 9. de Divin. Offic. cap. 9. [Vide *Cruces* appellatae Litaniæ, &c. col. 1188. Consulendi præterea Serarius & Jac. Eveillon qui de processionebus ex processu scripserunt.]

☞ PROCESSIONES PER CLAUSTRUM Dominicis diebus in Monasteriis usitatae, ut singulas officinas perlustrantes Monachi propriis benedictionibus dedicarent. Vita S. Stephani Obazin. Abb. apud Baluzium tom. 4. Miscell. pag. 94. *Diebus Dominicis tam ipse quam fratres lectionibus & Missarum celebrationibus insistebant, agentes Processionem per claustrum, & singulas officinas singulis benedictionibus perlustrantes.*

☞ PROCESSION PLENARIA. Pontificale S. Luciani Bellovac. apud Marten. de Ant. Eccles. Discipl. pag. 312. *Stent in ordine suo singuli in ecclesiam expectantes donec veniat pontifex cum Processione plenaria ad Missam, sicut diebus solemnibus solet, cum septem diaconibus totidemque subdiaconibus & ceroferariis & duobus thuribulis cum incenso.*

☞ PROCÉSSUS, ut *Processio*. Gregor. Turon. in Vita S. Aridii apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 202. *Diacones in albis exeunt ad Processum.* Utitur etiam Fortunatus in Vita S. Germani Parisiensis cap. 33.

☞ PROCESSIONES inter jura quæ Cathedralibus Ecclesiis ab inferioribus debentur, recenset Privilegium Alexandri III. PP. an. 1178. ex Bibl. regia: *Statuentes ut quascumque possessiones, quacumque bona eadem Ecclesia (Bitterrensis) possidet, . . . permaneant . . . Abbatiam S. Afrodismi, Abbatiam S. Jacobi, & Processiones & stationes quas clerici earumdem Abbatiarum statutis diebus consueverunt in vestra ecclesia exhibere, &c.* Statuta Eccl. Trecorens. an. 1334. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1114. *Item statuimus, ut quilibet capellanus curam animarum habens in nostra diœcesi Trecorensi, semel in anno teneatur ecclesiam Trecorensim Processionaliter visitare, videlicet die Dominica post festum Trinitatis æstivale, & parochianos moneant & inducant, ut dicta die dictam ecclesiam Trecorensim processionaliter, ut præmittitur, visitent, sub pœna xxx. solidorum usualium contra quemlibet dictorum curatorum in præmissis negligentem commitenda. Quod quidem institutum fuit non ut inferiores ecclesie suam erga superiorem profiterentur reverentiam tantum, sed & ut fidelium*

oblationes, quæ tum fiebant, recipere posset principalis Ecclesia. Vide *Cruces bamales*.

☞ PROCESSION, Id omne quod in processionibus deferretur, vel ii ipsi qui hæc deferunt. Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 32. *Deinde incepto aliquo cantu de Sancto, cujus reliquie seruntur, egrediuntur fratres chorum, primitus Processio cum aqua benedicta, & cruce & candelabris & feretro, sicut mos est, cum portantur reliquie.* Pluries in seqq. cap. occurrit eadem notione. Vide *Processores*.

☞ PROCESSIONALE, Liber in quo continentur quæ ad processionem spectant, in Synodo Oriolana an. 1600. inter Conc. Hisp. tom. 4. pag. 714.

☞ PROCESSIONARIUM, Eadem notione, apud Gassendum in Notitia Eccles. Dinienfis edit. ann. 1654. pag. 151.

☞ PROCESSIONARIUS, Ad processionem pertinens. Guidonis Discipl. Farf. cap. 23. *Armarius atque Secretarius præparent se Processionariis ornamentis.* Vide *Processorius*.

☞ PROCESSIONARE, Processiones solemnes & sacras frequentare. Gloss. Gasp. Barthii ex Hist. Palæst. Roberti Mon. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 102.

ORATIONES PROCESSIONALES. Leo Ost. lib. 3. cap. 19. (al. 20.) *Id ipsum fecit & de alio libello, in quo sunt Orationes Processionales.*

PROCESSION PERGERE, apud Thwrocium in Carolo cap. 98. *Infra, Processionaliter, nos dicimus, Aller processionellement, en Procession.* [In Processione solempni, ex Charta an. 1339. to. 2. Hist. Dalph. p. 386. Charta Hervei Trec. Episc. apud Camusat. in Antiquit. Tricast. fol. 188. vº. Adjecimus etiam quod prædicti fratres venient Processionaliter ad processiones nostras solemnes.]

☞ PROCESSIONABILITER, Eadem notione, Ordine processionis. Charta P. Alban. Episc. in Chartular. Pontifar. *In Ramis palmarum & in Ascensione Domini, presbyter ecclesie B. M. cum populo Processionaliter veniet ad monasterium S. Martini ad audiendum sermonem.* Occurrit præterea in Vita S. Stanislai tom. 2. Maii pag. 254.

☞ PROCESSIONATIM, Eodem significatu, in Diario belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 145.

PROCESSIONES PUBLICAS alicui imponere ventantur Ecclesiastici ac seculares, in pœnitentiam scilicet, in Statutis Synodalibus Nicolai Episcopi Andegav. an. 1271. cap. 2. Vide *Harmiscara*.

☞ Idem presbyteris prohibent Statuta Eccles. Meld. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 903. nisi de mandato superioris imponatur: *Item, quia pœnitentia processionales jam abierunt in contentum, prohibemus ne quis presbyter prædictam pœnitentiam injungat, nisi de mandato superioris.* Ejusmodi pœnitentiæ exemplum insignè refertur in Chronolog. Monachi Altiss. pag. 99. *Petrus Altissiodorensis Comes Dominica in ramis palmarum, inspectante clero & populo, dum ageretur processio, de injuriis Altissiodorensi Episcopo irrogatis publice satisfacit . . . ita ut incederet quoque nudis pedibus, sola indutus linea, in facie omnium tunc ad processionem solito frequentius confluentium.* Nec minus digna notatu processio, quam in reconciliatione excommunicatorum factam docet Charta ann. 1240. ex Bibl. Reg. *Debent interesse processioni nudis pedibus, in camisiis tantummodo & brachis tenentes virgas in manibus, & venire coram ebdomadario, & ibi flexis genibus facere se verberari ab eo pro pœnitentia & satisfactione sibi injuncta.* Infra: *In instanti festo Assumptionis B. Virginis, quando processio*

debebit intrare in ecclesiam majorem in reditu suo, parati erunt in pratello vel in clauastro in camisiis & brachiis, & discalciati, tenentes virgas in manibus, & intrabunt post canonicos & sequuntur processionem in ecclesia, & quando processio debebit se movere ut intret chororum, antequam se moveat, venient omnes & singuli ordinati ante ebdomadarium, & flexis genibus facient se verberari ab eodem ebdomadario.

¶ Sed & à Regibus laicisque iudicibus indictæ etiam in poenam & satisfactionem ejusmodi processiones, ut ex Sarutis Andegav. supra innuit Cl. Cangi. Idem Arestis Parlamenti an. 1277. ex Regesto Olim B. fol. 36. astruit Laurent. Bouchel in Summa benef. pag. 777. Ordinatus Edwardi I. Regis Angl. super discordiis motis inter Episc. Baion. & Majorem centumque Pares & totam Communit. Baion. ann. 1281. apud Rymereum tom. 2. pag. 169. Statuimus . . . quod pro injuriis Deo, Ecclesia & predicto Episcopo (Baion.) irrogatis, Major & alii predicti, qui presentes iudicio consenserunt . . . die Nativitatis B. M. Virginis Processionem solemniter faciant, . . . quilibet eorum in sola tunica, sine corrigia & coysia, cum uno cereo, ad minus unius librae cera, accenso; cereosque ipsos ad altare predictum cum devotione offerant & dimittant. Vide Peregrinatio 3. & in Penitentes, col. 609.

PROCESSIO, PROCESSUS, dicitur maxime de Consulibus, qui cum pompa & apparatu magifico procedere ad Circum solebant; quod septies fiebat durante Magistratu. Julianus Antecessor Constitut. 98. Processiones autem ipsius esse volumus septem omnes in Circo, & in harena, & in teatro, &c. [Lactantius de Mortibus persecut. cap. 17. Tredecim dies tolerare non potuit (Diocletianus) ut Roma potius quam Ravenna Procederet Consul. Vide ibi Notas Baluzii to. 2. Miscell. p. 387. & Pancirol. lib. 1. var. lect. cap. 77.

PROCESSUS præterea vocabant, Imperatorum in palatia suburbana secessus, vel etiam ad Ecclesiam majorem processiones, quod cum apparatu & omni comitatu eo procederent: unde postmodum ipsæ Imperatorum in iisdem Palatiis moræ Processus non semel dictæ; Byzantinis vero Scriptoribus *πρόπρεσσα* & *πρόπρεια*. [Hugo Floriac. Tract. de Reg. potest. & sacerdot. dignitate lib. 2. apud Baluz. tom. 4. Miscell. pag. 53. Ad summum proinde tradidit (Constantinus) Romano Pontifici palatium suum Lateranense & coronam capitis sui & chlamydem purpuream & cetera omnia ornamenta imperialia & omnem gloriam sua potestatis & Processionem imperialem & dignitatem imperialem equitum palatio presidentium.] Sed hæc pluribus in nostra Constantinopoli Christiana lib. 3. quo lectorem remittimus, ne rem actam agamus.

¶ PROCESSIO, Progressus commeantis exercitus, nostris *Marche*, apud Capitol. in Pertinace & Vegetium lib. 2. cap. 22. Vide *Prociuctus* 3.

¶ PROCESSIO, Ordinata obviam itio. Gesta Episcop. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 324. Gausfridus Processione humiliter refutata, ad limen sibi dilectæ & diu desiderata pervenit ecclesia. Neque aliter accipienda hæc vox in Charta ann. 1183. tom. 2. Hist. Eccles. Meld. pag. 70. qua Abbatissa Jotrensis promittit Episcopo Meldensi se exhibituram processionem, cum primum post ejus consecrationem ad monasterium accederit: *Promisit etiam se Meldensi Episcopo exhibituram omnem honorem & reverentiam . . . & insuper Processiones, primam videlicet post Episcopi consecrationem, & ceteras, quoties Episcopus à Romana sede redierit.* Alia

an. 1225, ibid. pag. 115. Processionibus faciendis Episcopo Meldensi, quando post consecrationem suam primo accedit ad Ecclesiam earum. Ejusdem moris mentio fit in Charta ann. 1180. ex Tabul. S. Albini Andeg. Episcopum processioniter recipient monachi S. Albini sine procuratione cum primo post consecrationem suam venit ad monasterium ipsorum, & quotiens Romam redierit, similiter sine procuratione.

¶ PROCESSIO, Comitatus, cætus ordinate dispositus & procedens. De felici obitu Angeliciæ Virgin. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1708. *Ecce adest domina mea, regina mea, cum magno comitatu, magnaque Processione gaudentes atque exultantes.*

2. PROCESSIO, Lis, causa, *Procès*. Gregorius M. lib. 4. Epist. 40. *Secularibus indefinenter causis adstringitur, assiduus Processionibus occupatur, & quotidie negligit legere verba Redemptoris sui.* Senator lib. 6. Epist. 17. in formula Referendariorum: *Quale est enim in tumultuosis Processionibus nostris nulla permixtione confundi, aut maxime tantis clamoribus impediri?* Ita recentiores Græci *προβόδες* usurpant. Nicephor. CP. *προβόδων οίκους ἐς Ῥωμαῖοι Σέκρητα καλέουσι.* Sunt autem *Secreta* ædes, in quibus jus dicitur. [Vide *Processus* 3.]

PROCESSORES, Qui ex processione sunt, & in ea cum cæteris procedunt. Ordo Romanus: *Post Episcopum Presbyteri, deinde Monachi, deinde Schola, deinde omnes Processores, & Mansionarii, & intrant in Secretarium.* Alibi: *Suntque ibi parati Processores, Acolyti duo cum candelabris, &c.* Rursum: *Procedat Episcopus sicut mds est solennibus diebus ad Missam cum Processoribus suis.*

¶ Processores ii potissimum nuncupati videntur, qui in processione ea deferunt, quæ in iis deferri solent; quæ notione vocem *Processio* usurpari diximus supra. Id præterea firmat Pontificale Eccles. Bifunt. apud Marten. de ant. Eccl. discipl. pag. 311. ubi de ablutione pedum in Cœna Domini: *Diaconus autem preparat se sicut in diebus festis, tam ipse quam cæteri Processores cum candelabris & thuribulis, & veniens capitulum legat Evangelium.* Vide *Procedentes*.

¶ PROCESSORIUS, Ad processionem spectans. *Processoria casula*, apud Cyprian. Episc. Tolon. lib. 1. de Vita S. Cæsarii Episcopi Arelatens. num. 23. Vide *Processionarius*.

¶ PROCESSURA, Actio judiciaria, Gall. *Procedure*. Regest. Parlamenti Paris. an. 1483. fol. 260. vº. *Actor post nonnulla apunctamenta & Processuras super dicta executione . . . factas.*

¶ 1. PROCESSUS, ut *Processura*. Tabular. B. M. de Bono-Nuntio Rotomagens. *In omni causa antequam in ea desineri possit & valeat, requiritur conclusio, qua si obmissa fuerit, Processus redditur nullus.* Conc. Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 264. *Qui . . . alias sententias & Processus contra eos obtinuerint . . . qui hujusmodi sententias tulerint & Processus fecerint, &c.*

¶ 2. PROCESSUS, Excommunicationis sententia, in Ceremon. MS. Davantriæ apud Macros in Hierolex. *Die Mercurii prima mensis Februarii, Pontificatus Clementis VI. anno 4. ipse Papa fecit quosdam Processus generales in publico contra interfectores bonæ memoriae Andrea Regis Sicilia.* Eodem vocabulo utitur rursus ad significandas excommunicationes in Bulla Cœnæ Domini, ut monent iidem fratres.

¶ 3. PROCESSUS, Lis, causa, *Procès*. Constit. Ludovici Reg. Sicil. an. 1352. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 101. *Pro quolibet non terminato Processu, penam viginti quinque librarum.* Statuta Avenion. lib.

2. art. 24. rubr. 9. *Teneatur etiam notarius parcel-
lare expensas totius Processus. Vide Processio 2.*
- ¶ **PROCESSUS**, Judicium, sententia. Litteræ Ed-
wardi III. Reg. in Chron. Angl. Th. Otterbourne
pag. 122. *Quorum (Parium Franciæ) Processum fa-
ctum in nostrum præjudicium, ipso jure nostra fecit inva-
lidum minor etas.*
- ¶ **4. PROCESSUS**, Agendi ratio, Gall. *Procedé.*
Bulla Honorii IV. PP. ann. 1286. apud Rymer.
tom. 2. pag. 340. *Illum habere studeas in negotio me-
morato Processum, ut Regi Regum... laus facunda per-
veniat.* Epist. Friderici in Chron. Sicil. apud Mar-
ten. tom. 3. Anecd. col. 94. *Testimonium perhibuit
veritati de fortitudine, valitudine & animositate vestras
ac Processibus vestris, &c.* Adde Litteras Edwardi III.
Reg. in Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 128.
Processus, alia notione, vide in *Processio 1.*
- ¶ **PROCESTRIA**. Vide *Procastris*.
- ¶ **PROCHERIUM**, **PROCHIRIUM**, Gr. *πρὸ χει-
ρῶν*, Manualis sporta. Cassianus Collat. 19. c. 4.
*Septem dierum cibus, hoc est septem paximatorum pa-
ria, in Procherio, id est amanuensis sporta sequestratim
die Sabbati reponuntur.*
- ¶ **PROCIALIS**, Juvenilis, procum decens. Acta
MSS. S. Judicaelis: *Quadam nocte cum Judicaeles Pro-
ciales adhuc annos faciens, post venationem suam fati-
gatus, se sopori in domum Ausochi sui clientis dedis-
set, &c.*
- ¶ **PROCINCTA**. Vide *Procinctus 1. & 2.*
- ¶ **PROCINCTORIUM**, Ornamentum quo ali-
quid præcingitur. Acta S. Eustadiolæ tom. 2. Junii
p. 133. *Vestimenta quoque sacra fecit & altaria pal-
liis pretiosis, quæ manu propria cum suis puellis opere
elegantissimo polivit, cum fresis aureis & Procinctoriis.*
- ¶ **PROCINCTURA**, ut *Procinctus*, ambitus, aliis
Propriusura. Charta Baldrici Episcopi Leodiens. an.
1016. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect.
col. 379. *Tradidi per manum ejus ad supradictum al-
tare S. Andrea duo prædia cum omnibus appenditiis &
Procincturis suis, Hanretium scilicet & Mattenam.*
Vide in *Porprendere*.
1. **PROCINCTUS**. Capitula Caroli M. lib. 4. cap.
26. *Homo de statu suo pulsatus, si is, qui eum pulsat,
ad convincendum illum Procinctum habuerit, adhibeat
sibi octo conjuratores legitimos ex ea parte, unde pulsa-
tur, sive illa paterna, sive materna sit, & quatuor aliun-
de non minus legitimos, & jurando vindicet libertatem
suam. Quod si Procinctus defuerit, adsumat undecum-
que 12. liberos homines, & jurando ingenuitatem suam
defendat.*
- ¶ **Iis lucem affert D. Brussel Tract. de Ufu feud.**
lib. 3. cap. 19. ubi *Procinctum* definit Statutum te-
stium numerum qui alicujus, cujus consanguinei
erant, statum sacramento affirmabant, hoc est,
cum esse liberæ conditionis vel non. Unde vero
ducta vocis origo, non liquet, nisi quod ii testes
in procinctu essent id quod ab iis requirebatur af-
firmandi.
- ¶ **PROCINCTA**, Eadem notione, in Regesto Magn.
Dier. Trecent. fol. 101. *Item, cum alias judica-
tum fuerit in curia Campaniæ contra aliquos homines do-
mina Corbom, quæ dicta domina eosdem, contra quos li-
tigabat, & quos dicebat suos esse homines de corpore, &
offerebat se probaturam per Procinctam ventrem & ori-
ginem secundum consuetudinem patriæ.*
2. **PROCINCTUS**, **PROCINCTA**, Ambitus, vel
limites loci alicujus, intra quos libertas seu immu-
nitas illius includitur. Ælredus in Vita S. Edwardi
Confessor. cap. 6. *Et habeat idem locus liberum Pro-
cinctum, id est ambitum, & cæmeterium mortuorum cir-*

- ca se, absque Episcopali... exactione.* Charta Caroli
Calvi apud Doubletum pag. 788. *Itaque hanc to-
tam Procinctum [Procintam] Deo sanctoque ejus Dio-
nysio donamus, cum omni videlicet judiciaria potestate,
hoc est bannum, omnemque infraçuram, &c.* Charta
Caroli Simplicis apud Vassorium in Novioduno
pag. 678. *Concessimus ergo illis teloneum, quod ubi-
que in toto Procinctu urbis Noviomagensis regali ditone
possidebamus.* Adde p. 734. Charta Henrici I. Reg.
Fr. an. 1060. pro Ecclesia S. Martini de Campis:
*Præfatam ecclesiam ea firmitate munio, quatenus in
perpetuum regio jure ab omnibus fore concedatur libera,
tam videlicet infra ambitum munitionis ejus, quam in-
fra in Procinctu illius, in teloniis, in fredis, &c.*
- ¶ **3. PROCINCTUS MILITIÆ**, Progressus co-
piarum. Vita S. Maximi tom. 5. Jun. pag. 51. *Ali-
quando nempe conspirate militiæ Procinctus agebatur,
& quidquid in agris sive villis reperiri poterat de præ-
dationibus atque rapinis, velut quadam tyrannide gras-
sante, patebat.* Vide in *Processio 1.*
- ¶ **PROCINTA**. Vide *Procinctus 2.*
- ¶ **PROCITARE**. Vide *Procalare*.
- ¶ **PROCLAMA**, Proclamatio. Adrianus de Veteri-
busco in Reb. Leod. apud Marten. tom. 4. Am-
pliff. Collect. col. 1208. *Aliqui etiam fuerunt pro-
jecti extra fenestras, & statim factum Proclama contra
eos, tamquam traditores.* Obertus in Annalib. Ge-
nuenf. apud Murator. tom. 6. col. 333. *Consules
fecerunt Proclamam per civitatem, ut nemo ad illas
nundinas S. Raphaelis iret in galcis.* Vide infra *Pro-
clamatum*.
- ¶ **PROCLAMARE**, Inconditis clamoribus quem-
piam explodere, infectari, Gall. *Huer. Conc. Pi-
fanum* apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 333. *Eadem autem die post prandium venerunt nuncii Pe-
tri de Luna apud S. Martinum, & intraverunt lo-
cum ubi erant aliqui domini Cardinales ordinati ad au-
diendum eos; & cum difficultate intraverunt propter as-
sistentiam populi & servitorum ac famulorum, qui de-
ridendo contra eos Proclamabant & sibilabant. Procla-
mare, aliis notionibus, vide in *Clamare 2.**
- ¶ **PROCLAMATIO**, Querela juridica, actio qua
quis rem ablatam repetit, nostris *Complainte*. Ta-
bul. Major. Monast. *Stimulis avaritiæ incitatus, nos
exinde postea deestitit. Cum super hoc multas Procla-
mationes fecissemus, &c.* Charta ann. 1107. inter
Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 297.
*Post Proclamationem autem factam ante dominum apo-
stolicum Paschalem II. dati sunt ab eo judices, qui cau-
sam utriusque partis diligenter audirent & bene discuf-
sam diligenti studio deservirent.* Vide in *Clamare 2.*
- ¶ **PROCLAMATIO SYNODALIS**. Concil. Belvac.
an. 1114. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 594.
*Ut quæcunque res vel possessiones cuilibet ecclesiæ datae,
& ab ea anno & die quiete, id est, sine synodali Pro-
clamatione possessæ fuerint, eidem ecclesiæ perpetua sta-
bilitate permaneant.* Vide *Clamare 2.*
- ¶ **PROCLAMATIO** contra prædones. Vide *Clamor
ad Deum*, in *Clamor 3.*
- ¶ **PROCLAMATOR**, Qui causam agit. Vide *Clamare 2.*
- ¶ **PROCLAMATUM**, Proclamatio, promulgatio.
Laur. Byzynius de Bello Huffit. apud Ludewig.
tom. 6. Reliq. MSS. pag. 154. *Proclamata nam-
que vocibus præconicis per civitatem facta sunt, regio
& scabinorum nomine: quatenus omnes & singuli pro-
fugi libere redeant.* Vide *Proclama*.
- ¶ **PROCLAMOR**, Clamor, conclamatio, *Proclameur*,
nostris; apud Galbertum in Vita Caroli Comit.
Flandr. num. 15.

¶ PROCOLLUM, Collus, colli ornamentum. Papias MS.

PROCOLPUS, Idem quod Colpus, Ictus. Lex Ripuar. tit. 77. *Si quis hominem . . . ligare voluerit . . . & non prevaluerit ligare, sed Procolpus ei excesserit, & eum interfecerit, &c.* Gall. dicerent, & qu'il eust failli son coup. Ubi edit. Heroldi habet, Colaphus ei excesserit. Cod. alii apud Steph. Baluzium, Colpus, Colebus; procollibus. Vide Colpus.

PROCONES. Synodus Nemaufensis an. 1284. cap. de iis, quibus deneganda est Ecclesiastica sepultura: *Ita usurariis & Proconibus universis, &c.* Ita Codex nuper editus.

¶ Rectius edidisse videtur Martenius noster ex iisdem Statutis tom. 4. Anecd. col. 1048. *Item, usurarii & Prædones manifesti.*

¶ PROCONISUS, f. Perpolitus. Agnellus in S. Maximiano apud Murator. tom. 2. pag. 107. *Écclesiam vero B. Andrea Apostoli hic Ravenna cum omni diligentia non longe à regione Herculaea columnis marmoreis suffulsi, ablatisque vetustis ligneis de nucibus, Proconisis decoravit.* Idem in S. Felice: *Prædictum altarium removit ex Proconiso lapide, cum diversis marmoribus ornatis mirifice.* Rursum in S. Petro Chrysologo: *Foris vero parietes Proconisis marmoribus decoravit.*

PROCONSUL, Vicecomes, ut Consul, Comes. Gloss. Ælfrici Saxon. Consul, ζενεφα. Proconsul, Underzenefa. Tabularium Ausciense: *Convenerunt itaque ex omni Novempopulania provincia Episcopi, Abbates, Consules, Proconsules, caterique Domini fideles, &c.* In Tabular. S. Severi exstat Epistola Suavii Abbatis ad Paschalem Papam, in qua Gasto Proconsul de Bearno nuncupatur. [Charta an. 1161. inter Probat. tom. 2. novæ Histor. Occitan. col. 579. *Concedo tibi Raymundo Trencavelli Proconsuli Biterrensi, &c.* Alia an. 1165. ibid. col. 604. *Ego Raymundus Trencavel Proconsul Biterrensi, &c.*] Abbo Serm. 5. *Comites, Vicecomites, Consules, Proconsules, eorumque vicarii.* Proconsul Levitanensis, qui vulgo *le Vicomte de Lavedan*, in Charta laudata à Marca pag. 807. Hist. Beneharn. Vide Salmasium ad Histor. Aug. pag. 10.

PROCONSULES, Qui Justitiarum errantes, in Anglia. Joan. Sarisberiensis lib. 5. Policrat. cap. 15. *Quæ vero de præsidibus aliisque Judicibus, dicta sunt, debent & apud Proconsules, quos nostrates vulgariter dicunt Justitias esse errantes, obtinere. Quia scilicet Consulium seu Comitum vice jus dicunt in provinciis. Ita accipiuntur lib. 6. cap. 1. Utique jam sunt ista palam, nec eos Præsides aut Proconsules prohibent. Et cap. 25. Illustris Comes Legecestria Robertus modeste Proconsulatum gerens apud Britannias, &c.*

PROCONSULES appellantur, qui Consulium urbanorum vices agunt in Wichbild Magdeburg. art. 19. §. 1. *Postquam Proconsul in civitate eligitur, ad unum annum ille eligi debet, & ut sic potestatem iudicandi habebit super injustas mensuras potabilium, & pondera, &c.* Art. 43. §. 2. *Eligere insuper Consules debent inter se Proconsulem unum vel duos, &c.*

¶ PROCOVIA, Vini species. Vide Gracum.

¶ PROCREATIO, pro Procuratio, in Statutis MSS. Conc. Avenion. an. 1209. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Hist. Ita perperam

¶ PROCREATOR, pro Procurator, editum ex Charta an. 1199. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1023.

¶ PROCUBITOR, προυβός, in Gloss. Lat. Gr. Festus: *Procubitores dicuntur, qui noctu custodia causa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt.*

¶ PROCUBUUS, Procumbens. Acta S. Udalrici tom. 3. Julii pag. 153. *Memoratur vir sanctus per dejectam violentia ventorum proceram arborem, inque verticem duorum ex adverso jacentium scopulorum Procubuum, immensa profunditatis vallem seu voraginem cum equo, velut pontem superasse.*

¶ PROCUDIUM, τέρας, in Gloss. Lat. Gr. Portentum. Vide Proculum.

PROCULCATORES, [Castrorum excubiæ, ut Procubitores:] Vide Collocare.

¶ PROCUL-DUBIO, id est, sine ulla exceptione, ut interpretatur Gothofredus ad leg. unic. de offic. Vicarii lib. 1. Cod. Theod. tit. 6.

¶ PROCULTOR, Cultor. Litteræ Caroli VI. Reg. Franc. an. 1394. tom. 6. Spicil. Acher. p. 115. *Ut pro fide dominica sedeque Petri non fiat inter fidei Procultores cum ense, mortibus, cude vel gladio, redemptio unitatis.*

PROCULUM, Abominatio, in Gloss. Isid. [Scribendum forte ex Grævio: Portentum, mala ominatio. Vide Procudium.]

PROCULUS, Qui nascitur cum pater peregrinatur, in Gloss. Arabico-Lat. *Qui patre longe peregrinante nascitur, vel longe à patre natus, in Gloss. Isid. [Gloss. Sangerman. num. 501. Qui nascitur absente patre. Græcis τηλέγονος, τηλόγελος. Vide Festum.]*

¶ 1. PROCURA, Procuratio, facultas agendi alterius nomine scripto alicui concessa, Procuratio, pouvoir. Charta ann. 1389. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Nec ipse prior nec syndicus tunc temporis non habuerunt specialem Procuram ad hoc specialiter faciendum.* Acta B. Petri Regalati to. 3. Martii pag. 873. *Tanquam deputatum in hac causa à Religione procuratorem . . . & docentem de legitimo mandato Procura à præfatis iudicibus admisso.* Occurrit præterea tom. 3. Maii pag. 628. Vide Procuratorium.

¶ 2. PROCURA, Officium procuratoris, nostris Procure. Acta SS. tom. 4. Jun. pag. 788. *Ut de syndicatu & Procura constat publico instrumento, &c.* Epitome Constitut. Eccles. Valent. in Concil. Hisp. to. 4. p. 187. *Nullus beneficiatus qui aliquod ex quatuor officiis sive administrationibus Procura majoris, &c.*

¶ PROCURRA, Eadem notione. Statuta Cadubrii cap. 88. *Sancimus quod cancellarius magnifici domini Capitanei non possit . . . aliquod officium Procurre exercere pro forensi aliquo, vel cive contra aliquem civem, &c.*

¶ PROCURAMENTUM, Impulsio, sollicitatio, suasio. Litteræ Richardi II. Reg. Angl. an. 1397. apud Rymer. tom. 8. pag. 27. *Per ipsum, vel per alias personas de Procuramento, abbetamento, assensu, &c.* Vide Procuratio 2.

1. PROCURARE, Excipere hospitio & convivio, vel procuratorem consuetudinariam, seu debitam exsolvere. Histor. Episcoporum. Autissiodor. cap. 58. *Juris erat regalis, ut quando Dominum Regem, vel aliquem de suis itineris occasio, seu motus propria voluntatis ad aliquod Episcopale domicilium divertere faciebat, recipiebatur honorifice, & Procurabatur honeste.* Lambertus Ardensis: *Eum secum hospitari fecit, & solemniter eum & suos lautissimis Procuravit cibis & potibus.* Eckehardus Jun. de Casib. S. Galli cap. 11. *Injungitur Ruodmanno . . . Legatos regios in locis nominatis euntes Procurare & redeuntes.* Chronicon Mauriniacense ann. 1130. *Occurrunt velociter, & jam pene ingredientem Mauriniacum D. Papam suscipiunt gaudenter, Procurantque solemniter.* Utuntur præterea Arnoldus Lubecensis lib. 6. cap. 11. Adamus Bremensis cap. 155. Rogerus Hovedenus pag. 673. Matth. Paris pag. 434. Veteres Consuetudines

Floriacensis Cœnobii pag. 393. S. Stephanus in Regula Grandimontensium cap. 35. Joan. Abbas in Vita B. Joannis Abb. Gorziensis num. 118. Vita S. Fulcranni Episcopi Lodovensis apud Plantavitium, Vita S. Willelmi Abbat. Roschildensis num. 28. Guillelmus Canonicus Gratianopol. in Vita Margarete Comitissæ Albonensis pag. 128. Charta an. 1208. in Hist. Prioratus S. Martini de Campis pag. 381. 382. &c. [Le Roman de la Rose MS.

*Ou sera pris & mis en tour,
Por estre à tousjours enmurés,
S'il ne nous a bien Procurés.*

Ubi de Mendicantibus Religiosis, qui hospitio excipiuntur, sermo est.]

CURARE, Eadem notione, [qua etiam nostri *Ordonner* dixerunt.] Henricus Rossa in Herlingsberga:

Curat honoratos, epulis reficitque perundis.

PROCURARE SE, Suis expensis sibi convivium parare. Charta an. 1202. to. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 88. *Si ad diem festum capelle, videlicet in Assumptione B. Mariæ convenerint canonici de Creceio, procurentur de communi, sicut ad hæc tempora obtinuit consuetudo. Si autem canonici de capella epulari voluerint, non erit procuratio de communi, sed unusquisque de suo sua se voluntate Procurabit.*

PROCURARE, Necessaria ad victum & vestitum præstare, suppeditare. Charta ann. 1110. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 321. *Quod si forte ad tantam paupertatem redacta fuerit ecclesia illa, quod absit, ut ex redditibus ejus non possint canonici Procurari, mittet dominus abbas de eis quantos sibi videbitur, in quascunque voluerit domorum nostrarum, & ibi Procurabuntur honeste, sicut monachi nostri.* Dispositio rei familiaris Cluniac. à Petro Abb. facta, apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 443. *Trecenti erant vel eo amplius fratres, nec centum de propriis sumptibus domus illa Procurare valebat.* Charta Odonis Abbatis S. Dion. an. 1231. ex Cod. MS. B. M. de Argentolio: *Considerantes dilectos fratres nostros apud Argentolium manentes minus sufficienter Procurari tam vitæ quam vestitu, &c.* Charta an. 1284. apud Kennett. Antiq. Ambrosden. pag. 304. *Ipsi vicario similiter garçonem invenient ipsius obsequio deputatum, quos in omnibus suis expensis Procurabunt.*

PROCURARE DONATIVIS, [Donis & muneribus aliquem afficere.] Epistola Friderici II. Imperat. tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 572. *Non obmittentes ei de pulchris equis satisfacere, & aliis donativis libentissime Procurare, &c.*

PROCURARE, Nomine alterius ex ejus potestate agere. Charta Ludovici Regis Siciliæ ann. 1342. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 471. *Nis ratum & gratum habituri & firmum, totum & quicquid per eos & eorum quemlibet in solidum, nomine & pro parte nostra in præmissis actum, Procuratum & gestum extiterit sive factum.*

PROCURARE, Procuratoris officium gerere. Charta ejusd. Ludovici Reg. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 113. *Vicarii & judices... advocare, Procurare & patrocinari non vocentur in causis.* Statuta Johannis Episc. Trecor. ann. 1372. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1123. *Mandamus officialibus nostris sub debito præstiti juramenti, ne aliquem advocatum ad Procurandum coram se admittant, nec notarium ad scribendum in curia, ... quousque præstiterint juramenta.* Statuta Cadubrii cap. 88. *Sancimus quod cancellarius magnifici domini Capitanei non possit nec valeat Procurare, nec advocare pro aliquo contra aliquem de Cadubrio.*

Tom. V.

PROCURARE, Providere, suppeditare, Gall. *Procurer.* Tabular. Major. Monast. *Religiosum satis opus... ecclesiarum adificia construere, ... instituere ministros, victualiaque iisdem sufficientia Procurare.*

PROCURARE, Rei alicujus auctorem esse, quo sensu Galli *Procurer* dicunt. Litteræ Innocentii III. PP. ann. 1213. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 57. *Licet eidem (Arnaldo Archiep. Narbonensi) hominum feceris & fidelitatis præstiteris juramentum, nihilominus tamen, prout tibi placuit, Procurasti ut demolirentur muri & turre civitatis ipsius, &c.* Vide *Procuratio* 2.

PROCURARIA, Officium procuratoris in monasteriis. Constitut. Prædicator. cap. de Absolut. Prior. num. 43. *Item volumus & ordinamus quod nullus prior, sive præsidens syndicaræ, bursarie, vel Procurarie cujuscunque conventus officium exerceat.*

PROCURATIA, Idem quod *Procuratio*. Matth. Paris an. 1245. *Procuratia & munera exiguntur, sibi (Legato Apost.) festinanter transmittenda.* [Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. an. 1348. apud Rymer. tom. 5. pag. 631. *Licentiam dedimus præfatis Cardinalibus quod ipsi per procuratores suos Procuratias suas, eisdem Cardinalibus per dictam sedem Apostolicam... concessas, levare, colligere & percipere possint.*]

PROCURATIA, apud Italos, Districtus, officium vel camera Procuratoris, seu ejus Magistratus, quem *Procuratorem* vocant. Acta SS. tom. 2. Junii ubi de Reliquiis S. Antonii de Padua pag. 747. *Rogetur etiam capsarius Procuratia, ut ex numero lipsanothecarum... pulchriorem ac digniorem seligat.* Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 497. *Quæ (Chronica) fuerunt diutissime & sunt in nostra Procuratia S. Marci, &c.* Vide *Procurator Reipublicæ*.

PROCURATIO, quodvis Convivium. Ordo ad benedicendum Ducem Aquitanix: *Illo quippe die solemnitatis & lætitiæ, omnibus rite peractis debet Canonicis Ecclesiæ Lemovicensis eam & talem Procurationem exhibere, quæ tantum deceat dominum & Ducem.* Henricus Huntindonensis lib. 8. pag. 394. *Præterire volens principes ceteros largitione munerum & splendore Procurationum, cum proprii redditus ad hoc non sufficere possent, à suis summo studio carpebat unde egestatem suam nimietate prædicta comparatam complere posset.* [Charta Agnetis Comit. Montispancerii an. 1207. ex Tabular. S. Illidii Claromont. *Hæc tali conditione eidem monasterio dedi, ut singulis annis inde fiat Procuratio solemniter in refectorio fratribus ibidem Deo servientibus in die sancto Ascensionis dominicæ.* Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 88. *H. le Forsené tres Procurationes, videlicet decem roisolas & duos panes & duas justas vini, quas ter per annum in domo de Tuffé percipere solebat, &c.* Ibid. fol. 51. ubi de eadem re, legitur *charitates loco procurationes.*]

PROCURATIO, Cibum, ferculum. Constitut. pro Abbat. S. Pauli Narbon. an. 1127. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. col. 33. *In festivitibus omnium Apostolorum & aliorum SS. novem lectionum donent illis pulchram & bonam carnem, & si evenerint in sexta feria, dent illis pisces bonos, si potuerint inveniri; si autem inventi non fuerint, dent illis alias bonas Procurationes, quæ tantumdem valeant.* Sed præsertim

PROCURATIO, dicitur de exceptione stata ac debita dominorum à vassallis, à quibus hospitio & conviviis condictis vicibus excipiebantur, cum in eorum prædia divertebant: quæ quidem *procuraciones* interdum in summam aliquam pecuniariam convertebantur. *Gistes* vulgo appellabant nostri, uti in hac voce docuimus. Statutum S. Ludovici pro

Baillivis, apud Nangium : *Gista etiam vel Procuraciones in domibus Religiosorum . . . non recipiant.* Charta an. 1235. in Hist. Ducum Burgundiæ pag. 73. *Neque in Procuracionibus, quæ Gallice Giste nominantur, tenentur me in aliquo procurare. Procuratio consuetudinaria, in Charta Agnetis Comitissæ Pictaviensis an. 1048. pro Ecclesia Angeriacenſi. Sugerius de Administrat. sua cap. 15. Qui etiam in hac terra intolerabiles & pene consumptivas consuetudines habebat, videlicet tres in anno Procuraciones, unam de collata rusticorum sufficientem tam sibi quam suis amministrantibus, duas de propriis redditibus S. Dionysii, quæ calamitate terra penitus consumebatur. Tabularium Vindocinense fol. 250. Eadem Aalet uxor defuncti Hugonis reclamavit Procuracionem, quam ut asserebat, ex paterno dono sibi vendicabat. At Prior noluit eam procurare, dicens nec patrem suum nec ipsam aliquam Procuracionem vel consuetudinem in illa domo habuisse. Illa autem quadam die absente Priore, venit ad domum cum suis, & per violentiam occisis gallinis & caponibus, & ablatiſ clavibus panis & vini comedit & bibit, &c. Charta Henrici Abbat. S. Dionysii an. 1207. in Tabulario Parisiensis Eccl. Puteano : In eadem autem Ecclesia B. Mariæ de Argentolio Episcopus predictus & successores sui habebunt in perpetuum duas Procuraciones singulis annis ; unam scilicet sine taxatione, sicut solet haberi, & aliam qua non poterit excedere summam centum solidorum. Vetus Inquestia an. 1224. in Tabul. Maurigniacensi : Et confessus in jure Abbas Maurigniac. quod recepit pluries Episcopum Carnotensem in domo sua, & solvit expensas ejus, & credit, quod quando receptus fuit, servientes ejus habuerunt ea, quæ de consuetudine solem habere, quando Episcopus alibi recipit Procuracionem, videlicet nummos pro crocea, pro garcionibus, pro feodo quoque, & alia, quæ appellantur Feodalia. Sed non credebatur, quod hæc omnia soluta fuissent ex debito, sed tantum ex gratia. Agunt præterea de ejusmodi procuracionibus, Robertus de Monte an. 1180. Innocentius III. PP. lib. 14. Epist. 123. 126. Thomas Archidiac. in Hist. Salonit. cap. 17. Matth. Paris pag. 371. 540. Veteres Chartæ apud Hemerem in Augusta Viromand. pag. 166. 236. 249. Louvetum in Hist. Bellovac. p. 393. 394. Roverium in Reomao pag. 276. Gallandum de Franco alodio p. 75. Chiffletium in Beatrice pag. 41. in Hist. Episcoporum. Lodovensium pag. 104. in Histor. Episcoporum Cadurcens. num. 102. 138. 186. in Bibl. Cluniac. pag. 1442. [in to. 2. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 20. 261. 281. 390. 432. 468. 480. &c.]*

Observandum vero in monasteriis ubi vigeat carniū abstinentia, exhibitas ejusmodi procuraciones absque carnibus. Charta ann. 1205. in Tabular. Eccl. Cathed. Massil. *Præpositus, Canonici & Clerici, qui fuerint de corpore sedis Massilia, si venerint ad domum Monialium S. Pontii (Ordinis Cisterciensis erant) ibi semper Procuraciones sibi & bestiis juxta possibilitatem domus honeste habebunt, sine carnibus tamen.*

PROCURACIONES EPISCOPORUM & Archidiaconorum, quæ debentur à Sacerdotibus, cum Ecclesias sibi subditas ii visitant : de quarum immodicis sumptibus crebræ ad summos Pontifices delatæ subinde querelæ, qui eas coërcuere cum in Conciliis, tum Bullis suis, cujusmodi sunt Clementis IV. quæ habentur in Chronico Abbatia S. Joannis de Vineis pag. 137. 138. Præterea hæc Innocentii III. PP. in Monast. Anglic. tom. 2. p. 165. . . . Querelam accepimus, quod cum olim Archidia-

conus Richmondia parochiam suam visitationis gratia circumiret, cum centum equis minus tribus, viginti canibus & uno, tribus avibus venatoriis, ad quandam Ecclesiam predictorum Canonice accedens, tantum domum istam sumptu immoderato gravavit, quod hora brevi dicitur consumpsisse quod toti familiae longo tempore suffecisset. Nos igitur . . . inbibentes ne quis vestrum de cetero, cum parochiam suam visitet, in Procuracionum exaltatione seu modis aliis, præterquam Lateranensis Concilii Statuta permittunt, Ecclesias seu Clericos vel servientes predictorum Canonice gravare præsumat. Ad ejusmodi procuraciones spectant hæc Stephani Tornacensis Epist. 190. *De Procuracionibus agitur corporum, non de salute animarum ; de numero quadrupedum & hominum, non de merito virtutum, aut victoria vitiorum.* Vide Innocentium III. PP. lib. 1. Epist. pag. 84. & 105. edit. Venetæ, Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 22. Chartas veteres apud Jacob. Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 669. 670. 681. 683. 716. 720. præterea Renatum Chopinum lib. 2. de Sacra Polit. tit. 7. num. 10. 11. ubi plura de ejusmodi Episcoporum & Archidiaconorum procuracionibus.

Non Episcopis modo atque Archidiaconis, sed & Archipresbyteris aliisque quos ad visitandas ecclesias sibi subditas delegabant, procuraciones debebantur. Eodem jure gaudebant omnes quibus competeat jus visitationis ; quo etiamnum utuntur nonnulla Monasteria in prioratibus ab iis dependentibus. Statuta Eccl. Ruthen. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 768. *Prohibemus quod nulli capellani, vel clerici, vel laici nobis vel archidiaconis, vel archipresbyteris nostris visitantibus, . . . in Procuracionum refectioe remaneant.*

Procuraciones quæ Episcopis ratione visitationis debebantur, interdum, ut & illæ quæ dominis exhibebantur à vassallis suis, in summam pecuniariam conversæ sunt, quæ ipsis etiam non visitantibus erat persolvenda. Charta an. 1248. apud Miræum tom. 2. pag. 1229. col. 1. *Notum facimus universis, quod cum inter venerabilem patrem W. Episcopum Tornacensem ex una parte, & nos (abbatem & conventum S. Bertini) ex altera, super visitatione & Procuracione ratione visitationis, quam idem Episcopus petebat, &c. Inprimis ordinavimus quod . . . ab abbate & conventu habeat (Episcopus) unam gistam, & quia raro contigit quod Episcopi Tornacenses ad partes illas accedant, ordinamus quod in quocumque anno dictus Episcopus non receperit dictam gistam in monasterio supradicto, solvant ei dicti abbates (abbas) & conventus pro gista illa Tornacensi, quatuor libras Flandrenses. Id tamen abusive factum, nullasque procuraciones in numerata pecunia Episcopis deberi, nisi ex speciali aliquo jure ab Episcopali distincto ipsis competeret, non obscure docet Nicolaus IV. PP. in Bulla an. 1289. ex Cod. MS. Sangerman. *De illis autem Procuracionibus, si qua fuerint, quas Prælati in pecunia numerata jure aliquo forsitan speciali rite percipiunt, decimam præstare tenentur. Prælati autem qui Procuracionem, si qua fuerit, quam sine visitatione potuit similiter speciali sorte jure percipere in pecunia numerata, &c.**

Persolutæ etiam Episcopis procuraciones ob peractas ab ipsis Ecclesiarum dedicationes : unde colligi potest nomine procuracionis quodvis tributum Episcopis debitum aliquando significari. Charta an. 1273. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 515. *Notum sit nos (Episc. Clonen.) ecclesiam de Elsesed . . . dedicasse, & recepisse à procuratore re-*

Et oris dictæ ecclesie duas marcas nomine Procuracionis, ratione dedicationis ecclesie.

PROCURACIONES etiam præstabantur summis Pontificibus, cum in Franciam veniebant. Charta Ifenbardi Abbatis S. Mauri Fossatensis ann. 1274: *Omni autem anno quo Ecclesia nostra domino Papa in has partes venienti Procuracionem, vel aliquid pro procuracione daret, &c.*

Eodem procuracionis nomine apud Anglos exactum tributum pro Romano Pontifice. Computus ann. 1425. apud Kennett. Antiq. Ambrosden: pag. 573: *In solutis pro Procuracione domini Papæ, & acquietaret, hoc anno v. i. sol. 11. den.*

Sed & Legatis Apostolicis & Cardinalibus Romanavenientibus præstitæ procuraciones. Exstat in Tabul. S. Germani Prat. Charta B. Archiepiscopi Cusentini ann. 1263. qua decernit quasdam villas & grangias ejusdem Monasterii nullas consuevisse hætenus legatis seu nuntiis Apostolica sedis Procuraciones exhiberi. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. to. 2. pag. 559. & Historicos Anglicos, apud quos ejusmodi procuracionum crebra est mentio.

PROCURATIO, Necessaria ad victum & vestitum: Charta Caroli Crassi ann. 790: apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 75: *Ipsi quocumque in dominorum tandiu vivant Procuracione, quandiu in inceptam vadant expeditionem.* Epist. Gaufridi de Meduana to. 2. Spicil. Acher. pag. 508. *Ea vero qua monachi in equis & Procuracione sua mittent usque ad natiuitatem Domini, redditurus sum.* Charta an. 1398: in Tabul. B. M. de Bono - nuntio Rotomag. *Item quod ratione Procuracionis sibi persolvere in accesserit, evidenter colligitur ex sequentibus, &c.* Vide in Procurare 1.

2. PROCURATIO, Impulsio, sollicitatio, suasio. Chron. Angl. Th. Ottebourne p. 54. *Fredricus anno Domini 975. . . . per sua uoverca Procuracionem martirizatus est.* Rursus pag. 132. *Scoti ad investigationem & Procuracionem Regis Francorum, fines proprios & limites excedendo, &c.* Vide Procuramentum & Procurare 5.

3. PROCURATIO, Quidquid rei alicui perficiendæ inservit. Inscriptio ad calcem Bibliæ in Monast. Stabulensi asservatæ & a Martenio nostro descriptæ in Itin: Litter. pag. 149. *Codices hi ambo quia continuati & tamen morosius scripti sunt per annos ferme 1111. in omni sua Procuracione, hoc est scriptura, illuminatione, ligatura, uno eodemque anno perfecti sunt ambo.*

1. PROCURATOR, Vicarius, locum tenens, qui alterius vice res gerit. Petrus Blesensis I pist. 47: *Nunquam tibi exhibuit se dominum, sive Regem, sed quasi Procuratorem regni tui, &c.* Balduinus Flandriæ Comes in Charta an. 1066. apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fl. cap. 13. *sefe Philippi Francorum Regis ejusque regni Procuratorem & Bajulum inscribit.* [Eodem nomine appellatur in Vita S. Romanæ tom. 2. Spicil. Acher. pag. 682. *Cum Rex Philippus adolescens, de Procuratoris potestate egressus, regni sui gubernacula suscepisset, &c.*] Concilium Tolosanum an. 1068. apud Catellum lib. 5. rerum Occitan. pag. 865. *Anno . . . secundo vero anno regni Philippi Regis Francorum, ac tuitione Balduini Flandrensis Comitum, &c.* Ita Will. Tyrius Damascenorum Principum Vicarios, ac urbis Damascenæ Præfectos vocat lib. 9. cap. 7. lib. 15. cap. 7. lib. 18. cap. 27. & Ordericus Vital. lib. 9. *Procuratori suo, quem Admiraldum vocant, mandavit.* [Neque alio significato accipienda hæc vox in Annal. Burton: apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 299. *Ad quorum*

Tom. V.

(Pictavensium) impetum comprimendum, constituit Rex Angliæ Robertum de Turnham Procuratorem.]

2. PROCURATOR, Qui convivio excipit, vel convivium apparat. Regula Templariorum cap. 14: *Post prandium vero & cœnam, semper in Ecclesia, si prope est, vel si ita non est, in eodem loco, summo Procuratori nostro, qui Christus est, gratias ut decet cum humiliato corde referre stricte præcipimus.* Hinc Procuratorem Regni Francorum sese inscribit Theobaldus Comes Blesensis in Charta ann. 1156. in Tabulario Ecclesie Carnotensis n. 66. in Tabul. S. Martini de Campis, & apud Rogerum Hovedenum pag. 524: id est *Senescallum seu Dapiferum*; quod *Dapiferi Regii munus sit circa mensam regiam & ejus apparatus.* De Dapifero intelligendus, ni fallor, Adalbero Laudunensis Episcopus in Poëmate ad Robertum Regem Francorum, ubi ironice ait:

*Ut Procurator Regis mundana ministrans,
Sit piger, ignavus, modica virtute repletus,
Hic aliena petat, repetat sua, nil tribuendo,
Et jugiter maneat divisus sorte jugali;
In Regis hæredipeta non spes sibi constet.*

PROCURATOR ANNIVERSARIORUM, Exactor reddituum pro anniversariis assignatorum, Officium laicis viris commissum, ut videtur, in Ecclesiis de Romanis & Gratianopolitana. Charta an. 1274. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 127. *Item . . . quod bajuli ecclesie & Anniversariorum Procuratores, possint autoritate propria pignora debitorum anniversariorum in censuris & feudis dictæ Ecclesie de Romanis.* Charta ann. 1307. ibid. tom. 2. pag. 133: *Considerantes, quod portus de Clasio quem nos (Decanus & Capitulum Ecclesie Gratianopol.) & Procurator Anniversariorum nostrorum ad manum nostram tenemus, &c.*

PROCURATOR DUPLARUM, Officium in Ecclesia Valentina, qui multas, quæ Dupla nuncupantur, colligit; sub quo alter erat Procurator etiam Duplarum dictus, qui absentes canonicos ob idque multa puniendos, notabat. Epitome Constitut. Eccl. Valent. inter Concil. Hisp. to. 4. pag. 198. *Portiones designantur, quæ dari debent Episcopo celebranti, canonicis, . . . canonico Procuratori Duplarum & anniversariorum, tum & beneficiato Procuratori duplarum pro appunctatione, nec non duobus bursariis.* Vide Procurator paritatis.

PROCURATOR ECCLESIE, Qui ejus bona administrat & tuctur; unde *Procurator Ecclesie dicti Aeditui*, quos *Marguilliers* appellamus. Gesta Aldrici Episc. Cenom. apud Valuz. to. 3. Miscell. p. 33. *Exemplaria amborum in his reperiantur schedulis præceptorum; & in hoc inveniantur inserta libello, quatenus ex hoc Procuratores jam dictæ sedis Ecclesie, si necessitas fuerit, adjutorium & recuperationem habere valeant.* Statuta Eccl. Traject. ann. 1290. in Batav. sacra pag. 168: *Item prohibemus ne sacerdotes & Procuratores Ecclesiarum calices, & sacra vasa, . . . pignori exponant.* Kennett. Antiquit. Ambrosden: pag. 562. *Johannes Peris sen. & Johannes Baily Procuratores ecclesie parochialis de Acle.*

PROCURATOR FIDEI dicitur in foro Inquisitionis, qui in eo partes publicas agit, quomodo in Parlamentis Procurator Regius.

PROCURATOR FISCALIS, Fiscus Præfectus, *Procureur fiscal.* Léges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. to. 3. SS. Jun. pag. xxvi. *Procurator Fiscalis qui continue nostram sacram curiam sequi teneatur, instituat; qui facta & causas in ipsa curia promoveat atque prosecuat.* Adde Conc. Hispan. tom. 3. pag. 654. &c.

- ¶ **PROCURATOR JUDEX**, Qui alterius nomine jus dicit. Charta Amedæi Comit. Sabaudia ann. 1360. *Mandantes tenore presentium Magistris & Receptoribus computorum nostrorum, Judici Procuratori Beugesii, ... quatenus, &c.*
- ¶ **PROCURATOR PARCITATIS**, Ærarii ecclesiastici Præfectus, qui bona ecclesiæ procurat & colligit, ut Canonicis ea viritim distribuatur. Locus est in *Parcitas*.
- ¶ **PROCURATOR PAUPERUM**, Qui bona pauperibus legata administrat. Chartul. Latiniac. *Hæc omnia supradicta post mortem meam relinquo ad usum pauperum in elemosina, ita ut Procurator pauperum, id est custos elemosina omnia in potestate habeat.*
- ¶ **PROCURATORES PRÆPOSITURARUM**, Præpositi, quibus præpositurarum cura demandata est. Constitut. Eccl. Valent. inter Conc. Hispan. to. 4. pag. 200. *Qui ... aliquas exemptiones, privilegia & immunitates allegantes ... à contributione & solutione subsidii ... se eximere conantur, ... sint ipso facto privati à quibuscumque officiis, etiamsi Procuratores præpositurarum & collectores fuerint.*
- PROCURATOR REIPUBLICÆ**, Magistratus publicus. Charta Caroli III. Imp. in Hist. Pergamensi tom. 3. pag. 399. *Nemo superioris aut inferioris ordinis Reipublica Procurator ad causas judiciario more audiendas conventum facere, vel freda exigere, &c.* [Eadem habentur in Litteris Ludovici Junioris Regis Francorum ann. 1171. tom. 4. Ordination. pag. 207.]
- ¶ **PROCURATOR SYNDICUS**, Qui res alicujus communitatis agit. Charta an. 1274. to. 1. Hist. Dalph. pag. 126. col. 1. *Guillelmus Falavelli Procurator syndicus, sive actor habitatorum & hominum villa de Romanis, &c.*
- ¶ **PROCURATOR UNIVERSITATIS**, Idem in Ecclesia Vivariensi, qui in Barcinonensi *Procurator parcitatis* vocabatur. Vide supra. Vetus Necrolog. Eccl. Vivar. ex Schedis Cl. V. *Lancelot: Hac die memoria Rev. in Christo Patris & dom. D. Guillelmi de Pictavia condam Vivar. Episcopi, pro qua Procurator Universitatis tenetur distribuere existentibus in Misissa majori & processione duos florenos cum dimidio.*
- PROCURATORES Ecclesiarum** suarum sese interdum inscribebant Episcopi. Guido Episcopus Ambianensis, *Præsul & Procurator Reipublicæ Ambianensis* inscribitur in Charta ann. 1073. Garinus ejusdem Ecclesiæ Episcopus, *Præsul & Procurator totius Reipublicæ Ambianensis*, in alia an. 1139. Hugo Noviomensis, *indignus Procurator Noviomensis & Tornacensis Ecclesiæ*, in alia an. 1039. apud Miræum in Cod. donat. piar. c. 45. Buzelinum lib. 2. Gallo Fl. c. 26. & Haræum in Castellanis Islenibus pag. 153. 163. Ita in Epistola Henrici III. Reg. Angliæ apud Prynneum in Libertat. Anglic. tom. 2. pag. 580. Bonifacius de Sabaudia, *Procurator Bellicensis Ecclesiæ* dicitur, eo anno, quo ad Cantuariensem est promotus. Hugo Flaviniacensis ann. 940. *Artaldum Episcopum à Procuratione Episcopii juramento se compulit abdicare.* Ita Episcopus *procurare Ecclesiam* dicitur apud Adamum Bremensem c. 170. *Procurator Ecclesiæ* præterea videtur appellatus, qui electus, sed nondum consecratus est Episcopus, in Charta Friderici II. an. 1238. apud Columbum in Episcop. Valentin. num. 59. *Itaque ad curiam nostram Guillelmum Valentinensis Ecclesiæ venerabilem Procuratorem, seu electum, debita honorificentia suscepimus. Denique eundem titulum Episcopis Commendatariis datum colligimus ex Chronico Fontanellenfi cap. 8.*

- ¶ **PROCURATORIUM**, Procuratio, litteræ quibus aliquod negotium alicui committitur. Charta Episc. Adurensis ann. 1273. apud Rymer. to. 2. pag. 4. *In cujus rei testimonium presenti Procuratorio sigillum nostrum duximus apponendum.* Litteræ quibus Jacobus Reg. Aragon. filius procuratores constituit ad contrahendum matrimonium cum Sclarmunda filia Com. Fuxenf. an. 1275. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 264. *In testimonium eorundem presentem Chartam seu Procuratorium sigillo nostro pendenti fecimus sigillari.* Occurrit passim. Vide *Procura* 1.
- ¶ **PROCURRA**. Vide supra *Procura* 2.
- ¶ 1. **PROCURSUS**, ut supra *Percussus*, Facultas ponendi pecudes suas, & eas pascendi in alterius domini pascuis, *Procours*, in Consuet. Nivern. cap. 3. art. 2. Inquisitio an. 1255. apud Kennett. Antiq. Ambrosden. pag. 249. *Quia si (tres acrae) essent assartata, bestia amitterent Procursus suos ad transversum foresta.*
- ¶ 2. **PROCURSUS**, Alia notione, quæ aperte explicatur in Charta ann. 1064. ex Tabular. Major. Monast. *Quidquid igitur patet intra tres supra descriptas vias & supradictam vallem, quantum ad dominium suum pertinebat, boscum sive planum, feras simul omnes cujuscumque sint generis, & Procursum, nullo profusus inde sibi jure retento, memoratus Comes (Tetbaldus) beato Martino dedit. Procursus autem hic est, quia si canis noster in bosco nostro feram aliquam movere cœperit, per silvas Comitum, absque ulla refragatione, indagare tandiu poterit, donec apprehenderit.*
- ¶ 3. **PROCURSUS**, Progressus, processus, *Progrés; accroissement.* Exordium Monasterii S. Medardi Tornac. inter Instr. to. 3. novæ Gall. Christ. col. 65. *Quia paucitas dierum hominis finitur brevi, visum est nobis de exortu & Procursu domus nostræ aliqua perstringere, &c.*
4. **PROCURSUS**, Genealogia, series generis. Matth. Paris ann. 1130. *Ubi cum à quodam Clerico de gente Francorum perito, originem & Procursum Regis Ludovici quæreret, &c. ... & cum à gemino ovo omnem Regum Francia genealogiam texendo replicasset, &c.*
- ¶ 5. **PROCURSUS MORTUORUM**, Exportatio cadaveris ad sepulcrum, Gallice *Levéé d'un corps*; quod ordinato processu fit, sic dici videtur. Item, jus quod Curioni ex eo competit. Charta an. 1178. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. pag. 348. *De omnibus oblationibus quæ fiunt in Ecclesia S. Nazarii habebunt monachi medietatem, excepto Procursu mortuorum, baptisteriis, & visitationibus infirmorum.* Pro solemnibus processione & oblationibus quæ in ea à fidelibus fiebant in Commemoratione omnium defunctorum accipi opinor in Charta alia ibid. pag. 349. *Retinuimus autem Willelmo Faruel in vita sua Procursum mortuorum integre, excepto in crastino Omnium Sanctorum.*
- ¶ **PROXORIUS**, Proditus, indicatus, *Declaré.* Placitum ann. 852. inter Probat. to. 1. novæ Histor. Occitan. col. 99. *Ipsc Commis jussit suos ... ut supra ipsas res venissent, & rei veritati vidissent, si erant ipsas infra manitate monasterii Gondesalvio ... Nos vidimus & invenimus, quod ipsas res infra signa Proxoria vel termines ipsas res sunt, vel subjacent, à partibus monasterii Gondesalvio.*
- ¶ **PRODA**, Proventus, reditus, Ital. *Prode, prodotto*, Gall. *Produit, revenu.* Charta ann. 1196. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 368. *Preceperunt per convenientiam dicto Abbati, quod investiret dictum Azolinum Marchionem ... jure feudi absque fidelitate de toto eo quod ipsi habent & tenent ... in Verago, & in fundo, & Proda ville Marzane, & in Gaugnano &*

ejus Proda, quod totum est tertia pars dicti fundi. Vide Preu & Produm.

- ¶ PRODANI, ut *Prodenfes*. Vide in hac voce.
- ¶ PRODARIUS, Vide infra *Proderius*.
- PRODECIMA, Idem quod *Redecima*, Decima decimæ. Capitulare ann. 823. cap. 21. & lib. 2. Capitul. cap. 21. *Ut de omni conlaborato & de vino & feno . . . nona & decima persolvatur: De nutrimine vero Prodecima, sicut hactenus consuetudo fuit, ab omnibus observetur. Vide Redecima.*
- PRODEFACERE, Prodesse. Lex Wisigoth. lib. 6. tit. 4. §. 3. *Qui manum ex integro absciderit, vel etiam quolibet ictu percusserit, ut ad nullum opus ipse Prodefaciat, centum solidos percussor componat. Occurrit nude prodificare in Gloss. Arabico-Latino.*
- PRODEFINIRE, Idem quod *Definire*. Capitula Ludovici Pii ann. 826. cap. 6. *Tunc Comes causam Prodefiniat, veluti si ipse qui quarit prasens fuisset.*
- PRODENSES, Funes qui à prora alligantur ad terram, Italis *Prodesse*, ex *proda*, prora, iisdem. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 25. *Hoc est versus scolium nominatum, quod est à partibus Tramontana, qui ab omnibus scholis supradictis debet Prodensibus duobus & dimidio elongari, vel debet sibi cavere, . . . & potest ibi stare ad Prodenses, quicumque fuerit penes muros predictæ civitatis. Infra: Et eat longe à scolio uno Prodense. Rursum: Et possunt Prodenses dari ad insulam supradictam, anchoraque versus terram firmam poterunt impartiri. Cap. 26. Ad quam quidem siccam Prodenses figuntur. Vide Prodesium.*
- ¶ PRODANI, Eadem notione, in Gloss. Fr. Barberini ad Docum. Amor. edit. Ubaldini: *Prodani funes, qui ex anteriori latere navis propter impetum ventorum sustinent arborem.*
- ¶ PRODERE, Negare. Gloss. MSS. veteri Canonum collectioni præmissæ: *Prodiderit, negaverit.*
- PRODERIUS, Qui Proram curat in navibus, *Prodiario* Italis. Occurrit apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 20.
- ¶ PRODARIUS, Eodem significato. Gloss. Fr. Barberini ad Docum. Amor. edit. Ubaldini pag. 257. *Prodarii, qui custodiunt arborem, velas & anteriorem partem navis. Alibi: Prodarii, homines qui etiam remigant in prora.*
- ¶ PRODIFICARE, Emendare, ad meliorem frugem adducere. Vetus Interpres Origenis tract. 19. in Matth. apud Genebrardum: *Morigeratur Deus homines, ut hominum Prodificet mores. Vide supra Prodefacere.*
- ¶ PRODIGALITAS, Prodigentia, Gall. *Prodigalité*. Conc. Matiscon. an. 1286. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 205. *Cum potius improba Prodigalitas conferentis & concedentis (uni plures prioratus) & recipientis ambitiosa cupiditas in salutis aterne perniciem accipiant velamentum. Chron. Modoet. Bonincontri apud Murator. tom. 12. col. 1162. Qui jam Brandelixium in republica ejus socium propter illius Prodigalitem, qua in rebus alienis utebatur, de civitate expulserat.*
- ¶ PRODIGIATOR, Festo, *Prodigiorum* interpres. Gloss. Lat. Græc. *Prodigiator, τερατονοπος.*
- ¶ PRODIMENTUM, Proditio. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. to. 12. col. 555. *Regni Magnates persuaserunt matri præfata ut eorum Regem dimitteret eorum custodia conservandum, sed in factum malignam custodiam habuerunt Prodimento decepti.*
- ¶ PRODITIALITER, Perfide, per proditionem, Gall. *En trahison*. Litteræ Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1282. apud Rymer. to. 2. pag. 196. *Prodi-*

- tores nostri Lewelinus filius Griffini & David frater ejus . . . Proditialiter contra nos insurrexerunt.*
- ¶ PRODITIALITER, Eadem notione, in Chron. Trivetti to. 8. Spicil. Acher. p. 713. *Nos quoque cernentes tot damna, opprobria, facinora & injurias in exheredationem nostram & destructionem populi nostri Proditionaliter irrogari, &c. Charta ann. 1260. apud Rymer. tom. 1. pag. 709. Castrum dicti dom. Regis de Buelt ceperunt Proditionaliter, & homines ejusdem castri. Occurrit præterea apud eumd. tom. 3. pag. 222. Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. p. 468. Murator. tom. 3. pag. 574. to. 6. col. 364. to. 12. col. 568. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 114. &c.*
- ¶ PRODITIOSE, Idem, in Annal. Genuens. Ogerii Panis apud Murator. tom. 6. col. 410. *Saladinus . . . Proditiose intravit castellum Corvaria. Vide Gelositas.*
- ¶ PRODITIOALIS, Perfidus. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. to. 12. col. 588. *Habito quodam Proditionali tractatu viriliter invasit castrum S. Erasmi.*
- PRODITOR, Qui rem furatam prodit, indicat, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 4. 40. Occurrit in l. un. C. de Mendic. valid. & in l. 6. Cod. de Delator.
- ¶ PRODITUS, Editus, genitus, in leg. 1. lib. 6. Cod. Theod. tit. 26. *Licet patre vel avo ceterisque majoribus curialibus orti ac Proditii sint.*
- ¶ PRODIUM, pro *Brodium*, nostris *Brouet*. Statuta Monasterii Mellic. an. 1451. in ejusd. Chron. pag. 426. *Die parasceves pro relevatione fratrum detur singulis aliquid coctum videlicet Prodiu de surfure, vulgariter Stob, vel de pisis, non tamen nisi sale conditum.*
- ¶ PRODUCERE, Litis instrumenta proferre, exhibere, Practicis nostris *Produire*, in Charta Caroli VIII. Reg. Franc. an. 1489. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 237. Hinc
- ¶ PRODUCTIONS, Gall. *Productions*, vocant litis instrumenta & auctoritates. Arrestum ann. 1497. apud Thomasser. in Biturig. p. 172. *An bene vel male fuerit appellatum, junctis certis gravaminibus ac Productione dictorum appellantium ad judicandum, &c.*
- ¶ PRODUCTALIS. Charta Ferdinandi Gonzalez inter Conc. Hispan. to. 3. pag. 175. *Atriis, hortis, molinis, pratis, paludibus, cum suis antiquis Productilibus aquis. Quod in plerisque aliis Chartis sic exprimitur, cum aquarum decursibus.*
- ¶ PRODUCTUS, Adductus, compulsus, coactus. Hist. liberationis Messanæ apud Murator. tom. 6. col. 623. *Nec colligatur (tallia) etiamsi Rex quacumque necessitate Productus contra regni statuta, vel secundum, collectaret, peteret. Utitur etiam vetus Irenæi Interpres lib. 3. c. 14. num. 1. Quoniam autem is Lucas inseparabilis fuit à Paulo, & cooperarius ejus in Evangelio, ipse facit manifestum, non glorians, sed ab ipsa Productus veritate.*
- PRODUM, Lucrum, Gallis *Preu*, *Profit*: Italis *Prode*, & *pro*, qui à Provincialibus acceperunt, ut notat Acarissus. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 63. *Ut habeant Produm & daunnum, quemadmodum inter illos fuerit conventum. Occurrit ibi pluries. [Vide Preu & Proda.]*
- ¶ PRODUX, Traductor, apud Tertull. lib. de Carne Christi cap. 20.
- ¶ PROEDRUS. Vide Glossarium mediæ Græcitatatis in *προεδρος*.
- ¶ PROELIARE, Oppugnare, *Attaquer*. Jac. Aurias in Annal. Genuens. ad ann. 1282. apud Murator. tom. 6. col. 578. *Cum militibus ccc. & pe-*

ditibus MD. dictum castram Præliaverunt & eundem violenter ceperunt.

¶ PROFANITAS, Eo nomine Scriptores ante Christum natum designat Tertullianus lib. de Pallio cap. 2. *Ut autumat superiorum Profanitas.*

¶ PROFECTITIUS, Aliunde in nos delatus, adventitius. Hierat. juris Pontificii pag. 60. *Sicut pater Profectitia filii in detrimentum ejusdem heredis non præscribit.* Ulpian. leg. 5. Dig. de jur. dotium: *Videri dotem non esse Profectitiam.*

¶ PROFECTUOSUS, Utilis, qui prodest. Privileg. Rodulfi Reg. Franc. ann. 925. apud Marten: tom. 1. Ampl. Collect. col. 280. *Cujus salutiferis immo anima nostra Profectuosis petitionibus voluntarie aurem nostri culminis accommodavimus.*

PROFECTUS, Lucrum, Profit. Capitulare de Villis cap. 36. *Accipitres & sparvarios ad nostrum Profectum provideant.*

PROFERENDA. Acta Episcoporum Cenomanensium in Gervasio c. 31. *Cunctasque ibi decimas pertinentes, cunctos census & suburbia, qua Archiclavii tenere solebant, excepta Proferenda, quam Archicapellanus de manu Pontificis Missam cantantis recepit.* Videtur idem sonare quod *Præbenda*. [Malim de oblatione, quæ inter Missarum solemnità fit, accipere.]

PROFERENTIA, PROFERENTIUM, PROFERTA, Proventus, reditus. Tabularium Celsinianense: *Acquisivit de ipso Bertranno in gadio duas partes Proferentii de annona.* Tabularium Conchense in Ruth. ch. 8. *Hoc est totum fevum Presbyterale, & Proferentiam de tota Parochia de annona & de vino, & tam Proferentiam, qua ad altarios venerit, &c.* Ch. 39. *Decimum, & Proferentium, & sepultura, &c.* Ita in ch. 48. 50. 51. 57. 369. & alibi.

¶ Minus accurate *proferentiam*, proventum, reditum nude interpretatur doctiff. Cangius: haud obscurum quippe ex allatis videtur inter jura Curionum recenseri, idem proinde esse quod supra *Præferentia*, primitiarum scilicet jus, quod ipsis Curionibus præter decimas debetur. Id rursus aperte docet Charta ann. circ. 1036. apud Stephanot. tom. 4. Antiq. Pictav. Bened. MSS. pag. 562. *Mediam partem de altare, & suam partem de decimas, mediam partem de confessiones, de sepulturas, de Proferentia, de baptisterium, & omnia quæ ipse habet in ecclesia (concessit.)* Excerpta ex Tabul. S. Maxentii inter Instr. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 341. *Donatio autem (an. 1041.) istius ecclesia talis est, scilicet baptisterium, confessiones, Proferentia & tota sepultura, & omne quod in ecclesia venerit.* Vide *Primitia*.

PROFERIMENTUM, Dilatio, prolatio: cum quis stare juri, ac rectum facere renuit, vel differt. Ufatici Barcinonenses MSS. cap. 93. *Sicut malum quod factum est per fatigationem de directo, nullatenus debet esse emendatum, ita illud quod factum fuerit super Proferimento de directo, nullatenus debet remanere ut non sit redirectum.* Id est; ut interpretor, sicut malum, quod quis patitur ex actione judiciaria, non emendatur; ita contra si malum is patitur ex dilatione partis, debet refarciri.

PROFLERUM, PROFFERUM, in Fleta lib. 1. cap. 38. c. 16. lib. 2. c. 32. s. 2. 4. *Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 290. Idem Henricus de Hastings & antecessores sui solebant capere & de jure habere rationabiles expensas suas versus scaccarium singulis annis pro duobus Proffris faciendis, & uno compoto reddendo per annum, &c.* Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 11. *Et si reperiatur per nomina Militum qui visui interfuerunt, quod visus terra factus fuit, tunc ad Proffrum petentis clamabitur reus, qui die illo juste si*

velit, effoniari potest de malo veniendi, &c. Ibidem, Gallice: *Richard le Jay se Profre vers Villiam Huse de play de terre, &c.* Adde cap. 9. 12. Jo. Britton in Legib. Angl. pag. 41. v. *Mès en tiel cas volons que mitigation soit faite, pur ceo que ceux se Profrent à combattre pur nostre pees maintenir, &c.* Pag. 42. v. *Et si ascun eyt sur luy autes armes musée, & de ceo soit grevé son adversaire, ou Profre de grever, &c.* Pag. 44. v. *Et si ascun des appellez se Profre avaunt la utlagerie, ou le appellour face defaute, &c.* Pag. 55. *Et si le plaintif ne veigne au jour, ne se face essoiner, & le defendant se Profre, & demande jugement de la non suite de plainrise, &c.* Spelmannus vocem à Gallica *Proferer* producere, educere, allegare, deducit. Vim tamen vocis non omnino percipio.

¶ Duplex est hujusce vocis intellectus ex Th. Blount in Nomolex. Anglic. Ac 1º. quidem *Profum* significat tempus iis statutum qui rationes suas edere & proferre coram Scaccario tenentur, atque ipsam rationum redditionem: quo sensu accipienda quæ ex Monastico Anglic. retulit Cangius, ut & quæ post Spelmannum subjungimus ex Brevi Reg. de Attornato Vicecomit. pro *Profro* faciendo: *Quia dilectus nobis... ad instans Octava Pasche proxime futurum ad Proffrum suum tunc ibidem, prout moris est, faciendum personaliter interesse non potest; vobis mandamus quod R. & J. clericum, quos idem Vicecomes ad Proffrum suum prædictum... attornavit... loco ipsius Vicecomitis ad hoc recipiatis.* Est & *Proffrum* Actio judiciaria, qua sese offert quis ut coram iudice jus suum contra quemlibet probet, jurisque sui argumenta proferat. Ita vocem hanc interpretor apud laudatum Radulfum, in Gallicis superius allatis & in Charta ann. 1334. apud Rymer. tom. 4. pag. 611. *Cum Johannes Episcopus Lysnorenensis... amerciatu fuisset ad centum solidos, quia non venit ad Proffrum suum faciendum; nos, volentes eidem Episcopo gratiam in hac parte agere specialem, pardonavimus eidem Episcopo... prædictos centum solidos.*

¶ PROFESSA, Femina continens, quæ virginitatem profitetur, non tamen in Monasterio. Index vett. Canon. inter Conc. Hispan. to. 3. pag. 20. *Ut nulla Professa vel vidua absente sacerdote, in domo sua sacerdotale officium vel lucernarium impleat.* Vide *Ascetrix*.

PROFESSI, Qui magisterium adepti sunt in Scholis, & docendi facultatem habent. Hericus Monachus l. 1. de Miracul. S. Germani: *Quisquis artium profitendarum afficeretur studio, non ante Professis inscribi merebatur, quam hinc explorata diligentia examinatus abiret.* Ex eo Syrus in Vita S. Maioli Abb. l. 1. c. 7. tom. 2. Maii pag. 671.

¶ 1. PROFESSIO; Substantia, possessio, facultates in censu professæ, in leg. 2. Cod. Theod. lib. 10. tit. 14. Vide ibi Gothofredum.

¶ PROFESSIO, pro Nuda jactatio, ibid. leg. 5. tit. 1. l. 9. pro Oneris in se susceptio, ibid. leg. 32. lib. 13. tit. 5.

¶ 2. PROFESSIO, Abdicatio, declaratio qua dignitate quis se abdicat. Statuta Cisterc. an. 1157. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1250. *Abbas qui dimiserit abbatiam suam, infra xxx. dies Professionem faciat, & nihil ex omnibus sibi retineat aut reservet.* Vide alia notione in *Profiteri*.

PROFESSORES, vel Professores Ordinis, qui regulam Ordinis alicujus profitentur, in Stat. Præmonstr. cap. 4. s. 18. [Bulla Bonifacii IX. PP. an. 1400. apud Rymer. tom. 8. pag. 122. *Quibus etiam monachis eligendi, tempore vacationis Prioratus ejusdem, alium de dicto Prioratu, vel alio religioso loco dicti Or-*

dinis (Benedictini) ydoneum Professore[m] licentiam damus.]

- ¶ PROFESSUS, Professio. Cod. Theod. leg. 39. tit. 2. lib. 16. *Si qui Professum sacre religionis sponte dereliquerit, continuo sibi eum Curia vindicet.* Vide alia notione in *Profiteri*.
- ¶ PROFESTUM, Vigilia, dies festum præcedens. Obituar. MS. Eccles. Morin. fol. 36. *Festivitatum B. Mariæ matris Christi ac vigiliarum seu Profestorum Petri & Pauli, &c.* Mirac. S. Amalbergæ tom. 3. Jul. pag. 111. *Vovit feriare, quamdiu viveret, B. Amalbergæ, & Profestum ejus in pane & aqua quolibet anno jejunare.*
- ¶ PROFFENDRA, Tabular. S. Eparchii Inculisim. fol. 38. *Similiter facient eis 5 bias, unum ad frumentum faciendum, alium ad avenam, tertium ad Proffendra, 4. in nemore, 5. in vindemiis, & hoc facient sive habeant bovem sive non.*
- ¶ PROFFRUM, ut *Proferum*. Vide in hac voce.
- ¶ PROFICATIO, Incrementum, accessio, Gall. *Melioration*. Charta Dom. Onecæ æræ 1067. apud Moret. Antiquit. Navarra pag. 597. *In omnes has villas que supra taxatae sunt, cum omnibus augmentis suis tam de emptionibus quam de Proficationibus meis, cunctam meam portionem dono.*
- ¶ PROFICIENS, *Ante positus, proventus*. Glossarium Isidori.
- ¶ PROFICISCERE, pro Proficere, in Charta Childerberti III. Reg. Franc. ann. 695. apud Felibian. Hist. Sandion. pag. xv1.
- ¶ PROFICIUM, ut infra *Proficuum*. Placitum an. 8. Ludovici Pii apud *le Blanc* Dissert. hist. de Monet. pag. 98. *Qualia (testimonia) exinde dedit in præsentia Rothardi & Nortperti Episcoporum, seu ipsius Leonis nullum Proficium testificati sunt.* Charta conventionis inter Henricum Reg. Angl. & Robertum Comit. Flandr. in Lib. nigr. Scaccarii p. 14. *Ubi Rex eos (oblides) libere possit retinere ad Proficium suum.* Adde Statuta Riperiæ cap. 1. fol. 5.
- ¶ PROFICUIT, PROFICUITAS. Vide in *Proficuum*.
- ¶ PROFICUUM, Lucrum, emolumentum, *Profit*. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 247. *Sunt in summa qua dedi in Proficuo Ecclesie . . . solid. duo millia.* Relatio de Thesauo Canusianæ Ecclesie: *Per Proficuum & honorem Reginae Ecclesie, &c.* Turpinus in Vita Caroli M. cap. 8. *Magnum animabus Proficuum.* [Charta Balduini Comit. Flandr. an. 1116. apud Miræum tdm. 2. pag. 1154. *Nihil deinceps Proficui, nil consilii vel auxilii illi facient.* Charta ann. 1183. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 371. *Persolvet prædictam pecuniam cum Proficuo.* Charta Philippi Pulcri Reg. Franc. ann. 1292. ex Tabul. S. Andreae Avenion. *Perciperet & haberet . . . omne emolumentum & Proficuum quod ex curia & mercato ac nundinis dictæ villa provenirent & provenire possent.*] Utuntur Ivo Carnot. Epist. 76. Gregorius VII. lib. 6. Epist. 2. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 29. & alii.
- ¶ PROFISCUUM, Eodem significatu, nisi etiam legendum sit *Proficuum*. Litteræ Caroli VIII. Reg. Franc. ann. 1483. in Notis Gotofredi ad Histor. ejusd. Reg. pag. 373. *Volentes quod ipse Guillelmus (de Rochefort) hujusmodi officio Cancellarii plene . . . gaudeat ad vadia, . . . utilitates, Profiscua, præeminentias & emolumenta consueta.*
- ¶ PROFICUUM, Fortuitus proventus, Gallis *Ca-suel*. Charta ann. 1406. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 686. *Tenebuntur solvere amodo annuatim in recepta Proficunorum & reddituum villa Parisiensis.*

- ¶ PROFIGUUM, Eadem notione, in Charta ann. 1484. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. p. 233. *Fructus, Profigua, revenutas & emolumenta dictarum terrarum (concedimus.)*
- ¶ PROFICUUS, Utilis, *Profitabile*. [Charta Caroli C. ann. 851. apud Doublet. pag. 780. *Ut pote in desiderio semper habentes aliqua nostræ saluti Proficua stabilienda quæreremus.*] Lupus Ferrariensis Epist. 4. ad Emhardum: *Nemo postulet, nisi qui suæ saluti Proficua postularit.* Occurrit passim.
- ¶ PROFICUIT, pro *Profuit*. Thwroczius in Sigismundo cap. 1. *Sed quid Proficuit solitariae manus defensio?* Cap. 4. *Sed hac fuga Proficuit & minime.* Ita MSS. præferre monet Freherus Editor.
- ¶ PROFICUITAS, Idem quod *Proficuum*. Ditmarus lib. 2. *Archiprasul divinitus in cunctis humanitusque pollens Proficuitatibus, &c.* Lib. ult. *Non est opus . . . ut varii favore vulgi de mea Proficuitate credas, &c.* pag. 21. 108.
- ¶ PROFILIATIO, Adoptio. Charta profiliationis, qua aliquis pro filio hæres constituitur. Charta Dom. Onecæ æræ 1067. apud Moret. Antiquit. Navar. pag. 596. *Facio vobis Rege domino Sancio & supraddicta Regina hanc cartam Profiliationis ac donationis de meas hereditates, quas habeo in territorio de Castella.*
- ¶ PROFILIUS, Filius filii, nepos, Gallis *Petit-fils*. Leges Norman. cap. 26. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 207. *In successione patris tantummodo ad Profilium asserentes, quod Profilius avo suo non debet succedere, licet primogeniti fuerit filius, qui avi sui tempore jam deceffit.*
- ¶ PROFILUM, ut *Persilum*. Vide ibi.
- ¶ PROFINIS, Confinium. Vetus Charta ann. 1012. apud Ughellum in Teatinis Episcopis num. 12. *Quæ (Ecclesia) sita est in territorio Teatino vocabulo Guelni, & terras circumcirca dictam Ecclesiam promensura modiorum mille ducentorum habentur in Profine terræ supraddicti Comitis Transmundi à pedesne fluminis Atinelli, &c.* Infra: *Et habent fines cum Profine via circa alios suos confines, &c.*
- ¶ PROFIRMITER, Certo, phrasis Gallica, *Pour certain*. Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 23. *Si autem audivit quod latro fuisset, & tamen non scit Profirmiter, aut juret solus, &c.* Adde Capitularia Caroli Calvi tit. 12. §. 6.
- ¶ PROFISCUUM. Vide *Proficuum*.
- ¶ PROFITERI, *Confiteri*, Confessionem Sacerdoti exsolvere, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 66.
- ¶ PROFITERI, Professionem (de qua mox) facere, in Antiq. definit. Ord. Cisterciensis dist. 4. cap. 1.
- ¶ PROFESSIO, qua Monachus per votum triplex Deo sese offert. Hac enim votorum emissionem palam profitetur Deo obedientiam, castitatem, & paupertatem deinceps se observaturum. S. Hieronymus in Præfat. ad Regul. S. Pachomii, de præcedentia loquens: *Non atas inter eos quæritur, sed Professio. Professio virginittatis,* apud S. Ambrosium lib. 3. de Virgin. *Sancta religionis Professio,* in Concilio Arelat. II. ann. 385. can. 45. Concilium Carthagin. an. 398. *Clericus Professionem suam & in habitu & in incessu probet.* Canones Romanor. ad Gallos cap. 1. *Virgo votata jam Christo, qua integritatem publico testimonio Professa, à Sacerdote, prece effusa, benedictionis velamen accepit.* Concilium Wormatiense ann. 868. cap. 23. *Monachum ergo aut paternam devotio, aut propria Professio facit.* Vide Arnobium lib. 6. Addit. 1. Capitul. cap. 35. &c. & Haestenum lib. 4. Disq. Monast. tract. 5. disq. 2. Existat hæc professionis Monasticæ formula in Polypty-

cho S. Remigii Remensis: *Ego Rotfridus initium conversionis meae diligenter attendens, considero quod petitionibus meis primum non facilis concessus est introitus, sed diu pulsanti mihi vix hospitii locus est misericorditer attributus, in quo per paucos dies commoratus, novitiorum sum domum progressus, in qua dura & aspera mihi primum à seniore sunt prädicata, & stabilitatis meae promissio expetita, & ter in anno lecta atque tradita est regula, cum admonitione dicentis, Ecce lex sub qua militare vis, si potes observare, ingredi; si vero non potes, liber discede. Hoc ergo videns ordinatissimum mihi atque morosum spatium adtributum, dubitationis aditum praetermitto, & ut me jam vestro corpori sociare dignemini, humiliter depono. Ego tamen hujus regulæ instituta, Domino juvante, servare promitto, & propter vitæ æternæ premium, coram Deo & Angelis ejus me similiter militaturum subicio: ita ut ab hac die non mihi liceat colla de sub jugo excutere regulæ, quia sub annali optione aut excutere licuit, aut suscipere. Et ut hac Professionis meae petitiõ à vobis firmiter teneatur, ad nomen S. Remigii, vel quorum hic reliquæ continentur, ac presentis Abbatis domni videlicet Hincmari Archiepiscopi conscriptam trado.*

PROFESSUS Monachus, qui in Monasterio votum emisit, *Religieux Profesz.* Arnulfus Lexoviensis Episcopus in Epist. ad Abbatem S. Ebrulfi: *Pro Wilhelmo Monacho olim nos Fraternitati tuæ semel & iterum scripsisse meminimus, ut eum in Monasterio tuo, in quo Professus est, reciperes, &c.* [Occurrit præterea to. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 245. & apud Murator. to. 6. col. 68.]

PROFLAMMARE, Flammas, vel incendio absumere. Marcellinus Comes: *Simulachrum aeneum in foro Strategii super fornicem residens... incendio Proflammatum est.*

¶ **PROFLIGARE**, Exigere, in leg. 4. Cod. Theod. lib. 11. tit. 22. *Universa pensitationis Profliganda, qua fuit, reviviscat sollemnitas. Necessitatem Profligare, ibid. in leg. 9. lib. 8. tit. 8. Profligo, ἀπαιρῶ βιάως, in Gloss. Lat. Græc. Profligito, in Cod. Sangerm. Hinc*

¶ **PROFLIGATIO DEBITORUM**, Exactio, collectio eorum, ibid. in leg. 10. lib. 6. tit. 30. *Profligatio, ἀπαιρῶσις, in Gloss. Lat. Gr.*

PROFRUM. Vide *Proferum*.

¶ **PROFUGARE**, Expellere, eicere. Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 76. *Monachos Cantuarienses Profugavit (Johannes Rex) & bona eorum confiscavit.*

¶ **PROFUGIUM**, Fuga. Ottoboni Annal. Genuens. ad ann. 1205. apud Murator. tom. 6. col. 392. *Omnes etiam penitus cepissent, nisi quod Comes Raynerius cum suis militibus Profugium cepit.*

PROFUGOSE, Fugiendo. Salvatus in Vita S. Martini Sauriensis Presbyt. *In urbem Colymbriam Profugose redierunt.*

PROFUGULA, Fugiens elementa. Sic Glossæ antiquæ MSS.

PROFULUM. Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275. *Quinque mandilia cum Profulis. Videtur esse nostrum Profil, vel Persil, Ora, Limbus. [Vide Persilum.]*

¶ **PROFUNDARE**, Fodere altius, Gallic. *Creuser*; faire profond. Charta Pariagii villæ Sarlat. an. 1299. in Regesto Philippi Pulcri ex Chartophyl. regio: *Dicta fossata emendare, reficere & Profundare (poterunt.)* Chron. Episc. Metens. apud Acher. tom. 6. Spicil. p. 673. *Turres & muros in melius reparavit, novas cisternas Profundando.*

¶ **PROFUNDARE**, Mittere in profundum, immergere. Vita S. Stanislai to. 2. Maii pag. 266. *Quam*

(mulierculam) fuste aquis aliquoties Profundare satagebat.

¶ **PROFUNDARE**, Diligentius rimari, penitus per scrutari, Gall. *Approfondir.* Vita B. Lidwinæ to. 2. April. pag. 341. *Profundare secreta Domini quandoque laborarent.*

¶ **PROFUNDARE SOMNUM**, Goclen. in Lex. Phil. *Somnum profundum reddere.*

PROFUNDERE, [dicitur sacerdos, cum hausto sanguine Christi calicem vini & aquæ infusione abluit.] Vide *Supersfusio*.

PROFUNDUS, Color intensior, vividior: nos dicimus *Foncé*, Scriptorum mediæ ævi, fundatus. Valerianus Aug. apud Spart. *Cape tunicam palmatam, togam pictam, subarmalem Profundum, sellam eboratam, nam te Consulē hodie designo: ubi Casaubonus, & ex eo Alexander Witteimius subarmalem profundum dici opinantur, quod tunica talaris fuerit. Alii ita dictum volunt, quod non modo purpureus fuerit, sed purpura vividior, intensior & subfusca intinctus. Proindeque profundus subarmalis idem fuerit, quod Trebellius Pollio in Claudio, subarmale cum purpura Mauræ vocat. Hesychnus: τὸ βατὺ, & τὸ μέγα, & ὑψηλόν, & μέλαν. Idem: ευσσός, βυθός, ἀντρον, πύθμην, & χρώμα ἀντὶ τῆς ὕψους παραλαμβανόμενον. Est igitur subarmalis profundus, ὑγινοβραφής, hyginotinctus. [Vide Suidam in Σάβδριοι λίθοι.]*

¶ **PROFUNDUS**, Doctissimus, qui summum scientiæ attigit. *Profond* eadem notione dicimus. Rolandinus Patav. de factis in marchia Tarvis. apud Murator. to. 8. col. 360. *Erant quoque tunc temporis Regentes in Padua viri venerabiles, magister Agnus, magister Johannes, magister Zamboninus, Profundi & periti Doctores in physica & scientia naturali.*

PROFUSIO, [Infusio vini & aquæ in calicem hausto sanguine Christi ad illum abluendum,] Vide *Supersfusio*.

¶ **PROFUSOR**, Pincerna. Vide *Profusor*.

PROGENER, Vir neptis, Festo. Glossar. Græco-Lat. ἐγγόνος ἀνδρός, *Progener*. Ita in eodem Glossar. *Pronurus*, dicitur ἐγγόνος γαμετή. Aliter tamen accipi videtur in veteri Inscriptione apud Gruterum pag. 4123. ubi Stilico *Progener* Theodosii Augusti dicitur, quia scilicet ille *Serenam*, Theodosii ex Honorio fratre neptim, duxerat, quam Theodosius adoptarat in filiam, auctor est Claudianus: proinde Stilico vice generi Theodosii erat, cum Serena non ejus esset naturalis filia, sed adoptiva.

¶ **PROGENICULARI**, Genibus advolvi. Gloss. Lat. Græc. *Progeniculatur, γενονπέλει.* Ibid. *Progeniculo, γενονέμα.*

1. **PROGENIES**, Gradus cognationis. Capitulare Compendiense ann. 757. cap. 1. *Si in quarta Progenie reperti fuerint conjuncti, non separamus, &c.*

2. **PROGENIES**, Cœtus, conventus Monachorum, in Charta Odonis Abbat. Glannafol. laudata à Mabillonio to. 2. Annal. Bened. p. 622.

PROGENIOSUS, Nobili progenie genitus. Joan. Hocsemius in Adolpho à Marka cap. 5. *Quo mediante judicata sunt treuga more solito quadragesima, & has Progeniosi violare ceperunt. [Chron. Corn. Zantfliet apud Marten. to. 5. Ampl. Collect. col. 121. Item eodem anno nobiles & Progeniosi civitatis Leodiensis, &c.]*

¶ **PROGENITALIS**. Litteræ Petri d' Aubuffon S. Johan. Hierosol. Ordin. Magistrum ann. 1493. inter Privilegia ejusdem Ord. pag. 161. *Verum quia variis vernaculis linguis commilitones nostri Progenitales patria more utuntur, &c.* Ubi legendum existimo *Progenitalis*, adeo ut sensus sit, vernaculis linguis utuntur

utuntur more patriæ in qua progeniti sunt.

PROGESTIUM. Vide *Proastium*.

¶ PROGNOSTICARE, Præfagire, prædicere, præsignare. Ordinat. Humberti II. an. 1340. to. 2. Hist. Dalph. pag. 391. *Mentem nostram totaliter applicamus, ut sermo durus gentium contra nos Prognosticantium enormia & aduersa, non verax reperiatur, sed varius.* Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 585. *Futurum se Episcopum Prognosticavit.* Occurrit rursus to. 3. April. pag. 509. Propius ad Gallicum Pronostiquer,

¶ PRONOSTICARE, Eadem notione, in Concil. Trevir. an. 1310. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 258. *Nulla etiam tempora fausta vel infausta existimanda, ... nec ad volatum vel garrimum avium, vel ad motum alicujus membri, aut ad alicujus animalis aspectum aliquid esse prospere venturum, vel non, est Pronosticandum.* Charta an. 1456. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. pag. 1173. *Quod cum aliqui divinatores Pronosticarent nonnulla de morte ipsius Petri, &c. Adde Murator. tom. 8. col. 249. Vide supra Pronosticare.*

¶ PRONOSTICATIO, Prædictio, præcognitio, rei futuræ indicium. Chron. Trivetti tom. 8. Spicil. Acher. pag. 573. *Fuit nihilominus (Johannes de S. Ægidio) in arte medicinae pertissimus de cuius curis & Pronosticationibus referuntur plurima admiranda.* Pronance, eadem notione, adhibet le Roman de Narcisse MS.

*Lonc tens en furent la doutance,
Et en la fin vint la Pronance.*

¶ PRONOSTICATIVUS, Prænuntius, Gall. *Pronostic.* Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 54. pag. 134. *Sedibus aptissimus plurima grandia saxivoma, ... inevitabilis Pronosticativa ruina, ... situari constituit.* Occurrit iterum p. 284.

PROGNOSTICON. Vide *Sortes Sanctorum* in *Sors*.

PROGRAMMA, Litteræ regali sigillo munitæ, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 34. & 64. Vide l. 29. Cod. Th. de Petition. [Item ex Spelman. Proscriptio, scriptura postibus affixa ut ab omnibus legatur. Vox juris civilis.]

¶ PROGRESSIUS, Ulterius. Acta SS. to. 2. Mart. pag. 134. ubi de S. Gregor. Mag. *Sciatis non Progressius nos iter ceptum licere protendere.*

¶ PROGROSSUS, Profectio, Gallice *Départ*: vel etiam Consilium, susceptio, Gallice *Entreprise*. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 63. *Willelmus, cunctis paratis quæ ad dictum Progressum necessaria putabantur, cursu placito appulit Haslingas.*

PROHÆRES, Papiæ, est, qui loco hæredis fungitur, aut institutus aut substitutus: vel potius hæredis hæres. Papianus lib. Responf. tit. 2. *De donationibus dominorum proprietatem accipientium etiam circa hæredes & Prohæres lege firmatur.* Marculfus l. 2. form. 17. *Ut aliquis de hæredibus, vel Prohæredibus nostris, seu qualibet persona contra hanc testamenti paginam ... venire aut aliquid pulsare valuerit, &c.* [Charta ann. 868. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 190. *Si vero ego, quod absit, aut ullus de hæredibus aut Prohæredibus meis, &c.*] Quæ quidem formula occurrit non semel in veteribus Tabulis, l. 1. Tradit. Fuld. cap. 41. 69. lib. 2. cap. 11. in Privilegiis Ecclesiæ Hammaburgensis, in Probat. Histor. Guinensis pag. 45. &c.

¶ PROHIBITIO REGIA, vox forensis, Litteræ regię apud Anglos quibus cognitio causæ, quæ in foro Ecclesiastico agitur, ad forum civile revocatur. Charta an. 1300. apud Kennett. Antiquit. Ambroden. pag. 344. *Renuntiantes in hoc facto om-*
Tom. V.

nibus impellationibus super hoc habitis, appellationibus, in integrum restitutioni, regię Prohibitioni, & omni alii remedio juris canonici & civilis.

¶ PROHIBITUS, Non concessus, ex lib. 1. Decretal. tit. 7. cap. 2. apud Macros in Hierolex.

¶ PROHICERE, ut Projicere, in Statutis Arelat. MSS. art. 184.

¶ PROHICIUS, Funis nauticus. Statuta Massil. lib. 3. cap. 16. *Statuimus quod corderii omnes de Massilia teneantur speciali sacramento se non facturos per se vel per alios gumenas, vel Prohicios, ... nisi de canabo femello & filo subtili.* Vide *Pronexium*.

¶ PROJECTIBILIS, Projectus, apud vet. Irenæi Interpretem lib. 1. cap. 30. num. 9.

¶ PROJECTUM, Projectura, Vitruvio, projectum tectum, Plinio, nostris *Avvent*. Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 46. art. 1. *De projectis. Ordinamus ne posthac Projecta seu tigna, vulgo dicta Envans, quæ extra parietes domus protendantur, fiant.* Gloss. Lat. Gr. *Projecta tecta, ἀνάσταμένον, ἀνάσσει ἐκχουσα ἐπ' οἴκιον.* Ubi leg. ἀνατελαμένον, ἀνάστασις ἐκχουσα, &c. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 155.

¶ PROJESTUM, Consilium, propositum, Gall. *Projet*. Renovatio testamenti Abbonis Patricii per Carolum M. an. circ. 805. apud Mabill. Diplom. pag. 510. *Ut nullo unquam tempore in postmodo ipsa nec heredes sui contra hanc testamento meo nec Projesta nostra ambulare nec refragare debeant.*

¶ PROINOSUS, pro Pruinofus, facili mutatione, in Missali Goth. apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 242. *Hæc (apis) explorata temporum vice, cum canitiam Proinosa hyberna posuerint, &c.*

¶ PROLABIA, Prominentes laborum partes, in Amalthea ex Polluce.

PROLATARE, Differre, procrastinare, ἐπιβύβουσαι, in Gloss. Græc. Lat. [Vox ea notione haud ignota Latinis.]

¶ PROLATOR, Productor; Græc. προβολεῖς, apud vet. Irenæi Interpretem lib. 1. cap. 2. num. 1.

¶ PROLECTA, Capistrum, funiculus, Gall. *Licou*, *lesse*: unde *Prolexam* legendum existimo, apud Lupum in Vita S. Thomæ Cantuar. cap. 3. pag. 65. *Et quesierunt ei jumentum pro uno argenteo. Et quidem hoc non frenum, sed tantum Prolectam circa collum habebat.*

¶ PROLEGERE, Legere coram aliis & clara voce. Charta Balduini Archiep. Treverens. ann. 1335. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 569. *Recognoscimus nos litteras infra scriptas ... sigillatas vidisse, ac de verbo ad verbum Prolegi fecisse tenoris & contentia in hæc verba, &c.*

¶ PROLES, Profapia, genus, Gallis *Famille*. Acta S. Contardi tom. 2. April. pag. 450. *Tandem nutu divino Sathan ejusdem viri vitam, Prolem, patriam & rem gestam per os mulieris, fere omnibus ignota, cepit predicare.*

¶ PROLES, masculini gen. in Manuali Dodanæ matris S. Willelmi Ducis apud Mabill. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 750. *Cernens plurimos cum suis in seculo gaudere Proles, &c.* Ibid. pag. 755. *Si Proles secundus (id est, filius secundo genitus) tot tempus haberet, in sui personam illi aliam transcriberem libellum.*

¶ PROLETARII apud Romanos nuncupati, qui in urbe semper sufficiens prolis causa vacabant. Hi in arma non cogebantur, sed semper generandorum filiorum causa in urbe morabantur. Ita Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. post Gellium lib. 16. c. 10. Vide Nonium & Festum.

PROLIBERI, Qui ex liberis hominibus nascuntur aut nascentur. Charta Adelchisi Regis Longob. in

- Bullario Casinensi tom. 2. pag. 11. *Cum omnibus mobilibus & immobilibus rebus in integrum, servis, pro-servis, liberis, Proliberis, &c.* Vide pag. 7.
- ¶ PROLICERE, Emanare, effluere. Varro: *Demum ubi Prolicuit dulcis unda.* Gloss. Isid. Eodem sensu quo *Proliquare* apud Apuleium, unde *Proliquere* legendum censet Grævius.
- ¶ PROLIFICATIO, Procreatio. Statuta Mellic. Monast. ann. 1451. in Chron. ejusd. pag. 427. col. 1. *Nequaquam teneantur venatici canes in monasterio, ... neque nutriantur columba propter earum Prolificationem & clamores continuos.*
- ¶ PROLITARE, Litare, sacrificare. S. Zeno Veron. in Vita S. Arcadii Mart. *Cogebatur Christi populus ... inter fervidos ignes pallenti arvina funesto sanguine Pro-litare.*
- ¶ PROLIX, Proles, filius. Charta Ordonii II. Reg. pro Monast. S. Martini Compostell. inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 171. col. 2. *Froila Rex confirmat. Ranimirus Ordonii Prolix confirmat. Garsia Ordonii Prolix confirmat. Gimara presbyter confirmat.*
- ¶ PROLIXITAS ÆTATIS, Senectus. Epist. Hincmari ad Carolum C. apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 198. *Nam quando ... Hucberto præcentori palatii episcopium Meldensis urbis commissum est: ubi, propter Hildrici episcopi ætatis Prolixitatem & diurnam ægritudinem, quedam ad scientiam & religionem pertinentia, nec non & ædificia, & cetera quoque necessaria neglecta invenit.*
- ¶ PROLOCUTOR, PROLOCUTORIE. Vide *Prælocutor.*
- PROLOCUTORIUM, Locus publicus in quo conventus publici, quos *Parlamenta* vocabant, aguntur. Charta Petri Archiep. Panormitani an. 1130. apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 477. *Porro convocatis à D. Duce Sicilia & Calabria quam plurimis Episcopis, aliisque venerabilibus personis, quibusdam denique Baronibus in Prolocutorio Panormitani Palatii determinato convenimus, &c.* Vide *Locutorium* [& *Parlatorium.*]
- ¶ PROLOCUTORIUS. Vide in *Prælocutor.*
- ¶ PROLONGARE, Producere, in longius ducere, Gall. *Prolonger.* Capit. Lotharii Imper. tit. 3. c. 31. *Quod si jurare ausus non fuerit quia pro occasione Prolonganda justitia hoc non dixisset, &c.* Idem verbum eadem notione Plinio lib. 13. cap. 3. & Senecæ de Benef. lib. 5. cap. 17. tribuunt Lexicographi: ubi ex libris melioris notæ legendum *Prorogare*, ut monet Faber in Thesauro.
- ¶ PROLONGUARE, Differre, remittere, Gallis *Differer.* Verus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolos. *Item nullum festum celebratur in diebus Dominicis de Adventu, nec in jejuniis Quatuor Temporum; sed festum Prolonguatur, vel si necesse fuerit anticipatur.* Ibidem: *Propter solempnitatem illius diei (Dedicationis) istud festum (S. Gregor. Nanz.) Prolonguatur quousque veniat tempus opportunum.*
- ¶ PROLOQUI. Vide in *Prælocutor.*
- PROLOQUIUM, ἀπόφασις, Sententia. Ammian. lib. 28. *Uno Proloquio in hujusmodi causas, omnes ... statuit tormentis affligi.* Lib. 29. *Sub uno Proloquio cunctos jubet occidi.* Vide ibi Lindebrog. [Adde Gellium lib. 16. cap. 8. Vide in *Prælocutor.*]
- PROLUBIUM, Cupiditas. Vita S. Gudilæ Virg. cap. 6. *Formidans per diem suo Prolubio satisfacere.* [Utitur Gellius lib. 16. cap. 19. *Feros & immanes navitas Prolubium tamen audiendi subit.*]
- ¶ PROLYTA, Quinquennale juris studium, vel de eo litteræ ipsæ testimoniales; à Gr. προλύται, qua voce significabantur ii, qui quintum annum juris

- studio operam dederant. Hierat. juris Pontificii pag. 42. *Debent promovendi (ad cathedrales Ecclesias) Prolyta ex uno jurium decorari.*
- ¶ PROMERCALIS, Venalis. Gloss. Lat. Gr. *Promercalia*, ὄνεια. Utitur Columella.
- ¶ PROMERCIUM, Mercimonium, actio & facultas *promercalia vendendi*, in Amalth. ex Paulo JC.
- PROMINARE, Ducere, idem quod *minare*, hinc Gall. *Promener.* Apuleius lib. 9. *Universa jumenta ad locum proximum bibendi causa gregatim Prominabat.*
- ¶ PROMINULUS, Parum prominens. Guibertus in Vita sua lib. 1. cap. 6. *Ex viminum illisione cutem ubique Prominulam deprehendit.* Utuntur præterea Solinus cap. 27. extr. & Capitolinus in Per-tinace cap. 12.
- ¶ PROMISSA, Promissio. Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 349. *Quod dedisset Rex nepti suæ divertendi ad se Promissam.*
- ¶ PROMISSARII, Præbendarii sacerdotes, qui in ecclesia parochiali præbendam possident, animarum curæ minime addicti. Statuta Eccl. Argent. ann. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 532. *Statuimus ut Promissarii seu præbendarii parochialium ecclesiarum suis plebanis seu viceplebanis reverentiam exhibeant, & Missis, Vesperis, Completoriis & Matutinis ... intersint concelebrando eisdem plebanis, cum per hoc ipsi Promissarii ab otiosis & aliis illicitis retrahantur ... Statuimus ut Promissarii suas Missas in diebus dominicis post offertorium Missæ publicæ tantum dicant.*
- PROMISSARIUS, Qui facile promittit, apud Joannem Sarisberiensem lib. 3. Policrat. cap. 11. *Promissores*, cap. 12.
- PROMISSIO, Professio Monastica. Theodemarus in Epist. ad Carolum M. *Textum quoque Promissionis, quo ordine solebant antiquiores Monachi regulam sanctam in hoc loco promittere, ecce intra hanc Epistolam in brevi paginola exaratum direximus vobis.* Mox sequitur formula ejusdem promissionis, cujusmodi habes inter Baluzianas 32. 34. 35. Capitula ad Legem Salicam cap. 1. §. 14. *Ut liber homo qui in Monasterio regulariter comam deposuit, ... Promissionem factam secundum regulam firmiter teneat.* Verus Chronicon Elnonense an. 818. *Teutingus Promissionem fecit.* Fuit is Teuthingus Abbas, de quo Wifaius Monachus in carmine ad calcem Vitæ S. Amandi scriptæ à Milone.
- ¶ PROMITTENTIA, Promissio, Gall. *Promesse.* Charta ann. 1120. inter Instrum. tom. 1. novæ Gall. Christ. pag. 67. col. 1. *Et ideo abbati & monachis, precibus Guigonis Comitum, peractis illi Promittentiis, eum de cætero super hac re monasterium non amplius inquietaturum, condonarunt ei mala quæ ab ipso reddi debebant.*
- PROMOTI, Qui inter Vexillationes merebant: horum meminit Ammianus Marcell. lib. 15. & ult. ut Notitia Imperii *Equitum Promotorum juniorum* sub dispositione *Magistri militum præsentis*, ubi inter *Vexillationes* recensentur. Dicebantur etiam *Promoti*, qui à minoribus muniis ad altiora promovebantur: unde sic potissimum appellati officiales judicum ad aliquem altiorem gradum promoti. Glossæ Græco-Lat. προαχθεις, *Promotus, productus.* Glossæ Basilic. Προμότης, προωρεύμενος, και ἀμεινόντες, & προβιβάζόμενοι ἐν ἀξιώμασι. In vet. Inscript. *Promotus ex Beneficiario Præfect.* *Promotus successione in Legionem*, 572. 5. 391. 4. Lactantius de Mortibus Persecutor. num. 40. *Promoti militari modo instructi, &c.* Vide Gothofredum ad leg. 2. Cod. Th. de Falsa moneta.

- ¶ **PROMOTIO**, Dignitas Ecclesiastica. Charta Edwardi VI. Reg. Angl. an. 1552. apud Rymer. tom. 15. pag. 311. *Aut alteri beneficio vel Promotioni spirituali, &c.* Ibid. pag. 312. *Præbendæ, rectoriæ, vicariæ, aut aliquarum aliarum Promotionum, sive dignitatum spiritualium, &c.*
- ¶ **PROMOTIVUS**, Rem promovens & efficiens. Charta an. 1337. apud eundem Rymer. tom. 4. pag. 737. *Specialiter vos rogamus quatinus vos partes vestras versus præfatum dom. vestrum Regem... interponere velitis cum efficacia Promotivas, ut, memor sue promissionis, &c.* Litteræ an. 1403. apud eundem tom. 8. pag. 305. *Vestra serenitas dignetur attentius audire, nostrosque subditos pauperes sub alis defensione regalis tueri auxiliis Promotivis, ne tam dampnabilem jacturam suarum rerum incidant & incurrant.* Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. edit. Hearnii cap. 31. pag. 76. *Quæcumque Imperatori (Sigismundo) sive suis in complacentiam cedere possent, ... seu aliis quantumcumque preciosis, in ipsorum gaudia seu solacia Promotivis, ipsis à Regis famulis... ministrantur.*
- ¶ **1. PROMOTOR**, Fautor, auctor, protector. Epist. Hamburgensium an. 1403. ad Henricum IV. Reg. Angl. apud Rymer. tom. 8. pag. 296. *Gloriosissimo Principi & dom. benignissimo dom. Henrico Regi Angliæ & Francia, ... serenissimo fautori & Promotori nostro gratioso, &c.* Laur. Byzyn. de Bello Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 152. *Montani ad civitatem Gurimensem venientes, scabinorum aliquos & ipsius civitatis seniores, communionis calicis Promotores... captivant.*
- ¶ **2. PROMOTOR**, Qui de delictis inquirit, & ea ut reprimantur vel puniantur promovet. Leges Palat. Jacobi II. Reg. Majoric. tom. 3. Jun. p. xxvi. *Procurator fiscalis, qui continue nostram sacram curiam sequi teneatur, instituitur; qui facta & causas in ipsa curia promoveat atque persequatur; prout ille, qui investigat iniquitatem patrum in filios, sibi administrabit; & de consilio Promotoris qui advocatus in prænominata curia est, reperit fore faciendum.* Idem munus in Ecclesiasticos obiisse videtur, qui
- ¶ **PROMOTOR FISCALIS** Curia Episcopalis dicitur, in Concil. Tolet. an. 1582. inter Hispan. tom. 4. pag. 210. *Vicarii, provisores, visitatores, Promotores fiscales & denique omnes ministri qui in tribunali ecclesiastico... suis funguntur muneribus, &c.* Concil. Mexican. an. 1585. ibid. pag. 311. *Promotor fiscalis Episcopali curia deputatus, officium antea non exerceat, quam in manibus Episcopi... juret se in omnibus fidelem præbiturum.*
- ¶ **PROMOTUS**, Ad officium Promotoris spectans. Charta Edwardi VI. Reg. Angl. an. 1550. apud Rymer. tom. 15. pag. 222. *Tam ad instantiam & petitionem partium, quam ex officio mero mixto, vel Promoto, &c.* De & super quibuscumque criminibus... tam ex officio mero mixto, quam Promoto, inquirere. Vide Promoti.
- ¶ **PROMPNUS**, Vitiata scriptura, pro Pronus. Vide in hac voce. Statuta Eccles. Meld. ann. 1493. tom. 2. Hist. ejusdem Eccl. pag. 532. *Quod tria banna per tres dies Dominicales in Prompno prædicta parochialis ecclesie solemniter palam & publice populo ibidem ad divina audienda congregato, extiterunt proclamata.*
- ¶ **PROMPTANIMITAS**, Alacritas. Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 7. *Adeo enim laboravit in ejus obsequio, tota mentis Promptanimitate, &c.*
- ¶ **PROMPTITUDO**, ut Promptanimitas. Litteræ Edmundi Reg. Sicil. an. 1261. apud Rymer. to. Tom. V.

1. pag. 721. *Cum omni desiderio & Promptitudine annuere intendimus, & pronis volumus affectibus complacere.* Charta an. 1327. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 39. *Cum omni fidei constantia & debita Promptitudine semper in antea intendemus.*
- ¶ **PROMPTRIA**, Cubilia. Gloss. Isidori. Melius in Excerptis, *Promptuaria*: emendandum quoque cubicula pro cubilia ex Papia: *Promptuaria, interna cubicula, cellaria, thesauri.*
- ¶ **PROMPTUARIUS**, *Ultronens, voluntarius, ἀρτεπέλος*, in Gloss. Gr. Lat. Eadem in ἐνδύσιος.
- ¶ **PROMPTUS**, pro *Promptuarium*, Penus. Gregorius Turon. lib. 3. Hist. cap. 15. de Coquo: *Dominus enim dedit gratiam puero huic, & accepit potestatem super omnia quæ habebat dominus suus in Promptu: diligebatque eum valde; & omnibus qui cum eo erant, ipse dispensabat cibaria & pulmenta.* [Vide Promum.]
- ¶ **PROMTA PECUNIA**, Præfens, numerata, Gall. *Argent comptant.* Buschius de Reformat. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 891. *Summa in Promtis pecuniis fuit decem & septem sexagena, decemque & octo novi Grossi.*
- ¶ **PROMULSIDARIUM**, Vas in quo promulsis ministratur. Ulpian. leg. 19. §. 10. Dig. *Sed si vasa sint legata, non solum ea continentur, quæ aliquid in se recipiant edendi bibendique paratum, sed & quæ aliquid suslineant. Et scutellas & Promulsidaria contineri.*
- ¶ **PROMULSORIUM**. Vide *Pransorium*.
- ¶ **PROMUM**, *Promptuarium*, penus. Tertull. lib. 2. ad Uxor. cap. 4. *Si cui largiendum erit, horreum, Proma, præclusa sunt.* Vide *Promptus*.
1. **PROMUNCTORIUM**, προμυκτηριον, in Gloss. Græc. Lat.
- ¶ **2. PROMUNCTORIUM**, Sacrarium, locus in quo Reliquiæ asservantur. Meisterlini Hist. Rer. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 132. *Postquam adductæ fuerunt Reliquiæ &... in noviter edificata capella Promunctorio ostensa, &c.* Sed legendum opinor *Promptuarium*, ut in Gloss. Lat. Gr. restituit Vulcanius, ubi legitur *Promuntorium, ταμείον*.
- ¶ **PROMURIUM**, & *Promurus*, murus ante murum, in Gloss. Isid. *Antespacium circa murum*, apud Joan. de Janua. *Espace après le mur*, in Catholico Armericano.
- ¶ **PROMURALE**, murus ante murum, dictum ex eo quod pro munitione sit, Papiæ. Gloss. Ælfrici Saxon. *Promurale*: forse-burgh. Nostris *Forbourg*. Hieronymus προτειχιον apud 70. Interpretes *promurale* vertit, Comm. in Ezech. c. 38. 20. [Vide Martinii Lexic.]
1. **PROMUS**, *Anterior pars humeri*, in Glossis MSS. ad Prudentium ex Bibl. S. Germani Paris.
- ¶ **2. PROMUS**, adject. Penarius, ad penum seu promum spectans. Vide in hac voce, Tertull. de Resurrect. carn. cap. 27. *Populus meus, introite in cellas Promas quantum, donec ira mea prætereat; sepulcra erunt cella Proma, in quibus paulisper requiescere habebunt... Aut cur cellarum Promarum potius vocabulo usus est, & non alicujus loci receptorii; nisi quia in cellis Promis caro salita & usui reposita servatur.*
- ¶ **PRONA**. Veteres Consuet. Floriac. Cœnobii apud Joan. à Bosco: *Nocte antequam veniat Conventus, accenduntur 24. cerei super Pronas, & unus in medio, qui extinguntur.* Sed videtur legendum *Prunas*.
- ¶ Haud felici conjectura; *Prona* enim ibi idem omnino est quod *panna* in aliis ecclesiis dicitur. Vide *Panna* 2. Neque castigatione hac vox indiget, cum *Pronus* occurrat in Consuet. S. Germani à Pratis

inter Probat. ejusdem Monast. pag. cxxxiv. De-
bent esse tres cerei ad Pronos.

¶ PRONARE, Curvare, inflectere, Gall. Courber.
Sidon. lib. 8. Epist. 11. *Ipsi latrones ad pavimen-
tum conversa defuncti ora Pronaverunt.* Idem lib. 5.
Epist. 17. *Nunc per catastrophē saepe Pronatus.*

PRONAUS, Atrium ædis sacrae, Græcis, πρῶτος,
apud Vitruvium, & in aliquot antiquis Inscrip-
tionibus. Apud Christianos vero pars Ecclesiæ, ubi
stabant audientes. Charta donationis Ecclesiæ Cor-
nutianæ edita à Suarefio: *Item ante regias Basilicæ
vela linea plumata majora fissa numero 3. ante Consi-
storium velum lineum purum 1. &c. in Pronao velum li-
neum purum 1.* Vide quæ adnotamus de Pronao in
Descript. Ædis Soph. num. 81.

¶ PRONEFAS, Antefas, contralicentia. *Pronefas,*
plusquam nec dicendum, vel quam illicitum. Pronefas,
scelus, incontinentia. Gloss. Isid. Hæc omnia pessime
corrupta, quæ cum viris doctis sic emendare
licet ex Papiæ: *Prob nefas! scelus, interjectio. Nefas,*
contra fas, contra justitiam. Nefarium, plusquam vel
dicendum, vel licitum sit. Vide Grævium ad Glof-
sarium Isidori.

¶ PRONEPTIS, Sororis filia, Gall. Nièce. Litteræ
Edwardi I. Reg. in Chron. Angl. Th. Otterbourne
p. 104. *Et subsequenter per mortem Margareta, Re-
gine Scotiæ & domine Proneptis nostræ, &c. Neptis nu-
de nuncupatur in Litteris Bonifacii VIII. PP. ad
eundem Edwardum ibid. pag. 92.*

¶ PRONEXIUM, Funis, quo navis religatur ad pa-
lum. Papias. Vide Prohibicus.

¶ PRONHUS, pro Pronus, in Litteris ann. 1315.
apud Kymer. tom. 3. pag. 542.

¶ PRONITAS, Proclivitas, propensio, Gall. Pen-
chant. Summa mag. Pauli de Pœnit. apud R. Duell-
stum tom. 1. Miscell. pag. 70. *Item debet conside-
rari status personarum, conditio, modus religionis, agri-
tudo, paupertas, divitia, Pronitas peccandi.* Utitur Se-
neca pater præfat. lib. 1. Controvers.

¶ PRONIXE, Ardenter, intentius. Translat. S. Au-
doeni apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1673.
*Inepta execrantes ludicra, & idolorum nenas, sancto-
rum Pronixæ expetunt interventionem.*

¶ PRONOMEN, Cognomen. Verus Irenæi Inter-
pres lib. 2. cap. 35. num. 3. *Dominus virtutum, &
pater omnium, ... unius ejusdemque nuncupationes &
Pronomina, per quæ unus Deus & Pater ostenditur.*

¶ PRONOSTICARE, PRONOSTICATIO. Vide
Prognosticare.

¶ PRONOSTRA, Antenostra. Gloss. Isidori.

¶ PRONUNC. Vide Pro tunc.

¶ PRONUNCIA, Sententia, iudicium, pronun-
ciatum, nostris Prononcé. Consuetud. Furnenses ex
Tabular. Audomar. *Quicumque fur cum Pronuncia
captus fuerit, debet in vier scarsa adduci, & ibi debet au-
diri allegationes.*

¶ PRONUNCIAMENTUM, ut Pronuncia. Statuta
Vercell. lib. 3. fol. 53. vº. *Et pro carta facienda
cujuscunque Pronunciamenti pro defectu solidos duos Pa-
pienses, usque ad quatuor personas numero (accipiat.)
Vide Pronunciatio.*

PRONUNCIARE, Legere. Vita S. Fulgentii Epi-
scopi Ruspensis num. 65. *Jubens omnibus Clericis,
... manibus propriis hortum colere, psallendique suavi-
ter, aut Pronunciandi curam maximam gerere.* Ita hoc
loco vox pro legere videtur usurpata: nam

PRONUNCIATOIRES, dicti olim Lectores Ecclesi-
astici, ut auctor est Rabanus lib. de Ord. Antiphon.
cap. 11. & lib. 2. de Institut. Clericor. cap. 53.
& S. Isidorus lib. 7. Orig. cap. 11. *Quod porro an-*

nuntient: tanta enim & tam clara erit vox eorum, ut
quamvis longe positorem aures adimpleant, inquit idem
Isidorus. Vide Proclamare.

¶ PRONUNCIATIO, Nostris etiam Prononciation;
Sententia. Charta an. 1290. apud Spon. tom. 2.
Hist. Genev. inter Instrum. pag. 62. *Quod si suc-
cessor vel successores ... nollet vel nollent observare ...
sententias, concordias, arbitria, ... vel Pronunciatio-
nes que fierent per amicos, &c. Statuta Saonæ cap. 9.
fol. 11. A qua Pronuntiane (leg. Pronuntiatione)
possit appellari, &c. Debeat procedere ad executionem
dictæ sue Pronuntiationis, ipsa appellatione non obstante.
Vide Pronuncia.*

¶ PRONUNCIATIVE, Articulatim, distincte.
Statuta S. Claudii an. 1448. pag. 34. *Hora Cano-
nica tractim & cum debita gravitate & devotione, Pro-
nunciative & sententialiter dicantur.*

¶ PRONUNCIATUS PRO DEFECTU, Practicis
nostris, *Condamné par défaut*, Ob vadimonium de-
sertum condemnatus. Statuta Vercell. lib. 1. fol.
5. vº. *Et quod nullus Pronunciatus pro defectu possit
capi vel detineri tempore feriarum.*

¶ PRONUNUNTIA, ἀποφασίς, ἀπόκρισις. Gloss. Lat.
Gr. leg. Pronuntiatio ex Vulcanio.

¶ PRONUS, Familiaris de rebus fidei ad populum
expositio, Gall. Prône; à Græco πρῶτος vocis ori-
ginem accersit Caseneuve; alii à Lat. Praconium.
Charta an. 1369. in Tabul. Pontifar. *Praconizari
fecimus per quatuor dies Dominicos cuncto populo ad di-
vina audienda congregato in pleno Prono, si esset aliquis
qui in dictis censibus plus vellet dare & offerre.* Litteræ
an. 1472. in Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Ro-
tomag. *Ipso die etiam in pleno Prono ecclesiarum ve-
strarum, dum divina in eisdem celebrantur officia, pa-
lam & publice denunciatis seu denunciari faciatis. Oc-
currit præterea apud Marten. tom. 7. Ampl. Col-
lect. col. 1271. tom. 4. Anecd. ejusd. col. 1012.
tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 505. & alibi pas-
sim. Pronus, alia notione, vide in Prona.*

¶ PROOEMIACUS PSALMUS. Vide in Psalmus.

¶ PROPAGARE, Solvere, exsolvere, Payer entie-
rement. Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 26.
*Per prædictam pecuniæ summam nobis Propagatam &
solutam, &c. Ibid. pag. 28. De quibus tenuimus nos
bene Propagati.* Vide Perpacare.

¶ PROPAGATIO, Exsolutio, Payement, ibid. pag.
72. *Et tunc fuit facta Propagatio hereditibus & execu-
toribus dicti Hugonis supra sexties viginti & sexdecim
libras Turon.* Vide Pacare & Perpacatio.

¶ PROPAGATUS, Procerus. Longinus in Vita
S. Kingæ tom. 5. Jul. pag. 688. *Ut propter statu-
ram corporis, qua illi erat Propagata & recta, gena-
rumque & oculorum rutilantem venustatem & omnium
membrorum speciositatem, facile in se omnium intuen-
tium oculos converteret.*

¶ PROPAGINARE, Propagare, Gallice Etendre.
Translat. brachii S. Philippi tom. 1. Maii pag. 17.
Nam diuturnus morbus radices Propaginat.

¶ PROPAGINARE, Propagines facere, Gall. Pro-
vigner. Chartul. Eccl. Aptensis fol. 72. vº. *Et ex-
colat (vineas) illas discalciando, amputando, fodiendo,
Propaginando, &c. Propagino, ἀλαμκοχέω, in Gloss.
Lat. Græc.*

PROPAGUS, pro Pagus, ex Gall. Pourpays. Charta
Dagoberti Regis apud Doubletum pag. 656, *Præ-
cipimus ut nullus negociator in Propago Parisiaco audeat
negotiare nisi in illo mercato, &c.*

¶ PROPALA, Vendenda proponens. Gloss. Isid. Leg.
Propala, ut & in Gloss. Lat. Gr. ubi pro Propula,
πρόλας, recte Vulcanius emendat, propola, πρῶλος.

Vide Salmasium ad Historiam Augusti pag. 115.
 ¶ PROPALARE, Palam facere, divulgare. Gloss.
 Lat. Gr. *Propalo*, φανερόω. Eadem: *Propalare*, ἀνα-
 χρονοῦσθαι. Sidonius lib. 9. Epist. 11 *Quæ Propalare*
dissimulat, excolere detrectat. Hist. Cortusior. lib. 7.
 apud Murator. to. 12. col. 887. *Ejus insidias Bal-*
duus de Pojana Propalavit. Occurrit in Actis Muren-
 sis Monast. apud Eccardum de Orig. famil. Habs-
 burgo-Austr. col. 223. Ludewig. tom. 5. Reliq.
 MSS. pag. 332. & alibi.

¶ PROPALLIRE. Descriptio honorum dom. de
 Eska ex Tabul. Audomar. *Meum est propositum co-*
gnitionem totius terræ in dominio villæ de Eska & sua-
rum ypeparum prædictarum . . . sub trina distinctione
Propallire. f. Distribuire, dividere: nisi legendum
 sit *Propalare*.

PROPARS, Portio hæreditaria. Vide *Perpars*.

PROPASSIO, dicitur quum caro titillat, visa muliere:
sed passio, quando ille malus affectus erumpit postea in
effectum. Glossa in Matth. 5. *Propassio est subitus mo-*
tus animi sine deliberatione boni vel mali operis; passio
vero, affectio deliberati animi, si sit locus perficiendi,
 Joan. de Janua. S. Hieronymus in Matthæum cap.
 26. *Dominus ut veritatem assumpti probaret hominis,*
vere quidem contristatus est; sed ne passio illius animo
dominaretur, per Propassionem cepit contristari. Προ-
 παῖσιον, Græcis appellari alibi non semel observat,
 ibid. cap. 5. in Ezechiel. cap. 18. Epist. 9. ubi
 vocem per *antepassionem* vertit: *Difficile est, quin po-*
tius impossibile, perturbationum initiis carere quem-
piam, quas significantius Græci ἀποπαῖσιον vocant, nos
ut verbum vertamus è verbo, Antepassiones possumus
dicere, eo quod incentiva vitiorum omnium titillent ani-
mos, & quasi in meditullio nostrum iudicium sit abjice-
re cogitata, vel recipere. Vide Notas Gravii.

PROPASTURA. Vetus Charta in Hist. Monasterii
 S. Audoëni Rotom. pag. 436. *Cum inter nos & Ab-*
batem . . . super quibusdam Propasturis foresta de Sel-
veison contentio verteretur. Sed legendum *Purprestur-*
is. Vide in *Porprendere*.

¶ PROPATOR, Primus pater, apud vet. Irenæi
 Interpretem lib. 1. cap. 1. & alibi, à Gr. προπάτωρ.

¶ PROPATULUM, Propalam, publice. Charta
 Rostagni inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. pag.
 73. quæ metricè desinit in hunc modum:

*Facta est hæc donatio,
 In Apta diversorio,
 Sexta luce sub Julio,
 Regnante Christo Domino.
 Rostagnus est signaculum,
 Qui fecit hoc Propatulum, &c.*

Quod formulæ in aliis Chartis usitatae, *Actum pu-*
blicæ, &c. respondet. In *Propatulo* extare, in Epist.
 Gregorii VII. PP. ad Willelmum Reg. Angl.

¶ PROPEDARE, Impedire, cohibere. Gloss. Isid.

¶ PROPELATES. Publicum de fundat. Eccl. Lug-
 dun. *Debet (Sacrista) celebrare & celebrari facere per*
alium canonicum ipsius ecclesiæ in majori altari in festis
duplicibus & in aliis festis in quibus grossa campana pul-
satur, diebus etiam Dominicis, in quibusque aliis die-
bus, in quibus duæ Propelates occurrunt, debent facere
celebrari in altare S. Sperati retro majus altare per sim-
plicem sacerdotem. Sic vocantur duæ majores Missæ
 matutinales, vulgo *Messes matinières*, quarum una
 ad majus altare, altera ad altare S. Sperati celebra-
 tur in Ecclesia Lugdunensi. Haud improbabile vi-
 detur deducendam esse vocis originem à loco in
 quo stant harum Missarum cantores: non enim in
 choro locis consuetis stant, sed prope latus dex-
 trum altaris.

¶ PROPENSIUS, Solerter, callide. Vetus Irenæi In-
 terpres lib. 1. cap. 3. num. 6. *Cum multa parabola,*
& allegoria sint dictæ, & in multa trahi possit ambi-
guum, per expositionem Propensius ad signum suum,
& dolose adaptantes, &c.

¶ PROPENSUS, Amplus, magnus. Chron. Angl.
 Th. Otterbourne pag. 72. *Huic Willemo (Regi Scoti-*
æ) vendidit Rex (Angliæ) Ricardus pro sumptibus
Propensioribus ad Terram sanctam castellum de Ber-
wick, &c. Propensa munera, pro magnifica & lauta,
 dixit Plautus.

PROPERDA, Perditio. Tabular. S. Albani Ande-
 gavens. *Nec ullam consuetudinem in eam immittere*
presumeret, præda omni in Properda computata. Galli
 dicunt *en pure perte*. [Purpert, eadem notione, in
 Consuet. Vitriac. art. 4. & 55. Vide *Perda*.]

¶ PROPERIUM, Improperium. Vita S. Paterni-
 ani tom. 3. Julii pag. 299. *Et ei Properium facien-*
tes, tulerunt de eremo illum cum letaniis & omnibus ec-
clesiasticis obsequiis.

¶ PROPERSECUTOR, Procurator, qui res ali-
 cujus tuetur ac persequitur. Index vet. Canonum
 inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 29. *Ut pro causis*
ecclesiæ Propersecutores vel advocatus a Principe Postu-
lentur. Vide *Prosecutor*.

¶ PROPETRARE, Mandare, quod perficiatur: nam
impetrare est exorare, & perpetrare perficere. Festus.

¶ PROPANARE, Rescindere, labefactare. Char-
 ta Leudegarii Archiep. Vien. an. 1025. tom. 13.
 Spicil. Acher. pag. 278. *Quamdiu in prædicto trans-*
gressu prædicti cænobii Cænobia manserint, cunctas au-
thoritates ipsorum Prophanamus. Hinc

¶ PROPHANATOR, Infraactor, violator. Charta
 ann. 1138. *Si quis igitur in posterum hanc donationis*
sive institutionis nostræ paginam sciens Prophanator ejus
in aliquo extiterit.

¶ PROPHETA, apud Tolosates appellatur presby-
 ter, qui, tribus Rogationum processibus, dia-
 cono vestibus indutus, ac Cantoris baculum ferens,
 etiamnum interest. Suum *Prophetam* habet una-
 quæque Capitularis ecclesiæ, S. Stephani scilicet,
 B. Mariæ Deauratæ & S. Saturnini, qui in proces-
 sione post clerum, qui non est de gremio capituli,
 media incedit via, quem subsequitur Capitulum,
 cujus est *Propheta*. Vetus Ceremoniale MS. B. M.
 Deauratæ: *Interim congregabuntur presbyteri ac etiam*
Propheta; quia in qualibet die debemus habere Prophe-
tam, videlicet unum presbyterum secularem, qui debet
esse indutus habitu dyachonali, videlicet alba & tuni-
ca, ac si vellet dicere Evangelium, qui portat Reliquias
& bordonem: & iste vadit in medio processions inter
monachos & presbyteros seculares: & iste recipit præ-
bendam integram quolibet istorum dierum, ut unus
monachus.

¶ PROPHETÆ, seu προφήται, *Harioli*, in Gloss.
 S. Benedicti cap. περί ναών, seu de Ædibus. Gloss.
 Lat. Gr. *Antistites, ἱερεὺς Ἰδρυγοί, προφήται, ἐπίσκοποι*.
 Inter Ministros templorum, seu rerum sacrarum,
 recensentur etiam à Julio Firmico lib. 3. cap. 7.
 Erunt ipsi *Propheta, Neocori, aut Prepositi templis ac*
religionibus. Eadem notione occurrit hæc vox cap.
 11. & 14. lib. 4. cap. 7. lib. 7. cap. 27. lib. 8.
 cap. 13. 21. 24. & in veterib. Inscript. 86. 1.
 313. 2. 326. 1. 458. 1. Hos sic innuit Manilius
 lib. 5.

. . . . Et qui possunt ventura videre.

Idem Firmic. lib. 3. cap. 12. *Qui deorum monita*
futura prænoscent. Οἱ τῶν ἀδύτων ἱεροφάνται & προφήται,
 in Clementinis Homil. 1. cap. 5. Vide *Recogni-*
 tionem Clementis lib. 1. c. 5. Macrobius lib. 7.

Saturnal. cap. 13. Festum & Gauminum ad lib. de Vita & morte Mosis lib. 1. cap. 8.

At apud Anton. Musam lib. de Herba Vettonica statim initio, & Apuleium lib. de Herbarum virtutibus, cap. 12. 4. & alibi passim, *Prophetas* appellari, qui vaticiniis religionem & medicinam miscebant, in quo tota magicæ artis summa olim consistebat, monet Gabriel Humelbergius. Quo spectant ista Fulgentii lib. 3. Mytholog. scribentis, in omnibus Actibus esse primas artes, esse secundas, ac in medicinis primam Gnosticen, secundam vero Manticen. Vide Glossar. mediæ Græcitat. s.

¶ PROPHETALIS, PROPHETIALIS, Ad prophetiam pertinens. *Prophetales libri*, apud S. Hieronymum Epist. 7. ad Lætam. *Prophetalis versus* vocitatur antiphona ad Introitum Missæ, quod ex Prophetæ regii psalmis semper desumpta sit, in Ord. Romano II. num. 4. *Prophetiale patrocinium*, apud Tertull. adv. Valent. cap. 28.

¶ PROPHETARE, Prædicere. Tertull. de Resurr. carnis cap. 28. *Scimus autem, sicut vocibus, ita & rebus Prophetatum.* Utuntur præterea S. Hieronymus Epist. 103. cap. 7. Prudent. Peristeph. 13. 101. & alii.

¶ PROPHETIZARE, Eadem notione, apud Vulgat. Interpr. Matth. cap. 26. 68.

¶ PROPHETEUM. Vide *Prophetium*.

¶ PROPHETIA, Vaticinium. Charta an. 1399. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 396. *Rex Ricardus curiose perscrutaturus res à primogenitoribus sibi relictas, inopinato reperit aquilam & ampullam, & scripturam sive Prophetiam B. Thomæ martyris.* Vide infra *Prophetismum*.

¶ PROPHETICE, Per prophetiam. Hadrianus PP. in Epist. ad Episc. Hispan. contra Elipand. inter Conc. Hisp. tom. 3. p. 94. *Quæ cuncta & juxta literam Prophetice & mystice revelata, nostri mediatoris designant personam.* Occurrit alibi passim.

¶ PROPHETISMUM, Prædictio, vaticinium. Vita S. Perfecti tom. 2. Aprilis pag. 586. *Illud Prophetismum divinitus ore ejus prolatum de consule . . . impletum est.* Vide *Prophetia*.

PROPHETISMUS, Mahumetismus, seu Religio Saracenorum, qui Mahumetem ut Prophetam magnum prædicant ac colunt. S. Eulogius lib. 1. Memorial. Sanctorum de Mahumeto: *Sacrilegium illius vanissimi ac perditu homunculi Prophetismum, qui non veritus est spiritu diabolico perarmatus se loco Prophetarum inferere.* Utitur & lib. 2. cap. 1. 4. lib. 3. cap. 10.

PROPHETIUM, προφητεῖον, Ædes sacra Divo ex Prophetis. Concil. Constantinopol. sub Menna Act. 3. Εφασαν δὲ προάσειον ἔχειν, πλήσιον τῆ προφητείας. Infra in versione Lat. *Quia scimus ipsum habere suburbanum prope Prophetium S. Isaia.* Vide nostram Constantinopolim Christianam lib. 3. de Ædibus sacris.

¶ PROPHETEUM, Eadem notione. Theodor. lib. 1. sub Arcad. *Reliquia S. Samuelis in ejus Propheteo sunt posita.*

¶ PROPALTIARIUS, quasi Proprius altari, id est, perpetuus, irrevocabilis, seu cum privilegiis altarium propriis. Charta Chilperici Reg. an. circiter 720. apud Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 269. *Pro mercedis nostræ augmento, vel pro reverentia ipsius sancti loci, à die presente, jure Propaltario, sub emunitatis nomine, plena & integra gratia visi fuimus concessisse.*

¶ PROPiare, Propinquare, Gallice *Approcher.* Helmodius Chron. Slavorum apud Leibnit. to. 2.

Script. Brunsvic. pag. 707. *Cum igitur principibus salutatis ad suaprinceps Antiochia remearet, & expansis velis Lystris Propiaret, &c.*

¶ PROPians, Propinquus, proximus, Gall. *Proche.* Vita S. Guthlaci tom. 2. April. p. 39. *Illis ergo cum immenso stupore variis sermoci nationibus multa inter sese conferentibus, ecce ex aula Propiante, qua supradictus infans nascebatur, mulier immensa velocitate currens, clamabat, &c.*

¶ PROPILARE, Pila emittere, pilis pugnare. Ammian. cap. 12. pag. 144. *Dato aneatrum occentu solemniter signo ad pugnandum, utrinque magnis concursus est viribus. Propilabantur missilia, &c.*

1. PROPINA, inquit Isidorus lib. 15. Orig. cap. 2. *Græcus sermo est, qui apud nos corrupte Popina dicitur: est autem locus juxta balnea publica, ubi post lavacrum à fame & siti reficiuntur: πεινα enim Græce famem significat, eo quod hic locus famem tollat.* [Ridiculum etymon.] Julianus Antecessor Constitut. 108. §. 14. *Et si post tres testationes in scriptis habitas, & idoneos homines habentes invenerit eum quem contestatus est, cum uxore sua, vel in sua domo, vel in domo mulieris, vel in domo illius adulteri, vel in Propina, vel in proastio, &c.* Græca habent, ἢ ἐν προπινᾶς. Hist. Miscella: *Hi qui quæ Severi sunt sapiunt, in Propinis & balneis Catholica detrahebant Ecclesia.* Ubi Theophanes habet ἐν κατανδείοις. [Ita Scholiastes Basilic. l. 7. pag. 263. προπινα, ἢ κατανδείον.]

2. PROPINA, Jus pastus, procuratio. Notitia anni 1362. apud Guillimannum lib. 3. de Rebus Helvetiorum cap. 1. *Abbas, Cellarius, & ceteri Officiales ejusdem temporis ipsis dare compellebantur certas Propinas, quæ se annuatim extenderunt ad 30. florenos circiter & amplius, secundum statum temporis.* Nicolaus Clemengis lib. de Annatis non solvendis pag. 84. *Et talis oblatio, & gratuita datio, juxta vulgare Italicum dicta fuit servitium, & secundum Alemannos Propina dicitur.*

¶ Alia est apud Nicol. Clemengis vocis Propina notio: neque enim de jure procurationis ibi agitur, sed de annatis, seu redditibus unius anni, quæ ab eo, qui recens in demortui Episcopi, aut Abbatis, locum succedit, exsolvi summo Pontifici solitum est; vel de ejus consuetudinis origine; quod fati probant verba loci citati: *De vacantibus vero & fructibus primi anni majorum Prelaturarum, Abbatialium, videlicet Episcopaliurn, & super nullum aliud initium fuisse invenitur, quam voluntaria & gratuita oblatio quorundam, qui in discordia electi ad Abbatialem vel cathedralem Ecclesiam, dum prosequerentur in Curia per appellationem ad eam factam, per eum qui obtinebat finalem victoriam, promovebatur sive eligebatur.* Et talis oblatio, &c. Vox etiam Cancellariæ Romanæ.

¶ PROPINA, nude pro Convivium, apud Adrian. de Veteribus in Reb. Leod. to. 4. Ampl. Collect. Marten. col. 1230. *In sancto Laurentio monachi collegerunt 200. florenos Rhenenses, & inde fecerunt domino electo Propinam.* Ibid. col. 1257. *Factaque fuit una Propina predicta ambassata regis in scyphis & pottis argenteis.* Rursum occurrit col. 1326.

¶ PROPINARE, Præbere, exhibere, dare. Sallas Malaspinæ de Rebus Sicul. apud Baluz. Miscell. tom. 6. pag. 220. *Cum ubique per regnum seditio tumultuosa quiesceret, & spes jam probabilis quietis gratæ delicias Propinaret, &c.* Rolandinus Patav. de factis in marchia Tarvis. apud Murator. tom. 8. col. 273. *Potestas enim Ansedisus predictus ipsum Michaelem in carcere longo tempore tenuit, postquam captus fuit, Propinans ei necessaria affluenter.* Bernh. de

Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 232. Ego vero auxilio trutzelmanni nostri Alexandrini, cui non paucos Propinari ducatos, &c.

PROPINQUABILIS, Propinquus. Vita S. Abrahæ Eremitæ: *Cumque memorati parentes ejus tempus nuptiarum Propinquabile judicarent, compellebant eum matrimonii vinculis obligari.*

¶ **PROPINQUIETAS**, vox corrupta, quæ idem sonare videtur quod *Proprietas*, in vett. Formulis apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 547. *Ut nostra firmitas legum auctoritas revocent in Propinquietas.* Infra, eadem notione, *Proquietas* occurrit: *Ut quomodo mihi necessarium fuerit causella mea, aut in præsentia dominorum vel iudicibus adversariorum meorum revocent in Proquietas.* Ubi de authenticis Chartis casu aliquo amissis agitur.

¶ **PROPINQUIORITAS**, Propinquitas, Gall. *Parenté.* Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 335. *Videndum etiam est quod Propinquiritas attendenda est ad antecessorum saisinas obtinendas.*

PROPINQUITAS. Tabular. Abbat. S. Joan. Ambian. an. 1227. fol. 222. *Cum Bernardus de Riveri, homo meus redimere vellet ratione Propinquitatis terram, quam Dominus Garnerus d' Estrées Miles vendiderat, &c.* Practicis nostris, *retrait lignager*, de quo ita etiam Consuetudines MSS. Bellaici: *De domibus & aliis rebus, quæ sita sunt infra metas ejusdem, certum est & determinatum, quod si habeant vendi, quocumque modo possideantur, si quis fuerit de genere venditoris, primo loco habet recursum ad res illas, & poterit eas retinere, dummodo reddantur Domino feudi vendæ & mutagium.*

¶ **PROPITIATIO**, Indulgentia, remissio, Gall. *Pardon.* Charta Ferdinandi Gonzalez inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 176. *Cujusque meritis & suffragiis apud Deum hostium propulsionem, civium tuitionem, ... noxarum Propitiationem procul dubio nobis non diffidebamus adesse.*

1. **PROPITIATORIUM**, dictum quasi propitiatoris officium, Papiæ. Ælfricus: *Propitiatorium, vel Sanctum Sanctorum, vel Secretarium, vel Pastorum, ʒeʒceoð bæʒtan pæm heah peoʒode.* Honorius Augustod. lib. 1. c. 136. *Propitiatorium quod super altare locatur, est divinitas Christi, quæ humano generi propitiatur.* Anastasius in Pasch. pag. 149. *Propitiationem etiam altaris & luminis argenteis exornatum circumduxit, atque sacram Confessionem ejus ... circumstruxit.* Infra: *Fecit autem in eadem Ecclesia ciborium ex argento pens. libr. 810. Imo & Propitiatorium sacri altaris ex argenteis laminis mirifice exornat: Confessionem denique ejus, &c.* Ibidem p. 152. *Fecit ... ciborium miræ magnitudinis ... Propitiatorium denique sacri altaris, seu Confessionem interius exteriusque cum rugulis ... compsit.* Habentur eadem verba infra pag. 155. Et pag. seq. *Fecit Propitiatorium sacri altaris B. Petri Apostolorum Principis, ubi sacratissimum corpus ejus quiescit spanoclistum, &c.* Hugo Flaviniac. pag. 166. *Propitiatorium sane Sanctorum exornant corpora, quorum meritis floret Ecclesia.* Adde pag. 82. Catalog. Abbat. Floriacens. Lib. 1. Miscellaneor. Baluzii: *At vero Theodulfus, aulam, à se constructam, omnium conditori ac Salvatore rerum Deo consecrans, Cherubin glorie, obumbrantia Propitiatorium super altare ipsius artificiosissimo magisterio expressum, his decoravit versibus, &c.* Videtur idem quod *Ciborium*, quod Confessionem & totum altare contegit, quemadmodum Arcam veteris Testamenti texit *Propitiatorium*, sive *Oraculum*, quod & *Tegmen* sive operculum Arcæ dicitur Exod. 25. 26. &c. Gr. ἱλαστήριον

¶ **PROPITIATORIUM**, Altare portatile. Chronic. Comodoliac. apud Stephanot. to. 2. Fragm. Hist. MSS. pag. 452. *Triaque altaria fuerunt retro cancellos magni altaris adaptata, per plura tamen tempora & annos fuit in Propitiatoriis supra ipsa altaria celebratum.*

¶ **PROPITIATORIUM**, *Patena*, cujus usus est in oblatione Corporis Dominici. Statuta MSS. Augerii Conseran. Episc. an. 1280. ubi de fortuita effusione Sanguinis Christi: *Si autem totum effusum est, ita quod nihil manserit, quod valde horribile est, tunc ponat (sacerdos) hostiam super Propitiatorium, & ministret panem, vinum & aquam, & reincipiat, Hanc igitur, &c.* Confessione autem præmissa & hostia servata sumatur à ministro in fine Missæ, vel servetur pro infirmis. Occurrit rursus infra.

¶ 2. **PROPITIATORIUM**, Indulgentia, miseratione. Burchardus in Epist. ad Nicolaum Sigeberg. Abbat. apud Murator. to. 6. col. 616. *Protractis igitur aliquot diebus pro remissione sacramenti, quo Mediolanenses Brixiensibus & Placentinis tenebantur, cum difficultatem conventionis attenderent, & rerum exitus longius metirentur, stupefacti & dimissa conventionem elegerunt, & ad solius misericordiam Propitiatorium se contulerunt.*

¶ **PROPITIUS**, Idoneus, aptus, liabilis, Gall. *Propre.* Charta an. 1376. ex Bibl. regia: *Quod remaneremus quamdiu essemus Propitii pro negotio pacis.*

¶ **PROPLACITARE**, In placito seu judicio tueri, defendere, *Garantir.* Excerpta ex Ordinari. Eccl. S. Matth. Brunsvic. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 471. *Promittens omnia bona quondam Templariorum in tota terra & ducatu suo libere & quiete tradere & ad possessionem ducere per se & heredes suos, & in ejusmodi bonis ipsos defendere & Proplacitare.*

¶ **PROPOINTUM**, ut *Perpunctum.* Vide ibi.

¶ **PROPOLARIUS**, Propola. S. Aug. tract. 10. in Johan. *Propolaris quisque, quod vendit, laudat.* **PROPOLIM.** Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: *Propolim, vel portica, ʒʒod.* At ʒʒod apud Somnerum, equum sonat.

PROPONENDA, Tributum quod à mercatoribus pendi solebat ob facultatem merces suas venum proponendi & exponendi in nundinis publicis, in l. Cod. Th. de Veteran. ubi consulendus Jacobus Gothofredus. Vide *Ostensio.*

PROPORTARE. Monasticum Anglic. to. 1. pag. 534. *Et unam partem bosci nostri ... sicut fossata Proportant, &c.* Id est prout jacent & distenduntur fossata, secundum eorum situm: nos vulgo dicimus, *comme les fossez se comportent & étendent.* [Charta Henrici II. Reg. Angl. ann. 1180. apud Marten. tom. 1. Amplif. Collect. col. 946. *Secundum quod terra sua se Proportat in villa de Merdepluet.* Charta an. 1284. in Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. *Concessi prædictis viris religiosis duas pechias terra mee sicut se Proportant de lato in longum.* Privilegium Johannis de Castellione Comit. Blefens. ann. 1265. ex Schedis Cl. V. *Lancelot: Abbas & conventus (S. Joan. Carnot.) dicebant se habere debere omnimodam justitiam altam & bassam in locis & vicis inferius annotatis, videlicet in burgo S. Joannis in Valleia prout est limitatus & extenditur & se Proportat.* Pluries ibi. Tabular. Eccles. Dolensis ann. 1290. *Prout situantur & se Proportant de longo in longum & de latitudine in latitudinem.* Vide *Proportare & Porportare.*]

PROPORTATIO, Inquisitio, declaratio, *Vereditum*, testium auditio, seu potius declaratio, *Information*: vox fori Anglici & Scotici. Quoniam At-

tachiamenta cap. 68. *Si quis appellat aliquem de roberia vel latrocinio, & ponat in sua appellatione majorem summam pecunie, quam possedit die quo damnatum accepit: & defendens petit Proportionem patrie, vel vicineti, quod die vel nocte, in qua pars adversa dicit se damnatum recepisse, tantam pecunia summam non habuit, nec tantum damnatum accepit: ipse defendens quietus remaneat, si Proportario patrie hoc dixerit.* Occurrit præterea in Statutis Alexandri II. Regis Scotiae cap. 5. §. 1. 2. 4. cap. 7. §. 1.

¶ PROPORTIONABILITER, Æqualiter, habita ratione vel numeri, vel mensuræ, vel modi inter ambo. Diploma Bolkonis Ducis Silesiæ ann. 1298. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 495. *Triginta marcarum numerus absque omni impedimento... claustrum antedictum ex integro & Proportionabiliter perpetue compleatur.* Charta Ludovici Regis Comit. Provinciae an. 1349. in Schedis Præs. de Mazaugues: *Exigit namque distributiva justitia... dum datur beneficium Proportionabiliter universis.*

¶ PROPORTIONALITER, Eadem notione. Bernardus Thesaur. de Acquisit. T. S. apud Murator. tom. 7. col. 838. *Aurum & argentum cum perlis... inter satellites & mulieres & pueros dividebatur Proportionaliter.*

¶ PROPORTIONATUS, Conveniens, congruus, Gall. *Proportionné.* Firmicus Matern. lib. 4. c. 13. *Corpus satis Proportionatum.* Acta S. Aug. novelli tom. 4. Maii pag. 622. *Ante versus altare... est Proportionatum genus flectile longitudinis arcuati prædicti.*

¶ PROPORATUS FEODI. Vide *Porportus.*

¶ PROPOS. Vide supra *Prapos.*

¶ PROPOSCERE, Poscere, petere. Gloss. Isidori: *Proposcit, petit.*

¶ PROPOSITA, Quod proponitur, ut de eo statuatur. Statuta Saluciar. collat. 2. cap. 63. *Statutum est quod Potestas Saluciarum seu ejus locumtenens non possint nec debeant aliquo modo colorare Propositas.* Ibid. cap. 64. *Teneatur secretarius scribere in Consilio Saluciarum omnes Propositas fiendas per syndicos communis.* Acta B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 244. *Surgens in dicto Consilio ad dicitorium super contentis in dicta presenti Proposita.*

¶ PROPOSTA, Eadem notione. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 69. *Volumus quod si factum illud, de quo Proposta per Vicarium fieri contigerit, tangeret aliquem de consiliariis ipsius consilii, aut aliquem ejus descendentem, vel fratrem aut germanos, vel affines usque ad tertium gradum ipsius, teneatur dictus consiliarius statim lecta Proposta exire de consilio.* Vide *Posta* 9.

¶ PROPOSITOR, Pincerna, forte ex Græco *πρόποσις*. Eckhardus junior de Casibus S. Galli cap. 1. *Karolus Rex ipse qui S. Othmari hebdomada ipse Propositor & pincerna per triduum de vico Stainhem servavit, volatiliaque nos edere fecit.* Cap. 16. *Milites quidem, quando sibi absque fratribus esse vacabat, intus & foris mensæ suæ Propositores & pincernas hebdomadarios habere solebat, disciplinanterque sibi ab eis ministrari volebat.* Adde Eckhardum Minimum de Vita Notkeri Balbuli cap. 13.

¶ Eorum qui mensæ ministrant duo hic proponuntur officia; ejus scilicet qui ad pocula stat, & pincerna dicitur: alterius, cujus est patinas mensæ apponere, unde *Propositor* nuncupatus. De pincerna itaque minus recte intellexisse videtur vir doctissimus.

¶ 1. PROPOSITUM, Actus theologicus, in quo doctorali dignitate donandus, examinandus proponitur. Locus est in *Principium* 3.

¶ 2. PROPOSITUM, Hypothesis, sententia apud vet. Irenæi Interpretem lib. 3. cap. 12. num. 12.

¶ PROPOSITUS, id est, Proscriptus, in l. Sed si pupillus. §. 1. de inst. l. cum in plures. §. locator. locati. Vide Pancirol. lib. 1. Thesauri var. lect. cap. 77.

¶ PROPOSTA, Propositum, ratio. Humbertus Cardin. lib. 2. adv. Simon. cap. 30. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 741. *Necesse est ad cor redeant prævaricatores novi mandati quicumque hæretici, & præ omnibus Simoniani, qui ex accepta virtute Spiritus sancti faciunt sibi Propostam ad solum negotium sæculi, non ad aliquod testimonium Christi.* Vide in *Proposita.*

¶ PROPOTATIO, *πρόποσις*. Gloss. Lat. Græc. In Cod. Sangerm. *Perpotatio.*

¶ PROPRÆFACTO, PROPRÆFACTIS. Observat Henricus Valesius ad Ammiani Marcellini lib. 14. aliud esse agere *pro præfecto*, aliud agere *pro præfectis*. Agere enim *pro præfecto* dici eum, cui Præfectus urbi, seu Præfectus Prætorio in speciali negotio vices suas mandavit: at vero *pro præfectis* agere dici, qui ordine Codicillorum vicariam potestatem exercet. Hunc vide & Gruteri Inscript. 370. 3.

¶ PROPRÆSCRIPTUS, Ante præscriptus, Statutus. Charta ann. 1152. inter Probat. to. 2. novæ Hist. Occitan. col. 539. *Trado (castellum Melfua) propter v. m. solidos Melgorienses... Et si pius pretii Propræscripti castellum illud valet, &c.*

¶ PROPREDERE, PROPRESA, PROPRESIUM, PROPRESURA. Vide in *Porpredere.*

¶ PROPRIARE, Rem sibi propriam facere, afferere, vindicare, in Legibus Saxonis Edw. Senioris c. 2. apud Bromptonum. [Festus: *Propriassit, proprium fecerit.* Cæl. Aurel. Acutor. lib. 1. cap. 15. *Per tenues vias Propriari.* Idem Tardor. lib. 5. cap. 12. *Solidiora digestionem Propriantur.*] Vide supra *Appropriare.*

¶ PROPRIATIM, Expresse, distincte. Arnobius lib. 3. p. 125. *Res exigit Propriatim Deos scire.*

¶ PROPRIETANEUS, Proprius, conveniens. Guido in Discipl. Farfens. lib. 1. cap. 3. *Antiphona ex Evangelio ipsius diei, sicut die illa ad horas præmiserunt de suis; ita & Sabbato sancto de Proprietaneis antiphonis prosequantur.*

¶ PROPRIETARE, Rem alicui propriam facere, afferere, in proprium dare, Gall. *Donner en propre.* Charta Henrici II. Imper. ann. 1055. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 7. *Dicto monasterio S. Zenoni ad suorum prebendam monachorum donamus & Proprietamus elemosinam.* Occurrit rursus infra.

¶ PROPRIETARII. In speculo Saxonico lib. 1. art. 2. §. 2. *Liberi dividuntur in Bannitos, Proprietarios Propositorum, & Paganos Archipresbyterorum.* Mox §. 5. *Proprietarii jure necessario suorum Præfectorum judicium quærent, quod sex septimanarum spatio provocetur, & ex his si opus fuerit, Præco deligatur.*

¶ PROPRIETARII Monachi, dicuntur qui proprium, seu proprietates, ut loquitur Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 11. vel peculia possident. Jo. de Garlandia in Synonymis:

Et opulentia, vel possessio, peculiumque;

Res, & proprietates, hinc Proprietarius exstat.

Reinerus contra Valdenses pag. 95. *Beatus enim Gregorius pro Monacho Proprietario, sed penitente, post mortem determinante 30. Missas celebrandas instituit, & sic eundem liberavit.* Honorius III. lib. 4. Epist. 536. *Et quicumque de cetero inventus fuerit habere proprium, pœna subjaceat regulari, & semel in anno in Proprietarios solennis excommunicatio proferatur.* Vetus Statutum Monasticum in Additamentis ad Matth.

Paris pag. 115. *Monachi Proprietarii excommunicentur ab Abbatibus suis: & si in morte Proprietarius inventus fuerit, Ecclesiastica careat sepultura, vel sicut unus de vulgo sepeliatur. . . . Excommunicationis sententiam in Proprietarios semel in anno, scilicet in Ramis palmarum solemniter in Capitulo publicabit. Et si post aliquis inventus fuerit habere proprium, &c. Mox: Proprium autem intelligimus secundum B. Benedicti regulam, si nec accomodatum, nec locatum, nec depositum aliquis omnino Monachus vel conversus nomine suo recipiat, nec etiam Monasterii nomine, nisi de Abbatis vel conventus licentia speciali, &c.* [Conc. Trevir. ann. 1238. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 131. *Illos autem censemus Proprietarios quibus assignantur curtes vel allodia pro certa pensione: qua soluta, de residuo tanquam de proprio suo faciunt voluntatem.*] Bernardus Monach. in Consuetud. Cluniacensis. MSS. cap. 3. *Quod ideo à patribus nostris prætautum est, ne illa mala pestis Proprietatis, & præsertim modo adeo periculosa aliquo modo subrepat.* Vide Monasticum Anglic. to. 3. pag. 307. & Concilium Montispeliense ann. 1214. cap. 18. 19. Concil. Biterrense ann. 1223. c. 14. & alia passim ejusævi Concilia, præterea Monasticum Cisterciense pag. 311. 316. Statuta antiqua Cartusienf. part. 2. cap. 31. §. 6. &c. [Vide in Proprietates.]

¶ PROPRIETARIUS. *Jure proprietario, id est, domini & legitimi possessoris.* Form. 23. inter Sirmondicas: *Quicquid de suprascriptis rebus meis, . . . facere voluerit, jure Proprietario, absque repetitione heredum meorum, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem.* Occurrit passim.

¶ PROPRIETARIUS CONSUECUDINARIUS, *Propriétaire coutumier*, in Consuetud. Leod. c. 11. art. 33. Vide ibi de *Meau*.

PROPRIETATES, Alodia, patrimonia, bona quæ ex successione parentum alicui obveniunt. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 8. §. 1. *Proprietas & proprium appellatur possessio seu fundus, qui à nullo recipitur in feudum vel hereditatem, sed per successionem devolvitur ad hæredes, absque aliquo tributo successoris.* Annales Francor. Bertiniani ann. 858. *Ibique distribuens invitatoribus suis Comitatus, Monasteria, villas regias, atque Proprietates, ad Attimiacum Palatium revertitur.* Annales Franc. Metenses ann. 887. *In Monasterio quod in Proprietate sua construxerat, Deo famulatura recessit.* Capitulare 4. incerti anni cap. 7. *De liberorum hominum possibilitate, ut juxta qualitatem Proprietatis exercitare debeant.* [Edictum Pistense cap. 18. *In fiscum nostrum, vel in quamcumque immunitatem, aut alicujus potentis potestatem vel Proprietatem confugerit, &c.* Rabanus ad Otgarium: *Proprietas dominicalis, quæ domino Imperatori ex paterna successione hereditario jure pervenit.*] Ditmarus l. 1. *Et huic quantum ad victus & sui vestitus necessaria suppetebat ex sua Proprietate, &c.* Bercarius Presbyter in Hist. Episcopor. Virdunensium num. 8. *Suam Proprietatem, id est Theologium Monasterium sanctæ Mariæ in Virduno . . . tradidit.* Tabularium Brivatense ch. 351. *De rebus Proprietatis meæ, quæ mihi legitimo ordine per originem parentorum meorum evenerunt.* [Vide Hieronymi Bignonii notas ad Marculfum & infra Proprium.]

PROPRIETATES, dictæ res immobiles, quas quis comparat. *Comparare proprietates*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 19. & 20. Ubi *proprietas*, mox *alodius* dicitur. *Proprietatem adquirere*, in Chronico Laurisham. p. 68. Testamentum Hadoindi Episcopi Cenoman. *Villum Proprietatis meæ Iscomodiacum, . . . quam data pecunia de Auferena & genitrice*
Tom. V.

sua comparavi, &c. [Capitul. Caroli Calvi an. 865. tit. 37. §. 4. *Ut nullus infidelium nostrorum, qui liberi homines sunt, in nostro regno immorari vel Proprietatem habere permittatur, nisi fidelitatem nobis promiserit.* Chron. Farf. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 480. *Item præfatus abbas dom. Joannes acquisivit in hoc monasterio à Theodino Comite filio Berardi Comitis, quasdam res sive Proprietates, quas emerat à Sebaldo in territorio Amiterno.*] Hac notione occurrit, in Capitulari 5. ann. 806. cap. 7. 8. lib. 3. Capitul. cap. 19. 20. in Lege Longob. lib. 3. c. 4. & in Chartis Abbatia Bellilocensis, quas profert Dominicus de Prærogat. Allod. cap. 13. num. 3. Ita ut *proprietates* dicantur res dominicæ ac propriæ, respectu earum quæ in *Beneficium* tenebantur. [Charta an. 1067. ex Tabular. Major. Monast. *Exemplationes bosci de Boeria quæ erant mea Propria.*] Tabularium Brivat. ch. 333. *Cedo . . . aliquid de rebus Proprietatis meæ quæ mihi per conquestum evenerunt.* Et ch. 335. *De rebus Proprietatis nostræ quæ ex attractu nobis obvenierunt.* Hincmarus Remensis in Epist. ad Carolum Regem: *Quia ipsi vestri homines & Proprietatem & beneficium in vestro regno & in mea parochia habent.* Tradit. Fuldenses lib. 3. trad. 30. *Cum alia quæ sibi vel Proprietatis jure, vel beneficii lege undecumque contigerant filia sua, &c.* Ubi *Proprietates* opponuntur *beneficiis* quæ ad vitam possidebantur. Vide Walafrid. Strabum de Vita Othmari cap. 1.

PROPRIETATES habere dicuntur Monachi, qui contra præscriptum regulæ Monasticæ peculia habent. Vide Eckehardum juniorem de Casib. S. Galli cap. 11. pag. 87. Atque hi *Proprietarii* dicuntur, ut supra monuimus. Statuta Ord. Cartusienfis an. 1368. 2. part. cap. 5. §. 5. *Cum detestandum sit omnibus religiosis Proprietatis vitium, &c.*

PROPRIETAS MARIS. Epistola Alexandri III. PP. apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 145. *Guillelmus de Montepessulano sua nobis conquestione monstravit, quod dilecti filii nostri Consules & populus Genuensis Proprietatem in mari querentes, portum ejus frequenter invadunt, consumunt naves incendio, & peregrinos & mercatores suis rebus per violentiam spoliant, &c.* Alia ejusdem Pontificis Epistola ad eosdem Genuenses, ibid. pag. 157. *Quia non decet vos ejusmodi Proprietates in mari requirere, quas paganos etiam non legimus requisivisse.* Vide Petrum Baptistam Burgum lib. 2. de Dominio Genuensis Republicæ in mari Ligustico cap. 12. 13.

PROPRIETAS, Officium proprium alicujus sancti. Usus antiqui Ordin. Cisterciensis cap. 6. *Vel propter commemorationem alicujus Sancti qui Proprietatem habet, in graduali persolvi non potuerunt.* Adde c. 34. & Institut. Capituli gener. ejusdem Ordin. c. 27. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Notavimus in precedenti Opusculo festivitates Sanctorum, & Proprietates eorum quæ eveniunt ab Adventu Domini, &c.* [Vetus Cerem. MS. B. M. Deauratæ Tolos. *Item lectiones dicuntur ad utrumque festum non habentem Proprietatem.*] Ita usurpant Statuta antiqua Ordin. Cartusienfis cap. 6. §. 41. Huc spectant, quæ habentur in lib. 2. Sacram. Rom. Ecclesiæ c. 30. *In Natali S. Petri Proprie 3. Calend. Julii.* Et cap. 32. *In Nativitate S. Pauli Proprie, 3. Kalen. Julii.* Quia eodem die utriusque Sancti Festum celebratur: officia vero disjunguntur, sicque uterque habet *Proprietates* suas.

PROPRINDERE, PROPRIASA, &c. Vide supra *Porprendre*.

PROPRIUM, Idem quod *Proprietas*. Auctor Querolli: *Datum tibi est de Proprio nihil habere.* Charta Chlo-

dovei Regis apud Rover. in Reomao pag. 30. *Tam ex munere nostro, quam de paterno & Proprio, aut de conlato populi, seu de quolibet adtracto aliquid auferre presumat.* Capitulare 1. ann. 812. cap. 1. *Ut omnis liber homo qui 4. mansos vestitos de Proprio suo sive de alicujus beneficio habet, &c.* Charta Lotharii Imper. apud Bellium pag. 260. *Curtes duas cum suis appenditiis nostro daremus praecepto, & duos quod alodos nuncupant ejusdem loci incolae, & sua Propria, &c.* Charta sub Odone Rege in Tabular. Abb. Belliloci in Lemovic. n. 118. *Cedo ad ipsum locum sanctum aliquid de Propriis rebus meis quae per parentes mihi justissime obveniunt.* Charta Pipini Reg. Aquitaniae an. 842. in eodem Tabulario num. 5. *Concedimus eidem fideli nostro Rodulpho nomine ad Proprium quasdam res juris nostri, quae sint sitae in orbe Lemovicensi, in pago Asnacense... & de nostro jure in jus ac potestatem illius solemnem donatione transferimus, ita ut videlicet quidquid ab hodierna die & tempore exinde pro sua utilitate atque commoditate jure proprietario facere decreverit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi.* Alia Charta ejusdem Pipini an. 848. in eodem Tabul. n. 6. *Concedimus itaque eidem venerabili Episcopo ad Proprium quasdam res juris nostri... ut quidquid exinde ab hodierna die facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi, donandi, vendendi, commutandi, sive heredibus relinquendi.* Charta Rodulphi Comitis Cadurcensis an. 788. in eod. Tabul. n. 176. *Tradimus vobis atque transfundimus ad habendum & possidendum Proprio jure.* Adde Appendicem ad Capitular. num. 108. *In Proprium habere, in Capitular. Caroli C. tit. 43. §. 5. Ad Proprium habere, in Charta ejusdem Caroli apud Bellium in Comit. Pictav. pag. 177. Ibid. In compensationem harum rerum dedit idem Comes ex suo Proprio partibus S. Hilarii, &c. In Proprium tradere, in Charta Ottonis III. Imp. an. 1001. in Privilegiis Ecclesiae Hammaburg. *Largiri ad Proprium, in alia Lotharii Regis apud Bellium pag. 252. 259. Ad Proprium facere, in Praecepto Caroli M. pro Hispanis an. 812. Proprium & hereditas opponuntur Beneficio, in Charta Divisionis Imp. Lud. Pii an. 814. c. 8. Proprium Regis, seu uti vocamus Domanium, in Lege Longob. lib. 1. tit. 34. §. 3. Historia Episcoporum. Autifiodor. c. 58. Cum Giemum castrum... quod erat de feodo Autifiodorensis Ecclesiae in Proprietatem regiam devenisset, &c. Vide Alodis.**

PROPRIUS, Cliens, servus. Gregorius M. lib. 9. Epist. 38. *Qui ratione mihi se ancillam dicit, cujus ante susceptum Episcopatum Proprius fui.* Eginhardus in Caroli M. Vita: *Adeo namque Adelfonsum Galliciae atque Asturicae Regem sibi societate devinxit, ut is cum ad eum vel literas vel legatos mitteret, non aliter se apud illum, quam Proprium suum appellari juberet.* Charta ann. 1238. in Regesto Tolofano fol. 79. *Qui fuerat homoligius & Proprius ejusdem Do. Comitis. Sunt in Germania, inquit Molanus lib. 3. de Canon. cap. 33. de Servis verba faciens, quos vocant Proprios, sed non sunt illi servi, nec majores suos servos habuerunt.* Vigilus ad Tit. de Testam. ordin. *Proprii homines, quos Germania nostra habet, eodem jure adhuc vivunt, quo olim, libertis magis similes, quam mancipiis.* Eadem scribit Zazius, & in paucis cum servis participare ait, & plus ad libertos respicere. Vide Fletam lib. 1. cap. 47. §. 9.

PROPUDIOSUS, Rubore confusioneque plenus. Gl. MSS. Sangerm. num. 501. Sensu opposito utitur Plautus.

PROPUGNACULI, *περὶ μάχης*, in Gloss. Latino-Græcis & Græco-Latinis.

¶ PROPULA. Vide Propola.

¶ PROPUNCTUM, PROPUNCTUS. Vide in Propunctum.

¶ PROQUIETAS. Vide Propinquietas.

¶ PROQUIRERE, ut mox Proquiritare, promulgare, proclamare. Charta Henrici II. Reg. Angl. ann. circ. 1155. apud D. Brussel de Usu feud. to. 2. pag. VII. *Concessimus & eisdem pro nobis & heredibus nostris, quod nec nos nec heredes nostri, aliquid Proquiremus per quod libertates istae infringantur vel infirmentur. Et si ab aliquo aliquid contra haec Proquistum fuerit, nihil valeat & pro nullo habeatur.*

PROQUIRITARE, Publicare. Vide Savaronem ad Sidonium lib. 8. Epist. 6. & Proquirere.

¶ PROQUIRITARE, nude pro Clamare, inclamare, apud Apul. in Apolog. *In medio foro bacchabundus, epistolam saepe aperiens Proquiritabat: Apuleius magus, &c.*

PRORA CAPITIS, Constantino Africano de Morbor. curat. l. 1. cap. 10. 16. dicitur pars anterior, ut *puppis capitis*, eidem cap. 14. 15. 16. l. 3. cap. 14. &c. pars posterior: igitur *prora capitis*, idem valet ac *inciput*, ut *puppis, occiput*. Lib. 2. Pantech. cap. 3. *In Prora capitis est quoddam os solo coronata differens à craneo, & hoc vocatur frons; est & in puppi os solo lambda Græco differens à craneo, & vocatur puppis os.* Fridericus II. lib. 1. de Venat. c. 24. *Oculi sunt instrumenta visus, de quibus quare sunt duo, quare in Prora capitis locati, &c.* Ita *Prora cerebri, & puppis cerebri*, eidem Constantino lib. 1. de Morbor. curat. c. 15. 22. & lib. 4. Pantech. cap. 11. *Prora & puppis vulvae*, lib. 6. de Morbor. curat. cap. 12. *Prora colli*, lib. 8. Pantech. cap. 11. Vide Scholasten Æschyli p. 96. edit. Henrici Stephani.

¶ PRORATA, Æqualitas, paritas, proportio. Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1356. to. 3. Ordinat. pag. 64. *Quousque de summa dictorum triginta milium librarum, Prorata contingente, ... sibi plene fuerit satisfactum.* Charta ann. 1401. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1662. *Quod dicti Florentini, in casu necessitatis, pro tribus mensibus teneantur mutuare dicto domino Regi usque in summam ducentorum milium ducatorum mutuandorum de mense in mensem, prout Prorata contingit, &c.* Legitur alibi divisim vocibus.

¶ PRORETA, Navis rector, in Chron. Mauriniac. Vox nota Plauto. Hinc

¶ PRORETA, Cujusvis rei dux & rector. Willibaldus in Vita S. Bonifacii Mogunt. sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 14. *O summa sanctitatis pontifex, o spiritualis Proreta agonis, &c.*

¶ PRORISCRIPITUM, Præscriptum, præceptum. Camillus Peregrinus apud Murator. tom. 2. pag. 316. *Si ipse, vel ejus heredes non compleverint parti prædicti monasterii omnia, quae & qualiter in ipso Proriscrito continebantur.*

¶ PRORISINUS. *Prorisinis*, pro *porriginis*, in Gloss. Isid. Vide Barbuftinus.

¶ PROROGARE, Erocare, præstare, ante mittere, in Cod. Theod. leg. 11. & 13. de erogat. leg. 12. de cursu. *Prorogata jussio*, id est, ante lata, ibid. leg. 2. de pascuis. Vide Prærogare.

¶ PROROGATIO, Porrectio, dispensatio. Index vet. Canonum inter Conc. Hisp. to. 3. pag. 10. col. 1. *Quod diaconi nec in presbyterio sedere possint, nec sacri Corporis Prorogationem jus habeant exercendi.* Id tamen ipsis antiquitus concessum fuerat ut consecratam à sacerdote Eucharistiam fidelibus porrigerent, saltem absente presbytero. Vide supra Diaconus.

PROROGATORES TRITICI, vini, & casei,

- apud Senatorem lib. 10. Epist. 28. [Vide *Prorogator* & *Prorogare*.]
- PRORSUS**, Rectus. Vita S. Gudilæ Virg. c. 2. *Pedifseгна quoque ejus & peruia & devia negat se discernere, nec Prorfi tramitis meminisse.* Veteres *prorsum* dicebant pro recto: *Prorfi limites*, id est recti: *Prorsum ire*, εὐθὺς, quod & *prorsum*, ut *sussum*, pro sursum. In Gloss. *Prosa*, πᾶζόν ἰμάτιον, pexa tunica exponitur, id est *recta*. [Unde *Profaria ars*, quæ circa tunicas pexas versatur. Vide Salmaf. de Ufur. pag. 342.] *Prorsu* pro *prosa*, apud Ælfricum in Præfat. ad Grammaticam Anglicam. [V. Martini Lex.]
- PROSA**, Latinis scriptoribus, oratio pedestris recta, ἢ εὐθειᾶ, quæ versificata opponitur. Hinc *Prosaica oratio*, apud Plinium l. 7. cap. 56. [*Prosaicus relatus*, apud Fortunat. lib. 7. carm. 11. *Profarium opus*, apud Sidon. lib. 3. Epist. ult. & *Profarium loquendi genus*, lib. 9. Epist. 13.] *Profaticus lepos*, apud Alvarum in Vita S. Eulogii n. 7. *Libri profatici*, n. 10. [Vide *Prorsus*.]
- PROSATOR**, Scriptor, qui pedestri oratione scribit. Aldhelmus Abbas Malmesburiensis: *Sed potius evax, eugeque, ingressuras tripudium à Profatore mereatur.* Utitur & antea, ut & Vita MS. S. Gaugerici Episc. Cameracens. in Prologo: *Ardua namque materies, meisque viribus multo major, ... eloquentissimum exigit Profatorem.*
- ¶ **PROSAICUS**, Eadem notione, apud Fortunat. lib. 2. de Vita S. Martini sub finem, ubi de Sulpitio Severo qui ejusd. Sancti Vitam pedestri oratione scripsit:
- Cujus Prosaicus cecinit prius acta Severus.
- ¶ **PROSAICE**, Solute. Exstat in Guelferbyt. Biblioth. teste Eccardo in Notis ad Leg. Sal. pag. 5. Codex MS. cujus titulus est: *Bennonis Misnensis Episcopi Rationes dictandi Prosaice ex multorum gestis in unum corpus collecta.*
- PROSAM**, Libri Rituales Ecclesiastici eam orationem quæ in Missa canitur ante Evangelium in majoribus festis, quam alias *Sequentiam*, vocant. Udalricus in Consuet. Cluniac. lib. 1. cap. 11. *Prosa, quod alii sequentiam vocant, non cantatur nisi in quinque festis principalibus.* [Bernardus Mon. in Ordin. Cluniac. part. 1. cap. 17. *Pro signo Prosa, vel quod à Teutonicis Sequentia nominatur, leva manum inclinatum, & à pectore amovendo eam invertit, ita ut quod prius erat sursum, sit deorsum.*] De ratione nominis vide Genebrardum in Liturgia Apostolica p. 131. [& *Sequentia* 1.]
- ¶ Neque vero liberum erat cuique pro libitu ejusmodi *Prosam*, in majoribus etiam festis, instituire; ad id quippe requirebatur Episcopi consensus in Ecclesiis suæ jurisdictionis, & summi Pontificis auctoritas in Monasteriis quæ ipsi suberant, ut colligitur ex Litteris Willemi Cardinalis sedis Apostolicæ Legati an. 1161. in Tabul. S. Albini Andegav. *Statuentes ut in Annuntiatione genitricis Dei Maria & beatissimi confessoris atque pontificis Albini festo Te Deum laudamus & Gloria in excelsis & Profas sollempnes ad tantas sollempnitates altius excolendas perpetuo decantentis. Purificationem quoque ipsius in eisdem laudibus attollatis.* Tunc temporis ergo usus obtinuerat ut non nisi in solemnioribus festis profa illæ decantarentur, quomodo & hymnus *Gloria in excelsis*, qui à solis Episcopis in iis etiam festivitibus dici solebat, ut testatur Valafridus Strabo cap. 22. *Statutum est ut ipse hymnus in summis festivitibus à solis Episcopis usurparetur, quod etiam in capite libri Sacramentorum designatum videtur.* Vide Card. Bona Rer. Liturg. lib. 2. cap. 4. §. 5.

- PROSARIUM**, Liber Ecclesiasticus continens *profas*, in Historia Abbatia Condomensis p. 507. [Locus est in *Jornarinn* 2.]
- ¶ **PROSATRIX**, *Genitrix*. Gloss. Isidor.
- ¶ **PROSCENDERE**, f. Occare, Gall. *Hercer*. Codex censualis MS. Irminonis Abbat. Sangerman. fol. 65. v. *Arant ad hibernaticum perticas* IIII. & *ad tramissum* IIII. *ad Proscendum* IIII. Nisi de prima aratione intelligas, & scriptum sit pro *Proscudere*.
- ¶ **PROSCHOLIUM**. Vide in *Proscholus*.
- PROSCHOLUS**, dicebatur in schola ille, qui non docendis tam pueris, quam eorum moribus præfectus erat, ut scilicet concinne ad Magistrum accederent, ut omni gestu, incessu, vestitu, compositi essent. Nam ante scholæ auditorium erat locus *Proscholii* nomine, ab auditorio ipso velo, tanquam aliquo intergerrino pariete, disseptus. Ibi pueri conveniebant ejus loci præfectum, quem *Proscholum* vocabant, ut admonerentur officii sui antequam ad Magistrum reducto velo accederent. Colloquia puerorum, quæ veteribus Glossariis præfixa sunt: Ως δὴ ἤλθον, πρὸς τὸν κλίμακα ἀνέβην διὰ τῶν βαθμῶν ἀτρέμα, ὡς ἔδει. & ἐν τῷ προσχολίῳ ἀπέθηκα βίβρον, & κατέψυξα τρίχας, & ἕτως ἡμέτερον κείθρονι εἰσήλθον, & πρώτον ἡσπασάμην καθηγήτας συμμαθητάς. S. Augustinus de Verbis Apost. ferm. 19. cap. 7. *Tam pauper, ut Proscholos esset Grammatici apud Mediolanum.* Aufonius Epigr. 23. in Professor. *Proscholum, Subdoctorem* vocat, seu quod doctori & Magistro subesset, vel quod discipulorum, ut vocant, lectiones exciperet, priusquam ii in scholam venirent: quod ultimum indicare videtur idem Aufonius, qui tenuem *Grammaticum, Proscholum* vocat:
- Exili nostre fucatus honore cathedre:
Libato tenuis nomine Grammatici.*
- Idem videtur *Adjutor scholarum*, apud Fulbertum Epist. 80. *Exilis igitur honor fuit Proscholi, & qui pauperes tantum spectabat. Proscholis, & Proscholinum* occurrunt etiam in Notis Tyronis pag. 163. Vide *Archischolaris*.
- PROSCRIPTIO**, Exactio. Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 32. *Chilpericus etiam Rex, suggerente Fredegunde Regina Proscriptionibus gravissimis populum sibi subjectum atterere cepit. ... Inter cetera namque, quæ cogebantur solvere liberiori etiam orti progennie, è terra proprio culta labore amphoram vini inferebant mensa. Quo loco Gregorius Turon. lib. 5. cap. 29. habet descriptiones.* Vide in hac voce.
- ¶ **PROSECUTIO**, Instructio, significatio, insinuatio, allegatio. Cod. Theod. leg. 4. de re milit. *Tamen prudentia tua Prosecutione admitta, quæ apud nos verbis facta est, precipimus, &c.* Ibid. leg. 5. de exhib. & transmitt. reis: *Expresso crimine Prosecutionibus arguentium cum his, à quibus fuerint accusati, mox sub idonea Prosecutione ad judicium dirigant.* Adde leg. 175. de Decurion.
- ¶ **PROSECUTIO**, Persecutio, Gall. *Poursuite*. Sententia arbitralis inter Archiep. Capitulumque Arelat. & Monachos S. Cesarii an. 1221. ex Schedis Præf. de Mazaugnes: *Tum quia appellatio suam non habuit Prosecutionem.*
- PROSECUTOR**, Procurator, qui alieno nomine *prosequitur*. Exstat formula 37. apud Marculfum lib. 2. qua *Prosecutor*, seu Mandatarius, vi mandati, cujus formula exaratur cap. seq. apud Defensorem civitatis petit ac *prosequitur*, ut testamentum vel donatio in gesta municipalia referatur. [Eadem occurrit in vett. Formul. Andegav. apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 234.] Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 18. *Aut pro sui persona*

ad respondendum minime direxerunt Prosecutorem.
PROSECUTORES AURI de quibus est tit. in Cod. Theod. lib. 12. tit. 8. & Justin. lib. 10. tit. 73. qui aurum sacris largitionibus inferendum de provinciis prosequabantur, seu deferebant.

PROSECUTORIA, Præceptio Comitum sacrarum Largitionum, qua prosecutores jubentur aurum in Largitiones sacras inferre, d. l. 1. de Auri prosecut. Vide ibi Jac. Gothofredum.

PROSECUTORES ARMORUM, vulgo *Poursuivans d'armes*. De iis hæc scripsit Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari officio cap. 11. quod ita inscribitur, *De Prosecutoribus, qui Gallice vocantur Poursuivans. Ulterius & post prædictos equitantes* (de quibus in voce *Chevaucheurs*) alii nuntii habentur, qui *Prosecutores* appellantur, qui ex prædictis equitantibus post exercitium triennale in arte equitandi ad negotia creantur, certa solemnitate adhibita. Creari autem debent *Prosecutores non in minori festo quam in die Dominica, hoc modo. Aliquis Heraldus armorum tunica Domini sui indutus, præfatum creandum in manu sinistra ducens, & unum ciphum aqua & vino plenum in manu dextera tenens, accedere debet ad præsentiam Domini vel Magistri ipsius creandi, à quo in præsentia multorum testium ad hoc vocatorum petere debet, quo nomine vult ut Prosecutor suus nuncupetur. Quo nomine à dicto Domino vel Magistro dato, dictus Heraldus vocabit suum creandum illo nomine, projiciens partem ipsius aquæ super caput creandi.*

Tunc accipiet tunicam Domini præfati creandi, & ponet super caput creandi ex traverso, ita quod illa pars tunica qua ordinatur pro brachiis, ponatur ante & retro, quod pars largior præfata tunica supra brachia creandi ex utraque parte pendeat. Et sic præfatus Prosecutor novus uti debet tunica armorum, cum eam aliquando induat semper, & non alio modo, quamdiu fuerit Prosecutor.

Sequitur jam juramentum, quod ipse novus Prosecutor præstabit immediate post suam creationem in præsentia antedicta, Haraldo sic dicente: Tu eris fidelis Domino, sive Magistro tuo qui te nominavit, in perpetuum, quacunque fruaris dignitate. Item Domino Regi, & cuicumque nobili licet hosti; item negotia quorumcunque nobilium licet hostium fideliter exequeris, & cum inter hostes interrogatus fueris, tantum ad interrogata fideliter respondebis nihil novi eis intimans: honestatem tuam & officii tui usque ad mortem conservabis, erisque obediens cunctis Armorum Haraldis, ubicunque deveneris; sic te Deus adjuvet & sancta Crux Dei.... Et est sciendum quod tales nuntii Prosecutores possunt esse Milites, & Militaribus gaudere insigniis, ut deauratis uti, veluet, & aliis pannis aureis indui; non tamen sicut Nobiles. Et tales vocantur Milites linguæ, quia eorum præcipuus honor est in custodia linguæ. Et quomodo isti tres officarii præcedentes (Cursores, Equitantes, & Prosecutores) portabunt arma sive scuta suorum dominorum, patet per hos versus:

Cinctorio scutum dicas deferre Pedinum, (i. Curso-

rem:)
Sic equitis dignum fert scapula dextera signum, (i. le

Chevaucheur:)
Sed humero levo detulit Prosecutor ab avo:

At Haraldorum stat pectore fons titulorum.

¶ **PROSEGMINA**, Ovidio, Prosecta, in Glossis Isid. partes extorum. Vide *Alegmina*.

¶ **PROSELLUS**, Pars officii canonici, profula, dimin. à *prosa*. Vide in hac voce. Acta S. Dicentii to. 5. Jun. pag. 91. *Tum sequitur Profellus, alibi necdum nobis lecto termino, idem forte quod in Romano usu versiculus dicitur, hoc modo: omnes igitur humili corde*

poscimus, &c. Occurrit etiam in Officio MS. S. Gaudentii Mart. ex Bibl. Floriac.

¶ **PROSELONTES**, Remiges, vel classarii, ab impulsu notione Græca appellati, quorum meminit Georg. Pachym. Michael. lib. 4. cap. 26. *Aderant his abunde, qui servirent ministeriis nauticis undecunque coacti, quos Profelontas vulgo vocant, quasi diceret navium in anteriora propulsores. Valentissimi remiges, quos, &c.* Hæc post Carolum de Aquino in Lex. milit. Vide Gloss. med. Græc.

¶ **PROSELYTI**, ex Græc. *προσήλυτοι*, dicebantur apud Judæos, qui ex gentibus non coacti se Judæicæ religioni addicebant, *οἱ ἐξ ἔθνῶν προσελήλυθοτες, καὶ κατὰ τὰς θείας πολιτευόμενοι νόμους*. Isidorus lib. 7. cap. 14. *Profelytus, id est Advena & Circuncisus, qui miscebatur populo Dei.* Glossæ Antiquæ MSS. *Profelytis, Advena, transiens de lege ad alteram.* Vide Seldenum de Successionib. ad Leges Hebræor. cap. 26. Concilium Aurelianense IV. cap. 31. *Ut quicumque Judæus Profelytum, qui Advena dicitur, Judæum facere præsumpserit, aut Christianum factum ad Judæicam superstitionem adducere, &c.* [Vide Martinii Lex.]

¶ **PROSELYTUS**, nude pro Advena, hospes, in Camilli Peregrini Hist. apud Murator. to. 2. p. 328. col. 1. *Nam ipsam civitatem (Acherentiam) non Profeliti, sed Beneventi geniti obtinere quippe debuerant.*

¶ **PROSEMEN**, Propagatio. Vita S. Fructuosi to. 2. April. pag. 434. *Nisi Duces exercitus provincia... clamassent ut aliquantulum prohiberetur, quasi fuerit Profeminis, & non esset, qui in expeditione publica proficisceretur.*

¶ **PROSEMINA LUNÆ**, Superstitionis genus. Conc. Compostell. ann. 1056. inter Hispan. to. 3. pag. 220. *Interdicimus omnes Christianos auguria, & incantationes, & luna Profemina, nec ad alia domanda, nec mulierculas ad telas alia suspendere.*

¶ **PROSENETICUS**, Proxeneta, Gallice *Courtier*. Statuta Placent. lib. 2. fol. 22. *Omnes Prosenetici seu corraterii ad testimonium compellantur utraque seu altera parte instante.*

¶ **PROSEQUESTARE**, Remove, arcere, Gall. *Eloigner*. Litteræ Edwardi III. Reg. in Chronic. Angl. Th. Otterbourne p. 126. *Juxta militarem theoreticam edocentem quod nota guerra periculum plus evitat qui eam à sua terra limite Prosequestrat.*

¶ **PROSEQUUTOR**, Comes. Vetus Irenæi Interpretis lib. 3. cap. 4. num. 1. *Quoniam (Lucas) non solum Prosequutor, sed & cooperarius fuerit Apostolorum, maxime autem Pauli, &c.*

¶ **PROSERVI**, Qui ex servis nascuntur, seu potius nascentur, in Charta Adelchisi Regis Longobard. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 11. *Cum... servis Proservis, liberis proliberis, &c.*

¶ **PROSERVIRE**, Deservire terram, vel beneficium *proservire*, Colere, incolere, & ex eo census persolvere. Charta Alamannica Goldasti 42. *Et si infans meus simul Proservire voluerit, faciat sicut superius, & si Proservire noluerit, nullam habeat facultatem.* Supra: *Et pro istas res Proservire volo annis singulis, hoc est 30. seglas cervese, 40. panis, frischengam tremissem, &c.* Charta Germanica ann. 794. apud Henschenium ad Vitam S. Ludgeri Episcop. *Totam terram illam quam Landulfus litus meus incolebat & Proserviebat.* Concilium Dufiacense I. part. 2. cap. 13. *Quoniam ab eis sua beneficia, quæ apud antecessores suos, & apud eum Proservierunt, injuste abstulisset.* Adde Hincmarum Remensem to. 2. pag. 340. 595. 610. Chartam Alamannicam Goldasti 77. Vadianum lib. 2. de Monaster. German. pag. 62. &c.

PROSERVITIO, apud Hincmarum Laudunensem, ibid. pag. 341.

¶ **PROSERVITIUM**, Obsequium, officium, ministerium, Gallis *Service*. Epist. Frederici Reg. in Chron. Sicil. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 55. *Mandamus quatenus ... cum eis & aliis galeis Junuensis existentibus in nostris Proservitiis ... procedatis. Vide Servitium.*

¶ **PROSEUCHA**, à Græc. προσευχή, Precatio, obsecratio. Gloss. ad Doctrin. Alexandri de Villa Dei: *Proseuca, oratio.* Panegyri. Bereng. August. apud Leibnit. to. 1. Script. Brunsvic. pag. 235. *Atria tunc Divum resonabant carmine vatam. Respiciet en musam queque Proseucha tua n.*

¶ **PROSEUCHA**. Vetus Inscriptio tom. 5. Supplem. Antiq. p. 66. *Publio Corfidio Signino patrono de agere à Proseucha.* Ubi *Proseucha*, interprete D. de Montfaucon, significat locum in quo precatio fiebat, oratorium, ædicolam; qua etiam notione προσευχή occurrit apud Eusebium Hist. Eccl. lib. 2. pag. 43. & Epiph. Hær. 80.

¶ **PROSEUCHA**, Domus pauperum hospitio deputata, in qua & fovetur & aluntur. Mich. Carranza in Vita S. Ildephonsi inter Conc. Hisp. tom. 2. pag. 568. *Hæc unum obiter ab eisdem sanctissimi viri progenitoribus factitatum insigne opus memorabo: Proseucham nimirum in suburbio Toletano, qua miseri & calamitosi pauperes & foverentur & alerentur, propriis sumptibus mirifice constructam. Vide Ptochium.*

¶ **PROSEUCHÆ JUDÆORUM**, Erant loca spatiosa sub dio instar theatri, ut docet doctiss. Cangius in Gloss. med. Græcit. in quo libros Legis, admittis exteris, palam lectitabant. De iis copiose egit Henr. Valefius ad Euseb. lib. 2. cap. 6.

¶ **PROSEVERE**, Prosequi, in 1. ex vett. Form. Andegav. apud Mabill. to. 4. Analect. pag. 234. *Quia habeo quid apud acta Prosevere debiam. Vide Prosecutor.*

¶ **PROSICIÆ**, αὐτῶν θυμάτων ἀπαρχαί. Gloss. Latino-Græcæ.

¶ **PROSICUM**, *Responsum*, apud Laurentium in Amalth. ex Papia.

¶ **PROSIGNATOR**. Vide *Prosignator*.

PROSILIRE, *Conquiescere*, ἐπισυχάζειν, in Glossis Gr. 1 at. [Lege *Prosilere* ex Gloss. Lat. Gr. *Profilio, ἐπισυχάζω. Profilio, ἐπιπνδῶ.*]

PROSNISUM. Gaufredus Grossus in Vita B. Bernardi Abbat. Tiron. n. 30. *Jam ferreis anchorarum dentibus littoris scopulos apprehendere inchoabant: jam à navibus pontes educere, tonsillas figere, Prosnesium retinaculis rates sistere festinabant.* Ubi videtur legendum *Prodensium*, ita enim appellantur funes, qui à proa alligantur ad terram. Vide *Prodenses*.

Occurrit etiam *Prosnesium* apud Isid. lib. 19. cap. 4. funemque interpretatur, quo navis in litore religatur ad palum. Haud scio an legendum sit *Prynnesium*, à Græc. πρῦμνα, puppis: Festo enim *Prinnefius* dicitur palus, ad quam funis nauticus religatur, quem alii *tonsillam* dicunt.

PROSOCER, Qui vice foci est, ob filiam forte adoptivam, quam duxit, qui *progener* dicitur in veteri inscriptione, uti supra observatum. Exstat alia Romæ, *Virio Nicomacho Flaviano Cos. ord. posita, quæ sic clauditur, Q. Fab. Memmius Symmachus v. c. Profocero optimo.* Ubi fortean etiam *profocero* accipitur pro patre foci, ut apud Jul. Capitolinum in Gordianis tribus: *Patre, avo, proavo, Coss. focero, Profocero, & item alio Profocero, & duobus absoceris Coss. &c.*

¶ **PROSOPOPERIA**, perpetam pro *Prosopoperia*,

personæ fictio. Charta ann. 1495. apud Rymer. tom. 12. pag. 594. *Considerantes quod Pax à Priscis, Prosopoperia facta, fide comitata describitur, qua latos reddit populos, &c.*

¶ **PROSPERARI**, Prosperos exitus consequi, secunda uti fortuna, Gall. *Prosperer.* Robert. Avellur. in Hist. Edwardi III. Reg. Angl. edit. Hearnii pag. 2. *Nunquam ... Prosperari potuit contra Scotos.* Fundatio Monast. B. Mariæ de Lapideto ann. 1254. inter Instr. to. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 67. *Verum, si forte locus ipse non Prosperaretur intantum, nec posset sustinere vel habere conventum, teneris tu nihilominus memoratâ Guillelma, in ecclesiis prædictis unum perpetuum constituere sacerdotem, &c.* *Prosperor, εὐμεγῶ,* in Gloss. Lat. Gr.

¶ **PROSPERATOR**, Qui prosperum facit. Gloss. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 162: ex Baldrici Hist. Palæst. *Deo gratias agentes, itineris & latoris sui Prosperatori.* Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 228. *Gratias Deo egit Prosperatori suo.*

¶ **PROSPEX**, Qui prospicit. Tertull. de Testim. animæ cap. 5. *Recogita (animam) in presagiis vatem, in omnibus augurem, in eventibus Prospicem.*

¶ **PROSPHONETICUS**, Gr. προσφωνητικὸν, Acclamatio, sermo ad Imperatorem. Epist. Leonis II. PP. ad Hispaniæ Episcopos inter Conc. Hispan. tom. 2. pag. 712. *Definitionem interim ejusdem sancti Sexti Concilii & acclamationem, quæ Prosphoneticus dicitur, totius Concilii factam ad piissimum Imperatorem ... direximus.* Vide Gloss. med. Græcit.

¶ **PROSSETIO**, pro Processio, in vet. Cerem. MS. B. M. Deauratæ Tolosanae.

¶ **PROSTAGIUM**, Præstationis species. Vide supra *Messis*.

¶ **PROSTAGMA**, vox Græca, Præceptum, mandatum. Inventio S. Celsi tom. 3. Febr. pag. 399. *Sacro placuit Concilio, quatenus Augusti Prostagmate præeunte, &c.*

PROSTANTES, Meretrices publicæ, quas vulgo *prostitutas* dicimus. Græcis προσὰς ἢ προσᾶσα γυναῖξ, [Latinis *Prostibulum*.] Synodale Ecclesiæ Andegavensis MS. *Circa peccatum luxuriæ, primo queratur utrum pœnitens accesserit ad mulieres Prostantes, seu viduas, vel alias, &c.* Infra: *De Prostantibus, pœnitentia periculum ostendatur. Sunt enim conjugata vel moniales, vel à parentibus eorum cognita, vel leprosis sæpius se supponunt, &c.* Vide Glossar. med. Græcit. in προσᾶσα.

¶ **PROSTARE**, Interesse. Epist. Johan. Troester apud R. Duellium to. 1. Miscell. pag. 241. *Unde inter infuriosum & inamorosum nihil aut parum Prostaret.*

¶ **PROSTERNARI**, In terram procumbere, procidere, Gall. *se Prosterner.* Usus Culturæ Cenoman. MSS. *Feria II. post suffragia sanctorum ad Laudes Prosternantur cuncti in terram, canentes hos duos psalmos: Domine ne in furore, & Ad Dominum cum tribularer. Ad Primam dicantur hi duo psalmi: Beati quorum, & Levavi; & sint omnes Prosternati. Prosterner, pro in terram projicere, dimittere, occurrit in Statuto Caroli IX. Reg. Franc. pro Hospitali S. Spiritus an. 1566. *lesquels (parens) encore qu'ils soient riches & aisez, & qu'ils aient moiën de les nourrir (leurs enfans) & entretenir, neanmoins ils les Prosternent, abandonnent, &c.**

¶ **PROSTERNI SUPER FORMAS**, Ad eas procumbere & curvari. Bernardi Mon. in Ord. Cluniac. part. 2. cap. 30. *Litania non dicitur, neque postquam Missa incipitur, fratres super formas Prosternuntur.* Vide *Forma* 13.

¶ **PROSTIBULARE**, Mulierem prostituere, pro-

ducere, Gallis *Prostituer*. Decreta Placent. ad calcem Statut. fol. 107. *Quod nemo audeat nec presumat aliquam mulierem, cujuscvis status, conditionis vel etatis fuerit, contra ipsius mulieris voluntatem... vendere nec aliter alienare causa Prostibulandi seu prostituendi ipsam.*

¶ **PROSTIBULARIUS, PROSTIBULOSUS, Meretricius**, ad prostibulum pertinens. Statuta Avinion. Eccl. an. 1441. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 585. *Item, considerantes quod stuphae pontis tronati presentis civitatis, sunt Prostibulose, & in eis meretricia Prostibularia publice & manifeste committantur, &c.*

¶ **PROSTITUTRIX**, Quæ aliam prostituit, producit. Charta ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 320. *Ad impudicitiam vutiaque omnia pronam, proprie filie Prostitutricem atque lenam... anteposuit.*

¶ **PROSTRADARE**, Prosternere, procumbere. Charta apud Stephanot. to. 3. Antiq. Bened. Pictav. MSS. pag. 206. *Ad pedes ipsius Rannulpho se Prostradederunt, & wadios ei de omnibus dederunt per quid ipsa falsitione presentaverunt, vel per quid illo servitio contenderunt.*

¶ **PROSTRARI**, Humi prosterni. Ordo celebrandi Concil. inter Hispan. tom. 1. pag. 23. *Post hac dicente Archidiacono, Oremus; omnes simul in terram pariter Prostrabuntur.* Vetus Ceremon. MS. B. M. Deauratæ Tolos. *Item in capitulo dicitur ter, Deus in adjutorium meum intende, & Prostratur.* Adde Act. SS. to. 1. Martii pag. 699. & to. 3. Jul. pag. 32. Vide *Prosternari*.

PROSTRATI, ex eorum Pœnitentium ordine quos Græci patres *ὀποπιλοτας* vocant, locis ab Allatio indicatis lib. de Narthece veteris Ecclesiæ pag. 70. & c. 82. & c. 1. edit. Isidorus Hispal. in Epist. ad Massenum Episcop. *Quod dixit confundere, ostendit post confusionis confusionem, id est post peccati opus, debere quenquam erubescere, & pro admisis sceleribus verecundam frontem humi Prostratum devergere, pro eo quod dignum confusionis perpetraverit opus.* Egbertus Archiep. Eborac. in Pœnitentiali p. 19. *Ordo agentibus publicam pœnitentiam. Suscipit eum publica feria quarta mane in capite Quadragesimæ, & cooperit eum cilicio, orat pro eo, & includit usque ad cœnam Domini, qui eo die presentatur in gremio Ecclesiæ, & Prostrato eo omni corpore in terra, dat orationem Pontifex super eum ad reconciliandum in quinta Feria cœna Domini.* Theodorus Archiep. Cantuariensis in Capitul. cap. 11. de Pœnitentibus: *In Capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt aut susceperunt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se representent Episcopo; sacco induti, vultibus in terram Prostratis, reos se esse ipso habitu & vultu proclamantes, &c.* Chrodegangus in Regula Canonicorum Metensium cap. 13. de gravioribus Canonicorum culpis: *Egressus de carcere, si Episcopo, vel qui sub eo sunt, visum fuerit, agat adhuc publicam pœnitentiam: id est suspendatur ab oratorio simul & Missa: & omnibus Canonicis horis veniat ante ostium Ecclesiæ, ubi Prior jusserit, jacens Prostratus omni corpore ante ipsum limen Ecclesiæ, usque dum ingrediuntur omnes, & postea erigat se, & stet foras Ecclesiam ante ipsum ostium, impleat ibi officium suum in quantum potest. Eredientibus de Ecclesia similiter Prostratus jaceat, usque dum omnes egrediantur foras: & jacens vel stans ante ipsum limen, cum nullo homine loquatur.* Ex quo quidem loco, & ex lib. 5. Capitul. c. 136. novæ edit. satis apparet *ὀποπιλοτων* pœnitentium non nudam fuisse genuum flexionem una cum corporis incurvatione, quod vult

Allatius. Hinc etiam tandem percipimus cur in ingressu Ecclesiæ *Prostratus sepeliri* voluerit Pipinus Rex, Martelli parentis peccatorum expiandorum causa. Sugerius lib. de Administr. sua cap. 25. de Carolo M. *Quia pater suus Pipinus Imperator extra in introitu valvarum pro peccatis patris sui Karoli Martelli prostratum se sepeliri, non supinum fecerat, &c.* Vide S. Hieronym. Epist. 30. cap. 1. sub fin. & in v. *Reconciliatio*.

¶ **PROSTRATA ORATIO**, Quæ ab humi prostratis in ecclesia recitatur, in vet. Ceremon. MS. B. M. Deauratæ Tolos.

PROSTRATI PSALMI. Vide *Psalms*.

¶ **PROSTRATIO**, Pœnitentiæ species in usu apud Monachos, qua in terram prostrati psalmos recitabant. Charta ann. 1476. apud Madox Formul. Angl. pag. 336. *Concedimus etiam omnibus vobis participationem omnium observanciarum regularium quæ sunt quotidie nobiscum, in vigiliis, jeuniis & elemosinis, in inclinationibus, Prostrationibus, & disciplinationibus.*

¶ **PROSUBULA**, Parva prosa, in Amalth. ex Johanne de Janua. Vide *Profellus*.

¶ **PROSUMIA**, Genus navigii, speculatorium parvum. Festus. Ejusdem meminit Gellius lib. 10. c. 25.

¶ **PROTAGIUM**, Præstationis species, quæ ab hominibus talliæ obnoxiiis exigitur, ut sint à talliæ ad voluntatem & à corvatis immunes. Codex censualis Castellionis Dombensis an. 1463. *Debent xv. den. de servitio, 11. bichetos siliginis de Protagio rerum & possessionum quæ fuerunt de hereditate Martini Floci.* Vide *Messis*.

¶ **PROTALLIA**, Eadem notione, occurrit in Chartis Villæ-novæ in tractu Dombensi. Vide ibidem.

PROTASINGRITIS, Primus à secretis, Græcis recentioribus, *πρωλασηγρητις*, ut pluribus docuimus ad Cinnamum pag. 493. Charta Irenes Imperatricis Constantinopolitanæ ann. 1306. apud Guichenonum in Bibl. Sebusiana Cent. 1. cap. 86. *Testibus ad hoc specialiter vocatis... nobili muliere Domina Gutascha de Mott. Sevassto Cohalogothea Protasingritis Comneni filio.* Vide *Asecretis*, [& Gloss. med. Græcit. in *ἀσκηρῆτις*.]

¶ **PROTEARI**. Dudo de Normann. lib. 3.

Ipsam ἀσκηρῆτιον nihilum Proteantur eundem,

Ut stupeas, lector, catholicum hoc memorans.

Verbum *Proteantur* asterisco notavit Duchesnius; ubi fortassis legendum *procantur*.

¶ **PROTECDICUS**, Gr. *πρωλασηγρητις*, Primus vindex, defensor: officium in aula CP. cujus erat, ex Codino de Offic. lib. 1. suscipere captivos & causarum criminalium judicium exercere.

Obtinuit etiam hæc dignitas in Ecclesia ejusdem urbis, ad quam spectabat causas criminales clericorum cognoscere. Plura vide apud Macros in Hierolexico.

PROTECTIO REGIS INFRICTA, quam vulgo *Salvanguardiam* dicimus. [Charta Edwardi I. Reg. Angliæ ann. 1294. apud Kennettum Antiquit. Ambrosd. pag. 323. *Nos ejusdem Radulphi quieti & tranquillitati ex hac causa libentius providere volentes, suscepimus in Protectionem & defensionem nostram specialem prefatum Radulphum, &c.*] Vide *Quoniam Attachiamta* cap. 54. 73. & supra in v. *Pax*.

PROTECTOR, apud Anglos, dicitur Regni gubernator ac rector, absente Rege. Thomas Walsinghamus pag. 408. *In quo quidem Parlamento, ex assensu omnium statuum ejusdem, idem Dux Defensor, seu Protector Angliæ in absentia sui fratris Senioris, Ducis videlicet Bedfordiæ, fuerat ordinatus ac no-*

minatus, &c. Post mortem scilicet Henrici V. PROTECTORES REGNORUM in aula Romana, Cardinales nempe, quorum munus est electiones & alias Provinciæ sibi addictæ causas in sacro Senatu proponere. Vide Octav. Vestrium lib. 1. de Judiciis aulæ Rom.

PROTECTORES, Corporis Imperatoris Custodes, qui Principis latus protegebant, ut est in l. 9. Cod. Th. de Protectoribus: βασιλικοὶ προσκεπασαί, Menandro Protectori lib. 8. Hist. Vetus Gloss. Cap. de Militia, Protector, ὑπερασπιστής. Gloss. Græc. Lat. προσπιστής, Protector, ὑπασπιστής, Armiger. Spartianus Caracallam ait occisum à Protectoribus suis. Horum Scholam instituisse Gordianum auctor est Cedrenus, quæ longe dignioris ordinis cæteris Palatinis Scholis habita est: adeo ut Constantius Constantini M. Pater Protector, deinde Tribunus fuerit, ad idque muneris militantes fere omnes aspirarent. Paulinus Nolanus Epist. 39. ad militem: *In hac militia soletis in votis habere hanc officii promotionem, ut Protectores efficiamini. Si autem Deo te probaveris, ipsum Deum incipies habere protectorem. Vide ad qualem militiam te invito collegam, ut quod homini esse optas, hoc tibi Deus sit.* Jul. Firmicus lib. 3. Math. cap. 14. *Faciet Scutarios, vel Imperatorum Protectores, vel qui proprio excubitu salutem Principibus servant. Exprotector, ἀποπροτίσιωρ, in Vita S. Eudociæ Martyris cap. 12. Acta SS. Philemonis & Apollonii cap. 3. Ο Διοκλητιανὸς ἀπέστειλε Προτίσιωρας πρὸς αὐτὸν ἐν τῇ Θεσσαλίᾳ, καὶ μετὰ καλέσαστο αὐτόν. Μοχ, Οἱ προτίσιωρες συνέλαβον αὐτόν, καὶ ὑπὸ ἀσφαλείας ἐποίησαν.* Vide tit. Cod. Th. de Domesticis & Protectoribus, & ibi Jacobum Gothofredum.

☞ Duplex quippe fuit Protectorum genus, alii qui in acie militantes ad custodiam Imperatoris erant deputati, alii qui Protectores Domestici interdum nuncupantur, quique idem munus in palatio obibant. Vide Domesticus 2.

☞ PROTECTORIA DIGNITAS, in eod. Cod. Th. leg. 5. de Veteranis tit. 20. *quæ tanquam pretium longi laboris concedebatur, ut scribit Symmachus Epist. 67. lib. 3. Vide Gothofredum ad leg. laudatam & ad tit. de Domesticis & Protectoribus.*

PROTECTORES LIMITUM, qui scilicet ex Schola Protectorum mittebantur ad tuendos limites, vel itinera, de quibus fit mentio in Lege 1. Cod. Th. de Protector. & leg. 3. de Littorum & itinerum custodia: μεθορίων προτίσιωρ, apud Menandrum Protectorum lib. 8.

☞ PROTECTORIUM, Principis privilegium, quod ne alicui vis inferatur, cavetur, eumque in protectionem suscipit, Gall. *Sanvegarde*. Cancellar. Ferdinandi II. *Religiosos contra Protectorium Casareum in statu ac vestibus religiosis relinquens, &c.*

PROTEDÆ, *Fasula de pineo ligno.* Papias.

☞ 1. PROTELARE, Prorogare, differre, Gallice *Prolonger*. Capitul. Caroli C. tit. 14. cap. 7. *Et si necesse fuerit, ut iustitia non Proteletur, advocato denuntietur ut ipsum latronem reddat.* Charta Zuendeboldi Reg. ann. 897. apud Calmet. to. 1. Histor. Lothar. inter Probat. col. 328. *Quanto propensius divina laudis cultum exequimur... tanto... diutinis temporibus sanitatem nostram Protelare... confidimus.* Statuta Montis Regal. fol. 86. *Quod hoc non facit... animo Protelandi litem, &c.* Occurrit præterea in Cod. Theod. leg. 5. lib. 2. tit. 4. apud Cæsarium Heisterbac. lib. 1. cap. 27. & alibi.

☞ 2. PROTELARE, Contrahere. Vita S. Pharaildis to. 1. Jan. p. 170. *Idoneum disposuimus succincte Protelare, quæ mentibus intelligentiam intimare proposuimus.*

☞ PROTELATIO, PROTELLATIO, Prorogatio, dilatio, Gall. *Délai, remise*. Charta Alberti Ducis Austr. an. 1341. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 529. *Tenemur eisdem personis & rebus nostris adesse totis viribus & posse, omni dilatione, Protelatione & procrastinatione penitus procul motis.* Statuta Cadubrii cap. 13. *Transactis dictis sex mensibus, vel tempore quo dicta instantia fuerit prorogata, vel fuerit impedita, & non fuerit dicta causa diffinita dolo vel negligentia, aut Protelatione partis, &c.* Charta an. 1377. ex Bibl. Reg. *Quod non erant persone que essent ducende per inania verba nec Protellations morosas, &c.* Infra: *Protellations & procrastinationes.*

☞ 1. PROTENDERE, Proferre, Gall. *Produire*. Epistola Arnaldi Archiep. Narbon. an. circ. 1121. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 134. *Item Protendebant & bonæ recordationis P. Paschalis privilegium, in quo prædictum monasterium inter alias ecclesias Psalmodiensi monasterio pertinentes tantum erat adnotatum.*

☞ 2. PROTENDERE, Conficere, Gall. *Expédier*. Ordinat. Humberti II. an. 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 397. col. 2. *Et si (litteræ) procedunt secundum formam decretationis factæ super illis, sigillet easdem, videlicet illas quæ ad perpetuum super aliquo magno negotio vel cautelauso Protendantur, &c.*

☞ PROTENSUM, Umbella, ut videtur. Acta S. Herlembaldi tom. 5. Junii pag. 311. *Idem (stolam) in Protensi virga usque ad majorem ecclesiam civitatis portavit clamans, Hecco la stola.*

☞ PROTENTINUS. Vide Procentinus.

☞ PROTENTIO, Amplitudo, Gall. *Etendue*. Charta Caroli VII. Regis Franc. ann. 1452. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 500. *Considerantes videlicet quod ipsa patria nostra (Ducatus Normanniæ) quæ inter ceteras regni nostri portiones magnam obtinet Protentionem, &c.*

☞ PROTERRARIUM, Ager, prædium. Charta Comit. Chrodardi an. 764. apud Felibian. inter Probat. Hist. Sandion. pag. xxix. *Vendidisse me tibi constat... ipsas locas denominatas, id est cum terris seu Proterrariis, domibus, ædificiis, &c.* Charta an. 1060. inter Instrum. tom. 5. novæ Gall. Christ. col. 473. *Cum domibus, ædificiis, curtis, ... campis, terris, Proterrariis, farinariis, pascuis, &c.*

☞ PROTERVIRE, Proterve, superbe agere. Epist. Rodulphi Imper. an. 1276. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1155. *Confidimus, quod... contra quoscumque cujuslibet conditionis, qui adversus eosdem (Aureæ-vallis monachos) violenter aut injuriose Proterviant... protectionis auxilium... dignemini impertiri.* Glossale super lib. Salom. in Biblioth. Heilsbr. pag. 44. *Nobilitate nato bene servus semper Protervit.* Hinc protervit, pro proterit, legendum apud Tertull. edit. Rigaltii de Patient. cap. 12. ubi de charitate ex Apost. 1. ad Cor. cap. 13. hæc laudat: *Non inflatur, non Proterit;* in Græco textu: ἔφουσιεταί, ἐκ ἀσχημονεί.

☞ PROTESTA, Italis est Contestata denunciatio, Gall. *Protestation*. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 7. *Item quod si aliquis servitor fecerit aliquam falsam Protestam, vel aliquod aliud falsum commiserit in suo officio servitorie exercendo, suspendatur per linguam cum uno hamo ferreo in publica concione.* Vide Protestatio.

☞ PROTESTANTES dicti primum Lutherani, cum ann. 1529. in Comitibus Spirensibus adversus novum decretum, in Religionis negotio, ab iis exhibita est Protestatio: quod nomen & Calvinii discipulis subinde inditum est. Vide Slejdani Comment. lib. 6. & Hofmanni Lexicon.

- ¶ **PROTESTARI**, Contestato denunciare, testificari, *Protester*. Litteræ Bonifacii VIII. PP. in Chr. Angl. Th. Otterbourne p. 92. *Palam Protestatus est, quod pro regno ipso tibi fidelitatem prestare seu facere aliquatenus non debeat, &c.* Charta ann. 1304. in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 194. *Protestantes tamen & dicentes se dictum hommagium facere & recognitionem juxta formam & conventionem contentam in Charta facta manu Raimundi Meliani notarii, in qua Protestati fuerunt fore saluum jus curiæ & ipsorum.*
- ¶ **PROTESTARI**, nude pro Attestari. Bulla Cælestini III. PP. ann. 1191. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 49. *Quod episcoporum mutationes, utilitatis, vel necessitatis causa, possint auctoritate apostolica licite fieri, tam canonum statuta, quam antiqua sanctorum patrum exempla manifestius Protestantur.*
- ¶ **PROTESTATIO**, ut supra *Protesta*. Statutum Comitum Provinciæ de officio tabellionum ann. 1254. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 60. *De Protestatione qualibet & qualibet exceptione ponenda in cartulario, 1. den. detur.* Laur. Byzyn. de Bello Hufsit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 127. *Primum in Praga intimationibus & Protestationibus publicis factis, &c.* Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 185. *Facta prius Protestatione, quod ad hoc concedendum Regi non tenebantur ex stricto jure, sed affectione solummodo sui Regis.*
- ¶ **PROTESTUM**, vox Negotiatorum, Gall. *Protêt*, Contestata denunciatio. Statuta Genuens. lib. 4. cap. 14. pag. 115. *Qui voluerit cambia, seu tractas sibi factas solvere supra Protestum, ad hoc ut retineat obligatum eum, qui traxit, seu qui mandavit pecunias, seu cambium solvi, teneatur in illis locis, in quibus solutiones cambiorum habent sua tempora præfixa, facere declarationem in actis notarii coram testibus infra horas viginti quatuor, post præsentationem litterarum cambii, sicuti acceptat talem tractam supra Protestum.*
- ¶ **PROTESTUS**, pro *Processus*, in Leg. Rotharis ex Cod. Estensi apud Murator. to. 1. part. 2. p. 46.
- ¶ **PROTHENTINUS**. Vide *Procentinus*.
- PROTHI**, seu *Proti*, appellati Primores, seu Præsides universitatis Judæorum, apud Siculos, ut patet ex Charta ann. 1340. apud Rocchum Pirrum in Archiepisc. Messan. Ex Græco *πρωτοι*.
- PROTHIREMARI**. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 21. *Quindecim Magistri Prothiremarii, qui sint deputati non solum ad remos, sed etiam ad faciendum astas lancearum & dardorum, &c.* Vox hybrida, qui remigibus præfunt.
- ¶ **PROTHOCIUM**. Vide *Ptochium*.
- ¶ **PROTHOCOLLARE**, **PROTHOCOLLUM**. Vide *Protocollum*.
- ¶ **PROTHONCIUS**. Sallas Malaspinæ lib. 3. de Reb. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. p. 277. *Legem ponit (Carolus Rex) regnicolis, novosque secretos (secretarios) Justitios, Admiratos, Prothoncios & Comites . . . statuit.* Ubi legendum existimo *Prothoneios*, à Græco *πρωτοι* & *νιος*, navalis, Præfectus navalis; nisi *Protonotarios* malis, ut apud Murator. tom. 3. col. 609. vel *Partisanos*. Vide in hac voce.
- ¶ **PROTHOPAPUS**. Vide *Protopapa*.
- ¶ **PROTHOSALVASTON**. Vide *Protopsalvastus*.
- ¶ **PROTHRONISTÆ**, pro *Protomystra*, in Hist. Tullensi pag. 217. editum ex Sidonii Epist. 17. lib. 4. Vide in hac voce.
- ¶ **PROTHYRUM**, à Græco *πρόθυρον*, Pars ostii seu domus anterior. Vita S. Ægidii tom. 3. Maii pag. 421. *In atrio cœnobii Scallabitanii è regione tu-*

muli ejus, cernebat scalam latam atque erectam, & ab atrii Prothyro ad calorum usque altitudinem pertinentem.

- ¶ **PROTITULARE**, Publicis Instrumentis notum facere. Acta S. Castuli Mart. tom. 3. Martii pag. 612. *In tempore Diocletiani & Maximiani Imperatoris erat maxima persecutio Christianorum, ita ut per univ. orbem terrarum eorum crudelissima Protitulata ferocitas permaneret.*
- ¶ **PROTOAPOSTOLARIUS**, Dignitas in Ecclesia Orientali, Princeps eorum, qui populo Apostolorum scripta exponebant. Vide Meursium & Suicerum.
- ¶ **PROTOBESTIARIUS**. Vide *Protovestiarius*.
- ¶ **PROTOCAMERLENGUS**, Primus *Camerlengorum* seu *Camerariorum*, qui *Major Camerlengus* dicitur in Leg. Palatinis Jacobi II. Reg. Majoric. Vide in hac voce. Annal. Estenses Jacobi Delayto apud Murator. tom. 18. col. 1038. *Anno eodem 1405. constructa fuit ecclesia nova S. Juliani, . . . quam adificari fecit egregius vir Galeotus de l'Avogario civis Ferrariensis Protocamerlengus Domini.* Vide *Camerarius*.
- PROTOCANCELLARIUS**, Qui nostris *Archicancellarius*: *πρωτοκαγκελάριος*, apud Anonymum Combesianum in Porphyrogenito n. 8.
- ¶ **PROTOCANONARCHA**, Primus Cantorum, seu eorum qui cantum imponebant in Ecclesia Græca. Vide Gloss. med. Græcit. in *Κανονάρχης*.
- ¶ **PROTOCANONICI** *Ecclesia B. M. de Cleriaco*, Titulus Regibus Francorum à Sixto IV. PP. concessus Litteris ann. 1471. inter Notas Gotofredi ad Hist. Caroli VIII. pag. 352. *Ordinamus quod . . . Reges Francorum . . . Canonici Ecclesie B. M. de Cleriaco . . . sint & esse censeantur, & Protocanonici nominentur.* Eodem privilegio in aliis Ecclesiis gaudent Reges nostri.
- PROTOCAPELLANUS**, qui alias *Archicapellanus*. Ita appellatur Hebroinus Episcopus Pictavensis in Charta Tabularii S. Mauri ad Ligerim apud Bessium in Episcop. Pictav. pag. 24. Charta Franc. Episcopi Nivernensis in Tabular. S. Cyrici Nivern. *Atto Ecclesie nostræ Archidiaconus, & domus nostræ Protocapellanus.* [Vide *Capellani* 1.]
- ¶ **PROTOCARABUS**, Gubernator navis Imperatoris, apud Græcos. Vide *Carabus* & *Καραβος* in Gloss. mediæ Græcitat.
- ¶ **PROTOCATAPANUS**, Primus *Catapanorum*; sæpius apud Lupum Protospatham. Vide *Catapanus*.
- ¶ **PROTOCERIUS**, Officialis à sigillis, apud Casiodorum, ex Macr. Hierolex. Vide *Primicerius*.
- PROTOCHARTULARIUS**, Officium Monasticum, cujus mentio fit in Ritu electionis Abbatis Casinensis. Vide *Chartularius*.
- PROTOCHRISTICOLA**. *Magnus Imperii Protocristicola*, Constantinus M. dicitur Glabro Rodolpho lib. 4. cap. 6.
- PROTOCOLLUM**, Liber ex glutine compactus, in quem acta publica referuntur. Errant enim qui putant esse memoriale, in quod raptim acta reponuntur, ut deinde in mundum redigantur, & perfectius extendantur, ut observat Cujacius ad Nov. 44. Ut enim hodie Chartæ habent notam aliquam, ex qua dignoscitur quis eam Chartam præparaverit; ita habebant olim Chartæ brevem adnotationem quæ declarabat, quo Comite largitionum (sub cujus cura erant Chartariæ) quo tempore, & à quo præparatæ fuissent chartæ: ex eo quippe coarguebatur sæpe falsitas.

Et id quidem omnino probat Novella 40. Justiniani : *Tabelliones non scribant instrumenta in aliis Chartis, quam his quæ Protocolla habent. Ut tamen Protocollum tale sit, quod habeat nomen gloriosissimi Comitis largitionum, & tempus quo charta facta est. Huc etiam spectat Statutum Ludovici Reg. Sicil. an. 1352. quo jubetur ut Protocolla notam præscriptam præferant, ut certa ex illis fides semper existat.*

At in sequioribus sæculis Protocollum appellant Registrum seu librum in quem Acta publica ordinatim referebant. Statutum Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1304. tom. 1. Ordin. pag. 417. *In primis ordinamus . . . quod cum notarii seu tabelliones publici contractus in loco in quo morari & tenere Cartularia sua consueverunt, dictos contractus receperint, in ipsis Cartularibus seu Protocollis substantialiter & seriatim incontinenti ponant & inserant.* Statuta Eccl. Meld. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 918. *Item, vobis omnibus & singulis presbyteris sub poena excommunicationis districte præcipimus, quatenus . . . de dictis testamentis seu eorum effectu faciatis registrum seu Prothocolum, quod penes vos remaneat.* Acta S. Bogumili tom. 2. Junii pag. 361. *Signa autem quæ sunt ad meritum ejusdem Sancti, idem dominus plabanus in Turek fideliter & diligenter conscribat, & ad sua Protocolla reponat.* Adde formulam juramenti Tabellionum apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 491. & Statuta Montis Regal. fol. 127. Statutum Ludovici XII. Reg. Franc. *Tous notaires & tabellions seront bons & suffisans registres & Protocolles.*

Recentior est vocis Protocollum acceptio pro prima percriptione, Gall. *Minute*. Ea notione hanc usurpat Zinzelinus in Glossis ad Extrav. Johannis XXII. PP. ad c. 5. tit. 14. *Et post redigendo instrumentum in mundum, apponunt multa verba, quæ non apposuerunt in nota vel in Protocollo. Et illa subintellecta fore dicuntur sub tali clausula, Et cætera. De jure tamen scripto nihil plus in mundo, quam in Protocollo debet reperiri, ut omnis falsitas & suspicio evitetur. Neque aliter intelligendum videtur Concil. Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 282. *Notariis & Tabellionibus præcipimus, ut quandoque in causis spiritualibus & ecclesiasticis conficere comingent instrumenta, super eisdem instrumentis faciendis prius recipiant Prothocolla, quæ penes se dimittant in cartis: ut ex hoc per eos in essentialibus nihil mutetur . . . Statuimus ut iidem Tabelliones . . . in loco publico hujusmodi Prothocolla & creantia super conficiendis ab eis instrumentis recipiant.* Statuta Vercell. lib. 4. fol. 64. vº. *Nomina patrum apponantur & scribantur in Prothocollo & in Instrumento.**

Protocolla à Notis & Cartulariis distincta videre est in Charta an. 1430. ex Schedis Præf. de Mazaugues: *Ego . . . Notarius . . . cui Cartularia, Nota & Protocolla præfati . . . sunt commissa* Vide *Chartularium*.

PROTHOCOLLARE, In protocollum referre, vel in publicam & authenticam formam redigere. Charta an. 1318. ex Tabul. Auscitan. *Hanc cartam recepit & in sua papiro Prothocollavit dominante D. Amanevo Archiepiscopo Auscitano.* Charta an. 1495. inter Notas Gotofredi ad Histor. Caroli VIII. pag. 730. *Ad omnia & singula prædicta & in hac parte facta vel fienda, proposita vel proponenda notandum, conscribendum, stipulandum, Prothocollandum, & ad perpetuam rei memoriam, testimonium & firmitatem, instrumentum & instrumenta publica, litterasque authenticas desuper conficiendum, & in publicam atque authenticam formam redigendum, &c.*

PROTCURSOR, Curforum præfectus. Landulphus in Phoca apud Murator. tom. 1. part. 1.

pag. 123. *Cum enim misisset Protocursorem, ut interrogaret eos, quo præcipiente fecerint hoc, &c.*

PROTOCYNEGUS, Primus Venatorum, nostris *Grand-Veneur*, dignitas palatina, apud Codin. de Off. cap. 2. Vide Gloss. med. Græcit.

PROTODIACONUS, Idem qui *Archidiaconus*. Vide in hac voce.

PROTOFORESTARIUS. Vide in *Foresta*.

PROTOHIERACARIUS, Primus Accipitrariorum in aula CP. apud Codin. de Off. cap. 2. num. 48. Vide Glossar. med. Græcit.

PROTOJUDEX. *Protojudeus Salerni*, in veteri Charta apud Ughellum to. 7. Ital. Sacræ p. 571. 574.

PROTOMANDATOR. Vide *Mandator*.

PROTOMARTYR, ut inter viros S. Stephanus, Primus, sic S. Thecla inter mulieres Prima Christi martyr existit: unde hocce epitheto pariter donantur à Græcis & Latinis. Vide Gloss. med. Græcit. in *Méglupes*, & Suidam in *Thef. Eccl.*

PROTOMEDICALIS, In medicina primarius, præcipuus. Notitia 1. Eccl. Catan. apud Rocchum Pirrum Sicil. sacræ pag. 117. *Multos edidit libros (Johan. Philippus Grassia) de offibus, de tumoribus præter naturam . . . in Constitutiones Protomedicales commentum.*

PROTOMISSUS, Præferendus, potior, ut videtur. Epist. apud Buschium de Reform. Monast. tom. 2. Script. Brunsvic. Leibnit. p. 895. *Charitatem inviolabilem, nec in vita, nec in morte unquam separabilem, jugiter Protomissam venerabilis in Christo dom. Priorissa, &c.*

PROTOMYSTES, Gr. *πρωτομύστης*, Primus Sacerdotum, Episcopus. Sidonius lib. 4. Epist. 17. *Multo opportunius de quibuscumque questionibus tibi interrogabuntur inclyti Galliarum patres & Protomystæ, nec satis positus in longinquo Lupus, nec parum in proximo Auspicius.*

PROTONOBILISSIMUS, *πρωτονωβελίσσιμος*, Dignitas Palatina apud Imperatores Constantinopolitanos, de qua diximus ad Alexiadem p. 339. Apud Ughellum in Archiepiscopis Barenibus, *Basilii Imperialis Protonobilissimus* subscribit Chartam Richardi Senescalli, Willelmi Wiscardi Ducis Calabriae ex fratre nepotis, an. 1108. Manuel Comnenus Imp. CP. Ludovicum VII. *Protonobilissimum Regem Francia* appellat, in Epistola ad Alexandrum III. PP. quæ descripta legitur apud Baronium anno 1180. quæ quidem honorifica appellatio satis arguit Francorum Reges primo semper habitos loco apud exteros, quod peculiari Dissertatione attigimus ad Joinvillam.

PROTONOTARIUS. Vide *Notarii*.

PROTOPAPA, *πρωτοπαπᾶς*, Dignitas præcipua in Ecclesiis Græcanicis, de qua Codinus de Offic. cap. 1. num. 30. & ibi Gretzerus & Goarus, & Meursius in Gloss. Hunc sic dictum contendit Leo Allatius lib. de Græcorum templis pag. 135. quasi *πρωτον τῶν ἱερέων*, primum inter Sacerdotes: unde *Archipresbyterum* vertunt interpretes ejusdem Codini. Sane Scylitzes pag. 717. & Joëles in Chronogr. pag. 182. aiunt Lustathium promotum à Basilio Bulgaroctono ad Patriarcham CP. cum esset antea *πρωτος τῶν πρεσβυτέρων τῶ ἐν βασιλείαις ναῦ*. Zonaras de eodem: *Ὁς τῆ ἐν τῷ παλατίῳ ναῦ ἱερέων ἐπρωτεύειν*, id est qui erat *πρωτοπαπᾶς τῆ παλατίαις*, uti hæc dignitas vocatur à Scylitze pag. 612. *πρωτοπαπᾶς τῶν βασιλείων*, à Zonara pag. 160. ubi de Styliano, qui à Glyca pag. 306. *πρωτοπαπᾶς τῆ παλατίαις* diserte nuncupatur. Quæ quidem appellatio gradui Protopapæ convenit, cum in Ecclesia Sophiana *πρωτος*

τῆ βήματος fuerit, id est, in confessu dignitatum Ecclesiasticarum intra Ecclesiæ cancellos secundus à Patriarcha confederit, ut est apud Codinum. Scribunt Rocchus Pirrus pag. 387. & Ughellus tom. 6. pag. 111. in Ecclesia Messanensi Clerum olim fuisse Græcum, cui præerat *Protopapa*, id est Archipresbyter Græcorum, istiusque dignitatis vestigium adhuc perseverare, & uti baculo cum duorum leonum capitibus. Sic etiam in Ecclesia Bovenfi appellari etiamnum Archipresbyterum monet idem Ughellus. Hunc vide, præterea tom. 9. pag. 97.

¶ PROTHOPAPAS, Eadem notione, in Epist. Johanni presbytero falso adscripta ad calcem Cod. MS. Corbeïensis: *In sinistra Episcopi xx. præter Patriarcham S. Thomæ & Prothopapatem Salmagatinum, &c.*

PROTOPARENS, vox hybrida, usurpata à Prudentio hym. 9. de Adam, in Synodo Landavenfi sub Cerenhiro Episcopo, & à Thwrocio in Hist. Hungar. 1. part. cap. 2. [& in lib. 3. Sac. Eccl. Rom. cap. 89.]

¶ PROTOPASCHITÆ, Hæretici, qui Judaico more in azymis Pascha celebrabant; *Sabbatiani* etiam appellati, ex Macr. Hierolex. Hos cum Novatianis confundit Baronius ad an. 413. n. 28.

¶ PROTOPATER, Primas. Gocelinus in Vita S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 395.

*Septem Primates sunt Anglis & Protopatres,
Septem rectores, septemque per athra triones.*

PROTOPATRICIUS, Dignitas in aula CP. qua donatus legitur quidam Cosmas Anthius Imperatorius Protonotarius, & Strategus Sicilia & Longobardia sub an. 893. apud Ughellum in Archiepisc. Beneventan. num. 44. Πρωτοπατριος, apud Malchum in Hist. Byzant. *Aspar primus Patriciorum*, apud Marcellinum Comitem in Chronico. Πρωτοπατρικὴς καὶ Κόμιστες τῆ ἐψμίας, meminit etiam alicubi Theophanes.

PROTOPINCERNA, Primus Pincernarum, dignitas in Palatio Regum Francorum, de qua Joannes VIII. PP. Epist. 216. Vide *Pincerna*.

¶ PROTOPLASTUS, ut *Protoparens*. Charta Burchardi an. 1290. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 266. *Ob prævaricationem Protoplasti admodum atque fluentis labuntur de die in diem, donec quevis caro in originem pristinam redigatur. Vita S. Marci tom. 3. Aprilis pag. 555. Diabolus superveniens qui... Protoplastum de paradisi amœnitate dejecit.* Occurrit passim apud Scriptores Ecclesiasticos.

¶ PROTOPLATISTUS, Eadem notione, in Opusculo Gualvanei Flamma apud Muratorium tom. 12. col. 1063.

¶ PROTOPLAUSTUS, pro *Protoplastus*, in Literis Caroli VI. Regis Franc. ann. 1395. inter Notas Gotofredi ad Hist. ejusdem Caroli pag. 580.

¶ PROTORUSTICUS; Primus inter rusticos, nostris *Cog de Paroisse*. Sallas Malaspinæ lib. 2. de Rebus Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 224. *Et dum vicarius Regis prædictus quosdam archipopulares & Protorusticos ad se vocari fecisset, qui tam deformis populi ductores & capita dicebantur, &c.*

PROTOSCRINIARIUS, Dignitas in Ecclesia Romana, in Vita S. Sebastiani Martyris, & in Chronico Farfensi pag. 67.

¶ PROTOSEBASTUS, ut infra *Protosevastus*, Titulus honorarius Ducum Neapolitanorum. Vide Breneman. in Hist. Pandect. lib. 1. pag. 23.

PROTOSECRETARIUS, Primus Secretarius, apud Anastasium in Collectaneis pag. 254. qui πρωτοσεκριτῆς καὶ ἐπισολογραφεὺς, apud Anonymum de Templo

S. Sophiae. Vide quæ de hac dignitate adnotamus in Notis ad Cinnamum pag. 493.

¶ PROTOSECRETATA, Eodem significato, apud eundem Anastas. in Stephano II. tom. 3. Murator. pag. 170. col. 2. *Conjunxerunt in hac Romana urbe imperiales Missi, Gregorius scilicet Protosecretata, & Joannes Silentiarinus, &c.*

¶ PROTHOSECRETARIATUS, Officium, dignitas *Protosecretarii*, in Epist. 6. Joan. de Monsterialio apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. col. 1329. *Estque Prothofsecretariatus domini Delphini Viennensis, sive Ducum Biturie, Burgundiaque ac Aurelianensis, cum similibus officiis.*

PROTOSEVASTUS, ex Gr. Πρωσεύστας, Dignitas in Palatio Constantinopolitano præcipua, ab Alexio Comneno Imper. primum inventa, qua fratrem Adrianum donavit, ut habent Anna Comnena & Zonaras. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 24. *Duo nepotes ejus, fratres uterini, Joannes scilicet Protosevastus, & Alexius Protostrator, qui inter illustres sacri Palatii primum obtinebant locum.* Adde lib. 20. cap. 1. Rogerius Hovedenus pag. 595. *Quendam habebat amasum, qui vocabatur Græce Protosevastus, Latine vero Comes Palatinus, &c.* Perperam *Prothosalvaston* scribitur apud Radulphum de Diceto an. 1182. Hanc porro dignitatem Duci Venetiarum olim concessam ab Impp. CP. observavimus in Notis ad Alexiadem pag. 311. Vide Codinum de Offic. aulæ CP. & quæ ad eum commentantur Gretzerus & Goarus, præterea Meursii Gloss. [& supra *Protosebastus*]

¶ PROTOSEVASTO, Eadem notione, apud Mag. Boncompagnum de Obsid. Anconæ tom. 6. Murator. col. 938. *Erat enim (Constantinus) vir sapiens, discretus, eloquens, & curialitate multimoda redimitus, pro quibus in ejusdem Imperatoris aula maximam habebat dignitatem, de qua Protosevastus dicebatur; nec erat ita magnus princeps post logothetam.*

PROTOSPATHARIUS, Primus & Princeps Spathariorum. Glossæ nomicæ: Ἰλλεστριος, πρωτοσπαθαριος. Leo Ost. lib. 1. cap. 51. (al. 52.) de Symbatio: *Imperialis Protospatharius & Stratigo Macedonia, &c. Basilius Protospatharius Imperatoris*, cap. 36. *Sisinus Imperialis Protospatharius*, apud Guillelmum Biblioth. in Adriano II. PP. pag. 228. *Michaël gloriosus Protospatharius*, in Epist. 8. Nicolai I. PP. ad Michaëlem Imperat. initio. Vide [*Vitam Nicolai Studitæ* pag. 944.] Gloss. Meursii, & infra in voce *Spatharius*.

PROTOSPATA, Eadem notione. Vetus Epitaphium in Basilica S. Basilii, Brundusii:

*... Illustris, pins actibus atque refulgens,
Protospata Lupus urbem hanc construxit ab imo.*

Ignotus Barenfis in Chron. an. 981. *Occisus est Sergius Protospata à Barenfisibus.* Occurrit apud Lupum Protospatam an. 973. 979. 1035. 1054.

¶ *Protospatharii* vero dignitas πρωτοσπαθαράτων dicitur Anonymo in Romano Juniore num. 1.

¶ PROTOSTASIA & ΠΡΟΤΟΤΥΡΙΑ, Officia municipalia, de quibus in Cod. Theod. Vide Gothofredum ad tit. 23. lib. 11.

PROTOSTRATOR, Primus Stratorum, dignitas in aula Constantinopolitana, cui Stabuli Imperatorii cura incumbebat, ut est apud Cinnamum & Zonaram. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 24. *Joannes videlicet Protosevastus, & Alexius Protostrator, qui inter illustres sacri Palatii primum obtinebant locum.* [Idem qui apud nos Marefcallus, ut ex Niceta, ubi de Gothofrido Bulioneo, colligit Carolus de Aquino in Lex. milit. *Dignitate erat vir ille Mare-*

scallus, quod Græcis est Protostrator.] Vide quæ de hac dignitate congeffimus in Notis ad Cinnamum pag.

474. 475.

PROTOSYMBOLUS, Saracenorum Princeps ita appellatus. Andreas Silvius in Chronico Marcianensi an. 586. Hic (Mahomet) in Regno Saracenorum quatuor Prætores statuit, qui Amirai vocabantur. Ipse vero Amiras dicebatur, vel Protosymbolum. Historia Miscella lib. 19. pag. 600. Mortuus est Mubavias Protosymbolum Saracenorum, qui fuit Prætor annis 20. & Amira functus officio annis 24. Adde pag. 616. 648. edit. Canifii. Acta SS. 40. Martyrum num. 12. Αβησακ ἐκείνος Πρωτοσύμβολος τῶν Ισμαελιστῶν ἔφη, ἔτω γὰρ τῆς αὐτῶν ἑθνάρχας ἀποκαλεῖται. Πρωτοσύμβολος τῶν Αράβων, apud Cedrenum in Leontio pag. 443. ubi Zonaras p. 77. ὁ τῶν Αραβῶν Πρωτοσύμβολος, ἔτω γὰρ ἐκάλεον τῆς σφῶν ἀρχιάρχου. Σύμβολος simpliciter dicitur in VII. Synodo Act. 5. pag. 617. edit. 1618. qui πρωτοσύμβολος paulo ante nuncupatur. [Chron. Cavense apud Murator. tom. 7. col. 918. Anno Domini 684. Indict. 12. Marucham. Agnoscitur Protosymbolum Arabum. Ibid. col. 919. Anno Domini 719. Indict. 2. Hymnar. Protosymbolum habetur.] Vide Leonem Grammaticum p. 454. Aliter vocem hanc usurpat Joannes Hierosolymitanus in Vita S. Joannis Damasceni p. 245. edit. Romanæ, pro primo scilicet Consiliario [seu supremo Vezirio:] Ο δὲ τῶν Σαρακηνῶν ἀρχηγὸς τῶν Ἰωάννην εἰσαλεσάμενος, ἀρχιεπὶζετο πρωτοσύμβολον. Et pag. 253. Καὶ πρῶτος ἔση αὐτοῖς ἡμετέροις συμβόλοις, ἔδεν γὰρ πράξαι μὲν πώποτε τῆς λοιπῆς ἀνευ οἷς παραίσεως καὶ συμβολῆς. [Vide Πρωτοσύμβολοι in Gl. med. Gr.]

PROTOSYNCELLUS, Primus Syncellorum Patriarcharum, vel Episcoporum, qui plures erant, ut suo loco docemus. Dignitas Ecclesiastica in Græcanica Ecclesia nota, atque adeo in Sicilia sub Normannicis Principibus, ut ex aliquot Chartis colligitur, quæ habentur apud Ughellum tom. 9. Italiæ sacre pag. 590. & 628. ubi perperam Protosyntullum editur, pro Protosyncellum. Vide Gloss. Meursii, Gretzerum & Goarum ad Codinum de Offic. aulæ CP. & infra in voce Syncellus.

PROTOTHRONUS, Græcis πρωτόθρονος. Anastasius ad Concil. VIII. act. 1. Protothronum, sefforem interpretatur: eorum scilicet Episcoporum, qui ad Patriarchalem Ecclesiam pertinent. Willel. Tyrius lib. 14. cap. 12. Certum est autem, quod inter tredecim Archiepiscopos, qui à diebus Apostolorum Sedi Antiochensæ subditi fuerunt, Tyrensis quidem primum locum obtinuit; ita ut in Oriente Protothronos appelletur. [Ubi quidam Prothronos legunt.] Scylitzes pag. 629. de Tryphone Patriarcha CP. Καὶ γὰρ φασ, ἐκπέμπει διὰ τῆς Πρωτοθρόνου τῶ βασιλεῖ. Zonaras in Leone Philosopho, de Stephano Patr. CP. Καὶ ὅτι μὴ Ἡρακλείας ἀρχιερεὺς ὑπὸ τῆς Πρωτοθρόνου χειροτόνητο. Adde Glycam pag. 423. 1. edit.

¶ PROTOPYPIA. Vide Protoſtasia.

¶ PROTOVESTIARIUS, qui & Protobestiarius, Dignitas Ecclesiastica & Palatina, qui omnibus Vestiaris præerat. Vide Codin. de Off. lib. 2. Meursium, Suicerum, & Gloss. med. Græcit in Βέστις.

1. PROTRACTIO, [Cantus species, cum vocum toni longius cantando protrahuntur.] Ordinarius Præmonstratensis cap. 3. Cantore autem Alleluja incipiente, à Choro non reincipitur, sed finalis Protrahitur. Sed si in Graduali & versu suo finalis Protractio non omittatur. Vide Pneuma.

¶ 2. PROTRACTIO, Diagramma, deformatio, Gall. Portrait, figure. Vita B. Edmundi Cantuar. Archiepisc. apud Marten. tom. 3. Anecd. col.

Tom. V.

1787. Cumque quibusdam sociis legeret adhuc arithmetice (apud Surium geometriam) apparentem sibi in somnis agnovit manifestius matrem suam, quæ ait ei: fili, quid legis? quæ sunt illa figura quibus tam studiose intendis? Quo respondente talia lego, ostensis quæ in illa sunt facultate Protractionibus, &c. Hinc

¶ PROTRAHERE, Pingere, Gall. Peindre. Vita B. Coletæ tom. 1. Mart. pag. 563. Propter quasdam picturas devotas de passione Salvatoris in illam (tabulam) Protractas.

¶ PROTRACTOR, Qui in jus aliquem vocat, trahit. Consuetud. infra laudandæ: Protractores trium librarum, antequam breve suum reddant ballivo, ostendent ballivo breve suum, & ballivus ostendet similiter breve suum Protractoribus per Coratores.

PROTRACTUS, In jus tractus. [Charta Philippi Aug. ann. 1194. Qui per Scabinos Protractus fuerit de assultu domus, sexaginta libras perdet. Ibid. Quicumque alium occiderit, vel ad mortem vulneraverit, si justitia nostra eum detinere volenti quispiam violentiam fecerit, in voluntate nostra erit de illo facere sicut & de eo qui forisfactum fecerit, si Protractum hoc fuerit per Scabinos. Pluries ibi.] Consuetudines Arkenenses an. 1231. in Tabular. S. Bertini: Si Protractus fuerit, quod arma portaverit, quæ à Choro sunt prohibita, tres libras emendabit. Charta Guidonis de Castellione Comitis S. Pauli an. 1257. in eodem Tabul. Omnes emendas, in quibus homines de Arkes damnati sunt & Protracti pro facto cujusdam hominis inventi mortui, vel submersi, &c. [Privilegia villæ de Communes ann. 1364. inter Ordin. Reg. Franc. tom. 4. pag. 523. Et que pour quelconques fait que fache ou ait fait uns bourgeois ou bourgeoise, dedens le franquise de Communes par jour, Pourtret convient que il soit pardevant mes Eschevins de Communes.]

¶ PROTRAHERE. Vide in Protractio 2.

¶ PROTULENS, Proferens. Vita S. Bernardini tom. 5. Maii pag. 274. * Apparuit B. Bernardinus dicte puella Protulenti verba hæc, &c.

¶ PRO-TUNC, PRO-NUNC, Formula qua tempus præsens & futurum significatur. Privileg. Venceslai Imper. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 452. Annectimus, uninus & Pro-tunc, prout ex nunc, & Pro-nunc, prout ex tunc, virtute presentium, &c. Practicis nostris, Dès-à-présent, comme dès-lors, & dès-lors comme dès-à-présent.

¶ PROTUS, à Gr. πρῶτος, Primus. Vita Brunonis Magni cap. 45. ubi de Folcmaro quem memorabilis probitatis & industria diaconum, ac prudentem fidelemque Colonienfis Ecclesiæ Protum & æconomum vocant. Ubi Protus idem videtur esse qui Primicerius. Vide in hac voce.

PROTUTELA, Primæ exercitus aciei ducatus, præfectura, ut Retutela, extremæ, l'Avant-garde, & l'Arriere-garde. Hugo de Cleeris de Senescallia Franciæ: Comes (Andegavenfis) cum in exercitu Regis fuerit, vel ierit, Protutelam faciet ei: in reditu retutelam. Infra: De catero Comes appellatur Major in Francia propter retutelam, quam facit in exercitu Regis. [Augarde, pro Avant garde usurpat le Roman d' Athis MS.

A l'Augarde desoubs le gué
Sont ils venus tuit abrievé.]

¶ PROVAGUS, Pervagus, in Vita S. Aldhelmæ to. 6. Maii pag. 90. Omnia quæ in monasterio erant, quamquam nolentes, fecerunt relinquere, exceptis his quæ plebs Provaga jam in officinis acceperat.

PROVENDA. Vide Præbenda.

¶ PROVENDARICIUS. Vide supra Panis proven-
daricius.

¶ **PROVENDARIUS**, PROVENDERIATA. Vide in *Prabenda*.

¶ **PROVENIENSIS MONETA**. Vide *Campania Comitum moneta*, in *Moneta Baronum*. Hinc *Proveniense*, pro *Proveniensi*, legendum opinor in *Chronico Cavenfi apud Murator. tom. 7. col. 959.*

PROVERBIARI, *Proverbia dicere, vel proverbia vituperare: hinc proverbiosus, proverbiositas, Ugutio. Vox Italica: Pergaminus: Proverbiare, rampognare, rimproverare, dir villania. Proverbiosamente, villanamente, injuriosamente.*

PROVERBIATOR, Auctor libri *Proverbiorum*, dicitur *Anastasio Bibliothecario, apud Baronium an. 869. n. 84. & in Præfat. ad VIII. Synodum sub finem.*

¶ **PROVESINA LIBRA**. Vide *Campania Comitum moneta*, in *Moneta Baronum*.

PROVIDENTIAE, Provisiones annonariae, vel etiam aliae ad victum, *Gall. Pourvoyances*, [nunc *Provisions*.] *Πρόνοια*, eadem notione apud *Pachymerem lib. 1. cap. 4. lib. 9. cap. 8. & alibi. Statuta Davidis II. Regis Scotor. cap. 48. Item ordinatum est, quod exnunc & in posterum omnes capiones, & omnia, quae capientur ad expensas Regis, legitime & debite persolventur, ... & quod in ejusmodi captio-nibus seu Providentiis, non fiet taxatio juxta numerum Davatarum seu Baroniarum: sed secundum verum va-lorem bonorum. Knyghton. an. 1354. Hilaritas da-pum & poculentorum omnibus venire volentibus & resi-ci cupientibus semper parata erat, quamdiu ibi moram traxit, & talem Providentiam ibi fecerat, quod tota cu-ria mirabatur. Providentia vini ante adventum suum in cellaria sua erat centum doliorum. Vide alibi.*

¶ Nec in rebus cibariis tantum usurpatur hæc vox, sed de qualibet alia re, cujus fit *provisio* seu *comparatio*, dicitur. Pro bellico apparatu occurrit in *Charta an. 1336. apud Rymer. tom. 4. p. 709. col. 1. Cum quadam in civitate vestra, sive districtu, procuraretur armata Providentia galearum, &c. Vide Provisio 1.*

¶ **PROVIDENTIA**, Cura, studium. *Constitut. pro Abbatia S. Pauli Narbon. ann. 1127. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 34. Si quis in aliquo prædictorum præceptorum peccaverit, vel transgressus fuerit, in Providentia & in causamento domini abbatis se corrigat. Vetus Irenæi Interpretis lib. 3. c. 25. num. 1. Providentiam autem habet Deus omnium, propter hoc & consilium dat; consilium autem dans adest his, qui morum Providentiam habent. Neesse est igitur ea, quae providentur & gubernantur, cognoscere suum directorem.*

¶ 1. **PROVIDERE**, Regere, gubernare. *Charta apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. pag. 73. Leubemel, qui tunc hospitale pauperum Providebat. Adde vet. Irenæi Interpretem loco jam laudato.*

¶ 2. **PROVIDERE**, Acquirere, comparare. *Obituar. Cluniac. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 53. Centum aureos sibi donavit, rogans ut ipse & domnus Bernardus ejusdem ecclesie devotus prior & domnus Wichardus officiosus camerarius cum eisdem aureis vineam Providerent, & ad hoc opus sacri mysterii eidem ecclesie Cluniacensi donarent. Illi igitur receptis aureis vineam, quae est inter Cluniacum & Galaniacum Providerunt & præfata rei ordinaverunt. Provoier, pro Pensare, æstimare, utitur le Roman de Vacce MS. S'il vouloient nos pertes Provoier & esmer, Jamez en lor aé nel porront restorer.*

¶ **PROVIDITOR**, Provisor. *Vita B. Johan. Bonvisii tom. 5. Maii pag. 103. Cum totam suam provisionem summo Providitori commisisset, &c.*

¶ 1. **PROVINCIA**, *Mundus ipse dicitur Tertull. adv. Valent. cap. 20. Igitur Demiurgus extra Ple-romatis limites constitutus ... novam Provinciam con-didit, hunc mundum.*

¶ Strictius pro regione usurpat idem Tertull. lib. de Anima cap. 42. *A nobis, ut de postuma vita, & de alia Provincia anima, ita de morte tractabitur. Pro Regno Franciæ adhibet Adeodatus PP. in Privile-gio pro Majori Monast. In cujus volumine & aliorum perGallicanam Provinciam constitutorum Antistitum ad id consensum præbentium subscriptiones annexas inspe-ximus. Pro Comitatu occurrit in Placit. de Jura-tis & Assisis apud Spelman. In placito Agnetis qua fuit uxor Radulphi le Butiller versus priorem de Repin-don, pro terra in Pykinton, prior dicit, quod nulla vil-la est in Provincia illa, quae sic vocatur.*

2. **PROVINCIA**, *Diœcesis Metropolitanæ. Bonifa-cius I. PP. Epist. 3. Synodi Constitutio Nicæna ... præcipit, per unamquamque Provinciam jus Metropoli-tanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse sub-jectas. Vide Concilium Emerit. cap. 8. Pelagius II. PP. Epist. 8. Scitote, certam Provinciam esse, quæ habet decem vel undecim civitates, & unum Regem, & totidem minores potestates sub se & unum Episcopum, aliosque suffragatores decem, vel undecim Episcopos ju-dices, ad quorum judicium omnes causa Episcoporum & reliquorum Sacerdotum ac civitatum causa referan-tur, & ab his omnibus juste consona voce discernantur, nisi ad majorem auctoritatem fuerit ab his, qui judicandi sunt, appellatum. [Formulæ antiq. apud Baluz. to. 2. Capitul. col. 628. Ipsum vero non nescium quod totius Provincia cura per sacros canones sit Metropolitano commissa ... monemus. Charta fundat. Collegii Plessæi an. 1326. apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 377. Licet nostræ intentionis & volunta-tis existat, quod magistri & scholares prædicti undecum-que de regno Franciæ oriundi ad beneficia dicta domus, dum tamen idonei, admittantur, illos tamen de Turo-nensi Provincia, de qua originem traximus, & præser-tim de Maclovieri diœcesi, in qua regenerationis sum-psimus sacramentum, ... & specialiter de Ebroidensi diœcesi volumus pro majori parte assumi.] Occurrit pas-sim. Vide Parochia.*

¶ Interdum tamen pro Diœcesi Episcopi sumta oc-currit hæc vox, ut in *Charta an. 1138. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. pag. 93. Dedi omnem terram de Ottendun, & omnia eidem terra pertinentia in bosco & plano, ... ad abbatiam construendam de Or-dine Cisterciensi, in Provincia Alexandri Lincolnæ Episcopi.*

3. **PROVINCIA**, *Gradus cognationis & affinitatis in nuptiis. Vox efficta, ut videtur, à vicinia. Capi-tula Theodori Cantuar. Episc. cap. 13. In tertia provicinitate Provincia carnis secundum Gracos licet nu-berè, sicut scriptum est in Lege: in quinta secundum Ro-manos: tamen in quarta non solvunt conjugium, post-quam factum fuerit. In tertia Provincia non licet uxo-rem alterius post obitum ejus habere. Quidam ex inge-nio emendant progenie.*

¶ **PROVINCIALATUS**, Dignitas & munus Pro-vincialis seu provinciæ præfecti apud Religiosos, *Provincialat. Bulla Bonifacii IX. PP. ann. 1399. in Bullar. Carmelit. pag. 154. In eorum & dicti Ordinis (Carmelitarum) Provincialem juxta morem ejusdem Ordinis fuisse concorditer electus: & deinde post-quam hujusmodi Provincialatus officium per nonnullos annos fideliter rexerat, &c. Occurrit etiam in Con-stitut. Ordin. Prædicat. part. 1. col. 71.*

PROVINCIALES, *Monetæ Comitum Provinciæ, quarum usum ac cursum interdixit S. Ludovicus in*

Statuto de Moneris, ubi *Provinciaux* appellantur. Charta, descripta à Gassendo in Notitia Ecclesiæ Diniensis pag. 84. *Solvit in decima Prapositus pro Prapositura 75. libr. Provincial. reforciat.* [Vide in *Moneta Baronum.*]

Ab instituto nostro minime alienum putem monere lectorem *Provincialis* nomen interdum aliis tributum fuisse quam *Provinciae* incolis. Sic Clemens VI. PP. ex castro S. Ægidii oriundus *Provincialis* vocitatur à Scriptoribus coævis. *Provincialis* itidem dicitur Urbanus V. PP. tamen ex Gabalensi tractu, in brevi Histor. Frat. Prædicat. apud Marten. tom. 3. Anecd. Hinc Reinerus contra Valdenses scribit cap. 6. *Bagnolenses esse in Provincia*, qui tamen in Occitania potissimum degebant. Vide Columbum in Præfat. ad Hist. Manuascæ.

PROVINCIALIS, Incola, indigena. Chronic. Angl. Th. Otterbourne pag. 37. *Alcredus... regnavit 9. annis, qui & ipse regno, quod invaserat, à Provincialibus cedere est coactus.* Ibid. pag. 47. *Secundus filius Penda in Regem à Provincialibus est acclamatus.* Rursum pag. 176. *Eodem anno (1388.) Scoti, quietis nescii, intrantes Angliam, improvisis Provincialibus agebant cades, &c.* Vide *Provincialatus.*

PROVINIENSIS MONETA. Vide *Campania Comitum moneta* in *Moneta Baronum.*

PROVISA, Annona cibaria, aliarumque rerum necessariorum comparatio. Charta Edwardi III. Regis Angl. an. 1330. apud Rymer. to. 4. pag. 442. *Qui in comitiva sua... versus partes Ducatus Aquitania sunt profecturi, & Provisas & arraationem passugii illius (provideat.)*

1. PROVISIO, Quicquid alicui ad victum & vestitum assignatur. Conc. Turiasen. an. 1229. inter Hispan. tom. 3. pag. 493. *Verum apud eundem Regem cures efficere, ut Regina pro sustentatione sua honestam Provisionem studeat assignare.* Vide *Provisa.*

PROVISIO, Omnis apparatus bellicus. Epist. Jacobi Reg. Scot. ad Carol. VII. Reg. Franc. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 246. *Proponimus brevi præfatum oppidum cum tali ac tanta Provisione expugnare, quod inimicis prædictis nobis resistendi non erit plena facultas.* Vide *Provisiones.*

PROVISIO, Quodvis convivium. Charta an. 1202. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 301. *Verumtamen quando bajulus tuus albergam vellet accipere, & si tot equitaturas non haberet, secum tamen equitantibus cum suis equitaturis pro regionis consuetudine Provisionem donare tenebimur, scilicet panem & vinum, civatam & pulmentum illius diei & tempore opportuno.*

2. PROVISIO, Diploma Pontificium vel Regium, quo quis in possessionem beneficii Ecclesiastici, vel officii alicujus civilis mittitur, quod à Pontifice aut Principe confertur. [Litteræ Clementis VII. PP. an. 1382. tom. 10. Spicil. Acher. p. 238. *Omnes Ecclesia tam Cathedrales, quam alia regulares & seculares... in electionibus, ... Provisionibus, & omnibus aliis plena libertate gaudebunt.* Rolandinus Patav. apud Murator. tom. 8. col. 344. *Electo die itaque sua motionis & puncto de consilio suorum astrologorum & sapientum, sua etiam Provisione firmata... suam totam movit (Eccelinus) militiam.*] Vide *Canonistas.*

Provisiones in Anglia à Romano Pontifice concessas repudiavit easque prohibuit sub pœna capitis Edwardus III. Rex Angliæ, ut discimus ex Chr. Angl. Th. Otterbourne p. 130. *Hoc in tempore Papa Clemens sex dignitates ecclesiasticas in Anglia vacantes suis contulit Cardinalibus, novos pro eis in Anglia ti-*

tulos imponere moliendo. *Qua de causa Rex Angliæ offensus, in anno gratiæ 1344. Provisiones, per Papam factas, irritavit, & ne quis deinceps tales Provisiones auferret, sub pœna carceris & capitis interdixit.* Quod subinde ex eodem Chronographo pag. 176. auctoritate Parlamenti confirmatum est: *Hoc anno (1388.) fuit parliamentum tentum Cantabrigia, in quo multa sunt statuta, ... de Provisionibus quod regnum non exeant pro acquirendis beneficiis absque licentia Regis.* Et pag. 179. *In ipso etiam parlamento (an. 1390.) statutum est, ut nullus de cetero transfretaret ad obtinendum Provisiones sub pœna rebellionis.* Vide mox in *Provisor.*

Obtinuit aliquando usus ut Romani Pontifices non modo beneficia ecclesiastica etiam in Galliis concederent, sed & pensiones annuas in iis assignarent; quibus gravati præsertim Monachi ab ipsismet summis Pontificibus diplomata habere tentarunt non semel, ut ab iis eximerentur. Bulla Innocentii IV. ex Tabul. S. Albini Andegav. *Auctoritate nobis præsentium indulgemus ut ad receptionem vel Provisionem alicujus in pensionibus seu aliis ecclesiasticis beneficiis compelli auctoritate Sedis Apostolica minime valeatis.*

PROVISIONATUS, Qui ex provisione sibi concessa officium aliquod obtinet & exequitur, vel qui alterius impensis vivit. Bulla Bonifacii IX. PP. an. 1396. apud Illustr. Fontanin. Antiquit. Hortæ p. 445. *Volumus insuper & huic vicariatu adjicimus, quod singulis sex mensibus deinceps, ipso vicariatu durante futuris, quoscunque officiales stipendiarios, Provisionatos, salaritados... faciant... juramentum præstari.* Chron. Andrea Danduli apud Murator. tom. 12. col. 439. *Dicentes ipsos esse forenses & Provisionatos domini Padua, unde potiri debebant beneficio bonæ guerra.* Jac. Delayto in Annal. Estens. apud eundem tom. 18. col. 934. *Sed exeunte strepitu concurrunt Provisionati domini Marchionis, qui ad platea custodiam morabantur.* Vide *Provisio 2.*

PROVISIONATUS, Eadem notione, in iisdem Annal. col. 910. *Ipsæ Attus cum fratre suo... fuerant domus Estensis recommendati, & adherentes atque Provisionati.*

1. PROVISIONES, apud Ammianum lib. 17. pag. 90. pro annonis necessariis ad victum. *Provisio annonaria*, apud Pollionem. [Charta pro Aquariatu Monast. Talmund. an. 1366. *Item tradimus... quamdam domum in dicto monasterio nostro proponendo, custodiendo & servando Provisiones dicto conventui ministrandas.* Chron. Parmense ad ann. 1287. apud Murator. to. 9. col. 812. *Juraverunt se tenere Provisiones, quas fecerunt pro civitate manutenenda in bono statu.*] Corippus lib. 3.

..... *Gratisque dari provisa jubemus.*

2. PROVISIONES, Decreta. Guillelmus Rishangerus an. 1260. *Rex autem quia juraverat cum Edwardo primogenito suo & Baronagio Provisiones Oxonienses se inviolabiliter servaturum, &c.* Ita appellat decreta facta in Parlamento Oxoniæ ana. 1258. de quo Matth. Paris hoc anno. Adde eundem an. 1244. pag. 433. 475. [Charta Alphonso Regis Aragon. inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 661. *Litterasque & Provisiones judicum ecclesiasticorum in iis quæ ad ipsorum forum pertinent, nullatenus impediendo.* Occurrit præterea in Statutis Cadubrii lib. 1. cap. 74.]

PROVISIVUS, Provisor, providus, apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 145. *Nostri Pourveu, prudens, providens.* Statutum Caroli Regent. an. 1357. tom. 3. Ordinat. pag. 212. *Et pour ce*

conviengne de mettre une Pourveüe, sage & loyaul personne qui face le fait de la Chancellerie.

- ¶ **PROVISO QUOD**, Dummodo, Gall. *Pourvu que*. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. an. 1350. apud Rymer. to. 5. pag. 693. *Proviso quod domini præserrantur aliis in nativis, seu terram suam nativam tenentibus, &c.* Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1409. apud eumd. to. 8. pag. 580. *Proviso semper quod dicta concessio nostra in alicujus præjudicium... non cedat.* Occurrit etiam in Charta MS. Wigilei Episc. Patav. ann. 1502.
- PROVISOR**, Gr. *Ἐπιτοπος*, Episcopus. Charta an. 1111. in Bibl. Cluniac. p. 579. *Ricuinus Dei gratia Provisor Tullensium Pentio Abbati Cluniacensi, &c.*
- ¶ **PROVISOR EPISCOPI**, Qui ejus vices gerit, nostris *Grand-Vicaire*, ut discimus ex Itiner. Adriani VI. PP. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 354. ubi Ortizius hujus Itiner. auctor de seipso sic scribit: *Cum essem Lucronii in palatio Episcopi Calagurritani domini mei Joannis Castellanos à Villalva cujus vices, quamvis immeritus tunc agebam, quidam ejusdem urbis stabularius ad me veniens ait: Noveris, Provisor, &c.* Ibid. p. 469. *In prædictam urbem antiquam Calagurram vigesima nona Aprilis die accesseram; cujus dioccesim, ut in exordio opusculi tetigi, jussione Episcopi domini mei Joannis à Villalva sub officio Provisoris regendam quondam suscepi.* Sæpius memorantur *Provisores Episcoporum* in Conciliis Hispan. ut videre est to. 3. eorumd. p. 622. to. 4. p. 5. & 446.
- ¶ **PROVISORES ECCLESiarUM** nuncupati Laici, qui earum bona & possessiones administrabant. Litteræ Bonifacii VIII. PP. ann. 1294. apud Miræum tom. 2. pag. 878. col. 1. *Nonobstante quod per quosdam laicos, Provisores vulgariter nominatos, redditus & proventus ipsius ecclesie pro parte consueverunt recipi, & per eosdem laicos presbyteris in eadem ecclesia servientibus & aliis quibuscumque ipsi ecclesie suas operas vel aliàs obsequia impendentibus ministrari.* Neque aliter intelligendus videtur Hincmarus in Epist. apud Flodoard. lib. 3. cap. 26. *Ivoni Comiti, pro rebus hujus Ecclesie in regno Aquitanico conjacentibus, ut auxilium ferret earum Provisori, cui committebantur.*
- ¶ **PROVISORES** dicti etiam ex Spelmano, qui vel Episcopatum, vel Ecclesiasticam aliam dignitatem in Romana curia sibi ambiebant de futuro, quod ex gratia expectativa nuncuparunt: quia usquedum vacaret, expectandum esset. Hos adversum magnus fit antiquorum statutorum apparatus: ab anno 25. Edwardi III. quo conditum illud fuit quod de *Provisoribus* appellatur. Vide *Provisio* 2.
- PROVISORES EXTERIORUM**, apud Præmonstratenses in eorum Statutis dist. 2. cap. 10. dicuntur ii, *ad quos pertinet exteriora providere, circumire curias & carrucas, & domos in eis construere, numerum animalium scire, &c.*
- ¶ **PROVISOR HOSPITII**, Officium aulæ Dalphinialis, cui competeat hospitium Dalphini de rebus necessariis providere. Hæc fusius descripta leges in Ordin. Humberti II. ann. 1340. to. 2. Hist. Dalph. pag. 395.
- PROVISOR MONASTERII**, Cui thesaurus Monasterii commissus erat. Ingulfus pag. 887. Abbas Tarketulus... *Domum Egelricum tunc Provisorem suum, statum domus tam in thesauris, quam in jocalibus aliis jussit ostendere, &c.* Infra: *Vasa vero aurea & argentea multa, quæ omnia integra in necessitatem Monasterii sub Provisoris & Procuratoris custodia deputaverat conservanda. Erant enim ambo Egelrici cognati sui secundum carnem, & fratres secundum Deum religio-*

- fissimi, alter Monasterii Provisor, alter Procurator: Provisor in temporalibus tractandis prudentissimus: Procurator, vir Scholasticus, & omnium litterarum scientia profundissima imbutus.* Ita *Provisores* in Monasterio eos, qui rerum sæcularium curam habebant, seu qui necessaria emebant, inferebant, exportabant, & lites & cætera negotia procurabant, vocant Regula S. Aureliani cap. 19. 48. & Regula S. Cæsarii ad Virgines cap. 39. Chronicon S. Michaëlis Virdun. *Is quoque Ermengodus ordinavit... quid Abbas, quid Provisor panis, & salis, sagiminis, quid Provisor piscium, quid Provisor vini, quid Provisor luminarium, quid Provisor pauperum, quid Provisor hospitum habere deberent, & inde Abbati responderent.* Vide Regulam Tarnatensem cap. 11.
- ¶ **PROVISOR REFECTORII**, apud Guidonem in Discipl. Farf. lib. 1. c. 5. *Statim ut sonuerit squilla, iterum eat Provisor refectorii, faciat, ut mos est.*
- PROVISOR STUDIORUM**. Antiquæ Definitiones Ordinis Cisterciensis distinct. 9. c. 41. *Monachus vero qui prædictorum studiorum cuilibet pro tempore præpositus fuerit, non Prior, sed Provisor vocetur, & ubique extra studium stet in dextero choro immediate post Abbatem, &c.* ubi plura de ejus officio.
- ¶ Eodem Provisoris nomine illustratur, qui Sorbonæ curam gerere ejusque jura & consuetudines tueri ex dignitate tenetur.
- PROVISORES VICTUALIUM**, Quos nostri *Pourvoyeurs* dicunt, apud Thomam Walsinghamum p. 279. & in Itinere Camerarii Scotici cap. 17.
- ¶ **PROVISORES VILLARUM**, qui & *Decani* appellantur, villas seu *obedientias* à Monasterio dependentes curabant. Vide *Decanus* 6.
- ¶ **PROVISORES**, Officium municipale apud Pisanos. Breviar. Hist. Pisanæ ad an. 1158. apud Murator. tom. 6. col. 172. *Omnes (turre) ceciderunt, ubi mortui sunt Simon de Parlaschio, Henricus Ugyccionis villani, Vecchius Bonacii, qui tunc erant Provisores, & alii.*
- PROVITRIX**, Providentia dotata. Baudouinia in Vita S. Radegundis Reginæ: *Hoc donum cælestis Provitrux optima, gubernatrix bona, ... in Monasterio dimisit.*
- ¶ **PROVIXIONATUS**. Vide *Provisionatus*.
- PROVODNAREM**, Tributi aut exactiois species, apud Bohemos, in Charta Ottocari Regis ann. 1221. in Bohemia pia pag. 88.
- PROVOLVENS**. Anselmus Episc. Havelbergensis lib. 2. Dialog. cap. 11. *Nechites Archiepiscopus Nicomedia dixit: Satis placet quod dixisti: sed, quæso, concedis, quod Pater Spiritus sancti, qui est processibilis, sit Emissor, quod Græci nostri vocant Provolvens.* Et infra, ubi ita Anselmus: *Utrum autem duo Emissores, seu duo datores recte dici queant, tua interest dicere, qui induxisti hoc nomen Græcum, Provolvens, quod apud nos, sicut tu dicis, sonat Emissor.* Sed utrobique legendum *Provoleus*, ex Gr. *προβολεύς*, qua voce utitur Dionysius Areopagita. Vide S. Hieronym. lib. 2. in Ruffinum cap. 5. ubi vocem *προβολήν*, non intellexit interpres Marianus Victorius. Adde, quæ afferimus, in Gloss. med. Græc.
- ¶ **PROUT EVENIT**, Frustra, temere, apud vet. Irenæi Interpret. lib. 2. cap. 14. num. 8. *Frustra autem, & Prout evenit, credi volunt, ex Logo & Zoe, Æonis existentibus; emissum esse Bythium & Mixin.* Pluries occurrit apud eumd. Auctorem.
- PROUVATIA**. Vide *Præbenda*.
- ¶ **PROXENETICUM**, Merces proxenetæ, apud Ulpian. 50. Dig. tit. 14. leg. 1.
- ¶ **PROXENISTA**, ut *Proxeneta*. Conc. Mexican.

ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 372. *Synodus precipit, ut qui contractibus hujusmodi se implicaverint, & Proxeniſta qui in eis intervenerint, pœnis contra uſurarios ſtatuti puniantur.*

¶ PROXIMA, Uxor. Tabular. Prioratus S. Johan. Tolof. *In Dei nomine ego Arnaldus de Fenoleto.... volo... facere testamentum, & eligo manumissores meos Guillelmum Fenolensem archidiaconum... In primis relinquo Aladedi Proxime omne meum mobile ad suam voluntatem faciendam & omnem meum honorem, dum ibi manere voluerit, & quando inde exire voluerit, donec sit sine marito... Post exitum uxoris mee Aladedis relinquo per alodin, &c.*

PROXIMARE, Appropinquare. Utuntur Solinus cap. 11. & 20. [Apuleius lib. 9. *Metamorph.* & alibi non semel.]

PROXIMUS. Proximi ſcriniorum, qui Magistro ſcriniorum proximi erant, quorum dignitas *Proximatus* dicitur, eaque amplissima erat, adeo ut Comitum dignitate ornarentur, ut est in titul. 26. Cod. Th. leg. 6. de Proximis, Comitibus, &c. ubi multa Jacobus Gothofredus. Concilium Calchedon. act. 1. *Πρόξυμος μάμα τῆ περιβλέπῃ Κομήτος ἔξ Προξίμου τῆ θεῖς σκηνῆς τῶν λιβέλλων, ἔξ τῶν θεῶν κορυτιῶν.* Infra mentio fit Carterii eadem dignitate insigniti.

¶ PROXIMI, Qui circa Principem versabantur, in leg. 74. tit. 1. de Decur. Cod. Theod. Ammianus lib. 16. *Proximorum fauces aperuit primus omnium Constantinus.*

PROXIMUS ADMISSIONUM, apud Ammianum lib. 22. Exstat Epistola 58. Theophylacti Bulgar. inscripta, τῶ Πρόεδρῶ ἔξ Προξίμου τῶ Παντέχνη. Vide Meursium in *πρόξυμος*.

PROXIMUS, Affinis. Lex Burgund. tit. 36. *Pretium ei, qui est Proximus mulieri, quam adulteravit... cogatur exsolvere.* [Addit. 3. ad Capitul. cap. 104. *Proximorum copula vel supra, quasi quadam turpissima pestis, cavenda est. Proesmes & Proismes, eadem notione nostri usurpant. Testament. Johan. Lessillé ann. 1382. apud Menag. Hist. Sabol. pag. 388. Voulang pourvoir à moy & a mes Proesmes, &c. Litteræ Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1339. tom. 2. Ordinat. pag. 134. Nul ne demouroit au jugement de son Proisme en tiers ou plus prés. Prisme, apud Bellomaner. in Prolog. Presme, in Consuet. Andegav. art. 348.] Liber MS. cui titulus, *le Miroir: Tu dois amer ton Proisme ainsi ke ti meismes.* Ex Lat. *Diliges Proximum tuum, &c.* [Adde plerasque Consuetud. municipales. *Prochaineté*, proximitas, in Charta ann. 1303. ex Cod. Colbert. 2591. *Si il avenoit que aucuns quicunques ce fust, voussist retraire pour resson de Prochaineté de lignage.... les dites trente livres de rente, &c.*]*

PROXIMUS AMICUS, Leguleis Anglis dicitur is, qui *guardiam* seu *custodiam* habet in *socagio*: nam cum quis factus de terris in *socagio* decedit, relicto filio impubere & minore annorum 14. *Proximus amicus*, seu sanguine proximus, ad quem minoris hæreditas pervenire non potest, ejusdem minoris custodiam habet, & illius terræ, donec annum 14. ætatis attigerit; tunc ille totam terram & redditus ei restituit, deductis rationabilibus impensis. Rastallus.

¶ PROXMETUM, Jus *procuracionis*, quod Episcopo vel Archidiacono ratione visitationis debetur, Anglis *Proxy*. Charta Elizabethæ Regis Angl. an. 1560. apud Rymer. to. 15. pag. 564. *Cum omnibus & singulis suis commodis, emolumentis, procuracionibus, pentecostaliis, pensionibus, Proxmetis, simodalibus, &c.*

¶ PROZENETARIUS, Proxeneta, Gall. *Courtier*; cujus officium *Prozenetaria* dicitur, in Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1421. apud Rymer. tom. 10. pag. 48. *Officium ponderis dictæ villæ, officiumque Prozenetarii venditionis pomorum & nemorum venditorum in dicta villa, quatuor etiam aliis personis officium Prozenetariæ vinorum, &c.* Hinc nihil immutandum erat in Statutis Eccl. Camerac. apud Marten. tom. 7. Amplif. Collect. col. 1306. ubi *Proxeneta* editum pro *Prozeneta*, quod habet Codex MS. Clerici... *ne sint campsores, tabernarii, carnisces, nec Proxeneta, qui vulgariter dicuntur Curtiers vel Ampliers.*

¶ PRT contracte scriptum pro *Præfens* vel *Præsentia*, donum, in Statuto S. Ludovici an. 1256. docet de *Lauriere* to. 1. Ordinat. pag. 84. *Quod alicujus mutui contractum alicui facere non præsumant, nec alicui doni maneriem facere non attemptent, nisi solummodo PRT vini in potis, vel cadis sine licentia nostra.*

¶ 1. PRUDENS, nostris *Preu*, Bellicosus, armis & bellica virtute valens, apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. ex Hist. Palæstin. lib. 2. cap. 8. *Nullus, ut puto, tot Prudentissimos milites nec ante vidit, nec videre ultra poterit.* Ibid. lib. 4. cap. 33. *Tandiu vero illi Prudentissimi viri, qui remanserant in muro, sufferebant eorum persecutionem, quamdiu alii qui subter castrum erant, foderent murum urbis.* Hinc

¶ PRUDENTER, pro Fortiter, viriliter, ibid. lib. 1. cap. 4. *Tandem invenerunt Turcopolos & Pinzinacos dimicantes cum nostris, quos repente fortiter invaserunt, & Prudenter eos superaverunt.*

¶ 2. PRUDENS, Cognitione præditus, intelligens. Vetus Irenæi Interpret. lib. 2. cap. 20. num. 5. *Enthymesis enim separata ab Æone, ipsa postea formata à Christo, debinc Prudens facta à Salvatore, &c.* Adde lib. 3. cap. 12. num. 12.

PRUGIRE, pro *Rugire*. Vide in hac voce.

PRUINA, Artium doctrina, eruditio honestarum. Ita Papias MS. & editus.

PRUMULUS. Gloss. Latino-Theotif. *Paranymphus, Prutoboto.* Alibi: *Paranymphus, Prumulis.*

¶ PRUNA, Prunum, Gall. *Prune*. S. Wilhel. Constitut. Hirsaug. lib. 1. c. 10. *Pro signo majoris Prunæ, generali præmisso indicem super dextrum, medium vero super sinistrum oculum pone. Eodem modo pro minori Pruna, addita elevatione minimi digiti.*

PRUNARIUS, Prunus, *Prunier*, in Capitulari de Villis cap. 70.

PRUNELLUM, Prunum silvestre, nostris *Prunelle*, unde *Pupilla* nomen. Fortunatus l. 11. Poëm. 16. de *Prunellis.*

Transmissas epulas, quæ pruna nigella vocantur.

Infra:

Si modo dignaris silvestria sumere dona.

PRUNELLA, Prunula, aut Globuli nigelli instar prunelli. *Prunellatus*, prunulis aut globulis nigellis distinctus. Historia Episc. Autifiodor. cap. 20. *Item grabatam unam medianam anacteam pensantem libr. 3. & habet in fundo sigillos 4. & in gyro Prunellas, &c.* Infra: *Item urceum anacteam pens. libr. 3. & habet ansam Prunellatam, & in medio caput hominis.*

¶ PRUNIA. Placitum ann. 873. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Ch. 103. *Et sic recepit ipsa annona & ipsam vinum, id est in primis modios viginti de frumento & viginti de vino, valente solidos LXX. in res mulo, & cavallo, & Prunia, & alias res valentes solidos CCCC.*

¶ PRUNNON. Charta Alamannica 26. Goldasti: *In loco qui propter fontium ubertatem vocatur Prunnon.*

¶ PRUNTIUS, pro Promtius, in Charta Zuenteboldi Reg. ann. 896. apud Doublet. pag. 809.

Quod si aliquis proterviter hanc elemosynam infringere incipiat, Pruntius in iram Dei Sanctorumque ejus incurrat. Vide Prutissimus.

- ¶ PRUSIUM, pro Prasinum. Vide ibi.
- PRUTISSIMUS. Charta Alamannica 50. Goldasti: *Donatumque in perpetuum esse volo, & Prutissima voluntate confirmo. Pro promptissima, vel purissima.* [Vide Pruntius.]
- ¶ PRUVINENSIS MONETA. Vide *Moneta Comitum Campanie in Moneta Baronum.*
- PRYK. Vetus Scheda apud Spelmannum: *Tenet 4. messuagia . . . per servitium inveniendi unum equum, unum saccum, & unum Pryk in guerra Wallie, quandoque contigerit Regem ibi guerrare.* [Idem forte quod Brochia. Vide in hac voce.]
- ¶ PSACHMON. Vide mox *Psachnion.*
- PSACHNION, $\Psi\alpha\chi\mu\omicron\nu$, Vestis summorum Pontificum, & Patriarcharum propria. Historia de Exilio S. Martini PP. pag. 92. *Et continuo exclamans Sacellarius, quemdam astantium Excubitorum tonsorem praecepit sine mora auferre Psachnion summi & Apostolici atque Pastoris omnium Christianorum.* Et mox: *Cum ergo incidisset Psachnion beati viri Excubitor, & corrigiam campagiorum ejus, &c.* Quibus locis Baronius ann. 651. num. 12. & 13. *Psachmon* habet, & *Compagiorum*; sed perperam, ubi de vocis notione videant eruditi, an bene conjectat. Ego vero legendum putem *Sacchion*, ex Græco-barbaro $\sigma\alpha\kappa\kappa\iota\omicron\nu$, nam *Saccus* vestis fuit Patriarcharum. Vide in hac voce. Occurrit apud Joannem Diaconum in Vita S. Josephi Hymnographi num. 25. vox Αρχιμικρον , sed hic pallam altaris videtur significare. [Vide Macros in Hierolex. ubi multa de hac voce commentantur.]
- ¶ PSALLENDUM, Idem quod *Gradale* 1. Vide in hac voce. Ordo Officii Gotthici inter Conc. Hispan. to. 3. pag. 264. *Postea iterato, Dominus sit semper vobiscum, canitur aut profertur Psallendum.*
- PSALLENTIA, Cantus, ordo & ratio canendi, ex Gr. $\Psi\alpha\lambda\lambda\epsilon\iota\nu$, Canere. Epist. 3. Damasi PP. *Peto etiam tuam Charitatem, ut sicut à rectore tuo Alexandro Episcopo didicisti, Græcorum Psallentiam ad nos dirigere tua Fraternitas dignetur.*
- PSALLENTIUM, & PSALLENTIA, Cantus Ecclesiasticus, laudum divinarum, Psalmorum, & Hymnorum concentus [alternativus.] Anastasius in Hadriano: *Constituitque per unam quamque hebdomadam quinta feria cum Psallentio, ut à Diaconia pauperes usque ad balneum pergerent.* [Ordo officii apud Meichelbec. Hist. Frising. to. 2. p. 22. *Post Missam, peracta vespera, vadunt cum Psallentio in refectorio.*] Frodoardus in Stephano II. PP. . . . *Nocturnis reparat Psallentia sacris.*
- In Adriano:
Diversis Monachumque choris Psallentia ponens Restaurat.
- Utuntur Gregorius Turon. lib. 1. Hist. c. ult. lib. 2. c. 21. 37. lib. 3. c. 5. 18. l. 4. c. 6. l. 5. cap. 21. lib. 6. c. 26. l. 7. c. 1. lib. 9. c. 39. lib. 1. de Mirac. cap. 6. 33. 37. 39. 51. 75. 76. 79. 89. lib. 2. c. 2. 34. de Gloria Confess. c. 20. 47. 72. de Vitis Patrum c. 1. &c. Fredegarius in Chron. cap. 79. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 372. Vita S. Amati Abbat. cap. 20. apud Mabillonium, Baudouinia in Vita S. Radegundis c. 19. 28. Ruperus lib. 10. de Divin. Offic. cap. 17. Paulus Diacon. Neapol. in Vita S. Mariæ Ægyptiacæ cap. 4. Vita Aldrici Episc. Cenoman. p. 6. 49. 106. &c.
- ¶ PSALLETA, Puer symphoniacus, *Enfant de chœur.* Charta fundat. Collegii Cenoman. ann. 1526.

- apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 589. *Dua illa bursa dabuntur pueris seu clericis qui fuerint infantes Ecclesie Cenomanensis, quos pueros de Psalleta vocant.* Statuta Collegii Turon. an. 1540. ibid. pag. 423. *Samsoni Olivier clerico dioecesis Andegavensis nuper puero symphoniaco, alias Psalleta, Ecclesie Turonensis, in musicis experto.*
- ¶ PSALLIA, Idem quod Diploma, Charta indentata. Statuta Neapolit. de jure quarta art. 3. *Contra instrumenta venditionum, . . . & instrumenta, qua Neapoli vocantur Psallie, probatio per testes nulla recipitur.*
- PSALLIANI, Hæretici, de quibus sic S. Augustinus lib. de Hæres. *Psallianorum haresim postremam posuit Epiphanius, quod nomen ex Lingua Græca est: Græce autem dicuntur εὐχῆται, ab orando sic appellati.* Sed cum ii ab Epiphano *Massaliani* appellentur, restituenda indubie hæc vox, pro *Psaliani*, apud Augustinum.
- ¶ PSALMA PARTUS, Epitheton B. Virginis Mariæ in Gestis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 180.
*Salve stella maris, janua cali,
Partus Psalma, tua filia prolis,
Semper virgo manens, &c.*
- ¶ PSALMELLUS. Vide post *Psalmus.*
- ¶ PSALMICANUS. Vide *Psalmistani.*
- PSALMICINES, Psaltæ, cantores, *Clerici Psalmicines*, apud Sidonium lib. 5. Epist. 17. Warnefridus de Gestis Longob. lib. 1. cap. 26. de S. Benedicto: *Psalmicen assiduus nunquam dabat otia plectro.* Citatur hic versus ab Helgaudo in Roberto Rege. Utitur etiam Vincentius Belvacensis lib. 25. cap. 26. [Vita S. Romani Rotom. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1656.
*Psalmicines ex more greges, reliquosque fideles,
Cum crucibus sacris, cum pignoribus pretiosis, &c.]*
- ¶ PSALMIGRAFA, PSALMIGRAFIA, Psalmi Davidis. Vita S. Frontonis apud Bosquet. Hist. Eccl. Gall. part. 2. pag. 5. *Beati David Psalmigrafa sanctifico pectore commendavit.* Ibid. pag. 9. *Nec Psalmigrafia viluit vox.*
- ¶ PSALMIGRAPHUS. Vide *Psalmographus.*
- ¶ PSALMISARE. Gloss. Gr. Lat. $\Psi\alpha\lambda\lambda\epsilon\iota\nu$, *Psalmisare, nablisare. Psalmizo, $\Psi\alpha\lambda\lambda\omega$, in Gloss. Lat. Gr.*
- ¶ PSALMISTA, Davidis epitheton. Occurrit passim.
- ¶ PSALMISTA, Cantrix. Acta MSS. S. Hoaruei: *Prope est quo tendis quædam Psalmista puella, qua mente decrevit inviolata permanere maritali connubio.*
- PSALMISTÆ, Cantores, $\Psi\alpha\lambda\tau\alpha\iota$ in Concilio Laodic. can. 23. & Calched. can. 14. ubi vetus interpretes $\Psi\alpha\lambda\tau\alpha\iota$, *Psalmistas*, vertit. Vett. Glossæ: *Psalmista, $\Psi\alpha\lambda\tau\eta\varsigma$.* Rabanus lib. de Ordin. Antiphon. c. 11. *Lectores à legendo, Psalmista à psalmis canendis vocati. Illi prædicant populis, quid sequantur: illi canunt, ut excitent ad compunctiones animos audientium.* Idem de Inst. Cleric. lib. 3. cap. 48. *Psalmistam autem & voce & arte præclarum illustremque esse oportet; ita ut oblectamento dulcedinis animos excitet auditorum. Vox autem ejus non aspera, vel rancia, vel dissona; sed canora erit, suavis, liquida, atque acuta, habens sonum & melodiam sanctæ religioni congruentem, &c.* S. Eulogius in Documento Martyrii: *Non promit Cantor divinum carmen in publico, non vox Psalmista tinnit in choro, non lector concionatur in pulpito, non Levita evangelizat in populo, non Sacerdos thus infert altaribus.* De eorum officio sic Isidorus Hispal. in Epist. ad Ludefred. Episc. Cordub. *Ad Psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes, sacrificium, responsoria, & quidquid pertinet ad cantandi peritiam.* Vide eundem lib. 2. de Ecclesiast. Offic. c. 12. & Papiam. Ut vero promoyeantur ad hunc gradum,

gradum, docent Concilium Carthag. IV. can. 10. & Ordo Romanus: *Psalmistæ*, id est, Cantores, possunt absque scientia Episcopi, sola jussione Presbyteri, officium suscipere cantandi, dante eis Presbytero, vel potius Episcopo Antiphonarum in manus, & dicente sibi: *Videte, ut quod ore cantatis, ore credatis; & quod corde creditis, operibus probetis.* Ita in lib. 1. Sacrament. Eccl. Roman. c. 95. Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico: *Quia vero quilibet de Choro sola jussione Presbyteri potest officio Psalmistæ fungi, psallere scilicet sive cantare, in numero graduum Ecclesiæ Psalmistas non ponimus.* At Concilium Carthag. III. can. 21. Clericorum nomen etiam Lectores, & Psalmistas & Ostiarios retinere ait. Vide Rodericum Tolet. lib. 9. Hist. Hisp. cap. 12. Hariulfum lib. 2. Chr. Centul. cap. 11. &c.

PSALMISTANI, idem qui *Psalmistæ*, apud Odonem Cluniac. in Vita S. Gerardi Comitis Aureliac. cap. 11. ubi perperam editum puto pro *Psalmicani*: *Advocat Clericos, qui tum forte aderant, & cum his omnes Psalmistas, &c.* Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 14. extremo: *Et quos ille rogabat Psalnicos.* [Gocelinus in Translat. S. August. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 415. *Augustinus cum pernoctantibus Psalnicanis, ante apostolicum altare preestolabatur apparatus requiectionis suæ.*]

PSALMISTATUS, Dignitas & ordo *Psalmistæ*, Durando lib. 2. Ration. c. 1. n. 51. cap. 3. n. 1. Lindwoodus: *Prima tonsura, quæ apud nos vocatur Psalmistatus, non est ordo, sed tantum dispositio ad ordinem.* [Statuta Eccl. Cadure. &c. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 715. *Prima tonsura, quæ aliter dicitur Psalmistatus, non est ordo proprie, sed graduum seu ordinum fundamentum.*]

PSALMODIA, Psalmi cantus. Vitæ Patrum Emerit. inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 655. *Sanctus Massona episcopus cum omni plebe sua Psalmodia canticum exorsus, mysticas laudes Domino cecinit.*

PSALMODIARE, **PSALMODIRE**. Vide *Psalmodizare*.

PSALMODIUM, Psalmorum aliquot cantus vel recitatio. Vita Aldrici Episc. Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 57. *Pro prædicto Aldrico Episcopo inibi Missæ & Psalmodia devotissime cantent, id est, unusquisque presbyter Missam unam aut duas, & unusquisque clericus sive monacha Psalmos centum decantent.*

PSALMODIZARE, Psalmos cantare, vel cantare eo cantu, quo Psalmi concinuntur: Gallis, *Psalmodier*. Provinciale Eccles. Cantuar. lib. 1. tit. 14. *Quando & ubi Matutina & Missæ & aliæ Hora cum nota dicuntur, legentes & Psalmodizantes.* Utitur etiam Concilium Maghfeldense ann. 1330. *Canentes, legentes, & Psalmodizantes.* Et Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Magnificat Psalmodizatur de sexto tono.*

PSALMODIARE, Eadem notione. Acta S. Nonani MSS. *Supra quemdam lapidem ante Regis atrium residebat Psalmodians, &c.* S. Gerardus in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 350. *Ipse autem salebras itineris relevabat sibi Psalmodiando.* Charta ann. 1319. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. pag. 132. *Pfallendi, Psalmodiandi & legendi seriose & distincte in ipsa capella superius & inferius . . . ministerium . . . studeant exercere.* Occurrit rursum ibidem pag. 339. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 250. & alibi.

PSALMODIRE, Eodem significatu. Statuta Eccl. Pictav. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1071. *Et primo quod divinum officium fiat secundum qualitatem Tom. V.*

dierum & festivitatum bene & distincte (l. distincte) Psalmodiando. Index MS. Benef. Eccl. Constant. *Horis intersint continue, Psalmodiant & cantent.*

PSALMOGRAPHUS, Psalmorum scriptor, Davidis epitheton. Occurrit apud Sidonium lib. 7. Epist. 9. Fortunat. lib. 9. carm. 2. Marten. tom. 1. Anecd. col. 80. to. 2. Ampl. Collect. col. 54. in Chronic. Farf. tom. 2. Murator. part. 2. col. 550. &c.

PSALMIGRAPHUS, Eadem notione, in Append. ad Agnelli Pontif. apud Murator. tom. 2. p. 215. *In hocque dictum prophætæ Psalmigraphi moraliter patefecit.*

PSALMUS. S. Augustinus in Psalm. 4. *Psalmi dicuntur, qui cantantur ad Psalterium, quo usum esse David Prophetam in magno mysterio prodit Historia.* Idem in Psalm. 67. *Inter Psalmum & Canticum hoc interest, quod Canticum ore profertur, Psalmus autem visibili organo adhibito, id est psalterio canitur.* Gregorius Nyssenus tract. 2. in Psalm. cap. 3. *Ψαλμός μὲν ἐστὶν διὰ τῆς ὀργάνης τοῦ μουσικῆς μελωδίας.* Lexic. Gr. MS. Reg. sign. 930. *Ψαλμός, λόγος μουσικός, ὅταν εὐριθμῶς κατὰ ἀρμονικὸς λόγους πρὸς τὸ ὄργανον κρήται, ἢ ὡς δὴ τῷ Θεῷ προσφερόμενος.* Adde Eucherium de Quæst. utriusque Testam. Papiam, & alios. *Cum Psalmis ad sepulturam cadavera deducere*, in Concilio Braccarensi ann. 563. cap. 16.

PSALMI ABECEDARIII, apud S. Augustinum Enarrat. in Psalm. 118. concione 32. quorum versus quilibet à primis litteris alphabeti incipiunt. Eiusmodi est Psalmus, quem scripsit idem Augustinus contra partem Donati, de quo hæc ille lib. 1. Retract. c. 20. *Psalmum qui eis cantetur, per litteras feci; sed usque ad V. litteram: tales enim Abecedarios appellant.* Vide Vitam S. Isidori Episcopi Hispanensis cap. 6.

PSALMI ALLELUYATICI, S. Hieronymo Epist. 7. 17. 137. dicuntur, qui pro titulo habent *Alleluja*, cujus inscriptionis nullam aliam rationem afferunt, quam quod Psalmi isti singularem ac festivam Dei laudem præ aliis contineant: ii sunt numero 20. nempe 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150.

PSALMI ANNIVERSARIALES, Qui pro defunctis dicuntur. S. Wilhelmi Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 4. *Quandocumque autem ante Missam processio illuc agitur, neque ad finem inclinatur: de qua post Psalmos anniversariales, cum revertimur in capitulum, ea vice, non nisi semel inclinamus.*

PSALMUS APERTIONIS, nempe, *Domine labia mea aperies, &c.* Regula Magistri cap. 44. *Opertet in nocturnis ab Abbate dici versum Apertionis.* Vide Amalarium de Offic. Eccl. lib. 3. cap. 9.

PSALMI BAPTISMALES, Numero tres, qui recitantur in diebus baptismalibus, nempe in Dominica nocte Resurrectionis Domini, & Pentecostes, quia tria vitia originalia, suggestionem scilicet Diaboli, carnis delectationem, & consensum animi à Catechumenis repellere postulat Ecclesia, ut ait Amalarium lib. 4. de Divin. Offic. cap. 43. & 48. apud Mabillonium. Adde c. 23. Honorium Augustod. lib. 3. cap. 144. & Durandum lib. 6. Ration. cap. 89. num. 4.

PSALMUS CANTICI, est cum organo præcinente, subsequens & æmula organi vox chori cantantis auditur, modum psalterii modulibus vocis imitata. Rufinus Aquileiensis in Psalm.

PSALMI COMMUNIONIS, Qui tempore communionis canebantur, in Ecclesia Carthaginensi:

quod tempore S. Augustini fieri cœptum testatur ipse lib. 2. Retract. cap. 11. *Hilarus quidam ... adversus Dei ministros ... irritatus, morem qui tunc esse apud Carthaginem cœperat, ut hymni ad altare dicerentur de Psalmorum libro, sive ante oblationem, sive cum distribuere populo quod fuisset oblatum, maledica reprehensione, ubicumque poterat, lacerabat, asserens fieri non oportere.* Id etiam apud Gallos in usu fuisse colligi posse videtur ex Reg. Aureliani sub finem ubi præcipit *Pfallendo omnes communicare.*

PSALMUS CONFESSIONIS, τῆς ἐξομολογήσεως, apud S. Basilium Epist. 63.

PSALMI DIRECTANEI, Qui nulla modulatione, & in directum, ut aiunt, pronuntiantur. Vide supra *Directaneus.*

PSALMI DOMINICALES, Qui diebus Dominicis in Ecclesia recitari solent. Martyrolog. c. 41.

PSALMI FAMILIARES, apud Lanfrancum in Decretis pro Ord. S. Benedicti c. 1. sect. 3. & Udalricum in Consuet. Cluniac. Monaster. lib. 1. cap. 46. dicuntur *ii, qui in omnibus 12. lectionibus horas sequuntur: quorum laboriosa, imo pluribus odiosa paulatim multis de causis est adaucta multiplicitas, quæ quia multos gravabat, multorum, & totius pene convenus postulatione in hac parte immutata est.* Verba sunt Petri Abbatis Cluniac. in Statutis Ord. Clun. cap. 21. *Vita S. Gilberti de Sempringham: Dictis prius quibusdam Psalmis familiaribus pro se suisque, &c.*

Familiares vero nuncupabantur quod pro familiaribus seu Monasterii amicis & benefactoribus recitabantur: quod aperte docet Bernardus Mon. in Ordine Cluniac. part. 1. c. 75. *Adjunguntur Psalmi pro familiaribus nostris, qui solent dici post Tertiam.* Huic concinit S. Wilhelmus in Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 82. Interdum *Psalmi Verba mea* dicuntur eidem S. Wilhelmo ibid. cap. 3. quod ab eo Psalmo inchoarentur: incepti tamen aliquando à Psalmo *Ad Dominum cum tribularer*, ut ex laudato Bernardo part. 2. cap. 32. discimus; neque enim definitus erat eorum numerus, quippe qui pro arbitrio Abbatis aut omnino supprimebantur aut breviabantur. Guidonis Discipl. Farf. cap. 17. *Psalmi familiares nec promantur in hoc obsequio, sed nec ullus alius pro Defunctis.* Charta sæculi circiter undecimi ad calcem Reg. in Tabul. S. Quintini de Monte: *Familiares Psalmi aliquatenus breviabuntur, scilicet omni die duo tantum dicantur, Deus in adiutorium meum, Voce mea, &c.*

PSALMI FERIALES, qui diebus ferialibus, seu in feriis in Ecclesia recitantur. Microlog. c. 54. [Consuet. antiq. Fontanell. MSS. fol. 35. *Inter nocturnos Psalmi feriales non dicantur, exceptis Adventu & Septuagesima; sed finitis nocturnis, facto signo, Laudes canantur.*]

PSALMI FORTIORES, id est, longiores, in Reg. S. P. Benedicti cap. 18.

PSALMI GRADUALES, Quindecim Psalmi, qui ad quinque parvas Horas congrue distribuuntur, in quotidiano Officio Deiparæ, ut ait Radulphus Tungrensis lib. de Canonum Observ. cap. 20. 21. Vide Eucherium de Quæst. utriusque Testamenti, Durandum lib. 5. Ration. c. 2. n. 39. & supra in *Gradale 1.*

Sic appellantur quindecim Psalmi à Psalmo 120. usque ad 135. quod canebantur in 15. templi Salomonici gradibus, vel quia vox gradatim elevabatur, ut scribunt Commentatores. Ii quotidie Quadragesimali tempore recitati usque ad Pium V. PP. qui in feriis quartis tantum eos in choro recitari statuit, *Bulla Breviariis præfixa, qua ab hac*

obligatione eximuntur ii, qui extra chorum officium dicunt.

PSALMUS IMPOSITUS, hoc est, præscriptus, in Guidonis Discipl. Farf. lib. 1. cap. 38. *Post hæc si aliquis Psalmus impositus est pro vivis vel defunctis, tunc dicant & finiam.*

PSALMUS INVITATORIUS: ita appellatur Psal. 94. *Venite exultemus, &c.* in Capit. Aquisgran. c. 66. in Ordine Romano, apud Alcuinum, Petrum Damian. Amalarium, Honorium lib. 2. cap. 1. Herbertum de Miracul. lib. 2. cap. 9. in Vita Alcuini num. 5. &c. quod *populum ad laudem Dei invitet, ut habent Amalarium lib. de Ord. Antiph. c. 21. lib. 4. de Eccl. Offic. c. 9. Petrus Damian. de Dominus vobiscum cap. 7. Beletus c. 25. Durandus lib. 5. cap. 3. num. 10. 11. 12. &c.* quibus interdum nude *Invitatorium* appellatur, quod suaviter censuit Vossius, esse certum Monasterii locum, quo invitarentur Monachi ad laudandum Deum. Sed hac in re parcendum heterodoxis, viris quantumvis doctissimis, rerum nostrarum minus scientibus.

PSALMI MAGNI, PARVI, &c. Consuet. Cluniac. an. 1301. ex Cod. MS. B.M. Deauratæ Tolos. *Hoc addito quod in hiis omnibus locis quindecim, triginta, familiares, Parvi & Magni, & prostrati Psalmi, & septem Psalmi cum letania suo tempore suffragia ..., cotidie nullatenus obmittantur, quin dicantur insimul.*

PSALMUS MISERICORDIÆ, Quinquagesimus, *Miserere mei*: ita appellatur à Gervasio Tilleberienfi in Otiis Imper. Decisione, seu parte 1. *Torqueri se afferit, eo quod seculum Deo præponens, Psalmum Misericordiæ Psalmo tam breviusculo postposuerit.*

PSALMUS PROOEMIACUS, προοιμιαικός, sic dictus 103. *Benedic anima mea Dominum*, quod ab eo Græci Vesperas, Missam, aliaque officia auspiciuntur.

PSALMI PLEBEII & VULGARES, à privatis imperitiisque hominibus compositi, qui in Ecclesia decantari vetantur, can. ult. Concilii Laodiceni, ubi *ιδιωτικοί*, dicuntur: *Plebei*, veteri interpreti, quo loco Glossæ interlineares MSS. *plebeios, versificos Psalmos* interpretantur, qui in Concilio Braccarenfi ann. 563. cap. 12. vetantur. Nec aberrat ab hac interpretatione Agobardus lib. de Divina Psalmodia: *Sed & reverenda Concilia Patrum decernunt, nequaquam plebeios Psalmos in Ecclesia decantandos, & nihil poetice compositum in divinis laudibus usurpandum; præcipue vero, ut subdit, ab hominibus quibuslibet, quorum nec nomina, nec sensum, nec fidem novit Ecclesia.* Adde Martinum Braccar. cap. 67. Capitularia Attonis Episc. c. 58. & quæ observant Menardus ad Regulas Monastic. p. 381. Henricus Valesius ad Eusebium lib. 7. cap. 24. & Ferrandus in Præfat. ad Psalmos cap. 15.

PSALMI POENITENTIALES. Vetus Poenitentialis MS. *Cantetque 7. Psalmos poenitentiales, id est Domine ne in furore, & Miserere mei Deus secundum, Miserere mei Deus meus, Deus misereatur nostri, Deus in adiutorium, Inclina Domine, De profundis.* Adde Appendicem ad Concilium Salegunstadiense ann. 1022.

Hic erat omnium fere monasteriorum olim usus, ut singulis diebus quibus non occurrebat festum XII. lectionum, Psalmi poenitentiales recitarentur: quod ex superius allatis haud obscure colligitur. Idem obtinuisse in Majori Monasterio testis est Charta Archembaldi Archiep. Turon. ann. 993. ex Tabul. ejusd. Monast. *Cunctisque diebus post VII. poenitentiales Psalmos, unum Psalmum communiter decantent, scilicet Ad te levavi oculos meos, si XI 1.*

lectiones non fecerim. Id est, si festum 12. lectionum non cebraverint. Vide *Psalmi speciales*.

PSALMI PROSTRATI dicuntur, Qui ab humi prostratis in Ecclesia recitantur, apud Lanfrancum in Decretis pro Ordine S. Benedicti c. 1. sect. 3. Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. cap. 1. Primum septem Psalmos de Cantico Graduum prostrati super sedes decantabunt. Duos vero potissimum psalmos, qui per singulas horas dicuntur à prostratis, recenset. [Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. cap. 74. num. 37. Expectant donec debeant incipi Psalmi prostrati.] Udalricus in Consuet. Clun. lib. 1. cap. 3. Ad Horas autem reliquas, post quatuor Psalmos, Horarum, ut ita dicam, appendicios, toto corpore prosternimur, ut duos Psalmos dicamus, primum de septem pœnitentialibus Psalmis, alterum de Canticis quindecim graduum. Tabularium Brivatense: Unusquisque 2. Psalmos prostratus decantet. Appendix ad Concilium Salegunstadiense an. 1022. Tunc omnes prostrati decantent Psalmos istos pro Regis nostri & aliorum sui regni primatum sospitate. Vide eumd. Udalricum d. lib. c. 4. 12. & 51. Chronicon Andrense pag. 430. Joannem Episc. Abrinc. de Off. Eccl. pag. 36. Consuet. Floriacensis Cœnobii p. 393. in Bibl. Floriac. &c. Psalmi autem à stantibus concinebantur, ut observat Durandus lib. 5. Ration. cap. 2. num. 36. Petrus Damian. lib. 3. Epist. 8. pag. 301. graviter invehitur in Clericos, qui resident, dum vel canonica Horarum celebrantur officia, vel etiam ipsa Missarum offeruntur terribilia Sacramenta.

PSALMI RIFECTIONUM, Qui tam posita quam levata mensa à Monachis recitari solent, & peculiariter Deo de benedicenda aut commendanda esca per gratiarum actionem præbentur, & sine antiphona directanei dicuntur: sed in Dominica, vel in diebus festis cum antiphona, vel alleluia, ut est in Regula Magistri 37. 43.

PSALMUS RESPONSORIUS, [Qui tractui seu gradali hodierno respondet.] Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 8. Egressus est in sacrarium, ubi dum resideret, Diaconus responsorium Psalmum canere cepit. Idem lib. 8. Hist. cap. 3. Interea jam medio prandii peracto, jubet Rex ut Diaconum nostrum, qui ante diem ad Missas Psalmum responsorium dixerat, canere juberem, &c. Vide *Responsorium*.

PSALMI SALOMONIS, Quos ut apocryphos laudant S. Athanasius in Synopsi sacrae Scripturæ, S. Nicephorus Patr. CP. in Canone, & Theodorus Balsamon, qui, an ii sint, quos edidit post Adversaria sacra Ludovicus de la Cerda, alii viderint. Vide Ferrandum in Præfat. ad Psalmos cap. 16.

PSALMI SPECIALES, 7. Pœnitentiales. Capit. Aquigran. an. 817. & Addit. 1. Capit. c. 50. Ut præmissis partitionibus Psalterii, Psalmi speciales pro elemosynariis & defunctis cantentur. Leo Ost. lib. 3. c. 22. Statuit... cotidianis diebus orationem pro fulgure ad Missam publicam, & ad Psalmos speciales edici, (al. adjungi.) Charta Heriberti Comitis Francor. ann. 27. Lotharii Regis in Tabul. Dervensis Monast. Quotidie unam Missæ celebrationem pro me faciant, atque unum Psalmum per singulas regulares Horas persolvant, & cum septem specialibus Psalmis memoriam meam adjungant.

PSALMI SUPERPOSITI, in Regula Magistri cap. 50. Vide *Superpositio*.

PSALMI TYPICORUM. apud Græcos dicuntur 22. & 145. quod hi in officio Typicorum recitarentur: eorum vero primus πρώτα τυπικά, alter vero δεύτερα τυπικά dicebantur. Vide Goarum ad Euchologium.

¶ **PSALMUM LEVARE**. Vide *Levare* 6.

IN PSALMIS VENIRE. Charta an. 1123. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 569. Ille vero oblationes, quæ offerentur in manibus Sacerdotum extraneorum, qui in Psalmis veniunt, sine malo ingenio eorum sint, cui dare voluerint sine malo ingenio.

¶ **PSALMI VERSIFICI**. Vide *Psalmi plebei*.

POENITENTIA PSALMORUM, in Pœnitentiali S. Columbani dicitur, cum Monachus ob levio-rem culpam certum Psalmorum numerum decantare, vel recitare, in pœnitentiam, jubetur. Adde Pœnitentialem Gregorii III. PP. cap. 24. Vide *Superpositio*.

PSALMELLUS, Antiphona ex Psalmo desumpta. Charta an. 1053. apud Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ pag. 428. Ei vero, qui cantat Psalmellum, denarios duos, &c.

¶ **PSALTA**, ψάλτης, in Gloss. Lat. Græc.

PSALTERATUS, Literatus, qui scit legere, Psalterium scilicet. Regula Magistri cap. 57. Si vero in viam longiorem dirigatur, Codiculum modicum aliquibus lectionibus de Monasterio secum portet: ut quavis hora in via repausaverit, aliquantulum tamen legat: ita tamen si fuerit Psalteratus. Si vero non fuerit, tabulas à Majore superpositas Psalmis secum portet, ut ad refectionem prandii, aut ad mansionem quando applicuerit, aliquantulum quantum occurrerit, tamen meditetur, ut quotidie regula reddat, quod suum est. At qui Psalteratus hic, mox Literatus dicitur. [Huic omnino spectat Vita S. Theobaldi sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 161. Monere cepit... ut inter pauperes Christi sibi clericum quæreret, qui eum litteras doceret: Litteratos dicens ad mandata divina percipienda promiores, & melius percipiendo ad obediendum devotiores. Quod collega festinare studuit, & magistrum qui septem Psalmos, quos Pœnitentiales sancta vocat simplicitas, doceret exhibuit. Omnibus plane brevi tempore edoctis, psalterio indignis, &c.] Sed & solebant Clerici ac Monachi, atque adeo tenebantur totum Psalterium memoriter tenere: adeo ut qui ad Episcopatum postularentur, & Psalmos ignorarent, rejecerit Gregorius Mag. PP. lib. 4. Epist. 21. 23. 45. lib. 12. Epist. 6. S. Hieronym. Epist. 4. ad Rusticum, qui Monachus fieri avebat: Nunquam de manu & oculis tuis recedat liber: discatur psalterium ad verbum, &c. Idem in Epitaph. Paulæ: Non licebat cuiquam sororum ignorare Psalterium. Sic Gennadius Patr. Constantinop. neminem ordinabat, τὸ ψαλτήριον μὴ γινώσκοντα, ut est apud Theodorum Lectorem. Joan. Sarisber. lib. 2. Policrat. cap. 28. Dum enim puer ut Psalmos addiscerem Sacerdoti traditus essem. Vide S. Anselmum lib. 1. Epist. 22. Joann. Moschum in Limon. c. 166. Jus Græcorum lib. 6: pag. 435. 438. Haëstenum lib. 7. Disquisit. Monast. tract. 4. disq. 2. &c.

PSALTERISTA, Cantor Psalmorum. Longinus in Actis S. Stanislai Episcopi Cracov. Foundationem aliquot millium fecerunt pro Psalteristis, qui die ac nocte incessanter psalterium canendi in eadem Ecclesia obligationem habent. Vide *Psalmistia*.

PSALTERIUM. Glossæ Gr. Lat. ψαλτήριον, Sambucum. Papias: Psalterium, genus organi musici est, quod artifex tenens, licet modulamine quodam sonorum suavitas quasi cantatio videatur, tamen non Canticum sed Psalmus de Psalterio nominatur. Canticum vero simplici voce cantantis exprimitur. Auctor Mamotrecti ad 1. Paralip. cap. 12. Psalterium dicitur canora cythara decem chordarum coaptata, quæ cum plectro percuitur: Nablum vero duodecim sonos habens digitis tangitur. S. Augustinus Psalm. 32. Cythara est lignum il-

lud concavum, tanquam tympanum, pendente testudine, cui ligno chorde innituntur, ut tacta resonent. Non pletrum dico quo tanguntur, sed lignum illud dixi concavum, cui superjacent, cui quodammodo incumbunt, ut ex illo cum tanguntur tremefacta, & ex illa concavitate sonum concipientes, magis canora reddantur. Hoc ergo lignum in inferiori parte cythara habet, Psalterium in superiore. Id ipsum repetit in Psalm. 42. 56. 71. & 80. Ita etiam describitur Psalterium in Lexico MS. Reg. Cod. 2062. Ψαλτήριον, ὄρθον ξύλον κ' ἀπαρ-ἐγκλιτον· χόρδαι δ' ἐν τετῷ δέκα παρτείνοντο· ἐκάσῃ δ' ἐτῶν χορδῶν καθ' ἓνα ἀνώθεν· δέκα γάρ κόλαβοι εἶπεν πασσαλίσκοι πρὸς τὸν πηχυν τῆ ψαλτῆρος σρεφόμενοι, ἔτεινόν τε τὴν χόρδην κ' ἐσχάτων πρὸς τε τὸν ῥυθμόν τῆς ἀρμονίας κ' πρὸς τὸ τῆ ψαλτῆρος βέλημα. Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

Tympana, Psalterium, cythara, symphonia dulcis. His addenda quæ habet S. Hieronymus in Psalm. 56. & alibi. Vide Quintilianum lib. 1. cap. 16. & eundem Papiam, præterea notata à Frontone Ducæo ad Hexaëmeron Basilii pag. 17.

PSALTERIUM, Liber continens Psalmos Davidis, qui liber Psalmorum dicitur in Actis Apostol. cap. 1. S. Augustinus in Psalm. 118. *Codex Psalmorum, qui Ecclesiæ consuetudine Psalterium nuncupatur. Exstant hi versus de Psalterio Davidico:*

*Ter quinquagenos David canit ordine Psalmos,
Versus bis mille sexcentos sex canit ille.*

PSALTERIUM PUERORUM dicitur in Charta Balduini Comit. inter Instr. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 22. *Psalterio puerorum acclamante: Justi hæreditabunt terram . . . Et iterum in eodem subsequuntur pueri lectitantes & divitibus hujus mundi significantes: Nolite sperare in iniquitate, &c* Ubi ad pueros symphonicos spectasse verisimile est.

PSALTERIUS, Eadem notione, in Charta Principis Adelgastri inter Conc. Hispan. tom. 3. pag. 90. *Damus . . . lectionarium, & responsorium, & duos Psalterios, &c.*

PSALTERIUM APERIRE: Vide *Sortes Sanctorum* in *Sors*.

PSALTERIUM. Joannes Episcopus Abrincensis de Offic. Ecclesiast. *In omnibus Horarum precibus semper, Miserere mei Deus: cui, si placet, unum Psalterium Psalmorum subjungatur. Infra: Post matutinum fratres in claustrum . . . Psalterium cum Litania communiter dicant. Ubi, ni fallor, intelliguntur septem Psalmi Pœnitentiales, quibus subnecti solent Litanie Sanctorum.*

PSALTERIUM denique appellatum observant viri doctissimi eam precationis formulam quam vulgo *Rosarii* nomenclatura donamus, eò quod 150: Psalmorum Davidicorum numerum referat, eorumque vice substituat. Cujus quidem Rosarii auctorem vulgò S. Dominicum faciunt Scriptores, atque in primis Raimundus Capuanus in Vita S. Catharinæ Senensis num. 77: ubi ait Fratribus de Militia Jesu Christi à se institutis, *assignasse quemdam taxatum numerum Dominica orationis, ac Salutationis Angelica, quem pro qualibet Hora Canonica quotidie deberent perficere orando, ut à Divino officio non vacarent.* Vide *Capellina* i. & *Rosarium*.

PSALTERIUM, Canticum in alterius infamiam compositum, apud Paulum JC. lib. 5. Sentent. cap. 4.

PSALTERIZARE, Psalterio canere. Helinandus apud S. Antonin. part. 3. tit. 18. §. 5. *Carmen enim debetur illis . . . quorum operatio Christo citharizat, organizat cogitatio, Psalterizat oratio, devotio lirizat.*

PSALTIM, pro *Saltem*, ex vet. Cod. MS. laudato

in Append. Annal. Bened. tom. 1. p. 704. col. 1. **PSALTUS**, f. pro Saltus, ex corrupta dictione. Charta Gislæ sororis Caroli M. ann. 799. apud Felibian. inter Probat. Histor. Sandion. pag. 44. *Ipsa loca superius prenotata cum omni integritate vel soliditate earum, id est una cum terris, mansis, domibus, . . . perviis, publicis Psaltis atque subjunctis, &c.*

PSEUDENEDROS, vox Græca, Infidiator fictus, apud Firmicum lib. 3. cap. 3.

PSEUDERORUM. Vide *Pseudoforum*.

PSEUDO, à Gr. Ψευδῶς, Falso. Chronic. Sicil. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 10. *Trankedus fecit se à Siculis, licet Pseudo, coronari in regem Sicilia . . . Quo rege Trankedo sic Pseudo tenente & possidente dictum regnum, &c.*

PSEUDOALYTHINUS, Subpurpleus, non omnino purpleus, sed ad candicans accedens: quo sensu Auctor libri de Cœna Domini, qui inter Cypriani opera editus est, Josepho *Pseudoalitinam vestem* tribuit.

PSEUDOCALIDUS, Semicolidus, nostris *Tiede*. Marcellus Empiricus cap. ult. p. 252. *Tum medicamen adhuc Pseudocalidum diffunditur in mortarium.*

PSEUDOCASTELLUM, Munimentum extemporaneum, quod castelli vicem præbet. Fulcherius Carnot. lib. 3. Histor. Hier. cap. 55. *Jam Turci quoddam Pseudocastellum obsederant, & vi ceperant.* Nescio an hoc vocabulo expresserit Fulcherius, quod Joinvilla in S. Ludov. *Chaufaux* vocat. Vide ibi Notas nostras.

PSEUDOCASTUS, apud Auctorem Prædestinati lib. 1. pag. 15.

PSEUDOCHORITA, pro *Pseudanachoreta*, utitur Auctor Vitæ B. Stephani Abbat. Obasinenfis lib. 1. cap. 5.

PSEUDOCOMITATENSES, Numeri militares, sic dicti in Palatina militia, quorum mentio non uno loco in Notitia Imperii, & in Cod. Theodos. leg. 10. de Numerar. & l. ult. de Re militari, ubi multa Jac. Gothofredus.

PSEUDOCOMITES dicti quos Stephanus Rex creavit, & Henricus II. deposuit. Vide Robert. de Monte ad an. 1156. Hæc Spelm.

PSEUDOCONVERSUS, apud Lambertum Ardensem pag. 175. *Pseudomonachus.*

PSEUDO DOCTOR, in Capitulari Aquisgranensi an. 789. cap. 80. [Litteræ Synodi Constant. an. 1416. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 70. *Ad tuendum & defendendum errores & Pseudodocetores, &c.* Id est, falsa docentes.]

PSEUDOEPISCOPUS, Qui nomen Episcopi mentitur. Vitæ Patrum Emerit. inter Concil. Hispan. tom. 2. pag. 649. *Supradictus Pseudoeписcopus Sunna antesato principi multa in accusationem sancti viri scripsit.*

PSEUDOFILIUS, vox ibrida, apud Gregorium VII. PP. lib. 1. Epist. 23.

PSEUDOFILAVUS, Subflavus, leoninus. Marcellus Empiric. cap. 8. pag. 66. *Colore Pseudoflavo, quasi leonino.*

PSEUDOFORENSIS VILLA, f. Quæ in suburbio est, Gall. *Fauxbourg*. Statutum Capituli S. Martini Turon. an. 922. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 62. *Hortatu & suasionem atque servitio cujusdam fidelis fratris . . . Adam sacerdotis & granicarii, necnon & Pseudoforensis villa præpositi, &c.*

PSEUDOFORUM, Posticum, Ψευδοφόρον, nostris *Fausseporte*. Papias: *Pseudoforum, i. posticum, i. latens ostium remotum à publico.* Perperam in edito, *Pseudorum*, & in MS. Navarræo, *Pseuderorum*. Sul-

pitius de Vita S. Martini lib. 3. dial. 16. *Vidi praeterea ad Pseudofozum Monasterii adductum energumenum, & priusquam ad limen attigerat, fuisse curatum.*

Fortunatus lib. 4. de Vita ejusdem S. Martini: *Namque ad Pseudofozum cella dum accederet ager. Epistola 7. tom. 9. Oper. S. Hieronymi: Non per aliquem Pseudotyrum, sed per patentes januas in suum pectus veritatis inducat.* Vide Probationes Hist. Blesensis pag. 3.

PSEUDOFRADES, in Regula Templariorum Militum cap. 21.

PSEUDOGRAIUS, Falsus testis, ut videtur. Eddius in Vita S. Wilfridi saec. 4. Bened. part. 1. pag. 711. *Tam honorabilem senem cum fratribus venerabilibus accusatores falsidici, & cum Pseudograis audaci temeritate... ausi sunt accusare.*

PSEUDOGRAPHAË NARRATIONES & dubia, quæ vulgo *Apocrypha*, quibus opponuntur *Libri Canonici & Catholici*, in Capitul. Aquisgran. ann. 789. cap. 76. & lib. 1. Capitul. cap. 73. *Pseudographæ & dubia narrationes, vel quæ omnino contra fidem Catholicam sunt, &c.* Ubi quidam Codices habent *Pseudographia*. Vide Quintilianum lib. 1. c. 17.

PSEUDOGRAZIA, Falsa gratia, Dei scilicet. Utitur Joan. Sarisber. lib. 2. Policrat. cap. 29.

PSEUDOLACTINUS, Subalbus, subcandidus, cinericius, Gr. *δευκοφαϊς*, nostris *Gris*. Joan. Diaconus lib. 4. Vitæ S. Gregorii. vi. cap. 83. *Tanquam Pseudolactini coloris.* [*Pseudolactinei*, apud Bollandistas tom. 2. Mart. pag. 205.]

PSEUDOLIQUIDUS, Non omnino liquidus. Marcellus Empir. cap. 16. pag. 115. *Hæc trita permiscetur ut Pseudoliquidia sint.*

PSEUDOLLOLARDI nuncupati in Anglia Wicleffi sectatores. Vide *Lollardi*. Henricus Knygton: *Principio Pseudollardi prima introductione hujus sectæ nefanda vestibus de russeto utebantur.*

PSEUDOMILES, Falsus miles. Arnulphi Hist. Mediolan. apud Murator. tom. 4. pag. 9. *Cave, Rex, à modo ab hujusmodi Pseudomilitibus.*

PSEUDONUNCIUS, Missus desidiosus, tardus, ob idque falsus nuncius, cum nuncii est diligentem esse. Litteræ Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1323. apud Rymer. tom. 4. pag. 10. *Recensentes morosam dilationem negotiorum nostrorum, pro quibus, diu est, missus illum Pseudonuncium de Stratford, in quibus usque modo nihil sensimus actum... hanc ipsius duntaxat nuncii tepiditati & desidia imputamus, &c.*

PSEUDOPERGRINUS, apud Lambertum Ardensem pag. 175: qui non pietatis gratia peregrinationem suscipit.

PSEUDOPRÆSIDENS, Qui officio suo deest; in Epist. Joannis de Monsterolio apud Marten. tom. 2. Amplif. Collect. col. 1381. *Prætereo, libet enim præterire, quod illi Pseudopræsidenti recitari pudori esse debuisset, apostolicorum captionem nuntiorum ac eorumdem redemptionem infra mœnia quibus degit.*

PSEUDORUM. Vide *Pseudofozum*.

PSEUDOSANCTITAS, vox ibrida, in Vita S. Guthlaci cap. 32. [*Simulata sanctitas.*]

PSEUDOSERICUM, Pannus ex serico & tela contextus. Occurrit in Notis Tyrionis pag. 159.

PSEUDOSYLLABUS, Oratio seu scriptio quæ falsa continet. Adrianus PP. in Epist. ad Episc. Hisp. tom. 2. Conc. Hisp. pag. 92. *Cumque perlectus & sagacius exploratus fuisset epistola textus; repertæ sunt in eodem Pseudosyllabo perquam plurima, cum auctore suo Elipando Toletana sedis Archiepiscopo, redarguenda.*

PSEUDOTHEOSEBIA; à Gr. *ψευδοθεοσεβία*, Rē-

ligio falsa. Fridegodus in Vita S. Wilfridi saec. 3. Bened. part. 1. pag. 184.

Quidquid ei pravum Pseudotheosebia necit, Romuleo sanxit vota fore discutiendum.

PSEUDOTHYRUM, *ψευδοθυρον*, quod Sulpitio Severo Pseudofozum dicitur, posticum aliis, nostris *Fausseporte. Aversa porta*, Livio lib. 10. & Tacito lib. 3. *Annal. Auctor Quæroli: Eamus huc ad Pseudothyrum quam nos bene.* Paulus Orosius lib. 7. cap. 6. *Ægre per Pseudotyrum in Palatium refugiens furorem excitata plebis evaserit.* Freulfus tom. 2. lib. 1. cap. 13: *eadem verba ab Orosio mutuatus, Sseudotyrum habet, sed perperam, ut & lib. 4. cap. 3: In sinum ejus, dum in Deo Deos quarit, tanquam per Sseudotyrum inducitur.* Ubi idem Orosius lib. 7. c. 29: à quo etiam mutuatus est, *per januam habet.* Ammianus lib. 14: *Per Palatii Pseudothyrum introducta.*

PSIATIUM; PSIATHUS; *Matta*, *storea*; *teges*; ex junco aut papyro confecta; *Gallis, Nate*, in qua & cubabant & considebant Monachi, quomodo describitur à Philone Judæo lib. de Vita contemplat. p. 616. edit. Turnebi: *σιθάδες εἰσὶν ἰκτασιτέρας ὕλης, ἀφ' ὧν εὐτελὴ πάλιν χαμαίσραστα πασῶν ἐστὶν ἐργαζία μιᾶρόν ὑπερέχοντα κατὰ τὰς ἀγῶνας; ἴνα ἐπὶ ἐσθίοντο.* Glossæ Græco-Lat. *ψίαθος*, *Teges*, *terratoria*, *matta*. Ubi legendum *matta*, ut in alio Glossi. *matta*, *ψίαθος*. Glossæ eadem Lat. Gr. *Teges*, *ψίαθος*, *σκέπασμα*. *Tegetarius*, *ψιαθόποιος*. *Tegitarius*, *ψιαδοσλόκος*. Hesychius: *ψίαθος*, ἡ χαμῆωνη, καὶ τὸ φύτον ἐξ ἧς πλέκεται ψίαθος. Glossæ Sax. Ælfrici: *Storia vel Psiata: matta.* [*Miscell. Theodisc. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 383. In Psiatio, in tachum.*] Papias: *Psiacium*, *cilicium*, *cinis*, *holocaustum*. Regula S. Fructuosi cap. 19. *Lectum tamen sternere mandamus corio aut Psiatho, quod Latine storea nuncupatur.* Cassianus Collat. 15. cap. 1. *Post synaxim vespertinam... Psiathiis pariter ex more consedimus.* Meminit & lib. 4. de Instit. Cœnob. cap. 13. Vita S. Pachonii cap. 43. *Inveniens fratrem qui coquina præerat Psiathos (id est tegetes) operantem, quos vulgus mattas appellat.* Gerardus Presbyter in Vita S. Udalrici Episcopi August. *In mollitia plumatii non dormivit; sed Psiatho & sago, aut tapetiis suppositis requievit.* Guibertus lib. 7. Hist. Hierosol. cap. 33: *Vidères contra balearia instrumenta, quibus compererant saxa torqueri, trabibus obtegere muros atque Psiathiis.* Occurrit præterea apud S. Hieronymum in Præf. ad Regulam S. Pachonii cap. 4: in Regula S. Pachonii cap. 88: 94: apud Vigilium Diaconum in Regula Orientali c. 44. Gregorium M. lib. 2. Dial. cap. 11. Anastasium Biblioth. in Vita S. Joann. Eleemosyn. num. 35: Joan. Moschum in Prato Spirit. cap. 92. in Vita S. Theophanis Confess. num. 12: Palladium in Hist. Lausiaca cap. 1. &c. S. Hieronym. 2: Præfat. in Job: *Si aut fiscellam junco texerem, aut palmarum folia complicarem; ut in sudore vultus mei comederem, &c.*

PSICOLUTRA, in Notis Tyrion. pag. 184. ex Gr. *ψυχόλυτρον*, *Frigidarium.*

PSILLIA. Anastasius Biblioth. in Paschali PP. pag. 152. *Enim vero in dicto altari obtulit vestem albam sigillatam cum rosulis habentem in medio crucem de blattin cum Psyllis.* *ψέλλιον* Græcis *armillas & dextralia* sonat: sed non video quomodo *armilla* conveniant cum veste altaris, nisi vice limbi attextæ fuerint.

Verosimilior videtur Bollandistarum ad hunc locum tom. 3. Maii pag. 398. conjectura qua restitunt *Psyllia* pro *Psellia*, ita ut intelligatur purpura parvis quibusdam maculis eleganter inspersa;

quæ maculæ nomen habeant à forma pulicum, qui Græcis φύλλοι, unde φύλλιον, herba pulicaris; nisi malis, addunt iidem, ornatum illum comparare hujus herbæ foliis.

PSITARCIUM, Sacculus vel cistella qua panis cibive defertur. Vide *Sitarchia*.

PSITICUS, pro *Psitacus*, ni fallor, apud Bernhard. *de Breidenbach* Itiner. Jerosol. p. 222. *Rursum in littore Nyli sursum eundo est regio quedam Segetha nominata, ubi aves quedam rare in magno sunt numero, videlicet Psiticus, pellicanus & hujusmodi...* Capiuntur autem in Septembri presertim *Psitici* interdum milleni simul.

PSITTACI, Factionis nomen. Vide *Stelliferi*.

PSODANNA, Superstitionis species, cujus mentio fit in Statutis MSS. Augerii Episc. Conseran. ann. 1280. *Divinationes, sortilegia, fascinos, Psodanna, auguria, & alia qualibet similia superstitionis remedia...* observari & fieri, eisque fidem adhiberi penitus prohibemus. Ibidem infra: *Sortilegi, divini, malefici, incantatores, augures, aruspices, demones pro quacumque causa invocantes, Psodanna vel sinualia* (f. similia) *facientes.*

PSYCHICI, Animales, à Gr. ψυχμοί. Hac appellatione Catholicos quasi spiritualibus Montanistis oppositos passim in scriptis exagitat Tertullianus.

PSYCHOMACHIA, vox Græca, Animæ conflictus. Vita S. Agricii Episc. Trevir. tom. 1. Jan. pag. 773. *Vicit tamen in sancta Psychomachia caritas perfecta.* Existat apud Prudentium Carmen quem eo nomine inscripsit.

PSYCHROLUSIA, Gr. ψυχρολογία, Frigidum lavacrum, apud Cæl. Aurel. Acut. lib. 1. c. 14. & Tard. lib. 1. cap. 1. Hinc

PSYCHROLUTA & PSYCHROLUTES, apud Senec. Epist. 53. & 83. Qui frigido lavacro utitur.

PTALMUS, perperam pro *Ophthalmus*, à Græco ὀφθαλμός, Oculus, in Vita MS. S. Winwaloei fol. 129. *Signum gestit mirabile, sibi germana ventre traxit ope Pthalmum, locavitque ceu alterum.* Ubi de restituto forori suæ oculo, quem è ventre anseris extraxerat, fabula est.

PTERARIA, Capitulare de Villis cap. 62. *Quid de axillis & alio materiamine, quid de Pterariis, quid de leguminibus, quid de milio & panico, &c.* Videtur legendum *Petrariis*, i. locis unde *petra* & lapides eruuntur. Vide in hac voce.

PTIGMATA, *Causia*, in Glossis Isidori, ubi perperam *pitigmata*: ex Gr. πτεγμα, linteum duplicatum, cujusmodi sunt *Causia*. Vide in hac voce.

PTISANARIUM, *Mortarium*, à *Ptisaniis*. Ita Papias, qui addit *Ptisanas* proprie dici, *quæ fieri solent in pila*, &c. Vide Ugutionem, Gorraeum in *ἁρισσῶν*, & Onomasticum Rosweidi ad *Vitas Patrum*.

PTOCHIUM, Domus pauperum hospitio deputata, ex Gr. πτωχεῖον, quod & πτωχοτροφεῖον Græci vocant: *Locus scilicet venerabilis in quo pauperes & infirmi homines pascuntur, uti definitur à Juliano Antecessore.* πτωχοτροφεῖον dixit Constantinus Manasses in Tiberio Constantino. Testamentum S. Remigii Remensis Archiep. *In Ptochiis, Cœnobiis, Martyriis, Diaconiis, Xenodochiis, &c.* Vita Euphrosynæ cap. 7. in *Vitis Patrum*: *Ecce Ptochia, hierocomia, xenodochia, monasteria, &c.* Anastasius in Pelagio II. PP. *Hic domum suam fecit Ptochium pauperum & senum.* Adrevaldus lib. 1. de Mirac. S. Benedicti cap. 23. *Servatur proinde in domo pauperum hospitio deputata, ibique sufficientem sibi agapem cum reliquis Ptochio residentibus accepit.* Testamentum Herberti Comitum Viromand. ann. 1079. apud

Joan. Carpentarium in *Hist. Cameracensi*: *Trado omnibus Comitatum meorum Ptochiis c. solid.* Adde Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 2. & Joan. Sarisber. lib. 7. Policrat. c. 21. Vide *Paupertas. Prothocium* perperam, ni fallor, pro *Ptochium*, aut *Xenodochium*, habet Joannes de Janua. Concil. Calchedon. Act. 1. *Πτωχεῖον ἐποίησα, ἢ ἔθηκα εἰς αὐτό ἐδομητοῖα καβαλάτια.* Adde idem Concil. cap. 8. & Cresconium cap. 197.

PTOCHOTROPHIUM, Eadem notione, in lib. 2. Capit. cap. 29. *Nulla sub Romana ditione constituta Ecclesia vel xenodochium, vel Ptochotrophium, &c.*

PTOLOMARE, Regnare, imperare more *Ptolemeorum* Regum *Ægypti*, qui omnes ab Alexandro M. usque ad Cleopatram *Ptolemei* vocati sunt. Tabularium S. Severini Burdegali. *Anno millesimo ab Incarnatione Domini Jesu Christi septuagesimo, Indictione 8. Gregorii VII. PP. 9. nec non & Goscelino Prasule Burdigalensium archiepiscopante, Rege Francorum Philippo Ptoломante, Aquitanorum D. Willelmo pacem & justitiam docente, ego Iterius, &c.*

PTONGUS, Sonus, à Gr. πτόγγος. Carmen Hermanni de Musica apud Pezium in Præfat. tom. 1. Anecd. pag. XIII.

*Tertia junctorum sunt intervalla sonorum:
Nam nunc unisonas exæquat vocola Ptongos.*

Vide *Pneuma*.

PTUNGAR. Vide *Pertongar*.

PUBANTIA, Venditatio quæ puberem deceat. Barthol. in *Annal. Genuens.* ad an. 1243. apud Murator. tom. 6. col. 503. *Tamen Pisani Pubantiis pleni jactaverunt quod portum Janua cum galeis suis intrarent, & quadrellos argenteos quos fieri fecerant, sagittarent.*

PUBEDA. Vide *Pubeta*.

PUBELLIUS, πάβος, in Gloss. Lat. Gr. Vulcanius restituit, *Rubellius*.

PUBERALE, ἐφήβαιον, in Gloss. Gr. Lat. Pubes; pecten.

PUBESCENTIA, *Prima lanugo*, in Glossar. Gaspar. Barthii ex *Baldrici Histor. Palæst.* apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 179.

PUBETA, *Adolescens*, in Gloss. Isidori. Glossæ aliæ: *Pubeda, juvenis sine pube.* Alibi: *Pubeda, adultus.* Utitur *Martianus Capella* lib. 1. & 9. pag. 12. & 308. [Epitaph. *Burchardi Comit. tom. 4. Annal. Bened. pag. 610.*]

*Altera lux aderat, qua taurus sole flagrabat,
Dum Pubeda meat, altera lux aderat.]*

PUBLICALIUM, ut infra *Publicum*. Litteræ Ottonis III. Imp. in *Dissert. histor. de summo Apostol. Sedis imperio* in *Comit. Comacl.* edit. 1709. p. 19. *Comitatum Ferraria cum ripa & piscariis suis; nec non districtum Ravennæ cum portis, ripa, & portibus, muris, Publicaliis omnibus, &c.* Ubi leg. forte *Publicariis.* Vide in hac voce.

PUBLICANI. Vide *Populicani*.

PUBLICANUM. Vide in *Publicum*.

PUBLICANUS, ut infra *Publicus*, Judex publicus, nisi etiam ita legendum sit. Atto *Vercellens. Episc.* apud *Acher.* tom. 8. *Spicil. p. 127.* *Quidam in tantum libidini mancipantur, ut obscenas meretriculas sua simul in domo secum habitare, una cibum sumere ac publice degere permittant...* Hac occasione *Publicani clericorum domos irrumpunt, non ipsos, sed commanentes mulieres cum ipsis quos genuerant spurriis quasi sibi commissos extrahere simulantes. Id trepidant miseri, & munera quaque promittunt, & qui adorari poterant, cunctos adorare coguntur. Et qui omnium viriliter vitia declamare debuerant, de suis apud judi-*

- cem querunt licentiam.* Id etiam officii ad Publicum spectasse ex leg. Luithprandi, videsis in hac voce.
- ¶ **PUBLICARE**, nude pro Allegare, in jure sistere, apud judicem inducere, in Cod. Theod. leg. 11. tit. 30. de appellat. *Sciant sibi ex auctoritate legis istius non licere refutatoris tale aliquid ingerere, quod apud judicem non ausi fuerint Publicare.* Adde leg. 9. tit. 10. de petit.
- ¶ **PUBLICARE**, Actis inferere, l. nulli. 28. §. cum autem. C. de Episc. &c. apud Pancirol. lib. 1. var. lect. cap. 77. Vide *Publicus*.
- ¶ **PUBLICARIUM**, **PUBLICARIUS**. Vide infra *Publicum*.
- ¶ **1. PUBLICATIO**, *Publica direptio*, in Glossar. Gasp. Barthii ex Baldrici Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 163.
- ¶ **2. PUBLICATIO**, *Frequentia*, Gall. *Concours*. Acta S. Eparchii tom. 1. Jul. pag. 412. *Cœpit ipsa Publicatio seculi ei esse horribilis.*
- ¶ **PUBLICICE**. *Actum publice*, Clausula non in privatis modo, sed & regiis diplomatibus sæpius usurpata sub tertia stirpe Francica, aliquando etiam recepta sub Carolingis, sed rarior regnantibus Meroveadis, ut docet Mabillonius *Diplomat. lib. 2. cap. 27. num. 10.* Cujus vocis originem inde accersit, quod olim acta quævis authentica coram magistratu & judicibus publice conderentur, aut certe relegerentur ante conscripta. Hinc.
- ¶ **PUBLICUM** nude, pro Charta, diploma. Charta an. 1304. in Macer. Infulæ Barb. tom. 1. pag. 194. *De predictus Pontius de Guiziaco prior de Sallo- no, petit sibi nomine dicti dominis abbatis & monasterii fieri sibi Publicum.*
- ¶ **PUBLICIANA ACTIO**, Vox forensis, cujus vim declarat Glossa in cap. Abbate. de Sentent. & re judicata. in sexto. §. Dominii: *Si talis emptor, antequam usucapiat, à possessione cadit: petit rem à possessore. jure quasi dominii, & appellatur Actio Publiciana.* Si autem post usucapionem à possessione cadat, tunc non competit Publiciana, sed datur civilis actio, scilicet rei vindicatio secundum quosdam utilis, secundum alios directa. ff. de publ. 1. 1. Dicta est autem Publiciana à Publicio auctore, qui eam invenit, ut Institut. de Act. §. Aliæ. Hæc post Macros in Hierolex.
- ¶ **PUBLICITER**, Publice, [in Præcepto Ludovici Pii an. 820. apud Baluz. in Append. ad Capitul. Ch. 37.] in Capitulari Sueffionensi an. 844. cap. 2. edit. Baluzianæ: ubi aliæ editiones habent *publicitus*: & in veteri Placito in Vita Aldrici Episc. Cenoman. pag. 120. tom. 3. Miscell. ejusdem Baluzii.
- ¶ **PUBLICUM**, Tributum, vectigal, Græcis δημόσιον. Gregorius Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 44. *Alius quoque tributa publica deferens, sacculum pecunie, dum iter ageret, negligenter amisit. Adpropinquans autem civitati, recognoscit se amisisse Publicum quod ferebat.* Utitur etiam Historia Miscella, ubi Theophanes habet δημόσιον. [Vide in *Publice*.]
- ¶ **PUBLICARIUM**, Eadem notione. Gloss. Gr. Lat. δημόσιον, τελώνιον, *publicarium*. [In Castigat. ex MSS. *Publicanum*. Vocabul. utriusque Juris: *Publicaria dicuntur ea quæ ob aliquod delictum sic enorme in publicum ararium devolvuntur.*] Charta Friderici Imper. an. 1158. apud Ughellum to. 2. p. 518. *Cum porris, ... Publicariis, mercatis, stationibus, redditibusque villarum.* Alia Ottonis IV. Imp. an. 1209. ibidem p. 375. *Cum omni jurisdictione, cum Pado, ripis, piscariis, paludibus, stratis, viis, pascuis, silvis, & Publicariis universis, &c.* Occurrit ibi non semel.

- ¶ **PUBLICARIUS**, Publicanus. Julius Firmicus lib. 3. cap. 8. *Faciet etiam in omnibus actibus Publicarios.*
- ¶ **PUBLICUM**, Fiscus, ærarium publicum, ut in Pragmatica Sanctione Justiniani cap. 23. & apud Julian. Antecess. Const. 1. §. 1. 2. Constit. 30. 46. 89. §. 5. 6. [Leges Luithprandi apud Murator. to. 1. part. 2. col. 1. *De possessione, quam aliquis de Publico habet, &c. Infiscari ad Publicum*, fisco addici; ibid. pag. 59. col. 2.] *In publico componere*, id est fisco, in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 54. §. 1. & alibi non semel, in Legib. Popularib. Tassilonis cap. 2. &c. *In publicum revocare*, fisco addicere, confiscare, in Capitul. 1. an. 809. cap. 30. in Capit. 2. ejusdem anni cap. 1. lib. 3. Capitul. cap. 47. &c. Vide Vitam Aldrici Episc. Cenoman. p. 22. 24. 25. & alibi; præterea Notas ad Alexiadem pag. 262.
- ¶ **IMPUBLICARE**, *In publicum*, seu fisco redigere, confiscare. Charta Desiderii Regis Longobard. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 8. *Et dum ad aures Excellentia nostra pervenisset, fecimus eum apprehendere & in vincula mittere, & omnes res ejus, secundum quod edictum continet, pagina Impublicare.*
- ¶ **IN PUBLICO**, Palam, *En public*. Capitula Caroli Magni lib. 1. cap. 81. *Nec in Publico vestimenta lavare, nec berbices tondere habeant licitum*, in diebus Dominicis.
- ¶ **PUBLICUS**, Judex publicus. Lex Longob. lib. 2. tit. 51. §. 1. *Et si talis persona fuerit quæ non habeat unde componat, tunc Publicus debeat eum dare pro ser- vo in manu ejus cui culpam fecit, & ipse eidem serviatur sicut servus.* Tit. 55. §. 16. *Tunc Publicus debet eum dare in manus mariti sui, &c.* Lib. 3. tit. 13. §. 3. *Et hoc nullus Comitum aut Publicus potestatem habeat exigendi, nisi cum Misso Palatii Imperatoris.* Leges Luithprandi Regis tit. 110. §. 2. *Insuper & Publicus, in quo loco factum fuerit, comprehendat ipsas mulieres, & faciat eas decalvare.* Adde tit. 111. §. 1. tit. 119. §. 3. Leges Racheis tit. 3. §. 1. &c. Vide *Judex publicus, Palatium, Publicanus, Villa*.
- ¶ **PUBLICA FORMA**, Ufu & consuetudine recepta, authentica. Charta an. 1329. to. 2. Hist. Dalph. pag. 223. *Pramissa in notam recepta sic in Publicam formam redegi.*
- ¶ **PUBLICÆ PERSONÆ**, Quæ acta scribebant, l. orphanotrophos, cap. de Episc. & Cleric. apud Pancirol. lib. 1. var. lect. cap. 77.
- ¶ **PUBLICA SCRIPTURA** vel *Forensis*, Quæ fiebat, vel inferebatur actis, l. comparationes, cap. de fide instr. &c. ibid. Vide *Publicare*.
- ¶ **PUCABINA**, pro *Pictavina*, ut recte monet V. Cl. *Secousse*, in Consuet. Vernolii ann. 1365. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 644.
- ¶ **PUCATRIX**, *Ξέρτρα*, in Gloss. Gr. Lat. [In Cod. Sangerman. *Putatrix*: at legend. censet Vulcanius *Fucatrix*.]
- ¶ **PUCIOLUM VINUM**, Quod Latinis Lora seu aqua in vinaceis macerata, de qua Plinius lib. 14. cap. 10. ita Matth. Silvaticus.
- ¶ **PUCELLA**, Virgo, à Gall. *Pucelle*. Charta ann. 1494. ex Tabul. Massil. *Quod due Pucella sive virgines presentis civitatis Massilie bene ornata ponentur in logia domus villa. Puceleite*, in Poëmate de la Rose MS.
- Toutes herbes, toutes floeites
Que vallerous & Fuceleites
Vont en printeus és bois cuellir.*
- ¶ **PUCELLAGIUM**, sive *Virginitas*, apud Bractonum lib. 3. Tract. de Corona c. 21. §. 13. c. 28. §. 2. ex Gallico *Pucelage*, quasi *Puellagium*. [Hinc

in vet. MS. inter Plac. Mich. an. 19. Edwardi III. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. Puellagium idem quod Pucellagium sonat: *In placito pro raptu, sic continetur . . . quod ipsam de Puellagio suo felonice & totaliter defloravit.* Alii à Pulchellula vocem Pucelle deducunt, quomodo Italis Pulcella & Pulzella, est virgo.

¶ PUCTA, pro Puncta, Lingua terræ, Gall. Pointe de terre. Charta an. 1192. ex Cod. MS. Biblioth. D. Abbat. de Crozat: *Quod omnes rippa illa sicuti tenent à porta que dicitur Vitalis Carbonelli usque ad Puctam, qua est subtus pratum, ubi Brassellum conjungit cum Garona, erant publica.*

¶ PUDENTIA, αἰσχύνη, in Gloss. Lat. Gr. in Cod. Reg. Pudor, verecundia. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. ex Johan. de Janua: *Pudentia, Vergoingne.*

PUDHEPEC, Nemoris cæsis, in Legibus Henrici I. Regis Angli. cap. 38. ubi legendum *Wdhepec* censet Spelmannus, ex Saxon. *pdu*, & *pde*, silva, & *pec*, *cæsis*: picum enim avem, quæ arbores incindit, *spe*, vocant Angli, uti & segmenta, quæ in farciendis calceis futores appingunt. Nam licet *Pudhepec* præferant MSS. id natum putat ex affinitate literæ P. cum p. Saxonico.

PUDIMENTUM, αἰδέσιον, *Pudendum, penes*, in Gloss. Gr. Lat. & Lat. Græc.

¶ PUDIOLUS, pro Podiolus. Vide *Podium* 2.

¶ PUDITUS, pro Putidus, in Gloss. Isid. Vide supra *Blenones*.

¶ PUDOR, pro Putor, fetor, Gall. Puanteur. Gesta Episcop. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 245. *Ejus namque (Abraham Vicedomini) ut fertur, sepultura tota in circuitu per octo dies ardebat, & tota terra in circuitu flamma & igne consumebatur, & ingenti Pudore totum illud monasteriolum replebatur.* Formula 14. ex Baluzianis: *Non est homo, hic miser talis latrat, sed non ut canis, . . . fleumas jactat in Pudore, &c.*

¶ PUDORATUS, *Pudore suffusus; expudoratus, extra pudorem positus.* Joannes de Janua. Eccli. c. 26. v. 19. *Gratia super gratiam, mulier sancta & Pudorata.* Litteræ Philippi VI. Reg. Franc. an. 1328. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 207. *Imitantes Pudoratos filios Noë qui patris verecundiam nequeunt aquanimitate tolerare, &c.* Vide *Pudorificus*.

PUDORIFICARE, Pudore suffundere. Leges Baronum Scotior. seu Quoniam Attachiamta cap. 47. §. 7. *Quam terram teneri clamat hereditarie de Domino Rege . . . unde eum deforciassti, Pudorificassti, & damnificassti ad valorem talis summa.* Hinc

¶ PUDORIFICUS, ut *Pudoratus*, in Litt. an. 1378. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 42. *Urget Pudorifica sponsa Christi calamitas.*

PUDOROSUS. Gloss. Gr. Lat. αἰδέσιμων, *Modestus, Pudorosus, verecundus, pudens.*

PUDUCLARE, PEDUCLARE, Pediculis purgare, pediculos abstergere à vestibus. Glossæ veteres, editæ ab H. Stephano pag. 336. *Pediculo, φθειρίζω, Peduclat, φθειρίζει.* Ubi φθειρίζειν, non idem est quod φθειρίω, *pediculis scateo; sed pediculis purgo.* Sic in iisdem Glossis *Pulico, ψαλλίζω*, redditur, hoc est *pulicibus purgo.* Gloss. Græc. Lat. φθειρ, *pediculus; φθειρίως, peduculosus; φθειρίασις, peduculatio; φθειρίζω, peduculo.* Ita in MS. unde fortassis apud nos *Esplucher*, quod idem sonat: nisi probabilius videatur eorum sententia, qui à pelliculis, seu pellicis, quas *peluches, & pluches*, nostrates vocabant, accersunt, quas qui vellicant & abstergunt, *esplucher* dicuntur. Regula Magistri cap. 81. *Habere debent fratres in hieme paraturam grossam quotidianam stamineam,*

& tunicam aliam nocturnam, quam post nocturnos Puduclent, quia in die diversis occupantur laboribus. Hic hæret eruditus Glossator. Vide Casaubonum ad Theophrasti characteres pag. 326.

¶ PUEGA, Funis nautici species. Informat. de passagio transmar. ex Cod. MS. Sangerm. *Item debet habere ipsa navis duas Puegas & vi. gratillos & sarciam subtilem, &c.*

¶ PUELLA nude, pro Puella honoraria. Testam. Ermentrudis in Liturg. Gall. p. 463. *Vinea quam Vincimalus in monte Vultoricino colit, & Puella, nomine Sunnechilde, & ancilla nomine Iveria . . . habere jubeo.*

¶ PUELLÆ FAUSTINIANÆ, in numismate aureo & argenteo Faustinae matris quod exhibet *Vaillant* tom. 2. Numismat. præstant. pag. 174. His lucem affert Capitol. in Antonino Pio: *Puellas alimentarias in honorem Faustinae Faustianas constituit.* Idem in Marco Aurelio: *Novas Puellas Faustianas instituit in honorem uxoris mortuae.* Ejusdem conditionis erant *Puelle Manimeana* quas instituit Alexand. Severus. Inscript. apud Gruter. 1084. 7. meminit *puerorum Puellarumque Ulpianorum* in honorem Trajani institutorum. Vide *Vandal. Differt. 1. cap. 11. pag. 164.*

¶ PUELLA ILLUSTRIS inscribitur Catharina Imperatrix CP. in Charta ann. 1301. ex Cod. Colbert. 2591. *Excellentissima ac nobilissima Katherina Dei gratia Imperatris Constantinopolitana Illustris Puella, &c.*

PUELLA, Cognominatus Guillelmus Abbas Fiscanensis pro decore, inquit Ordericus Vitalis lib. 11. Huc refer versus sequentes:

*Dum dubitat natura marem faceretne Puellam,
Factus es, ò pulcher, pene Puella puer.*

¶ PUELLARE, Monasterium puellarum. Tabular. S. Benedicti Floriac. *Caterorum omnium medietatem cum ecclesia volo donetis sancto Andochio Puellare ad lumen.*

PUELLARIUS, παιδερωνης, in Gloss. Gr. Lat. MS. Perperam in edito pullarius. *Fragm. Petronii: Imo etiam Puellarius erat, omnis Minerva homo.* [Vide *Puerarius.*]

¶ PUENCHATGE, Idem forte quod *Puginata*. Tabul. Vosiense fol. 79. *Damus Deo & S. Petro Vosiensi in manu domini Ademari abbatis tres minas de Puenchatge de la Comba de bracchar, &c.*

¶ PUEPLARE. Vide *Praplare.*

PUER, Homo, famulus cujuslibet ætatis, subditus: quomodo apud Athenienses παιδαε servos & famulos appellatos docent Ammonius in παιδ'ων, & Moschopus lib. περὶ σχεδῶν p. 135. S. Ambrosius de Abraham lib. 1. c. 9. *Pueros dicimus, quando servulos significamus, non atatem exprimentes, sed conditionem.* [Vita S. Dominici Loricati sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 150. *Puer quidam despicabilis, qui ad exsequendum quodcumque negotium in administratione remansit, &c.*] Ita utuntur interpres Biblior. Gen. 24. &c. S. Augustinus lib. de Civitat. Dei c. 2. Lex Burgund. tit. 49. §. 4. tit. 76. §. 1. 4. [Lex Ripuar. tit. 53. §. 2.] Lex Salica tit. 14. §. 6. Gregorius Turon. lib. 2. Hist. c. 2. 24. 37. lib. 5. cap. 3. lib. 6. cap. 2. lib. 1. Mirac. cap. 78. lib. 2. cap. 16. de Glor. Conf. cap. 66. de Mirac. S. Martini cap. 29. Paulus Varnefrid. lib. 3. de gestis Longobard. cap. 8. 12. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 108. §. 1. Aimoinus lib. 1. Hist. Franc. cap. 10. 12. lib. 2. cap. 6. 11. 15. lib. 3. cap. 40. Brompton. an. 1009. & alii passim.

¶ PUER MINISTERIALIS expreſsius dicitur in *Fragm.*

- Fragm. Epist. Pelagii I. PP. apud Baluz. tom. 5. Miscell. p. 466. *Nec enim ejusdem estimationis est artifex & ministerialis Puer contra rusticum vel colonum.*
- ¶ PUERI BONI, Scholares pauperes. Charta ann. 1377. apud Miræum tom. 1. pag. 783. *Post varias considerationes habui specialem devotionem ad opus pium, & ut spero fructuosum faciendum, videlicet unam domum pauperum puerorum scolarium, qui in aliis locis Boni Pueri, & vulgariter Bons Enfants nuncupantur.*
- ¶ PUERI DOCTRINÆ, Eadem notione, qui in Collegio, quod *Domum doctrina* vocant, instituuntur. Vide Limborch. Hist. Inquisit. lib. 4. c. 41.
- PUERI MONASTERII, Symphoniaci. Vide supra in *Infantes.*
- PUERI, dicti filii Principum. Vide in eadem voce *Infantes.*
- ¶ PUER, Miles. Gregor. Turon. lib. 2. Hist. c. 11. *Procedant duo de nostris in campum, & ipsi inter se confligant. Tunc ille cujus Puer vicerit, regionem sine certamine obtinebit.* Infra: *Confligentibus vero Pueris, pars Vandolorum victa succubuit, interfectoque Puer, placitum egrediendi Transimundus spondit.* Vett. aulae Bajoc. *Hic Odo Episcopus baculum tenens confortat Pueros; id est, decertantes excitat.*
- PUER, pro Mancipio, occurrit non semel in Diurno Roman. c. 6. tit. 14. 16. 17. 18. c. 7. tit. 16.
- PUER, Filius, quomodo Gallis *Enfans* dicuntur. Gregorius Turon. lib. 6. Hist. cap. 35. *Nuntiat Regina Puerum, qui mortuus fuerat, maleficiis & incantationibus fuisse subductum.* Wichbild Magdeburg. art. 91. *Occidatur si unus quum tres vel plures haberet Pueros, &c.* Occurrit ibi pluries. Charta an. 1080. *Pantaleon de Britolio... cum uxore sua Aadelä, & tribus Pueris suis, videlicet Petro, &c.* [Charta Johannis primogeniti Philippi VI. Reg. Fr. an. 1346. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 450. *Nos erimus verus & legalis amicus nostri carissimi & boni dilecti fratris, domini Caroli de Bohemia, Dei gratia Regis Romanorum, & Puerorum suorum presentium & futurorum.*]
- ¶ PUERI, dicti Clerici minores. Charta Girberti Episc. Paris. an. 1122. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 59. *Signum Girberti episcopi, Berneri decani, Ada pracentoris, ... Petri subdiaconi, Alberti subdiaconi, Ansellii Pueri, Andreae Pueri, Manasse Pueri.* Occurrit rursus in Charta an. 1133. ibid. col. 2. *Huc etiam spectat Capitul. Aquisgr. c. 70. Et ut schola legentium Puerorum fiant. Psalmos, notas, cantus, compotum, grammaticam per singula monasteria vel episcopia discant... Et Pueros vestros non sinite eos vel legendo vel scribendo corrumpere.*
- PUERALIS, PUERALIUS, *παιδαίσιμος*, in Gloss. Gr. Lat. [in Cod. Sangerm. *Puerilis.*]
- ¶ PUERARIUS, *παιδαγωγός, παιδαγωγός*, in Glossar. Latino-Græco.
- ¶ PUERARIUS, adject. Puerilis. Guibertus in Vita sua lib. 1. cap. 14. *Tandem matri rem prodidi, qua Puerariam levitatem verita, tanta ab hoc proposito me ratiocinatione rejecit, &c.* Idem lib. 3. cap. 12. *In Andegavensi urbe femina quadam erat, que puellula nupserat, in qua Pueraria atate annulo qua digitulo inse-*
ruebat, &c.
- PUERASTER: Gloss. Græc. Lat. *παισταίς*, juvenis, Pueraster.
- PUERICELLULI, Camerarii, cambellani, seu qui vulgo Gallis, *Valets de Chambre* dicuntur. Vita S. Fructuosi num. 2. *Cumque aliquanto tempore sub illius degeret regimine, provenit, ut quodam die possessionem Ecclesia ingressi, ipsius praeuntes Puericelluli, cum ei ad manendum hospitium praparassent, &c.*

- ¶ PUERIGER, Pueros generans. Fulgent. Mythol. lib. 1. *Semina Puerigera visceribus infundere.*
- PUERITER, In modum pueri. Historia Translat. S. Bathildis, num. 6. *Et quia audierat dictum, quæpetieris puro corde, & non hasitaveris, continuo confeceris: deprecatus est Pueriter, & consecutus est celeriter.*
- ¶ PUERITIA, Novitas, Gall. *Nouveauté.* Præceptum Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1157. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. col. 42. *Ad quæ (documenta) renovanda, & quadam novæ scripturæ Pueritia conveniunda providus ejusdem ecclesie patronus & dignissimus Archiepiscopus Berengarius humiles nostræ serenitati preces porrexii.* Vide infra *Puerus.*
- PUEROSUS, *παιδός*, in Gloss. Gr. Lat.
- PUERPERIUM, Partus, foetus. Abdias Babylonic. lib. 3. Hist. Apost. pag. 37. *Crede nunc Jesum Christum Filium Dei, & projice Puerperium: veruntamen mortuus egredietur, quod indigne concepisti. Hac ut mulier credidit, egredientibus cunctis de cubiculo, projecit partum mortuum, & ab omnibus laboribus liberata est.* [Vox nota Suetonio.]
- ¶ PUERPERIUM, Os uteri, apud Burchardum Vormac. de Poenit. lib. 19. fol. mihi 278. vº. *Fecisti quod quadam mulieres facere solent? Tollunt pisces vivum, & mittunt eum in Puerperium suum, & tandem eum ibi tenent, donec mortuus fuerit, & decocto pisce vel affato, maritis suis ad comedendum tradunt, &c.*
- ¶ PUERPERIUM quid sit in Ordinar. Eccles. Lexoviensis, exponitur ad diem Nativit. Domini: *Ante majus altare Puerperium ponitur, scilicet quadam touallia super coissinum & textus eburneus.*
- ¶ PUERUS, adject. Novus, recens, juvenilis, puerilis. S. Paulinus de S. Felice Natal. 10. *Fronte juventutis tegitur fucata senectus: In Pueram faciem veterana restoruit etas.* Vide *Pueritia.*
- ¶ PUGA, Collis, eadem notione qua *Podium* 3. Vide in hac voce. Notitia an. 832. in Append. ad Marcam Hispan. col. 769. *Et inde vadit ipse terminus per rigo Ferrario usque ad ipso Palaciolo à Castellano condam edificato, & ascendit in Pugas & super Clota Boso.* Vide *Puialis & Pujus.*
- PUGIL, *Campio*, in Foris Bigorrensibus art. 20. Tabular. S. Germani Paris. sub Hugone: *Godefridus quidam de sancto Germano Pugilem suum Robertum & suos obsides coram assistente multitudine nobis exhibuit. Godefridus vero de Braviler neque pugilem, neque obsides suos exhibuit, nec ea die comparuerunt in Curia nostra, propter quod ei diximus, ipsum decidisse à causa.* Vide *Campio.*
- ¶ PUGIL, adject. Athleticus, robustus, validus, in Chron. Trivetti ex Epist. Petri Blesenf. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 434. *Arcuati pedes, equestres tibia, thorax extensor, lacerti Pugiles, virum sortem, agilem & audacem denuntiant.*
- PUGILARE, Duello contendere. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 14. *Is contra datis vadibus bello eum Pugilaturus impetii.*
- ¶ PUGILLARI, Pugnis, seu pugilis more luctari. Apuleius de Deo Socrat. *Itidem si Pugillari valide velis; brachia vegetanda sunt, quibus Pugillatur.*
- ¶ PUGILATOR, *παγκρατίας*, in Gloss. Lat. Gr. Pugil. Arnobius lib. 1. *Tyndarida Castores, equos unus domitare consuetus, alter Pugilator bonus, & crudo inexpugnabilis castu.*
- PUGILLARES, inter ministeria sacra, quæ Pontifici ad stationem procedenti præferbantur, recensentur: quos eisdem esse censet Panvinius cum fi-

stulis, aureis vel argenteis, quibus Fideles sacrosanctum Christi Sanguinem hauriebant, quarumque solus Romanus Pontifex usum adhuc observat. In ea sententia est perinde Cassander in Liturgicis pag. 53. *Inter instrumenta sacra, quae Pontifici ad stationem procedenti praeferebantur, numerantur Pugillares aurei sive argentei. Videtur autem ea atas Pugillarium nomine intellexisse stylos sive graphia, sive etiam pennas vel calamos, & ex hac similitudine fistulas sive cannas, quibus sanguis à Dominico calice exugebatur, cum proprie Pugillares sint ipsa tabula in quibus scribi consuevit, quae Graece *πυγίλλαι* dicuntur. Ordo Romanus: Archidiaconus accepto de manu illius calice, refundit in scypho... & tradit calicem Subdiacono regionario, qui tradit ei Pugillarem, cum quo confirmet populum. Alibi: Aquammanus, patenam quotidianam, scyphos & Pugillares, & alios aureos, & gemelliones, &c. Rursum: Hoc officio juxta altare peracto, & Pugillari cum quo confirmetur populus per Subdiaconum regionarium jam accepto, &c. Alio loco: Patena, calices & scyphi, atque Pugillares aurei & argentei, amula argentea, &c. [Gloss. Lat. Gr. Pugillares, *πέλλαι*, *πυγίλλαι*. Consule Cardin. Bona in Liturg. Vide praeterea *Canna argentea* in *Canna* 4. *Nasus*, & *Martini Lex.*]*

PUSILLARIS, pro *Pugillaris*, Eadem, ni fallor, notione. Charta Heccardi Comitis Augustodunensis, ex Tabulario Perfiacensi in Burg. p. 26. *Una surcella aurea cum Pusillares duos, & illo balteo minore cum gemanis, &c.*

PUGILLARIUS, Pugillares, [Gallice *Tablettes pour écrire.*] Synodus Hibern. to. 9. Spicil. Acher. pag. 24. *Pugillarius sit (Princeps) ad scribendum, [liber sit ad legendum, speculum sit ad conspiciendum, &c.]*

PUGILLATA, Quantum pugillo continetur, Gall. *Poignée*. Ceremoniale Romanum Cencii Cardinalis: *Electus accipit de gremio Camerarii tres Pugillatas denariorum, & projicit dicens, &c.*

PUGILLATOR, Qui de manu in manu nummorum aliquid subtrahit. Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. *Poingneur*, in Statuto ann. 1320. to. 2. Ordinatio Reg. Franc. pag. 581. dicitur qui ex officio moruas computant, quae binæ numerantur, quod nostri *Poignée de moruë* vocant: *Li quatre preud'hommes qui gardent le mestier, doivent mettre & establir les conteurs & les Poingneurs.*

PUGILLONES, Pugillatores, in Gloss. Isid.

1. **PUGILLUS**, Modus agri. Tabular. Casauriense: *Terram petiam unam per mensuram quartarum sex, & aliam petiam per mensuram sextarium unum, & Pugillos sex.* Passim in hoc Tabulario. [Chronic. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 457. *Item in territorio Asculano in una petia ad Subvenam modiorum VIII. in alia sextarios VIII. & Pugillos IIII. in alia Pugillos VI. in alia sextarios VI. & Pugillos VI. Omnes insimul modia XV.*] Vide *Pugneriata*.

2. **PUGILLUS**, vel **PUGILLUM**, Alia notione, apud Laurentium de Leodio in Histor. Episcop. Virdunensium pag. 288. *Sub eo ista Ecclesia amisit tria pretiosa pallia, duas magni pretii cappas, duo candelabra argentea sex marcarum, foratagia (foragia) vini civitatis, & Pugillum.* [Necrolog. Eccl. Tulensis, ubi de Gerardo II. Episc. *Gerardus electus Tulensis dedit medietatem Pugilli ipsius civitatis.* Idem videtur quod jus mensurae vel *moltae*, Penfitatio scilicet quam à vassallis exigit dominus pro frumenti mensura vel molitura in molendinis suis. Vide in *Puginata*, & *Pugnanderia.*]

PUGINATA, **PUGNEIA**, *Pugillata*, Gallis nostris *Poignée*. Vetus Martyrologium S. Catharinae de

Valle Scholasticorum Parisiens. *Item pro animabus omnium servientium Regis arma gerentium, pro quibus, & ad quorum petitionem Ecclesia nostra cepit edificari, prout in litteris Episcopi plenius continetur: proinde dicti servientes de voluntate dicti Regis ordinarunt inter se, & quilibet Serviens Regis arma gerens, qui tunc erat, & etiam futurus, daret nobis in eleemosynam, quamdiu viveret, & Regi serviret, Puginatas suas, videlicet in qualibet quarta decima per anni circulum quatuor denarios, hoc est per annum decem solidos, & quatuor denarios. Hoc autem dederunt nobis ad sustentationem unius fratrum nostrorum, qui pro servientibus, qui jam decesserant, & post decedentibus cotidie unam Missam de Requiem in Ecclesia nostra celebraret.* Diarium Thesauri Regii incipiens an. 1297. 12. Junii an. 1300. *Nomina Militum de Consilio Regis, à quibus retribuimus Pugneias, quando solvimus eis vadia sua Parlamentorum, quas non reddidimus usque nunc. Ordinatio Hospitii S. Ludov. Regis ann. 1261. Valleti camera, quilibet 6. den. per diem, unam prebendam avena loco liberationis & Pugneiaram... & vult Dominus Rex, quod omnes Pugneia erogentur ad voluntatem ipsius per manum Eleemosynarii. Occurrit ibi pluries. In Computo Barthol. du Drach Thesaurarii Guerrar. an. 1339. & 1340. crebri articuli, qui *Militem*, aut *Scutiferum* spectant, his verbis clauduntur: *Somme des gages, &c. & il a eu par 6. lettres compt. en droitures & Poignies 130. livres, &c.**

Ex his minime obscurum est per *puginatas* vel *pugneias* significari aliquid ex iis rebus, quae in aula regia ministrantibus nomine *liberationis* suppeditabantur, maxime vero ea voce indigitari opinor candelarum fasciculos quos *Pognée de chandoille* constanter vocat Philippus V. in Statuto pro Hospitio suo ann. 1317. ex Cod. MS. Sangerm. *Le Chancelier ... aura livraison de chandoille, 1. septem, 1. cinquein, 11. guayers & une Pognée de menue chandoille. Infra: Les Chapelains ... auront tous trois livraison de chandoille, 11. guayers & une Poignée de menues.* Rursum: *Les Sergens d'armes ... n'auront que 111. guayers & demi Pognée de menue chandelle.* Pluries ibi.

Aliud sonat vox *Puignere* in Consuet. Baion. tit. 23. art. 10. Ibi enim accipitur pro ea farinae parte trium scilicet librarum, quae molitori ratione salarii debetur: haec *la dix-huitieme Puignere de la conque* dicitur loco laudato. Vide *Poinanderia*, *Pugillus* 2. & *Pugnanderia*.

PUGINUS, Pullus, Gall. *Pouffin*. Codex censualis Castellionis Dombensis an. 1463. *Debet unum Puginum & quartam partem alterius Pugini.* Vide *Pulcinus*.

PUGIO, Acumen, Gall. *Pointe*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii c. 64. pag. 177. *Instrumenta vero ferrea, quae triplici Pugione calcantium pedibus minabantur dispendia, istac sepultis tabulis infixa, illac in tellure fuerant non rara vicinitate plantata.*

PUGIUM, Collis. Vide *Podium* 3.

PUGIUS, ut *Pulcinus*, pullus, in Cod. censuali Calomontis. Vide *Puginus*.

1. **PUGNA**, Pugni ornamentum, Gallice *Poignée*. S. Audoenus in Vita S. Eligii apud Duchesnium tom. 1. pag. 629. *Quotiens brachile aureum, Pugnique auro gemnisque comptam sibi subripuit (Eligius) tantum ut miseris subveniret?* Alii *Pungam* legunt. Vide in hac voce. *Poingniau*, eadem, ut videtur, notione, in Computo an. 1237. ex Bibl. Regia: *Pro duabus paraturis ad albas, & fanons, & Poingniaus, VIII. l. v. s.*

- ¶ 2. PUGNA, f. pro *Punga*, à verbo *pungere*, instrumentum aliquod in acumen desinens, quo *cappa* aliæque vestes clauduntur. Inventar. ornament. Eccl. S. Victoris Massil. *Duas tunicas pontificales de samito rubeo & clauduntur Pugna, cum cordela viridi, cum acu argenteo.*
3. PUGNA, Duellum, monomachia, seu iudicium duelli. Lex Longobard. lib. 2. tit. 55. *In quibus causis Pugna prohibeatur, vel fieri debeat.* Passim toto titulo. Ad del. 1. tit. 9. §. 23. tit. 25. §. 49. 51. lib. 2. tit. 35. Capitula Ludovici Pii an. 824. cap. 9. *Quod si nulla pars alteri cesserit, jurent & Pugna probetur illorum testimonium.* Charta Widonis Imper. ann. 892. *Sicque in omnibus rerum Ecclesiarum causis, quibuscumque legali disceptatione tantum exorata fuerit, ut Pugna aut testibus dirimatur,* apud Ughellum tom. 2. pag. 122. [Charta an. 1115. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 314. *Dicens quod prænominata capella cum omnibus prædictis rebus pertineret ad ecclesiam S. Justina de civitate Padua per cartulam unam, ... & partem ecclesie S. Zacharia eam disvestisse, & inde Pugnam velle se facere dicebant.*]
- ¶ PUNNA, Eadem notione, in Notitia ann. 971. apud eumd. Murator. ibid. pag. 152. *Tunc interrogati fuerunt, si hoc adprobare voleret per Punna, quod ipsa cartula falsam esset; ipsi dixerunt, quod ita voleret. Tunc per iudicium dedit wadia jam dicto Martino per Punna clarisendum, qualiter ipsa cartula falsa eset. Et ipse Vivencius advocatus eorum dedit wadia per Punna defendendum ... Ideo ecce me paratum cum Evangelia, & scuto, & suste, eadem Punna faciendum, qualiter ipsa cartula falsa eset. Ubi observanda quæ ad duelli ritus hic spectant. Plura vide in v. Duellum. Poigneis, Pugneis,* apud Poetas nostrates, pro pugna, conflictus, ictus. Le Roman de Vacce MS.
*Renouf vit le grand Poigneiz,
Et vit les grans abateiz.*
- Le Roman d' Athis MS.
*Là ot estrange Poigneis,
Et de hanches grant froisseis.*
- Le Roman de la guerre de Troyes MS.
*Tant parsu grans les Pugneiz,
Et des lances li ferreiz.*
- Ibidem:
*Et por fere ses Pugneiz
Avoit ses garnimens gerpiz.*
- ¶ PUGNARUM EXPURGATIO, Duelli emenda seu multa, quæ domino debebatur. Diploma Frederici Ducis Austriae ann. 1243. apud Ludewig. to. 4. Reliq. MSS. p. 226. *Alias vero quascumque causas pecuniarias, sive prædiales, sive in personas, sive in damna, sive bannos, Pugnarum expurgationes, quaslibet obventiones, scilicet: losunge, ubervanch, gramlos, nocturnos dolos, haferban, in prædiis suis & personis officiales Ecclesie exequantur, ita ut actor semper forum rei exequatur.*
- PUGNARE, Duello rem dirimere, in Legibus Burgund. tit. 45.
- ¶ PUGNABILIS, Pugnax, bellicosus. Sallas Malaspinae de Reb. Sicul. apud Baluz, tom. 6. Miscell. pag. 297. *Cum hoc quidam Alkerucius de sancto Estachio vir animosus & valde Pugnabilis, &c.*
- PUGNANDERIA, Pugillata frumenti vel farinae, quæ debetur Molendinario. Vide in *Formiscare.*
- ¶ PUGNATORIA, Eadem notione, in Charta ann. 1414. ex Schedis Præf. de *Mazanges*; Provincialibus etiamnum *Pouignadouiro.*
- PUGNEIA. Vide *Puginata.*
- PUGNERIA, Annonariae mensuræ species, idem Tom. V.

- forte quod *Puginata.* [Vasconibus *Pugnera lon gran.*] Regestum Delphinatus apud Dionysium Salvain-gum Boissium lib. de Placito Dominico pag. 62. *Item computat magis recepisse ab heredibus Guill. Martini quondam, & qui heredes faciunt anno quolibet Domino unum sestarium, & duas Pugnerias pro duplici censu pro presenti anno, de quo computat 2. sestaria, 4. Pugnerias frumenti.* Occurrit ibi pluries. Vide *Pugneria.* Hinc
- PUGNERIATA, Modus agri apud Occitanos, unius *pugneria* fementis capax. Charta Occitana an. 1300. ex Regesto Tabularii Regii: *Item ex venditione ipsi facta per Guillelmum Veladerium unam Pugneriatam terra juxta bordam dicti Prioratus, &c.* Vide *Pugillus* 1. & *Punneyrata.*
- ¶ PUGNERIA, ut supra *Pugneria.* Transactio inter Abbatem & Monachos Crassenses ann. 1351. ex lib. viridi fol. 53. *Dare debet (abbas) unam libram farinae frumenti, sed loco istius farina datur modo una Pugneria pizorum.*
- ¶ PUGNIRE, PUGNITIO, pro Punire, punitio, apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. pag. 860. & Perard. in Burgund. pag. 338. & alibi passim.
- PUGNIZARI, Pugnis cædi, in Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. pag. 756.
- ¶ PUGNUS. Cum *Pugno* habere, si mendum non est; forte idem sonat quod duello aliquid obtinere. Charta Henrici Comit. an. 1312. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. p. 266. *Nos Henricus ... vendimus honorabili ... preposito & conventui Ecclesie Riechenbergensis ... unum mansum nostra proprietatis ... quem olim Conradus cum Pugno habuit.*
- ¶ PUIALIS, Collis, ut *Podium* 3. Charta an. 890. in Append. ad Marcam Hispan. col. 825. *Concedo illi & omni sua parrochia ad empramenta & sua jura infra hos terminos, à colle scilicet de Spolla, & sicuti ascendit per ipsum Puialem de Beders, &c.* Vide *Puga & Pujus.*
- ¶ PUJATORIUM, ut *Puialis.* Inquesta an. 1262. ex Tabular. Burdigal. *Item dicimus quod à Pujatorio S. Michaelis usque ad esterium S. Crucis non fiant domus.*
- ¶ PUJERA, ut supra *Pugnanderia.* Chartar. Eccles. Auxit. *Ut molerent in omnibus molendinis quos habeo sine Pujera, nec darent inde pretium.*
- ¶ PUIIFICATIO. Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 169. *Ut addam Puificationem pratorum, herbagiorum, & aliorum fructuum, vel costume, vel pagii, vel colini, vel aliorum hujusmodi, quæ debent emendari vel persolvi.*
- ¶ PUJUS, Collis, ut supra *Puialis.* Charta an. 1067. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 258. *Vendimus vobis jam dictum comitatum ... cum totis aliis honoribus, & usaticos, & totum eremum, vel condiretum, & Pujos, & rochas, & sylvas, &c.* Vide *Podium* 3. & *Puga.*
- ¶ PULAGIUM, PULLAGIUM, Præstatio vel tributum ex pullis. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 22. vº. *Quisque reddit IV. minas brasii, & II. solid. & IV. placentas, & IV. gallinas, & III. gallinas de Pulagio.* Ibid. fol. 23. *Reddunt ... XI. gallinas de Pulagio.* Vide infra *Pulcinus.*
- ¶ PULCHRÆ VIRGINIS EQUITES, Ordo militaris pudori fortunisque nobilium feminarum tuendis potissimum institutus à Johanne Boucicaut Franciae Marescallo, cum matronæ plures apud Carolum VI. Regem conquestæ essent de illatis sibi injuriis à viris potentibus, quibus repellendis neminem patronum & adiutorem habebant. Vide Selden. de Tit. honor. part. 1. cap. 3.
- PULCHRARE, Decorare, Ugutioni.

PULCHRIFACERE, Pulchrum facere, Gallice *Embellir*. Paulus Diacon. Emeritensis de Episcopis Emeritensibus in S. Masona cap. 1. *Moribus sanctis ornatus, habituque magni decoris Pulchrisatus.*

¶ PULCHRIOR HOMO DE MUNDO, Phrasif Gallica, *le plus bel homme du monde*, Pulcherrimus. Articuli contra Episc. Apam. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1333. *Idem de Rege nostro dicebat ipse Episcopus, qui (quia) ipse est Pulchrior homo de mundo, & tamen nihil scit facere, nisi respicere homines.*

¶ PULCHRITER, Pulehre, honorifice. Tabular. S. Sulpitii Bituric. *Si infra decem leugas mortuus fuerit, Pulchrither me deferatis & sepulture tradatis.*

PULCINUS, Pullus, Gallice *Pouffin*, *Ponlet*. Petrus Damian. lib. 6. Epist. 21. *Una illorum duos Pulcinos suis uberibus supposuit, & tandem inter vestem & carnem, donec omnino putrescerent, occultavit.* [Charta Caroli Crassi an. 884. apud Calmet. inter Probat. to. 1. Hist. Lothar. col. 318. *Constituimus... exhiberi convivium... ad quod dentur... pulli XII. Pulcini VIII. &c.*] Vetus Placitum ann. 1113. in Tabulario Ecclesie Viennensis fol. 70. *Hanc tamen consuetudinem habet predictus R. & antecessores ejus in terra ista, unum Pulcinum, & cartallum avena censualem, & alium de tolti, & fugaciam 2. denariorum, & 6. denarios pro porco, & 3. operarios in vineis suis, & duas gerbas ad caballos suos.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 81. *Istud servitium reddit homo de curtali suo, & de vineis, quas habet ad quarteronem: & de prato reddit etiam duos Pulcinos (sic) ad messes, & unum caponem ad Quadragesimam intrantem.* Fol. 7. *Per vindemias 7. Pulcinos, & 3. panes, &c.* Ibidem: 1. *cartallum de sabis, & 2. focacius, & 4. Pulcinos, obra & manobra.* Ita pag. 109. Joannes Molinetus pag. 57. *Pouffins, Pourceaulx, Pelerins, Pastoureaux.*

¶ PULEBRUST. Vide *Puleprust*.

PULEDRUS. Vide *Poledrus*.

¶ PULEGIUM, ut *Polyptychum*. Vide ibi.

¶ PULEJATUM, Vinum puleio five pulegio conditum, apud Lampridium in Heliogabalo c. 19.

PULEPRUST. Lex Alemannor. tit. 65. §. 7. *Si autem brachium fregerit, ita ut pellem non rumpat, quod Alamanni Puleprust dicunt, ante cubitum cum 3. sol. componat.* Lex Bajwar. tit. 3. cap. 1. §. 4. *Sios fregerit, & pellem non fregit, quod Puleprust dicunt, &c.* [Pulebrust, in quibusdam Codd.] ex Germ. *Bule*, five *Beule*, tumor ex percussione, & *Prust*, fractura five ruptura; [Brust, eadem notione, adhuc dicunt coloni Anglici, teste Spelm.] Vide Baluzium tom. 2. Capitul. pag. 1007. 1014.

PULESLACH, PULISLAC. Lex Alemann. tit. 59. *Si quis alium per iram percusserit, quod Alamanni Puleslach dicunt.* Lex Bajwar. tit. 3. c. 1. §. 1. *Si quis liberum per iram percusserit, quod Puleslac vocant.* Ita tit. 4. §. 1. Vox formata ex *Bule*, tumor ex percussione, & *schab*, percussio five verberatio, unde *Durslach* in Lege Frison. Angli etiam hodie *alash*, pro verberare, usurpant, & *to lash*, pro verberare, flagellare. Vide Baluzium in Notis ad Capitul. pag. 1006. 1014.

¶ PULETARIUS, Pullorum seu gallinarum venditor, Angl. *Poulterer*, Gall. *Poulaillier*. Johann. de Trokelowe Annal. Edwardi II. Reg. Angl. p. 32. *Hujus igitur provisione per omnes comitatus Anglia publicata & gravi pena in Puletarios & alios anxionarios, Londoniis & alibi provisionem non observantes, inflata.* Vide *Pulletarius*.

¶ PULETICUM, PULETUM, ut *Polyptychum*. Vide in hac voce.

PULIA. Charta Henrici II. Regis Angl. pro Monasterio de Bernaio in Norman. in 106. Regesto Tabularii Regii ch. 84. *In terris & decimis, & silvis, in aquis & stagnis & moleudinis & solariciis, & in aliis molendinis & Puliis, in vivariis & piscariis, &c.* [Vide *Pulla* 1.]

PULICARE. Vide *Puduclare*.

¶ PULINUS, Pullus equinus, Gall. *Poulain*. Testament. Ermengaudi Comit. Urgell. an. 1010. in Append. ad Marcam Hisp. col. 974. *Et per captivos uncias quinquaginta de auro & ipso Pulino quod emi viginti uncias.* Vide *Poledrus* & *Pullani* 1.

¶ PULISCLAGI. Vide *Pluslaib*.

PULITAS, in Formula 14. ex Baluzianis: *Incredulas dicit loquelas, & improbub coinquinat, & conscientias bonum merito conquistat, mundas, sanctas, & antiquas, pulchras, firmissimas, & Pulitas meas rumpit anutatos, &c.* Quis Oedipus haec interpretetur?

1. PULLA. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 722. *Et unam Pullam quae vocatur Waysoers, cum prato ex una parte, &c.* Mox: *Cum omnibus libertatibus & pertinentiis, & Pullis, & quidquid predictis piscariis necessarium fuerit ad ardendum & adificandum in cbacia nostra.* Rursum: *Et medietatem unius gurgitis ubicumque eligere voluerint adificare, & Pullas facere, &c.* [Vide *Pulia*.]

¶ 2. PULLA, Pullastra, Gallina, Gall. *Poule*, *poulette*. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 125. *Jarnogotus monachus S. Vincentii... de solo Fulcone emit dimidiam olcam de furno & dimidium boscum Warnerii; indeque habuit Fulco VI. solidos, & mater ejus unum sextarium frumenti, & Stephanus unam Pullam, & tres sextarios silliginis.*

PULLÆ, *Monilia*, vel torques camelorum, in lib. Judic. Ita Glossæ Biblicæ MSS. Thuani.

¶ PULLAGIUM. Vide *Pulagium*.

1. PULLANI, Pulli equini, Gallice *Poulains*. [Charta an. 1202. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 1040. *Dederunt fratribus nominatis (Grandimontensibus) sexaginta solidos in Pullanis de S. Prisco percipiendos pro vestimentis eorum.*] Will. Thorn. in Chronico: *Decimas vini, vitulorum, Pullanorum, agnorum, porcellorum, &c.* Compotus Ballivor. Fr. an. 1250. *Expense pro custodia Pullanorum Domini Regis.* Alius an. 1251. *Petrus de Chambliaico & Petrus Rufus custodes Pullanorum.* In Monastico Anglic. to. 1. pag. 321. *Dono etiam predictis Monachis decimas Pullanorum meorum, & vitulorum, & agnorum, &c.* [Duo Pullani femini, in Computo an. 1277. apud Kennet. Antiq. Ambrosd. pag. 287. De VIII. sol. receptis de uno Pullano vendito, in alio Computo an. 1425. ibid. pag. 571. Vide *Poledrus*.]

2. PULLANI, Sugerio in Vita Ludovici VII. Regis Franc. cap. 24. *dicuntur, qui de patre Francigena & matre Syriana, vel de patre Syriano & matre Francigena generati erant.* Scilicet apud nostros in regno Hierosolymitano. Willelmus Neubrigensis lib. 3. cap. 15. *Ipsius quoque terra novi indigenae, quos Pullanos vocabant, Saracenorun inserti vicinia, non multum ab eis fide vel moribus discrepabant, atque inter Christianos & Saracenos tanquam quidam neutri esse videbantur.* Hinc non semel in eos gravius insurgunt Jacobus de Vitriaco in Hist. Orientali cap. 67. 72. & Sanutus lib. 3. part. 8. cap. 2. Vide quæ de iis, & appellationis ratione, observamus in Notis ad Joinvillam p. 84.

POLINI, Idem videntur dicti Monacho Florentino de Expugn. Accon.

*Martis Idus septimo nostros servientes
Ut herbas colligerent foras incedentes,*

*A Polino proditos longe discurrentes,
Saraceni capiunt in dolis latentes.*

PULLARE, Tumor inter gingivas & maxillas: morbus pullorum equinorum. Vide Vegetium lib. 2: de Arte veter. cap. 25.

PULLARI, *πωλιζειν*, in Gloss. Lat. Græc.

PULLARIUS, Officium in coquina regia, cui *pullorum* seu altilium cura incumbit, in Ordinat. Hospitii S. Ludovici Reg. ann. 1261. vulgo, *le Poulailler*. Habentur Statuta MSS. du *Mestier des Poulaillers de Paris*, in Regesto 1. Artificum Parisiens. fol. 221. 222. Vetus Inscriptio 647. 2. . . *Carissimo negocianti Pullario patri B. M. T.* [Vide supra *Puellarius*.]

PULLATORIUM. Charta Gulfradi Diaconi apud Marten. to. 1. Anecd. col. 68. *Annuatim in die obitus mei dare studeant fratribus congregationis S. Martini V IIII. modia panis, & V IIII. vini, & in isto hospitali modium 1. vini, & in illo Pullatorio 1. modium.* Ubi legendum censeo *Pulsatorium*, locus ubi probabantur *pulsantes*, ut infra dicitur. Et id quidem prorsus confirmat Testam. Haganonis & Adjutoris S. Martini Canonicorum ann. 819. ibid. col. 22. ubi de iisdem locis agitur: *Et ad illos Pulsantes inter panem & vinum modium unum, & ad illud hospitale similiter, &c.*

PULLENUS, Pullus equinus. Vide *Polleus*.

PULLETARIUS, Pullorum seu altilium venditor. Charta an. 1350. apud Rymer. tom. 5. pag. 694. *Item, quod carnifices, piscenarii, hostetarii, brasatores, pistores, Pulletarii, & omnes alii venditores victualium quorumcumque, teneantur, &c.* Vide *Poleta* 2. & *Puletarius*.

PULLETRIA, Volatile pecus, pulli, altilis; Gallice *Volaille*. Charta Henrici IV. Regis Angli. apud Rymer. tom. 8. pag. 119. *Nolentes quod de bladis, jœnis, avenis, litera, bestiis, Pulletria, aut de aliis provisionibus, & victualibus, &c.* Vide *Poletria* in *Poledrus* & *Pollatura*.

PULLETRUM. Vide *Poledrus*.

PULLICALIS REGIA, Scripturæ species. Vide *Scriptura*.

PULLICENUS, Pullus gallinaceus, *Poussin*, nostris; Lampridius in Alexandro Severo: *Servos habuit velligales, qui eos (palumbos) ex ovibus, ac Pullicenis, & pipionibus alerent.* [Vide ibi *Salmaf.*]

PULLIFICANS, Pullulans, augetur. Jac. De Layto Annal. Estens. apud Murator. to. 18. col. 1047. *Itaque, ubi de unione sanctæ Ecclesiæ agendum erat, prior Ecclesiæ scissura, quasi Pullificans, est perniciosissime ampliata.*

PULLIGER, Pullos gerens. Fulgent. lib. 1. Mythol. *Ova Pulligera ingerere.*

PULLIPASTA, **PULPASTA**; *Gallina altilis*, in Fragment. Petronii pag. 54. *Καλονιδία ἐπίης*, in Novell. Justiniani 69. *Gallina domi pasta: Apud nos enim, inquit S. Augustinus in lib. Judic. lib. 7. cap. 15. Pulli appellantur gallinæ cujuslibet ætatis. Pullus cohortalis, apud Celsum lib. 2. cap. 18. dicitur, qui in corte educatus est: Item quo tenerior pullus cohortalis est.* Chronicon Fontanellenſe: *Ad Nativitatem Domini aucipastas 3. Pullipastas 20. pullos 60. ova 250.* Occurrit ibi pluries. Charta Caroli Calvi pro Monasterio S. Germani Paris. ann. 32. *Et de volatilibus cum Pulpastis in Natali Domini.* Infra: *De supradictis vero villis statuimus illis in reliquis Nativitatis Domini & Pasche volatilia cum Pulpastis à Decano subministrari.* Interdum *Pasta* nude dicitur. Gloss. Isid. *Altilis, Pasta, ab alendo.* [Codex censualis Irmionis Abb. S. Germani fol. 41. *Solvit .. porcum*

unum, crassem learem 1. denar. XIII. Pastas IIII. ova IX. Ibid. fol. 101. *Angaraldis ancilla... pascit Pastas VI.] Tabularium S. Remigii Remensis: Donat vini modios 3. pullos 6. Pastas 2. ova 30. Infra: Donant Pastas 3. pascentes eas de dominico, & ova 15. Σεσθηδῶνες σιτευλαί, δορκάδες σιτευλαί, apud Theophanem ann. 17. Heraclii p. 67. *Pulli pasti, in Capitulari de Villis cap. 38. Gallina paste, apud Cælium Aurelian. lib. 2. Acutor. c. 37. Πωλότροπον, in Orneolophio pag. 244. idem sonat ac Pullipastus: τὰ φαλκῶνια τὰ ἐξωπίασα κρείττονα, παρ' ἐτὰ πωλότροφα. i. Falcones foris nutriti meliores sunt pullipastis, seu iis, qui domi educati sunt.* Vide *Aucipasta* in *Auca*.*

PULLONATUS, Pullus equinus domi educatus; nutritus. Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 32. §. 5. *Et si equus fuerit (furto sublatuſ) poterit dicere, quod ei Pullonatus fuit, & quod eum nutritivit per tantum tempus.* [Vide *Polleatus*.]

PULLULARE, Divulgari, in Actis S. Francisci de Paula to. 1. April. pag. 121. *Dixit etiam testis, illud (miraculum) adeo Pullulasse, quod multorum hominum turba, diversis morbis languentium, ad eundem de Paula commigrabant, ut incolumes fierent.* Hinc

PULLULATOR, Divulgator, prædicator. Infrum. ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 321. *Ejusdem heresis (Lutheranæ) Pullulatores contra jus pietatẽque in regnum nostrum catholicum introduxit.*

PULLURARE, ut supra *Pullulare*, in Charta an. 1045. ex Histor. MS. Mont. Major. *Cum jam per universi climata cœli præcepta dominica Pullurare cepissent, &c.*

PULLUS, **PULLORUM CANTUS**, Gallicinium; ἀλεκτροφωνία. Apud Evangelistam in MS. Bibliothecæ Reg. *Tertio Pullo ter me negabis*, ubi editio vulgata, *antequam gallus cantet, ter me negabis*. Ita etiam in veteri Cod. Evangelior. Bibl. Ecclesiæ Beltovacensis, in Breviario Evangelii secundum Matthæum cap. 27. *Petro dicit, quod tertio Pullo abnegaturus eum esset. Regula S. Columbanii cap. 7. Ad intium noctis, ad mediumque ejus, Pullorum quoque cantus & matutinum.* S. Ambrosius ad Irenæum: *Quid in Pullis? quam canora vox Galli, nocturnisque vicibus solenne munus ad excitandum & canendum? Pullorum cantus, apud Arnobium junior. in Psalm: 129. Prima custodia à vespere incipit, secunda ad medium noctis attingit, tertia Pullorum cantus transit, quarta vigilia matutina, quæ in ortum luminis adimpletur.* Et in Psalm. 148. *Consuetudo, imo vis quedam naturaliter imperat Pullis, ut suo cantu à nocte dividant noctem, qui clamant quidem ut alios excitent, iſi vero cunctis vigilantibus dormiunt.* Vita S. Furſei Confess. *Tuncque in Pullorum cantu... audivit verba admirantium.* Julius Africanus lib. 5. Hist. Apost. pag. 68. *Ibi à plurimo (legendum primo) Pullorum cantu cum egissent mysteria Dei, &c.* Ita in conversione S. Afræ apud Velferum in Augusta Vindelicoꝝ. *Circa vero Pullorum cantum extinctum est lumen candelæ, &c.* Ordericus Vitalis lib. 2. pag. 407. *Et à primo Pullorum cantu agens mysteria Dei, &c.* Ita apud Richardum Abbat. in Vita S. Rodingi n. 12: *Joseph Sacerdos de Translatione SS. Ragnoberti & Zenonis cap. 2. Eadem sollemnissima nocte (Nativitatis Christi) post Pullorum cantum venerunt, &c.* Dionysius Alexandrinus Epist. ad Basilidem: *Οἱ μὲν γὰρ ἐν Πῶμῃ ἀδελφοί... περιμένεσι τὸν ἀλέκτορα.* Supra ἀλεκτροφωνίαν dixit. Et Palladius in Vita Chrysostomi p. 85. *ἕως ἀλέκτορος φεύγει.* Sed & hæc fórmula à recentioribus usurpata. Petrus IV. Rex Aragon. in Chron.

lib. 5. cap. 1. sub ann. 1353. *Y comença la batalla vers hora de completa, & dura fins hora dels primers Polls.* Chronicon Cidi Rui Dias Campitoris c. 39. eodem sensu dicit *al primer Gallo.* Vide quæ observamus ad Alexiadem p. 271. *Secundis Galliciniis,* dicit Ammianus lib. 22. Diurnus Roman. cap. 3. tit. 7. *a primo gallo usque mane.*

PULLI, vulgo omnis avitii generis foetus dicuntur, ut quadrupedum catuli: at S. Augustinus lib. 2. de Moribus Manichæor. cap. 17. *Pullos locustæ, muris,* dicit.

PULLUS COHORTALIS. Vide *Pullipasta.*

PULLUS REGALIS, Gallus gallinaceus. Codex censualis Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 24. v°. *In Vedarrias . . . sunt mansi lxxxviii. qui solvunt Pullos cum ovibus ccli. Pullos regales lxxxiiii.* Ibidem fol. 102. v°. *Facit dies llii. facit caropera ubicumque ei injungitur, solvit Pullum regalem.*

PULMARIUS, pro *Plumarius.* Vide *Pradisterium.*

PULMENTARIUM. Vide mox in *Pulmentum.*

PULMENTUM, Vox veteribus cognita; sed sequiori ætate, maxime in Regulis Monasticis usurpata, ubi pro quovis obsonio accipitur: *Neque enim,* inquit Joannes Sarisber. lib. 8. Policrat. cap. 7. *Pulmenta in olere aut legumine duntaxat constare certum est.* Atque ita usurpat non semel Cælius Aurelianus Siccensis lib. 1. Chronion cap. 1. *Pulmentum dabimus falsum, assum, vel coctum.* Infra: *Pulmentum damus, holus, cerebrum, piscem tenerum, &c.* Cap. 4. *Pulmentum vero ex media qualitatis materia, ut ova, pultes, olera, &c.* Petrus Damianus lib. 1. Epist. 19. *Pulmentum nesciens, pomis tantum & pane cum aqua vivebat.* Lib. 2. Epist. 17. *Quibus in mensam allatus est gallus: quod videlicet Pulmentum unus illorum arrepto cultello, ut mos est, in frustra dissequit, &c.* [Codex censualis Irminonis Abb. Sangerm. fol. 59. *Faciunt curvadas llii. & accipiunt panem & Pulmentum.* Statuta Collegii de Monte-acuto an. 1501. apud Lobinell. to. 5. Hist. Paris. p. 731. *De Pulmentis, id est his qua cum pane in cibum convertimus, &c.*] Est ergo *Pulmentum* obsonium, quod præter panem est, vel pani additur, Græcis, *προσφαριον*, ut in Gloss. Gr. Lat. recentioribus *companagium*, ut in hac voce docemus. Gestæ Abbatum Gemblacensis pag. 534. *Ademptionem secundi Pulmenti ovorum, casei, seu piscium, &c. . . . tertium Pulmentum herbarum hortensium.* Ubi *Pulmentum* accipitur etiam pro ferculo, ut & apud Stephanum Tornacens. Epist. 1. *Tanta in cibo parcimonia, ut duobus tantum Pulmentis utantur, quæ aut ager ex leguminibus, aut ex oleribus hortus affert.* [Charta an. 1212. in Hist. MS. Mont. Major. *De avibus crancis trezenum pro Pulmento. Pulmentum perapsidum, Pulmentum de papside,* in Laudibus Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 27. & 29.] Vide Greg. Turon. 1. 3. Histor. cap. 15. Constitut. Ord. Prædicat. dist. 1. cap. 5. Doubletum pag. 871. Institutiones Capituli Gener. Cisterciens. cap. 54. Guigonem in Statutis Ordinis Cartus. cap. 52. §. 2. &c.

PULMENTUM, pro Pisce vivarii vel stagni. Charta Bernardi Comitis Melgoriensis apud Sammarthanos: *Notum etiam fieri volo, quod Pulmentum totius stagni . . . vobis restituo.* Alia Ludovici VII. Reg. an. 1155. apud eosd. *Et in stagno piscationes suas, & Pulmentum, &c.* Charta Bernardi Comitis Melgoriensis apud Gariellum in Episcop. Magalon. pag. 106. *Pulmentum totius stagni.* Vide eundem pag. 71. 256.

Apertius ex allatis Chartis *Pulmentum* defini potest Censûs feudalîs qui domino debetur ex ca-

ptis in stagno alibive piscibus, quorum ferculum unum illi exhibetur. Id præterea probant Charta compositionis inter Hugonem Archiep. Arelat. & Raymundum Comit. Tolos. an. 1224. ex Schedis Præf. de *Mazaugues: Canonici Arelatenses . . . in ipsis paludibus Pulmentum de piscibus & levatam jure dominationis similiter accipiebant.* Charta ann. 1260. inter Episc. & Consules Agathenses: *Statuerunt quod homines de Agatha possint piscari in stagnis & mari reddito Pulmento & censu.* Et pactum inter Jacobum Aragon. Reg. & Berengar. Magalon. Episc. ann. 1272. *Excepta cabana unica facienda vel domo lapidea in terra vel in aqua, altitudinis viginti quatuor palmorum tantum, extra vel infra stagnum, ad percipiendum usaticum, seu Pulmentum, aut pedagium consuetum.*

PULMENTARIUM, Idem quod *Pulmentum.* Jo. de Janua: *Pulmentum dicitur cibus delicatus & suavis, à pulpa.* Item *pulmentum vel Pulmentarium dicitur quilibet cibus citra panem.* Auctor Mamotrekti ad 14. Numer. *Pulmentarium, quilibet cibus præter panem, scilicet companaticum.* Gloss. Gr. Lat. *ἐδεσμα, esca, cibus, Pulmentarium.* Aponius lib. 2. Comment. in Cantica Canticor. *Nimum sumptuosa illa impendia ciborum. . . ad unius Pulmentarii crudorem olerum, vel exiguum panis & aquæ usum redegerunt.* Eodem lib. *Propria enim Pulmentaria ad unam multi propter commune convivium deferentes, ab antiquis sodales sunt nuncupati.* S. Bernardus de Vita & Moribus Religios. cap. 6. *Quomodo regulam tenent . . . qui tria vel quatuor Pulmentaria, quod Regula prohibet, admittunt.* [Odo lib. 2. de Vita S. Geraldî cap. 19. *Factum est aliquando ut deesset Pulmentarium, quo abstemius ille cum pane vesceretur . . . cum forte reperit pisciculum in litore expositum, . . . comedit ille abstemius usque satis.* Ubi advertendum *Pulmentarii* nomine etiam ferculum ex pisce significari.] Vide Ælredum in Vita S. Edwardi Confess. num. 17. Hist. Monast. S. Nicolai Andeg. pag. 12. Petrum Damiani lib. 6. Epist. 32. pag. 587. præterea Haëftenum lib. 10. Disq. Monast. tract. 3. disq. 6. & Menardum ad Regulas Monast. pag. 705.

PULO, Gemma, vel Pullus arborum, Gall. *Bourgeon, Rejetton.* Statuta Mutin. rubr. 293. fol. 57. *Quod nulla persona audeat conducere bestias ad pasendum in dictis boschis & locis à Calendis Martii usque ad Calendas Julii, ad hoc ut Pulones dictorum boscorum crescant & melius veniant ad effectum.*

PULPAMENTARIUS. Vide *Potagiarius.*

PULPASTA. Vide *Pullipasta.*

PULPITARI, Fulcra, apud Flodoardum Hist. Rem. cap. 50. *Erat enim hujusmodi carcer, ut superstruem lignorum axes validi superpositi Pulpitarentur.*

PULPITARIUM, Liber, ut videtur, continens quæ ad *pulpitum* cantantur, vel recitantur. Ordinar. Dominicanorum laudatum à R. P. le Brun Differtat. 15. pag. 54. *Lectionarium, Pulpitarium, Epistolarium, &c.*

PULPITRUM, ut mox *Pulpitum*, nostris *Pupitre.* Instrum. canonizat. Caroli Blef. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 550. *Postquam fuit Dux Britannia fecit eandem ecclesiam lambruscari, ac etiam quoddam magnum Pulpitrum fieri in altum ex traverso dicte ecclesie, in quo sunt aliquando cantores ad Missam.*

PULPITUM, Ambo Ecclesiæ. Gloss. Isid. *Pulpitum, analogium, lectrum.* Papias: *Pulpitum dictum, quod in eo Lector vel Psalmista positus in publico conspici à populo possit.* Crisconius in Breviario Canonum cap. 166. *De his, qui debent in ambone, id est, in Pulpito psallere, &c.* Ferrandus Diac. cap. 131. *Ut non li-*

ceat prater Canonicos psaltas, qui Pulpitum ascendunt, & de codice legunt, aliud quodlibet in Ecclesia psallere. Marcellinus Comes in Anastasio: Dum jubente Anastasio Cesare per Marinum perque Platonem in Ecclesia Pulpito consistentes, in hymnum Trinitatis Deipassionum quaternitas additur, &c. Interdum ita ipsum analogium, seu lectrum portatile appellatur. Hugo Flaviniac. pag. 165. Pulpitum, quo Evangelium legitur. Pulpitum autem ere crebris tunsionibus in laminas tabulasque producto & deaurato factum esse constat satis accurate & eleganter, &c. [Vide Martinii Lexicon.]

De Pulpitis Circi CP. vide Chronicon Alexandrinum pag. 782.

¶ PULPOSA LITTERA, Grandior, majuscula. Hist. fundat. Celestinorum Sueffion. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 608. *Item, legendarium pretio 27. libr. Paris. psalteria duo Pulposa & de longe legibilis littera, &c.*

¶ PULPURUM. Radulfus in Friderico I. apud Murator. tom. 6. col. 1187. *Postea destruxit & domos & turre & murum civitatis; & Pulpura subversa sunt. Altaria omnia violata sunt. Munimenti genus esse videtur.*

¶ 1. PULSA, Columna, ut videtur. Gualvan. Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1009. *Cives de Papia sui idoli Regisolis absentiam non sustinentes, quod Mediolanenses de alta pila dejecerant, cum civitatem superassent, in civitate Mediolani per domos & familias frustra & petias comparaverunt, & ipsum deintegrantes deauraverunt, & in Palsa alta erexerunt, & tenet manum extensam versus Mediolanum. Polza Italidis dicitur balistae sagitta.*

¶ 2. PULSA. Vita Lietberti Episc. Camerac. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 697. *Nihil faciebat imprudenter, nihil audacter: in peccatis autem suorum vel pellebat omnino iram, vel ita frenabat ut esset Pulsa similis; id est, ni fallor, arteriae pulsui, quae semper aequali motu pulsat.*

PULSABULUM. Vide *Pulsare* 3.

¶ PULSALIS MOTUS, Pulsus arteriae, Gall. *Pous*. Vita S. Bonae tom. 7. Maii pag. 163. *Dicitur Jacobus in terra sic jacebat exanimis, quod cum motus Pulsalis non sentiretur in ipso, plurimi cogitabant ipsum... ad ecclesiam tanquam mortuum deferendum.*

¶ PULSANTES. Vide in *Pulsare* 2.

1. PULSARE, In jus vocare. Gloss. Gr. Lat. *Pulsat*, *πρωτὴν, ἀτιχῆται, ὄθεϊ. Pulsati, καθαρτωμένοι, ἀτιχθέντες*. Claudianus de bello Gildonico:

*Quisquis vel locuples, pulchra vel conjuge notus
Crimine pulsatur falso, &c.*

Concilium Wormatiense cap. 61. *Clericus nequaquam presumat apud secularem judicem Episcopo non permittente Pulsare, sed si pulsatus fuerit, &c.* Utuntur passim Scriptores inferioris aevi: Codex Theod. locis à Jacobo Gothofredo indicatis, Senator lib. 1. Epist. 8. 18. 30. lib. 6. Ep. 13. Marculus lib. 2. form. 17. Leges Wisigoth. l. 2. tit. 1. §. 18. 31. tit. 2. §. 1. lib. 5. tit. 7. §. 4. & alibi, Edictum Theoderici §. 11. 25. Lex Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 51. lib. 2. tit. 36. §. 2. Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 26. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 26. Diurnus Roman. cap. 3. tit. 7. pag. 65. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. pag. 42. Canones Hiberniensis lib. 21. c. 27. &c. Vide Barthium in Notis ad Phæbadium pag. 104. [*& Pancirol. lib. 1. var. lect. cap. 77.*]

¶ PULSATIO, In jus vocatio, citatio. Charta Ludovici Pii apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 100. *Idcirco præcipientes jubemus ut nullus Missus noster...*

aliquam calumniam aut molestiam aut injustam Pulsationem sive causationem atque machinationem facere presumat. Adde ibidem pag. 114. & 125. Codex Theod. l. 1. tit. 14. lib. 2. *Quisquis igitur lite pulsatus, cum & ipse & rei sit possessor & juris, & titulum inlata solenniter Pulsationis exceperit, &c.*

PULSATIO, Molestia. Acta Episcoporum Cenoman. pag. 189. *Postea vero instigante diabolo, & malivolis hominibus suadentibus, de ipso monasterio non modicam Pulsationem sustinuit.* Et pag. 193. *Multas ergo Pulsationes habebat à nobilibus ejusdem provincie hominibus de rebus sibi commissis.* Adde pag. 201. [Charta Adelberti Mogunt. Archiep. ann. 1130. inter Instr. tom. 5. novæ Gall. Christ. col. 450. *Nulli officialium nostrorum respondere habeant, quin potius ab omni exactione & Pulsatione liberi, &c.*]

PULSATOR, Actor, in Legibus Henrici I. cap. 26.

¶ PULSANTI VOCE, Jure cogente. Charta Principis Adelgastri inter Conc. Hispan. to. 3. p. 90. *Et quantum in calumniam miserit, in quadruplum reddat, & mille libras purissimi auri, Pulsanti voce, monasterio persolvat. Quæ quidem his formulis quæ passim in veteribus tabulis occurrunt, respondent: Insuper coactus inferat ipsi monasterio auri libras x.* apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 131. *Inferant... juri vestro vel Ecclesie superius scriptæ ista omnia dupla & immeliolata, in Append. ad Marcam Hisp. col. 789. Componat... ad prædictam domum S. Crucis & S. Eulalie vel ad ipsius servientes hæc omnia quæ ibidem donamus in duplo, ibid. col. 857. Huc etiam spectat Charta Aldefonsi Reg. Toletan. pro Monaster. Casæ Dei æræ 1216. Insuper regie parti m. aureos & vobis vel vocem vestram Pulsanti (hoc est, Actoris juris vestri) dampnum quod intulerit dupplatam in tanto persolvat.*

2. PULSARE, **PULSANTES**, **PULSATORIUM**. *Pulsantes*, dicuntur Monachismi candidati, qui pulsant ad fores Monasterii, & in Monachorum album admitti ambiunt & deposcunt: qui pro foribus excubant, indicium perseverantia suæ ac desiderii sui, pariterque humilitatis ac patientia demonstrant, ut ait Cassianus lib. 4. de Institut. Can. cap. 3. 30. 32. Regula SS. Patrum c. 7. *Si vero perseveraverint Pulsantes, eis non negetur ingressus.* Regula S. Benedicti cap. 58. *Noviter veniens quis ad conversionem, non ei facilis tribuatur ingressus, ... ergo si veniens perseveraverit Pulsans, & illatas sibi injurias & difficultates ingressus, post 4. aut 5. dies visus fuerit patienter portare, & persistere petitioni suæ, annuatur ei ingressus, & sit in cella hospitum paucis diebus, postea sit in cella novitiorum ubi meditetur, manducet, & dormiat.* Regno an. 746. de Carolomanno fratre Pipini Regis Monacho facto ad Casinum: *Et juxta morem portam monasterii Pulsans, colloquium patris monasterii expetiit, &c.* Paschasius Radbertus in Epitaphio Vuallæ Abbatis Corbeiensis lib. 1. c. 9. *Sed qualis quantusque jam esset, quando saculi deposuit militiam, testes sunt presens Pater & fratres, qui satis intenti ac solliciti, multis eum dum pulsaret novitius ad ostium Monasticæ disciplina, perscrutati sunt probationum argumentis, & solertiae disciplinis.* [Idem in Vita S. Adalhardi n. 9. *Ita certaminis campum ingressus, pervenit ad cænobium: ubi annuo Pulsans voto, tandem introivit portas justitiæ, &c.*] Sed &

PULSANTES videntur etiam appellati, ipsi qui Novitii dicuntur, quod necdum omnino admissi votum professionis monasticæ emisissent. Adalardus in Statutis Corbeiensis Monasterii lib. 1. cap. 1. *de Clericis. Pulsantes 12. alii Clerici 7. ex his ad cellerarium 2. ad lavendariam fratrum unus, ad curticulam Abbatis 1. ad domum infirmorum 3. alii vero necessi-*

tates, quas Clerici facere debent, per Pulsantes fiant. Et ideo necesse est, ut tales ibi ponantur, qui omnes necessitates interiores facere possint, &c. Cap. 3. Hac sunt, quæ Clericis nostris Canonicis suprascriptis, qui specialiter Pulsantes dicuntur, dari debent: de vestimento, tunicas duas albas, &c. Cap. 6. De Pulsantibus, de scolariis, de reliquis Clericis seu Laicis nostris vel extraneis, &c. S. Luidgerus in Vita B. Gregorii Trajectensis, apud Brower. in Antiq. Fuld. lib. 1. cap. 5. & Mabillonium: Ut ante obitum suum 400. circiter monachorum, exceptis Pulsantibus, & aliis minoribus personis, . . . pater extiterit & praeceptor. Chronicon Nonentulanum: Habuit namque hic Dei famulus sub suo regimine monachos regulares 1144. exceptis parvulis & Pulsantibus, qui non constringebantur ad regulam, quos ille paterno amore fovebat. Adde Grimlaicum in Reg. Solitar. cap. 15. & 18. Guignonem I. Priorem Carthusiens. in Statutis ejusdem Ordinis cap. 22. §. 5. S. Bernardum in Apol. de Vita & moribus Religios. cap. 2. 12. Epist. 1. num. 7. &c.

PULSARE, Rogare, apud Papiam. [Itiner. Marten. pag. 99. Magister Gillebertus Pictavensis episcopus altiora Theologia, Philosophia secreta diligentibus, attentis & Pulsantibus referans discipulis quatuor.] Est etiam examinare, quia Pulsantes, & quicumque ad vitam monachicam aut religiosam aspirabant, antequam admitterentur, examinabantur, & in eorum vitam & mores inquirebatur. Capitulare 1. an. 805. cap. 13. & lib. 1. Capitul. cap. 208. De his qui non sunt secundum regulam Pulsati, ut deinceps emendentur, & Pulsentur secundam regulam. Et cap. feq. Ut infantula aetatis puella non velentur, antequam illa eligere sciant quid velint, & Pulsentur salva canonica auctoritate. Hinc nostri Espouffeter, pro strictius examinare dicunt.

PULSATORIUM, Locus, ubi examinabantur Pulsantes. Synodus Aquisgran. an. 789. cap. 71. & lib. 1. Capit. cap. 69. Ad Monasteria venientes secundum regularem ordinem primo in Pulsatorio probentur, & sic recipiantur. Synodus Vernensis an. 755. cap. 6. Et si tales femina velata ad praesens ibidem congregata inveniantur, quæ regulariter vivere non velint, nec ad hoc digne sunt, ut cum illis aliis habitent, Episcopus vel Abbatisa praevideant locum aptum, ubi separatim cum custodia in Pulsatorio habitare debeant, vel operari manibus, quod ipsa Abbatisa eis jusserit, interim quod probate digne sint ut in congregatione recipiantur. Exstitit autem Pulsatorium, in Cella hospitum, ut docet Regula S. Benedicti dicto cap. & Regula Magistri cap. 88. quo ñ absque ulla querela, ut ait Cassianus lib. 4. cap. 7. suum circa peregrinos exhiberent famulatum, imbuti per hoc prima institutione humilitatis ac patientia: ubi 4. aut 5. dierum, uti vult S. Benedictus, vel 2. mensium, ut Magister, vel anni spatium, ut Cassianus, rigidiori examini subiciebatur pulsans, laborando cum fratribus, contentus annona modica mensura, vel regula disciplina, & excommunicationum: ut & mores Monasterii probaret, & ipse probaretur, & secum tractaret si deberet se ad Deum firmare, aut ad diabolum expeditius remeare. In quibus 2. mensibus sub cura illorum fratrum, qui peregrinos custodiunt, & ipsi similiter ex improvise custodiebantur, &c. Hæc Magister qui capite sequenti agit, ut pulsans in Monachum admittitur. De ejusmodi pulsatorio agit etiam vetus Codex apud Angelum à Nuce in Chronico Casinensi libr. 4. cap. 68. Decanus debet facere reparare Refectorium, Pulsatorium, Dormitorium, &c. . . . Exstat apud Canisium tom. 5. Antiq. lect. part. 2. pag. 782. in-

scriptio Domus Pulsantium in Monaster. S. Galli:
Hoc clauistro oblato Pulsantibus adsociantur.

3. PULSARE, Signa, campanas: *Sonner les cloches.* Kero Monachus: *Pulsat, clobbot. Pulsans, chlochonti. Pulsaverit, clocchit.* Udalricus lib. 1. Consuet. Cluniacens. cap. 5. *Si talis anniversarius evenerit, pro quo sunt Pulsanda omnia signa. Occurrit ibi pluries. Pulsare campanas, in cap. Petentibus de Privileg. cap. Quod in te, de pœnitent. & alibi passim. Sonare signa, in Capitulari Episcoporum cap. 8. tom. 2. Concil. Sirmondi pag. 249. Apud Beletum lib. de Divinis Offic. cap. 86. varii pulsandi campanas modi referuntur: Generaliter ergo cognoscendum est, quod non debeamus in tota Quadragesima diebus profestis compulsare, nec depulsare, (liceat enim hic vulgaribus & consuetis uti vocabulis,) sed simpulfare, id est simpliciter Pulsare ad Horas, vel Matutinas. Est ergo*

COMPULSARE, Omnia signa & omnes campanas una & simul pulsare, ut in majoribus solemnitatibus, & in processionibus Ecclesiasticis, apud Honorium Augustod. lib. 1. cap. 70. 73. & Durandum lib. 1. cap. 4. num. 12. lib. 5. cap. 3. num. 30. Chronicon Colmariense ann. 1293. Civibus dormientibus Compulsantur campana, concurrunt cives ad cœmeterium, &c. Infra: Campanas Compulsaverunt, populum convocaverunt, &c. Vide in *Classicum.*

SIMPULSARE, Simpliciter pulsare, seu unicam campanam. Denique

DEPULSARE, ex altera tantum parte campanam pulsare, vulgo *Tinter*, ex *tinnire*. [Vide *Pulsitare.*]

PULSATIO, in Chron. Will. Thorn. ann. 1242. pro campanarum pulsatione accipitur, quæ fit in signum honoris atque reverentiæ erga aliquem per illum locum transeuntem, vel illuc advenientem. Vide *Campana* 2.

TERTIA PULSATIO. Constitutiones Nicosienfes cap. 26. *Inhibemus districte, ne (Clerici) vadant de nocte, maxime post tertiam Pulsationem, &c.*

Ubi quod Ignitegium alibi dicitur, significari existimo: trinis quippe campanæ ictibus ter repetitis pulsari solet; quod *Pulsare Ave Maria* nuncupat Concil. Hispal. ann. 1512. inter Hisp. tom. 4. pag. 12.

PULSATIO TERRORIS. Charta Henrici Episcopi Ratisbonensis an. 1278. in Metropoli Saliburgensi tom. 1. pag. 264. *Videlicet quod pro festivitatibus Conceptionis B. Virginis Mariae & B. Augustini cum Pulsatione terroris, & aliis solemnitatibus aqualiter celebrandis. Id videtur quod vulgo Carillon dicitur, quod ita olim in festivitatibus pulsarentur campanæ, quemadmodum in tumultibus bellicis.*

PULSUS, Idem quod Pulsatio, Jus pulsandi campanas. Charta Ursonis Archiepiscopi Barenfis an. 1080. apud Ughellum: *Campanas & Pulsos habeant ad sonandum, si voluerint, pro beneplacito suo. Alia Joannis Archiep. Canusini apud eundem: Potestatem concedimus vobis sonare campanam, seu Pulsos, &c. tom. 7. Ital. sacr. pag. 853. 877.*

PULSUS, nude pro Pulsatio campanæ, apud Robert. Goulet in Consuetud. Universit. Paris. fol. 16. vº. *Subinde octavam circiter horam post Pulsus intrent scholas Regentes.*

PULSABULUM, Campana. Anselmus Leodiensis c. 48. *Et cum Pulsabulis fratrum divina celebrentur.*

PULSABULUM, Ipsa campanarum pulsatio. Decreta Radulfi Episc. Leod. an. circ. 1170. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 493. *Solemnitas divini cultus, clausis ecclesiis, omnino cessabit. Pulsabulum quoque campanarum intermittendum erit. Id ex consuetudine qua campanarum*

campanarum sonitus intermissus in Interdictis. Vide *Campana* 2.

PULSATORES, & *Exequiales*, apud Innocent. III. PP. lib. 15. Epist. 7. Innocentio Cirono, sunt monitores & mandatores funerum, quos vulgo submonitores, *Semoneurs*, vocamus, qui campanas pulsant, quo prætereuntes ad fundendas pro defuncto preces invitentur.

PULSATORES, qui alias Matricularii in Ecclesiis. *Ædituus seu Pulsator*, in Charta Conradi Episcopi Frisingensis an. 1327. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 443. [Charta Caroli IV. Imper. an. 1377. apud Miræum tom. 2. pag. 1245. *Pulsatores capituli dictæ Ecclesiæ Cameracensis, & alios familiares eorum... sub nostra imperiali protectione suscipimus.* Obituar. MS. Eccl. Morin. fol. 42. *Et pro laboribus habebunt cloquemanni sive Pulsatores anno quolibet VIII. fol. Vide Cloca* 2.]

PULSATORIUM. Charta an. 1254. in Tabulario Ecclesiæ Autisiod. fol. 238. *Vendiderunt molendinum suum, & Pulsatorium cum suis pertinentiis.* Vide supra *Pulsare* 2.

PULSATUM VINUM, Gallis *Vin poussé & bouté*, in Charta Libertatum Villæ Carrofenlis in Biturigibus an. 1194. apud Thomasserium.

¶ PULSATUS, Impulsus, suasio, hortatio, Gall. *Instance.* Fulcherii Carnot. Præfat. in Hist. Jerosol. an. circ. 1125. apud Marten. tom. 1. Anedot. col. 365. *Unde comparium meorum quorumdam pulsantibus (leg. Pulsantibus) aliquotiens motus, Francorum gesta... diligenter digessi.*

¶ PULSINUS, Pullus, Gall. *Pouffin.* Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 106. *In Passcha (debent) unum agnum & II. panes, ... IV. Pulsinos, &c. Vide Pulcinus.*

PULSIONES ALARUM. Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 19. *Junctura alarum media tendentes versus caput, quæ à quibusdam dicuntur Pulsiones alarum, &c.*

¶ PULSITARE CAMPANAS, Eas repetitis ictibus ferire, tinnire, Gall. *Tinter.* Epist. 6. Mauricii Archiep. Rotomag. ann. 1233. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 523. *Nec aliquo modo liceat pulsare in dominico Regis, vel etiam Pulsitare campanas.* Vide in *Pulsare* 3.

¶ PULSLAHI. Vide *Pluslib.*

¶ PULSUOSUS, Pulsibus plenus. *Pulsuosus dolor*, apud Cæ. Aurel. Tard. lib. 5. cap. 10.

PULSUS. Vide *Pulsare* 3.

¶ PULTA, vox Italica, Puls, Gallice *Boüillie.* Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 376*. *Ipsa puerum... super suum gremium Pulta pabulo cibaret, quam tamen ipse illico revomeret.*

¶ PULTES, Quævis obsonia quæ coctione præparantur. Pactus Leg. Sal. tit. 48. *Et in beo de suo Pultes manducassent & testes collegissent.*

PULTRELLUS, PULTRELLA, PULTRINUS. Vide *Poledrus.*

PULTRONES, Italis *Poltrones*, nostris *Poltrons*. S. Franciscus tom. 1. Opuscul. de Vera & perfecta læticia pag. 94. *Recedite hinc Pultrones vilissimi, & ite ad hospitale.* Dicti autem quasi pollice trunci, ut auctor est Salmasius lib. de Trapezit. fœnore pag. 784. Pro ignavis enim olim habiti, qui ne militarent, sibi pollices truncabant, ut est apud Ammianum lib. 15. de quibus sunt leges 4. 5. & 10. Cod. Th. de Tironibus, cui sententiæ favent Lindenbrogius ad Ammianum, Savaro ad Sidon. lib. 1. Epist. 2. Bordelotius ad Petronium, & aliquot alii. Sed & hostibus captis interdum manuum pol-

lices truncatos, ne amplius militarent, scribit Theophanes an. 37. Justiniani. Verum hanc conjecturam improbant plerique ex Italis Scriptoribus, qui ab Italico *Poltro*, i lectus, deducunt, ex quo *Poltroni* dicti *quelli che stanno assai in letto*, ut scribit Landinus in Comment. ad Dantis Infern. 24. Id firmare videtur vox

PULTRONIZARE, Italis *Poltroneggiare*, apud Joannem XXII. PP. in Bulla apud Waddingum ann. 1317. 34. *Communiter Poltronizant, (vulgare est Itatorum) id est vitium pinguem volvunt cum libertate & sine labore, dediti somno & vagationi continue.* Alii à *poletro*, seu *puledro*, Italis *poliro*, pullus equinus, deducunt: ad quam firmandam sententiam hocce versus, ex Dante, ni fallor, laudant:
*Che andate pensando si voi sol tre
Subitamente disse, Ond, io mi scossi
Come san bastie spavantate, & Pol.re.*

Ita *poltrones* ii fuerint, qui ad modum pullorum equinorum leviter agitati fugam arripiunt. Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. & Ægid. Menagium in *Amœnitatibus Juris* 2. edit.

PULTURA. Monasticum Anglic. tom. 2. p. 1053. *Et volo, ut sint quieti ab omnibus causis, & quærelis, & placitis Ballivorum & Præpositorum Hundredi, & à Pultura serjanorum, & de rewardo forestarum, &c.* Forte *pultura*, pro *pulsatura*: *Adjournement.* Vide *Pulsare* 1.

¶ PULVERAGIUM. Vide *mol Pulveraticum.*

¶ PULVERARIUS. Inter testes Chartæ foundationis S. Petri Salvientis an. 1029. tom. 6. Gall. Christ. novæ edit. inter Instr. col. 174. subscribit *Pontius Pulverarius*. An idem qui infra *Pulverus*? Vide in hac voce.

PULVERATICUM, Honorarium, salarium, merces pulveri laboris, seu merces, quæ dabatur agrimensuribus, quasi pro labore & pulvere: ita Cujacius lib. 4. Observ. cap. 18. & ex eo Rigaltius. Id eliciunt ex Constitutione Theodosii & Valentiniiani, quæ exstat apud Frontinum de Limitibus agror. *Præcipimus itaque agrimensuribus, ut pro laborum vicissitudine Geometricæ artis, fundo, cui finem restituens in trisimii rationem steterit, & convenientiam trium centuriarum ibidem esse signaverit, tres aureos accipiat, absque sra Pulveratica.* Verum *Pulveraticum*, aliis quam agrimensuribus dari docet Lex 16. Cod. Theod. de Tironibus, in qua servis, qui se militiæ offerunt, *binos solidos Pulveratici nomine dandos præcipitur.* Ita in Novella Leonis & Majoriani, & apud Senatorem lib. 12. Epist. 15. *Judicium Pulveratica* abolita legimus, id est, *donativa.* Est igitur *Pulveraticum*, quævis merces, quæ in laboris præmium dabatur, metaphora ducta à pulvere, quo palæstritæ mutuo sese solebant aspergere, certamen initari, ut corpora ceromate & sudore lubrica, mutuas prehensiones non frustrarentur. Ita Gellius lib. 5. ait, *victoriam sine pulvere (ut dici solet) incruentamque obvenisse*, hoc est, sine labore, aut certamine; unde Græci *νολυκθαι* & *νολυκθαι*, pro *ἀνολυκθαι* passim usurpant.

Pulveratici vocem promiscue etiam in veteribus Tabulis observare est, in quibus variorum tributorum mentio fit, nullo propemodum indicio propriæ notiois. Formula 11. apud Lindenbrog. *Nec ulla venditas, nec rotaticas, nec socraticas, nec Pulveraticas exactare præsumatis.* Form. 12. *Nec de carrali evectione, nec de rotatico, nec de pontatico, nec Pulveratico, nec saluatico, requiratis.* Eadem fere legere est in Chartis Dagoberti Regis apud Doubletum pag. 656. Theodorici Reg. Franc. apud Mabillon. lib. 6. de re diplomat. Ch. 12. Caroli

M. apud Aimoinum lib. 5. cap. 1. & Will. Hedam pag. 228. 1. edit. Friderici I. apud Joan. à Bosco in Vienna pag. 90. & Joan. *le Lievre* in Antiq. Viennens. pag. 356. Benedicti PP. pro Ecclesia Parif. in M. Pastoralis lib. 19. Ch. 10. &c. His addenda Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 219. *Ut nulus homo presumat theloneum per vias, nec per villas rodaticum vel Pulveraticum recipere.* Capitulare 5. an. 803. c. 22. *Similiter nec rodaticum, neque Pulveraticum ullus accipere presumat.* Quibus in locis sunt qui putant, *Pulveraticum* dici tributum, quod pensitabatur pro labore viarum, & pulvere in viam regiam comportato. Ita Goldastus, nixus forte eo quod legitur in Capitulis Caroli Magni, loco laudato. Atqui non pulverantur viæ, quod de vitibus dicunt Columella lib. 11. c. 2. & Palladius lib. 4. cap. 7. sed solidantur. Nisi dicamus, *pulveraticum* idem valere quod *pulveratio* apud eundem Columellam, quam rustici, inquit, *occationem* vocant, cum gleba refringitur & resolvitur in pulverem: ita ut itinerum glebæ refringantur & poliantur: nam agros polire dixit Ennius.

Est igitur longe vero similis hocce vocabulum pro quovis tributo his in locis usurpari: quod certe evincit Charta Ludovici VI. ann. 1118. apud Doubletum pag. 848. & 851. *Et quoniam ipsa eadem Ecclesia ab antecessoribus nostris in castro suo per 7. septimanas, à festivitatem B. Dionysii usque ad B. Andree, hanc habet consuetudinem, quam vulgo vocant pedagicum, sive Pulveraticum, &c.* Ita in Charta Bertrandi Comitis Forcalcariensis ann. 1028. apud Dionys. Salvaingum in Tract. de Usu jurium Dominic. cap. 34. *Pulveragium sumi constat: Et omne Pulveragium, seu pedagicum quod in dictis locis de Pruneris, de pineta, & de culca, vel in mandamento eorum consueverat percipere.* Tabularium Ecclesiæ Dignensis apud Gassendum in Notit. ejusdem Eccl. *Bona & proventus Præposituræ Dignensis consistunt in pasqueris, bannis, Pulveragiis, &c.* Proinde *Pulveragium*, quod idem Salvaingus in Delphinatu pro transitu ovium per terras dominorum percipi tradit, non ita appellatur à pulvere, quem in transeundo excitant oves, uti asseverat; sed quod *pulveraticum*, & *pulveragium* quodvis tributum seu *pedagicum* sonet. Ita etiam Gassendus tradit libro citato pag. 21. *Jura pedagii seu pulveragii, ut vocant.* Cujusmodi vero fuerit jus *pulveragii* in Delphinatu, refertur in veteri Aresto ann. 1458. quod ab eodem Salvaingo describitur.

Clarioribus tamen rursus firmare licet Cangii aliorumque doctissimorum sententia, quibus *Pulveraticum* & *Pulveragium* pro quovis tributo usurpari placet, ut ex Præcepto Ludovici Pii an. 836. in Append. Marcæ Hisp. col. 773. *Nec non mediam partem Pulveratici ex rasica, & ex mercato similiter, seu de pasuario, constitueremus.* Ex Statutis Forojul. MSS. an. 1235. *Statuimus quod nullus recipiat ratione Pulveragii seu pedagii aliquid de ovibus in eundo vel redeundo.* Denique ex Sententia arbitrari an. 1303. inter Aymarum de Pictavia & Jacobum Abbat. Cisterc. *De non exigendo & levando pedagicum seu Pulveragium per terram suam de propriis rebus seu animalibus dicti dom. abbatis & pastorum suorum.* Id nihilominus de omnibus locis affirmare nolim, maxime cum in quibusdam obtineat usus, ut domini feudales ratione feodorum suorum jus *pulveratici* percipiant, quibus *pedagicum* non competit, nisi id juris habeant ex propria charta. Notandum vero ex Chartis, quibus referendis superfedemus, *Pulveraticum* non ex ovibus modo exigii,

sed & ex bobus, porcis aliorumque animalium gregibus.

¶ **PULVERAGII OCCASIO**, Illius percipiendius. Statuta Arelat. art. 55. *Et nihil accipiant de decima messorum, nec possint habere occasionem Pulveragii.*

¶ **PULVERATUS**. Epist. Petri de Condeto apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 559. *Tantos in occurso suo prostraverunt Saracenos, quod usque ad dimidiam leucam, ut aestimant, totam terram reddiderunt cadaveribus Pulveratam.* Id est cadaveribus quasi pulvere coopertam.

¶ **PULVERETA**, Ludi genus. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 84. *Item quod aliquis cujuscuque conditionis existat, non audeat vel presumat ludere ad ludum correzole vel Pulverete.* Vide *Polverella* & *Pulveritia*.

¶ **PULVEREUS**, Advena, extraneus, vulgo *Pied-poudreux*. Charta an. 1100. ex Chartul. Matiscon. *Si vero advena qui vulgariter Pulverei dicuntur primitus penes Comitum aut penes Episcopum vel Canonicos venirent, ibi eis liceret manere.* Vide *Pedepulverosi* & *Pulverarius*.

¶ **PULVERITIA**, Ludi genus, ut supra *Pulvereta*. Statuta Riperiæ cap. 168. fol. 23. vº. *Si quis averitator repertus fuerit ludere ad corrizolam, vel Pulveritiam, vel alium ludum de partito ex quo homo possit capi, vel decipi, condemnatur in libris decem parvorum.* Vide *Polverella*.

¶ **PULVERIZATUS**, Distinctus, varius, respersus, Gall. *Parsémé*. Charta ann. 1382. apud Rymer. tom. 7. pag. 356. *Sex pecias de tapestria viridis coloris, Pulverizatas cum rosis.* Vide alia notione in *Pedepulverosi*.

¶ **PULVICINARE**, *Pluitare, saepe pluere*. Gloss. Isidori. Emendat Gebhardus, *Pluvitare, pluitare*. Suspiciatur Martinus *Pulvicinare* dictum à ficta voce *pluvix*, ut sit minutim & quasi pulvea pluvia pluere.

PULVILLUS. Traditiones Fuldenses lib. 2. trad. 238. *Cum... pecoribus, id est oves 40. aucta 18. Pulvilli 2. capones 2. Forte pulli vel pulcilli, Gall. Pouffins.* [Vide *Pulcinus*.]

¶ **PULVINARIUM**, *Sacrarium, ἑδος, ἑδρασμα*. Gl. Lat. Gr. Codex Regius: *Pavimentum, sacrarium.*

PULVINARIUM OPUS. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 317. *Amictus de opere Pulvinario cum parvis scutis.* Forte *plumario*. Vide *Pulverizatus*.

¶ **PULVINCERIA**, *Area mortuorum*. Gloss. Isid. Ubi viri docti restituunt *Pollinctoria*.

PULVINUS, Pulvis. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 69. *Cum Laudenses non multum à civitate distarent, & suorum clamorem audirent, & Pulvinum maximum conspicerent, &c.*

PULVIS, nempe tormentarius. Thomas Walsingham pag. 323. *Captus est insuper ibi Magister Gunnarius... & cum iis diversa machina ad jaciendum lapides & muros conterendum, & gunna plures, cum magna quantitate Pulveris, cujus pretium prævaluit omnibus manubiis supradictis.* Adde Knyghtonem pag. 2679. Vide *Bombarda*.

¶ **PULVIS PYRIUS**, Eadem notione, à Gr. πῦρ; ignis. Catalog. Episcop. Havelberg. apud Ludwig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 339. *Quorum majus (tormentum bellicum)... 24. libras Pulveris pyrii... ad explodendos globos requirebat.*

CUM PULVERE & *hamis lupellos comprehendere*, in Capitulari de Villis cap. 69.

PULVERIS EXCUSIO, Contemptus argumentum fuit, ex iis, quæ habentur Matth. 10. & Marci 6. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 4. *Excutiens in eam (domum) Pulverem calciamenti*

sui, ait, *Maledicta sit domus haec, &c.* Guill. Abbas S. Theodor. in Vita S. Bernardi lib. 2. cap. 8. *Hic* (Eugenius III. PP.) *seditione orta in populo, Pulverem pedum in litigantes excussit, & relittis eis in Franciam venit. Vide Notas nostras ad Cinnamum pag. 481.*

PULVIS MORTALIS. Agobardus lib. de Grandine cap. 16. *Ante hos paucos annos disseminata est quadam stultitia, cum esset mortalitas bouum, ut dicerent Grimaldum Ducem Beneventanorum transmississe homines cum Pulveribus, quos spargerent per campos & montes, prata & fontes, eo quod esset inimicus Christianissimo Imperatori Carolo, & de ipso sparso Pulvere mori boves, propter quam causam multos comprehensos audivimus & vidimus, & aliquos occisos, plerosque autem affixos tabulis in flumen projectos atque necatos. Paschasius Ratpertus in Vita Walæ Abbat. Corbeiensis lib. 2. cap. 1. *Obstupesco valde . . . quod nemo nostrum, qui ad plenum veritatem de illo audeat posteris narrare, licet audeat detegere peccata populi longe diu accumulata, clades, pestilentias, fames, inaequalitates aërum, terroresque etiam visionum. Quibus profecto malis precessit prior Pulverum fallax adinventio, sub qua tanta fuit vexatio & prodigium mendacii, ut prudentibus daretur intelligi, quod universus orbis ad tentandum esset expositus in manibus inimici. Capitulare 1. an. 810. cap. 3. & Appendix 2. Ludovici Pii ad lib. 4. Capitular. Caroli M. cap. 27. De homicidiis factis anno presenti inter vulgares homines, quæ propter Pulverem mortalem acta sunt. [Vide Baluzii Notas ad Capitul. col. 1199.]**

PULUS, pro Pulex, ni fallor, in Vita B. Hugonis de Lacerta apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 1169. *Ad Dei famulum didicimus properasse (virum) quem sic quotidie acris tortura cum Pulis pessimis, quæ scilicet Ira dolens rustice nominatur variis corripiebat tormentis, ut, &c.*

PULZINETTUM, f. pro Pulvinctum, Pulvilus, pulvinulus. Computus ab anno 1333. ad 1336. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 274. *Colino de Camera pro emenda una sartagine, uno Pulzinetto & una couta pro Domina, &c.*

PULZINUS. Vide Pulcinus.

PULZONES, Italis Polza, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 28. dicuntur sagitta balistarum in capite grossa: ejusdem veteri Gallico interpreti, *materas gros en la teste de devant.*

PUMATA. Vide Puniata.

PUMBELLUS, Nescio quæ cibi vel placenta species monachis Solemniacensibus apud Lemovicas apponi consueta in majoribus festis, quæ tempore Quadragesimæ non celebrabantur. Codex MS. Consuetud. ejusd. loci: *Annunciatio B. Mariae sepias & anguillas cum porrata sicut in festo beati Eligii in Quadragesima; si evenerit in carnali sepias & rosiolos & Pumbellos, &c.* Rursum iidem pumbelli assignantur diebus Epiphaniæ, Dedicationis ecclesiæ, Ascensionis Domini.

PUMIFER. Vide Pomifer.

1. PUNCHA, Pera. Vide Punga.

2. PUNCHA, Pugna, ni fallor. Placitum ann. 1158. inter Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitan. col. 571. *Dixit item juratus prædictus Raino, quod Bernardus de Armazanicis concordavit cum Raymundo Gaucelino & Bertrando de S. Juliano & Petro de Bernicio ut intrarent castrum de Armazanicis causa defendendi stare Bertrandi de S. Juliano; & hoc fuit crastina die quo abbas S. Egidii fuit signatus, sed concordia intrandi castrum prædictum, fuit crastina die quod facta fuit Puncha in eodem castro. Vide Puma in Pugna 3.*

Tom. V.

1. PUNCTA, Acumen, Gall. *Pointe.* Historia Abendonensis Monast. in Anglia: *Ipsa etiam amicorum suorum auxilio parvulam Punctam de clavis Domini acquisivit, &c.* [Charta an. 1313: ex Bibl. Colbert. Regest. 56. *Item quod nullus vir vel mulier audeat portare in suis estivalibus, sotularibus vel botinis Punctas dictas de Polayna. Consil. Massil. ex Schedis D. le Fournier: Item quod nullus . . . portare audeat Punctam seu rostrum in suis sotularibus. Leges Baldolini Fland. Comit. an. 1200. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 767. Qui cultellum cum Puncta portaverit, &c. Vide Punctus 4.]*

PUNCTA PEDIS, Illius extremitas, Gall. *Pointe du pied.* Miracul. S. Bernardini tom. 5. Maii pag. 285*. *Obliquum gerens pedem, ipsius Punctam non plane in terra ponens, ductus ad sacrum corpus.*

2. PUNCTA, Promontorium, *Lingua terræ, pointe de terre,* apud Sanutum lib. 2. part. 4. pag. 87. *Alexandria magna est civitas atque pulchra, quandam Punctam habens desoris, cujus confines quotidie à maris fluctibus inundantur, super quam Punctam est una turris, quæ Farum communiter appellatur.* [Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 461. *Die xx. ejusdem mensis Septembris itinere resumto novum insonuit ad Punctam Medelini.*]

3. PUNCTA TERRÆ, Idem quod *Petia*, pars, portio, Gall. *Pièce.* Charta an. 1224. ex Tabul. Corb. *Notum facio quod abbas & conventus Corbeiensis vendiderunt marescos de Tanes ad duas Punctas turbandos, omni jure meo . . . salvo.*

4. PUNCTA, Granum, *Grain:* vox Monetiorum, *Donner le Poignant au maistre.* Statutum ann. 1342. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 420. col. 2. *Remedia vero ligæ & ponderis Punctas, levatas, essayamenta & alia jura, & privilegia habeatis quæ in nostris monetis antea habebatis.*

5. PUNCTA, Stragulum acu punctum, Gallice *Courtepointe.* Statuta Ord. Valliscaulium an. 1238. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1661. *Nullus prior extra domum ferat culcitram, Punctam, vel cooperatorium. Ubi forte leg. sine distinctione *Culcitram punctam.**

PUNCTADOR. Vide *Punctator.*

PUNCTARE, Ugutoni & Joan. de Janua, *Puncta facere, vel puncta distinguere: unde Dispunctare, remove punctum: Repunctare, iterum punctare.* [Nostris olim *Pontter, Pointir, nunc Ponttuer.*] Guarinus Veronensis, seu Auctor dialogi de Arte punctandi: *Punctus est signum, quod vel figura, vel mora sua, clausulas separat, sensus distinguit, animum recreat, spatiumque cogitandi relinquit, &c.* Ita quidem hisce locis *punctus* idem valet quod *punctum*, quod periodi sensum claudit: & *punctuare*, vel *pungere*, punctum adpingere, vel periodum puncto distinguere. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 19. *Libri communes . . . quos præcipue Armarius diligenter emendare debet & Punctare, ne Fratres in cotidiano officio Ecclesiæ sive in cantando, sive in legendo aliquod impedimentum inveniant.*

Quod quidem acceptum referri debere Carolo Magno, qui procurante Alcuino punctorum distinctiones vel subdistinctiones restituit, docet Mabillonius lib. 1. Diplom. cap. 115. §. 15. Ad hæc quippe tempora nulla verborum à Notariis facta distinctio est; sed & in libris tametsi usitata, in Diplomatis tamen serius obtinuit. De punctorum positione hæc habet Papias: *Distinctio est, ubi finitur plena sententia, & punctum ad summam litteram ponimus. Media distinctio est, ubi fere de sententia tantum superest, quantum diximus, cum tamen respiran-*

dum sit, & punctum ad mediam litteram ponimus. Subdistinctio est, ubi non multum superest de sententia, quod tamen mox inferendum sit, & punctum ad imam litteram ponimus.

At *Puncta*, apud Scriptores infimæ ætatis præfertim, dicuntur ea, quæ in singularum linearum initio & fine describuntur, vel subula punguntur, intra quæ exarantur ipsarum linearum ductus, quos *fulcos* vocant, quod maxime in codicibus è pergameno confectis observatum. S. Hieronymus Epist. ad Lætam: *Cum vero cæperit trementi manu stylum in cera ducere, vel alterius superposita manu teneri regantur articuli vel in tabula sculpantur elementa, ut per eosdem fulcos inclusa marginibus trahantur vestigia, ut foras non queant evagari.* Prudentius lib. πρὶ 5εφ. in S. Cassiano:

Pungere Puncta libet, sulcisque intexere fulcos.

Iso Magister ad eundem lib. Peristeph. v. 271. *Morsus, punctos dicit, i. foramina nervi, quæ appellantur in scriptura Puncti.* Engelhardus Abbas in Vita S. Mechtildis Virgin. cap. 23. *Cum soror una, cui usus erat scribendi membranam, dum ad lineas Punctaret, subulam incaute trahens, oculum transfigit, &c.* Chronicon Augustanum lib. 2. cap. 2. *Ex reliquis in arte Punctandi mihi videtur, quod in trivio & quadrivio peritissimus fuerit.* Chronicon Trudonense lib. 8. pag. 441. *Graduale unum propria manu formavit, purgavit, Punxit, sulcavit, scripsit, illuminavit, musiceque notavit syllabatim, &c.* Radulphus de Monchy Monachus Vedastinus, laudatus à Gazæo ad Casianum lib. 5. de Cœnob. instit. cap. 39.

*Cum librum scribo, Vedastus ab æthere summo
Respicit è cælis: notat & quot grammata nostris
Depingam calamis: quot aretur pagina sulcis,
Quot folium Punctis hinc hinc laceretur acutis.
Tuncque savens operi nostro, nostroque labori,
Grammata quot, sulci quot sunt, quot denique Puncti,
Inquit, in hoc libro, tot crimina jam tibi dono.*

Auctor Mamotrecti de Homerocentone & Virgiliocentone: *Quia illi pœta in versibus suis prolixis multos versus posuerunt, qui videntur in superficie convenire Christo: quos percurrentes quidam Punctaverunt, & in unum collegerunt, & quia hic cento, nis, est Punctus sive punctatio, hic Virgiliocento, nis, est compilatio facta de versibus Virgilii, &c.* Vide lib. 2. Miscellan. Baluzii pag. 266.

PUNCTORIUM, Subula, qua pergamenum punctatur, vel pungitur. Guigo in Statutis Cartusianorum cap. 28. §. 2. ubi de supellectile scriptoria: *Rasoria duo, & Puntorium unum, subulam unam, plumbum, regulam, &c.* Eadem habentur in Statut. antiq. ejusdem Ordinis parte 2. cap. 16. §. 8.

PUNCTARE, Notare, signare, Gall. *Piquer, marquer.* Statuta Bertrandi de Turre Episc. Tull. an. 1359. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 856. *Si vero deinceps in taberna, vel in platea publica, vel in loco communi clerici in sacris ordinibus constituti vel beneficiati ad taxillos ludere vel Punctare aut transversare, vel participare cum ludentibus ad taxillos ad lucrum & damnum præsumserint, &c.* Nisi ibi Punctare eadem notione accipiendum est, qua nostri dicunt *Donner* vel *Prendre de l'argent à Piquer*, cum scilicet aleator ab alio pecuniam mutuo accipit quam cum fenore restituit quoties vincit. Cæterum pro notare occurrit in Epitome Constit. Eccl. Valent. inter Conc. Hisp. tom. 4. p. 194. *Anniversaria & dupla sedis Punctentur cum cedula, illa die qua celebrabuntur.* Nostri *Poindre*, pungere dixerunt. Le Roman d'Athis MS.

Des esperons qu'il ot dorez.

Point le cheval par les costez.

PUNCTARI, dicuntur, qui certis officiis suis sibi inunctis, vel ex debito, adesse negligunt, vulgo *Piquer*, in Constitut. Joan. Archiep. Nicosienis an. 1320. cap. 2. 7. [Epitome Constitut. Eccl. Valent. Concil. Hisp. tom. 4. pag. 173. *Punctare in dicta Missa teneantur (collectores) ut sciant quibus in solidum, vel dumtaxat pro tertia parte anniversarium solvere teneantur.* Adde Baluzium tom. 2. Miscell. pag. 266.]

PUNCTATIM, Articulatim, quasi per puncta. Charta an. 1095. in Tabular. S. Victoris Massil. *Hanc donationem manibus nostris Punctatim firmavimus.* Meisterlini Hist. Rer. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 69. *Quæso digneris Punctatim ostendere gradum nostræ consanguinitatis.* Utitur præterea Claud. Mamert. de Statu animæ lib. 3. cap. 14. Vide in *Punctum* 2.

PUNCTATOR, Qui absentes à choro & officiis divinis punctis notat, Gall. *Piqueur.* Vita S. Bogumili tom. 2. Junii pag. 347. *Punctatori deinde negotium dedit, eos qui abessent aut infra officium confabularentur . . . connotandi.* Adde Concil. Hispan. tom. 4. p. 339. *Punctador*, in Litteris Pii V. PP. ibidem pag. 119.

PUNCTUATOR, Eadem notione, in Statutis MSS. Capituli Audomar. *Item circa parvum burfarium distributorum marellorum & Punctuatore anniverfario, &c.*

PUNCTUARIUS, Eodem intellectu, in Epist. Clementis IV. PP. an. 1267. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 480.

PUNCTORIUM, Subula. Vide in *Punctare*.

PUNCTUARE, Statuere, definire, pacisci. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 14. pag. 28. *Assensum præbentes, incontinenti, quæcumque in ipsa concordia Punctuantur, opere perimplerent.* Ibidem cap. 55. pag. 139. *Decrevit igitur & effectualiter Punctuavit, quod &c.* Rursum cap. 69. p. 199. *Securam compositionem Punctuant, persciant & confirant.* Erat igitur finaliter Punctuantum, quod &c. Vide *Punctuatio* 1.

APPUNTARE, Eadem notione, in Charta ann. 1182. ex Tabul. S. Albini Andegav. *Cum omni assensu & voto omnium & singulorum nostri dicti monasterii monachorum statuimus, ordinavimus & Appuntavimus, &c.*

PUNCTUARIUS, PUNCTUATOR. Vide supra *Punctator*.

1. PUNCTUATIO, Conventio, pactum, Gall. *Traité*, apud eundem Elmham. cap. 21. p. 47. *In villa de Haresflew reddicionem conveniunt in hunc modum, viz. quod, nisi potentia partis adverse ipsi velle, infra sex dies futuros post Punctuationem habitam succursus conferat, . . . in manus regias villam reddent.* Vide *Punctuare*.

APPUNCTUATIO, Eadem notione, in Chron. Joan. de Whethamstede pag. 346. *Convenit (Rex) cum ipso (Duce Eboraci) pro alio quinquennio . . . Quod dux de Somercete audiens, . . . tam caute apud Regem insteterat, ut . . . totam Appunctuationem, quam prius fecerat cum domino duce Eboraci, revocaret in irritum.*

2. PUNCTUATIO, Scriptio. Johannes Diaconus in Vita S. Isidori agricolæ tom. 3. Maii pag. 514. *Liber ipse originalis . . . tam in discursu ipsius historie, quam Punctuatione ipsorum ecclesiasticorum hymnorum, per sexaginta & septem distinctiones distenditur.*

1. PUNCTUM, [Ipsa chartæ vel scripti verba.

Regeft. Magn. Dier. Trecent. ann. 1289. apud D. Bräffel tom. 2. de Ufu feud. pag. 927. *Ad quos usus dicti burgenfes per Punctum cartæ suæ fe attendere dicuntur.*] Statutum Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1302. pro Reformatione Regni cap. 63. *Per hujusmodi Statuta & ordinationes nos aut nostrum consilium non intendimus in aliquo variare vel mutare privilegia, seu Puncta litterarum, quæ nos aut prædecessores nostri concessimus, &c.* [Charta Philippi Regis Franc. inserta in Litteris Henrici V. Regis Angl. an. 1420. apud Rymer. tom. 10. pag. 21. *Specialiter cum nec per Punctum cartæ hoc sibi concessum fuisset . . . Per Punctum cartæ, sibi & eorum monasterio à tempore fundationis dicti monasterii concessæ.*] *Prendre à point, & pointer, in Affisiis Hierosolymitanis MSS. cap. 6. Le bon plaideoir doit ses paroles tout baudement & entendument, & doit estre gaitant de dire ses paroles, si que son avversaire ne le puisse prendre à Point, par quoi il perde sa querelle, notant tous les dis de son avversaire, & bien Pointant chascun porce que il sache respondre à ce que mestier li est. Et cap. 264. Le Seignor & l'homme doivent adonc dire ambedeus ensemble, oil, pource que l'un ne puisse prendre l'autre à Point. Car si l'un disoit, oil, & l'autre, non, enci auroit l'un l'autre pris à Point, & auroit sa foi blessée.*

2. PUNCTUM, in psalmodia, Syllaba. Statuta antiqua Ordinis Cartusienf. 1. part. cap. 39. §. 1. *Si ea, quæ cantando delectationem afferunt, amputentur, ut est fractio & inundatio vocis, & geminatio Puncti, & similia, quæ potius ad curiositatem attinent, quam ad simplicem cantum. Ubi Neuma innuuntur. Et §. 4. Punctum nullus teneat, sed cito dimittat. Post Punctum bonam pausam faciat. Adde §. 5. Cap. 50. In monosyllabis vel barbaris dictionibus debet in fine geminari Punctum, cum sit interrogatio, tam in Epistola, quam in Evangelio.*

¶ PUNCTUS, eadem notione, in Institut. Patrum de Modo psallendi apud Thomas. in Append. ad Responf. S. Greg. pag. 443. *Semper in psalmodia Punctus & pausa teneantur. Hinc*

PUNCTUATIM CANERE. Charta Caroli II. Regis Siciliae an. 1304. apud Ughellum tom. 7. p. 897. *Volumus, quod in ipsa deinceps Ecclesia secundum ordinem Parisiorum Ecclesia per libros, quos eidem Ecclesia dedimus, divinum officium celebretur, Punctatim videlicet atque tractim. Ubi tractim & punctatim, est uno tenore absque ulla modulatione cantare, singulis tamen punctis, i. verbis, quodammodo tono elevatori notatis, ita ut qui ita cantat, iis immoretur.*

¶ Haud scio an melius de gravi & distincta modulatione intelligatur, ut & in Statutis antiquis Canonis Regular. apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 86.

Punctatim psallendo Deo, cantentque morose.

Hinc emendanda Statuta Valent. Eccl. inter Concil. Hisp. tom. 3. p. 511. *Semper unus levet psalmos, & Punctatis, sine syncopa legant psalmos ac lectiones. Ubi leg. Punctatim.*

¶ 3. PUNCTUM, Vulnus cuspe factum. Lex Ripuar. tit. 4. cujus inscriptio est, *de Puncto. Si quis ingenuus alterum transpuxerit, aut infra costas plaga-verit, &c.*

¶ 4. PUNCTUM, Articulus, caput, Gall. *Point, article.* Litteræ Ruperti Electoris Palat. ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. pag. 582. *In omnibus suis tenoribus, sententiis, Punctis & clausulis, &c.* Charta ann. 1377. ex Bibl. reg. *Quia recipiendo veniret contra unum de principalibus Punctis quod ponit & sublinet.* Charta Caroli Regis Franc. an. 1452. apud

Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. p. 402. *Et licet iidem exponentes errores in dicto arresto respectum certorum Punctorum in eodem contentorum intervenisse & eosdem prosequi intendissent.* Adde Rymer. to. 8. p. 378. & Conc. Hisp. tom. 3. p. 654. Vide *Punctus* 2.

¶ 5. PUNCTUM, Salarium, honorarium, quod iis tribuitur qui officiis ecclesiasticis interfunt; sic dictum quod præsentis puncto notabantur. Statuta Eccl. Valent. inter Conc. Hispan. tom. 4. pag. 135. *Quicumque clericus beneficiatus, vel substitutus non adfuerit Missæ majori, perdat Punctum omnium actuum & funeralium à meridie usque ad mediam noctem illius diei. Et quicumque non adfuerit Vesperis; similiter amittat Punctum omnium actuum & funeralium à media nocte usque ad meridiem diei sequentis. Et deputabitur in clero presbyter unus qui assistentes Missæ & Vesperis supradictis Puncto designet. Puncta nuncupantur etiam salaria concessa à Principe primatibus advocatorum. De his vide Cujac. lib. 13. Observat. cap. 2.*

¶ 6. PUNCTUM, Globulus, Gall. *Bouton.* Statuta Milonis Episc. Aurel. ann. 1314. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1286. *Statuimus quod quilibet sacerdos de cetero supertunicale clausum habeat, scilicet sine Punctis.* Statuta Monast. S. Germ. Paris. inter Probat. ejusdem Hist. pag. 173. *Vestes etiam inordinatas apertas cum Punctis penitus inbibemus.* Statuta Monast. S. Claudii an. 1448. pag. 38. *Item, quod iidem Religiosi sine floccis aut regularibus cucullis cum Puncto competenter clausis per monasterium . . . non incedant.* Occurrit rursus pag. 113.

¶ IN PUNCTO ESSE, Phrasis Gallica, *Etre sur le point, In procinctu.* Charta ann. 1377. ex Bibl. reg. *Diximus quod eramus in Puncto rumpendi, &c.*

¶ DE PUNCTO IN PUNCTUM, Phrasis etiam Gallica, *De point en point, Accurate, diligenter, summa cura, in Litteris Philippi VI. Reg. Franc. an. 1339. tom. 2. Ordin. pag. 133. Ipsas ordinationes & litteras regias supradictas de Puncto in Punctum observantes, &c.* Charta Henrici VI. Regis Angl. an. 1446. apud Rymer. tom. 11. p. 111. *Observari de Puncto in Punctum, &c. De Puncto ad Punctum totum scribimus præsens scriptum, in Tabul. Eccles. Lingonens.*

¶ PUNCTURA, Punctio. Jul. Firmicus lib. 8. cap. 21. *Viri Punctura teli morientur.* Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii c. 63. pag. 175. *Inclusi, mæroris & timoris sauciati Puncturis, inceperunt mitescere; &c.*

1. PUNCTUS, Quinta pars horæ, apud Bromptonum. [Rabanus de Computo apud Baluz. tom. 1. Miscell. p. 17. *Disc. Punctus quid est? Mag. Quarta pars unius horæ. Disc. Unde dictus est Punctus? Mag. A parvo puncti transcensu qui fit in horologio. Punctus quippe à pungendo dictus est, eo quod quibusdam punctiombus certa designationis in horologiis designatur. Punctus autem habet minuta duo & dimidium, partes tres & semissem, & quadrantem unius partis, momenta decem, ostenta quindecim, atomos VDCXL. Quatuor ergo Puncti horam faciunt.* Rolandinus Patav. lib. 8. cap. 1. apud Murator. tom. 8. col. 283. *Movit (Eccelinus) de Verona circa principium mensis Madii, eligens Punctum sui motus, cum sapientibus suis, more solito. Vide Ostentum.*]

¶ 2. PUNCTUS, Articulus, caput, Gallice *Point; article.* Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1357. apud Rymer. tom. 6. pag. 43. *Ad admittendum . . . omnes & singulos tractatus & concordias factos, habitos seu faciendos . . . & quoscumque etiam Punctus in eisdem contentos.* Occurrit rursus ibidem pag. 45. 53. &

apud Marten. tom. 6. Ampliff. Collect. col. 200.
Vide *Punctum* 4.

¶ 3. PUNCTUS, Actus, factum, Gall. *Fait*. Litteræ Henrici IV. Reg. Angl. an. 1409. apud Rymer. tom. 8. pag. 570. *Sciatis quod suscepimus in salvum & securum conductum nostrum . . . senescallum de Haynau, infra regnum nostrum Angliæ, ad certa Punctus & facta armorum inibi perficiendum, cum centum personis equitibus in comitiva sua.*

¶ 4. PUNCTUS, Acumen, mucro, Gall. *Pointe*. Charta an. 1392. apud Rymer. tom. 7. p. 713. *Concessimus Majori dictæ villæ (Calesiæ) . . . quod ipsi . . . quandam gladium, Punctu erecto, coram eis portatum habere possint, ita quod Punctus gladii prædicti, in præsentia nostra & avunculorum nostrorum, ac etiam capitanei dictæ villæ nostræ, seu locum suum tenentis in absentia sua, pro tempore existentium, semper deorsum deferatur. Punctum aculeis acutissimis, sursum erectis, tali ingenio, ut cum Rex decubisset, & mole corporali stramenta pressisset, per eosdem aculeos vulneratus fuisset, in Chronico Angl. Th. Otterbourne pag. 232.*

Vide *Puncta* 1.

¶ 5. PUNCTUS in psalmodia. Vide *Punctum* 2.

¶ PUND, Libra. Vide *Funt*.

PUNDBRECH, Infractura parci, in Legibus Henrici I. cap. 40. ubi habetur, quot modis illa fiat: *Si Pundbrech, id est fractura parci fiat in Curia Regis, plena vita fit; alibi 5. manca. Pundbrech fit pluribus modis, emissione, evocatione, receptione, excussione, &c.*

¶ PUNEX, pro *Pumex*, in Translat. S. Felicis Conf. inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 297. *Quod sepulcrum . . . in orientali parte erat constructum, & artificis arte factò fornice de suspenso Punice coopertum: rætaque suspensi Punice congerie, invenerunt ligneum sepulcrum.*

PUNGA, Pera, Saxonice *punȝ*. S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 1. cap. 10. *Quoties brachile aureum, Pungam quoque auro gemmisque comptam sibi subripuit, tantum ut miseris succurreret. [Magis placeret Pugna, qua voce pugni ornamentum significaretur, cum ad brachile propius accedat quam pera, cui aurum & gemmæ vix conveniunt: si tamen hanc vocem ex Cod. MS. optimæ notæ restituerit Duchesnius. Nihil enim temere definiendum, cum infra cap. 12. legatur: Habebat (Eligius) bursas eleganter gemmatas. Vide supra *Pugna* 1. & 2.] Angilbertus Abbas Centul. apud Hariulfum lib. 2. cap. 10. Codex eburneus auro paratus . . . Punga auro parata 1. incensaria argentea auro parata 4. &c. Ita Græco-Barbaris, *πύξην* & *πυξίον*, est sacculus, bursa, crumena ex corio confecta, unde nostris, *poche*: Leoni Imp. in Tacticis cap. 5. §. 4. cap. 6. §. 2. 10. *Ἰππῶς* de capta Constantinopoli MS. *πύξην* & *εἰς σακκῆλιον* &c. Alios in hanc rem locos suppeditant Rigalt. & Meurf. in Gloss.*

PUNCHA. Statuta Massiliensia MSS. an. 1276. *Tunica rugata cum Punchis.*

P OCHIA, Pochia seu Bissacus, in Processu de Vita & mirac. B. Mariæ de Malliaco num. 42. [Charta an. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 259. *In qua archa reperientes monetas infra scriptas in succis lineis seu Pochiis repositas.*]

P O WCHIA. Will. Thorn. an. 1248. *Etiā ex transverso ventris sub umbilico habentes cultellos, quos Dagerios vulgariter dicunt, in Powchiis desuper impositis.*

¶ PUNGATIVUS, Pungens, Gall. *Piquant*. Mirac. B. Simonis de Lipnica to. 4. Jul. p. 556. *Velut spinam Pungativam evulsam ab eisdem sentiens dentibus.*

¶ PUNGITIVUS, Eadem notione. Epist. Gaufridi

Abb. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 502. *Quibusdam autem verba justorum Pungitiva tantum sunt, non sanativa: aliis vero Pungitiva sunt simul & sanativa. Gervasius Tilber. in Otis Imper. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 978. Vermicululus autem ex arbore, ad modum ilicis & quantitate dum Pungitiva folia habente, prodit ad pedem. Rolandinus Patav. lib. 11. cap. 5. apud Murator. tom. 8. col. 329. Et aliquando post mellis dulcedinem mordet aculeus Pungitivus. Occurrit rursum apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 217. & 223.*

¶ PUNHALIS GLADIUS, Pugio, sica, Gallice *Poignard*. Charta ann. 1200. ex Tabul. Archiep. Auscit. *Evaginato Punhali gladio irruit contra dictum dominum Abbatem.*

¶ PUNHERIA, Annonariæ mensuræ species, ut supra *Pugneria*. Vide in hac voce. Limborg. Hist. Inquisit. pag. 113. *Tradidit Michaeli Miro . . . mediam Punheriam salbarum (l. fabbarum) ad dandum hereticis pretium ipsarum. Vide *Poignia* & infra *Puniera*.*

¶ PUNIATA, Tabularium Prioratus Lewensis apud Spelmannum: *Lanceta, qui pro sale ierit, habebit unum panem, & unam Pumatam salis. Ubi legendum Puniatam, ex Gallico *Poignée*, quantum pugno quis continere potest. Vide *Poignia*, & *Palmata*.*

¶ PUNIERA, ut supra *Punheria*, in Transfatione an. 1351. inter Abbatem & Monachos Crassenses ex lib. viridi fol. 53.

¶ PUNIEYRATA, Modus agri, apud Occitanos, unius pugneriæ sementis capax. Charta Annæ Dabfaco dominæ Montis-Astruci an. 1488. *Arrendavit & affeudavit . . . quindecim sextariatas & tres Punieyratas terre & nemorum. Vide *Pugneriata*.*

¶ PUNIMENTUM, Poena, supplicium, Gall. *Punition*. Consuetud. Marchiæ Dombar. art. 3. *Domini possunt quittare mortem seu Punimentum corporis hominum suorum taillabilium homicidarum, dummodò homicida vel dominus ejus concordet cum domino hominis taillabilis mortui.*

¶ PUNITAS, ut *Punimentum*. Chronic. Watinens. Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 825. *Dignus morte non moritur, puniendus Punitati subtrahitur, &c. Chron. Novalic. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 739. Fugantur demones à victrici signo: qui videbantur esse catelli, & ad Punitatem revertuntur suam.*

¶ PUNITIO, Jus reos puniendi. Charta fundat. Abbatæ Perrodii-novi ann. 1209. apud Menag. Hist. Sabol. p. 364. *Cum omni honore domini, commodi, Punitionis & justitiæ.*

¶ PUNNA. Vide *Pugna* 3.

¶ PUNTA, Italis & Hispanicis, Acumen, Gall. *Pointe*. Johan. Demuffis Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. col. 681. *Portant scarpas & caligas solatas cum Puntis longis onciarum 111. ultra pedem subtilibus . . . Nunc portant cum Puntis parvis, quæ Punta tam longæ, quam parvæ sunt plenæ pilorum, sive buræ bovis. Occurrit etiam in Conc. Limano an. 1582. inter Hispan. tom. 4. pag. 246. Vide *Puncta* 1. & *Punctus* 4.*

¶ PUNTALE, vox Italica, Academicis Cruscanis, *Fornimento appuntato, che si mette all'estremità d'alcune cose*, Res quævis in puntam seu acumen definens. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 394. *Et taliaavit Puntale cinguli sui argentei, & rustico dedit. Ibid. col. 395. Prædicta dicis, quia vis tenere meum Puntale argenteum . . . Per Deum de Puntali non recordabar. Sed accipiat Puntale; si vultis mihi servire, amore Dei serviatis. Sin autem in nomine*

Dei discedatis cum Puntali vestro. Et certe si Puntale id penes me permaneret, posset facere me suspendi.

PUNTARIA. [f. Appenditiæ, Gallis *Dépendances.*] Chronicon S. Vincentii de Vulturno l. 2. p. 685. *Cum aliis casalibus, & territoriis, & Puntariis in loco, ubi dicitur, &c.*

¶ **PUNTUM**, pro *Punctum* vel *Punctus*, Pars horæ, in Chron. Domin. de Gravina tom. 12. Murator. col. 569.

¶ **PUPARE**, *Crescere*, in Amalth. ex Papiæ. Statuta Saluciar. Collat. 7. c. 196. *Exceptis bestiis azilantibus & Pupantibus, pro quibus solvatur tantum damnum domino.*

¶ **PUPILLARITER**, Pupillari ratione, ut pupillo convenit. Testam. Johannis Dalphini an. 1318. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 172. col. 2. *Substituendo eosdem invicem vulgariter, Pupillariter & compendiose, breviloce & fideicommissarie, per illum modum, videlicet per quem ad utilitatem liberorum superstitum, & heredam suorum melius valere poterit & debebit.*

PUPILLUS, pro Pupilla. Capitula ad Legem Alamannor. c. 1. edit. Baluzii: *Si quis alteri oculum ruperit, & ille Pupillus intus restitit, solvat sol. 40. &c.*

¶ **PUPIOR**, παιδεύομαι, in Gloss. Lat. Græc.

¶ **PUBLICI**, pro Publice, in Testam. Chrodardi Comit. apud Mabill. Diplom. lib. 2. c. 27. §. 10. *Actum in villa, quæ dicitur Mareleia, Puplici, &c.* Gloss. Lat. Gr. *Puplice, δημόσια. Puplico, δημοσίου.* Ubi in MSS. *Publice, Publico.*

PUPPIS CAPITIS. Vide *Prora.*

PUPPUP. Althelmus in præfatione ad librum de Laude virginum:

..... ne possit rabula raptor

Regales vastans causas bis dicere Pup Pup.

¶ **Vox irrisionis est & contemptus**, ut in Glossario ad Cantica natalitia Burgundica apte omnino observatur ex Rabano de Laudibus S. Crucis lib. 1. fig. 2.

.....: dire ne dicere Pup Pup

Rancidus is valeat deceptor, dux & iniqui,

Exemptam risit prædam qui lincis ab athra,

Detrusamque diu voluit punire necando hic.

Quæ sic commentantur ab ipso Rabano lib. 2. *Ne antiquus hostis, qui primum parentem nostrum sibi consentientem de paradiso ejecit, diutius irrisionis eulogio progeniem ejus in exilio damnatam fatigaret.*

¶ **PUPULA**, πῦλλον, in Gloss. Lat. Gr. Adolescens, puella. Chron. Farf. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 430. *Agilus cum uxore sua Urfa & cum una Pupula & casis & substantiis; Raciportus cum uxore sua Sindula, & filiis masculis 11. casis & substantiis.*

¶ **PUPULA**, *Imago, quæ fit à puellis*, in Glossario ad Doctrin. Alexandri de Villa Dei. Vide supra *Paupada.*

¶ **PUPUS**, πῦλον ὀφθαλμοῦ. Gloss. Lat. Gr. Pupilla. S. Paulinus Poëmate xx. de S. Felice:

Intra folliculum teretem liquido interfuso

Sub vitrea nitri latet albus imagine Pupi.

¶ **PURA.** *In puras credere*, recensetur inter superstitiones paganorum, apud S. Audoenum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15. tom. 5. Spicil. Acher. pag. 215. *Nullus Christianus in Puras (al. Pyras) credat, neque in cantu sedeat, quia opera diabolica sunt.*

¶ **PURATUS**, pro *Purpuratus*, moneta Imperatorum Byzantinorum. Bernardus Thesaur. de Acquisit. T. S. apud Murator. to. 7. col. 690. *Asellionus vendebatur octo Puratis, qui valent denar. cxx. solidorum.* Vide *Hyperperum.*

¶ **PURCELLUS**, pro Porcellus, in Charta apud *Madox* Form. Anglic. pag. 252. *Sciatis me dedisse*

... totam decimam lanae, & lini, & pomorum, & equorum, ... & duas partes Parcellorum.

PURCHACIA, Comparatum, acquisitum, ex Gallico *Purchasser*, & *Ponrchas*. Charta Gaufridi de Mandevilla: *Contuli.... omnes Ecclesias inferius annotatas, tam de dominio meo, quam de emptis & Purchaciis.* [Lib. niger Scaccarii p. 83. *De dono domini Regis de Purchaciis Episcopi Sarum, Willelmus filius Riccardi, feodum 111. militum.* Charta Margaretae Comit. Warwici to. 4. Hist. Harcur. pag. 2223. *Sciatis me dedisse... decimum denarium de omnibus placitis & Purchaciis undecumque venerint.* Vide supra *Porchaicia.*]

¶ **PURCHMUTTE.** Charta Friderici Ducis Austriae ann. 1241. apud Hansiz. tom. 1. German. Sacrae p. 379. *Item decima in foro Lengenbach. 1111. modii soliginis & avenae Purchmutte.* *Mute* præmium, merces, veter. Teuton. ex Lazio. *Mutti, mudde*, modius est, apud Schilter. in Glossar. Teuton. à Saxon. *Midd* vel *Mitca*, quod ex Somnero *Corum*, batum, modium, & aliud quodque mensuræ genus denotat. Ex his, si quid potes, ad vocis notionem expiscare.

¶ **PURCHUTA**, Pensio, præstatio quæ alicui ex *Purchacia* competit. Charta Ludovici Hungar. Regis an. 1362. apud Steyer. in Comment. ad Hist. Alberti II. col. 336. *Cum restituerimus castrum Snerzenpach, quod nos & nostri progenitores habebant & tenuerunt à longis temporibus retroactis, Purchuta seu pensione pro castellania vel castrensi custodia deputata ad idem castrum de nova civitate per nos relaxata nichilominus, & dimissa, remissa quoque liberaliter eadem pensione sen Purchuta que dicta nova civitate hætenus soluta non extitit & neglecta. Nos pro nobis & universis nostris heredibus & successoribus renunciavimus, presentibus omnibus & singulis iuribus, accionibus & impetitionibus, que in dictum castrum Snerzenpach & ad Purchutam predictam de nova civitate habuimus.*

¶ **PURCIVANDUS**, vulgo *Poursuivant d'armes*. Vide supra in *Prosecutor*. Charta an. 1555. apud Rymer. to. 15. pag. 424. *Concessimus dilectis nobis... heraldis armorum, ac omnibus aliis heraldis prosecutoribus sive Purcivandis armorum.*

¶ **PURSIVANDUS**, Eadem notione, in Charta an. 1550. ibid. pag. 201. *Per presentes facimus... Nicholaum Tubman unum Pursivandorum nostrorum.*

PURCTRECHT. Charta Leonardi Episc. Pataviensis ann. 1426. in Metropoli Salisburgensi to. 4. pag. 37. *Et continimus in Patavia jns civile, quod vulgo dicitur Purctrecht.*

¶ **PUREA**, Jus è pisces, nostris *Purée*. Ordinat. Humberti II. super ordine mensurarum, tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 312. col. 2. *Serviatnr nobis de duobus potagiis in primo ferculo, videlicet de pisces albis & Purea aut de ciceribus & caulibus aut rapis.* Vide supra *Porea.*

¶ **PUREYA**, Jus seu jusculum quodvis, idem quod *Potagium* 1. Vide in hac voce. Statuta MSS. Cardin. Trivultii Abb. S. Victoris Massil. ann. 1531. *Item in vigiliis festivitatum tenetur (Pitanfarius) providere de potagio vulgariter dicto Pureya.*

¶ **PURFERIR**, f. Reficere, Galli dicimus *Reprendre* *nn mnr.* Comput. ann. 1202. apud D. Brüssel de Ufu feud. tom. 2. pag. CLIII. *De domo Duni & de muris castelli Purferir 1111. l. Ibid. pag. CLIV. Et pro muro Purferir, & pro plumbo, & pro kernellis xx. l.*

PURGARI dicuntur, qui immundis spiritibus liberantur, apud Ambrosium lib. 7. Epist. 2. Hieronymum in Vita Hilarionis, & alios laudatos ab Henr. Valesio ad lib. 5. Histor. Eccles. cap. 7. ubi

καθαρσις eadem notione Græcos Scriptores usurpare observat. [Vide Glossar. med. Græcit. in v. καθαρσις]

¶ PURGATIO, Innocentiæ probatio, *Esurgence*, apud Bellomaner. c. 39. Chartul. S. Magdal. Castrodun. fol. 56. *In duellis & aliis Purgationibus quibus sacramenta sunt necessaria, pugiles veniant ad ecclesiam canonicorum.* Hæc vero multiplici ratione peragebatur; at quæ ab Ecclesiæ canonibus magis probaretur, nuncupata

PURGATIO CANONICA, Quæ est super objecto crimine, proprio juramento, vel, si oporteat, juramento compurgatorum de ipso crimine diffamati innocentia ostensio: ita Lindwodus. Honorius III. in V. Compil. pag. 219. *Alioquin quia publica fama laborat, & manifeste presumptiones apparent, Purgationem super præmissis canonicam cum manu decima ejusdem dignitatis & ordinis indicatis.* Occurrit passim in Jure Canonico. Vide *Judicium.*

¶ Atqui hæc *Purgatio canonica* etiam nunc usitata in foro Inquisitionis. Si quis enim de hæresi diffamatus, nec propria confessione, nec facti evidentia, nec testium productione legitima convincitur, tenetur, ut absolutus exeat, testibus ejusdem ac ille conditionis & status, quique à judice, eo, quo illi placet numero, definiuntur, purgare se de illata infamia; ita tamen ut si defecerit in uno, duobus, tribus aut pluribus testibus, exinde convictus plene de crimine censeatur. Plura vide apud Hofman. in Lexico.

PURGATORES, idem, qui *Sacramentales, Juramentales, Conjuratores*, de quibus in voce *Juramentum*. Utitur Andreas Suenonis in *Legibus Scaniae* lib. 7. cap. 3.

PURGATORIUM. Innocentius IV. PP. in Epist. ad Ottonem Cardin. Tusculanum §. 23. *Nos, quia locum purgationis hujusmodi dicunt (Græci) non fuisse sibi ab eorum doctoribus certo & proprio nomine indicatum, illum quidem juxta traditiones & auctoritates SS. Patrum Purgatorium nominantes, volumus, quod de cætero apud illos isto nomine appelletur. Isto enim transitorio igne peccata utique, non tamen criminalia seu capitalia, quæ prius per pœnitentiam non fuissent remissa sed parva & minuta purgantur, quæ post mortem etiam gravam, si in vita non fuerim relaxata.*

¶ Purgatorii pœnas in Paschatis festo relaxari consuetum in Ecclesia discimus ex Mirac. S. Bononii sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 271 *Maxime cum ea die (Resurrectionis Dominicæ) peccatoribus venia indulgenter conceditur, & animabus jam carne solutis causa purificandi pro commissis supplicio deputatis requies exhibetur.*

PURGATORIUM, ubi vestes & alia ejusmodi eluuntur, in Statut. Ord. Præmonstrat. c. 12. *Ad Purgatorium aquam deferre, & si qua sint ibi abluenda, pro diversis fratrum infirmitatibus abluere.*

PURGATORIUM S. PATRICII, Ita dictus locus quidam in Hibernia in quadam insula, ubi Patricium Hibernorum Apostolum à Deo ardentissimis precibus obtinuisse aiunt, ut pœnæ & cruciatus, qui impios post hanc vitam manent, ob oculos hic proponerentur, ut insita suis Hibernis peccata, & Gentilium errores facilius extirparet. De hoc Purgatorio agunt pluribus Silvester Giralduus in Topogr. Hiberniæ dist. 2. c. 5. Matth. Paris pag. 61. & seqq. Bromptonus p. 1076. Henric. Knyghton p. 2390. Cambdenus in Descript. Hiberniæ, Jacob. Waræus in Antiquitat. Hibern. pag. 219. 220. 221. 2. edit. & alii.

¶ PURGATORIVS MENSIS, Februarius, in quo

festum Purificationis B. M. celebratur. Chronic. Ditmari Merseburg. Episc. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 376. *Post salutiferum intemperate Virginis partum, consummata millenarii linea numeri, & in quinto cardinalis ordinis loco, ac in ejusdem quarte initio hebdomada in Februario mense qui Purgatorius dicitur, clarum mane illuxit sæculo, &c.*

¶ PURGATORIUM CONFESSIONIS OFFICIUM, in Epist. Henr. Huntindonensis de Contemptu mundi, apud Acher. to. 8. Spicil. pag. 185.

PURGIRE. Leges Willelmi Nothi vernaculæ c. 14. *Ki altrei sponse Purgist, si forsaît lavvere vers sun Seignour.* Id est, qui desponsatam alteri stupraverit, forisfacit verram suam domino suo. Adde c. 19. utitur etiam Britton pag. 16. v. Papianus lib. Responsor. tit. 21. *Si quis mulierem ingenuam vel virginem per vim stupraverit, &c.* Le Roman de *Vacce* MS. *Les passans tuoient, les femes Porgisoient.*

[Ibidem:

Mainte espouse honnie & mainte dame Porgeue.

Rursum:

Et Porgiessent les dames de jouste lor mariz, Icele honte souffre nul franz. homs à enviz.]

Vide *Rugire.*

¶ PURGKRAVIUS, ut *Burggravius*, Burgi Comes. Vide in hac voce. Charta Alberti Ducis Austr. an. 1330. apud Steyer. col. 30. *Interdicimus quoque & firmiter inhibemus universis & singulis Purgkraviis, judicibus, officialibus & aliis quibuscunque personis ne ipsos fratres... audeant perturbare.* Occurrit rursum col. 325.

PURIFICARE, Culpam aut crimen sacramento diluere, purgare, *idoneare se: Purificare se sicut Lex jubet*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 1. *Purificare se ad Legem Dei, §. 20.* [id est, ad sacra Dei Evangelia.] *Per sacramentum se Purificare*, tit. 16. §. 8. Adde lib. 2. tit. 11. §. 2. *Juramento se Purificare*, in Concilio Wormatiensi ann. 868. cap. 12. Vide præterea Petrum Damian. lib. 7. Epist. 12. pag. 647. edit. 1610. &c.

¶ PURIFICARE, Exponere, explicare, Practicis nostris *Libeller*. Epistola ann. 1408. to. 8. Spicil. Acher. pag. 207. *Declarato per nos quod nedum in vim dicta cedula & juramenti præstiti ipse (Benedictus XIII.) tenebatur per viam cessionis prosequi unionem Ecclesiæ, illumque offerre, imo jure communi etiam ad hoc pro tanto vitando scandalo tenebatur, fuitque ex hoc conditio, quæ in cedula inserta fuerat, Purificata taliter, quod dominus prædictus fuit pure & simpliciter obligatus & astrictus precise ad prosequendum unionem Ecclesiæ per viam cessionis, &c.*

PURIFICARI dicuntur mulieres, quæ post partum in Ecclesiam veniunt, & benedictionem à Sacerdote suscipiunt, ex veteris Legis instituto, de quo præ ceteris Durandus in Ration. lib. 7. cap. 7. n. 6. 7. Conradus Uspersg. ann. 1124. *Mulieres post partum ad Ecclesiam veniant, & benedictionem à Sacerdote, sicut mos est, accipiant.* Chronicon Andrense pag. 452. *Vix unquam post puerperium more legali & Evangelico Purificari, & Ecclesiæ reconciliari meruit.* Statuta Synodalia Nicolai Episcopi Andegav. an. 1262. *Prohibemus, ne ea die, qua benedictio nuptialis celebratur, mulieres admittantur ad Purificationem, cum præposteratio videatur.* Adde Statutum anni 1270.

¶ Idem quoque observatum fuisse, cum mulieres primo post nuptias ad ecclesiam veniebant, docuimus supra in v. *Messiare*. Quo etiam spectant laudata paulo ante Statuta Nicolai Episc. Andeg. Vide mox in *Purificatio.*

PURIFICATIO, Oblatio, quæ à mulieribus, quæ post partum in Ecclesia purificantur, Sacerdotibus offertur. *Purificationes de partu surgentium*, in Tabulario S. Genovesæ Paris. Charta ann. 1152. in Magno Pastoralis Eccl. Paris. ch. 32. *De Purificationibus statuimus, ut, quidquid de manu ejus, quæ purificatur, in oblatione suscipiatur, parochiali penitus reddatur Sacerdoti.* Alia an. 1250. apud Brolium lib. 2. Hist. Parisiensis: *Salvo etiam hoc & retento nobis & Ecclesiæ nostræ, quod omnes mulieres prædictæ villæ in die Purificationis suæ post puerperium, & primo die, quo accedent ad parochialem Ecclesiam post sponsalia, ad Ecclesiam nostram tenentur vertere ratione matricis Ecclesiæ, & oblationes ibidem facere, prout hactenus extitit consuetum.* Alia anni 1123. in Hist. Vastinensi p. 832. *Exceptis 4. nummis benedictionis nuptiarum, & oblatione Purificationis mulierum.* Alia ann. 1221. apud Jacob. Petitem ad Pœnitentiale Theodori p. 440. *Mulieres manentes inter castrum Cociaci Presbyter Parochialis tenetur reconciliare secundum usum in Ecclesia S. Remigii, & debet recipere de oblationibus panem & vinum, & candelam, & unum denarium, residuum vero recipitur à Priore S. Remigii.* [Tabul. S. Florentii: *Bernardus Nannetensis Episcopus ecclesiam de Voantis concedit, & de candelis Purificationum medietatem.*] Charta Philippi II. Imp. descripta in Magno Recordo Leodiensium p. 11. *La femme, quand elle irat au Purification d'enfant, doit donner une chandelle, & faire son offrande.*

¶ **PURIFICATIO BASTARDORUM**, Oblatio, quæ Ecclesiæ in bastardorum legitimationibus offerebatur. Tabul. Montis S. Michaëlis: *Gaufredus Gualterii filius in capitulum S. Michaelis venit, & omnia illa quæ in ecclesia S. Melorii clamabat, videlicet in decima, in tractu decima, in reclamatione agnorum, in Purificationibus bastardorum, & in aliis rebus supradictæ ecclesiæ pertinentibus, omnino reliquit.* Vide *Legitimare & Pallium 1.*

PURIFICATORIUM, Linteolum, quo Sacerdos post communionem calicem extergit. Ceremoniale Episcoporum. cap. 12. *Super ea (credentia) ponuntur duo candelabra cum cereis albis, . . . & in ipsius medio calix cum patena, palla, Purificatorio, & bursa corporalia continente, &c.* Goarus in Euchologium p. 151. Græcos loco purificatorii *spongia* uti observat, qua scilicet non modo sacram mensam detergunt; sed & calicem dominici sanguinis purissimum vas, ipsumque sanctum discum, particulasque in eo contentas colligit in unum, coërcet ne perturbatim effluent, & suo tandem impulsu ductuque suaviter in calicem demittit.

¶ **PURIFICATORIUS**, Qui purgat. Epist. Siricii PP. ad Himer. inter Concil. Hisp. to. 2. p. 124. *Quatenus retrusa in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione descentes, Purificatorio possint pœnititudinis igne decoquere.*

¶ **PURITANI**, Secta Reformatorum circa an. 1574. qui puros se in doctrina & ritibus præ reliquis venditabant. Vide Honor. Reggium Tract. de Statu Eccl. in Britan. Hoornbechium Summa controvers. Puritanismum Anglic. Guillelmi Amesii, Stockmanni Lexic. Hær. & alios.

PURITARE, *Emundare*, in Gloss. Arabico-Lat.

¶ **PURITAS**, Pura & simplex veritas, nostris *la pure verité*. Epist. Bernardi Archiep. Arelat. ad Innoc. II. PP. ann. circiter 1133. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 718. *Omnem Puritatem sub juramento ab eo quaesivimus.* Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 85. *Tunc ille qui debet prestare & solvere decimam, ipsam decimam relinquat, & relinquere possit &*

Tom. V.

debeat in campo, seu terra de qua debetur ipsa decima cum Puritate, veritate, bona fide, & sine fraude.

PURITER, [in lib. 5. Capitul. c. 165.] Vide *Notas Steph. Baluzii ad libros Capitular. pag. 1209.*

PURPARKS, PURPARTIA. Vide *Perpars.*

PURPRESTURA, PURPRISURA, PURPRISUS. Vide *Porprendre.*

PURPUNCTUS. Vide *Perpunctum.*

PURPURA, Veteribus Scriptoribus, vestimentorum quodvis ornamentum dicitur. Gloss. Gr. Lat. πορφυρα ὑφασμένη, *Clavus.* Alibi: κύλας, ἢ περὶ τὴν χλαμύδα κύκλος, πορφυρα, *limbus. Clavus purpurea,* apud Quintilianum. Regula S. Cæsarii ad virgines cap. 7. *Vestimenta lucida, vel nigra, vel cum Purpura, vel bebrina nunquam in usu habeant.* Gregorius Turon. lib. 10. Histor. cap. 16. *De illa in scissura (mafortis) qua bella superfuit, Purpuram nepti suæ in tunica posuit.* VII. Synodus can. 15. οὐδέ ἐκ σηρικῶν ὑφασμάτων ποικιλμένην ἐσθῆτα ἐνδεδυτό τις, οὐδέ προσετίθεισαν ἑτερόχροα ἐπιβλήματα ἐν τοῖς ἀκροῖς τῶν ἱμαθίων. Sed & *adificiorum Purpuras* dixit Sidonius l. 2. Ep. 2. in quem locum consulendus Sirmondus.

PURPURA ALBA. Vincentius Belvacensis lib. 33. cap. 30. de Tartaris: *In prima die vestiti sunt omnes Purpuris albis, in secunda vero rubeis.* Cap. 36. *Tentorium de Purpura rufa.* Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 15. Kal. Aug. *Dedit nobis tres Purpuras albas, de quibus factæ sunt casula, dalmatica, tunica, & pallium ad patenam.* [Escarlate blanche, apud Froisfartem.]

¶ **PURPURA SARACENICA.** Le Roman de la Rose MS.

Largeſce out robe toute fresche

D'une Pourpre Sarraſmeiche.

PURPURA CLAVATUS, unico verbo, ut *Auroclavatus.* Gloss. S. Benedicti cap. de vestimentis: *Clavi, σημεῖα. Clavare, πορφυρῶσαι.* Stephanus II. PP. *Colobio indutum candidissimo, Purpuraclavato.* Vide *Senat. lib. 6. Epist. 21.*

PURPURAM ADORARE dicebantur, quibus Imperatorum chlamydis laciniam tangere vel osculari concessum erat: cujus quidem sacræ purpuræ adorandæ is ritus erat, ut Patricii quidem ad dextram Principis mammam adorarent, Princepsque recedentium caput deoscularetur: Senatores vero ac cæteri genu dextro ante Principem flexo discederent, ut est apud Procopium in Histor. arcana sub finem. Vide *Senatorem lib. 11. Epist. 20. Henricum Valesium ad lib. 15. Ammiani & Jacobum Gothofredum ad l. un. Cod. Th. de Præpositis sacri cubiculi, & ad l. 6. de Decurion.*

PURPURARIUS, πορφυροβάφος, in Gloss. Gr. Lat. Ibidem: πορφυροπόλης, *Purpurarius.* Occurrit in veteribus Inscript. 621. 4. 649. 9. *Purpurarius fucus*, apud Solinum cap. 27. [Negotiantes *Purpurarii*, in leg. 10. ex Cod. Theod. de excus. muner. qui purpuram vendunt.]

PURPURATI, PORPHYRETICI, PORPHYROGENITI, Imperatorum ac Regum liberi, in *purpura*, seu patre Imperatore vel Rege nati. Senator lib. 11. Epist. 1. *Placidiam mundi opinione celebratam. . . Purpurato filio (Valentiniano) studuisse percipimus.* Apud eumd. lib. 8. Ep. 5. *Purpuratam infantiam* filium vocat Athalaricus Rex. Nebridius Stilichonis gener *Purpuratorum socius*, i. filiorum Imperatoris fuisse dicitur apud S. Hieronymum in Ep. 9. Alexium Manuelis Imperatoris filium *Purpuratum* pariter vocant *Willelmus Neubrigensis lib. 3. cap. 4. & Will. Malmesburiensis lib. 3. ut Porphyreticum Ludovicum Balbum Franciæ Regem,*

R r r

Joannes VIII. PP. Ep. 125. quod scilicet in *purpura* nati essent, ut de Honorio Idacius, de Ottonne III. Imp. dixit auctor Vitæ S. Adalberti Episcopi Pragensis cap. 20. apud Surium, qui in *Imperio natus* dicitur Chunrado Uspersensi. Ita Marcus Gazensis Diaconus in Vita S. Porphyrii Episcopi Gazensis Thedosium juniorem in *purpura natum* perinde scribit, atque adeo fasciis purpureis illigatum & circumvolutum, oblatum Imperatrici. *Εν ἀλαργυρίδι* *πράφειτες*, apud Libanium in *προσφωνητικῶν*, Juliano inscripto. Claudianus in 3. Consulatam Honorii:

*Ardua privatos nescit fortuna penates,
Et regnum cum luce dedit, cognata potestas
Excepit Tyrrio venerabile pignus in ostro.*

Idem in 4. Consulatam ejusdem Honorii:

..... *Hoc nobilis ortu*

*Nasceris, æquæva cum majestate creatus,
Nullaque privata passus contagia sortis,
Omnibus acceptis, ultro te regia solum
Protulit, & patrio felix adolescens in ostro,
Membraque vestitu nunquam temerata profano
In sacros cecidere sinus.*

Vide quæ observamus ad Alexiadem pag. 321.

PURPURATUS, Moneta Imperatorum Byzantinorum. Vide *Hyperperum*.

PURPURILLA, **PURPURELLA**. Glossæ Isidori: *Purpurilla, locus extra portam, quo purpurea veste uterentur.* [Ubi leg. suspicatur Grævius: *Purpura, aula locus, quo puerpera Angustæ utebantur*; quippe qui intelligat Isidorus triclinium in aula Constantinopolitana, in quo Augustæ parere solebant. Vide Cangium in CP. Christ. lib. 11. c. 4.] Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275. *Unam zonam de seta rubea, unam planetam de Purpurella cum apparatu suo, unam planetam de cendato rubeo, &c.* [Idem quod *Purpura*.]

PURPURITICÆ COLUMNÆ, Porphyreticæ, Capitolino in Antonino, ex Porphyretico marmore, de quo Suet. in Nerone. Vetus Inscriptio Romæ: *Vetustate corruptam ad ampliavit columnis Purpuriticis, valvis creis, marmore, &c.*

¶ **PURSIVANDUS**. Vide *Purcivandus*.

¶ **PURULENTATIO**, Exulceratio, suppuratio, apud Cœl. Aurel. Tard. lib. 5. cap. 3. *Purulentia*, metaphorice apud Tertull. lib. de Pallio sub finem.

¶ **PURUS**. *Ad purum*, id est, super nudum corpus. *Tunica ad Purum cucullo super, utrisque talaribus birroque desuper indutus*, apud Guibertum lib. 2. de Bello sacro.

¶ **PURUM ARGENTUM** illud dicitur in Charta an. 1207. apud Stephanot. to. 1. Antiq. Bened. Occitan. MSS. p. 406. *quod se defendit ab igne & martello.*

1. **PUS**. Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 19. *Mulier quædam filiam suam exhibuit vulneribus plenam, & ut quidam vocant, Pus eadem genuerat.*

2. **PUS**, Alia notione. Traditiones Fuldenses lib. 2. cap. 82. *Trado... unum caballum, & boves 3. domum unam, & aream unam, & Pus unum, 20. porcos, &c.* [f. *Puteus*, Gall. *Puy*, Provincialibus *Pous*.]

¶ **PUSA**, Idem videtur quod *Picta*. Terrarium Chastellarum ann. 1391. *Sub servitio 111. solid. v. den. & unius Puse moneta servitii.*

PUSCA. Vide *Posca*.

¶ **PUSCULA**. Vide *Forstulla* & *Posca*.

¶ **PUSCULENTUS**. Vide *Posca*.

PUSIA. Isidorus lib. 17. cap. 7. de Arboribus: *Pausia, quam corrupte rustici Pusiam vocant, viridi oleo & suavi & apta: & dicta pausia, quod paviat, id est, tundatur.* [Vide *Pausea*.]

PUSILLANIMIS. Gloss. Gr. Lat. *ὀλιγωρος*, *Pusillanimitas*. *ὀλιγοπία*, *pusillanimitas*, *segnitia*. Interdum *Pusillanimitas* usurpatur pro, *ad misericordiam motus*. Vita S. Gudilæ Virg. c. 3. *Pro cujus incommodo, compassione & pietate Dei virgo Pusillanimitas facta: ubi Bollandus, id est mota ad commiserationem*. Teutonice Idiotismus, *Weemoedich*, quasi *Ween-moedich*, id est *ἀπίδακρος*, *ad lachrymas pronus*, ac *Pusillanimitas*.

PUSILLARES, pro *Pugillares*, semel ac iterum in Testamento Heccardi Comitis Augustodunensis apud Perardum pag. 26.

¶ **PUSILLITAS**, ut *Pusillanimitas*, *segnitia*. Epist. Johan. de Monsterolio apud Marten. to. 2. Ampl. Collect. col. 1446. *Qui nibilo magis illud efficere potuisset, quam inermi Pusillitati subesset centum armatos duobus digitis debellare.*

¶ **PUSILLITAS**, *Parvitas*. Vener. Beda in Genesim apud eumd. Marten. tom. 5. Anecd. col. 115. *Multa posteris ingenii sui monumenta reliquere, sed præcipue, quantum nostra Pusillitas ediscere potuit, Basilii Casariensis*. Utuntur passim Scriptores Ecclesiastici, Tertull. adv. Hermog. cap. 14. lib. de Resurr. carnis cap. 6. Hieron. Epist. 152. & alii.

¶ **PUSILLUS**, Junior. Charta an. 1149. in Tabul. Major. Mon. hac temporis nota concluditur: *Actum anno Verbi incarnati 1149. Indict. 12. Epact. 9. Pusillo Rege Ludovico, qui partes Jerosolimitanas adiit, regni Francorum moderamina gubernante.*

¶ **PUSILMANNUS**, Servus culinarius, nostris *Marmiton*. Consuet. MSS. Eccl. Colon. ex Bibl. Eccl. Atrebat. *Magister coquina 1111. den. & ob. quatuor coci & duo Pusilmanni cuilibet ob.*

¶ **PUSINGERE**, *Pungere*, *ὀπικνεῖν*, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm.

¶ **PUSIOLA**, dimin. à *Pusa*, puellula. Chron. Anglic. Th. Otterbourne p. 187. *Rex Angliæ usque Calesiam (equitavit) ubi Isabellam, filiam Regis Franciæ, duxit in uxorem, Pusiolam non octennem*. Prudent. in Pass. S. Eulaliæ v. 19.

*Ipsa crepundia reppulerat,
Ludere nescia Pusiola.*

¶ **PUSTELLA**, ut *Pusula*. Vide *Accessio* 1.

PUSTERLA, **PUSTERNA**, **PUSTERULA**. Vide *Posterula*.

PUSTICÆ, Ligna seu trabeculæ in navibus, quibus insunt rami, Italis *Posticci*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 11. de navibus: *Et quod fiant ex multo meliori lignamine, & melius pironada, ac sint ligata, & specialiter Pusticæ pro sustinendo laborem melius & impetum remigandi.*

¶ **PUSTURA**, ut *Pastura*, in Statutis Arelatenf. art. 32. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 26. vº. *Quicumque qui pastorem... habebit, faciat ipsum jurare, quod non mittat ignem in Cravo ad garrigas & Pusturas comburendas*. Ubi versio Gallica an. 1616. habet: *Tous ceux qui louèront des Pastres & bergers, les feront jurer de ne mettre le feu aux garrigues & Pasturages de la Crau.*

PUSULA, pro *Pustula*. Marius Aventicensis: *Hoc anno infanda infirmitas atque glandula, cujus nomen est Pusula, in suprascriptis regionibus innumerabilem populum devastavit*. Gregorius Turon. lib. 6. c. 8. *Pusularum malarum venenum crucis signo sæpe compressit*. Cap. 14. *Magna igitur eo anno lues in populo fuit, vultudines varia, milina cum Pusulis & vesicis, quæ multum populum affecerunt morte*. Idem lib. de Gloria Confess. c. 24. *Quanti à Pusulis veneno incrassante præmortui*. Occurrit etiam apud Martialem lib. 14. Epigram. 167. & alios Scriptores. Vide *Octavium*

Ferrarium in Orig. Linguæ Ital. in v. Brogiæ, [& Martini Lexicum.]

¶ PUTA. Ut puta, mendum forte pro ut pote, in Vita MS. S. Wenwaloei fol. 108. At vero illa ut Puta prudentissima, non ad luctum murmuriosum, sed ad Deo gratias agendum conversa, &c.

¶ PUTACILLA, κατάπλομα, in Gloss. Lat. Græc. ubi forte ex Vulcanio restituendum sputabilia.

PUTACIOLUM. Vide Pittaciolum.

PUTACIUS, Cati seu Felis species, [Aremoricis Pudask, nostris Putois, Historiæ naturalis Scriptoribus Putorius, idem, ut videtur, qui Græcis ἰλις dicitur;] sic nuncupata, quod foeteat, de quo Scaliger contra Cardanum cap. 210. num. 3. Inter ea quinque, inquit, catus foetens quoque est: pilo obscuriore; sed tam tetra odore, ut Putin Liguribus Taurinis, in Gallia Putois sit cognominatus. Silvester Giraldus in Topogr. Hiberniæ dist. 1. cap. 21. & ex eo Bromptonus: Caret herminis, caret & Putaciis.

¶ PUTONIUS, Eadem notione, apud Bernardum Monach. in Ordin. Cluniac. part. 1. cap. 5. Omnia pellicia sunt generis agnini & albi, coopertoria vero aut de agno, aut catini, aut Putonii seu leporum, & nunquam de ullo genere majoris pretii. Eadem habentur in Constit. Hirsaug. S. Wilhelmi lib. 2. cap. 37.

PUTOSIUS. Petrus Venerabilis in Statutis Ordinis Cluniac. cap. 17. Statutum est, ut nullus Fratrum Cluniacensium cattinis, sive aliis, quibus uti solebant, peregrinis pellibus induatur, ... & ad coopertoria facienda solummodo, sicut hoc magis placuerit, Putosorum, & juxta aliorum linguam Vesonum pellibus.

PUTAGIUM, Fornicatio, meretricatus, de foemina dicitur. Regiam Majestatem lib. 2. c. 49. Quod generaliter dici solet, quod Putagium hereditatem non adimit, intelligitur de Putagio matris, quia filius est heres legitimus, quem nuptiæ demonstrant. Vide Bractonum lib. 2. c. 37. §. 6. & Fletam lib. 1. c. 15. §. 4. Gallis Putage. Charta an. 1247. in Tabular. Campaniæ fol. 343. La fame, qui dira vilonnie à autre, si come de Putage, payera 5. sols, ou portera la pierre toute nue en sa chemise à la Procession, & celle là poindra après an la nage d'un aguillon, & s'elle di-soit autre vilonnie, qui atourt à honte de cors, ele paieroit 3. sols, & li homs ainsin. Le Roman de Vaces MS.

Maint home a essillié & torné à servage,
Et mis par poureté mainte feme au Putage.

Le Roman d'Amile & d'Amy MS.

A mal Putaige soit li siens cors livrez.

Le Roman du Renard MS.

Grand deshonneur & grant hontage,
Fistes vous, & grant Putage, &c.

[Le Roman d'Athis MS.

Et sa femme estoit mariée,
Benoite ne espousée,
Qui puis la traitoit à Putage,
A mauvaistié ne à hontage,
Qu'en le fessist mourir à honte
Sans en faire nul aultre conte.]

Libertates villæ de la Perouse an. 1260. apud Thomasserium pag. 100. Si fem mariée commaner venæi à la Paerose par Putage, hom qui n'auoet feme, qui gueraet ob li, n'en est tengut vers le Segnor. Pute, pro Putain, ut putta & putana, apud Italos, de qua voce Acarifius. Le Roman de Garin.

Or n'avez vos lesdengiee vilment,
Et clamé Pute, oiant toute la gent.

Vetus Carmen MS. de Inventione S. Crucis:

Avogle & de Pute orine.

id est, cæcus, & nothæ originis.

PUTENA, Meretrix, ex Gallico Putain, seu ut Bel-

Tom. V.

gæ nostri efferunt, Putaine. Ordericus Vital. lib. 12. Castrum concedere cepit, quod Mataputenam, id est devincens meretricem, pro despectu Hadwisse Comitissa nuncupavit.

¶ PUTANA non semel occurrit in sermonibus Quadragesimalibus Menoti.

¶ PUTARIA, ut Putagium, in Statutis Astens. Col. lat. 12. cap. 7. fol. 39. vº. Si uxor alicujus civis Astensis olim aufugit pro Putaria cum aliquo, relinquendo civitatem & domum mariti, &c.

PUTEUM, Idem quod Putagium. Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam:

Eia nunc nostræ Scottum resonate camæna
Naufragium passum conjugis ob Puteum.

Jam vero quæ sit vocis origo, indicat Scaliger ad Catalecta Virgilii, à voce nempe Putus, quæ parvulum, aut puerum sonat. Gloss. Lat. Græc. Putus, μικρός. Puti, μικρός. Hodie etiamnum Itali Putto, puerulum vocant, unde nostrum Petit, detorto vocabulo à Putito. Primum igitur Puta dictæ puellæ, postmodum ad lascivientes deducta vox, quod in voce, Garce, accidit. Vide Matare.

PUTATIVUS, Existimatus, Gallice Putatif. Pater pueri Putativus, apud Bromptonum pag. 909. quæ pater esse putabatur. Historia Miscella in Rhinotmetro an. 6. Et ita per Putativa rationis obtentum pacem dissolveret. Ubi Theophani Putativus, est Θεοφάνης. In eadem Hist. Putative correctiones, Theophani τὰ θεοφάνητα κληρονομήματα. Eigil in Vita S. Sturmii Abbat. Fuldensis in prologo: En habes, quod poscebas Putativum, nomini tuo dicatum, tibi que tuendum relictum. Nempe librum Vitæ S. Sturmii.

¶ PUTATIVE, Cui Vere opponitur, in Libello Episcop. Ital. contra Elipandum inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 99. Quia filius est qui genitus est sine initio à Patre, non Putative, sed vere. Adde vet. Irenæi interpretem & Hieron. Epist. 61.

¶ PUTATORIA, Mulcta, ut videtur, quæ ex falsis mensuris domino competit. Charta an. 1152. inter Probat. to. 3. novæ Hist. Occitan. col. 540. Conquestus est dominus Raimundus Trencavellus de eis (Guillelmo de Limoso suo ministro & Tardivo fratre suo) clamando illis furnum de Limoso, & omnes justitias & mensuram ipsam quæ vocatur emina, & mejeiram olei, & omnes falsos & Putatorias.

¶ PUTEAL, Sedes pratoris. Gloss. Ifid. Excerpta: Sedes juratoris. Papias: Puteal, locus in foro, ubi feneratorum dabant & accipiebant pecuniam. Adso in Translat. S. Basoli sæc. 4. Bened. part. 2. p. 139. Præcepit ergo ipse procuratori suo villarum incolæ sibi tamquam ad Puteal exhiberi: quos per varia distringens supplicia, sibi bona eorum posset violenter extorquere. Vide Salmafii Exercit. in Plin. p. 804. edit. Traject.

PUTENA, PUTEUM. Vide Putagium.

¶ PUTEORITÆ, Puteorum cultores circa ann. 400. ex Judæis idololatræ potius quam hæretici, de quibus Philastrius. Vide Stokmanni Lexic. hæret.

PUTEULANUS. Dudo lib. 3. de Morib. Norman. pag. 105. describens insulam in fluvio Somona in Picardia: Est namque ibi insula Puteulano exastuantis Somonæ gurgite hinc inde & altrinsecus circumdata. Ubi legendum Puteolano: quippe arenam intelligit, seu Puteolanum pulverem: de quo diximus ad Alexiadem pag. 267. Papias: Pulvis Puteolanus, in Putcolanis collibus Italiæ colligitur, opponiturque ad sustinenda maria, fluctusque frangendos: nam mersus in aquis fit lapis.

1. PUTEUS, in templis & ædibus sacris. Abbo Floriacensis lib. 2. de bellis Parisiacis puteum in Capella S. Germani (Pratensi) fuisse innuit, cujus

R r r ij

aquæ agrotantibus vice medicinæ erant:

*Cujus adaccubitat Puteus vestigia, cujus
Qui potabat aquas, extemplo febre laborans
Auxilio sancti fidens capiet medicinam.*

Ex Codice Middoth Thalmudi Babylonici cap. 5. sect. 3. observare est, in Templo Hierosolymitano puteum existisse, qui aquas toti atrio suppeditabat. Theophanes puteos, *φρέατα*, vocat aquarum benedictarum receptacula & fontes perennes in templorum atriis, pag. 38. [Exstat putei benedictio in Sacrament. Gall. apud Mabill. tom. 1. Mus. Ital. pag. 389.]

IN PUTEUM ABJICI, in Lege Salica tit. 43. Vide Gregorium Turon. lib. 3. Hist. c. 6. l. 7. c. 23.

☞ Supplicii genus fuit apud Scotos usitatum, delinquentes feminas fossâ vel puteo immergere. Vide *Fossa* 1.

☞ 2. PUTEUS, à Gall. *Puy*, Mons collis. Sidonius in Propemptico ad libellum, ubi de urbe Gabalensi: *Sublimem in Puteo videbis urbem.*

Vide *Podium* 3.

☞ PUT-FUST, Lignum putridum, idem quod *Buscus mortuus*. Vide *Boscus*. Charta an. 1221. in Tabular. S. Germ. Paris. *Compositum est quod dicti homines in predicto nemore capient genestam, spinam nigram & albam, salices & marsalices, Put-fust & galliquercum, &c.*

PUTHCUS, Puteus. Charta Italica an. 1345. *Item teneatur Potestas facere sententiari seu purgari Puthcos dicta villa. Infra: Si quis laverit pannos ad Puthcos, sive ad fontes per medium trabuchum, solvat pro banno denar. 6.*

PUTIATORIUM, Hauritorium, Salinarium, *Puissoir*, nostris, unde aqua salaria hauritur, extrahitur: vox orta à *puteus*. Gesta Episcoporum Saltzburghensium apud Canisium pag. 485. 487. *Dedit tertiam partem de Putiatorio, quod vulgo dicitur Galgo. Rursum: Simulque & tradidit jam dictus Dux in eodem pago in loco, qui vocatur salinas, fornaces 20. & totidem patellas, & tertiam partem de Putiatorio ibidem concessit, quod barbarice dicitur Galgo. Est autem Theutonibus Galg, vel Galgbrun, puteus. Charta Adivaldi Regis Longobard. in Bullario Casinensi to. 2. pag. 2. Præter tantum medietatem putei, quod idem genitor noster Sundarit veneranda memorie concessit, vel ligna ad sales coquendos, &c. Charta an. 1344. ex Tabular. Monaster. S. Quintini in insula fol. 35. *Sauf & réservé à iceux aussi l'yaüé des fossez, qui cloent leur dit jardin à avoir Puisseoirs assis desseur l'yaüé seur quatre estaques pour puiser yaüé pour ses autres causes necessaires à iceux.**

☞ PUTONIUS, PUTOSIUS. Vide *Putacius*.

☞ PUTRAMEN, Putredo. S. Cypr. de Lapsis c. 12. *Aperiendum vulnus, & secandum, & Putraminibus amputatis, medela fortiore curandum. Idem Epist. 55. Neque enim sic putramina quadam colligenda sunt.*

PUTRILAGO, pro Putredo, crebro occurrit apud interpretem S. Antiochi. Homil. 44. *Corpus ipsa dira Putrilagine depascitur. Homil. 38. Pro manna reportarunt vermes, iique in Putrilaginem sunt versi. Adde Hom. 106.*

☞ PUTTA, Puteus, fossa, Angl. *Pit*, à Saxon. *Pit*-te, eadem notione. Charta an. 1217. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. pag. 186. *Concessi ... quatuor acras terræ meæ in Burncestes quarum ... una in Croxwall-furlung quæ jacet ad Puttam inter terram Johannisle Palmer, &c.*

☞ PUTTO. Ermenrici Mon. Augiens. libellus apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 336. *Inter hæc etiam & cujusdam Scottica pera jacula vereor, ceu ex latere*

emissa, quæ modo in partibus Ausonia Puttoni littonias, vel aliud quid incogniti ubi colligit, & licet attrita fronte, apparebit, quando Putto inde gustabit.

1. PUTURA. Fleta lib. 2. cap. 73. §. 6. *Ne (equi) per negligentiam, vel pigritiam, de debitis, Puturis & prabendis suis quicquam amittant. Vetus Charta sub Edwardo I. apud Spelmannum: Rex mandat Baronibus, quod allocent Roberto de Cadeworth Vicecomiti Lincolnensi lib. 6. fol. 7. quos per præceptum Regis liberavit Joanni de Bellovento pro Putura 7. leporariorum, & trium alenacerariorum, & pro vadiis unius Bracenarii à die S. Joann. Bapt. usque ad vigil. S. Mich. proxime sequentem, utroque die computato, videlicet pro Putura cujuslibet leporarii & falconis per diem 1. d. ob. & pro vadiis predicti Bracenarii per diem 2. den. Placita Coronæ sub eodem Edw. an. 21. In libertate de Knarespurg præsentatur, quod parcarii Comitis Cornubia percipient Puturam suam, videlicet bis comedendo in die, vel capiendo pro Putura sua 2. denar. de omnibus tenentibus in diversis villis ibidem nominatis, & sic solebat: sed nunc fecit dictus Comes ipsas villatas solvere 3. den. pro Putura. Vide Precaria magna in Precaria 2.*

☞ Ex his haud obscurum est *Puturam* hic idem significare quod *pastura*, id scilicet omne quod in cibum homini vel animalibus tribuitur: unde translata exinde hæc vox ad designandum jus *gisti* seu *procuracionis*, quo dominus à vassallis hospitio & convivii excipitur. Vide in his vocibus. Aperta sunt quæ in hanc rem profert Th. Bloant in *Nomolex. Anglic. v. Putura*. Placit. in Itin. apud Cestriam ann. 14. Henr. VII. *Per Puturam servient. Johannes Stanley Ar. clamat habere de quolibet tenente, aliquam terram vocatam vuld organg lands possidente, qualibet sexta septimana Victum prout Paterfamilias residens super hujusmodi terram habuerit. Placit. apud Preston. an. 17. Edwardi III. Johannes clamat unam Puturam in prioratu de Penwortham, qui est quedam cella abbatiæ de Evesham, pro se & ministris, equis & gacionibus suis, per unum diem & duas noctes, de tribus septimanis in tres septimanas, videlicet de victualibus, ut in esculentis, & poculentis, ad custus prioratus predicti, indebite.*

2. PUTURA. Willelmus Thorn. ann. 1267. *Comparavit etiam Puturam pulpiti in Ecclesia, & gabuli in refectorio. Ubi Puturam trabem interpretatur Somnerus ex Gallico Poutre.*

☞ PUTUS, Parvus. Vide *Putagium*.

PUZAL, Mensura liquidorum. Charta Lusitanica apud Brandaon. tom. 3. p. 286. *Post quam habuerit 5. quinales de vino, det unum Puzal.*

☞ PYCTA, Scapha exploratoria, apud Veget. lib. 4. cap. 37. *Scapha tamen majoribus liburnis exploratoria sociantur, quæ vicenos prope remiges in singulis partibus habeant, quas Britanni Pyctas vocant. Ubi Steuvechius mallet Pyncas, quod navigii genus Itali vulgo dicunt Pinco, monente Carolo de Aquino in Lex. milit. Nostris Pinque.*

☞ PYCTATIUM. Vide *Pittacium*.

☞ PYCTOMACHARIUS, Gr. *πυκτομάχος*, Pyctes, pugil, apud Jul. Firmicum lib. 8.

PYLE. Vide *Pilatus*.

☞ PYRA, Ignis: Latinis *pyra* est rogas, à Gr. *πῦρ*. Marten. de Rit. pag. 262. *Ministri vero ad hoc præfecti, Pyram quantum oleo coquendo sufficiat, accendant. Vide Pura.*

☞ PYRACIUM, ut supra *Piratium*. Vide in hac voce. Vita S. Segolenæ to. 5. Jul. pag. 633. *Potum præter aquam atque Pyracium non bibit.*

PYRALE, Hypocaustum conventuale, *Estuve*, in

- quo Capitulum celebrabatur : unde flagellum disciplinarum in eo appensum observat Lekehardus junior de Casibus S. Galli cap. 3. *Rapto flagello fratrum, quod pendet in Pyrali, desoris accurre.* Cap. 10. *Quidam ipsorum re agnita, rapto de Pyrali flagello, scelestum illum incurrens, clamat, & nisi animis saniores ei erecto ad ictum brachio occurrissent, grandes incussisset.* Cap. 11. *Veniunt in Pyrale, & inde in lavatorium, nec non & proximum Pyrali scriptorium: & has tres regularissimas præ omnibus, quas unquam viderint, asserunt esse officinas.* Cap. 16. *Ille ad columnam Pyralis ligatus acerrime virgis caditur.* Vide *Gynæceum.*
- ¶ PYRAMIDALIS, Pyramidatus, ad modum Pyramidis. Gualvan. *Flamma apud Murator.* tom. 12. col. 1015. *Si non est Imperator, quare utitur insigniis imperialibus, ut corona Pyramidali aurea, &c.*
- ¶ PYRAMIS, Ciborium, quod altari superponitur. Bernerus Abbas de Translat. S. Hunegundis, in fine: *Sanctas reliquias referentes in sanctam Dei Ecclesiam inthronizant, ac in sacro peribolo retro altare S. Virginis Hunegundis, intra Pyramidem, quod nos oraculum dicimus, digno cum obsequio reponunt.*
- ¶ PYRAPTARE, In mari prædari, Gallis, *Pirater.* Occurrit apud Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 2. [Vide *Pirata.*]
- ¶ PYRASTERIUM. Vide *Peristerium.*
- ¶ PYRATUS, pro Pyrus, methaphorice occurrit in Richerii Chron. Senon. lib. 1. cap. 17. *Et eos tonsuratos, non corde, sed habitu tantum monachavit, & talibus Pyratis locus ille redimitus non diu est gavisus.*
- ¶ PYRGIBASIS, unico verbo male editum, & pejus explicatum, apud Macros in Hierolex. Vide *Pirgus.*
- ¶ PYRGISCOS, vox Græca, Bibliotheca. Gloss. Græco-Lat. *πυργισκος, turricula, armarium.* Vita S. Ansegisi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 635. *Domum vero, qua librorum copia conservaretur, qua Græce Pyrgiscos dicitur, ante refectorium collocavit.*
- ¶ PYRGIUS, Via strata. Vide *Pirgius.*
- ¶ PYRGUS, Ambo. Vide *Pirgus.*
- ¶ PYRIARE, à Gr. *πυριάζω*, Igne fovere, calefacere. Petronii Fragm. *Tragur.* cap. 73. *In folio, quod Trimalcioni Pyriabatur descendimus.* Consule ibi Reines. Non displiceret prorsus *Pyrgiabatur*, à Græc. *πυργίω*, in altum tollo. Vide *Pirgus.* In editione Schiefferi legitur *Perriaptatur*, unde legendum opinatur, in folio, quod Trimalcioni per duos aptatur, descendimus. Litem dirimere haud facile est.
- ¶ PYRITEGIUM. Vide *Pyritegium & Ignitegium.*
- ¶ PYRIUS PULVIS. Vide *Pulvis.*
- ¶ PYROCARÆ, Mulieres, quæ castitatem & cælibatum profitebantur, quas sua ætate, in Italia nempe, exortas testatur Joannes de Deo Doctor Bononiensis in Pœnitentiario edito à Jacobo Petito lib. 11. cap. 13. & quem ille conscripsit ann. 1247. ubi de pœnitentiis mulierum: *Si autem fuerint Pyrocaræ, quæ de pulvere nuperrime surrexerunt, gravabis eas jejuniis & orationibus, injungens eisdem, ut non de catero sub specie pietatis (&) religionis impietatem pallient; sed viros accipiant, si votum solemniter non fecerint, vel castitatem servant, quam Deo promiserunt.* Ejusmodi fuere *Beghina* nostrates. [Vide *Pinzochia & Pizocata.*]
- ¶ 1. PYROPUS, Cacumen fastigii vel tecti in pyri formam desinens, Bollandistis in Annotat. ad Vitam B. Christinæ Stumbel. tom. 4. Jun. pag. 350. *Tollentes eam (Christinam) demones, cum eadem catena qua tracta fuerat, supra domum ipsius advocati statuerunt, & Pyropo ejusdem domus, in signum derisionis & ignominia adstrinxerunt.*

- ¶ 2. PYROPUS, Metallis species, seu metalli mixtura, de quo Plinius lib. 34. cap. 20. Buschius de Reformat. Monast. cap. 22. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 889. *Habuerunt... flascos de Pyropo decem, mortariola de cre septem, &c.*
- ¶ PYRRIRA, Petraria, ex Gallico *Perriere*, Machina bellica. Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandr. p. 191. *Adducens instrumenta jactatoria, magnellam, & Pyrrira, qui dejiceret domum præfatam.* Vide *Petraria.*
- ¶ PYRUS, pro Pirus, in Charta ann. 1126. apud Calmet. to. 2. Hist. Lothar. inter Probat. p. 280.
- ¶ PYSALIS, Vestiarium. Vide *Pisalis.*
- ¶ PYTALPHUS, Vas vinarium. Vide *Pitalfus.*
- ¶ PYTATIUM. Vide *Pittacium.*
- ¶ PYTHAGORISSARE, Pythagoræ philosophiam sectari. Apuleius in Floridis: *Perro noster Plato nihil ab hac secta vel paululum devius Pythagorissat.*
- ¶ PYTHONIZARE, Pythonico spiritu agi. Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 358*. *Quasi declinasset in dubium, an fuerit arreptitia, vel laboraret humore terrestri, vel usu rationis privata Pythonizaret quasi energumena.* Ubi Codex MS. habet, *Phitonizaret*, ut monent docti Hagiographi. Et certe *Phitones*, pro Pythones, non semel occurrit. Vide in hac voce.
- ¶ PYXIDA, pro Pyxis, in Vita S. Ansegisi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 633. *Pyxidas eburneas duas, hanapum vitreum optimum unum, &c.*
- ¶ PYXIS, in qua reponuntur hostiæ consecratæ ad Viaticum: *Πυξίον*, Pachymeri lib. 7. cap. 15. 28. Leo IV. PP. de Cura Pastoralis: *Super altare nihil ponatur, nisi capsæ cum reliquiis sanctorum, ... aut Pyxis cum corpore Domini ad Viaticum pro infirmis.* Vide Capitula Hincmari de Reb. Magistri & Decani c. 8. Quippe suspenso imminebat altari. Hugo Flaviniac. pag. 166. *Pyxidem 1. de onychino, in qua servatur Corpus dominicum dependens super altare.* Geravastus Dorobern. in Descript. Ecclesiæ Cantuariensis: *Suscepit à Monacho quodam Pyxidem cum Eucharistia, quæ desuper majus altare pendere solebat.* Rogerus Hovedenus p. 486. *Cecidit etiam super altare Pyxis, cui corpus Christi inerat, abrupto vinculo.* Id pluribus docuimus in Descriptione ædis Sophianæ num. 63. Pœnitentiale MS. Thuanum: *Omnis Presbyter habeat Pyxidem, aut vas tanto Sacramento dignum, ubi Corpus Dominicum diligenter recondatur ad Viaticum recedentibus à seculo, quæ sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter possit Presbyter dicere infirmo, Corpus & sanguis Domini nostri Jesu Christi proficiat tibi ad salutem animæ & corporis.* Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 2. *Pyxide Communionis aperta fletu persufos communicavit.* Conradus in Chronico Moguntino: *Pyxis argentea ad hostias deputata.* Chron. Casin. lib. 3. cap. ult. *Pyxis aurea cum smaltis pro corpore Domini.* *Pyxides* autem, in quibus sacra Eucharistia infirmis defertur, ex ebore, seu eburnea esse jubentur, propter casum, in Statutis Synodalibus Odonis Episc. Paris. cap. 5. num. 5. & c. ult. num. 35. Adde Synodum Eboracensem an. 1195. cap. 1. Wigorniensem ann. 1240. c. 1. & Exoniensem an. 1287. cap. 4. 12.
- ¶ PYXIDES RELIQUIARIÆ. Leo Ost. lib. 3. c. 30. *In aris Pyxidulis reliquiæ sanctorum ... recondite sunt.*
- ¶ PYXIS, Thesaurus, fiscus publicus, locus, ubi aservantur pecuniæ publicæ: vulgo la *Boëte*. Charta Ricardi Regis Angl. apud Sammarthanos in Archiep. Turon. *Concedimus etiam... domui de la Haia alios duos solidos in puram & perpetuam eleemosynam in Pyxide Andegavensi percipiendos.*

¶ PYXIS CAPITULI, In qua suffragia colliguntur: & quam ad eos qui capitulo non interfuerunt deferunt nuncius. Charta Caroli IV. Imper. an. 1377. apud Miræum to. 2. pag. 1245. *Canoncorum familiares & servitores, tam baillivum, procuratorem, furnarium, lathomum, nuncium Pixidem capituli deferentem, carpentatorem... sub nostra imperiali protectione suscipimus.*

PYXIS LOMBARDORUM, [Præstatio quæ ab iis pro mercibus & facultate exercendi sua commercia Regi exsolvetur.] Tabular. Memorialium Camerae Comput. Paris. signatum C. fol. 190. Die 4. Novemb. 1357. *ad burellum presentibus Antonio Guete & Joanne Ballet Theſaur. Franciscus Malisardi de Luca commorans Parisiis tradidit unum denarium Dei de primo dicto ad incheriam consuetam supra firmam Pyxidis Lombardorum & pertinentiarum suarum pro duobus annis, &c. [Vide Longobardi.]*

¶ PYXIS NAUTICA, Gall. *Bouffole.* Hanc initio sæculi quarti decimi, circa an. 1320. primum adinvenisse Flavium Gioia, civem Amalphitanum, tradit Henr. Brenemannus Dissert. 1. de Repub.

Amalphit. num. 22. Huic concinit Angelus de Nuce in Notis ad Chron. Casin. lib. 1. cap. 50. *Quorum (Amalphitanorum) gloriam illustravit ante annos fere 300. Flavius civis vel conterraneus (aliis Joannes Gioia, sed perperam) mirabili illo unaque imprimis utili invento nautica Pyxidis, qua tot sulcantur maria, veteribus nec navigata, nec nota.* Amalphitanis hoc inventum abjudicant Scriptores aliquot, maxime Isaac Vossius, qui var. Observat. cap. 14. usum magnetis à Seribus repetit. Sed Francis nostris id acceptum referri debere haud male colligitur ex Poëmate Guioti Pruviniensis circa ann. 1200, exarato, ubi pixidis nauticæ mentio fit sub nomine *Marinette*, quod marinis usibus potissimum esset destinata:

*Icelle estoile ne se muet,
Un art font qui mentir ne puet
Par vertu de la Marinette,
Une pierre laide & noirette,
Où li fer volontiers se joint.*

¶ PYXIS, Machinæ bellicæ jaculatoriæ species. Vide *Pixis*.



Q



Littera numeralis, quæ 500. denotat, unde versus:

Q. velut A. cum D. quingentos vult retinere.

Ita etiam notæ numerorum antiquæ. At apud Ugutionem hæc littera eundem numerum, quem P. dicitur conficere, hoc est 400.

Quod Q. hic sequitur numerum similem retinendo.

Eidem litteræ si recta linea superaddatur, 500. millia significat.

Q. inquit Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singula littera significant in superscript. cantilena; In significationibus notarum cur quaratur? cum etiam in verbis ad nihil aliud scribatur, nisi ut sequens V. vim suam amittere queritur. Vide A.*

¶ Literarum Q. C. K. notiores commutationes sunt, quam ut necesse sit id exemplis confirmari.

QUACHETUS, Panis species, in Itinere Cameraarii Scotiæ c. 9. §. 4. [Locus exstat in *Simenellus*.]

¶ QUACKERI apud Anglos, Fanatici superiori sæculo exorti, quos Galli *Trembleurs* vocant, Trementes, à tremulo corporis motu, quem inter precandum affectant, quasi essent judiciorum divinorum terrore percussi.

¶ QUACTUM, Isidoro lib. 20. cap. 2. *quasi coactum & quasi coagulatum; accepta enim secum alia specie coagulat.*

QUADABLUM. Jura & Consuetudines Normanniæ cap. 85. *Si vero querelatus de lege, quam vadavit, incidit, debet malefscium tam laeso quam Curia emendare: de percussione palma per quinque solidos: de pugni percussione per 12. denarios: de prostratione ad terram, qua Quadablum dicitur, per 18. solidos. Ubi vetus Consuetudo Normann. De abateure à terre, que l'on appelle Acabler, 18. sols. Vide Cabulus.*

QUADEREL, Pellis species, Belgis. Theloneum Monasterii S. Bertini: *De dorina de Cordwan, 2. den. de Quaderel, 1. den. de centum pellium agnorum, 2. den.*

¶ QUADERNALE, Mensura frumentaria. Unum

Quadernale frumenti, in Terrario Sacristiæ S. Illidii Claromont. an. 1398.

¶ Est etiam vox nautica, quæ significat id, *Quod præcessit funes*, ut exponit Franciscus Barberinus in Glossis ad sua *Documenti d' Amore* apud Ubaldinum pag. 258. Vide *Quinale*.

¶ QUADIDEGARA. Muratorius tom. 1. part. 2. pag. 34. in hunc Legum Rotharis locum: *Hæc sunt gaudia quatuor manumissionum*, adnotat sic legi in Codice Ambrosd. *Hæc sunt Quadidegara quatuor manumissionum.*

¶ QUADINCUS. Donationes factæ Monasterio Exalatenſi an. 855. Marcæ Hisp. col. 788. *Septelanos tapites 11. cupertorio siricio 1. & vellatas XL. & Quadincos XL. & vadelincos VIII. curtinas 11. &c.*

¶ QUADIUS, Fidejussor, vas, sponſor. Vide locum in *Guadius* post *Vadium*.

QUADRA. Gloss. Gr. Lat. *Κόδρα, Codra, Quadra.* Idem: *τετραγώνος, Quadrus, Quadra, quadratus.* Maxime de *Quadra panis* apud Monachos sumitur. S. Augustinus contra Epist. Manichæi c. 21. *Unus panis... in Quadras quatuor decussatim formetur. Per Quadras panes partiri*, apud Gregorium M. lib. 1. Dialog. cap. 11. Petrus Damian. in Vita S. Romualdi cap. 3. num. 14. *Fragilitati pie compatiens, consueta mensura Quadram paximati superaddidit.* Joan. Laudensis in Vita ejusdem Petri Damiani num. 24. *Sola panis Quadra cum crudis oleribus cœnanti apponitur.* Adde Regulam Magistri cap. 17. 26. 53. Vineam Benedictinam cap. 6. & quæ notavit Haëftenus lib. 10. Disquis. Monast. tract. 3. disq. 4. [& Lacerda in hæc Virgilii verba, *patulis nec parcere Quadris*, lib. 7. *Æneid. v. 116.*]

¶ QUADRA PLACENTÆ, Eadem notione legitur apud Martialem lib. 3. Epigr. 77.

Nec te liba juvant, nec secta Quadra placenta.

Adde lib. 9. Epigr. 92. *Quadra casei*, apud eundem lib. 13. Epigram. 32. *Quadra vivere aliena*, apud Juvenalem Satyra 5. Parasiticam vitam agere. Hinc in Descriptione Vitæ Willelmi Lucis Norman. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1314. *Aliena*

mavis *Quadra* vilis nulliusque utilitatis vivere, quam regnum regere & protegere. Hinc fortean

¶ **QUADRA MUNDI**, Oblectamenta quævis mundana, quæ mundus offert seu apponit iis, qui ejus *quadra* vivunt. Chronicon S. Juliani Turon. laudatum à Mabillonio sæc. 5. Benedict. pag. 134. *Fertur in te sanctum habitasse Antonium . . . qui solitaria vita delectatus dulcedine, pro vita solitaria mundi despexit Quadra.*

¶ **QUADRA URNÆ mellis**, in Charta foundationis Monasterii S. Alexandri in Graffshap ann. 1072. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 491.

¶ **QUADRA VINÆ**, vel *de vinea*, Gall. *Quartier de vigne*, in Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 27.

¶ **QUADRAGENA**, Quadraginta. Vulgatus Interpretes 2. Corinth. 11. 24. *A Judeis quinque Quadragenas una minus accepi. Quadrageña dierum*, in Statutis MSS. Augerii II. Episc. Conseran. an. 1280. Vide *Carena & Quarentena*.

¶ **QUADRAGENTENUS**, Quadringentesimus. Epitaphium Stephani Abbat. in Chronico Mellicensi pag. 422.

Anno milleno Christi de Virgine nati

Quadragesimo quinquagesimo quoque terno.

QUADRAGESIMA, Græcis *Τεσσαράκοντα*, Christianis, jejunium dicitur 40. dierum ante Pascha, institutum ad Christi imitationem, qui totos 40. dies sine cibo & potu jejunavit, ut est Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. De hujus autem origine, ac varia apud nationes Christianas observatione, multa multi dixerunt, atque in iis Baronius an. 57. n. 194. & seqq. Menardus ad lib. Sacrament. Greg. Mag. pag. 52. Fr. Scorpus ad Homil. 15. Theophan. Ceraei, Joan. Filefacus in lib. de Quadragesima, Joan. Bapt. Cotelerius ad lib. 5. Constit. Apost. p. 243. 244. & alibi, Haëftenus lib. 10. Disq. Mon. tract. 1. disq. 1. §. 3. tract. 10. disq. 2. 3. 4. 5. [Hovedenus tom. 1. Annal. ad ann. 1070. Bailletus Hist. Quadrages.] &c.

Quadragesimas tres observabant Latini, *Major* scilicet ante Pascha, alteram ante *Natale Domini*, quæ communiter vocabatur *S. Martini*, & durabat usque ad Natale, tertiam 40. dierum ante festum B. Joannis Baptistæ. Sed hæc duæ posteriores propter hominum fragilitatem ad unam sunt redactæ: & iterum illæ divisæ sunt in tres hebdomadas Adventus, & tres ante Nativitatem S. Joannis, in quibus est jejunandum & abstinendum à nuptiis. Hæc Durandus lib. 1. Ration. c. 9. n. 8. lib. 7. cap. 14. num. 9. Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 184. *Iterum admoneant Sacerdotes, ut jejunia tria legitima in anno agantur, id est 40. dies ante Nativitatem Domini, & 40. ante Pascha, ubi decimas anni solvimus, & post Pentecosten 40. dies.* Ubi quæ legitima jejunia hîc, in Capitulari 1. Caroli M. incerti anni cap. 23. *Ecclesiastica* dicuntur. Harum trium Quadragesimarum mentio est præterea in Concilio Eliberitano apud Ivonem part. 15. cap. 163. in Canonibus Hibern. lib. 44. cap. 11. in Pœnitentiâ Theodori cap. 32. apud Chrodegangum Metensem Episc. in Regula Canoniorum cap. 32. Burchardum lib. 9. cap. 4. in Concilio Triburiensi ann. 895. cap. 58. Salegunstadiensis ann. 1022. cap. 1. &c. Quarum quidem institutum inde profluxisse viri docti existimant, quod eæ pœnitentibus uno anno jejunandæ indici solebant, ex Burchardo lib. 19. cap. 5. ubi varios dandæ pœnitentibus satisfactionis modos enumerat: *Per singulos annos quatuor qui remanent (ex septenni pœnitentia) tres Quadragesimas per legitimas ferias*

debet jejunare, primam ante Pascha cum cæteris Christianis: alteram ante Nativitatem S. Joannis Baptistæ, & si quid remanet post adimpleas: tertiam ante Nativitatem Domini, à vino, à medone, mellita cervisia, à carne, sagimine, & à caseo, & à pinguibus piscibus. Totidem habentur in Pœnitentiâ MS. Thuano. Adde eundem Burchardum cap. 9. & 10. & Ivonem part. 15. cap. 189. 190.

QUADRAGESIMA S. MARTINI, incipiebat ab Octavis omnium Sanctorum. Alexander III. PP. Epist. 114. ex Francicis tom. 4. Hist. Franc. *Nos eandem relaxationem taliter duximus distinguendam, scilicet ut in Quadragesima, quæ dicitur B. Martini, usque ad Adventum Domini, in sexta feria uno sculo piscium, & vino temperate sumpto utaris.* Mox: *Noverit autem Regia Sublimitas, Quadragesimam ab Octavis omnium Sanctorum, & non antea inchoari.* Occurrit præterea mentio *Quadragesima S. Martini*, in Charta Aistulfi Regis Longobard. an. 753. pro Ecclesia Mutinensi apud Ughellum to. 2. p. 109. in Regula Clarissarum, in Regula Tertiariorum c. 5. 8. in Regula Monialium Damianitarum c. 5. &c. in quibus quidem Regulis, duarum tantum Quadragesimarum mentio fit, *Majoris* scilicet, & *S. Martini*: quæ intelligi semper debent apud Scriptores, cum de binis tantum Quadragesimis agunt, ut apud Petrum Damianum in Vita S. Romualdi cap. 3. num. 15. *Exceptis scilicet duabus anni Quadragesimis, &c.* Idem lib. 6. Epist. 32. *Ut vinum utroque Quadragesimali tempore non bibatur, non piscis edatur, &c.* Epist. 34. *In duabus autem Quadragesimis, quæ videlicet Natalem Domini, vel sacrosanctum Pascha præcedunt, &c.* Joannes Abbas S. Arnulphi Metensis in Vita B. Joannis Abbatis Gorziensis cap. 10. num. 39. *Itaque regulam tolerabiliorem assumpsit, ut duas tantum Quadragesimas in anno perageret, unam ante Nativitatem, alteram ante Pascha, priorem quidem Idibus Septembris, cum nona hora fratres prandium repetunt, incipiens: sequentem mox ab octavis Epiphaniæ, &c.* Egbertus de Ecclesiastica institutione pag. 113. *Quod & gens Anglorum semper in plena hebdomada ante Natale Domini consuevit, non solum quarta & sexta feria, & Sabbato, sed & juges duodecim dies in jejniis & vigiliis, & orationibus, & elemosynarum largitionibus, & in Monasteriis & in plebibus ante Natale Domini quasi legitimum jejunium exercuisse perhibetur.* Quadragesimæ ante Nativitatem Domini meminit præterea idem Petrus Damian. lib. 3. Epist. 10. de qua agit etiam Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 22. Chrodegangus in Regula Canoniorum Metensium cap. 10. Adde Concilium Matisconense I. cap. 9. & Oxoniense ann. 1222. cap. 8. Statuta Hospitalis S. Lazari Placentini, apud Petrum Mariam Campum in Regesto part. 2. Hist. Eccl. Placentinæ, ch. 62. Charta Manassis Episcopi Aurelian. ann. 1210. in Probat. Histor. Blesens. pag. 10. &c.

Quadragesimæ quatuor observatæ sunt à Græcis, prima *Major*, ante Pascha: secunda *Apostolorum*: tertia *Assumptionis Deiparæ*: quarta *Nativitatis Domini*. Primam à feria 2. Sexagesimæ incipiunt, secundam à 1. die post Dominicam primam Pentecostes: tertiam à Kal. Augusti: quartam à Quadragesimo ante Nativitatem die. Jejunia in hisce Quadragesimis ab iis sic exiguntur. In Majori Quadragesima, à feria 2. Sexagesimæ usque ad Dominicam Quinquagesimæ, à carnibus abstinent: ovis tamen & lacticiis vescuntur, vinumque bibunt. A 2. feria Quinquagesimæ usque ad Pascha abstinent non solum à carnibus & lacticiis, sed etiam

à piscibus, quia sanguinem & carnem habere dicunt; ovis tamen piscium, squillis, limacibus, cancris vescuntur, vinumque bibunt, unica in die refectione contenti. In jejunio Apostolorum, ut etiam in aliis, vinum bibunt, piscesque, & bis in die, comedunt. In jejunio Assumptionis, bis quidem in die comedunt, non tamen pisces, præterquam in festo Transfigurationis. Jejunium Nativitatis servatur ut Apostolorum: sed in vigilia Nativitatis, fit ut in Majori Quadragesima. Vide Scalligerum lib. 7. de Emendat. temp. p. 697. Christophorum Angelum de Hodierno statu Græcorum cap. 4. 5. 6. 7. Allatum lib. 3. de utriusque Eccles. Consens. cap. 9. §. 3. Joan. Bapt. Cotelierum in Notis ad lib. 5. Constit. Apost. p. 254. Nomocanonem ab eo editum tom. 1. Monumentor. Ecclesiæ Græcæ cap. 426. 429. 430. 431. 432. 433. 434. & alios. Ut porro Majorem Quadragesimam observent, pluribus etiam tradit Rattramus lib. 4. contra Græcos cap. 4.

Quatuor Græcorum Quadragesimis quintam addiderunt Jacobitæ, sive Suriani, Quadragesimam scilicet Ninives. Primam ante Pascha observant ut Græci: secundam Apostolorum à 1. die post festum Pentecostes auspicantur: tertiam à 14. die ante Assumptionem: quartam à 25. die ante Nativitatem Christi: quinta Ninives vel Jonæ est trium dierum, eamque celebrant in hebdomada ante Septuagesimam, feria 2. 3. & quarta, in memoriam Ninivitarum. In Majori Quadragesima jejulant ut Græci: in secunda bis in die, & pisces comedunt. Ita in tertia, & quarta. Quintam Ninives observant ut Majorem.

Chaldæi seu Nestoriani totidem ac Jacobitæ Quadragesimas observant. Primam & Majorem ante Pascha incipiunt Dominica Quinquagesimæ: secundam, quæ est SS. Apostolorum, auspicantur à feria 2. post primam Dominicam Pentecostes: tertiam Assumptionis à 1. Augusti: quartam Nativitatis Christi à 25. die ante festum: quintam exigunt ut Jacobitæ. In prima non pisces comedunt, nec vinum bibunt. In secunda Sabbato ac Dominicis non jejulant, in quibus carnes edunt, & vinum bibunt. In tertia nec lactinia, nec carnes comedunt, excepto festo Transfigurationis. Quartam & quintam observant ut tertiam.

Quadragesimas Maronitæ sex olim observabant: primam & Majorem ante Pascha: secundam sanctorum Apostolorum: tertiam Assumptionis Deiparæ: quartam Exaltationis S. Crucis: quintam Nativitatis Domini: sextam denique Ninives, vel Jonæ. Quadragesimam Paschalem auspicantur ab hebdomada Sexagesimæ: secundam à feria 2. post Dominicam Trinitatis, usque ad festum Petri & Pauli: tertia erat dierum 14. ante festum Assumptionis: quarta unius hebdomadæ: quinta 40. dierum ante Nativitatem: sexta denique trium dierum in hebdomada ante Septuagesimam. Quod ad jejunium in hisce Quadragesimis spectat, primo ea hebdomada, quæ Quadragesimam Majorem præcedit, id est Sexagesimæ, à carnibus abstinebant. reliquis cibis & vino utentes usque ad feriam 2. Quinquagesimæ. Ab ista feria usque ad Pascha, non carnes, non ova, aut lactinia, aut pisces manducabant, nec vinum bibebant. In secunda Quadragesima à carnibus, ovis, & lactiniis abstinebant, pisces tamen & alia comedebant; & vinum bibebant, ante meridiem non comedebant, sed bis in die cibum sumebant. Idem observabant in jejuniis Assumptionis, S. Crucis, & Nativitatis.

Jejunium Ninives simile erat jejunio majoris Quadragesimæ. Hodie, ex quo plerique è Maronitis Ecclesiam Romanam agnoscunt, præscripta ab ea jejunia tantum observant.

Armeni octo observant jejunia, quæ Quadragesimas appellant, quod in ipsis quadragesimalibus vescantur cibis. Primum dicitur Adæ & Jonæ, quod est 5. dierum, duabus hebdomadis ante solemnem Paschatis Quadragesimam. Id se facere aiunt in memoriam jejunii Adæ, postquam è Paradiso ejectus est. Secundum est commune omnibus Christianis ante Pascha, quod auspicantur feria 2. post Dominicam Quinquagesimæ. Tertium est 9. dierum ante festum Pentecostes, hoc est ab Ascensione Domini. Quartum dicitur Eliæ, incipitque feria 2. post Pentecosten, & protrahitur usque ad 50. dies. Quintum est unius hebdomadæ ante Assumptionem Deiparæ. Septimum est hebdomadæ post Inventionem S. Crucis. Octavum est 7. hebdomadarum ante Natalem Domini. De juniorum ratione plura Quaresimus cap. 58. Filescus de Quadragesima cap. 9. [& Bailletus in suo Tractatu de Quadragesima.] Vide Synodum Trullanum can. 56.

De Quadragesimis Moscorum & Ruthenorum, agit Filescus lib. de Quadragesima cap. 10. de Æthiopum, cap. seq.

QUADRAGESIMA S. THEODORI. Humbertus Silvæ candidæ contra Nicetam Pectoratum: *Nos Quadragesimam unius septimana, quam dicitis sancti Theodori, nescientes, solam Quadragesimam Dom. nostri Jesu Christi 40. diebus diligenter observare contendimus.*

Quadragesimarum pœnitentia pœnitentibus varie pro criminum enormitate indicta. *Ad quinque, sex, 12. &c. Quadragesimarum sine subditis annis pœnitentiam damari, in Concilio apud Theodoni villam ann. 821. cap. 1. 2. 4. Ibidem: Si autem mortuus fuerit, singulas sex Quadragesimas cum sequentibus annis pœniteat. Ibidem cap. 3. Si quis presbyterum... vulneravit & convaluerit, 12. Quadragesimas sine subditis annis pœniteat. Tribus Quadragesimis per tres annos agere pœnitentiam, in Concilio Remensi incerti loci ann. 923. Adde Concilium Triburienne ann. 895. cap. 58. Vide Carena, & Morinum lib. 7. de Pœnitentia cap. 13. num. 8. ubi observat, ejusmodi Pœnitentias in pœnam indictas, originem dedisse variis Quadragesimis, quæ quolibet anno observabantur ab omnibus Christianis, vel certe à monachis: earumque inventum usum in Occidentem à Theodoro Archiep. Cantuariensi, natione Græco existimat.*

QUADRAGESIMA ASCENSIONIS. Liberatus Diacon. c. 10. *Qui cum ascendissent Antiochiam, eos Ibas excommunicavit, sed superveniente festivitate Quadragesima Ascensionis jussi sunt à domino excommunicatione absolvi, &c. Ubi Joannes Garnerius: Ascensionis, ἀναστάσεως, non ἀναλήψεως, id est Resurrectionis è sepulchro, non item Ascensionis in calum, ex Theodoro Epist. 37. At Petrus Comestor in Hist. Evangel. cap. 8. Act. Apostol. observat, quosdam à festo Ascensionis usque ad Pentecosten jejunasse, exemplo Apostolorum, quos aiunt in spatio illo jejunasse, quia in Evangelio dictum est: Venient dies, in quibus auferetur sponsum ab eis, & tunc jejunabunt.*

Per Quadragesimales dies à pugna seu præliis abstinuisse Normannos nostros Italicos observare est ex Gregorio VII. PP. lib. 9. Epist. 4.

QUADRAGESIMA INTRANS, [Dies Martis ante diem Cinerum, Gall. *Mardi gras*. Chartularium Prioratus

-Prioratus S. Petri de Domina fol. 74. v^o. Reddet
... unum caponem ad Quadragesimam intrantem.]
Vide Carmentranus.

QUADRAGESIMA, Spatium 40. dierum, intra quod
vassallus, qui contra dominum deliquerat, dam-
num refarcire tenebatur, quo elapso, si non satis-
fecisset, poterat Dominus feudum ipsius sibi asse-
rere. Vide Foros Bigorrenses art. 6. Interdum duæ
hoc casu Quadragesimæ concedebantur. Baldricus
lib. 3. Chron. Camerac. cap. 41. *Et si Walterus
contra te peccaverit, & ni infra duas Quadragesimas
emendaverit, ex parte nostri contra te auxilium non
habebit.* Adde cap. 42. & Notas nostras ad Alexia-
dem Annæam pag. 398. 399.

QUADRAGESIMA REDDITUM Ecclesiastico-
rum, indicta in Terræ Sanctæ subsidium ab Inno-
centio III. PP. Habetur Epistola ad id conscripta
in ejus Gestis pag. 73. 74.

QUADRAGESIMALE, Eleemosyna, quæ qua-
dragesimali tempore fieri solebat. Charta Caroli
Cal. pro Ecclesia S. Quintini, apud Hemeræum:
*Pariterque ... usque ad 12. pauperes suscipiantur, qui-
bus quotidie in eorum alimentis panis unicuique tribua-
tur unus, cum quo tribus hebdomada diebus caro: reli-
quis autem tribus Quadragesimale in Cæna Domini 12.
ibid. pauperes suscipiantur, &c.*

QUADRAGESIMALE BENEFICIUM, Eadem
notione. Literæ Odonis Episc. Paris. an. 1203.
in Tabul. S. Clodoaldi: *Ordinatum est ... quod de ce-
tero singulis septimanis pro institutoribus & benefactori-
bus Quadragesimalis beneficii, quod ad sustentationem
servitorum ipsius ecclesiæ laudabiliter noscitur institutum.*

QUADRAGESIMALES CIBI, Quibus in Qua-
dragesimali jejunio uti solemus, in Concilio Au-
relian. I. can. 27.

QUADRAGESIMALITER JEJUNARE, ut
fieri debet per Quadragesimam. Micrologus cap.
49. *Nec juxta Canones Quadragesimaliter jejunare
censemur, si ante vesperam reficimur.*

QUADRAGINSIMA, pro Quadragesima, scri-
ptum à veteribus, ut annotat Mabillonius Litu-
rgiæ Gallicanæ pag. 228. col. 2. & tom. 1. Mu-
sei Ital. pag. 301.

QUADRAGINTADIALIS, Quadraginta die-
rum. Vita S. Nicolai de Rupe, to. 3. Martii pag.
432. *Quæ res utique non minus astimari debet, quam
Quadragesimalis SS. Vatum Moysis & Eliæ vi di-
vina sustentata inedia.*

QUADRAGINTANA, Idem quod Quadragesima
& Carena. Pœnitentiale Andegavense apud Mori-
num: *Si pater & mater pro sua cupiditate fecerunt,
ipsi faciant pœnitentiam, & ipse in Quadragesimanas.*
Infra: *Si pro liberatione mortis, aut gravis periculi se
perjurat, tres Quadragesimanas.*

QUADRAGINTARIÆ. Charta Philippi I. Regis
Franc. pro Monasterio B. Dionysii Remensis, ex
Tabulario ejusdem Ecclesiæ: *Beneficium, quod Ob-
latrices tenebant, quas Quadragesimarias vocabant, quia
non satis convenienter vivebant, visum est Archiepiscopo
ut melius ordinaretur. Dedit igitur isti loco, &c.*

QUADRAGIS, Idem quod Quadragesima. Ca-
nonizatio S. Petri Cœlestini, to. 4. Maii p. 479.
& apud Murator. tom. 3. pag. 663.

Quæque dies leti, quinque annos, quinque Quadrages.

QUADRALE, Mensura vinaria. Vetus Notitia
traditionis Monasterii S. Stephani Herbipoli apud
Schannatum Vindem. Liter. pag. 90. *Pro anniver-
sario matris meæ Hiltæ xv. similas & Quadrale vini &
insuper talentum cere. Talentum, pro libra sumitur,
& Quadrale pro quarta parte cujusdam mensuræ*

majoris, ac fortassis urnæ, quæ centies ibi memo-
ratur, ubi de foundationibus pro anniversariis. Vi-
de *Quadrantale & Quartale.*

QUADRAMEN. Odo Cluniacensis in Vita S. Ge-
raldi lib. 2. cap. 4. *Parietes nihilominus in altum por-
recti, Quadraminum compages subito diffuta corruerunt.*

QUADRANGULARE, Τετραγωνίζω, Quadrangulum reddere, apud Vossium lib. 4. de Vitiis
fermonis cap. 18. *Quadrangulata turris*, apud Ter-
tullianum lib. de Anima cap. 17. *Quadrata.*

QUADRANGULUM, Τετραγωνον, in Glossis Lat.
Græc. Aliæ Græc. Lat. Τετραγωνον, *Quadratum, Qua-
dratum, Quadrangulum.* Utuntur Plinius & Varro.

QUADRANNUS, Quadrans, monetæ species. Ta-
bularium Monasterii S. Andreae Viennensis: *Vobis
impignoravimus pro solid. unius Quadrannos duos de
moneta decima, &c.* [Vide *Metreca.*]

QUADRANS, Monetæ minoris species apud
Anglos, pars quarta denarii. Matthæus Westmon.
an. 1279. *Quia denarius findi in duas partes pro obo-
lis, & in quatuor partes pro Quadrantibus consuevit:
ordinatum fuit ad tollendam occasionem defalcationis mo-
netæ, quod rotundi essent denarii, oboli & Quadrantes.*
Adde Walsinghamum ann. 1280. Knyghtonem
pag. 2678. Iter Camerarii Scotiæ cap. 9. §. 2.
3. &c. Vide Scaligerum & alios de re nummaria
Scriptores.

QUADRANS SCUTI, Gallice *Quart d'écu.* Vide
Moneta argentea, sub Henrico III. Franc. Rege.

QUADRANS PANIS, Idem quod superius *Qua-
dra panis.* Chronicon Cosmæ Pragenis lib. 2. *Post
Matutinas 40. panis Quadrantes & totidem allecia
dividit in pauperes.*

QUADRANS, nude, Modus agri vel potius vineæ
in loco seq. Gall. *Quartier de vigne.* Literæ Lu-
dovici Franc. Regis an. 1158. insertæ Literis an.
1358. tom. 3. *Ordinat. Reg. pag. 303. Pater
meus bone memorie Rex Ludovicus ... in loco qui
dicitur Murallia posuit hospites ... assignato eis quod
de unoquoque Quadrante unum modium vini & sex de-
narios annuatim persolverent.* D. Brussel tom. 1. de
Feudorum usu legit *Cadrans* pag. 182.

QUADRANS ALLODII, Modus agri ex *allodio*
seu possessione, vel quarta pars integræ possessio-
nis. *Dedit unum Quadrantem allodii sui cum servo &
ancilla*, in Historia Mediani Monasterii pag. 257.

QUADRANS TERRÆ, Modus agri, in Charta Ka-
nuti Regis Daniæ an. 1184. apud Stephanium in
Prolegomenis ad Hist. Saxonis Grammatici p. 17.

QUADRANTALE, Amphora, mensura. Papias. [Fe-
stus Pauli: *Quadrantal vocabant antiqui, quam ex
Græco ἀμφορέα dicunt, quod vas pedis quadrati octo &
quadraginta capit sextarios.* Vox hac notione usur-
pata Plauto & Catoni, quorum locos refert idem
Festus. Bene Prateius: *Amphora Græcis dicitur id quod
Latini Quadrantal appellant, Festus lib. 15. Est au-
tem vas cujusvis materie, duarum urnarum capax, fi-
gura cubi, rei cujusvis capienda. Quantum autem ca-
piat vini, docet his verbis Volusius Mæxianus, juris au-
ctor. Quadrantal, quod nunc plerique Amphoram vo-
cant, habet urnas duas, modios tres, semodios sex, con-
gios octo, sextarios 48. heminas 96. quartarios 192.
cyathos 570. Tum addit idem Prateius: In eo quod
ait, urnas duas convenit cum Columella lib. 20. cap.
20. In eo quod scribit sextarios 48. consentit cum Festo.
Proprie Quadrantal cubum significat, unde cubi-
cum vas ita dictum. Gellius lib. 1. cap. 20. *Qua-
drata undique, quæ κῦβος illi, nos Quadrantalia dici-
mus.* Glossæ Lat. Gr. *Quadrantal, κῦβος.* Et mox:
Quadrantale, τετραμικρον. Alia Gr. Lat. κῦβος, *Qua-*
Sff*

drantal, *Albeus*. Et alibi: *Κεραμίδων*, *Orcium*, *Amphora*, *Quadrantale*, *Urceus*. Vide *Lexic. Hofmanni*.]
QUADRAPOLA, seu Vestes *Quadrupola*. Anastasius *Biblioth. in Vitis PP.* pag. 109. *Fecit majores argenteas cortinas mira magnitudinis de palliis stauracin, seu Quadrupolis.* Infra: *Aliam cortinam majorem fecit ex palliis Quadrupolis.* Pag. 110. *Vestem super altare ejusdem Ecclesia de Quadrupolis faciens obtulit.* Ita pag. 129. 135. 139. 140. 142. 143. 144. 151. 152. 154. 163. ubi *Quadrupolas vestes appellari censet Bulengerus*, quarum quatuor anguli auro texti sunt aut serico, vel tabulis auro clavatis, ut *octapulas*, octo angulis auro aut serico intextas. Nec dissentit *Ludovicus de la Cerda in Adversar. Sacris cap. 51. num. 13.* Sed videat lector, an hæc arrideat sententia; mihi certe non placet. [*Henschenius tom. 3. SS. Maii pag. 395. legit quadrupulum, quod suspicatur esse texturam tessellatam.*] Vide *Octapulum*.

QUADRARIA, Lapidicina, unde quadrati lapides eruuntur, *Carriere*. *Sugerus lib. de Consecratione Ecclesie S. Dionysii: Locus quippe Quadraria admirabilis prope Pontisaram... vallem profundam non natura, sed industria concavam, molarum casoribus sui questum ab antiquo offerebat.* Utitur ibidem paulo ante. Occurrit etiam in *Monastico Anglic. tom. 2. pag. 133.* Vide *Carraria 2.*

QUATRARIA, Eadem notione, in *Charta Odonis Domini Hamensis an. 1232.*

¶ 1. **QUADRARIUM**, Plaustrum, carrus, Gall. *Charette*. *Charta ann. 1230. apud Kennettum in Antiq. Ambrosden. pag. 208. Præterea concessi eisdem liberam viam ultra pasturam meam de Quadrario suo usque ad prædictam ripam ad stagnum dicti molendini emendandum quomodoque voluerint.*

¶ 2. **QUADRARIUM**, in *Amalthea, Vas ex quadrato lapide factum, torculari inserviens.*

¶ **QUADRATA FACUNDIA**. Vide in *Quadrivium* sub finem.

¶ **QUADRATÆ LITERÆ**; Eadem quæ *Unciales*, de quibus supra in voce *Litera*.

¶ **QUADRATÆ URBES**, sive *Quadrangulares*, quænam sint, recensent *Baudrand in Lexico Geographico & Hofmannus in Lexico Universali.*

QUADRATARI, quos *Græco vocabulo λιθοθήρας* appellant, in lege 1. *Cod. de Excusat. artif.* [ut ex libro *Βασιλικών* emendat *Cujacius pro πήλας*, quod habetur in ipsa lege; sunt autem *λιθοθήραι* lapidicæ, qui lapides expoliunt, οἱ τὲς διαφανεῖς λίθους ἀκονίζουσιν, ut habetur in eod. libro.] *Lapidicidæ & Quadratarii*, apud *Sidonium lib. 3. Epist. 12. à quadratis lapidibus, quos in quadrum expoliunt.* [*Miracula S. Modoaldi Episcopi Trevir. tom. 7. SS. Maii pag. 715. Quadrataris aliquando lapides de monte cadentibus, &c.* Adde *Cod. Theod. lib. 13. tit. 4. leg. 2.*] *Quadratum saxum*, apud *Livium lib. 6. & Vitruvium lib. 4. cap. 4. Lapis quadratus*, apud *Plinium Epist. 254. lapis nempe cæsus paribus angulis, licet non paribus lateribus, ait Philander. Saxorum Quadrataris*, apud *Cassidorum in Psalm. 126. Glossæ veteres: ἰάκλος, Quadrataris, [vel ἰάκλος, Quadrataris, ut editum est in Glossis Græco-Latinis & Latino-Græcis; unde quidam ἰάκλος, pro πήλας emendant in laudata lege Codicis.] Sed præsertim ita videntur appellati, qui lapillis quadratis & variæ commissuræ pavimenta sternunt. *Leo Ost. lib. 3. cap. 29. Artifices destinat peritos in arte musaria & Quadratura, ex quibus videlicet alii absidam & arcum atque vestibulum majoris Basilicæ musivo comerent, alii vero totius Ec-**

clesia pavementum diversorum lapidum varietate confisterent. Artis quadrataria mentio præterea habetur in Passione SS. Coronatorum, & in fragmento vetusti lapidis Romæ in æde S. Hagnes.

¶ **QUADRATICUM**, pro *Cathedra*, *Penso* quottannis *Episcopo soluta ab ecclesiis ei subditis.* *Statuta Alani Avenion. Episc. apud Martenium tom. 4. Anecd. col. 580. num. xv. Nullus recedat de civitate presenti, donec & quousque plene satisfeceritis clavarario curiæ episcopalis Avenionensis synodum & Quadraticum anni presentis, & etiam arrearagia temporis jam lapsi.*

¶ **QUADRATIM**, Forma quadrata, *τετραγωνος*, in *Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat.*

¶ **QUADRATORES**, idem qui *Quadrataris. Quadratores marmorum*, apud *Cassidorum l. 2. Epist. 7. Alii legunt Quadrati marmorum. Vide Quadratus.*

¶ **QUADRATUM DECIES**, pro *Quadragesima.* *Vita S. P. Coelestini apud Murator. to. 3. p. 632. .. En decies Quadrato subdere corpus.*

Menti iussit amor divino fonte relabens.

¶ 1. **QUADRATURA**, Materiaria structura, Gall. *Charpente*. *Chartularium Gemeticense notatum B. pag. 110. De refectis autem ordinaverunt, quod si Quadratura defecerit in illo molendino, dicti Abbas & Conventus facient ad custos suos; ita tamen quod Miles faciet merennium adduci per homines suos de eleemosyna abbatia ad molendinum, & dictus Abbas & Conventus debent totum merennium invenire.* Alium locum vide in *Branca 2.*

¶ 2. **QUADRATURA**, Latus alteri æquale, ut in figuris quadratis esse solet. *Bernardus Thesaurarius de Acquisitione Terræ Sanctæ apud Murator. tom. 7. col. 712. In medio hujus eminentioris porticus situatum est templum Domini, octo Quadraturis & totidem angulis fabricatum.* Galli diceremus d'une figure octogone, in qua figura, si perfecta est, latera & anguli sunt sibi invicem æqualia.

¶ 3. **QUADRATURA**, Modus agri, Gall. *Quartier de terre*. *Chartularium S. Fromondi: Ego Wilhelmus de Humeto dedi & concessi... unam virgatam terræ in Quadratura, quam tenuit Bertinus de Bajoc.* Ibidem: *Ego Jordanus de Hum. Conestab. Normanniæ excambiavi unam virgatam terræ, quam dederat & eleemosynaverat... frater meus in Quadratura, quam tenuit Bertinus de Bajoc.*

¶ **QUADRATUS**, nude pro *Quadratus lapis.* *Cassidorus lib. 5. Epist. 8. Quadrati ad Ravennatem urbem ex nostra jussione devehantur, &c. Quadrati marmorum*, apud eundem lib. 2. *Epist. 7. pro quo quidam legunt Quadratores. Vide Quadrataris.*

¶ **QUADRATUS MATHEMATICUS**, Perfectus *Mathematicus*, in quatuor *Mathematicæ* partibus perinde versatus. *Epistola Bernonis Abb. ad Grinoverum Coloniensem Episcop. apud Mabillon. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 294. Quem non solum quatuor Matheseos disciplinarum speculatio Quadratum, verum etiam cælestis harmoniæ melos divinis laudibus jugiter reddit intentum.* Vide *Quadrivium.*

¶ **QUADRATUS ORBIS**, In quatuor partes divisus. *Elogium Dungalii reclusi apud Mabillonium tom. 2. Annal. Benedict. pag. 726.*

Te precor omnipotens Quadrati conditor orbis, Dungalus ut vigeat miles ubique tuus.

Charta Henrici Regis Franc. ann. 1056. qua Ainaldo donum libertatis concedit, ut pateant ei, ut libero, via Quadrati orbis, apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 183.

¶ **QUADREGIA**, pro *Quadriga*, Plaustrum quodvis, currus. *Arrestum Parlamenti Paris. an. 1331.*

ex Archivo Bonæ - Vallis : *Licet essent & fuissent per tempus sufficiens in possessione . . . habendi & recipiendi in pratis Bonevallis mareschancias in Quadregiis & frassellis usque ad festum B. Johannis.*

1. QUADRELLUS. *Quadrelli, Quarelli, Tela balistarum, brevia, spissiora, & forma quadrata, unde nomen nostris Quarreaux. Quadrelli, Danti & Petrarchæ. Anna Comnena lib. 10. pag. 291. de quadrellis: Τα βέλγη βραχύτατα μὲν τῶ μίσει, παχύτατα δὲ, καὶ πρόσθεν ἀξιομάχων βέρος σιδήρου λαμβάνοντα.* [Castelvitrus in Addit. ad lib. 1. Profarum Petri Bembi : *Quadrello viene da quadro, che significa saetta, che habbia il ferro di quattro alette.*] Willel. Britto lib. 2. Philippid.

Nec tamen interea cessat balista, vel arcus, Quadrellos hæc multiplicat, pluit ille sagittas.

Idem lib. 7.

Transmisso cadit in tempus per utrumque Quadrello. Adde lib. 3. pag. 130. Guill. de Podio-Laurentii cap. 3. 7. [Chronicon Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 90. Annales Genuens. tom. 6. Muratorii col. 471. Chronicon Veron. tom. 8. ejusd. Muratorii col. 632. Chronicon Parm. tom. 9. col. 806. Chronicon Bergom. tom. 16. col. 914. &c. Vide Carellas.]

QUARELLUS, Eadem notione occurrit apud Rigordum ann. 1190. 1199. Matth. Paris pag. 592. [Adde Albericum ad an. 1199. Chronicon Astense apud Murator. tom. 11. col. 155. &c.]

CAIRELLUS, in Charta an. 1242. in voce *Carcaisum*, & in alia an. 1248. apud Sammarthanos in Episcopis Aptensibus, & alia apud Ughellum tom. 4. pag. 289.

QUADRILLUS. Cod. MS. D. Favre in Fragmentis Stephanotii tom. 1. *Aliqui fuerunt Quadrillis vulnerati, sed non male.*

QUADRILUS. Lambertus Ardens. pag. 117. *Eorum balistarum mortiferas pluunt in eos Quadrilos & sagittas.*

QUADRUUM. Sugerius in Ludovico VI. pag. 317. *Balistarum Quadro . . . est oculo privatus. Quarel, & Quarriau, nostris olim. Le Roman de Garin:*

*Volent pilet plus que pluie par prés,
Et les sajettes, & Carriax empenez.*

Willelmus Guiart an. 1214.

*A tant tendent de tous costez
Aus arbalètes devaler,
Et puis laissent Quarriaus aler.*

Idem in S. Ludovico:

*Messire Alphonse un jour ataignent;
Qui armez icent de son atour,
D'un Quarrel d'arbaleste à tour.*

[Charta Theobaldi Comitum Campaniæ an. 1256. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 1018. col. 1. *Et chascun de la commune dou Nuefchastel, qui aura vaillant vint livres, aura arbaleste en son hostel, & Quarraus jusqu'à cinquante.*] Idem voci Garrot etymon adscribit Falcerus, de qua idem Guiartus an. 1304.

*Quarriaus traient au cliqueter;
Et font l'espringale geter,
Li Garros qui lors de là ist;
Les plus viguerens esbahist.*

Infra:

*Et font geter leurs espringales;
Cà & là sonnent li clairain,
Li Garrot empené d'arain
Lessent leur lieux de ce me vent;
Plustost que tempeste ne vent. . .*

Eodem anno:

Tom. V.

*Espringales sont leur servise,
Dont li Garrot en maint lieu saillent.*

Infra:

*Aceles envahies males,
Et mestre boat deus espringalles,
Tres bien getant en est chascune,
Un Garrot est sailli de l'une.*

Ibidem:

Li Garrot le chastel tresperce.

Rursum:

*Li engin tout seul demourerent,
Qui pierres & Garros getoient.*

2. QUADRELLUS, Quadratus later, laterculus, Gall. *Quarreau* vel *Carreau*, Ital. *Quadrello*. Statuta Mutinæ fol. 13. vº. rubr. 66. *Cum in terra Castri veteris, ubi est fornax una, non possint fieri boni coppi, nec Quadrelli propter malum terrenum, quod est ibi, ordinatum est quod una fornax loco dictæ fornacis fieri debeat & operari in territorio & in districtu communis Campilii, ibi, ubi hæcenus esse consuevit, & in qua consueverunt esse boni Quadrelli & coppi.* Rursum occurrit fol. 49. vº. rubr. 258. Statuta criminalia Ripperiæ fol. 29. vº. cap. 222. *Teneantur fornasarii facere & fieri facere cuppos, Quadrellos, pobinas, matorios, tavellonos & tavellas, longas sive magnas & parvas, & alia quacumque in fornacem coquenda ad infrascriptam mensuram, videlicet quod Quadrelli & tavella non sint breviores unciarum septem & latitudinis unciarum trium cum dimidia, &c.* Statuta Placentiæ lib. 6. fol. 67. vº. *Habeant & vendant fornasarii civitatis & episcopatus Plac. cuppos, Quadrellos & tavellas secundum modum consuetum; & teneantur separare cuppos, Quadrellos & tavellas cottas à biscottis, & biscottas non vendant pro cottis, &c.*

QUADRELUS, Eadem significatione. Statuta Mutinæ fol. 6. vº. rubr. 35. *Statutum est pro pub. & evidenti utilitate mercatorum communis Mut. existentium in stationibus palatii novi, quod dictæ stationes debeant claudi s. inter unam & aliam viam de muro unius Quadrelli, id est, de muro è quadrellis constructo, si bene interpretor.*

3. QUADRELLUS, Modus agri minutior. Hariulfus lib. 3. cap. 16. *In pago Belloacensi, in villa, que dicitur Vallis, seticum indominicatum habentem Quadrellos 130. . . . de prato bunnaria 2. & Quadrellos 48. & de silva bunnaria 20. & de conciso bunnaria 5. & Quadrellos 2. & de marisco Quadrellos 110.*

QUARRELLUS, Eadem notione. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 4. Id. Jun. *Item tria quarteria cum 4. Quarrellis terra.* Infra: *Quinque quarteria minus 5. Quarrellis in loco qui dicitur Preaus.*

QUADRESSIS, Quatuor assium, in Amalthea ex Catholico Johannis de Janua: ubi: *Quadressis, Quatuor oboli, vel pretium quatuor obolorum.*

QUADRI, Modus agri. Charta Caroli Simplicis an. 23. redint. 18. &c. *Amantissima conjugi nostræ Friederuna condonavimus sub Palatio nostro Compendio de terra Quadros 80. ad capellam construendam in honorem S. Clementis Papæ & ejus atriola.* [Charta ann. 1027. in Probat. tom. 2. novæ Hist. Occit. col. 179. *Sic dono ego Ermengaudus Comes ad te, Atto, ipsam supranominatum alodem, qui fuit de hostilitate de Progo-aldi & Astre, & illorum heredes, simul cum ipsos Quadros, que vocant Vicecomitales, qui sunt in villa Ortonoves.* Vide *Quadrellus* 3.]

QUADRICORNIUM, τετρακόρνιον, Habens cornua quatuor, in Glossis Latino-Græc. & Græco-Latinis.

QUADRIDUUM; Johanni de Janua, *Quatuor*
Sff ij

dies ; inde *Quadriduanus*, quatuor habens dies, pro *Quatriduum* & *Quatriduanus*.

QUADRIFICIUM, Anastasius in Paschali PP. Et super columnas, in *Quadrificio* camerantes, musivo, pulchrisque metallis decoravit. Id est, ex quatuor faciebus, unde forte leg. *Quadrifacio*: nisi in *quadrifinio* quis malit, i. à quatuor finibus, quam vocem agnoscunt Frontinus, & Innocentius Agrimensor. Papias: *Quadrificus*, in quatuor partes fissus, i. divisus. [Charta ann. 873. inter Instrum. novæ Gall. Christ. to. 4. col. 226. Omnibus Christum per orbem *Quadrificum* adorantibus pacis concordieque munus, &c. Durandus lib. 6. Rationalis c. 72. Dominus *Quadrificum* orbem morte transgressionis decem mandatorum mortuum vivificavit.]

¶ **QUADRIFILUS**, E filis quatuor contextus. Locum vide in *Menolinum*.

¶ **QUADRIFURCUS**, Quatuor habens furcas, apud Priscianum.

1. **QUADRIGA**, pro *Carruca* aratoria, *Charruë*: vel potius pro *Carrucata*, seu modo agri, cui sufficit una *carruca* vel aratrum. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 92. *Cunctaque molendina, quæ tunc erant in Scaldo, eis superaddidit, sex ex iis Episcopo reservatis, cum quinque Quadrigris terra.* Et cap. 93. *Et pene ad nihilum redegerunt, ita ut de antiquis possessionibus nihil amplius eam cernamus hodie tenere, quam tria molendina Episcopi, tresque Quadrigas terra ejus.* Vide *Carrucata*.

¶ 2. **QUADRIGA**, Supellectilis genus. Inventarium an. 1317. è Schedis D. Lancelot: *In coquina ... fuerunt reperta ea que sequuntur ... una cathedra modici valoris, item unum embutum, item una Quadriga antiqua garnita.* An sella rotulis fulta?

¶ **QUADRIGA VIRTUTUM**, Quatuor virtutes cardinales. Vide *Quadrivium*.

¶ **QUADRIGALE**, *Spatium super muros civitatum, super quod quadrige currunt*, in *Amalthea*.

¶ **QUADRIGAMENTUM**, Vectura, Gall. *Charroi*. Charta libertatum Bellomont. ex MS. Coislin. *Prædictos homines ... liberantes ... ab omnia tallia mortalia ... Quadrigamento, &c.* Vide *Carreda* & *Quadrigratio*.

QUADRIGARE, Curru vehere, [in *Gemma gemmarum*,] Gallis *Charrier*. Charta ann. 1279. in Tabulario Ecclesiæ Autisiod. fol. 521. *Nos de Esbria de 10. quadrigatis vini, quam maluerit Dominus Episcopus, solvere tenebimur, & Quadrigare apud Apoignium.* [Processus de virtutibus & miraculis Mariæ de Malliaco, to. 2. Martii pag. 755. *Quadrigavit dictus conductor seu quadrigam conduxit ad quamdam hostellariam, &c.*]

¶ **QUADRIGARIA**, Plaustrum, carrus, Gallice *Charette*, in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 827.

QUADRIGARIUS, Auriga, *Charretier*. Præfatio ad libellum precum Marcellini & Faustini: *Omnes Quadrigarios & imperitam multitudinem pretio concitat, &c.* [Arnobius lib. 2. *Pugiles, Quadrigarios, desultores, grillatores.* Aurigas qui in circo quadrigas agitant, intelligit, ut & Tullius in *Fragm.* apud Afconium Pedianum. Glossæ Lat. Græc. *Quadrigarius, ἀρμαπλάτης, ἰππιδάτης, ἰνίοχος, τετριπιδάτης.* Adde Glossas Græco-Latinas. Pro auriga legitur in Litteris Vicarii Archiepiscopi Rotomag. ann. 1206. è Tabulario Calensi p. 190. &] passim in Ordinatione Hospitii S. Ludovici Regis Franc. an. 1261. à nobis edita in *Notis ad Joinvillam* pag. 108.

¶ Eadem vox aliud, ut videtur, sonat in lege 1.

Codicis de Excusat. Artificum: *Architecti, medici, pictores, statuarii, marmorarii, lecticarii, seu arcarii, clavicarii, Quadrigarii, vel quadratarii, &c.* *Quadrigarios* hic intelligo fabricatores quadrigarum seu curruum, Gall. *Charrons*. Cujacius in hanc legem Glossas laudat, in quibus legitur: *Quadrigarii, ἀρμαλότοι.*

QUADRIGATA, Gallice *Charretée*, Onus quadrigæ. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 605. *Duas Quadrigatas vini de Principe Normannorum in feudo tenebat singulis annis.* [Index reddituum Monasterii Corbeiensis: *Quicumque adducunt ligna ut vendant, duas Quadrigatas debent nobis.* *Quadrigata lignorum ad unum equum*, in Charta ann. 1208. è Chartulario sancti Vandregesili tom. 2. pag. 1781. *Quadrigata fustium, Quadrigata cabironorum*, in Reparationibus factis in Senescallia Carcaffonæ an. 1435. è MS. D. Lancelot. Rursum occurrit in Charta Philippi Augusti Franc. Regis apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1010. in Litteris ann. 1236. è Chartulario Montis Martyrum & alibi passim. Vide *Lobinelli Glossarium* to. 3. Hist. Paris.]

¶ **QUADRIGATIO**, Vectura quam domino debent vassalli. Charta Stephani Sacri-Cæsaris Domini pro Capitulo Bitur. ann. 1178. apud Thomasserium in *Consuetud. Bituric.* p. 139. *Consuetudines omnes, quas in parochia Belli-loci accipiebam ... equitatum meum, Quadrigationes, procurationem meam, &c.*

¶ **QUADRIGATOR**, Idem qui *Quadrigarius*, Auriga, in Actis B. Francisci de Paula, to. 1. Aprilis pag. 160.

¶ **QUADRIGENNIUM**, Quadriennium. Charta Gaufridi Comitis Andegavensis an. 966. tom. 1. Spicil. Acher. p. 423. *Si quis præsumpserit aliquam injuriam Fratribus ejusdem loci (S. Albini) inferre, & ter ammonitus nisi resipuerit, Quadrigenno communione privetur.*

¶ **QUADRIGUA**, pro *Quadriga*, Carrus, plaustrum. Charta Comitatus Marchiæ an. 1406. *Tenebuntur reddere & solvere ... unam vinatam sive boatam cum quadam Quadrigua & cum duobus bobus.*

¶ **QUADRILATERUS**, Gallis *Quadrilatere*. *Isid.* lib. 3. Orig. cap. 10. *Quadrilatera figura est plano pede quadrata, quæ sub quatuor lineis rectis jacet.* Martianus Capella lib. 6. *Quidquid Quadrilaterum est τραπεζίον vocatur.* Varia distinguuntur *Quadrilatera* apud *Geometras*.

¶ **QUADRILLUS**, **QUADRILUS**. Vide *Quadrillus* 1.

¶ **QUADRIMENSIS**, Quatuor mensium, quod aliter dicitur *Quadrimestris*. Johannes de Janua.

¶ **QUADRIMODUS**, In quatuor partes divisus. In *Consuetudinibus Cluniac.* Farfæ receptis & à *Mabilonio* laudatis tom. 4. *Annal. Benedict.* pag. 208. *Cella novitiorum dicitur angulata in Quadrimodis, hoc est, in quatuor minores cellas distributa, in quarum prima meditentur, in secunda reficiant, in tertia dormiant, in quarta loca necessaria.* *Quadrimodus* vel *Quadrimodis*, quatuor modorum, apud Johannem de Janua.

¶ **QUADRINEPOS**, Nepos quartus ordine. *Chron.* Episcoporum Metensium to. 6. Spicil. Acher. pag. 651. *Hujus (B. Arnulfi) Quadrinepos Carolus Magnus extitit, quem Ecclesia Rom. elegit in Advocatum.*

¶ **QUADRINOCTIUM**, *Spatium quatuor noctium*, Johanni de Janua; *τετρανοκτία*, in Glossis Lat. Gr. & Græco-Lat.

¶ **QUADRINODIS**, vel *Quadrinodus*, Quatuor nodorum, unde *Quadrinodium*, Johanni de Janua,

¶ **QUADRIPERTIRI**, vel *Quadrupertire*, apud Johannem de Janua, In quatuor partes dividere. Glossarium mediæ Græcitatæ: Τετραπείριον, *Quadrupertiri*, τετραχῶς μερίζειν. Utrobique melius scriberetur *Quadrupartiri*, à *Partiri*. Utrumque Vossius improbat lib. 4. de Vitiis sermonis, et si *Quadrupartitus* vel *Quadrupertitus* Ciceronis sit & Varronis.

¶ **QUADRIPES**, pro *Quadrupes*, Equus. Testamentum ann. 813. in Probat. novæ Hist. Occitanæ tom. 1. col. 39. *Vel alia mobilia, vel Quadripedem meum, ipse prædictus, cui eleemosynam meam injunxero, in sacerdotibus & pauperibus, orfanis & viduis in eleemosynam pro remedio anime meæ erogare faciat.*

QUADRIPORTA. Anastasius in S. Hadriano pag. 115. *Basilicam Salvatoris . . . in ruinis positam una cum Quadrupartis suis, atriisque, & fontes noviter . . . renovavit.* Sed legendum *Quadruparticis*, aut *Quadrupartibus*, quod atriis vox indicat. Est enim

QUADRIPORTICUS, Atrium quatuor porticibus circumdatum, ante ædium sacrarum vestibula, Græcis Τετραπόδιον. Anastasius in S. Symmacho: *Cantharum B. Petri cum Quadruparticu marmoribus ornavit.* In *Dono*: *Hic atrium B. Petri superius, quod est ante Ecclesiam in Quadruparticum magnis marmoribus stravit.* Adde eundem in Leone III. p. 121. 139. 142. *Itinerarium Hierosol. Est piscina, quæ dicitur Siloa; habet Quadruparticum, & alia piscina grandis foras.* Paulinus Nat. 9.

*Ecce vides istam, qua janua prima receptat,
Porticus obscuro fuerat prius obruta tecto,
Nunc eadem nova pigmentis & culmine crevit.
Ast ubi conscriptum Quadrarto tegmine, circa
Vestibulum medio reseratur in athera campo,
Hortulus ante fuit, &c.*

Infra:

*Sed rursus redeamus in atria, conspice rursus
Impositas longis duplicato tegmine cellas
Porticibus, &c.*

Fortunatus lib. 9. Poem. 15. de Atrio ædis sacræ:
Altior impluvium, Quadrataque porticus ambit.

Adde, quæ de ejusmodi quadrupartibus congestimus in Descriptione ædis Sophianæ n. 20.

QUADRISOMUM, Sepulcrum quatuor corporum capax. Fragmentum sepulcrale Romæ ad Agnetem via Nomentana:

DEPOSITUS P. . . . FIECT. . . .

DN. VALENTINIANO AVE. . . .

IN PACE ETC. VIXIT ANNUS XX.

FECIT LOCUM QUADRISOMUM.

Vide *Bisomum*.

QUADRIVIUM, Τετραοδία, τετραοδον, ἀμφοδον, in Gloss. Gr. Lat. [Quæ vox cum mediæ non sit aut infimæ Latinitatis hac notione, nihil ad nos; usum dumtaxat medio ævo in *Quadriviiis* frequentem attingemus, quo scilicet venditiones suas aut donationes, majoris solemnitatis ergo, in ipsis *Quadriviiis* perficiebant. Charta regnante Roberto Rege fol. 1. Tabularii S. Petri Vossiensis: *Ipsium donum concessit apud Lemovicis in Quadrivio inter S. Stephanum & S. Martinum sito, his presentibus, &c.* Alia fol. 2. vº. *Donum autem istud factum est in Quadrivio ante fontem Brivensis. Doni auditores fuerunt dominus Abbas Geraldus Vossiensis, &c.* Manumissiones quoque in *Quadriviiis* factas, seu servos qui manumittebantur, in *Quadrivia* ductos, ut quamcumque vellent, eligerent viam, discimus ex Legibus Rotharis cap. 225. apud Murator. to. 1. part. 2. p. 34. col. 1. *Ducat eum (servum qui manumittitur) in Quadrivium & thingat in quadia & gisiles testes ibi sint, & dicant sic: De quatuor viis, ubi volue-*

rit ambulare, liberam habeas potestatem. Idem etiam aliquando in fidejussionibus de *stando juri* observatum, ut docent Consuetudines Aufciorum MSS. an. 1301. art. 27. *Fidejussio de stando juri . . . cum prestanda fuerit, prestetur & exigatur in Quadrivio, vel in carteria majori, vel in domo communi ad voluntatem Domini.]*

¶ **A Quadriviiis** proprie dictis appellatum etiam Padi fluvii *Quadrivium* ab Auctore Chronici parvi Ferrariensis, apud Murator. tom. 8. col. 476. ubi sic describitur: *Pervenitur ad vicum Adrianum, ubi aquarum Padi Quadrivium reperitur. Nam dextra conjungitur Gairo per fluentum, quod dicitur Cavadicium; sinistra facit fluentum, quod dicitur Silvus longus, quod paludibus Clugia jungitur. Antvorsum tendens à Quadrivio jam dicto cum Gairo intrat in pelagus.*

Sed recentioribus Scriptoribus proprie hac voce intelliguntur quatuor Mathematicæ partes: Annæ Comnenæ lib. 1. Τετρακίος τῶν μαθημάτων. Ephræmius in Chronico de Nicephoro Blemmyde: Τετρακίος διδάσκαλος μαθημάτων. *Quadrifaria Mathematica janua*, Senatori lib. 1. Epist. 45. Papias: *Quadrivium*, ubi quatuor viae conveniunt. Inde quatuor artes, id est *Arithmetica, Geometria, Musica, Astronomia, Quadrivii nomen acceperunt, quia se invicem complectantur & contineant, ut non bene unam noverit, qui alias non noverit, orbatuque uno videatur oculo.* Ugutio: *Arithmetica, Musica, Geometria, Astronomia quadam similitudine dicuntur Quadrivium, quasi quadruplex via ad sapientiam, unde Triviales dicuntur, qui docent vel student in trivio, sicut Quadriviales dicuntur, qui in quadrivio.* Harum *Arithmetica unitati, Musica binario, Geometria trinario, Sphærica seu Astrologia quaternario comparatur, ut est ἐν τετραγώνοις τῆς ἀριθμητικῆς.* Boëthius de *Arithmetica* cap. 1. *Prudentia nobilitas quodam quasi Quadrivio vestigatur.* Infra: *Multitudinem, quæ per se est, Arithmetica speculatur integritas. Illam vero quæ ad aliquid, musici modulaminis temperamenta pernoscent. Immobiles vero magnitudinis Geometria notitiam pollicetur. Mobilis scientiam Astronomicæ disciplinæ peritia vindicavit.* Mox: *Hoc igitur illud Quadrivium est, quo iis viandum sit, quibus excellentior animus à nobiscum procreatis sensibus, ad intelligentia ceteriora perducitur.* Joann. Sarisberiensis lib. 1. *Metalogici* cap. 24. *Mathematica Quadrivii sui rotis vertitur, alarumque vestigiis insistens, colores & venustates suas multiplici varietate conterit.* Adde cap. 3. 4. 12. lib. 2. c. 10. Vita S. Isidori Hispal. num. 8. *Si hoc libro in trivii eruditione Isidorum præditum cernes eloquentia, hic in Quadrivii investigatione perfectum admireris in Mathematicæ disciplina.* Vita MS. S. Florentii in Prologo: *Cum Rhetoricæ artis faceta urbanitas jam olim à nostri seculi usu recesserit, viri quoque Quadrata facundia prædicta dudum cultores artis, nostri duntaxat idiomatis, penitus exoleverint, &c.* Constantinus African. lib. 1. *Commun. locor. medic.* in prologo: *Oportet enim qui in hac arte (Medicina) primatum vult obtinere, dialecticæ & totius Quadrivii notitiam habere.* Gervasius Tilleberiensis MS. de Otis Imper. decif. 3. cap. 114. *Erat enim summe literatus in trivio, & Quadrivio potens & acutissimus, in Physica operosus, in Astronomia summus.* Ecclesia Lugdunens. adversus Joannem Erigenam: *Quadrivium regularum totius Philosophiæ, . . . mundanæ doctrinæ Quadrivia.* Epitaphium Hugonis Medici apud Naudæum de Antiquit. Scholæ Medicæ Paris. pag. 34.

*Quadrivium docuit, ac totum scire reliquit
Anno milleno bis centum, sed minus uno.*

Vide Wibertum in Leone IX. PP. Honorium lib.

de Viris illustr. in Boëtio, Petrum Damian. lib. 6. Epist. 3. Trilogium animæ part. 3. cap. 5. Baldricum Burguliensem pag. 259. 269. Thiofridum Epternac. in prologo, Matth. Paris p. 559. præterea Notas nostras ad Alexiadem. [Chronicon Richardi Pictav. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 1173. Vitam B. Willelmi Abb. Hirsaug. fac. 6. Benedict. part. 2. pag. 726.]

Quadrivium etiam vocant quatuor virtutes *cardinales*, de quibus ita S. Hieronym. Ep. 25. cap. 1. *Quatuor virtutes describunt Stoici, ita sibi invicem nexas, & mutuo coherentes, ut qui unam non habuerit, omnibus careat, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem, Temperantiam. Quadrivium vel quadriga virtutum, apud Flodoardum lib. 4. Hist. Remens. cap. 5. ex Hincmaro Remensi: Quadrifaria virtus, apud Senatorem lib. 6. Epist. 3. Quaterna virtutes, apud Dudonem lib. 3. de Moribus & Actis Normann. pag. 128. Τετρακτίς τῶν ἀρετῶν, apud Constantinum in Basilico cap. 51. Ἀρεταὶ τῶν ἀρετῶν, apud Theophylactum Bulgar. Archiepisc. Epist. 26. Τετραγῶνος τὴν σοφίαν, apud Damascium in Vita Isidori Philosophi. Vita S. Rodoaldi num. 15. Nemo namque humane rationis Quadrivio ad plenum conquadratum sufficere probatur, &c. Chronicon Laurishamense p. 93. Virum omni virtutum genere Conquadratum.*

¶ QUADRUCA, Idem quod mox *Quadruga*. Tabularium S. Sergii Andegavensis: *Dedit unam mansuram terra de landis, postquam erit discooperta, tantum quantum una Quadruca duabus sationibus excolere poterit.*

¶ QUADRUGA, Aratrum, Gallice *Charrue*; item tantum agri, quantum uno aratro coli potest. Tabularium Montis S. Michaelis: *Domonachis S. Michaelis terram in eodem loco quantum potest una Quadruga arare in anno. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 236. Attribuit etiam propriarum Quadrugarum decimam, quas in parochia S. Patricii habere dinoscitur. Vide Quadruga & Quadruca.*

¶ QUADRUGATA TERRÆ, Eadem notione, apud Thomam Blount in Nomolexico Lat. Anglic. Vide *Carrucata*.

¶ 1. QUADRUM, f. *Quadrivium*, Gallice *Carrefour*. Juxta *Quadrum ala Calomontis*, in Schedis D. Aubret.

¶ 2. QUADRUM, Teli genus. Vide *Quadrellus* 1.

¶ 3. QUADRUM. Resipiscentia Isnardi excommunicati porrecta Girardo Episcopo Eduensi an. 972. *Si perperam egi vel moleste contra vos statui, spes mei recuperandi est in vobis, sicut scitis, per ministerium vestrum, quia in Quadro est Almitas vestra: id est, Potestatem habes me à vinculo excommunicationis absolvendi.*

¶ QUADRUPEDALE, Quadrupes. Charta Hugonis Abb. Corbeiensis an. 1227. è Tabulario ejusdem Monasterii: *Infra siquidem fossatum Eavanei nulla Quadrupedalia intrabunt, & si forte intraverint, serviens noster illa poterit ejicere sine emenda. Vide infra Quadrupedius.*

¶ QUADRUPEDARIA, ὑπὸ ζώων τετραπόδων ἀγωγῆ, in Glossis apud Martinium, Quadrupedum ope vectura.

¶ QUADRUPEDIUS, *Quadrupedalis, Quadrupes, inde Quadrupedalitas*. Johannes de Janua.

QUADRUPEDIA, in Lege Angliorum tit. 17. §. 1. & in Antiq. Fuld. lib. 1. trad. 11. lib. 2. trad. 19.

¶ QUADRUPLARE, *Quadruplicare, In quatuor partes explicare vel dividere, vel quadruplex sive quadruplum facere*, Johanni de Janua; *Quadruplicuer*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. hodie *Quadrupler*.

Quadruplatus numerus, leg. 10. Dig. de Gradibus §. 17. Papias: *Quadruplo & Quadruplor idem significat antiquitus. Quadruplare Jurisconsultis est in quadruplum damnare. Ulpianus leg. 14. Dig. §. 1. Quod metus causa: Quadruplabitur omne, quodcumque restitui oportet.* Hac notione quidam exponunt illud Plauti: *Neque Quadruplari me volo*, hoc est, nolo ad quadruplum solvendum adigi, si vera eorum opinio. Alii quippe, ac forte melius, exponunt, Nolo *quadruplator*, seu delator esse, deponentis vim tribuentes huic *quadruplari*, & pronomen *me* redundans existimantes.

¶ QUADRUPULATOR, Latinis delator. *Quadruplicatores*, inquit Asconius in Divinat. Verrin. p. 26. *Delatores erant criminum publicorum: in qua re quartam de proscriptorum bonis, quos detulerant, assequabantur.* Sic dicti vel à quarta hac, quam accipiebant, parte, vel à *quadruplo*, quod delati fere solvere cogebantur. Vide Vossium in Etymologico & Thesaurum Fabri. Johanni de Janua *Quadruplicatores & Quadruplicatores dicuntur Usurarii in quadruplum sua recipientes. Quadruplicator etiam dicitur Senex vel Contractus, qui duobus pedibus & duobus baculis sustentatus per plantas incedit.* Laurentius in Amalthea: *Quadruplicator, Quartarius sector, delator, accusator, Sy-cophanta, cui quarta pars ex bonis damnati. Item Portitor quartarius, quartam partem recipiens portorii, ex Sidonio lib. 5. Epist. 7.*

¶ QUADRUPUS, *Quadrupodis, Adultera & meretrix olim dicta.* Laurentius in Amalthea.

¶ QUADRUS, Italis *Quadro*, Gallis *Quarré, Quadrum*. Annales Mediolan. apud Muratorium tom. 16. col. 813. *Bocale unum deauratam factum ad novem Quadros esmaillo ad cimera, & cum aliis foliis & operagiis.* Vide *Quadri*.

¶ QUADRUS LAPIS, Quadratus, Gall. *Pierre Quarrée*, in Charta ann. 1005. apud Lud. Laguille in Probat. Histor. Alsaciæ pag. 24. col. 2. *Quadrus saxeus*, in Vita S. Albinus Andegav. Episc. tom. 1. Martii pag. 59.

¶ QUADRUVIUM. Vide supra *Quadrivium*.

¶ QUÆPIA, pro *Quæpiam*, ut *Quæspiam*, &c. Johannes Thwroczius in Chronicis Hungaricis cap. 15. ubi de Rege Attalo: *Nec aliquam civitatem, vel castellum, aut oppidum à manu illius Quæpia tutari potuit munitio?* Ita constanter legi in veteribus libris observat Vossius de Vitiis sermonis, ubi *Quæpiam* editor reposuit.

¶ QUÆRERE, *Queri, conqueri, lamentari.* Vita S. Petri Coelestini Papæ, apud Muratorium to. 3. pag. 623. col. 1.

*Non ea mens animo versatur Querere votis
Dissidium languentis era, seu scandala dira
Exire in mundum.*

¶ QUÆSERE, *Petere.* Miracula S. Celsi Episcopi Trevir. tom. 3. Febr. pag. 403. *Magnis cepit vocibus faurices suas compellare, ac miris obtestationibus Quæsere, quatenus, &c. Quæsere pro Querere ab antiquis dictum docet Festus ex Ennio.*

¶ QUÆSITARIUS, *Mendicus, rogator; Quæsitaria, Mendica, à querendo dicta.* Laurentius in Amalthea ex Petronio.

¶ QUÆSITIVUS, *Cupidus. Hastiludiorum & torneamentorum, à mari usque ad mare, in juventute semper Quæsitivus*, in Gestis Archiepiscoporum Trevir. apud Marten. to. 4. Ampl. Collect. col. 387.

¶ QUÆSSIA, *Capsa, ubi pecunia asservatur, Gall. Caisse.* Charta Lud. de Villars Archiep. Lugdun. pro fundatione Capituli S. Nicetii ejusdem urbis ann. 1305. *Volentes & precipientes sigilliferis nostris, qui*

nunc sunt & qui pro tempore fuerint, quod ipsi predictos viginti solidos singulis hebdomadis recolligant & conservent in quadam *Quæstia*, quæ fiat ad instar & similitudinem *Quæstia Fratrum Minorum*, sicut recolligunt & conservant denarios, qui dantur Fratribus Minoribus. Ubi per *Quæstiam Fratrum Minorum* intelligo erogata stipis arculam in eorumdem Fratrum ecclesia collocatam, quam vulgo *Tronc* nuncupamus. Vide *Cassia* & *Cassa* 4.

QUÆSTA, **QUÆSTA**, **QUÆSTIO**, **QUESTUS**, Tributum quod exigitur, *queritur*, *petitur*. [*ἀπαίτησις*, Constantino Porphy. in Basilio n. 31. edit. Combessii.] *Coactiva petitio seu incisura*, in Chronico Andrensi pag. 356. *Petitio precaria*, in Hist. Archiepiscop. Bremensium an. 1142. *Taille*, quoniam appelle *Queste*, in Consuetudine Burbonensi art. 343. & seq. *Cens à Queste*, in Consuetudine Blesensi art. 133. in Soësinensi, *Cens truans*. *Queste courant*, in Marchensi art. 159. 166. *Terre de Queste*, in qua tallia locum habet, in Consuetudine Aqueñsi tit. 9. art. 11. 12. 13. 14. 15. *Φορολόγιος ἀπαίτησις*, in Lexico Græc. MS. Regio cod. 2062. qui *quæstam* exigit, [*ἀπαίτησις δημοσίων συντελειῶν*, in Basilic. lib. 3. tit. 1. §. 11. *δημόσιοι ἀπαίτησις*, lib. 6. tit. 3. §. 11.] Charta Stephani Episcopi Parisiensis ann. 1124. *Canonici vero annuales Quæstas, quas ab predictarum Ecclesiarum Sacerdotibus exigere annuatim & habere consueverunt, ab eis nec amplius exigent, nec habebunt.* Alia Ludovici VII. Reg. an. 1151. pro Ecclesia Magal. *Justitias, albergas, totas, Quæstas, sive aliquas alias injustas exactiones.* Charta Abbatis Moissiacensis an. 1212. *Comes nullam habet Quæstam in urbe vel Ecclesia nostra.* Et infra: *Quæsta de 10. sol. Caturcens. quæ fit in Quadragesima singulis annis; tota Comitum erit; sed si aliam fuderit; debet facere consilio nostro.* Pactum inter Comitum Marchiæ & Abbatem & Canonicos Doratenses an. 1331. *Non poterit Comes super illos habitatores exigere Quæstas, nisi tempore eminentis periculi guerra ad eorum gardiam.* [Charta Itherii de Mengnac Domini de Clovis, pro incolis parochiæ de Grumay an. 1278. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 109. *Et insuper salva & retenta nobis & nostris heredibus Quæsta nostra in tribus castribus tantummodo, videlicet quotiescumque contigerit heredes nostros & heredes heredum nostrorum milites fore novos; quotiescumque contigerit filias nostras maritari; & quotiescumque contigerit nos & heredes nostros recedere à regno Franciæ... ratione guerra contra persecutores & inimicos fidei.* Quo in loco animadverti potest iisdem temporibus *quæstam* exigi, quibus *auxilium*: de quo pluribus actum est suo loco. Vide mox *Quæsta generales*. De *quæstis* rursus mentio fit in Charta ann. 1047. inter Instr. novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 480. in alia ann. 1117. in Probat. novæ Hist. Occitan. to. 2. col. 398. in Epistola ann. 1170. Append. Marcæ Hispan. col. 1352.] Vide Chartas alias apud Marcam in Hist. Benearn. lib. 6. c. 12. n. 4. *Catellum in Comit. Tolosanis pag. 193. 226. 271. &c.* Vide *Trutanus*.

QUÆSTÆ ARCHIDIACONORUM. Synodus Sarionensis ann. 1282. cap. 4. de Archidiaconis visitantibus Ecclesias: *In mane sine prandio exinde recedentes, Quæstas in frumento, vino, avena, vel aliis quibuscumque facere non presument.* [V. *Demanda* 1.]

QUÆSTA, Mendicatio, Gall. *Quête*. Concilium Trevir. ann. 1310. cap. 85. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 258. *Quamplurimi dicunt se esse quæstos hospitalium, ecclesiarum & locorum religiosorum & piorum, falso mentientes... quorum nomine Quæstas*

exercent, &c. Vita B. Augustini Novelli, tom. 4. SS. Maii pag. 618. *Quæstas & humilia officia domus, quacumque viliora... humilitate nimia adimplebat.*

QUÆSTUS, Eadem notione. Concil. Dertuf. an. 1429. cap. 16. *Quæstos ecclesiarum... sine literis propriis Diocesanis, in cujus diocesi Quæstum faciunt, non recipi, nec ad prædicandum... fuit constitutione prohibutum.*

QUÆSTA ELEEMOSYNARUM, in Synodo Exoniensi ann. 1287. cap. 17.

QUÆSTÆ GENERALES. Charta Guillelmi de Calviniaco, Domini Castri-Radulphi, pro habitantibus villam de Castelleto an. 1289. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. pag. 143. *Et salvus & retentis quatuor Quæstis generalibus sufficientibus, quotiescumque casus emergerit, videlicet pro nova militia, pro filiabus semel maritandis, & pro transfretando, & pro redemptione capti corporis domini dicti loci.* Vide *Auxilium* & mox *Quista*.

QUÆSTÆ MERCEDIS. Transactio inter S. Elzeorum de Sabrano ejusque uxorem S. Delphinam & Universitatem Podii-Michaelis 7. Jan. 1316. ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Convenerunt, quod qui debent præstare, conferre seu contribuere dictam quæstam, quæ dicitur Quæsta mercedis, dent & solvant singulis annis pro dicta quæsta... 50. libras integras & perfectas.* Pluries occurrit ibi. Vide *Merces*.

QUÆSTIÆ. Charta Petri Regis Arag. an. 1212. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 179. *Cum hostibus & cavalcatis omnibus, cum Quæstis, tollis, fortis, censibus, servitiis, &c.* Concilium Tarrac. an. 1591. inter Hispana tom. 4. pag. 563. *Cum nonnulli domini temporales... compellant clericos... ad contribuendum & solvendum in peyris, Quæstis, tallis & aliis exactionibus, &c.*

QUÆSTIA. Curia Generalis Barcinon. ann. 1283. MS. *Item quod terram tenentes infra terminum alicujus castri contribuant in Quæstis, quas fecerit dominus castri pro rata possessionum, quas ibi tenent.* [Charta ann. 1068. Marcæ Hispan. col. 1144. *Cum omnibus juribus & servitiis cunctis, cum calonicis & placitis, & cum cartariis sylvaticis, cum pregera & Quæstia, & hostes, & cavalcatas, & carrigamentis, &c.*] **QUISTIA**, in Charta ann. 1223. in tom. 7. Spicilegii Acheriani pag. 265.

QUISTA. Charta Raimundi Berengarii Comitum Provincie ann. 1235. *Cavalcatas, & omnes Quistas, toutas, seu ademptionem eorumdem, quæ hactenus erant in predictis castris.* [Statuta Forojul. ann. 1235. in Rotulo Archivi S. Victoris Massil. *Statuimus quod D. Comes possit facere Quistam, scil. pro itinere faciendo ad Imperatorem sine armis; item si factus fuerit novus Miles, vel major filius qui Comes futurus sit; item si transfretaverit cum armis; item si filiam suam vel filias in matrimonium collocaverit, pro qualibet earum semel Quistam facere possit.* Hæc *Quista* passim vocatur *Auxilium*. Vide in hac voce.] Occurrit etiam in Charta Guillelmi Comitum Forcalcariensis pro Manoscensibus an. 1206. in alia Giraudi Abbatis Lerinensis in Chronol. Lerin. to. 2. pag. 167. & alia ann. 1238. apud Joffridum in Hist. Nicænsi pag. 182. [Adde Chartam ann. circiter 1128. in Probat. novæ Hist. Occitan. to. 2. col. 445. *Judicium* an. 1131. ibid. col. 459. & 460. Chartam ann. 1158. ibid. col. 572. aliam ann. 1209. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 19. col. 2. aliam ann. 1271. to. 2. p. 94. col. 1. Concilia Hispan. tom. 3. pag. 481. Galliam Christ. tom. 3. novæ Edit. Instrument. col. 206. &c.]

QUESTUS. Gaufridus Vosiensis in Chronico lib. 1.

cap. 7. *Non enim volebant ei dare Questum, id enim est taillada.* Polyptychus S. Remigii Remensis: *Census de Marsna . . . De camma 132. maldr. de Questu cervisia.* Charta Henrici Comit. Palatini Rheni ann. 1197. apud Browerum lib. 15. Annal. Trevir. *Comitiæ in Meinevelde ex illa parte Mosella super petitione annonæ, & denariorum, & aliorum Questuum eis in pignore dedimus.* Alia Stephani Barrensis Episcopi Metensis apud Meurissium: *Omnes redditus, sive Questus, quos habemus apud Marsal.* [Litteræ Ludovici Jun. Regis Franc. ann. 1168. pro Aurelianens. tom. 1. Ordin. pag. 17. num. 14. *Ab hominibus de Magduno & S. Martino super Ligericum pro redemptione baillivæ suæ Questum nullus faciat.* Ubi vetus versio Gallica: *Por raançon de leur baillie nuls Complants ne soit faiz.* Vide *Complainta.* Charta Odonis Domini Montis acuti pro habitatoribus villæ de Chaigne an. 1224. to. 4. earum. Ordin. Reg. p. 376. art. 6. *Possumus eciem (etiam) in dicta villa super quatuor Questum facere; de itinere Jerosolimitano peragendo; de captione corporis nostri, quod absit, Domino protegente; de terra acquirenda ad Baroniam pertinente; & de filia maritanda.* Eadem repetuntur in Literis Roberti Ducis Burgund. an. 1262. ibid. p. 378. art. 6.] Adde Guichenonum in Bibl. Sebust. cent. 2. cap. 15. Ita hanc vocem pro stipe usurpat lex unica Cod. de Mendicantibus: *Quos in publicum Questum incepta mendicitas vocavit.* Vide Jacobum Gothofredum ad hanc Legem in Codice Theod.

CHESTUS, Eadem notione. Charta Ildefonsi Reg. Aragonum an. 1187. pro Libertatibus villæ Amiliani, in Regesto Ludovici Hutini Reg. Franc. *Ut scilicet nullum Chestum vel toltam ab eis exigamus.*

QUÆSTIO. Charta Radulphi de Balgentiaco anni 1085. *Nec toltam faciet eis in mercato suo, nec Questionem cuiuscumque rei.* Alia Vulgrini Comit. Engolismensis an. 1147. *Pepigi etiam quod nec ego, nec uxor mea, nec filius meus, nec homines mei Questionem & vim in ipsa curte faceremus.* [Rotulus sæculi XII. de Prioratu S. Pauli de Tartas ex Archivo Monast. Casæ-Dei: *In unoquoque recepto debet habere tres milites & familiam suam & Questionem ad Kal. pro posse hominum.* Charta Alaidis Ducissæ Burgundiæ an. 1227. tom. 4. Ordin. Reg. pag. 387. art. 12. *Concessi etiam habitatoribus castri mei S. Johannis, ut liberi sint ab omnibus talliis, exactiombus & Questionibus, &c.*]

QUESTURA. Tabularium Ecclesiæ Cadurcensis: *Mutationes & investituras, & Questuras, & hospitia, & justitiam suam.* [Sacramentum est an. 1103. editum ab Acherio tom. 8. Spicil. pag. 362. & seq. ubi legit *Questuras.*]

QUESTALES, *Questæ*, seu tributo obnoxii. Regestum Constabulariæ Burdegal. notatum A. fol. 9. *Sunt homines Questales in dicta villa & castro 80. & talliantur annuatim per Præpositum dicti loci, prout sibi videtur.* *Questables*, in Consuetudine Nivernensi c. 8. art. 7. *Questans*, in Burdegal. art. 97. S. Severi tit. 9. in Foris Beneharn. Rubr. de Cormayor, art. 8. Rubr. de Jugements, art. 7. & Rubr. de *Questans* art. 1. hæc habentur: *Los Questans no poden lexa la terra de la questalitat, per ana habitar en autre part.*

QUÆSTABILES, Eadem notione. Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1400. apud Rymerum tom. 8. pag. 127. col. 1. *Omnia bona, hereditates, terras, dominia, census, redditus, homines Quæstabiles, tallias, quæstus, &c.* Similia leguntur tom. 10. pag. 363. & 364.

QUÆSTIALES homines & affevati, in Charta Petri Regis Castellæ ann. 1366. apud eundem Rymerum tom. 6. pag. 526. col. 1.

QUÆSTARE, *Quæstam* seu tributum exigere, *Quester*, in Consuetudine Nivernensi cap. 8. art. 4. Consuetudines Tolosæ: *Poterit ipsum & ejus progeniem postmodum genituram . . . Questare, & de eis se servire.*

QUÆSTARE, Corrogare, stipem colligere, in ecclesiis præsertim, Gallice *Quêter*. Statuta Eccles. Trecor. ann. 1372. tom. 4. Anecd. Marten. col. 1123. *Rectores seu curati, antequam alius in dicta ecclesia Quæstet . . . excitet populum, ut dicta fabrica elemosynas suas erogent.* Occurrit in aliis ejusd. Eccles. Statutis ibid. col. 1001. & 1011.

QUESTUARE, Eadem notione. *Questuare*, seu elemosynas & confraternitatum obventiones querere & recipere, in Bulla Pauli III. PP. ann. 1539. inter Privilegia Equitum S. Johannis Hierosol. p. 98.

QUESTORES, nostris *Questeurs*, Qui in Ecclesiis inter officiorum divinorum solennia, pro se vel pro aliis elemosynas deposcunt, in Synodo Bajocensi an. 1300. cap. 41. in Concilio Narbonensi an. 1227. cap. 19. Burdegalensi an. 1279. cap. 28. Exoniensi an. 1287. cap. 47. in Statutis Synodalibus Nicolai Episcopi Andegavensis non semel, in Concilio Toletano ann. 1347. cap. 3. &c. Vide *Roga & Trutanus.*

QUÆSTIARI, Eadem notione. Litteræ Gilonis Archiep. Senon. ann. 1276. quibus indulgentias concedit accedentibus ad ecclesiam de Burgo medio in festo S. Coronæ, apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 1153. *Præsentes vero literas mitti per Quæstuarios districtius inhibemus; eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes.* Prudens cautio ad tollendum ex indulgentiis turpem quæstum: quam iisdem fere verbis in Literis suis adhibet Urbanus PP. ann. 1363. ex Bullario Carmelit. pag. 124. Statuta Eccles. Eduensis apud eund. Marten. tom. 4. Anecd. col. 472. *Nullus recipiatur ad prædicandum, nisi sit authentica persona, vel ab Episcopo missus; & tunc si sit prædicator Quæsturius, non admittatur ad prædicandum, sed tantummodo exponat indulgentiam quam habet & mandatum.* His consona sunt, quæ statuit Arnaldus Episcop. Valentinus tom. 3. Concil. Hisp. pag. 516. col. 1. *Statuimus, quod Quæstor aliquis seu petitionarius non admittatur sine literis nostris . . . & tunc non admittatur ad alia, nisi ad illa solum exponenda, quæ in suis literis indulgentia contineri inveniantur.*

QUÆSTUARI, in Statutis Eccles. Leod. ann. 1287. tom. 4. Anecd. Marten. col. 858. *Decani & presbyteri non emant a Quæstuariis futuros proventus seu quæstus faciendos.* Adde col. 881. ubi semel legitur *Quæstures* ead. notione, Synodum Medioli. an. 1287. cap. 37. apud Murator. to. 8. col. 1063. *Prædicatores conductitii sive Quæstuarii*, in Charta an. 1215. ex Archivo B. Mariæ de Fontanis.

QUÆSTIARIA. Vide infra *Quæsturius* 2.

QUÆSTIARI, Gallice *Quêteurs*. Vide supra in *Quæsta*.

1. **QUÆSTIO**, Species tributi. Vide supra in *Quæsta*.

2. **QUÆSTIO**, Contentio; unde *Questionem habere cum aliquo* ille dicitur, qui cum eo de re quapiam contendit. Epistola Edwardi III. Angl. Regis ad Carolum IV. Imper. ann. 1349. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 460. *Cum idem Rex pro juribus imperii sui, contra dominum Philippum de Valesio, nostrum adversarium, habuerit Questionem,*

nem, vel induxerit inde bellum. Mallem *Questionem*. Vide *Questio* 2.

¶ **QUÆSTIONALIS RATIO**, *Quæstio*, res de qua quæritur, & quæ proponitur definienda. Synodus Vermer. an. 853. cap. 1. *Inter cetera ecclesiastica negotia, de venerabili fratre nostro Herimanno Nivernensis urbis Episcopo Quæstionalis est ratio nobis oblata, videlicet quia infirmitate præoccupatus, &c.*

¶ **QUÆSTIONALITER**, Quærendo, interrogando apud Fulgentium de Voc. ant. n. 16.

QUÆSTIONARE, Papiæ, *Perquirere, examinare*, quærere ab aliquo: nos dicimus, *Questionner quelqu'un*. *Questionari* dixit Constantinus Afric. lib. 3. Pantech. cap. 33. *Si quis autem Questionabitur, cur infans octo mensium non vivat, &c.* [Chronicon Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 652. *Tunc non jam de proprietate ipsorum locorum concessa causidici Odonis Questionabantur, hoc est, quæstionem movebant: qua strictiori notione Questionare etiam legitur in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 725. ubi de S. Wernhero Martyre: Testis 188. dixit periculum fore in Ecclesia Dei de sanctitate tam præclari miraculatoris voluisse Questionare, quem jam coluissent per 150. annos. Johannes de Janua: Questionari, Inquirere, quæstionem facere.*]

Interdum Torquere, *Donner la question*. S. Cyprianus Epist. 69. *Tot confessores Questionati & torii*. Midorus Pacensis æra 756. *Catenis onustos retentat, & Questionando, vel diversas pœnas inferendo, flagellat*. Usus est auctor ad Herennium. [Occurrit passim apud recentiores, in Consuetudinibus Brageriaci art. 16. in Literis ann. 1314. tom. 1. Ordinat. Reg. p. 552. in Arresto Parlamenti Paris. ann. 1335. apud la Faille in Probat. Annal. Tolos. to. 1. pag. 86. in Charta an. 1343. to. 2. Hist. Dalphin. p. 468. Concilio Rem. an. 1408. to. 7. Ampl. Collect. Marten. col. 422. &c.]

1. **QUÆSTIONARIUS**, Carnifex, qui reos cruciat, examinat, ut ab eis veritatem extorqueat. [Gall. *Questionnaire*.] Gl. Gr. Lat. Βασιδων ὑπὸ πέρτης, *Questionarius*. Alibi: Εξήκτωρ, *Exquisitor, Flagitator, Questionarius*. Papias: *Questionarius, Quæstor*. Verus Interpres Juvenalis Sat. 6. *Questionarii, sive carnifices*. Walafridus Strabo de Reb. Eccl. c. 31. *Sunt in secularibus Questionarii, id est, qui reos examinant*. Lucifer Calarit. lib. *Moriendum esse, &c.* p. 332. *Hinc est, quod in te victo Questionario, illi demones in te vincuntur*. Acta S. Marcianæ Martyris num. 3. *Iratus judex talibus dictis virginem Deo dicatam, Questionariorum manibus alapis casam in ludo gladiatorio jussit includi*. Acta S. Marii cap. 4. num. 18. *Quidam caderentur, sub voce præconia dicentibus Questionariis, Præcepta principum nolite contemnere*. Appendix Cod. Theodof. Const. 3. *Vexatos etiam nonnullos orthodoxorum Clericos, ... flagitatos itineribus, Questionariis deditos, &c.* Vide Acta S. Anastasii Persæ Mart. n. 35. Acta S. Babylæ n. 12. Acta S. Theodori Duc. & Mart. num. 11. Julium Africanum lib. 3. Hist. Apostol. Evodium lib. 2. de Miracul. S. Stephani cap. 5. Acta S. Basilii Presb. Mart. n. 7. ubi ὑπερεταπίει dicuntur in textu Græco, *Vitam S. Aigulfi Abbat. Lerin. cap. 24. Ingulfum pag. 866. Acta SS. Nicandri & Marciani, & Fullerum lib. 4. Miscell. sacr. cap. 16.*

2. **QUÆSTIONARIUS**, Idem qui Judex. Gloss. Ælfrici: *Questionarius*: Dema i. judex. Annales Francorum Fuldenses an. 852. *Decrevit inter alia, ut nullus Præfectus in sua præfectura, aut Questionarius infra quæsturam suam alicujus causam Advocat in nomine susciperet agendam.*

Tom. V.

3. **QUÆSTIONARIUS**, Qui eleemosynas pro se vel pro aliis petit. Matth. Westmonasteriensis an. 1240. *Imperator scripsit Regi elegantem Epistolam, in qua increpat Regem, quod in perniciem regni sui & imperii, terram suam per papales Questionarios depauperari... permittit*. Infra: *Quicquid poterat inde, non fictus Papa Questionarius apportavit*. Concilium Coloniense ann. 1300. cap. 12. *Sacerdotes non permittant Questionarios goliardos, vel quoscunque alios ignotos intra parochiam suam predicare, vel ostiatim deferre indulgentias pro quæsta facienda*. Adde cap. 13. [Concil. Trevirensis an. 1227. apud Marten. to. 7. Ampliff. Collect. col. 115. *Questionarii predicatorum formam predicandi in generali Concilio Lugdunensi promulgatam excedentes, & falsa veris intermiscentes, de falsitate interposita etiam coram populo redarguantur: & quia Questionarii hujusmodi per literas falsas aut revocatas... quæstum faciunt, &c.* Concilium Mogunt. ann. 1451. apud eundem Marten. tom. 8. col. 1006. *Abusum Questionariorum, qui quotidie excrescit, volentes reprimere, mandat sancta Synodus, ne admittantur Questionarii ipsi aliter quam secundum formam, juxta dispositionem juris, cum litteris Diocesanarum; & ut via malicia eisdem præcludatur, curent locorum Ordinarii in suis litteris non solum formam juris, sed etiam indulgentias quas publicare valeant, exprimere, nec quicquam aliud quam in iisdem litteris exprimitur, liceat dictis Questionariis proponere.*] Vide *Quæstores & Quæstarii* in *Quæsta*.

QUÆSTUARIUS, Ead. notione in Concilio Budensi an. 1279. c. 28. Synodo Pictav. an. 1280. c. 10.

4. **QUÆSTIONARIUS**, Qui quæstu vivit sicut mercator, Ugutioni. [Melius infra *Quæstuarium*.]

1. **QUÆSTOR**, **QUESTOR**, Creditor, qui ab alio rem creditam repetit, *querit*. Capitulare Archiepiscopi Beneventani, editum à Camillo Peregrino cap. 10. *Quidam hominum versuta calliditate imbuti, propter obligationes vel debita, qua fecerant, propinquioribus parentibus, qui juxta legem heredes eorum futuri sunt, testamentum donationis ammittunt, ut Quæstores eorum creditas res facile perdant: Propterea decernimus, ut primi heredes obligationes vel debita propinquorum persolvant, quod residuum fuerit de rebus eorum sibi met assumant.*

¶ 2. **QUÆSTOR**, Qui *querit* & subministrat alimenta aliaque ad vitam necessaria, Gallice *Pourvoieur*. Statuta Collegii Præmonstr. Paris. ann. 1618. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 212. col. 2. *Qui quidem sufficientes pecunias ad quotidianam religiosorum & communitatis necessaria comparanda fratri Quæstori, seu exteriorum provisorio tradent.*

¶ 3. **QUÆSTOR**, Idem apud Imperatores CP. qui apud Reges nostros *Referendarius* seu summus *Cancellarius*. Codex Justinianus lib. 1. tit. 23. n. 7. in Authent. *Ut divina jussiones subscriptionem habeant gloriosissimi Quæstoris*. Hinc pro Cancellario seu Notario sumitur in Literis Lotharii Regis, Bibl. Cluniac. col. 313. *Gebo humilis Quæstor ad vicem Artoldi Archiepiscopi summique Cancellarii recognovi*. De *Quæstoribus sacri Palatii* plura vide apud Hofmannum in Lexico.

¶ 4. **QUÆSTOR**, Gall. *Quêteur*. Vide in *Quæsta*.

¶ 5. **QUÆSTOR**, Patronus. Translatio S. Cassiani apud Illustr. Fontaninum in Append. Antiq. Hortæ pag. 369. *Si quis autem hoc donum his duobus præpollentibus Sanctis nunc à me traditum... auferre tentaverit, habeat sibi judicem Deum & hos præsulgidos nostros perpetuos Quæstores.*

QUÆSTOR ECCLESIAE, Advocatus, Defensor. Regula Sanctimonialium c. 9. ex Concilio Aquis-

- gran. Si autem Ecclesia eas (res suas proprias) tradiderit, & usufructuario habere voluerit, Quæstor Ecclesia eas, utpote Ecclesia, defendat.
- ¶ QUÆSTRIX, Idem quod Quæstrix, uxor quæstoris secundum Hugutionem. Joh. de Janua. Quæstresse, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS.
- ¶ QUÆSTUARE, Mendicare. Marianus in Vita B. Johannis Bonvisii, tom. 5. Maii pag. 104. Et cum aliqua capita castrati Quæstuans recepisset, &c. Vide Quæstare in Quæsta.
- ¶ 1. QUÆSTUARIUS, Gallice Quêteur. Vide in Quæsta.
- ¶ 2. QUÆSTUARIUS, Qui quæstu corporis vivit, in Glossis Isid. Joh. de Janua: Quæstuarium, qui quæstu vivit, sicut mercator; unde Quæstuarium dicuntur meretrices, quæ quæstu corporis vivunt. Eadem notione Seneca de Benef. lib. 6. cap. 32. ubi de Augusti filia: Ex adultera in Quæstuarium versa. Sic lege 4. §. 3. Dig. de his qui notantur infamia: Lenocinium facit, qui Quæstuarium mancipia habuerit. Gl. Lat. Græc. Quæstuarium, χρηματισμός. Item: Quæstuarium, πρεβλητήν, προσημν. Aliæ Græc. Lat. χρηματισμός, Quæstuarium, Pecuniarius. Et alibi: πρεβλητήν, Quæstuarium. Rursum alibi: πρεβλητήν, Quæstoria, Quæstuarium, (melius Quæstuarium) Actualis scientia.
- ¶ QUÆSTULA, Species avis: an Querquedula, Gall. Cercele? Angelus Rumphlerus Histor. Formbac. lib. 3. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 468. Frequentiores sunt sturni, Quæstula, merula, &c.
- ¶ QUÆSTUORES. Vide Quæstuarium in Quæsta.
- ¶ QUÆSTURA. Vide Quæstura in Quæsta.
- ¶ QUÆSTUS, QUÆSTUS, Quæsitum, comparatum, cui opponitur terra hereditaria. Catholicum parvum: Quæstus, Conquest. Liber Ramef. sub Stephano Rege conscriptus sect. 140. Erat illis diebus quidam Ælstanus habens duas hidas apud Stapleforde, quod frater Ædnothus numeratis eidem 100. solidis argenti, reliquis Quæstibus suis in possessionem Ecclesia adiunxit. Glanvilla lib. 7. cap. 1. Aut habet hereditatem tantum, aut Quæstum tantum, aut hereditatem & Quæstum. Vide Quæsta.
- ¶ QUALEA, QUALIA, QUAQUILIA, Ortyx, coturnix, nostris, Caille, Italis Quaglia. Joh. de Janua: Qualia, quadam avis, & dicitur à qualis, vel dicitur Qualia à voce, quam facit, sc. quaquera. Qualea, apud Crescentium lib. 10. de Agricult. cap. 4. [ut & supra in voce Guadellum. Venari ad Qualias, in Statutis Montis-regalis pag. 282. Quaquilla, Graculus, Coturnix, Papiæ apud Laurentium in Amalthea.] Quaquilia Matthæo Silvatico.
- ¶ QUALIOTUS, Parva qualia, Italis Quaglietta. Qualiotos capere, in Chronico Bergomensis ad an. 1402. apud Muratorium tom. 16. col. 904.
- ¶ QUALILATORIUM, Instrumentum cuius sonus est per omnia similis voci qualea, (coturnicis) generis femina, ad quam ardentem accedunt masculi, apud eundem Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agric. cap. 25. ubi perperam editum, qualilatorium. Gallicus vetus Interpres, Courtcaillet vertit.
- ¶ QUALIAROLIUM, Species retis ad qualias capiendas. Statuta Vercell. fol. 69. vº. Item quod qualie non capiuntur ad Qualiariolum nec ad aliquod aliud ingenium; nisi de mensibus Septembris, Octobris & Novembris.
- ¶ QUALIFICARE, Certa qualitate donare, Gall. Qualifier. Buschius de reformatione Monasteriorum apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 879. Erant enim virgines bene morigerata, pia & tractabiles, secundum quod Regula S. Benedicti eas

- Qualificaverat, & ad bonos mores composuerat. Verbum frequens apud Scholasticos, ut & vox Qualificatio, Gall. Qualification.
- ¶ QUALIFICATOIRES, ubi Inquisitio viget, dicuntur Theologi, qui de qualitate propositionum delatarum, rationumque, quibus eas defendunt auctores, consuluntur ab Inquisitoribus, ut æquam ac definitivam auditis Consultorum qualificationibus, ferant sententiam. Vide Limborchium lib. 2. Histor. Inquisit. cap. 4. & lib. 4. cap. 10.
- ¶ QUALIFICATUS, Nobilis, notus, qualitate seu conditione commendandus, Gall. Qualifié. Bulla Innocentii VIII. PP. ann. 1484. in Continuatione Bullarii Rom. pag. 289. col. 1. Nullus in Canonicum recipiatur in insigni ecclesia Gebennensi, nisi... nobilis... & alias Qualificatus secundum Bullam Martini PP. Addit. ad Vitam S. Antonini, to. 1. Maii pag. 338. Quod probat magnus & Qualificatorum testium numerus. Qualificata necessitas, urgens & nota, in Epitome Constitut. Eccl. Valent. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 169.
- ¶ QUALILATORIUM. Vide in Qualea.
- ¶ QUALIOTUS, Parva Qualea. Vide in hac voce.
- ¶ QUALIS-QUALIS, apud Ulpianum 2. 1. pro Qualiscumque.
- ¶ QUALITATULA, Minor qualitas, humilis conditio. Epistola Ratherii Veron. ad Johannem PP. tom. 2. Spicil. Acheriani pag. 245. Parvitatibus mea Qualitatulam omnigeno calamitatum genere per annos jam viginti fatigatam, &c.
- ¶ QUALITER, Cum suis qualitatibus seu proprietatibus. Lex 86. Dig. de verb. signif. Quid aliud sunt jura prædiorum, quam prædia Qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo? Adde legem 12. Quæmadm. fervit. amittantur.
- ¶ QUALITER-QUALITER, in Lege 12. §. 3. Dig. de Ratihab. ubi Qualiter solum habent melioris notæ codices, Qualitercumque apud Columellam lib. 11. cap. 3. Quoquo modo, quocumque modo, quomodocumque.
- ¶ QUAM, Sive, vel, veteri Interpreti S. Irenæi lib. 1. cap. 7. num. 4. & alibi, ubi Græcum ἢ perperam vertit per Quam, cum vertere debuisset per sive, vel, aut.
- ¶ QUAMTOTIES, Per sæpe. Miracula S. Antonii de Padua, tom. 2. SS. Junii pag. 721. Pronam terræ Quamtoties faciem collidebat.
- ¶ QUANDO. Miracula B. Kingæ Virg. tom. 5. Julii pag. 758. Ipsa tantum pedes de Quando in quando per terram trahens, &c. Hoc est, interruptis vicibus, Gall. de tems en tems.
- ¶ QUANDOQUIDEM, pro Quandoque, usurpat Concilium Duziac. I. part. 4. c. 4. extremo.
1. QUANTI. Braulio CæsarAugustanus, in Vita S. Amiliani cap. 13. Quem ut vidit, sciscitatus est à Quantis esset obsessus. Phrasis Hispanica, ut & Gallica, Depuis quant, [A quo tempore.]
- ¶ 2. QUANTI, pro Quot. Index veterum Canonum, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 25. col. 1. Quanti debeant judicare episcopum, presbyterum vel diaconum. Passim occurrit apud Scriptores mediæ Latinitatis.
- ¶ QUANTIFICARE, Magnum efficere. Expositio Regulæ S. Benedicti in Bibliotheca Heilbronensi pag. 64. Licet de lege ordinata meritum Quantificatur secundum quantitatem actualis justitiæ.
- ¶ QUANTITAS, Abundantia, multitudo, copia, Gall. Quantité. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Histor. Orient. num. 7. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 274. Hortus balsama habens in Quantitate. Literæ

Renati Comitis Provinciae pro Piscatoribus Mas-
sil. ann. 1479. *Fecerunt senchas tumorum in magna*
Quantitate. Eadem locutio occurrit alibi non se-
mel. *Quantitas pecuniarum*, Summa pecuniaria, in
Charta ann. 1338. apud Ludewig. tom. 5. pag.
548. Alia ann. 1335. ex Museo Marchionis de
Flaminarens: *Obligatus Petro Bermundi domicello in*
diversis pecuniarum Quantitatibus sive summis. *Quan-*
titas denariorum, in Chronico Nicolai Smeregi,
apud Murator. tom. 8. col. 106.

¶ QUANTITATIVE, *Non multum*, in Gemma
Gemmarum; Philosophis vero scholasticis idem
est ac ratione quantitatis, sive magnitudinis, aut
multitudinis.

¶ QUANTITATUS, Idem quod *Quantitas*, Nu-
merus. *Quantitatus librarum 50. moneta currentis*,
in Statutis Castri Redaldi fol. 36. recto.

¶ QUANTITUDO, *Pondus, quantitas*, apud Bar-
thium in Glossario ex Gauterio de bellis Antioch.
apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS.

¶ QUANTOCIUS, pro Quanto ocyus, Quampri-
mum. Vossius lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 35. mi-
ratur hodie frequentari à multis non ineruditis, &
auctorem requirit. Antiquiorem non cognoscimus
vetere scripturarum Interprete, qui utitur Gen.
45. 19. & Sulpitio Severo lib. 3. Dialog. cap. 5.
ubi: *Discede Quantocius, ne me ob injuriam tuam cœ-*
lestis ira consumat.

¶ QUANTO MAGIS, pro Quanto minus, Græco-
rum more, non semel utitur vetus Interpres S. Ire-
næi. Sic lib. 1. cap. 2. num. 1. *Hoc autem ne homi-*
ni quidem solerti applicet quis; Quanto magis Deo?

¶ QUANTURUS, pro Quam futurus. *Notum faci-*
mus universis tam presentibus Quanturis, in Litteris
Johannis Franc. Regis ann. 1360. tom. 4. Ordi-
nat. Reg. p. 393. Nuda est scriptoris abbreviatio.

¶ QUAQUILA, QUAQUILIA. Vide *Qualea*.

¶ QUARANTENA. Vide mox *Quarentena*.

¶ QUARATUS, Gradus bonitatis in auro, Gallice
Carat. Charta ann. 1327. tom. 2. Hist. Dalphin.
pag. 214. *Faciat fieri & cudi ... florenos de 24. Qua-*
ratis auri fini. Mox recurrit. Nostrum *Carat* dedu-
cunt quidam à κεράτιον, species ponderis exigui;
alii à χαράτιον, denarius tributi: melius, ut vide-
tur, Menagius ab Arabico *Alkarat*, quod est genus
parvi ponderis.

¶ QUARCELLUS, pro *Quarrellus*. V. *Quadrellus* 1.

¶ QUARDA. Statuta criminalia Saonæ cap. 17.
Usque ad carrubeolum S. Andreae, per quem descendi-
tur ad Quardam, illo excluso, & inclusa tota platea,
vico, utraque tota lobia, & tota Ecclesia Magdalena,
& via, qua itur ad mare usque ad viam, qua itur ad
Quardam & fabros, illo etiam excluso. An loci pro-
prij nomen!

¶ QUARE, pro *Quia*. Lex Alemannor. cap. 93. ex
cod. Corboniensi, apud Steph. Baluzium: *Ad illo*
alio Quare inde fugivit. Ubi alii codd. *quia inde fu-*
givit. Hinc nostri *Car* hauserunt.

¶ 1. QUARELLUS, Teli genus, Gall. *Carreau*. Vi-
de *Quadrellus* 1.

2. QUARELLUS, Quadra carnis, *Quarré*. Statuta
antiqua Canoniorum S. Quintini in Viromanduis
[apud Hemeræum p. 115.] *Medio Paschæ debent*
Canonici S. Pecinae 10. sextarios frumenti, 5. frusta
carnis, Quarellum recentem, 2. membra pulli, &c.
Mox: 3. *frusta carnis, Quarellum recentem & sal-*
sum, agnos pro calida carne. Infra: *Quarellum recens fa-*
cit dimidium frustum. Vide *Quadrellus* 1.

¶ 1. QUARENTENA, Quadregesima, in aliquot
Galliæ Provinciis, *la Quarantaine*: unde efficta vox
Tom. V.

Carena, quam consule, [à Latino *Quadrageña*, non
à Teutonico, ut vult Burchardus lib. 19. cap. 5.
quod observat Vossius lib. 3. de Vitiis sermonis c.
40.] Alexander III. PP. Epist. 114. inter Franci-
cas to. 4. Hist. Franc. *Accepimus ex litteris tuis Regiæ*
Celsitudini per alia scripta non fuisse expressum, utrum
in Quarentenis feria sexta illam relaxationem, quam
in sexta feria aliorum temporum tibi fecimus, debeas ob-
servare. Will. Guiart in S. Ludovico:

Tout l'Advent & la Quarantaine.

Le Roman du Chevalier au Barisfel MS.

Ja n'en vauisist jour espargnier,

Ne Venredi, ne Quarantaine.

¶ QUARANTENA, Eadem notione. Vita S. Bonæ
to. 7. Maii p. 151. *In ultima Quarantenarum, quas*
Romæ cum abstinentia multa & devotione peregit, &c.

¶ QUARENTENA, etiam dictum Desertum, in quo
Christus 40. diebus totidemque noctibus jejuna-
vit, Eugesipo de Terra S. pag. 119. apud Alla-
tium lib. 5. Symmiæt. Arnolde Lubecensi lib. 2.
cap. 7. Alberto Stadenfi p. 186. in Vita S. Theo-
toni Canonici num. 4. Jacobo de Vitriaco lib. 1.
Hist. Hieros. cap. 52. & Sanuto lib. 3. part. 14.
c. 3. Deserti istius etiam meminere Adrichomius
in Benjamin. num. 9. Quaresmiius lib. 6. Elucidat.
Terræ Sanctæ, & alii.

2. QUARENTENA, Pœnæ ac mulctæ monachicæ
species, quæ describitur in Statutis Ordinis Hos-
pitaliariorum Hierosolymit. tit. 18. §. 57. *Si vero*
positus fuerit in Quarentena, quadraginta diebus con-
tinuis jejunabit, & quarta ac sexta feriis dictorum 40.
dierum pane & aqua tantum vescetur, comedens in ter-
ra. Qualibet vero quarta & sexta feriis disciplinam sus-
cipiet modo sequenti, &c. Vide *Quadragesimæ pœni-*
tentia, & Septena.

3. QUARENTENA, Modus agri apud Anglos,
constans 40. perticis, ut est in Monastico Anglic.
to. 1. pag. 313. Pertica vero quarentenarum con-
stat 20. pedibus, ut est in tom. 3. pag. 15. & 16.
Et qualibet virga, unde Quarantena mensurabantur,
erit 20. pedum. Aliter liber Crabhusæ fol. 8. apud
Spelmannum: *Le mesuage de Crabhus en lungure ou-*
woc la terre de la rive tendant vers Occident, desqu'à
la fosse de le mareys, conteynt tres Quarenteynes, &
trente oyt perchez. Checun Quarenteyne par sey con-
teynt quarante perchez: & checun perche conteynt seize
pès d'home: le avant det messuage conteynt en lée à le
chef juste de la rive entre ... trente cink perchées, &
quatre pès larges de homme de graunt estature. Charta
Witlaffii Regis Merciorum in Monast. Anglic. to.
1. pag. 166. 168. *Sex carucatas terra arabilis, ha-*
bentes in longitudine 15. Quarentenas, & 9. Quaren-
tenas in latitudine, & 100. acras prati. Habetur ibi
pluries, & tom. 2. pag. 547. 853. & 872. tom.
3. p. 181. 182. in Legibus Ethelredi Regis Angl.
cap. 20. apud Brompton. & in Legibus Henrici I.
cap. 16. Adde Ingulfum pag. 875. 909. [Tho-
mam Blount in Nomolexico & Kennettum in Glos-
sario ad calcem Antiq. Ambrosden.] Chronicon
Monasterii de Bello: *Octo virga unam hidam faciunt;*
wista vero 4. virgatis constat: leuga autem Anglica 12.
Quarentenis.

¶ 4. QUARENTENA, QUARANTENA, Spatium
quodvis 40. dierum. Transactio Simonis de Join-
villa cum Comitissa Campaniæ an. 1218. tom. 2.
Anecd. Marten. col. 865. *Quod si non observarem*
prædictas conventiones, & submonitus infra Quadragin-
ta dies non emendarem, &c. Mox: *Adjunctum est, quod*
si non emendarem infra duas Quarentenas, postquam
essem super hoc requisitus, ego prædictam senescalliam

dimitterem. Conventio inter Henricum Reg. Angli. & Robertum Flandriæ Comitem, in libro Scaccarii cap. 14. *Et ipsi eam infra tres Quarantenas reconciliare non potuerint Regi.*

QUARENTENA, [Nostris vulgo *Quarantaine le Roy*,] Spatium 40. dierum, intra quod eorum, qui bella indicendi jus habebant, vel revera ex qualibet causa indicebant, agnati seu cognati, impeti non poterant. Id lege sancitum S. Ludovici scribit Buteherius in Summa Rurali tit. 34. quam [non] Philippo Ludovici filio adscribit Philippus Bellomanerius, Ludovico coævus, in Consuetud. Bellovacensi MS. cap. 60. [ut hic scribit Cangius, sed Philippo Augusto, ut probat *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 46. & 47.] Quippe, cum ex usu apud Gallos recepto, tenerentur agnati bellis agnatorum interesse, eosque adjuvare, accidebat plerumque, ut antequam *diffidationum* fama ad eos perveniret, incauti & inscii impeterentur. Si quis igitur agnatos aggrediretur ante hos 40. dies, loco proditoris habebatur, & supremo plecebatur supplicio, uti habet idem Bellomanerius. Lewold. à Northof. in Chronico Markano an. 1350. *Servare juraverat, videl. quod iudicium pacis & Quarantenuarum & jurisdictiones Episcopi . . . non impedirent.* Joannes Hocsemius in Adolpho à Marka Episc. Leod. c. 13. *Cum tres homines Episcopi ad mandatum ejus, inter quosdam inimicos in Brabantia indicerent Quarantenas, Dux eos confestim capi faciens, &c. ubi indicere Quarantenam, apud Jacob. Hemricurtium de Bellis Leodiensibus, exponitur *jetter les Quarantaines*, num. 9. & 12. quibus etiam locis observat, id moris obtinuisse ut, si quispiam iis in bellis occisus fuisset, pro quolibet mortuo quatuor Quarantena indicerentur: *En ce temps demoront tos chis images en pais por les Quarantaines getées par le Saignor: car de chascun noveal mort, on commandoit 4. Quarantaines, lesquelles Quarantaines furent tousiours bien tenues que ilconques haymes qu'il avist entre les parties.* Adde num. 23. 24. 25. 29. 30. 46. 55. Quarantena ejusmodi mentio est etiam in Magno Recordo Leodiensi pag. 56. Vide Dissert. 29. ad Joinvillam pag. 334.*

QUARENTENA, Spatium 40. dierum quod viduæ ex lege conceditur à morte mariti, intra quod dos ei debet assignari, vel restitui, & donec illa fuerit restituta, ali debet de bonis defuncti, & in illius domo manere. Quod si infra hos 40. dies dos non restituitur, vidua defociari de Quarantena sua dicitur in Statuto de Merton an. 20. Henrici III. cap. 1. in Statutis Roberti III. Scotor. Regis cap. 20. §. 1. & Alexandri cap. 22. & apud Matthæum Paris pag. 88. Skenæus apud Gallos ejusmodi quarentenam, *le Careme des femmes* vocari auctor est. Adde Fletam lib. 5. cap. 24. §. 5. [Th. Blount in Nomolexico] & Rastallum verbo *Quarentine*.

QUARENTENUM, Tributi species. Libertates Regni Majoricar. ann. 1248. *Non donetis carnaticum de vestro bestiario ullo tempore, passaticum, herbaricum, neque Quarentenum.* [Literæ Johannis Francorum Regis an. 1363. tom. 3. Ordinat. p. 626. num. 41. *Item, quod durante tempore dicta provisionis cessent omnia subsidia, focagia, capagia, Quarentena, indictiones, equi qui dicuntur de debito & alia genera.* Sed vereor, ne hic legendum sit *capagia quarentena*, sublata virgula, ut intelligantur *capagia*, seu pecuniaria subsidia, quæ in media Quadragesima solvi consueverant, ut dictum est supra in *Capagium*.]

QUARERA, Lapidicina, Gall. *Carriere*, Angl.

Quarry. Charta an. 1257. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 309. *Galfridus Pigot concessit . . . quod capiant & habeant in Quarcra sua de Melborby molas ad omnia molendina sua.* Vide *Quadraria & Quarrera*.

QUARERIA, Idem quod *Quarrera*. Monast. Anglic. part. 2. pag. 595. col. 2. *Præterea dedi eis turbariam, & petrariam, & Quareriam ubicunque invenire poterint in territorio villa de Hepp.* Vide infra *Quarrera*.

QUARESMENTRANNUS, FERIA 3. ante diem Cinerum, Gall. *Mardi gras*. Vide *Carementranus*.

QUARETATA, Quantum carro vehi potest, Gall. *Charretée*. Processus de B. Petro Luxemb. tom. 1. SS. Julii pag. 587. *Desuper erant ultra decem Quaretata lapidum, fustium & similibus.* Vide *Quarrada*.

QUARNELLUS, Pinna muri, quæ fenestræ quadratæ effigiem præfert, per quam milites jaculantur, Gallis *Carneau*, [vel *Carnel*, ut habet le Roman de la Rose, teste Borello, & etiamnum loquuntur Occitani:] à *Carne*, vel *Quarne*, quod rem quadratam sonat; [vel potius à Latino *Crena*:] frustra enim à Saxonico etymon accersit Spelmannus. Will. Britto lib. 7. Philipp. pag. 180.

. . . . *Ubicunque patent Quarnelli sive fenestra.*

Regestum Philippi Aug. Regis Herouvallianum fol. 122. *Et viderunt, quod timorem habuerunt de obsidione, & attornati fuerunt 4. homines de communia ad unumquemque Quarnellum custodiendum & burdandum eum.* [Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1062. habet *Quernellum*.] Necrologium Ecclesiæ Parisiensis prid. Id. Nov. *Fecit etiam ibidem fieri clausuram manerii de muris Quernellatis.* Alexander Necham: *Cancellii, karneus: & pinna turrium, karneus: & in Notis: Cancellus, karnel. Castella, & domus Kenerlata*, in veteri Charta apud eundem Spelmannum & Prynneum in Libertatibus Ecclesiæ Anglic. tom. 3. pag. 1149. *Crenellé*, nostris *Kernellatus*, pinnatus, dentatus, quasi *Carnellé*, vel *Quarnellé*, quod quadris tum vacuis, tum plenis subinde distinguitur, ut sint *pinnæ muros*. Le Roman de Vacce MS.

As breteches monterent, & aus mur Quernelé.

Infra:

As Quernaux ne se vouldrent monstrier ne descouvrir.

Rursum:

Entour ont bretesches levées,

Bien planchiés & Quernelées.

[Nostris etiam *Cresteaux & Crestiaux* dixerunt eadem significatione.]

QUERNELLUS. Charta ann. 1292. in Probat. Hist. Abbatiae Sangerman. p. LXXI. col. 2. *Muros simplices facere possint sine Quernellis & fortaliciis.*

QUARRADA, Onus carri, quantum carro vehi potest. Charta Dagoberti Franc. Regis apud Doubletum Histor. Sandion. pag. 656. & Miræum tom. 1. pag. 241. *Rothomagenses & ceteri pagentes de alias civitates persolvant de illos navigios de unaquaque Quarrada denarios XII.* Vide *Carrada*.

QUARRARIA, Lapidicina. Vide in *Carraria* 2.

QUARRARIUM. Charta Odonis Borelli de Curtalano in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 72. *In hospitibus & hospitaliciis eorum, . . . nihil habeo, nec heredes mei, nec justitiam, nec aliud, nisi medietatem furni, & Quarrarium unum per annum, & talleiam quarto anno.* Infra: *Quotiescunque vero ipsi talleiam fecerint, dimidia erit mea: Quarrarium vero supradictum non mittam nisi securo loco, videlicet ad Castridunum, vel ad Vendocinum, infra Lidum, &c.*

¶ 2. QUARRARIUM, Modus agri vel vineæ, Gall. *Quartier de terre vel de vigne*. Charta Othonis Regis an. 952. apud D. Calmet. Hist. Lothar. tom. 1. col. 361. *Ad Harbodi villam ecclesiam 1. & mansa 11. & Quarrarium 1. ad Liniacum quartam partem 1. ecclesia, cum manso 1. & Quarrariis tribus & molendino 1. cum sylvis & pratis. Vide Quadrans & infra Quarteria.*

¶ QUARRATUS, Gallice *Quarré*, Quadratus. Inventarium utensilium è Tabulario S. Cornelii Compendiensis: *Duos mortarios cum postallis suis & x. sedes Quarratas. Brachiatas fellas hodieque vocant Chaises quarrées in quibusdam locis Gallo-Flandriæ.*

1. QUARRELLUS, Teli genus, Gall. *Quarreau*. Vide supra *Quardrellus 1.*

¶ 2. QUARRELLUS, Quadratum, Gall. *Quarré*. Inventarium MS. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419. *Item una alia alba pro presbitero cum paramentis panni serici broderati per Quarrellos albos & virides super croceo.*

¶ QUARRERA, Lapidicina. Examinatio terræ Prioris de Burncestre apud Kennettum in Antiq. Ambrosden. pag. 529. *Imprimis una acra jacet in furlongo prædicto, in quo Prior prædictus habet Quarreram. Vide Quarera.*

¶ QUARRERIA, Idem quod *Quarrella*. Charta an. 1247. è Chartulario S. Martini Pontifarenfis: *Ecclesia S. Martini durabit mater & parochialis usque ad Quarreriam contiguam via per quam itur de Pontifara apud Cergiacum. Miracula S. Opportunæ Abb. num. 2. tom. 3. Aprilis pag. 71. Guarinus Episc. Silvanect. concessit Monachis S. Martini de Campis ... ut ipsi de Quarreria ... capiant, quandocumque voluerint, quantum habuerint necesse ad edificandum.*

¶ QUARRERIUS, Lapidica, Gall. *Carrier*, in Chartulario AB. Sangermanensi fol. 21.

¶ QUARRETUM, Carrus, seu præstatio *carri*, Gall. *Charrette*. Charta Archembaldi Domini de Soliaco apud Thomasserium in Consuet. Bitur. p. 714. *Ex quo paratum fuerit (marrenum) & Quarretum questum fuerit militibus vel servientibus eorum, de illo qui defuerit, prator faciet clamorem. Vide Carretum 1.*

¶ QUARREUS, Idem, ut puto, quod *Quarrellus*, Species teli, Gall. *Quarreau*. Computus an. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu ad calcem pag. CLXVI. *Pro denariis portandis & Quarreis & expensa illorum, qui iverunt illos quarere, xx. l. Vide Quardrellus 1.*

¶ QUARRIA, f. Angulus, Gallice *Coin*. Charta an. 1293. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 296. *De Quarria dicti muri ad Quarriam muri domus Morelli Chapeleyn à parte chemini.*

¶ QUARRIAGIUM, Præstatio *carri* domino debita, ni legendum sit *Quartagium*, ut infra. Charta an. 1262. in Regesto 31. Tabularii regii: *Estoublagia, Quarriagia, messoria, servitia vavassorum, servitia rusticorum, &c. Vide Carriagium.*

¶ QUARROGIUM, f. Idem quod mox *Quarruagium*. Charta ann. 1236. è Tabulario Cartusie Belli Larici: *Tendit ad Quarrogia, & distat à Quarrogis quatuor cordiis, & ab ipsa faya tendit ad planum.*

¶ QUARRUAGIUM, Ager cultus *quarruca* seu aratro. Donatio an. 1240. *Dono iterum cum Quarruagio, usagio & octo salencis prati, qua nuper dedi hospitali S. Spiritus, c. arpentia boschorum. Vide Carrucagium 2.*

¶ QUARRUCA, Aratrum, Gall. *Charrue*. Tabularium S. Sergii Andegav. *Dederat namque ipse Guido*

de Valle de terra illi capella contigua S. Sergio sufficienter ad tres Quarrucas. Hinc

¶ QUARRUCA, Ager profcissus *quarruca*, vel tantum terræ quantum una *quarruca* coli potest. Litteræ Philippi Aug. Franc. Regis ann. 1195. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 93. col. 2. *Concessit etiam idem Galeranus ... secundam decimam prout primam decimationem de domestica Quarruca sua de Vallis, sive in manu sua sit, sive ad firmam vel censum eandem aliquis de manu sua receperit. Vide Carruca 3. & Carrucata.*

¶ QUARRUCHA, Eadem significatione. Tabularium majoris Monasterii: *Dedit quatuor Quarruchas terræ in Perticho, &c.*

¶ QUARRUCATA, Tantum terræ quantum una *quarruca* coli potest. Charta Willelmi Archiepisc. Remens. ann. 1178. è Tabulario S. Nicasii ejusdem urbis: *Similiter & nos ab Ecclesia vestra domum S. Petri de Arna cum aqua, molendino & Quarrucata terre suscepimus. Alter locus exstat in Vachivia post Vaccaria. Vide Carrucata.*

¶ QUARRUM, Carrus, Gall. *Charrette*. Charta Ludovici Jun. Regis Franc. ann. 1145. apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. & de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 10. *Pro divisione vero Quarrorum, de unoquoque bove rusticorum consuetudinariorum, quartallum similiter unum frumenti. Melius in Charta Ludovici VIII. an. 1224. Praquitancia Quarrorum, id est, pro dimissione, &c. Vide Carrum in Carra.*

¶ QUARRURA, Idem quod *Quarrella*, Lapidicina, Angl. *Quarry*, nostris *Quarriere*. Charta Henrici Regis Angl. tom. 4. Hist. Harcur. p. 1285. *De lapidicina seu Quarruris prope eandem villam, quas ad opus nostrum specialiter reservavimus. Occurrit etiam apud Rymer. tom. 9. pag. 727.*

¶ QUARRUVIUM, pro *Quadrivium*, Gall. *Carrefour*, in Litteris Urbani PP. ann. 1094. apud Valesium Notit. Gall. pag. 80. col. 2.

1. QUARTA, Mensura frumentaria. Charta ann. 1248. in Bibliotheca Cluniacensi pag. 1515. *In quolibet homine tenente hospitium unam Quartam avenæ, &c. Adde pag. 1440.*

De amplitudine hujus mensuræ consulendæ sunt adæquationes mensurarum superius editæ in voce *Modius* col. 859. art. *Corbolum, Mons Algi & Loricium in Gastineto*; col. 860. art. *Albigniacum*; col. 861. art. *Verberia*; col. 862. art. *Remy*. Bellijocensis *Quarta* continet sex coponos, & xxiv. coponi faciunt *bichetum*. Quibusdam in provinciis Galliarum hæc mensura vocatur *Carte* vel *Quarte*, *Cart*, *Quart*, *Carton*, *Quarton*. Charta compositionis inter Philippum Regem Franc. & Episcopum Tornac. ann. 1320. ex Codice Colbert. 2591. *Au Noel demi chapon, un Quargnon de froument, trois deniers.* Eadem recurrunt infra. Vide *Carta 1. Quartale, Quartallus, Quartarola, Quartellus 2. & Quarteria 2.*

¶ QUARTA SALIS, in Testamento Guigonis Comititis Nivern. an. 1239. tom. 1. Maceriar. Insulæ Barbaræ pag. 156. *Item (lego) domui pauperum Montisbrusonis decem Quartas salis debitaes percipiendas in foro Montisbrusonis. Vide Carta 1.*

2. QUARTA, Mensura vinaria, aut alterius potus, Parisiensibus, *Quarte*. Iter Camerarii Scotici cap. 10. §. 5. de brasiatoribus: *Non habent mensuras, videlicet Quartam, pintam, tertiam, & partes concordantes moneta Domini Regis, &c. Galbertus in Vita B. Caroli Comititis Flandr. cap. 1. Vini Quartam sex pro nummis vendi præcepit. Adde Joan. Hocse-*

- mium in Episcop. Leodiens. an. 1296. cap. 22. M. Chronicum Belgicum anno 1333. [Statuta Collegii Cornubiensis an. 1380. apud Lobinell. tom. 1. Hist. Paris. p. 501. &c. Bellijoci *Quarta* vini constat sex *pintis* seu 12. *potis*; Parisiis vero & in aliis pluribus locis duas dumtaxat *pintas* continet. Vide *Modius* col. 860. art. *Dordanum*.]
- ¶ QUARTA OLEI, in Bellijocensi pago sex *lampadibus*, seu 24. libris constat; in Lugdunensi vero 8. *lampadibus*.
3. QUARTA, Mensura, modus agri in Pictonibus, ut auctor est Bellius in Comit. Pictav. pag. 170. 210. 244. 248. Gall. *Un quarteron de terre*. Capitul. Caroli Magni lib. 5. cap. 151. *Et qui minus Quarta optima de terra habet secundum estimationem sua telluris opera faciat*. Charta Gaufridi Comitis Andegav. ann. 1040. apud Sammarthanos in Episcop. Andegav. *Item alibi in Comitatu Andecavo in villa, qua dicitur Broch, duas Quartas terra non longe à civitate ipsa*. Charta Italica ann. 1321. apud Waddingum tom. 3. *Alia petia de terra arbusata, qua est mensura Quartarum novem*. Infra: *Quadam quantitas terra vacua... & est in mensura Quarta dua & nona tres*. Ibid. *Fundus unus de terra, est in mensura modii unius & Quartarum sex*. [Charta Constantini Abb. Nobiliac. an. 17. Regis Rotberti, apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 432. *Dignaremus concedere Quartas novem, quod omni modo placuit nobis fecisse*. Hujusmodi quartarum frequens mentio est in Chartulario S. Cypriani Pictav. sub indeclinabili voce *Quartas*, ut fol. 78. *Et sunt plus minus Quartas quindecim*. Huc utcumque referri potest, quod habetur in Codice MS. Abb. Sangerman. fol. 59. col. 3. *Concamiamus ad Evrardum in villare Desuo jornales v. unde fecimus Sigembolt dimid. Quarta; hoc est, si bene coniecto, dimidium quadrantem quinque jornalium*.]
4. QUARTA, pro quarto Milliari, vel *Banleuca*. Charta Caroli Comitis Valesiæ & Andegav. ann. 1286. in Tabulario Andegavensi Cameræ Comput. Paris. fol. 71. *Nul poissonnier ne peut acheter poisson dans la Quarte d'Angiers pour vendre à regrat*. Vide *Quinta*.
- ¶ 5. QUARTA, nude, Quarta pars. Statuta Gerardi Abb. S. Theoderici an. 1233. tom. 1. Anecd. Marten. col. 974. *Item concessimus, ut secundum Regulam B. Benedicti duo pulmentaria cocta habeat, Quarta sagiminis, prout consuetum est, confecta*.
6. QUARTA, Præstationis agrariæ species. Vita S. Agricoli Episc. Avenionensis: *Prædia liberaliter assignavit, insuper concesso Quartarum privilegio, &c.* Necrologium Ecclesiæ Ambian. Prid. Kal. Aug. *legavit Ecclesia Paris. 2. arpenta vinea, sita apud Cuvilliacum... in censiva & dominio Capituli Paris. onerata de reditu qui vulgariter appellatur Quarta, & tallia*. Infra: *Onerata de reditu suprascripto, qui vocatur Quarta, & tallia*. Charta Gauslini Episcopi Pictavini, apud Ughellum: *Cum Quartis & decimis, &c.* Synodus Nemausensis an. 1284. c. de Pœnitentia: *Circa decimas & primitias, tributa, Quartas, & taschas, &c.* Regestum Tolosanum Cameræ Computorum Parisiensium fol. 72. *Expletiva vel adempriva, quæstæ vel albergia, Quartis, vel agrarii vel alia prisona, oblia, vel dominationes, &c.* Fol. 103. *Venationes & forestagia, Quarta & quinta, & agraria, decimas & primitias, &c.* [Charta ann. circiter 1143. in Probat. novæ Histor. Occitan. tom. 1. col. 502. *Totum hoc sive in taschis, sive in Quartis, cum omni dominio... donamus Deo omnipotenti, &c.* Chronicum Farfense apud Mufatorium tom. 2.

- part. 2. col. 539. *Concessit... alias res sub ipso monte ad Quartam reddendam & de vino mundo medietatem & operas atque xenia, sicut alii homines hujus monasterii*. Ibidem col. 542. *Et pro solidis XII. concessit in Bacciano res ad quintam reddendam, & ibidem modios 11. & aliam petiam ibi ad Quartam, & operam unam & xeniam*. Rursum col. 544. *Pro solidis XX. concessit in Serrano clausuram unam ad Quartam*. Fructuum quartam partem in hisce postremis locis intelligo, quam tenens domino persolvebat. Vide *Quartales vinea in Quartagium, Quarto 7. Quartus 2. & Quinta 2.*]
- QUARTÆ ECCLESJARUM, seu quartæ decimarum Ecclesiasticarum. Chronicum Mosomense an. 1015. *Per deprecationem illius Abbatis Bosonis & aliorum fidelium, ob susceptionem peregrinorum & pauperum donavit ad illum locum Quartas omnium Ecclesiarum, qua ad ipsum pertinebant locum, & decimam porcorum, &c.* Tabularium S. Severi, apud Marcam lib. 4. Hist. Beneharn. cap. 7. *Et insuper sui amore Quartas Ecclesiarum undecim, quarum nomina infra annotata habentur, sibi darent: qua scilicet Ecclesia una cum villis Curtes consulares vocabantur... satisfeci ergo Principi, & secundum quod postulaverat, ad meum placitum Quartas illas dimisi, &c.* Ubi in alia Charta Aquensi apud eundem Marcam eodem lib. cap. 9. *Reddidit... Quartas decime omnium Ecclesiarum*. Charta Sanctii Regis Aragonum æræ 1109. in Historia Pinnatenfi lib. 3. cap. 16. *Omnes has Ecclesias cum decimis & primitiis, oblationibus & defunctionibus, & Quartis, & cum omni jure Episcopali & Archidiaconali, &c.* Alia an. 1195. apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 168. *Guillelmus de Monteferrario totum honorem, terras, homines & saminas, Quartas partes, & usatica, qua in tota S. Andrea de Maurino parochia possidebat, Magalonensi Ecclesia dedit, &c.* [Charta an. 1019. Marcæ Hispan. col. 1017. *Dono quoque ego Petrus Episcopus parrochiam S. Petri de Navata cum omnibus suis pertinentiis, & siscum Crispiani cum Quartis S. Stephani de Bas & medietatem justitiarum de Bascara & ecclesiam de Fontanillas cum omnibus pertinentiis suis*. Epistola Alexandri III. PP. *Ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod cum monachos S. Savini excommunicationi decrevimus subjacere pro restitutione Quartarum ecclesiarum qua venerabili fratri nostro Bigoritano episcopo... fuerant adjudicata*. Vide *Quarto 8.*]
- QUARTÆ, Redituum Ecclesiæ pars quarta, apud Gregorium M. lib. 3. Epist. 11. quæ scilicet aut Episcopo, aut Clericis, aut pauperibus, aut fabricæ competit. Vide Chartam Ratoldi Episcopi Veronensis apud Ughellum pag. 604.
- ¶ 7. QUARTA, Quarta pars bonorum, quam sponsus dat sponsæ pro nuptiis in Regno Neapolitano. Statuta ejusdem Regni de jure *Quarta* art. 1. *Dos & Quarta, seu quarta pars, peti non possunt absque instrumento dotali & instrumento, quod Neapoli Quartula nuncupatur*. Consule eadem Statuta & vide infra *Tertia 5.*
- ¶ 8. QUARTA, nude, Idem quod mox *Quarta funeralis*, seu *Quarta testamentorum*, de qua in *Testatio*. Chartularium S. Johannis Angeriaci pag. 427. *Petunt reverendus Pater & procuratores predicti, quod antequam funus exeat de ecclesia S. Johannis, ad quam debet de laudabili consuetudine ipsius villa primitus deportari & ibi recipere ultimum vale, sufficienter camerario caveatur de sua Quarta per amicos mortui*.
- ¶ QUARTA CANONICA, FUNERALIS, OBLATIONUM. Concilium Limanum ann. 1591. inter Hispanica pag. 661. col. 2. *Religiosi, qui sunt vel fuerint in*

doctrinis & beneficiis, servabunt constitutiones de solutione Quarta funeralis, Quarta canonica & Quarta oblationum, propterea quod illas debeant, prout de jure debent Episcopis, & ut illas persolvant reliqui clerici, qui funguntur iisdem ministeriis. Ubi Quarta canonica idem est quod in alio ejusdem provinciae Concilio ann. 1582. ibidem pag. 255. dicitur Canonica portio: Quarta funeralis ac Canonica portio & Quarta etiam oblationum Episcopo à jure concessa tam à Capitularibus, quam à ceteris clericis, solvatur eo ordine & modo, quem sacri Canones statuunt. Est autem hæc Canonica portio, seu Quarta canonica, ni fallor, Quarta pars reddituum, quos percipiebant clerici, ut Quarta funeralis, Quarta pars legatorum defuncti in pios usus, cujus dispositio erat penes Episcopos, ut dicitur in Testatio; Quarta tandem oblationum, Quarta pars eorum omnium, quæ fideles sponte offerebant Ecclesiæ: quæ quartæ partes omnes Episcopis debentur ex his Conciliis.

¶ QUARTA SIGILLI ET BULLÆ, Quarta pars emolumentorum ex sigillo & bulla provenientium. Testamentum Guillelmi D. Montispeffulani an. 1202. ex Schedis Peirescianis seu Præfidis de Mazaugues: Sacrista vero habeat Quartam sigilli & bullæ, & residua tres partes dentur in ornamento Ecclesiæ. Parvum sigillum Monspeliense passim memoratur in Instrumentis Provincialibus.

9. QUARTA, pro Charta, in Charta ann. 1078. apud Joffridum in Nicia pag. 104. [Occurrit rursus in Consuetud. Tolos. rubrica de Homagiis & apud D. Secousse tom. 3. Ordinatio. Reg. p. 120. Hæc est Quarta quam jussit scribere Froterius de Senegaz, in Charta an. 1124. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 426.]

QUARTULA, pro Chartula, Patva charta, in Statutis Synodalibus Nicolai Episcopi Andegavensis an. 1265. cap. 5. an. 1270. cap. 2.

¶ 10. QUARTA, f. Quarta pars ulnæ aut teise seu perticæ, qua notione Quarta dicunt Hispani. Statuta Saluciarum Collat. 4. c. 122. Qui vendiderit ad Quartam mancã seu ad testiam, vel stateram sive balancias, seu ad scandalium vel aliud pondus injustum, solvat bannum florenorum octo. Italis Quarta dicitur minus pondus, quartæ scilicet partis uncia.

¶ 11. QUARTA VILLÆ, Urbis regio, Gallice Quartier d'une ville. Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 69. Per diversas villæ Quartas, tales maleficos correcturus, hospitia assignarent.

¶ QUARTADA. Dedicatio Ecclesiæ de Baltarga in Comitatu Ceritanæ, Marcæ Hispan. col. 825. Et ego Fruja dono præfate Ecclesiæ tres peciolas terræ, quas habeo ad ipsas gardias & unam ad ipsas Quartadas vineam: cujus forte quarta pars vindemiæ pertinebat ad dominum, tribus aliis tenenti cedentibus, aut vice versa. Vide Quarta 6. Quartales vineæ in Quartagium & Quarto 7.

QUARTEDECIMANI, [QUARTIDECIMANI sæpius, & QUARTODECIMANI,] Τεσσαρεσκαίδεκάται, [Melius Τεσσαρεσκαίδεκάται, & interdum Τετραδέκται, Nostri Quartodecimani, quibusdam Quartodecimani,] Hæretici, [vel potius Schismatici,] sic appellati, quod in 14. Luna, ut Judæi, Pascha celebrarent. Bernaldus Presbyter de Reconciliatione lapsorum: Antiochenum Concilium de Pascha ibi asserit institutum, ne in 14. luna cum Judæis celebraretur, ut Tessarescadecite, [melius Tessarescadecacite, vel Tessarescadecacite,] id est, Quartadecimani faciunt, qui etiam inde nomen suæ heresi condiderunt. Vide Stephanum Eddium in Vita S. Wilfridi cap. 14. 15. [Glossarium mediæ Græcitatæ in Τεσσαρεσκαίδεκάται, Suiceri Thesaurum in Πάσχα, Τεσσαρεσκαίδεκάται & Τετραδέκται; Faydit in libro cui titulus: Conformité des Eglises de France avec celles d'Asie, à Liège 1689. Baillet in Festum Paschæ, &c.]

QUARTAGIUM, Quarta pars vel vindemiæ, vel aliarum rerum, quam sibi contra jus asseriebant domini feudales in tenentium suorum prædiis, agris, vel vineis. Charta Odonis Archiep. Rotomag. an. 1262. apud Sammarthanos: *Molta sicca, esteublagia, servitia rusticorum, Quartagia, messeria, servitia vavassorum, &c.* Alia Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. an. 1307. in Gestis ejusdem c. 47.

Quandam impositionem seu exactionem, talliam vel collectalem, quam adjutorium, vel aide, sive Quartagium appellant, de bonis, rebus, possessionibus & proventibus suis Ecclesiasticis de novo exigere & extorquere conantur. Alia an. 1437. ex Tabulario Nantoliensi in Pictonibus: *Super quod nos vel ille aut illi, qui tempore vindemiarum nomine nostro Quartabant seu computabant salmas bastatas, seu quantitatem vindemiæ, quas vel quam ad domos suas deportabant, vel habito certo computo cum eisdem jus, quod nobis competeat seu partem vindemiæ prædictæ nobis solverent, prædicti Quartatores seu computatores per se vel per alium, vel per alios compulerant, vel cõegerant alios mansionarios seu cohabitatores dictarum villæ & parochiæ ad solvendam sibi certam pecuniæ quantitatem, antequam permitterent eos ad domos suas suam vindemiam deportare: & quod Quartatores seu computatores nostri prædicti tempore vindemiarum, aut aliquo alio tempore ratione Quartagii seu computationis salmarum & bastatarum, & quantitatis vindemiæ nullam pecuniam, seu dona, aut munera à prædictis mansionariis & cohabitatoribus non habuerant, &c.* In Tabulario Nantoliensi in Pictonibus an. 1434. occurrunt crebrius voces, Quartatores, Quartare, Quartagium. [Vide Carto 1. Quarta 6. & Quarto 7.]

¶ Haud satis scio an eadem notione Charta ann. 1226. ex Archivo S. Albini de Nemore: *Stephanus de Corron Miles . . . dedit omnem decimam de Estriac . . . & quidquid habebat in Quartagio de Gavre pro anima filii sui Guillelmi.*

QUARTALES VINEÆ, Quæ tenentur ad quartum, seu quarum reditus quarta pars cultori cedit, [aut proprio possessori. Vide Quarta 6. Quarto 7. Quartus 2. & Quinta 2.] Vetus Charta ann. 959. apud Dominicum de Prærogat. allodiorum pag. 119. *Et illas vineas Quartales teneant illas ipsi, qui eas plantaverunt, ad quartum.* Alia an. 1298. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. num. 13. ex Tabul. Regio: *Item 4. denariatas vinearum suarum propriarum, & 7. denariatas vinearum Cartalium, cujusmodi stagiam, insulam, terras, vineas assignavi, ut præmittitur, ad valorem 30. libr. annui reditus, &c.* Alia an. 1300. ibid. n. 49. *Quinque arpenta & unam messailhatam vinearum Quartandarum de Plaisance, &c.*

¶ QUARTAGIUM, Cujusvis rei pars quarta. Charta vetus apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 349. *Odo Abbas Majoris-monasterii Guerrico Archidiacono Dinanni donat in vita sua Quartagium reddituum parochialium ecclesiæ S. Maclovii, qui infra Haiam continentur.*

¶ QUARTAIRADA, vel QUARTAIRATA VINEÆ. Vide in Quartariata.

¶ QUARTAIRONUM, Quarta pars mensuræ vel ponderis, Gall. Quarteron. Statuta Eccl. Aquensis MSS. ann. 1259. *Si non intersint in Missa perdunt canonici & clerici unum Quartaironum vini.* Vide Cartayronum.

¶ QUARTALAGIUM, Idem quod Cartalagium,

feu jus percipiendi *quartas* vel certas mensuras ex rebus siccis venalibus vel transeuntibus. Charta an. 1107. ex Archivo B. M. de Charitate: *Quartagium salis & annona in rivagio Charitatis*. Vide *Carta* 1. & *Quarta* 1.

¶ **QUARTALATA**, Idem, ut videtur, quod *Quartariata*, nisi sit quarta pars jugeri. *Reliqui tres Quartalatas vineæ & tres panalatas terra*, in Notis obituum & foundationum ad marginem veteris Martyrologii Ecclesie Aquensis. Vide *Cartalata*.

QUARTALE, **QUARTALIS**, Mensura Germanica, Alamannis *Vierthel*, apud quos quatuor quartales modium efficiunt: apud Anglos vero 32. quartæ sunt in modio, *Quarts* vocant. Joannes de Garlandia in Synonymis:

Dolia, Quartalium, fundum, clepsedra, lagena.

Ephemerid. Monasterii S. Galli 5. Id. Mart. *Que solvit 10. Quartalia tritici*. [*Quartale frumenti, avenæ*, in Statutis S. Claudii pag. 55. *Quartale siliginis*, in Charta an. 1186. Hist. Mediani Monast. pag. 309. & in alia an. 1376. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 83. col. 2.] Adde Annales Colmarienses ann. 1236. & alibi non semel. In liquidis, *Quartalibus*, *Quart*, continet apud Alamannos duas mensuras, apud alios quatuor. Vide Goldastum de Mensur. & Ponderib. veterum Germanorum.

¶ **QUARTALE**, Mensura agraria, iisdem Germanis. Venditio an. 1308. apud Ludewig. tom. 5. pag. 97. *Decimam unam quindecim mansos uno Quartalimino continentem vendidimus*. Charta an. 1334. apud Schlegelium de Nummis antiq. Gothanis: *De duobus Quartalibus mansi*.

¶ **QUARTALE VINI**, Quarta pars dolii vinarii, si idem sit, ut probabile est, quod Gallis *Quarta*. Statuta Eccl. de Romanis inserta in Literis Johannis Franc. Regis an. 1358. tom. 3. Ordin. pag. 275. *Ecclesia de Romanis habuit in singulis cellariis seu penoribus suis infra villam de Romanis à tenentibus cellaria, unum Quartale vini semel in anno*. Regestum 87. Chartophylacii Regii: *Item teneat plus circa unum jornale cum dimidio terre . . . pro quibus facit unum Quartale vini census*. Pluries occurrit ibi; semel vero *Quarteirium* eadem, ut videtur, notione: *Facit unum Quarteirium vini*. Alibi: *Facit domino unum Quarteironum vini census*. Rursum: *Percipiunt 1. cartam, 1. mondinam & 1. manatam nucleorum, XII. denarios, 1. Quarteironum vini, 1. gallinam, &c.*

QUARTALE ANNI, pro quarta pars, in Chronico Windesemensi lib. 2. cap. 14. 29. 43. 48. [& in Charta an. 1321. apud Ludewig. to. 1. p. 293.]

¶ **QUARTALE HORÆ**, Quadrans, Gall. *Quart d'heure*. Per tria *Quartalia hora*, in Vita S. Lidwinæ, tom. 2. Aprilis pag. 293.

¶ **QUARTALE MILIARIS**, seu Milliaris, apud Ludwig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 350.

¶ **QUARTALETUS**, Minor mensura vinaria, quarta pars majoris, ut videtur. Statuta Capituli Dinienensis an. 1460. apud Gassendum in Notitia ejusdem Eccl. pag. 93. *Ut singulis diebus Canonici quidem, qui officio interessent, panes IV. & Quartaletos vini II. acciperent, dimidium puta pro magna Missa & dimidium pro Vesperis; Clerici vero beneficiati, Curati & Vicarii lucrarentur panes III. & Quartaletum vini I. panem I. videlicet pro Matutinis & Laudibus, alium pro Tertia & Sexta, reliquum pro magna Missa & Nona; vini autem lucraretur dimidium quidem pro Matutino, Laudibus & Prima, dimidium vero pro Vesperis & Completorio: medii Vicarii denique panes II. acciperent & Quartaletum vini dimidium.*

¶ **QUARTALIA TERRÆ**, f. Ager capiens tantum sementis quantum in uno *quartali* continetur. Engelbertus Maghe in Chronico Bonæ-Spei p. 7. *Donarunt in eleemosinam . . . Robertus ejus pater quatuor modiatas . . . mater dimidiam modiatam; Hugo quoque Quartaliam terra in eodem territorio*. Erit forte qui malit interpretari Quartam partem jugeri. Vide *Quarteria* 1. *Quarterium* 3. *Quarterius* 1.

¶ **QUARTALIS VINEA**. Vide in *Quartagium*.

¶ **QUARTALIUM**, Idem quod *Quartale*, Mensura frumentaria. Hist. Mediani Monasterii p. 257. *Quartalium unum de multuris persolveret*.

¶ **QUARTALLUM**, *Canistrum vel cosinus, vel vas in quo mortui esserunt, ou Quarteron*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Infra legitur *Quartellum*. In quibusdam Chartis *Quartallum* idem est quod mox *Quartallus*. Vide *Cartallus* 1.

QUARTALLUS, Mensura frumentaria. *Quartallus frumenti, avenæ, &c.* in Libertatibus oppidi Jasseronis, apud Guichenonum [& alibi passim. Vide *Cartallus* 2. & *Quartellus* 2.]

QUARTANA, **QUARTANARIUS**. Michael Scotus lib. 4. Mensuræ Philosophicæ cap. 36. de quodam Monacho Cartusienfi: *Semel fuit misericordia de anguillis, & illa fuit in Quartana: tunc servitor, Frater, misericordia est de anguillis, & vos estis Quartanarius: Accipiam, inquit, nescio, quando denno habiturus sum de anguillis*.

QUARTANARIUS, Quartana febris laborans; apud Sextum Platon. de Medicina animal. lib. 1. cap. 2. Gregorium Turon. de Vitis Patrum c. 6. Matth. Paris an. 1259. pag. 326. in Actis elevationis S. Agricolæ num. 4. in Vita B. Coletæ, [in Gestis Gaufridi de Loduno apud Mabillonium tom. 3. Analect. & alibi sæpe. Vide *Quartenarius*.]

QUARTANICUS, Quartanus. Guillelmus Britton. lib. 12. Philippidos:

Invadit febris Regis Quartanica corpus.

¶ **QUARTANUM**, Mensura siccorum & liquidorum. Saifimentum Comitatus Tolosæ an. 1271. apud Lafaille in Probat. Annal. Tolos. pag. 15. *Tota bladada ad valorem communem sexaginta Quartanorum bladi, medium frumenti & medium avenæ*. Statuta Arelat. MSS. tit. 74. *Qui vendiderit vinum in Arelate teneatur habere medium scandalium & Quartanum scandalii, quibus tenentur vendere emere volentibus vinum suum*.

¶ **QUARTARE**, Italis, In quatuor partes dividere. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Quartemur*, *Τετρατολογηθῶμεν*. Quod ad *Τετρατολογία* Tragicorum videtur referendum, ita ut *Quartari* sit Quaternis fabulis de palma contendere, sicut Tragicæ Poëtæ solebant in Attico theatro. Laertius lib. 3. in Platone: *Τετρατοί δὲ δράμασι ἠγωνίζοντο, Διονυσίαις, Αθηναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις*. Vide Vossium lib. 4. de Vitiis sermonis cap. 18.

¶ 1. **QUARTARIA**, Idem, ut videtur, quod apud Italos, Quarta scilicet pars domino persolvenda. Tabularium Dinienfe apud Gassendum in Notitia Eccl. Din. pag. 83. *Bona, proveniens . . . prepositura consistunt . . . in Quartaria apud Aquas-caldas & illis partibus; quæ consistit in hortolagiis & aliis obventionibus: valet communiter VIII. libras Vien.*

¶ 2. **QUARTARIA**, Cucuma, Gallice *Coquemar*, Vas aquæ calefaciendæ. Computus ann. 1333. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 274. *Barberio pro emendo uno sacco, pro faciendo lesavio pro Domino, duabus Quartariis & uno cantaro, taren. 1. Vide infra Quartarium 1.*

¶ **QUARTARIATA VINEÆ**, Provincialibus *Quarteirado*

- Quarteirado de vigno*, Modus vineæ diversus in variis Provinciæ locis. In Aquensi territorio 600. *cannis* quadratis constat, in Massiliensi vero 506. *cannis* & dimidia, alibi pluribus paucioribusve. Diploma Raimbaldi Archiep. Arelat. an. 1033. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 401. *Alimburga dedit ipsi ecclesiæ (S. Joh. Baptistæ) de vinea unam Quartariatam in Graulerias*. Alia vetus Charta: *Placuit Pontio clerico, ut unam Quartariatam de vinea... consentiret vendendo Eldranno presbytero, pro qua ipse presbyter dedit in pretium valentes solidatas quinque*. Alia ann. 1103. ex Chartulario Eccl. Aptensis fol. 71. v. *Excepta... Quartariata vinea optima*. In alia ejusdem Chartularii Charta ann. 1049. fol. 65. v. habetur *Quartairata; Quartairada* vero in alia S. Victoris Massil. armar. Aq. num. 272. *Quarteirada*, in majori Chartulario ejusdem S. Victoris pag. 91.
1. QUARTARIUM, *Genus mensura, id est urna*. Papias. [Joannes de Janua: *Quartarium, Mensura quæ quartam partem sextarii capit: quæ etiam Quartellum dicitur*. Laurentius in Amalthea: *Quartarium, Quartata pars: item, Quartarius, congrui quartam partem continens; Tertiarium, tertiam*. Glossæ Lat. Gall. Sangerman. *Quartarium, Quarteron*. Major mensura videtur in Privilegiis Balduini Flandriæ Comitum an. 1116. concessis Abbatii Elnonensi apud Miræum tom. 2. pag. 1153. col. 2. *Almanus quædam sibi injustas consuetudines... abdicavit, videlicet ad ambas (f. cambas) S. Amandi dimidium Quartarium accipiat, neque creditonem ullam, unde damnum aliquod homines Sancti sustineant, habeat.*]
- ¶ 2. QUARTARIUM, Modus agri, idem qui *Quarteria* 1. Chronicon Farfense to. 2. Muratorii part. 2. col. 536. *Recepit ibidem modia xv. & Quartaria tria*. Chronicon Casaur. ibid. col. 937. *Et cambium recepi ego superscriptus Grimbalduus Episcopus à te domno Ludovico piissimo Imperatore terram tuam loco, ubi dicitur Kantianum, petias duas, hoc est, per mensuram modiorum sexaginta duorum & Quartariorum duorum*. Necrologium MS. Corbeienfe ad calcem: *Tria Quartaria emplaceans in terra Benedicti*. Chronicon Bonæ-Spei pag. 257. *Unum bonarium, xxx. virgas & Quartarium terra*. Hoc in ultimo loco *Quartarium* videtur esse tantum quarta pars virgæ, quod exprimeremus *Trente verges & un quart*. Vide *Quartarius* 3.
1. QUARTARIUS, Mensura liquidorum, apud Gregor. Turon. lib. 1. Miracul. cap. 5. *Cœpit... augeri, ita ut in unius hora spatio plus quam unum sextarium redderet vasculum, quod Quartarium non tenebat*. Longe aliter Papias: *Urna, mensura est, quam quidam Quartarium dicunt, quæ 4. sextarios capit*. [Laur. in Amalthea: *Quartarius, duo acetabula, seu hemina dimidia, quarta pars sextarii*.]
- ¶ Est etiam mensura siccorum, nisi *Quartarium* legendum sit. Charta an. 1385. è Chartulario S. Johannis Angeriaci pag. 459. *Abbas debet vinum & unum Quartarium fabarum*.
2. QUARTARIUS, Quadra panis, ni fallor, apud Adalardum in Statutis Corbeiensibus lib. 1. cap. 4. quomodo pagenses nostri vocant un *Pain de quartier*. [Charta ann. 1385. è Chartulario S. Johannis Angeriaci pag. 460. *Item dominus Abbas debet facere mandatum centum leprosis, & cuilibet debet dare unum panem, sicuti & unam justam vini de Conventu, & in osculatione manuum debet dare unam magnam scutellam vini: & illi centum panes sunt ratione illius Quartarii panis, quem domini debent habere die Dominica de Passione, quem ponunt in depo-*

- sito usque ad diem hanc ratione illius elemosynæ.*
3. QUARTARIUS, vel CARTARIUS, Modus agri, *Quartier de terre*. Charta Philippi I. Regis Fr. an. 1052. to. 13. Spicil. Acher. p. 289. *Et in ipsa villa terram unius carruca, & unum mansum, & decem Cartarios, &c.* [Tabularium Majoris-monasterii: *Donavit B. Martino unum Quartarium de terra & vineas ad eundem Quartarium pertinentes*. Occurrit bis in Bulla Leonis IX. PP. an. 1049. apud D. Calmet. in Probat. Hist. Lothar. tom. 1. col. 425. & pluries in Charta ann. 1116. col. 539. Enumeratio bonorum Domus-Dei Commerciami è Codice MS. ejusdem urbis pag. 23. *Deux roys de terre seant sur le chemin de S. Aulbin comenant environ trois Quartares de terre.*]
- ¶ 4. QUARTARIUS, Moneta quartam aurei solidi partem appendens. Lampridius in Alexandro Severo cap. 39. *Tunc etiam, quum ad tertiam partem auri vectigal decidisset, tremisses (cusi sunt) dicente Alexandro, etiam Quartarios futuros quod minus non posset*. Vide *Tartaron* & Dissertationem de inferioris ævi numismatibus num. 87.
- ¶ 5. QUARTARIUS, Qui quartam partem accipit. *Quartarios*, inquit Festus, *appellabant antiqui muliones, quod quartam partem quæstus capiebant*. Tum profert locum Lucilii.
- QUARTAROLA, Mensura frumentaria aut leguminum, apud Venetos, ital. *Quarteruola, misura come il quarto delle staio*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10. *Distribuitur etiam in die cuilibet ex stipendiariis antedictis fabæ, vel alicujus alterius leguminis quadragesima particula unius Quartarolæ, ad modum mensuræ Venetæ deputata. Et ut ex ea plena cognitio habeatur, sciendum est, quod quatuor Quartarolæ perficiunt unam quartam, quæ quidem quarta usque ad quartum numerum multiplicata, unum sextarium perficit Venetorum: & tria sextaria de Venetiis sunt una salma de Apulia, tam de legumine, quam etiam de frumento.*
- ¶ 1. QUARTAROLUS, Venetis, Moneta minor, valoris quarta partis unius denarii, ut habetur in Chronico Andreæ Danduli apud Muratorium tom. 12. col. 372. Vide *Quartus* 1.
- ¶ 2. QUARTAROLUS, Idein quod *Quartarola*; vel forte *Quarta* pars libræ, Gall. *Quarteron*. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 16. *Quod quilibet homo & persona, qui vendunt aliquas res ad pondus vel ad mensuram, debeant infra tertiam diem à die proclamationis portare sive portare facere ad domos ipsorum Juratorum calveas, concios, libras, medias, Quartarolos, sattas, mezetinos à sale & alias mensuras, quas exercent, & ipsas mensuras adjustare ad mensuram ipsius Jurati.*
- QUARTAROLUS, QUINTAROLUS REMUS, apud Sanutum lib. 2. part. 4. c. 11. [Ital. *Quartarolo* est *Quartus* remex scami inter remiges.]
- QUARTARONUM, CARTARONUM, Gallice *Quarteron*, *Quarta* pars libræ. Occurrit in Consuetud. Tolosæ part. 2. *Quarteroos*, in Consuet. Beneharn. tit. de ponderibus & mensuris art. 4. *Payer par Quarterons les loüages des maisons*, in Consuet. Burdeg. art. 37. quod Parisienses dicunt *Par quartiers*, id est, singulis trimestribus domorum locaria exsolvere. [Vide *Quartium*.]
- ¶ QUARTARONUS, Mensura frumentaria. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 23. v. *Item statutum est quod Potestas Vercellarum... fieri faciat... unum Quartaronum de ligno ita magnum quod teneat commode ad rasum tantum quantum est & tenere consuevit Quartaronus vetus cum culmatura*. Vide *Quarteronus*;
- ¶ QUARTATOR. Vide in *Quartagium*.

- ¶ **QUARTAYRO**, Quarta pars unciæ. Inquisitio an. 1220. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 93. *Et capit in quibuslibet sexdecim marchis provenientius de argenteria sex uncias & unum Quartayronem; Nostris Six onces & un quart.*
- ¶ **QUARTEIRADA**. Vide *Quartariata vinea*.
- ¶ **QUARTEIRIUM VINI**. Vide in *Quartale*.
- ¶ **QUARTELADA**, Quarta pars jugeri. Obituarium S. Gerardi Lemovic. fol. 22. *Ex qua quidem summa empti sunt quinque solidi reddituales in & super quadam terra continente XI. Quarteladas. Vide Cartalata & Quarterada.*
- ¶ **QUARTELAGIUM**, Species juris dominici, de quo supra dictum est in *Carto 1*. Vide *Quartagium*.
- ¶ **QUARTELLUM**. Johannes de Janua: *Quartarium, Mensura, quartam partem sextarii capit, qua etiam Quartellum dicitur. Quartellum etiam dicitur canistrum vel cophinus, in quo mortui effertur.* Vide *Quartallum*.
- ¶ 1. **QUARTELLUS**, Teli genus, Gallice *Quarreau*. Vide *Quadrellus 1*.
- ¶ 2. **QUARTELLUS**, Idem quod *Quartallus*, Mensura frumentaria. *Dederunt tres Quartellos frumenti, in Charta ann. 1151. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 302.*
- QUARTELOYS**. Th. Walsinghamus in Edwardo II. pag. 114. *Milites quidam super armatura cotucas induerunt, vocatas Quarteloy: armigeri vero indumenta bendas habuerunt, &c. Vide Cotuca.* [Carolus de Aquino in Lexico Milit. à quadrifido colore, quo erant distinctæ, dictas suspicatur.]
- ¶ **QUARTENARIUS**, Idem qui supra *Quartanarius 1*. Qui quartana febris laborat. Matthæus Paris ad an. 1239. *Auctumnus innaturalis diverse morborum pericula generavit, qui siccus & frigidus naturaliter fuisse tenebatur. Hinc contigit quod ingruente dyscrasia, non se meminit aliquis tot vidisse in uno anno Quartenarios.*
- ¶ **QUARTENATA TERRÆ**, Ager redditus unius quartonis frumenti, vel forte in quo unus frumenti quarto seminari potest. Vide *Cartonata*.
- ¶ **QUARTENERÆ PARTES**, f. *Quæ solvi debebant pro Quartagio: quo de jure dictum est in Carto 1. & Quarto 7.* Charta an. 1236. è Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 328. *Ita quod dictus Abbas debet me acquietare erga prædictum Thomam de duabus partibus Quarteneris & duabus gallinis & uno turrenensi annui redditus, quos de dictis domo & proprio tenebar reddere prædicto Thomæ. Alia Charta vernacula an. 1300. ex eodem Chartulario tom. 1. pag. 679. Sachent tous que jen Jehan Double de la paroisse de Gonneville & mes hoirs sommes tenus de paier d'an en an à hommes religieux monseignor l'Abbé & le Convent de S. Vandrille trois boysses Quarteners de froment, à la mesure du país por vendre & por acheter, & deux capons d'annel rente.*
- ¶ **QUARTENGIUS**, Mensura frumentaria. Charta an. 1241. ex Archivo Veteris-villæ: *Dederunt abbatia Veteris-villæ tres Quartengios frumenti. Alia an. 1242. Dederunt B. Maria Veteris-villæ unum Quartengium frumenti.*
- ¶ **QUARTENUM**, Quarta pars, Gallice *Quartier*. Ordinatio an. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 420. *Ab alia vero parte (Grossi Dalphinalis) debeat esse una magna crux in medio, & quatuor pisces Dalphini parvi, videlicet unus in quolibet Quarteno seu vacuo dictæ crucis, &c. Alia vero parte (Oboli grossi) debet esse in medio una magna crux, & duo Dalphini in duobus Quartenis dictæ crucis.*
- ¶ **QUARTERADA**, Idem quod *Quartelada*, Quar-

- ta pars jugeri. Charta ann. 947. Marcæ Hispan. col. 861. *Donamus de terra Quarteradas tres in comitatu Bisulunense.*
- ¶ **QUARTERENGIA**, Mensuræ species apud Arvernos. Vide locum in *Carterencha*.
1. **QUARTERIA**, Modus agri quartam jugeri partem continens, nostris *Quartier*. Tabularium Abbatia Belliloci in Lemovicibus num. 89. *Dimitto . . . in manso Ugbaldi de Campagnaco unam Quarteriam, qua debet unum modium de segle, & in ipsa villa aliam Quarteriam quam tenet Geraldus de illa casa, qua debet alium modium de segle. Num. 95. Gerbas debent rustici tempore messis de unaquaque Quarteria. Quarteron, in Consuetudine Pictaveni art. 175. 177. ubi Bordaria dicitur conficere duos quarterones, & æquiparari terræ seu prædio duorum boum, id est, quantum duo boves arare possunt: quarteronem vero prædio bovis, cujus dimidia pars Retailium, seu Retail, dicta æquiparatur prædio semibovis.*
- ¶ Ab hac voce, ut observat Carolus de Aquino in Lexico militari, sic passim appellantur militum tuguria vel contubernia prope communita adversus repentinas hostium incursiones. Si sparsim in transitu excitantur, dicuntur Italis *Baracche*, nostris *Baraques*: si consistunt ad longiorem quietem *Quarteria* vocantur, Italis *Quartieri*, Gallis *Quartiers*, Latinis *Stationes*.
2. **QUARTERIA & QUARTERIUM**, Mensuræ frumentariæ species, nostris nota. Vide Willelmum de Podio-Laurentii cap. 6. Apud Anglos, ut est in *Fleta lib. 2. cap. 12. §. 1. Quarterium frumenti constat ex octo bussellis*. Utitur Matth. Paris pag. 145. [Kennettus in *Antiq. Ambrosd.* ad an. 1278. p. 291. *Tria Quarteria frumenti, tria Quarteria avenarum, unum Quarterium fabarum.* Saifimentum Comitatus Tolosæ an. 1271. apud *Lafaille* in *Probat. Annal. Tolos.* pag. 34. *De quolibet foco arante cum bobus unam eminam frumenti & totidem avena, & de arante cum asinis unam Quarteriam frumenti & aliam avena.* In quodam Instrumento litis an. 1564. Monachos inter & incolas Montismeyani mensuræ recensentur hoc ordine: *La Charge, le Cestier, la Cartiere & le Civadier. Quarteria salis*, in Charta an. 1320. apud *Gassendum* in *Notitia Eccl. Dinienis* pag. 83. Vide *Carteria & Quarterius 3.*
- ¶ **QUARTERIÆ**, Præstationes hujusmodi *quarteriarum* frumentariarum. Instrumentum litis an. circiter 1322. tom. 2. Gall. *Christ.* col. 307. *Ex torquere quasdam præstationes annuas, qua vocantur Quarteria, ad solvendum nitebantur compellere.*
- ¶ **QUARTERIARE**, Sontis corpus in quatuor partes difsecare, Gall. *Ecarteler*. *Chronicon Corneli Zantfliet* apud *Marten.* tom. 5. *Collect. Ampliff.* col. 397. *Verum unus ex ipsorum cuneo Johannes de Spaes vivus in foro Leodiensi exstitit Quarteriatus; cujus quatuor partes alii quatuor flagitiosi detulerunt cum capite extra portam S. Walburgis usque ad locum supplicii, & ibi quoque ad rotas singuli sunt alligati.* Vide *Quarterizatio*.
- ¶ **QUARTERIATA TERRÆ**, Idem quod *Quarterada*, Quarta pars jugeri, in Tabulario Fontis-Ebraldi. *Quarteriata vinearum*, in Charta an. 1159. in *Probat. novæ Histor. Occitan.* tom. 2. col. 571. Vide *Cartalata*.
- ¶ 1. **QUARTERIO**, Idem, ut puto, quod *Quartagium*. Tabularium Majoris-Monasterii: *Conanus Dux Britannia, filius Alani Comitis, concessi monachis Majoris-monasterii apud Machecol commorantibus*

omnes consuetudines comitales *Quarterionis* terra illius, quam monachi habebant apud *Fraxinetum*, & dimidium *Quarterionem* in *Porfaifanto*, hoc est, frumentariam suam & bianum & omnes alias consuetudines. Vide *Carto* 1. & *Quarto* 7.

¶ 2. **QUARTERIO**, Mensura frumentaria. Charta ann. 1244. è Tabulario S. Bartholomæi Betchun. *Novem menqualdos, dimidium, & unum Quarterionem bladi*. Hic est quarta pars *menaldi*: de quo supra. Vide *Quarteria* 2. *Quarterium* 4. & *Quarterius* 3.

¶ 1. **QUARTERIUM**, Quarta pars, Gallice *Quartier*. *Quarterium anni*, Trimestre tempus, quarta pars anni: nostris *un Quartier*. Matth. Westmonaster. an. 1259. *Decimas de Ringeldon . . . sequestravit, & per unum fere Quarterium anni intactas retinuit.* [*Quarterium corporis humani*, nempe fontis quadrifariam dissecti, apud Rymer. tom. 4. pag. 364. col. 1. in Mandato an. 1328. apud Cornelium Zantstiet in Chronico, tom. 5. Ampliff. Collect. Marten. col. 418. in Annal. Estens. apud Murator. tom. 18. col. 935. in Actis S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 165.* *Quarterium bovis*, in Charta an. 1385. è Chartulario S. Johan. Angeriaci pag. 463. *Quarterium arietis*, ibidem pag. 464. *Quarterium cervi*, in Charta an. 1227. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 150. *Scutum de Quarteriis*, Scutum gentilitium lineis quadripartitum, in Charta an. 1183. ex Archivo Veteris-villæ.]

¶ 2. **QUARTERIUM**, Regio, pars urbis, Gallice *Quartier*, Ital. *Quartiere*, in Annalibus Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 272. Adde tom. 8. col. 270. 479. tom. 10. col. 445. Acta SS. Aprilis tom. 3. pag. 988. Maii tom. 6. pag. 173. *Quarterium S. Joannis*, passim in Tabulario Piscatorum Massil. quod habitent in regione S. Johannis dicta. Vide *Quarterius* 2.

¶ 3. **QUARTERIUM**, Quarta pars jugeri, in Litteris an. 1332. è Chartulario S. Martini Pontifar. *Tria Quarteria de groa . . . XL. perticas ad passagium, VI. arpentia de groua.* Occurrit ibi pluries, & alibi passim, ut & in Charta an. 1163. apud D. Calmet. in Probat. Hist. Lothar. to. 2. col. CCCLXI. in alia an. 1179. ibid. col. CCCLXXXIV. Adde Seherum Abb. Calmosiac. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1187. 1197. 1198. &c. Eadem vox passim occurrit pro Mensura frumentaria, ut jam dictum est in *Quarteria* 2.

¶ 4. **QUARTERIUM**, Mensura frumentaria, pro cuius capacitate consulendæ adæquationes mensurarum supra editæ in voce *Modius* col. 857. sub finem, col. 858. initio, col. 860. art. *Albigniacum*, col. 861. art. *Compendium*, & col. 862. lin. ult. Matth. Paris ad an. 1203. *Pistores poterunt sic vendere, & in quolibet Quarterio lucrari tres denarios.* Rursus ad an. 1215. in Charta Libertatum Johannis Regis: *Una mensura vini & cervisiæ sit per totum regnum nostrum, & una mensura bladi, scilicet Quarterium Londinense.* Vide *Quarteria* 2. & *Quarterius* 3.

¶ 1. **QUARTERIUS**, Idem quod *Quarterium* 3. Quarta pars jugeri. Charta Petri Paris. Episc. an. 1211. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 4. *Concessit in puram & perpetuam eleemosinam monachis S. Thomæ Cantuariensis, quinque Quarterios vineæ sitos apud S. Bricium.* Charta foundationis Abbatiæ Brolii Grollandi inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 421. *Dono eis hoc quod habeo in duobus Quarteriis vinearum.* Vide *Quarterus*.

¶ 2. **QUARTERIUS**, Regio, pars urbis. Consti-

Tom. V.

tutiones Frederici Regis Siciliae c. 116. *Jurati vocari faciant Bajulum & judices ac ceteros homines per Quarterios dictæ civitatis.* Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1271. apud Murator. tom. 8. col. 1132. *Et unus Quarterius Parma venit ad dictam obsidionem.* Vide *Quarterium* 2.

¶ 3. **QUARTERIUS**, Mensura frumentaria, eadem cum *Quarteria* 2. Charta ann. 1205. è Tabulario Fontis Danielis: *Dedit Abbatia Fontis Danielis duos Quarterios frumenti.* Descriptio bonorum Domini de Esca ex Archivo S. Audomari: *Quaraseria vel mensura . . . debet valere tres Quarterios & duas partes picotini. Mensura bladi, scilicet Quarterius Londonensis*, in Charta Henrici Regis Angliæ ann. 1155. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. v. Adde Chartam ann. 1181. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 133. aliam an. 1127. ibid. col. 157. aliam an. 1255. to. 4. Hist. Harcur. p. 1352. Vide *Quarterium* 4.

QUARTERIZATIO, Poena reorum læsæ Majestatis apud Anglos, quibus capite minutis, eorum corpus in quatuor partes secatur, eæque variis in locis exponuntur. Thomas Walsinghamus in Ricardo II. *Auditum & confessum turpissima scelera, traditioni, suspendio, decollationi, exenterationi & Quarterizationi, ut usu vulgari loquar, adjudicavit.* [Vossius lib. 4. de Vitiis sermonis c. 18. habet ex eodem Walsinghamo: *Adjudicatus est tractioni, suspensioni, exentricationi, combustioni interiorum, decapitationi & Quaternizationi.* Tum ex eod. in Hypodigmate Neustriae p. 508. *Expost decapitatus & Quaternizatus est.*] Idem ann. 1306. *Cujus caput Londoniis in loco eminenti figitur super palum, corpus vero in Scotiam transmissum est in Quartas, qua ad aliorum terrorem in diversis urbibus suspenduntur.* Adde p. 354. extr. Sententia edita in Hugonem Dispensatorem ann. 1326. apud Henricum Knyghtonem: *Et com treitour estes trouvé, par que y vous serez treynez, Quartereez, & envoyé parmi le realme.* [Vide *Quarteriare*, *Quarterium* 1. & *Quarterizare*.]

¶ **QUARTERNUS**, Gall. *Cayer*. Vide in *Quaternio*.

¶ **QUARTERO**, Quarta pars libræ, Gall. *Quarteron*. Processus de B. Petro Luxemb. to. 1. SS. Julii p. 591. *Ponderis unius Quarteronis. Quartero terra*, Quarta pars jugeri, in Charta ann. 1177. ex Archivo abbatiæ Buzerii.

¶ **QUARTEROLA**, Quarta pars sextarii, ut interpretantur Bollandistæ. Vita S. Zitæ, tom. 3. Aprilis pag. 523. *Vovit dare . . . omni anno . . . ad luminariam ipsius Virginis unam Quarterolam de bono oleo.* Italis *Quarteruola* pars est quarta modii. Vide supra *Quartarola*.

¶ 1. **QUARTERONUS**, Gall. *Quarteron*, Quinque & viginti, quarta pars centenarii numeti. Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiod. de magno pondere Autissiodorensi: *Magnum pondus Autissiod. est ligium Comitum. Quicumque ponderat centum, debet duos den. scil. unum den. à venditore & alium ab emptore; & Quarteronus debet unum obolum ab emptore & unum ob. à venditore.* Charta Trevoltiensis an. 1250. *Antoniæ Brodier de Bono-campo legat Antonia uxori suæ x. florenos moneta Sabaudia, 1. vaccam, & anno quolibet sex bichetos frumenti . . . unum Quarteronum petasonis, hoc est, 25. libras carnis porcinae.*

¶ 2. **QUARTERONUS**, Modus agri, idem ac *Quarteria* 1. Terragium Bellijoci: *Super duabus tertiis partibus cujusdam terræ continentis quinque Quarteronos.* Infra sumitur pro mensura frumentaria: *Debere constituentur dimidium Quarteronum avena.* In pago Bellijocensi *Quarteronus* tantum valet quan-

V u u ij

rum *Bichetus dimidiatus*. Ut aliarum mensurarum, sic *Quarteroni* varia est capacitas diversis in locis. Vide supra *Modius* col. 861. art. *Compendium*, col. 862. art. *Reffons*, necnon voces *Quartaronus*, *Quarteria* 2. *Quarterio* 2. *Quarterium* 4. & *Quarterius* 1.

¶ QUARTERUS, Quarta pars jugeri. Charta ann. 1208. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 100. *Pratum de Lamesseria*, quod continet circiter tres *Quarteros*, monialibus de *Fontanis* dedi in perpetuum. Alia an. 1264. ex Archivo *Resbacensi*: *Noverint universi nos tenere ab ecclesia Resbac. terram des Effarts usque ad undecim Quarteros continentem*. Vide *Quarterius* 1.

¶ QUARTEYRONUM, Mensura frumentaria. Vide *Carteyronum*. Mensura vinaria. Vide *Quartale vini*.

¶ QUARTIATA, contr. pro *Quarteriata*. Testament. Guillelmi D. Montispeffulani ann. 1146. to. 9. Spicil. Acher. p. 141. *Et dono huic Ecclesie ... septem Quartiatas de vineis in vineo, quod vocatur Maranegues.*

¶ QUARTIDECIMANI. Vide *Quartadecimani*.

¶ QUARTILATUS, In quatuor partes divisus, ex *Gastico Escartelé*: vox in insignium descriptionibus nota. *Henr. de Knyghton* ann. 1347. *Vexilla Regis Anglia Quartilata de armis Anglia & Francia elevantes*. [Vide *Cotuca*.]

¶ QUARTINUM, Species vasis vinarii. Statuta *Masil.* lib. 1. cap. 39. §. 3. ubi de mensuris vinariis: *Liceat tamen unicuique persona habere Quartinum & medium Quartinum secum infra domum suam*. Eadem, ut puto, notione Statuta *Vercell.* lib. 4. fol. 57. recto: *Ferrarius vero pro suo labore habeat à qualibet singulari persona ... pro quolibet quartarone & medio quartarone, & Quartina & Quartino deligno, & quarto & Quartina cupo, & medio cupo, & pro qualibet mensura de ferro vel aramo, stera, balantia & similia denarios sex Pap. & non ultra.*

¶ QUARTIRIZARE, In quatuor partes dilaniare, discindere, quadratim dissecare, *Gallis Ecarteler*, Poena læsæ majestatis. *Chronicon Anglicum Thomæ Otterbourne* pag. 222. *Tractus fuit ut proditor, exenteratus (exenteratus,) ejus intestinis combustis suspensus, decapitatus & Quartirizatus*. Vide *Quarterizatio*.

¶ QUARTISCHISMA, unica voce, Quartum schisma, seu schismata quatuor. Acta *Pisis* inter *Carolum de Malatestis & Cardinales* apud *Martenium* tom. 7. *Ampliff. Collect.* col. 1067. *Unde Quartischisma pro trischismate fieret.*

¶ QUARTISINA, Pensio quartæ partis. Charta *Lotharii Imp.* in *Actis SS. Junii* to. 5. p. 485. *Hæc omnia ipsis Ecclesiis confirmamus cum terris, vineis, pratis, ripis, teloneis, Quartisinis, decimis, &c.* Vide *Quatisonia*.

¶ QUARTISIUM, Quarta pars bonorum, quæ uxori à marito ex *Lege Longobardorum* concedi poterat, in Testamento ann. 1193. apud *Murator. delle Antic. Estensi* pag. 365. Idem quod aliis dicitur *Morganegiba*. Vide in hac voce.

¶ 1. QUARTO, Quarta pars. *Debetur Quarto unius caponis & unus denarius de caponagio*, in *Chartulario S. Martini Pontifarenfis*. Charta an. 1030. ex *Archivo S. Victoris Massil.* armar. *Forojul.* num. 1. *Ego Atenulfus, filius Biluldis, Quartonem, hoc est, quartam partem, quæ vocatur Tavernas, reddimus S. Victori ... post hæc nullam partem, nullamque bailiam, neque omnino quicquam habemus in ipso dicto Quartone*. Hic agitur, ni me fallo, de quarta parte villæ seu prædii. Vide *Quartonus* 2.

¶ 2. QUARTO, Quarta pars libræ, *Gall. Quarteron*. *Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric.* tom. 3. SS. *Junii* pag. LXXIX. *Teneantur duo cerei in Missa, quilibet de uno Quartone*. *Capitulum generale MS. S. Victoris Massil.* *Dum infirmi fuerint in convalescentia, postquam conceduntur eis carnes ... debet inter duos monachos unum Quartonem mutonis cum media libra carniū salsarum; quod si solus fuerit, medietatem Quartonis cum quarta parte libræ carniū salsarum.*

¶ 3. QUARTO, Parva mensura, &, nisi fallor, Quarta pars palmi. *Reparationes factæ in Senescallia Carcaffonæ* ann. 1435. è *MS. D. Lancelot*: *Item pro quinque stepis & quinque cabestris de coral, quilibet ex longitudine duarum cannarum: unius de taula & trium Quartonum d'espes, emptis precio VI. lib. II. sol. VI. d. tur. Item pro aliis XII. peciis vocatis agulhas de coral, qualibet longitudine XII. palmorum, & latitudine trium Quartonum pro faciendo martellum dicte Carcaffone.*

¶ 4. QUARTO, Mensura frumentaria. Charta *Guillelmi Bohent* an. 1332. ex *Archivo Marchionis de Flamarens*: *Debet ... unam quarteriam frumenti ad mensuram Quartonum, rendualem infra festum B. Michaelis.*

¶ 5. QUARTO, Mensura vinaria. *Antiq. Recogn. Caprer.* in *Regesto Probus* fol. 32. *Hares Petri Savel tenet de Comite III. sestar. terræ ad Messeris, & debet inde I. sestar. frumenti ad parvam mensuram, & I. sestar. frumenti ad magnam mensuram ... & I. Quartonem vini*. Recurrit fol. 33. Vide *Quartale vini*.

¶ 6. QUARTO, Modus agri vel vineæ, forte continens quartam partem jugeri. Charta *Scotiæ* ann. 1070. ex *Schedis Pr. de Mazaugues*: *Dono Quartonem in loco villa, quæ vulgo dicitur Peliciana, pro tortitudine, quam fecimus de alio Quartone.*

¶ 7. QUARTO, Præstatio quartæ partis fructuum ex agris, ac præfertim ex vineis provenientium, modo coacta, modo conventa, à dominis feudalibus interdum imminuta atque commutata in certam vini quantitatem, interdum etiam in certam pecuniæ summam. *Regestum Probus* fol. 30. *Albus Bovers tenet de Comite I. sestar. terræ & participes sui, & debent inde I. gallinam, & tenent VI. fossoratas vineæ ad Quartonem, unde dominus Comes percipit medietatem, quæ potest valere communibus annis I. somatam vini, & debent talliam*. Fol. 58. vo. *Nicholaus Rex tenet de Comite ... x. fossor. vin. ad Rouoschay ad Quartonem, qui potest valere communibus annis I. barallum vini per annum*. Ibidem fol. 59. *Petrus Cornuz tenet de Comite XIV. fossor. vini sub Piffies, & debet inde IV. den. census & Quartonem, qui potest valere communibus annis II. somm. vini*. Ibid. fol. vº. *Cullez tenet quandam vineam ad Quartonem, unde Comes capit tertiam partem, quæ potest valere communibus annis tertiam partem I. baralli*. Rursus ibidem: *Johannes Ribaudus & Bonetus Ribauz ... tenent IX. fossor. vini & Comes percipit ibi Quartonem, & debent talliam, & dictus Quarto valet communibus annis I. asmatam vini*. *Libertates Moirencii* ann. 1164. & 1209. tom. 1. *Hist. Dalphin.* pag. 16. col. 2. *Si Dominus vinum suum vendere voluerit ... erit vinum illud de propriis vineis & de Quartone, non de empto, non de donato, non de commodato*. *Acquisitio* ann. 1293. ibid. pag. 35. col. 2. *Focagiis, fenatagiis, servitiis, censibus, taschiis, Quartonibus, fenagiis, bannis, justitiis, &c.* Charta ann. 1342. ibid. pag. 84. col. 1. *Item dedit & assignavit, ut supra, Quartones castellanæ Belimontis, qui valere dicuntur annuatim 40. flor.* *Accensamentum vineæ Quartoneriæ* apud *Vivum* ann.

1248. ibidem pag. 96. *D. Odo Alamanni & Ugo de Grangiis dederunt Juveneto de Hospitali clerico sub annuo censu unius sextarii frumenti censualis, & pro quatuor solidis de placito, & pro novem denariis censualibus, quos denarios novem censuales prius faciebat, quamdam vineam prius Quartoneriam, ut ipsam amodo teneat & habeat dictus Juvenetus sine Quartone pro dict. censu & placito.* Hic locus probat, quod primum dixi, Quartonem aliquando in certam pecuniæ summam, seu in certos census fuisse commutatam. Illud quoque hic observandum vineas quartonerias, ex quibus Quarto percipiebatur, aliis interdum oneribus, puta censibus pecuniariis, obnoxias fuisse, pro novem denariis censualibus, quos... prius faciebat. Donatio Regis Ludovici, Comitis Provinciæ Fulconi de Agoulto an. 1349. ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Item & servitia, Quartones & cinquenaria racemorum, qua dicta curia percipit, & percipere est consueta, in civitate & territorio Sistarici.* Donatio ann. 1317. tom. 2. Histor. Dalph. pag. 166. col. 1. *Censibus, taschiis, feudis, terragiis, Quartonibus, cinquenis, seysenis, vintenens, ripagiis, &c.* Vide novam Gall. Christ. to. 3. col. 1079. & 1222. & supra Quartagium, Quarta 6. Quartonus 3. Quartus & Carto 1. Qua in postrema voce non satis considerate suppositum est, hanc Cartonem exactionem semper coactam fuisse & iniquam. Verum quidem est, à dominis feudalibus aliquando, præter jus & æquum, extortum fuisse Cartonem; at sæpius illum exigebant, quod ea conditione vineas aut agros tenentibus concederent, ut quartam redderent partem fructuum in iis nascentium. Hujus quippe præstationis aut exactionis ea grigo est, ut videtur, mos ille antiquus, quo domini feudales silvas & alia loca inculta tenentibus excolenda concedebant ea conditione, ut ex iis excultis quartam fructuum partem perciperent: quocirca è locis etiam concessis nihil percipiebant, usque dum fructus inde nascerentur. Id suadent Antiquæ Recogn. Revell. Vienn. in sæpe laudato Regesto Probus fol. 57. *Humbertus Bufavenz est homo ligius Comitis... & tenet medietatem hayarum ad Quartonem, sed nondum essertantur.* Fol. 58. *Petrus de Vienna... tenet medietatem hayarum ad Quartonem, sed nondum essertantur.* Id est nondum sunt excultæ, ut suum Quartonem, de quo conventum est, inde percipere queat dominus Comes. Vide Complantare.

Vinearum non ita proprius fuit Quarto, quin etiam aliquando perceptus sit ex agris arabilibus. Antiq. Recogn. Albæ-ripæ in eodem Regesto Probus fol. 67. *Biancus Garners, Petrus & Bonardus Paverii... tenent 111. sestiar. terra sub Claunas, & debent inde v. solidos census & Quartonem in duabus partibus dicta terra, qui potest valere communibus annis 111. mayteriatas siliginis per annum.*

8. QUARTO, Quarta pars decimarum vel reddituum Ecclesiæ. Charta Guillelmi Biterr. Episc. qua Monasterio Gellonensi confirmat Ecclesiam S. Vincentii de Popiano an. 1152. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 6. col. 138. *Concedimus Ecclesiæ S. Guillelmi, salva obedientia & reverentia Ecclesiæ Biterrensis, & omni jure consuetudinario, quod in aliis Ecclesiis nostri episcopatus nostri antecessores habuisse videntur.* Bulla Adriani IV. PP. circiter ann. 1156. pro Priori Cassianensi, ibidem: *Cum autem inter te & venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Biterrensem Episcopum de quadam Ecclesia controversia verteretur, & ipsa in Ecclesiis tuis per suam diocesim constitutis Quartones de jure sibi peteret episcopali conferri... talis inter vos compositio facta est utriusque*

partis assensu firmata, &c. Et col. 139. *De Quartis vero portionibus, quas in iisdem Ecclesiis (Episcopus,) duo modii frumenti ad Biterrensem mensuram singulis annis à Cassianensi Ecclesia ei ejusque successoribus sine contrarietate aliqua persolventur.* Vide Quarta Ecclesiarum in Quarta 6.

9. QUARTO, f. pro Quarro, Ductor carri, Gall. Charretier, quibusdam Gallo-Flandris Charron. Testamentum Bernardi Comitis Armaniaci an. 1302. tom. 1. Ampliff. Coll. Marten. col. 1409. *Item, legamus militibus, scutiferis, clericis, solmentariis & Quartonibus hospicii nostri, qui in isto viagio nobiscum sunt, pro servitio nostro laborant... duo millia libras Tur. dividendas inter predictos milites, domicellos, clericos, solmentarios, Quartones, &c.*
- QUARTODECIMANI. Vide Quartadecimani.
- QUARTOLA, Quarta pars, ut videtur. Charta an. 1001. apud Mabillon. lib. 5. de Re Diplom. pag. 446. *Duabus partibus possidet Johanne & Petro de Raberto de Arimino germanis, seu à tertiola vinea possidet Paulo de Romano & Hermensfredo germanis, atque à Quartola curticella juris monasterii S. Johannis Evangeliste.* Vide Quartula 1.
- QUARTONATA TERRÆ, Agri portio unius cartonis frumenti redditus, ut supra Cangius exponit in Cartonata terra, vel forte in quo unus carto frumenti seminari potest.
- QUARTONERIA VINEA, Quæ quartoni obnoxia est. Vide in Quarto 7.
1. QUARTONUS, Mensura frumentaria. Saisimentum Comitatus Tolosæ ann. 1271. apud Lafaille in Probat. Annal. Tolos. pag. 18. *Communitas dicti loci debet dicto domino Regi... unum Quartonum avenæ annuatim... & unam eminam frumenti.*
2. QUARTONUS, Quarta pars. Venditio vineæ ann. circiter 1048. *Itaque quia ipse Quartonus, sicut tres alie partes, S. Victoris Massiliensis urbis monasterii erat... donamus... totum ipsum Quartonum... & sic postmodum fiat una villa coadunato ipso Quartone.* Vide Quarto 1.
3. QUARTONUS, Idem quod Quarto 7. Concordia inter Hugonem Archiep. Arelat. & Raymondum Comitem Tolos. ann. 1224. è Schedis Præsidis de Mazaugues: *Prædictas paludes jam desiccatas & ad culturam redactas, quibus voluerunt ad Quartonum & decimas concesserant & tradiderant in acapitum.*
- QUARTRONA, Modus agri, ut videtur, f. idem quod Quarteria 1. Charta an. circiter 1483. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 360. *Habituit unam Quartronam communem in feodo, ex feoffamento Nicholai filii Nicholai le Cotiler, &c.*
- QUARTRONUS, Quarta pars libræ, Gall. Quarteron. Charta Edwardi III. Regis Angl. an. 1328. apud Rymer. tom. 4. pag. 362. *Quilibet possit habere stateram unius Quartroni.*
- QUARTUCCIA, Tuscanis, Quarta pars flasconis seu œnophori. Acta B. Guillelmi Erem. Xiclenfis, to. 1. Aprilis pag. 380. *Votum fecit serendi ad lampadem B. Guillelmi duas Quartuccias olei.*
1. QUARTULA, Modus agri, idem, ut videtur, qui Mansus. Charta ann. 6. Caroli Reg. apud Mabillonium to. 2. Annal. Benedict. pag. 747. col. 1. *Mansellum illud, quod Haimo & Walannus fratres S. Martino tradiderunt in prædicto pago... & Quartulam prope jam dictum monasterium, quam Dabaudus jam dudum habuit, cum omnibus ad præfatos mansellos pertinentibus, scilicet vineis, terris cultis & incultis, vel commanensibus, necnon & pratis & pascuis, exitibus & redditibus.* Vide Quartula.

- ¶ 2. **QUARTULA**, Charta, instrumentum, scriptura. Statuta Regni Neapolitani de jure quartæ art. 1. *Dos & quarta, seu quarta pars, peti non possunt absque instrumento dotali & instrumento, quod Neapoli Quartula nuncupatur.* Vocem hanc non à Charta seu Chartula deduco, sed à Quarta, seu quarta parte bonorum, quam maritus uxori concedit pro nuptiis. Pro Chartula legitur supra in Quarta 9.
- ¶ **QUARTUM**, Quarta pars, &c. Vide mox Quartus 2. & infra Quintum 2.
- ¶ **QUARTURUM**, Gall. *Quarteron*, Quarta pars, in Chartulario Kemperlegiensi.
- ¶ 1. **QUARTUS**, Quadrans, nisi me fallo, seu moneta minutior. Statuta Montis-regalis pag. 23. *Item statuerunt, quod pro quocunque aresto seu gagio aut precepto fiendo de catero per familiares curiæ suæ... habeant Quartos tres... sed si irent ad pignorandum, gagiandum seu arestandum pro pluribus, eo casu solum habeant, & habere possint & debeant Quartos duos pro quolibet pignore, aresto seu precepto.* Vide Quartarolus 1.
2. **QUARTUS**. Historia Abbatia Condomenfis pag. 465. *Tributum quoque quod reddit Ecclesia, tale est: duo Quarti reddunt unusquisque nummos 12. panes 8. annonæ concas 4. vini sextarios 2. convivium semel in anno domino suo cum 8. hominibus. Tertius vero Quartus similiter excepto prandio: nam quartus libere reddit B. Petro culturam unam in villa S. Medardi: casalem unum in isto burgo pignore datum pro 100. solid. Ubi Quartus videtur esse modus agri, [ut & in Tabulario Absienfi, ubi habetur: Dedi... quicquid habebam in proprio, medietatem scilicet unius Quarti in duabus partibus terræ Villa-novæ. Vide Quartarium, Quarteria 1. Quarterium 3. & Quarterius 1.]*
- Nescio an huc pertineat, quod habet Tabularium Ecclesiæ Cadurcensis: *Exit autem de manso illo unum prandium in Natali Domini, & 1. aries in Pascha & medietas de Quarto, & aliud servitium, quale volueris. Fecerunt hanc pactionem, ut sic Vicarius, qui aliam medietatem Quarti possidebat, &c. ... si aliquid injuste abstuli de honore S. Stephani de Quarto absolvo, &c. Ibidem: Una bordaria in valle Sivrano, de qua exeunt per annum 16. denarii, & Quartam partem omnium quartandarum rerum.*
- ¶ Ex hoc postremo loco colligimus, Quartum nihil aliud esse, saltem in Tabulario Ecclesiæ Cadurcensis, quam Quartonem seu quartam partem fructuum, quam domini percipiebant è terris, ac potissimum ex vineis, quas tenentibus ea conditione colendas concedebant, ut quartam fructuum partem inde redderent. Hanc notionem firmant, Fundatio Prioratus Barbezilli inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 270. *In hac terra mainaverunt monachi rusticos, qui reddunt eis Quartum terra & obli.* Charta ann. 1153. in Probat. novæ Histor. Occitan. tom. 2. col. 548. *In medietate Quarti & decimarum, quam habemus in hoc manso, damus eidem Hospitali tertiam partem.* Charta ann. 1251. *Damus omnipotenti Deo & S. Mariae matri ejus & toti Capitulo S. Nazarii Carcassona... censum annualem, tres solidos Hugonenses, Quartos, quintos, agrerios, tascas, medios, Quartos, tertiarios, census, usaticos, &c. Pactum inter Jacobum Aragon. Regem Montisque Pessulani Dominum & Berengarium Magalonæ Episc. ann. 1272. Est etiam sciendum quod de supra dictis ab utraque parte excipiuntur usatica, laudimia, consilia, Quarti, quinti, sexeni, septeni, octavi, feuda, fenalia, alberga, boyramia & alia servitia, seu jura, quæ ad jurisdictionem aliquam, seu merum vel mixtum imperium non pertinent.* Chartularium Camalariense: *Ad Verenas est unus mansus, qui reddit*

- meissos, Quartum & recetum.* Rotulus sæculi xii. de Prioratu S. Pauli de Tartas ex Archivo Monasterii de Casa Dei: *Dono... duos mansos, quos habebam in villa... & Quartum terra & duos receptos cum tribus militibus.* Hoc est, ut interpretor, Quartam partem fructuum, quam ex terra percipiebam. Testamentum an. 1102. Marcæ Hispan. col. 1225. *Item dimitto ad suprascriptum locum S. Mariae Cornelianæ omnes meos dominicos olivarios, quos habeo in suprascripta villa, & ipsos Quartos de ipsis olivariis ejusdem ville ad luminaria omni tempore.* Hinc
- AD **QUARTUM EXCOLERF.** Charta Abbatis Moissiac. an. 1212. in Regesto Carcassonensi: *Non habebit illam vicesimam in illis, quæ excoluntur ad Quartum vel quintum.* Id est cujus colonus, quartam vel quintam partem fructuum domino præstat.
- ¶ **QUARTUS**, pro Quater. Recogn. Albæ-ripæ in Regesto Probus fol. 67. *Debet habere de Comite ille, qui solvit ea, Quartus cibum suum.* Infra: *Debet habere cibum suum Quater, quando ea reddit.*
- QUARTUS SCHOLÆ**, Qui, ut est in Ordine Romano, semper nuntiabat Pontifici de cantoribus, adstans ante faciem Pontificis, & nutum ejus ad psallendum expectans. Idem alio loco Archiparaphonista nuncupatur, quod Paraphonistis, seu Cantoribus præflet.
- ¶ **QUARURA**, Lapidicina, Gall. *Quarriere.* Charta Henrici Regis Angl. tom. 4. Historiæ Harcur. pag. 1468. *De lapidicina seu Quaruris prope eandem villam.* Supra habetur *Quarrella*, sicque mallem legere.
- ¶ **QUASAMENTUS**, Idem quod Casamentum 1: Feudum vel prædium, quod à Casa dominica dependet. Charta xii. circiter sæculi è Tabulario S. Petri de Cella-froini in pago Engolism. *Dono atque concedo... illas terras & illos Quasamentos, quos dabunt illi, qui de me & de meo genere debent habere.*
- ¶ **QUASARE**, pro Coaxare. Vide Quaxare.
- ¶ **QUASILLARIUS**, *Φιλοποιός*, in Glossis Lat. Gr. Perperam in aliis: *Quasillarius, φιλοποιός.* Recte in Græco-Latinis: *Κοφινοποιός, Quasillarius, Qui quasillos facit seu parvos qualos.* Hinc *Quasillaria*, Lanifica, quæ lanam in quasillo reponit ad laborem. Petronius cap. 132. *Convocat omnes Quasillarias familiaque sordidissimam partem.* Vide Scaligerum ad librum 4. Tibulli & Martinium in Lexico.
- ¶ **QUASITAS**, Ignota vox &, ut videtur, mendosa. Vide in *Usupelliones*.
- ¶ **QUASQUUM**, Clamor ranæ. Vide Quaxare.
- ¶ **QUASSARE**, Irritum facere, abrogare, *Casser*, annuller, in Placito ann. 1119. in Probat. novæ Histor. Occitan. col. 411. Charta Henrici Regis Angl. ann. 1155. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. v 11. ad calcem, in alia Lucianæ Abbatissæ Farenfis an. 1168. ex Archivo ejusdem Parthenonis: *Si quis hanc nostram institutionem Quassare præsumserit, &c.* Occurrit in alia Ludovici Junioris ann. 1169. ex Chartulario S. Vandregesili to. 2. p. 1657. & alibi passim. Vide *Cassare* 2.
- ¶ **QUASSUM**, Fragile, quod quati facile potest. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Quassum, σαβρόν, σαβανόν*, lege *σαβανόν*. Interpres S. Irenæi lib. 4. cap. 32. num. 1. *Et propter hoc hi, qui alias doctrinas inferunt, abscondunt à nobis quam habent ipsi de Deo sententiam, scientes Quassum & futile doctrina sua, & timentes, ne victi salvari periclitentur.*
- ¶ **QUASTILLARIUS**. Vide *Quasillarius*.
- ¶ **QUATERDENA**, Quadragesima. Vita S. Petri Cœlestini PP. tom. 4. SS. Maii pag. 454. *Sexque Quaterdenas addens, qua fortius omnem*

Ingluviem superare queat, carnemque refranet.

- ¶ **QUATERIA**, pro *Quarteria*, Mensura aridorum. Transactio inter Abbatem & Monachos Crassenses an. 1351. ex libro viridi fol. 53. *Dat... unam Quateriam fabbarum pro freziis in conventu preparandis. Vide Quarteria 2.*
- ¶ **QUATERIUM**, pro *Quarterium*, Quarta pars. Parvum Chartul. S. Victoris Massil. fol. 150. *De Quateriis cervorum, vel aprorum, vel aliarum venationum, &c.*
- ¶ **QUATERNALES & Ternales** inter navium armamenta numerantur in Informationibus Civitatis Massil. de passagio transmarino è MS. Sangermanensi.
- ¶ **QUATERNALIS ALBUS**, Argentæ monetæ species in Dalphinatu, de qua sic Humbertus II. in Ordinatione ann. 1342. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 420. *Item, Quaternales albos ad unum denarium & sexdecim granos de liga argenti fini & de pondere quindecim solidorum & trium denariorum pro marcha ad remedium de liga duorum granorum, & ad remedium ponderis duorum denariorum pro marcha, & detur mercatoribus & nobis, ut supra.*
- ¶ **QUATERNANUM FEUDUM**. Vide *Feuda quaternana in Feudum.*
- ¶ **QUATERNARE**. Vide *Quaternus in Quaternio 1.*
- ¶ **1. QUATERNARIA**, Species supellectilis ecclesiæ. Agnellus in Vita S. Sergii apud Murator. tom. 2. pag. 174. col. 2. *Abstulit reliquias, quas non potuerunt sic citius occultare, ex auro balantias novem, vascula argentea plurima, coclearia argentea tractoria, Quaternaria una, & diversas alias aureas & argenteas species.*
- ¶ **2. QUATERNARIA**, Modus agri. Concordatum Willelmi Abb. S. Remigii Senon. cum Auvalone Domino Castri Sigliniaci, xii. sæc. è MS. Pontiniacensi: *Terras vero arabiles S. Remigii, excepta Quaternaria quam idem Auvale habet in feudo, dabit major Sancti aut ministri ad plantandum in censum, arpennum pro sex denariis. Vide Quarteria 1.*
- ¶ **QUATERNATA VESTIS**, Quatuor quadrata lateribus, undique corpus ambiens. Turnebus lib. 14. Adversariorum cap. 19.
- ¶ **QUATERNATIM**, *Per quaternos.* Joh. de Janua.
- ¶ **QUATERNATIO**, Quaternarius numerus, apud veterem Interpretem S. Irenæi lib. 1. cap. 1. & alibi; τετρακτὴς vel τετρας ipsi Irenæo.
- ¶ **QUATERNATUM FEUDUM**. Vide *Feuda quaternana in voce Feudum.*
- 1. QUATERNIO**, **QUATERNUS**, **QUATERNUNCULUS**, Chartæ invicem compactæ, nostris *Cahier: Cuern*, in Chronico Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. cap. 30. Alcuinus Poëmate 7.
*Plurima hic Prasul paravit signa stupendus,
Quæ nunc in chartis scribuntur rite Quadratis.*
Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 16. *Misit... Quaternionem omnem seriem Sandrati tenentem.* Vide ibi Goldastum. Rabanus Epist. ad Hincmarum: *Prudentius Trecaffina civitatis Episcopus plura testimonia prateritorum patrum in Quaternionibus suis collegit.* Hincmarus Laudun. Episc. *Vos quoque in Quaternionibus Pistis Regi datis hoc Capitulum integrus ita posuistis.* Vide pag. 614. 637. *Quaterniones curia*, i. Regesta, apud Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 63. 66. τετραδες, *Quaterniones*, in VI. Synodo act. 3. in Synodo VII. act. 3. & apud S. Antiochum Homil. 26. τετραδία, in VI. Synodo act. 11. & in VII. act. 1. Gloss. Græc. Lat. τετραδίων, *Quaternio*. In τετραδία divisi fuerunt libri Nestorii Patr. CP. quæ interpreti *Quaterniones* dicuntur, in

Concilio Ephesino part. 2. act. 1. [Vide *Quinio*.]
CATERNIO. Gregorius Tur. lib. 5. cap. 18. *Transmittimus librum Canonum, in quo erat Caternio novus adnexus, habens Canones quasi Apostolicos, &c.*

QUATERNIUM dixit Hubertus in Vita S. Gudilæ Virginis in Prologo.

QUATERNUM, Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 64. 66. Reynerus contra Wald. cap. 6. pag. 77. Nicolaus Episcop. Andegav. in Statutis Synodalibus. [Occurrunt voces *Quaternum* vel *Quaternus*, in Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1743. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1585. tom. 4. col. 953. 978. 980. in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 95. tom. 2. pag. 273. 277. in Constitutio-nibus Jacobi Regis Siciliae cap. 13. & 57. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. 747. in Statutis Astensibus pag. 69. Statutis Cadubrii lib. 1. cap. 11. lib. 2. cap. 26. in Bullario Carmelitano pag. 240. 248. & alibi.]

QUATERNUS, [Johanni de Janua, ubi quatuor quarte (Chartæ) seu octo folia; unde hic *Quaternulus* dimin. & *Quaternare*, *Quaternos* facere, vel *quaternum*, vel *quaternis* distinguere, vel ordinare.] Petrus Blesens. Epist. 19. *Quinque hujus novi operis Quaternos mitto.* Utitur & Epist. 101. ut & Concilium Ravennense ann. 1317. c. 15. & Constitut. Ord. Prædic. dist. 2. cap. 14.

CATERNUS, in Statutis Massiliensium MSS. *Prout est computatum & distinctum in Caterno curia.* Lucas Archiepisc. Cusentinus in Vita B. Joachimi: *Diu notuque scribebant in Caterno, in quo ipse dictabat. Cæterne*, apud Andegavenses. In Regesto Ludovici Regis Siciliae fol. 30. hæc habentur: *Copie de l'original du Cæterne pour le fait du Martellaige de la Comté du Maine.* Provinciales & Delphinates utuntur eadem notione voce *Cadastre*, de qua quædam attigit Menægius.

¶ **QUATERNULUS**. Decreta Synodi Paris. an. 1210. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 166. *Quaternuli magistri David de Dinant infra Natale Episcopo Parisiensi asserantur & comburantur.* Occurrit in Chronico Windesem. in voce *Petra* laudato.

QUATERNUNCULUS, & **QUATERNIUNCULUS**. Hugo Flaviniacensis in Chronic. Virdun. *Invenit in ipsa Ecclesia Quaternunculos de Vita S. Sanctini, sed valde contritos.* Carolus C. Rex apud Hincmarum: *Quia necessitate cogente, prolixius respondere compulsi sumus, contra morem nostrum, in Quaterniunculo annulo nostro signato responsionem nostram scribere necessarium duximus.* Adde Concil. Duziacense I. part. 2. cap. 17.

2. QUATERNIO, Qui quartæ militaris vel urbicæ centuriæ præest, Gallis *Quartenier*. Walafridus Strabo lib. de Rebus Eccles. pag. 35. *Decani, vel Decuriones, Quaterniones, Duumviri, &c.* [Joh. de Janua: *Quaternio*, qui quatuor milites habet sub se; unde in Actibus Apost. cap. 12. Tradens eum quatuor Quaternionibus militum custodiendum. *Quidam proferunt Quaternio pro Quaterno sed falso.* Hanc sententiam amplectuntur aliquot interpretes; sed melius alii numerum intelligunt quorumvis militum quaternarium, ut suadet vox τετραδίων, quæ legitur in textu Græco. Id confirmat versio Syriaca, quæ 16. habet milites, non quatuor tantum.]

¶ **QUATERNITAS**, Quaternarius numerus, apud Pomponium Latum & recentiores, præsertim Scholasticos Theologos.

¶ **QUATERNIZARE**, In quatuor partes dividere, Gall. *Ecarteler*. Vide *Quarterizatio*.

1. QUATERNUM, *Lignum in quatuor partes fissum,*

- Petro de Crescentiis lib. 5. de Agricult. p. 267.
- ¶ 2. QUATERNUM, vel QUATERNUS, Chartæ compactæ, Gall. *Cahier*. Vide in *Quaternio* 1.
- ¶ 3. QUATERNUM FEUDUM. Vide *Feuda quaternana* in voce *Feudum*.
- ¶ QUATERVIGINTI, Gall. *Quatre-vingt*, Octoginta, apud Thomam *Madox*, Formul. Anglic. pag. 141. & Rymerum tom. 5. pag. 326.
- ¶ QUATILIS, f. Cautus. Bulla Clementis V. PP. an. 1312. qua extinctorum Templi Militum bona & jura transfert ad Milites S. Johannis Hierosol. inter horum Privilegia pag. 105. *De provisa & Quatili eorumdem locorum unione & translatione, &c.*
- ¶ QUATISONIA, Idem quod supra *Quartifina*, Penfitatio quartæ partis. Charta Lotharii Imp. in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 485. *Cum vineis, terris, silvis... cum ritratibus, tallonariis, Quatisoniis & cum omnibus ad prædicta loca pertinentibus*. Pro ritratibus puto legendum *riparibus*, ut in alia simili Charta ibidem habetur, ubi etiam pro tallonariis melius legitur *teloneis*.
- ¶ QUATRANS, pro *Quadrans*. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Quatrans*, Τριούριον.
- QUATRARIA, Lapidicina. Vide *Quadraria*.
- ¶ QUATRICENTUM, Quadringenti, *Quatrecent*. Gesta Manfredi & Conradi Regum apud Muratorium tom. 8. col. 614. *Cum ducentum Hispanis, totidem Theutonicis & Quatricentum Turcis stipendariis*.
- ¶ QUATRIDUANUS, *Quatuor habens dies*, Joh. de Janua. Occurrit Joan. 11. 39. ubi de Lazaro jam à quatuor diebus vita functo sermo est.
- ¶ QUATRIGA, pro *Quadriga*, in Charta an. 1231. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 119. *Equos, jumenta, asinos vel Quatrigas burgensium... capi nullatenus permittemus*. Cl. Editor intelligit aratra; malim carros, quibus magis proprie convenit vocis *quadrigæ* notio, quam aratris.
- ¶ QUATRIPERTIRE, Idem quod *Quadrupertire*, In quatuor partes dividere. Elmhamus in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 122. *Sicque quatuor custodias exercitus regulis Quatripertit*.
- ¶ QUATRIPES, ut *Quadrupes*, in Miraculis S. Cataldi Episc. tom. 2. Maii pag. 574.
- ¶ QUATRIVIOLOM, *Quadrivium*. Charta ann. 1342. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 446. col. 1. *Ad iter tendens de civitate Gratianopoli versus Montem-Bonoudum usque ad Quatriviolum, & ab ipso Quadriviolo procedendo per ipsum iter Montis-Bonoudi, &c.*
- ¶ QUATRIVIUM, ut supra *Quadrivium*, Quatuor artes liberales. Vita S. Brunonis Episc. to. 4. Julii pag. 479. *Postquam vero non solum trivii, sed etiam Quatrivii scientiam cælestis gratiæ munere affecutus est, &c.*
- QUATRONCHIA, Mensuræ frumentariæ species. *Quatronchia frumenti*, in Charta Hugonis Ducis Burgundiæ pro Communia Coicheiensi an. 1253. apud Perardum.
- ¶ QUATRONUS, ut supra *Quarteronus*, *Quinque & viginti*. Literæ ann. 1342. apud Rymer. tom. 5. pag. 326. *Assignavimus eidem Willelmo quaterviginti & quinque saccos & tres Quatronos lana, hoc est, 75. libras supra 85. saccos*.
- QUATUOR-ANGULATILIS, Quatuor angulis constans. Auctor incertus inter Gromaticos: *Terminus si rotundus fuerit, & brevis, & de una parte in latus punctum habuerit, in fontem Quatuor-Angulatilem descendet*.
- ¶ QUATUORDECIMUS, QUATUOR DENARIUS,

- &c. Johannes de Janua: *Quattuordenus, Quattuordenarius, Quattuordecimus, Quartusdecimus; Quattuordeciis, Quattuorvicibus*.
- QUATUOR-TEMPORA. Vide *Jejunium vernale*. Auctor Græcisimi MS.
- Dant Crux, Lucia, Cineres Karismata dia, Ut sit in angaria Quarta sequens feria.*
- ¶ QUATUOR-VIGINTI, Gallice *Quatre-vingt*, Octoginta, in vet. Ceremoniali MS. B. Mariæ Deauratæ.
- ¶ QUAWARFEDA, pro *Cadarfreda*, in MS. Ambros. legi monet Murator. tom. 1. part. 2. pag. 78. col. 2.
- ¶ QUAXARE, Coaxare. Festus: *Quaxare rana dicuntur, cum vocem mittunt*. Johan. de Janua: *Quaxum vel Quasquum dicitur sonus ranarum; unde Quaxare vel Quassare dicuntur rana, cum voces emittunt, secundum Hugutionem*. Supplem. Antiquarii: *Quasat, εἶπεν φωνῆ βῆτραχος, Cum rana clamat*.
- ¶ QUEIRRINUS, Lapis quadratus. Charta Massil. an. 1278. *Quem lapidem sive Queirrinum pro termino antiquo concorditer confirmaverunt*.
- ¶ QUELLE, *Φεγγών χαίται*, in Glossis Lat. Græc. Melius in Græco-Latinis *Quisquilia & Quisquilia*, & in Codice Sangerman. *Quisquilia, singulare non habet*.
- ¶ QUEMINEA, Gall. *Cheminée*, Caminus. Charta ann. 1309. tom. 1. Chartular. S. Vandregesili pag. 924. *Murum cum quadam Queminea ibidem construxerat*.
- ¶ QUEMINUM, vel QUEMINUS, Iter, via strata, Gall. *Chemin*, Picardis nostris *Quemin*. Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 1415. *Aboutat Quemino domini Regis. Queminum regale*, in Chartis ann. 1295. & 1298. ex Archivo Monasterii B. M. de Bono-nuncio Rotomag. Vide *Cheminus*.
- ¶ QUENULA, *Satureia*, apud Schilterum in Glossario Teutonico. Videtur esse vox Latino-barbara, ut & sequens
- ¶ QUERCA, Eidem Schiltero, *Chela, Gurgulio à gutture nomen traxit, cujus meatus ad os & nares contenditur*, ex Rabano de partibus corporis.
- QUERCIA, Quercus, Italis *Quercia*. Charta Rachisi Regis Longobard. apud Ughellum in Episcopis Clusinis: *Inde vero de terra Philippi recte in montecello ad ipsas Quercias, ubi sunt cruces factas desuper campo, ubi dicitur, &c.* Occurrit præterea apud Recuperium in Miraculis B. Ambrosii Senens. n. 138.
- ¶ QUERCULA. Charta Ludovici Regis Franc. an. 1267. inter Privilegia Militum S. Johannis Hierosol. pag. 32. *Præcipimus quod homines prædicti sui hospitalis sint liberi & quieti de exercitu & de equitatu, & de arboreo, pagio, pontagio, & passagio, & vinaigio, & stagio, de bassinis equorum, & de omnibus vexationibus, & de omnibus Querculis, placiviis auxiliis, & de tallacis, & de omnibus operationibus cunctarum castellanarum & villarum. Emendo Querculis. Vide mox Querela.*
- QUERELA, Idem quod *Causa*, actio, lis intentata, in Regiam Majest. lib. 1. cap. 8. §. 34. cap. 10. §. 1. cap. 13. §. 3. in Statutis secundis Roberti I. Reg. Scot. cap. 30. §. 1. &c. [Sic *Querelle* pro lite & *Querelles*, pro litigante dicitur in Stabilimentis S. Ludovici lib. 2. cap. 27. editionis de *Lauriere*: ubi notæ sunt consulendæ.]
- ¶ QUERELÆ, ut observat Kennettus in Glossario ad calcem Antiq. Ambrosd. quandoque dicta tributa Regi vel domino soluta pro obrinenda facultate *querelam* seu litem agendi in ejus curia; sæpius vero *querela* dicuntur mulctæ pro communibus delictis,

delictis, de quibus querela esse potest, impositæ; quarum immunitas haud raro concedebatur. Charta Henrici II. Regis Angl. in Antiq. laudatis pag. 123. *Præcipio vobis quod custodiatis & manuteneatis & protegatis terras & homines & omnes res & possessiones Bernardi de S. Walerico in ballivis vestris, sicut meas proprias . . . & terra sua sint quietæ de scyris & hundredis, & sectis scyrarum & hundredorum, & omnibus placitis & Querelis, exceptis muredredo & latrocinio.* Alia Charta ibid. pag. 403. *Henricus de Oili concessi & dedi ecclesie Dei & S. Maria de Egnesham quatuor hidas terra . . . liberæ & quietas ab omnibus Querelis, excepto muredredo & danegeldo.* Charta an. 1262. ex Archivo Monasterii B. M. de Bono-nuncio Rotomag. *Ego Floridus, dictus Golsbart de S. Walerico vendidi & concessi in perpetuum viris Religiosis, Priori & Conventui B. M. . . v. sol. & x. den . . . habendos & recipiendos . . . pacifice & hereditarie ad terminum suprædictum, cum omnibus redditibus & redeventiis & Querelis, quas à toto tenemento meo reddebam.*

QUERELÆ FORINSECÆ. Leges Canuti Regis de Forestis cap. 9. *Et sint quieti . . . ab omnibus armorum oneribus, quod Warscot Angli dicunt, & forinsecis Querelis.*

QUERELLES FIEFFAUX, in Consuet. Norman. cap. 48. 92. id est querelæ feudales, querelæ seu lites de feudis.

QUERELÆ, Preces, gemitus pii. Versus Eugenii Episc. Tolet. tom. 1. Annal. Benedict. p. 684.

*Cumque precum murmur ad propria fuderis intus,
Et gemitus toto prompsit ex animo;
Eugenium, quæso, propriis adjunge Querelis,
Sic culpis veniam possit habere suis.*

QUERELABUNDUS, Querulus. *Querelabundis cepit vocibus inquirere, in Vita S. Gregorii PP. tom. 2. Martii pag. 209.*

QUERELARE, Queri, *Se plaindre.* Ugutio: *Querelari, querimoniari, lamentari. Querelosus, querula plenus. Papias: Querelatur, querit, clamat, testatur.* Vetus Interpres Alexandri Tralliani Iatrosophistæ lib. 2. *passion. Et dicebat se mordicationem pati in ventre, & capitis dolorem se habere Querelabat.* [Arnobius] junior in Psalmum 76. *Memorans præterita bona, de malis presentibus Querelatur.* Chronicon Farfense: *Quidam in terra Paulus . . . Querelatus est Domino Karolo Regi . . . de Monasterio S. Angeli . . . dicens, quod de suis parentibus fuisset, & sibi pertineret. Italis Querelare, est accusare in judicio, dar querela, nomen deferre, diem dicere. Hac notione utitur Matth. Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 67. [& in Additamentis pag. 508. ubi: Si videatur eis quod pertineat (negotium) ad forum regium, Querelatur iudex: qui confiteatur se post interdictionem processisse, ameriatur. Placitum an. 867. è Tabulario S. Tiberii: Bonifindus Abbas . . . se Querelavit & dixit: Audite me Querelantem & proclamantem, &c. Thomas Walsingus in Hypodigmate Neustriæ pag. 481. Eligantur hinc inde arbitri, qui si provideant, quomodo Querelantibus satisfiat, & Rex Francia se obliget. Statuta criminalia Saonæ cap. 14. Si vero condemnatio fuerit minoris quantitatis dictarum librarum viginti . . . non possit ab ea appellari, Querellari, nec nulla dici, seu aliquatiter Querellari; sed omnino exequi debeat, nulla exceptione, seu defensione juris vel facti obstante. Concilium Avenion. ann. 1209. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 614. Tepidi sunt nimium & remissi ad justitiam coram se Querelantibus faciendam. Charta an. 1209. è Chartul. Meld. Querelabam contra G. Electum Meldensem es-*

Tom. V.

sarta & nemus, & quicquid juris emerat, &c. Literæ Philippi Franc. Regis an. 1338. apud de Lauriere tom. 2. Ordinat. pag. 128. num. 34. Statuimus quod post dimissionem dicti officii in illo loco, debeant per 50. dies . . . continue residere, & Querelantibus de ipsis habeant respondere, ut possint ipsi Querelantes facilius consequi jus suum contra eos. Hoc verbo usus est Servius in 1. Eclog. Virgillii: Postea eum Querelantem invenimus. Vide Querulari & Querulus.]

QUERELARI, Argui, corripere. Guido lib. 2. Discipl. Farf. c. 12. *Si aliquem talem invenerit dormientem, excitet eum: si cum gratiarum actione non recipit, in Capitulo Querelabitur. Nostris Quereller, est Verbis aut factis laceffere.*

QUERELATOR, Qui queritur, accusator, actor. Concilium Tulugienfe ann. 1065. can. 8. *Ita ut medietatem istius duplæ compositionis habeat Querelator, & alteram medietatem habeat Episcopus & ipse Comes. Vide Querela & Querelare.*

QUERELATUS, Persona de qua ostenditur querimonia justiciario, ut super hoc exhibeat jus, prout debet, in Codice Legum Norman. cap. 61. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 263. Occurrit ibid. pag. 67. Vide Querulatus.

QUERELOSITAS, Querela. Tabularium S. Albini Andegavensis: *Magnas gratias reddiderunt, eo quod ipsorum Querelositati & murmurationi, quam adversus illum & monachos . . . habuerant, rationem reddendo finem imposuerat.*

QUERELOSUS, *Μεμψιμοσχος,* apud S. Ferreolum in Regula cap. 7: *Querelleux, Jurgator. Alias*

QUERELOSUS, Idem valet quod Querulus, apud Adelmum lib. de Virginitate cap. 4. & Flodoardum lib. 2. Hist. Remens. cap. 3. Item actor, qui queritur coram iudice. Fori Alcaçonenses: *Et qui feriret de lancea aut de spada polaciada peite 10. sol. & si tronciret ad altera parte, peite 20. sol. ad Quereloso.*

QUERENS, Actor, qui de alio queritur in iudicio. Charta an. 19. Edwardi filii Edwardi Regis Angl. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 227. *Hac est finalis concordia facta in curia domini Regis . . . inter magistrum Philippum de Turvill clericum Querentem . . . & Johannem Hallynge de Bedewoth deforciantem. Vide Querere.*

QUERERE, Queri de aliquo apud iudices, in jus vocare, causam dicere, accusare. Iudicium inter Abbatem Farfensem & Presbyteros S. Eustachii apud D. le Blanc in Differt. Hist. de Monetis pag. 92. *Ad hac presbyteri quesierunt advocatum, qui pro eis Quereret, & datus est eis Benedictus filius Stephani à Macello . . . & proclamabat ita dicendo: Ego Quero Hugonem abbatem de duabus ecclesiis cum casis & cellis suis.*

QUERESTARIUS, Cantor in ecclesiis, Angl. *Querister, Gall. Choriste.* Testamentum an. 1440. apud Thomam Madox Formul. Anglic. p. 433. *Item do & lego . . . cuilibet clerico capellæ non promotæ ad tunc xx. s. & cuilibet Querestario vi. sol. viii. den. Vide Querista.*

QUERIMONIALITER, Cum querimonia, in Charta an. 1335. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 508.

QUERIMONIARI, Queri, in Vita S. Fructuosi Episcopi Bracarenfis cap. 13.

QUERIMONIUM, Idem quod Querela, Causa, lis. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 556. *Tunc ipse abbas una cum Auberto iudice advocato hujus monasterii ostendit breve factum, quod continebat, qualiter quondam ante Ortonem Imp. & Gregorium PP. diffinitum fuerat Querimonium.*

QUERISTÆ. Charta secularisationis Ecclesiæ Menevensis apud Prynneum in Libertatibus Eccles. Anglic. tom. 3. pag. 327. *In secundo vero gradu subrus stent Vicarii Diaconi, ... item in tertia forma pueros & Queristas precipimus collocari. Forte Choristas.* [Anglis Querister idem est, qui nostris Choriste, ab Anglico Quire, Chorus. Vide supra Querestarius.]

¶ **QUERNA**, num ager frumento consitus, à Teutonico Chern vel Chorn, frumentum, aut locus quernus, vel querneus, quercetum? Tabularium S. Florentii: *Herveus auxit donum suum & dedit molendinum cum Querna circumdata aqua.* Vide Cherina & Cherno.

¶ **QUERNELLUS**, &c. Vide supra in Quarnellus.

QUEROLA, [f. Turtur, à querulo cantu sic dicta. Virgilius in Eclogis 1. 59.

Ne gemere aëria cessabit Turtur ab ulmo.

Et Martialis lib. 3. Epigr. 58.

Gemit hinc palumbus, inde cereus Turtur.]

Vide [Cauha &] Croerola.

¶ **QUERPIRE**, pro Guerpire, Rei alicujus possessionem dimittere. Narratio ann. circiter 1090. apud Marten. tom. 1. vett. Scriptor novæ Collect. part. 2. pag. 38. in 4^o. *Monachis Majoris monasterii ecclesiam S. Sulpitii omnibus modis spontaneus Querpivit.*

¶ **QUERPITIO**, Rei possessæ dimissio, ibidem pag. 39. Vide Guerpire.

¶ **QUERQUEMANIA**, Fixio metarum agrorumque divisio. Vide Circamanaria.

¶ **QUERRA**, Idem quod Guerra, Bellum, Gall. Guerre. Charta Karoli Regis Hungar. an. 1337. apud Steyererum in Commentariis ad calcem Hist. Alberti II. *Discordiis & Querris inter nos & ipsos Duces Austria perdurantibus.* Recurrit ibidem, ut & in Chronico Episcoporum Merseburg. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 403.

¶ **QUERRARIA**, Lapidina, Gall. Carrière. Locus mox exstat in Querrerarius. Vide Quarreraria.

¶ **QUERRERARIUS**, Lapidina, Lapidarius, Gall. Carrier, tailleur de pierre. Charta an. 1369. apud Rymer. tom. 6. pag. 619. *Et ad latomos, Querrerarios & omnes alios operarios, qui pro aptatione petrarum predictarum necessarii fuerint, capiendum, & in Querrariis predictis ponendum, &c.*

¶ **QUERSONARIA**, Nasturtiaria area, Gall. Cres-sanniere. Vide in Kersonaria.

¶ **QUERULANS**, Qui querulatur, seu queritur coram iudice, qui litigat, causam agit. Miracula B. Wernheri, tom. 2. Aprilis pag. 726. *Habet jurisdictionem in eos, ut coram eo Querulantibus teneantur respondere.* Diploma Radulphi Imp. pro Wormatiensibus, apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 243. *Quamdiu parati fuerint in civitate sua de se Querulantibus justitiam exhibere.* Privilegium Alberti Magdeburg. Archiep. an. 1225. apud eundem Ludewig. tom. 5. pag. 24. *Notum esse volumus ... quod pro discordia sopienda, quam habebat dilectus in Christo filius Prepositus Novioperis & ecclesia sua contra civitatem nostram Hallensem, pro ablatione aque ad lacum, Querulantibus ejusdem civitatis civibus ex adverso, &c. Vide Querelare.*

¶ **QUERULARI**, Querulas effundere. Euricius Cordus lib. 13. Epigr. 43. ad amicum:

Vacuum quid Querulare focum?

Epigramma in Hattonem Archiepiscopum Mogunt. apud Serarium lib. 4. Rerum Moguntiacarum cap. 11.

Parcus & infelix, qua te dementia ludit,

Pauperibus Christi ut commoda nulla feras?

Cum Judex, solum hoc Querulabitur ipse futurus, Nescis quod post hac te ultio dira premet.

Perperam Vossius de Vitiis ferm. lib. 4. cap. 19. *Querelabitur legit à Querela; melius enim Querulabitur, à Querulus secunda correpta, ut verbi congruit. Deinde passim occurrit Querulari. Petrus Blesensis Epist. 129. Ne de illis queruletur Dominus. Rursum utitur Epist. 141. 142. &c. Th. de Kempis de tribus Tabernac. c. 9. Injuste Querulor, justè autem patior. Adde Vitam S. Petri Mart. tom. 3. Aprilis pag. 694. Annales Mediol. apud Murator. tom. 16. col. 714. &c.*

¶ **QUERULATUS**, Reus, de quo quis queritur apud iudices. Codex Legum Norman. cap. 9. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 166. *Facta autem jam inspectione & partibus ad curiam jam reversis, si Querulatus jam respondeat, se loco cepisse nanta demonstrato. Statuta criminalia Saonæ cap. 46. in Additione: Statuimus, quod Querulatus possit probare contrarium, & detecto nuntium jurasse falsum, puniatur ipse nuntius juxta formam statuti. Vide Querulus.*

¶ **QUERULE**, Questu, conquerendo. Vita S. Wenzeloei MS. *Suis illum Querule poscentibus, ut Deus incommoditatibus eorum subveniret.*

¶ **QUERULOSE**, Idem quod Querule, apud Joh. de Janua, Laur. Byzinium in Diario belli Hussitici, tom. 6. Reliq. MSS. Ludewigi pag. 129. &c.

¶ **QUERULOSUS**, Querula plenus, Johanni de Janua. *Murmuratores Querulosi*, in Epistola Judæ v. 16. Alii legunt Querelosus.

¶ **QUERULUS**, Persona illa que exponit conquerendo justiciario querimoniam de sibi injuria irrogata, in Codice Legum Norman. cap. 60. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 262. Ibid. cap. 9. pag. 167. *Si autem plura nanta, vel in pluribus locis, per unum adversarium detenta fuerint, per unam tantum liberationem debent omnia liberari, cum sint per unum Querulum requisita; de una enim querimonia inter unum Querulum & Querulatum unum ventilata, super nantorum liberatione, una erit liberatio fervientis. Vide Querelare & Querulans.*

¶ **QUERUS**, pro Verus. Charta foundationis Monasterii S. Michaelis in Apuniano ann. 728. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1. *Volo ut Queram habeat potestatem & firmando libertatem.*

¶ **QUESNETUM**, Gall. Chenaie, vel uti pronunciant Picardi, Quènaie, Quercetum. Charta an. 1246. ex Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 354. *Aboutant ex uno buto Quesneto Domini de Mascy & varennis de Braymont.*

QUESTA, **QUESTARE**, &c. Vide Quæsta.

¶ **QUESTELLUS**, Cistella, arcula. Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419. *Item unus parvus Questellus argenteus, in quo sunt plures reliquie ignota.*

¶ **QUESTIA**, Exactio, tributum. Vide Quæsta.

¶ 1. **QUESTIO**, ut Questia, Exactio. Vide Quæsta.

¶ 2. **QUESTIO**, Querela, quæstus. Vita S. Abundii, tom. 1. Aprilis pag. 94. *Ingentem gemitum magnis Questionibus revolvebat. Pro Querela, Lite seu contentione legitur in Literis an. 1275. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 59. Contencionibus, Questionibus vel querelis ... quas habebant ... contra, &c. Vide Querela.*

¶ **QUESTIONARE**, Torquere. Vide Quæstionare.

¶ **QUESTOR**, Variis notionibus. Vide Quæstor.

¶ **QUESTUARE**, **QUESTUARIUS**, **QUESTURA**, **QUESTUS**. Vide in Quæsta.

¶ **QUEVAGIUM**, Droit de Quevage, in Consuet. Peron. Idem quod Cavagium, Capitis census. Vide

de Lauriere in Glossario Juris Gallici, & supra Capitale 5.

¶ QUICTANTIA, Gallice *Quittance*. Vide in *Quietus*.

¶ QUID PRO QUO, J.C. Anglis idem est quod *συλλάγμα* in contractibus. Cowellus.

¶ Notum est *Qui pro quo* Pharmacopolarum. Exstat Magnini celebris Medici Mediolanensis Libellus, cui titulus est: *Quid pro quo Apothecariorum*.

¶ QUIDAGIUM, Quod domino loci solvitur pro securo transitu. Statuta Eccles. Biterr. tom. 4. Anecd. Marten. col. 651. Item (excommunicantur) *qui nova pedagia vel Quidagia constituerunt vel constituunt, vel antiqua augmentant, absque principis auctoritate vel alia legitima permissione*. Statuta Eccl. Cadurc. eod. tom. col. 732. Item, *declaramus quoslibet dominos seculares, bajulos, nuncios, arrenduatores, & similes levantes pedagia seu Quidagia à clericis seu personis ecclesiasticis de rebus eorum propriis . . . esse excommunicatos*. Præcepta facta Baronibus à Milone Sedis apostolicæ Legato an. 1209. apud eundem Marten. tom. 1. Anecd. col. 815. & 816. Item, *præcipio ut pedagogorum & Quidagiorum exactiones penitus dimitatis, nisi quas Regum vel Imperatorum concessiones probaveritis vos habere, nec dimissa pedagia seu Quidagia denuo resumatis*. Vide *Guidare*.

¶ QUIDDITAS, vel QUIDITAS, Scolaisticis, Natura, essentia, quæ de re aliqua dicitur, cum quaeritur, *Quid est?* Chronicon Angl. Th. Otterbourne pag. 165. ubi de Articulis Wiclefi: *In ipso (Eucharistiæ) sacramento manet unum corpus subjectans accidentia panis, quod voco corpus mathematicum, & extractum à specifica Quiditate panis*. Vide Goclenii Lexicon Philosophicum.

¶ QUIDENA, f. pro *Quindena*, Pars decima quinta. Bulla Gregorii PP. ann. 1235. è Chartulario Monasterii de Insula Dei: *Viginti solidos moneta super Quidena Gasnapia, decimam molendini de Rié*. Vide *Quindena* 2.

¶ QUIDITAS. Vide *Quidditas*.

¶ QUIDRIGILD, Æstimatio hominis, ejusque pretii solutio. Vide in *Weregeldum*.

¶ QUIENAVES. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis, an. 781. apud Sandovallium: *Una regula de ordine S. Benedicti, & quinque Quienaves, & quatuor tapetes, & tres vasos solomoniegos, & duodecim curiales argenteas, & unum argenteum*. Hic hæret editor.

¶ QUIESCERE. Vide mox in *Quietorium*.

¶ QUIETA, Cella monastica, ubi quiescunt Monachi.

Ethelwlfus de Abbat. Lindesfarn. cap. 10.

. rursusque suas visitare *Quietas*
Incipiunt Fratres.

¶ QUIETANCIA, QUIETANTIA. Vide *Quietus*.
1. QUIETARE, Dormire, Gallice *Reposer*. Vetus Scheda Casinensis apud Camillum Peregrinum in Hist. Longob. lib. 1. pag. 126. *Statim super eodem sepulchro soporatus, totam Quietavit noctem*.

¶ 2. QUIETARE, Quiescere, secure quietem instituire, Barthio in Glossis ex Hist. Palæst. *Ibi invenerunt hortos plenos oleribus & fabis aliisque leguminibus, jam ad præcocitatem maturantibus; ibi Quietaverunt tribus diebus*.

¶ 3. QUIETARE, Pacificare, sedare, Quietum facere, Johanni de Janua. Camilli Peregrini Historia Principum Longobard. apud Murator. tom. 2. pag. 238. col. 2. *Hoc quidem licet callide egerit, feritatem tamen supradictarum barbararum gentium minime Quietavit*. Rolandinus Patav. de factis in Mar-

Tom. V.

chia Tarvisina lib. 3. cap. 8. *Quietatum est tunc negotium inter Paduanos & Tarvisinos per ambaxiatores Venetiarum*.

¶ 4. QUIETARE, QUITARE, QUITTARE, QUIPTARE, Dimittere, relinquere, cedere, Gall. *Quitter, laisser, abandonner, ceder*. Literæ ann. 1176. tom. 1. Anecd. Marten. col. 587. *Quicquid in potestate ecclesiæ de Basenvilla habebat in dominio . . . eidem ecclesiæ . . . publice Quitavit & dimisit*. Col. 588. & 589. ubi de eadem re, legitur *Quietavit & dimisit. Donavi & Quitavi*, in Charta an. 1226. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 141. *Vendidit & Quitavit*, in Charta an. 1232. è Tabulario Bonevall. *Concedimus & Quitamus*, in alia an. 1234. ex eod. Tabulario. *Quitamus & guerpiamus*, in Charta an. 1261. apud Sponium tom. 2. Hist. Genev. pag. 55. *Ipsum jus dono, Quitto, concedo*, in Charta an. 1275. è Chartulario Æduensi. *Dedi, Quiptavi penitus & remisit . . . quicquid juris . . . mihi competit*, in Charta an. 1286. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. p. 909. Passim occurrit hoc verbum ea notione varie in variis locis exaratum. Vide, si vacat, Chartam an. 1196. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 184. aliam an. 1197. apud D. Calmet. tom. 1. Hist. Lotharingiæ col. 246. Chartam Guidonis Comitis Nivern. apud Baluz. tom. 2. Histor. Arvern. pag. 32. aliam an. 1257. apud jam laudatum Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 45. col. 2. & aliam ejusd. an. ibid. pag. 46. col. 1. Concil. Pisanum ann. 1409. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 337. &c.

¶ QUITANTIA, Cessio, dimissio. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 18. & 19. *Ego vendidi, Quitavi & relaxavi, sine perpetuo, sine exigentia & aliqua reclamantia . . . & si acciderit quod non possemus ego aut mei heredes garantizare Quitantiam, ad &c.*

¶ QUITAS, Eodem significato. Statuta Communis Genuæ lib. 1. cap. 9. *Causa vel questio jurisjurandi transactionis & Quitatis, &c.*

¶ QUITATIO, QUITTATIO, Eadem notione. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 12. *Hanc autem Quitationem & dimissionem . . . tenemur garantizare. Quitationis & venditionis testimonium*, in Charta ann. 1283. è Chartulario Fiscamnensi. *Eandem donationem & Quitationem donamus, concedimus & laudamus*, in Charta ann. 1229. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 143. *Promittens me contra presentem donationem, Quitationem, non iturum*, in Charta an. 1275. è Chartulario Æduensi. Adde Literas an. 1231. tom. 3. Ordin. Reg. pag. 117. Glossarium Lobinelli tom. 3. Histor. Paris. &c.

¶ QUIPTATIO, Eodem intellectu. Charta an. 1286. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 909. *Et pro hujusmodi Quiptatione habui & recepi à Priore predicto XVI. sextaria siliginis, de quibus me teneo plenarie pro pagata*.

¶ QUITTATOR, Qui cedit, quitat seu dimittit. Charta ann. 1409. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 412. *Quitaverunt dicti D. Dalphinus & Johanna . . . cesseruntque penitus & remiserunt ceteris liberis masculis . . . omnimodam successionem . . . pactum perpetuum & expressum sollempni & valida verborum stipulatione facientes . . . de non agendo nec movendo de cetero per dictos D. Dalphinum & Johannam Quittatores . . . contra dictos liberos masculos quitatos*.

¶ 5. QUIETARE, Absolvere. Vide in *Quietus*.

¶ QUIETARI, Quiescere, quietum fieri. Miracula

- B. Ambrosii Senensis, tom. 3. Martii pag. 231. Promittens ad sepulcrum ejus se venturum... si saltem illo casu Quietarentur, scil. manus à tremore.
- ¶ 1. QUIETATIO, Dimissio, cessio. Charta ann. 1176. tom. 1. Anecd. Marten. col. 589. Juravit etiam ipse Simon, quod eandem Quietationem ab heredibus suis Ecclesia concedi faceret & laudari. Vide Quietare 4.
2. QUIETATIO, apud Radulfum de Diceto ann. 1196. in Charta Ricardi Regis Angliæ: De loquela versus dominum Regem Francorum, scilicet de Quietatione Clericorum & Laicorum, cum eo sermonem habeatis. [An pacificatio? Nihil est in hac Charta, unde vocis significatio certo dignoscatur. Vide Quietare variis notionibus.]
- ¶ QUIETATUS. Charta Ricardi Regis Angl. ann. 1423. tom. 3. Histor. Harcur. pag. 184. Volumus... quod homines predicti sancti Hospitalis de Jerusalem sint liberi & quieti & de exercitu & de Quietatu. Sed legendum est equitatu, ut apud Rymer. tom. 10. pag. 314. id est, exercitu seu expeditione bellica. Vide Hostis 2.
- ¶ QUIETIM, Quiete, pacifice. Quietim possidere, in Charta Dagoberti Regis Franc. apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 216.
- ¶ QUIETIVE, Idem quod Quietim. Epistola Paschalis II. PP. ad Episcopos Galliarum pro Cluniacensibus, tom. 6. Spicil. Acher. pag. 460. Ita eos diligite, ita tuemini, ita fovete, ut Quietive per vos omnipotenti Domino valeant deservire.
- ¶ QUIETONUS, Primus, ut videtur, inter officiales domus leproforum. Bulla Julii II. PP. ann. 1506. in continuatione M. Bullarii Rom. part. 4. pag. 10. col. 1. Qualiterque tam dicti leprosi, quam Quietonus nuncupatus & proeurator & camerarius, seu alii eorum officiales, pro negotiis dictarum leproforiarum tractandis, insimul capitulariter convenire... deberent.
- QUIETORIUM, Sepulchrum. Vetus inscriptio: Quietorium hoc sibi vivens paravit. In aliis, Requietorium, eadem notione, 883. 4. 954. 1. 1030. 8. 1094. 8. Senator lib. 6. Epist. 8. Defunctorum sacram Quietem dixit. Valentinianus Nov. de Sepulcris: Quis enim nescit Quietos sollicitari funestis ausibus manes? S. Hilarius apud Facundum Hermianensem l. 10. c. 6. Cogitans, tot Sacerdotes sanctos & Quiescentes jam, &c. Hinc formula recepta in Inscriptionibus sepulcrorum: Hic requiescit, &c. Eadmerus in Descript. Cantuariensis Ecclesiæ: Usque ad locum Quietis Beati Dunstani. Testamentum SS. Quadraginta Martyrum Sebastenorum: επειδὴ γὰρ κοινὸν ἐθέμεθα τὸν τῆ ἀθλῆ ἀγῶνα, κοινὴν συνημέμεθα καὶ τὴν καλὰ πρᾶσιν ποιήσασθαι ἐν τῷ προειρημένῳ χωρίῳ.
- ¶ QUIETUDO, ἡρεμία, ἡσυχία, in Glossis Lat. Gr. & Græc. Lat. Quies, tranquillitas, Gall. Quietude. Diploma ann. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 522. Cupientes quoque terrarum paci, tranquillitati & Quietudini in posterum provide-re. Tranquilla Quietudo, in Chronico Andreae Danduli apud Murator. tom. 12. col. 500. Interdum idem est quod Immunitas. Charta ann. 1165. è Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 953. Ego Anfredus abbas S. Vandregesilli & Conventus concedimus Willelmo Anglico Quietudinem domus sue ab omni consuetudine, salvo tamen censu, &c. Vide Quietus.
- QUIETUS, Absolutus; liber, Gallis, Quitte. Lex Longob. lib. 1. tit. 14. §. 8. Et si de una judiciaria fuerit, ad dies 12. antequam eat ad exercitum, sit Quietus, &c. Tabularium Casauriense ann. 29. Ludovici Imp. F. Lotharii: Et accepi pretium ego vendi-

- tor à te emptore meo... & finitum pretium testor apud me habere, ita tamen ut omnibus temporibus securus & Quietus maneat. Will. Tyrius lib. 14. cap. ult. Et si Dominus Imperator ei Halapiam, Casaream, principi restitueret Quietas, &c. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 47. Libera & Quietata in perpetuam eleemosynam tenenda, salvo servitio forensi. Matth. Paris ann. 1251. Si quis Henricum de Batonia occiderit, Quietus sit à morte ejus, & Quietum eum protestor. [Quietata terra, Immunitas, libera, apud Mabillonium to. 4. Annal. Benedict. pag. 441.] Occurrit passim, maxime in Tabulis Anglicis.
- ¶ Palthenius in Glossario Schilteri conjectat Gallicum Quitte à Teutonico Quitti, Testimonium, derivari, quod non tam hominem debito liberum denotet, quam ipsa creditoris confessione liberatum. Hinc & Germani, inquit, apocham eine quitung, eine quitantz vocant, ut adeo à soluti debiti testificatione ad qualiscunque testimonii significatum præsens vox traducta existimari possit. Addit idem Scriptor etiam affirmari posse à verbo Quedan, dicere, esse vocem quitte, vel quit, ut scribunt Angli, quod testimonii dictionem seu testimonium ore prolatum notet quemadmodum in Glossario Boxhornii est samanquit, conditum.
- ¶ QUIPTUS, Idem quod Quietus. Charta an. 1307. è Chartulario S. Johannis Angeriac. p. 237. Quæ ipsis Quipta, libera & immunita perpetuo permanebunt.
- QUITUS, Eadem notione, ex Gallico Quitte. Historia Archiepisc. Bremens. in Joanne: Promittunt præsidia sibi dare Quita Quæ ipse exposuit pro servanda vita. Mox: A Papa de Curia Quiti dimittuntur, Redeunt ad propria, promissa scinduntur. Libertates oppidi Seisellensis: Et per hoc est Quitus. Occurrit ibi pluries, & alibi passim. Utitur Apuleius in Apolog. ubi videndus Casaubonus.
- ¶ QUIPTUS, Eodem significatu, in veteri Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 228. in Charta ann. 1273. apud eumd. Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 27. col. 2. in alia an. 1312. eod. tom. pag. 320. col. 2. in alia 1309. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. col. 158. & alibi passim.
- ¶ QUIPTIUS, Liber. Testamentum Beatricis de Alboreya Vicecomit. Narbonæ an. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1526. Item volumus quod quadam mulier serva, sive sclava nostra, vocata Marcha, sit libera & Quittia, atque francha, post mortem nostram, & quod fiat sibi post mortem nostram instrumentum afranquimenti, sive liberationis; & ultra legamus sibi quinquaginta florenos auri.
- QUIETUS REDDITUS dicitur, qui in exoneratione aliorum servitiorum, puta operarum, precariarum, &c. manerii domino annuatim solvitur; vulgo Anglis mult rente, & wite rente nuncupatur, quod in denariis & argento penditur. Spelm. [Vide Blount in Noimolexico v. Quit-rent.]
- QUIETA CLAMANTIA, Anglis Quite claiame, cum quis renuntiat juri alicui quiete & pacifice. Radulfus de Diceto an. 1190. Rex Tancredus dedit Regi Ricardo pro Queta clamantia rerum omnium, quas petebat, unciarum auri 20. millia. Queta clamatio, eodem ipso anno, [& apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 159.] Matth. Paris: Dedit... tot uncias pro Queta clamantia testamenti. [Adde Chronicon Radulphi Coggeshale, tom. 5. Ampliss. Collect. Marten. col. 860.]
- ¶ QUIETUM CLAMARE, Eadem notione, in mox laudato Chronico col. 859. Anno 1200. Rex

Johannes Quietum clamavit Regi Francia & heredibus suis in perpetuum totum Vilcastinum Normannicum cum Gisortio, &c. Occurrit eadem loquendi formula in Formulari Anglic. *Madox* pag. 236. & alibi.

¶ QUITUM CLAMARE, & Quietum Clamantia, in Chartulario Fiscannensi non semel.

¶ QUITIUM CLAMARE. Divisio bonorum terræ vicecomitalis Massil. an. 1212. ex Archivo S. Victoris ejusd. urbis: *Insuper & Quitia Quitiasque clamantes.* Charta an. 1378. ex eod. Archivo: *Abbas & Conventus dederunt sacristæ xxx. libras regalium censuales ... unde idem D. sacrista clamavit Quitium, Quitios & Quitia D. Abbatem, &c.*

QUIETARE. Ugutio, & ex eo Papias & Will. Brito in Vocab. *Quieto, as*, quietum facere ponitur pro absolvere à debito, vel reddere debitum. [Addit Johannes de Janua: *Quidam tamen in hac significatione subtrahunt e, & dicunt Quitare: quod magis vulgare est quam regulare.* Hinc Glossæ Lat. Gall. Sangerm. *Quitare, Quitier.* Charta ann. 1223. tom. 1. Chartularii S. Vandregesili p. 145. *Monachos de omnibus redditibus & querelis ... omnino Quietavit.* Literæ ann. 1349. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 463. *Qua omnia sibi remittimus ... & dictum Regem inde Quietamus penitus.* Epistola Frederici II. Imp. ad Cruce-signatos, tom. 2. Ampliff. Collect. Marten. col. 1200. *Milites regni nostri, quos anno predicto de pecunia Ecclesiæ Quietatos, sequenti anno ad solidos nostros ibi fecimus detineri.* Hoc est, milites Ecclesiæ stipendio affectos, ut infra *Quitatio, Stipendium.*

¶ QUITARE, QUITTARE, Eadem notione. Epitome Constitutionum Eccl. Valent. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 169. *Quotiescumque aliquod ex dictis censualibus redimatur & Quietetur, pretium seu proprietas illius in sacristia dictæ ecclesiæ ... deponatur & inde non extrahatur, nisi de Ordinarii licentia. Quietavimus & liberos dimisimus & penitus absolvimus,* apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 499. *Quitamus & absolvimus,* in Charta ann. 1274. apud Rymer. tom. 2. pag. 34. Literæ an. 1275. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 62. *Ordinamus etiam, ut omnia juramenta ... dissolvantur, & quod ab hujusmodi juramentis ... in invicem & omnino se Quittent.* Recurrit ibid. pag. 64. Charta Itherii de Mengnac Domini de Clovis ann. 1278. pro habitantibus parochiam de Grumay apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 109. *Quitantes ipsos homines ... ab omni angaria & perangaria ... & ab omni jure & redebentia, &c.* Literæ Guillelmi Rotomag. Archiep. Philippo IV. Reg. Franc. an. 1295. to. 6. Spicil. Acher. pag. 482. *Et ideo interdicitum, sub quo terram vestram in provincia nostra concluderamus, relaxavimus, & Quietavimus vos & vestros ... de universis rebus illis, quas de rebus nostris ... in provincia nostra cepistis.* Consuet. Ausciorum MSS. an. 1301. art. 66. *Manader potest Quittare unum ex vicinis ... ne vadat ad exercitum. Quittare forisfactum, Delictum solvere,* in Charta Simonis de Piffiaco ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1106. *Quitare vota,* Ea persolvere, in Miraculis S. Servatii Episc. tom. 3. Maii pag. 228. col. 2.

¶ QUITATUS, Liberatus, absolutus. Charta ann. 1198. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 338. *Et ita Prior & homines ejus Quitati fuerunt de procuratione annuali quam requirebat ab eis, & de auxilio ad ipsum & fratres suos faciendos milites, &c.*

¶ QUICTANCIA, Idem quod mox Quietantia, nisi ita legendum sit. Apocha Petri Camerac. Episc. ann. 1397. è Bibliotheca Regia: *In cujus rei te-*

stimonium sigillum nostrum huic presentis Quietantie duximus apponendum.

QUIETANTIA, Apocha, Gallis *Quittance.* [Bulla Pauli IV. PP. tom. 1. Bullarii pag. 661. *Qua præfata Camera eatenus solvere quomodolibet obligati erant, generalem Quietantiam fecerit, decernens eos ad illorum solutionem non teneri, nec ad id cogi posse.* Epistola Petri Delphini, to. 3. Ampl. Collect. Marten. col. 1102. *Fiat quoque mentio in eadem Quietantia 300. aureorum, quos D. Hieremias astate præterita camera appendit, de quibus nullam incautus Quietantiam confecit.* Obituarium S. Geraldii Lemovic. fol. 38. *Dictam foundationem & Quietantiam accepit 17. Augusti an. 1501.*] Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 279. *Habent omnes libertates, & liberas consuetudines in brevi contentas, & Quietantias suas cum soca & saca, & tol & them, &c.* Hic autem proprie Quietantia sumitur pro immunitate ab omnibus sordidis muneribus, vel consuetis vexationibus, exactionibus & præstationibus, quæ hacce concipi solet formula: *Et sint Quietati ab, &c.* [Charta Henrici II. Regis Angliæ ex Archivo Beccensi: *Omnes possessiones & elemosynas suas habeant & teneant cum saca & soca & toll. ... & cum omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus & Quietantiis suis in bosco & plano.* Aliam adde Chartam ejusdem Regis apud *Madox* Formul. Anglic. p. 47. Charta an. 1184. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 158. *Habeant firmam pacem & omnem Quietantiam & perfectam libertatem ab omni consuetudine & theloneo & passagio & pontagio & omni costuma.* Occurrit hac notione in Chartulario S. Vandregesili to. 2. pag. 1989. & alibi, apud Rymer. tom. 2. pag. 293. in Hist. Harcur. tom. 4. p. 1346. &c.]

¶ QUIETANCIA SECTÆ HUNDREDI & WICHMOTE. Per hæc verba Johannes Stanley Ar. clamat, quod ipse & tenentes sui non teneantur venire ad curiam istam, apud Thomam Blount in Nomolexico ex Placito in itin. apud Cestriam an. 14. Henrici VII.

¶ QUIETANCIA ASSISARUM SUPER ASSISAM. Per hæc verba Johannes Stanley clamat, quod ipse & tenentes & residentes sui non ponantur in assisis jurat. nec magnis assisis, apud eumd. Blount ex eod. Placito.

¶ QUIPTANCIA, Immunitas. Tabularium S. Cypriani Pictav. pag. 35. *Post hæc tempore Adalgisi abbatis, quia supra scripta Quiptancia multum fuerat prevaricata, &c.* Alter locus exstat in *Arbegiatgius.*

¶ QUITANTIA, QUITTANTIA, Eodem significato. Charta ann. 1239. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 213. *Ego Andreas D. Vitreii ... notum fieri volo me dedisse & concessisse ... Monachis S. Melanii Redon. ... Quitantiam & libertatem integram perpetualiter habendam de tallis omnimodis ... quas predicti Monachi michi ... reddere solebant.* Charta Henrici II. Regis Angliæ ex Archivo B. M. de Bono nuncio Rotomag. *Sciatis me concessisse ... Deo & ecclesiæ B. M. de Prato ... manerium in Normania, quod vocatur Bures ... cum toto dominio & cum omnibus regis libertatibus, consuetudinibus & Quittantiis ad me pertinentibus.*

¶ QUIPTATIO, Eadem notione. Pancarta titularum monasterii S. Stephani de Vallibus apud Xantones Ch. 44. *Licet dominus Morniaci calfagium, & Quiptationem pasquerii in dicta foresta abbatia sua contulisset. Et mox: Do & concedo quidquid juris habebam, vel habere poteram, in petitione pasquerii & prohibitione calfagii ... Hanc autem Quiptationem pasquerii & concessionem calfagii in forestagio meo super altare B. Stephani de Vallibus multis astantibus feci & concessi.*

- ¶ **QUITANTIUS**, Quasi *quietius*, majori cum immunitate, tranquillius. Chartular. S. Vandregifili tom. 1. pag. 1118. *Sicuti Walterus & antecessores sui liberius & Quitantius de nobis tenuerunt.*
- ¶ **QUITANTIA**, **QUITTANTIA**, Aponcha, Gall. *Quittance*. Charta an. 1484. *Per dictarum Quitanciarum tenorem major pars totius summa tradita & in utilitatem dicti Morineti conversa.* Statuta Collegii S. Bernardi Paris. ann. 1493. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. pag. 178. col. 1. *Comptum de omnibus receptis & expensis quolibet mense in communitate reddet, Quittantias mercatorum producendo, ut appareat de solutione expensarum.* Rursum occurrit in Charta ann. 1499. tom. 5. ejusd. Hist. p. 720. col. 1. *Quittantia littera*, in Diplomate an. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 501.
- ¶ **QUITATIO**, **QUITTATIO**, Aponcha, absolutio à debito. Statuta Montis-regalis pag. 55. *Teneatur solvere creditoribus communitatis & reportare debitas Quittationes.* Charta ann. 1361. apud Rymer. to. 6. pag. 304. *Et deliberatis villis, castris & fortalitiis, ut pramittitur, sufficientem Quittationem recipiendi.* Alia ann. 1369. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. pag. 351. *Non obstantibus quibuscunque conventionibus, pactis & Quittationibus.*
- ¶ **QUITTATORIÆ LITERÆ**, Eodem intellectu, in Statutis Collegii Corisopitensis an. 1380. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 496. col. 1.
- ¶ **QUITTATORIUM INSTRUMENTUM**, Eodem perinde significato, in Constitut. Synod. Eccl. Bajoc. ann. 1515. ad calcem libri Johannis Abrinc. de Offic. Eccl. p. 4. edit. 1679. *Quitтары instrumentum*, supra in v. *Instrumentum*.
- ¶ **QUITATIO**, Stipendium. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. LX XXI. *Si absentes à curia sua gagia sive Quittationes recipere, &c.*
- ACQUIETARE**, Solvere. Leges Edwardi Confess. cap. 35. *Et qui terram Acquietatam habet comitatus testimonio, habeat sine querela in die: &c.* Regiam Majestatem lib. 2. c. 35. *Tenantur haredes testamenta patrum, & aliorum pradecessorum suorum servare, & debita eorum Acquietare.* Vide to. 1. Monast. Angl. pag. 199. Scribitur &
- ADQUIETARE**. Matthæus Paris ann. 1267. *Petitum est, ut Clerus Adquietaret novem millia marcarum.* Hinc
- ACQUIETANTIA**, Vox frequens apud Leguleios, nostris, *Quittance*, de qua consule Edwardum Cokum ad Littletonem, Monast. Angl. tom. 1. pag. 196. & Rastallum.
- ACQUIETARE**, Interdum *quietum* & securum reddere, absolvere: vox forensis. Galli dicunt *Acquitter*. Leges Ethelredi Regis Angl. apud Brompton. cap. 10. *Et roget ut mundificet, & Acquietet eum, si possit.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 87. *Qui in collegio vel societate fuerit, ubi aliquis occidatur, Acquietet se, quod eum non percussit, &c.* Idem quod *adlegiare*, purgare se.
- ¶ **QUILATUM**, Scrupulus auri. Privilegium Jacobi II. Majoric. Regis an. 1310. laudatum in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 656. *Sint perpetuo (Regales aurei) ad legem 23. Quilatorum & medii, accepto pro fino & mero auro florini, quod esse dicitur 24. Quilatorum.*
- ¶ 1. **QUILIBET**, Levis, modicus. Actus Apost. 19. 11. *Virtutesque non Quaslibet faciebat Deus per manum Pauli.* In Græco: *Δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχοῦσας ἐποίησε ὁ Θεὸς διὰ τῶν χειρῶν Παύλου.* Vetus interpres S. Irenæi lib. 4. cap. 23. num. 7. *Propter modicas &*

- Quaslibet causas magnum & gloriosum corpus Christi conscindunt & dividunt.* Ubi Græcum: *Καὶ διὰ μέρους καὶ τὰς ὑψούσας αἰτίας, &c.* Sed pro ὑψούσας legendum est *τυχοῦσας*, ut monuit Editor, quem consule nota 2. ubi emendationem probat aliis ex eodem Interprete locis adductis.
2. **QUILIBET**, Quidam. Hariulfus de Miracul. S. Richarii cap. 12. *Ipse Radulfus secessum naturalem petiit, & assumpto Quolibet clientulo, &c.* Occurrit præterea in Vita S. Dunstani Archiepiscopi Cantuar. [sæc. 5. Benedict. p. 675. in notis, in Translatione S. Filiberti Abb. sæc. 4. part. 1. pag. 546. in Miraculis S. Marculfi eod. sæc. part. 2. p. 524.]
- ¶ **QUILISMA**, Græcis *χόλισμα*, Succus expressus. Vide locum in *Heptaphonos*.
- ¶ **QUILTPOINT**, Culcita acu picta, ex Anglico *Quilt*, Culcita, & *Point*, Acu pictum. Testamentum ann. 1386. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 428. *Item lego dicta Alesia Deyncourt filie mee 1. lectum rabeum Quiltpoint cum 1. testro de eadem setta.*
- ¶ **QUINALE**, Funis qui ponitur supra ventum ad tenendum arborem fortem, in Glossis Francisci Barberini in *Documenti d'amore* apud Ubaldinum p. 258. v. 17. *Quinal porta, e ternale, Senale, e quadernale.*
- QUINALIS**, Mensura liquidorum, Hispanis. Fori Leirenæ: *Laborator sine equo det de unoquoque bove unum sextarium, medium tritici, & medium secunda: postquam habuerit quinque Quinales de vino, det unum puzal.* [Charta an. 855. Marcæ Hispan. col. 788. *Et de alaude dono in villa Taurimiano casas IIII. & curte & hortos VI. & vineas XII. & vinum qui inde exhibit Quinales CCC. & sunt tonnai VI III.*]
- ¶ **QUINCTUS**, pro *Quintus*, in Annalibus Laurentii Bonincontri apud Murator. to. 21. col. 16.
- ¶ **QUINDECENNIUM**, *Πεντεκαιδεκαετηρίς*, in Glossis Lat. Græc. & Græco-Lat. Spatium quindecim annorum.
- ¶ 1. **QUINDENA**, Spatium 15. dierum, Gallice *Quinzaine*. Occurrit in Charta ann. 1216. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1127. in alia an. 1226. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. col. 361. in alia an. 1238. apud Rymer. tom. 1. p. 379. in alia an. 1276. apud eumd. Rymer. to. 2. p. 68. in Litteris ann. 1275. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 62. in Chronico Joh. Demussis apud Murator. tom. 16. col. 539. apud Thomam Madox Formul. Angl. pag. 90. Lobinellum tom. 3. Histor. Paris. pag. 281. col. 2. &c.
- ¶ 2. **QUINDENA**, Pars quinta, ni fallor, nisi idem sit quod *Quintana* 2. Charta Milonis Domini Noyeriorum pro fundatione Marciliaci ann. 1239. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 100. *Insuper (concesserunt) Quindenam in terris & costumis dicta villa, annuatim percipiendos census, quos habent in eadem villa.*
- ¶ 3. **QUINDENA**, Rivulus, ut conjecto, è majori rivo derivatus. Statuta Placentiæ l. 5. fol. 58. recto: *Statutum est & longo tempore observatum, quod omnes qui habeant testam seu caput terra rivo alicui, possint & eis liceat habere & auferre Quindenam de ipso rivo.* Vide *Quintana* 6.
- ¶ **QUINDENIATIO**. Vide mox *Quindenitas*.
- ¶ **QUINDENIFORUS**, f. Cui sunt quindecim fores seu portæ. Radulfus Cadom. in Gestis Tancredi, tom. 3. Anecd. Marten. col. 190. *Tancredus pulsat, confringit, conserit, intrat:*

Cujus ad introitum fugit irrevocabile vulgus,
Et Salomonica Quindeniformis latus aula
Irrumpunt, &c.

QUINDENITAS, QUINDENIATIO. Vetus Notitia ann. 954. apud Ughellum tom. 5. Ital. sacræ pag. 1501. Ille autem talem contentionem fecit nobis, dare guadiam & Quindenitatem, interpretes ponere Andream venerabilem Episcopum sanctæ Trajectanae, ut usque in diem tertium haberemus inducias pensandi inter nos, &c. Mox: Manifestassemus nos ut vere essemus servi vestræ Ecclesie, in qua dicta Quindeniatione permansimus usque in diem tertium... & habuimus proinde inter nos consilium, &c. Forte pro indemnitas.

QUINDENNA, Idem quod *Quindena* 1. Spatium 15. dierum. Chronicon Mellic. p. 415. col. 2. in Regula reform. ann. 1451. *Infra Quindenam semel fit mandatum Fratrum Sabbatho, nisi festum celebre occurrat.*

QUINDENNIUM, in Aula Romana, Datariæ, ut vocant, apostolicæ terminus, qui significat quandam unius annatæ integræ pensionem, seu ad minimum semi-annatæ, quæ solvitur Datariæ de beneficiis unitis alicui Capitulo seu Communitati, quæ in manus mortuas transierint. Ita Macri fratres in Hierolexico. Constitutiones Dominicanor. pag. 534. *Præcipimus in virtute Spiritus S. & s. obedientiæ sub formali præcepto & sub pœna excommunicationis lata sententiæ, una hac pro triua canonica monitione premissa, patribus Prioribus, seu principalibus Præsidentibus & depositariis conventuum vel locorum, qui pensiones, census, redditus, vel alia bona solutioni Quindennii obnoxia possident, ut singulis annis trigessimam partem census, vel redditus, vel pensionis, in deposito communi, in quadam capsula ad hoc destinata deponant & conservent, donec Quindennio completo absque Conventus gravamine solvant, cui solvere tenebuntur. Mandamus autem sub eodem præcepto & censura omnibus supradictis, ne prædictam coacervatam pecuniam, quovis titulo vel quasito colore, etiam ratione mutui, possint tollere vel expendere in alios usus, præterquam ad solutionem Quindennii.*

QUINDUPLUM, Πεντάπλευ, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. Πεντάπλευ, *Quinqueplum, Quinduplum.* Lege *Quincuplum.*

QUINEGIUM, pro *Cynegium*, κυνήγιον, Venatio. Vide *Theatroquinegium.*

QUINGENTARIUS, Quinque sæculorum, in Translatione S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 412.

QUINGENTENARI, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 26. lib. 9. tit. 2. §. 1. 4. Qui quingentis militibus præerant.

QUINIO, Johanni de Janua dicitur à *quinque*, sicut *quaternio* à *quatuor*; unde in Prologo Sophoniae dicit Hieronymus: *Hoc si verum est, Sophonias propheta Quinione, ut ita dicam, prophetico & gloriosa majorum suorum stirpe generatus est. Hac dicit Hieronymus, quia Sophonias quintus numeratur in generatione sua, sed quia Quinio non est in frequenti usu ideo dicit Hieronymus: Ut ita dicam.* Tertull. de Anima cap. 6. *Quinionem enixa filiorum.* Et cap. 46. *Quinio voluminum.* Glossæ Latino-Græc. & Græc. Lat. *Quinio, πενιάς.*

QUINIO, ex Hispan. *Quinnon.* Fori Alcaçonenses ætæ 1267. Et qui furtaret, peccet pro uno novem, & habeat intentor duos *Quiniones*, & septem partes ad Episcopo.

QUINIPULUS, Idem quod *Canipulus*, nisi ita legendum sit, Ensis brevior, cultellus, Gallis *Ganif.* Vita B. Geraldii de Salis apud Marten. tom. 6. Am-

pliff. Collect. col. 1010. Eadem nocte tentus est & ligatus à suis: sfluit, excepto quod exarando cum *Quinipulo* parietes, per hospitium irruit.

QUINISEXTA, Gr. Πεντέκτη, dicta Synodus Trullana, habita Constantinopoli sub Justiniano Rhinotmeto, ἐπι τὸ ὑστέρημα τῆς πέμπτης καὶ τῆς ἑκτῆς συνόδου ἀνεσλήρωσε, τὴν τῶν ἱερῶν, φημί, κανόνων. Verba sunt Macarii Ancyrani. De ejus auctoritate, consulendus omnino Leo Allatus de Consensione utriusque Eccl. lib. 1. cap. 27.

QUINITAS, Numerus quinquarius. *Nec jam Trinitas jure, sed Quaternitas aut Quinitas melius... diceretur,* in Epistola Witmundi Archiep. Aversani, tom. 2. Spicil. Acher. pag. 385.

QUINQUAGENARI, in re militari, dicti, qui quinquaginta militibus præerant, ut Centuriones, qui centum. Will. Tyrus lib. 2. cap. 20. *Centuriones, Quinquagenarii, & numeris militaribus propositi, &c.* Et lib. 15. cap. 1. *Edicto Imperiali publice mandatur Primiceriis, Centurionibus & Quinquagenariis Legionum iterum cohortes instrui, &c.* [Occurrit pluries hac notione lib. 4. Reg. cap. 1.]

QUINQUAGENARI, in re civili appellati in municipiis, qui quinquaginta familiis præerant, ut *Centenarii*, qui centum, *Decani*, qui decem. Cathwolphus in Epist. ad Carolum M. *Comites, Centenarios, Quinquagenarios, Decanos, & reliquos munerari non accipientes, &c.* [Habetur Exodi c. 18. & 25.] Vide *Centenarii, Decani.* Denique

QUINQUAGENARI in Monasteriis πεντηκόνταρχοι vocati, auctori Vitæ S. Alexandri Acœmeti Abbatis num. 43. qui 50. Monachis præfecti erant.

QUINQUAGENARIUM, Series sacrorum globulorum à quinquies denario numero sic dicta, Gall. *Chapelet.* Vita B. Lidwinæ Virg. to. 2. April. pag. 301. *Quinquagenarium suum, quod vulgo Pater noster dicitur, super faciem ipsius ex devotione, ut putabat, circumduxit.*

QUINQUAGENUS, Quinquagesimus. Vide locum supra in *Quadragesimus.*

QUINQUAGERIUS, *Quinquagenarius*, Qui præest militibus quinquaginta. Radulfus Cadom. in Gestis Tancredi, to. 3. Anecd. Marten. col. 142. *Cujus tamen militia altera apud Cylicas pars relicta, de centurione Quinquagerium reddiderat.*

QUINQUAGESIES, pro *Quinquagesies* reprobatur Borrichius in Cogitationibus suis de Lingua Latina pag. 282.

QUINQUAGESIMA, appellatur, ut est in Ordine Romano, quia decurrit usque in diem sanctum Pasche. *Initium autem,* inquit Alcuinus lib. de Divin. Offic. *sumit à sequenti hebdomada post Sexagesimam, ... & finitur die sancto Pasche.* Vide eumd. in Epist. ad Carolum M. de ea re, Amalarium l. 1. de Eccl. Offic. c. 3. Rabanum lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 34. Rupertum lib. 4. de Divin. Offic. cap. 8. Honorium August. lib. 3. cap. 40. Hugon. à S. Victore lib. 3. Observ. Eccl. cap. 12. Durandum lib. 6. cap. 27. &c.

QUINQUAGESIMA, quæ alias *Pentecoste*, Spatium scilicet 50. dierum à Paschatis die usque ad diem ipsum festum, quem *Pentecostes* nomine vulgo indignant Christiani, unde & *Quinquagesima Paschalis* dicitur Rabano de Institut. Cleric. lib. 2. c. 41. & 34. & Honorio Augustod. lib. 3. cap. 148. ad discrimen alterius *Quinquagesime*, quæ est ante *Quadragesimam.* *Quinquagesimi dies,* apud Cumeanum Abbatem de Mensura Poenitentiarum cap. 2. Ferrandus Diac. cap. 214. ex Synodo Sardicensi tit. 1. *Ut diebus Quinquagesime genua non flectantur.*

- Hac præterea notione *Quinquagesimam* usurpat Cassianus lib. 2. de Cœnob. instit. c. 6. 18. & Collat. 21. cap. 8. ubi observat, in ea non custoditam à strictioris vitæ Monachis juniorum regulam usque ad vigiliam Pentecostes, qua de re exstant Canones apud Gratian. dist. 4. cap. *Scire* & cap. *Post Pascha*. Honorius Augustodun. lib. 3. Gemmæ Animæ cap. 136. *Tempus inter Pascha & Pentecoste Quinquagesima nominatur, quia à Sabbato, quo duo Alleluya inchoantur, usque ad Sabbatum Pentecostes quinquaginta dies computantur, quibus Alleluya in cantu frequentatur. Et cap. 137. Aliud est Pentecoste, aliud Quinquagesima. Pentecoste à die Resurrectionis Christi, usque ad adventum Spiritus sancti: Quinquagesima incipit à Sabbato, quo duo Alleluya cantantur, & finit in Dominica Benedicta, sed utroque corporis & anima letitia exprimitur. Vide Durandum lib. 6. Ration. cap. 81. num. 17. & S. Maximi Taurinensis Homil. 3. in solennitate Pentecostes.*
- QUINQUAGESIMA**, Festum ipsum Pentecostes. Concilium Aurelian. I. cap. 25. *Ut nulli civium Pascha, Natalis Domini, vel Quinquagesimæ solennitatem in villa liceat celebrare.* Concilium Turonense II. cap. 17. *De Pascha usque Quinquagesimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur.* Vide Martin. Bracar. cap. 57. & Concilium Aurelian. IV. cap. 2.
- QUINQUAGESIMA**. Instrumentum foundationis Fratrum. Prædicat. Narbonæ an. 1231. inter Instrum. Gall. Christ. tom. 6. col. 62. *P. Dei gratia Narbonensis Archiepiscopus... in remissione peccatorum nostrorum & prædecessorum nostrorum dictam terram ad dominium mensæ archiepiscopalis spectantem eis ratione Quinquagesimæ, quam dare licet nobis, in constructione monasterii juxta canonicas sanctiones, laudavimus & quitavimus & libere concessimus.* Intellego Quinquagesimam partem bonorum Archiepiscopatus.
- QUINQUAGESIMUS DECIMUS**, pro Sexagesimus, Flodoardo in Chronico ad ann. 960.
- QUINQUAMDIALIS**. Vide *Quinquendialis*.
- QUINQUANGULUS**, *Quinque angulos habens*, apud Johannem de Janua.
- QUINQUARE**, Lustrare, purgare. Sospiter Carisus pag. 62. *Quinquatrus à Quinquando, id est, lustrando, quod eo die arma Ancilia lustrari sint solita.*
- QUINQUENDIALIS**, *Quinque dierum. Quinquendialis mora*, in Vita S. Jacobi Erem. sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 149. sed melius in Onomatopoeico ad calcem *Quinquendialis*.
- QUINQUENIUM**, **QUINQUENUM**, seu, ut supra legitur in *Quarto* 7. *Cinquenium & Cinquenum*, Quinta pars fructuum à tenentibus domino solvenda. Vide locos in *Quarto* 7.
- QUINQUENNA PASCHÆ**, Spatium 15. dierum Paschaliū, in Chronico Trivetti apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 624. Vide *Quindena*.
- QUINQUENNALE**. Odo Episcopus Paris. in Statutis cap. 6. §. 12. *Nullus Missas, quas injunxerit, celebret, nec tricenarium, nec annuale, & pro minus nullum triennale, aut Quinquennale.* Vide *Tricenarium*. In Consuetudine Burbonensi art. 68. *Quinquennelle*, pro quinquennialibus induciis creditori à principe indultis, usurpatur.
- QUINQUENNALIS**, Magistratus ita dictus, cujus functio quinquennii erat. Edictum Theodorici Regis cap. 52. *Ita ut confectionis gestorū presentes adhibeantur tres Curiales, aut Magistratus, aut pro Magistratu Defensor civitatis cum tribus Curialibus, aut Duumviri, vel Quinquennales.* Adde §. seq. & vide Jacobum Gothofred. ad l. 7. Cod. Th. de Pistorib.

- QUINQUEPEDALIS**, *Quinque pedibus constans.* Hyginus de Limitibus pag. 212. *Terminus egregius dicitur Quinquipedalis.*
- QUINQUEPLEX**, Πεντάπλες, πένταπλῆ, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. *Quincuplex*.
- QUINQUEPLUM**, Πενταπλῶν, in iisdem Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat.
- QUINQUESSIS**, Johanni de Janua, *Quinque oboli, vel pretium quinque obolorum.* Antonius Augustinus ad Festum: *Quinquessis quinariū sive victoriatus dictus est, quod initio quinque assibus æstimaretur.* Vide Plinium lib. 33. cap. 3. & Priscianum in Epitome ex Apuleio.
- QUINQUETRIS**, Πέντατρος, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat. Πέντατρος, *Quinquertius, Quinquetris.* Vulcanius emendat, *Quinquertis vel Quinquertio.*
- QUINQUIMATUS**, *Spatium quinque annorum,* Johanni de Janua, *Quimatus* Plinio.
- QUINQUIMUS**, **QUINQUIMULUS**, *Quinque annorum,* apud eundem de Janua.
- QUINQUINOCTIUM**. *Spatium quinque noctium;* apud Johannem de Janua.
- QUINQUIVIR**, Johanni de Janua, *Qui habet quinque viros sub se; & hinc Quinquiviratus, ejus dignitas, & Quinquivira, uxor quinquiviri, vel mulier que habet sub se quinque viros.*
1. **QUINTA**, Quintum milliare, Bannileuca, Gall. *Quinte.* Occurrunt crebro in Chartis Pictaviensis Comitatus apud Bessium in Comitib. Pictav. hæc verba: *Situs in pago Pictavo, infra Quintam ipsius civitatis, in loco, qui dicitur &c.* pag. 223. 225. 361. 384. *Quintum milliare appellatur pag. 361. Dux concessit Ecclesiam in honorem S. Petri, fundatam infra Quintum milliare ab urbe Pictava. Quinta leuca, in Charta Ludovici VII. Regis Franc. an. 1180. Ob remedium animæ nostræ & antecessorum nostrorum, & filii nostri Philippi Regis, omnes servos nostros & ancillas, quos Homines de corpore appellamus, quicumque sint Aureliani, & in suburbis, vicis, villulis ejus infra Quintam leucam existentibus... ab omni servitutis jugo absolvimus. Les Quintes d'Angers, in Jure municipali Andium art. 35. Quintes du Mans, &c. de quibus Charta Joannis Regis Angliæ apud Gul. Prynneum in Libertatib. Ecclesiæ Anglic. tom. 3. pag. 35. Civitatem Cenomanensem possideat... cum tota Quinta libere & pacifice. Quinta civitatis Engolismensium, in Tabul. S. Eparchii fol. 48. & alibi non semel. Vide Vitam Aldrici Episcopi Cenom. pag. 86. Acta Episcoporum. Cenoman. pag. 110. 305*. 311.*
- Quinta Andegavia* rursus memoratur in Litteris Caroli Comitæ Andegav. an. 1253. apud D. Secousse to. 4. Ordinat. Reg. pag. 633. Verum neque hæc *Quinta*, neque Cenomanensis, si Menagio credimus in Etymologiis Gallicanis, ita vocantur, quod quinque milliariibus circa civitatem constarent, sed quod quinque vicos complecterentur, qui jurisdictionis erant Præpositi civitatis, quemadmodum *Septena* Bituricensis ita dicebatur, ejusdem Menagii sententia, quod esset septem vicorum. Hanc sententiam ut probet, hunc ex Assisii Andegavensibus Consuetudini Andegav. præmissis locum adducit: *La Ville & Quintes d'Angers, le dernier Samedi: lesquelles Quintes sont cinq; Brain, la Haye-Joustein, la Membrole, S. George & la Ville.* Vide Choppinum in Consuet. Andegav. art. 35. & de Lauriere in Glossario Juris Gallici.
2. **QUINTA**, Fructuum domino reddendorum à tenente pars quinta. Chronicon Farfense apud Muratorium

Muratorium tom. 2. part. 2. col. 542. *Et pro solidis xlii. concessit in Bacciano res ad Quintam reddendam & ibidem modios lxi.* Haud ignota fuit antiquis hæc obligationis species. Appianus de Bello civ. lib. 1. pag. 353. *Sub vectigali annuorum fructuum, decima partis ex satis, Quinta vero ex plantatis.* Agri enim vectigales multas habent constitutiones. In quibusdam provinciis fructus partem constitutam præstant, alii Quintas, alii septimas. Vide Burman. Dissertat. de Vectigal. c. 2. supra Complanture, Quarto 7. & infra Quintum. Hispanis Quinta idem est quod nostris Ferme, metairie, Prædium rusticum.

QUINTADECIMA, reddituum scilicet, quam auxilii vice tenebantur omnes Laici & Beneficiati Regi persolvere, apud Anglos, quæ tamen nec annuatim, nec sine Parlamentario decreto exigebatur, alias tallagium, & taxa. Vide Magnam Chartam cap. 37. Henricum Knyghtonem an. 1219. & Matthæum Westmonasteriensem ann. 1227.

QUINTA-ESSENTIA, Philosophis Peripateticis, Æther, materia æthereæ, qua cælum constat, sic dicta procul dubio ex versione Apuleii, qui hunc Aristotelis locum de Cælo c. 2. αἰθήρ, στοιχείον ἕτερον τῶν τεσσάρων, ἀκίνητόν τε καὶ ἴσον, sic reddit: Æther, elementum longe aliud numero Quintum, ordine primum, genere divinum & inviolabile. Vita B. Giraldi de Salis apud Martenium to. 6. Ampliff. Collect. col. 1010. *Sed nec cælum, vel Quinta-essentia ejus se ministerio subtraxit, quando volucres cæli & tales volucres moriturus aspexit.*

Sed nemini usitatus est, quam Chymicis Quinta essentia, vulgo Quinte-essence, vocabulum, quo substantiam indigitant purissimam atque subtilissimam, quam ex quovis corpore per artem suam extrahunt. De Quinta-essentia scripserunt Raimundus Lullus, Johannes de Rupefissa, Paracelsus & alii bene multi Chymici recentiores. Vide Goclenii Lexicum Philosophicum & B. Capelli Lexicum Medicum.

QUINTALE, **QUINTALLUS**, Pondus centum librarum. Rogerus Hovedenus in Ricardo I. *Insula quidem de Curversu magna est & fertilis, & reddit singulis annis Imperatori Constantinopolitano lxi. Quintallos auri.* Quintallus est pondus centum librarum. Eadem habet Bromptonus. [Consuetudo Lemovic. art. 71. *Sciendum est quia de cupro, stannuo & plumbo, & de terra calamina & filo lanae, redduntur centum & sex librae pro Quintali, de lana vero & canapo brisato seu trito, cæpo, sanguine & filo canapis & lini, redduntur pro Quintali centum & quatuor librae: de aliis vero ponderibus redduntur centum librae tantummodo pro Quintali.* Consuetudo Tolosæ rubr. de emptione num. 10. *Usus & consuetudo est Tolosæ, quod quilibet venditor usitatus rerum ponderis debet tenere certum pondus, scilicet Quintale & medium Quintale, & libram, &c.* Adde Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 19. art. 9. &c. In Literis patentibus Berengarii ann. 1413. memorantur *Quintalia lana, ferri sive aris vel asserii.* *Quintalia caseorum,* in Sententia arbitrari ann. 1303. e Schedis D. Brunet.] In Consuetudine Bayonensi tit. 27. art. 3. *Le Quintal doit pezer 96. livres, & la livre 14. onces & demie.* In Consuetudine Beneharn. tit. de ponderibus & mensuris art. 4. *Quintaus, & miey quintaus.* [Quintalium in variis locis differentias & proportionem erudite exponit Casimirus Polonus in sua Pyrotechnia.]

Ita porro nostri appellant pondus majus publicum, ad quod ineres gravioris ponderis exiguntur: pro qua pensatione tributum domino, cujus est, dari solet: vulgo Quintal. [Charta an. 1145.

in Probationibus novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 508. *Ego Bernardus Ato Vicecomes Nemausensium, cum consilio & voluntate Guillelma uxoris mee . . . concedo Petro Adeberti, & tibi Bernardo de Porta veteri . . . omnes usaticos & leddas, quæ in mercato & propter mercatum civitatis Nemausensis in presenti habetis . . . excepto eo quod de corda & Quintali & sextario rossi accipio.* Charta Ludovici Jun. Regis Fr. ann. 1157. ibid. col. 564. *Et in tota Nemausensi civitate tertiam partem omnium leddarum, & tertiam partem fori & nundinarum, & tertiam partem sextarii, & tertiam partem corda & Quintalis, & tertiam partem tabularum.* Charta Raymundi Ducis Narbonæ an. 1163. ibid. col. 593. *Accipias unoquoque anno xlii. marchas argenti de Quintale & corda S. Egidii.* Charta Raymundi Comitis Barcinon. & Provinciae ann. 1150. *Non faciant nundinas aut mercatum in Trencathis, nec ibi habeant cordam nec Quintale, & si habeant cordam & Quintale, sint Comitis & Archiepiscopi.* Statuta Massiliensia MSS. lib. 3. [cap. 10. in editis:] *Ordinamus similiter, quod stagnum, sive merces stagni, vendatur deinceps ad Quintale Massilia, & non ad Quintale, quod vulgariter consuevit appellari Quintal sparroni.* [Adde cap. 9.] Alia an. 1332. pro Tolonenisibus in Provincia: *Item jus ponderis virgæ ferri, quod sic levatur, videlicet pro qualibet somata bladi, quæ ponderatur, & pro quolibet Quintali quarumque rerum ponderatarum, à cive Toloni recipitur obolus unus, ab extraneis vero, &c.* Usatica Aquarum mortuarum: *Molendina, Quintale & corda, & furni erunt omnes nostri cum leudis & omnibus usaticis, & accipietur ad Quintale & cordam tantum.* Adde Hist. Episcoporum Lodovensium pag. 96. Annales Massilienses Guefnaii pag. 322. Gariellum in Episcopis Magalonenisibus pag. 90. & alibi non semel.

QUINTALLUS, Eadem notione. Charta Raimundi Comitis S. Ægidii ann. 1164. ex Tabulario Cluniacensi: *In omnibus autem usaticis, quæ per terram accipiuntur tam infra villam, quam infra bonas (limites) ipsius villa, medietas illorum in Quintallo, & in corda, & in leda de mercato, medietas erit mea, & medietas illorum, &c.* [In Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 603. ubi Charta hæc edita est, legitur, in Quintalio & corda, & in leda de mercato, &c.]

1. **QUINTANA**, Papiæ, ex Isidoro lib. 15. cap. 2. *Pars platea, quæ carpentum provehi potest.* Ugutio addit, *quinta pars.* Gloss. Ælfrici: *Quintane, firtel del pæpe rctpede.* [Vide Quintana.]

2. **QUINTANA**, & **QUINTENA**, Gallice Droit de Quintaine. Quintanam Sanjulianus in Antiquit. Cabilon. pag. 411. cum Banno vini confundere videtur, seu facultate vinum vendendi, aut non vendendi interdicto, certis & statutis diebus. Charta Joan. Cabilon. Comitis an. 1232. apud Petrum Franciscum Chiffletium in Beatrice Cabilonensi Comitissa: *Et placitum vigiriale, & Quintanam Cabiloni, & omnes Judæos Cabilonenses, &c.* [Vide Glossarium Juris Gallici v. Quintaines.]

Haud scio an huc pertineat Charta vetus Gallica to. 1. Chartularii S. Vandregesili pag. 29. *Chauves toutes les rentes & redevanches qui devant lors estoient deues & sauf droit Quetaigne & tout autre droit.*

3. **QUINTANA**, **QUINTENA**, Decursio equestris ludicra, ad metam hominis armati figuram exhibentem ad umbilicum, mobilem & versatilem, sinistra clypeum, dextra ensem aut baculum tenentem: quæ si aliter quam in pectore lancea percussatur, statim qui à scopo aberrat, baculo repercussentem figuram sentit. Robertus Monac. lib. 3.

Hist. Hieros. pag. 51. *Tentoria variis ornamentorum generibus venustantur, terra infixis sudibus scuta apponuntur, quibus in crastinum Quintana ludus scilicet equestris exerceretur.* Matth. Paris an. 1253. *Juvenes Londinenses statuto Pavone pro bravio, ad stadium, quod vulgariiter Quintana dicitur, vires proprias & equorum cursus sunt experti.* Tabul. Dalonensis Monasterii fol. 34. *Terran, qua est juxta fontem domus Regum de la Quintana.* Le Roman d' Aubery MS.

*Li cuens ni volt plus longuement targier,
Ains fait tantost la Quintaine drescier.*

Le Roman de Jordain de Blaye MS.

*A la Quintaine & à l'escu jouster,
Et courre as barres, & luitier, & verser,*

[Le Roman de Giron le Courtois: *Je ne vous tiens mie à si bons Chevalier, que je daigne prendre lance pour jouster à vous; ains vous dy, que vous esloignez de moy, & me venez ferir de toute vostre force, & je vous feray Quintaine.*] In Consuetud. MS. oppidi Maceriarum, seu de Mezieres in Turonibus, molendinarii tenentur semel in anno, de fraper par trois coups le pal de la Quintaine. Vide Froissartem 4. vol. cap. 63. pag. 187. & quæ de hoc ludicro congeffimus in Dissert. 7. ad Joinvillam pag. 182.

4. QUINTANA. Joannes Diaconus in Episcopis Neapol. *Altarium sanctæ Stephania aureis circumcinxit Quintanis, & multas fecit areas ibidem coronas, è quibus scilicet lucerna seriatim disposita dependerent.* Ubi Carracciolus *Quintanas* annulos interpretatur, ratione mihi incomperta. Vide Ughellum tom. 6. Italiae sacrae pag. 98.

Apud Italos *Quintana* annulum quandoque significat; unde Florentinis *Correr alla Quintana* idem est quod nostris *Courir* vel *Courre la bague*, Ad appensum annulum equo decurrere: quod ludi genus proxime accedit ad illud, de quo mox in *Quintana* 3. Academici Cruscani: *Quintana, e una campanella o cerchietto di ferro, che si tien sospesa in aria, con una funicella at traverso, alla quale per infilzarla nella lancia, corrono i Cavalieri.* Quem in locum Alexander Tassonus: *Quintana è più tosto Chintana, come le disse il Boccaccio nel Laberinto, è Franco Schetti nelle Novelle, in Firenze è la campanella, che qui si descrive, e la quale Anella si domanda in alcune altre contrade di Toscana, come in Siena, e per tutto Lombardia. Ma comunemente fuor di Toscana, Quintana, e Quintaine in Francia, unde forse venne il nostro Italiano. Quintana è un legno grosso ficcato nella terra in forma d'huomo dallo busto in sù con uno scudo davanti, contro al quale corrono le lance i Giostratori, e quello stesso, che Saracino della piazza appellano in Firenze, dalla forma che egli ha di Saracino. E tal giostra, mi par che in Roma parimente sia detta Quintana.* Hinc patet *Quintanam* apud Italos non solum significare figuram illam hominis ludicram, de qua in *Quintana* 3. sed circulum etiam ferreum, ad quem equo decurritur. Ad similitudinem vero anulorum, qui in decursione appendi funiculo solent, Joannes Diaconus aureas *Quintanas* vocavit aureos vel inauratos circulos, quibus ditatum memorat altare S. Stephaniae, ut optimè explicat Carolus de Aquino in Lexico militari.

5. QUINTANA, Modus agri, aripennis, Hispanis *Quinnon*. Videtur tamen sumi pro villa, vel ædificio, in Chartis Hispanicis. Charta Hispanica æræ 1010. apud Anton. de Tepez in Annalib. S. Benedicti to. 1. ch. 8. *Et de ipsa villa mortua, qua pergit in directo ad Quintana.* Occurrit ibi pluries. Alia æræ 950. ch. 30. *Et deinde qua ad Quintana de Bistin, &c.* Alia apud Brandaon. in Monarch. Lusitan. tom. 4.

pag. 284. *Item, quod Quintanas, seu casas factas de novo tempore Sancii fratris mei & quibuslibet personis, &c.* Alia apud eundem lib. 15. cap. 36. *Ipsè Consalvus debet eidem donna Alienora dare suas arras, scilicet sex Quintanas & sexaginta casalia, sicut est consuetudo inter Dorium & Meneum.* Alia apud eundem tom. 5. pag. 308. v. *Concedo vobis... Quintanam meam de Maiapaon... cum suis casalibus & hereditatibus, qua cum ipsa Quintana hæcenus andaverunt, qua ad ipsam Quintanam pertinent.*

Certa res est, *Quintanam* apud Hispanos plerumque sumi pro villa seu prædio, eaque notione accipiendam esse hanc vocem in Chartis laudatis, ut & in Vita S. Johannis Erem. to. 2. Junii p. 261. *Beatus igitur iste Joannes... natione Hispanus, in territorio Burgenfi, in rure campestri, Quintana Fortunii nomine, &c.*

6. QUINTANA. Computus ann. 1202. apud D. Brussel to. 2. de Usu feudorum p. cxc. col. 1. ad calcem: *Rabellus pro XII. canibus & I. garcione, à die Sabbati post Quintanam usque ad diem Martis post Pascha floridum, de xxxii. diebus, IIII. lib. Quintana, est Hebdomada Quinquagesimæ, & Sabbatum post Quintanam, est Sabbatum primum Quadragesimæ, ex quo ad diem Martis post Pascha floridum seu post Dominicam palmarum, fluunt dies 32.* Rursum occurrit vox *Quintana* ea notione in eodem Computo pag. clxix. *Dominica de Quintana, seu Quinquagesimæ in Charta ann. 1200. è Chartulario Domus Dei Pontifarae.*

7. QUINTANA, Cloaca, latrina. Statuta Astensia fol. 69. vº. c. 50. *De cloachis sive Quintanis: Predicta locum habeant, ubi dicta cloacha seu Quintana non habet... decursum, alioquin predictas cloachas seu Quintanas aperientes... amittant pro pena sol. xx. Astenses.* Ibid. fol. 66. recto: *Si quis cives Ast. habent Quintanam sitam inter eorum domos, & aliquis ex habentibus partem in Quintanam, ipsam Quintanam purgari facere voluerit, teneatur Potestas facere & curare sic quod omnes habentes partem in Quintana solvant partem sibi contingentem expens. secundum quod unusquisque ipsorum partem habuerit in ipsa Quintana.* Chronicon Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 342. *Plures rustici Bononienses reperti fuerunt mortui & putridi in Quintana unius domus occupata.* Vide *Quintanea*.

QUINTANALES. Charta Ermengardis Comitissæ Ceritanensis an. 893. in Append. ad Capitul. Regum Franc. num. 127. *Videlicet omnes supranominatis mansis, casis, casalibus, coopertis, discoopertis, Quintanalibus, curtis, curtalibus, &c.* [An idem quod supra *Quintana* 5?]

QUINTANEA, Latrina, cloaca. Statuta Montis-regalis pag. 212. *Quilibet persona habens Quintaneam, seu latrinam propriam vel communem in civitate Montis-regalis, descendentem seu ortum habentem in viis vel super viam Communis, &c.* V. *Quintana* 7.

QUINTANELLA, f. Idem quod *Quintana* 5. Villa, prædium. Charta Aldefonsi Regis Toleti pro Monasterio Casæ Dei æra 1216. *Confirmo omnem hereditatem, in qua fundatum est Monasterium... Quintanellam circa Cardeniam, Morgillas cum suis directuris... Quintanellam circa Pediola.*

QUINTARIUS, Mensuræ species. Chronicon Reicherspergense: *Misit ei 30. Quintarios de pipere.* Quid vero *Quintarius* apud Vitruvium lib. 3. cap. 1. significet, vide Bernardinum Baldum, & Salmasium de Modo usurar. cap. 1. pag. 17.

Sunt etiam *Quintarii limites*, apud Agrimensores, qui quinque centurias cludunt, ut habet Hygenus.

- ¶ **QUINTAROLUS REMUS.** Vide *Quartayola*.
- ¶ **QUINTELLUM**, Quinta pars quintæ partis, *Requint*. Statuta Venetorum ann. 1242. lib. 1. cap. 4. *In alienatione mobilium (Ecclesiæ) jus Quintelli debet esse salvum. Eadem Statuta lib. 6. c. 4. Sancimus, quod Quintellum intelligatur, & sit quintum quinti pretii pro quo vendita fuerit, seu aliter alienata possessio Quintello subjecta: quod interpretatur quatuor pro cento. Vide lib. 4. cap. 11. & Quintum 3.*
- ¶ **QUINTENA.** Vide superius *Quintana 2.*
- ¶ **QUINTERIA**, Hispanis, Prædium, è quo quinta pars fructuum Domino redditur à colono, *Quinterere* dictum, ut puto, in Charta Gallica Nobiliacensi ann. 1293. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. pag. 946. *Et se il devenoit que ce avage deust estre fait en choses terragens, ou Quinteres ou quarteres, qui fussent audis Religions en leus dessudis, ge li dis Jofreis, & mi hoir successeur, seignour de Chastelachart, ne li porrons faire en prejudice dis Religions, ne ne porrons ge li dis Jofreis ne mi heir, ni mi successeur, pendre, ne leus forches, ne gibet, ne ardoir ne ensouer en leus dessudis, ne tenir assises en iceos.*
- ¶ **QUINTERIUS**, Colonus qui reddit domino fructuum partem quintam, Hispan. *Quintero*. Bulla Sixti IV. PP. inter Privilegia Equitum S. Johannis Hieros. pag. 135. *Per suos arrendatores, colonos, Quinterios, firmarios & portionarios ad tempus, & non in perpetuum, coli faciebant. Vide Quintana 2.*
- ¶ **QUINTERNA.** Statuta Academiae Viennensis in Austria: *Scholares non vacent magis taberna, dimicatura, aut Quinternæ, quam Physicæ aut Logicæ seu sacre Facultati. Ubi Quinternam eruditus Lambecius cytharam, quam nostri Guitarre vocant, interpretatur. Sed cum vox hæc dimicationi, i. hastiludio, jungatur, probabilius est intelligi aut scribi debere Quintanam. [Vide Quintana 3. & Quinternizare.]*
- ¶ **QUINTERNETUM**, ut mox *Quinternio*. Miracula S. Gossini Abb. c. 6. *De quibus omnibus fit mentio in Quinterneto miraculorum ipsius Gossini.*
- ¶ **QUINTERNIO**, Libellus 5. foliorum, ut *quaternio*, quatuor, Italis Senensibus, *Quinterno*. Concilium Pisan. II. *Joannes Burchardus tenens in manibus suis 2. Quinterniones, dixit, &c. Quinio*, in Actis Purgationis Cæciliani eadem notione: *Obtulit Codices duos, & Quiniones quatuor.*
- ¶ **QUINTERNIZARE**, Canere instrumento musico, quod vulgo vocant *Quinternam*, apud Vossium de Vitiis ferm. lib. 4. c. 18. ex Gemma gemmarum. Vide *Quinterna*.
- ¶ **QUINTERNUS**, Idem quod *Quinternio*. Epistola ann. 1410. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 1168. *Cum Quinternis duobus separatim ligatis, exhibendis DD. Cardinalium Collegio, &c. Bulla Clementis VII. PP. de Annatis tom. 1. Bullarii Romani: Volumus autem quod præsens mandatum ad hoc, quod ad plenam & indubitatam notitiam deveniat, in Cancellaria Apostolica more solito publicetur, & in Quinterno Cancellariæ ad perpetuam rei memoriam describi debeat. Quinternus Cancellariæ Apostolicæ vel Romanæ, in Statutis Monasterii S. Claudii pag. 131. to. 4. Concil. Hispan. pag. 491. & alibi.*
- ¶ **QUINTILE**, pro *Quintale*, Pondus majus publicum, de quo supra. *Quintile & corda*, in Charta ann. 1070. è Regesto 80. Chartophylacii regii num. 465.
- ¶ **QUINTILLO**, f. Silex, Gall. *Caillou*, Ital. *Ciotolo*. Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: *In alio fronte terra ipso Quintillone & guttula, quæ ad æstum siccant.*
- ¶ **QUINTINA.** Isidorus lib. 17. Orig. cap. 7. *Flo-*
Tom. V,

- res malorum (punicorum) à Grecis appellati sunt Quintina. Latini Caducam vocant. Addit Johannes de Janua: Quintana vel Quintina dicitur Quinta pars plateæ, qua carpentum progredi potest. Quintina etiam dicuntur flores malorum punicorum, & tunc Græcum est. Martinio legendum videtur Quitini: cui n. inferi potuerit. Vide Quintana 1.*
1. **QUINTUM, QUINTUS**, Tributi species apud Aragonenses, Majoricenses, & Occitanos. Libertates Regni Majoric. per Jacobum Reg. Aragon. an. 1248. MSS. *Pro Quinto, ... lectus, arca, non pignorantur, neque vestes, neque arma personæ suæ. Si querimonia facta fuerit de possessione, vel re immobili, non dabitur caloniam (calumniam) neque Quintum. Infra: Succumbente actore vel reo decima pro calonia persolvatur, & non Quintum, ... ita videlicet quod reus solvat decimam de eo, in quo condemnatus fuerit dare vel solvere actori per sententiam vel compositione, ... de immobili vero Quintum vel decima pro calonia non solvatur. Statuentes, quod de cetero, loco Quinti, quod pro calonia præstatur de placitis, quæ in curia civitatis & insule Majoric. agitabantur, de placitis futuris vice Quinti decima persolvatur ab actore & reo, ut est superius ordinatum. Vide Monetaticum. Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1236. ex Regesto Tolosano pag. 51. 88. *Annuales census, oblias, cum pertinentibus donationibus, quartos, Quintos, & agrarios, & decimas, thascas, & primitias, &c. In alia ann. 1243. Terras cultas & incultas, nemora, barras, prata & pascua, census, usus, quartos & Quintos, decimas & agrarios, oblias & donationes totas, questas, toltas, & adempriua, albergas, successiones, escaducas, &c.**
- ¶ Dubium est an in hisce duabus Chartis posterioribus aliud sonet vox *Quintus*, quam fructuum partem quintam ex agris vineisve domino reddendam à tenentibus, quod ea olim sæpe fuerit colonorum conditio, ut certam è fructibus terrarum & vinearum, quas excolebant, partem reddere tenerentur, ut alibi jam dictum est. Id certe significat vox *Quintum* in Charta Guigonis Comitis Forensis, pro fundatione Ecclesiæ Montis-Brisonis an. 1223. inter Instrum. to. 4. novæ Gall. Christ. col. 28. *Donavimus etiam nihilominus ipsis decimam de ververes d'Escotay & Quintum, quod ibidem cum decima mixtum habebamus. Vide Quarto 7. Quartus 2. & Quartagium.*
2. **QUINTUM, Quinta, & Quartum**, Quarta pars emolumentorum & commodorum Ecclesiarum ad Advocatos pertinens. Chronicon Mosomense pag. 660. *Et quia Ecclesia semper pro justo Advocato contra malignantes opus habet, nullum fidelioem firmioremque æstimans, eundem fratrem suum, omnemque suum successorem absque aliquo pacto dationis, & acceptionis, vel consuetudinis, nec in quarto, nec in Quinto, vel ipsi vel his, quibus ipse committeret, ... Advocatum constituit.*
- ¶ 3. **QUINTUM & RETROQUINTUM**, Practicis nostris *Quint & requint*, Quinta pars pretii possessionis venditæ, cum altera quinta parte illius primæ quintæ partis, domino solvenda: v. g. pro agro centum libris vendito, domino solvuntur pro *Quinto* 20. libræ, & pro *retroquinto* 4. pro utroque simul 24. Scheda ann. 1389. tom. 4. Histor. Harcur. pag. 1712. *Recipit & reddidit eidem & domino Jacobo de Haricuria Militi pro Quinto & retroquinto denariorum proprietatis castri & terra de Mentenayo per eum acquisitum titulo emptionis à domina Johanna de Pontivo, domina de Mentenayo, precio 500. francorum, de quo dicta domina debet solvere medieta-*
Y y ij

tem Quinti denarii ascendens ad 60. francos, & dictus miles debet residuum ascendens ad 95. francos, pro toto 175. francos. Qui numeri non cohærent cum nostra, quæ vulgaris est, Quinti & retroquinti definitione; hincque vereor ne mendum in illis subfit. Vide Quintellum & Quintus denarius.

¶ QUINTUM FOLIUM, Quintus annus adolescentis silvæ. Regestum Olim ad an. 1300. Pronunciatum fuit per curia nostra iudicium, ipsos homines dictarum villarum intentionem suam sufficienter probasse, & jus ipsis hominibus habitantibus in dictis villis competere pasturandi in dictis nemoribus bestias suas, videlicet vaccas ad Quintum folium, equos post dictos duos annos completos, & communiter bestias suas omnes dicto tempore nivis, & omni anno prædictis Passionis & Resurrectionis diebus; dum tamen non pasturent dictis tempore nivis & diebus ante Quintum folium, equis prædictis dumtaxat exceptis.

¶ QUINTUS, Convitii species. Vide Cenitus.

¶ QUINTUS DENARIUS, Quinta pars pretii prædii seu rei, quæ ab venditore vel emptore dabatur domino pro facultate distractionis, vulgo nostris Quint-denier. M. Pastorale Eccl. Paris. an. 1257. Nec à prædictis Alipide, vel ejus liberis ratione Quinti denarii dicti Girardus & Blanchia aliquid petere poterunt, si vendi contigerit. Charta alia an. 1240. Dixit etiam idem Philippus coram vobis, quod dictus Abbas non computavit Quintum denarium, quem habere debet de dicta venditione ratione feodi supradicti. [Vide Glossarium Juris Gallici.]

¶ QUINZINA, ex Gallico, Quinzaine. Quinzinam facere in opere, est operari pro alio spatio 15. dierum. Charta an. 937. in Tabulario Augustodun. Ecclesiæ: Facit corvadam & ancingiam. Facit Quinzinas in opere, aut redimat medio Martio den. 12. tertiam Quinzinam ex toto in opere.

¶ QUIPTANCIA, Immunitas. Vide in Quietus.

¶ QUIPTARE, Cedere, dimittere, Gall. Quitter, ceder. Vide in Quietare 4.

¶ 1. QUIPTATIO, Dimissio, cessio. Vide ibidem.

¶ 2. QUIPTATIO, Immunitas. Vide in Quietus.

¶ QUIPTUS, Liber, immunis. Vide in Quietus.

¶ QUIREE, Bubalinus thorax, seu colli tegmen è corio, Gallice Collet, alias Cuirie. Testamentum Willelmi de Paveli apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 424. Legavit ... palefridum ... cum armis, scilicet lorica, Quirée, capello de ferro, gladio, calcaribus. Le Roman du nouveau Renaud apud Borellum:

..... une Cuirie
Après li a li Rois vestie.

¶ QUIRITARE, Populare. Quiritat, Populo alloquitur, apud Janssonium in Auctario Glossarum Isidori; hoc est Quiritium, seu populi Romani, opem inclamat. Nam Quiritare dicitur is, ut habet Varro lib. 5. de Lingua Lat. qui Quiritium fidem clamans implorat. Vel, ut apud Nonium: Quiritare est clamare, tractum ab iis, qui Quirites invocant. Sed hæc nota. Auctor Philomenæ Quiritare dixit pro Instar verris clamare; Quiritare Ugutioni. Vide Baulare.

¶ QUIRITARIUS, Cui jure Quiritium dominium competit apud Jurisconsultos: huic opponitur Bonitarius, qui naturali jure dominus est bonorum. Vide Codicem Justinianum lib. 7. tit. 26. & ibi Gothofredum.

¶ QUIRITES, Bellatores primi ordinis, nobiles, virtute bellica illustriores milites. Sugerius in Vita Ludovici VI. Regis Franc. apud Duchesnum to. 4. pag. 304. Primo enim congressionis impetu cum re-

gii Quirites multa cade, mira audacia, à fossato eos sicut victos propulissent, exordinatis aciebus eos indifferenter insequentes agitabant. Et pag. 305. Cujus tam virtute quam clamore regii exhilarati Quirites in eos insiliunt, toto animo eorum sanguinem sitientes aggrediuntur, cadunt, debonestant, & usque Puteolum, etiam si porta sorderet, multis eorum retentis, pluribus interemptis, coactos retruserunt. Willelm. Brito lib. 1. Philippidos:

Hic Marcomirus gaudens, Francique Quirites,
Accedunt dictis, & congregiuntur Alanis,
Strageque crudeli sic debacchantur in illos.

Non semel hanc vocem usurpat hic Auctor. Sic Justinus Poeta loquens de Lippiensibus:

Festa dies agitur, coeunt cum plebe Quirites,
Fitque modis variis ludus equestris ibi.

Contraria omnino ratione Quirites à Ducibus appellabantur in castris Romanis milites ignavi ac desides, quasi indigni essent glorioso militis nomine, hincque inter plebeios recensendi. Sic Alexander Severus apud Lampridium cap. 53. & 54. in concione milites ex more primum Commilitones appellavit; ubi autem eos fremere & tumultum ciere conspexit: Continete, inquit, vocem truculentam campo & bellis necessariam, ne vos hodie omnes uno ore atque una voce, Quirites, dimittam: & incertum an Quirites. Non enim digni estis, qui vel Romana plebis sitis, si jus Romanum non agnoscitis. Cum nihilominus post ita fremerent, exclamavit: Quirites, discedite, atque arma deponite. Simile est illud Luciani lib. 5.

..... Discedite castris:

Tradite nostra viris ignavi signa Quirites.

Vide Suetonium in Julio Cæsare cap. 70.

¶ QUIRITES, Optimates. Testamentum Ermen-trudis illustri Matronæ apud Mabillonium ad calcem Liturgiæ Gallic. pag. 465. Ita do, ita ligo, ita testor, ita vos mihi, Quiritis, testimonium perhibetote; ceteri, ceteraque proximi proximaque, exheredis mihi estote, &c. Subscribunt post Mummolus Comes, Sculpilio Spatarius, &c.

¶ QUIRITIA URBS, Roma, quod Romani vulgo Quirites vocarentur à Curibus, urbe Sabinarum, ut omnibus notum est. Ut omni anno ... solidi triginta deferantur ex argento Apostolica sedi urbis Quiritia, apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. p. 614.

¶ QUIRPITIO, pro Guirpitiu, Abdicatio, dimissio rei possessæ. Placitum an. 968. apud Martenium tom. 1. Ampliff. Collect. col. 322. Notitia Quirpitionis vel definitionis, &c. Ibid. col. seq. Se Guerpierunt & stipulaverunt & intra jacentem jactaverunt, &c. Vide Guerpire.

¶ QUISQUE, pro Quisquam, non semel utitur S. Augustinus.

¶ QUISQUILIOSUS, Plenus quisquiliis, Johanni de Janua in Quisquilia.

¶ QUISSINUS, Pulvinar, Gall. Couffin. Locus exstat in Culcita. Vide Cuiassinus.

¶ QUISTA, [QUISTIA, Species exactiois, collecta.] Vide in Quæsta.

¶ 1. QUISTUM, ut Quista. Vide in Cuiستا.

¶ 2. QUISTUM, Quæsitum, acquisitum. Donatio Arnaldi Comitæ Carcaffonæ an. 944. in Probat. tom. 2. novæ Hist. Occitanæ col. 86. Hoc est ecclesia, quæ fundata in honore S. Euparchii cum ipso alode, totum & ab integrum, Quistum & inquirendum, cedimus Deo, &c. Similia leguntur in Charta Gellonenfi an. 1074. Locum vide in Rusticum.

¶ QUITABRES, vel QUITRABES, ut legitur apud Yepezium tom. 3. in Appendice. Charta

Principis Adelgastri pro Monasterio S. Mariæ de Obona, æra 828. tom. 3. Conc. Hispan. p. 90. *Damus . . . passionarium & una regula de Ordine S. Benedicti & quinque Quitabres & quatuor tapetes.*

¶ QUITARE, QUITANTIA, QUITAS, QUITATIO, QUITIUS, &c. Vide *Quietare* 4. & *Quietus*.

¶ QUIUM, pro *Quorum*, Metrica causa. Abbo de Obsidione Lutetiæ apud Duchesnium Hist. Norman. pag. 38. col. 2.

Tunc ceutena Quium pepulit cum sanguine vitam.

¶ QUOAD, pro *Quod* attinet ad, barbarum esse, licet familiare recentioribus, jam observarunt viri docti.

QUOD, Neutraliter, pro *Qui*, vel *quæ*, sæpe usurpant Scriptores inferioris ævi, quomodo Galli *Que*, Itali *Che*. Leo Ost. lib. 1. cap. 59. al. 57. *Ecclesiam S. Angeli, Quod tunc ad Arcum Dianæ appellabatur.* Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 125. *Per anulum, Quod manu gestabat.* Adde cap. 49. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte ven. c. 34. *Falcones ferunt cum posteriori digito, Quod falconarii dicunt talum.* Ita alibi non semel.

¶ QUOD-EXCURRIT, Plus minusve, circiter, apud Africanos Patres. Optatus Milev. l. 1. *Nam ferme ante annos quadraginta, & Quod excurrit, per totam Africam persecutionis est devagata tempestas.* Augustinus, de Donatistis loquens, l. 1. *Non enim grex aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter quadraginta, & Quod-excurrit, basilicas, locum, ubi colligerentur, non habebant.* Et de Baptismo l. 7. *Post Cypriani mortem quadraginta, & Quod-excurrit, annis peractis, traditio Codicum facta est.* Hæc post Macros fratres & Hofmannum.

QUOD FECIT, Vetus formula in designandis & adscribendis mensium diebus. Diploma Chilperici Regis ex Tabulario Corbeiensis sic clauditur: *Datum Quod fecit mense Martio die 10. anno 1. regni nostri.* Nicetius Episcop. Trevirensis Epist. 2. tom. 1. Concil. Gall. Sirmondi pag. 323. *Per festivitatem S. Martini, Quam undecima die facit November.* Vetus Epitaphium, repertum in Ecclesia S. Acheoli prope Ambianum ann. 1660. † *Leudelinus hic requiescit in pace, vixit annus L. defunctus est, ubi fecit Genuarius dies XV. † Valdolina hic requiescit in pace: vixit annus XXX. defuncta est, ubi ficit Julius dies XXIII.* Baudouinia in Vita S. Radegundis cap. 26. *Quarta feria mane primo Idus Augustas Quod fecit idem mensis dies XIII. clausi sunt ejus oculi.* Vetus Charta apud Iperium: *Actum Virmandis, Quando fecit Februarius dies 8. undecimo regni domini nostri Theoderici gloriosissimi Regis.* Similes formulas vide tom. 1. Hist. Franc. p. 853. apud eruditum Mabillonium tom. 4. Vitarum SS. Ordinis S. Benedicti p. 336. 617. 618. Vadianum de Monast. German. p. 86. Brolium lib. 2. Hist. Paris. ubi de Monast. S. Germani Paris. Meurissium in Episcop. Metensib. p. 146. Zyllesium in S. Maximino part. 2. pag. 12.

¶ QUOD NORUNT FIDELES de sacrosancto Eucharistiæ sacrificio aliquando dictum est à Patribus, quibus religio erat tantum mysterium propriis verbis indicare, ne illius cognitio ad paganos promanaret. Vide *Norunt fideles*.

QUODDARIUM. Charta Lotharii Regis Franciæ an. 958. tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 358. *Et villam Arbutiolam cum domibus, . . . atque Quoddarium, sicut Longobardus tenebat ante diem obitus sui.* Forte *Clausarium*.

QUODLIBERTUS, pro *Collibertus*, in Charta plenariæ securitatis, scripta sub Justiniano, apud Brisson. lib. 6. Formul. pag. 647.

¶ QUODLIBETUM, Scholasticis, pluribus abhinc sæculis, de quo in utramque differitur partem, ex eo dictum, quia, *quod libet*, defenditur. Hinc *Quodlibetaria questiones* eadem notione. Vide Vossium lib. 3. de Vitiis serm. cap. 40. ubi plerisque Scriptores Scholasticos laudat, qui *Quodlibetaria* scripserunt. Ex hoc Scholasticorum vocabulo deducunt nostrum Gallicum *Quolibet*, dictum mordax, acutum nonnumquam, plerumque triviale nulliusque leporis sale conditum, ideoque è politioribus colloquiis amandatum, sicut & *Quodlibetaria questiones* è saniori Theologia, quod curiositati fere servirent, non utilitati.

¶ QUOERSARE, Colligere. Concil. Lugdun. ann. 1527. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 401. *Exemptos & non exemptos ad dictos denarios Quoersandos in vim & auctoritate dicti nostri concilii provincialis solvendum, cogendum & compellendum, ipsosque denarios sic ex causa predicta exigendos, reponendos & custodiendos in loco tuto . . . quousque exponendi venient pro dicta redemptione eorumdem liberorum facienda.* Suspicio mendum esse, ac forte legendum *Quoacervandos* pro *Coarcervandos*, vel potius *Quaestandos*. Vide *Quaestare* in *Quaest*.

¶ QUONDAM, Non ita pridem, nuper. Epistola Eulogii Presbyteri ad Episcopum Pompelonensem: *Stripata pradonibus via & funeroso Quondam Willelmi tota Gothia perturbata erat incursum, qui adversus Carolum (Calvum) Regem Francorum eo tempore, auxilio fretus Habdaraghmanis Regis Arabum tyrannidem agens, invia & inadabilia cuncta reddiderat.* Utuntur passim hac notione Scriptores mediæ ætates, ut observat de Caseneuve in Catalonia Francica pag. 48.

¶ QUONIAM, pro *Quod*, non semel legitur apud veterem Interpretem S. Irenæi. Sic etiam Matthæi cap. 2. *Tunc Herodes videns, Quoniam illusus esset à Magis, &c.* Ubi Græce: *Τότε Ἡρώδης ἰδὼν, ὅτι ἐβεβηται ἅπλην ὑπὸ τῶν Μάγων, &c.* Vide Vossium lib. 1. de Vitiis Serm. cap. 35. sub finem.

¶ QUOQUELUCA, Cucullus, Gall. *Coqueluche*. Statuta Ecclesiæ Andegavens. an. 1423. tom. 4. Anecd. Marten. col. 528. num. 16. *Prohibemus . . . ne quis seu aliqua in vestimentis caudas & cornua, coleratas reversas manicas, Quoquelucas, caputia, cornetas excessivas . . . habere & deferre . . . presumat.* Vide *Coqueluca*.

¶ QUOQUILLATUS, Efformatus ad instar conciliæ, nostris *Coquille*. Computus an. 1245. è Biblioth. Regia: *De quodam ciso cocleato & Quoquillato ponderante marcham & dimidium & xxviii. stelling. ad opus domini Comitis, vi. lib.*

¶ QUOQUILUM, f. Culmen, fastigium, Occitanis *Coucuruche*, à Gallico *Coqueluche*, Cucullus, ut Borellus scribit in suo Thesauro. Reparationes factæ in Senescallia Carcaffonæ an. 1435. è MS. D. *Lancelot: Pro ponendo in dicto molendino plures fustes & vigas, reparando Quoquila dicti molendini, recoperiendo rectum, &c.*

¶ QUORSUM, Quo, in quem locum. Historia pacificationis inter Rodulfum II. Imper. & Turcas an. 1604. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 305. *Locus vero pacis tractanda . . . Quorsum Commissarii Casarea Majestatis communi consilio convenerant.* Pro ubi fumitur ibidem pag. 309. *Tentorium . . . taperibus structum . . . Quorsum Turca cupide adulantes . . . ritu gentili & barbaro humi se sternunt.*

¶ QUORSUMLIBET, Quodcumque. Vita S. Odæ, tom. 2. Aprilis pag. 773. *Quorsumlibet tempus hujusmodi accensa splenduerit.*

¶ QUOSQUE, Μέχρι τίνος, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Contractum est pro *Quousque*, ut in iisdem Glossis legitur: *Quousque*, μέχρι τίνος, μέχρι πότε, έως πότε.

¶ QUOT, Singuli. Vide in *Quotdiebus*.

QUOTA, Quod quisque Principi aut Domino in tributum vel censum præstare tenetur, vulgo *Quotte*: unde *Quotifer*, Censum imponere. Charta Ricardi II. Reg. Angl. in *Monastico Angl.* tom. 1. pag. 538. *Et quod nulla impositiones, contributiones, taxa, Quota, tallagia, vel auxilia ipsis tanquam alienigenis aliquo modo imponantur, &c.* [Charta ann. 1306. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 461. *Statuimus . . . quod modus in prestatione illius Quote, que sequitur, sine exactione observetur, &c.* Adde col. 1551. Constitutiones Udalrici Episc. Patav. an. 1470. art. 48. *de Confessionalibus*, apud Hanfizium tom. 1. Germaniæ Sacræ pag. 567. *Nec idem (Officialis) præcipiat certam Quotam à tabulis dari ad fabricam Ecclesiæ nostræ Pataviensis.* Concil. Avenion. ann. 1509. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 394. *Licet alias fuerit disputatum & expositum crebro super dono caritativo (Archiepiscopo Avenion. à Clericis) solvendo, & pro eo tractando de Quotaque taxando & moderando . . . inibiuit, ne ab hac civitate discedere habeant, donec de Quota & portione ac de tempore & de summa solvenda convenerint.* Bulla Bonifacii PP. ann. 1296. apud Gualterum Hemmingford. de Gestis Edwardi I. Regis Angl. pag. 105. *Ecclesiis ecclesiasticisque personis regularibus & secularibus, inponunt onera gravia, ipsos talliant, & eis collectas inponunt, & ab ipsius suorūque proventuum vel dimidiam, decimam seu vicesimam, vel quamvis aliam porcionem, (aut) Quotam exigunt vel extorquent.* Vide *Cota 3.*]

¶ QUOTA DECIMA, Quam quisque solvere debet de rebus suis decimam, proportione servata: etiamnum viget in Episcopatu Vincienti, ut narratur tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 1223.

QUOTA LITIS, apud praticos Anglos, auctore Skenæo, dicitur, quod iudex corruptus sordidus accipit à litigante sive actore, sive reo, contra jus Angliæ Edwardi I. an. 33. in Statuto de Conspiratoribus, & Jus Civile l. 5. C. de Postul. l. 15. cap. litem, de Procur. Vide *Campipars*.

QUOTA, pro Summa, quantitate, Gallis *Quote*. Gobelinus Persona in *Cosmodromio* ætate 6. cap. 81. *Missus est collector Domini Papæ, qui certam Quotam recepit oblatorum.* [Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 40. art. 4. *Item quia sepe contingit dictos decoctores, seu fallitos, transigere vel pacisci cum suis creditoribus, ut remissa eis aliqua parte debiti, sive media, sive majori, vel minori Quota, teneantur solvere residuum intra certas dilaciones, &c.*]

QUOTARE, In Capita & versiculos distinguere: Galli *Quoter*, pro numeros paginis indere, vulgo dicunt. Henric. de Knygton. an. 1219. *Stephanus Cantuariensis Archiepiscopus obiit, qui Biblia apud Parisum Quotavit, libros Regum exposuit, &c.* Godwinus de eodem Stephano: *Sacram Bibliam primus dicitur in capitula distinxisse, ordinem ab eo constitutum sequentibus omnibus, qua usquam jam inde ab eo tempore fuerunt Ecclesiis.*

¶ QUOTATOR ANNALIUM, Scriptor annalium. *Chronicon Johannis de Whethamstede* pag. 467. *Ita etiam quacumque per nostros scripta sunt chronographos, sive annalium Quotatores, ideo scripta sive relata sunt, ut discamus malorum seviciam fugere, &c.*

¶ QUOTATUS, Notatus, expressus. *Sub anno, die, mense, indictione & pontifice superius Quotatis, in*

Charta ann. 1461. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1224.

QUOTDIEBUS, Quotidie, ut *Quotannis*, singulis annis: *Quotmensibus*, singulis mensibus, in l. 7. D. de Transactionibus, apud Vitruvium lib. 10. cap. 7. &c. *Quotcalendis*, apud Plautum in *Sticho*. Letaldus in *Miracul. S. Maximini Miciacensis Abbat.* num. 24. *Synaxim Davidicam Quotdiebus persolvens.* Wandelbertus in *Vita S. Goaris* cap. 12. *Orta prima luce, ut Quotdiebus agebat, psalmodia & orationum vota persolvere cæpit.* Occurrit præterea in *Statutis Eccles. Lugdun.* editis tom. 9. *Spicilegii Acheriani* cap. 21. in *Miraculis S. Ursuari* n. 20. &c. qua etiam loquendi ratione usi veteres non semel; Cato de *Re rustica* cap. 43. Varro lib. 4. de *Lingua Lat.* Pomponius & Ulpianus JC. *Apuleius* lib. 11. &c. Vide *Quintilianum* lib. 1. c. 13.

¶ QUOTENNIS, Οσέρτιος, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Joannes de Janua: *Quotennis & Quotennus, Quot annorum, & habet querere de numero annorum, ad quod debent responderi . . . decennis, trecennis, &c.*

¶ QUOTIDIALITER, Quotidie. *De novis miraculis Quotidialiter coruscantibus*, in *Actis SS.* Aprilis tom. 2. pag. 730. ubi de S. Wernhero.

¶ QUOTIDIANA, Distributio quæ Canonicis fit quotidie. Ordinatio an. 1541. pro Ecclesia S. Johannis Gandav. apud Miræum tom. 2. p. 1057. col. 2. *Vice-curati de distributionibus, corpore præbende aliisque prærogativis prænaratis non gaudebunt, sed illorum portio absentia cedit Quotidiana; id est, cum absentes fuerint, nihil recipient eorum, quæ præsentibus recepissent; sed id ad Quotidianam redibit, seu ad eam quæ quotidie fit Canonicis distributionem.* Litteræ societatis inter Archiepiscopos Cameracensem & Rotomagensem in Conciliis Normanniæ pag. 632. novæ editionis: *Si prædictam Ecclesiam à statu suæ prosperitatis, quod absit, labefactari contigerit, promptum sit de stipendiis, quæ nos (Cameracenses) Quotidianam, Rotomagenses vero Communiam vocant, ordinato & solito . . . participio refoveri, donec Deus in aîram statuerit procellam.*

¶ QUOTIDIANI, Servi qui nullo unquam tempore à servitio vacabant, apud Schannattum Tradit. Fuld. pag. 332. ex veteri Polyptycho.

¶ QUOTIDIANISTÆ, Ministri quidam, qui quotidie in Ecclesia deserviebant. Ordinatio pro Ecclesia S. Joannis Gandav. an. 1541. apud Miræum tom. 2. pag. 1057. col. 2. *De cætero Prælati cum Capitulo habebunt omne regimen, administrationem, auctoritatem & præminentiam in ecclesia prædicta, tam in choro quam extra: ita quod ad eos libera spectabit Officiatorum ejusdem ecclesiæ, quales sunt Quotidianista, pulsatores, foffores, organista, vicarii, cantores, & alii . . . deputatio & distributio.*

¶ QUOTINOCTURNUS, Qui fit singulis noctibus. Radulfus Cadom. in *Gestis Tancredi* apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 126. *Nam redintegrato, sicut soliti erant, quotidiano vel, ut ita dicam, Quotinocturno calle, secta est in bivium via, & exercitus Christianorum factus est biviator.*

¶ QUOTUM, Culcita, Gall. *Couette* vel *Coite*. Locus exstat in *Ballinus*. Vide *Cottum*.

QUO-WARENTO. Vide *Breve Quo-warento*.

¶ QWARANDIA, ut *Guarandia*, Auctoritas, defensio, cautio, Gall. *Garantie*. Litteræ an. 1277. apud Tolnerum in *Probat.* Hist. Palat. pag. 75. *Vendidimus & donavimus jure proprietatis perpetuo possidenda, facientes sibi de hoc Qwarandiam, quod vulgo Gewerschafft vocatur.*

R



Littera numeralis, quæ 80. denotat, unde versus:

Octoginta dabit tibi R. si quis eam numerabit.

Seu ut habet Ugutio:

Octoginta facit numerum, quæ dicitur hæc R.

Eidem literæ si linea recta superaddatur, 80. millia significat.

R. in superscriptione cantilenæ, rectitudinem vel rasuram non abolitionis, sed crispationis rogat. Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singula littera significant in superscriptione cantilenæ. Vide A.*

- ¶ RABA, pro *Rapa*. Procellus de Vita S. Yvonis, tom. 4. Maii pag. 550. *Aliquando comedebat Rabas coctas cum farina.* Raphanos intelligunt viri docti; sed coqui non solent Raphani: malim ergo pastinacas hortenses intelligere, quas farina conspersas interdum coqui notum est. Cæterum occurrit eadem vox *Raba* pro *Rapa* in Charta an. 1391. apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 245. *Habebunt decimam bladorum & agriculorum, canapium, Rabarum & aliarum rerum crescentium in dicta parochia.* Alia an. 1114. apud Stephanotium tom. 4. Fragm. MSS. pag. 13. *Decimam de agnis, vitulis, Rabis, lino & omnibus leguminibus.* Rursum occurrit apud Baluzium Hist. Tutelensis col. 435.
- ¶ RABANICE Fuldensis abbatiam gubernasse dicitur Sigehardus Abbas, hoc est, laudabiliter, more Rabani decessoris. Vide tom. 3. Annal. Benedict. pag. 159.
- ¶ RABANUS. Will. Brito in Vocab. MS. *Asilus dicitur Rabanus, scilicet musca, quæ stimulat boves, quam Græci æstrum, rustici Rabanum vocant.*
- ¶ RABARIA, pro *Raubaria*, Furtum. *Rabarias & furtum committendo*, in Literis an. 1350. apud D. Secousse tom. 4. Ordin. Reg. p. 40. Vide *Raub.*
- ¶ RABASSARIA, Locus tuberibus abundans, à Provinciali *Rabasso*, Tuber, Gall. *Truffe*, in Charta an. 1430. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*.
- ¶ RABATTERE. Laurentius in Amalthea: *Rabatio, Ultra citroque, sursum deorsum deambulo.*
- ¶ RABDUS, Virga, scipio, bacillus, Gr. *ῥάβδος*, in Vita S. Mercurialis Episcopi tom. 3. Aprilis pag. 756.
- ¶ RABIA, Rabies, *λύσσα*, in Glossis Latino-Græcis & Græco-Latinis.
- ¶ RABIARE, vel RABIRE, Rabie affigi, furere. Eadem Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Rabiat, λυσσᾶν*. Et mox: *Rabio, λυσσᾶω*.
- ¶ RABIDICIMBA, vel RABIDIKIMBA, ut una voce legendum censet Vossius lib. 3. de Vitiis ferm. cap. 4. *Cymba velox.* Abbo de Obsidione Lutetiæ lib. 1.
- Corripiunt ternas Rabidicimbas satis altas.*
- Plures legunt divisim vocibus *Rabidi cimbas*. Vossium consule loco citato.
- ¶ RABIDULUS. Vide mox in *Rabulus*.
- ¶ RABIECULA, *Parva Rabies*, Joh. de Janua.
- ¶ RABIOLA. Epistola Yvonis Narbonensis de crudelitate Tartarorum, apud Matth. Paris an. 1243. *Cremonam tandem perveniens, oppidum in Foro Julii*

celeberrimum, nobilissima Paterinorum bibi vina, Rabiolas, & ceratia, & alia illecebrosa comedens, &c. Vide conjecturam Vossii, qui pro *ribiolis*, seu uvis crispis accipit.

¶ Lemovices napum seu raphanum vocant *Rabiolam*; sed hæc inter ciborum delicias numerari non est verisimile.

¶ RABIRE, Furere. Vide supra *Rabiare*.

¶ RABITUS. Arnoldus Lubecensis lib. 2. cap. 7. *Dux igitur applicans ad Accaron, magnifice susceptus est ab Acaronitis, & ascensis equis, Rabitis, mulis, quidam etiam asinis, processerunt ad urbem Hierosolymitanam.* Nihil hoc loco Henricus Bangertus commentator, ut solet in locis difficilioribus filere.

¶ RABO, Mensuræ species, Ugutioni; hujus meminit S. Augustinus Epist. 49. quæst. 4.

¶ RABOINUS, RABUINUS, Monetæ species in regno Hierosolymitano & Cyprio. Forma colligendi census pro regno Hierosolymitano apud Willem. Tyrium lib. 22. cap. 23. *Si vero prædicti 4. selecti, qui ad hoc deputati sunt, cognoverint pro certo, quod alicujus substantia non valeat centum Byzantios, accipiant super eum foagium, id est, pro foco Byzantium unum: quod si non poterint integrum, accipient dimidium; & si dimidium non poterint, accipient Rabuinum.* Constitutio Odonis Legati contra Simoniacos lata in Concilio Syriæ ann. 1254. *Item pro sponsalibus contrahendis exiguntur à prælatis quibusdam tres solidi, sive Raboinus unus, vel aliud pretium.* Occurrit ibi rursum infra. Habetur in Consuetud. Britannica art. 255. vox *Rabine*, sed alia significatione.

¶ RABUDULUS. Vide mox in *Rabulus*.

¶ RABUINUS, Monetæ species. Vide *Raboinus*.

¶ RABULARE, Instar rabularum de foro nimia verboritate ferire aures auditorum, Vossio lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 19. ex Gemmæ Vocabulario, atque inde, inquit, *Belgicum Rabbelen*.

¶ RABULATIO, Clamor rabulæ. *Rabulatio forensis*, apud Martianum Capellam lib. 6.

¶ RABULATUS, Eadem notione. Idem Capella lib. 1. *Audivi, licet perstreperent, nullo potuere Rabulatu.*

¶ RABULUS, *Plenus rabie, unde Rabudulus.* Ugutio. [Johannes de Janua: *Rabulus, rabidus, rabie plenus, rabiei datus, furore plenus, iratus, insanus; unde Rabidulus diminut.*]

¶ RACAMAS, Panni pretiosioris species, nostris olim nota. Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1350. *Pour 23. piece & demie de draps d'or de plusieurs façons, c'est à savoir 6. naxis d'or, 40. escus la piece, 9. Racamaz & demy d'or, 30. escus la piece, & 6. matebas d'or à faire cottes & manteaux.* Hinc Hispani *Racamar*, nostri *Recamer*, pro eo quod *Broder* dicimus, usurpant, seu opere phrygio quidpiam exornare, seu auro, seu alia materia, quam voceni quidam ab Hebræo *Racam*, quod est acu pingere, seu intexere varia fila diversorum colorum instar Phrygionum, deducunt.

¶ RACAMATURA, Ornatus vestis acu pictus, ab Italico *Raccamare*, Acu pingere, Gall. *Broder*. Modus vivendi in Concilio Basileensi apud Marten. tom. 8. Collect. Ampliff. col. 244. *Hujusmodi familiarium vestes non sint breviores genu, nec diverso-*

rum colorum, nec cum scissuris, freppis vel brobaturis seu Racamaturis; nec deferant catenas vel alia ornamenta aurea vel argentea, &c.

1. RACANA, Papiæ, Genus vestis, scilicet vestis lacera, panniculus, à Gr. ῥάκος, ῥάκην, vel ῥάκην, ducto, ut videtur, etymo. Gloss. Gr. MS. Regium eod. 930. ῥάκος, διεξέως ἰμάτιον. Anonymus in Paraphrasi Oraculorum Leonis Imper. πένες, κενεγμένος, καὶ ῥάκια ἐνδεδυμένος. [Plura vide in Glossario mediæ Græcit. v. Ράκος.] Maxime Monachis tribuitur, qui vilioribus & detritis vestimentis uti solebant. Varie porro hæc vox scribitur: nam
 - RACANA dicitur Gregorio M. lib. 9. Epist. 75. & Ennodio lib. 9. Epist. 17.
 - RACHANA, eidem Gregorio lib. 12. Epist. 16. Anastasio Bibl. in versione Vitæ S. Joan. Elemosynarii à Leontio scriptæ cap. 9. num. 52. qui & *Rachanellam* dixit cap. 6. num. 34.
 - RACHENA, apud Fortunatum in Vita S. Radegundis cap. 44.
 - RACHINA, apud S. Audoënum lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 37. in Regula Magistri cap. 81. apud Baudouiniam in Vita S. Radegundis cap. 4. &c. Vide Notas ad Cinnamum pag. 457. Papias MS. *Rachina*, strata lectorum. Editus habet *Rachana*.
2. RACANA. Anastasius Biblioth. in S. Silvestro PP. Oleum Cyprium libr. centum, papyrus Racanas libras mille. [Muratorius scribit *Rucanas*, observato tamen ab aliis legi *Racanas*.] Infra: *Possessio insula Machabeo præstans solidos quingentos & decem, papyrus mundum, Racanas quingentas, linum saccos trecentos.*
 - ¶ RACATARE, Redimere, Gall. *Racheter*. Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 2102. *In vadum nobis dederunt propter xx. libras denariorum Rothomagensium usque ad viginti annos, & ita ut, si post xx. annos voluerint redimere, non de cuiuscumque pretio, sed de proprio Racat. are poterunt.*
 - ¶ RACCARE, vel ut quidam legunt, *Rancare*, dicuntur Tigrides Auctori Philomelæ versu 49. supra vero in *Baulare* dicuntur *Rechanare*. Vide infra *Rancare*.
 - ¶ RACCI, Nautis, Scandularii globuli malo affixi ad faciliorem motum antennarum, Gall. *Racages*, *Racques* & *Racquemens*, Belg. *Rak*. Literæ Edwardi Regis Angl. ann. 1338. apud Rymerum: *Pontos, cleias, bordas, Raccos, cordas, canevacia, stapulas, anulos & clavos ferreos, dolia vacua & alia, quæ pro hujusmodi eskippamento equorum necessaria . . . in navibus poni facias.*
 - ¶ RACELLUM, Species panni. Inquesta an. circiter 1217. apud Sponium tom. 2. Hist. Genevens. pag. 415. ubi de hujuscemodi pannorum confectura: *Racellum fecit per Rodanum deduci, ut venderetur.* Vide *Rascia* 3. *Rasum* 2. & *Raxium*.
 - ¶ RACEMARE, Racemorum reliquias colligere, Gall. *Grapiller*. Vide locum in *Rapugare*.
 - ¶ RACENIUS, pro *Racemus*, Uva, Gall. *Raisin*, apud Rymerum tom. 2. pag. 691.
 - ¶ RACENS VINUM. Vide in *Racentatum*.
 - ¶ RACETTA. Vita S. Alenæ Virg. & Mart. tom. 3. Junii pag. 396. *Reliquias . . . in idem feretrum reposuit, demptis tribus vel quatuor ossibus parvis Racetta & membrorum.* Spinam dorsi reddit Henschenius. Idem significat Græcum ῥάκτις. Sed aliud sonat infra vox *Raseta*, quam vide.
 - 1. RACHA. Willel. Malmesburg. lib. 2. de Gestis Pontific. *Ut etiam caudas Racharum vestibus ejus affigerent, forte vaccarum, &c.*
 - 2. RACHA, Pars pedis. Constantinus African. lib. 2.

Pantech. cap. 2. *Pedis calcanei divisio est senaria: est enim cavilla, est & calcaneus, & pedis navicula, & Racha, qua sic lingua vocatur Arabica, est & pecten, sunt & digiti.* Infra: *Racha* 4. *habet ossa, tria posterius cum navicula, retro juncta ossibus, &c.*

- ¶ RACHADIUM. Vide in *Rachetum*.
- ¶ RACHANA, RACHANELLA. Vide *Racana* 1.
- ¶ RACHATTA, RACHATUM. Vide *Rachetum*.
- ¶ RACHEMBURGI. Vide mox *Rachimburgii*.
- ¶ RACHENA, Vestis trita. Vide *Racana* 1.
- RACHETUM, ex Gallico *Rachat*, *Reemptio*, *Redemptio*. Idem porro quod *Relevium*, certa scilicet pecuniæ quantitas: quam hæres vassalli demortui domino præstat pro obtinendo feudo paterno, qua illud iterum ab eo emit, sed rato & definito modico pretio, quod *Rachetum*, & *Relevium* appellatur. *Necrologium Ecclesiæ Parisiensis Idib. Jan. Quæ 3. mansura cum pertinentiis Rachetum seu relevamen debent, quoties possessorie mutant.* Atque ita in Consuetudine Meledunensi art. 54. *Rachetum & relevium idem esse dicuntur, tametsi olim, diversum: siquidem redemptio feudi idem sit quod Rachetum.* Charta Henrici I. Regis Angliæ ann. 1100. *Si quis Baronum meorum, Comitum, vel aliorum, qui de me tenent, mortuus fuerit, hæres suus non redimet terram suam, sicut facere consueverat tempore patris mei; sed justa & legitima relevatione relevabit eam.* Ubi hoc loco *redemptio feudi*, est id, quod *Relevium ad misericordiam*, seu *Relief à mercy* vocant, quod scilicet ab hærede pro rehabendo feudo paterno præstat domino ad ejus voluntatem ac beneplacitum. [Charta Guillelmi Episc. Catalaunensis an. 1228. pro Monasterio Tiron. *In ipsos transtulit Rachata, venditiones, armaturas, equitaturas, laudimia, relevamenta, tallias, corveias, bianos, &c.*] *Vetus Franciæ Consuetudinarium: Rachat se fait tant seulement en fief: & est assavoir, que quiconques rachate, il doit le mar d'argent au Seigneur, de qui il rachate, & luy doit faire trois offers alternativement ensemble, desquelles le Seigneur est: enu de prendre l'une en disant: Je deviens vostre home de tel fief, & pour le rachat je vous offre les fruits de la premiere année, ou la valeur d'iceux fruits, ou le dire des prodgens: Nam pro aliquo istorum quittari debet.* Vide *Stabilimenta* S. Ludovici cap. 60.
- ¶ RACHATUM, Eadem notione, in Charta ann. 1209. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 331. *Petitiones Britonum ann. 1235. ibid. col. 383. Petunt communiter, quod balla Britannia & prava consuetudines, quæ Comes Britannia levavit in suo tempore, removeantur à terris & feodis suis; dicunt enim, quod ante tempus istius Comitis nunquam habuerat Comes Britannia ballum vel Rachatum de terris hominum suorum.* Adde Chartam an. 1199. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1021. *Literas an. 1225. ibid. col. 1197. Edictum S. Ludovici an. 1246. Baluz. tom. 7. Miscell. p. 344. de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. p. 58. & 59. & in Glossario Juris Gallici v. Rachapt.*
- ¶ RACHADIUM, Eodem significatu. Chartæ Johannis Ducis Britan. an. 1238. ex Archivo Castri Briffacensis: *Concessimus quod omnes terra Alani d'Acigneio Militis, quas habet in Britannia, tam in feodis quam in dominicis, de cætero libera sint & immunes de omnibus balliis, Rachadiis & gardiis.*
- ¶ RACHATTA, fem. gen. in Literis an. 1317. apud Rymerum tom. 3. pag. 648.
- ¶ RASCHATUM. Literæ Thomæ Comitis Flandriæ & Johannæ uxoris ejus an. 1237. apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 269. *Personaliter accessimus ad carissimum*

carissimum dominum nostrum Ludovicum Regem Francie illustrem, & requisivimus eum, ut me Thomam reciperet ad homagium de terra Flandria, eidem Regi suum offerentes Raschatum s. idem dominus Rex nobis respondit, quod paratus esset me Thomam, facta ei satisfactione de Raschato predicto, recipere ad homagium, &c.

¶ RECHATUM. Charta Philippi Franc. Regis ann. 1200. apud Rymer. tom. 1. pag. 118. Præterea nobis dedit Rex Angliæ viginti millia marcarum propter Rechatum nostrum, & propter scoda Britannia, quæ nos ipsi dimisimus.

RACHETUM, Compositio, quam reus facit vel solvit, ut se à pœna redimat, *le rachat*, uti loquimur. Statuta prima Roberti I. Regis Scotiæ cap. 9. Nul- lus capiat Rachetum, hoc est Thiest bute, & si quis id fecerit, & super hoc convictus fuerit, sit in gravi forisfacto Domini Regis, & reddat ei finem, quem cepit de latrone, & ille, qui dedit finem, habeat judicium sicut latro probatus. Ubi Thiest-but, est latronis compensatio.

RACHIA, Locus cœnoscus, Picardis *Raque*. Tabul. S. Dionysii an. 1230. Et corveias de Rachiis & fossais, id est in desiccandis ejusmodi locis cœnoscis, & curandis fossatis. Vide *Buhors*.

RACHIMBURGII, Judices, in vet. Gloss. Comit- tis adfessores: *Sponjores litis*, Guillimanno lib. 1. Rerum Helvet. pag. 80. In Glossis Keronis, *Rach- cha* est causa. Ita *Rachimburgii* sunt causarum judi- ces. Alii *Rachimburgios* dictos volunt quasi *Recht- burgen*, ex Germ. *Recht*, rectum, & *Berghen*, ser- vare, seu ex Sax. *riht*, & *beorzan*, quod idem sonat, quod judices sint juris & æqui conservato- res: [quam sententiam amplectitur Eccardus in No- tis ad Pactum Legis Salicæ tit. 53. §. 3. ubi legitur *Rachimburgii*, & *Racineburgii* ex duobus MSS. Guel- ferbytanis, necnon *Ragimburgii* ex ejusdem Biblio- thecæ MS. in alio ejusdem Legis Salicæ Pactu, quem edidit idem Eccardus, ex manuscripto, tit. 51. habetur *Recyneburgii*. Hermannus Comes Ni- venarius in Dissertatione sua de Origine & sedibus prisorum Francorum scribit: *Rachimburgii dicantur Commissarii, ad componendas lites instituti*. Quod valde probat Vossius in Appendice ad libros de Vi- tiis ferm. pag. 809. quia *Rachten* componere si- gnificat, *Burgen* vero fidejussores.] Conjecturas alias profert Wendelinus. Lex Salica tit. 52. §. 2. Tunc *Grasio* congreget secum septem *Rachimburgos* ido- neos, & cum ipsis ad casam illius fidejussoris veniat, &c. Tit. 59. Si quis ad mallum venire contempserit, & quod ei à *Rachimburgiis* judicatum fuerit, implere distulerit, &c. Et cap. 60. §. 1. Si quidem *Rachim- burgii* in mallo residentes, &c. Formulæ vet. cap. 1. Et dum hæc causa apud ipsum Comitem, vel ipsos *Ra- cimburgios* diligenter fuit inventa, vel inquisita, vel legibus definita, &c. [Vide Hiccesium in Dissertat. Epistolari pag. 34.]

RACHEMBURGI, in Capit. sub Pipino Rege c. 6.

¶ RACIMBURDI, in Formulis Andegav. art. 49. Veniens illi & germanos suos illi Andecavis civitate, ante viro illuster illo Comite vel reliquis *Racimbudis*, qui cum eo aderant . . . interpellabat aliquo homine, &c.

REGENBURGI, in Antiq. Fuldenf. lib. 2. trad. 38. Totum & integrum tradiderunt coram testibus & *Regen- burgis* ad ipsas reliquias, &c. Adde cap. 4. 6. Char- tas Parenfales cap. 26. Legem Ripuar. tit. 32. §. 2. & 3. & tit. 60. Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 16. & Kanuti Regis cap. 103.

¶ REGIMBURGI, in Placito ann. 918. in Probat. novæ Hist. Occitanæ tom. 2. col. 56.

RAIMBURGI. Ademarum Cabanensis: Et demum à Tom. V.

Carolo M. Imp. fratre ejus missus fuit in Aquitania ur- bes una cum *Raimburgis* propter justitias faciendas.

¶ RACK, apud Anglos, Fidiculæ, quibus rei in equuleo torquentur. Vide Thomam Blount in No- molex. & Skinnerum in Etymologico Anglicano.

¶ RACOLAS. Charta ann. 1247. è Tabulario Cal- lenfi pag. 110. Dicitur sex presbiteri S. Georgii perci- piant annuatim in posterum in die Pasche *Racolas* unuf- quisque quatuor cum quarterio agni. Genus fortean est panis delicatioris.

¶ RACTATA. Acta S. Raynerii, tom. 3. Junii pag. 454. Hugo medicus habebat filium qui habebat *Racta- tam* in oculo . . . vocit eum B. Raynerio in sero, & ma- ne invenit totam deletam. Videtur legendum esse *Cata- ractam*.

¶ RACUS, *Βραγχώδης*, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. *Βραγχώδης*, *Rucus*, *Racus*.

1. RADA, Navis species. Historia Obsidionis Ja- drensis ann. 1345. lib. 2. cap. 7. Navim compo- fuerunt inæstimabilis pulchritudinis quamdam *Radam*, quam Italici nuncupant *Madium*, seu *Castram*, in quo erat stabilita quedam lignea & ingens turris, &c.

2. RADA, pro *Rheda*. Charta Ludovici Reg. Franc. an. 1122. in Tabulario Monast. S. Dionysii: Hanc habet consuetudinem, quam vulgo *pedagicum* sive *pul- veraticum* vocant, . . . ita ut de *Rada*, id est *carreta*, 2. nummos, de equo 1. &c. Ubi Doubletus p. 848. 851. edidit de *Rheda*.

¶ 3. RADA, Raia. Vide mox in *Radia*.

¶ RADBODUS, Consilii nuntius exponitur in Vita S. Radbodi Episcopi Traject. sæc. 5. Benedict. pag. 27. scilicet à Belgico *Raedi*, Consilium & *Bode*, Nuntius.

RADE, Littus maris vadofum, vulgo *Rade*. Leges Burgor. Scotior. cap. 26. §. 2. Si navis sua fuerit in *le Rade*, bene & in pace recedat.

RADECHENISTRES. Vox in *Domesdei* non se- mel, sed ignotæ originis, inquit Spelmanus. Fol. 18. tit. Glow. Berthelay . . . Hic *Radechenistr*. ara- bant, & herciabant ad curiam Domini. Alibi: De ter- ra hujus manerii tenebant *Radechenistres*, i. liberi ho- mines. Videntur iidem, qui *Bractono Radeknights* dicuntur, liberi scilicet homines, qui tamen ara- bant, herciabant, falcabant, metebant, &c. Vi- de Edw. Cokum ad Littleton. sect. 117. & infra *Radmanni* & *Rodknights*.

¶ RADELLUS, Ratis, Gall. *Radeau*. Miracula MSS. Urbani V. PP. Incontinenti ponens *Radellos* magnos fusteos super aquam labentem ad hoc quod frangerent pontem. Vide *Rafellus* & *Razellus*. Charta Thossia- censis an. 1404. Habet ripam . . . cum quodam *Ra- dello* existente inter prata.

¶ RADIA, Raia, species piscis marini, Gall. *Raie*: Charta Petri Abb. S. Crucis de Talmundo ann. 1366. Si autem de *Radia* seu *Raye* aut *pocheteau*, quinque pecias tenebitur ministrare aut de aliis piscibus ad valorem. Infra: Tres pecias *marlucii* recentis aut *canceris* & de *Radis*, &c.

¶ RADIARE, Delere, expungere, Gallice *Raier*. Charta an. 1559. inter Privilegia Equitum S. Jo- hannis Hierosol. p. 254. Decretum extitisse, ipsum à registris receptoris amendarum *Radiari*, deleri, &c.

¶ RADIASCERE, Splendere, radiare. Vita S. Guth- laci Erem. tom. 2. Aprilis pag. 39. Erat enim in ipso vitæ spiritualis luminis *Radiascens*.

RADIATUS, Segmentis diversi coloris distinctus pannus: vulgo *Rayé*. Charta Petri Episcopi Pari- siensis ann. 1218. apud Sammarthanos: *Ecclesie S. Clodoaldi insulam, dalmaticam, & tunicam, albos Radiatos*, &c. Forte *albas radiatas*. Concilium Bis

turicense an. 1336. cap. 12. *Ac nonnunquam Clericos per ipsos captos cum habitu seculari & tonsura, in carceribus suis tradi faciunt, & indui vestibus Radiatis, compellentes eosdem & fraudulentè inducentes ad cognoscendum se non esse Clericos, &c.* [Computus an. 1239. MS. è Bibl. Reg. Guillelmo de Braia pro decem Radiatis emptis pro familia domini Alfonso vestienda in Pentecoste xxvi. den. turon. Inventarium Eccl. Noviom. an. 1419. *Dua curtina de bougeranno Radiata de albo & rubeo.* Charta Caroli Regis Franc. an. 1370. in Probat. Libert. Eccl. Gallic. pag. 168. edit. 1651. *Baillivus pro nonnullis furtis & criminibus per Nicolaum Davirchier clericum conjugatam factis . . . ipsum in habitu Radiato (Clericis inusitato) capi & in carceres nostros Rothomagenses intrudi fecisset.* Rursus memorantur Radiata vestes in Litteris an. 1365. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 555.] Philippus de Beaumanoir MS. cap. 11. *Il n'affiert à Clerc, qu'il veste robe Roiée, ne qu'il soit sans couronne apparent, puis qu'il a eu couronne d'Evêque.* Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regii an. 1351. *Une escharlate paonnaice Roiée.*

RADIATI, dicti olim Carmelitæ, quod vestibus radiatis uterentur. Vetus Scheda ex Bibliotheca Cottoniana edita initio tom. 1. Monastici Anglicani: Anno Christi 1045. *Albertus Patriarcha fecit regulam fratribus, qui Stragulati, Radiati, Birrati vocabantur. Et ex post anno Christi 1279. Martinus Papa ad instantiam didorum fratrum, & nomen eorum mutavit, & habitum, convertens vestes stragulate in capas albas, dans eis nomen novum, vocans eos videlicet Carmelitas.* [Error est in anno 1279. aut mendum in voce Martinus; hic enim Martinus non nisi an. 1281. Papa renunciatus est. Neque mendo caret Chronicon Angl. Th. Otterbourne pag. 81. *Septimo vero anno ejus (Edwardi I. Regis Angliæ, Christi 1279.) mutavit Honorius III. capas Carmelitarum in purum album, que prius erant stragulate, Radiate & birrate.* Hic Honorius Martino IV. successit an. 1285. Si igitur mutatio nominis & habitus Fratrum Radiatorum an. 1279. facta, neque Martino IV. neque Honorio IV. debet accepta referri, sed Nicolao III. qui eo anno summum gerebat pontificatum.] Vide Birrati post Birrus.

¶ 1. **RADICARE**, pro Radicari, Radices agere. *Radicavi in populo honorificato*, Eccli. 24. 16. *Rolandinus Patav. de factis in Marchia Tarvisina, apud Murator. tom. 8. col. 269. Ista namque vindictæ duæ tam detestabiles & inormes, incæperunt in anno isto, & de malo semper Radicaverunt in pejus.* Literæ Universitatis Paris. Carolo Regi Franc. ann. 1394. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 82. *Verum obfistente semper & prævalente hostis nequissimi versutia, qui in florenti Christi agro hanc labem Zizaniorum seminavit seminatumque aluit, & magis in dies alit ac Radicat, hoc est, efficit, ut altius radices agat.* Glossæ Lat. Græc. *Radico*, ῥιζέω. Aliæ Græc. Lat. *Ριζέω*, *Radico*, *stirpo*.

¶ 2. **RADICARE**, pro Radiare, Splendescere. Vita B. Giraldi de Salis apud Marten. tom. 6. Ampliff. Collect. col. 1009. *Nocturna pervices ibi Radicare videntur & coruscare luminaria, ita quod resplendet hortus inde & loci adjacentis colonia.*

¶ **RADICATIO**, Εἰσοδιασμός, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Gr. Lat. Εἰσοδιασμός, *Radicatio*, *Redactio*.

¶ **RADICATUS**, Ριζωτός, in Glossis Lat. Græc. & Gr. Lat. Adjective Columella de Arboribus cap. 20. *Arbores & Radicata semina autumnò serito.* Hinc metaphorice Sidonius lib. 7. Epist. 8. *Formido se;*

mel Radicata, &c. Et lib. 5. Epist. 10. *Fixum est Radicatumque pectoribus humanis, &c.*

RADIETAS. Ordericus Vitalis lib. 2. pag. 422. *Quadriga equorum fusilis ex auro stabat, in qua Radietas solis aque fusilis consistebat. i. solis statua undique radiata.*

¶ **RADIFICARE**, Radices agere. *Radifico*, ῥιζέω in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat.

¶ **RADIOLA**, Rotæ radius. Agius in Vita S. Hathumodæ apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 297. *Dicebat enim in somniis se quamaam miræ magnitudinis rotam vidisse, cujus palo diversas animalium figuras insertas haberent, se vero cum plerisque consororibus suis ad axem supra modiolum rote intra Radiolas quasi quibusdam catenulis esse colligatam.*

¶ **RADIOLUS**, Parvus radius, navicula, Gallice *Navette*, Instrumentum textoribus notum. *Miracula S. Dionysii Episc. Paris. lib. 2. cap. 36. Adolescentula . . . textili opere laborabat, cum repente ferrum Radioli, quo filla vellebat, manui ejus adhasit, &c.*

¶ **RADIOSITAS**, Claritas, fulgor. *Scientiarum ac experientie Radiositas*, apud Schannatum Vindem. Liter. pag. 214.

¶ 1. **RADIUS**, Septum ad capiendos pisces. Historia Monasterii Andagin. tom. 4. Ampliff. Collect. Marten. col. 931. *Quadam vero venna, qua apud eos dicitur Radius, in Hnia habetur, & quacumque captura piscium ibi pervenerit, à nona Dominica noctis usque ad vesperam sequentis diei, suum est ecclesie nostra ex consuetudine veteri; & quando idem Radius firmabatur à villico nostro, exigebat sibi obsonium Comitum villicus.*

2. **RADIUS**, Sulcus, Gallis *Raye*, *Rayon*, Via carucæ in arando, in Fleta lib. 2. c. 73. §. 12. 13. 15.

RADIUS VIRILIS, qui vena Martiali, Veretrum, apud Cælium Aurelianum lib. 3. Acut. cap. 14.

¶ 1. **RADIX**, **RADIZES**. Testamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 38. *Similiter de pane & vino de meas laboranzas, & Radizes & totos meos peculiaries, sic de illo, quod est aplicatum, quam de illo, quod est pro applicare, medietatem illius habeat filius meus Sanctius, &c.* Charta Hispanica vetus apud Anton. de Yopez in Chron. Ordinis S. Benedicti tom. 3. pag. 383. *Et misit nuncios ad nos semel, bis & ter, ut daremus ei illam Radicem præfati senioris, & acciperemus mutuum in alio loco, & non consensimus.* Charta alia Hispanica apud Sandovallium in Episc. Pampilon. fol. 72. *Ecclesiam B. Mariæ ipsius sedis liberam dedi cum suis pertinentiis ac decimis, cum sua Radice, & cum omnibus, que ad eam pertinent.* Hispanis *Raiz*, est radix, bienes vero *raizes*, bona immobilia, prædia. [Charta Veremundi Abb. Iraxensis in Antiq. Navarræ pag. 618. *Senior Lope . . . misit omnem Radicem suam, quam habebat in villa, qua dicitur Sotes, etiam & mezquinos quos ibi habebat ad monasterium beate Mariæ de Irax.* Morettus vertit *Hazienda* Hisp. facultates, bona, &c.]

¶ 2. **RADIX**, Genus, progenies. *Quod si habuerit de mea Radice & de mea progenie*, apud Morettum Antiq. Navarræ pag. 403. A voce *Radix* vulgo nostriducunt Gallicum *Race*, quot utcumque confirmari potest loco laudato, ubi *Radix* eadem notione fumitur, qua *Race* Gallicum; hanc tamen originationem improbat Eccardus in suis notis ad Pactum Legis Salicæ tit. 63. contenditque nostrum *Race* à Germanico *Reifs*, Ramus, crassiuuncule pronunciatum derivari.

¶ **RADKNIGHTS**. Vide infra *Rodknights*.

RADMANNI, qui & *Radchenisters* Anglis, Liberi

tenentes qui arabant, & herciabant ad curiam domini, seu falcabant aut metebant, apud Edward. Cokum ad Littl. sect. 1. & 117. Domestici in fine *Cestrescire*, tit. Lanc. Rex E. tenuit *Peneverdant* ibi 11. car. sunt in dominio, & 6. burgenses, & 3. Radmans, & 8. vil. & 4. bovar. Alibi, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 181. In ipso hundredo tenet unus Radman unam hidam, quæ est de Bertune Canonorum, & geldabat. Alibi: De isto manerio tenent duo Milites unam hidam, & 3. virgatas: & 2. Radmanni 3. virgatas & dimid. Adde pag. 183. [& vide Thomam Blount in Nomolexico v. Redmans.]

RADO. Polyptychus S. Remigii Remensis: Donat annis singulis in p[ar]tione de spelta mod. 1. pull. 2. ova 15. lign. carr. 1. ad scuriam reficiendam Radon. 5. ad fenum vehendum quartam partem de carr.

RADUM. Charta ann. 1105. apud Ughellum tom. 7. pag. 1071. Potestatem habeat plenariam faciendi furnos... Rada in flumine Aufidi, &c. An Vada?

¶ **RÆA**, pro *Rais*, Gall. *Raye*, Piscis marinus. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Ræa*, βασις. Et mox: *Raca*, βασις, ἰχθύος εἶδος. Rursum: *Reiva* & *Keilara*, βάλις, ἰχθύος εἶδος.

RAERIA, [Molendini moles, qua retinentur aquæ vel emittuntur, ut opus est ad rotas versandas, Gall. *Ecluse*.] Charta ann. 1165. apud Hemereum in Augusta Viromand. Concessi domui infirmorum sancti Quintini molendinum de Rovereio, cum *Ræria* & pendulo, perpetuo tenendum, sub mensura 6. frumenti sextariorum singulis hebdomadis persolvendorum. Tabular. S. Quintini in Insula fol. 8. Et illas tres *Raberias* & planketas & ventalia teneatur suis sumptibus, &c. Consuetudo Peronensis art. 146. de Vidua: Pareillement est tenuë de contribuer pour la portion de son douaire aux reparations des moulins, *Rayeres*, & cliers, & pressoirs, &c. Vetus Consuetudo Atrebatensis art. 98. & nova art. 145. En moulin à eau le beffroy, le gisant, & le *Rayeres* sont reputez heritages, & le demourant meuble. [Consule Adrianum Maillart in notis ad hunc locum pag. 821. Aliter vocem *Rayeres* Nicotus & Borellus exponunt, fissuram scilicet turris oblongam ad capiendum lumen.]

¶ **RAESGATUS**, Erasus radula, Gall. *Raclé*. Parvum Chartular. Gemetic. cap. 3. Debet dicto elem[en]tario octo boessellos avenæ comblesgata, dempto ultimo boessello *Raefgata*.

¶ **RAFA**, Raphanus, Gall. *Raisfort*, Rapæ genus. Bernardus Monachus in Ord. Cluniac. part. 1. c. 17. Pro signo alii seu *Rafa* extende digitum contra buccam paululum apertum propter id genus odoris quod sentitur ex illis. S. Willelmus lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 12. Pro signo *Rafa*... extende indicem sinistra manus, & indicem alterius manus in eo trahes contra te, quasi radentem similes: pro signo rapæ... predictum indicem super alium in annulum trahes. Hic Editor D. Herrgottus: *Rafa* & *Rapa* in hoc differunt, quod illa sit oblonga, hæc rotunda & alba, Germanis *Retich*, *Ruben*.

¶ **RAFEGA**, **RAFFEGA**. Vide *Rasica*.

RAFEUM, Rapa, Gallis *Rave*. Acta Murensis Monasterii pag. 137. Et semen omnium generum, spelta, avena, lini, *Rafei*, pisarum, fabarum, milii, &c.

¶ **RAFFURNUS**. Vide mox *Rasurnus*.

RAFICA, **RAFICANUM**. Charta Stephani PP. VII. apud Catellum pag. 773. Sammarthanos in Archiep. Narbonensib. & Labbeum to. 1. Biblioth. pag. 805. Vineas, prata, silvas, atque medietatem silvarum & telonei seu *Rasicum*, atque naufragii, &c. Labbeus habet hoc loco: Medietatem salinarum, & telonei, seu *Rasici*, ac naufragii, &c. Alia Caroli Tom. V.

Simplicis Regis Franc. apud eisdem Catellum & Sammarthanos: Concedimus præterea medietatem salinarum, telonei, portatici & *Rasica*, sive naufragii, atque pascuarii, &c. Occurrunt præterea eadem verba in alia Karolomanni Regis Francorum pro ipsa Ecclesia Narbonensi in Notis Stephani Baluzii ad Concilia Narbonensia pag. 69. At paulo aliter Charta Odonis Regis ann. 888. apud supra laudatum Catellum l. 5. Rerum Occitanar. p. 749. [& inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 6. col. 10. ubi perperam legitur *Rasita*:] Concedimus medietatem salinarum, telonei, portatici, & *Rasica*, atque pascuarii, ceu classes naufragiorum, ad eandem Ecclesiam, tam in Narbonensi, quam in Reddensi Comitatu, undecunque Comes vel ejus Missus receperit, vel accipere debuerit aliquid exactionis. Ex quibus verbis videtur posse colligi, *Rasicam* fuisse, quod dominus habet in naufragiis, quod Normannis *Warec* dicitur.

¶ Occurrunt voces *Rasica*, *Rasga*, *Rasega* vel *Rasfega*, sed nullo satis certo veræ notionis indicio, in Appendice Marcæ Hispanicæ col. 773. 830. 832. 833. 835. 857. 1067. 1153. 1160. apud Cardinalem de Aguirre tom. 3. Conciliorum Hispan. pag. 204. col. 1. 2. & alibi.

RAFICII, Pondus scripularum quindecim, Saladino de Ponderibus.

¶ **RAFICIUS**, **RATIFICIUS**, Mensura frumentaria. Decretum an. 1054. Marcæ Hisp. col. 1104. Demus xx. *Rasicios* hordei eidem canonica ad mensuram Barchinonensem in eadem urbe, aut demus pretium, unde emi possint in predicta civitate. Et mox: Si... dederimus predictæ canonica, unde eadem canonica habere possit xx. *Ratificios* hordei per unumquemque annum ad legitimam justitiam Barchinonæ... & postmodum non faciamus ipsam emendationem xx. *Rasicium* hordei supra memorati.

RAFIMENTA, *Interramenta*, apud Papiam & in Glossis antiquis MSS.

¶ **RAFINUS**, Rapæ genus, raphanus, Gall. *Raisfort*. Charta an. 1155. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 555. Leudas quas ibi habeo scilicet de porros & caulibus, & cebis & allibus, & *Rasinis*, &c.

¶ **RAFITA**, pro *Rasica*. Ibi vide.

RAFREDARE, vox Italica, Refrigescere, nostris *Refredir*. Occurrit in Charta Italica ann. 1287. in Miraculis S. Ambrosii Senens.

¶ **RAFURNUS**, **RAFFURNUS**, Fornax calcaria, vel tantum calcis, quantum coqui potest vel solet in una fornace. Extractum computi ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 325. col. 1. Item pro fieri faciendis tribus *Rasurnis* de calce ad faciendum dictum opus, &c. 1x. lib. gr. Literæ ann. 1345. ibid. p. 520. col. 1. Rector dicti monasterii... possit capi & scindi facere de lignis viridibus dicti nemoris ad faciendum unum alium *Rassurnum* calcis, & calcem, quam in dicto faciundo *Rassurno* & in *Rassurno* jam facto poterit dictus prior vel rector facere fieri, vendat ut melius poterit, & pretium convertat in opere & edificiiis ecclesie & monasterii predictorum.

RAGA. Lex 3. Cod. Th. de Habitu, quo uti oportet intra urbem: Intra urbem Romam nemo vel *Ragis*, vel *tzancis* utatur. Cum in Lege superiore braccis legatur, videtur eadem vox in hac Lege reponenda. Nam quod quidam *rocchis* restituunt, aut *racis*, ut sint Græcum ῥάκιν vel ῥάκισα, de qua voce in *Ragana*, neutiquam probaverim: cum habitus & indumenta exotica, ac præsertim Francorum interdiciantur in lege 4. *Majores crines*, indumenta pellium, etiam in servis, intra Urbem sa cratissimam præcipimus

inhiberi. Quæ quidem, ut & braccas, Francorum propria fuisse, fatis constat.

- ¶ RAGACINUS, RAGACZINUS. Vide *Ragazinus*.
- ¶ RAGADIA, Fissura, Rima, à Græco *ῥαγάς, ἄδος*. Acta S. Raynerii, tom. 3. Junii pag. 461. *Habebat Ragadias in volis manuum & inter omnes digitos earumdem, quæ vulgo Setola dicuntur; & nullo modo poterat curari medicamine. Ραγάδια Celsus vocat scissuras in ano; hinc Laur. in Amalthea: Ragades, Ragadia, fissura & rima in sede seu ano; item in labris & vulva, scissura dicta Celfo.*
- ¶ RAGALEIA, vel *Ragaleca terra*, in Archivis Regiis, in arce London. apud Spelmannum, nostris Modus agri, *Raye*. Vide *Rega*.
- ¶ RAGALON, Anhelitus hominis animam agentis, Gall. *Râle, Râlement*. Miracula Urbani V. PP. MSS. è Bibl. S. Victoris Massil. *Videbatur quod fuisset in mortis articulo, quia jam habebat in gutture lo Ragalon, quod est signum mortale.*
- ¶ RAGATIUS, Idem qui mox *Ragazinus*. Statuta Placentiæ lib. 5. fol. 58. *Nullus scutifer vel Ragatius in civitate Plac. vel burgis currat aliquem equum... nisi in presentia domini, cujus fuerit equus.*
- ¶ RAGAZINUS, RAGACZINUS, &c. Ital. *Ragazzo*, Servulus, calo, Gall. *Goujat*. Chronicon Dominici de Gravina, tom. 12. Muratorii col. 595. *Hoc itaque deliberato consilio, datis equis eorum Ragaczinis, unusquisque pedes evaginatibus gladiis concivibus civitatis mortem minantur.* Legitur *Ragazinus* ibidem col. 599. *Ragacinus* col. 708. ut & in Joh. Demussis Chronico apud eumd. Murator. eod. to. col. 512. *Ragazinus*, in Chronico Mutin. tom. 15. ejusdem Muratorii col. 600. *Ragacii & servi*, in Constitut. Frederici Regis Siciliae cap. 113.
- ¶ RAGAZUS, Eadem notione. Regimina Paduæ apud eumd. Murator. tom. 8. col. 436. *Veni Paduanam... cum magna multitudine militum & peditum & Ragazorum.*
- ¶ RAGELLA, Vestis, aut panni species. Charta plenariæ securitatis Ravennæ scripta sub Justiniano, apud Briffon. lib. 6. Formul. *Mapa valente asprionis siliqua una, lena vetere una, Ragella vetere una, &c.*
- ¶ RAGEMAN, Statutum dicitur de Justitiariis assignatis per Regem Edwardum I. & Concilium suum ad peragranda Angliam, audiendasque & terminandas omnes injuriarum querelas, per quinquennium factarum, ante festum S. Michaëlis anno regni sui 4. Spelm.
- ¶ RAGGEMANS. Literæ Henrici IV. Reg. Angl. an. 1399. *de Raggemannis comburendis*, apud Rymer. tom. 8. pag. 109. *Licet nuper, tempore D. Ricardi nuper Regis Angliæ... quamplures subditi... regni nostri Angliæ per diversa scripta, cartas sive literas patentes, vocata Raggemans sive Blank Chartres, sigillis eorumdem subditorum separatim consignata & in cancellaria ipsius nuper Regis postmodum missa, se reos & culpabiles de diversis proditionibus ac mespersionibus & aliis malefactis, per ipsos contra ipsum nuper Regem & regaliam suam factis, fore cognoverint... ordinavimus, quod omnia & singula scripta, carta seu literæ, prædicta... comburantur & destruantur.*
- ¶ RAGMAN, Eadem notione. Chronicum Anglic. Thomæ Otterbourne p. 114. *Redditis Regi & regno Scotiæ juribus, libertatibus, & litera qua vocatur Ragman cum sigillo de homagio facto nobili Regi Edwardo I.*
- ¶ RAGIA, Alveus, ut videtur, canalis, aquæductus. Statuta Mediolan. part. 1. cap. 245. *Ad transversum fluminis tam publici quam privati, vel alicujus Ragia vel foratoris... liceat vicino habenti terras ab utra-*

que parte aquam ducere. Vide *Ragium & Raeria*.

- ¶ RAGIATUS, Idem forte quod *Ragatus*, Radiatus, ex Italico *Raiato*, vel Gallico, *Rayé*. Anastasius Biblioth. in S. Hilario PP. 28. [& Joannes Diaconus in Appendice Ordinis Rom. cap. 13.] *Cum columnis porphyreticis Ragiatis foratis. Cujusmodi sunt, quas Cancellatas dicimus. Statuta Massiliensia MSS. ann. 1276. Tunica Ragata cum punchis.*
- ¶ RAGIMBURGII. Vide supra *Rachimburgii*.
- ¶ RAGIUM, [Idem quod *Ragia*.] Tabularium Casauriense ann. 24. Ludov. Imp. F. Lotharii: *Tibi dono Ludovico terram foris ipsa insula de Casauere, juxta ipsum Ragium de ipsa Piscaria, quæ nobis pertinet.*
- ¶ RAGLORIUM. Charta Edw. III. Reg. Angl. quæ Edwardum primogenitum suum Principem Valliæ constituit in Parlamento Westmonast. ann. 7. apud Seldenum de Titulis honor. pag. 597. *Cum forestis, chaceis, parcis, boscis, warennis, hundredis, comotis, Ragloriis, ringeldiis, wodewardiis, constabulariis, baliviis, forestariis, coronatoriis, &c.* Apud Wallos *Rbaglaw*, ait Spelmannus, *Senescallum, Surrogatum, Præfectum, Præpositum* sonat. [Literæ Henrici Principis Walliæ an. 1408. apud Rymer. to. 8. pag. 547. *De nôtre grace especiale & pour le bon & greable service que notre amé serviteur William Malbon, vadlet de nôtre chambre, nous ad fait & fera en temps à venir, avons donné & granté à l'avantdit William l'office de Raglore de les Commotes de Generglyn & Hannynyok, deinz nôtre Contée de Cardygan, & avoir à l'avantdit William ledit office pour terme de sa vie, ovesque les fecs, gages & profits, à l'avantdit office d'ancien tems duez, accustumez.]*
- ¶ RAGMAN. Vide in *Rageman*.
- ¶ RAGUNARE, Idem quod *Dirationare, Arraisonner*; Mittere in rationem. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Sulmonensib. *Habeat in omnibus licentiam... causare, agere, & Ragunare, & adoprare, de suprascripto Episcopo defendere absque omni calumnia.*
- ¶ RAHERIA. Vide *Raeria*.
- ¶ RAIMATUS, [Obligatus, ad aliquid præstandum in litigiis, v. g. jus suum probandum, testes producendos, &c.] Vide *Adramire*.
- ¶ RAIMBERS, Vox vernacula, cujus notio fatis exponitur in Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1316. *Dicti conjuges habere debebant... IV. panes vocatos Raimbers, quorum quilibet debet habere... IV. michiarum nigrarum pondus.*
- ¶ RAIMBURGI. Vide *Rachimburgii*.
- ¶ RAIMUNDENSIS MONETA. Vide *Raimundensis* in *Moneta Baronum*.
- ¶ RAINBURGI. Vide supra *Rachimburgii*.
- ¶ RAISA, RAISOGUELDUM. Vide *Reisa*.
- ¶ RAITEMAGISTRI, Carolo de Aquino in Lexico Militari videtur fuisse gradus honoris in militia *Raitrum*. Famian. Str. Dec. 2. l. 8. *Delegatis duobus, ut ipsi vocant, Raitemagistris.*
- ¶ RAITRES, in eod. Lexico Mil. Militia equestris, apud Germanos; nam his *Raiter* est Eques, *Raiten*, Equitare. Idem Famian. ibidem: *Cognoscit de numero, deque consilio Raitrum.*
- ¶ RALLA, Instrumentum, quo raditur, quasi *Rada*; *Radella*, unde *Ralla*, inquit Salmasius. Gloss. Gr. Lat. *ῥάλας*, hæc *Ralla*, *Rallum*, *Rallus*, *Rasorium*. [Et mox: *ῥόσπα*, *Strigila*, *strigilis*, *Rallum*, *ramus*, *radula*, *strigile*. Confer Latino-Græcas, &] adde Glossas Isidori.
- ¶ RALLIARE, Iterum obligare, à Gallico *Relier*, Iterum vincire. *Qui noluerint manumitti... Rallientur*, in excerpto veteris Chartæ, cujus non est copia; verum opinor hic agi de servis manumit-

tendis, qui si noluerint manumitti, novo jugo subdendi declarantur.

RALLUS, Avis aquatica, vulgo *Ral*. Sunt etiam *Ralli terrestres*, qui dicuntur *duces coturnicum*, inquit Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 9. Adde cap. 17. [Vide *Ralla*.]

¶ **RALUM**, *Corium*, in Onomastico ad calcem tomi 1. Sanctorum Maii.

RAMA. Lex Ripuarior. tit. 15. *Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium interfecerit, & eum cum Rama cooperuerit, &c.* Ita præferre Codicem Metensem monet Baluzius, ubi alii *Ramo* habent. Vide *Ramale* & *Ramus* 2. [Pactus Legis Salicæ tit. 44. §. 5. *Si vero eum de hallis aut de Rama super operuerit, &c.* Acta S. Jacobi Philippi, to. 6. Maii p. 175. *Ego vidi multas violas coloris gialli virides, quæ ab omnibus tunc presentibus judicabantur esse de recenti ablata ab ejus planta; & de his habui unam Ramam.* Annales Medioli. apud Murator. to. 6. col. 811. *Paramentum unum cetonici rubei laborati ad Ramam.* Itali *Rama* dicunt eadem notione. Le Roman de la guerre de Troyes MS.

*En sa main tient un Raim d'olive;
Peis mostre as Griu en sa creance.*

Alii dicunt *Rain*, ut etiamnum quidam è Gallo-Belgis. Vide *Menagium* in Etymol. Gall. & de *Lauriere* in Glossario Juris Gallici v. *Rain*.]

¶ **RAMADA**, Umbraculum ramis concinnatum, Provincialibus *Ramade*, Gallis *Feuillée*. Charta an. 1344. è Schedis D. *Lancelot: Item quod nullus cujuscumque conditionis existat sit ausus facere Ramadam seu Ramadas in tabernis, nec facere signum in tabernis cum ramis, nisi cum manutergio.* Ibidem: *Item quod nulla persona, cujuscumque conditionis existat sit ausa facere vidacerios infra villam Balneolis, nec Ramadas sive veredas per carrerias, nisi habeant in altitudine duas cannas.* Vide *Ramata* 2.

RAMAGII, dicti Friderico II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 30. 43. & alibi: *Falcones silvestres adulti, & qui extra nidum capiuntur cum retibus, laqueis, aut aliis instrumentis. Ramales* vocat Thuanus, nostri *Branchus*. Vocis etymon indicat Petrus de Crescentio lib. 10. de Agricult. cap. 3. dum ait, *Ramarios* esse, qui de nido egressi, de ramo in ramum matrem sequuntur. Crescentii interpreti Italico *Raminghi* dicuntur. Vide Guill. Tardif Lectorem Caroli VIII. Regis, de Falcon. 1. parte cap. 15.

¶ Ex hoc fonte emanat, ni fallor, vox Gallica *Ramage*, quam pro puella matri semper adhærente, & eam instar pulli, ita sequente, ut nulla esset facultas quemquam adolescentem alloquendi, usurpat Poema inscriptum, Le Roman d'Athis MS.

*Se ma mere n'est auques dure,
Que j'aye ami elle n'a cure...
Et me veut tenir si Ramage,
Que je ne soie si hardie,
Qu'au chevalier parle, ne rie.*

RAMAGIUM, Facultas data tenentibus excindendi vel colligendi ramos arborum in silvis dominorum, seu *ramalia*, unde & *Ramalaticum* dicitur. Charta ann. 1104. ex Tabulario S. Maxentii in Pictonibus: *Ego Audiernus de Campania dedi B. Maxentio Ramagium per omnes buscos meos in curte de Montebo, ad hoc, ut homines de Coguleto accipiant ad omnes necessitates suas.* Regestum Philippi Aug. Herouvalianum fol. 69. *Pro Ramagio lignorum donat quaque domus tria ova in Pascha.* Aresta an. 1279. in Regesto Parlamenti Paris. B. fol. 49. *Capellani de Ramagio forestæ Britolii remanebunt in possessione sui usagii, &c.* Tabular. Montismorilionis in Pictonibus

fol. 142. *Condonati domus domini, qui in hac terra habitabunt, non reddent alicui domino nec Ramatge, nec pasquerium.* Vide *Ramalaticum*.

¶ Vox *Ramatge* in hoc postremo loco Tabularii Montismorilionis non significat ipsam facultatem excindendorum colligendorumque in silvis ramorum, sed quod pro ea facultate domino solvendum est à tenentibus: qua notione sæpius etiam accipitur vox ipsa *Ramagium*. Charta Odonis domini de Clovis pro habitatoribus villæ de Boesses ann. 1239. apud Thomasserium in Biturig. pag. 85. *Et omnia nemora mea aperta capere poterunt ad omnia necessaria sua facienda, ita quod pro iisdem Ramagium consuetum reddere tenebuntur.* Conventio Chartusianorum Vernensium cum Rossolino de Fossis ann. 1389. ex Schedis Pr. de *Mazaugues: Patri suo Rossolino habenti supremum dominium, merum imperium & Ramagium super avere extraneum in dicto monasterio & territorio ejus.* Venditio Vicecomitatus Rellanæ per Ludovicum II. Comitem Provinciæ facta Petro d'Acigné Senescallo ann. 1410. ex iisd. Schedis: *Cum... venationibus & piscariis, pulveragiis, Ramagiis, passagiis, pedagiis, albergis, &c.* Statuta Perusiæ pag. 60. *Si pedagium, bastagum, Ramagium, gabella, leyda seu curaria, ascenderit ad solidos duos vel ultra, &c.* Vide *Ramagium*.

¶ Gallica vox *Ramage* in Consuetudine Britannica art. 298. 306. 322. 323. 325. 326. 330. 331. 482. 541. & 593. dicitur ramus cognationis & successionis linea, de qua consule de *Lauriere* in Glossario Juris Gallici. Vide *Ramificare*.

¶ **RAMAGIUS CERVUS**, Nostris *Cers ramés* vel *ramages*. Le Roman de la Rose MS.

*S'est plus couars que cers Ramés
Riches homs qui cuide estre amés...
En ce cas n'est-il mie sages
Ne qu'est un biax cers Ramages.*

Vide *Cervus Ramagius* in *Cervus*.

RAMALATICUM, Idem quod *Ramagium*, de qua voce supra. Vetus Notitia apud Perardum in Burgundicis pag. 38. *Dedit Canonicis Divionensis Ecclesie apud Arcumavillam, usus suorum nemorum, ad construenda qualibet ædificia, percursus quoque in eisdem nemoribus & pasnaticum, & Ramalaticum, pasturam videlicet animalium in pratis... habere concessit.*

RAMALE, Ramus. Papias: *Ramalia, rami arborum, vel frondes.* Will. Brito lib. 7. Philippid.

.. *Lapides, Ramalia, truncos*

Comportant, vivoque graves cum cespite glebas.

Et lib. 10.

Pars solis solem Ramalibus arcet & imbrem.

Utuntur Ovidius, Persius, Martianus Capella, & alii. Vide Stephanium ad Saxonem Grammaticum pag. 155.

1. **RAMATA**, Piscationis species, projectis in aquam ramalibus, intra quæ pisces sese recipere solent. Charta Hugonis III. Episcopi Nivern. ex Tabul. S. Cyrici Nivern. num. 76. *Dedit insuper unam in Ligeri Ramatam, & suis gurgitibus piscaturam.* Infra: *Itidem concessit eis Ramatam unam in loco convenienti inter suas, & in suis gurgitibus piscaturam ante festivitatem S. Cyrici, &c.* Tabularium Priorat. de Paredo fol. 60. *Dedit in hoc loco... terram, id est campum, situm in ripa Ligeris, dictum ad Graverias, & capturam piscium, quas vocant Ramatas, quas sequente tempore Dominus Gaufridus de Bonant in suo dominio retinuit, &c.* Fol. 71. *In Alta ripa sex congeries ramorum, quas Ramatas dicunt, in aqua Ligeris.* Fol. 25. *Ripam aquæ, ac congeries ramusculorum in aqua ad capiendos pisces.* Fol. 78. *Dedit... tres meliores*

Ramatas, quas habebat in alodio suo in Ligerim, quæ vulgo dicitur *Lea ad Altam rivam*. Vide *Combri*, *Rameia*, [& *Rameda*.]

2. RAMATA, Ramalium umbraculum, cujus usus in Processionibus Ecclesiasticis, dum eæ per plateas urbanas peraguntur. Charta Huberti Episcopi Andegav. in libro de Restitut. S. Florentii Salmuriensis: *Remitto cunctas alias consuetudines, præter unam, quam solam retineo, quæ est Ramata mihi faciendâ singulis annis, sicut prius à villanis illis, si communiti fuerint apud . . . sedis nostra villam ante matrem Ecclesiam ad festivitatem SS. Apostolorum Petri & Pauli, &c.*

☞ Latius accipitur pro quovis umbraculo ex frondosis arborum ramis, in Charta Avenionensi, quæ sic clauditur: *Actum Paternis in fortalitia subtus Ramata*. Vide *Ramada*.

- ☞ RAMATGIUM, Ornamentum vestis instar rami figuratum. I iteræ Caroli V. Fr. Regis an. 1367. pro Monspeliensibus de forma vestium: *Nulla distarum mulierum audeat portare . . . brodaduras, vel Ramatgia, vel alia operagia quæcumque*. Eadem notione dicimus *Ramage*. Vide *Ramagium*.

RAMATUM, Charta Stephani Bani Croator. ann. 1018. apud Joann. Lucium lib. 2. de Regno Dalmatico cap. 8. *Et si quis (quod absit) ausus fuerit subtrahere ex meis, vel extraneis, moriatur de Ramato, & habeat semen super terram, & persolvat auri libras 30.* hoc est ad ramum, vel ad furcam suspendatur. Vide *Ramus*. Le Roman de Gaydon:

Ne soit pandus à un aubre Ramé.

[Le Roman de la Rose MS.

Si me convint couchier pasmé

Dessous un ollivier Ramé.]

- ☞ RAMBA, Officina coquendæ cerevisiæ, Gallice *Brasserie*. Chronicon Bonæ-spei pag. 153. *Quicumque in eadem villa Rambam facere voluerit, faciet, & de unoquoque brassino solvet unum sestarium cerevisiæ & unum similiter de medone*. Videtur omnino legendum *cambam*. Vide *Camba* 3.

RAME, vox Italica, *Æs*, *Æramen*, unde origo. Tabularium Casauriense: *De bubus & vaccis, & de minutis animalibus, de ferro & Rame, &c.* Corona una de *Rame*, cruce una de *Rame*, in Charta ann. 1284. apud Ughell. tom. 7. Ital. sacr. pag. 611.

RAMUM, Eadem notione, apud Sanutum lib. 2. part. 2. cap. 6. & seq. [Statuta criminalia Ripariæ cap. 220. *Quilibet vendere volens ferrum & Ramum teneatur & debeat separatim ponderare ferrum à Ramo, & è converso, sub pœna amissionis dicti Rami cum dicto ferro.*]

- ☞ RAMEA, pro *Ramex*, Gall. *Hernie*. Papias: *Hernia, Ramea, Ramix*.

☞ RAMEDA, Idem quod *Ramata* 1. Species piscatus. Charta ann. 1098. è Tabulario B. Mariæ de Charitate ad Ligerim: *Archimbaldus de Lameniaco Miles donat monachis de Charitate dimidium piscaria, quæ Opia dicitur, excepto Ramedarum casamento; Ramedas tamen, quas ibidem Gaufridus presbiter in dominio habuisse dignoscitur, eisdem contulit*. Charta vernacula ann. 1501. è Tabulario S. Nicassii de Melento: *Item appartient audit Prieuré un goret, autrement dit Ramée, qui est une pescherie dans la riviere entre les deux isles de S. Nigaise*.

RAMEIA. Charta Petri D. Marleti ann. 1234. apud Duchesnium in Hist. Monmorenciaca pag. 407. *In dominio meo sunt . . . riparia versus Crociacum, duo gurgites, & tres Rameia, quæ dom. Robertus de Essenvilla tenet de me*. Idem videtur quod *Ramata* 1. Vide in hac voce. [Charta ann. 1214.

è Tabulario Portus-Regii: *Ego B. dominus Malleti & ego Mattheus frater ejus, dedimus quandam Rameiam in aqua . . . faciendam*. Vide *Rameda*.]

- ☞ RAMENTOSUS, Ramentis plenus. *Sanguinolenta & Ramentosa*, Cælio Aurel. l. 4. Tard. cap. 3. *Ramentosa descendunt velut in alvi profluo . . . sicuti vina alba*, p. 112. Medicinæ Salern. edit. 1662.

☞ RAMERIA, ut mox *Ramerius*. Inventarium Piquet fol. 24. v^o. ex Archivo Principis de Rohan: *Item tertiam partem v 11. cestariorum avene & v 11. den. quam serviunt heredes Johannis Charpini pro quibusdam terra, prato & Rameria, scitis in Drays*. Eadem recurrunt ibidem. Charta ann. 1424. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 6. col. 310. *Item damus eisdem (Eremitis B. Mariæ de Carsano) conferimusque & assignamus jus, licentiam & potestatem ligna cedendi & capiendi in terris, nemoribus, Rameriis & possessionibus dictæ ecclesiæ de Carsano, portandi ad eorum habitationem pro eorum usu dumtaxat necessaria*. Terras incultas intelligo in quibus vepres sunt & aliæ hujusmodi arbusculæ.

☞ RAMERIUM, RAMORIUM, Ramus arboris longior & crassior, humi ab extremitate ea arte depressus cum laqueo annexo, ut facile capiatur fera transiens, atque ramo vi elastica citissime erecto tollatur in sublime, aut saltem retineatur. Charta an. 1357. apud D. Secousse, tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 449. qua Revelli incolis licentia conceditur *venandi & capiendi . . . quascumque feras . . . infra foresta eorum propria; & etiam infra nemora regia antiquitus vocata de Vanre . . . cum canibus & gentibus & etiam cum Ramerio vel Ramoriis . . . & ipsas feras captas secum adportandi, &c.*

RAMERIUS. Charta ann. 1236. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. fol. 51. *Prata & pascuæ, nemora & bartas, & alberetas, & Ramerios, & devestios, &c.* *Ramiers* etiamnum Occitani vocant terras incultas, & animalium pastioni idoneas.

RAMETA. Bulla MS. Paschalis PP. an. 1106. de Dedicacione B. Mariæ de Caritate: *Sunt autem termini isti, ab illo loco Ligeris, ubi sunt Rameta Hugonis de Troncongii, per medium vallis, usque ad boscum, qui dicitur Brollium, &c.* Occurrit ibi rursum. *Silvula forte, à ramis*. [Idem omnino est quod *Rameda*, Species piscatus.]

☞ RAMETALIS, Idem, ut opinor, quod *Ramerius*. Diploma pro Monasterio S. Victoris Massil. ann. circiter 1000. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 356. *Et ipse alodis habet terminos in fluvio, quem dicunt Welena (Welna in magno Chartular. ejusd. S. Victoris fol. 15.) Et pergit per ipsum Rametalem, qui est ultra ipsam salam, & pervenit ad ipsam Iliam, (melius, ut puto, MS. ilicem,) & pergit ad ipsum podium sursum, & vadit per ipsam serram, quæ est supra ipsam ecclesiam subtus Creisaco*.

RAMHUNT, Canis species. Vide *Canis*.

RAMICH, est pondus sex *Chirast*, *Chirast* autem est granorum 4. Saladinus de Ponderibus.

☞ RAMICULUS, Parvus ramus, ramusculus, in Miraculis S. Johannis Beverlac. tom. 2. Maii pag. 180. *Ex multis arboribus paucos Ramiculos decerpens, &c.*

RAMIELLUS, in Foris Aragon. lib. 3. tit. de Rivis: *Libere valeat pertransire insulam, soto, vel Ramiello, &c. nostris Buisson*.

☞ RAMIFICARE, *In ramos quaquaversum diffundere*, apud Goclenium in Lexico Philof. *Ramificatus* metaphorice pro Oriundus, instar rami ex stirpe, seu progenie, ortus. Vita B. Giraldi de Sallis, tom. 6. Ampliff. Collect. Marten. col. 996.

Non debbat vir Ramificatus à tam gloriosa propagine in aliquo degenerare. Ibid. col. 1011. Est una famosa progenies in Chavigniaco, à quo singula Ramificata persona visitare solent Sanctum Dei cum muneribus, semel in anno. Vide Ramagium.

RAMILIA, Ramuli, vulgo *Ramille*. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 808. Et de bosco meo concessi & dedi eis in elemosinam 10. carucatas de Ramilia, & tres de virga per singulos annos. [Tabular. S. Albini Andegavensis: Passim de bosculo Lancioni vetat Raginaldus hominibus S. Albini & monachis etiam radices ad calefaciendum, cum ipse & sui Ramiliam & radices illius bosculi auferant & usurpent. Vide supra Ramagium.]

RAMINATIUM. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 94. Nec non & de tertiis & thaschis, qua exierunt ex eisdem silvis, & de Raminatio. Ubi forte legendum *Ramatico*. Vide in hac voce.

¶ **RAMIRE TESTIMONIA**, Testes in iudicio adramire seu promittere. Placitum ann. 821. apud Mabillonium tom. 2. Annal. Benedict. pag. 723. col. 1. & Murator. tom. 2. part. 2. col. 373. Testimonia exinde Ramiroit, & talia dare non potuit, qualia Ramita habuit & qualia exinde dedit in presentia Rothardi & Nortperti episcoporum, seu istius Leonis, nullum proficuum ei testificati sunt. Vide *Adramire*.

¶ **RAMIROSUS**, Ενλεγοκηλῆτης, in Glossis Lat. Græc. Melius in Græco-Latinis: Εντεροκηλῆτης, *Ramicosus*.

RAMISPALMÆ. Vide *Dominica Palmarum*.

¶ **RAMMA**. Charta ann. 17. Philippi Regis apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Occitan. MSS. pag. 389. Ego Deodatus abbas S. Tiberii dono... medietatem de fustis quos tu Petrus præscriptus & infantes tui plantaveritis & plantare facietis, & medietatem de *Ramma*, hoc est, ramorum, ut videtur, qui ex iis fustis seu arboribus excidentur.

¶ **RAMOSITAS**, f. Cæsura ramorum. Scherus Abbas de primordiis Calmosiacensis Monasterii, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1197. Fœnum & annonam deducere (debet) ad parietem horrei, *Ramositatem* tempore Martii, prati clausuram xv. pedes.

RAMOSUS PULSUS, Medicis dicitur, qui primus digitis tangentis apparet alio modo, & reliquis digitis apparet inæqualis, ut si appareat uni digitorum velox, alii tardus, uni spissius, alii ramosus, uni fortis, alteri debilis, uni inciduus & apertus, alteri deciduus & occultus. Magister Egidius de Corbolio lib. de Pulsibus:

Finditur in ramos *Ramosus*, & organa motu
Quadrifido seriens digitos percurrit in imo
Discolor in pulsa, &c.

¶ **RAMPEGO**, Idem quod mox *Rampico*, Ital. *Rampogone*. Chronicon Andreae Danduli apud Murator. tom. 12. col. 519. Interim per Supam & alios rivos penetravit classis multarum cymbarum, cuius præfectus erat Marcus Grimannus, in agrum Patavinum, multaque damna intulit hosti, tandem ab hoste acta *Rampoginibus* in ripas est tractus.

RAMPICO, Uncus: vox Italica. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 4. Dictum navigium ronconibus & longis lanceis, atque lanceis cum *Rampiconibus* sive uncis in capitibus optime sulciantur. Bocacius: Perche cimone dopo le parole preso un *Rampicone* di ferro. Eiusmodi sunt lanceæ illæ Gothicæ, de quibus Sidonius lib. 4. Epist. 20. *Lanceis uncatis, securibusque missilibus dextra referta. Rampiones* habet Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 32.

RAMPINUS, Idem quod *Rampico*. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium p. 49. *Cremenses* vero per fossatum ipsius castri cum maniculis & *Rampinis* euntes,

suos, qui in fossato necati erant, ... foras extraxerunt. Pag. 58. Alios etiam tres ipsius duces milites cum *Rampinis* ferreis de ponte in terram trabentes, &c.

¶ **RAMULARIUS**. Glossæ Græc. Lat. Philoxeni: *A Ramulariis*, ἀπὸ τῶν ἀνλεπιτρόπων. Vulcanius suspicatur legendum esse *A ramulariis* vel *A rabulariis*; Martinius vero nihil mutandum censet, quod ἐπιτροπος procurator sit vel tutor, & ἀνλεπιτροπος, Qui vices agit tutoris, quasi ex eo ramulus.

¶ **RAMUM**, Æramen. Vide in *Ramen*.

1. **RAMUS**, Virga, membrum virile. Prudentius lib. 1. in Symmachum, de Priapo:

Turpiter adfixo pudeat quem visere *Ramo*.

Warnerius in Caprum Scottum Poëtam MS.

Nam sicut misera tractabat crura puella,

Præstendens *Ramum* luxuria rigidum.

Vide Meursium in Exercitationibus criticis part. 2. capite 7.

2. **RAMUS**, Locus custodiæ reorum, Truncus, *Stock*, Germanis. Goldastus.

RAMI, Dominica, quæ *Ramispalmarum* vulgo dicitur. Charta Sanctii Regis Navarrae æræ 1125. apud Sandovallium in Episcopis Pampilonensib. pag. 75. Veniant ad *Ramos* & in Sabbatho sancto ad Baptisterium cum suis Presbyteris, &c.

RAMO INTERFECTUM COOPERIRE, de eo, qui homicidium clam, seu *murtrum* commisit. Lex Ripuariorum tit. 15. Si quis ingenuus Ripuarium interfecerit, & eum cum *Ramo* cooperuerit, vel in puteo, seu in quocumque loco celare voluerit, quod dicitur *Mordrido*, &c. Lex Salica tit. 43. de Homic. §. 3. Si autem de *Ramis*, vel de hallis, aut de qualibet re eum cooperuit, &c. Vide *Rama*.

AD RAMUM INCROCARE, ad furcam suspendere, in Lege Salica tit. 69. §. 1. Vide *Ramatum*.

¶ **PER RAMUM INVESTIRE**, seu in possessionem mittere. Vide *Investitura*, & de *Lauriere* in Glossario Juris Gallici v. *Rain*.

1. **RAN**, Rapina, Saxonice, & Danice, quæ vox occurrit in Legibus Canuti Saxonice part. 2. cap. 58. Gloss. Saxon. post Leges Henrici I. Reg. Angliæ *ran*, aperta rapina, quæ negari non potest, Leges Guillelmi Nothi c. 62. Si Francigena appellaverit Anglum de perjurio, aut *murdro*, furto, homicidio, *Ran*, quod dicunt *apertam rapinam*, quæ negari non potest, Anglus se defendat per quod melius voluerit, aut iudicio duelli, aut ferro. Vide *Hovedenum* pag. 601. Janum Dalmerum ad Jus Aulicum Norvegicum vetus pag. 526. & Petrum Resenium ad Jus Aulicum Canuti II. Regis pag. 671. Porro à *Ran* voce aliam *ranson* ortam opinatur Loccenius lib. 2. Antiquit. Suecic. c. 7. qua vulgo utimur pro pretio redemptionis, quasi fuerit redemptionis pretium pro raptu: nam *sona* compositionem significat, ut suo loco docemus. Unde ad pretium libertatis consecutæ translata postmodum fuerit. A voce denique *Ran*, deducta alia

BORAN, Deprædatio mansionis, apud Suenonem in Legibus Castrensib. cap. 10. Kanutus Episcopus Wiburgensis lib. 2. Legum Juticarum c. 44. Hoc est *Boran*, quando aliquis intraverit curiam alterius, & inde diripuerit pecora ejus, vestimenta vel arma, vel aliquam aliam rem valentem dimidiam marcam denariorum. Varias autem rapinarum species jus Danicum recenset, videlicet *haandran*, *boeran*, *balran*, *marleran*, *stigran*, &c.

¶ 2. **RAN**, Pars, apud Armoricos. Tabularium Rothonenſe: Nomina partium, quas reddit *Ran-grudon*, *Ran-mesan*, *Ran-wicor*, *Ran-trobtgran*, *Ran-anan-gen*, *Ran-wivrat*, &c. Passim occurrit in hoc Tabu-

- lario. Vide Lobinelli Glossarium ad calcem Hist. Britanniae.
- ¶ 3. RAN, Johanni de Janua, *indeclinabile, Ira vel locus ira; unde etiam evenit quod efficitur rabiosus homo. Si error non est, ficta videtur ea vox ex prima syllaba vocis rancor, tanquam sit ira cordis. Vide Martinium in Lexico.*
- ¶ RANA, Tumor inflammatus sub lingua, potissimum in pueris. Miracula B. Simonis de Lipnica, tom. 4. Julii pag. 561. *In eadem infirmitate accidit sibi quadam Rana sub lingua, quae ipsum anxiebat, ita quod nec dormire nec comedere valuerit. Vide infra Ranula.*
- RAN CARE, Papias MS. *Stertere, Rancare vulgo dicitur. Est autem flatum per nares emittere & sonare. Editus habet Raucare. [Auctor Philomelæ v. 49. Tigrides indomita Rancant, rugiantque leones. Quidam legunt Raccare, ut suo loco dictum est. Itali hac notione dicunt Rancire.]*
- ¶ RANCERE, *Irasci, indignari; Fetere, esse rancidum, Joh. de Janua: Puir, estre courrouciez ou rancuneus, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. Ranceo, εἰρωτῖδω. Participio Rancens, pro putrescens usus est Lucretius: Unde cadavera Rancenti jam viscere vermes Expirant, &c. Vide Rancor & Vossium de Vitiis ferm. l. 4. c. 19.*
- ¶ RANDESCERE, Rancidum fieri, apud Arnobium lib. 1. Ennodius lib. 4. metaphorice: *Rancescit caritas.*
- ¶ RANCHONUM, Species armorum. Statuta Vercell. fol. 107. v^o. *Et intelligantur arma offensibilia, spata, cultellus de galeno, lancea, battonus ferri, ballista, archus, giustiarma, faucia, misericordia, Ranchonum & his similia.*
- ¶ RANCIDULUS. Epistola Stephani Presbyteri Africani ad S. Aunarium Episc. Autiss. to. 1. Bibl. Labb. p. 422. *Lingua balbutiens faucium inter Rancidulos cursus, squalido sitis impedita rigore non loquitur, sed stridet. De stridulo & ingrato vocis sono hic agi palam est.*
- ¶ RANCILIO. Charta plenariæ securitatis data an. 38. Justiniani Imp. apud Mabillon. in Supplem. Diplom. pag. 91. *Cuppo uno, Rancilione uno, arcas olearias duas semis nummos XL. arca granaria minore ferro legata valente siliquas aureas duas.*
- ¶ RANCOR, Simultas, odium, ira, Italis *Rancore*, Gall. alias *Rancœur*, hodie *Rancune*. Tabularium Metropolis Turon. *Conceperat adversus eum Rancorem propter inobedientiam. Vita S. Hidulphi in Historia Mediani Monast. pag. 103. Absque pusillanimitate, amaritudine vel Rancore. Occurrit in Formulari Anglican. Thomæ Madox pag. 383. apud Murator. tom. 10. col. 696. tom. 12. col. 478. 1122. &c. Pro odio post male factam gratiam remanente sumit S. Hieronymus Ep. 66. ad Rufinum: Conscientiæ nostræ testis est Dominus, post reconciliatas amicitias nullum intercessisse Rancorem. Ita per metaphoram ex *Rancore*, qui proprie est putor ex vetustate & corruptione, ut apud Palladium lib. 1. cap. 20.*
- ¶ RANCORARE, *Rancorem seu odium in aliquem habere, Italis Rancorare vel Rancurare. Charta an. 1060. Marcæ Hispan. col. 1121. Et si fuerit ullus homo vel femina, qui tollant ei aut tulerint prædicta omnia, aut aliquid de prædictis omnibus, prædictus Artallus tantum adjuvet ei ad Rancorare & ad guerreiare per fidem sine engan usquequo recuperatum habeat prædicta Lucia hoc totum quod perditum habuerit.*
- RANCORDIA, *Rancor, ira: unde Rancordiosus, ran-*

- cordia plenus. Ugutio & Joan. de Janua: ex Italico Rancore, vel Gallico Rancœur.*
- ¶ RANCOROSUS, *Eidem de Janua, Rancore plenus: Rancors, irascens vel iratus; unde Rancorditer, irascibiliter.*
- ¶ RANCUM, Rancidum. Vide *Rancus.*
- ¶ RANCUNA, *Idem quod Rancor, Gall. Rancune, Simultas, odium. Charta ann. 1384. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 656. Decanus (Macloviensis) tanquam Capitaneus dicte ville simile eidem D. Duci prestuit juramentum; & præsens D. Dux remisit eis Rancunas, indignitates & malevolentias dictas. Vide Rancura.*
- RANCUNADA. Charta Adefonsi Hispaniæ Imper. æræ 1188. apud Colmenaregium in Hist. Segobienfi cap. 16. §. 9. *Ab illa Cannada ac Geber Zuleima, usque ad Juberos, cum illa Rancunada, que est inter Xatama & Fenares, &c.*
- ¶ RANCUNIA, *Idem quod Rancuna, vel potius Rancura. Transactio Philippi Pulcri Franc. Reg. cum Episcopo Vivar. an. 1307. Qua transactione sic facta, sit pax & concordia inter nos . . . de omnibus & singulis questionibus, controversiis & Rancuniis qua inter nos erant. Vereor ne legendum sit Rancuria, ut mox habetur in Rancura, simili prorsus notione.*
- RANCURA, *Fastidium, querimonia, vox Italis nota. Tolofani dicunt, se Rancura, queri de aliquo: ex Lat. rancor: unde nostri forte, Rancune. Charta Adelfonsi Regis Aragon. æræ 1157. apud Michaëlem del Molino in Repertorio Foror. Aragon. pag. 265. Et qui habuerit Rancuram de aliquo de vobis, & voluerit vos pignorare & prendere, &c. Alia Monasterii Lucensis apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 17. num. 1. Super sigillum & vin clamando, accipere habuerunt centum solidos Pictavenfis moneta, & cum Rancura magna (honorem Solæ) reddiderunt. Id est invito animo. Alia ann. 1251. apud Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbonensia: Cum olim super questionibus & Rancuris, quæ vertebantur inter, &c. Ibidem: Super dissensionibus & Rancuris inter, &c. [Super quibusdam demandis & Rancuris, in parvo Chartulario S. Victoris Massil. pag. 150. Vists Rancuris, controversiis & debatis partium, in Transactione ann. 1416. è Tabulario ejusd. S. Victoris: Quod si Rancura & controversia orirentur inter duas partes, in Charta an. 1442. ex eod. Archivo. Rursum occurrit apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 288. Marten. tom. 1. Amplif. Collect. col. 1511. in Statutis Montisregalis pag. 11. &c. Hinc puto emendandam esse Chartam ann. 1162. in Probat. novæ Hist. Occitanicæ col. 589. ubi pro Rancunis seu demandamentis, corrigo Rancuris.] Dantes can. 39. 27. Quella ch'è non si dol di mia Rancura.*
- RANCURARE, Ital. *Rancuricare. [Rancurare & Rancorare, Rancorem seu Rancuram habere, vel movere.] Vide Albertum Acharisium in Vocabulario Italico. [Charta ann. circit. 1080. in Probat. novæ Hist. Occitanæ col. 311. Petrus Comes interpellavit & Rancuravit de hominibus de Montepessulano . . . de ipsas cogocias & de ipsos raptus . . . Ista omnia superscripta interpellavit & Rancuravit & Rancuram eis fecit.] Charta Alfonsi I. Regis Aragonum apud Blancam: Scripsi tibi ista mea carta de Logroneo: & sapias, quod vidi Rancurantem illo Episcopo de Zarragoza, & suos Clericos quomodo non habent, neque sunt penes illos, Ecclesias adhuc de illos alhobzes, & de illos furnos, qui fuerunt de illas meschitas. Infra: Et si me amas, amplius non veniant mihi inde Rancurantes. Aimericus Sarlatensis apud Joann. Nostradamum*

mun in Vitis Poëtarum Provincialium cap. 59.

*Auray en pax susferat mas doulours,
Et non mi vac plangen ni Rencuran.*

¶ RANCURIA, Idem quod *Rancura*. Charta Curiaë Arelat. ann. 1283. è MS. D. Brunet fol. 88. Super nonnullis questionibus, Rancuriis & controversiis, quas sepiissime contingit.

RANCUROSUS. Fori Alcaçonenses æræ 1267. Et pindret pro 60. sol. medios ad concilio, medios ad Rancuroso, id est, parti læsæ.

RANCUS, *ῥανκος*, pro *Rancidus*, in Glossis Græco-Lat. [In Latino Græcis legitur, *Rancum*, *ῥανκόν*.]

¶ Metaphorice in Vita S. Willibaldi, tom. 2. Julii pag. 508. Obviavit illis unus leo, qui aperto ore rugiens Rancusque eos rapere ac devorare cupiens, hoc est, *Rancore*, ira seu furore plenus.

¶ RANDALLUS, Species baculi, lignum teres, Italis *Randello*. Miracula B. Simonis Erem. August. tom. 2. Aprilis pag. 827. *Rota dicti currus transierunt super corpus & brachia dicti pueri & super Randallum, quem habebat in manibus.*

¶ RANDARE, Radula eradere, Gall. *Racler*. Vox nota mensuris frumentariis. Statuta Civitatis Saluciarum collat. 5. cap. 127. *Molinarius capiat de quolibet sextario cozolium unum Randatum... Habeant rasorium ligatum ad cozolium... de qua Randent.*

¶ RANDUM, *Arbitrandum*, in Glossis Isid. Additur in Excerptis Pithœanis, forte *Rendum*, à *reor*: quod est verisimillimum. Nostri alias *Randon*, impetus erat & concursus multorum, ut in Hist. Johannis IV. Ducis Britan. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 720.

*Quand les choisit, de plain Randon
Il va deploier son panon.*

Proprie sanguinem abunde profluentem significat, unde ad plura translatus istud vocabulum. Vide Nicottum, Borellum & Dictionarium universale Gallicum.

¶ RANGEATOR, Anglis *Ranger*, Præfectus seu custos saltuum, vel ab Anglico *to range*, Vagari, quia ipse est saltus circuire & perlustrare, ne quid illicitum in iis fiat; vel à Gallico *Ranger*, Ordinare, disponere, quia res quæ ad saltus pertinent, disponit. Charta ann. 1416. apud Rymer. tom. 9. pag. 385. *Literas patentes de officio capitalis Rangeatoris foreste de Waltham, Reginaldo Aveignant pro termino vite sue habendo, confectas... sigillavit.* Vide Nomolexicon Thomæ Bloum in *Range*, & Etymologicum Skinneri in *Ranger*. Hæc postrema vox ab iisdem Anglis etiam usurpatur pro rei venatoriæ Præposito, quod pierumque unus idemque sit & Custos saltuum & rei venatoriæ præfectus.

¶ RANGERIUM, f. Fibulæ clavicularis, Gall. *Ardillon*, alias *Ranguillon*. Annales Mediol. apud Murator. tom. 16. col. 808. *Fernalium unam habens usum Rangerium cum cornibus auri, cum sapphiris 11. uno diamante & 111. perlis grossis.*

¶ RANGHOR, Idem quod *Rancor*, vel *Rancura*. Chronicon Parmense ad ann. 1307. to. 9. Muratorii col. 864. *De hoc autem Ranghor & timor fuit in civitate Parma, quum prædicta quibusdam placuerint, quibusdam non; quia nemo sciebat, quid esset melius.*

¶ RANTA, Redditus annuus, Gall. *Rente*. Charta ann. 1212. ex Archivo Castri Brientii: *Ego Guillelmus de Thore dedi domino Chotardo de Veriz & heredibus suis, propter servicium suum, 300. solidos de Ranta annuatim habendos in terra mea de Chalen; de dono isto dominus Chotardus homo meus est ligium de manibus sui & eredes sui, quamdiu hanc tenuerint Rantam. Vide Renta.*

Tom. V.

¶ RANULA, *Tumor est phlegmonodes sub lingua consistens, potissimum in pueris, quem Græci Βάτραχον vocant.* Bartholomæus Castellus in Lexico Med. pag. 423. Vide *Rana*.

¶ RANUTIO. *Ad Rannitionem insu*, apud Perardum in Chartis Burgundicis pag. 337. *perperam pro Adramitionem insu*, ut jam dictum est in *Juisium*. Vide *Adramire*.

¶ RANZIA. Statuta Riperiæ cap. 12. *De quolibet falceto sive Ranzia pro introitu vel exitu sex denarii; Rursum ibi: De qualibet soma lapidum à Ranzis pro introitu soldi quatuor.* Haud satis scio an *Ranzia* sit falx seu instrumentum ad scindendum, ita ut lapides à *ranziis* sint lapides cæsi seu politi. In scutis gentilitiis *Ranchier* vel *Rangier* nostris dicitur falx fœnifeca.

¶ RANZO, Italis *Ranzone*, Gallis *Rançon*, Pretium redemptionis, apud Scriptores Italicos passim. Vocis etymon indicatur in *Ran* 1.

RAPA, RAPUS, Comitatus portio major, læssi instar, quæ plures in se continet *hundredos*, seu centurias. Omnis autem *Suffexia* in sex tantum *rapos* consumitur. Spelm. [Charta an. 10. Henrici VII. Regis Angliæ apud Madox Formul. Anglic. pag. 212. *Cum curiis letis, feriis, mercatis, visibus franci plegii, hundredis, Rapis, libertatibus, wardis, maritagis, releviis, eschaetis, parcis, forestis, una cum... ordinatione omnium Officiariorum, &c.* Literæ Edwardi I. Regis Angl. ann. 1274. apud Rymer. tom. 2. pag. 38. *Rex Militibus, liberis hominibus & omnibus aliis tenentibus de honore & Rapo de Hastings salutem. Cum D. Henricus Rex, pater noster, per cartam suam dederit & concesserit karissimo & fideli nostro Johanni de Britannia prædictos honorem & Rapum, habendos sibi & heredibus suis in perpetuum, &c.*]

¶ RAPACIA, *ῥαπίδα*, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Vox nota Plinio pro tenuioribus raparum frondibus & cauliculis: qua fortean notione Statuta Vercell. lib. 7. fol. 150. v°. *Item statutum est, quod si quis homo vel aliquis de familia sua aliquas scopaturas, vel letamen, vinacias, Rapacias, multicum, calcinarium, petuacias, cretas, pilipariorum, compositam marciam in rugis vel plateis vel viis projecit, dabit pro banno pro qualibet vice solidos quinque Pap.* Potius tamen crediderim *Rapacias* hic esse *Ramenta*, Gall. *Raclures*, Ital. *Raspatura*.

¶ RAPARIUM, Idem, ut videtur, quod mox *Raperia*. Tabularium B. Mariæ Piperac. *Notum facimus quod... Prior ecclesie seu prioratus de Alto-podio, nomine sue ecclesie... tanquam domini ecclesie seu Raperii de Alto-podio, essent in possessione pacifica accipiendi fidejussores à conquerentibus seu litigantibus.* Vide *Rapiarius*.

RAPEIUM. Lambertus Ardensis pag. 2. *Quia terras & Rapeia & silvulas, decimasque & redditus, aliasque possessiunculas nunc in Ghisnensi terra possideant. Et pag. 11. Eo quod in armentis & pecoribus nutriendis totam perfunderet intentionem, terram in parte monticulosam, & Rapeis & bosculis obstram, agros etiam pascuos, gurgitosam marisci planitiem... cum se daturum promisisset, &c.*

RAPERIA, Ædiculæ rusticæ species, apud Arvernenses. Tabularium S. Flori in Arvernens. ann. 1265. *Ordinamus, quod de uno quoque foco, i. hominum facientium vel habentium Raperiam, una detur gallina.* Alibi: *Quilibet homo habens domum propriam in dictis parochiis existens, pro una Raperia, vel pro quocunque foco unam gallinam solvat.* Occurrit ibi pluries.

¶ RAPETIATUS, Pannosus, Gall. *Rapicé*, *Rapetassé*. Vita S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag.

117. Respondet autem quod bene nosset nequam illum barbatum & Rapetiatum.

RAPHALIS, Vetus Charta MS. an. 1250. Ego Garcia Examini (Procurator & tenens locum in Cuiffa pro D. Infante Petro Portugall.) dono & stabilio per francum & liberum alodium tibi Bern. de Vernet Presbytero ... unum Raphalem, qui vocatur Benysaid, qui affrontat, &c. ita quod ibi laboretis, & de omnibus bladis inibi habitis, donetis mihi & meis ... decimam & Ecclesie primitiam. Occurrit ibi pluries. Vox Arabica, Rahal, Raphal, Rafal, Rafalet, quæ casam, domum, seu prædium, civitati vel oppido adjunctum, sonat: una casa, ò heredad junto à la ciudad ò villa, inquit Joan. Dametus in Hist. Regni Balearici pag. 272.

¶ RAPHANELÆUM, Græc. ῥαφανέλαιον, Oleum ex raphani semine. Occurrit apud Pelagium de Vita Patrum cap. 4. num. 59.

RAPIARIUS, RAPIARIUM, Collectaneum, in quod undique rapta inferuntur. Ita editor Chronici Windesemensis ad lib. 2. cap. 62. In uno Rapiario compendiose inscripsit. Cap. 65. Studendo seu bonum punctum ad Rapiarium scribendo. Cap. 67. Bonum de vita & passione Christi scripsit Rapiarium. Adde cap. 68. Raparium vero est locus, ubi rapa crescunt, Joanni de Janua.

¶ RAPILUS, Ραφίλος, Phrygio, acupictor, in Supplemento Antiquarii. In Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. habetur Rapium, ῥαφίλος.

1. RAPINA, Infirmitas in falconibus. Anonymus de Falconibus secundum Aquilam, &c. Si infirmitate, quæ Rapina dicitur, infirmetur, succo artemisiæ cibus ejus intinguatur.

2. RAPINA, Raptus. Vide Mazacrium.

¶ RAPINA MORTUI, Idem, ut videtur, quod mox Rapoworfin, Sepulcri violatio. Consuetud. Furnenses ann. 1240. ex Archivo S. Audomari: Dominus Comes retinet sibi ad justificandum per curiam suam murdificationem ... combustionem ... Rapinam mortui, id est, Troof.

¶ RAPINARE, Rapere, Barthio in Glossario ex Histor. Palæst. Fulcherii Carnot. Rapinari, Rapere, prædari; hinc & Rapinator, apud Goclenium in Lexico Philosophico. Vide Voffium de Vitiis sermonis lib. 4. cap. 19.

RAPINATOR, Raptor, apud Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 10. Usi etiam aliquot ex veteribus. Vide Nonium ex Varrone.

¶ RAPIUM, Græc. ῥάπιον, Acus. In vetustis Schedis MSS. quæ Honorii Scholastici nonnulla pro clientibus acute dicta factave continent: Aliqua nobilissima mulierum duo tenuia lintea palladiis artibus unius in tela volumine Rapio delictiore texuerat, id est, acupinxerat. Vide Salmasium ad Vopiscum in Carino cap. 20. & Hofmannum in Lexico.

¶ RAPO, Ραπαξ, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. Ραπαξ, Raptor, rapax, hemero, Rapo. Legitur apud Nonium ex Varrone.

¶ RAPORASCO. Videtis infra in Rusco.

¶ RAPORTARE. Videtis mox Rapportare.

¶ RAPORTATIO, Transcriptio, cessio, Gallice Transport. Charta Margaritæ Comitissæ Flandriæ an. 1245. è Tabulario Parthenonis Flinensis prope Orchestum: Cum ipse Joannes heredem de carne propria non haberet, Valerius frater & proximus heres ejus ad hac interfuit, & venditionem, Raportationem & guerpitionem hujusmodi laudans, spontaneus & concedens renunciavit penitus omni juri quod habebat vel habere poterat in præmissis; homines vero nostri, super hoc à nobis submoniti, judicaverunt, quod jamdicta ven-

ditio, Raportatio & guerpitio, nec non approbatio & concessio præfati W. bene & legitime factæ erant. Ibidem legitur Reportare, pro Transcribere, cedere, rem possessam alicui dimittere. Vide Reportatio.

RAPOWORFIN, Sepulcri violatio, vox Longobardica. In Edicto Rotharis Regis Longob. titulus 6. inscribitur de Rapoworfin. Mox sequitur: Si quis sepulturam hominis mortui ruperit, & corpus expoliaverit, aut foris jactaverit, &c. Exstat hæc lex in Lege Longobard. l. 1. tit. 12. §. 2. Vide Unegworfin, Marahworfin, & Meroworfin.

RAPPA, Ignota vox. Vide Marguillum.

¶ RAPPERIA, Gladius longior & vilioris pretii, Gallice Rapiere. Monstræ factæ ann. 1511. apud Chaffagniam: Claudius Jornandi habet unam bonam Rapperiam & unam dagam. Ducit Borellus à Græco ῥαπίριον, Cædere.

¶ RAPPORTARE, RAPORTARE, generatim pro Reportare, referre, Gallis Rappoter; Specialius de causæ statu ad judices referre, Practicis nostris, Rappoter. Edictum Caroli VIII. Franc. Regis de fide Instr. pag. 196. Ordinatum est insuper, quod secretarii cancellariam Tholosa insequentibus, aliquas literas, quas signabunt, non Rapportent. Informatione prædicta nobis & curia nostra prædicta Paribus ... Rapportata, in Arresto ann. 1341. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 487. Eadem notione legitur Rapportare, in Charta ann. 1446. apud Thomafferium Consuetud. Bituric. pag. 108. in alia an. 1489. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 238. in alia an. 1491. ibid. pag. 642. &c.

¶ RAPPORTUM, Relatio, Gall. Rapport. Stylus antiquus Parlamenti cap. 12. Possunt superiorem suum in garendum vocare, nisi opponatur eis de falso Raporto factio superiori.

¶ RAPPORTUS, Litis apud judices expositio, Gall. Rapport. Consiliarii nostri Rapportu audito, in Charta Caroli Regis Franc. ann. 1489. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 237.

¶ RAPPUS, RAPUS, pro Raptus, Angl. Rape, Gallicis Rapt. Charta Henrici II. Regis Angl. ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rotomag. Cum mardo & morte hominis, & plaga, & mehaing, & sanguine, & duello, & latrone, & aqua, & Rappo, vel Rapo, ut habetur tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1411. Inquesta de alta justitia monasterii Beccensis ex eod. Archivo: Vidit eos utentes in pluribus casibus de placito ensis, & ita fama communis tenet, præterquam de Rapo, de focagio & resorto. Vide Raptus.

¶ RAPTITARE. Glossæ Lat. Græc. Raptito, ῥαπτιζω. Aliæ Græc. Lat. Αραρπτιζω, Abribio, Eripio, Arripio, Raptito.

RAPTORES, Latrones publici, Voleurs de grands chemins. Vita S. Simonis Comitis Crispeiensis cap. 11. Cum apud Firmitatem Castellum, quæ olim ipsius hereditas dicta est, in propria demoraretur, amicum quemdam ad se de villa venientem, videndi desiderio accensum, unus ex iis, qui Raptores dicuntur, improvise profiliens, captum rapuit, & abscessit. Ordericus Vital. lib. 9. ubi de Concilio Claromontensi ann. 1095. Hoc etiam anathemate feriuntur falsarii, & emptores prædarum, & qui in castris congregantur propter exercendas Rapinas, & domini, qui amodo eos retinuerint in castris suis. Vide Hermannum de Miracul. S. Mariæ Laudun. lib. 1. cap. 6.

RAPTURA. Glossarium Saxonum Ælfrici: Raptura, ryping. i. lac serosum.

¶ RAPTUS, Vis, violentia. Lex Alamann. tit. 58. §. 1. Si qua libera femina virgo vadit in itinere suo inter duas villas, & obviavit eam aliquis, & per Raptum

denudat caput ejus, cum sex solidis componat.

RAPTUS, Concubitus illicitus, Ugutioni, & Joanni de Janua: Nuptiæ occultæ, clandestinæ. Concilium Trosleianum ann. 909. cap. 8. *Est præterea quadam execrabilis species rapinæ, vel potius sacrilegii, quam ex ipso actu rustici Raptum vocant.* Infra: *Decernimus, ut nullus occultas nuptias vel Raptum faciat, . . . sed dotatam, & à parentibus traditam, per benedictionem Sacerdotum accipiat, &c.* Charta Guidonis Regis Hierosol. ann. 1190. apud Guesnaium in Annalibus Massiliensibus: *Excepto furto, homicidio, tradimento, falsamento monetæ, violatione mulierum, quod Rapt vulgariter dicitur.*

RATUS, pro Raptus. Charta Willelmi Comitis Pontivi ann. 1203. in Tabular. S. Judoci: *Et notandum, quod Comes Monasterii & Pontivi extra villam B. Judoci per totum Comitatum prædictæ Ecclesiæ debet habere assultum, murdrum, scatum, & Ratum, violentiam scilicet mulieris vi oppressæ.*

RAPUGARE, Uvarum reliquias sublegere, Gall. *Grapiller*, Ital. *Racimolare, Grappolare*. Statuta Avenion. lib. 3. rubr. 6. art. 4. *Item quod nulli liceat racemare seu, ut vulgo dicitur, Rapugare, nisi factis post vindemias voce tubæ proclamationibus, sub pœna xx. sol. Turon.*

RAPULATUM, Cibus de rapis. Johan. de Janua.

RAPUM. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 30. *Statuimus, quod jurati non possint, nec debeant æstimare blada, arma, Rapa, scandolas domorum, lectos . . . dummodo ille, cujus pignus est, velit ipsi jurato aliud bonum pignus dare ad æstimandum.* An Gladius, Gall. *Rapier*? Vide *Rapperia*.

1. **RAPUS**. Chartula plenariæ securitatis, scripta sub Justiniano apud Briffon. lib. 6. Formul. *Olla testa rupta una tallia valente asprione, albio valente nummos 80. Rapo valente asprione, modio valente asprione, &c.*

2. **RAPUS**, pro Raptus. Vide *Rappus*.

3. **RAPUS**, Comitatus portio. Vide *Rapa*.

RARA, **RARIS**, Semita, fulcus determinans, Gall. *Raye*. Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 54. *Si autem de vineis agatur, quæ parvis semitis, vulgo dictis Rares, circumdantur, tunc qui non habet exitum ad viam publicam per suam vineam, sequatur Raram propinquior viam publicam qua propinquior erit dictæ vineæ.*

RARARE, *Rarum facere; interrare, in medio rarum facere.* Laurentius in Amalthea. Mox addit: *Raro, as, Rarefacio.* Glossæ Lat. Græc. & Gr. Lat. *Raro, as, ραρόω.*

RARENTER, *Rare, raro*, in eadem Amalthea. Occurrit in Vita S. Marculfi, tom. 1. Maii p. 73. & apud nonnullos è veteribus Latinis. Vide Nonium cap. 2. num. 732.

RARERE, unde *Rarescere*, Johanni de Janua. Legitur etiam in Gemma Gemmarum. Vide Vossium de Vitiis ferm. lib. 4. cap. 19.

RARICERE. Glossæ Isidori: *Raricent, Patricent.* In Pithœanis, *Putricent.* Legerem *Rarescent, Putrescent.* Colum. l. 5. c. 6. *Operam dabit, ne emortuis arboribus Rarefcant arbutum; i. deficiat seu putrescat.*

RARINANTES. Paschasius in Epitaphio Walæ lib. 1. cap. 25. *Licet interdum celsa in petra stans, Rarinantes quosque pueros suis ad litus hortabatur facetiis comminus venire.* Sic in MS. legi annotat Mabilionius sæc. 4. Benedict. pag. 485. viderique Paschasium alludere ad illud Virgilianum, facto ex duobus uno vocabulo:

Apparent Rari nantes in gurgite vasto.

RARIOLUS. Glossæ Pithœanæ, *Arreptitius, Rariolus, Furiosus.* Leg. *Ariolus.* Vide *Arreptitius.*

Tom. V.

1. **RASA**. Charta MS. Jacobi Regis Aragon. ann. 1260. *Et affrontat . . . per Rasambo qui usque ad campum vestrum, &c.* [Vide *Rascia* 1. & *Fascia* 1.]

2. **RASA**, Mensura frumentaria, in agro Dumbensi *Ras*: ubi plerumquæ continet quatuor cupas. Necrologium Abbatæ de Daoulas dioc. Corosopitenensis: *Calendis Februarii obiit Guidomarus Buzic, pro quo anniversario habemus unam Rasam frumenti.* Chartularium 1. Monasterii Aquicinct. fol. 29. *Dedit Ecclesia nostræ terram duarum Rasarum frumenti, hoc est, agrum redditus duarum rasarum, vel in quo seminari possunt duæ rasa.* Vide *Rasara, Raseria, Rasum* 1. & *Res*.

3. **RASA**, *Vestis genus, tunica rudis, aspera, non mollis, in Amalthea.*

RASAMEN, *Rasura, Raclure.* Marcellus Empiricus cap. 1. *Rasamen pasta quod in magide adheret, . . . conteres, &c.* [Laurentius in Amalthea: *Rasamen, Rasum eboris, à raso, frequenter rado.*]

RASARA, Idem quod *Rasa* 2. vel *Raseria*. Chartularium 1. Monasterii Aquicinct. fol. 29. *Wiscardus debet nobis censum unius Rasara frumenti. Tietbaldus finescalcus donavit nostræ Ecclesiæ censum annum unius Rasara frumenti.*

RASARE. Auctor Mamotrekti ad lib. Job cap. 40. *Sorbet terram, i. sorbere videtur Rasando, sive pedibus fodiendo.* [Johan. de Janua: *Rasare, frequenter radere.* Charta ann. 1209. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampl. col. 1091. *Arnaldus de Saga convenit muros de Aristost destruere & valla Rasare; hoc est, diruere, complanare, funditus evertere, ut nostris Raser, ubi agunt de destructione munitio-num & ædificiorum.* Vide Vossium lib. 4. de Vitiis fermonis cap. 19.]

RASARIUM. Vide infra *Raserium*.

RASCARE, Cum sonitu quodam ac vi exspuere, Picardis *Rasquer*: vox conficta à sono, qui exspuendo fit, vel quod guttur sputum acrius quodammodo radat: est enim Italis *Rachiare*, idem quod *Radere*. Constantinus African. lib. 3. de Morbor. curat. cap. 8. *Sanguinis rejectio duobus modis fit, cum tussi, vel cum Rascatione: cum tussi, à pectore exit, & sibi cum adjacentibus membris: cum Rascatione, ex gutture & adjacentibus vuula.* Adde cap. 9.

RASCHATUM. Vide supra in *Rachetum*.

1. **RASCIA**, Modus agri, vel vineæ. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ fol. 17. *Quidam homines . . . vendiderunt monachis hujus loci 3. Rascias de vinea, quas ad medium plantum tenebant.* Fol. 40. *Vendidit monachis . . . unam Rasciam vinea, &c.* Occurrit alibi non semel.

2. **RASCIA**, Aqua subsidens, locus aquaticus, & lutosus, vulgo *Raque*, Picardis. Charta Philippi Comitis Flandrensis an. 1176. apud Buzelinum lib. 2. Gallofl. cap. 22. *Excepto eo, quod ibi habet Aquicinctensis Ecclesia à Rascia Pomeriis, usque ad Rasciam Rullagii, & quod domino Warlemii in angulo suo licet habere tres tantummodo lacunas talis (f. palis) & viminibus compositas, sed nullam ex jure licet ei exercere piscationem per decurrentes aquas.* Vide *Rascare*.

3. **RASCIA**. Declarationes Congregationis Casinensis S. Justinæ ad cap. 55. Regulæ S. Benedicti: *Cblamydes vero sive de Rascia, sive de panno, sive de*

- feliro, sive secundum consuetudinem Congregationis nostrae, non serico superne contexta, nec Laïcorum more bullis sericis antebullata, &c. Mox: Pilei, sive de lana, sive de palea, non sint, ut seculares utuntur, in turbinem elati, aut acuti, aut etiam serico ornati, sed depressi, plani, ac simplici Raschia cooperti, si fuerint cooperiendi. Idem forte quod Rasum. Vide in hac voce.*
- RASCUS.** Liber de Miraculis S. Quintini cap. 11. apud Hemereum: *Ubi & quidam pauper claudus... hospitans quoddam ferramentum habebat, quod vulgi Rasum vocant, hocque vasa minuta cavans, victum operando manibus querebat.*
- ¶ **RASDOIRA**, Radula, radius, Gall. *Racloire*, Ital. *Rasiera*. Statuta Saluciarum collat. 4. cap. 117. *Mensurando semper cum Rasdoira quadrata, præterquam brenum, castaneæ, nuces & glandes, quæ mensurantur ad culmen. Ibid. cap. 120. Venditores salis teneantur habere Rasdoiram rotundam & radere mensuras salis. Vide Rasitoria.*
- RASE.** Eigil in Vita S. Sturmii n. 13. *Dirutis innumeris silvis & arboribus, & Rase ad calcem faciendam composita, &c. Ubi Browerus Germanis Rase cespitem esse ait, quem vulgo Turbam vocamus, quo scilicet ignis conficitur.*
- ¶ **RASEGA**, f. Officina ubi fecatur ferra, Italis *Rasega*, nostris *Scie*. Statuta criminalia Riperiæ cap. 194. *Aliqua persona non audeat facere aliquam ordinationem, per quam aliqua personæ communitatis Riperiæ prohibeatur ignis, aqua, molendina, Rasega, vel alia quevis commoditas vel utilitas tollatur, vel impediat, sub pœna libr. centum. Chronicon Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 865. Item combusta fuit domus, ubi erat Rasega, quæ dicebatur esse Balantia de Baxanis, & quæ Rasega erat prope turrim de Crescentiis... & ipsam Rasegam & domum dominus Machides quondam domini Alberti Militis de Suaridis impignerat superscripto Balantia, & ideo combusserunt. Vide Resea.*
- ¶ **RASELLUS**, Idem quod supra *Radellus*, Ratis, Gall. *Radeau*. Charta ann. 1342. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 442. col. 1. *Item, non contenti multas naves calce oneratas... & multos Rasellos fusteos sub guidagio dicti Dom. Dalphini existentes, cepistis super aquam Ysara. Alia notione mox occurrit in Raseria. Vide Razellus.*
- ¶ **RASEOLA**, Species placentæ. Vide *Rufeola*.
- RASERIA**, **RASERIUM**, Mensura annonaria, in tractu præsertim Morinensi, vulgo *Rasiere*. Bulla Honorii III. PP. apud Ughell. in Episc. Interamn. tom. 1. *Solvat unum Raserium annonæ Episcopo, &c. Charta Balduini Comitis Guinensis ann. 1228. Octo Raseria avenæ & sex Raseria ordei. Occurrit passim in Tabulario S. Bertini, & Chronico Andrensi pag. 365. 372. 414. 619. in Probat. Hist. Monmorenc. pag. 342. Histor. Guinensis pag. 202. apud Miræum in Donat. Belgic. pag. 237. &c.*
- RASARIUM**, Eadem notione. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 417. *Et de uno Rasario frumenti in uno quoque mense Ortolano: & ad Natale Domini de uno Rasario brasii, &c. [Charta an. 1267. è Tabulario Domus-Dei Pontifar. Debet unum sextarium avenæ & duos capones ad Natale Domini & quoddam Rasarium frumenti.]*
- RASELLUS**, Eadem pariter notione, in Aresto an. 1320. pro Tornacensibus. [Tabularium Calense pag. 128. *Item (percipit) à Logero de Ulmo quatuor Rasellos avenæ cum minuto reddito. Charta an. 1359. apud Ludovicum Laguille in Probat. Hist. Alfatia pag. 55. col. 1. Item à Werde quarante Rezeaux de seigle & orge de rente.]*
- ¶ **RASERIA TERRÆ**, Agri portio capiens unam raseriam feminis, tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 329. ex Instrumento anni 1191.
- ¶ **1. RASETA**, Idem quod *Raseria*. Statuta Monasterii S. Claudii an. 1448. pag. 61. *In villagio de Quinque-stratis per quemlibet ipsorum unam Rasetam avenæ. In villagio de Valle-clusa, unam Rasetam avenæ per quemlibet. In villagio de Avenione per quemlibet unam Rasetam avenæ.*
- 2. RASETA.** Matth. Silvaticus: *Pecten, pars manus, quæ est inter Rasetam & digitos. [Vide Racetta.]*
- ¶ **RASIA**, f. Idem quod Italis *Rancia*, Gall. *Orange*; Malum aureum. Statuta Montis regalis fol. 310. *Item pro quolibet rubo rasi, sol. unum den. Item pro quolibet rubo Rasie sol. den. sex. Item pro quolibet amandolarum seu nosalarum den. sex.*
- RASILIS.** Papias: *Ralla, vestis est, quæ vulgo Rasilis dicitur. Gloss. Saxon. Ælfrici: Ralla vel Rasilis: pozum beýenoð hþæzel. Est autem ralla vestis species, Plauto nota. Papias: Rasile, acutum, vel bene rasum. Vide Interrasilis.*
- ¶ **RASITORIA**, Idem quod *Rasdoira*, Gall. *Racloire*, Radius, quo raduntur mensuræ frumentariæ. Literæ Ludovici Jun. an. 1145. apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 49. *Porro de his mestivis statutum est, ut ad justam mensuram prædicta civitatis semirasam & semicumulatam reddatur, & qui mestivam receperit, cumulet; qui reddiderit, cum justa Rasitoria reddat, vel potius radat, ut legendum existimo. Vide Rasoria & Razoira.*
- ¶ **1. RASOR**, f. Qui radebat seu refecabat aptabatque materiam necessariam munitionibus extruendis: de quibus loquitur Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 600. *Hic & fossarii cum fossariis, ligonista cum ligombus, picatores cum picis, malleatores cum malleis, novaculatores sive Rasores cum rasoriis, paratores, &c. Alius forte maluerit Rasores interpretari eos, qui complanabant seu exaquabant loca falebrofa, ubi illæ munitiones erant extruendæ.*
- ¶ **2. RASOR**, Tonfor, Gall. *Barbier*, in Necrologio Laresham. inter Vindemias Liter. pag. 23. in Miraculis B. Stanislai Canon. Regul. tom. 1. Maii p. 782. apud Buschium de Reform. Monast. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 482. & alibi.
- ¶ **3. RASOR**, Novacula, Gall. *Rasoir*. Petrus Amelius in Ordine Rom. cap. 148. *Item sciendum, quod barbitonsor Papa non retinet cassam cum Rasoribus, & cum iis quæ intra sunt, &c.*
- ¶ **RASORIA**, Idem quod *Rasitoria*, Gall. *Racloire*, Ital. *Rasiera*. Statuta Saluciarum collat. 5. c. 127. *Molinarius capiat de quolibet sextario cozolium unum randanum & medium pro singula emina. Et quod habeant Rasoriam ligatam ad cozolium & medium cozolium, de qua randent. Vide Razoira.*
- RASORIUM**, in supellectile scriptoria, in Statutis antiquis Cartusianorum cap. 16. §. 8. *Scalpellum unum ad radendum pergamina, novaculas sive Rasoria duo, &c. Ubi Rasoria forte sunt, quæ Canis appellamus.*
- ¶ Potius crediderim esse radulas seu scalpra, instrumenta scilicet ferrea acuta & curva, quibus incaute scripta aut delineata è pergameno vel charta eraduntur, Gallice *Gratoir*. Papias: *Novacula, id est, Rasorium... Novacula ferrum subtile, quo carta innovantur. Johannes de Janua: Novacula, id est, Rasorium, quia novat hominem... Novacula etiam dicitur ferream instrumentam, quo solet radi & parari pergamentum, ab innovando dicta, quia innovat pelles. Alias Rasorium Novacula est, nostris Rasoir, Rasor-*

rius culter Ciceroni. Glossæ Lat. Græc. *Rasorium*, *ξυστήρ*. Aliæ Græc. Lat. *ξυστήρ*, *Ralla*, *rallum*, *rallus*, *Rasorium*, *fella*, *Rasorius*. Guidonis Disciplina Farfensis lib. 2. cap. 20. *Debet unus frater vel duo habere injunctum officium Rasoriorum acuendorum, atque colligendorum ad scrinium ubi reponuntur; & ipse debet procurare tonsoria ad illud opus (radendi) deputata.* Eadem, ni fallor, notione Breviloquus in voce *Acciatus*:

*Acciatus pugio conjungo novacula cultris,
Cultelloſque, spatas, Rasoria jungimus illis.*

Occurrit alibi non semel eadem significatione; alia vero superius in *Rasor* 1.

¶ **RASPA**, Racemus, uva, Ital. *Raspo*, Gall. *Grappe*. Computus an. 1202. apud D. *Brussel* tom. 2. de Feudorum usu pag. CLV. col. 1. ad calcem: *Pro metaria Vallium vindemianda, & pro Raspa ducenda apud Meduntam & Anetum, & pro auxiliatoribus vindemiarum, & pro vino ducendo de vineis, XI. lib. & dim.* Statuta dataria Riperiæ cap. 12. *De qualibet soma duodecim pensum Raspa pro introitu solidi quatuor.* Vide *Raspetum*.

¶ **RASPANTES**. Theodoricus de Niem lib. 2. de Schismate cap. 15. *In eadem civitate Perusina sunt tres ordines seu status civium. Nam quidam sunt Nobiles, qui dicuntur Beccarini, & post eos majores de populo, qui Raspantes nuncupantur, & minutus populus.*

RASPARE, Scrutari, vox Italica, pro *Ruspari*, *ερευρειν*. Joannes de Janua, & Gloss. Lat. Gall. *Ruspor*, *inquirere*, & est gallinarum, quæ pedibus escam quarunt. Gloss. Isidori: *Ruspantur, perquirunt anxie.* Fridericus II. lib. 1. de Venat. cap. 9. *Alia (aves) Rasgando cum pedibus sub terra, quando non inveniunt escam super terram, ut perdices, gallina, . . . alia Rasgant cum pedibus & cum rostro cavando, mordicant ea quæ inveniunt super terram & sub terra.* Et cap. 35. *Cum isto namque ungue caput & cetera membra, ad qua possunt attingere, Rasgant & scalpunt, ex utroque pede scilicet.* Lib. 2. c. 52. *Raspant antem ubi est ciliatura, per duas causas, una est, quia vult removeere ligamen ab oculis, &c.* Vide Oct. Ferrarium, in *Raspate*, [& supra *Alonus*, & infra *Ruspaticum*.]

¶ **RASPARE NAVES**, Radere veterem picem iis inhaerentem, radula purgare, Gall. *Gratter les vaisseaux*, ab Italico *Raspate*, vel Hispanico *Raspar*, Radere, Gall. *Racler*. Statuta Massil. lib. 4. cap. 6. §. 3. *Item quod omnis navis, & omne lignum, cooperta vel coopertum, vel discooperta vel discoopertum, quæ vel quod dabit latus in portu Massiliæ det tantundem, quando Raspabitur seu torquebitur, seu quando si Rasparia ô si torquaria quæ non brusques, quantum daret si brusca.*

RASPATORIUM. Matth. Silvaticus: *Spatomelle*, est instrumentum chirurgicum, quo immituntur medicina in vulneribus, & oculis, *Raspatorium secundum alios*.

¶ **RASPECIA**. Vita Ven. Idæ Virg. Lovaniensis tom. 2. Aprilis pag. 159. *Omnia . . . vina . . . innaturali pariter & præpostera corruptione prorsus infecta, continuo rebullire cœperunt . . . & ea quæ Raspectia vulgari eloquio nuncupantur (quod quidem inauditum & eventu rarissimo manet apud nostrates inexpertum) quasi una cum aliis eodem tempore divina fecerat ultio rebullire. Tunc vero paterfamilias . . . tam grave dispendium . . . conabatur ingeniosa satis & exquisita industria propulsare. De præfata namque Raspectia partem aliquam, in vase seorsum emissam, ad excutiendum ab eo præfate corruptionis intolerabile nocumentum, scopâ percelli mandavit diutius & moveri, ob eam videlicet causam, ut vel sic naturali sibi restaurata virtute*

per hujus infusionem & cetera fortasse valerent ab infectionis suæ discrimine reformari. Hic Cl. Editor *Raspectiam* interpretatur vas plurium doliorum capax, in quo vetustiora vina sic servantur ab œnopolis, etiam per æstatem, ut alterationem hujusmodi non patiantur. Sed ex relato longiori contextu palam est, *Raspectiam* nihil aliud esse quam vinum mixtis acinis aliisve modis renovatum, nostris vulgo *Raspé*; hujusmodi enim vinum alterationi minus obnoxium est, ut hic dicitur de *Raspectia*. Vide mox *Raspetum*.

RASPETUM, Vinum recentatum, Gallis *Raspé*. Charta Henrici Ducis Brabantiae pro Communia Bruxellensi ann. 1229. *Qui vinum supra uvas habuerit, quod Raspetum vocatur, in tavernis ipsum vendere non potest.* Vide *Recentatum*.

¶ **RASPUM**, Species exactiois, à rapere fortean dicta, quod quasi coacte, ut fere fit, non spontanee solveretur. Statuta Montis-regalis fol. 54. *Item statutum est, quod aliquis Clavarius, collector talearum, fodrorum, mutui, Raspi vel alterius pecunie, quæ deberetur Communi aliqua ratione vel causa, non possit vel debeat facere aliquam solutionem, nec solvere aliquid de pecunia Communis alicui, nisi Syndico tantum.*

¶ 1. **RASSA**, Quantum vitri quis ferre potest. Charta Maurini Abbatis Vallis-sanctæ Diocesis Aptensis an. 1509. ex Schedis Præsidis de *Mazanges*: *Tenebuntur solvere . . . lesilam ad rationem unius denarii, sive medii pataci pro qualibet Rassa sive onere hominis, & pro quolibet onere sive carga animalis nnum patacum, sive duos denarios currentes.* Hic agitur de materia vitrea; quod autem *Rassam* olim vocabant vitrarii, hodie *Faix* nuncupant, Onus hominis.

¶ 2. **RASSA**, Conjuratio, ad illicita quædam perpetranda conspiratio vel rebellio. Statuta Massil. lib. 1. cap. 1. §. 20. *Item, quod hoc sacramento specialiter teneatur Rector servare, in omnibus & per omnia, illa statuta quæ loquuntur de conjurationibus & Rassis non faciendis, & de conjurationibus illicitis infringendis.* Adde libri 5. caput 6. quod est de *Conjurationibus & Rassis non faciendis.* Statuta Baronum Montispefful. an. 1323. apud de *Lauriere* to. 2. Ordinat. Reg. p. 469. *Sartores infra scripti dixerunt & protestati fuerunt ibidem, quod per infra scriptas ordinationes & conventiones, non intendunt facere crassam; Rassam seu monopolium, nec easdem facere in prejudicium juris, seu honoris aliquorum jurisdictionem habentium, sed tantummodo ad honorem Dei, &c.* Requesta an. 1391. oblata Senescallo Provinciae ex Schedis D. le *Fournier*: *Et primo fieri propositionem ligue & Rasse, factis inter gentes domini Raimundi de Turena ex una parte, & circumvicinos Massilienses ex altera.* Vide *Manipolium* & *Trassa*.

¶ **RASSARIA**, **RESSARIA**, Grex ovium. Sententia arbitraris inter Aymarum de Pictavia Comitem Valentiniensem & Jacobum Abb. Monasterii de Lioncellis an. 1303. ex Schedis D. Brunet: *Dicti domini arbitri, arbitratores seu amabiles compositores, statuerunt, quod in dicta montanea superius limitata, quocumque tempore, ambae partes insimul per se, seu per alium, seu per alias personas interpositas, possint introducere seu immittere Rassariam seu vassinum, & quod expensa, quæ fiet seu fieri contingeret pro prædictis, per partes prædictas fiant communiter & solvantur: & fructus & obventiones, redditus, exitus seu proventus exeuntes seu venientes ex dictis animalibus Rassarie seu vassini, solutis expensis, communiter dividantur, hoc adjecto, quod de vascino dictus dominus Abbas tantum debeat immittere & tenere in dicta montanea, quantum dictus dominus Comes immiserit in eadem; taliter quod vasci-*

num utriusque partis numero sit aequale, seu ad extimationem bayllivorum communium, si animalia vassini alterius partis prevaleant animalibus alterius... Domini arbitri ordinaverunt, quod dictus dominus Comes de dicta Ressoria seu avere, quod veniet in montanea supradicta per terram suam propriam polveragium non habeat neque levet, nec aliquid aliud in fraudem polveragii supradicti; sic quod dicta Ressoria seu avere, quod veniet in dicta montanea ex nunc in antea a prestatione polverarii sint immunes, quitta & absoluta... Voluerunt dicti arbitratores & ordinaverunt, quod animalia Ressoriae venientia in montanea supradicta transire debeant per iter novum prope vacchariam monasterii supradicti. Si hæc non satis probant, hic agi de ovibus, addam in eadem Charta mentionem fieri trentenariorum animalium in laudata montanea pascuentium; oves autem in similibus montaneis pascuentes in trentenaria divisas fuisse, palam est ex Charta an. 1293. citata in voce *Montana*. Sed unde vox *Rassaria* vel *Ressoria*? Vide *Rassa* 2. & *Rassus*.

¶ **RASSIUS, RESSIUS**, Casei species, in montibus Delphinalibus *Sarras* vel *Sarrasson*. Contractus ann. 1404. 21. Jan. ex Schedis D. Brunet, quo Abbas Leoncelli vendit per unum annum & unam pristinam herbas montis Ambelli, sub loquerio seu pretio, videlicet sexdecim florenorum & unius quintalis caseorum & alterius quintalis Rassiorum bonorum & sufficientium. Pluries repetuntur in hac Charta voces *Rassius*, *Ressius*, *Reissius*ve, sed ita male exarata, ut vix, ac ne vix quidem, dici queat quænam sit lectio præferenda: malim *Rassius* vel *Ressius*, quod melius respondeant vocibus *Rassaria* vel *Ressoria*; cognata enim videntur hæc vocabula & ejusdem originis.

¶ **RASSUM**. Vide infra in *Rasum*.

RASTA, Milliare Germanicum, *Raste*. S. Hieronymus in Joëlem: *Unaquæque gens certa viarum spatia suis appellat nominibus. Nam & Latini mille passus vocant, & Galli leucas, Persæ parasangas, & Rastas universa Germania*. Vetus Agrimensor: *Milliarius & dimidius apud Gallos leuvam facit, habentem passus mille quingentos, duæ leuæ sive milliarii tres apud Germanos unam Rastam efficiunt*. Beda de Numer. divisione: *Duæ leuæ, seu milliaria tria Rastam faciunt*. Charta Dagoberti Regis apud Willel. Hedam, Coccium, & Henschenium de Tribus Dagobertis: *Leucas sex, quas homines loci illius siti dicunt Rastas tres esse*. Vetus Charta in Chronico Laurishamensi pag. 64. *De qua in omnem partem quaquaversus pertinent ad eundem locum inter campum & silvam leuga duæ, id est Rasta una*. Adam Bremensis cap. 19. *Qui locus ab Episcopatu Ferdensi positus, ab Hammaburg nisi tribus disparatur Rastis*. Adde Leonem III. PP. Epist. 2. ad Carolum M. Thwroczium in Chron. Hungar. part. 1. cap. 11. Charta Ludovici II. Regis apud Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ordinis S. Benedicti pag. 526. [Vitam S. Guntheri tom. 8. earumdem Vitarum p. 476. num. 3. unde emendari debet locus Annalium Benedicti. tom. 4. pag. 202. num. 7. ubi *Rest* pro *Rasta* perperam editum est,] &c.

¶ **RASTACIUS COLOR**. Testamentum Pauli Maffil. Episc. ann. 1433. ex Archivo Eccles. Massil. *Item legamus nepoti nostro Henrico tunicam nostram Rastacii coloris foderatam de martres, cum duobus capuciis ejusdem coloris*.

RASTALLATIVUS SCORPIUS, *Qui parvus est, & habet caudam retro Rastallantem*, inquit Constantinus Afric. lib. 8. Pantech. cap. 22. id est *rastelli* iolar effictam.

RASTELLAGIUM, Præstationis species ex pratis, vel operæ, quas in *rastellando* fœno in dominorum pratis debent Tenentes. Tabularium Prioratus S. Nicassii Melletensis fol. 37. *Quidquid juris habebant, vel habere poterant in pratis eorundem, sitis apud Murellos, tam in Rastellagio, quam in aliis consuetudinibus, &c.* Tabularium Ecclesiæ Carnotensis an. 1225. Ch. 257. *Et omnes abonagios, scilicet de quolibet abonagio unum denarium, & medietatem omnium Rastellagiorum pratorum, &c.* Liber Chirographorum Absiæ fol. 104. *Thebaudus Aans donavit elemosynam Deo & Monachis S. Mariæ Absiæ fenum rastrorum, & fenum sessionis multonum, & omnem servientiam, quam habebat in pratis, &c.*

RASTRAGIUM, Eadem notione. Necrologium Ecclesiæ Carnotensis: *Scilicet custodiam & margines, qui vulgo dicuntur ardeins, & Rastragia*.

¶ **RASTELLANS**. Vide in *Rastallativus*.

¶ **RASTELLARE FENUM**, Fenum rastello congerere, accumulare. Charta ann. 1344. è Schedis D. Lancelot: *Item quod nulla persona, cujuscumque conditionis existat, sit ausa pelare per itinera troffas feni... nec Rastellare fenum in pratis alienis, quousque fenum in dictis pratis existens fuerit ligatum*.

¶ 1. **RASTELLUM & furca**, quibus tenentes domini fenum colligere debent, memorantur in Charta an. 1193. ex Archivo Monasterii S. Urbani in Campania. Vide *Furca* 3.

¶ 2. **RASTELLUM**, Faliscæ, Gall. *Râtelier*, Ital. *Rastrello*. Miracula MSS. Urbani V. PP. *Ignis accensus est validus in stabulo, ubi erat fenum multum de super equos & supra Rastellum*.

¶ 3. **RASTELLUM**, Parmæ, seu scuti gentilitii, limbus tesserarius, nostris *Lambel*. Charta an. circiter 1280. ex Archivo Ducis Sabaudiaë Camberriaci: *In contrasigillo est quidam leo rampans cum quodam Rastello super spatulas, & alibi cum quodam Rastello quinque lambellorum, hoc est quinque veluti guttarum architecturæ pendentium, quæ rastelli figuram utcumque referebant*.

¶ 1. **RASTELLUS**, Clathrus. Statuta Montis-Regalis fol. 274. *Quilibet habens rotam seu tenens in flumine Elleris... teneatur & debeat continue tenere & habere in principio canali, seu trogli, unum Rastellum, qui Rastellus habeat graviglonos, unum prope alium per unum semisse, sub pœna solidorum viginti*. Statuta Salsuciarum collat. 5. cap. 139. *Et pariter tenebitur quilibet molinarius, & alius tenens martinetum vel battitorium habere unum Rastellum in introitu canalisi sui ingenii*.

¶ 2. **RASTELLUS**, Cataracta in portis urbium; Gall. *Herse*, Ital. *Rastrello*. Petri Azarii Chronicon apud Murator. tom. 16. col. 381. *Veniebant autem prædicti Anglici, ad mille & quingentos & ultra, sæpius in portis Tardone, trahentes lanceas intra Rastellos*. Chronicon Bergom. apud eumd. Murator. ibid. col. 898. *Dominus Johannes Vicarius... fecit relaxare Nigrum de Grumello, pro eo quod solvit florenos VII. cum dimidio, & quia transiit Rastellum porta S. Antonii contra voluntatem Comestabilis dictæ portæ*.

¶ 3. **RASTELLUS**, Ornamentum phrygium rastelli, ut puto, figuram exprimens in vestimentis. Annales Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 809. *Cotarditâ una pavonacii grana laborata ad Rastellos auri cum rosettis perlarum perfilatarum cum floribus intus, una cum capucio pari*.

¶ **RASTER**, $\Delta\iota\epsilon\lambda\lambda\alpha$, *Bidens*, *Rastrum*, apud Janum in Supplemento Antiquarii, ex Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat.

RASTICUCIUM. Catholicon Armoricum: *Czeff*,

Gall. Besaguë, Lat. Bipennis, Rasticucium, Bisacuta.

¶ RASTRAGIUM. Vide in *Rastellagium*.

¶ RASTRARE, Investigare. Vide *Rastrum* 2.

1. RASTRUM, [quo tenens domini fenum versare debet & colligere.] Vide *Furca* 3.

2. RASTRUM, Vestigium, indagatio, ex Hispan. *Rastro*. Observantia Regni Arag. lib. 6. de Privileg. Militum, §. 9. *Quilibet flagrans crimine potest mittere appellitum, ubi facta fuerit rapina vel furtum, & prosequi malefactorem talem, & sine officiali per loca ordinum religiosorum & Ecclesiarum cujuslibet alterius intrare viginti infra villam predictorum, vel ad pedem castri venire, & petere Domino villa, vel castri, aut Alcaydo, vel juratis loci, quod emparent Rastrum, & sequantur, & extrahant de termino, &c.* Lib. 9. tit. de Proditionibus: *Si quis asscuraverit personam alicujus, vel fecerit pacem, datis manibus, sub pœna proditionis, postea unus istorum invadit alium, ... & scias, quod pœna proditoris in corpore est, quod Rastratur, &c.*

¶ 3. RASTRUM, Ordo cereorum instar rastri circa altare. Usus Culturæ Cenoman. MSS. *Accendantur omnes lampades Ecclesie & Rastrum ante & retro.*

¶ RASTUS, *Σαρκίον*, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Gr. Lat. *Σαρκίον*, *Rastus*, *sarculum*.

¶ RASULA. Matth. Silvaticus: *Perniones vel Rasula sunt excoriationes quæ sunt in nimio frigore in calcaneis.* Hinc patet quid sit *Rasula pedis*, apud Gautharium de Bellis Antiochenis: *cujus vocis significationem ignorare se fatetur Barthius in Glossario apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 399.*

¶ RASULIS VINÆ, Vinæ modus, portio. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 511. *Concesserunt in hoc monasterio ... terram vacantem in fundo Noceri, & vinearum Rasules IV. & terram modiorum II. tritici.* Vide *Rascia* 1.

1. RASUM, RASUS, Idem quod *Raseria*, Mensura annonaria, in Regesto Censuum Carnoti fol. 25. & alibi. Charta Radulphi Episcopi Andegavenfis ann. 1183. pro Abbatia Melinensi: *Unam minam nucum & sex denarios de eleemosina Odonis ... unum Rasum nucum de eleemosyna Fulconis de Chemans, &c.* Charta Balduini Abbatis de Vermand in Tabulario Abb. Montis S. Martini: *Duo Rasa avena, quæ ei pro terra mansuali debebantur.* [Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 120. *Tencor eidem monasterio annuatim reddere unum Rasum frumenti, &c.* Inventarium Piquet num. 18. cap. 41. de Volta fol. 15. ex Archivo Principis de Rohan: *Item v. cartas & duo civaderia cum dimidio frumenti, duo Rasa & tres partes unius Rasi. Tria Rasa minuta avena,* in Charta an. 1184. è Tabulario S. Juliani Turon. *Novem Rasa avena,* in Indice MS. Beneficiorum Diœcesis Constant. fol. 32. Charta Parthenonis Genliaci ann. 1252. *Si vero prata acquirent, quæ debent nobis avenam reddent nobis annuatim unum sextarium sive Rasum avena.* Idem hic sunt *Rasum & Sextarium*; in Bressia vero unum sunt *Bichetus & Rasum*, ut refert de *Lauriere* in Glossario Juris Gallici v. *Raz*. Vide *Rasa & Res*.]

RASUS. Fleta lib. 2. cap. 12. §. 12. *Rasus alleorum continet 20. stones, & qualibet stonis 25. capita.* [In nova Gall. Christ. tom. 4. col. 208. dicitur Reinaldus de Tureyo Decanus Lugdun. dedisse super bonis à se acquisitis in parœcia S. Genes. Vallis x. bichetos frumenti, VII. Rasos avena, &c. Rursum occurrit in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 73. in Chartulario 2. S. Quintini in Insula, &c. Lugduni & Bellijoci *Rasus* tantum continet quantum *Bichetus*: de quo supra.]

¶ AD RASUM, de mensura rasa & opposita cumu-

latæ passim legitur in Chartis. Antiquæ Recogn. Claromont. in Triviis Dalph. ex Regesto *Probus*: *Guillelma Tascchiere ... debet in anno 1^o. aver. frum. ad cumulum & alio anno ad Rasum.* Litteræ Officialis Rem. an. 1238. è Tabulario Compendiensi: *Pro cc. sextariis bladi persolvendis, scilicet blado ad Rasum, & avena ad comblun.* Statuta Vercell. lib. 1. fol. 23. v^o. *Potestas Vercellarum ... fieri faciat ... unum quartaronum de ligno, ita magnum, quod teneat commode ad Rasum, quantum est & tenere consuevit quartaronus vetus cum culmatura.* Ibidem recurrit & alibi non semel.

¶ 2. RASUM, vel RASUS, Mensura pannorum & telarum. Statuta Saluciarum Collat. 4. cap. 117. *Qualibet autem testia tela grossa semper sit Rasorum duodecim.* Et cap. 121. *Qui vendiderit pannum, telam, frustaneum, velutum, cendallum, seu aliquid simile, ad Rasum mancum, seu non justum ... solvat ... florenos xxiv.* Statuta Astensia collat. 7. c. 5. *Qui vendunt pannos, tellas vel fustaneos ad Rasum vel mensuram sive ad alnam ... dabunt rectam & justam mensuram ad illum Rasum & alnam, qui vel quæ fuerint constituti vel constituta pro communi.* Eadem, ut puto, notione Statuta Montis-Regalis fol. 183. *Item statutum est, quod qualibet persona, quæ mensuraverit ad falsam, seu mancham, mensuram, seu scandalium, libram, teisam, Rasum, seu sestarium & cozolium, seu aliud pondus, seu mensuram, solvat pro pœna solidos xx.* Huc revocari possunt, ni fallor, quæ habentur in iisdem Statutis fol. 271. *Item statutum est, quod Vicarius teneatur facere quod omnes furni, seu adificia in quibus sunt, debeant cooperiri per illos fornarios, qui eos tenent de copis, tegulis, vel scandalis, vel labeis, & facere fumerium, qui vadat desuper totum per unum Rasum, hoc est, si recte interpretor, tectum superet altitudine saltem mensuræ Rasum appellatæ.*

¶ 3. RASUM, Solum, pavementum. Reparationes factæ in Senescallia Carcaffonæ an. 1435. è MS. Cod. D. Lancelot: *Pro octo peciis fustium vocatis Fucilhas, qualibet longitudine sex cannarum, ad faciendum pontem, sine quo ferri non poterat Rasum dictarum paxerie & tarrasserie.* Gall. ad verbum *Rez*, vel *pa-vé desdites chaucée & terrasse.*

¶ RASUM AD RASUM, à veteri Gallico *Rez à Rez*, Quasi superficiem legendo. Charta Theobaldi Comitæ Campaniæ è Chartulario Meldensi: *Mete posite sunt à predictis arbitris in dicto foro, que tales sunt: videlicet foramen quod est sub domo Agnetis de Ponte per ante domos Rasum ad Rasum, prout se superius extendunt ... & per ante domos Rasum ad Rasum usque ad domum S. Faronis, & per ante domum S. Faronis Rasum ad Rasum ad domum Roberti de Corbeia, & dehinc per ante domos Rasum ad Rasum ad domum Agnetis de Ponte.*

4. RASUM, *ῥάσιν* Græcis Græcobarbaris, Vestis novitiorum Monachorum, qui *ῥασοφόροι* dicuntur. Vide Balfamon. in Syn. CP. can. 5. Meurs. in Gloss. & Salmas. ad Tertull. de Pallio pag. 35. S. Althelmus de Laude virg.

*Nec lacerna tibi vilescat vitrea, virgo,
Tergore vel Rasso, & lignis compacta salignis,
Seu membranarum tenui velamine facta.*

Ubi legendum *raso*. Vide *Raxium*.

¶ 5. RASUM, Alia notione, si tamen vera lectio est. Chartularium Monasterii S. Sulpitii Bituric. fol. xi. v^o. *In villa quæ dicitur Boscheto, hoc est, mansus meus indonnicatus, una cum casuali, Rasis, domibus, edificiis, &c.* Forte legendum est *casis*.

¶ 1. RASURA, Litura, inductio in scriptis, Gall.

Rature. Charta ann. 1399. ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rotomag. *Subscripsi signoque meo solito rogatus signavi in testimonium veritatis premissorum, Rasuras factas in octava linea... sub eodem signo meo fideliter approbo.* Charta Comitatus Marchiæ ann. 1406. *Constat nobis de Rasuris superius factis in ditionibus supra confrontatis, videlicet, &c.* Occurrit eadem notione apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 87. Vide *Litura* & mox *Rasa litera* in *Rasus*.

¶ 2. RASURA, Tonsura. Statuta S. Capellæ Paris. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 153. col. 1. *De Rasuris: Sciendum est principaliter, quod universi & singuli de collegio istius sacra Capellæ... debent esse rasi in barba & tonsura in festis annualibus... Pasche, &c.* Charta an. 1366. de Aquariatu S. Crucis Talemund. *Item debet dictus Aquarius dare & ministrare barbitonsori dicti monasterii, quoties Rasuram faciet... generale & pectantiam.* Occurrit apud Sicardum Episc. Cremon. in Chronico, tom. 7. Muratorii col. 588. & alibi non semel.

¶ 3. RASURA, Mensura frumentaria, eadem quæ *Raseria*, nisi sit ita legendum. Chronicon Bonæ Spei pag. 268. *Item unam Rasuram bladi... item semirasuram & semiquarterium bladi... item xv. Rasuras bladi ad quatuor denarios prope melius bladum 1.*

¶ 1. RASUS, Mensura annonaria. Vide *Rasum* 1.

¶ 2. RASUS, Mensura pannorum. Vide *Rasum* 2.

¶ 3. RASUS, adject. Vox nota. *Rasa litera*, Deletæ, inductæ, in Literis ann. 1378. è Regesto Cameræ Comput. Paris. In aliis Literis an. 1363. pro *Rasa* legitur *Abrasa*. Literæ *Rasa* & emendata, in Charta ann. 1327. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 205. *Rasa vestis* Clericis interdicitur, ut & *holoserica*, *villosa*, *damascena* & *taffetana*, in Synodo Limensi an. 1582. tom. 4. Concil. Hispan. p. 275. *Sint sella Regularium alba vel nigra, vel Rasa*, in Concilio Albiensi c. 15. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 639.

1. RATA. Canones Hibern. lib. 31. cap. 20. *Ut fœmina heredes dent Ratas & stipulationes, ne transferatur vera hereditas ad alienos.* Lib. 33. cap. 6. *Omnis venditio tribus confirmetur, id est Ratis & stipulationibus, & testibus, & scriptione, in qua sunt.* Cap. 5. *De modo, quo reddet debitor salutem Rata.* Et mox: *Debitor reddat, quantum Rata solvit, & quantum fatigatus fuerit: si vero humanus fuerit, Rata non quarat usuram, &c.* Cap. 7. *De ratione stipulationum & testium, inscribitur.* Est igitur Rata idem quod stipulatio, contractus. Gloss. Lat. MS. Reg. codic. 1013. *Rata, arbitrata, firma, certa.* Iidem Canones cap. 4. *Synodus Hibernensis dicit, ut Rata reddat debita, pro quibus fixerit manus.*

2. RATA. Tabular. Eccles. S. Stephani Divion. ch. 67. *Insuper trado & concedo Ecclesiæ S. Stephani Divion. Ratam publicam per silvam per pascuam de cunctis hominibus, qui super terram S. Petri sive S. Stephani manserint, quatenus deinceps legitime possideant, quod ante arripere non audebant.* Forte legend. *Stratam.*

¶ 3. RATA, nude, pro Rata pars, portio cuique contingens. Genealogia Comitum Flandriæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 416. *Dum itaque Comes recessit à Flandria, & Comiti promissa donaria scabini & curatores popularibus imponerent Ratas suas ad exhibendam pecuniam Flandria receptori, exiit murmur permaximus inter populares, quod scabini & curatores castellaniarum majores summas pecuniarum eis imponebant in duplo, quam essent summa promissa Comiti generose.* Charta ann. 1265. è Chartulario Latiniac. *Nos tenemur pro Rata nostra ponere in reparatione calcæiæ predictæ: & propter hoc dicti Abbas & conventus*

possent assignare ad dictas domos quousque satisfactum sit de Rata nostra, si dictam Ratam nos contingentem solvere recusaremus. Chronicon Johannis de Wethamstede pag. 422. *Et quod dicti Dux Eboraci, Comes Warwyci & Comes Sarum solvant... summam 45. librarum, vel Ratam earumdem.* Passim occurrit vox Rata hac notione nude posita in veteribus instrumentis; sed Latinis ipsis, ac præsertim Jurisconsultis nota hæc loquendi formula *pro Rata*, id est, pro parte cuique contingente. Hinc vox *Rate* simili significatione à nostratibus usurpata. Tractatus ann. 1379. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britann. col. 598. *Et en cas que le dit Duc & lesdites gens, qui irront en sa compaignie hors d'Engleterre, se tiegnent & facent guerre en le royaume de France hors de Bretagne, ou en les parties de la Guienne, par aucun temps, dans lesdits quart & demi, pour queux mesmes les gens serrent par nôtre dit sire le Roy payez, comme dessus est acordé, par nôtre dit sire le Roy, que à tant sera rabatu & aloé audit Duc, selon la Rate dudit tems, &c.*

¶ RATA DE BOSCO, Portio bosci, seu silvæ, ut videtur, nisi forte legendum sit *baia*, pro Rata. Charta an. circit. 1000. è Chartulario Matiscon. fol. 116. *Damus ecclesiæ S. Vincentii campum unum, item (in) Rata de bosco Volgerio unum vedogium, & ad unam destralem & ad xii. porcos saginandum, & ubicumque habemus Ratam per totum pergit.*

RATAPANT, mendosa vox. Vide *Catapantus*.

¶ RATARE, Ratam habere, Gallis *Ratifier*, apud Jurisconsultos non semel.

¶ RATERIUM, Imus carcer, Gall. *Cû de basse fosse*. Charta ann. 1302. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 98. col. 2. *In primis proponit & probare intendit, quod D. Amedeus de Miribello retinuit Andream Guilhouidi notarium, & Hugonem de Lay, qui missi fuerant ad dict. D. Amedeum per dict. D. Dalphinum pro hominibus & animalibus requirendis, & ipsos projici fecit in Raterio sine corda, in quo Raterio ipsos tenuit à die Veneris post quindenam O. S. S. usque ad diem Jovis in festo B. Andrea, & tunc extrahi fecit eos de Raterio, & ipsos fecit inferrari & custodiri à duobus clientibus, qui ipsos custodierunt per LII. dies in dictis ferris.* Sententia an. 1334. pag. 258. ejusd. tomi col. 1. *Quod dictum carcerem fregit, & conatus fuit fortiam Dalphinalem, fracto carcere, evadere, & manus violentas in custodibus & servientibus dicti castri injecit, & alterum in Raterio inpinxit, latque claves porta ipsius castri cepit & abscondit, ut non invenirentur nisi per eum.* Charta Officialis Matiscon. an. 1455. *Domum cum curia, curtilli, columberio, Raterio, &c.* Et mox: *Promittit manuteneri carceres in Raterio predicto & custodire prisonarios.* Occurrit vox Gallica *Ratier* eadem notione apud Paradinum Hist. Lugdun. pag. 220.

RATHENICHTES. Vide *Colna* & *Radmanni*.

¶ RATHIMBURGII. Vide supra *Rachimburgii*.

¶ RATIADDITIONIO, perperam pro *Ratihabitio*. Charta an. 1250. è Chartulario S. Nicasii Rem. *Predictam autem ordinationem dicte partes coram nobis ratam habuerunt, in testimonium dicte Ratiadditionis sigilla sua cum sigillo curiæ Remensis presentibus appendentes.*

¶ RATIARIARIUS, pro *Ratiarius*, in veteri inscriptione apud Gudium CCXXIII. 2. ut *Caligariarius* pro *Caligarius* CCXXV. 4. Vide notas p. XII.

¶ RATIARIUS, Qui facit rates. Lex 30. Dig. de Fignerat. actione: *Qui Ratiario crediderat, quum ad diem pecunia non solveretur, rarem in flumine sua auctoritate detinuit, &c.*

1. RATICULA, & RATICUM, obolus, as, sic dicitur,

etus, quia sit similis rati, scilicet ad instar ratis cornutus. Ugutio.

¶ 2. **RATICULA**, Parva ratis, Johanni de Janua; *Petite nef*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

¶ **RATIFICARE**, Ratum habere, quod actum est approbare, confirmare, Gall. *Ratifier. Laudavit, approbavit & ratificavit*, in Charta ann. 1370. ex Archivo Prioratus S. Johannis Tolos. Ord. Melit. Rursus occurrit in Diplomate ann. 1228. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 433. in Literis ann. 1284. apud Rymer. tom. 2. pag. 288. in aliis ann. 1351. apud eumd. Rymer. tom. 5. pag. 703. in Epistola Clementis IV. PP. ad S. Ludovicum, tom. 6. Spicil. Acher. p. 428.

¶ **RATIFICATIO**, Approbatio, confirmatio, Gallicis *Ratification*, in Diplomate ann. 1228. jam laudato, in alio ann. 1352. apud eumd. Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 533. *Ratificatio*, in Charta ann. 1359. apud Menesterium Histor. Lugdun. pag. 127. col. 2. Vide Vossium de Vitiis Sermonis pag. 567.

¶ **RATIHABERE**, pro *Ratum habere*, confirmare. Acta SS. Aurei & Justinæ, tom. 3. Junii pag. 76. *Hoc unum certe ad ipsorum glorificationem Rati habendam sufficit.*

¶ **RATIHABITIO**, Confirmatio, non semel in Digesto & apud recentiores.

¶ **RATIHABITATIO**, Eodem intellectu, sed mendose, ut puto, in Decreto Gregorii IX. lib. 3. tit. 31. cap. 11. & 12.

¶ **RATIHABITORIÆ LITERÆ**, Quibus aliquid ratum fit & confirmatur, in Tractatu ann. 1420. apud Rymerum tom. 9. pag. 847. col. 2.

RATILLUM, *Villus in tapetis*, in veteri Glossario apud Barthium lib. 27. Advers. cap. 12.

1. **RATIO**, Jus, causa, judicium.

¶ **RATIONIS CONSULES**, Judices, in Statutis Genuens. lib. 1. cap. 9. ubi fusius exponitur eorum jurisdictio.

RATIONES EXERCERE, Placitare. Charta Lotharii Reg. Franc. an. 987. apud Mich. Carbonellum in Chronico Hispan. fol. 19. *Ut nullus Comes, Pontifex, Judex publicus in predictis rebus habeat potestatem causas distinguendi, nec obligandi, nec Rationes exercendi, &c.*

IN RATIONES VENIRE, *advenire, ad rationem venire, esse, &c.* Juri stare. Epistola Episcoporum Franciæ ad Ludovicum Regem ann. 858. cap. 3. *Quando sicut & ante petivimus, ut frater vester, & omnes fideles illius ante vestram fideliumque vestrorum presentiam in Rationes loco, & tempore congruo, venissemus, & quæ male gesta forent, vestro consilio & auxilio cum Dei adjutorio fierent emendata.* Chronicon Farsense: *Et qui aliter agere voluerit, in presentia Regali vel Imperiali in Rationes adveniant.* Formulæ vett. incerti auctoris form. 38. *Suggestit, eo quod apud nostrum signaculum hominem aliquem, nomine illum, mannum habuisset, & super noctes tantas ante nos debuisset venire in Rationes, &c.* Charta Caroli M. pro Monasterio S. Dionysii: *Si quis vero contra præcepta anteriorum Regum vel nostra aliquid facere vel contraire voluerit, tunc Missus noster vel Comitatus super noctes viginti una ante nos per bannum nostrum venire faciant in Rationes contra Missos S. Dionysii & Foleradi Abbatis.* Adde Formulas vett. secundum Legem Romanam form. 29. 39. 42. Concilium Duziacense I. part. 1. cap. 6. pag. 67. part. 4. cap. 4. pag. 254. Bessium in Regibus Aquitan. pag. 31. &c. *Ad rectam Rationem & justum judicium venire*, in Capitul. Caroli C. tit. 16. §. 2. Fulbertus Car-

Tom. V.

not. Epist. 48. *Quia judicio contendere magis quam veniam postulare statuistis, restat vobis convenire iudices, qui præfixis loco & tempore, nos in alterutrum legali Ratione justificent.*

¶ **RATIONEM DICERE in conspectu Regis**, in Edicto Caroli M. ann. 800. apud Baluz. to. 1. Capitular. col. 332.

¶ **RATIONES DEDUCERE**, in Capitulari de Villis ejusdem Caroli Magni cap. 16. & 57.

AD RATIONEM STARE. Formula 117. apud Lindenbrog. *In Rationes publicas ante illustrem virum... adstiti.*

MITTERE, vel PONERE AD RATIONEM, est ad judicium quemvis provocare, citare, submonere. Hinc familiaris loquendi nostris formula: *Mettre quelqu'un à la Raison.* Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. cap. 45. *Qui de tantis malis missus ad Rationem, iterum evictus omnia emendavit.* Adde lib. 1. c. 116. Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandriæ num. 140. *Posuerunt Comitem ad Rationem.* Charta Henrici III. Imper. an. 1056. apud Nicol. Zyllesium: *Si homo in hominem verbis aut factis deliquerit, nec Abbas, nec Advocatus in Rationem id ponere debet, nisi præsens sit aliquis, qui eum accuset.* Epistola 221. ex Franciscis tom. 4. Hist. Francor. *Posui civitatis burgenses ad Rationem, responderunt mihi, &c. Ad rectam Rationem & debitam emendationem perducere*, in Capitul. apud Marfnam an. 851. cap. 4. Adde Conventum Turonensem an. 879. cap. 4. 8. Alexandrum III. PP. Epist. 45. apud Sirmondum, Traimundum Clavallensem Ep. 3. Gaufridum Vindocin. lib. 2. Epist. 16. Thomam Walsingham. ann. 1304. pag. 88. Bessium in Comitib. Pictav. pag. 149. Histor. Landgravior. Thuring. c. 109. &c. *Le Roman de Garin:*

Guibert l'appelle, si l'a à Reson mis.

Crebro recurrit apud hunc scriptorem.

IN RATIONE ESSE, quod practici dicunt, *Estre en cause*, in Capitulari 3. an. 813. c. 42.

RATIONEM SEQUI. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 33. *In judicium quoque accedentem coëgimus eum, in quantum potuimus, Rationem sequi, i. judicium.*

RATIONEM HABERE cum aliquo, Litigare cum aliquo. Vita S. Præjecti Episc. Arvern. *Ad palatium properat, & ut mos est apud Regis aulam, in loco, ubi causa ventilantur, introit, ut cum Hectorre de supradicto negotio Rationem haberet.* Edictum Pistense cap. 32. *Et ipse sic mallum suum teneat, ut Barigildi ejus & Advocati, qui in aliis Comitibus Rationes habent, ad suum mallum occurrere possint.* Adde Capit. Caroli C. tit. 32. §. 13.

¶ **IN RATIONEM INTRARE cum aliquo**, Eadem notione. Placitum an. 878. in Probat. novæ Hist. Occitanæ tom. 1. col. 135. *Namque suam chartam videntibus cunctis recipiens, cum suis contracausariis in Rationem intravit, & inter se contententes consenserunt ipsi iudices, ut inter se pagum fecissent, &c.*

RATIONEM FACERE, Jus alicui facere, impertiri, Gall. *Faire raison à quelqu'un.* Lex Ripuar. tit. 3. §. 2. *Quod si servus... fuga lapsus fuerit, supra 14. noctes aut ipsum representet, aut pro eo faciat Rationem.* *Distinctas Rationes facere*, in Epistola Stephani PP. ad Pipinum, &c. *Distinctas cum eo faciatis Rationes.* Charta ann. 1167. apud Guichenonum in Histor. Sabaud. pag. 42. *Ego vel ipsi ibi de eis plenarie justitiam & Rationem faciemus.* [Annales Genuens. lib. 1. ad ann. 1156. apud Murator. to. 6. col. 268. *Legati autem postquam Januam venerunt, concione facta cum CCC. hominibus juraverunt, quod non debent mortem Regis vel captionem consiliare; & quod si in*

Bbbb

tota terra Regis in personis vel pecunia depredationem fecerint, Consules inde facient rationem. Idem Annal. lib. 2. ad ann. 1164. col. 293. Ante autem quam Consules nostri Rationem Imperatori fecissent, dixit Imperator Pisanis, &c.]

¶ **RATIONES FACERE**, Alia prorsus notione. Charta Eirici Comitum pro Monasterio S. Crispini Sueffion. to. 3. Annal. Benedict. pag. 687. col. 1. *Ipsam mansum tradidi ad nostras Rationes faciendas, vel ornamenta construenda: ut ipse sacerdos die quotidie ministerium pro salute animæ meæ ad ipsum altare ministraret. Ubi ad nostras Rationes faciendas idem fortean est, quod ad spiritale commodum, seu pro remedio animæ nostræ, ut in Chartis passim habetur.*

RATIONEM PERDERE, Causa excidere, & à facultate jus suum persequendi. Decreta S. Ladislai Regis Hungar. lib. 1. cap. 41. *Si quis vero nobilitium . . . ad regale palatium cum suo litigatore non steterit, & regio nuntio vocatus sine Regis licentia domum perrexerit, Rationem perdet, & insuper si quid ab eo abstulerit, dupliciter reddat. Addec. 42. lib. 3. c. 26.*

IN RATIONE SUA ESSE, in Lege Salica tit. 1. Occupari rebus propriis. [Hunc in locum observat Eccardus, haud satis scio an bene, vocabulum Ratio Latinum non esse, sed prodire ex Germanico *Recht*, Jus, legitimum.] *De hereditate & de tota illorum ratione se tollat, tit. 63. id est, ejusce parentelæ res ac negotia negligat. [Ratio hic pro Germanico *Recht*, Ramus, crassiuscule pronunciato, positum esse asserit mox laudatus Eccardus.]*

¶ **RATIONE DOMINICA DIFFERRI**, Domini rebus occupari. Pactus Legis Salicæ tit. 53. §. 4. *Si Gravius invitatus fuerit & non venerit, si sumis eum non detinuerit, aut certa Ratio dominica eum non distulerit, ut ibi non ambalet, neque mittat, ut cum justitia exigatur debitum, aut se redimat, aut de vita componat.*

¶ **RATIONES DOMORUM**, Jus hospitii, cum quis aliquo divertitur. Literæ Clementis VII. PP. ann. 1382. quibus regnum Adriæ tribuit Ludovico Duci Andegav. apud Acher. tom. 10. Spicil. p. 242. *Ad hæc si Romanus Pontifex . . . vellet cum sua curia in aliqua civitatum, vel aliarum terrarum, seu locorum ipsius regni Adriæ, morari, hoc possit libere & absque impedimento quocumque . . . & tam circa libratas ordinandas, cancellos f***ta, Rationes domorum, jurisdictione Marescalli libera, & aliorum Officialium Romana Curia, quam alias, in quibuscumque consistant, & qualitercumque retro temporibus, fuerit observatum. Medica manu indiget hic locus.*

RATIONARE, Placitare, Plaidere. Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 9. *Ut nemo in placito pro alio Rationare usum habeat defensionem alterius injuste, si-ve pro cupiditate aliqua minus Rationare valente, . . . sed unusquisque pro sua causa vel censu, vel debito rationem reddat, &c. [Marculfus lib. 2. formul. 31. Ut ipsa causa suscipere ad mallandum vel prosequendum in vice mea debeas, & cum superscripto illo ex hoc Rationare, vel quidquid exinde cum eo de ipsa causa egeris gesserisve, ratum & definitum apud me esse cognoscas. Annales Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 255. Lite Corsicæ consecrationis à Cardinalibus & ab Episcopis & Archiepiscopis diu inter eos Rationata, & non concordata. Polyptychus Ecclesiæ Vivar. Qui cessione ista rumpere voluerit, & cum S. Vincentio sit Rationaturus. Adde Chartam ann. 876. in Probat. novæ Hist. Occit. tom. 1. col. 130.]*

RATIONATOR, Advocatus. [Concilium Burdigal. ann. 1079. inter Instrum. novæ Gall. Christ. to. 2. col. 273. Die igitur determinato instante, utriusque supranominati Abbates cum advocatis & Rationatori-

*bus suis in concilio astiterunt; & prout quisque melius potuit, causam suam licenter enarraverunt, & enarrando peroraverunt. Clamoribus itaque tenoribusque utriusque partis, omnibusque eorum rationibus à concilio diligenter auditis, &c.] Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Osca ann. 1247. fol. 7. *Judicaverunt unanimiter Optimates prædictum advocatum in Rationatoris officio secundum præmissa adeo processisse, quod nec ipse, nec prædictus infirmus advocatum petere, vel alii rationem committere possit ulterius in hac causa. Constitutiones Barcinonenses MSS. Item que los Avocats & els Rahonadors ne puçqu'en pendre ne aver per lur salari del plet, . . . si no aytant con lo Juge deu aver & pendre de la una part. Observat Miræus in Donationib. Belgicis pag. 549. Rationatores, Belgis & Teutonibus appellari, qui tam civiliter, quam criminaliter in tribunali Præpositi jus dicunt, vulgo *Redenaers* nuncupatos.**

¶ **RATIOCINATOR**, Eadem notione. Index veterum Canonum, to. 3. Concil. Hispan. col. 2. *Lai- ci clericos actores vel Ratiocinatores sibi non constituent.*

RATIOCINARE, **RATIOCINARI**, Litigare, in jure agere, jus suum disceptare, ad rationem ponere, causam suam coram iudice rationibus probare, rem quampiam, rationibus ad id adductis, sibi asserere, crimen rationibus in iudicio à se amoliri. Vetus Notitia apud Bessium pag. 149. *In legitimo placito ante ipsum Comitem ipse . . . advenire deberet ad hanc causam Ratiocinandum, &c. Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 846. Sed virtute Regia consobrimum suum protegente, Ratiocinari ad voluntatem suam non poterat. Idem eodem lib. Clamores vestros & Ratiocinationes, ut rectius potuero, diligenter discutiam. Sugerius in Ludov. VI. cap. 3. De jure in curia ejus Rationando certa die decertent. Cap. 8. Comes pactum hoc offerebat per Andream de Baldimento terra sue procuratorem Ratiocinare. Vetus Notitia ex Tabulario Eccles. S. Laudi Andeg. pag. 84. Qui cum diu obstinate prædictum passagium tenuisset, & se ipsum Ratiocinaturum dixisset, termino inde posito, & postea præterito . . . quatuor nummos, quos inde ceperat, reddidit.*

DERATIONARE, Eadem notione. Chronicon Centulense Hariulfi lib. 4. c. 7. *Tamdiu itaque contra Hubertum instirrit, usquequo procerum iudicio in Regis presentia eam, quam diximus, villam Derationaret. Cap. 19. Volens eam veraci assertionem, & chartæ testimonio nobis Derationare. Tabularium Eccles. Ambianensis fol. 34. Et eandem decimam Canonici adversus eum Derationaverunt. Chron. S. Petri vivi an. 1116. Et sese ubi vis omnibus judicialibus sententiis Deratiocinaturam evidenter patefecit, Ecclesiam Retiacensem se & antecessores suos plus 100. annis tenuisse. Milo Crispinus in Vita B. Lanfranci Arch. Cantuar. cap. 9. Et coram omnibus testimonio antiquorum Anglorum, qui periti erant legum patriæ, Deratiocinatus est libertatem terræ suæ. Vide [Derationare suo loco.] Doubletum in Histor. Sandionys. pag. 842. Sammarthanos in Gallia Christ. to. 2. p. 445. &c.*

DISRATIONARE. Leges Edwardi Confess. cap. 36. *Si quis fecerit clamorem ad Justitiarium, quod injuste interfectus sit, & dixerit, quod velit hoc Disrationari, &c. Leges Henrici I. Reg. Angliæ cap. 2. Si quis civium de placitis Corona implacitatus fuerit, per sacramentum, quod judicatum fuerit in civitate, se Disrationet, &c. Mox: Se Disrationent, quod non debent. Adde cap. 29. & 48. Charta ejusdem Henrici in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 265. Sciatis, me reddidisse Deo & Ecclesiæ & Roberto Episcopo Lincolnia 12. bovatas terræ, quas Radulphus Basset Disrationavit esse in dominio meo, &c. Vide Leges Athel-*

flani cap. 2. Matth. Paris ann. 1242. pag. 397. an. 1249. pag. 508. Vitas Abbat. S. Albani pag. 79. Chronicon Andrense pag. 416. Probationes Histor. Castilion. pag. 26. &c.

DIRATIONARE, Eadem notione usurpant Regiam Majest. lib. 1. cap. 15. §. 12. cap. 16. §. 10. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 48. Ricardus Hagulstad. c. 13. Placitum apud Pinendenam apud Seldenum ad Eadmerum pag. 198.

DESRENER, Nostris. Leges Guillelmi Nothi c. 27. *Si home veut Desrainer convenant de terre vers son Seigneur, per ses pers de la tenure meimes, qui il apellera à testimoines, les curverad Desrainer: kar par estranges ne pourra pas Derainer.* Ubi miror, vocem Derainer non intellexisse Seldenum. Assisæ Hierosol. MSS. cap. 1. *Pource que se il n'est plaideoir, que son conseil li sache la raison garder, & sa querelle Desreigner de ce dont il est requeroir.* Cap. 3. *Je le vous contrebati par esgart de court, & vous par esgart de court l'avés Desreigné vers moi, &c.* Cap. 13. *L'on peut plaideoir contre chascun sans estre donné à conseil par court, pour son droit Desraigner, ou deffendre, &c.* Occurrit ibi non semel. Chronicon Bertrandi Guefclini MS.

Irons nous dessus lui vostre droit Desrener.

Hinc Desrene, quod Dirationamentum dicitur in Monastico Anglic. to. 1. pag. 238. & apud Will. Thorn. pag. 2130. quod sic definit vetus Consuetudo Normanniæ: *Desrene si est une loy establie en Normandie en simples querelles, par laquelle celui, qui est suis d'aucun fet, & accusez de felonie, que il n'a pas fet le fet, de quoi la partie averse l'avoit accusé, & pour c'en que l'en a presumption, que chescun doit mieus savoir la verité de son propre fet, que nul autre, la Desrene est ottroiée à celui, qui en est suis pour desclairier la verité du fait, dont il est accusez. Donques il est que home Desrene toute icele chose, qui est proposée entre lui par son avversaire, & Desrene, c'est assavoir il demonstre hors reson ou sans reson, &c.*

ARAISSNER, Ad rationem ponere, in pacto Tongrensi ann. 1403. in magno Recordo Leodiensi pag. 29. 30. &c.

¶ **RATIO**, Res, ditio, dominium, bona, facultates. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 41. col. 2. *E contra accepit de Ratione S. Germani indomnicatum cum casa & aliis castriis sufficienter & ecclesiam unam bene constructam.* Recurrit ibidem fol. 56. col. 2. Charta ann. 25. regni Caroli M. apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Pictav. pag. 237. *Qualiter cellula, cujus vocabulum est Nobiliacus de Ratione S. Hilarii in loco quieto & valde congruo.* Charta Hildebaldi Episc. Matiscon. ann. 825. inter Instrum. to. 4. Gall. Christ. col. 265. *Ut villas congruas & oportunas que sunt de Ratione S. Vincentii Martyris inter se commutare deberent.* Diploma Ludovici & Lotharii Imp. an. 826. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 139. *Res quoque, sive qua eidem Cellæ juste & legaliter pertinent cum prædiis duobus, Quasellis scilicet & Castaneo-villari, sive qua idem Episcopus postea de causa episcopi sui, de Ratione scilicet alterius cellæ S. Maximini ad divinum officium honorificentius peragendum ei superaddidit, in integrum absque ulla sui diminutione, sicut ab eo constitutum est, in usus Monachorum cedant.* Diploma ejusd. Ludov. Imp. ann. 839. tom. 2. Annal. Benedict. p. 609. *Pro hoc itaque nostro favore atque licentia dedit jam dictus venerabilis Abba Tatto ex Ratione monasterii sui Ratulfo presbytero atque capellano nostro... ad habendum in diebus vite suæ, in pago Keltenstein... sex obas vestitas sub integritate earum; & in alio loco, in pago Augustgoi, quamdam cellulam, nuncupatam Herilescella,*
Tom. V.

cum omnibus ad se pertinentibus. Charta Calvariae Abbat. S. Andreae Avenion. ann. 1234. pro institutione Parthenonis S. Crucis Dioc. Apt. to. 7. Spicil. Acher. p. 266. *Donamus vobis Cecilia sanctimoniali ad exstruendum monasterium monacharum, quamdam ecclesiam nostram desertam, cum omnibus juribus, Rationibus & pertinentiis suis, &c.* Alia ann. 1313. tom. 8. ejusd. Spicil. pag. 273. *Castrum & terram Mattagriffoni cum omnibus juribus, Rationibus, hominibus vassallis, casalibus, feudis, sive pertinentiis suis.* Alia Johannis Regis Franc. ann. 1350. apud Baluz. tom. 2. Histor. Arvern. pag. 198. *Montibus, planis, viis, itineribus, justitiis alius, mediis & bassis, Rationibus & redditibus quibuscumque.*

¶ **RATIO**, Rata portio rerum ad victum necessariorum militibus contingens, aliisve, Gall. *Ration.* Bulla Bonifacii VIII. PP. pro Jacobo II. Rege Aragon. to. 3. Concil. Hispan. pag. 536. *Tenebitur idem Rex, juxta mandatum Ecclesie, galearum numerum bene armatum tam de hominibus, quam de aliis opportunis & guarnimentis, & numerum militum ad Rationem & gazia de terris suis, sub capitaneo vel admirato... præsciendo, ipsum personaliter sexaginta galeis armandis per ipsum Regem in terris suis cum sumptibus & expensis Ecclesie sepe dictæ, ad rationem viginti quinque millium solidorum.* Capitulum generale MS. S. Victoris Mabil. ann. 1378. *Clerici priorum & infirmarii, qui sunt in possessione percipiendi Rationem de dispensa, permaneant in eadem possessione.* Contractus Monialium Artacellæ 27. Febr. an. 1403. *Debent dare... domina Priorissæ quatuor mensuras vini ultra pensionem... item Resectorarie pro suo labore duos justiales vini ultra suam Rationem.* Ubi *Pensi & Ratio* idem sonant.

¶ **RATIOCINALE**, λογικόν. *Ratiocinabilia, λογικά,* in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. λογικόν, *Ratiocinale, Rationale.*

¶ **RATIOCINARE, RATIOCINATOR.** Vide *Ratio* 1.

¶ **RATIOCINIUM**, Ratio, Computus. Charta Edwardi VI. Regis Angl. ann. 1547. apud Rymer. to. 15. pag. 145. col. 2. *Absque compoto seu Ratiocinio nobis reddendo seu faciendo.* Regula Mellicensis in Chronico ejusdem Monasterii pag. 345. col. 2. ubi de novitio caute examinando: *Si aliquando prius religionem probaverit; si sit Ratiociniis, servili conditione aut ad aliam reservationem obligatus, si defectum habet natalium, &c.* Ubi *Ratiociniis obligatus* idem est, qui rationibus referendis obnoxius vel oberatus: qua de re etiamnum inquiritur ante probationem religiosam. Exstat in Codice titulus de *Ratiociniis. Ratiocinia supputare,* apud S. Hieronymum lib. 2. Ep. 7. Vide *Coiumellam* lib. 5. cap. 1. ubi bis usurpat *Ratiocinium* hac notione.

¶ **RATIONABILE**, Quod ad aliquem pertinet secundum legem & rationem, legitime & juste. Charta Henrici Regis Angl. ann. 1155. pro Normannis, apud D. Brussel ad calcem to. 2. de Feudorum usu pag. 1v. *Liceat Vicecomiti & Baillivo nostro achachiare & abbreviare catalla defuncti inventa in laico feodo ad valentiam illius debiti per visum legalium hominum; ita tamen quod nihil modo amoveatur, donec persolvatur nobis debitum, quod clarum fuerit, & residuum relinquatur executoribus ad faciendum testamentum defuncti: & si nobis nihil debeatur ab ipso, omnia catalla cedant defuncto, salvo uxori suæ & pueris suis Rationabilibus suis.* Indentura ann. 3. Henrici VI. Regis Angl. apud Thomam Madox Formul. Angl. pag. 145. *Ricardus & assignati sui habebunt Racionabilia plowbote, cartbote & fyrebote, in prædictis terris & tenementis per assignationem Senescalli di-*

Et Willelmi Skrene vel heredum suorum. Vide Nomenclicon Thomæ Blount in Rationabili parte bonorum.

¶ 1. RATIONABILIS, Qui modum non excedit, medio conveniens, idoneus, Gallice *Raisonnable*. Charta Petri Episcopi Meld. ann. 1226. pro Ecclesia de Nantholio: *Habebit autem capellanus pro victu & vestitu suo & clerici sui de bonis dicta domus duos modios bladi ymbernagii Rationabilis, & sex libras Parisienses singulis annis.* Index reddituum Monasterii Corbeiensis MS. *Cum sœna Abbatis colligenda fuerint, submonent portarii, & singula domus debent mittere qui colligat... & in introitu prati debet esse serviens Abbatis: & si ille qui mittitur, Rationabilis non fuerit, non suscipitur, & nisi alium miserint sufficientem, emendabunt.* Literæ Edwardi III. Regis Angl. ann. 1353. apud Rymer. tom. 5. p. 756. col. 1. *In locis, ubi vendenda fuerint, pro denariis ipsius Ducis, pro Rationabili pretio, prout inter ipsos & venditores eorumdem concordari poterit.* Expedient d'un Notaire:

*En certain bourg au bon homme Lucas
Messire Artus passoit un bail à ferme,
Et pretendoit, au bout de chaque terme,
Oltre le prix avoir un cochon gras.
Pour un cochon se n'y repugne pas,
Dit le fermier, mais gras, c'est autre chose.
Que fais-je moi ce qu'il arrivera?
Le grain peut-être ou le gland manquera;
Point ne me veux soumettre à telle clause.
Artus repond, que point n'en demordra.
Messieurs, leur dit le Notaire équitable,
Vous pouvez prendre un millieu, l'on mettra:
Qu'au sieur bailleur le preneur donnera,
Bon an mal an, un cochon Raisonnable.*

Legitur tom. 1. des *Memoires de Literature* Hagæ Comit. edit. an. 1715. pag. 249.

¶ 2. RATIONABILIS, Æquus, justus, rectus, Gall. *Raisonnable*. Privilegium Alberti Magdeburg. Archiep. ann. 1219. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 36. *Cum facta antecessorum nostrorum pia & Rationabilia ea teneamur sollicitudine defendere, qua & nostra in futurum à nostris successoribus defendi exoptamus.*

¶ RATIONABILIS MAGISTER, Idem qui supra *Magister rationalis*, Magistratus qui rationibus Principis seu ærario præerat, in quibusdam regnis. Procuratorium Regis & Reginae Siciliae ad Imperatorem pro investitura bonorum, quæ tenent ab imperio ann. 1344. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 472. *Datum vero ibidem per Sergium Dominum Ursonis de Neapoli, Militem, juris civilis professorem, magna nostræ curiæ Magistrum Rationabilem, Viceprotonotarium regni Sicilia.*

RATIONABILITER, Juste, cum ratione, *Raisonnablement*. Synodus Vernensis ann. 755. c. 23. *Et postea alias causas cum justitia Rationabiliter judicent.* [Utuntur Apul. ad Asclep. S. Hieron. Epist. 25. cap. 5. Nicolaus de Jamsilla de Gestis Frederici II. Imp. apud Murator. tom. 8. col. 543. & alii. Vide Vossium de Vitiis ferm. lib. 4. c. 35.]

RATIONALE, in veteri Testamento, erat stola Pontificalis, quæ & *Logium*, dicebatur: *Palmus* scilicet exiguus, ut ait Eucherius Lugdun. *ex auro, gemmis, coloribusque variis, qui superhumerali contra pectus Pontificis annectebatur.* Subdit Innocentius III. lib. 1. *Myster. Missæ* cap. 11. *Dictum est Rationale judicii, quia ibi erat lapis, in cujus splendore Deum sibi esse propitium cognoscebant. Erat autem Rationale quadrangulum duplex de quatuor coloribus, auroque*

contextum, habens 12. lapides per ordines quatuor, &c. Mox: *Inserebatur autem λογιον superhumerali à superiori parte per duos annulos, & duas catenulas aureas, immixtas duobus uncinis, qui sub duobus prædictis onychinis in superhumerali continebantur infixi, &c.* Vide Fulbertum Carnot. Epist. 2. Fuit etiam

RATIONALE, Vestis Episcoporum novæ Legis, vel ornamentum: sed cujusmodi fuerit, hactenus incertum manet. Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii M. ait, esse ornamentum quoddam pectorale, ad similitudinem illius, quo utebantur olim legales Sacerdotes. Sed hæc nihil declarant. Multus est Gretzerus in Observat. ad Philippum Eysterensem cap. 16. in disquirendo, quid sit Pontificium Rationale nuperum, eoque ferme concedit, ut quidpiam affine Pallio Archiepiscopali fuisse existimet, cujus usus aliquot Episcopis ab summis Pontificibus indultus legitur. Sane Ivo Carnotensis ferm. 3. ubi de Rationali Sacerdotum veteris Legis, quibusdam tantum Episcopis, non omnibus concessum innuit: *Hic ornatus solius erat Pontificis, sicut & nunc est apud eos, quibus eo uti concessum est, propter distantiam majorum & minorum Sacerdotum.* Et infra: *Novi quoque Testamenti Sacerdotes non omnibus illis utuntur indumentis, quia nec duabus utuntur tunicis, nec Rationali, præter solos Pontifices.* Concessi peculiari quodam privilegio sedibus ipsis, vel personis, Rationalis exempla aliquot recitant Scriptores. Ac de Eystetensis sedis Episcopis omnibus indulto à summo Pontifice Rationali, sicipse Episcopus Philippus Eystetensis in Vita S. Willibaldi cap. 23. *In cujus dignitatis evidentiam vestitura magni ornatus, ac sanctæ figuræ ei concessa est: nec non ab omnibus sibi rite succedentibus præ cunctis Episcopis, qui de linea Moguntina derivationis computantur. Vocatur autem vestis ista Rationale, quo etiam summus Pontifex accedens ad Sancta sanctorum olim supervestiebatur. Habebat autem Rationale summus Pontifex in Lege veteri in præfigurationem multa perfectionis, & Pontificibus novi Testamenti quibusdam conceditur in exhibitionem consummata virtutis, qua gratia & ratione perficitur, à qua Rationale dictum est.* Eadem habet Historia S. Walpurgæ ad Reginam Hungariæ. Bulla Lucii III. PP. an. 1182. pro Archiepiscopo Montis-Regalis in Sicilia, apud Margarinum in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 199. *Fulgeat in pectore tuo Rationale judicii cum superhumerali ratione conjunctum, & ita in conspectu Dei procedas & hominum, &c.* Versus, præfixi Chronico Mindensi Meibomiano, de Fundatione Mindensis Ecclesiæ:

*Et hoc Templum consecratur
A Leone, & ditatur
Multis privilegiis.
Nam hic Præsul honoratur,
Mindensis qui vocatur
Dignitate pallii.
Quod bene Rationale
Vocamus, & hoc non male:
Nam trini Episcopi,
Tantum isto decorantur,
Per quem recte venerantur
Locus, gens & Clerici.*

Descriptit Chappeavillus ad caput 40. Ægidii Aureavallis Monachi, Chartam Innocentii II. qua Adelberoni II. Episcopo Trajectensi usum Rationalis certis diebus concedit, his verbis: *Et quoniam tanquam Aarou ad Pontificalis dignitatis fastigium divina gratia te vocatum esse confidimus, & loco Moysi ad regendum Christianum populum, per Dei providentiam es constitutus, eorum quoque dignitatis te par-*

icipem constituimus, & usum Rationalis, postquam in Episcopum consecratus fueris, persona tua concedimus: statuentes, ut eodem sacro ornamento infra Ecclesiam dumtaxat his diebus utaris, qui in presentis scripti serie præscribuntur, id est Cæna Domini, Pascha, Ascensione, Pentecoste, in festo B. Joannis, in solennitatibus Apostolorum Petri & Pauli, Assumptione B. Mariae, in festo B. Lamberti, omniumque Sanctorum, Natali Domini, in Octavis ejusdem, & Epiphania, in Purificatione B. Mariae, in Dedicationibus Ecclesiarum intra tuam parochiam, & ordinationibus Clericorum, & in anniversario die Dedicationis Leodiensis Ecclesia. Ex quibus patet, eundem ferme fuisse Rationalis deferendi usum ac Pallii.

At omnium Episcoporum fuisse Rationale videtur innuere Missa vetus ex Codice Rotaldi, Abbatis Corbeiensis, de Episcopo sacra facturo die Paschatis: Postea ministretur ei casula: tandem vero Rationale coherens junctim superhumerali. Quo spectant ista ex Ivone Carnot. serm. 3. Sunt autem adinvicem concatenata Rationale & humerale, quia coherere sibi invicem debent ratio & opera. Mentio est præterea Rationalis in Actis Ecclesiae Saltzburgenensis apud Canisium: Inter cetera pretiosa, quæ tunc temporis idem intrusus, seu Episcopus, nobis abstulit, Rationale unum ex auro & gemmis pretiosis intextum, aureis catenulis dependens, pene mille marcarum pretio estimatum, quod Imperator Gracia fundatori nostro Gebhardo Archiepiscopo, dum legatione Cæsaris illo functus, filium ejus baptizasset, pro munere donaverat, jussit præfatus Perchtoldus exponi, militibus suis hæc largiturus. Mox: Quidam vero ex fratribus Nordwinus Presbyter, Sacrista seu Custodis functus officio, ad tantum facinus perhorrescens, & aliorum quatuor, qui adhuc supererant, simili cade jam perituris vita consulens, arreptum Rationale in quatuor frustra confregit, cuique illorum suam partem tribuens. Meminit & Rationalis Episcopalis Historia Episcoporum Autisiod. cap. 49. Palla vero carbasa aureo circa pectus effulgens Rationali, à genibus ad talos usque holoserica limbo deaurata mirifice Pontificalia vestigia complectebatur. Infra: Casula autem coloris atherii phrygio palmum habente, superhumeralis & Rationalis effigiem ad modum Pallii Archiepiscopalis honorabiliter prætendebat.

Ex quibus sane nihil aliud fuisse videtur Rationale istud Episcopale, quam pallium. Bruno Signiensis Episcopus de vestibus Episcopalis. Restat nunc ut de pallio dicamus, per quod simul utrumque, & superhumerali & Rationale significatur. Quia enim supra utrumque Pontificis humerum jacet, superhumerali dicitur: quod vero inde descendens in ipso Pontificis pectore jungitur, Rationale dicitur. Habebat enim Aaron superhumerali, quod quidem usque ad humerum extendebatur: Rationale vero quadrangulum erat & duplex, sicut & pallium duplex est. Habebant enim mensuram palini, tam in latitudine, quæ mensura Pontificis pectori ornando vel operiendo sufficeret. Habet igitur Pallium eandem cum superhumerali & Rationali significationem, quamvis eandem non habeat compositionem. Habetur in Missa, ab Illyrico edita, hæc Oratio ad Rationale, cum scilicet illud induit Episcopus sacra facturus: Da nobis Domine virtutem tuam firmiter retinere, & doctrinam veritatis plebi tuæ digne aperire.

Ruinartius in sua Dissertatione de Pallio Archiepiscopali tom. 2. Operum posthum. Mabillonii pag. 452. duplex Pallium distinguit, Romanum scilicet & Gallicanum. Pallium hoc Gallicanum idem esse censet cum Rationali: quod post Marlotum to. 2. Metropolis Rem. lib. 3. sic describit

ibid. pag. 454. ex veteri Catalogo ornamentorum pontificalium Remensis Ecclesiae, ut ex ea descriptione possit unusquisque advertere quam proxime accedat Rationale ad Pallium nostrum. Sic Auctor hujus Catalogi: Aliud est unum magnum & pretiosum Rationale de panno aureo cum quatuor annulis & totidem agrappis de auro, in quo sunt duodecim lapides pretiosi diversorum colorum incussati (s. incassati) in duodecim circulis aureis, in quibus sunt scripta nomina duodecim filiorum Israel, & pendet ipsum Rationale cum una catena de auro circumdante humeros Prælati, in cujus catena duobus lateribus admodum duo pulchri lapides in auro, & à parte posteriori unus sat crassus cintallus. Hoc pretiosius Rationale in solis majoribus solemnitatibus adhibitum fuisse certum videtur eidem Ruinartio: aliud vero minoris pretii singulis diebus ab Archiepiscopis sacra facientibus; iis enim non erat licitum sine Pallio Missas dicere ex Concilio Matiscon. I. an. 582. can. 6. Hujus posterioris Rationalis etiam meminit Auctor Catalogi laudati his verbis: Item aliud Rationale parvum de auro cum catena aurea, in cujus medio interradiat lapis inusitata magnitudinis, & in circuitu ejusdem sunt alii octo lapides pretiosi, videlicet quatuor smaragdina & quatuor bales.

Porro si Rationale istud Gallicanum pallium non fuit, ut Ruinartius observat, ipsum tamen Pallii locum obtinuisse verisimillimum est, utpote quod eodem prorsus modo, ac nunc Pallium, in Missa gerebatur super alia pontificalia indumenta; id patet ex sequenti articulo prædicti Catalogi, ubi sic habetur: Item tres acus de argento deaurato servientes ad tenendum dicta Rationalia cum casula, & habet qualibet acus in summitate unam grossam margaritam antiquam. Rationale pontificii rursus meminit vetus Rituale Ecclesiae Remensis, eoque pretioso ornamento vestitum S. Remigium repræsentant antiquæ figuræ tam Metropolitanæ, quam aliarum quarundam civitatis Rem. ecclesiarum. Ex quibus tandem conficit sæpe laudatus Ruinartius haud temerariam esse suspensionem, Pallium Gallicanum aliud ab isto Rationali olim non fuisse, cui Pallium Romanum successerit: quam conjecturam confirmat ex antiquo Scriptore sub Alcuini nomine vulgato, qui eo tempore vixisse videtur, quo Pallium Rom. cœpit ab omnibus Ecclesiae Gallicanæ Metropolitanis suscipi. Hic Auctor lib. de divinis Officiis cap. 18. ita loquitur: Pro Rationali nunc summi Pontifices, quos Archiepiscopos dicimus, Pallio utuntur, quod à sancta Rom. Sede Apostolico dante suscipiunt. Nec impedit, quod agat de Judæorum Rationali; dicit enim hic auctor Pallium Romanum Rationalis Judaici locum tenere, eo quod Rationali Gallicano, quod Judaico non erat ab simile, successerit. Pallium cum Rationali etiam comparant Bruno Signiensis lib. de Vestibus Episcopalis & Scriptor Historiæ Episcoporum Autisiod. cap. 49. Vide Pallium 3.

RATIONALES, Procuratores Principum (nam & ita interdum appellantur) in provinciis, qui Provinciales reditus exigebant: *νεφεολμοι*, in Gloss. Gr. Lat. Julius Firmicus lib. 3. cap. 4. Faciet Procuratores Regum Rationales. Infra: Faciet aut Procuratores Regum, aut Rationales, aut quibus nuntiandi potestas concedatur. Cap. 8. Reddet etiam honestos moribus & graves, Rationibus etiam faciet prepositos, aut conductionum, aut frumentorum, &c. Cap. 13. Qui discussiones Rationales, magnaue negotia tractare consueverint. Lampridius in Severo: Procuratores, id est, Rationales. Ejusmodi Rationalium mentio est in

veteribus Inscriptionibus, in utroque Codice, apud Ammianum, Lactantium de Mortibus perfect. num. 12. Senatorem lib. 6. Epist. 8. &c. *Rationales*, qui *rationes & computa dispungunt*, in Bulla Clementis VI. PP. an. 1344. apud Waddingum in Regesto tom. 3. pag. 308. Vide quæ de *Rationalibus* variis congescit Jacobus Godefredus in Notitia dignitatum Codicis Theodosiani pag. 327. 328. 329. 330.

Rationales porro in provinciis bona caduca & vacantia fisco vindicabant: unde huc referenda videtur Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 2. §. 5. *Et si forte possessio est, ubi repositio alicujus substantie sit, ne per Rationales excusatio fiat, &c.* Infra, in exemplari Epistolæ informationis: *Ita ut si aliquid ibi repositionis habetur, & anulo domini sui non est signatum, propter auferendam rationem Rationalium, per illos 8. dies anulo tuo maneat obsignatum.*

¶ RATIONALIS in Ecclesiis Hispaniarum quis dicitur, docet Synodus Toletana an. 1565. tom. 4. Conc. Hispan. p. 80. col. 1. *Præcipit Synodus Missarum celebrationem & alia opera pia, quæ testamenti mandantur, saltem intra annum unum post testamenti publicationem impleri. Quin etiam Curatis omnibus & rationum ecclesiasticarum præfectis, quos Rationales vocamus, jubet, ut singulis annis Ordinario... exponant quantum Missarum nondum celebratarum numerus in ipsorum parochiis superfit.* Hi Rationales rursus memorantur in Synodo Valentiaë an. 1566. ibid. pag. 129. col. 2. & pag. 133. col. 2. quo in posteriori loco hæc habentur de electione eorundem: *Cum Rationalis... eligendus erit, clerus duos nominet, quos Ordinario proponat, è quibus alterum pro suo arbitrio Ordinarius eligat.* Epitome Constitutionum ejusd. Eccl. ibid. pag. 188. *Canonici Rationales pro tempore existentes, non possint habere salaria dicti officii, nisi computato libro & facta definitione.* Vide Caspoverius & mox *Rationarius*.

¶ RATIONALIS MAGISTER, Regis rationibus, seu arario Præfectus. Privilegium Petri II. Regis Valentiaë pro Ecclesiasticis, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 616. col. 2. *Quum hoc eodem injungimus, nostro Rationali magistro, vel alii è prædictis administratoribus & aliis depositariis prædictis, computum vel computa auditoribus, ut quidquid vobis pro præmissis duxerint exsolvendum, quod in nostro computo admittere non postponat.* Vide *Magister rationalis*.

¶ RATIONALITAS, Vis & facultas ratiocinandi. Tertullianus lib. de Anima cap. 38. *Habet immortalitatem, Rationalitatem, &c.* Passim utuntur recentiores Philosophi.

¶ 1. RATIONARE, Placitare. Vide *Ratio* 1.

¶ 2. RATIONARE, Rationes edere, computare. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 19. recto: *Itemque Potestas sive Rector Communis Vercellarum teneatur specialiter constituere & habere unum ejus judicem jurisperitum, qui teneatur exigere banna, condemnationes, fodra, taleas, alia onera, introitus & avere Communis Vercellarum, que remanserunt ad exigendum ante tempus sui regiminis, postquam ipsa fodra & condemnationes in quartata & in quartate fuerunt Rationata prius per Rationatores Communis Vercellarum.* Vide infra *Rationator* 1.

¶ RATIONARIUS, juxta vim vocis, Idem qui *Ratiocinator* Ciceroni, aliis minus Latinis *Calculator*. Modestinus lib. 27. Dig. tit. 1. leg. 15. §. 5. *Neque librarios, neque calculatores, quos vulgo Rationarios dicimus, habere immunitatem dicunt Divorum constitutiones.* Rationariorum vero, quorum crebra fit mentio in Notitia Imperii, & apud Scriptores

ævi Theodosiani, procuratio erat, ut eam exponit Carolus de Aquino in Lexico Milit. ex horreis fiscalibus & castrensi penuario assignare militibus & distribuere buccellatum in singulos dies: alternis vero vinum & acetum; uno per hebdomadam larium, duobus vervecinam; de qua procuratione Rationariorum Leges agunt in Jure civili, & Ammianus lib. 17. Referebant autem in tabellas, seu pictacia, capita rationum, quæ viritim in numeros militum & pabulorum, quæ exhibebantur pro equorum alimonia. Hæc interdum connumerata pecunia, quandoque vero ipsis annonariis speciebus dividi moris fuisse, ex Polybio lib. 6. de Castametatione Romana, probat idem de Aquino; qui tandem observat *Rationarios* non parum discrepasse à *Rationalibus*, de quibus paulo ante dictum est. *Rationarii apparitionis armorum magistri*, meminit Ammianus lib. 15. & *Rationarii apparitoris*, lib. 18.

¶ RATIONARIUS, Idem qui supra *Rationalis* in Ecclesiis Hispanicis, Oeconomus. Acta S. Ferdinandi Regis Cast. tom. 7. Maii pag. 370. *Post hanc arcam ferebatur Deipara parva imago eburnea... ferebatur autem perquam devote & reverenter inter manus Rationarii.*

¶ 1. RATIONATOR, Ratiocinator, Rationibus præfectus. Statuta dataria Riperiæ fol. 13. vo. c. 4. *Quilibet emptor & quilibet officialis debeant notificare præfato Capitaneo & Rationatoribus dictæ Communitatis omnes & singulas inventiones, conventiones & pacta... & quod Rationatores dictæ Communitatis... adstricti sint... omnes prædictas inventiones, conventiones & pacta... scribere super uno libro dictæ Communitatis.* Utitur Ulpianus. Vide *Rationare* 2.

¶ 2. RATIONATOR, Advocatus. Vide in *Ratio* 1.

¶ RATISCUNT, *Aestimaverunt*, in Glossis Isid. Legendum, ut in Excerptis: *Rati sunt, aestimaverunt.*

¶ RATISOS, *ῥατισός*, in Glossis Lat. Gr. Vulcanius castigat, *Ratis*, ὁ ῥατισός. In Glossis Græc. Lat. habetur: *ῥατισός τῆς ῥατισός, Planta, Ratifos.*

RATO, Mus major, *Rat*. Vide *Ratus* 1.

RATOR, *Judex*. *Rata*, arbitrata, firma, certa. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. Ita etiam Gloss. Isid.

¶ RATTUS, Gallis *Rat*. Vide mox *Ratus* 1.

RATULA. Silvester Giralduus in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 10. *Ratula vero rauca & clamose innumera.* Sed videtur legendum *Ranula*.

¶ RATUM, Deliberatum, constitutum, Latinis; hinc *Littera de Rato*, in Chronico Andrensi tom. 9. Spicil. Acher. p. 568. dicuntur illæ, in quibus id continetur quod deliberatum fuit & constitutum.

RATURUS, Mus major. Vide *Ratus* 1.

1. RATUS, RATTUS, Mus major, vulgo *Rat*, apud Silvestrum Giraldum in Topogr. Hibern. dist. 2. cap. 32. Idem in Itinerario Cambriaë lib. 2. cap. 2. *Murium majorum, qui vulgariter Rati dicuntur.* Wilhelmus Andrensis in Chronico: *Cum... tam noctuas, quam Rattos sibi infestos animositate juvenili circumquaque fugaret, &c.* [Vita S. Lanfranci num. 8. tom. 5. Maii pag. 835. *Mures & Rati valde sunt nobis infesti, & idcirco nunc afferro catum.* Vide *Vossum* lib. 1. de Vitiis sermonis cap. 28.] De vocis etymo vide quæ commentantur Cobarruvias, Ferrarius, & alii.

RATURUS, in Gloss. Ælfrici, *Ræt*, id est Mus.

RATO, Eadem notione. Henric. de Knyghton. an. 1381. *Tanta agilitate ascenderunt, ac si essent Rationes, vel spiritu aliquo vecti.* [Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 68. *Tandem murum Rationumque carnes exoticas, magno comparatas precio, ra-*

vida ventris voracitas in suam fallosam abyssum devorat & receptat.]

2. RATUS, pro Raptus. Vide Raptus.

¶ RAVA, Genus coloris. Vide Ravis.

RAVACAULUS, pro Rapocaulis, Caulis species, quæ vulgo *Cheux rave*, in Capitulari de villis c. 70.

¶ RAVALE, destructio, subversio, qua decreto Judicis ob admissum crimen deprimitur seu complanatur ædificium, à Gallico *Ravaler*, Deprimere. Privilegium Johannis de Castellione Comitibus Blefensis an. 1265. pro Monasterio S. Johannis in Valleia Carnot. è Schedis D. Lancelot: *Si contigerit casus, per quem debet, secundum iudicium dictorum Abbatis & Conventus, fieri Ravale seu destructio domus vel alicujus rei existentis in aliquo dictorum locorum immunium & quitorum, ut dictum est, supra mandatum dictorum Abbatis & Conventus, superficiem ligneam domus destruenda, & superficiem rei alterius, de quibus fieri Ravale oporteret, tradent Preposito Carnotensi . . . ad comburendum, & statim dictus Prepositus vel Ballivus dictam superficiem comburent extra terram dictorum Abbatis & Conventus, nec licet, nec licebit predictæ nobili Comitisse, vel heredibus suis successoribus ejus, intrare (aliquem) predictorum locorum pro faciundo aliquo Ravale, seu aliam justitiam quamcumque. Vide Conde unire terram vel domum.*

RAVANNA. Tabularium Fossatense: *Hi sum, qui debent annuatim saccos ad reponendum Ravannas & les haurons bladi in granzia dictæ Abbatie.*

Per *Ravannas* intelligo ventilationes seu ejectiones è frumento ventilato, voce à vannus deducta; & pro *haurons* corrigo *hautons*. Vide *Halto* & *Hauto*.

RAUB, RAUPA, Exuviae, spoliium, furtum vel prædatio cujusvis supellectilis, Germanis *Raub*, unde nostris *Robe* pro vestimento, & *Rober* & *Desrober*, pro furari, vestem vel quamvis supellectilem auferre, furari; [nisi eas voces cum Ferrario deducere malueris à Latino *Rapere*: quod etiam Carolo de Aquino magis arridet.] Lex Alemann. tit. 49. *Quicquid super eum cum Rauba vel arma tulit, omnia sicut furtiva componat.* Leges Rotharis Regis Longob. tit. 5. *Si spolia ex ipso mortuo tulerit, id est, pro Raub componat sol. 80.* Formulæ Parenfales cap. 8. *Dum diceret, eo quod . . . ipsum ibidem interfecisset, vel occidisset, & Rauba sua, caballos, aurum & argentum, & drapalia exinde tulisset, vel deportasset. Et cap. 26. Contigit quod cellarium, vel spicarium vestrum infregi, & exinde ammonam, vel aliam Raupam in solidos rantes furavi.* Hinc eadem vox pro furto in Charta Petri Regis Aragonum ann. 1302. apud Guichenonum in Centur. 2. Biblioth. Sebastianæ cap. 70. *Prudentia vestra recepimus literas . . . continentes rapinas, Raubas, violentias, aliaque damna . . . irrogata, &c.* Vide Formulas Andegavenfes c. 29.

Pro veste nostris *Robe* dicta passim occurrit; ac primum pro tunica virili. Acta S. Yvonis MSS. *Apparatu Raubarum Persicarum . . . deposito, vilem habitum sumisit.* Adde Processum de Vita ejusdem S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 546. Testamentum Johan. Comitibus Claromontis an. 1340. apud Baluz. tom. 2. Histor. Arvern. pag. 317. *Legamus Stephano vayleto & chamberio nostro . . . meliorem Raubam nostram.* Vide Testamentum Roberti III. ibid. pag. 307. aliud Bernardi de Turre ibidem pag. 571. aliud Guidonis de Turre ibid. p. 616. cujus locus exstat in voce *Cannalotus*; Limborchium lib. Sentent. Inquisit. Tolos. p. 66. 123. Testamentum Guigonis Episc. Casin. an. 1345. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampl. col. 1460. Testamentum Guillelmi Vicecomitis Narbonens.

apud eundem Marten. tom. 1. Anecd. col. 1633. Statuta Ecclesiæ Anic. an. 1267. tom. 2. eorundem Anecd. col. 485. Pro muliebri quoque vestimento in Statutis Genuæ lib. 3. cap. 5. *Possit uxor viro mortuo habere de bonis viri Raubam nigram, &c.* Adde lib. 2. cap. 17. Testamentum Beatrix de Alboreya Vicecomitissæ Narbon. ann. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1524. *Item legamus eidem Monasterio, seu Conventui, unam Raubam nostram demuram pro altari dictæ Ecclesiæ.* Mox recurrit ead. col. Proclamatio Consilii Massil. sub finem sæculi XIII. ex Schedis D. le Fourmier: *Nulla domina de cetero portet in Raubis suis, &c.* Pluries occurrit ibi. Miracula MSS. Urbani V. PP. *Timens ne ipsam deraubaret, quia erat in bono statu de Raubis suis.* Vide *Roba*.

¶ RAUBA, Quodvis tegmen, ut exponunt viri docti. Processus de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Julii pag. 590. *Nec poterat pati, nec suslinere, quod Rauba esset super dictam tibiam.*

¶ RAUBA, Supellex quævis, ut *Roba* suo loco. Statuta Massil. lib. 3. cap. 28. *Decernimus observandum, quod quilibet autoritate sua possit claudere portas domus sue suo inquilino, omniaque ibi invecata & illata à dicto inquilino, si voluerit, sibi obligata retinere pro mercede dictæ domus ab illo inquilino sive conventa . . . Similiter liceat illi retinere Raubam ibi illatam, quando forsitan inde recedet, vel exibat, aut recedere volet dictus inquilinus.* Testamentum Rogerii Vicecomitis Carcasson. ann. 1150. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 531. *Razmundo Trencavello fratri meo mando & valde præcipio, ut donet Bernardæ Vicomitissæ uxori meæ x. m. solidorum Melgoriensium, & medietatem meæ Rauba, excepto auro & argento, videlicet pannorum, mantellorum, tapetiorum, filtro- rum & omnium horum similium.* Statuta Genuensia lib. 4. cap. 17. *Non possunt fieri loti sine licentia Senatus sub pœna scutorum centum, & ammissione Raubarum seu rerum positarum ad lotum, &c.* Oberti Cancellarii Annales Genuens. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 304. *Et quum in medio galeæ essent, vitans ut nostri non accederent, ne sorte Raubas portarent, statim quidam Pisanus armatus extraxit de capite suo elumum, &c.* Idem Annal. Ogerii Panis lib. 4. eodem tom. col. 392. *Comes autem Syracusæ cum sua baronia de civitate exeuntes, apertis portis, multos Pisanos, qui in terra erant, & totam Raubam eorum, vexilla & tentoria & armixium totum ceperunt.* Huc revocari possunt veteres Formulæ Andegav. art. 29. *Veniens homo, nomen illi, apud (aut) femina, nomen illa, qui fuit conjux illa quondam germanus illius, ante venerabile vir illi Abbate, interpellaverunt hominem, nomen illo, quasi servitium qui fuerunt ipsius illi, quondam post se habuissent commandatas, hoc est, illam rem, qui illi ad presens aderat, & hoc totum fortiter denegabat. Interrogaverunt ipsius illi, se (si) habebat homines qui de presente fuissent, & viderent quando ipsa Rauba ipsi illi & illi commandasset.* Hic intelligi debet quælibet res mobilis, quæ commendari seu apud aliquem deponi potest, sicque non male depositum interpretatur Mabillonius tom. 4. Analect. pag. 250. & in Supplemento Diplomaticæ pag. 82.

¶ RAUBA LECTI, Quivis lecti ornatus, instructus, ut stragulum, linteum, &c. Constitutiones Frederici Regis Siciliae cap. 58. *Nulli omnino curialium . . . licere decrevimus matarata & alias Raubas lectorum . . . patrono invito accipere.* Transactio inter Abbatem & Monachos Crassenses ann. 1351. ex libro viridi fol. 53. *Quando mittentur aliqui Clausrales Camone, ut ibi resideant pro sociis cum Priore, dominus Abbas*

dicti monasterii habet (dabit) eis duo animalia, videlicet unum pro persona sua & aliud pro Rauba lecti & aliis rebus dicti Monachi portandis ad dictum Prioratum de Camone. Haud satis scio an eadem notione ibidem: Lavandarius tenetur lavare bis in qualibet septimana Raubam Conventus & singulariorum de eodem & familie eorundem. Linteum quodvis videtur esse intelligendum.

¶ RAUBÆ ÆSTIVALES, vel Hyemales, Vestes quibus Dalphini proceres ac familiares suos donabant æstate vel hyeme. De his fufius agitur in Ordinatione Humberti II. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 315. Vide Roba.

¶ RAUBÆ PAPALES. De iis raubis esse dicuntur Papæ ministri, & familiares, quod alias suis familiaribus Principes raubas distribuerent certis anni festivitibus, ut infra dicitur in Roba. Fragmentum libri, cui titulus: Memorabilia Humberti Pilati, tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 622. Die Martis ante Pentecostem, 18. die Maii (an. 1344.) dedit Papa castrum Avisani, & complevit cum eo factum de Romanis pro medietate jurisdictionis dictæ villæ... tunc existentibus cum Domino, in dicto compromisso, Henrico de Turre & Petro de Neyriaco Notariis juvenibus, qui, licet invito, iverant Avisanum & fecerant syndicatum, & nullo alio de consilio vel famulatio Domini existente cum eis, & illi fuerunt de Raubis Papalibus tunc retenti. Gualvaneus Flammeus apud Murator. tom. 12. col. 1004. Et ut Vicecomites haberent causam standi in pace cum Ecclesia, Johannes Papa dedit episcopatum Novariensem Johanni Vicecomiti Ordinario Ecclesiæ majoris, Vercellinum supradictum recepit ad Robas Papales, & plures ex Vicecomitibus fecit Ordinarios Ecclesiæ majoris.

¶ RAUBÆ SCUTIFERORUM, de quibus esse dicebantur Scutiferi, qui Raubas accipere solebant ab iis, quorum erant Scutiferi. Testamentum Guidonis Cardinalis de Bologna ann. 1372. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 182. Item cuilibet aliorum Scutiferorum, qui sunt de Raubis Scutiferorum & mecum resident, (lego) ... quinquaginta florenos auri.

¶ AD RAUBAS sui corporis aliquem tenere, Alicui raubas, ut ministro vel familiari distribuere, nisi me fallo. Pactum an. 1306. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 125. col. 2. Item promittit ipse Johannes (Comes Vapincensis) quod ipsum Rolletum (Dominum de Intramontibus) ... tenebit ad Raubas sui corporis, quandiu ipse Rolletus fuerit in humanis.

RAUBARE, Furari, prædari, Rauben German. [vel Rooben: quod ipsum ex Latino Rapere, inquit Vossius lib. 2. de Vitiis ferm. cap. 25.] Dérober Gallis. Pactus Legis Salicæ cap. 20. §. 10. cap. 34. §. 3. Si quis in via alterum adsalierit & eum Raubaverit, &c. Tit. 64. Si quis alicui de manu aliquid per vim tulerit, & Raubaverit, & expoliaverit, &c. Jacobus I. Rex Aragon. in Constitutionibus Catalaniæ MSS. Statuimus, quod nullus homo capiat vel per se, vel per alium, nec Raubet, nec Raubari faciat aliquem hominem de genere Laicum, vel Clericum, nisi eum aquindaverit antea per quinque dies, &c. [Regimina Paduæ apud Murator. tom. 8. col. 436. Steterunt circa... depraadando & Raubando villas Pedevendæ. Epistola Petri Episcopi Valon. ad Massilienses an. 1357. è Schedis D. le Fournier: Quamplures villas & castra una cum complicibus suis Raubaverunt & destruxerunt.] Vide Leges Alfonsinas part. 7. tit. 13. De los robos, [& infra Robare in Roba.]

RAUBARIA, Furtum, in Conventionibus inter Carolum I. Comitem Provinciæ, & Arelatenses an.

1251. art. 22. in Statutis Venetorum an. 1242. lib. 5. cap. 17. in libro Promissionis maleficii ibidem cap. 9. & in Foris Beneharnensibus non semel. Scribit Catellus in Archiepiscopis Narbon. pag. 788. extare Chartam anni 1155. in Tabulario Ecclesiæ Narbon. qua Dominus Fontis-Jocosi dimittit jus, quod sibi hæctenus asseruerat in bonis mobilibus Archiepiscopi demortui, quæ in castro Fontis-Jocosi reperiebantur, simulque fructus omnes Episcopatus intra districtum ejusdem castri; quod quidem jus Raubaria nomine ibidem donatur. Ita injustam bonorum Archiepiscopi usurpationem sua vera nomenclatura donari patiebantur usurpatores ipsi. Vide eundem p. 590. 636. 881. [Raubaria & depraadatio, in Statutis criminalibus Saonæ, in quibus integrum caput 20. est de Raubaria & depraadatione restituenda & punienda. In corpore capitis indiscriminatim scribitur Raubaria vel Robaria. Vide Roba.]

RAUPA, Idem quod Rauba. Marculfus lib. 1. form. 37. Quasi homo ille... eum in villa, nulla movente causa, adsalisset, & eum graviter livorasset, vel Raupa sua in solidos tantos eidem tulisset, &c. Form. 38. Visus est denegasse, quod nec ipse ipso servo fugitivos pedes, nec Raupa sua post se nunquam recepisset, &c. Infra: Quod suprascripto servo illo memoratus ille pedes fugitivos una cum Raupa sua in solidos tantos post se nunquam recepisset. [Quibus locis Baluzius scribit Rauba; vestes autem intelligunt Ludovicus de la Cerda Adversar. sacrorum cap. 122. Vossius lib. 2. de Vitiis ferm. cap. 16. & alii.] Formulæ vett. c. 51. Fuit judicatum, ut illam leudem, ut lex erat, ipsi lviolvere deberet; quod ita in presenti fecit, & servum suum nomine illum vel aliam Raupam ipse ille pro illa leude, ipsi lvi, vel conjugi sua illi, in quod eis bene complacuit, dedit. [Gassendi Notitia Eccl. Dinienfis ad an. 1420. pag. 120. Promisit dare unum lectum & unam Raupam de blanqueto. Catharina vidua Rostagni Neverii promisit unam Raupam de blanco. Charta an. 1483. Petit licentiam habitum seu Raupam albam nostri monasterii S. Victoris (Massil.) relinquendi. Testamentum ann. 1522. ex Archivo ejusdem S. Victoris: Necnon uxori sue suas vestes, Raupas & subindumenta quecumque, tam festivales quam quotidianas, &c. Rursum occurrit in Actis SS. Maii tom. 4. pag. 199. Junii tom. 5. pag. 667. & alibi.] Charta Hispanica æræ 1060. apud Anton. de Tepez in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 5. pag. 435. Sex vero boves, idem vaca 30. pecora promiscua, de Raupa siquidem, Ralnapes 2. 4. plumacios, literius 3. yzanes 2. lentros de leno 3. duos etiam pares de sabanes, &c. [In hac Charta non vestis solum, sed & alia supellex intelligenda est.] Somnerus has voces à Saxonico deducit, ðeaƿ, vestis, spolium, rapina, unde ðeaƿian, spoliare, rapere, quod nostri dixerunt Raubare. Wendelinus à Theutonico Rooven, spoliare, à roof, spolio, seu lana detonsa de ovibus. Vide Roba.

¶ RAUCARE, Balbutire, balbum esse aut blæsum. Glossæ Lat. Græc. Rauco, τραυλιζω. Aliæ Gr. Lat. τραυλιζω, Balvucio (Balbutio) Rauco. Vide Rancare.

¶ RAUCARI, Raucum esse. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. Raucor, Raucus sum, Βραυχιω. Vide infra Raucire.

¶ RAUCEDO, Amputatio vocis, Isidoro lib. 4. Orig. c. 7. vel impuritas, ut addit Joh. de Janua.

¶ RAUCIDUS, Raucidulus, Aliquantulum raucus; qui etiam Rauculus dicitur, eidem de Janua. Raucidulus occurrit apud S. Hieronym. lib. 1. Epist. 16.

RAUCILIO. Chartula plenariæ securitatis sub Justiniano,

span. ann. 1094. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliff. col. 548. *Taliter ut non . . . in istas hereditates merino, neque saione, neque pro Rosse, neque pro omecedio, &c.* Restituerem *Rauso*, nisi etiam *Rosse* præferret *Scheda Domni le Fourmier* ad nos missa. Sed ut ut est de lectione, dubia non est significatio.

¶ RAVULUS, Aliquantulum *rauus* seu *raucus*, apud *Sidonium* lib. 9. Epist. 13. Vide *Ravus*.

¶ RAVUM, Ἀποκεκομμένον, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. Ἀποκεκομμένον, *Ravum*, *abscissum*. A *Ravus*, *raucus*, *Ravum* hoc esse puto, quod in iisdem Glossis legatur *Ravis*, κόρυθα, φωνῆς ἀποκοπή, vocis amputatio.

¶ RAVUS, καρπός, in Glossis Latino-Græc. In aliis Græc. Lat. καρπός, *Fructus*, *Fruentum*, *Ravus*, *Fru-gis*. Apud Festum ex *Verrio flava frumenta*, *Rava* explicantur. Hinc, ut videtur, *Ravus*, pro frumentum, nostris Glossatoribus.

¶ RAVUS, à rapere, *Rapax* vel *fulvi* coloris; unde invenitur, *Lupa Rava*: & in utraque significatione convenienter dicitur, *Lupa Rava*; nam rapax est & fulvi coloris: unde *Ravulus*, *Ravisellus*, ambo dimin. Dicitur *Rava*, *rava*, talis color vel rapacitas, & *Raveo*, *es*, esse vel fieri *Ravum*; unde *Ravesco*, inchoat. secundum *Hugutionem* & *Papiam*: & *Rava* dicitur niger color mixtus fulvo. Ita *Johannes de Janua*. Nota Latinis vox *Ravus* pro colore inter flavium & casium, ut habet Festus; at *Ravus*, pro rapax, præter nostrum de *Janua*, qui dixerit, novi neminem.

RAXIUM, Panni species, Italis *Raso*. Ceremoniale Ambrosianum: *Tum extra atrium Ecclesie equus albus Raxio coopertus, stat paratus ad suscipiendum suum Pontificem, &c.* Vide *Rasum*.

¶ RAXONERIUS, Advocatus. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 175. verso: *Ego Raxonerius sive Rationator Communis Vercellarum juro ad sancta Dei Evangelia, quod veniam bis in die & horis consuetis ad palatium Communis, quando campana officialium pulsabitur, &c.*

¶ RAYDA, Incurfio militaris, seu, ut hic sumitur, Clamor excitans ad injiciendas manus in aliquem. Sententia lata ann. 1334. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 258. col. 2. *Ipsum debeat capere vivum vel mortuum & Curia nostra presentare, & si capere non poterit, vel ad eum capiendum se imbecillum vel non fortem reputaverit, Raydam seu criasoras faciat, & moveat patriam contra eum.*

¶ RAYE. Charta ann. 3. Henrici VI. apud *Madox Formul. Anglic.* pag. 145. *Ricardus habebit de præfato Willelmo Skrene & heredibus suis quolibet anno, durante termino prædicto, pannum stragulatam continentem xx. Rayes, & unam virgam & dimidiam panni coloris.* Anglis *Ray cloth*, pannus est rudis, nondum tinctus, ut & Saxonibus *Ray* lana nativi coloris; hic autem species est mensuræ, cujus veram longitudinem ignoramus.

¶ RAYMATUS, Coactus ad probandum jus suum. Vide in *Adramire*.

¶ RAZ, Pannus sericus spissior & rasus, Ital. *Raso*, Gall. *Satin*. Acta B. Ferdinandi Infantis Lusitaniæ, tom. 1. pag. 563. *Unum frontale de Raz.*

¶ RAZA, Idem quod *Raz*, ut puto. Chronicon Tarvisinum apud *Murator.* tom. 19. col. 803. *Qua quidem cum antenna lignea totum id diversorium sustentabatur, zalois de Raza, & mirabilibus tapetis stratum, & parietibus obsitum aureis, variis cum picturis laboratis cum gemmis, margaritisque & pretiosis lapidibus insignitis.*

¶ RAZELLUS, Ratis, Gall. *Radeau*. Fundatio Monasterii Saletarum an. 1299. to. 2. Hist. Dalphin.

pag. 91. col. 2. *Monachi & moniales & eorum successores libere possint deffendere cum effectu ascendentibus & descendentibus navigia & Razellos per Rodanum in ripa, quantum protendunt eorum confines; videlicet à rivo de Vez usque ad sinem nemoris del Ver navigia aut Razellos applicent sive trabant, &c.* Extractum computi ann. 1321. eod. tom. pag. 160. col. 1. *Libraverunt pro charreagio dicti Razelli, & ipso adducendo per aquam usque apud Lugdunum, ubi fuerunt XXI. homines, & steterunt per aquam per XIII. dies, quia pluries atterravit & distrinxit dictus Razellus, inclisis XXIII. libris Vienn. Lugduni pro expensis factis pro charreando & ascendendo superius Rhodanum & per Sagonam, usque ad domum Domini, aliquam quantitatem dicti Razelli, qua invitis nautis & ductoribus dicti Razelli propter aliquam disjunctionem corruerat, propter impetum aquarum.* Charta ann. 1309. tom. 1. ejusd. Hist. pag. 98. col. 2. *Item unum fustum, quod vocatur Rondellum, quod ponitur in latere Razelli, si sit de duobus teysis aut plus, debet sex denarios.* Charta Humberti Dalphini an. 1348. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 284. num. 12. *Cum dicti Sacrista & Capitulum Ecclesie (de Romanis) prædicta dicant & asserant se habere . . . certum tributum à ducentibus seu transeuntibus Razellos fusta seu lignorum supra flumen Isara; videlicet remos proprios, quibus dicti Raselli reguntur, &c.* Vide *Radellus* & *Rasellus*.

¶ RAZOIRA, Idem quod supra *Rasoria*, Radius, quo raduntur mensuræ frumentariæ, Gall. *Racloire*. Statuta Massil. lib. 3. c. 14. §. 2. *Razoira, cum quibus radetur, sint ligni de favo deuze, & ejusdem ponderis, & cum Razoira hujusmodi percutiatur seu fiat dictus ictus emendo & vendendo, & ille ictus fiat non in ferraturis emina, sed inter eas . . . quæ emina & Razoira sint signata signo communis.*

¶ RAZZA, vox Italica, Genus, Gall. *Race*. Chronicon Tarvisinum tom. 19. *Muratorii* col. 821. *Ad numerum decem millium equorum, non de Alemania, Hungaria vel Valachia, sed de Apulia tantum; nunquam enim sunt visi tot nobiles, & tot equi hujusmodi Razza.*

REACCAPITUM. Vide supra *Accaptare*, [& infra *Retroaccapitum*.]

¶ REACCIPERE, Recipere. Chronicon Anglic. Thomæ Otterbourne p. 261. *In proximo foret venturus (Ricardus Rex) cum magnificentia & gloria Reaccipere sibi regnum.*

REACCROPUM, Struis frumentariæ seu annonariæ summitas: à Saxon. hpeac, i. strues, & crop, summitas. Ita in cod. Regio Legum MS. apud *Spelmannum*.

¶ READJORNARE, In jus iterum vocare. Consuetudines Furnenses an. 1240. ex Archivio Capituli S. Audomari: *Quicumque adjornatus fuerit, & prima die non venerit, Readjornari debet ad secundam diem.* Vide *Adjornare* I.

¶ READJUSTARE MENSURAS, pondera, Iterum justa facere, ne majora sint vel minora iterum ad exemplar exigere. Charta pro Burgenfibus Saciaci Dioecesis Autissiod. an. 1236. *Condictum etiam fuit & insertum, quod Baillivus noster . . . mensuras bladi, vini, libras, pondera & alias omnes mensuras, quotiescumque & quandoque volet, capi faciet & Readjustari; & illi qui injustas mensuras habuerint, domus nostra Baillivo emendabunt, & de emenda satisficient ei secundum delicti quantitatem; & illi qui justas mensuras habuerint, Readjustatione facta, suas quitas continuo reportabunt.* Vide *Adjustare* & *Ajustare*.

¶ READVISUS, Qui de re aliqua iterum consuluit, deliberavit, ex Gallico *Avis*, Consilium, & itera-

tionis particula *Re*. Litigium de homagio marchionatus Saluciarum inter Officiales Regis Francorum & Ducis Sabaudiaë ann. 1485. apud Gotofredum in Observationibus ad Hist. Caroli VIII. p. 497. *Officarii Sabaudiaë ... dixerunt, quod ... participato consilio inter se ipsos Readvisi deliberaverunt & concluserunt, quod, &c.* Alias nostris *Ravisé* dicitur Mutatus sententia: quæ significatio prolato loco minime congruit.

¶ **READUNARE**, Iterato conjungere, reconciliare. Synodus Pistensis cap. 4. *Facientes illa ... à cœlesti Ecclesia & à Christianorum societate separati sunt, nisi per dignos pœnitentiæ fructus ad hoc redeant, ut sancta Ecclesia possint Readunari.*

¶ **READUNATIO**, Iterata conjunctio. *Recorporatio & Readunatio officium*, Tertulliano de Resurr. carnis cap. 30.

¶ **REÆDIFICAMEN**, Reparatio in ædificiis, novorum etiam ædificiorum constructio. Testamentum S. Gennadii Episc. Asturic. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 173. col. 1. *Ecclesiam S. Petri, quam dudum restauraveram, miris Reædificaminibus revolvens ampliavi.*

¶ **REÆSTIMARE**, Iterum æstimare, rei pretium denuo statuere. Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 131. *De pignoribus Reæstimandis in locis ubi sunt facta: Statuimus, quod omnia pignora, quæ venerint Reæstimanda ad instantiam tam creditoris quam debitoris, Reæstimantur & Reæstimari debeant in locis & villis, in quibus fuerint facta & æstimata, per homines cum juramento.*

¶ **REAFAN**, seu **REAFAN**, ut emendat Spelmanus, Vexillum quoddam Paganorum Britanorum, à *corvo*, qui *Raven* dicitur, voce ab Anglo-Saxonibus petita, quibus *neafian* est spoliare, rapere: dicunt enim, quod in omni bello, ubi præcederet idem signum, si victoriam adepturi essent, appareret in medio signi quasi corvus volitans. Sin vero vincendi in futuro fuissent, penderet directe nihil movens. Verba sunt Asseri de Ælfredi rebus gestis. Adde Encomium Emmæ Reginae pag. 169.

¶ **REAFORSTARE**, Forestam, seu silvam, vastatam & in novalia conversam iterum ad forestam redigere. Vide in *Foresta*.

¶ **REAGERE**, & **REACTIO**, in scholis Philosophorum non damnat Vossius l. 4. de Vitiis ferm. cap. 20. est enim, inquit, vox idonea rei quam signant. Alias mavult Vicissim agere, resistere agentis in se.

¶ **REAGGRAVARE**, Vox fori ecclesiastici, Gall. *Reaggraver*, Censuras vel pœnas ecclesiasticas augere. Hinc

¶ **REAGGRAVATIO**, Gallis *Reaggrave*, quibusdam *Reaggravation*. Ultima monitio seu excommunicationis denuntiatio, sententia, in Statutis Ecclesiæ Æduensis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 476. & alibi.

¶ **REAGGRAVATUS**, Is in quem *Reaggravatio* lata est, in aliis ejusdem Ecclesiæ Statutis anno 1468. apud eumd. Marten. laudato tom. col. 516. in Statutis Bertrandi de Turre Episc. Tull. an. 1359. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 862. & alibi.

¶ **REALENCUM**, Regale, ex Hispan. *Realengo*. Obfervantiæ Regni Aragon. lib. 9. tit. de Salva Infantionum §. 3. *Infantiones debent peytare in peytis regalibus, seu contribuere cum suis vicinis pro bonis immobilibus, tantum, quæ acceperint in axovario de Realenco, si ipsa bona tenent.*

¶ **REALES**, [Secta Philosophorum, qui in rebus, non

in vocibus, veram positam esse Philosophiam assererebant.] Vide *Nominales*.

¶ **REALICANA ANTIQUA**, Scripturæ species. Vide in voce *Scriptura*.

¶ **REALITER**, Reipsa, reapse, revera, merito, jure. Johannes Major Scotus de Gestis Scotorum lib. 4. cap. 7. *Nec omni decedens Realiter excommunicatus, est damnatus, si pro absolutione sufficienter laboraverit.* Passim occurrit apud Philosophos, ut & vox *Realis*, pro Reipsa existens; sed id notum est omnibus.

¶ **REALPINARE**, Alpes rursus pertransire, *Repasser les Alpes*, in Oratione Legatorum Regis Franciaë ad Pium II. PP. in Concilio Mantuano. Vide infra *Transalpinare*.

¶ **REAMBASSIATOR**, Legatus ad eum, qui prius legatum miserat. Chronicon Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 648. *Immo ad velociorem expeditionem negotii milites duos Theotonicos Reambassiatores transmisit dicto domino Ludovico.* Vide *Ambasciare*.

¶ **REAPORTARE**, **REAPPORTARE**, Referre, recensere, narrare, Gall. *Rapporter*. Conventio an. 1298. tom. 1. Chartularii S. Vandregisili pag. 1186. *Dicta inquesta nobis Reaportata, aperta & publicata ... eidem compositioni assensum præbemus.* Literæ ann. 1332. è Chartulario S. Martini Pontifar. *Inquestam fecimus nobis Reapportari.* Observat Lobinellus in Glossario ad Historiam Paris. Professores olim in Academia Parisiensi ex memoria prælectiones suas exposuisse, nihil dictando, tumque à diligentioribus tantum discipulis Magistrorum dicta literis excepta fuisse: quæ excepta dicebantur *Reapportata*; quia *Reapportare* iis idem erat quod literis mandare, quæ memoriter à Professoribus dicebantur. Hac notione locum hunc explicat laudatus Lobinellus: *Audiet lectiones doctorum; aut saltem Reapportet, aut bona procuret Reapportata.*

¶ **REAPPREHENSORIÆ LITERÆ**. Vide *Recaptivare*.

¶ **REAPPROXIMARE**, Possessionem gentilitiam redhibere, Gall. *Retraire*. Statuta Loffensia art. 40. *Item, des biens heritables vendus à prix d'argent; lesquels on veut retraire, on doit Raprocher dans l'an devant la feste de S. André, quoi fait l'on gagne un canon.* Ibid. §. 1. *Item, si une piece de terre fût vendue avec les fruits illecques excroissans & parvenus à maturité, & si celui, qui voudroit la Raproximer, se presentât legitimement à telle Rapproximation, pendant que lesdits fruits sont encore extans sur ladite piece de terre, l'on demande à qui suivroient lesdits fruits? L'on répond qu'entant que le vendeur n'a convenu avec son censier en quelque stuyt de l'achat, les fruits suivroient audit censier par moitié, pour les droits de la charue, & l'autre moitié au retrayant.* Pluries recurrunt hæ voces vernaculæ §§. seqq. quas sub ficto verbo ideo retulimus, quod visæ sint scitu dignæ.

¶ **REAPPROPRIARE**, in jure Hungarico, Vendicare, rem sibi propriam facere. Sambucus.

¶ **REAPTARE**, Reficere, reparare. Vita B. Augustini Novelli, tom. 4. Maii pag. 621. *Cæpit caput pueri Reaptare, quasi esset cera.* Bartholomæi Scribæ Annales Genuens. ad an. 1242. apud Murator. tom. 6. col. 500. *Fecit ibi galeas fractas Reaptare.* Chronicon Andreae Danduli apud eumd. Murator. tom. 12. col. 463. *Ipso quoque die galeis omnibus Reaptatis, &c.* Statuta Vercell. lib. 1. fol. 16. vº. *Resectio fieri debeat per octo dies, postquam eis per Potestatem fuerit denunciatum, ut ipsos pontes debeant Reaptari.* Rursus occurrit fol. 20. vº.

- ¶ REASON, vox Anglica, Gallice *Raison*, Ratio. Statuta prima Roberti I. Reg. Scotiae cap. 17. §. 1. *Quamdiu defendens, aut suus pralocutor defendet tort, & non Reason, &c.*
- ¶ REASSIGNARE, Retribuere, assignare id, unde quis redditum assignatum, quem dimittit, recuperet. Charta Capituli S. Timothei Rem. ann. 1254. ex Archivo S. Nicasii ejusd. urbis: *Abbas & Conventus possint Reassignare nobis, pro dictis XL. solidis annui redditus, alios XL. solidos... & illos XL. solidos, quos Reassignabunt... acceptare tenebimur.* Bis occurrit vox *Reassignatio* eadem notione in hac Charta.
- ¶ REASSUMERE, Resumere, in possessionem redire. Charta ann. 14. Henrici VII. Angl. Regis apud *Madox* Formul. Anglic. p. 129. *Quod tunc liceat nobis, & successoribus nostris, in totum predictum tenementum cum suis pertinenciis reintrare, Reassumere, & in pristinum statum nostrum penes nos retinere.* Hist. Cortusiorum lib. 2. apud *Murator.* tom. 12. col. 794. *Reassumtis suis viribus in spoliatores & praedatores cum acie sua irruit, & demum eos conflixit.* Vox nota *Plinio* atque etiamnum *Italis* in usu.
- ¶ 1. REATUS, Lineis distinctus, Gall. *Rayé.* Statuta Ecclesiae Anic. à *Clemente IV.* PP. condita ann. 1267. apud *Marten.* tom. 2. Anecd. col. 485. num. LIV. *Item, caligis rubeis maxime tempore Paschali pannis de serico transgulatis seu Reatis à modo non utantur.*
- ¶ 2. REATUS, Crimen, Christianis scriptoribus atque recentioribus Jurisconsultis. Hos castigat *Budæus*, applaudente *Vossio* lib. 1. de Vitiis sermonis cap. 32. ubi *Reatum* exponit per obligationem ad poenam, ut inter crimen & poenam medius sit *Reatus.* Antiquis proprie habitus erat atque conditio reorum sive accusatorum, ut recte dicitur lib. 2. selectarum de Lingua Latina Observatorium in hac voce.
- REATUUM REDEMPTIONES, Multæ pecuniariae, Compositiones. *Ordericus Vitalis* lib. 4. pag. 523. *Ipsi vero Regi, ut fertur, mille & 60. libra sterilensis moneta, solidique triginta & tres oboli ex justis redditibus Angliae per singulos dies redduntur: exceptis muneribus regis, & Reatum redemptionibus, aliisque multiplicibus negotiis, quæ ararium Regis adaugent.* Vide *Redimere.*
- ¶ REAURARE, Iterum inaurare, Gallis *Redorer.* Computus MS. an. 1239. *Pro una cupa hospicii juvenis Reginae Reauranda, xxx. s.*
- ¶ REAUTENTICARE, Denuo confirmare. Charta *Odonis Episc. Camerac.* ann. 1112. è *Tabulario Corbeienfi:* *Eidem Ecclesia reassignamus atque ab illa à nobis Reautenticata possessione emulorum calumnias episcopali auctoritate ulterius eliminamus.* Vide *Authenticare* in *Authenticus.*
- REAUTUMPNUM. Chartularium Ecclesiae Ambianensis fol. 10. *Nullus alius in granea predicta habet aliquid juris præter Canonicos, excepto quod Major habet Reautumpnum.* [Idem est quod infra *Rahalto.*]
- REBA. Vide *Repa.*
- REBALCA, seu potius *Rebalta*, *Italis Ribalta*, *Toleno*, nostris *Bacule*, apud *Petrum de Crescentiis* lib. 10. de *Agricult.* c. 33. veteri interpreti *Gallico*, *Rebalche.*
- ¶ REBALDI, Calones castrenses, homines in castris vilissimi. *Chronicon Parmense* ad an. 1247. apud *Murator.* tom. 9. col. 771. *Et nullus ex ipsis mortuis audebat aliquem portare in civitate ex præcepto domini Potestatis... tamen per Rebaldos portabantur ad domum Fontisvivi, & ibi sepeliebantur.* V. *Ribaldi.*

- ¶ REBAND, Vittæ, tænia, Gall. *Ruban*, Angl. *Riband*, vel *Ribbon.* *Monasticon Anglic.* tom. 3. pag. 109. *Una mitra frictata cum argento & Reband.* Vide *Riband* & mox *Rebanus.*
- ¶ REBANUS, Idem quod mox *Reband.* *Inventarium* ann. 1379. ex *Schedis D. Lancelot:* *Item una zona cirici cordulata de argento supra deaurata. Item duo Rebani argenti, quorum unus est deauratus.*
- ¶ REBAPTIZANTES, seu, ut *Græcizantes* enunciant, *Anabaptistæ*, *Hæretici* sub initia sæculi XVI. primum auditi, ex eo quod parvulorum baptisma respuant, eosque, cum ad provectiorem ætatem pervenerint, iterum baptizent, sic appellati. De iis passim agunt *Scriptores.* Alii fuerunt in Ecclesia *Rebaptizantes*, qui hæreticos ad catholicam fidem revertentes, alii qui Catholicos ipsos ad hæreticam pravitatem transeuntes, novo baptisate tingendos esse perperam opinabantur. *Nostris* non est instituti de iis omnibus sermonem habere: hoc unum observabimus *Rebaptizare* verbum ita Catholicis omnibus semper odiosum fuisse, ut illud rejicerent vel ipsi *Rebaptizantes.* *Nos autem*, inquietabat *S. Cyprianus Epist.* 71. ad *Quintum*, *dicimus eos, qui inde (ab hæresi) veniunt, non Rebaptizari apud nos, sed baptizari.* Et *Ep.* 73. ad *Jubaianum:* *Invidia quadam quasi Rebaptizandi, baptizare post hostes Dei nefas ducitur.* Sed invidiosæ licet omnino fuerint hæ voces, *Rebaptizare*, *Rebaptizantes*, *Rebaptizati*, *Rebaptizatio*, passim tamen usurpantur ab iis *Scriptoribus*, qui vel *Rebaptizantium* errores confutarunt, aut veram Ecclesiae sententiam exposuerunt de rebaptizandis quibusdam hæreticis, qui *Baptismi formam* corrumpebant. De re nota loci non sunt frustra congerendi.
- ¶ REBBARDUS, *Wallonice*, seu *Belgice*, *Rewart;* Magistratui Præpositus in muneribus quibusdam exterioribus, ut sunt disciplina civilis, cura viarum atque publicorum ædificiorum, &c. Differt à *Majori*, qui proprie primus est inter *Scabinos*, quos spectant judicia litium, denariorum publicorum dispensatio, &c. *Literæ Johannis Regis Fr.* ann. 1355. apud *D. Secousse* to. 4. *Ordinat.* pag. 321. *Rebbardus, Scabini, Burgenses & Communitas dicte ville de Siclinio, &c.* Vide ibi notam e.
- ¶ REBECA, Fidicula, barbitus, à veteri Gallico *Rebec.* Vide locum in *Baudosa.*
- REBELLARE, pro *Bellare*, Pugnare, prælium iniire, vel rursus bellare. *Joan. de Janua:* *Rebellio, i. repulsio, vel resistentia: & post factam pacem ad bellum reversio, belli iteratio.* *Vita Offæ I. Reg. Angl.* *Et sub spe victoria viriliter obtinenda Regem & suos ad hostile prælium provocavit. Rex autem confectus senio, timens Rebelle, declinavit aliquotiens impetus adversariorum.* *Infra:* *Ad Rebllandum se suosque prænunciare cepit.* [*Literæ Johannis Regis Franc.* ann. 1356. apud *D. Secousse* to. 3. *Ordinat.* Reg. pag. 55. *Scalarum ingenio & nocturne intraverunt hostiliter & latenter, ipsam civitatem (Petragor.) occupando, quam nunc derinent, stabilitam exinde adversus nos, & dictam villam de nostra obedientia existentem Rebllantes, & contra eam guerram, strages & hostiles insultus diversimode inferentes.*]
- ¶ REBELLARE SE, ut apud *Livium* nudum *Rebellare*, Gall. *Se revolter*, Rebellionem facere. *Jacobi Auria Annales Genuens.* ad an. 1282. tom. 6. *Muratorii* col. 576. *Sicilia quæ se Rebllaverat contra Regem Carolum, &c.*
- REBELLIO, *Rebellis*, ἀποστασίας, in *Gloss. Lat. Gr.* Alibi: ἀντασιας, *Rebellio.* *Marcellinus Comes:* *Plinva comes, idemque Rebellio, &c.* *Regula S. Benedicti*

cap. 62. *Quod si aliter præsumerit, non Sacerdos, sed Rebellio judicetur.* Occurrit apud Capitolinum in Adriano, Vulcatium Gallicanum in Avidio Cassio, Jornandem, Leon. Ost. lib. 2. cap. 2. Eckerhardum Juniorem de Casib. S. Galli c. 7. & alios. Vide Salmasium ad Pollionem pag. 265.

¶ REBELLIOSE, Per rebellionem, rebellium more. Charta an. 1359. apud Rymer. tom. 15. pag. 558. col. 2. *Hosiliter, Rebelliose & proditorie paraverunt, &c.*

¶ REBELLIS, Hostis. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1352. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 116. *Quod antecessores nostri Francorum Reges, auxilio præstante divino, & fidelibus ministris ejusdem militie manus suas sinceriter & unanimiter prebentibus adjutrices, in quoscumque Rebelles suos manus voluerunt mittere, victoriam reportarunt.* Gaspar Barthius in Glossario ex Baldrici Hist. Palæst. *Rebellis, pugnax, belliger.* Baluzius in suis notis ad Capitularia to. 2. col. 1114. emendat Sirmondum, qui *Rebellis* legit tit. 35. cap. 8. Capitul. Caroli Calvi, ubi legendum est *Rationalis*.

¶ REBELLISSARE. Vide mox *Rebellizare*.

REBELLIVM, Rebellio, ipsa actio rebellandi. Monachus Engolismensis in Carolo Magno: *Reddiderunt omnes malefactore. illos, qui ipsum Rebellium maxime terminaverunt.* Isidorus Pacensis Episcopus æra 784. *Cui non post multos dies diversa Rebellia Arabes per Hispaniam molientes, &c.* Gloss. Gr. Lat. ἀπόστασις, *Rebellum, abditus, segregatio.* Ita in MS. ubi editum habet: *Rebellio, segregatio, abitus.* Infra: πόλεμος, *bellum, prælium, Rebellum.* Ubi forte legendum *Rebellium*, [quod posterius occurrit apud Livium ipsum: *Qui paratos ad Rebellium incitasset.* A vocibus igitur mere barbaris poterat amandari.]

¶ REBELLIZARE, Idem quod *Rebellare*. Apparatus bellicus Caroli VIII. Regis Franc. in Italiam, apud Marten. tom. 2. Itin. pag. 390. *Rebellizantibus S. Rom. Ecclesia promisit se toto conamine... violenter & fide liter resistere.* In Gemmæ Vocabulario exponitur *Contradicere*. Vossius lib. 4. de Vitiis sermonis cap. 20. mavult *Rebellizare*, quod ad instar *Patrisare*, patrem imitari, fictum fuerit pro obloqui & opponere se, ut solent rebelles.

¶ REBELLOSUS, Idem qui *Rebellis*. Vita S. Samsonis Dolensis: *Sic enim in veteri Testamento legimus, cum Dominus noster contra populum Rebellosum suam querimoniam ostenderet, &c.*

¶ REBELLUM, Rebellio. Vide *Rebellium*.

¶ REBELLUS, seu *Rebelli*, pro *Rebelles*, in Codice MS. Guelferb. scribi annotat Eccardus in suis ad Pactum legis Salicæ observationibus pag. 179. eodem modo, quo Italicum *Rebello*, & Gallicum *Rebelle* formata sunt.

¶ REBETERE. Vide infra *Revidare*.

¶ REBIA, Rapa, napus, aut legumen hujusmodi. Statuta Vercell. lib. 5. fol. 126. verso: *Si camparius per se vel per alium furatus fuerit acerbas uvas vel maturas, vel alios fructus seu fruges, vel aliquam messem, vel carracias, vel Rebias, vel scurilionos, vel vendiderit, vel fieri permiserit in vinea, almeto seu plantato, quam vel quod custodierit, &c.*

¶ REBIBERE, Pluries bibere, Gallis *Reboire*. Medicina Salernit. edit. 1622. p. 190.

Casus, anguilla nimis obsunt, si comedantur;

Ni tu sæpe bibas, & Rebibendo bibas.

Utitur Theodorus Priscian. de Diæta cap. 15.

¶ REBILE, ὄμιλον, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Quod rerum seu opinari possis.

REBINARE, Terram altera & repetita aratione

proscissam tertia rursus proscindere: *Biner, ou binoter de la seconde fois la terre.* Charta Guillelmi Episcopi London. in Hist. Abbatia S. Audoeni Rotomag. pag. 484. *Ducentis & viginti unam acras warrettatas, de quibus 51. acra & dimidia fuerunt Rebinata. Si vero in obitu nostro aliquid de stauramento predicto, vel de his, qua ad culturam predicta terra necessaria erunt, quoniam de predictis Abbate & Monachis seminatam vel warrettatam recepimus, in eisdem terris defuerit, de aliis catallis nostris perficietur.* Fleta lib. 2. cap. 73. §. 2. *In initio igitur temporis seminandi & Rebinandi, conjunctim sint cum carucis Bailivus & Prapositus. §. 10. Tempus Rebinandi erit post festum Nativitatis S. Johannis B. cum terra pullulaverit post carucam. §. 13. Cum tempus assuerit Rebinandi, ne profundo arent, carucariis inbibeat. Rebinura* cap. 76. §. 84. *Biner & rebiner vignes, in Consuet. Nivernensi cap. 13. art. 5. Adde Consuetud. Pictav. art. 60.*

¶ REBIRE, REBITARE. Vide *Revidare*.

¶ REBLANDIMENTUM, Blanda domini compellatio, Gall. *Reblandissement.* Manumissio MS. an. 1217. *In perpetuum possitis facere omnem vestram voluntatem à vobismet ipsis & ab omnibus rebus vestris presentibus & futuris, sine omni nostro nostrorumque retentu & Reblandimento.* Vide Glossar. Juris Gall.

¶ REBOARE, Remugire proprie, unde ad alia, quæ quovis modo resonant, passim transfertur. *Robant silva*, apud Virgilium lib. 3. Georg. *Ad similitudinem caelestis tonitruum amen Reboat*, apud S. Hieronymum in Præfat. Commentarii 2. ad Epist. ad Galatas. Valerius Probus: *Quod Plautus posuit Reboo, non Latine, sed Græce posuit; ῥεῶν, ῥεῶν, unde derivatum, Reboo, reboas.* Glossæ Lat. Græc. *Reboo, ἀνὰ ῥεῶν.* Passim occurrit metaphoricè.

¶ REBOTARE, Denuo obturare, quod apertum est aut fissum iterum obstruere, Gall. *Reboucher.* Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 67. *Mandamus & volumus, quod si aliquis de Cadubrio habuerit domos aliquas in communi, qua domus devastentur, & sit opus eas reficere, cooperire, Rebotare, vel aliter eas aptare, quod si unus de consortibus noluerit eas reficere, cooperire, Rebotare, vel aliter eas aptare, quod per curiam constringatur ille, qui predicta facere noluerit, ad reficiendum, cooperiendum, Rebotandum vel aptandum tales domos.* Pluries occurrit.

¶ REBOUTZ, f. Robur, quercus. Reparationes factæ in Senescallia Carcaffon. ann. 1435. è MS. D. Lancelot: *Pro faciendo & ponendo in dicto molendino unum belfague & de bona Reboutz, duos pinguos asseratos, &c.*

REBRACHIATORIUM, REBRACHIATUS, Ugutio: *Reticula sunt quasi succinctoria, vel redimicula, vel proprie Rebrachiatoria appellare possumus.* Respexit ad locum Cassiani de habitu Monach. lib. 1. cap. 6. *Gestunt etiam reticulas duplices, laneo plexas subtégmine, quas Græci ἀνακόλας, nos vero succinctoria, seu redimicula, vel proprie Rebrachiatoria possumus appellare, qua descendunt per summa cervicis, & è lateribus colli divisa, utrarumque alarum sinus ambiunt, atque hinc inde succingunt, ut constringentia latitudinem vestimenti ad corpus contrahant, atque conjungant, & ita constrictis brachiis impigri ad omne opus, expeditique reddantur.* Quidam putant rebrachiatorium Monachorum Ægyptiorum idem fuisse quod scapulare apud Monachos Occidentales, sicque appellatum volunt, quod supra brachia rejiceretur, *Expapillatum brachium* dixit Plautus in Milite Glor. id est exertum & ad papillam nudatum. Vita S. Eligii lib. 2. c. 34. *Ulnis exertis & Rebrachiatis.* [Acta

S. Ottonis tom. 1. Junii pag. 599. *Rebrachiatis manibus succinctaque veste, falcem dextra corripuit.* Le Roman de Vacce MS.

*Tuit furent rez & prez tondu,
De court dras furent tuit vestu ...
Tuit estoient bien Rebrachiez,
Et de combattre encoragez.]*

Quomodo etiam *rebrasser*, vulgo *usurpamus*. Sed vox videtur orta à *braccis*, quæ *rebracciatorio* succingebantur. Unde *rebracciatorium*, idem esse dicitur quod *succinctorium*.

¶ REBRASSATÆ CALIGÆ, Succinctæ, Gallice *Retrouffées*. Statuta S. Capellæ Paris. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 153. col. 2. Item, quod nullus deferat caligas *Rebrassatas* ad genua ad modum *paillardorum*. Vide *Rebracciatorium*.

¶ REBULETUM, Farina crassior à subtiliori *secreta*, furfur, Gallo-Flandris *Rebulet*, forte diminutivum à Gallico *Rebut*, *Rejectanea*. Contractus anni 1297. è Chartulario Fiscanenſi: *Item quolibet die totius anni unum panem de Rebuleto post panem conventus*. Computus vernaculus ann. 1638. è Chartulario M. S. Vedasti Atrebat. fol. ult. *Adviser que lesdites miches & michets soient fait de pure fleur, les bisettes de farine, dont le son soit & sera ôté: & les boullens de pure farine telle qu'elle vient du moulin, sans y mêler aucun terçœul ou Rebulet.* Vide infra *Rebuletum*.

¶ REBULLIRE, Recandescere, redintegrari, per metaphoram. Bulla Clementis V. PP. an. 1305. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 124. *Nos attendentes, quod nisi ante predictum festum ... futuris de predicta turbatione periculis occurratur, dissensionum hujusmodi flamma Rebulliret.* Notione nativa, pro ebullire, Apuleius lib. 5. dixit: *Lucerna fervens oleum Rebullivit in humerum.* Utitur alibi.

¶ REBULLUS. Vide mox *Reburrus*.

REBURETUM. Charta anni 1243. in Hist. Monmorenciaca pag. 101. *In illo (furno) coquere poterit pastillos de obolo, simenellos, & alium parvum panem de obolo, & de Rebureto, & seonno illius parvi ministerii.* Ubi *seonnum*, est furfur, nostris *Son*. [Vide *Rebuletum*.]

¶ REBURNARE, Repolire, Gall. *Rebrunir*. Computus an. 1245. MS. è Bibl. Regia: *Pro decem cisis Reburnandis v. s. pro duabus charneriis ad justas ... v. s.*

REBURRUS, REBURSUS, RIBURRUS, [à Gallico *Rebours*, retrorsum, in contrarium, inquit Vosſius, lib. 2. de Vitiis sermonis c. 16.] Glossæ Lat. Græc. *Reburrus*, ἀνδρόιλλος, ἀναφάλαντος. [Hinc aliæ emendandæ, ubi minus recte, *Rebullus*, &c. Suidas: ἀνάσειλλος, ἀναφαλαντίας, ἀκοσμος τὴν κεφαλὴν. Vide Versionem LXX. Levit. cap. 13. Vetus Inscriptio, quam laudat Grævius in Notis ad Glossas Isidori: *T. Flavius Reburrus.*] Glossæ Isid. *Reburrus*, hispidus. Glossæ MSS. *Reburrus*, *cirratus*, vel *crispus*. Glossæ nomicæ Vaticanæ MSS. ἑβερρῆς, ἀναφαλαντίας. Faustus Manichæus apud S. Augustinum lib. 6. contra eundem cap. 1. *Calvum aut Reburrum, & similis notæ hominem non constituere Sacerdotem.* Ita etiam in Notis Tyronis pag. 150. Vitæ Abbatum Beccensium pag. 53. de Guillelmo Crispino pag. 53. *In sua primæva ætate habebat capillos crispus, & rigidos, atque sursum erectos, & ut ita dicam, Reburſos, ad modum pini ramorum, qui semper tendunt sursum: quare cognominatus est Crispinus, quasi crispus pinus.* [Quam capillorum *Reburſionem* videmus adhuc iis, qui de ipsius Gislberti genere descendunt. Quod à pinus similitudine *Crispinus* dici putat hic

auctor, ridiculum est. Ut à Longus, Longinus, ab Augustus, Augustinus, sic à Crispus dicitur Crispinus. Tabularium Majoris-Monasterii: *Judichalis de Rochoerio donat S. Martino terram suam, quam habet in Rochoerio. Testes, Gausfredus Reburſus, &c.*] Galli dicimus *reburſos*, qui ont les cheveux *rebourſez*, vel *rebrouſsez*. [Simili notione le Roman de la Rose:

*Rechignée étoit & froncie,
Avoit le nez & Rebourcie,
Hideuse étoit & soulée.]*

¶ REBURSARE, Pecuniam è *bursa*, seu *crumena*, promere, Gall. *Debourſer*, alias *Reborſer*. Le Roman de Vacce MS.

*Miez quant chescun moingne fait borse,
Li commun bien faut & Reborſe.*

¶ REBURSIO, REBURSUS. Vide *Reburrus*.

REBUS, Genus vitis est, apud Papiam.

RECA, Græc. ῥέκα, Flagellum. Vide in *Reda*.

¶ RECADERE, Recidere, redire, ubi de possessionibus quæ præstituto tempore ad aliquem redire debent. Charta an. 957. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 953. *Quomodo ipsa superscripta res ad partem sancti vestri monasterii reverti & Recadere debent, sic debeant reverti & Recadere mihi superscripto Attoni Comiti.*

RECALCARE. Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 36. *De vasellis nostris decenter Recalcatis & communitis.* Ubi editor, ad oram, *recalcatis, i. de novo tectis.* Malim *Recalfatis*.

¶ RECALCATA MYSTERIA, id est, repetita, Gothofredo in Glossario Nomico ad Codicem Theod. Lex 4. ejusdem Cod. tit. 6. lib. 16. *In tantum enim sceleris progressi dicuntur ii, quas Donatistas vocant, ut baptisma sacrosanctum, mysteriis Recalcatis, temeritate noxia iterent, & homines semel, ut traditum est, munere Divinitatis ablutos, contagione profana repetitionis infecerint.* Quidam legunt *Reculcatis*. Male, inquit idem Gothofredus in Notis, ubi addit: *Recalcatis, iterum calcatis.*

¶ RECALCIRE, Sarrire, Gall. *Sarcler*. Miracula S. Zita, tom. 3. Aprilis pag. 523. *Et ipsa Massaia Recalciret milium, & cum ipsa Massaia surgeret recta cum sartorio in manu, &c.*

RECALCUS. Charta an. 873. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 16. *Qua habet fines & terminationes de uno latus via publica, de alio latus una cum Recalco terram ad infantem Martana, &c.* Alia ann. 914. pag. 17. *Una quæque vinea habet fines & terminationes in uno latere terram Ermengardis & infantum ejus, & habet perticas 18. cum Recalco: in alio latere & uno fronte vias publicas, &c.* Infra: *In alio fronte terra ipsius Constantii, & habet cum Recalco perticas 20. Rursus fol. 36. In alio latere una cum Recalco habet perticas agripedales 66. & pedes 2. & ipse Recalcus in latis perticas 6. &c.* Fol. 51. *Hoc sunt rebus vinea duæ, cum Recalco uno, & casam cum casarico & ortile, &c.* Infra: *Jungit ad eam Recalcus, qui habet in longum perticas agripedales 4. &c.* Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Una cum Recalco perticas 3. ipse Recalcus habet in lato pedes 16. in alio fronte pedes 3. &c.*

¶ RECALIARE, In morbum recidere, à Provinciali *Recalivar*, Gall. *Retomber*. Statuta Arelatens. MSS. tit. 131. *Si infirmus reciderit vel Recaliaverit infra quindecim dies, medicus teneatur ipsum videre.*

¶ RECALX, Calcitro proprie, translate Reluctans. Comodianus Instruct. 38. *Improbi semper & dura cervice Recalces.*

¶ RECAMATOR, Phrygio, qui pingit acu, ab Italico *Recamare*, Acu pingere. Miracula B. Simo-

nis de Lipnica, tom. 4. Julii pag. 547. *Quamobrem maritus suus dominus Kuneka, arte Recamator, &c.*

¶ **RECANNARE**, Canna seu mensura agraria remetiri. Statuta Massil. lib. 3. cap. 31. *Non liceat dicto domino, qui dictum fundum, ut supra dictum est, ad certum censum concesserit... dictum fundum remensurare, seu Recannare, vel iterum dextrare, nec censum eidem augere, &c.*

¶ **RECANTUS**, Reiteratio cantus. Vetus Ordinarium MS. ad usum Ecclesiæ Ambian. in Sabbato Quatuor Temporum: *Post primam lectionem Graduale Propitius esto à puero sine Recantu.* Aliis ergo diebus *Graduale* seu *Responsorium* repetebatur integre post *Versum*, ut fit in pluribus Ecclesiis.

¶ **RECAPITARE SESE**, f. Gradum sistere. Isidorus Episcop. Pacensis in Chronico æra 769. *Europenses vero solliciti ne per semitas delatescentes aliquas facerent simulanter celatas, stupefacti in circuitu sese frustra Recapitant.*

¶ **RECAPITULANS CYCLUS VICTORI**, seu Victorii, in Inscriptione, quæ libro primo de Vita B. Joannis Abb. Reomaensis à Jona Abbate præfixa est, dicitur secunda periodus cycli Paschalis à Victorio, uti notum est, excogitati. Annis 532. constabat cyclus Victorinus, incipiens anno 28. Christi, ac proinde, adjectis iis 28. annis, prima hujus cycli periodus desinit anno 559. Altera igitur periodus, quam *Recapitulans cyclum Victori* vocat Jonas ortum ducebat ab anno 560. Vide Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 514. & seqq. Aliter intelligitur *Recapitulatio Dionysii*, ut mox dicitur.

1. **RECAPITULARE**, id est, *Ad initium redigere*, uti interpretatur Tertullianus lib. 5. adversus Marc. cap. 17. à capite initium resumere. [S. Augustinus lib. 20. de Civitate Dei cap. 14. *Recapitulando dicit, tamquam ad id rediens, quod præterierat.* Et cap. 21. *Recapitulat ab initio.*] Hesychius: ἀνακεφαλαιῶται, συμπληρῶται, ἐπαναλαμβάνει. Esdr. c. 4. v. 12. *Qui recapitulabunt impietates ejus, &c.* Utuntur Irenæus lib. 5. cap. 151. Commodianus Instr. 41. &c. S. Hieronym. lib. 1. adv. Jovinianum c. 10.

Ad hanc notionem proxime accedit nostrum *Recapituler*, Res disperse & diffuse dictas aut scriptas sigillatim cogere, summatim repetere, recensere. Hoc intellectu legimus ad calcem tituli 31. Capitularium Caroli Calvi: *Hac eadem dominus Karolus Romana lingua annuntiavit, & ex maxima parte lingua Theodisca Recapitulavit.* Concil. Narbon. ann. 589. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 385. *Die Kalendarum Novembris Deo auspice in unum convenimus, & aliquanta quæ juste & pie sunt edita... Recapitulare fecimus.* Adde Historiam Mediani Monasterii pag. 192. &c. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 574. *Et dederunt invicem guadimoniam, ut constituto termino judicantibus iudicibus fecissent secundum legem, & qui ex eis defuisset, non amplius præsumeret Recapitulare illam controversiam; hoc est, redintegrare, iterare.* Guidonis Discipl. Farfensis lib. 1. cap. 18. *Responsorium duo & duo decantent pariter: ad Gloria Patri adjiciantur plures, & post Gloria Recapitulent à capite; id est, iterum decantent ab initio.* Adde cap. 38. ejusdem libri, & vide Vossium de Vitiis ferm. lib. 4. cap. 20.

2. **RECAPITULARE**, Arguere, reprehendere. Acta S. Erconwaldi Episc. n. 16. tom. 3. Aprilis p. 784. *Cum diu sic cruciaretur, ecce supradictus Antistes, infula pontificali exornatus, venit, & baculo pastorali eum flagellavit, Recapitulans negligentiam ejus, Vide Capitulare 6. in Capitulum 4.*

¶ **RECAPITULATIO**, Ανακεφαλαιῶσις, Ante dictorum summaria repetitio. Apud Cassiodorum caput 24. Divin. lect. inscribitur: *Recapitulatio generalis.*

¶ **RECAPITULATIO DIONYSII**, Æra quæ ducit initium ab Incarnatione Verbi, à Dionysio exiguo primum adhibita. Charta Osheri Regis apud Hiccesium Dissert. pag. 79. *Regnante in perpetuum ac gubernante Domino nostro Salvatore secula universa, anno Recapitulationis Dionysi id est, ab Incarnatione Christi sexcentesimo octuagesimo, Indictione sexta revoluta... Ego Oshere Rex, &c.* Vide supra *Recapitulans cyclum Victori*, cui annexa alia notio est.

¶ **RECAPITULATIO SOLIDORUM**, Brevis expositio varii numeri solidorum pro diversis delictis solvendorum ex Lege Salica, ad calcem hujus Legis tom. 1. Capitularium col. 323.

¶ **RECAPTARE**, Recipere. Miracula S. Maioli Abbatis tom. 2. SS. Maii pag. 691. *Plurima namque antiqui decoris monasteria, suo exhortatu deficio, meliorationis Recaptaverunt commoda.* Epistola Petri de Condeto S. Ludovici Regis Capellani, de Expeditione transmarina, apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 55. *Exivit exercitus versus castellum Carthaginis... & in eundo Recapta est illa turris. Hoc est, Recuperata, iterum capta.* Vide *Recaptivare.*

RECAPTIVARE, Recuperare, requirere: Goldastus. Sed nescio, an non potius legendum sit *Recaptare*, ex Gall. *Racheter.* [Vide *Recaptare.*]

RECAPTIVATORIÆ LITERÆ, in Legibus Hungaricis, quibus vendicamus bona. Tales sunt *Requisitoria, Reapprehensoria, Reincorporativa, Redintegrativa.* Sambucus & Albertus Molnarus.

RECATAGIUM, Idem quod *Rachatum*, de qua voce supra. Charta ann. 1402. in Hist. Monmorienciaca pag. 395. *Verum si pro feodo servitium fieri oporteret, prædictus O. vel heres ejus non amplius prestare quam 20. solidos pro servitio, nec amplius prestare quam 20. solidos pro Recatagio cogeretur.*

¶ **RECATUM**, Idem quod supra *Rachatum*, Redemptio, *Relevium.* Charta Philippi Franc. Regis an. 1200. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 180. *Præterea idem Rex Anglia dedit nobis 30000. marcarum argenti, ad pondus & legem, in qua fuerant, scil. 13. solidos & 4. denarios propter Recatum nostrum & propter feodum Britannia, quod nos Regi Anglia dimisimus.*

RECAUDARE, Exigere, recuperare, vox Hispanica, apud Michaelem del Molino: *Bajuli generalis officium est Recaudare omnia & singula jura D. Regis Aragon.*

¶ **RECAVERE**, Invicem cavere, vice versa cavere. Codex Theod. lib. 9. tit. 2. leg. 3. *Nullus in carcerem, priusquam convincatur, omnino vinciat: è longinquo si quis est acciendus, non prius ad simulanti accomodetur ad sensus quam sollempni lege se vinxerit, & in pœnam reciproci stylo trepidante Recaverit.*

RECAUSARE, pro *Recusare.* Althelmus de Laude virgin. cap. 40.

Conjugium penitus famosum sponte Recausans.

Tabularium Brivatense Ch. 237. *Si quis... ire aut agere aut Recausare præsumpserit, hoc eis non liceat vendicare.* Ch. 323. *Si... contradicere vel Recausare conaverit. i. rursus in causam mittere.* Vide *Causa.*

¶ **RECAUSATIO**, In causam iterata missio. Placitum ann. 748. apud Mabillon. lib. 6. de Re Diplom. pag. 489. *Et postea ipsa Christiana instrumentum ipsum visa fuit recredidisse, & postea de ipsis rebus se dixit exitam, ut nullam Recausationem contra causam S. Dionysii exinde facere deberet.*

RECAUTUM, Apocha, seu securitas de suscepta pecunia: *Quitance*. S. Augustinus de Cura pro mortuis: *Ubi esset Recautum, quo illa cautio vacuata fuerat, indicavit.* Adde Nov. Justiniani 130. & Cujacium ad tit. Cod. de Apochis publ.

¶ RECAVUS, *Convexus*, in Onomastico ad calcem tom. 4. SS. Junii. Alias idem est quod *Concavus*. Prudentius *Psychom.* v. 423.

Recavo misceret labra palato.

¶ RECAUZARE, RECONZARE, f. Reficere, Ital. *Racconciare*, Gall. *Raccomoder*. Statuta Montis-Regalis pag. 269. *Ferrarii teneantur & debeant Reconzare saram pro solidis novem ponendo quatuor verghas azali, & massam pro solidis octo, & currum pro solidis quatuor, & Recauzare securim pro solidis quatuor.*

1. RECEDERE, *Mori*, fato fungi, vita excedere. [Idatius in *Fastis*: *His Coss. Honorius Augustus Recessit Verona.* Et alibi: *His Coss. Recessit apud Mediolanum Theodosius Augustus.*] Inscriptio Christiana in Ecclesia S. Petri in Castello Veronæ, apud Ludovicum Moscardum lib. 4. *Histor. Veron. Hic requiescit in pace S. Valens Episcopus, qui vixit annos p. m. xxxv. & sedit in Episcopatu annos . . . mens. vii. & dies xviii. & Recessit sub d. viii. Kal. Augustas P. C. Lampadi & Orestis VV. CC. Ind. viii.* Alia apud J. Mabillonium to. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 539. *Servivet annus quinquaginta, Recessit sub die pridie Kal. Octob. Indictione sexta.* Ita apud Ambros. *Moralem* lib. 11. cap. 31. 41. 44. 53. 56. & lib. 12. cap. 13. 14. 37. *Recessit in pace*, non semel occurrit in Monumentis Christianis, apud Baronium an. 544. num. 13. & 15. Bivarium in Notis ad Pseudo Chronicon Marci Maximi p. 38. 218. 266. 276. 277. 352. 497. Ughellum tom. 4. p. 1051. tom. 5. pag. 584. Guesnaium in *Annalib. Massiliensib.* pag. 79. &c.

¶ 2. RECEDERE, *Remove*. Acta S. Franciscae Rom. to. 2. Martii p. 136*. *Nec est aliqua res, que possit te impedire, vel tibi possit nocere & ab eo Recedere.*

¶ 3. RECEDERE MALEFACTORES, Sontibus permittere, ut sui sint juris, data satisfaciendi cautione. Consuetudines Furnenses MSS. ex Archivio S. Audomari: *Malefactores Recedentur per plegios, quos homines Comitibus dicent esse sufficientes, exceptis his, que in presentia Comitibus vel in conspectu Ballivi evenerint, hoc notato, quod qui deliquerint in conspectu Ballivi in prisona ducentur, & statim per bonos plegios ad dictum hominum Comitibus Recedentur.*

¶ RECELARE, *Occultare*. Onomasticum ad calcem tom. 5. *Anecd. Marten. Super quibuscumque aliis excessibus & foresactis . . . hucusque Recelatis . . . vos informetis.* Statuta Simonis Nannet. Episc. apud eundem Marten. tom. 4. *Anecd. col. 962. Adversarios etiam taliter Recelans excommunicationes & suspensiones ultra quindecim dies tenetur, & ipsum decernimus teneri propriis expensis suspensos & excommunicatos absolvi facere, &c.* Nostris *Receler* proprie dicitur de eo, qui furem aut furta recipit & occultat, alias *Receter* vel *Recoiter*, à *Recipere* vel *Receptare*; ut *Receteur*, à *Receptor* vel *Receptator*. Bellomanerius cap. 69. pag. 350. *Aussint est coupable qui Recete à essient le larrecin, comme chil qui l'emble, car si li Receteur n'étoient, il ne seroit pas tant de malfacteurs.* Idem cap. 31. pag. 265. *Chil qui Recoite la chose emblée à escient . . . & chil partit à la chose emblée . . . tuit chil sont coupables du set.* Eadem notione *Rechaiter* dicitur in *Rechatare* post *Rechaciare*.

RECELLA, Res parva. Vide *Recula*.

¶ RECELLIGERE, *Recipere*, *receptare*, Gallice

Receler, si vera lectio est; nam videtur legendum *Recolligere*. Charta an. 1455. è Tabulario Aniano: *Quod alias eis prohibuerat in virtute sancta obedientia, ne auderent Recelligere religiosum in dicto monasterio fratrem Stephanum Saisetti, alias Boissonis, olim Aniana, & tunc S. Guillelmi de desertis monachum . . . qua prohibitione non obstante, non cessabant illum Recelligere.*

¶ RECELLULA, Res parva. Vide *Recula*.

¶ RECENSARE, pro *Recensere*, Numerare, scriptum esse in Glossis MSS. testatur Vossius de *Vitiis* ferm. lib. 4. cap. 20. pro quo reponendum censet reipsa *Recensere*, nisi simile sit ac *Redinsferare*: de quo inferius.

¶ RECENSERE, *Recensser*, Narrare, Gall. *Raconter*. Le Roman de la Rose MS.

*Que l'un quanqu'il ose pensser,
Puisse à son ami Recensser;
Comme à soi seul seurement,
Sans souspeçon d'encusement.*

Recensere, pro narrare, non est Latinis ignotum; sed non ita Gallis vetus *Recensser*.

¶ RECENTARIA, RECENTARIUM. Vide mox in *Recentatum vinum*.

RECENTATUM VINUM, ut auctor est Alexander Trallianus lib. 2. fuit propomatis genus, quod, ut in eo bibendo magis delectarentur Romani, peculiari quadam arte refrigerabant: sic nuncupatum, ut censet Hieron. *Mercurialis* lib. 1. Var. lect. cap. 7. quod vinum antiquum musto, vel lixivio, vel tortivo commisceretur, vel quasi renovaretur, quomodo plerisque hodie factitare conspiciamus. *Recentare* enim veteres Romanos pro *renovare* dixisse constat ex Agellio lib. 15. cap. 25.

Neque aliud innuit, ni fallor, *Recentium* vocabulo Avitus Viennensis Episc. 65. *Ceterum de Recentibus, quia precipitis, & meas partes cedo, & multiples suas, utatur paterarum capacitate procapis, atterat labris phialas, quas circumdet pitaciorum densitate, pro circulis.* Idem Episc. 77. *Jam de cibus taceo: in accipiendis Recentibus major est pena. Musta deposcens, aut in mediam patior, aut aliquid rapuisse confingor. Summa importunitate perago, & tres recentes aliis plus præsument. Ipsa enim patera, quas confectis casibus frango, quotidiana reparatione decrescunt.* Ubi Sirmondus *Recentes* appellari ait, *recentatos*, id est ad rigorem redacti vini potiones. Vide *Stuckium* lib. 3. *Antiquit. convival.* pag. 344.

Memorat idem *Mercurialis* lib. 2. cap. 13. vinum *Picans* & *Racens*, aitque ita populari vocabulo appellari vinum conditum & mixtum, quod Romanis *picatum* dicitur. Solebant enim illi vasa pice oblinere, resinamque ipsam vino commiscere, quod talia vasa non modo gratum quemdam odorem impertirent, verum etiam vinum generosum redderent.

RECENTARIA, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. *veαροφόρος*.

RECENTARIUM, præterea inter vasa & ministeria sacra recensetur. Est autem vas, in quod *recens*, seu vinum *recentatum* infundebatur. *Historia Episcoporum Autisiod.* c. 20. *Item Recentarium deauratum pens. lib. 2. & s. habet desoris cavaturas.* *Item alium Recentarium pens. lib. 1. & unc. 9. habet in medio listellam & seras.* Vita S. Desiderii Episc. Cadurcensis: *Jam vero in altaris Ecclesia ministeria, dici non potest quantum se fuderit, quantaque fecerit, quam numerosa, quam pulchra, . . . candelabra resplendent, nitet pomorum rotunditas, fulget Recentarii calique varietas, nec desunt patena sacris propositionibus preparata.*

¶ RECENTIA,

¶ RECENTIA, Initium. Chronicon Metense apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 661. *Idem* (Stephanus Episc.) in ipsa promotionis sua *Recentia* castrum Terli, quod viatoribus per illas transeuntibus partes valde erat perniciosum . . . in manu valida destruxit & complanavit.

¶ RECEPASNAGIUM, Quod pro jure porcorum à festo S. Andreae ad Nativitatem Domini pascentorum Majori solvitur, non Domino, ut *Pasnagium*. Sic exponitur hæc vox in Professione juris clientaris Abbati Floriacensi incerto anno præstita à Majori villæ *Sousaussoy* in foresta seu silva Aurelianensi.

¶ REPELLATURA, Vestis species è pellibus, ut opinor. Statuta Placentiæ lib. 6. fol. 82. *Et pro RePELLatura eisdem pueris, ultra 6. den. & quod omnes zochula prædicta habiant corollos de cordoano vel manzolo.*

1. RECEPTA, Medicamenti adhibendi formula, quomodo *Recepte* nostri dicunt. Joan. Gerson. lib. de Laude Script. de Medicis: *Non enim sufficiunt eis libri, quantumlibet & arte compositi; sed oportet variare Receptas, &c.* [Statutum Synodale Eccl. Avenion. an. 1341. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 565. *Ab eodem quoque hipotecharius seu speciator Receptas ordinatas per talem Judæum medicum aunderet seu attentaret sub eadem pœna conficere nec ministrare alicui Christiano.*]

¶ 2. RECEPTA, Pecuniarum coactio, quæstura, Gall. *Recette*. Item *Ærarium*, in quod conferuntur coactæ pecuniæ. Decimæ Regi Franc. concessæ an. 1316. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 467. *Item LXIX. lib. pro duobus terminis quarti anni decime ad sex annos concessæ, in moneta Britonica & alia communi, si eam magistri hujus Recepte duxerint acceptandam.* Literæ Johannis Franc. Regis an. 1356. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordin. Reg. pag. 78. pro incolis Avinioneti: *Receptores dicto Senescallo . . . presentibus Consulibus & Procuratoribus dicte Universitatis . . . computum & rationem legitimam de Receptis & missis ob hoc factis semel in anno reddere teneantur.* Literæ Caroli Pulcri Franc. Regis an. 1327. apud *le Brasenr* in Probat. Hist. Comitatus Ebroic. pag. 49. *Ut quidquid dicti Thesaurarii exinde solverint in eorum collocent computis & de Recepta deducant.* Oratio Legatorum Regis Franc. coram Pio II. PP. an. 1459. apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 320. *Sciunt qui Receptas fecerunt & reditus cognoscunt Ecclesiarum.* Charta Renati Regis Provinciæ an. 1473. pro Monialibus Aquensibus S. Claræ, è Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *De quacumque pecunia sua Recepta.* Statuta Monasterii S. Claudii pag. 75. *Item, supra Receptam Regis Francia & ejusdem dominium in villa de Barra . . . percipere debet de annuo reditu 40. libras Turon.* Literæ Edwardi III. Regis Angl. ann. 1334. apud Rymer. tom. 4. pag. 632. col. 2. *De omnibus extitibus & Receptis de dicto Ducatu provenientes.* Aliæ ann. 1341. apud eumd. Rymer. tom. 5. pag. 224. col. 2. *Omnes denarii provenientes de omnibus firmis nostris . . . ad Receptam nostram celeriter deferantur.* Adde tom. 8. pag. 748. col. 1. & Vide infra *Receptus* 1. & 2.

¶ 3. RECEPTA, Jus pastus. Vide *Receptum*.

¶ 4. RECEPTA, f. *Oblata* in Parthenonibus. Necrologium MS. Abbatix S. Petri de Casis: xxxi. Januarii obiit Agnes de *Crotes* *Recepta* de Casis. Pluries occurrit ibi, nullo addito, unde certa notio possit erui. Vide *Receptus* 3. & *Redditus* 1.

RECEPTABILIS, Qui admitti potest, idoneus, Tom. V.

Qui peut estre recen, Recevable. Charta Odonis Ducis Burgund. an. 1203. pro Communia Belnensi, apud Perardum pag. 275. *Sciendum, quod homines communia famulos Receptabiles [pro se, ut habetur in Chartulario Divion. & apud Perardum p. 335.] in exercitum meum mittere possunt.* Habentur eadem verba in Charta Communiæ Divionensis an. 1187. & Sinemuri an. 1276. [Charta Maurini Abbatis Vallis-Sanctæ Diœc. Aptensis an. 1509. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Unius gallina bona & Receptabilis.*]

RECEPTACULUM, Hospitium, domus, in quam quis se recipit: proprie vero domus munita, castellum. Charta Philippi Augusti ann. 1219. *In quibus continetur quod nullus à Rhodano usque ad Ali-gnum . . . à S. Albano usque ad Podium novas munitio-nes aut aliqua nova Receptacula potest edificare sine no-stra permissione.* [Homagia Nobilium Bressiæ præstita Amedæo Sabaudix Duci ann. 1272. apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressiæ pag. 17. *Joannes Salvagii Domicellus . . . recognoscit se tenere in feodum ligium ab eodem domum suam de Malmont, cum tota fortifera, Receptaculo & fossatis.* *Joannes de S. Saturnino Domicellus confitetur se tenere pro uxore sua à domino Baugiaci in feodum ligium domum suam de la Jaseri cum Receptaculo & fossatis.* Ibidem pag. 19. *Hugoninus de Castellione . . . recognoscit se tenere ab eodem in feodum . . . domum fortem Guillelmi de Felins domicelli, quam idem Guillelmus tenet apud Lugniacum ab ipso Hugone cum Receptaculo dicta domus.* Quibus in locis non integra domus, aut munitio quævis, sed pars domus munitæ seu certa quædam munitio-species, ac forte turris, videtur esse intelligenda.] Ita *Recet* nostris olim. Le Roman de Rou MS.

Maint bon Rechet auras, & maint bon herbergage. Le Roman d' Aubery MS.

Au bois d' Ardene est un Recet selon

Entre deus eues, dont je sai bien les noms.

Robertus de Bourrono in Merlino MS. *Chi emprès en cette forest à deus archies à un mien Rechet biel & riche, & vous pourrés reposer & aaisier.* Infra: *Chacun de ces deus freres a son rechet en sa terre devisée l'une de l'autre.* Vide *Receptum*.

¶ RECEPTAMENTUM, Receptio, Gall. *Recelement*. Literæ Edwardi I. Regis Angl. ann. 1303. apud Rymer. tom. 2. pag. 931. *Quos per illam inquisitionem culpabiles de facto illo . . . seu de ipsorum malefactorum Receptamento inveniri contigerit.* Aliæ Edwardi III. ann. 1350. apud eundem Rymer. tom. 5. pag. 692. *Pardonavimus . . . pro omnibus homicidiis, roberis, rapinis, felonis, latrocinis, incendiis, Receptamentis felonum, conspirationibus, &c.*

¶ RECEPTARE, Hospitio excipere. Constitutiones Cluniacenses MSS. ex Archivo B. M. Deauratæ: *Omnes vero de Ordine, cujuscumque conditionis extiterint, qui ipsos fugitivos & vagabundos amodo Receptaverint aut cum ipsis participaverint quoquo modo, illa tamen participatione excepta, que pertinet ad animarum salutem, &c.* Vide *Receptum*.

¶ RECEPTARIUS, Exactor, coactor, Gall. *Receveur*. Charta an. 1365. ex Archivio Brivatensi: *Antonius Torrent levator & Receptarius emolumentorum curiæ præpositus Brivatensis.*

¶ RECEPTIBILIS, Qui recipi potest vel debet. S. Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 13. *Nostri scientia amissibilis est & Receptibilis.* Eccli. 2. 5. *Homines Receptibiles probantur in camino humiliationis.* Statuta S. Victoris Massiliensis MSS. ann. 1531. *Debet dare duas anchoisas bonas & Receptibiles pro uno*

Religioso. Hoc est, idoneas, convenientes, Gall. *Recevables.* Vide *Receptabilis.*

- ¶ 1. RECEPTIO, Exactio, coactio, Gall. *Recette.* Literæ Philippi Franc. Regis an. 1290. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 231. *Concedimus ... mille libras Turonensium ex Receptionibus reddituum, proventuum, seu obventionum regni nostri, &c.* Vide *Recepta* 2.
2. RECEPTIO, Jus pastus. Vide *Receptum.*
3. RECEPTIO, [Calicis ablutio post sumtionem Corporis & Sanguinis Christi.] Vide *Superfusio.*
- ¶ 4. RECEPTIO NEMORUM, Facultas, ut videtur, succidendorum lignorum in silva regia ad munitionem urbis necessariorum. Literæ Caroli filii Philippi Audacis ann. 1324. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. pag. 38. *Litteras concessas eisdem ville Flore, & aliis locis predictis, per officiales dicti Ducis, supra clausura de muris de palis, & Receptione nemorum juxta ordinationes predictas, & modo quo in dictis litteris continetur, absque alio sumptu dicti domini nostri Regis, excepta Receptione dictorum nemorum, concedimus etiam & confirmamus.*
1. RECEPTOR, Arbitrator. Glossæ Isidori: *Receptor, Actor concordie, Medius.*
- ¶ 2. RECEPTOR, Exactor, coactor, tribunus ærarius, Gallis *Reveur.* Occurrit passim. Vide *Receptorium*, Vossium lib. 1. de Vitiis ferm. cap. 27. & in Appendice pag. 799.
- ¶ 3. RECEPTOR. Concil. Mexicanum an. 1585. to. 4. Concil. Hispan. pag. 313. *Notarii ecclesiasticorum tribunalium hujus provincie, & tabelliones qui Receptores vocantur, ante ne accipiantur quam Episcopis ... obedientiam jurejurando promittant. In loco ad audiendum causas per tres ante meridiem horas tresque alias post meridiem saltem assistant; ibique ipsimet per se negotia cum iudicibus expediant.*
- ¶ 4. RECEPTOR HORARUM. Vide in *Hora.*
- ¶ RECEPTORIA, Coactio, exactio, Gall. *Recette.* Charta Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1295. apud de Lauriere to. 1. Ordinat. p. 327. *Quod si forte Receptoriam nostram contingat dimittere, volumus ... quod ipsi cum Receptoribus nostris deputandis pro tempore, ad collectionem emolumenti predicti, deputent & habeant aliquem pro se ... qui dicte recepte intersit, &c.* Literæ Johannis Comitis Armaniaci ann. 1356. apud D. Secousse to. 3. Ordinat. pag. 112. *Quodque etiam executiones pro debitis fiscalibus fiant per servientes Receptoriarum regiarum, &c.*
- RECEPTORIUM, Locus, in quem quis se recipit. Papias: *Diversorium, Receptorium, Hospitale.* Sidonius lib. 5. Epist. 17. *Epiphanius noster vix supra scripta peraraverat, & nuntiatum est, hora monente, progredi Episcopum de Receptorio. Ubi Savaro Receptorium, Ecclesie secretarium interpretatur.*
2. RECEPTORIUM, Conclave rationarium, nostris *Comptoir, Bureau de recepte*, ubi scilicet pecunie numerantur & exsolvuntur. Lex 3. Cod. Th. de Palatinis: *Primicerii scriniorum, Receptoriorum etiam, per triennium, instar sacrorum scriniorum, administratione fungantur.*
- ¶ 3. RECEPTORIUM, Idem, ut videtur, quod mox *Receptum*, Jus pastus. Charta Petri Episcopi Tullensis an. 1188. pro Monasterio S. Apri ejusd. urbis, apud D. Calmet. in Probat. Hist. Lotharingæ tom. 2. col. CCCXCVIII. *Ecclesiam Semilla cum Receptorio uno & XII. denariis de fisco Ecclesiam Modonis-villa cum v. solidis de fisco & totidem modis avena, & cum capella Morleni-curtis, & cum tribus Receptoribus in anno, & mancipiis Ramifredo, cum uxore & liberis, terris & pratis. Medietatem ecclesie Sirici-*

curtis cum Receptorio uno & XII. denariis. ... Tres partes ecclesie Focandi-curtis cum duobus Receptoribus & totidem solidis, & cum medietate eleemosynarum & oblationum & cum omni pradio in sylvis, vineis, pratis, terris cultis & incultis, servis & ancillis. Pluries occurrit ibi & col. seq. nullo addito clariori indicio, unde notio certius innotescat.

1. RECEPTUM, & RECEPTUS, illud videtur, quod vulgo *Arbergaria*, vel *Droit de giste*, in Chartis appellatur, hoc est jus pastus: nam etiamnum Belgæ nostri vocant *Receptes*, convivium, quibus agnati, qui agnatorum nuptiis interfuerunt eosdem novos conjuges domi recipiunt, & excipiunt. Chronicon Besuense p. 548. *Monachi vero de hominibus Receptum & placitum recipientes.* Charta ann. 1103. ex Tabular. Cluniacensi: *Donavit & omnino finivit Deo & B. Petro ad locum Cluniacum unum Receptum, quem in Cavariaco exigebat.* Tabular. Conchense in Ruthenis ch. 24. *Et in uno quoque vicariati manso unum Receptum cum 4. Militibus, & uno serviente.* Passim in hoc Tabulario. Charta Amédæi Com. Sabaudie ann. 1143. in Histor. Sabaudica pag. 34. *Retento Receptu suo & justis consuetudinibus, quæ ad Comitatum pertinent. Alia ibidem pag. 41. Praterea dictum est, ut omni prorsus alio gravamine remoto, Comes Receptum, venationes Autonii & Murerii, sicut antea, accipiet.* Adde pag. 39. *Tabularium Monasterii Regulæ: Locum illum ab omni censu absolvit, ut filii sui tantum defensores hujus loci existant & Receptum ibi non quarant, & nisi Abbas ultroneus eis obtulerit panem, non comedant.* Tabula foundationis Monasterii S. Severi in Vasconia: *Non in foro, aut in mercato de pertinentibus ipsi sacratissimo loco, quisquam judicium capiat, vel in appenditiis ejus ... nec Receptum inde per vim, nec censum aliquem quarere presumat.* Tabular. Abb. Belliloci in Lemovicib. num. 45. *De istis vero curtibus, in unaquaque unum Receptum teneat Abbas, in tali convenientia, ut nullum non & hominem laicum, & si fecerit, quomodo monachi in suo revocent dominio.* Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: *Et de alio beneficio ut post mortem patris Bernardi accipiamus ab ipso Varnerio in mutacio pro sex annis 40. sol. unusquisque anno Kal. Maii unum Receptum in Monasterium, &c.* Tabularium Ecclesie Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo ann. 1109. fol. 63. *Gotafredus Villicus S. Donati ante sacrum Corpus & Sanguinem Domini, quod desiderabat accipere, gurgavit Domino Deo & Episcopo Hugoni Gratianopolitano & successoribus suis sine ullo inganno illud prandium sive Recet, quod per malam consuetudinem predictus Gotafredus accipiebat ab hominibus Episcopi pro decima condaminis Comitis. Fol. 72. Habuque pro predicta vinea ab Episcopo Hugone 20. sol. & 4. den. & 3. eminas ordeis, & Recetum de pane & carne & vino mihi & filio meo Stephano & filiabus meis. Fol. 89. Debent inde unoquoque anno unum Receptum Episcopo & sociis suis cum equitaturis.* Tabular. Cellinianense: *Debet 2. sextarios de filigine, & 1. sextarium de civada, & 18. denar. Podienses, & Recetum de pane & carne, & 1. sext. vini.* Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Quandam vineam, ... & 1. Receptum, & 1. eminam filiginis, &c.* Occurrit etiam in Notitia sub Francone Episc. Paris. in Minore Pastoralis ejusd. Ecclesie ch. 95. in Tabular. Prioratus Dominæ in Delphinatu passim, &c. Charta ann. 1309. in 9. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ch. 27. ex Tabulario Regio: *C'est à savoir en complans, en garcages, en gardes, en Recept, en ventes, en rentes, &c.* Adde Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 875.

¶ Haud abs re fortasse fuerit Cangianam opinionem novis quibusdam locis confirmare. Charta Ademari Vicecomitis Lemovic. ann. 1062. qua Cluniaco tradit Abbatiam S. Martialis, inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 180. *Nihil in eadem abbatia ego . . . retinendo, exceptis his consuetudinibus, cc. solidis . . . uno Recepto Comitum Pictaviensis . . . & iustitia panis & vini, cum in hanc villam venerit.* Sententia ann. 1163. ex libro viridi Episcopatus Massil. *Recetum in festivitate S. Stephani Episcopum facere Canonicis iussimus . . . in precipuis autem festivitibus Natalis Domini, Apparitionis, Ramispalmarum, Cene Domini, Pasche . . . Episcopus, duobus se comitantibus in canonica comedat, & ei honorifice serviatur.* Transactio an. 1165. ibidem: *Decrevimus, ut castrum de Albania cum suis pertinentiis Vicecomites ab Ecclesia & ab Episcopo & Canonicis in feudum & fidelitatem deinceps habeant, & pro eodem feudo in Natale Domini & in Pascha duos Recetos facient, & in predictis diebus totum refectorium, cum omnibus hominibus qui in canonica fuerint . . . honorifice, sicut in tantis festivitibus expedit, procurabunt.* Eadem fere leguntur in Homagio, quod pro dicto castro de Albania Episcopo Massiliensi ann. 1177. præstitit Hugo Gaudfridi, ibidem. Passim occurrit vox *Recetum* vel *Recetus*, pro refectioe in Archivio laudato, & alibi. In Rotulo sæculi XII. de Prioratu S. Pauli de Tarras ex Archivo Monasterii de Casa Dei promiscue legitur eadem notione *Receptus* aut *Recetus*, ut & in Chartulario Camalariensi diocesis Aniciensis; *Receptum* vel *Receptus* in Statutis S. Claudii p. 74. 77. 79. 84. & alibi. Ex iis emendanda procul dubio Bulla Anastasii IV. PP. ann. 1153. inter Instrum. Ecclesiæ Massil. tom. 1. novæ Gall. Christ. pag. 112. col. 2. ubi legitur: *Castrum Albania, & duos Rocetos pro eo in Natale Domini & in Pascha.* Corrigo *Recetos* ex Transfatione ann. 1165. mox laudata. Hinc evanescit conjectura Glossatoris, qui suspicatur *Rocetos* esse *Rocheta*, quibus utuntur Episcopi, nostris *Rochets*. Vide *Cæna* & *Procurare*.

¶ **RECEUTUM**, vel **RECEUTUS**, Eadem significatione. Transactio Abbatis S. Victoris Massil. cum Episcopo Tolon. ann. 1144. ex parvo Chartulario ejusd. S. Victoris: *Episcopus (habeat) tres solidos pro sinodo & Receutum, sicut habere solebat.* Infra pro *Receutum* legitur *Hospitium*: *Episcopus habeat synodum tantum & hospitium.* Vide *Hospitium*.

RECEPTIO, Eadem notione. Tabularium Persiense ch. 30. apud Perardum pag. 42. *Viva voce proclamantes, quod non debent Episcopalem Receptionem facere apud S. Marcellinum, quæ Capella est, non vicus publicus: exenia vero & servitium se dare debere aliis in locis dixerunt.* Chron. Andrense pag. 612. *De procurationibus, de Receptionibus, de vestibus & aliis rebus indebitis, totum quitum clamo.* Charta Wilhelmi Comitum Cabilonensis an. 1180. *Receptionem quoque plenariam apud Tolonum semel in anno, quam querebam, si quando ad clamorem Prioris & Ecclesiæ Paredi pro damnis Ecclesiæ illatis cum armata manu super aliquem vicinorum pergere me oportuerit.* Charta ann. 1214. apud Ughellum to. 2. Ital. Sacr. pag. 649. *Omni anno unam charitativam Receptionem nobis dare debeatis, &c.* [Bullæ Honorii III. & Innocentii IV. Papatum ex Archivo Monasterii S. Salvatoris Massil. Ecclesiæ S. Mariæ de Bello loco annum censum decem solidorum & tres Receptiones pro Abbatissa sive Priorissa.] Adde Chartam 149. Appendicis ad Capitul. Regis Fr. & Spicilegium Acherianum tom. 13. p. 258. [& vide *Servitium de cibo*.]

RECEPTA, Eodem etiam, ni fallor, significatu, in Tom. V.

veteri Charta apud Perardum in Burgundicis pag. 81. *Præterea Receptam quam Raimundus habet ab illo in Ecclesia de Varva concessit illis, si canonici laudem Raimundi, vel heredum suorum habere possent.* Vide Marcam lib. 3. Histor. Beneharn. cap. 8. 11. lib. 5. cap. 4. §. 1. cap. 5. §. 2.

¶ **RECEPTACULUM**, Eodem, ut videtur, intellectu. Primordia Monasterii Calmosiacensis apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1164. *Cum his quoque eulogias, quas ex parte Ecclesiæ ipse Theodoricus & antecessor ejus consueverant accipere, simul contraxidit: videlicet porcum 1. anni, denarios XII. & XII. panes, & tria Receptacula in anno.*

RECIPERE, Receptum dare, seu pastum. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 54. *Et propter hoc debet Recipere monachos in refectorio de pane & vino, & fabis & piscibus, & pimento, in festivitate omnium Sanctorum.*

2. **RECEPTUM**, Via & ratio rei conficiendæ, qua ratione usurpari à nostris vulgo solet, cum bonum consilium bonam receptam, dicunt, translatione à medicorum pharmacis petita. Capitula Caroli Calvi tit. 21. *Iste meus carissimus nepos cum dilectissimo fratre meo Hludovico parabolavit, & tale Receptum & consilium invenit.*

¶ **RECEPTURA**, Idem quod *Recepta* 2. Pecuniarum aliorumve reddituum coactio, Gall. *Recette*. Fundatio Parthenonis Lovanii ann. 1522. apud Miræum tom. 2. pag. 1050. *Receptor prædictæ domus Dei . . . tenebitur annue reddere rationem suæ administrationis & Recepturæ.*

1. **RECEPTUS**, Proventus, reditus, Gall. *Recepte*. Charta G. Ebrodunensis Episcopi an. 1159. apud Petrum Joffredum in Episcopis Niceensibus: *Omnes primitias, & omnes pannos & lectos, sive reditus, sive Receptus mortuorum, & ipse dedit Canonicis, & nos adjudicavimus, &c.* Infra: *Præterea Ecclesias supra scriptorum Castellorum, & mortalagium, & Receptas, & decimas, & quod in futurum tempus adquiri poterit Ita usurpatur non semel in Charta Amedæi Episcopi Laufannensis ann. 1150. in Probat. Saubaud. Guichenoni pag. 39. 40.*

2. **RECEPTUS**, Obligatio vassalli, qua tenetur dominum suum in suo castro recipere, si eo egeat ad bella vel negotia sua. Fulbertus Carnot. Epist. 6. *Hoc à vobis exigo: securitatem de mea vita & membris, & terra, quam habes, . . . de auxilio vestro contra omnes homines, salva fidelitate Roberti: de Recepta Vindocini Castri ad meum usum & meorum fidei im, qui vobis asscurabunt illud.* Vide *Feudum receptabile*, & supra, *Receptum* 1.

¶ 3. **RECEPTUS**, Laicus, ut videtur, in Monasterio receptus, ac fortassis idem qui *Oblatus*: de quo plura dicta sunt in *Oblati* 2. Literæ Caroli Regentis ann. 1358. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 318. *Nos ad supplicationem . . . Abbatis S. Amandi & ejus Capituli, seu Conventus Ordinis S. Augustini, Sarlatensis diocesis, ipsos Religiosos una cum eorum omnibus membris & pertinentiis membrorum, ecclesiis, beneficiis, officiis, locis, presbyteris, clericis, familiaribus, familiis, servitoribus, donatis, Receptis & eorum hominibus tailliabilibus & explectabilibus . . . sub protectione & speciali salva-gardia regia . . . suscipimus per presentes.* Vide *Recepta* 4. & *Redditus* 1.

¶ **RECERCARE**, Perquirere, Ital. *Ricerare*, Gall. *Rechercher*. Statuta Montis-regalis pag. 300. *Item statutum est, quod dictus gabellator, vel nuncius ipsius, possit, quandocumque eidem placuerit, Recercare vel Recercari facere quoscumque contrafacientes predictis, & domos ipsorum vendentium perquirere & Recercare*

ad eorum liberam voluntatem. Rursum occurrit in Statutis civitatis Vercellarum fol. 15. verso.

¶ RECERCATIO, Inquisitio, Gallice *Recherche*, Ital. *Ricerca*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 89. vo. *Fiat inquisitio & Recercatio ipsarum rugiarum quolibet mense, per Potestatem, &c.*

¶ RECERCATOR, Perquisitor, indagator, Italis *Ricercator*, Gall. *Rechercheur*. *Recercator mensurarum*, in Statutis Saluciarum collat. 4. cap. 118.

¶ RECERNERE, pro Secernere, nisi ita legendum sit. Codex Theod. lib. 15. tit. 1. leg. 38. *Excellentia tua cuncta privata adificia, qua conjuncta horreis publicis esse cognoverit, dirui ac demoliri precipiet, ita ut ex quatuor lateribus privatorum consortio separata sint, ac libero spatio Recernantur.*

RECESSA, Recessus maris. Vide *Accessa* 1.

RECESSIM, ἐπιπέδα, in Glossis Lat. Græc. [Glossæ Græc. Lat. ἐπιπέδα, *Recessim*, reperidia. Vide *Reperidia*.]

¶ 1. RECESSUS, Regressus, digressus. *Recessus ambasciatoribus*, in Vita S. Ursulinæ Parmensis num. 28. tom. 1. Aprilis pag. 732.

¶ 2. RECESSUS, Codex deliberationum in dietis seu conventibus habitarum, ideo sic dictus, quod scribi soleat antequam à conventibus recedant proceres congregati. Maxime dicitur de Codice deliberationum in dietis imperialibus habitarum, vulgo *Recessus imperii*, Gall. *Recez de l'Empire*. Sententia Sigismundi III. Regis Poloniæ pro Curlandiæ Ducibus, apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 227. *Jam vero de appellationibus ad nos denegatis sic statuimus, eas pactis publicis subjectionis in recognitionem supremi & directi dominii, majestati nostræ regia fuisse reservatas; qua quia per Constitutiones quasdam, quas Recessus vocant, sub pœna mille thalerorum sunt prohibita nobilitati, ideo ejusmodi Recessus omnes uti cum pactis publicis subjectionis pugnantes, revocamus & tollimus.*

¶ 3. RECESSUS, Resignatio, ut exponunt viri docti, Gall. *Resignation*. Vita S. Coelestini Papæ lib. 3. cap. 10.

*O quam multiplices indocta potentia formas
Edidit, indulgens, donans faciensque Recessu,
Atque vacaturas concedens atque vacantes.*

Supplendum *Ecclesias*.

¶ RECESTOORM. Consuetudines Furnenses ex Archivo Ecclesiæ S. Audomari: *Quicumque convictus fuerit de lite in Ecclesia, id est, Recestoom, emendabit Comiti 111. libras*. Puto legendum esse *Kerck-stoom*, pro *Kerck-storm*, à Belgico *Kerck*, Ecclesia, & *Storm*, Tempestas, procella.

¶ RECETTA, Idem quod *Recepta* 1. Medicamenti compositio, nostris *Recette*, Ital. *Ricetta*. Statuta Civitatis Astæ fol. 75. *Item, quod nullus speciaris sive apothecarius... audeat vel præsumat Recettas aliquas facere & seu dare aliquibus civibus de territorio Astensi.*

¶ RECETUM, RECETUS. Vide *Receptum* 1.

¶ RECEVERE. Decretum ad calcem Statutorum Placentiæ fol. 116. vº. *Item, quod nullus massarius & laborator terrarum possit Recevere de possess. super quibus est, vel erit, nisi prius facta ratione cum domino possess. & soluto & satisfacto*. Legendum est *Recedere*, nisi forte, quod non puto, *Recevere* aliquando idem sit quod *Recedere*; *Recevere* enim, unde fingi potuisset *Recevere*, Italis non est *Recedere*, sed *Recipere*, nostris *Recevoir*.

¶ RECEUTUM, RECEUTUS. Vide *Receptum* 1.

RECHACEA, [Via per quam animalia aguntur in pascuæ & inde reducuntur.] Vide *Chacea*.

¶ RECHACIARE, Aurum vel argentum ab aliis metallis, quæ in monetis permisceri solent separare; metalla illa ex auro vel argento quasi expellere, Gall. *Chasser dehors*, seu, ut olim efferebant *Rechacier*, *Rachassier*. Literæ Philippi Pulcri Franc. Regis ad Senescallum Pictaviensem ann. 1308. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 451. *Et plurimum fide dignorum relatione intelleximus, quod nonnulli Lombardi, campsores, aurifabri & alii construxerunt, construunt & manent in locis privatis & secretis fornaces ad fundendum, affinandum & Rechaciandum billionem, in quibus retroactis temporibus fraudulenter & malitiose fuderunt & Rechaciarunt monetas nostras nigras & albas, ex quo nos & subditi nostri multipliciter dampnificati fuimus & decepti, & adhuc plus essemus, nisi circa hoc celeriter apponeretur remedium opportunum*. Præceptum ejusdem Regis ann. 1310. ibid. pag. 475. *Que nul ne Rachace, ne face Rechacier, ne trebucher, ne requeure nulle monnoye, quele qu'ele soit de nostre coing, & que nul ne vende, ne achete or, argent, ne billon pour greigneur pris, que celui qui est ordené, & que nous faisons donner à nostre monnoye, suz peine de perdre ce qu'il Rechacera, trebuchera ou requeurera, & d'être en nostre mercy de corps & d'avoir*. Edictum Caroli IV. Franc. Regis an. 1322. ibid. p. 772. *Item, que nuls ne soit si ardis d'affiner, Rechacier, ou de recourre nulle monnoye quelle qu'elle soit; & qui sera trouvé faisant le contraire, l'argent & la monnoye nous sera acquise à nostre volonté & le corps*. Adde Edictum Philippi VI. an. 1329. tom. 2. earumdem Ordinat. pag. 39. *Rachassier* legitur in Edicto Caroli Johannis Regis primogeniti an. 1356. tom. 3. pag. 150.

¶ RECHATARE, Eadem notione. Mandatum Curia Philippi Pulcri an. 1313. to. 1. Ordinat. Reg. pag. 529. col. 1. *Item, quod nullus aurifaber, campsores vel alius Rechatet, affinet, Rechatari faciat, vel affinari faciat aliquas monetas aureas vel argenteas, albas & nigras, nec aliquod argentum in platea, quodcumque sit, sub pœna amissionis argenti, & quod taliter puniretur tamquam falsarius, &c.* Edictum Philippi VI. Franc. Regis ann. 1329. tom. 2. Ordinat. pag. 47. *Item, que nul changeur, orfevre, ne autre personne du Royaume, ne dehors quele qu'elle soit, ne soit si hardiz, qui Rechate ou face Rechater, ne affiner, si ce n'est ez lieux, qui seront ordenez de par Nous*. In alio ejusdem Regis Edicto ann. 1343. ibid. pag. 185. ubi similia rursum leguntur, habetur *Rechacier*; unde suspicor in priori legendum esse *Rechacer*, pro *Rechater*, ut & *Rechacare*, pro *Rechatate*, in Mandato an. 1313. mox laudato. Nisi summa sit attentio, vix distingui possunt *c* & *t* in veteribus instrumentis: hinc tam frequentes sunt in plerisque vocabulis harumce literarum permutationes.

¶ Alias *Rechaiter* nostri dixerunt pro furtum recipere, occultare, hodie *Receler*. Vetus Interpretatio Institutorum Gallica: *Cil qui Rechaitte cose emblée & la toillent, sont coupables de larrecin*. Alii *Receter* & *Recoiter* dixerunt hac notione; *Racheteur*, *Rachateur*, vel *Receteur*, Receptor, receptator, qui fures recipit eorumve bona occultat, hodie *Recelateur*. Pessimus sane genus hominum, ut ait Metius tit. de Receptoribus. Vide *Recelare*.

RECHACIATUS, [Repulsus, propulsus, Gallice *Rechassé*, *Repoussé*.] Vide in *Chacea*.

¶ RECHANARE Tigrides dicuntur in *Baulare*. Vide *Raccare*. De clamore asinino voces *Recaigner* & *Recaner* exponuntur à Borello.

¶ RECHAPTARE, Redimere, Gall. *Rachepter*, seu

Racheter. Obituarium MS. S. Geraldii Lemovic. fol. 16. *Redimit & Rechaptavit dictos decem solidos renduales.* Et fol. 34. *Joannes la Faya legavit v. solidos, sed nunc redempti sunt & Rechaptati.*

¶ RECHARGIA, Mandatum, quo iudex superior formam sententiæ exprimit, jubetque inferiorem juxta hanc formam pronuntiari. Ita Nomenclator idiotismi Leodiensis in voce *Apprise* ad calcem observationum Meani in Jus civile Leodiensium. Occurrit vox *Rechargia* in Historia Loffensi part. 3. pag. 164. & 170.

¶ RACHATARE. Vide supra in *Rechaciare*.

¶ RECHATUM, Redemptio, *Rachat.* Vide infra *Rachetum*.

¶ RECHEDIPNA, *Vestis parasitica, pluraliter.* Papias. Melius *Trechedipna* quæ ut indicat vetus Scholiastes Juvenalis, sunt *vestes cœnatoria*, ac maxime quæ parasitis in usu erant, ut observat Vossius in Etymologico. Est ea vox à *τρέχειν*, Currere; & *δείπνον*, Cœna, quod iis induti currebant ad cœnas. Plura vide apud eundem Vossium in laudato Etymologico, & adde Ferrarium de re vestiaria.

¶ RECHÉPTOR, pro *Receptor*, Gallice *Receveur*, Coactor, exactor. Literæ Caroli primogeniti Johannis Regis Franc. ann. 1356. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 86. *Inbibemus ne de chetero (cætero) aliquem vel aliquos de familia vel robis vestris . . . in scabinum vel scabinos ville predictæ, seu Recheptorum vel Recheptores reddituum seu emolumentorum ad Communitatem ville ejusdem pertinentium . . . eligatis.* Insulensium, pro quibus datæ sunt hæ Literæ, vitiosa pronuntiatio est.

RECHINUS, cognominatus Fulco Comes Andegavensis, ob morum asperitatem, & morositatem. *Rechiner* enim & *rechigner*, dicimus eos qui morosi sunt, rudes, vel immites, quam vocem à *Rixa* nescio an bene deducant viri docti. *Rech* etiamnum Picardi vocant, quod asperum est, quam vocem ut plurimum usurpant in pomis aut pyris asperis. Le Roman de Garin MS.

*Les cors as vaches commencent à charier,
Sontient cil greille, & cil olifant cher,
Cil menuel prennent à rechigner.*

i. æ tubæ, quæ *meneta* appellabant, eum sonum edunt quem morosi. Willelmus Malinesbur. lib. 3. *Fulco, Rechin dictus, quod germani (Gaufridi) simplicitati crebro infrendens, ad ultimum honore spoliatum perpetua custodia coercuerit.* *Richinus* dicitur in Notitia anni 1104. apud Sammarthanos in Abbatibus S. Albini Andegav. Orderico Vitali pag. 484. & 532. & in Gestis Consulium Andegav. Hinc emendandus videtur Lambertus Ardensis pag. 19. *Ubi autem gloriosissimum hujus sacrosanctæ virginis corpus sumptum fuerit, vel unde delatum, questionem provocantes, si quibus memorandissimi patris & Abbatis Petri libellulus sive tractatus in Andrensi Ecclesia positus, & in solemnitate ejusdem virginis ad prandium singulis annis in refectorio convalescentibus recitatus, non satisfecerit: à Marcianensibus, licet verum vel verisimile cum quodam Riclino dissimulantes, cavillatorie in parte insultare consueverunt, si quid expedit scrupulosius inquirant.* Legendum enim videtur *richino*, id est cum indignatione, quæ vis est vocis; nostri dicerent *avec rechignement*. Vide Oct. Ferrarium in *Artigno*, & in *Resignato*.

¶ RECI, Iterum vel retro. *Gracum* est. Ita Johannes de Janua.

¶ RECIDA, f. *Retia*. Hist. MS. Monasterii Becensis pag. 596. *Cachiam unam habeant in propriis boscis ipsorum ad leporem, vulpem & murilegum, sine*

Recidis & arcubus; ita quod in boscis dicti Willelmi ingressum non habeant ad cachiam, nec etiam in propriis ipsorum ad grossam bestiam.

¶ RECIDARE, Recidere. Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 71. *In notorium Recidaverunt rebellionis & invasionis excessum.* Forte legendum est *Recidaverunt*, à *Recidivare*, de quo mox.

RECIDIVA. Epistola Troili Episcopi Santon. edita à Sirmondo tom. 1. Concil. Gall. de quodam baptizato: *Tantum recolit quod de luteo caput habuit involutum, quod frequenter infirmantibus fieri solet, ne caput algeat, & Recidivam incurrat.* Id est, ne rursus in morbum recidat. Galli hac notione voce *Recidive* utuntur, [Itali *Recidiva*. Annales Genuens. ad an. 1190. apud Murator. tom. 6. col. 364. *Propter quod civiles discordia & seditiones resurrectionem habuerunt & Recidivam.* Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 21. *Pseudo-regem se fecit . . . & ita fuit error peior priore; nam graviorem fecit in eo nobis adversitas praterita Recidivam.*]

¶ RECIDIVANTER, Recidendo. Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. SS. Maii pag. 263. *Cui quinquies Recidivanter agonem agenti ingerebatur lumen accensum, &c.*

RECIDIVARE, Recidere, Gallice *Recidiver*, [*Rancheoir ou Renouveler*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.] Papias: *Recidivare, Revocare, post lapsum reparare, in infirmitatem iterum cadere.* Joan. de Janua: [*Recidivare, Renovare, post casum reparare.* Item:] *Recidivant illi infirmi, qui in convalescentia sunt, & postea cadunt in infirmitatem.* Occurrit apud Petrum Blesensem Episc. 131. Cæsarium Numbergensium de Miraculis S. Erendrudis num. 3. [in Statutis Arelat. MSS. art. 138. in Epistola Petri de Condeto tom. 2. Spicil. Acher. pag. 560. *Sub interdito Recidivari*, apud Magistrum Giraudum in Vita S. Johannis Valentin. Episc. tom. 3. Anecd. Marten. col. 1697. *In rebellionem pristinam Recidivare*, apud Cornelium Zantfliet, tom. 5. Amplif. Collect. Marten. col. 347. *Recidivare in peccata*, apud Dionysium Carthusianum, &c.]

¶ RECIDIVATIO, Repetita culpa, Gall. *Recidive*. Menoti Sermones fol. 99. *O amici mei, est ibi pulchrum documentum, & de elemosina, & de penitentia, & de Recidivatione cavenda, &c.* Recidivationes agritudinum, apud Petrum Crescentium de Agricultura lib. 1. cap. 3. Henricum Roslam in Herlingsberga, in Concilio Londinensi an. 1343. c. 10. &c.

¶ RECIDIVATUS, Restitutio, qua quid post casum refurgit, instauratur. Tertull. de Resurrect. carnis cap. 18. *Scriptura carnis Recidivatum pollicentur.* Adde cap. 1. Idem lib. de Anima cap. 28. *Sannius sophista Platoni auctor est animarum de Recidivatu revolvibili semper ex alterna mortuorum atque viventium suffectione* Ubi *Recidivatus* animarum est iterata earum sociatio cum corporibus postquam priora cecidere.

¶ RECIDIVUM, Idem quod *Recidiva*, Iteratus lapsus. S. Bernardus Episc. 130. *Quis eam prohibere valebit à gravioribus, si rursus, quod absit, adjeceris provocare? Vide ne patiaris Recidivum; quia pro certo, ni fallor, non tam facile denno poterit inveniri remedium.*

RECIDIVUS, Qui redit ac revertitur. *Recidivus annus*, apud Tertullianum. *Recidiva impietas*, apud Auctorem carminis de Sodoma apud Cyprianum. *Recidiva gloria*, apud Corippum lib. 2. de Laudibus Justinii. *Recidivi patriæ tumultus*, apud Saxonem Grammaticum lib. 11. [*Recidiva febres*, apud Pli-

nium lib. 30. c. 21. *Recidiva Pergama*, apud Virgilium, id est, *Post casum restituta*, ut interpretatur Servius in lib. 4. *Æneid.* v. 344. Papias: *Recidiva*, *Ex ruina restaurata*, iterum nascentia. Johannes de Janua: *Recidivus & redivivus*, *Renovatus*, post casum reparatus: quod non potest esse, nisi casus præcesserit vel mors; unde *Recidiva arborum sunt*, qua aliis scætis repullulant, & eadem dicuntur *Rediviva*, quia redeunt quod fuerunt. Hinc emendandæ Glossæ Isidori, ubi perperam: *Recidua*, *Ex ruinis nascentia*. Glossæ Lat. Gall. Sangerman. *Recidivus*, *Rancheable ou renouvelable*. Vide Lexicon Martinii.]

¶ **RECIDIZARE**, Idem quod *Recidivare*, ut forte legendum est. Vita S. Philippi Archiepisc. Bituric. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1940. *Postmodum vidit eam sanam . . . & non Recidizavit*. Et col. 1942. *Sana facta est meritis dicti Philippi, nec Recidizavit*. Et mox: *Reddita sanitati, nec postmodum Recidizavit*.

RECIDUA, pro *Recidiva*. Vide *Recidivus*.

¶ **RECIDUARE**, *Sapius cadere*, in Glossis MSS. quas laudat Vossius lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 20. Sic *Reciduus*, *sæpe cadens*. Nempe *Reciduarè* fecerit à *Reciduus*, & hoc à *Recido*, quomodo à *cado*, *caduus*; à *pasco*, *pasuus*, &c. In iisdem Glossis etiam *Reciduarè* idem esse dicitur ac *Restaurare*; sed malim *Recidivare* hac notione, à *Recidivus*: de quo paulo ante.

RECINCERARE. Synodus Sodorensis an. 1239. cap. de (pluribus) *Missis celebrandis*: *Caveat Sacerdos cum ipse Recincerat manus suas, & calicem cum aqua & vino post Communionem, ne sumat ablutionem, sed reponat illam in vase mundo usque ad finem alterius Missæ, &c.* Ubi *recincerare* est abluere, lavare, qua voce etiamnum in Picardia utimur. Nam *recincer* dicunt nostrates de linteis, quæ ex lixivio in aquam mundam immittuntur, & abluuntur: quod Franci puriores, *Rinser*, Itali *Risciaquare*. *Recentare* dixit Gn. Mutius apud Agellium lib. 15. cap. 25. unde Itali *resentare* acceperunt, pro *vas aqua eluere*. Vox formata ex Gallico *chinse*, de qua in voce *camisile*, quod lineum tenue significat, quod non lixivio, sed aqua dumtaxat munda eluitur. [Felicius etymon, mea quidem sententia, proponitur in *Resincerare*.]

¶ 1. **RECINCTUS**, Militiæ redditus, cingulo militari rursus donatus, apud Ammianum lib. 26. Vide Gothofredum Cod Th. to. 1. p. 143. col. 1.

¶ 2. **RECINCTUS**, Ambitus, circuitus, Italis *Recinto*. Breviarium Historiæ Pisanae apud Murator. tom. 6. col. 184. *Tertia autem die, quæ fuit quarto Cal. Novembris (an. 1171.) ad castrum de Motrone iverunt cum manganis, gattis, castellis ligneis & petreis; & illud in Recinctu obsederunt, & per dies quatuor cum predictis & aliis machinis viriliter oppugnaverunt.*

RECINIUM, pro *Ratiocinium*, in Concilio Oxoniensi an. 1222. c. 7. nisi ita legendum sit, quod volunt viri docti: *Videlicet ut non sint Senescalli aut ballivi talium administrationum, occasione quarum laicis in reddendis Reciniis obligentur*. Vide *Recicinium*.

1. **RECIPERE**, Pastum præbere. Vide *Receptum* 1.

¶ 2. **RECIPERE**, In alicujus rei possessionem venire, vel ex ea redditus percipere. Charta Majoris Monasterii apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 228. *Quando dominus abbas . . . pergebat ad Recipiendum S. Maclorium de Insula.*

¶ 3. **RECIPERE**, quasi *Reincipere*, Repetere. Sic *Recipere matrimonium*, in Lege 3. Codicis Theod. de maternis bonis, Matrimonium iterare. Pro simplici inchoare, incipere, Johannes Gaietanus in Ordine Roman. cap. 118. apud Mabillon. tom. 2.

Musei Ital. pag. 441. *In primo vero consistorio secundo dicti nuncii vel legati referunt seu relationem faciunt de gestis per eos in legationibus suis: & hoc per modum collationis, Recipiendo thema aliquale.*

¶ 4. **RECIPERE IN NOTAM**, Prescribere, in commentariolum referre, Gall. *Minuter*. Charta ann. 1329. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 223. col. 1. *Et ego Guillelmus de Savigniaco . . . Notarius, qui præmissis omnibus interfui, & præmissa in notam Recepta sic in publicam formam redégi. Vide Nota 3.*

¶ **RECIPIABILIS**, Idoneus, conveniens, qui recipi seu acceptari potest aut debet, Gall. *Recevable*. Charta ann. 1279. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 920. *Item duo dolia plena vini boni novi, puri & Recipiabilis reddenda . . . singulis annis*. Forte leg. *Receptabilis*, ut infra.

¶ **RECIPICE**, vel, ut vulgo loquimur, *Recepisse*, Scheda, qua quis agnoscit se aliquid ab alio recepisse. Statuta Collegii Sagiensis an. 1427. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 698. col. 2. ubi de officio *Principalis*: *Similiter de vino in sine cujuslibet vasis computabit cum famulo & cum sociis; & à quolibet sociorum Recipice quod exposuerit plus quam solverit, vel reddet etiam si debeat.*

1. **RECIPROCARE**, Respondere. S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanctor. cap. 1. *Ad hac prudens Sacerdos Arabice illos Reciprocans, &c.* Idem cap. 5. *Cum responsum cuidam amico se interroganti aptaret, eique Reciprocationis schedam scriberet*. Vita S. Fructuosi Episcopi in prologo: *Ille autem oris nitore clarens, insignis industria, sophistica artis indeptus primitias, dogmata Reciprocavit Romanorum*. Vide Festum.

¶ 2. **RECIPROCARE**, Iterare, repetere. Chronicon Senoniense ad ann. 1002. inter Probat. Hist. Lotharingiæ tom. 2. col. XIII. *Galli earumdem villarum, lingua ejus patria, per quam transibant, densis clamoribus eum Papam futurum clamabant. Leo Papa, Leo Papa, cum sibi nomen imponendum omnes ignorarent: & iterum hoc nomen atque iterum Reciprocabant: Leo Papa, Leo Papa, &c.*

¶ 3. **RECIPROCARE AD SE**, Sibi vendicare, adfiscere, asserere, Gall. *S'approprier*. Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 21. *Qui tandem . . . oblitus sui sanguinis, oblitus dominii, naturali fide, si fidem habuerat, in perfidiam permutata, Reciprocavit ad se negotium dicti regni, mentitus est regnicolis mortem nostram, & sophisticans in eo dominum, pseudo-regem se fecit.*

¶ **RECIPROCICORNIS**, Conua habens in se reciprocata seu reflexa. Tertull. de Pallio c. 1. *Nam & arietem, non quem Laberius Reciprocicornem & lanicutem & testitrahum vocat, &c.*

¶ **RECIRCULATA**. Vide in *Recula*.

¶ **RECIRCULATIO**, Reflexio quæ fit quodam circuitu. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 3. cap. 22. num. 4. *Eam quæ est à Maria in Evam Recirculationem significans, &c.*

¶ **RECISA**, Abolitio, ut opinor, qua quid reciditur seu abrogatur. Præceptum Caroli M. pro Monasterio S. Martini Turon. an. 782. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 43. *Et quicquid fiscus consuetudinis habuit recipiendi in luminariibus ipsius Sancti, pro nostra elemosyna ad præsens in Recisa computetur, id est, Rescissum & abolitum, si vera nostra interpretatio est. Eadem notione, ut puto, accipiendæ voces *Recisum*, *Recise* seu *Recise* in Emunitate Aigliberto Episc. Cenoman. concessa, apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 210. cujus hæc sunt verba: *Concessimus ei quicquid de ip-**

sam villam partibus fisci nostri sperabatur, hoc vobis in *Recisum* putamus, juxta illam anteriorem nostram præceptionem, quam vobis apostolicus vir dominus Berarius quondam deportavit, unde & ipse pontifex Aiglibertus de prædicta præceptione *Recise* (seu *Revisa*) exemplari à nobis præsentavit: sed pro firmitatis studium petiit nobis, ut pro nostra præceptione hoc iterum eam reformare debeamus, quod ei taliter præstitisse vel confirmasse cognoscite. Præcipientes igitur, ita ut neque ad vos neque ad junioribus seu successoribus vestris, de ipsa causa nihil exigere, nec requirere non præsumatis. In *recisum* unica voce pro in *recisum* legit Mabillonius, nosque ipsi ita scripsimus supra in voce *Inrecisus*; sed tota Chartæ ferie diligentius attendita, videtur omnino legendum esse in *recisum* divisis vocibus, ita ut sensus sit, Regem rescindere, abolere seu dimittere quicquid fiscus ejus in villa, de qua hic agitur, percipiebat: quod satis patet ex posterioribus verbis: *Præcipientes igitur, &c.*

¶ **RECISE**, Breviter. Vita S. Leonis PP. IX. apud Murator. tom. 3. pag. 293. col. 2. *Concinne ac Recise Papa Leo resonans, robur mentis illi excitabat. Recisus tempus*, pro breviori, dixit Ulpianus.

¶ **RECISORIA**, *Actio recisa*, in veteri Vocabulario Juris utriusque.

¶ **RECISUM**. Vide in *Recisa*.

¶ **RECISUS BANNUS**. Vide *Resisas*.

¶ **RECITABULUM**, ubi recitatur. Glossæ Isidori.

¶ **RECITAMEN**, pro *Recitatio*, in Præfatione Concilii Engelenhemensis an. 948.

¶ **RECITARE**, pro *Retinere*, ni ita legendum sit. *Conventio an. 1111. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 379. Mali autem usagii non sunt Recitandi, sed potius tractandi & dissipandi.*

¶ **RECITATUS**, male pro *Retiatus*. Vide in hac voce.

¶ **RECIUM**, Rete. Vide *Retium*.

RECLA, Liciatorium. Glossarium Græc. Lat. MS. *ἀρτίον, ἐν τῇ ὑφαίνῳσι αἱ ἡναιῆες*, *Insulum, Recla tela*. In edito est *insublum*, [*insubla*, & *insubulum*,] tantum. In Notis Tyronis pag. 159. occurrit vox *Sororeclatum*.

¶ **RECLAMACIO**, Vox practica, Gall. *Reclamation*, Repetitio, revindicatio. *Conventio inter Abbatem de Bordesley & Rectorem de Stratton ann. 1253. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 160. Abbas & Conventus dederunt ... Ecclesiæ de Stratton ... illud mesuagium cum curtillagio ... habendum & tenendum libere, integre & quiete, & absque omni Reclamatione dictorum monachorum. Supra pag. 116. legitur Reclamatio eadem notione. Vide Reclamare 3.*

¶ **RECLAMANTES** apud Typographicos dicuntur voces in ima paginæ ora exarata, quæ primam sequentis paginæ vocem indicant, nostris *Reclames*. Vide *Mattaire* tom. 1. *Annal. Typograph. pag. 266.*

¶ 1. **RECLAMARE**, Declarare. *Acquietatio pro Rege Angliæ ann. 1274. apud Rymer. tom. 2. pag. 34. Nos Reclamantes peccatos ab ipso in omnibus & contentos.*

¶ 2. **RECLAMARE**, Invocare, implorare, Gall. *Reclamer*. Vita S. Gervini Abb. Centul. tom. 1. Martii pag. 285. col. 1. *Reclamatur dictus Sanctus pro igne fortuito.*

3. **RECLAMARE**, [Vox juridica, Gall. *Reclamer*, Vindicare, repetere. Hinc *Reclamatio*, Repetitio, Gall. *Reclamation*; *Reclameum* & *Reclanium*, nostris *Reclain* vel *Reclame*; *Reclamator*, Actor, repetitor; *Reclamatoria*, Epistola ad Principem missa

ab eo, qui se possessione sua injuste spoliatum queritur.] Vide in *Clamare* 2. [& Glossarium Juris Gallici.]

RECLARARE, Idem quod *Clarefacere*, Declarare, notum facere; in Chartis aliquot Italicis apud Ughell. to. 7. Ital. Sacr. p. 410. & alibi non semel, **RECLAVATUS**, Refartus. *Historiâ Cœnobii Vicontienfis cap. 9. Erat vero tanta vilitas in vestibus, ut tunicis toties Reclavatis plerique vestirentur.*

¶ 1. **RECLAUDERE**, pro *Recludere*. Glossæ Lat. Græc. *Recludere, ἀνοίξει*. *Reclaudere, ἀνοίχομαι*. Aliæ Græc. Lat. *Ανοίχομαι, Patesfacio, oppando, Reclaudere, refero. Ανοίξει, Pandere, aperire, Reclaudere.*

¶ 2. **RECLAUDERE**, Provincialibus *Reclaire*, Ultimatum vineam colere, quod fit cum terra versata atque in tumulos hinc inde digesta, tandem, appropinquante maturitatis tempore, complanatur. Vide locum in *Podare*.

¶ **RECLAUSA**, Idem quod *Exclusa*, Locus ubi concluduntur aquæ, Gall. *Ecluse*. Charta an. 933. in *Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 70. Cum ipso molinò, cum ipsa Reclusa, & cum ipsa piscatoria, & cum ipsas insolas*. Charta an. 1216. è parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 174. *Concedo quod in studio Sorgia possis facere paxeriam & Reclusam*. Charta Ludovici II. Regis Siciliae è MS. D. Bruner: *Piscarias, pascherias, sive Reclusas*. Vide *Resclusa*.

¶ **RECLAUSTRUM**, Septum alicujus loci, Gall. *L'Enclos*. *Cumque conservatores ... in Reclaustrum ejusdem palatii possissent, &c.* apud D. de *Montfaucon* in *Diario Italico* pag. 157.

RECLAUSUS, dictus Carolus Simplex Rex Franc. quod diu in carcere detentus fuerit, in Charta an. 937. quæ sic clauditur: *Actum Blandiniensi cœnobio, regnante Ludovico filio Regis Karoli Reclusi*, apud Miræum in *Notitia Ecclesiarum Belgii* pag. 97.

Reclusus interdum idem est qui *Reclusus*, Monachus scilicet in cella ob gratiam vitæ contemplativæ remotior degens, ut habetur in Vita ven. Harduini *Reclusi* Fontanellensis, in Actis SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 69. & 70. ubi pluries habetur *Reclusus* hac notione. Vide *Inclusi*.

¶ **RECLINARE CAPUT AD ALIQUEM**. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 590. *Presbyteri quoque omnes capellani de castellis filiorum Longini, non Reclinent caput ad ipsum Episcopum, neque ad synodum, neque ad ullam causam, nisi forsitan per bonam voluntatem domni Abbatis, aut ipsi sua sponte; reliqui omnes Presbyteri pergant ad synodum Episcopi, sicut lex præcipit*. Presbyteri capellani de castellis filiorum Longini immunes erant, ut conjecto, jurisdictione episcopali, cui denuo subdi vetantur his verbis: *Non Reclinent caput ad ipsum Episcopum*. Igitur *Reclinare caput ad aliquem*, est alicui rursus subdi, aliquem iterum habere pro domino vel iudice legitimo.

RECLINARIUM, pro *Reclinatorium*, Lecti species, *ἀνακλιτήριον*, Plutarcho in Romulo: *ἀνάκλιτος θρόνος*, *Anacliterium*, Spartiano in Vero, ubi Casaubonus. Sueno in Hist. Danica cap. 4. *Regem in Reclinario dormientem clam excitavit*.

¶ **RECLINATIO**, *Reclination*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Propensio, secunda voluntas, Gall. *Inclination*. Conc. Tolet. XV. tom. 2. Concil. Hispan. p. 721. *Adfuit idem serenissimus Egica Princeps, placidâ devotionis arce sublimis, & strenua culminis Reclinatione laudabilis*. Vide *Reclinis*.

1. **RECLINATORIUM**, *ἀνακλιτήριον*. Papias: *Reclinatorium, fulcrum capitis*. Alibi: *Fulchra, orna-*

- menta lectorum, dicta, quod in his fulcimur, id est sustinemur, vel quod thoros fulciant, sive caput, qua Reclinatoria vulgus appellat. [Johan de Janua: Reclinatorium, Locus aptus ad reclinandum, vel id supra quod reclinamus; Reclinatoire, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Cantica Cant. cap. 3. vv. 9. & 10. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas ejus fecit argenteas, Reclinatorium aureum, ascensum purpureum, &c. in Græco, ἀνακλιτρον.] Hugo à S. Victore in Speculo Ecclesiæ lib. 1. cap. 1. Reclinatoria contemplativos designant, in quibus Deus sine offensa requiescit. Eadem habet Durandus lib. 1. Ration. cap. 1. num. 30. Idem Hugo cap. 7. Plebs (cum cantatur Evangelium in Missa) baculos hic deponit, Reclinatoria relinquit, caput detegit, &c. [Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1172. de fundatione Capellæ Divion. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 188. Ecclesiamque istam tanquam cubile, Reclinatorium anima sua custodiant, ut sicut cetera corpori, ita hæc animis profutura conserventur.]
2. RECLINATORIUM, Septum inferius, vel cancellus brevior inter Ciborii columnas, ubi communicabant Diaconi, Subdiaconi, & alii. [Abaculus est ad aræ cornu, nostris Credence, ut recte exponit D. Marquardus Herrgott ad calcem vet. Disciplinæ Monast.] Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 37. [editis 35. partis 1.] Et postea stat inclinis inter Reclinatorium, & dextrum cornu altaris, &c. Infra: Unus autem de ministris tollit de armario scutellam, & allatam tenet cum linteolo super Reclinatorium, quod est, quantum puto, propter hoc maxime factum inter duas Ciborii columnas, super quam [quod in editis] Diaconus mittit patenam, in qua Domini corpus est divisum. Calicem quoque cum sanguine dat Subdiacono intrinsecus stanti inter Reclinatorium & altare: qui tenebit eum reclinem, quam conjunctius poterit erga scutellam. Communicat primus Diaconus, & post eum alii. [Rursum infra in editis: Mox autem ut ille minister, qui supererat, digitis Diaconi vinum superinfudit, accedit extra Reclinatorium, deferens calicem alium minorem cum ampulla, quam subministravit Subdiacono, & post ab eodem recipit, ut Sacerdos quoque lavet digitos illos, quibus Dominicum corpus tractavit.]
3. RECLINATORIUM, Ferculum, vel discum, in Glossis Arabico-Latinis.
- ¶ RECLINIS, Propensus, benevolus. Concilium Tolet. XII. inter Hispan. tom. 2. pag. 681. Adfuit coram nobis idem clementissimus Princeps... qui nostro se cœtui Reclinem exhibens ac devotum, &c. Vide Reclinatio. Alias idem est qui Reclinatus, fultus, recumbens, innixus. Gramine floreo Reclinis, apud Martialem lib. 9. Epigr. 91. Utuntur hac notione Statius, Tacitus, Eutropius & alii recentiores. Quidam etiam habent Reclinus, Reclivis & Reclivus.
- ¶ 1. RECLUSA, Locus ubi concluduntur aquæ. Vide Resclusa.
- ¶ 2. RECLUSA, Sanctimonialis ab aliis segregata & in cella reclusa, ut Deo sibi que vacet tranquillius. Memoratur Lucia hoc modo Reclusa, in Testamento Bartholomæi de Laga apud Madox Formul. Anglic. pag. 423. Vide Inclusi.
- ¶ RECLUSAGIUM, Mansio Reclusi, vel Recluse, cella in qua degit. Vita S. Yvonis, tom. 4. Maii pag. 547. Eremita morans in quodam Reclusagio juxta Guengampum. Vita B. Coletæ, tom. 1. Martii pag. 544. Semetipsam primitus includens & restringens in quadam habitatione parvula, seu Reclusagio, juxta quamdam Ecclesiam. Instrumentum an. 1371. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 561.

In quodam Reclusagio morabatur quidam Reclusus, &c. Reclusage simili notione pro carcere dixit Ovidius MS. ubi Ulysssem inducit cum Achille colloquentem his verbis:

*Damoisiaux, dit-il, Gentishom,
Que fais-tu en cette prison?
Trop y a rendu le musage,
Viens-t-en laisse ce Reclusage.*

Vide Inclusi.

- ¶ RECLUSANIA, Idem quod Reclusagium. Sententia arbitralis MS. inter Abbatem & Consules de Gimonte ann. 1292. Et de Recluso ponendo in Reclusania idem fiat, & quod persona posita per dictos Priores ad custodiendos infirmos, &c.
- ¶ RECLUSIO, Qua quis ad vacandum Deo in cella se includit. Reclusionis lex memoratur in Vita S. Johannis Abb. Gorziensis, sæc. 5. Benedict. pag. 375. Ea lege non licebat iis, qui semel in cellam solemni more reclusi erant, ex ea unquam egredi, nisi cogeret utilitas major, vel necessitas, ut jam dictum est in voce Inclusi.
- ¶ RECLUSIUM, Idem quod mox Reclusorium. Inscriptio campanæ in Actis SS. Aprilis tom. 3. pag. 775. col. 2. ubi de S. Michomere Tornodorense: Vocor Micomeres convocans ad Reclusum Dei oratores, an. Domini MDXI. Sicut autem hic Reclusum dicitur, ita vulgo facellum appellatur S. Loup le Reclus: quod viri docti fumunt ac si diceretur, S. Lupus Reclusorum. Possent intelligi locus ubi sanctus ipse Lupus fuerit reclusus.
- ¶ RECLUSORIUM, Reclusi cella. Reclusoria cellula, in Vita S. Johannis Abb. Gorziensis, sæc. 5. Benedict. pag. 383. Reclusorii ergastulum, in Historia Mediani-Monasterii pag. 253. Chronicon Leodiense ad an. 896. apud Martenium tom. 3. Anecd. col. 1406. Fertur etiam S. Virgo Relandis filia fuisse dicti Regis (Ceinderboldi, seu ut vulgo scribitur, Zuentebaldi) qua solitariam vitam cupiens, à claustro ad Reclusorium in Ecclesia B. Mariae de Flemalia se transtulit. Georgius Christianus tom. 1. Rerum Mogunt. pag. 1002. ait S. Laurentii Capellam Conventus Beginarum sive Sanctimonialium fuisse: quæ Capella Reclusorium S. Laurentii dicitur in quodam Testamento an. 1357. ubi habetur: Item lego. xxx. maldra siliginis distribuenda in Reclusorio S. Laurentii. Vide Inclusi.
- ¶ RECLUSUM, Idem quod Reclusorium. Elogium primorum Abbatum Montis S. Catharinæ prope Rotomagum, apud Mabillonium tom. 5. Annal. Benedict. pag. 631. col. 2.
- Recluso positus, gaudens ex orbe remotus
Esse, nimis duram cœpit traducere vitam.*
- RECLUSUS, [Solitarius in cella inclusus, ut vacet Deo, Gall. Reclus.] Vide Inclusi.
- ¶ RECLUSUS, us, Cella Reclusi vel Reclusa. Hilaris Anglus in Rythmo de Eva Sanctimoniali, apud Mabillon. tom. 5. Annal. Benedict. p. 315. ad annum 1093.
- Tandem legit sibi locum ad Eutropium,
Quem previdit sibi boni totius initium.
Ibi quodam in Reclusu mansit Christo dedita,
Et placebat ei hac vivendi semina,
In qua cuncta Dei dono vitabat illicita.*
- ¶ RECOCTUM. Inquisitio de Foresta Aquilinæ è Regesto Philippi Aug. Cendrerius habet vivum nemus ad faciendum suum Recoctum. Hoc est, si bene interpretor, habet arbuta ad cineres conficiendos. Id innuit vox Cendrerius.
- ¶ RECODERE, Recuperare, recipere, rem ablatam eripere, Gallice Recourre. Consuetudines Marchia

chiæ Dumbarum ann. 1325. art. 8. ex Archivo Trivoltienſi: *Si homo cuſtodit in prato alicujus alterius, talleis, blado ſeu treneſio, boves, vaccas ſeu alia animalia, tenetur domino in ſex libras Vienn. bonas Lugdunenſes, pro banno ſeu ratione banni dictorum animalium, & in emenda parti . . . & ſi cuſtos dictorum animalium Recoderet ſeu Recoffam faceret familiaribus domini, in cujus dominio dicta animalia capta eſſent, dominus cuſtodis debet cuſtodem illum, qui dicta animalia Recoffert, reddere aut ſeptem ſolidos ſortes novos ratione dictæ Recoffa cum banno ſupradicto. Recognitio Præpoſiti S. Symphoriani de Ancella ann. 1401. Præpoſitus recipiet & ex nunc recipit in ſe onus & periculum, caſu quo contingeret ipſos priſonarios à dictis carceribus evadere . . . eos Recodere. Vide Recoffa & Reſcuſſa.*

RECOGNATUS, *Filius patris.* Ita Gloſſ. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. & Iſidori, & Papias. [Grævius in Notis ad Gloſſas Iſidori putat legendum eſſe *Recognitus*, quem pater *recognovit*, ſeu, ut meliores Scriptores loquebantur, agnovit & pro filio habuit.]

1. RECOGNITIO, eſt literarum obligatio inſinuata, ſive de recordo, testimonium perhibens, debitorem ſive recognitorem, creditori ſive recognizato, debere talem pecuniæ ſummam. Cowellus lib. 3. Inſtit. Juris Angl. tit. 22. §. 4. Gallis *Reconnoiffance*, Anglis *Cognifance*. [Vide Nomolexicon Thomæ Blount in voce *Recognizance*. Charta Regienſis ann. 1361. ex Schedis Præſidis de Ma-laugues: *Et pro competenti valore illarum faciatis eis obligationes, Recognitiones & neceſſarias cautelas ſuper pecuniis talhiarum ipſarum.*] Charta Normannica apud Radulfum de Diceto ann. 1190. *Nulla fiet Recognitio in foro ſeculari, ſuper poſſeſſione, quam viri religioſi, vel quacunq; Eccleſiaſtica perſona 20. annis vel amplius poſſederint. Similiter nulla fiet Recognitio, ſi carta vel alio modo eleemoſynatam iſſe poſſeſſionem probare poterint, ſed ad Eccleſiaſticos judices remittentur.* Vetus Inqueſta in Regeſto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 130. *Habebat & dominus Vernonis omnia alia placita & juſtitias, excepto placito enſis, & exceptis Recognitionibus.* Charta Communiæ Rotomagenſis an. 1207. *Et habeant etiam placita de hereditatibus & catallis ſuis & conventionibus factis Rotomagi, & infra banleugam, ſalvis curiis dominorum, qui ibi terras habuerint: qui domini habent curias hominum ſuorum in villis tenendas uſque ad Recognitionem.*

☞ In hiſce poſterioribus locis Recognitio non eſt literarum obligatio, ut explicat Cangius, ſed Inquiſitio per legales homines ſelectos facta, quæ *Reconnoiffant* dicitur in veteti Conſuetudine Normannica cap. 92. *Et ces Enqueſtes qui courent par briefz ſont appellées Reconnoiffant.* Hæc autem *Brevia*, per quæ currere hic dicuntur hujusmodi Inquiſitiones enumerantur c. 91. ejuſdem Conſuetudinis: *Il y a ung brief de nouvelle deſſaiſine, aultre de mort d'anceſſeur, l'aultre de eſchaete, l'aultre de mariage encombré, l'aultre de douaire, l'aultre de preſentement d'Egliſe, l'aultre de ſief & de gage, l'aultre de ſief & d'eſtablie, l'aultre de ſurdemande, l'aultre de ſief lay & d'omofne, l'aultre de lignage nyé & l'aultre d'heritaige.* In hiſ ominibus locum habent Recognitiones ſeu Inquiſitiones legalium hominum è quorum testimonio hæ cauſæ dirimuntur. Id illuſtrari poteſt Literis Philippi Aug. an. 1208. vel 1209. ubi agit de patronatu Eccleſiarum Normanniæ, apud de Lauriere to. 1. Ordinat. Reg. p. 27. & ſeq. *Noveritis quod ſuper Recognitionibus Eccleſiarum per quatuor Preſbyteros*
Tom. V.

& quatuor Milites, preſentibus Archiepiſcopo vel Epifcopo loci, vel perſona loco eorum per litteras patentes tranſmiſſa, & Baillivo noſtro ad certum locum, de communi aſſenſu electum, ad aſſiſiam de qua inter eos convenerit, faciendis, ubi intervenerit contentio inter eccleſiaſticas & laicas perſonas, vel inter eccleſiaſticas & eccleſiaſticas perſonas de Eccleſia vacante, vel non vacante; ſi Archiepiſcopus, vel Epifcopus, lite mota, Eccleſiam illam alicui contuliſſet, hæc eſt voluntas noſtra, quod videlicet partibus ad certam diem convocatis, & quatuor Preſbyteris, ab Archiepiſcopo, vel Epifcopo, vel eorum aſſignato, ſicut premiſſum eſt, & quatuor Militibus à Baillivo noſtro ad Recognitionem datis, & illis diligenter examinatis ab ipſis & aliis, quos ſecum viderint evocandos, parti illi remaneat preſentatio Eccleſiæ, in quam plures illorum octo concordabunt. Si quis plura volet de modo procedendi in hiſce Inquiſitionibus, ad eat laudatam veterem Conſuetudinem Normanniæ cap. 93. & ſeqq.

☞ Eadem ſignificatione paſſim occurrit vox *Recognitio* in Chartis Normannicis & Anglicis. Charta Communiæ Rotomag. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 308. col. 2. & p. 309. col. 1. *Si quis fecerit clamorem de terra, ſuper alium clamans dabit vadium & plegium ſequendi clamorem, & ſi poſtea facta fuerit Recognitio de terra illa, & clamor ſit convictus per Recognitionem de falſo clamore, remanebit in miſericordia Majoris & Communiæ, de quinquaginta novem ſolidis Andegav.* Kennettus in Antiq. Ambroſden. ad ann. 1206. pag. 168. *Abbas de Egnesham debet unum palefridum pro habenda Recognitione duodecim legalium hominum de vicineto de Erdinton.* Et ad an. 1210. pag. 173. *Ricardus de Camwil & Euſtacia uxor ejus debent unam marcã pro habenda Recognitione novæ aſſiſæ de libero tenemento ſuo Wrechwic verſus Egelinam de Curtenai.* Vide Gloſſarium ejuſd. Kennetti & Nomolexicon Thomæ Blount in voce *Recognizance* & infra *Recognitores*.

☞ Haud fatiſ ſcio an eadem, aliæ notione Literæ Roberti Comitæ Atrebat. an. 1293. inſertæ Literis Johannis Franc. Regis apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. pag. 262. *Periculis evitandis providere volentes, necnon & fraudibus, qua ex eorum evenit cirographis . . . auctoritatem preſtitimus & preſtamus (Scabinis S. Audomari,) ut ſigillum habeant, quo utentur (utantur) & uti valeant ad conventiones omnes, coram iis initas, ſigillandas, necnon Recognitiones & alia explectamenta quecumque, que ex eorum cauſis, ſeu ſubditorum ipſorum, vel aliorum quorumcumque, poterunt evenire.* Probabiliter fatiſ intelligit Cl. Editor mercedem pro declarationibus conventionum aliorumve inter partes actorum apud Judices factis; ſed non minori fortean probabilitate hic etiam per Recognitiones intelligi poſſent Inquiſitiones, quarum, cum opus eſt, præcipiendarum hiſ literis facultas datur Scabinis Audomarenſibus: quod utcumque confirmari poteſt ſequenti voce *Explectamenta*, quæ de quovis actu juridico melius, ut reor intelligitur, quam de quocumque ſalario judiciibus tribuendo. Si autem *Explectamenta* ſint quivis actus juridici, veriſimile omnino eſt Recognitiones eſſe ſpecies hujusmodi actuum, quæ, ut videtur, aliæ eſſe non poſſunt, quam Inquiſitiones Normannicis Angliciſve non abſimiles. Huic conjecturæ etiam favet Anglorum & Audomarenſium proximitas. Quis enim neſciat in provinciis parum diſtantibus eaſdem plerumque voces uſurpari, eaſdem vigere conſuetudines!

☞ 2. RECOGNITIO. Charta Radulphi Abb. Fifcamn. ann. 1211. *Remanent autem domino Regi uſu-*

rarii, Recognitiones & Judai; ita quod litera vel carta aliquorum, alicujusve istorum, si quid postmodum proferremus contra ipsum, vel alius pro nobis, nobis de cetero contra ipsum non valerent: Ubi Recognitiones, ut exponit D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 264. idem sunt quod Cognitiones obligationum, ac generatim actionum quarumcumque è contractibus civilibus procedentium. In hanc rem refert Cl. Scriptor duo Scacarii Normanniæ Constituta ann. 1278. & 1282. Prius ita se habet: *De domino Reginaldo Castelain & aliis Nobilibus Normanniæ spada placitum habentibus*, (quod habebat Abbas Fiscamn.) *petentibus habere Cognitionem literarum domini Regis super contractibus & debitis: concordatum fuit, quod nullus habere debet in tota Normanniæ, immo domino Regi pertinerent; sed dicti Nobiles dictas literas executioni tantum poterunt demandare.* Eodem redit posterius, quod videre potes loco laudato.

¶ 3. RECOGNITIO, Idem quod *Advocatio*, qua quis alicui se commendat in clientelam. Literæ Philippi Fr. Regis ann. 1304. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 344. *Nos dilectorum nostrorum Abbatis & Conventus de Escharleis, Cisterc. Ord. supplicationibus annuentes... duximus concedendum... quod Recognitiones & advocaciones nove, que ab eorum subditis nobis fiunt, nullatenus admittentur; & factas de novo faciemus penitus revocari.*

¶ 4. RECOGNITIO, in pagis Lugdunensi, Sebustiano & Dumbensi, Duplicatio servitii seu census à tenentibus domino debita variis temporibus, quæ in Chartis solent exprimi; nam aliquando *Recognitio* tantum debetur, cum moritur dominus; interdum cum moritur tenementarius, & tenementum transit à patre ad filium; alias tantum cum transit ad cognatos gradu transverso; denique debetur aliquando sive dominus, sive tenementarius moriatur. Charta Cassaniæ ann. 1401. *Sub Recognitionibus dicti mansi de patre ad filium & mutatione tenementariorum & dominorum.* Charta ann. 1426. è Schedis D. Aubret: *Emphiteota nobilis viri Jacobi de Rupe-forti, domicelli, filii & heredis universalis domini Ponceti de Rupe-forti, domini de Vileta, & de Faya & de Rupe-forti recognoverunt ratione dictarum terrarum de Faya & de Rupe-forti, ratione Recognitionis novi domini, ratione dicti patris sui, ratione domorum & possessionum suarum moventium de jurisdictione & dominio dicti domini, videlicet ad estimationem rerum, de duodecim denariis pro libra.* Ex quibus posterioribus verbis patet Recognitiones fuisse vigesimam partem pretii possessionum *recognoscibilium*; sed an hæc vigesima pars fuerit census in aliis Chartis duplicatus, non satis liquet. Charta ann. 1447. ex iisdem Schedis: *Sub annuo & perpetuo censu & servitio quinque denariorum Turon. laudibus, vendis, Recognitionibus novi domini & novi tenementarii ad duplex servitium importantibus.* Alia ann. 1499. ex iisdem Schedis, qua Emphyteutæ Claudii de Pompiere Domini de Pollienay possessiones suas recognoscunt sub annuis & perpetuis servitiis, una cum laudibus, vendis, Recognitionibus & aliis usagiis, his dumtaxat qua sequuntur exceptis, videlicet quod ipsi tenementarii non debent nec tenentur recognoscere, nec Recognitiones solvere ad estimationem rerum & possessionum suarum, sed pro ipsorum Recognitionibus debent duplex servitium totius canonis eidem Domino & suis solvere toties, quoties casus evenerit. Alia Domini de la Franchise in pago Dumbensi, ann. 1499. Joannes Buellerii Recognoscit partem mansi de la Moiniri, & in morte Domini & tenementarii debet duplex servitium. Joannes Buellerii junior Recognoscit alteram partem dicti mansi de la Moiniri

niri cum laudibus, vendis & Recognitione de morte domini directi & de morte tenementarii. Plures sunt aliæ Recognitiones vernaculæ sæculi xvi. in quibus legitur *avec Laods, Milaods & Reconnoissances de pere a fils & nouveau seigneur à nouveau tenancier*: ex quibus palam est, *Laods, Milaods & Reconnoissances* totidem esse jura dominica nullo modo inter se confundenda, licet quædam sint arresta, in quibus *Milaods*, vel *Milods*, seu *mediae laudes* cum Recognitionibus confunduntur. Vide Bretonnier in Opera Claudii Henrys to. 2. pag. 299. & infra Recognoscere feudum, Relevium, Retroaccipitum & supra Placitum col. 528.

¶ RECOGNOSCIBILIS TERRA, in Charta Villanovæ ann. 1421. & alibi, de qua debentur Recognitiones, cum intervenit Domini mutatio vel tenementarii, ut modo dictum est.

¶ 5. RECOGNITIO, Census annuus domino à tenente solvendus. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 66. *Reddet dicta Abbatia unum cantarum vini de Recognitione.* Charta Monasterii Savignienensis: *Guido Forestarius dedi monachis de Savignio totum pratum de Fonte-cheois & landulam juxta illud, excepta Recognitione xvi denariorum mihi singulis annis reddendorum.*

¶ 6. RECOGNITIO, Gratus animus, beneficii memoria, Gallis *Reconnoissance*. Bern. de Breydenbach in Itinerario Hierosol. p. 109. *Semel aut per singulos annos propter solam Recognitionem ad domum Dei, que est in Mecha, jubentur ire (Mahumetani) & ibi adorare, eamque inconutilibus tegumentis circumire.*

¶ 7. RECOGNITIO, Extremum judicium. S. Paulinus Epist. 10. ad Delphinum num. 3. *Ut in die Recognitionis, quo pariter sator messorque gaudebunt, nos quoque paterno sinu afferens inter manipulos tuos, &c.* Idem Epist. 19. num. 3. ad eumd. Delphinum: *Quomodo disponemus sermones nostros in die Recognitionis? ... Quis nos eripiet à ventura ira?*

RECOGNITORES, apud Forenses Anglos, dicuntur viri *Sacramentales*, seu *Juratores*, quibus recognoscenda & disquirenda rei veritas Assisis demandatur: vulgo etiam *Juratores* dicti. [Vide Nomolexicon Thomæ Blount & supra Recognitio 1.]

¶ RECOGNITORES TABULARUM REGIARUM, Qui eas recognoscebant, emendabant & subscribebant, plures fuisse sub nostris Regibus Meroveadis & Carovingis contra Corringium probat Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 11. num. 14.

¶ RECOGNOSCEMENTUM, Approbatio, consensus, si bene conjecto. Charta an. 1130. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 452. *Prædictum sacramentum juraverunt ambo (fratres, scilicet Rogerius de Biterris & Rainmundus Trencavelli) quod teneant illud per Recognoscementum matris eorum usque ad præfatum terminum, aut amplius ultra ipsum terminum, aut minus infra ipsum terminum.*

¶ RECOGNOSCERE, Agnoscere, fateri, declarare, ut nostris *Reconnoître*. Charta an. 1336. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 5. pag. 522. *Tenore presentium Recognoscimus & publice profitemur, &c.* Occurrit alibi.

¶ RECOGNOSCERE CORPUS CHRISTI. Constitutiones Diocesis Valent. to. 3. Concil. Hispan. pag. 509. col. 1. *Qui Corpus Christi consuevit dari infirmis, dicimus quod cum magna reverentia deferatur... si forte infirmus facit vomitum, Recognoscat Corpus & non det ei.* Puto mendum esse in hac voce, ac forte legendum recondat.

¶ RECOGNOSCERE FEUDUM, vel *fidelitatem & hominum* dicitur Vassallus cum sese feudatarium

agnoscit, domino fidelitatem & hominum exhibet declaratque possessiones quas ab eo tenet feudatarie, quibusque conditionibus; *Recognitio* vero feudi, feudatarii professio est & hujusmodi declaratio. Homagium an. 1110. in Probat. novæ Hist. Occit. to. 2. col. 375. *Ego Bernardus-Attone Vicecomes Carcassone in presentia... proborum virorum, qui ad honorem festivitatis S. Mariae Crassæ veneramus, & dominus Levo Abbas præfati cœnobii requisierit me coram supra scriptis, ut ei Recognoscerem fidelitatem & hominum pro castris & villis & locis (nominatis infra), quæ ab ipso... in feudum... tenere debebam... feci domino Leoni abbati Recognitionem & hominum.* Ibidem col. 376. Iterum recognosco, quod pro Recognitione dictorum feudorum debeo venire & mei successores ad dictum cœnobium in expensis propriis, quoscens Abbas noviter fuerit factus, & reddere ei potestatem de omnibus feudis superius scriptis. Declaratio MS. Præpositi S. Symphoriani de Ancella an. 1401. *Humbertus de Chinriaco... fecit feudum R. in Christo Patri D. D. Abbati Trenorchienfi, &c. Salvo quod idem Humbertus in Recognitione dicti feudi recognovit se tenere & tenere debere omnia superscripta ratione dicta Præpositura, ac servitia infrascripta eidem D. Abbati & ecclesia sua prædicta exhibere.* Voces sat frequentes in hominiis exhibendis. Concilium Tarracon. an. 1591. inter Hispan. tom. 4. col. 621. col. 2. *Rerum experientia edocente, plura censuaria ac redditus ecclesiasticorum beneficiorum in totum vel in parte fuerunt deperdita & alienata, redditus deminuti, & jura alia defraudata propter præsentium suis beneficiis incuriam, seu per mortem: multaque incommoda, lites & contentiones accidum frequenter inter dominos & feudatarios, cum ipsorum feudorum Recognitiones, potestates sive potestats, & alia servitia & onera, quibus feuda subjacent, per longa tempora non petuntur... per quam constitutionem providet (Synodus) quod Prælati & beneficiati, quicumque ratione suarum dignitatum vel beneficiorum feuda habentes, ea Recognosci faciant, quoties feudatarii innovarentur, & quinquennio in quinquennium recipi potestates.*

¶ **RECOGNOSCERE IN BONO**, Quidpiam beneficii loco habere ejusque se præbere memorem. Charta an. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 336. *Hoc ab omnibus ac singulis specialiter secundum uniuscujusque dignitatem atque statum, demerebimur, compensabimus atque in bono semper Recognoscemus.*

¶ **RECOGNOSCERE SE**, Culpam agnoscere, confiteri, ad frugem bonam se recipere, Gallis *Se reconnoître*. Capitularia Caroli C. tit. 19. art. 4. *Mandat vobis quia si aliquis... se Recognoscit & pœnitet, & misericordiam illius & indulgentiam petierit, quia illum, tantum ut in ante, sicut debet, se caveat, voluntarie unicuique, qui sic se Recognoscit, misericordiam & indulgentiam donat.* Vide mox *Recognoxio*, ubi *Recognoscere se*, idem est quod nude declarare, fateri.

¶ **RECOGNOXIO**, pro *Recognitio*, Declaratio, vitiosa temporum scriptio. Placitum an. 918. in Probat. novæ Hist. Occitan. to. 2. col. 58. *Et ea quæ ego me recognosco atque exvacuo, simulque conlaudo recte & veraciter, me recognosco atque conlaudo, & mea Recognoxio vera est in omnibus.*

¶ **RECOLAMEN TESTIUM**, Iterata testium interrogatio, quæ fieri solet in causis criminalibus, ad cognoscendum num testes in suis depositionibus perseverent, Gall. *Recollement*. Decretum summæ Curia contra Marefcallum de Gié an. 1505. ex Archivo Castri Nannet. *Tandem visis inquisitione seu informationibus testiumque Recolamine & ipsius de Re-*
Tom. V.

han depositione... Curia nostra per suum arrestum judicavit, &c.

¶ **RECOLAMENTUM**, Eadem notione, in Charta Caroli Regis Franc. ann. 1446. apud Thomassierium Consuet. Bituric. pag. 808. in Regesto Parlamenti ann. 1491. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 642. Non semel utuntur recentiores Jurisconsulti. Vide Bleynianum Instit. pag. 572. & Vossium lib. 3. de Vitiis ferm. cap. 41. ubi *Recolamenta* generatim definit Quibus recolitur memoria ac renovatur. Tum addit: Si argumentorum sint ἀτέχων (artis expertium) pro iis, cum Budæo in forensibus, malim *revocata testimoniu*: quomodo quis *revocare testes* dicitur, si iterum jubeat dicere testimonium.

¶ **RECOLARE TESTES**, Testes revocare atque iterum interrogare, Gall. *Recoler*. Charta Caroli Reg. Fr. ann. 1446. jam laudata: *Quodque prædicti testes, tam in turba quam singulariter, pro parte dictorum defensorum producti Recolarentur, quo Recolamento facto, &c.* Præter usum à testibus ad alios transfertur hoc verbum, in Declaratione Commissariorum Urbani V. PP. de permutatione facta inter Regem Fr. & Archiepiscopum Senon. an. 1368. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 661. col. 1. *Appreciationem sic factam, per alias personas in talibus etiam circumspicias & expertas, cum discussione debita examinari, recenseri & Recolari fecimus.* Verbum ductum à latino *Recolere*, quod Ciceroni aliisque propriè est *Repetere*, renovare, in memoriam revocare; unde olim etiam nostri *Recoler* forte dixerunt pro *Recordari*, memoriter recitare, referre: quod tamen Borellus deducit à *Recorer*, *Recordari*. Vide de *Lauriere* in Glossario Juris Gallici.

¶ **RECOLACIO**, Renovatio, nova inquisitio, in qua recolitur seu in memoriam revocatur id, quod jam actum est, ut confirmetur vel corrigatur. Literæ Caroli V. Franc. Regis an. 1365. apud D. *Secousse* tom. 4. Ordin. pag. 574. *Si vero dictum numerum focorum in futurum contingerit augmentari, & super hoc fieret semel vel pluries alia Recolacio seu reformatio dictorum focorum, prædicti Consules & Universitas, quando & quociens à Nobis aut gentibus nostris petetur subsidium ab eisdem, solvent solum pro numero focorum, qui tunc temporis veraciter reperietur ibidem.*

¶ **RECOLERE**, Idem quod *Recolligere*, congregare, Gall. *Rassembleur*. Epistola Petri de Condeto, tom. 2. Spicil. Acher. pag. 563. *Facta pace in hunc modum recollegerant gentes suas in navibus Reges nostri... Rege Sicilia remanente, & retardante aliquantulum, pro pauperibus & ultimis Recolendis.* Sed forte mendosa scriptio est & legendum *Recolligendis*.

¶ **RECOLLECTARE**, *Colligere*, percipere. Epistola Leonis III. PP. ad Carolum M. *Misit igitur pia Serenitas vestra missos suos, ut justitiam nobis facere debuissent; sed magis damnum quam profectum nobis fecerunt... quia... quidquid per vestrum pium ac legale iudicium, de causa videlicet palatii Ravennatis Recollectamus, unde & jussistis ut nullus quilibet homo in posterum conquassare aut in iudicio promovere præsumeret, tam de vulgaria, quam etiam de mansis, &c.*

¶ **RECOLLECTOR**, Coactor, exactor. Literæ Officialis Rotomag. ann. 1471. ex Archivo B. M. de Bono-nuntio ejusdem urbis: *Mandamus quatinus moneatis dictum Curatum, seu ejus firmarium, aut Recollectores fructuum & proventuum dicta Ecclesia de reddendo & solvendo ipsis Religiosis summam septem librarum.*

¶ **RECOLLECTRIX**, Réceptrix. Vita S. Agnetis de Monte Politiano, to. 2. Aprilis p. 803. col. 1.
Eeee ij

Ibi peccatrices publice residebant, & ... quadam vetula totius nefandi sceleris mater, impudicitia Recollectrix.

1. **RECOLLIGERE**, quomodo *Recueillir* nos dicimus, Hæreditatem recolligere, *Recueillir une succession*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 15. §. 3. 5. *Filiam ad se Recolligere*, eod. lib. tit. 12. §. 2. *Recueillir sa fille en sa maison*. *Pignus Recolligere*, recipere, eodem lib. tit. 21. §. 24. 25. 26. *Recolligere agrum*, in Charta Alamannica Goldasti 32. Unde nostris *Recolte*, pro messe.
- RECOLLIGI** dicuntur servi, qui fugam ineunt, aut latitant, apud Gregorium M. lib. 8. Epist. 4. lib. 10. Ep. 40. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Cæsar-Augustæ ann. 1325. l. 1. Foror. Aragon. f. 11. v. *Que si alguno se Recollira en Eglefia, o palacio d' Infancion, o en otros privilegiados lugares, &c.*
- RECOLLIGERE**, Excipere hospitio, vel alio modo. Joannes VIII. PP. Epist. 107. *Mihi tempus & locum denuntiate, quo occurrere debeat ad nos Recolligendum*. Adde Epist. 216. [Chronicon Trivetti ad ann. 1240. tom. 4. Spicil. Acher. pag. 586. *Raymundus ... à domino Papa Gregorio familiariter Recollectus, Capellanus ejus efficitur ac Pœnitentiarius*. Charta ann. 1377. ex Biblioth. Reg. *Qui obviam nobis exiens, extra civitatem nos honorifice Recollexit.*]
2. **RECOLLIGERE**, Reconciliare, Ecclesiæ communioni restituere. Capitula Synodorum Orient. inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 331. *Si quis Episcopus in concilio excommunicatus fuerit, sive Presbyter, sive Diaconus, facere oblationem, vel matutinum vel vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere sicut prius, non liceat, nec in alio concilio spem reconciliationis habere, nec ultra Recolligi.*
3. **RECOLLIGERE**, Secundo vineam colere, à Provinciali *Reclaurré*, Secunda vel ultima vineæ cultura. Conventiones MSS. Archirinci Abb. Montis-majoris cum incolis Correni de censibus: *Correatam in putando, in fodiendo, in Recolligendo homines de Correus facerent*. Vide *Reclaudere* 2.
- RECOLORARE**, Denuo colorem inducere. Vita B. Arnulfi, tom. 5. Junii pag. 616. *Decoloratus vero in corpore multiplici tormentorum afflictione; Recolorabitur autem multo gloriosius in universalis & beata corporum resurrectione.*
- RECOMMEMORARE ALIQUEM**, In mentem seu memoriam alicujus revocare. Vetus Interpretes S. Irenæi lib. 5. cap. 17. num. 4. *In novissimis temporibus idipsum venit Verbum Dei advocare hominem, Recommemorans eum opera sua, &c.*
- RECOMMENDARE**, Commendare, apud Laurent. Byzinium in Diario belli Hussitici, tom. 6. Reliq. MSS. Ludewigi pag. 14. *Animam suam Recommendare altissimo Creatori*, in Testamento Joannis de Talaru Cardin. an. 1392. to. 2. Maceriarum Insulæ Barbaræ p. 663. Phrasis Gallica *Recommander son ame à Dieu*. Observat Vossius lib. 1. de Vitiis sermonis cap. 23. & lib. 4. cap. 20. *Recommandare*, pro *Commendare*, barbarum esse; etsi, more Gallico, perusitatum non plane barbaris. Aliter verbum *Recommander*, sumit Continuator Histor. Guillelmi Archiep. Tyr. apud Marten. tom. 5. Collect. Ampliff. col. 654. *Fouque de Milli ... grant avoir assembla, qu'en li dona por despendre en la terre d'outremer; més il ne li portat mie, ains morut. Ançois que la muete fust, tout aucuns distrent qu'il fu mort de duel, pour l'avoir qu'il avoit Recommendé, & l'en li cela*. Ubi *Recommander* idem est, ut arbitror, quod supra *Commendare* 2. Quippiam apud aliquem deponere.
- RECOMMENDATUS**, Qui alterius patrocinio

- fese commendabat. Charta Innocentii III. PP. an. 1214. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 417. *Et qui secum venerint & secum erunt ... benedictione Dei & Apostolorum Petri & Pauli & nostra benedicimus, & Recommendatos habemus*. Hoc est, in fidem nostram accipimus. Vide *Commendatus*.
- RECOMMENDISIA**, Tutela, protectio. Annales Estenses apud Murator. tom. 18. col. 1074. *Legatus ... nuntiavit, amodo filium olim domini Ottonis & statum Parmæ ac Regii esse sub Recommendisia & protectione ipsius Ducalis domini*. Vide *Commendisia*.
- RECOMMISSUS**, Commendatus, quasi *Commendatus*, Gallice *Recommandé*. Literæ Radulphi Rom. Regis an. 1282. apud Rymer. tom. 2. pag. 215. *Ipsam vobis habere velitis favorabiliter Commissum*. Adde pag. 259. Literæ Henrici IV. Regis Angl. an. 1401. apud eumd. Rymer. tom. 8. pag. 236. *Ludovicum (de Brancariis,) suis exigentibus meritis, harum nostrarum precum intuitu, in suis agendis dignemini habere specialiter Commissum*. Adde p. 604. Concilium Dertusanum ann. 1429. inter Hispanica tom. 3. pag. 655. *Eisdem in suos speciales dilectos filios, & in necessitatibus ad succurrendum ipsi sedi apostolica promptos, propitios & liberales recipiens specialius habeat Commissos*. Literæ Eugenii IV. PP. ad Renatum Siciliæ Regem & Comitem Provinciæ an. 1435. in Bullario Carmelit. pag. 189. *Episcopum Massiliensem suscipiens Commissum velis fovere*. Acta S. Francisæ Rom. tom. 2. Martii pag. 96. * *Recommissa B. Francisæ solo tactu ipsius liberata est*.
- RECOMPENSA**, Remuneratio, Gall. *Recompense*, apud Philippum Eystetensem Episcop. in Vita S. Willibaldi c. 7. & in Speculo Saxonico lib. 1. art. 65. §. 3. [in Diplomate MS. Frederici Reg. Rom. an. 1326. in Charta Henrici IV. Regis Angl. an. 1402. apud Rymer. tom. 8. pag. 238. in Litteris ann. 1445. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1542. in Bulla Pauli IV. PP. part. 4. Continuat. M. Bullarii Rom. pag. 71. col. 1. & alibi sæpe.]
- RECOMPENSARE**, Rependere, compensare, remunerari, Gall. *Recompenser*. Occurrit in Concilio Toletan. XI. to. 2. Concil. Hisp. p. 665. in Charta Pipini Reg. ann. 764. apud D. Calmet to. 1. Hist. Lothar. col. 280. in Charta Conradi Regis Burgundiæ an. 971. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 64. in Charta Otthonis IV. Imp. an. 1210. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 392. in Epist. Innocentii V. PP. an. 1276. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 246. in Litteris an. 1281. apud Rymer. tom. 2. pag. 179. & alibi passim apud Scriptores Latino-Barbaros. Sed in Vita S. Dunstani Epist. tom. 4. Maii pag. 351. sumitur pro *Recogitare*, animo revolvère: *Secum plane intelligens & sapius in cordium suorum secretis Recompensans, se esse pro tanti viri vindicta sumitima morti ferme deputatum, &c.* Utramque notionem complectitur Johannes de Janua: *Recompensare, Reddere, persolvere, remunerare; vel iterum trutinare, æquare.*
- RECOMPENSATIO**, Idem quod *Recompensa*, Remuneratio, Compensatio, in Gestis Berarii Cenom. Episc. apud Mabill. to. 3. Analect. p. 171. in Privilegiis Aquensi civitati concessis à Raymundo Berengario Provinciæ Comite an. 1206. apud Pittonem lib. 2. Hist. Aq. pag. 114. in Epistola Innocentii III. PP. tom. 3. Concil. Hispan. p. 409. in Epistola A. Monachi ad Odonem Episc. Paris. tom. 1. Ampliff. Collect. Marten. col. 1015. in Processu de sanctitate S. Catharinæ Senen. tom. 5. ejusd. Ampliff. Collect. col. 1240. in Charta an.

1308. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 99. in alia Philippi Franc. Reg. ann. 1341. tom. 2. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 181. in Bulla Clementis VI. PP. an. 1344. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 492. & alibi passim.

¶ RECOMPENSATOR, Qui mercedem tribuit, remunerator. Concilium Pampilon. ann. 1023. inter Hispanica tom. 3. pag. 196. col. 2. *Ab æquissimo Recompensatore & iusto iudice Deo mereamur criminum nostrorum in die retributionis remedium acquirere.*

¶ RECOMPENSIVUS, Qui remuneratur. Literæ Edwardi III. Angl. Reg. Bernardo de Lebreto an. 1327. apud Rymer. tom. 4. pag. 281. col. 1. *De gratuitis obsequiis dicti patris & affectione dicti avi nostri Recompensiva, ut decuit, gratulamur.*

¶ RECOMPUTARE, In memoriam revocare. Chron. Watinense apud Marten. to. 3. Anecd. col. 827. *Qui statim ordine Recomputato, ad confessionem eorum, qua viderat, in confessu fratrum quam citius pervenit, atque mirantes præ gaudio, & de promissa salute alacriores reddidit, & de cœlesti visitatione loci in magnam spem unanimiores excitavit.*

¶ RECONARI, Vicissim conari seu moliri, reniti, contra invadere. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Reconor, ἀντιπαρῶ.*

¶ RECONCEDERE, Invicem cedere. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Reconcedo, ἀντιπαρῶ.*

RECONCILIARI dicebantur Pœnitentes, cum indicta pœnitentiæ tempora adimpleverant: fiebatque ejusmodi reconciliatio manus impositione, quæ reconciliatoria dicitur in Concilio Arausicano can. 3. & Arelat. II. can. 28. [Capitular. lib. 5. cap. 121. & 129. lib. 7. c. 139. in Canonibus Isaaci Episc. Lingon. tit. 1. can. 6. 13. & 34.] Concilium Carthagin. IV. can. 76. *Accipiat pœnitentiam, & si cito creditur moriturus, Reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Quo loco Reconciliationem pro Eucharistiæ sumptione interpretantur viri docti, licet alii pro absolutione, ut loquimur, sumi hoc loco velint, ex dicto can. 3. & 11. Concilii Arausicani, & Ep. 91. Leonis I. PP. Concilium Toletanum XI. cap. 12. *Si mortis urget periculum, pœnitentia per manus impositionem accepta, statim ei Reconciliatio adhibenda est. Vigilius PP. Epist. 2. Quorum tamen Reconciliatio, non per illam impositionem manus, qua per invocationem Spiritus sancti fit, operatur: sed per illam, qua pœnitentiæ fructus acquiritur, & sanctæ communionis restitutio perficitur. Vide Capitul. Aquisgran. an. 789. cap. 33. Acta Episcoporum. Cenoman. pag. 293. Ita ut nec Chrisma juxta morem Ecclesiasticum infra civitatem consecrari, nec pœnitentium Reconciliationes agere valuissemus. Absolutissimam Reconciliationem appellari fatendum tamen illam videri, qua præter manus impositionem, sumptione divinæ Eucharistiæ quis absolvitur, in Concilio Vasensi cap. 2.**

Hanc autem manus impositionem quarta feria in capite jejunii accipiebant pœnitentes, quo vacarent solummodo pœnitentiæ, & divinis officiis, ut est in Concilio Meldensi an. 845. cap. 76. & in Canonibus Saxonis Edgari Regis de Modo imponendi pœnitentiam c. 3. Pœnitentiale MS. Thuanum, quod nuper editum est sub nomine Theodori à viro doctissimo: *In capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt, aut susceperunt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se representent Episcopo civitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terra prostratis, reos se esse ipso habitu & vultu proclamantes. Ibi adesse debent Decani, vel Archipresbyteri Parochiarum, i. Presbyteri pœnitentium, qui eorum*

conversationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus injungunt. Post hæc in Ecclesiam Episcopus reos inducat, & cum omni clero 7. Pœnitentiales Psalmos in terra prostratus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, juxta quod Canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, prius cinerem mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris suspiriis eis denuntiet, quod sicut Adam projectus est de paradiso, ita & ipsi ab Ecclesia pro peccatis abjiciuntur. Post hæc jubeat ministros, ut eos extra januas Ecclesiæ expellant. Clerus vero prosequatur eos cum Responsorio: *In sudore vultus tui, &c. ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam non parvipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini Cœna, rursus ab eorum Decanis & eorum Presbyteris Ecclesia liminibus represententur. Idem Pœnitentiale cap. 14. Romani reconciliant hominem intra absidem: Græci nolunt. Reconciliatio pœnitentium in Cœna Domini tantum est ab Episcopo consummata pœnitentia.*

Hoc tum die non jam reconciliabantur; sed absolutionem accipiebant pœnitentes publice in Missa ab Episcopo, quod Presbyteris non licebat, ut est in can. 7. Concilii Hispal. II. in Ticinensi an. 850. cap. 7. Wormatiensi an. 868. cap. 8. &c. Ita etiam Rabanus Maur. lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 30. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 76. 77. 78. 79. Rupertus lib. 5. de Divin. Offic. c. 19. Canones Saxonici de Modo impon. pœnitentiam cap. 4. Abbo Monach. ferm. 4. Atto Episc. in Capitul. cap. 90. Durandus lib. 6. c. 73. &c. Orationes vero quæ hac die ad Reconciliandos Pœnitentes recitabantur ab Episcopo, describuntur in libro Sacramentorum Gregorii M. pag. 226. edit. Menardi, & in Ordine Romano, quas, *Ordinem Reconciliandi* vocat Hincmarus in Capitulis ad Presbyteros parochiæ suæ cap. 4. Sic autem Ordo reconciliandi pœnitentes describitur in Ordinario MS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Finita Nona, Archiepiscopus, vel ejus Vicarius indutus alba, cum Diacono & Subdiacono indutis albis, cum Cantore, processione ordinata ad Occidentales portas Ecclesiæ ad Reconciliandos pœnitentes pergat, & eo sedente juxta januas, Diaconus legat hanc lectionem: Adest tempus, ô venerabilis Pontifex. Finita lectione, Archiepiscopus, vel ejus Vicarius, se erigat, & dicat: Venite. Diaconus ex parte pœnitentium dicat: Flectamus genua: Levate. Et tribus vicibus hoc dicatur. Ad finem dicatur tota Antiphona: Venite, Venite, Venite filii. Chorus finiat, & dicatur Psalmus: Benedicamus Dominum, & ad quemlibet versum repetatur: Venite, Venite. Tunc Archiepiscopus, vel ejus Vicarius, Pœnitentes intromittat in Ecclesiam cum baculo, & Reconciliati ardentes candelas ad altare deferant, alii autem non: Et Archiepiscopus, vel ejus Vicarius, manum suam ponat super capita singulorum, dans pacis osculum, & dicens: Pax tecum. His ita peractis, ad chorum redeant, & sermonem ad populum faciat. Quo finito, Pœnitentes prostratos absolvat. Primo dicantur 7. Psalmi à Ne reminiscaris, Psalm. Domine ne in furore, &c. Kyrie eleison, Pater noster. Salvos fac. Vers. Mitte eis auxil. Vers. Domine exaudi orat. Dominus vobiscum, & cum Spiritu tuo. Orat. Monstra Domine quesumus iis famulis, &c. Alia Orat. Deus misericors. Alia Oratio, Absolutionem & remissionem. Iis ita peractis processio procedat ad ignem benedicendum, &c. Idem habent alii Pœnitentiales apud Morinum post libros de Pœnitentia pag. 47. & seqq.*

Pœnitentes porro ab alio reconciliari non po-

terant, quam ab eo, à quo indicta fuerat pœnitentia. Sed & inconsulto Episcopo Presbyter excommunicatos, vel publicè pœnitentes, reconciliare non potest, nisi ultima cogat necessitas, inquit Hugo à S. Victore lib. 1. de Observ. Eccles. cap. 24. Adde [librum 7. Capitularium c. 202.] Capitul. Attonis Episc. cap. 90. Vide Concilium Taurinense cap. 5. Nicolaum I. PP. in Resp. ad Consulta Bulgar. cap. 35. Concilium Cabilonense II. cap. 25. Capitulare 2. incerti anni cap. 12. Reginonem lib. 2. de Eccles. discipl. cap. 414. Burchardum lib. 11. cap. 8. &c.

Adducebantur autem pœnitentes ad Episcopos à propriis Sacerdotibus, qui de peracta ab iis pœnitentia testimonium dabant. Riculfus Sueffionensis Episcopus cap. 9. *Videant quoque, ne ... pro pretio aut pro familiaritate, vel propinquitate, pœnitentes ante tempus ad Reconciliationem adducant, & eis pro Reconciliatione testimonium dederint, &c.*

¶ RECONCILIATIONEM consequi non potest exutus carne, lib. 5. Capitul. cap. 119.

RECONCILIATIONES, inter Ecclesiarum obventiones recensentur in Charta Galonis Episcopi Parisiensis ann. 1107. in Hist. Priorat. S. Martini: *Et ne res Ecclesiastica à nostra manu omnino videatur esse alienata, Synodos, circadas, Reconciliationes, curam animarum parochianis Presbyteris à nobis commissam, in supradictis Ecclesiis retinemus.*

RECONCILIARE SE dicitur servus, qui pretio dato libertatem impetrat, in Charta veteri apud Joachimum Vadian. de Monaster. German. pag. 83.

RECONCILIARI Ecclesia dicitur, cum scelere aliquo violata ac polluta est, vel à Paganis, aut Hæreticis obtenta, rursus ab Episcopo consecratur, & aqua benedicta aspergitur. [Charta Lamberti Episc. Atrebat. pro Conone Presbytero Monasterii Aroasiensis post Heldemarum conditore ann. 1097. apud Miræum tom. 1. pag. 167. col. 2. *Si autem aliquando ... in predicto loco vel parochia tale quid acciderit, pro quo Reconciliatio necessaria fuerit, tibi legitimisque successoribus tuis, vice nostra, accepta aqua sanctificationis & Reconciliationis, ut ea Reconcilies, religioni vestra annuimus & impertimus.*] Charta Rainoldi Archiepisc. Remensis apud Locrium in Chron. Bel. ann. 1129. *Si autem Ecclesiam ipsam S. Martini violatam esse contigerit, tibi ... concedimus, ut accepta ab Episcopo Atrebatensi aqua Reconciliationis, eadem Ecclesia tam à te, quam à tuis successoribus Reconcilietur.* Ordericus Vital. lib. 12. *Aquam accepta stola benedixit, & Ecclesiam, quam contaminaverat ... Reconciliavit.* Matthæus Westmonast. ann. 1015. *Ecclesia Reconciliata & readificata est.* Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. num. 120. *Quoniam Reconciliari sibi Deus dignatus est Ecclesiam illam.* Vincentius Belvac. lib. 32. c. 98. *Locum, in quo erat Mahomeria Reconciliavit Legatus, &c.* Charta Gaufredi Episcopi Parisiensis ann. 1093. *Synodum vero & circadas cum debita subjectione, & curam animarum, parochiano presbytero à nobis commissam, & Ecclesia Reconciliationem, imo debita subjectionis & justitia obedientiam in eo retinemus.* Alia Hugonis Episcopi Autisiodor. ex Tabul. Monast. Farenfis: *Sacerdos Farenfis Monasterii populum rector, de manu Meldensis Episcopi curam totius parochia tam Clericorum quam Laicorum suscipiet: christina quoque & aquam Reconciliationis Ecclesiarum, si violata fuerint, ab Ecclesia Meldensi requiret.* Vide Diurnum Romanum c. 5. tit. 14. Decretal. Gregor. IX. lib. 3. tit. 40. cap. 4. 7. 9. 10. S. Anselmum lib. 3. Epist. 158. Fulbertum Carnot. Epist. 61. 72. 93. Matth. Pa-

ris ann. 1152. Chronicon Nangii an. 1249. &c. De ejusmodi Ecclesiarum reconciliationibus agunt Ordo Romanus cap. de Reconciliatione violata Ecclesia, Honorius Augustod. lib. 1. Gemmæ animæ cap. 170. & Durandus lib. 1. Ration. c. 6. n. 38.

¶ Ecclesias autem quavis ratione pollutas reconciliare Episcoporum erat, neque illud licebat Presbyteris, nisi ex speciali Episcoporum licentia. Capitular. lib. 7. cap. 225. *Statutum est, ut Presbyteri benedictionem in Ecclesia super plebem fundere, aut altare consecrare, aut Reconciliare, aut submovere vel collocare, ullo modo presumant. Simul & hoc statutum est, ut altare erigere, vel de loco in locum transmutare, ut à quibusdam factum audivimus, sine Episcopi sui licentia vel consilio, cujus est ipsum altare consecrare & post motionem vel violationem Reconciliare, Presbyteri non pertentent. Quod si aliter fecerint, gradus sui periculo subjacebunt.*

¶ Interdum etiam Reconciliari dicitur Altare restauratum, imo & recens exstructum, etsi nunquam violatum est & pollutum. Gesta Innocentis Cenomani Episc. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 75. *Et in sinistra parte ipsius Ecclesia & predicti arcus, in quodam membro Ecclesia ipsius, altare S. Mariae, quod à B. Juliano in media Ecclesia, in orientali parte, constructum atque sacratum fuerat, decenter mutavit, & in honore S. Mariae Reconciliavit atque readificavit. In dextera vero ipsius Ecclesia & arcus parte, in quodam membro ipsius Matris Ecclesia ab eo constructo & à novo fundato, altare in honore S. Petri posuit & Reconciliavit. Quod perinde dicere potuisset Scriptor horum gestorum de prima cujusvis Ecclesie consecratione. Quod vero spectat ad altare translatum, licet non contaminatum aliunde, alii quoque Scriptores usi sunt verbo Reconciliare, cum de nova ipsius benedictione sermonem habuerunt, ut videre potes in capite 225. libri 7. Capitularium jam laudato.*

RECONCILITAS, Reconciliatio. Glossæ Lat. Gr. & Græc. Lat. *Reconcilitas, διαλλαγή φιλίας.*

¶ RECONDITIO, Sepultura. Vita S. Hermagoræ, tom. 3. Julii p. 257. *Dic Patriarcha istius loci, Cur tamdiu inhumata patitur ossa nostra? Quo respondente, Ideo differt eorum Reconditionem, donec eis situm provideat habilem.*

¶ RECONDITORIUM, Locus ubi Chartæ reconduntur, Chartophylacium. Charta Ludovici Pii Imper. an. 832. apud Felibianum Hist. San-Dionysianæ pag. LV. *Duas inde pari tenore conscriptas firmationes speri jussimus, ut una imperialis aula Reconditorio palatinis salvetur excubiis; altera ab ipsius monasterii custodibus in perpetuum diligenti cura debeat provideri.*

¶ RECONDUCERE, Iterum conducere: quod plerumque fit ex tacito partium consensu juxta legem 13. Dig. §. 11. locati conducti: *Qui impleto tempore conductionis remansit in conductione, non solum Reconduxisse videbitur, sed etiam pignora videntur durare obligata.* Quintilianus Declam. 12. *Vicinarum provinciarum copias Reconduxit.* Eadem notione Reconductio dixerunt Jurisperiti: quos consule, atque inter alios Matthæum de Afflictis Decif. Neapol. decif. 365.

¶ RECONFIRMARE, Iterato confirmationis sacramentum impertiri. Epistola Innocentii VI. PP. ad Stephanum Rassie Regem an. 1354. in Bullario Carmel. pag. 84. col. 2. *Quodque ... sub formidabilibus pœnis edixerat, quod nulla ecclesiastica secularisve persona Latinos vel alios Fideles ejusdem Ecclesie secundum verum & Catholicum ritum ejus baptiz-*

tos & confirmatos, rebaptizare & Reconfirmare ... præsumerat quoquomodo.

- ¶ RECONFIRMATIO, Iterata confirmatio. Literæ Ottonis Burgravi de Wittyn, an. 1276. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 117. *Ne ergo præfata donationis Reconfirmatio in oblivionem valeat in posterum pervenire, sigilli nostri robore præsentem paginam fecimus communitari.*
- ¶ RECONJungere, De integro jungere, de novo conjungere. Capitularia Caroli C. tit. 31. c. 11. *Ut ... fideles nostri nobiscum & omnes simul cum Deo Reconjungamus.* Occurrit iterum tit. 40. in Anuntiatione ejusdem Caroli cap. 4. & in Formulis Bignonianis form. 22.
- ¶ 1. RECONSIGNARE, Iterum signare, notare. Tertullianus de Resurrect. carnis cap. 52. *Reconsignat inprimis.*
- ¶ 2. RECONSIGNARE, Reponere, vel Deponere, ut nostris Consigner. Charta ann. 1114. apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia MSS. pag. 702. *Quæ enim usibus servorum Dei, ut orationibus vacent, visibilibus dispensantur, illuc ubi est desiderium piorum, invisibiliter Reconsignata reservantur.* Martyrologium Centulense laudatum tom. 1. SS. Aprilis pag. 25. *S. Walaricus, mense Junio, die secunda, suo loco Reconsignatus, id est, Repositus: restitutus.* Eadem notione Narratio dedicationis Ecclesiæ Stabulensis apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 61. *Corpora B. Patroni nostri Remacti, necnon Jussii Martyris, & plurima reliquia pretiosa cum aqua exorcisata exterius in circuitu ejus lustrando vehuntur, gyroque peracto, cum maximo cleri plebisque tripudio, laudes celebres in sublime exaltando, ad eundem aditum Reconsignantur.*
- ¶ RECONSILIARE, Consulere. Miracula S. Cuneræ, tom. 2. Junii pag. 564. *Veniebat ad Beelzebub deum Acharon ad Reconsiandum de infirmitate sua, utrum convalesceret an non.*
- ¶ RECONSUS, Reconditus à Recondere. Habet duplex præteritum Recondi & Recondidi, & duplex supinum Reconsusum & Reconditum, apud Johannem de Janua. Hinc in Glossis Lat. Gall. Sangern. MSS. *Reconsus, Repos ou mucies.*
- ¶ RECONTENDERE, Sibialiquid asserere, vindicare contendendo. Placitum Pippini Reg. an. 759. apud Mabillon. Diplom. p. 493. & Felibian. Hist. San-Dionys. pag. xxviii. *Ubi visi sunt interpellasse Gerardum Comitem, eo quod malo ordine Recontendebat & retinebat teloneo infra Parisiis ex navibus & pontis voluntarios ac rotaticos, quam ab ipsa die missa S. Dionisio semper ab antiquo accipiebant agentes S. Domini Dionisio.*
- ¶ RECONTENSIO, Iterata contentio in litigiis. Arrestum Parlamenti ann. 1531. in Privilegiis Equitum S. Johannis Hierosol. pag. 253. *Et omne aliud impedimentum in Recontensione ob partium controversiam seu appositum ad utilitatem dictorum deffensorum levando, &c.*
- ¶ RECONVALERE, Convalescere, convalescere, valetudinem recuperare, Revalere Gellio lib. 16. cap. 13. *Revalescere, Ovidio Heroid. lib. 21. v. 231. & leg. 38. Dig. de usur. & fruct. §. 3. Statuta criminalia Saonæ cap. 9. de questionibus: Si decesserit (is qui torquetur) & usque ad mortem non mutaverit ejus dictum; si vero Reconvaluerit, &c.*
- ¶ RECONVENIRE, Practicis nostris Reconvenir, Litis accessionem facere aliquid postulando, de quo nulla primum erat quæstio. Charta ann. 1276. è Chartulario S. Vandregesili to. 1. pag. 231. *Concedentes dicto procuratori nostro potestatem & mandatum*

- speciale agendi, deffendendi, conveniendi, Reconveniendi, excipiendi, componendi, compromittendi compromissum, &c. Similia prorsus occurrunt in Tabulario Calensi pag. 278. in Procuratione data ann. 1340. è Schedis Marchionis de Flamarens, & alibi. Charta an. 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 298. col. 1. Inter eundem Johannem Dowesto partem Reconveniendam ex una parte, & præfatum Thomam partem Reconventam ex parte altera.*
- ¶ RECONVENTIO, Mutua actio, seu petitio, relatio actionis, Gall. *Reconvention.* Occurrit non semel. Sed hæc sunt antiquis & recentioribus Jurisconsultis notiora, ut locos referamus.
- ¶ RECONVERTERE, Idem quod supra *Recommendare, Commendare, Gall. Recommender.* Epistola Monachi Cluniac. ad Abbatem S. Albani in Chronico Johannis de *Whethamstede* pag. 438. *Humiliter supplicamus pro nostra omniumque salute dignemini orare, & sanctis orationibus dominorum patrum vestri sancti Conventus nos Reconvertere.*
- ¶ RECONZARE, Vide supra *Recazare.*
- ¶ RECUPERARE, pro *Recooperire*, Iterum operire, tegere, Gall. *Recouvrir*, non semel occurrit in Reparationibus factis in Senescallia Carcaffonæ an. 1435. è MS. D. *Lancelot.*
- ¶ RECOPERTOR, Qui tegit, cooperit ædificia, Gall. *Couvreur*, in iisdem Reparationibus bis terve.
- ¶ RECORDAMEN, Memoria. Miracula B. Henrici Baucen. tom. 2. Junii pag. 378. *Conradus ... guttosus & claudus à Recordamine suo, sanatus est cum dolore & extensione ossorum.*
- RECORDAMENTUM, Monumentum, in Glossis Isonis Magistri. Vide *Recordum.*
- ¶ 1. RECORDARE, Renovare, Gall. *Renouveler*, ut interpretatur Lobinellus. Charta ann. 1163. apud eundem Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 205. *Hæc autem nostra constitutio & confirmatio facta est apud Savigneim in Capitulo, & apud Filgerias Recordata an. ab Incarn. Domini MCLXIII. Reddere maluerim Recognoscere, confirmare: qua notione eadem vox omnino sumenda videtur in Spicilegio Fontanellensi MS. pag. 310. ubi de electione Abbatis: *Prior vel alius Spiritus sancti accensus fervore dicens: Talis est idoneus ad regendum monasterium in spiritualibus & temporalibus, si placet omnibus sit Pastor noster. Si omnes concorditer, unanimiter & repente illum assumant, statim omnes seculares (Advocati duo de curia Ecclesiæ Rotomag. Tabellio, &c.) veniunt in Capitulo, ut audiant electionem: qua audita, & Recordata ab omnibus extantibus de Conventu, super hoc de concilio (consilio) peritorum instrumentum fit de electione.* Thomas Madox Formul. Anglic. pag. 228. *Concordia facta ... anno Regis Edwardi tercio à conquestu septimo ... concessa & Recordata coram præfatis Willelmo, Johanne, &c. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. Recordat, ἀναμνησκει, in memoriam revocat.**
- ¶ 2. RECORDARE, Idem quod mox *Recordari.* Statuta MSS. Ecclesiæ Lugdun. cap. de *Recordatione: Singulis diebus debet Recordationem tenere Magister, & postquam Recordaverint antiphonas & responsoria, debet corrigere eos, qui non bene ordinem non servaverint.* Occurrit alia notione in *Recordum.*
- RECORDARI, Prælegere; vox in puerorum scholis crebra, *Recorder.* In Statutis antiquis Cartusienibus 1. part. cap. 35. inscribitur *de Recordatione & ordine legendi & cantandi in officio 12. vel 13. lectionum.* Deinde: *In Sabbatis & in vigiliis festorum 12. lectionum, & in vigilia Cæna Domini in claustris pro Recordatione convenimus: & tunc non moramur in*

Ecclesia, sed sumus circa libros in clauſtro. Infra: Ad Recordationem lectiones attente & ſine ſtrepitu audimus, & cum incipit Recordatio, claudimus & deponimus libros alios, quos tenemus, nec reſumimus, donec Recordatio ſit finita. Et §. 10. Dominicis & feſtis Capituli, loco lectionis, Recordamur in clauſtro ſermonem vel homiliam, ſi craſtino legi debeat... & ſciendum, quod ille, qui Recordationem facit, nunquam ſuam, vel alterius lectionem Recordatur in conventu. Adde Guigonem in Statutis ejuſdem Ordinis cap. 9. §. 3. Statuta antiqua ejuſdem Ord. 1. parte cap. 4. §. 9. cap. 12. §. 1. cap. 13. §. 12. 15. 22. cap. 14. §. 16. cap. 45. §. 20. part. 2. cap. 6. §. 5. Amalarium lib. 4. cap. 48.

¶ RECORDATIO, RECORDATOR. Vide infra Recordum.

¶ RECORDATUS. Vide in Recordare 1.

¶ RECORDELLUS. Chartam an. 1104. è Tabulario S. Albini Andegavenſ. ſubſcribunt de familia S. Albini, Rotbertus prepoſitus, Gaarinus cellerarius, Rainaldus Recordellus, Rainerius camerarius Abbatis, &c. Rurſum memoratur Recordellus in alia Charta an. 1098. ex eodem Tabulario, incomperta mihi notione, niſi forte præpoſitus fuerit iis, qui recordabantur in hoc monaſterio.

RECORDIUM, pro Recordatio. Beneficiorum Recordia, apud Thwrocium in Ladislao cap. 29. [Opus rerum Leodiensium ſub Heinſbergio & Ludovico Episcopis, apud Marten. tom. 4. Ampliff. Collect. col. 1207. In iſtis temporibus... Magiſtri Leodienses requirebant à Scabinis Leodiensibus habere unum Recordium de certis punctis privilegia civium concernentibus. Hoc eſt, Commentarium, Gallice un Memoire.]

RECORDUM, proprie dicitur Inquiſitio iuridica per teſtes de re aliqua dubia, quod qui in ea audiuntur teſtes, dicant ſe recordari eorum, de quibus inquiruntur. Chronicon Farſenſe, de teſtibus: Quorum primus ait: Ego ſcio & bene memoror, quoniam tempore Longobardorum, &c... & Recordor ibi Præpoſitos, &c. [Litteræ Roberti Ducis Burgundiæ an. 1285. tom. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 30. col. 2. Item, cum idem dominus de Turre diceret, ſe non debere tradere & deliberare nobis partem caſtri de Coloineio citra aquam exiſtentem, quam tenet nobilis vir Comes Sabaudia ſecundum formam tractatus pacis habiti inter nos & ipſum Humbertum (D. de Turre) nobis contrarium aſſerentibus, ordinatum extiterit, quod præfatus Dom. noſter Rex Franciæ, audito Recordo eorum qui interſuerunt tractatui antedicto, de hiis ordinet, prout ordinandum videbit. Charta an. 1320. apud Baluzium tom. 2. Hiſtor. Arvern. pag. 581. Per ipſas partes ſtetur omnino Recordo ipſius domini Comitit & ipſius voluntati ac ordinationi. Johannis de Trokelowe Annales Edwardi II. Regis Angl. pag. 53. Comitit quidem & Barones reſidui, hæc perpendentes, ad partes Gloverniæ ſe diverterunt, & ſicut in Recordo & proceſſu iudicii, apud Pontem-fracum contra eos lati. manifeſte recitatur, per omnia ſe habuerunt.] Atque ita Record uſurpatur in Conſuet. Normann. art. 386. & 387. Au Record de mariage, qui ſe fait pour la connoiſſance du doüaire, les parens & amis, qui ont eſté preſens audit mariage y ſont reçus, & ne peuvent eſtre Reprochez. En ce Record, ce que la plus grande partie Recordera, eſt tenu pour prouvé, pourveu qu'ils parlent de certain. Vide Fletam lib. 2. cap. 53. §. 3. lib. 5. cap. 22. §. 10. Raguellum [Eusebium de Lauriere in Gloſſario Juris Gallici & Thomam Blount in Nomolexico Anglic.]

Recordationum varias ſpecies recensent Jura &

Conſuetudines Normanniæ c. 103. & ſeqq. Recordatio eſt rei facta ad memoriam reducta ſeries, & in curia enarrata. Quædam vero Recordationes ſunt Curia regia, quædam Scaccarii, quædam Aſſiſa, quædam duelli, quædam viſionis, quædam paſnagii, alia maritagii.

RECORDATIO AUTEM CURIAE REGIAE, eſt Recordatio eorum, quæ ſiunt coram Domino Rege: quacunque enim coram ipſo ſiunt ſe altero, à quocunque & jure conſtituto, habent Recordationem: & hanc poteſt facere ſe altero. Et ſi ipſe non velit Recordari, per tres alios Recordatores faciet Recordari, & ejus perſona nec ad hanc, nec ad aliam actionem poteſt ſaonari, (Gall. eſtre reprochée.) Quacunque enim coram ipſo facta ſunt in jure, ſtatim debent habere robur perpetuæ firmitatis.

RECORDATIO SCACCARII habet fieri ad minus per ſeptem perſonas fide dignas, &c.

RECORDATIO ASSISÆ, eodem modo debet fieri: hoc tamen appoſito, quod Recordatio Scaccarii, in ſcaccario; Recordatio aſſiſa, in aſſiſa debet teneri.

RECORDATIO DUELLI per ſeptem Recordatores & ſervientes juratos habet fieri, in cujuſcunque curia teneatur.

RECORDATIO VISIONIS habet fieri per quatuor Milites Recordatores, & ſervientem, & octo legales homines, præſtito à ſingulis ſacramento, &c.

RECORDATIO PASNAGII eodem modo facienda eſt, &c. Denique

RECORDATIO MATRIMONII eſt eorum, qui ad contractum matrimonii præſentes fuerunt, & eſt ad minus ſeptem teſtium juratorum, &c. Adde cap. 133. Rurſum cap. 123.

RECORDATIO IN LAICALI CURIA dicitur quædam lex, à Principibus inſtituta, & à ſubditis generaliter obſervata, recitans per expreſſum teſtimonium Recordatorum ea, quæ placitando in Curia dicta fuerunt: ſive facta, vel quæ pronunciata fuerunt, ut ſerventur. Quædam enim ſiunt in Curia placitando, quædam pronuniciando. Placitando autem ſiunt quacunque mota querela occasione deducuntur. Denunciando autem ſiunt venditiones, attornationes, & hujusmodi, quæ ſiunt in Curia, ut ejus Recordationis retineant fulcimentum. Recordatores autem dicuntur omnes perſonæ in Curia aſſiſtentes, per quas Curia Recordatio valeat celebrari, ut Princeps Normanniæ, Archiepiſcopi, & omnes perſonæ dignitatem ſeu perſonatum habentes in Eccleſia Cathedrali, Abbates, & etiam Priores Conventuales, Comitit, Barones, & omnes Milites, & omnes Principes Juſtitiarii, Vicecomitit, & etiam Spadæ ſervientes, & magna fama homines, quos vita meritum & prudentia fecerit fide dignos. Hujusmodi autem perſonæ omnes ad Recordationem ſunt admittendæ, niſi fama ipſa contra ipſos laboraverit evidenter. Jurare autem tenentur Recordatores, maxime illi, qui nondum Principi fecerunt ſacramentum, quod rei eis tractata veritatem Recordabuntur, nec addent aliquid, vel emittent aliud, quam quod memoria renovabit. Sunt itaque Recordamenta eorum, quæ ſiunt in Curia ad requiſitionem unius partis adverſa, altera ſuſtinente, expreſſa recitatione per eos Recordatores, qui præſentes ad hoc, ſuper quo Recordatio requiratur, aſſuerunt. Unde notandum eſt, quod nullus poteſt ad Recordamentum vocari, niſi qui præſens fuerit ad hoc, de quo dicitur Recordatio celebrari, & quod una ab una partium petatur, & ab altera ſuſtineatur. Notandum etiam eſt, quod pars, contra quam Recordamentum petitur, aut illud ſuſtinebit, aut opponet rationem, quare ſuſtinere illud non debeat, vel querela adverſa parti remanebit.

RECORDUM præterea ſignificat actum Curia ita authenticum, ut probationem contrarii non admittat,

mittat. Hoc autem talis Curia actum esse debet, quæ Curia de Recordo, appellatur, ejusmodi sunt regia illa tribunalia apud Westmonasterium, & alia aliquot. Ita Cowellus. Proinde Recordum est definitiva sententia: atque sic definitur à Skenæo ad Regiam Majestatem lib. 3. cap. 24. §. 6. ubi recordum & iudicium synonyma sunt: nam etsi recordum dicatur iudicium supremum, & sententia definitiva, à qua scilicet non appellatur, quod supremi Domini jus est: habent tamen inferiores Curia jus recordi, vel ex gratia & beneficio Principis, vel ex consensu partium litigantium, ut est in Regiam Majest. lib. 3. cap. 23. §. 1. & 3. Quæ quidem Curia Recordationem tenere dicuntur, in Charta Communia Rotomagensis an. 1207. Recordationem quoque tenebant de iis, quæ facta fuerint inter eos, salvo nobis Placito ensis. Assisæ, quæ habent Recordationem, in Charta an. 1218. tom. 6. Spicilegii Acheriani p. 472. Cour de Record, apud Littletonem sect. 175. De Recordo plura diximus ad Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 40.

Denique, ut est in Regiam Majest. lib. 3. cap. 23. §. 5. Recordum habent in Curia Regis minores Curia, de his, quæ in eis facta sunt: quod contingit, quando aliquis Baro habet aliquam causam in Curia sua, unde dubitatio rationabilis oriatur, ita quod Curia sua eam causam determinare non sufficit: tunc enim potest Dominus ipse Curiam suam ponere in Curiam Domini Regis, ita quod de dubitatione ipsa consilium & assensum Curia D. Regis habeat, quid inde de jure fieri debeat. Est igitur hoc casu, inquit idem Skenæus, Recordum Curia, relatio, seu repetitio litis, vel processus deducti in inferiore Curia, facta in Curia superiore.

A Recordis vero inferiorum Curiarum non appellabatur, sed falsari debebat iudicium, uti in voce Falsare iudicium docuimus. Unde Philippus Belomanerius c. 62. ait: En Record n'a point d'appel. RECORDARE suas summationes, in Regiam Majest. lib. 1. cap. 6. §. 4. coram iudicibus scilicet, à quibus approbantur.

RECORDATOR, Recordorum custos. Cowello.

RECORPORARE, RECORPORATIVA CURATIO. Matth. Silvaticus: Recorporativa medicina est, inspissativa, quæ carnem & cutem densat, confortatque membrum, & temperat complexionem, Gr. μετασυγκριτική. Cælius Aurelianus Siccensis lib. 2. Chronicon c. 1. Recorporativam curationem, quam Græci Metasyncriticam vocant, utilem aprobamus in passione constitutis. Idem c. 7. Adhibenda cucurbita Recorporativa, quas Græci Metasyncriticas vocant. Lib. 3. cap. 2. Curatione utemur, quam Recorporativam dicere poterimus, à Græcis Metasyncriticam appellatam. Recorporatio, apud eundem in Præfat. lib. 2. & alibi non semel. Alexander Iatrofophista lib. 2. Passio. Necessè est ergo unum ex tribus agi, aut evacuari humores, aut temperari, aut Recorporari. Ubi Glossa superlinearis habet expelli. Est autem μετασυγκρισίς exiguorum meatuum in naturalem statum mutatio: cum enim Methodici existimarent, ex corpusculis & mentibus corpora nostra constare, & in exiguorum meatuum symmetria sanitatem, in anetria morbos constituerent, reditum ad pristinam meatuum symmetriam μετασυγκρισίω appellabant, quia misceri fecernique corpora volebant: medicamenta vero, quæ id præstarent, μετασυγκριτικά, Latini Recorporativa. Vocem Recorporare usurpat Tertullianus lib. de Anima, & lib. de Resurrect. carnis.

RECORDS, Testis, qui rei gestæ meminit, Gall. Record, in Consuetudinibus municipalibus passim: quas recenset Raguellus in hac voce. Testamen-

tum Johannis Comitis Armeniaci an. 1381. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1514. Ut hujus nostri presentis testamenti sint memores & Recordes, & testes, qui presentes fuerunt adhibiti & vocati, & rogati per dictum dominum testatorem. Testamentum Vandræ uxori, Bernardi Domicelli de Tonaco ann. 1300. è Schedis Marchionis de Flama-rens: Hujusmodi testamenti mei... testes, memores & Recordes. Nostris interdum être Record, idem est quod Memorem esse, meminisse. Præceptum Caroli Johannis Regis Franc. filii primogeniti ann. 1358. apud D. Secousse, tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 243. Nous sommes bien Records, que en May derrenier passé, la greigneur partie ou plusieurs des gens des bonnes villes dudit royaume, lors estans à Compiègne, nous supplierent & requirent, &c. Vide Recordum.

RECOSSA, Idem quod infra Rescussa, Rei ablatae recuperatio, receptio, ereptio, Gall. Recouffe. Regestum Philippi Aug. part. 2. fol. 3. Præterea emendati fecerunt servientes electi, qui istos homines duxerunt ad faciendam Recossam. Vide Recodere & Glossarium Juris Gall. D. de Lauriere in voce Recouffe.

RECOUARE. Matth. Westmonast. an. 1216. Iste sunt terra, quas Rex Joannes amisit, ... qui nihil horum Recouavit usque ad diem mortis sue. Sic utraque editio. Malim recouravit, id est, recuperavit, à Gallico Recouvrer, [vel Recourre: quod nostri dicunt eadem notione. Vide Recodere & Rescussa.]

RECRASTINATIO, Mora, quasi dilatio in crastinum diem. Glossæ Lat. Græc. Recrastinacio, μέλλασις. Aliæ Græc. Lat. μέλλασις, Procrastinacio, Recrastinacio, cunctacio, moramentum. Recrastinationis impatiens, in Vita S. Leonis IX. PP. tom. 2. Aprilis pag. 651. Quidam è Latinis eadem notione dixerunt Recrastinare; hinc in Glossis Lat. Græc. Recrastinare, εἰς αὐριον ἀναβάλλεσθαι, &c.

RECREAMEN, Recreatio, refectio. Johannes Thwroczius in Chronicis Hungar. in Regina Maria cap. 4. pag. 114. Ut artus maris navigatione lassati Recreamine potirentur.

RECREANDUS, RECREANTIA, RECREANTISA, RECREANTUS. Vide in Recredere.

RECREARE, Denuo creare: verbum Latinis notum. Christianis de Christo dicitur, qui homines peccato mortuos ad justitiæ vitam suo sanguine revocavit. Vetus Poëta de S. Babiani Baptismate:

Unanimem alloquitur Recreato corde jugalem.

Id est, renato per baptismum. S. Paulinus Poëm. 21. ad Cytherium v. 465.

Et quos creator opere uno die condidit,
Hos Recreat uno munere.

Sermo ad Sacerdotes ad calcem libri Joh. Abrinc. de Off. Eccl. pag. 474. edit. 1679. Ipsi viderunt in Scripturis opera Domini, quomodo omnia creavit, quomodo homines redimendo Recreavit, &c. Vide infra Creator.

RECREARE, Renovare. Lex un. Codicis Theod. de Vectigal. & commissis: Quo peracto tempore, licitationum jura conductionemque Recreari oportet.

1. RECREATIO, Iterata novaque creatio, in Barthii Glossario ex Histor. Palæst. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 322. Vide Renacio.

2. RECREATIO, Animi relaxatio. Statuta Ordin. Præmonstr. dist. 1. cap. 19. de Minutis: Post refectioem, ubi Priori visum fuerit, commune habebunt colloquium, & ad arbitrium regentis conventum, per tres dies minutionis Recreatio fiat eisdem, &c. [Constitutiones Cluniacenses MSS. Illos autem de conventu nostro Cluniaco, aut extra Cluniacum constituti, si pro

eorum Recreatione & usu in dictis ripariis piscati fuerint, &c.]

¶ RECREATOR, D. N. J. C. qui nos gratia sua regenerat. Honorius III. PP. in Epistola ad Prælatos Hiberniæ, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 877. *Eucharistiam incaute custodiunt & immunde & indevotè contrectant, quasi nec Creatorem timeant vel Recreatorem diligant, aut Judicem omnium expavescant.*

¶ RECREATUS. Vide in *Recredit*.

¶ RECREBITA, f. Silva recrescens postquam cæsa fuit, voce detorta à Gallico *Recroître*, denuo crescere, renasci. Chartularium Matiscon. fol. 79. *Mansum cum pratis, silvis, exartis, Recrebitis.*

¶ RECREDATIO, RECREDENTIA. Vide mox *Recedere*.

RECREDERE SE dicebantur servi, qui cum se servos denegarent, perspecta tandem veritate ultro obnoxiiæ conditionis se esse profitebantur. Formulæ veteres apud Bignonium pag. 196. 1. edit. *Et ipse homo in presenti pro colono ad casam Sancti illius... recognovit & Recredidit.* Vetus Notitia apud Sirmond. *Cognoscentesque rei veritatem, atque comprobationem, statim se Recrediderunt.* Polyptychus S. Remigii Remensis, de servis, qui ingenuos se afferebant: *Missi autem interrogaverunt, si testes contra eos verum dicebant. Ipsi autem videntes cognoscentesque rei veritatem atque comprobationem, statim se Recrediderunt, & per iudicium Scabinorum, quorum hac sunt nomina, ... revadiaverunt servitium multis diebus injuste retentum & neglectum.* [Edita est hæc Charta apud Baluzium tom. 2. Capitular. col. 823.] Vetus Notitia an. 868. apud Perardum in Burgundicis: *Sed ille Dodo minime denegavit, & ad pedes ipsius Moysæ iactavit, atque Recredidit, quod servus erat Domino Karolo Rege de jam dicta vill.* Hac etiam notione vocem hanc usurpare videntur Annales Francor. Bertiniani an. 787. *Tassilo venit per semetipsum, tradens se in manus Domini Regis Caroli in vassaticum, & Recredidit se, in omnibus se peccasse, & mala egisse, denuo renovans sacramenta.*

RECREDERE etiam usurpatur non tam pro reddere, quod est rem præcise restituere, quam pro dare plegium eam restituendi, si ita videatur iudici. Gervasius Abbas Præmonstrat. Epist. 31. *Scitis enim, quod secundum Consuetudines Gallicanas, à quibus ratio non discordat, qui alienum capit, & requisitus, vel non, non reddit præcise, vel per plegium non Recredit, manifestissimus prado, & fere deterior Ruptario reputatur.* Ex quibus licet percipere, cur Scriptores voces has ita conjungant, reddere vel recedere: is enim reddit qui rem restituit: recedit, qui dato vade spondet eam se redditurum. Ivo Carnot. Epist. 275. *Reddet aut Recredet Comitem Nivernensem.* Gaufridus Vindocin. lib. 2. Epist. 30. *Carnotensis Ecclesia boves & oves, vel quacunque Ecclesiarum præda si caperentur, reddi aut Recredi faciebat.* Concilium Copriniacense an. 1262. cap. 1. *Capta, rapta, invasa, ... solvantur vel Recredantur.* Charta Philippi Regis Franciæ ann. 1206. ex Tabulario Ecclesiæ Carnotensis num. 39. *Præpositus Comitum emendabit nobis hoc, quod ipse noluit mulierem reddere vel Recedere, vel sufficientem rationem ostendere, quare eam cepisset.* [Compositio inter Communiam & Canonicos Laudunenses apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 308. *Super Herberto vero, quem ceperunt Major & Communia, nec eum reddere vel Recedere voluerunt Capitulo requirente, & sanguis, vel plaga, vel aliud, pro quo eum retinere deberent, non appareret, &c.* Charta ann. 1217. è Chartulario S. Aviti Aurel. *Licet eundem postmodum moneri fecerimus pluries & re-*

quiri, ut res captas redderet vel saltem Recederet. Aliam adde an. 1231. tom. 2. Histor. Ecclesiæ Meld. pag. 129. &c.] *Sans rendre & sans Recroire,* in Stabilim. S. Ludovici lib. 2. cap. 7. & in Statuto Philippi Pulcri an. 1303. *Recroire & eslargir criminels,* in Consuetud. Hannoniensi cap. 11. Adde Consuetud. Insulensem artic. 116. & Burboniensem art. 103.

¶ Quibus in Consuetudinibus *Recroire & eslargir* idem sonant, scil. è custodia educere, data cautione de stando juri, hacque notione *Recedere* non semel usurpatur. Consuetudo Brageriaci art. 11. *Item, si quis burgensis captus aut arrestatus fuerit pro crimine civiliter agendo, vel alias in causa pecuniaria, & petat se Recredi cum cautionibus de stando juri, statim debet tradi ad Recredentiam cum cautionibus prædictis; & nisi cautiones habeat, aut invenire possit... Recredetur cum juramento præstando per ipsum de comparendo, veniendo & parendo juri, coram dicto Bajulo certis diebus, locis & horis. Et hac tantum sit Recredentia, cum dictus arrestatus bona immobilia possidet, vel tantum de mobilibus quod sufficiat ad satisfaciendum juxta qualitatem debiti vel delicti.* Et art. 15. *Item, si dicta vulnera judicentur immortalia, dictus burgensis tradetur ad Recredentiam vel in commendam, si & pro Bajulo vel iudici cum duobus Consulibus videbitur faciendum, statim cum cautionibus de stando juri.* Tabularium Calense p. 344. *Ipsi ceperunt in dicta justitia de Noisy plures hospites & justitabiles dictarum Religiosarum ac in sua prisonè apud Nulliacum posuerunt, qui tamen Recrediti fuerunt per manum regiam. Per idem iudicium dictum fuit, quod dicta Recredentia cedet ad plenam deliberationem.* Arrestum Parlamenti Paris. an. 1286. tom. 1. Corporis Diplom. Juris gentium pag. 262. col. 2. *Absolutum & condemnatum in casibus in quo erit supersedendum executioni, poterit Senescallus Recedere suo periculo, ita quod possit eum representare ad mandatum Curie & alias.* Edictum Philippi Pulcri Fr. Regis an. 1293. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1256. & 1257. *Item, cum tu quosdam homines de terra Ostrevanni teneas vel teneri facias per Præpositum S. Quintini... dictos homines Recredas usque ad proximum parlamentum, & diem ibidem partibus super hoc assignes ad diem tue baillivia parlamenti prædicti.* Consuetudines Augustæ Ausciorum MSS. an. 1301. art. 8. *Item, si aliquis postus fuerit per Bajulum vel Consules in carcere, & non fecerit tale quid, propter quod corporali pena debeat puniri, cum cautionibus Recredatur.* Adde Litteras Caroli Regis Franciæ ann. 1325. *Quibus se facturum promittit quatenus Recredentia fiat, per Guigonem Dalphinum, Roberti de Burgundia in carcere ejus constituti, tom. 2. Histor. Dalphin. p. 206. col. 2. ubi non semel occurrit vox Recredentia hac notione. Recredentia de corpore & bonis, in Chartulario Turenæ ann. 1334. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 189.*

¶ RECREDERE DE MURO, Eadem notione. Philippus Limborch. lib. Sentent. Inquisit. Tolos. pag. 2. *Post quas confessiones fuit bis Recreditus de muro cum fide-jussoriis cautionibus.*

¶ Interdum *Recedere* non est tantum Spondere, vade dato, se redditurum pignora, sed ipsas res ablatas revera Reddere est, ut *Recredentia*, earumdem rerum restitutio; sicque verbum *Recroire* interpretantur viri docti. Litteræ Legati Rom. an. 1228. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1226. *Cum Ludovicus Rex Francorum illustris bona temporaria venerabilis Patris Th. Archiep. Rothomag. saisiri fecisset... bona prædicta procuratoribus dicti Archiepiscopi, nomine ipsius Archiepiscopi, in presentia nostra*

Recredidit; ita quod ex hac *Recredentia* nullum jus, nec aliquod damnum vel præjudicium Regi prædicto, nec Archiepiscopo vel Ecclesie Rothomagensi generetur. Litteræ an. 1275. apud D. Secousse tom. 3. Ordinatio. Reg. pag. 64. art. 19. *Præcipimus*, quod dicti burgenfes (Lemovicenses) concedant dictis debitoribus terminos antedictos, nec interim propter hec debita, possint aliquem de dictis debitoribus molestare, pro quibus si habent homines vel equos vel obsides, præcipimus quod dimittant, si pignora, præcipimus quod *Recredant* & quascumque compulsiones faciebant aut fecerant pro prædictis, revocent & faciant revocari usque ad terminos antedictos. Litteræ Philippi III. Franc. Regis ann. 1277. ibid. pag. 66. eundem articulum modificantes habent: *Circa articulum de debitis, que prædictis burgenfibus & hominibus castri Lemovicensis debentur ab illis de Axia & aliis de Vice-comitatu Lemovicensi, pignoribus obligatis eisdem vel obsidibus datis, id addimus quod equi & obsides sub Recredentia dimittantur, & alia pignora inanimata & non se moventia Recredentur.* Ubi videtur addenda esse particula non ante *Recredentur*, ut sit modificatio prioris articuli, hancque particulam supposuit Cl. Editor, cum hæc verba summatim reddidit: *Les habitans rendront à leurs debiteurs les chevaux & les ostages que ceux cy leur ont donnez, mais ils garderont les gages.* Regestum magnorum dierum Trecentium ad ann. 1289. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feudorum pag. 858. *Contra dictum Militem dictus Comes Parisius adjornetur, causam & rationes, si quas habuerit, allegaturus; & quod bona & catella dicti Militis Recredantur, si de iisdem sit Recredentia facienda.* Vide Raguellum, seu Glossarium Juris Gallici D. de Lauriere in voce *Recroire*.

RECRESENTIA, Vox practitorum nostrorum, *Recreance*, In integrum restitutio, missio in possessionem, quæ alicui jure debetur, adeo ut res ipsa ei dato vade reddatur & restituatur, interim maxime dum lis intentata finiatur. [Idem fere quod apud Romanos *Vindiciæ*, de quibus hæc habet Afconius ad Verrinam 3: *Lis vindiciarum est, cum possessio rei controversa alicui tribuitur à Pratore usque ad finem judicii, & quamdiu incertum est, quis debeat esse possessor, & ideo qui rem tenet, satisfacit adversario, nihil se in possessione deterius facturum, de qua jurgium est.* Differunt *Vindiciæ* à *Recredentiis*, quod illæ locum dumtaxat haberent in possessione fiduciaria rerum controversarum: hæc vero locum habeant in quibuscumque rebus ablatis vel detentis, quarum restitutio & iterata possessio *Recredentia* vocitur. Regestum magnorum dierum Trecentium ad an. 1289. apud D. Brussel de Usu feudorum pag. 921. *Mandatum est per Curiam Campanie, quia Tresdecim (Justitiatores) Viridunenses voluerunt & consenserunt quod Recredentia (bonorum) mobilium & immobilium Pastourella fieret per manum Ballivi (de Vitriaco), ita tamen quod ista Pastourella debet assecurare per manum dicti Ballivi de dicta Recredentia; (sed cum) dicta Pastourella dictam assecurationem facere seu tradere non posset, dictus Ballivus ad bona Pastourella manum teneret, & de dictis bonis pro vita sua necessariis & pro causa sua prosequenda (eidem) administraret.* Charta Ludovici X. Regis Fr. an. 1314. è Chartulario Latiniaci: *Et dictis Religiosis de præfatis bonis sic captis & arrestatis facta Recredentia, &c.* Alia ejusdem Regis ann. 1315. ibidem: *Factaque per eandem manum (Regis) Recredentia, ubi rationabiliter faciendæ fuerit, partes ipsas ad dies nostros Trecentes proxime venturos remittas.*] Statutum Philippi Pulcri pro reformatione regni cap. 14. *Et si contingere-*

Tom. V.

ret, quod emergeret questio, eo quod scilicet gentes nostra requirerent aliquem tanquam burgesium nostrum, quem aliquis Prelatus vel Baro, aut quisvis alius nobis subiectus, dicerent esse hominem aut justitabilem suum, . . . negantes ipsum esse burgesium nostrum, *Recredentia* sit super ea, per eum, qui illum tenet, si ita sit, quod in casu *Recredentia* teneatur. Scribit Bellomanerius MS. cap. 58. *Qu'il n'appartient qu'aux Barons à ordonner Recreance en fait de gages de batailles, & si le Seigneur inferieur avoit donné Recreance, & l'appellé se fat sauvé, il perdroit sa justice, & ne servoit de rien qu'il eut recen pleiges, car li pleiges ne peut pas recevoir mort par lor pleigerie.* Vide Concil. Nannetense ann. 1264. cap. 9. [Præceptum Philippi VI. Fr. Regis an. 1347. tom. 2. Ordinatio. Reg. p. 267. Litteras Johannis Comitis Pictav. an. 1333. tom. 3. earundem Ordinatio. pag. 240. alias Johannis Franc. Regis an. 1354. ibid. p. 153. alias Caroli ejusd. Johannis primogeniti ibid. p. 319. Regestum Parlamenti an. 1379. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 166. Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. cap. 5. *Se aucuns demande à avoir Recreance d'aucune chose, il doit mettre pleiges de la Recreance; car Recreance ne siet mie sans pleiges, selon l'usage de cort laie: mais nus ne doit fere Recreance de chose, ou il i ait peril de vie ou de membre, ne là où il a point de sanc.* Id est locum non habet *Recredentia*, ubi sanguis effunditur. Vide de Lauriere in hunc locum. Adde Lobinelli Gloss. to. 3. Hist. Paris.]

RECREDATIO, Eadem notione. Chartularium S. Vincentii Cenomanens. fol. 133. *Hamelinus de Roorta dilectis suis Reginaldo Cordebof & Guillelmo Lochet salutem. Ex parte domini Senescalli Andegavensis vobis mando, quatinus . . . eatis apud Dangolium seiscire domum & terram domini Roberti de Dangolio, & in eadem domo bonos custodes ponatis, & nullam omnino Recredationem inde faciatis.*

RECREANCE hodie ad res beneficiales restringi solet, cum nempe duo pluresve competitores idem beneficium ambiunt, uniusque illorum possessio tribuitur à iudicibus Sententiâ provisoriam, donec decretoria accedat, lite finita. Hanc Sententiam provisoriam, illamve possessionem fiduciarium *Recreance* vocant, eaque notione *Recredentia* dicitur à recentioribus. Bulla Pauli III. PP. ann. 1537. de secularizatione Monasterii Vezeliacensis inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 118. *Illi quibus de iisdem dignitatibus, & personatibus sive officiis, canonicatibus & præbendis ac capellanis provideri contingerit, donec sint pacifici possessores, vel aliquis colligantium super illis sententiam, Recredentiam nuncupatam, desuper reportaverit, nullos fructus ex eis percipere valeant.* Menotus Sermon. fol. 89. vº. *Multis sunt qui longo tempore & multis expensis litigaverunt unum Beneficium in Parlamento, qui postea putabant se esse securos, quia habuerant Recredentiam decretam per iudices Parlamenti, nonobstante iniquo jure, quod eis adjudicatum erat.* Occurrit alibi.

RECREDERE SE præterea dicebatur, qui in duello seu monomachia à iudice indicta victum se profitebatur, & hosti sese reddebat, quæ vis est vocis *recredere*. Baldricus Noviomensis lib. 3. cap. 57. *Campum contra eum accepit, unde se Recredidit, & legaliter fiet, dum suum adjudicatus perdidit, &c.* Ejusmodi autem qui sese hosti tradebant

RECREREDITI vulgo, vel *Recreanti* appellati, qui quidem inter infames habebantur, adeo ut maximo probro haberetur objecta *Recrediti* contumelia. Charta Communiæ Ambianensis ann. 1209. *Qui juratum suum Recreditum, traditorem, Vuillos,*

Ffffij

id est Coap appellaverit, 20. sol. persolvat. Apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 85. *Ricreduto & traditore.* Lib. 8. cap. 30. *E quasi come gente Ricreduta feciono à Genovesi ogni patio, che vollono. Chevalier Recreou,* pro ignavo, apud Joinvillam pag. 38. Quod quidem probrosum adeo censuit vocabulum, ut illud describere noluerit Ranulfus de Glanvilla lib. 2. cap. 7. *Est autem Magna Assisaregale quoddam beneficium, . . . quo vita hominum & status integritati tam salubriter consulitur, ut in jure quod quis in libero tenemento possidet, retinendo duelli casum declinare possunt homines ambiguum, ac per hoc contingit insperata ac prematura mortis ultimum evadere supplicium, vel saltem perennis infamiae opprobrium, illius infesti & inverecundi verbi, quod in ore victi turpiter (f. turpitudinis) sonat consecutivum.* Verbum autem probrosum descripsit Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 34. §. 2. *Non sufficit, quod appellatus cognoscat fuisse socium suum vel latronem, vel aliquid simile ad Recreantiam, nisi dicat verbum illud odiosum, quod Recreantus sit.* Quo loco Fleta lib. 1. cap. 38. §. 18. pro *recreantiam*, habet *recreantisam*. Est igitur *Recreantus* idem quod *Recreditus*, ex Gallico *Recreant*, pro *Recreu*. In Assisiis Hierosolymitanis, qui in arenam descendebat duello dimicaturus, ita iudicem alloquebatur: *Je suis prest de le prouver de mon corps contre le sien, & le rendrai mort, où Recreant en une oure dou jour, & veez ci mon gage, &c.* Eadem Assisæ cap. 190. *Se un home qui a sé, qui soit connu à vil, Recreant, coiart, ou que il soit bossu, &c.* Le Roman de Paris la Duchesse MS.

*Quant il sera demain tot adobez el prez,
Il se lairra cheoir à terre de son grez,
Recreant se fera, veiant tot le Barné.*

Le Roman de Roncevaux MS.

Tant que l'aurai & mort & Recreant.

Le Roman d'Amile & d'Ami MS.

Tant que li uns en sera Recreans.

[Le Roman de la Guerre de Troyes MS.

Vil Recreant à tosjors mes

En serez tenu & mauvez . . .

Hé! Recreant, failli & feus,

Qu'il vergoigne tu dois avoir.

Le Roman d'Athis MS.

A tous les miens honte feroye;

Pire que Recreant feroye,

Se le prenoie en tel maniere.]

Le Miroir de Justices, de Ælfrédo Rege: *Il pendist Erkinwald pur ceo, que il pendist Franklin, pur nul autre desert, mais pur ceo, que il enseigna à celui, que il vainquist per bataille mortelle, à dire que la mott de Cravante.* Id est verbum *Recreant*. Statuta MSS. Caroli I. Regis Siciliae cap. 136. ubi de Campionibus: *Ou se il se peut mieus défendre, ou qu'il ne deust avoir mis avant tantost la vois de Recreant.*

Est igitur *estre recreant* idem, quod *dimicando descere*. Ditmarus l. 3. de quodam duello: *Vulneratusque in cervicem hic Waldo, ardentius insequitur hostem, percutiensque ictu valido caput, prostravit eundem.* Interrogatus autem Gero Comes ab eodem, si plus potuisset pugnare, coactus est, quod jam defecisset, profiteri. . . . Tunc Gero jussus decreto iudicum ac voce Imperatoris à carnifice quodam decollari. Atque inde Equos *Recreatos* dixit Fleta lib. 2. cap. 2. lassos, fatigatos, quos Villiomarus, seu Josephus Scaliger in Titium lib. 8. cap. 20. *Recreditos* appellavit, quasi, inquit, *recruduerint*, qua in re falli virum doctissimum ex præallatis satis constat. [Memorantur etiam *Recreantisommarii*, in Litteris S. Ludovici an. 1262. *Equi, palefredi & alii Recreandi*,

in Litteris Philippi Pulcri ann. 1299. *Equi, palefredi & alii Recreanti*, in Litteris Philippi V. ann. 1316. quos etiam *Recreants* vocarunt nostri. Le Roman de Vacce MS.

*Cheval out bon & bien courant,
Mez de corre le haste tant,
Que il la fait tout Recreant.]*

Christina Pisana in præfat. ad lib. *le Tresor de la Cité des Dames: Non mie à toi appartient estre au nombre d'iceulx qui en la voie & au chemin sont trouvez Recreans.* Infra: *Or sus baille ta main, dresse-toy, & plus ne soies accrouppiene souillée en la pouldriere de Recreantise.* Joan. Molinetus fol. 57. v.

Resveillez-vous sans estre Recrandis.

Vide Columberium in Theatro honoris tom. 1. pag. 110. & Notas nostras ad Joinvillam, & ad Stabilimenta S. Ludovici.

RECREUTA, Idem quod *Recredentia*. Charta ann. 1180. apud Georgium Pilonum in Histor. Bellunensi pag. 90. v°. *Et non debeant jam dicta persona pacem, nec trevam, nec werram, nec Recredutam sine commune Conegliani facere.* Alia ann. 1220. in eadem Hist. Bellunensi pag. 111. v. *Et non facient pacem vel treugam, seu veram, Recredutam inimicis civitatis Tarvisi sine verbo Potestatis vel Consulium, &c.* [Charta ann. 1212. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 400. *Ex quo guerra incepta fuerit, Commune Cremona postea non faciet de ea pacem, sive guerram, Recredutam, aut treugam, sine parabola Rectorum Papiensium.* Semel recurrit ibi. Instrumentum ann. 1265. tom. 1. Corporis Diplom. Juris gentium pag. 222. col. 2. *Communie non facient pacem vel treugam, vel guerram, Recreduram cum inimicis dicti domini Regis.* Emendo *Recredutam*, ut ibidem legitur pag. 123. col. 1. *Non faciet ipse dominus Rex. . . . pacem vel treugam, vel guerram, Recredutam cum inimicis presentibus.]*

¶ RECREMARE. Glossæ Lat. Gr. *Recremo*, καίωμα. *Recremandum*, ἐκραιών. Alia Græc. Lat. *Καίωμα*, ardeo, conflagro, *Recremo*, flagrum. Redundat flagrum. Et alibi: *Εκραιών*, *Recremandum*.

¶ RECREMENTUM, Excretum, Columellæ, Gallicis Criblure. Gloss. Lat. Græc. *Recrementum*, Σβίασμα, ἀποτρίμμα. Glossæ Græc. Lat. *Σβίασμα*, ἡ σβίασμα τοῦ σίτου, *Detrimentum*, *Recrementum*, *Retrimentum*, *Intertrimentum*.

¶ RECREUVA, Militum supplementum, legionum appendices, Gall. *Recrue*. Edictum Johannis Franc. Regis ann. 1363. apud D. *Secouffe* tom. 3. Ordinat. p. 622. *Capitaneus Recreuvras gentium armorum facere (valeat) vel eas cassare, si & quando eidem fuerit, de & cum consilio consiliariorum super presenti provisione ordinandorum.*

RECRIMINATIO, cum litigatores idem crimen invicem intentant, Græcis, ἀνικατηγορία, nam apud Latinos proprio caret nomine, ait Fabius lib. 3. c. 12. Utuntur non semel practici, [legiturque l. 9. Cod. Theod. tit. 1. de Accusat. leg. 12.]

¶ RECRISSARE de Anatum clamore supra dicitur in voce *Baulare*.

¶ RECTA, nude, Idem quod *Recta vestis, quam, ut habet Isidorus lib. 19. Orig. cap. 22. sursum versus stantesque texunt*: quo nimirum opere, ut explicat Carolus de Aquino in Lexico Militari, trama semper pectine ad superiorem partem ducebatur & trudebatur; quod vocabant *sursum versus* vel in altitudinem texere. Vopiscus in Aureliano Imper. *Primus paragaudas vestes militibus dedisse dicitur, cum ante nonnisi Rectas purpureas accepissent, hoc est Rectas tunicas rubras.* Vide ibi *Salmasium*.

RECTARE, In jus vocare. Vide *Rectum*.

RECTICINIUM. Messianus Presbyter in Vita S. Cæsarii Arelat. Nam illud dulcissimum & sanctissimum Recticinium, quis verbis unquam valebit explicare? Mox: Domine, quid tu dicis? quibus ille, Expectate, inquit, ad mensam multum dicendo lassastis, & huc usque non racuistis, jam paululum reficite, & adjecit: Bene dicitis sed quia cœnam expeditimus, Recticinium (sic) facturi sumus, &c. Aliud videtur à recta cœna Latinorum, quos ita Cœnam lautam appellasse observat Turnebus lib. 18. Adversar. c. 11. hic enim Recticinium videtur dici colloquium, quod post cœnam inter convivas peragitur. Eruditus Mabillonius *Recinium* edidit, ut sit merenda, & nostrum *Reciner*, seu postmeridiana refectio.

Hæc comestio, quod sit dimidiata solum, alia parte in cœnam rejecta, *Recinium* dicta est, si credimus eidem Mabillonio to. 1. SS. Benedict. pag. 675. à veste seu toga quadrata, quam antiqui *Recinium* vocabant, quasi *Resicinium*, quod mediam ejus partem in tergum rejicerent. Verum alii melius, ut mihi videtur, à *Ratio* deducunt, quæ vox, ut supra dictum est, aliquando significat Ratam portionem rerum ad victum necessariorum: quam opinionem confirmant antiquæ voces *Retion*, *Merenda*, & *Retionner*, Merendam sumere. De variis comestionibus hæc lepide scribit *Rabelais*: *Vous dites qu'il n'est Déjeuner que d'escoliers; Disner que d'avocats; Resner que de vigneron; Souper que de marchands; Regoubillonner que de chambrières; & tous repas que de farfadets.*

RECTIFACERE, Rectum facere. Gloss. Lat. Græc. *Rectifacio*, ἐρθρομῶ. Gloss. Græc. Lat. *Oρθρομῶ*, *Rectifacio*, recte tracto. Pro ἐρθρομῶ, quod proprie significat Divido, in rectum seco: mallem ἐρθῶ, quod est rectum facio.

1. RECTIFICARE, Instaurare, in pristinum vel meliorem statum erigere. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1269. apud Murator. tom. 8. col. 1129. *Ducentum milites de Montanea cum militibus & peditibus de episcopatu Mutina iverunt in Fregnanum ... occasione Rectificandi castram unum in servitio de Seraphinellis de eadem contrata Fregnani.* Chronicon Modoetiense apud eund. Murator. to. 12. col. 1142. *Terram Modocia, qua propter guerram de suo bono statu erat quasi ad nihilum redacta, cito fortiter Rectificavit.* Iterum legitur ibi.

2. RECTIFICARE, Rectum declarare, ratum habere, *Approuver*, vertit Lobinellus. Testamentum Gaufridi de Plesseio an. 1332. tom. 3. Hist. Paris. pag. 393. col. 1. *Donationem per me, ut premititur, primo factam eisdem magistris & scholaribus de domibus ... hac mea ordinatione presentis, quam pro ultima voluntate esse volo, Rectifico & approbo & confirmo.* Nostris *Rectifier* idem est quod Emendare, corrigere: quod forte posset etiam hic intelligi, licet prior interpretatio toti loco melius cohærere videatur.

RECTITAS, *Justitia, æquitas & veritas.* Gl. Isid. RECTITUDO, Idem quod *Rectum*, jus, quod quis in rem aliquam habet. Consuetudo Lorriaci ann. 1187. *Nullus cum aliquo placitabit, nisi causa Rectitudinis exequenda & recipienda.* Tabularium Flavinianense ann. 1002. *Prædicto Comiti fecerunt sacramentum, quod nullam aliquis præter Monachos S. Petri in salvamento eodem haberet Rectitudinem.* [Charta an. 1087. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Narbon. num. 2. *Salva reverentia & canonica obedientia S. Justi Archiepiscopi & clericorum ejus & Rectitudine ecclesie S. Pauli.* Charta ann. 1090. inter

Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 471. *Cuique volenti licebit, quod in eisdem ecclesis suum est, proprium donare soli S. Ypolito martyri: quo audito Gaufridus hoc idem facere concessit hominibus suis, videlicet ut de rebus omnibus, quascumque ab eo feodaliter tenere videntur, tribuant suam Rectitudinem præfato Martyri, si eis placuerit.* Rotulus sæculi XII. ex Archivo Casæ-Dei: *Bertrandus Stephano præcipio & filio ipsi, ut dimicet & praliatur Rectitudinem S. Rotberti, id est, jura defendat. Dimiserunt Rectitudinem quam habebant in eodem loco & in silva, apud Stephanotium in Antiq. Petragor. MSS. pag. 173. Passim occurrit.]*

RECTITUDO, Jus, *Rectum*, quomodo quis *rectum* facere dicitur, cum juri stat. Chronicon Maurinacense lib. 2. pag. 363. *Rursus ad Rectitudinem Monachi revocantur, & quod aliquibus novum fuit, quatenus ad caput cause rediretur, judicatum est.* Simeon Dunelmensis de Gestis Regum Anglor. an. 1093. *Insuper etiam illum, & secundum judicium tantum bonorum suorum in Curia sua Rectitudinem ei faceret, constringere voluit.* [Chartularium Dunense Ch. 93. *Misit ad Gaufridum vicecomitem, mandans ei, ut sibi Rectitudinem de famulis suis faceret, qui archam illam in alodio S. Marini fregerant.* Charta ann. circiter 1132. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britann. col. 238. *Et quia hanc terram Abbatissa calumniata fuit, dedit ei Riwallonus obsides, ut ante G. Comitem Redonis instituto termino teneret Rectitudinem, hoc est, juri staret huic calumnie responsurus.*] Ordericus Vitalis lib. 8. *Tene Rectitudinem nobis, & nos tuis obtemperabimus jussis.* Eodem lib. *De contumaci adolescente legitimam Rectitudinem tenuit.* Lib. 9. *Nisi Rectitudinem eis fecerimus.* Adde lib. 11. pag. 806. 818. lib. 12. pag. 860. 863. 867. S. Anselmum lib. 3. Epist. 24. Bromptonum pag. 836. Probat. Hist. Vergiacensis pag. 43. [Librum nigrum Scaccarii p. 11. Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 84.] &c.

PER DENARIUM RECTITUDINEM FACERE. Charta Berneri Decani Parisiensis, apud Heme-ræum de Academia Paris. *Pro forefacto, quod de domo prædicta inscienter jusserat, per denarium, quem in manu sua tenebat, Rectitudinem ante ipsum altare fecit, &c.*

RECTITUDO, Rectus usus, æqua consuetudo. Adnuntiatio Ludovici Regis cap. 5. post titulum 31. Capitularium Caroli Calvi: *Et volumus, ut vos & ceteri homines fideles nostri talem legem & Rectitudinem & tale salvamentum in regnis nostris habeatis, sicut antecessores vestri tempore antecessorum nostrorum habuerunt. Mox habetur: Sicut tempore antecessorum nostrorum lex & Consuetudo fuit.*

RECTITUDO, Tributum, præstatio, Gallis *Droiture*. Charta an. 950. apud Meurissium in Episcopis Metensib. p. 137. *Una cum ... vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, Rectitudine pontis super fluvium Murisiti, aquarumque decursibus, &c.* Leges Edwardi Confess. cap. 30. *Nec ob securitatem pacis adeptam detineant Rectitudines, vel servitia dominorum suorum.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 6. *Si quis Dei Rectitudines per vim desorciat, emendet, &c.* Et cap. 11. *Si quis Dei Rectitudines per vim teneat, &c.* Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 12. §. 3. *Mercatores autem sive per terram, sive per aquam venientes, Rectitudinem Regis, Regi per ministros suos plenarie reddant.*

RECTOLLERE. Vide infra *Retollere*.

1. RECTOR. *Rectores Ecclesiarum, Prælati, Episcopi, Abbates, parochiarum Presbyteri, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 42. tit. 10. §. 4. in Capitula-*

ribus Caroli Mag. lib. 3. tit. 75. &c. Maxime *Rektor Ecclesie* dicitur, qui vulgo *Curio*, seu *Curatus*, ut in Charta Alaman. 43. apud Goldastum, [& alibi sæpissime, præsertim apud Aremoricos, qui hodieque *Recteurs* vocant, quos nos *Curez* nuncupamus; *Curez* autem appellant ipsi, quos alii *Vicaires* dicunt, nempe Curionum vicarios. Vide Lobinelli Glossarium ad calcem Historiæ Britan. Burdigalenses *Recteurs* etiam vocant Curiones.] Concilium Londin. ann. 1237. *De residentia in Ecclesiis à Rectoribus facienda videtur nobis consulendum facto potius, quam statuto.* [Synodus Valentina ann. 1590. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 458. *Rectores eorumque Vicarii, qui Baptismi sacramentum in suis Ecclesiis conferunt, teneantur propria sua manu in Baptismi libro illorum nomina, qui baptizantur, describere.*] Hinc

RECTORIA, Dignitas Curionis, vel Ecclesia parochialis, [in Statutis Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. & Tutel. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 729. in Statutis Eccles. Nemauf. ibid. col. 1065. apud Thomam *Madox* Formul. Anglic. pag. 70. & 71. Rymerum tom. 14. pag. 265. col. 2. & tom. 15. pag. 180. col. 1. in Constitutionibus Eccl. Valentinae tom. 4. Concil. Hispan. pag. 192 & alibi.]

¶ **RECTORATUS**, Eadem notione. Synodus Valentina ann. 1590. tom. 4. Concil. Hispan. p. 458. *Quando... aliquis noviter converforum Rector, vel ejus Vicarius, in alia Ecclesia extra Rectoratus sui Ecclesiam, ut Beneficiatus vel substitutus resederit, ieritque ad Rectoratus sui Ecclesiam, ad suum Rectoris vel Vicarii peragendum officium, volumus ne ejus absentia causa ad eos actus in Ecclesia, in qua beneficium obtinet vel substitutus est, punctum amittat, quibus alioqui presens in illa fuisset.*

2. **RECTOR**. *Rectores Apostolici Patrimorii*, dicti ii ex ordine Clericali, qui à summis Pontificibus subinde in Provincias & Regna mittebantur, qui S. Romanæ Ecclesiæ Patrimonium curarent, id est *massas & familias Ecclesiasticas*, de quibus agit Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 17. lib. 12. Epist. 12. 30. Censuræ & *Denarios S. Petri* exigerent, & Romam transmitterent, apud eumd. Gregorium M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 32. lib. 5. Epist. 5. 53. & aliis locis: quod fuit etiam *Defensorum* munus. Vide Gesta Innocentii III. PP. pag. 137. & Diurnum Romanum cap. 6. tit. 4. 5. 6.

¶ **RECTORIA**, Munus Rectoris ejusmodi. Appendix ad Agnelli Pontificale de Patrocinio Archiep. Ravenn. apud Murator. tom. 2. pag. 211. col. 1. *Pro Ecclesia Romana in Romandiola Rector fuit, quæ Rectoria vulgariter Comes Romandiola nominatur, & diu in dicta Rectoria stetit.* Mox occurrit ibi.

3. **RECTOR**, Dignitas in Imperio CP. apud Luithprandum lib. 3. cap. 7. Constantinum Porphyrogen. de Administr. Imper. p. 199. Scylitzem pag. 607. 781. Zonaram pag. 48. &c. Vide Notas ad Alexiadem pag. 233. & Glossarium mediæ Græcitatæ in *Éainlop*.

¶ 4. **RECTOR**, in Prologo Pactus Legis Salicæ, Idem qui Dux Comesve, sive provinciæ Rector, aut Judex: *Dictaverunt Salicam Legem Proceres ipsius gentis, qui tunc temporis apud eandem erant Rectores.*

¶ 5. **RECTOR**, Præses in Academiis, Gall. *Recteur*. Quolibet trimestri eligitur in Academia Parisiensi; unde quatuor *Rectoria* memorantur à Roberto Goulet in Compendio jurium hujus Universitatis fol. 5. *Rectoria S. Dionysii, Nativitatis Domini, Pascha & S. Johannis Baptista. Rector studii*, dicitur in Bulla Alexandri VI. PP. to. 3. Concil. Hispan. p. 691.

¶ **RECTORIATUS**, Dignitas Rectoris in Academiis, Gallice *Rektorat*, apud Robertum Goulet in Compendio jurium Universitatis Paris. fol. 3. verso, &c.

¶ 6. **RECTOR**, Jesuitis dicitur Superior domorum, quas *Collegia* vocant vel *Seminaria*: iis autem *Collegia* sunt domus in quibus extraneos, *Seminaria* vero, in quibus suos duntaxat sodales docent. Plures aliæ sunt monachorum, pauperum, ægrotorum atque peregrinorum domus, in quibus præses etiam *Rector* appellatur; sed eas omnes & singulas enumerare operosius esset quam utilius.

¶ 7. **RECTOR**, Titulus honoris apud Venetos, qui tribuitur *Potestati & Capitaneo armorum*. Massiliensibus *Rector* dicebatur Præses, cujus erat Civitatem regere, gubernare, defendere & salvare, ut habetur in Statutis ejusdem Civitatis cap. 1. ubi singula Rectoris munia fusius exponuntur. Regimina Paduæ ad ann. 1293. apud Murator. tom. 8. col. 387. *Per Commune Padua fuit statutum, quod omnes Potestates & Rectores venturi ad regimen Padua tantum per sex menses in ipso regimine debeant permanere.* In uno MS. legitur *Pratores*. Latinis noti sunt provinciarum atque civitatum *Rectores*, seu Præsides sive Gubernatores. Hinc

RECTORATICUM, Munus & officium Rectoris urbis: apud Falconem Beneventanum in Chr. pag. 190.

¶ **RECTORATUS**, Munus Rectoris provinciæ, in Literis Clementis VII. Papæ ann. 1382. to. 10. Spicil. Acher. pag. 224.

¶ **RECTORIA**, Dignitas Rectoris provinciæ vel urbis, in Epistola Urbani IV. PP. ann. 1263. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 10. & in Excommunicatione Petri III. Regis Aragon. an. 1282. to. 3. Concil. Hispan. pag. 530. col. 1. Vossius lib. 3. de Vitiis serm. cap. 41. regimen generatim exponit in hoc Chartæ Philippi Franc. Regis loco pag. 158. *In qua quidem nostra curia Parlamenti, omnes & universa curia seneschaliarum, balliviarum, Rectoriarum, vicariatuum, judicaturarum, &c.*

¶ **RECTOR CHORI**, Cantor. Breviarium Sarisbur. ann. 1555. asservatum in Parthenone Benedictinarum Angl. Pontifæræ: *Rectores chori, scilicet duo de superiori gradu, & duo de secunda forma, incipient Missam.* Vide *Cantores*.

¶ **RECTOR MERCATORUM**, Qui præest mercatoribus & cum eorum consulibus judicat de rebus ad mercaturam pertinentibus. Privilegia mercatoribus Nemaufi concessa per Philippum Franc. Regem an. 1277. apud D. *Secousse* tom. 4. Ordinat. Reg. p. 671. art. 9. *Licebit mercatoribus dicte universitatis sibi presicere & habere capitaneum seu Rettozem & consules in dicta civitate Nemaufi & tota senescallia nostra Bellicadri, sicut habent in vundinis Campania.*

¶ **RECTORES SCRINIORUM**, Idem qui *Primicerii scriniorum*, lib. 6. Codicis Theod. tit. 30. de Palatinis sacr. larg. leg. 15.

¶ **RECTOR VILLÆ**, apud Thomam *Madox* Formul. Anglic. p. 8. Idem qui *Major*, de quo supra.

¶ **RECTORATICUM**, **RECTORATUS**, **RECTORIA**, **RECTORIATUS**. Vide *Rector* 1. 2. 3. & 7.

RECTORIUM, Carcer *Rectoris*, seu judicis. Joannes VIII. PP. Epist. 303. *Etiam & illas mulieres, quas nunc in sua mansione collectas detinet, in nostro Rectorio retinere jubemus usque ad nostram notitiam.*

RECTUM, Jus, Gallice *Droit*, Germanis & Belgis *Recht*, Danis *Roett*, Jus, quod quis in rem aliquam habet. Eadmerus lib. De Similitudin. S. Anselmi cap. 74. *Improbis placitator, licet non habeat*

Rectum, tamen propter improbitatem suam veniens ad placitum, hoc, quod est iniustum, iustum; &, quod est iustum, vult ostendere iniustum. Tabularium Celliniacense: *Id circa cedimus ... & unum dimidium campum, & medium decimum de Codoin, & omne Rectum & sinistrum, quod requirebamus in ea, &c.* Tabular. Abb. Belliloci num. 32. *Dono & absolvo illud Rectum, sive illam rationem, quam in Ecclesia S. Steph. ... possideo.* Fleta lib. 6. cap. 1. §. 1. *Quod in iure scripto jus appellatur, id in lege Angliæ Rectum esse dicitur.* Hinc variæ formulæ apud Practicos, & in veteribus Tabulis.

¶ **RECTUM CONSENTIRE** alicui, Ut jus & æquitas dictant cum aliquo agere. Adnuntiatio Caroli Calvi in Conventu apud Argentoratum an. 847. art. 4. *Et volumus ut sciatis quia nos fidelibus nostris Rectum consentire volumus, & contra rationem eis facere non volumus: & similiter vos & fideles nostros admonemus, ut vos vestris hominibus Rectum consentiatis, & contra rationem illis non faciatis.*

RECTUM FACERE, Gallis, *Faire droit*, Juri stare. Charta an. 1176. in Tabul. Eccl. Carnotensis n. 92. *Satisfactionem illam, quam jus vel Rectum facere vulgariter appellant, Capitulo præstarent.* Vide Leges Edwardi Confess. cap. 18. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 49. Baldricum Noviomensem lib. 3. cap. 75. Vitam Lietberti Episcopi Camerac. cap. 54. veteres Chartas apud Beslium in Comitib. Pictav. pag. 496. Marcam in Hist. Beneharnensi lib. 4. cap. 8. n. 1. *Plenarium rectum facere*, apud Ordericum Vitalem lib. 8. pag. 715. *Facere plenum Rectum coram iudice*, in Legibus Burgorum Scotticor. cap. 61. §. 1. *Plenarium jus facere*, ibid. §. 3. *Manu super altare imposta Rectum facere*, in Chronico Besuensi pag. 682. [Vetus Charta Nobiliacensis apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 577. *Misit ei Abba convenientiam, ut qualiter omne Rectum faceret ei ex omnibus quacumque voluisset, quod iudices veridici iudicassent.* Ibid. p. 578. *Super hac omnia fecit eis Abbas omnes Rectos quoscumque requisierunt; ipsi vero duo fratres nullum Rectum ei fecerunt, sed perrexerunt sine ullo respectu, quod Abbas eis dedisset, & avunculus eorum Arbertus Truant multum eis blasphemavit, quod ita sine respectu ullo, quod Abbas eis dedisset, pergebant.* Charta vetus apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 241. *Monachi ... Guigonem adierunt rogantes ut eis Rectum de Judiciali Petit faceretur.*]

STARE AD RECTUM, pro *Stare juri*, Practicis nostris, *Ester à droit.* Rogerus Hovedenus pag. 655. *Si plebgius standi ad Rectum invenire possunt.*

¶ **RECTO STARE**, Eodem significato. Charta Edwardi II. Regis Angl. an. 1323. apud Rymer. to. 3. pag. 1012. col. 1. *Ita tamen quod stent Recto in curia nostra, si quis alius versus eos loqui voluerit de premissis.* Eadem habentur in Charta Henrici IV. an. 1408. apud eundem Rymer. tom. 8. pag. 527. col. 2.

ESSE AD RECTUM in Curia Domini, Eadem notione, in Legib. Henrici I. cap. 43. 55. &c.

RECTUM DOMINO SUO VADIARE, ibid. cap. 53. 81. *Per iudicium Recti vadimonium dare*, ibid. c. 52.

REQUIRERE DE RECTO, In jus vocare, ibidem cap. 43.

AD RECTUM ALIQUEM HABERE, in Legibus Edwardi Confess. cap. 20. & Henrici I. cap. 8. 27. 41. [*Ad Rectum alicui habere*, in Juramento an. 1130. in Probat. novæ Histor. Occitan. col. 453. & in Charta ibid. proxime subsequenti.]

RECTUM ROGARE, Adire iudicem, & ab eo jus

sibi fieri postulare. Leges Inæ Regis West-Saxiæ cap. 9. *Si quis sibi Rectum roget coram aliquo Schirmanno, vel alio iudice, & habere non possit, &c.* Cap. 10. *Si quis vindicet, antequam sibi Rectum postulet, &c.* Adde Leges Alvredi cap. 48. Leges ejusdem Alvredi & Godrini cap. 1.

¶ **RECTUM JUDICIUM PROCLAMARE**, Eadem notione. Charta ann. 5. regnante Carolo Rege, apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 269. *Advocatus S. Mariae & S. Juniani ex Nobiliaco monasterio, Gualdo nomine, proclamans Rectum iudicium coram domino Comite & principibus suis de Aldeberto Lemovicensi, qui cupiditatis face & seculari rabie silvam S. Mariae ... injuste tollebat, &c.*

¶ **RECTUM RECOGNOSCERE**, Jus agnoscere quod quis habet in aliqua re. Tabularium S. Vincentii Cenoman. *Monachorum Rectum, quod in ipsis (Ecclesiis) habent, recognoscens, solide & perpetualiter habendum donavi.*

DE RECTO per bonos iudices INQUIRERE, in Legibus Henrici I. cap. 82.

DE RECTO per bonos testes INQUIRERE, cap. 82.

RECTUM DENEGARE, ibidem cap. 83. *Vadium Recti denegare*, cap. 52.

PLACITA DE RECTO, seu *de defectu Recti*, in Regiam Majestatem lib. 3. cap. 20. Vide *Defectus*.

¶ **RECTUM ADVENIENS FEODI**, Jus veniendi in possessionem feodi. Charta ann. 1277. è Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1259. *Ego Ricardus dictus le Pouletier vendidi viris religiosi domino Abbati & Conventui S. Vandregisilli unam petchiam terra ... xi. lib. Turon. tenendam & habendam ... & per Rectum adveniens feodi jure hereditario possidendam.* Alias *Recti* species affert Thomas Blount in Nomolexico.

RECTARE, Reum ad *rectum* faciendum submonere, in jus vocare, [*εὐδύειν*, Græcis.] Charta Henrici III. Regis Angliæ apud Seldenum ad Eadmerum: *Quo iudicio deducendi sunt illi, qui Rectati sunt de latrocinio, murtro, incendio, & his similibus.* Rogerus Hovedenus p. 655. *Si autem per appellationem Rectati sint, &c.* Inquisitio Justitiariorum itinerantium apud Gervasium Dorobernensem an. 1170. *Et si forestarii vel ballivi eorum aliquem acceperint, vel attacaverint per vadium, vel Rectaverint, & postea sine justitia per se relaxaverint.* Infra: *Et omnes qui Rectati fuerint de quocumque recto, &c.* Idem an. 1153. *Clerici Rectati & accusati de quacumque re, &c.* Vide Leges Burgor. Scotticor. cap. 80. §. 1. Bractonum lib. 3. tract. de Corona c. 1. §. 3. & alibi passim.

RETARE, RETTARE, pro *Rectare*. Charta Philippi Aug. an. 1186. in M. Pastoralis Ecclesiæ Parisiensis lib. 16. ch. 24. *Salvo honore suo in hoc, quod Retari non poterat de murtro, neque de prodicione, &c.* Occurrit præterea in Assis Henrici II. Regis Angliæ apud Clarendum, apud Hovedenum p. 783. Bractonum lib. 4. Tract. 5. cap. 8. §. 1. in Fleta lib. 1. cap. 26. §. 2. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 763. &c. [Breve Regium apud Spelmannum in Glossario v. *Atia*: *Rex Vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod ... inquiras, utrum A. captus & detentus in prisona nostra de L. pro morte W. unde Retatus est, Rettatus sit de morte illa odio & atia, &c.*] Ita *Reter*, pro *Rectare* usurparunt nostri. Leges Wilhelmi Nothi vernaculæ ann. 47. *Ne nuls ne lait sun hum de li partir, pusque il est Reté.* Petrus de Fontanis in Consilio cap. 5. §. 2. *Il ne m'est mie avis ke cil ki fist deus contremans, ou trois, ou quatre, & Retés en est, ki se doie passer par un seul sacrement.* Le Roman du Renard MS.

De quanque Ysagrin l'a Reté,
Itel amande li fera.

Le Roman de Gaydon MS.

Que sois mes Sires de traïson Retez.

Ibidem:

Se vo voi hui de traïson Reté,
Je me ferai d'un coutel acéré,
En la poitrine, ou en lonc ou en lé.

Idem:

De vilonie ne fu onque Reté.

Le Roman de Parise la Duchesse MS.

Et la faites a tos de traïson Reter.

Philippus Mouskes in Histor. Francor. MS. in Philippo Augusto:

Quant li Rois sot la verité,
Que pour tolir son ireté,
Vient sor lui li faus Reté, &c.

Infra:

Pour le Roi ki de tort res Raité.

REPTARE, Eadem notione, Hispanis *Reptar*, quod pronuntiatur ut *Retar*, Accusare, in jus deferre: unde *Riepto*, accusatio, in Legibus Alfonsinis parte 7. tit. 3. l. 1. Ufatici Barcinonenses MSS. cap. 37. *Si quis in Curia à seniore suo coram principe Reptatus fuerit de baudia, debet se de illa expiare per iudicium, &c.* Cap. 117. *Miles postquam fuerit à seniore suo de bauzia Reptatus, non debet ei respondere de aliis querimoniis, donec à Reptamento sit se expiatus, nisi senior ei dimiserit Reptamentum.* Adde cap. 24. Rodericus Toletanus lib. 7. de Reb. Hispan. cap. 16.

Quod audiens Rex Fernandus doluit, reputans se delusum, & misit quendam Militem Comiti Amalarico, qui eum de infidelitate & perjurio appellaret, qui .. nuncium, qui ad Reptandum venerat, jocosè delusum sine responso alio remisit. Charta Aldefonsi Regis Aragonum æræ 1153. apud Blancam: *Et illos insañones, qui habuerunt & tenuerunt honore de seniore, si fuerit Reptato, non faciat directum, nisi in illa honore stando.* [Constitutiones Jacobi I. Regis Arag. an. 1234. Marcæ Hispan. col. 1429. *Item constituimus quod nullus Reptatus de bauzia sustineatur in nostra curia vel alibi, nisi se purgare voluerit de bauzia secundum usaticum Barchinonæ.*] Vide *Excondicere*.

REPTATOR, Hisp. *Reptador*, Accusator, delator. Observantiæ Regni Aragon. lib. 8. tit. 1. §. 4. *Et debet dare fidanciam de la spera, & petere per Reptatorem dari fidanciam de la torna.*

ARRETARE, Idem quod *Retare*. Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ cap. 36. *Arretati de crimine aliquo, qualitercumque magno & enormi, &c.* Hinc nostrum *Arêter*, pro Sistere, detinere, retinere, quod ei, qui in jus appellatur, recedere non liceat, quousque *Rectum* fecerit parti, à qua impeditur. Sed & forte inde etiam vox *Arrêt*, pro iudicio lato in eum, qui *arretatur*, seu in jus vocatur.

RECTURA, vox Agrimenforum. Vide Glossarium Rigaltii ad Gromaticos.

RECTUS, Dexter, Gall. *Droit*. Processus de virtutibus & miraculis Mariæ de Malliaco, tom. 3. Martii pag. 755. *Ad quamdam hostellariam supra levatam ad Rectum monasterii S. Mauri super Ligerim ex alio latere Ligeris existentem.* Ibid. pag. 757. *Vidit vulnera in manibus & pedibus, totumque corpus plagis laceratum, & in ea habitudine qua D. N. Jesus Christus erat dum penderet in cruce; & quasi subito se ad Rectum vulnus lateris.*

RECTOS FACERE. Vide *Rectum facere*.

RECTUS HÆRES, Qui recta linea ab eo descendit, cujus hæres est, in Chronico Andrensi apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 641.

RECTA MANUS, Auxiliaris, ad ferendam opem expedita. Charta Henrici Imp. an. 932. apud Miræum to. 1. p. 38. col. 2. *Precamur Comitem Namurci, sicut fidelem & amicum, ut... Recta manu & vero auxilio subministret Ecclesiæ opem sui adjutorii.*

RECTA MINA, Mina, seu mensura frumentaria, quæ justa est, neque major, neque minor. Tabularium Abbatiae Sangerman. Paris. *Ipso die debet venire ministerialis salvatoris cum Recta mina ejusdem villæ, & recipere consuetudinem domini sui.*

RECUBILE ORATORIUM, Fulmentum, cui quis precans Deum innititur, Gallice *Prié-Dieu*. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. XLVIII. *Volumus etiam eum habere custodiam cortinarum & aliorum paramentorum, quæ pro sede sive Recubili nostro oratorio, divina audiendo fuerint ordinata.*

RECULA, **RECELLA**, **REICULA**, **RESCULA**; Parva res, seu parvi momenti; facultatiuncula. [Gl. Lat. Græc. *Recula*, *παραμάτιον*. Aliæ Græco-Lat. *Πραματίον*, *Rerula*, *operula*. Malim *Recula*. Capitular. lib. 7. cap. 265. *Qui Reculam Ecclesiæ petunt à Regibus, & horrenda cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, &c.* Eadem repetuntur cap. 409. In Capitulari an. circ. 744. c. 8. habetur *Reicula*; *Reicola* vero in Capitulari tertio incerti an. c. 4.] Charta Caroli Calvi apud Doubletum [pag. 801. *Nos ob animæ nostræ remedium, quasdam nostri juris Reculas B. Dionysii... partibus... contulimus, sanctorum duntaxat ibidem Deo servientium fratrum usibus perhenniter profuturas.* Et] pag. 802. *Hæc siquidem Recula videntur esse sita in pago Vilcassino, &c.* Utuntur Apuleius lib. 4. Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei, Priscianus lib. 3. partit. Donatus in Vita Virgilii, Ivo Carnot. Epist. 91. 101. [S. Bernardus lib. 4. de Confid. cap. 6. Auctor Vitæ B. Deicoli apud Ecardum in Orig. Habsburgo-Austriacæ familiæ p. 162.] &c.

REICOLA, **REICULA**. Testamentum Bertichramni Episcopi Cenom. *Et Reicola, quæ appellatur Stirpiaco, cum vineolas & mancipia, quæ ibi esse noscuntur.* Infra: *Reicola, quæ appellatur Fontanas, &c.* Rursum: *Reicolas illas, quas sancta Ecclesiæ, ... per suum testamentum dedit.* Acta Episcoporum Cenom. p. 250. *Emit etiam in pago Carimensi aliquas Reiculas, in villa, cujus vocabulum est, &c.* [Charta ann. 1074. è Tabulario S. Sergii Andegav. *Abbas S. Sergii... & monachi ejus calumpniabantur monachis S. Albini curtem & Ecclesiam Campaniaci & alias quasdam Reiculas.*

RECELLA. Glossarium Cambrense: *Recella, diminut. à Recula, Recula autem à re.* Regula Magistri cap. 1. *Dum in proprio arbitrio querunt habere cellas, arcellas, & Recellas, ignorant quia perdunt suas animulas.*

RECELLULA. Lex Burgund. tit. 24. §. 6. *Nisi forsitan quod ex matris bonis, id est in Recellulis vel ornamentis, &c.*

RECIRCULATA, vel **RECVLATA**, Eadem, ni fallor, significatione. Codicillus seu Divisionale bonorum S. Fulcranni Leutevensis Episc. an. 987. inter Instrum. Gall. Christ. tom. 6. col. 270. *In villa, quam vocant Balmas, mansa tria & unum appendiarium, & villam quam vocant Clairato, cum ipsa Recirculata, & mansa duo, &c.* Fortean utraque vox mendosa est, restituique debet *Reicola* vox, aut alia similis, quæ fuerit in usu, nisi tamen legendum sit divisus vocibus *re circulata*, id est, *re ambiente*, quæ sita est in circulo seu ambitu villæ.

RESCULA. Salvianus lib. 1. ad Ecclesiam Cathol. *Cur*

Cur non bona fide datis à Deo utemur Resculis? Editiones aliæ habent Reculis. Isidorus Pacensis Episcop. æra 756. Atque Resculas pacificas Christianis ob velligalia thesauris publicis inferenda instaurat. Hinc emendandus Gregorius Turon. de Mirac. S. Martini cap. 29. de Chariberto Rege: Ingestum est ejus auribus, locum quendam, quem Basilica S. Martini diuturno tempore retinebat, sibi suo juri, reddique debere, ... qui accepto iniquo consilio, pueros velociter misit, qui Remiculam illam in suo dominio subjugarent. Ubi legendum indubie Reiculam. Adde Concilium Toletan. XVII. cap. 8.

RESCELLA. Pelagius libello 10. n. 18. Dedit ei aurum & nummos, & Rescellas, & omne, quod in responso suo habebat. Adde n. 76. Edictum Pistense Caroli C. c. 24. Quidam Comites nostri nos consuluerunt de illis francis hominibus, qui censum regum de suo capite, sed & de suis Rescellis debebant, &c. Lambertus in Vita S. Heriberti Archiep. Coloniensis num. 22. Non desistit, dum male usurpatas distraheret Rescellas. Occurrit etiam in Statutis Ordinis S. Gilberti Sempringhamensis. Glossar. Cambronense Rescellas, genus indumenti, id est pelles interpretatur.

Ad hanc indumenti notionem referendus est, ut videtur, locus Actorum S. Ottonis, tom. 1. Julii pag. 426. Veteribus Rescellis (id est, involucri) codex exutus, & novis decoratus induvitiis.

RECVLCARE, Iterum calcare, Johanni de Janua. Glossæ Lat. Gall. Sangerman. Reculcare; Rechater. Columella habet Recalcare.

RECUMBERE. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 4. cap. 22. ult. edit. Quapropter & Recumbentibus eis (discipulis suis Christus) ministrabat escam, significans eos qui in terra Recumbebant, quibus venit ministrare vitam. Ludit Irenæus in verbo ἀναίσθητος, quod in priori commate accipit pro discumbere in mensa; in posteriori vero pro mortuum jacere. Vide cap. 31.

1. RECUPERARE, Convalescere, Recouvrer sa santé. Gesta Regum Franc. cap. 34. Rex Chilpericus graviter ægrotavit; quo Recuperante, filius ejus... ægrotare cepit. Vetus Charta apud Bessium p. 421. Ad claustra facienda, & Recuperanda cum deciderint, &c. i. reparanda. [Hac significatione Lex Bajwar. tit. 1. cap. 14. §. 5. Ad casas dominicas, stabulare, fœnile, granicam, vel tuninum Recuperandum, peditururas rationabiles accipiant; & quando necesse fuerit, omnino componant. Vide Recuperatio 1.]

RECUPERARI, Simili notione, Amisissas vires reparare, refici, apud Barthium in Glossario, ex Hist. Palæst. lib. 11. c. x. Christiani igitur, videlicet alumni civitatis illius reddiderunt se statim, nosque ibi fuimus optime per tres dies, & illic maxime sunt Recuperati nostri. Capit. xviii. Satis vero Recuperati sunt nostri de equis & de aliis multis, qua erant illis valde necessaria.

2. RECUPERARE, Excusare. Acta SS. Aurei & Soc. tom. 3. Junii pag. 51. Dolerem quod ipse sciret Dominus Rex, quod tanto tempore ab ipsis sum delusus; hoc apud ipsum nunquam Recuperarem.

3. RECUPERARE, Reperire. Acta S. Francisci de Paula, tom. 1. Aprilis p. 150. Rex plurimum desiderabat Recuperare virum perfectum & sanctum.

4. RECUPERARE, In notitiam & memoriam redigere, apud Barthium in Glossario, ex Raymundi Agilæi Historia Palæstina.

5. RECUPERARE, Debitum recipere. Charta an. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98. col. 1. Item si aliquis mercator vadit seu redit per villam S. Simphoriani causa emendi, vendendi, solvendi seu Re-

Tom. V.

cuperandi, & sit eques, debet per diem, qua transit; quatuor denarios. Vide Recuperator.

6. RECUPERARE, Possessionem gentilitiam redhibere, Redimere possessionem à consanguineo venditam, pretio venditori restituto, Practicis nostris Retrare. Consuetudo Brageriaci artic. 42. Item, si dominus feodalis emerit fundum aut ipsum fundum retinuerit jure sui domini ab alio emptore, & quis de parentela ipsius venditoris infra quartum gradum, dictam rem venditam à dicto domino feodali Recuperare voluerit annum & mensem jure turni burse, hoc facere poterit & ei licebit cum vero pretio empto & vendagii & aliis juribus suis. Pluries occurrit art. 40. 43. 44. 46. ubi plura redhibitionem gentilitiam spectantia statuuntur. Vide Retractus burse.

7. RECUPERARE SE, Recipere se, aufugere. Acta S. Aldebrandi, tom. 1. Maii pag. 159. Voluerunt ipsum capere; ipse vero fugiens de pergulo Recuperavit se in campanile dicti Capituli, in quo stetit per mediam diem.

1. RECUPERATIO, Reparatio, restitutio. Canones Pœnit. apud Acherium tom. 11. Spicileg. pag. 111. Placuit, ut nullus Episcoporum, cum suas dioceses perambulant, præter honorem cathedrae suae, id est, duas solidos, aliquid aliud per Ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in Ecclesiis parochialibus requirat; sed illa tertia pars pro luminaribus Ecclesiae, vel Recuperatione servetur. Vide Recuperare 1.

2. RECUPERATIO, JC. Anglis, est proprie evictio alicujus rei per judicium. Sed specialiter significat fictam quamdam transactionem inter partes judicialiter factam, ad status intalliatos, remanentias, & reversiones tollendas excogitatum. Ita Cowellus.

RECUPERATOR. Glossæ Græc. Lat. ἡμασις, Judex, Recuperator. Alias Recuperatores appellantur, qui censum vel tributum per se ipsos exigunt, recuperant. Glossæ Basil. ἡξιώσαι, ἀνδρῶν δι' ἐαυτῶν ποσῶμενοι. Nos etiam dicimus, ceux, qui Recouvrent les deniers du Roy. [Recuperatores censuum domini, in Libertatibus Montis-Brissonis an. 1376. tom. 1. Hist. Dalphin. p. 83. col. 2. Vide Recuperare 5.]

RECURARE, Corrigere, quasi iterum curare. Utitur S. Augustinus lib. de Quantitate animæ c. 24.

1. RECURRERE, vox practica, quæ de iis dicitur, qui primorum æstimatorum relatione parum contenti, alios postulant, qui maturius judicent. Hinc secundi æstimatorum Experts Recusaires appellantur. Processus ann. 1459. ex Regesto Camera Comput. Provinciæ: Cum post inthimationem habeant decem dies ad Recurrendum, si voluerint.

2. RECURRERE, Abire, veteri Interpreti S. Irenæi lib. 1. cap. 19. ult. edit. n. 2. ubi hæc verba Daniel. 12. 9. ἀπότρεξε Δανιὴλ, vertit Recurre Daniel.

3. RECURRERE, RECURSUS, voces moneta-riorum, de quarum vi sequentia excerptimus ex adversariis Magni Peirescii: Il y a cette difference entre Recours & remede, que le Recours est une permission de foiblage sur le poids de l'espèce: & le remede est une autre permission sur le poids de marc. Et lesdits remedes commencerent premierement par Recours, & ont continué par remedes, permis ensemblement, jusques environ le temps de Charles VII. depuis lequel jusques à present l'on n'a uzé que du remede. [Edictum Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1329. tom. 2. Ordinat. pag. 39. num. 20. Item, que nul changeur, ne autre personne, ne soit si hardy qu'il trebuche, ne ve Recourre nulles monnoies, qui aient cours qu'elles que elles

Gggg

soient. *Qu'il trebuche, ne Recuerre*, in alio ejusdem Regis Edicto eod. an. ibid. pag. 47. *Ne trebuchier, ne Recourie*, in alio ann. 1332. ibid. pag. 87. *Ne trebucher, ne Requeure*, in Edicto Philippi Pulcri an. 1310. tom. 1. Ordin. p. 475. Passim occurrunt similes loquendi formulæ in Edictis monetaribus, in quibus *Recourre*, *Recuerre* vel *Requerre*, est Justum monetæ pondus imminuere.] Datio ad firmam Monetæ Tolosanae à Comite Alphonso ann. 1265. *Juraverunt insuper, quod ipsi per se vel alios non fondent, nec tribuchabunt, nec Recurrent nostram monetam supradictam; sed tenebunt & adimplebunt bene & fideliter omnes conventiones, &c.*

¶ 1. RECURSUS, Justæ monetæ ponderis accessio vel imminutio, Constitutionibus regiis permessa, qua fit ut nummi ejusdem speciei alii aliis sint magis minusve ponderosi. Ordinatio Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 416. col. 1. *Fiant singuli grossi prædicti, ad Remedium ligæ unius grani magis vel minus, & ad Remedium ponderis, ut non possit brischiari, nec in billionum reduci, sed septenarum unius grossi, & scindatur absque forti & fragili in marcha, ad Recursum unius grani magis vel minus, à justo ad fortem vel ad fragilem.* Infra: *Qui oboli grossi scindantur absque forti & fragili, ad Recursum unius grani, sicut alia moneta supradicta.* Huc redeunt, quæ sequuntur col. 2. *Possint esse in marcha quatuor fortes seu quatuor debiles, qui non recedant ab eorum pondere, nisi per unum, ut in aliis supradictis monetis est descriptum.* Vide Henricum Poullain Tract. de Monetis pag. 427.

¶ Differt *Recursus* à *Remedio*, quod ille nummorum inter se compositorum majus minusve pondus spectet, hoc vero marcæ, unde certus nummorum numerus conficitur, materiam vel pondus attingat, ut infra dicitur in *Remedio* 3. Sed si vox *Remedium* de nummis inter se compositis dicatur, tum idem sonat quod *Recursus*, ut in Ordinatione an. 1343. ibid. pag. 418. *Et scindantur ad denariæ & ad Remedium duorum granorum ponderis de justo ad fortem, & duorum granorum de debili ad justum.* Vide Henricum Poullain Tract. de Monetis pag. 204. & seqq. & mox *Recurrere* 3.

¶ Interdum *Recursus*, Gall. *Recours*, æquum est monetæ pondus: de quo sic D. *Secousse* tom. 3. Ordin. Reg. pag. 94. nota e. Cum præcipitur, inquit, ut certus numerus nummorum ex una marca cudatur, non solum necesse est, ut hic numerus nummorum unam markam pendat, sed etiam requiritur, ut singuli nummi æqualis sint ponderis: quod dicitur *Recursus nummi ad markam vel marca ad nummum*. Si autem admodum acceleranda est monetæ cussio, hanc æqualitatem, seu proportionem, servare non jubentur cussores, tumque *moneta* dicitur *sine Recursu*, ut in Literis Caroli Johannis Regis Franc. primogeniti an. 1356. editis pagina laudata: *Et fait commandement, & enjoindre expressément par aucuns de nostre Conseil, aux gardes & maîtres de la monnoye d'argent de Paris, que il feissent tailler & ouvrer à bade sans Recours, afin que pour la cause dessusdite, peust & deust estre fait le plus grand ouvraige que l'en pourroit, duquel ouvraige ainsi fait à bade & sans Recours, a bien esté fait six mille trois cens douze livres dix solz de gros deniers blancs.* Quo in loco pro à bade, ubi hæret & mendum suspicatur oculatus Editor, legendum esse puto à bade, vel potius à hâte, propere, festinanter: quod nunc dicimus à la hâte, vel en hâte. Quam belle loco citato cohæreat hæc emendatio, nihil opus est dicere.

2. RECURSUS. Tabularium S. Andreae Viennen-

sis: *Notum sit . . . dedisse . . . hoc est cymiterium & totum decimum, & oblationes, & primitias, & pascua similiter donasse bestiis Monachorum in silvis & in plano, totum Recursum in silva lignorum & pastionum porcorum in eadem silva sine lucro.* [Notitia de fundatione Theoloci ann. 1130. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 164. *In omnibus etiam suis nemoribus ipsorum porcis Recursum & omnimodos fructus ad eorum pabulum, absque eo pretio, quod vulgo Pysnaticum dicitur.* Quibus in locis *Recursus* aliud nihil videtur quam jus pascendorum porcorum in nemoribus.]

3. RECURSUS, vox forensis, vulgo *Retrait lignager*. Consuetudines Bellaici, ex Regesto Inculifmensi Camerae Computor. Paris. fol. 39. v°. *De domibus aut rebus aliis . . . si habeant vendi, quocumque modo possideantur, si quis fuerit de genere venditoris, primo loco habeat Recursum ad res illas, & poterit eas retinere, &c.*

¶ 4. RECURSUS, Perfugium, refugium, Gall. *Recours*. Epistola Monachorum Grandimont. ad Innocentium III. PP. ann. circiter 1215. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 847. *Si enim nobis deficiis, non est alius qui adjuvet, nec scimus alium apud quem post te credamus aliquem invenire Recursum.* Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deaurata: *Illis deficientibus habebitur Recursus ad Lectiones communes.* Rurfus occurrit in Chronico Parmensi ad annum 1292. lib. 3. Imit. Chr. cap. 38. num. 2.

¶ 5. RECURSUS, Nostris *Recours*, Præs, cautio, sponsor; unde *Avoir recours*, Sponsorem appellare. Statuta Collegii Montis-acuti an. 1402. apud Lobinell. tom. 5. Histor. Paris. pag. 681. col. 1. *Item si aliqua utensilia communia aut bona collegii perdantur, omnes presentes restituent collegio; sed forsitan habere poterunt Recursum ad famulum communem, saltem de utensilibus de quibus custodiendis suo periculo recepit; & famulus cum auxilio & consilio aliorum de domo, habebit Recursum ad illum, qui perdidit.*

¶ RECURSUS JUSTITIÆ, Jus superiori domino competens judicandi eos, quos feudales domini iudicesque inferiores judicare neglexerunt. Bulla Innocentii IV. PP. pro Roberto Comite Atrebat. & Monachis Vedastinis ann. 1245. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1286. *Comes Flandriae habuit in terra B. Vedasti Atrebatensis multrum, raptum, incendium . . . monetam & Recursum justitiæ, quando Abbas & Scabini & alii, qui judicare debent, deficiebant de jure faciendo.* Vide *Defectus justitiæ*.

¶ RECUSSA, Recuperatio, ereptio pignorum aliarumve rerum jure captarum, Gall. *Recousse*. Epistola Philippi IV. Franc. Regis ad Eduardum Regem Angliæ an. 1293. apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 1251. *Si gentes nostræ justitiam, sicut ad nos pertinet, aliquid saisiant, capiant vel expletent . . . quod fierent aut sient gentibus nostris violenta Recussa.* Eadem, paucis mutatis, edidit Rymerus tom. 2. pag. 618. Charta ejusdem Philippi Regis an. 1307. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 39. col. 2. *Ob has & propter multas alias offensas, inobedientias & Recussas, quas præfati Archiepiscopus & capitulum eorumque ministri gentibus nostris fecerant.* Occurrit alibi. Vide *Recoderé*, *Recossa*, *Recussio*, *Rescussa*, & Glossarium Juris Gallici in *Recousse*.

¶ RECUSABILIS, Mobilis, promptus & expeditus ad recussum. Vide locos in *Sphæra Italica*.

¶ RECUSSIO, Idem quod *Recussa*. Consuetudo Brageriaci art. 67. *Item poterit dictus dominus dictum feodatarium pro redditibus non solutis . . . per se vel per*

alium pignora: si tamen dictus feudatarius dicta pignora Recussiat, dicto domino seu ejus nuntio tenebitur versus dictum dominum in quinque solidos pro Recussione predicta. Vide mox Recutere.

¶ 1. RECUTERE, Pignora resve alias captas recuperare, eripere, Gall. *Recourre*. Conventio Philippi Franc. Regis cum Canonicis S. Mederici Paris. an. 1273: apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. p. 28. col. 1. *Si vero comingat, quod Major S. Mederici vel ipsius serviens . . . aliquem capiant in terra S. Mederici, vel ipsius bona vel alterius in casu in quo ad dictos Canonicos spectat jurisdictio secundum tenorem presentium litterarum, & captus se Recutiat in viaria vel extra viariam . . . vel alius quicumque Recutiat dicta bona, & ob hanc causam . . . melleia oriatur . . . in terra nostra, super hoc non poterimus justiciare predictum Majorem . . . nisi ex dicta melleia mors vel membri mutilatio intervenerit aut subsequatur, Recutientem vel Recutientes justiniabit Capitulum.*

¶ 2. RECUTERE, Retro quater. S. Augustinus lib. 8. Confess. cap. 11. *Incutiebat horrorem, sed non Recutiebat retro, nec avertebat.*

¶ RECYNEBURGII, Judices. Vide *Rachimburgii*.
 REDA, Lex 5. Cod. Theod. de Curiosis: *Per singulas Redas, id est, quas quadrigas & flagella appellant. Ubi nescio, an non legendum Recas: Nam apud Græcos recentiores γεννα, flagellum sonat, ut apud Anonymum in Porphyrog. num. 4. & in Vita S. Nicolai Studitæ pag. 913. Vide Glossarium mediæ Græcitatæ.*

REDADOPTARE, Rursum adoptare, in Lege 41. Dig. de Adoptionibus.

¶ REDADUNATIO, Iterata conjunctio. *Recorporatio & Redadunatio offium*, apud Tertullianum de Resurrect. carnis cap. 30.

¶ REDÆQUARE, Vicissim adæquare. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Redaquo, ἀνίσω*.

¶ REDANDRUARE, *Gratiam referre*, in Glossis Isid. & Excerptis Pithœanis; pro quo Grævius censet legendum *Redandruare, Gradum referre*, ut conjicit ex *Redandruare* apud Festum; apud quem sequitur *Redhostire*, (hæc vox intercidit) *Gratiam referre*.

¶ REDANDRUARE RESPONSUM, Rescribere, apud Robertum Créyghton Hist. Concilii Florentini pag. 7. *Ad qua singula Rex & Patriarcha responsum Redandruarunt.* Ubi Sguropulus habet: *Και τότε πάλιν ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης.* Alicui par *Redandruare*, ibid. pag. 100. Proprie *Redandruare*, vel, ut alii legunt, *Redantruare*, est eisdem motus saltu referre, ab *Antruare* seu *Amtruare*, Motus edere, ut fiebat in Saliorum exultationibus, ubi præsul *amtruare* dicitur. Vide Scaligerum ad Festum, Turnebum Advers. lib. 17. cap. 8. & lib. 25. cap. 18. Vossium in Etymologico v. *Trua*, & Martinium in Lexico.

¶ REDARGUTIO. Sic Boetius transfert Græcum ἐλεγχος, minus probante Vossio, qui mavult *confutatio, refutatio, reprehensio*. Hunc consule in Etymologico pag. 43. & lib. 3. de Vitiis sermonis cap. 41.

RED-BANA, [Saxonibus, Maleficii vel homicidii consiliarius, suafor.] Vide *Dedbanna*.

¶ REDDA, Redditus. Tabularium Rothonense: *Illoc & Risworet fecerunt pacem cum monachis, consentiente Nominoe, & dederunt fidejussores propter Reddam per singulos annos, id est, tres solidos aut tonellam plenam de vino & x1. panes, unum porcum valentem vi. denarios aut mortuum octo.* Charta ann. 1067. Marcæ Hispan. col. 1134. *Vendimus jam vobis dictum comitatum cum suprascriptis castellis vel abbatibus*
 Tom. V.

. . . cum totis aliis honoribus . . . mercatis & teloneis, & Reddas, pascuariis, garricis, albergas, placitos, &c. Sed vereor nec hic legendum sit *Ledda*, Tributum pro mercibus pendi solitum, ut dictum est suo loco. Vide *Feudum reddibile*.

¶ REDDEBERE, Debere reddi. Charta Childeberti III. Regis Franc. an. 697. apud Felibianum Hist. San-Dion. pag. xvii. *Intendebat è contra ipsi Drogo, eo quod focer suos inluster vir Bercarius condam ipsa villa de ipso Magdoaldo concamiassit, & eidem justissime ad parte conjuga sua Adaltrute legibus Reddeberetur.* Vide *Redebere*.

¶ REDDEBETUM, Debitum, quod reddi debet. Formula 1. Andecavens. apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 234. *Quem ex alote parentum meorum ei legibus obvenit vel obvenire debet, aut justissime ei est Reddebitum.* Et pag. 235. *Quem ex alote parentum meorum mihi legibus obvenisse vel obvenire debet, aut justissime nobis est Reddebitum.*

¶ REDDEBUTIO, Tributum, ve&igal. Charta Chlodovei III. Regis Franc. an. 692. apud Felibian. Histor. San-Dion. pag. xii. *Ubicumque tellevus, portaticus, pontatecus, rotatecus, vel reliquas Reddebutiones à judicibus publicis exigebantur.* Vide *Redhibere*.

¶ REDDENTES. Ranfridus J.C. qui vixit sub Frederico II. Imp. in Ordine Judicario, tit. de Villanis: *Sed quid dicemus hodie de villanis nostris, quorum quidam dicuntur Reddentes, quidam Angarii, quidam Parangarii. . . Reddentes quidam sunt, qui nihil aliud faciunt domino, nisi quod reddunt, vel gallinas, vel spallas præsidii, vel porcum, vel agnum, vel libram cere, vel aliquid tale in Pascha Domini, vel in Nativitate. Hos reditus quidam præstant pro prædiis, qua habent à dominis, . . . quidam præstant pro personis, etsi nulla prædia habeant à Domino, sicut vidimus in pluribus; hi nullum aliquid servitium Domino faciunt.*

Alii sunt, quos *Rendeurs* nuncupat vetus Arestum anni 1321. *vades, fidejussores. Ce sont ceux, qui se sont establi pleges & principaux Rendeurs pour Monsieur Jean Chastellain de Bergues. i. obsides, hostages.* Vide *Obses*.

¶ 2. REDDENTES, Baptizandi, à reddita Symboli confessione sic appellati. Mabillonius in Præfat. ad Acta SS. Benedict. sæc. 4. part. 2. num. 186. hæc laudat ex MS. Pontificali Benigniano de Baptismo Sabbati sancti: *Oratio in Sabbato sancto Paschæ ad Reddentes. Dicit dominus Papa post Pistengis, hoc est, ut videtur viro erudito, πιστεύω εις, quæ sunt prima Symboli Græci verba. Eadem ex Biblioth. Ottoboniana refert Muratorius tom. 2. pag. 48. col. 2. nisi quod pro Pistengis habet Pistensis, forte pro πιστεύω, Credis? ut interrogari solebant baptizandi.* Vide *Symbolum reddere*.

REDDERE, Lectionem proferre, quomodo discipuli magistris suis à se lecta memoriter proferunt. Loquendi formula nostris etiam familiaris. Glossæ antiquæ MSS. *Reddit, Respondit.* Acta S. Erconwal-di Episcopi num. 26. *Interim magistro de animadversione (discipuli) facienda obfirmato, placuit puerum Reddentem audire.* Infra: *Cum enim puer lectionem sine libro proferre cogeretur, &c.* Vide *Redditus*.

¶ REDDERE FEUDUM dicebantur vassalli, cum castra, quæ feodaliter tenebant, dominis capitalibus, si ea requirerent, reddere cogebantur. Conventio Raymundi Comitæ Barcinonæ cum Bernardo-Atonis Vicecomite Biterr. ann. 1112. in Probat. novæ Hist. Occit. to. 2. col. 383. *Dono ad fevum tibi Bernardo-Atonis Biterrensi Vicecomiti, Boxazonem, Rocham-Cederiam . . . quod Reddas illos*

mibi, quando ego tibi requiram, per me aut per meum missum, aut servias illos mihi. Vide Feudum reddibile in Feudum.

- ¶ REDDERE SE, Aliquo se conferre, Gall. *Se rendre en un lieu.* Mandatum Henrici IV. Regis Angl. an. 1406. apud Rymer. tom. 8. pag. 442. col. 1. *Et in casu quo predicti Henricus & Thomas citra quindenam non comparuerint, nec se Reddiderint coram nobis. Mox recurrit. Obviam alicui se Reddere in loco designato, in Charta an. 1410. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 881.*
- ¶ REDDERE SE DEO AD MONACHUM. Vide infra *Redditus* 1.
- ¶ REDDIBILIS & REDDIBILITAS vulgo dicuntur de Feudis, quorum castra vassalli reddere debent dominis capitalibus, cum eis libuerit, ut fufe supra dictum est in *Feudum reddibile*. Adde *Reduere feudum* mox in *Reddere*.
- ¶ REDDIBITIO, pro *Redhibitio*, Restitutio, redemptio, Gall. *Redhibition*, in Statutis Montis-Regalis pag. 154.
- ¶ REDDIDENCIA, Tributum, vectigal. Privilegia à Johanne Franc. Rege Audomarenfibus concessa an. 1361. apud D. *Secousse* tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 405. *Solvendo pro suis mercaturis Reddencias consuetas, modo & forma plenius in literis superscriptis declaratis.* In laudatis hic Philippi VI. Litteris habetur: *Si vous mandons... que vous lesdiz Bourgeoiz de S. Omer & chascun de eulx, leurs mesnies, leurs marchandises & leurs biens, tous selon ce qu'il passeront par vos liex & par vos destroyz, traittiez amiablement & faites traittier, en païant les deniers accoutumez.* Melius legeretur *Redhibentia*. Vide *Redhibere*.
- ¶ REDDIMIUM, f. *Redditus annuus*. Charta Eccles. Aniciensis an. 1312. *Secuntur illa quæ solvuntur in tracta... portorio minori pro balais xx. s. pro balayrariis vii. s. pro Reddimio cvi. l. 11. s. xi. d. pro alia libratione fieri solita officariis infrascriptis ecclesie Anic. ratione Reddimii, Succentori xl. s. vi. d. Sescallo totidem.*
- ¶ REDDITA, Annuus census, quem tenentes domino reddere velolvere debent ratione tenementorum suorum. Chartularium SS. Trinitat. Cadom. fol. 53. *De francalanis de Hantoniam & de moribus villa & de Reddita. Alveredus de Colecubus reddidit viii. den. & bederipes... Robertus Walensis dimidia virgæ opus & unum lusdi pro xii. den... Elmarus Auceps pro 1. lusdi vi. denar.*
- ¶ REDDITARIUM, Tenentes *reddita* obnoxii. Charta Johannis de Torota Castella ex Archivo S. Medardi Sueffion. *Retenta etiam tantummodo venditione mortui nemoris ad opus Redditariorum solummodo de Rotondes.* Vide *Reddituarius* & *Redituarius*.
- ¶ REDDITE LITERAS. Formula quæ legitur ad calcem quarumdam Literarum regiarum Ballivis inscriptarum, qua significatur, ni fallor, ut eas communicent iis, quorum interest illas nosse.
1. REDDITIO, Idem quod *Redditus*, *Revens*. Charta Galteri Meldensis Episc. in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 9. ch. 8. *Concesserunt dimidiam partem Presbyterii Ecclesiarum Roseti, id est dimidiam partem Redditionis, quæ pertinet apud Presbyterium.* [Charta S. Cypriani apud Bellium in Probat. Hist. Comitum Pictav. pag. 402. *Ecclesiam... cum omnibus Redditionibus parochia ipsius.* Vide *Redditus*.]
- ¶ 2. REDDITIO, Tributum, vectigal, idem quod infra *Redhibitio*. Charta Ludovici Pii an. 18. ejus Imperii, apud *Laguille* in Probat. Hist. Alfaciæ pag. 19. col. 2. *Nullum telonium, aut ripaticum, aut salutaticum... vel ullum censum, aut ullam Reddi-*

tionem accipere vel exactare audeat. Charta Odonis Regis an. 889. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 136. *Sancimus, ut nemo fidelium nostrorum... ad causas audiendas, aut freda, aut tributa exigenda... nec ullas Redditiones aut illicitas occasiones requirendas... ingredi audeat.*

- ¶ 3. REDDITIO, Idem in rebus feudalibus quod *Reddibilitas feudi*, de qua mox in *Reddibili* dictum est. Charta Dalphini Vienn. an. 1230. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 29. *Accipimus ab Archiepiscopo & Ecclesia Lugdunensi in feudum sine Redditiōe, scilicet castra de Annonay & de Argentaui.* Vide *Feudum reddibile* in *Feudum*.
- ¶ 4. REDDITIO, Explicatio, expositio, apud veterem Interpretem S. Irenæi lib. 2. cap. 24. num. 2. ubi Græcum ἀπόδοσις vertit *redditiō*: quod habita loci ratione, reddere debuisset *explicatio*, vel *accommodatio*, ut observarunt Billius & Massuetus.
- ¶ REDDITUALIS, Singulis annis reddendus seu exsolvendus. Charta an. 1275. ex Archivo Cervi-Frigidi: *Ut ipsi ad opus dicti capituli predictas xv. libras Turonenses Reddituales pacifice tenere... possint.* Alia ann. 1283. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 300. *Item nos Comes (Claramont.) volumus, quod dictum monasterium percipiat quatuor sextaria bladi Redditiualia ex legato domina Alazia avia nostra & duo sextaria bladi ex legato domini Roberti Comitum avi nostri, quæ & prout percipere consuevit.* Adde Lobinelli Glossarium tom. 3. Hist. Paris. *Redditiualis* legitur eadem notione in Charta an. 1275. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1378. in alia an. 1350. in Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 109. & alibi.
- ¶ REDDITUARE, *Redditus annuos* concedere, assignare, Gall. *Renter*, quod maxime dicitur de sacris ædibus, quibus attribuuntur annua vectigalia. Brevis Hist. Ordinis Cartusienfium apud Marten. tom. 6. Ampliff. Collect. col. 198. *Latus igitur rediens domum adificavit & Reddituavit, ac pro adificando multa millia florenorum adimpendit an. Dom. 1391.* Vide *Redditus*.
- ¶ REDDITUARIUS, Manceps, exactor reddituum seu proventuum. Charta Henrici IV. Regis Angl. an. 1402. de solutionibus propter nuptias Blanchæ filiæ faciendis, apud Rymer. tom. 8. p. 238. col. 1. *Ut intentores ac ferventiores Reddituarii pariter & factuarii nostri sint ad solvendam summam quadraginta milium nobilium predictam, bonam etiam fidem aqua beneficentia compensando.* Franchesiæ villæ de *Veer* an. 1471. apud eundem Rymer. tom. 11. pag. 732. col. 2. *Reddituariis, custumariis, omnium & singulorum theolonorum & custumarum portuum & passagiorum, &c.* *Reddituarii villa Tornacensis*, in Charta an. 1364. apud Butillarum in Summa rurali fol. 8. *Reddituarii civitatum, oppidorum, castrorum atque villarum*, rursus memorantur in Instrumento an. 1541. apud Miræum to. 2. p. 1062. col. 1. Vide *Redditarie* & *Redituarius*.
- ¶ REDDITUATUS, Dives, cui multi sunt redditus seu proventus, Gallice *Renté*. Epistola ann. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 1119. *Credas quod ipse est notabilis persona in litteratura & moribus... multum zelat rempublicam, & est aque bene Reddituatus sicut unus magnus Episcopus.* Vide *Redditus*.
1. REDDITUS, Monachus, Eremita, qui se in Monachum reddidit. Vulgo dicimus, *qui s' est rendu Moine*. Tabular. Celsinianenfis: *Notum, ... quod ego Stephanus de Aiz sponte mea memet ipsum Reddidi Domino Deo, & S. Petro, & Monachis Celsinianen-*

sibus ad Monachum, nec non & omnem pecuniam meam, &c. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu ch. 190. Ego Rodolphus Miles appellatus de Tedesio Reddo meipsum Domino Deo & S.S. Apostolis Petro & Paulo ad Monasterium de Domina: & quia scio obitum meum appropinquare, devote suscipio habitum S. Benedicti pro salute anime mee, donoque predicto Monasterio duas mansos & dimidium, totum videlicet alodium meum, quem habeo in Episcopatu Belensi, &c. Laudaverunt hoc donum uxor sua Anna, & filii eorum, &c. Philippus Mouskes in Hist. Franc. MS.

*Henris ses freres li tiers nés
Fu rendus Moines à Cluni,
Et puis fu il Abbé d'enki.*

Le Roman du Chevalier au Barisel MS. de Eremita quodam:

A tant appela le Rendu.

Computum Stephani Fontani Argentarii Regis incip. à 25. Mart. 1350. Pour l'Ordonance de la reception de Madame Marguerite de France, fille dudit Seigneur, & de Madame Marie de Bourbon, fille de M. le Duc de Bourbon, lesquelles devoient estre en ce terme, & furent Rendues à Poissi. In Computo seq. Baillé au Roy à Poissi le jour, que sa fille fut Rendue. Vide Histor. Ecclesiast. Abbatis-villæ pag. 380.

Sed proprie dicebantur *Fratres Laici*, seu seculares, qui abdicato seculo in Monasteria secedebant. Statuta Ordinis de Sempringham §. de *Secularibus Renditis: Seculares, qui se Reddiderint in domibus nostris, & omnem proprietatem reliquerint, . . . equalem portionem habent, quemadmodum & alii nostri ordinis conversi. Super eos fratribus nulla potestas attribuitur, sed in labore aequalitas. Priori & Cellarario & Subcellario eorum obedientia assignetur, & cum dormierint in Domino, omnino eis officium exhibeatur sicut pro Canonico, pro arctiore vita, quam sibi elegerunt pro Christo. Vide pag. 779. Statutum Philippi Regis Franc. ann. 1292. in Regesto Parlam. B. fol. 85. & apud Chopinum l. 3. de Sacra Polit. tit. 5. num. 15. Ordinum est, quod si Templarii, Hospitalarii, seu alii quicumque religiosi, ratione cujuscumque advocacionis, doni, vel alterius cujuscumque emolumenti in fratrem seu Redditum suum aliquem seu aliquos receperint, & eum vel eos tanquam fratrem seu Redditum defendere & tueri voluerint, caveant gentes domini Regis . . . ne aliquos tales privilegii Templariorum & aliorum religiosorum quorumcumque gaudere, neque aliquos auctoritate dictorum privilegiorum vexari permittant, nisi dicti fratres se omnino Reddiderint, & deferant habitum eorundem. [Adde Literas Caroli V. Franc. Regis pro Monasterio S. Victoris Paris. an. 1364. apud D. Secousse tom. 4. Ordin. Reg. pag. 540.] In Charta an. 1282. in Hist. Monasterii S. Mariæ Sueffion. Gallica pag. 465. 466. *Les Rendues*, distinguuntur à *Dominabus*, *les Dames*. Vide virum doctissimum Michaëlem Germanum ejusdem Historiæ Scriptorem cap. 5.*

In Statutis Ordinis Cartusienfis crebra est mentio ejusmodi *Redditorum*, qui & *Laici* & *Donati*, & *Præbendarii* dicuntur, quorum ordo Conversorum ordine inferior est, adeo ut si Conversus deliquerit, in ordinem *Redditorum*, regradetur, part. 2. cap. 31. cap. 12. part. 3. cap. 32. §. 9. *Redditorum* tamen in eo potior est conditio, quod inter eos possit esse unus Clericus, qui tamen in habitu Redditi non possit ultra Diaconatum promoveri, part. 2. cap. 25. §. 3. part. 3. cap. 33. Adde Statuta an. 1368. part. 3. cap. 1. & 2. & tertia Statuta cap. 11. Ita porro ii sese Monasterio donabant, ut in professione, quam edebant, hanc clau-

sulam apponerent: *Quod si aliquo tempore inquam hinc aufugere, vel abire tentavero, liceat servis Dei qui hic fuerint, me plena sui juris auctoritate requirere, & coacte ac violenter in suum servitium revocare, apud Guigonem in Consuetud. Cartusienf. cap. 74. & in Statut. antiq. 3. part. cap. 24. §. 5. Vide Oblati 2. Donati, [Recepta 4. & Receptus 3.]*

¶ In Monasterio Saletarum, ubi Monachi pariter & Moniales instituuntur ab Humberto I. Dalphino Viennensi an. 1299. *Redditi* Sacerdotes erant aut ad Sacerdotium promovendi. Fundatio hujuscæ Monasterii tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 91. *Quod in dicto Monasterio sint perpetuo & esse debeant sex tam Monachi quam Redditi Sacerdotes, vel parati ad Sacerdotium promoveri, & unus Vicarius de Ordine Cartusienfi & triginta Moniales ejusdem Ordinis, qui & qua omni tempore Deo pro nobis & nostris serviant secundum statuta & instituta Ordinis supradicti. Sed id peculiare fuit in hoc Parthenone, ubi pauciores erant Monachi vel Redditi, quos omnes pro Monialium utilitate Sacerdotes esse conveniebat.*

¶ Fuerunt etiam Redditi in Hospitalibus seu publicis Valetudinariis, qui voce Gallica *Rendus* vocantur in Charta an. 1357. tom. 3. Histor. Harcur. pag. 299. *Fuerunt sepulta per quatuor Rendus Magdalena (Hospitalis) Rothomagensis corpora D. de Graville, de Manbué in tribus arcis, quales fieri solent pro mortuis. Renduti vero dicuntur in Charta an. 1335. apud Meneferium in Probat. Hist. Lugdun. pag. xxv. col. 1. Egrotis & Rendutis & aliis sibi servientibus in dicta (Hospitalis) capella, &c. Conventiones habitæ inter Johannem Dalphinum & Hospitalale S. Johannis Jerosol. Visiliense ann. 1317. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 161. col. 1. *Versa vice prefatus D. Dalphinus in recompensationem dict. bonorum, sibi ex causa permutationis traditorum per predictos Procuratores, eisdem dedit domum de Levata sitam juxta castrum de Aybeno in Grayfivodano, exoneratam à leprosis Rendutis & à quolibet alio onere, excepto onere debito Prioratui de Domena. Ex quo posteriori loco patet leprosos etiam aliquando inter Hospitalium Rendutos numeratos fuisse: quod cum ipsis Hospitalibus oneri esset, ab hoc onere liberatur Hospitalale Visiliense.**

2. REDDITUS, Proventus, *Revenu*. Vide *Reditus*.

¶ REDDITUS FEUDI. Vide *Reddere feudum* in *Reddere*, & *Feudum reddibile* in *Feudum*.

¶ REDDITUS SYNODI, in Charta an. 1045. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Hispan. num: 91. Censur Episcopo solvendus à Clericis, qui ad annuas ejus Synodos venire tenebantur. Vide infra *Synodus*.

¶ REDEBENTA, Idem quod mox *Redebentia*, si non sit ita legendum. Charta Ludovici Hutini an. 1315. in Probat. Hist. Ebroic. pag. 31. *Cum focagiis, corveis & aliis Redebentis feodalibus, & aliis quibuscumque cum universis juribus & commodis predictorum.*

¶ REDEBENTIA, Clientare munus prædiatorum, Gall. *Redevance*, ut passim legitur in Consuetudinibus municipalibus in Glossario Juris Gallici laudatis. Charta Itherii de Mengnac pro incolis parochiæ de Grumay an. 1278. apud Thomasserium in Biturig. pag. 109. *Quittantes ipsos homines . . . ab omni angaria & perangaria . . . ab omni jure & Redebentia.* Charta Philippi Franc. Regis an. 1281. è Tabulario S. Medardi Sueffion. *Census, redditus & omnes alias Redebentias.* Charta Guillelmi Abbat. Floriac. an. 1296. *Burgenses de Castellione remanebunt & erunt quiti. & immunes . . . de omnibus Rede-*

beutiis, &c. Charta Pontifaraensis ann. 1318. Johannes de Bologna dat v. sol. Confratriæ clericulorum B. Maria de Pontifara pro Redebentiis suis universis. Vide *Redevancia* & *Redhibere*.

¶ REDEBERE, Debere, redebentiis obnoxium esse. Appendix Marculfi formula 2. Repetebat ei dum diceret eo quod genitor suus nomine ille, colonus sancti illius, de villa illa fuisset, & ipso colonitio de capud suum ad ipsa casa Dei Redebeat. Similia leguntur form. 4. pro quo form. 3 2. habetur: Repetebat ei eo quod genitor suus aut genitrix sua illa coloni sui fuissent & ipse suus colonus esse dicebat. Pluribus redebentiis obnoxios fuisse colonos omnibus notum est. Ibidem form. 3 3. Ad quod mihi iudicatum fuit in nullo non Redebeo, nisi isto & unico sacramento. Eadem fere habentur form. seq. Servitium alicui Redeberere, in Formulæ Andecav. apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 241. Charta an. circiter 805. apud Mabill. de Re Diplom. pag. 507. & Murator. tom. 2. part. 2. col. 746. Et quicquid in valle Maurigenica ex alode parentum nostrorum, vel per quodlibet titulo, juste & rationabiliter nobis ibidem obvenit & legitima subpetit Redeberere. Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 20. verbum hoc explicat per *Obligari ad reddendum*, eosque falli arbitratur, qui idem esse aiunt ac *Redhibere*. Vide *Reddeberere*.

REDECIMA, REDECIMATIO, Decimæ, seu Decima pars decimæ, uti appellatur apud S. Rembertum in Vita S. Anscharii Archiepisc. Hamburg. num. 61. in veteri Charta apud Columbum lib. 3. de Episcopis Vivariensibus n. 14. & in Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1240. apud Pontanum lib. 6. extremo Rerum Danicarum. Tabul. Albæ ripæ in Diocesi Lingon. ann. 1219. In tertiis nostris habet Redecimam suam & minutum bladum, &c. Charta Milonis Episcopi Belvac. ann. 1225. Decimam decimæ suæ, quod vulgariter Redecimum appellatur. Charta alia apud Perardum in Burgundicis: Qui decimarum Redecimam capiebat. Vide eundem p. 138. 194. 195. Alia in Historia Sabaud. pag. 26. Decimam & Redecimam de propriis laboribus. Charta Henrici II. Regis Angl. tom. 2. Monast. Anglic. pag. 1010. Et Redecimam vini sui ad cellarium, præter primam decimam, qua solito more datur ad torcularia. [Charta an. 1181. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 137. Dederunt medietatem census sepierum in fluvio Rentia ad S. Ciliacum, excepta Redecima, qua est monachorum S. Martini. In Diplomate Philippi Franc. Regis an. 1221. Anselmus de Botterviller quitat Abbati Floriacensi Redecimam, spilones, gaspiliones, terratas, &c. Index MS. Beneficiorum Eccles. Constantiensis fol. 33. Episcopus Constantiensis percipit duas garbas decime & Abbas percipit terciam garbam una cum Redecima duarum garbarum dicti Episcopi. Histor. MS. Beccensis pag. 447. num. 2. Concessit decimam denariorum & Redecimam omnium bladorum. Redecima de silva, in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 157. Redecimatio bladi & vini, in Charta an. 1127. ex Archivo Prioratus de Firmitate Walcheri. Redecimatio de decimis, in Charta an. 1214. ex Archivo S. Victoris Massil.] Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 466. Dedit præfato Cænobio... quacunque Osbernus Presbyter tenebat cum Redecima thelonei. Idem lib. 8. pag. 669. Decimam molendinorum & omniium exituum suorum, & Redecimationem promptuariorum suorum, addidit. Charta Galteri Archiep. Rotomag. in Tabul. S. Victoris Paris. num. 21. Presbyteri de Amblevilla Redecimationem habent in tota decima. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 199. Decimatio-

nem omnium molendinorum suorum in Anglia, & Redecimationem omnium caseorum suorum, ubicumque fiant in Anglia. Adde tom. 3. pag. 12. [Fundatio Abbatæ S. Mariæ apud Santonas ann. 1047. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 479. Donamus... ecclesiam etiam S. Johannis de Anglis cum integritate sua & Redecimatione de universis mediocritibus (mediaturis in MS.) nostris dominicis. Charta Roberti Flandriæ Comitæ ann. 1089. apud Miræum tom. 1. pag. 359. col. 1. Redecimationis vero nummorum de cunctis ovilibus meis, qua similiter ab antecessoribus meis in adificia ecclesie (S. Donatiani Brugensis) data est, talem mihi meisque successoribus retineo potestatem, &c. Hanc tamen ipsam Decimationem sic liberam Ecclesie confirmo, &c. Ubi Redecimatio & Decimatio idem sonant. Adde Chartam alterius Roberti cognomine Frisii ann. 1085. apud eundem Miræum tom. 2. pag. 1137. col. 2. Redecimatio oblationum altaris, in Tabulario Majoris Monasterii. Charta an. 1284. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 181. Le Redisme, c'est à savoir après le dixieme, l'onzieme de tout son blaage de blez & d'avannes, & d'autre grain que il avoit à Joy seur Morain.] Le Roman de Rou MS.

Por la diesme qui fu si grant,
Que tant i out de remauant,
Refu la diesme Rediesmée,
Et la Rediesme en fu gardée.

Vide *Prodecima*, [Cario, Menagium 2. & Ministerialitas 1.]

¶ REDICIMATIO. Charta an. circiter 1070. apud D. Calmet. in Probat. Hist. Lothar. tom. 1. col. 470. Præterea Reaicimationem totius quasi mei, annouæ, vini, denariorum undecumque procedentium, &c.

¶ REDIMATIO. Computus ann. 1202. apud D. Brussel ad calcem tomi 2. de leudorum usu pag. CLXXI. Pro v. 11. sext. & um. mina salis pro Redimatione IVIII. s.

¶ REDEFOSSA, Altera fossa circumdans arcem. Statuta Palavicinia lib. 2. cap. 70. Nulla persona terrigena vel forensis audeat... piscari... in fossis, Redefossis vel sparissis rocha castri.

REDEMIUM, Redemptio. Utitur Pontius Diacon. in Vita S. Cypriani. Vide *Redimia*.

1. REDEMPTIO, in bellis privatis. Vide Anonymum de Miraculis S. Ursuari per Flandr. n. 12.

2. REDEMPTIO, Idem quod *Rachatum*. Charta an. 1240. ex Tabular. S. Mauri Fossat. Et quotiens mutatur Major illius Majoriæ, dictus Abbas habere debet 100. sol. Paris. de Redemptione. Alia ex Tabulario S. Dionysii an. 1200. Salva etiam Redemptione & servitio ejusdem feodi, &c. [Charta Milonis Episcopi Tervan. an. 1145. Relevationes terrarum, quas Redemptiones vocant Remenses, eidem Preposito persolvent. Chronicon S. Trudonis apud Acherium tom. 7. Spicil. pag. 464. Si autem Redemptio aliqua de terra moriente herede exiret, &c. Tabularium Eccl. Ambian. Eadem etiam carruce debent domino de Quaiex pro vicecomitatus Redemptione corveiam tribus diebus... debent etiam predicti homines similiter pro Redemptione vicecomitatus domino de Quaiex singulis annis in festo B. Remigii XL. solidos & unum denarium. Charta an. 1248. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 414. Percepit decimas proventus, & alia bona ad valorem m. lib. Turon. & tam in tallis, quam in Redemptionibus & aliis exactionibus, &c.]

¶ 3. REDEMPTIO, Multa gravior, qua pro estimatione capitis ipsius delinquentis impingitur, Anglis Ransom, Thomæ Blount in Nomolexico. Capitul. lib. 5. cap. 196. De eo qui perjurium fecerit, ut nullam

Redemptionem solvat, sed manum perdat. Redemptio pro capite aut membro, in Charta Communiae Laudunensis ann. 1128. apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 289. Vide Manum perdere in Manus.

¶ 4. REDEMPTIO, Ἀπολύτρωσις, Profanus quidam & superstitiosus initiationis ritus, quo suos consecrabant Gnostici: de quo ritu S. Irenæus meminit lib. 1. cap. 13. ult. edit. num. 6. cap. 21. num. 1. & alibi.

REDEMPTIONES ALTARIUM. Vide Altare.

¶ REDEMPTIO ANIMÆ, Æterna salus. Lex Bajwariorum tit. 1. cap. 1. *Si quis liber persona voluerit & dederit res suas ad Ecclesiam pro Redemptione animæ suæ, &c.* Formula in donationibus piis frequentissima.

¶ REDEMPTIO CORPORIS DOMINI, Gallice *Rançon*, cuius pretium exsolvere coguntur vassalli, cum ab hostibus captus est dominus capitalis. Charta Eudonis Comitis, Ducis Britan. an. 1153. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 157. *Rogaverunt me supradicti Monachi, ut eis quasdam consuetudines, quas eis dominus Gaufridus pater meus dederat, confirmarem, scilicet censum, ostagium, comitis esum, maritationem, terræ emptionem, corporis sui Redemptionem.* Vide Auxilium col. 887.

REDEMPTIO POENITENTIARUM. Vide Pœnitentia in Pœnitentes.

REDEMPTIONALE: ita inscribitur in Formulæ veteribus, Charta, per quam servus seipsum de peculio suo redimit, & dato pretio libertate à domino donatur. Adde Legem Bajwar. cap. 15. tit. 7. Legem Frison. tit. 11. §. 2. & Capit. Caroli Magni lib. 5. cap. 207.

¶ REDEMPTOR CAUSARUM, *Quadruplator*, interceptor alienæ litis, in Vocabulario Suffannæi.

¶ REDEMPTUS, pro *Redimitus*, Coronatus. Misale Gothicum apud Mabillon. de Liturgia Gallic. p. 213. *Vere diversis insulis (B. M. Virginis) anima Redempta: cui Apostoli sacrum reddunt obsequium, &c.*

REDEMPTUS TESTIS, Qui pecunia emitur, corrumpitur. Capitul. Carol. M. lib. 5. cap. 401. *Sunt quidam, qui contra Ecclesiasticam Regulam pugnare videntur, & per testes Redemptos putant se ad accusationem admitti debere, &c.* [Vide Redimere.]

¶ REDENCIO, pro *Redemptio*, ex vitiosa temporum scriptura. Pro animarum illorum, eorumque parentum mercede & Redencione de illorum peccatis, in Charta ann. 1076. apud Muratorium delle Antic. Estenfi pag. 249.

¶ REDENTITARE, *Iterum atque iterum clamare*, in Glossario MS. quod laudat Vossius lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 20. ubi addit: *Quid si à dente sit, ac notet remordere, dente vicissim aliquem petere vel rodere, genuinum in aliquo frangere?*

¶ REDEQUITARE, Retro equitare, Vossio ibidem, sive ea equitantem via reverti, qua & ante equo veneris. Fulbertus Carnot. Ep. 21. *Hæc ille non gratanter accipiens ad Comitem Redequitat.*

¶ REDEVAMENTUM, Idem quod mox *Redevancia*. Tabularium Calense pag. 50. *Salvis censibus & Redevamentis & aliis consuetudinibus.*

¶ REDEVANCIA, REDEVANCHIA, Obligatio vassalli vel tenentis erga dominum capitalem, qua certas res operasve singulis annis ei præstare tenentur, vectigal, Gallice *Redevance*. Libertates Bello-montis ex MS. Coislineo: *Prædictos homines liberantes ab omni... Redevancia.* Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 979. *Homines mei poterunt transire libere & quiete per supradictum portum... solvendo prædictis Religiosis omnes Redevanchias, quas dicti homi-*

nes mihi reddebant... si... prædictas Redevancias non solverint, licebit dictis Religiosis homines meos supradictos justiciare in stetis suis & batellis, donec de prædictis Redevanciis plenarie eis fuerit satisfactum. Charta venditionis an. 1283. è Tabulario S. Laurentii in Diocesi Autissiod. *Cum omnibus pertinentiis & emolumentis dictæ terra, in quibuscumque rebus consistant, sive in terragiis, bichetis, nemoribus, miniagiis, ferragiis, justiciis, costumis & aliis Redevanciis, &c.* Vide *Redhibentia* in *Redhibere* & *Redebentia*.

¶ REDEVANTIA, Eadem notione. Charta an. 1240. ex Archivo Pontis-Otranni: *Quitavi eis omnes Redevantias, quas habebam in prædicta medietaria, excepto sanguine & latrone.* Alia an. 1142. ex Archivo Veteris-villæ: *Dedit abbatia Veteris-villæ tenementum... situm apud Dinannum, sub Redevantia unius paris cyrothecarum & duorum denariorum.* Occurrit in Charta ann. 1259. ex Archivo Fiscann. in alia ann. 1267. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 409. in Tabulario Calensi p. 41. & alibi passim.

¶ REDEVENCIA, Eodem intellectu, in Literis an. 1275. apud D. Secousse to. 3. Ordinat. Reg. pag. 62. in Charta ann. 1347. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 197. &c.

¶ REDEVENTIA, in Charta ann. 1220: apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 342. in alia S. Ludovici an. 1261. è Chartulario Domus Dei Pontifar. in alia ann. 1269. ex eod. Chartular. in alia ann. 1274. ex Archivo Ecclesiæ Dolensis, in alia ann. 1275. è Tabulario S. Medardi Sueffion. alia ann. 1281. apud Thomasserium Consuetud. Bitoric. pag. 730. alia ann. 1360. apud Rymer. to. 6. pag. 215. &c.

¶ REDEVENTIO, Eodem significatu, in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 163.

REDHIBERE, *Reddere*, in Glossis Isid. Occurrit non semel apud Scriptores, [Sidonium lib. 9. Ep. 11. & 14. Gregorium M. lib. 1. Epist. 44. & 82. &c. Glossæ Lat. Græc. *Redhibeo* & *Redibeo*, ἀποδίδωμι. Glossæ Græc. Lat. ἀποδίδωμι, *Reddo*, *Redibeo*, *sarcio*, *absolvo*, *repræsentio*. Item: *Redhibeo*, *retribuo*, *restituo*. Ἀποκατάστασις, *Restitutio*, *Resectio*, *Redibicio*, *Dimicatio*. Item: ἀποκατάστασις, *Restitutio*, *Redhibicio*. Rursus: ἀποδοσις, *Restitutio*, *Redhibicio*. Eadem fere in Glossis Lat. Græc.] Vide Juretum ad Symmachum lib. 5. Epist. 87. Sirmondum ad Ennodium lib. 3. Epist. 10. & Jacobum Gothofredum ad Cod. Theod.

REDHIBENTIA, *Redditus*, *proventus*, apud Continuatore Chron. Nangii an. 1334. Charta Philippi Regis Fr. an. 1312. *Et de omnibus fructibus, redditibus, exitibus, emolumentis, juribus, deveris, & Redhibentiis quibuscumque, &c.* *Redhibentia* in Consuet. Camerac. tit. de Actionibus art. 11. *Redevair*, in Consuet. Lorriacensi an. 1394. c. 2. art. 17.

¶ REDIBENTIA, Idem quod *Redevancia*, Clientare munus prædiatorium, Gall. *Redevance*. Privilegium Johannis de Castellione Comitis Blefensis concessum Abbatia S. Johannis in Valleia Carnot. ann. 1265. è Schedis D. Lancelot: *Homines burgi S. Johannis sint immunes & quitti à tallis, exactionibus, corveis, costumis & universis Redibentiis.* Charta ann. 1293. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 297. *In aliis vero terris non moventibus nec existentibus de dicto prioratu, & in quibus ipsa Priorissa non habet partem, feodum, costumam, nec Redibentiam aliquam, &c.* Charta Philippi Franc. Reg. pro Sororibus S. Claræ prope Pontem S. Maxentiæ instituendis an. 1309. è Chartophylacio Regio: *Ipsa Sorores ad præstationes & Redibentiis vel quavis onera*

- minime teneantur. Charta Philippi Longi Franc. Regis an. 1319. ex eod. Charthophylacio Regeſto 98. charta 226. *Que quidem costuma seu Redibentia, tam ad precium terre quam ad valorem annorum communium, indifferenter extitit estimata.* Adde Glossarium Lobinelli tom. 3. Hist. Paris.
- ¶ REDIBENTIA, Vectigal, tributum. Edictum Philippi VI. Reg. Franc. an. 1329. tom. 2. Ordinatio pag. 36. *Quod quilibet possit asportare de extra regnum nostrum ad nostras monetas libere aurum, argentum in massa & bilhonum; & erit liber ab omni pedagio atque leuda, & quacumque alia Redibentia.* Literæ ejusd. Regis an. 1333. ibid. pag. 91. *Dummodo pedagia & alias Redibentias pro dictis rebus & mercaturis . . . præstari solita, & quatuor denarios pro libra . . . solvantur gentibus regis super hoc deputandis.*
- ¶ REDIBITA, Idem quod Redhibentia, Gall. Redevance. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 21. *Odo de Plancifago Miles boscum suum . . . dedit Deo & abbatiæ S. Vincentii in perpetuam eleemosynam possidendam, ad annum tamen servitium sex denariorum Cenomanensium, pro omni Redibita ad ipsum spectante, ipsi vel mandato suo in Pascha annis singulis reddendorum.*
- REDHIBITIO, Redditio, apud Symmachum lib. 10. Epist. 36. Lex Longob. lib. 2. tit. 52. §. 10. *Omnia controversia coram Centenariis diffiniri potest, excepta Redhibitione rerum immobilium & mancipiorum, &c. i. cum agitur de proprietate rerum, iisque alii restituendis.* Vide Regulam Magistri cap. 94. Concilium Audomarense an. 1099. c. 4. &c.
- ¶ REDHIBITIO, Satisfactio. Miracula S. Bertini sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 129. *Sollerti quoque priores cura cum senioribus consuluerunt, quibus potissimum occupationibus quivissent priorum negligentiarum Redhibitionem reddere.*
- REDHIBITIO, Multa. Lex Burgundion. tit. 49. §. 4. *Quod si . . . convictus fuerit, triplici Redhibitione teneatur obnoxius, id est triplici compositione; seu tripli Redhibitione, ut quadruplex Redhibitio, in Lege 10. Cod. Th. de Jure fisci.*
- REDHIBITIO, Vectigal, tributum, præstatio. Charta Caroli Regis Franc. in Chronico Laurishamensi pag. 60. *Nec ad ulla Redhibitiones publicas requirendum, nec exactandum, quod ad partem fisci nostri exinde redhibetur, penitus ingredi judiciaria potestas, aut Missi nostri discurrere non presumant.* Ita passim in veteribus Chartis sæculi VIII. & seqq. [unde emendanda Charta an. 813. in Probat. novæ Hist. Occitan. to. 1. col. 37. ubi perperam legitur Reditionem pro Redhibitionem.] Lex Longob. l. 3. tit. 12. §. 1. *Andrimus, quod juniores Comitum, vel aliqui Ministri Reipublica, . . . aliquas Redhibitiones vel collectiones . . . à populo exigere solent.* [Capitularia Caroli C. tit. 6. cap. 2. *Nec telonea . . . nec alia qualibet Redibitio, neque à Comite, neque à junioribus aut ministerialibus ejus deinceps ab illis (Ecclesiis) ullatenus exigatur.* Donatio Johannis Comitum Montis-fortis Parthenoni Portus Regii an. 1248. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 86. *Concedo . . . CCXL arpenta terra . . . in perpetuum tenenda & possidenda, libera & quitta absque aliquo onere censuali, costuma, servitio & Redhibitione, hoc est, clientari munere prædiatorio, nostris Redevance: qua notione non semel occurrit alibi.] Redhibitiones annorum præteritorum, in Histor. Miscella anno 9. Nicephori, quæ Theophani ὀπισθοτελείαι. Testamentum Ephibii Abbatis an. 2. Reg. Childeberti: *In villis, vel terris, vel silvis, vel Redhibitionibus, &c.* Concil. Meldense ann. 835. cap. 63. *Nec quisquam cujuslibet ordinis vel dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut Red-**

- hibitionem quamcumque exigat temporalem. Redevabilité ou-droiture, in Magno Recordo Leodiensi pag. 66. [Vide Redditio 2.]
- ¶ REDIVITIO, Eadem notione, in Præcepto Caroli Simplicis Regis Franc. apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 697. col. 1.
- ¶ REDIBUTIO, Redditus, proventus. Capitulatio Caroli M. de partibus Saxonie an. 809. cap. 16. *Et hoc Christo propitio placuit, ut undecunque census aliquid ad fiscum pervenerit, sive in frido sive in qualicumque bauno, & in omni Redibutione ad Regem pertinet, decima pars Ecclesiis & Sacerdotibus reddatur.*
- ¶ REDHIBITUS, Instauratus, restitutus. Interpret. S. Irenæi lib. 5. cap. 14. num. 4. *Memor igitur, dilectissime, quoniam carne Domini nostri redemptus es, & sanguine ejus Redhibitus, &c.*
- ¶ REDIBITOR, Ἀνδροχες, in Glossis Lat. Gr. Aliæ. Græc. Lat. Ἀνδροχες, Pras, Redibitor. Et mox Ἀνδροχοι, Vades, rectores, vel potius Redibitores, uti legendum videtur. Redhibitor, qui rem venditam recipit, in lege 25. Dig. de except. rei jud.
- REDICA, ῥάραξ, in Gloss. Lat. Græc. [Aliæ Græc. Lat. ῥάραξ, Sudis, (vel potius Sudes,) Redica, adminiculum, vallum. Varro dixit Ridica, eadem notione. Hinc emendandæ Glossæ Isid. ubi: Retica, Ligna, quibus ligna sublimantur; legendum enim Redica vel Ridica: quod etiam vidit Martinius. Palus, Redica vineis sustentandis, in veter. Inscript. apud Gualterum in Tabulis Siculis pag. 58.]
- ¶ REDICARE, Redica fulcire. Gl. Lat. Gr. Redico, χαρᾶν. Aliæ Gr. Lat. χαρᾶν, Vallo, Sepio, Redico.
- ¶ REDICARE ECCLESIAM, Iterum dicare, benedicere, consecrare, in Epistola Nicolai I. PP. quam laudat Ratherius to. 2. Spicil. Acher. pag. 244. Vide locum in Inthronizare mensam.
- REDICERE, Respondere: utitur Ditmarus Merseburgensis in Chronico.
- ¶ REDICIMATIO. Vide superius Redecima.
- ¶ REDIENS, pro Reddens, nisi ita legendum est. MS. Monasterii Gemmetici. pag. 174. & 175. *Redientibus Sagiensibus monachis Gemmeticensibus annuatim decem solidos.*
- ¶ REDIGERE MALUM, Emendare, corrigere, pro delicto satisfacere. Jacobus Rex Aragon. in Edicto ann. 1228. tom. 8. Spicil. Acher. p. 386. *Fures vero & latrones, & eorum receptatores, si Redigere malum, quod fecerint, noluerint, vel directum facere contempserint, &c.* Sed legendum est Redirigere, ut infra.
- REDIGULOSUS, Ridiculus. Glossæ Græco-Lat. γελοῖώδης, Jocosus, Ridiculosus, [Jocularis.] Galfrius de Vno Salvo in Poëtria MS. seu de Coloribus Rhetoricis, (floruit sub Richardo I. Rege Angliæ:) *Contra ridiculos si vis insurgere plene, Surge sub hac specie, lauda, sed Redigulose, Argue, sed lepide, &c.*
- Infra:
In studio videre potest Derediguloso.
- ¶ REDIMATIO. Vide in Redecima.
- ¶ REDIMENTIA, Vectigal, tributum. Permutatio quorundam castrorum inter Johannem Dalphinum & Ludovicum dominum de Anthonne an. 1315. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 31. col. 2. *Item nos nec successores nostri non habebimus . . . aliquos gardiatores, Redimentias seu servitutes infra jurisdictionem dictorum liberorum, nec causam habentium ab eisdem, nec etiam infra mandamentum Anthonis . . . & si contingeret aliquem vel aliquos commorantes infra jurisdictionem ipsorum aliquam Redimentiam nobis aut gentibus nostris facere aut solvere . . . ipsi liberi . . . possint*

& eis liceat sine offensa seu indignatione nostra... predictas Redimentias seu gardas levare ab eis, & dictos servientes & alios infra jurisdictionem dictorum liberorum commorantes, aut contra presentem ordinationem facientes, punire in corpore, aut in bonis, pro suo libito voluntatis. Ubi Redimentia & Garda idem omnino sonare videntur; erat autem Garda, ut in Guarda 1. dictum est, Tributum annuum ab inferioris conditionis hominibus pro tutela & protectione potentioribus exsolutum: quæ tributi species hic, si bene conjecto, dicitur Redimentia, quod illud solverent inferiores, ut sese redimerent à potentiorum vexationibus.

REDIMENTUM, παρασπονή, in Gloss. Lat. Græc. [Aliæ Græco-Lat. παρασπονή, Redimentum, Reviamentum, f. pro Reviamentum.]

REDIMERE, In suas partes allicere, pretio dato corrumpere. Auctor præfationis in libellum precum Marcellini & Faustini: *Damasus tantum sibi conscius scelerum, non mediocri timore concussus, Redemit omne palatium, ne facta sua Principi panderentur.* [Ciceroni Redimere sibi amicos, idem est quod Muneribus amicos sibi comparare. Vide Redemptus testis.]

¶ Olim Reembrer, Reimbrer & Reymbrer nostri dixerunt, pro Redimere, *Racheter*. Mehus au Codicille: *Qu'il me fit Chrestien & qu'il me daigna Reimbrer.* Le Roman d'Athis MS.

Bien haultement le Reymbrons,
Pour lui ung riche Roy rendrons.

Ovide MS.

Du bieu fils de Dieu, du bon, du sage,
Celui qui pour l'humain lignage
Reembre de mort & delivre.

Raamber une terre, in Sententia arbitrari an. 1309. apud Pithœum in Consuetud. Trecens. art. 144. Jure cognationis terram redhibere. Raançon, hujuscemodi redemptio ibidem: *Ainsi ne pouvoit venir messire Jehans à sa Raançon, parce que lidis heritages n'estoit pas de son costé.* Vide Retrabere 2.

¶ REDIMERE CORIUM, Componere de flagello, seu ut loquitur Tullius, *Redimere pretio virgarum metum.* Vide in Corium.

¶ REDIMERE MANUM, De manu pro delicto amputanda componere, in Capitulari 5. ann. 803. cap. 13. & lib. 4. Capitul. cap. 23. Titulus 55. Legis Salicæ est *de manu ab aneo Redimenda*, hoc est, de compositione, quam facere debebat is, qui tenebatur se purgare manum in ænum aqua ferventi plenum immittendo. Vide *Aquæ ferventis judicium* in *Aqua & Redemptio* 3. & in *Redimere vitam*.

REDIMERE SE tenebantur adscriptitii glebæ, si vel matrimonia contrahere, vel alio migrare velent, data scilicet dominis suis certa quantitate pecuniæ. Consuetudines Catalaniæ inter Dominos & Vassallos MSS. cap. 36. *In quadam parte Catalaniæ homines solidi, qui non sunt Milites, sunt sic astricti dominis suis, quod filii eorum sunt homines dominorum suorum, sic quod non possint contrahere matrimonia, nec de mansis recedere: quod si fecerint, oportet quod Redimant se, & si contrahant matrimonia, domini ipsorum rusticorum habent quasi partem laudimii de sponsalicio.* Curia Generalis Barcinon. sub Petro II. Rege Arag. MS. cap. 23. *In terris sive locis, ubi homines Redimi consueverunt, non transferant domicilia sua ad loca nostra, nisi se Redemerint, & non possint tenere honores, nec possessiones; sed eas alienent personis non prohibitis, vel deferant propriis dominis, instrumentis ipsorum bonorum eis restituis.*

¶ REDIMERE TEMPUS, Tergiversari. Synodus Aurel. ann. circiter 1017. tom. 2. Spicil. Acher. Tom. V.

p. 674. *Tunc Arefastus videns quod Redimerent tempus, & sermonum clypeo festinareut obnubilare sua fidei errorem, &c. Redimere tempus, Coloss. 4. 5. est eo bene uti, illud in rebus utilibus ponendo.*

¶ REDIMERE TRIDUANAM, De tridui jejunio componere, in Decretali precum an. 779. lib. 5. Capitul. 207. Vide *Biduana*.

REDIMERE VITAM, vel manum. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 65. §. 2. *In iudicio condemnatus, si vitam aut manum Redimat, sine jure & infamis erit.* Vide *Reatum redemptio*.

REDIMIÆ, Ἀβία, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. [Glossæ Isid. *Redimie, res à pradonibus redempta.* Vide Grævium & supra *Redemium*.]

¶ REDIMIBILIS, Qui redimi potest. Obituarium MS. Eccl. Morin. fol. 25. *Recipiet fabrica singulis annis v. lib. moneta currentis super xxx. lib. perpetui redditus admortizati, licet Redimibilis.* Ibid. fol. 27. habetur *Redimiles redditus*, mendosa scriptio.

¶ REDIMICULA, Idem quod Latinis *Redimiculum*, Ornamentum capitis mulieris. Legitur apud Mabillon. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 286.

¶ REDIMICULARE, Redimiculum solvere. Glossæ Lat. Græc. *Redimiculat, ἀναλύει δέσματα.*

¶ REDIMICULUM PRÆBENDÆ, Reditus annuus præbendæ Canonici. Fundatio Collegii Canoniorum Bruxellis ann. 1047. apud Miræum tom. 1. pag. 57. *Ecclesia nullo erat juvenine fulta, & undique egeus auxilii, ad ejus adificationem Redimiculi præbendarum (vacantium) partem dimisi, ne statum elemosyna omnino viderer vendere pretio.*

¶ REDIMILIS. Vide supra in *Redimibilis*.

¶ REDINDUERE, Induere, vestire, Gall. *Revétir*. Odonis Carmen de varia fortuna Ernesti Bavarie Ducis apud Marten. to. 3. Anecd. col. 357. *Coccineisque togis texisque Redinduit auri Stamine multiplici, cujus sibi multa facultas.*

¶ REDINSERARE. Laurentius in Amalthea post Papiam: *Redinserabit, renovabit. Redinserare, Iterum inserere*, in Glossis MSS. quas laudat Vossius lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 20. ubi suspicatur scribendum *Redinserere*, vel potius *Redinsertare*, quod *Insertare* sit ipsius Maronis.

¶ REDINTEGRANTE. Vox frequens in Chartis Caroli Simplicis Regis Francorum, qua significatur annus, quo post mortem Odonis regnum redintegravit, regni partem, Aquitaniam scilicet & Burgundiam, quæ ab Odone possidebatur, recipiendo. Hujus redintegrationis annos regni sui annis publicis in tabulis subjicere solitus est Carolus, ut videre potes apud Miræum to. 1. pag. 37. tom. 2. pag. 806. Mabillonium tom. 3. Annal. Benedict. pag. 302. & Diplom. p. 558. & seqq. Sirmondum in Notis ad Capitularia, to. 2. edit. Baluzii pag. 815. ubi observatur redintegrationis annos regni annis solido fere quinquennio pauciores fuisse: quod ex singulis Chartis hic laudatis comprobari potest.

¶ REDINTEGRATIVÆ LITERÆ, Eadem quæ *Recaptivatorie*, in *Recaptivare*.

REDIRIGERE, Noxam emendare: *Redresser la faute*. Usatici Barcinonenses cap. 20. *Placitum judicatum inter Vassallum & Seniore, & judicium ex utrisque partibus laudatum & auctorizatum, & in manu Senioris bene asscuratum, ut si ei factum Redirigat Senior, primum ad hominem suum cuncta, quæ ei debuerit quocumque modo, & postea recipiat ab homine suo cuncta quæ illi judicata fuerint.* Cap. 34. *Aut fecerit ei malum, quod non possit ei Redirigere nec emendare.* Cap. 35. *De aliis baudiis & malefactis, quæ possunt*

Redirigi vel emendari. Cap. 39. *Redirigere & emendare damnum.* Cap. 107. *Pater cogat filios suos, ut illam forisfacturam ipsis senioribus Redirigant & emendent.* Cap. seq. *Ipse cogatur filium & homines terram tenentes Redirigere malum, quod fecerint.* Occurrit ibi passim. Vide *Condirigere*.

¶ REDISMUS, Idem, ut conjecto, quod Redditus, proventus. Vide locum in *Posa*.

REDISSEISINA, REDISSEISITOR. Vide *Saisire*.

¶ REDITITIO. Vide *Redhibitio*, *Vectigal*, tributum, &c. in *Redhibere*.

¶ REDITORIA, Scriptura in qua continetur decretum de restituenda re usurpata, jusque confirmatur primi ac legitimi possessoris, ad quem redire debet illa res usurpata. Concilium Cabilon. ann. 915. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 71. & 72. *Querimoniam Pontifices diligenti examinatione inquirentes decreverunt, ut jam dicta villa Sanctiniacus ad antiquitatem suam, hoc est, matricem ecclesiam S. Clementis reverteretur ... unde & hanc testimonii scripturam, quam Reditoriam vocamus, sub hac ratione prefati Praesules praeceperunt facere, ut in posterum ecclesia S. Clementis nullam ex sua parrochia sustineret calumniam.*

¶ REDITUALIS. Vide supra *Redditalis*.

¶ 1. REDITUARIUS, REDDITUARIUS, Emphyteota vel alius quivis vectigali obnoxius, qui certos census annuos domino pendit. Literæ Guntheri Praepositi Eccl. Mogunt. an. 1402. tom. 2. *Rer. Mogunt. p. 886. Dicte nostre Prepositure Reddituariis, censuariis, pensionariis, arrendatoribus, decimatoribus, colonis, incolis & subditis ... injungimus & mandamus, quatenus prefato D. Ottoni, tanquam nostro & dicte Prepositure nostre Cellerario ... de hujusmodi Cellerarie officio, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, pertinentiis, obventionibus, subventionibus & emolumentis quibuscumque, prout ad vos & vestrum quemlibet pertinet, integre & libere & cum effectu respondeatis.* Decretum Alphonso Regis Aragon. an. 1442. to. 3. *Concil. Hispan. pag. 671. Nos enim vobis dicto venerabili Episcopo collectori praedicto vestrisque subcollectoribus in praemissis omnibus ... plenum posse committimus ... mandantes universis & singulis colonis, inquilinis, censuariis, Redituariis & aliis quibuscumque, ad quos spectet, quatenus de omnibus & singulis fructibus, redditibus & proventibus supradictis vobis dicto generali collectori, seu substitutis à vobis & nemini alteri respondeant.* Vide *Redditarii*, *Reddituarius* & *Renterius*.

¶ 2. REDITUARIUS, Cui Vectigal debetur, Gall. *Rentier*. Chronicon S. Bertini tom. 6. *Ampl. Collect. Marten. col. 620. Ex qua pecunia creditorum esuriam mitigavit, & deinceps statum sua Ecclesia ad plenum cognovit, secundum quem sic se in expensis pensionibusque regulavit, ut ei Redituarii sua spe minime frustrarentur, & suus Conventus absque murmure aleretur.*

REDITUS, vel REDDITUS, Proventus, fructus ex re aliqua. Jo. de Janua: *Reditus dicitur, quia singulis annis redeat. Reditus, pensiones, quae ex locatione rediguntur, improprie fructus omnes, Cujacio in Paratit. ad tit. D. de Usufructu. Fleta lib. 3. cap. 14. Reditus dicitur à redeundo quia retroit, & quotannis redit.* Spartianus in Adriano: *Laborabat praterea ut condita militaria diligenter agnosceret; Reditus quoque provinciales diligenter explorans, ut si alicubi quippiam deesset, expleret.* Ubi scripti codd. *Redditus* interdum habent. Occurrit passim apud JC.

REDITUS DUPLICATUS, in Fleta lib. 1. cap. 9. §. 6. *Deux années de revenu d'une terre.*

PLENUS REDITUS, Census integer, nostris *Pleine*

rente. Lex Vervini ann. 1233. art. 2. *Divisum est inter me & ipsos homines, quod unusquisque, qui ibi mansuram ceperit, infra annum & diem domum suam fecerit, plenum inde mihi Reditum reddere tenebitur.*

REDITUS, Eadem notione. *Redditus pecuniarius*, in vet. Inscript. 408. 1. 414. 2. Occurrit passim.

REDITUS ASSISUS, Certus & immobilis census, qui domino solvitur ex praediis liberis, unde & *Liber* appellatur, mobili & nativo contrarius: Anglis *Practicis*, *Rentof assise*, nostris vero *Rente fonciere*, cui opponitur *Rente volage*, in *Consuetud. Senonensi*, *Altiisiodorensi*, *Calvimontensi*, &c. Will. Thorn. ann. 1283. *Et de Redditu assiso & forinseco 8. libr. 10. sol.* [Assisæ de Clarendum apud Hovedenum in Henrico II. *Balivi domini Regis respondeant ad Scaccarium tam de assiso Reditu, quam de omnibus perquisitionibus suis.* Hodie vero nativus reditus etiam sub assiso aestimatur: nec male, cum per tempus praescriptionis ita invaluit ut mutari nequeat, ut ait Spelmanus in voce *Assisa*.]

¶ REDITUS Regum & Dominorum in quo consistent saeculis 11. 12. & 13. fuse docet D. *Brusfel* tom. 1. de Feudorum usu capp. 32. 33. & 34.

¶ REDITUS SALIS ad tertiam dimidiam sartagine[m] conceditur Novientensi Monasterio, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1135. in *Historia ejusd. Monasterii*. Vide *Salinaria*.

REDITUM FACERE dicitur colonus, seu glebæ adscriptus, qui censum de capite debet. Lex Longobardorum lib. 2. tit. 18. §. 3. *Ita sancimus, ut si quis Longobardus per chartam ... res suas ordinaverit, & dixerit eas habere loca venerabilia, & familias, per quas res ipsa excolantur, liberas esse dixerit, ut in ipsis religiosis locis Redditum faciant, secundum ipsius statutum, reddant omni tempore juxta domini sui perceptionem ipsi & filii eorum, & sint liberi de suis personis, sicut dominus eorum instituerit, ... nec à suis capitibus removeantur, &c.*

¶ REDIVENTIA, Idem quod superius *Redevantia*, Praestatio, vectigal, &c. Charta ann. 1250. è Chartulario S. Aviti Aurelian. *Confessi fuerunt se cepisse ... de terris ipsorum decani & capituli, sitis apud Ceris, ad tales Rediventias, scilicet, &c.*

¶ REDIVIDARE, pro *Redundare*, male. Charta Roberti Regis Franc. ann. 1029. apud Mabillon. de *Re Diplom. pag. 582. Verissime decet regiam dignitatem illis (fructibus caritatis) Redividare & asfatim exuberare, per quos sua dignitatis amplitudinem valeat sublimando erigere & erigendo sublimare.*

¶ REDIVITIO, pro *Redhibitio*. Vide in *Redhibere*: REDIVIVUS. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam: *Canapis Rediviva, id est quæ nascitur, & non seminatur.*

REDIUS, *Versor*, *Præco*. Ita Papias MS. & edit.

¶ REDIVUS, pro *Ricinus*. Vide *Ricinosus*.

¶ REDMANNI. Vide *Radmanni*.

¶ REDOCCARE, *Scindere*, in Glossis MSS. quas laudat Vossius lib. 4. de *Vitiis serm. cap. 20. Proprie idem quod Iterum occare; hoc est, denuo glebas comminuere & confringere.*

¶ REDOCCREARE, *Item ocreare*, Johanni de Janua, hoc est ocreas iterum induere.

REDOLINA. Fori Aragonenses apud Michaellem del Molino pag. 159. *Furatus si aliquis fuerit arcam sive Redolinas de archivo publico alicujus civitatis, villa, vel loci, ubi sunt bursa recondita illorum, qui sunt insacculati in officiis, &c.* [Vide *Rhedo*.]

¶ REDOMARE, *Reposcere*, *recuperare*. Charta Petri Comitiss Altiisiod. pro incolis Malliaci ann. 1229. apud Thomasserium in *Consuetud. Bitu-*

ric. pag. 709. *Quicumque in parrochia Malliaci ville domum suam, aut pratum, aut vineam, aut agrum, aut quancumque aliam possessionem anno & die pacifice tenuerit, nulli de cetero respondebit, nisi aliquis se jus sciat in hoc habere, & qui per annum illum extra patriam moram fecerit, voluerit Redomare.*

¶ REDONANCIA, Idem quod *Redevancia*, si tamen non sit ita legendum, Gall. *Redevance*. Charta ann. 1271. to. 1. Chartularii S. Vandreg. pag. 709. *Ego Nicholaus le Chambelent ... vendedi ... Abbati & Conventui S. Vandregesilli omnia illa & singula, quæ habebam & percipiebam annuatim à Radulfo de Mara ... super totum feodum suum, tam in denariis, ovis, caponibus, quam aliis Redonanciis quibuscumque pro XL. solidis Turon.*

¶ REDONDELLUS, Ornamentum capitis mulieris orbiculatus, ni fallor, à Rotundus, Gallice *Rond*, sic appellatus. Litteræ patentes Caroli V. Regis Franc. an. 1367. pro Monspeliensibus: *In capite tamen (domicella) possit portare unum Redondellum vel paracetum cum perlis & margaritis.* Vide *Redundellus*, *Rondellus* & *Rotundellus*.

¶ REDOPERIRE, *Aperire*, in Glossis MSS. à Voffio laudatis lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 20.

¶ REDOPERTUS, *Apertus*, *reductus*. S. Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 16. num. 61. *Expecta ut veniat quod perfectum est, quando non per speciem & in enigmate, sed facie ad faciem, formam ipsam Redoperta veritatis possis agnoscere.*

¶ REDORARE, Rursum inaurare, Gall. *Redorer*. Computus ann. 1245. è Bibl. Reg. *Pro pede cuiusdam cisti torcicii & Redorando xviii. s. Melius scriberetur Redaurare.*

¶ REDORIRI, Iterum incipere. Glossæ Lat. Gr. & Græc. Lat. *Αναρχομαι*, *Redorior*.

¶ REDORSARE, Tergo chartæ inscribere, Gall. *Endosser*. Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 16. §. 5. *Et fiat collatio seu computatio 15. dierum à die captionis terrarum in manu Regis, Redorsata à retro brevis, seu in dorso illius retornati à Ballivio missi ad Regem.* Vide *Indorsare*.

¶ REDORSARE, [Johanni de Janua, *Retro & à posteriori dorsum scindere; unde dicitur: Equus Redorsatus est à posteriori.*] Ugutio: *Equus redorsatus à posteriori parte, edorsatus ab anteriori, unde solet dici, Trossulam illam, vel capam foricatum super equum edorsatum.* Epistola Conradi Hildeshemensis electi apud Arnoldum Lubecensem lib. 4. c. 19. *In eadem civitate (Neapolitana) est equus æreus, magicis incantationibus à Virgilio sic compositus, ut ipso integro permanente, nullus equus possit Redorsari, cum tamen de vitio naturali sit illi terra proprium, ut ante equi illius compositionem, & post ejusdem equi quantulamcumque corruptionem nullus equus sine dorsi fractura possit equitem aliquandiu vehere.* In Consuetudine Monstroliensi art. 42. fit mentio arborum, quæ stant, *pour rados des maisons*, hoc est, ad dorsum ædium plantantur, ut à ventis eas defendant, [vel ornatus gratia, ut dicitur in Glossario juris Gallici: quod *confule.*]

¶ REDORTA. Vide in *Retorta*.

¶ REDOTATUS, Moneta nigra minutior in Dalphinatu, pretii duorum parvorum denariorum an. 1342. ut patet ex Ordinatione Humberti II. eod. an. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 420. *Redotatos nigros currentes pro duobus denariis parvis ad quindecim granos de liga & de pondere sexdecim solidorum pro marcha argenti sui ad remedium liga duorum granorum & ad remedium ponderis trium denariorum pro marcha.* Ante hunc annum alii fuerunt *Redotati* pretii qua-

Tom. V.

tuor denariorum; denarii namque quadruplices dictæ alias *Redotati* memorantur in Computo an. 1336. tom. 1. ejusd. Hist. pag. 95. col. 1. Rursum ibi memorantur *Redotati* col. 2.

¶ REDRA, REDRARE. Vide *Riedra*.

¶ REDRECARE, à Gallico *Redresser*, *Corrigere*, *emendare*, idem quod supra *Redirigere*. Testamentum Raymundi Trencavelli an. 1154. in Probat. novæ Histor. Occitan. tom. 2. col. 650. *Et mala quæ ego feci cum mea cavalgada in Rossilono domibus Templi & domibus Hospitalis, quod homo Redrecet eis ad suam mercedem, & infractiones quas ego in eadem terra Ecclesiis cum eadem cavalgada, quod homo Redrecet eis cum laudamento Episcopi de Helna, & mea debita, quæ scientur, in pace pagentur.*

¶ REDRESCERE, Eadem significatione. Fœdus an. 1143. in Probat. novæ Histor. Occitan. tom. 2. col. 500. *Si Comes (Uldesonus) fecerit tenere pacem in suis castellis, faciat eam tenere in castellis Rogerii; & si ipsi de castellis Rogerii infregerint pacem, clamet se inde Comes Rogerio: & si Rogerius Redrescere non fecerit usque ad XL. dies, distringet illos Comes, sicut alios de ipsis castellis ipsius terra.*

¶ REDRESSARE, Eodem intellectu. Charta Henrici IV. Regis Angl. an. 1405. *Hujusmodi quæstiones, contentiones, dampna ... reformandum, Redressandum, sedandum, &c.*

¶ REDRIZARE, ab Italico *Ridrezzare*, Gall. *Redresser*, Quod flexuosum est in rectum revocare. Statuta Mutinæ rubr. 255. *Ordinatum est ... quod strata & via à S. Leonardo usque ad villam de Crespis debeat levare, & exemplari & Redrizari, ubi opus fuerit.*

¶ REDUBIÆ, Reliquiæ. Vita S. Boniti Episcopi Claromontani cap. 7. num. 34. *Inchoato, ut oportebat, jejunio, Sanctorum circumquaque orando Redubias peragrantes, interventum sue petitionis apud Dominum ... deponunt.* [Glossæ Isidori: *Redubias, Reliquias*. Papias: *Redubia, indubia, spolia serpentum, exuvia, reliquia testarum*. Hic *indubia* delendum est, ut monet Grævius. Vide Martini Lexicon in *Reduvia*, quæ proprie significat abscessum circa unguem natum, Græcis *παρωυχία*. Hinc Gloss. Lat. Gr. & Gr. Lat. *Redubia, παρωυχία. Reduvia, παρωυχίς.*]

¶ REDUCERE SE, Se recipere, Gallis *Se retirer*. *Marischalcus cum paucis hominibus fugiendo se Reduxit ad Tyrum*, lib. 6. Annal. Genuens. ad annum 1230. tom. 6. Muratorii col. 467.

¶ REDUCTA, *Concava, depressa*, in Glossis Isidori. Addit Papias: *Quasi retro ducta*. Est interpretatio versus Virgiliani lib. 6. *Æneid*.

*Interea videt Æneas in valle Reducta
Seclusum nemus, &c.*

¶ REDUCTIO, f. Moles, via strata, Gall. *Chaussee*. Synodus Limensis ann. 1588. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 450. *Quoniam ex defectu viarum & pontium & Reductionum non raro sequuntur Indorum mortes absque sacramentis, & quod precipitentur Sacerdotes, & multi Indi submergantur, &c.*

¶ REDUCTIO HÆRETICORUM, Eorum reversio ad catholicam fidem, in Epistola Martini V. PP. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 406.

¶ REDUCTORIE, Breviter, compendiose. Oratio de S. Bonaventura, to. 3. Julii pag. 826. *Composuit & soleune officium in honorem B. Francisci, & de ipsius vita serio tractatu primum, & secundo Reductorie adnotavit.*

¶ REDUCTUS. Charta an. 1182. apud Hieron. Rubicum in Historia Ravennat. p. 354. *Promisit Gerardo Archiepiscopo S. Ravenn. Ecclesia manutenere*

H h h h ij

fidelitatem, quam secerat pro feudo Argentea, ... & guerram, & pacem, & cavalcata, & Reductum de prædicta parte juravit. [Ut pax guerra, ita Reductus hic opponi videtur cavalcata, & proxime accedere ad Reductum subsequenter.]

¶ REDUCTUS, Locus secretus, refugium, asylus, Gallis *Reduit*, Ital. *Ridotto*. Charta ann. 1379. è Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Dictum castrum (de Alanfono) habet fortalium, quod est Domini, & juxta illud habet Reductum, in quo se reducunt tempore guerra.* Acta S. Franciscæ Rom. to. 2. Martii p. 160*. *Recipe securitatem, anima Deo dilecta, & vade ad tuum Reductum.* Vox frequens in re obsidionali, ut observat Thomas de Aquino, qui *Reductus* recte definit munitiunculas excitatas figura quadrata, præcipue in linea ambitus interioris, certis interval- lis distitas, ut fossiles accessum & milites munita habeant loca, quo se recipiant, cum arcis obsessæ præsidarii ad interturbanda & diruenda opera præcurrunt. Hasce munitiunculas nostri etiam vocarunt *Redoute* à voce *Reductus* hac notione.

¶ REDULUS, *Strues lignorum ardentium*, in Glossis Isid. Constantiensis: *Redulus, Lignorum acervus ardens.* Vide quæ de etymo hariolatur Martinus in Lexico.

¶ REDUNCARE, *Curvare*, seu reduncum facere, in Glossis à Vossio citatis lib. 4. de Vitiis sermon. capite 20.

¶ REDUNDELLUS, Vestis species in rotundum seu in orbem desinens, eadem quæ infra *Rotundellus*, nisi sit ita legendum. Statuta Eccles. Tutelensis an. 1328. apud Baluzium Hist. Tutel. col. 676. & Marten. tom. 4. Anecd. col. 798. *Moneamus omnes & singulos rectores, presbyteros & alios beneficiatos nostra diocesis, maxime religiosos, ne de cetero deferant Redundellos, nisi devium longum in modum habitus.* Modus vivendi in Concilio Basileensi apud eund. Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 244. *Cum incedunt per civitatem vestes deferant superiores juxta institutiones suorum Ordinum, & Canonici regulares pro veste exteriori portent crociam, mantellum vel Redundellum.* Vide *Rondellus*.

¶ REDUPLICARE, pro *Conduplicare*, dici vetat Vossius lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 20. *Reduplicatus*, occurrit apud Tertullian. de Patientia c. 14.

¶ REDUSIT, pro *Redussit*, à *Redurere*, ni fallor, igne mundare. Agnelli Liber pontificalis apud Murator. tom. 2. pag. 23. col. 1. *Gratias vobis necesse est agere Deo Patri & Filio ejus, simulque Spiritui S. trine Majestati, unica potestati, quod me pollutis labiis Redussit, & linguam aridam in quantum illi placuit, disertam fecit.* Allusio est, si bene conjecto, ad id quod de seipso Isaias narrat cap. 6. calculo scilicet ignito labia sua ab Angelo mundata fuisse.

REDUT. Concilium Narbonense anno 1054. cap. 20. *Caballarium autem nemo apprehendat, ut* Redut faciat, neque faciat, neque substantiam ejus tollat, nisi tantum per directum.* Forte *Reduci*.

¶ REDUVIÆ. Vide *Reduvia*.

¶ REEMENDARE, Instaurare, reparare, reficere. Præceptum Caroli C. ann. 862. apud Mabillon. Diplom. pag. 336. & Felibian. Hist. San-Dion. pag. LXX. *Torcularia præmemoratorum locorum, juxta solitam consuetudinem, ex villis abbatia Reemendentur; & quæ dari ibidem fratribus laborantibus fuerat consuetudo, dentur.* Charta alia ejusd. Caroli C. ann. 872. apud Jac. Bouillart Hist. San-German. pag. xx. col. 1. *Duobus etiam fratribus in eadem villa nova laborantibus, quæ dari ibidem consuetudo fuit, dentur; & torcularia juxta solitum Reemendentur, & vasa*

vinaria præparentur vinumque ex more ad monasterium deferatur.

¶ REEMERE, REEMTIO, Idem quod *Redimere* & *Redentio*, de quibus supra in *Rachetum*. Diploma Alberti imperat. ann. 1300. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 439. *Cum ... illustris Wenceslaus Rex Bohemie, princeps & frater noster dilectus, tanquam verus heres dicti Ottocari, oppidum & castrum Reemerit, absolverit seu redemerit memorata: nos dictam Reemtionem, absolutionem seu redemtionem ratam & gratam habentes cum auctoritate presentium confirmamus.* Adde tom. 7. pag. 57. & vide *Redemptio* 2.

REEP, Mensura agraria apud Swecos, scilicet funis tantæ longitudinis, quantam vir describit inter extenta in diversum brachia manusque. *Orgyam* Græci, Germani *Klaster*, Sweci *Fampu*, vocant. Charta Swecica an. 1310. apud Schefferum ad Chronicon Archiepiscop. Upsalienium pag. 232. *Quæ pecia terra circumvallata est fossatis, continens in longitudinem 86. Reep, & tres ulnas: in latitudine vero quadraginta tria Reep cum duabus ulnis.*

¶ REERIGERE, Reædificare. Chronicon Johannis de *Whethamstede* pag. 327. *Promisit ... fratrum dormitori: ibidem collapsum & ruinosum iterum Reerigere reparareque de novo.*

¶ REFACTA, REFACTURÆ, Ædificiorum reparationes, instaurationes in Chartulario Monasterii Gemeticensis notato B. pag. 110.

¶ REFANUS, pro *Raphanus*, Gall. *Raisfort*. Epistola Guizonis ad Augienses fratres ann. 969. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 300. *Æstimo illum ingressum aliquando hortum viri prudentis, in quo gustavit Refanum canino stercori innatum, quæ est causa putiditæ ructaminis, id est, malivola reprehensionis.*

REFARE. Vide *Reffare*.

¶ REFECCIA, *Ἀπόλειξις κριτῶν*, in Glossis Lat. Gr. & Gr. Lat. Rursus in Græc. Lat. *Ἀπόληξις κριτῶν*, *Rejection*, supple *judicium*.

¶ 1. REFECTIO, Somnus, quies. Vide *Reficere*.

2. REFECTIO, Cœna, prandium, cibi sumtio; à *reficere*, cibum sumere, qua voce utuntur Plinius lib. 18. cap. 7. Celsus lib. 4. cap. 6. & alii. *Refectio*is vero vocabulum habet S. Benedictus in Regula cap. 24. 25. 35. Apud Marcum Evang. *Refectio*, pro loco, ubi cibus sumitur, usurpatur, cum Christus dici jubet: *Ubi est Refectio mea, ubi Pascha cum discipulis meis manducem.* Græca enim habent, *πῶ ἐστὶ τὸ κἀλάριμα*; Lucas *diversorium*. [Vide *Refectio generalis* in *Generale*.]

3. REFECTIO, Jus procurationis, *Gistum*, prandium, cœnaticum, &c. [*Reffecture*, in Charta ann. 1305. è Bibl. Reg.] Charta Ecfredi Regis Merciorum ann. 716. in Addit. ad Matth. Paris: *Et terra illa à laboriosis operibus, ab omnibus tributis vel censuris, & ab omnibus Refectioibus Regum vel Principum seu omnium expeditionum ... sint libera.* [Charta Alexandri PP. an. 1174. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 186. *Refectioes quoque (annuimus) quas Episcopus Capitulo Lingonensi annuatim prestare debet.* Alia ann. 1132. in Probat. novæ Histor. Occitan. tom. 2. col. 470. *Quando sepultus fuit, dimiserunt nepotes sui Refectioem usuariam, quam habebat cum hominibus suis in monasterio S. Theoffredi in unoquoque anno in festivitate ipsius S. Martyris.*]

¶ 4. REFECTIO, Baptismus, quo homo reficitur, seu justitiæ, qua decedit, restituitur. S. Paulinus Epist. 32. ad Severum num. 2. *Recte enim in loco Refectiois humanae (id est, Baptismi loco seu Bap-*

tisterio.) *Martinus pingitur, qui cælestis hominis imaginem perfecta Christi imitatione portavit.*

REFECTORIUM, Ugutioni, & Joan. de Janua: *Locus, ubi reficiuntur famelici, vel locus, ubi insimul comedunt fratres vel Monachi. Cœnaculum refectiois, apud Gervasium Tilleberiensem de Otiis Imper. decis. 3. cap. 11. Gregorius M. lib. 2. dial. c. 22. Ite, & dicite illi, ego venio, & ostendo vobis, in quo loco oratorium, in quo Refectorium fratrum, in quo susceptionem hospitem, ... adificare debeatis.* [Capitul. Aquilgran. ann. 817. cap. 27. *Ut abbas vel quispiam fratrum ad portam monasterii cum hospitibus non reficiant; in Refectorio autem omnem eis humanitatem manducandi ac bibendi exhibeat.* Adde cap. 41. & 68. Capitul. Caroli C. tit. 7. cap. 53. Capitula Monachorum ad Augiam directorum cap. 7. tom. 2. Capitularium edit. Baluzianæ col. 1381. Capitula Monachorum Sangall. ann. circiter 817. ibid. col. 1384. cap. 15.] *Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 17. Fecit quoque in ipso monasterio Refectorium novum, & nobiliter composuim, &c.* Adde num. 23. Vide [Vossium lib. 3. de Vitiis sermonis cap. 41. &] Haëftenum lib. 10. tract. 1. disqu. 1.

REFECTORIUM CANONICORUM, apud Chrodegangum in Regula Canonorum Metensium cap. 21. Concilium Turonense III. cap. 23. *Canonici & Clerici civitatum ... in Claustris habitantes simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulque in uno reficiantur Refectorio.* Vide Hermannum de Miraculis S. Mariæ Laudun. lib. 3. cap. 24. Rogerum Hovedenum pag. 495. [Molanum in libris de Canonicis, Miræum tom. 1. pag. 75. in Charta an. 1089.] &c.

REFECTORIUM, Prædium, cujus proventus communi Canonorum refectioi destinabantur in Ecclesia Lugdunensi. Statuta ejusdem Eccl. an. 1251. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 72. *Statutum est, & perpetua inhibitione firmatum, ne successiones in ipsa ecclesia de cetero fiant, & ne Refectoria in divisione terrarum alicui in beneficium assignentur.* Ex qua prohibitione refectoriorum in beneficium assignandorum. ne quod ad mensam communem pertinebat, divideretur, conjicere licet id aliquando factitatum fuisse: quod confirmari potest ex Charta foundationis Ecclesiæ Collegiatæ de Forverio per Archiepiscopum & Canonicos Lugdunenses ann. 1192. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 24. ibi enim *Refectorium* vacans supponitur, quod dici non potest de prædio ab universa communitate possessio, sed solum de prædio alicui singularim concessio. Hujus foundationis verba sunt: *Si quando ... Refectorium vacare contigerit, habebunt quoque (Canonici de Forverio) decimam eorum reddituum, quod de ecclesia defuncti ejus (Canonici Lugdun.) habiturus est à die obitus sui usque ad primum Martium post solutionem Refectoriorum & debitorum & clamoribus pacificatis.* Ubi per solutionem refectoriorum intelligo partem proventuum ex eo prædio, quod *Refectorium* vocabant, communi mensa exsolvendam. Nam, si bene conjecto, qui tunc temporis *Refectorium* seu prædium jure beneficii possidebat, proventuum certam partem retinebat sibi, alteram communitati pro refectorio tribuere tenebatur. Vide *Refusio*.

IN AREA REFECTORII sine mappula & mensa comedere, Poenæ Monachicæ species, cujus mentio in Statutis Ordinis S. Gilberti de Sempringham pag. 766. & alibi sæpe.

REFECTORARIUS, Cui Refectorii curandi onus

incumbit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. cap. 12. *Ad Refectoriarium pertinet tempore statuto, sive ad prandium, sive ad cœnam, mensas preparare, panem & vinum & legumina apponere, & si qui fratres de foris veniant, ubi ad refectioem sedere debeant, providere, & eis similiter, quæ sunt apponenda, apponere, &c.* De ejus officio agit etiam Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 21. Adde Ingulfum pag. 856. Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli cap. 3. Eckehardum Minimum de Vita Notkeri cap. 19. Statuta Ordinis de Sempringham pag. 727. Cæsarium Heisterbach. lib. 6. cap. 5. &c. Tabular. S. Theofredi Velaviensis: *Hæc sunt, quæ ad obedientiam pertinent illius, qui Refectorarius appellatur, qui propterea sic nominatur, quoniam domus illa, in qua fratres reficiuntur, ipsi commissa est, non solum ut panem quotidie sufficienter ministraret; sed etiam ut omnia, quæ ad utilitatem vel ornatum necessaria fuerint, eidem domui studiose provideat, omnia linteamina mensarum & canistra, & vasa vinaria, scissos ligneos, & vitreos, cochlearia & candelabra, &c.* [Consuetudines Monasterii Fontanell. MSS. pag. 258. *Hii sunt quasi suffraganii coquinarii Panetarius, Custos vini & Refectorarius. Refectorarii seu Procuratores Capituli Ecclesiæ Viennensis, in Charta an. 1291. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 44. col. 2. Refectorarius ejusdem Capituli rursus memoratur in alia Charta an. 1314. ibid. pag. 157.*]

REFECTORARIA, Officium *Refectorarii*. Inter varia officia claustralia Monasterii Corbeiensis ad calcem Regulæ MS. recensentur, *Præpositura, Thesauraria, Celleraria, Cameraria, Refectoraria, Infirmaria, Hospitium & Eleemosina.*

REFECTORARIA, Monialis cui refectorii cura est in monasteriis sacrarum virginum. *Alheidis conversa, Refectoraria & fenestraria*, apud Buschium de Reform. Monast. to. 2. Scriptor. Brunsvic. Leibnitii pag. 888.

REFECTORERIA, Eadem notione. Charta arrendationis Monialium Artacellæ an. 1403. è Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Item fenestrariae medium justiciale vini; item Refectoreria pro suo labore duos justiales vini ultra suam rationem.*

REFECTORIUM, Idem quod *Refectorium*. *Refectorium infirmariae; in quo eduntur carnes*, in Bulla Benedicti XII. ex Archivo S. Victoris Massil.

REFECTORARII PANNI, Qui sunt ad usum refectorii, Bernardo in Ordine Cluniacensi part. 1. cap. 7.

REFECTORIALES, Vicarii seu beneficiati Ecclesiæ Saltzburghensis, qui vice Canonorum Missas canunt cæterasque horas ecclesiasticas, ut passim videre est in Ecclesiis cathedralibus & collegiatis, *Refectoriales*, ut conjecto, dicti quod communi refectorio uterentur. Chronicon Saltzburg. ad ann. 1461. apud Raimundum Duellium tom. 2. Miscell. pag. 143. *Burhardus statim fundavit XII. sacerdotes, vii. religiosos & saculares, qui deberent præesse choro Saltzburghensi tanquam vicarii & omnia cantare, etiam primam Missam apud S. Virgilium ... sed qui dictus Archiepiscopus in regimine non diu vixit, statim post obitum suum fuit illa fundatio per Capitulum cassata, Presbyteri saculares licentiati & Refectoriales reassumpti.*

REFECTORIUS, Idem qui *Refectorarius*. Epitaphium an. 1593. apud Felibian. Hist. San-Dion. pag. 583. *Hic jacet fr. Franciscus Guyot, præpositus de Tremblay, locique Refectorius, &c.*

REFECTUARIUS, Eadem notione. Statuta Monasterii S. Claudii pag. 74. *Tenetur Refectuarius mi-*

nistrare mappas & manutergia ad refectorium tam pro mensis ipsorum, quam pro manuum ablutione, necnon scyphos custodire & mappas pradictas mundas teneri & dealbari facere.

- ¶ REFECTUARIA, Officium, *refectuarii*, ibidem, & in Bulla Pauli III. PP. an. 1549. tom. 1. Maccariarum Insulæ Barbaræ pag. 261.
- ¶ REFECTURARIA, Eodem intellectu. MS. Codex Eccles. Aginn. apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia MSS. p. 532. *Monasterium SS. Gervasii & Prothasii de Exiis . . . habet . . . camerariam, sacristiam, infirmariam, cellerariam, pitanciariam, cantoriam, hostalariam, operariam, & Refecturariam.*
- ¶ REFECTURARIUS, Idem qui *Refectorarius*. Petrus de Borgia Canonicus & *Refectorarius Capituli Viennensis*, in Charta an. 1281. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 24. col. 2. *Presentibus . . . Hugone Priore de Roysies, Petro de Rochi Refectorario dicti monasterii*, in alia Charta an. 1300. ibid. pag. 57. col. 2.
- SUBREFECTORARIUS, Qui *Refectorario* subest, in Monasteriis. Vide Librum Ordinis S. Viëtoris Parisiensis MS. cap. 12.
- REFECTUM, Idem quod supra *Refectio*, Cœna, prandium. Chartularium Prioratus S. Petri de Domina fol. 94. *In festiuitate O. SS. unum Refectum in refectorio de pane & vino & pulmento & piscibus & fabis omnibus monachis.*
- ¶ REFECTURA, Instauratio, reparatio, *Refectio* apud Vitruvium. Charta an. 1286. tom. 1. Chartul. S. Vandregesili pag. 1113. *Nec tenebuntur dicti Religiosi aliquid de suo ponere in Refectura molendini supradicti.*
- ¶ REFECTURARIUS, &c. Vide in *Refectorium*.
- ¶ REFECTURIUM, pro *Refectorium*, bis habetur in Consuetudinibus Fuld. S. Sturmii, pag. 5. & 6. vet. Disciplinæ Monasticæ.
- ¶ REFEFFARE, Idem quod mox *Refefare*, In feudum denuo conferre. Gualterus Hemingford. de Gestis Edwardi I. Regis Angl. ad ann. 1302. pag. 198. *Perrexit iratus ad Regem & dedit ei Comitatum & omnes terras suas, sub tali quidem pacto, quod Refeffaret (melius in MS. Refeffaret) eum de eisdem ad terminum vite sue, & insuper daret ei mille marcatas terræ pro vite sua, & eum ejiceret ab omni ere alieno.*
- ¶ REFENERE, Includere, concludere, Gall. *Renfermer*. Charta ann. 1239. è Tabulario Compendiensi: *Et debent idem Petrus & ejus hæredes invenire grangiam ad Refenendum annuatim bladum Ecclesia memorata. Refenere* fortean dictum est à *fenum*, pro *fenum* concludere in fenili; unde ad alia translatum; si tamen vera lectio est, vereor enim ne legendum sit *refirmandum*, aut quid simile, à Gallico *Renfermer*.
- ¶ REFEODUM, Idem quod infra *Retrofeudum*, Gall. *Arriere-fief*. Charta Roberti Ducis Burgundiæ an. 1282. ex Archivo S. Benigni Divion. *Dum tamen penes venditorem seu venditores de feodo vel Refeodo nostro dimidia pars remaneat. In franco allodio sine feodo vel Refeodo*, in Charta an. 1283. è Tabulario S. Laurentii Diocesis Autissiod. Vide *Feudum*.
- REFEOFARE, [In feudum denuo conferre, seu feudo denuo investire.] Vide in *Feudum*.
- ¶ REFERENDARE, In acta referre, ab Italico *Referendare*, *Referre*. Literæ ann. 1651. in Actis SS. Aprilis tom. 3. pag. 570. *Præsentis litteras manu nostra signatas & per nostrum secretarium Referendatas jussimus expedire.*
- REFERENDARII, Qui supplicum preces ad Prin-

cipem recitant, & mandata Principis iudicibus insinuant, in Novella 113. 124. in l. 2. Cod. de Off. ejus, qui vic. alic. judic. Glossæ Nomicæ MSS. *Παισιπευδαγίος, ὁ τὰς ἀποκρίσεις κομιζων*. Vide Procopium lib. 2. de Bello Persico c. 23. Eustrathium in Vita S. Eutychii P. CP. n. 23. Alemannum ad ejusdem Procopii Anecd. Meursium in Gloss. &c. [Commentator Notitiæ Imperii in cap. 97. *Qui scrinium dispositionem tractabant, Referendarii vocabantur. Hi supplicum desideria aut judicum consultationes Principi insinuabant, & responsa data consulentibus mittebant, quæ Mandata dicebantur. Hi pauci erant initio: postmodum à Justiniano octodecim; postea ad octo redacti. Principum responsa, quæ super litibus emanabant, Dispositiones vocabantur; expositio vero, quam Principi faciebant Referendarii, Relatio appellabatur. Referendarii præfectus erat Comes. Referendarii Spectabiles vocabantur.*]

REFERENDARIUS, apud Francos primæ stirpis Reges, dictus ille, cui commissa erat annuli regii cura, quique regia diplomata subscribat. [Aimoinus lib. 4. cap. 41. ubi de S. Andoeno: *Filiusque præcellentissimi viri Antharii, qui Referendarius ideo est dictus, quod ad eum universa publica deferrentur conscriptiones: ipseque eas annulo Regis, sive ab eo sigillo sibi commisso, muniret seu firmaret.*] Aigradus Monachus in Vita S. Ansberti Archiepiscopi Rotomagensis cap. 1. *Robertus namque vir clarissimus, qui eo tempore summus palatii erat Referendarius. Ubi alii Codd. habent: Gerulus fuerat annuli Regis Chlotarii. Vita alia ejusdem S. Ansberti: Caput esse aulicus scriba doctus, conditorque regalium privilegiorum, & gerulus annuli regalis, quo eadem signabantur privilegia. Vita S. Agili Abbatis cap. 13. *Venerabilis Andoenus, cognomento Dado, præfatus Regi præ cunctis aulicis amabilis, atque Referendarius constitutus, gestans ejus annulum, quo signabantur publice totius regni potentiora signa, vel edicta.* Vita S. Boniti Episc. Claramont. cap. 1. *Non multo post annulo ex manu Regis accepto, Referendarii officium adeptus est. Gregorius Turon. lib. 5. Hist. cap. 3. Siggo quoque Referendarius, qui annulum Regis Sigeberti tenuerat. Idem lib. 10. cap. 19. & ex eo Flodoardus lib. 2. Hist. Remens. cap. 2. *Requisitusque Otho, qui tunc Referendarius fuerat, cujus ibi subscriptio meditata tenebatur, adfuit, negat se subscripsisse.* Ex his porro qui *Referendarii* munus obierunt in aula Regum Franciæ, cum hac nomenclatura, isti mihi potissimum occurrerunt.**

¶ lis inferere visum est alios, qui hac quidem *Referendarii* nomenclatura minime donantur, sed quos inter Referendarios recenset Duchesnius in sua Cancellariorum Historia, quod in antiquis Instrumentis annulum regium gestasse legantur, aut saltem regia diplomata subscripsisse. Qui regium annulum gestasse legitur in authentico scripto, Referendarius certo fuit; qui vero regia dumtaxat diplomata subscripsisse, Regi obtulisse, aut recognovisse dicitur, non continuo censendus est summi Referendarii munus obtinuisse; hæc enim, si jubebantur, præstabant inferiores Cancellarii seu Notarii. Addita vox *jussus* inferioris ordinis signum est.

¶ AURELIANUS sub Chlodoveo I. de quo tamen haud immerito dubitat Duchesnius.

¶ ANACHALUS obtulit Diploma anno 16. ejusdem Regis, apud Duchesnium.

¶ GELEBERTUS anno 17. ejusdem Clodovei Testamentum, seu Diploma, scripsit & subscripsit.

¶ ANSEBALDUS, qui sub Theodeberto I. scriptori-

- bus testamentorum regalium præerat*, atque eadem *testamenta*, hoc est diplomata, *de annulo regali* firmabat, teste Fausto monacho in Vita S. Mauri.
- ¶ S. AREDIUS sub eodem Theodeberto Cancellarii *sortitus officium* legitur in ejus Vita sæc. 1. Benedict. pag. 349.
- ¶ ANTIDIUS, Cancellarius sub eodem Rege.
- ¶ BROLAMO, Cancellarius an. 12. Childeberti.
- ¶ MAMERTUS, sub eodem Childeberto, Diploma *recognovit*.
- ¶ ADOCRINUS ejusdem Childeberti Diploma *obtulisse, scripsisse & subscripsisse* dicitur an. 15. ejusdem Regis.
- ¶ VALENTINIANUS, Notarius & Amanuensis anno 48. ejusdem Regis, in Charta foundationis Abbatiae S. Germani Paris.
- ¶ S. DESIDERATUS cognomento Theodulphus, Archiep. Bituric. Chlotarii I. *sigillum* gessit.
- BAUDINUS, Referendarius Chlotarii Regis, apud eundem Gregor. Turon. lib. 19. cap. ult.
- CHARIGILUS, Referendarius Chlotarii Regis, apud eundem Gregorium Turon. lib. 1. de Miracul. S. Mart. cap. 25.
- FLAVIUS, Referendarius Guntranni Regis, postmodum Episcopus Cabilonensis, apud eundem Greg. Turon. lib. 5. cap. 46.
- ¶ ASCLEPIODOTUS ejusdem Guntranni Referendarius apud Duchesnium.
- LICERIUS, Regis Guntranni Referendarius, Archiepiscopus Arelat. apud eundem Gregorium Turon. lib. 8. cap. 39.
- BOSO Referendarius [Regis Sigeberti,] apud Fortunatum lib. 7. Poëm. 22.
- SIGGO Referendarius ejusdem Sigeberti Regis, apud Gregorium Turon. lib. 5. Hist. cap. 3. & lib. 3. de Mirac. S. Martini cap. 17.
- THEUTARIUS Referendarius Sigeberti Regis, apud eundem Gregor. Turon. lib. 9. cap. 33.
- CHARIMERES, postmodum Episcopus Virdunensis, Referendarius Childeberti filii Sigeberti, apud eundem Gregorium Turon. lib. 9. cap. 23. & lib. de Glor. Confess. cap. 95. Fortunat. in Vita S. Medardi cap. 22.
- GALLOMAGNUS, Childeberti Regis Referendarius, apud eundem Greg. Turon. lib. 9. cap. 38. Fortunatum lib. 7. Poëm. 6.
- OTHO Referendarius Childeberti Regis Austras. apud eundem Greg. Turon. lib. 10. cap. 19.
- ¶ AMALSINDO Custos sigilli Theodorici Regis Aurelianensis an. 606.
- MARCUS, Referendarius Chilperici Regis, apud eundem Gregorium Turon. lib. 5. Hist. cap. 29. Aimoinum lib. 3. Hist. cap. 22.
- FARAMUNDUS, Referendarius ejusdem Chilperici, apud eundem Fortunat. lib. 9. Poëm. 12.
- S. AUOENUS, seu DADO, postea Rotomag. Archiep. Referendarius Dagoberti I. in Gestis ejusdem Dagoberti cap. 36. 39. 43. apud Aimoinum lib. 4. cap. 41. jam laudato, Matth. Westmonaster. an. 637. [Mabillon. Diplom. pag. 465. an. 632. Idem Referendarii munere etiam functus est sub Chlodoveo Dagoberti Regis filio, uti probatur apud Duchesnium.]
- ¶ Alios alii recensent ejusdem Dagoberti Referendarios, Godefridum, Landricum, Urjrum, Henricum, Chrodebertum, Chadouinum seu Adoindum; sed post Labbeum contendit Duchesnius eos dumtaxat Notarios fuisse summo Referendario inferiores. Horum ratio est, non fuisse plures eodem tempore summos Referendarios. Verum, ut ceteros ta-

- eam, an verisimile est, Chadouinum, seu Adoindum Referendarium, quem ut strenuum Ducem, jam à temporibus Regis Theodorici multis præliis probatum prædicant Fredegarius in Chronico cap. 78. & Auctor Gestorum Dagoberti cap. 36. quemque idem Dagobertus, ut iidem Scriptores testantur, decem Ducibus totique suo exercitui in Vasconiam directo præfecit, an, inquam, verisimile est tam egregium Militem inferioris Notarii munus obtulisse, ac non potius veri Referendarii? Malim ergo credere plures tunc temporis aliquando fuisse Referendarios æquales, ut sub secunda Regum nostrorum stirpe interdum plures fuere Cancellarii, ut colligere est ex Catalogo Cancellariorum à nobis supra descripto. Sed & præter illos Dagoberti Referendarios vel Cancellarios rursus
- ¶ B. MAURONTUS in aula ejusdem Regis militasse dicitur, & ut nobilis Regia bulla, vel Sigilli Bajulus declaratur in Chronico Centul. apud Acher. tom. 4. Spicil. pag. 428.
- ¶ BURGUNDOFARUS ejusdem Regis Diploma optulit tom. 1. Annal. Bened. pag. 685.
- ¶ GEROARDUS, à quibusdam fuisse creditur Chlodovei II. Referendarius, quod Landrici Episcopi Paris. Chartam immunitatis Monasterii San-Dionysiani obtulisse legatur & subscripsisse: quod munus erat Referendarii.
- ¶ BEROALDUS ejusdem Regis Diploma an. 653. obtulisse legitur apud Mabillon. lib. 6. Diplom. pag. 467.
- S. BONITUS, postmodum Episcopus Arvernensis, Sigeberti II. Regis Referendarius, in illius Vita tom. 1. Hist. Francorum pag. 684.
- ROBERTUS summus Palatii Referendarius sub ann. 670. [mallem 660. certò tum regnante Chlotario III.] in Vita S. Ansberti Episc. Rotomag. c. 1.
- ¶ S. ANSBERTUS, Gerulus annuli Regalis sub eodem Chlotario, in illius Vita num. 7.
- ¶ LEOCADIUS Cancellarius sub Childerico II. apud Duchesnium.
- ¶ THETBALDUS, apud Duchesnium, vel GERBALDUS obtulit ut habet Lagnille in Probat. Hist. Alsatiæ pag. 14. sub Theodorico I. Rege Franc.
- ¶ EINARDUS, ad cujus vicem Gairebaldus recognovit, sub eodem Theodorico, apud Duchesnium.
- ¶ DROCTOALDUS jussus optulit, sub eod. Theodorico an. 678. lib. 6. Diplom. Mabill. p. 469.
- ¶ AGLIBERTUS recognovit sub eodem Theodorico, apud Mabillonium lib. 5. Diplom. tabella 20. & lib. 6. pag. 470. in Placito an. 678.
- ¶ AUDIMBERTUS recognovit, in altero ejus Regis Placito an. 680. ibidem.
- ¶ SINGULFUS recognovit, sub eodem Theodorico an. 688. ibidem pag. 471.
- ¶ WLFOLAECUS jussus obtul. & subsc. Præceptum ejusdem Theodorici an. 680. ibidem pag. 471. & aliud Childeberti an. 694. rursus jussus optulit ibidem pag. 447.
- ¶ MAMERTUS, sub Childeberto II. apud Duchesnium.
- ¶ TURANDUS Cancellarius Tageberti seu Dagoberti II. Regis Austrasie an. ab Incarn. D. DCLXII. ... an. XXXII. regni sui. In quibus notis manifestus error est. Vide Lagnille Histor. Alsat. lib. 7. pag. 76.
- ¶ CUNIBERTUS Archicancellarius, in Charta Dagoberti Regis Austrasie an. 691. quam se vidisse testatur Duchesnius pag. 35. sed in hac quoque nota mendum est, nullus enim tum regnabat Dagobertus.

- ¶ **AGNILUS** *recognovit* duo Placita Chlodovei III. an. 692. apud Mabillon. lib. 6. Diplom. p. 473. & 474.
- ¶ **APTHADUS** *recognovit* aliud Placitum ejusd. Regis eod. an. ibid. pag. 474.
- ¶ **WALDERAMNUS** *recognovit* Placitum ejusd. Regis an. 693. ibid. pag. 476.
- ¶ **SYGMINUS** *recognovit* Placitum Childeberti Regis an. 694. ibid. pag. 677.
- ¶ **NORDEBERTUS** *optulit* Præceptum ejusdem Regis an. 695. ibid. pag. 478.
- ¶ **CHALDEBERTHUS** *ad* cujus *vicem Aigobercthus jussus recognovit* Præceptum ejusd. Regis an. 697. ibid. pag. 480.
- ¶ **REFFA** *recognovit* Placitum ejusd. Regis an. 703. ibidem pag. 480.
- ¶ **BLATCHARIUS** *jussus subscripsit* Præceptum an. 706. ibid. pag. 481. & Placitum *recognovit* ann. 709. ibidem pag. 482.
- ¶ **ACTALIUS** *jussus recognovit* Placitum ejusdem Regis an. 710. ibidem pag. 489. & *jussus optulit* Præcepta Chilperici an. 716. ibid. p. 485. & 486.
- ¶ **ANGILBALDUS** *ad* cujus *vice Dagobertus recognovit* Placitum ejusd. Regis an. 710. ibid. p. 484.
- ¶ **FREDEBERTUS** *scripsit* Chartam ann. 1. Regis Chilperici II. apud Duchesnium.
- ¶ **RAGANFREDUS** *obtulit* Diploma ejusdem Chilperici, apud Duchesnium & Mabillon. Diplom. pag. 385.
- ¶ **ADO** *jussus obtulit* Præceptum ejusdem Regis an. 717. apud Mabillon. pag. 486. pro quo *perperam legitur Adonissus obtulit* apud Duchesnium.
- ¶ **CHRODEBERTUS** *recognovit* Placitum ejusd. Regis an. 716. apud Mabillon. pag. 485.
- ¶ **ERMEDRAMNUS** *recognovit & subscripsit* aliud Placitum ejusd. an. ibidem.
- ¶ **RALDRAMNUS** *Archicancellarius*, sub Theodorico II. *sexto anno Caroli Martelli* apud Duchesnium.
- ¶ **GRIMALDUS**, sub eodem Theodorico, apud eundem Duchesnium.
- ¶ **CHALDO** vel **ALDO** sub eodem Theodorico apud Duchesnium.
- CHRODEGANGUS** Abbas, Caroli M. *Referendarius*, apud Hugon. Flaviniac. pag. 106.
- STEPHANUS** *Referendarius Regis*, sub Philippo I. apud Guibert. lib. 3. de Vita sua cap. 12.
- Editum est vetus Placitum sub Chlodoveo III. à viro doctissimo Jo. Mabillonio tom. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 619. [& lib. 6. de Re Diplom. pag. 475.] *cui interfuisse dicuntur Episcopi, viri illustres, Optimates, Comites, Grafones, Domestici, Referendarii, scilicet Wlfolaicus, Aiglas, Chrodebercthus & Waldramnus, deinde Senescalci, & Comites Palatii.* Unde aliam ac diversam plane fuisse eruitur Referendariorum dignitatem, à Custode annuli regii, cujus cura plures spectare non potuit.
- ☞ Solebat unus esse cæteris præpositus, cui cura erat annuli regalis. Inferiores erant instar Notariorum, qui Carlovingis & Capetianis imperantibus, summis Cancellariis subdebantur. Vide Marculfum lib. 1. Form. cap. 25. & ibi Bignonium, necnon Mabillonium lib. 2. de Re Diplom. cap. 11. & suo loco *Cancellarius*.
- ☞ Suos etiam *Referendarios* habuerunt Reginae Francorum; *Ursicinus* quippe *Referendarius Ultrogothæ & Bobolenus* *Fredegundis* laudantur à Gregorio Turon. lib. 5. cap. 43. & lib. 8. cap. 32.
- Referendarii* dignitas obtinuit etiam apud Reges Anglo-Saxonicos. Charta an. 605. *Ego Augemon-
Aus Referendarius approbavi*, apud Spelman. Apud

- Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 4. *Gualdricus Episcopus Laudunensis dicitur fuisse Referendarius Regis Anglia.*
- ☞ Eadem *Referendarii*, qui scribenda diplomata Notario dictabat, dignitas nota fuit Principibus Beneventanis, ut observat Mabillonius laudato cap. 11. ex Italia sacra tom. 8. col. 589. 608. 609. 610. &c.
- REFERENDARIUS** in Ecclesia CP. Dignitas, de qua sic Anastasius ad VIII. Synod. act. 8. *Patriarcha CP. Referendarium quempiam semper habet, qui ejus Imperatori omnem denuntiat voluntatem: qui adituum in palatio semper habet ad referendum Imperatori, quacunque sunt Patriarchæ ac Ecclesiæ necessaria, per quem etiam Imperator, quod placet, Patriarchæ transmittit.*
- REFERENDI CURIÆ**, Qui extra ordinem referabantur à Principe in album Curia, & Senatoria dignitate donabantur, apud Senatorem lib. 1. Ep. 41. lib. 3. Ep. 33. lib. 4. Ep. 25. l. 6. Ep. 14.
- ¶ **REFERERE**, pro Referre. Gualterus Hemingford. de Gestis Edwardi II. Regis Angl. ad ann. 1311. pag. 260. *Si autem dubium oriretur in ipsis, quod tunc Refereretur causa ad curiam.* Sic legi monet Cl. Editor Hearnus.
- ¶ **REFERMATUS**, Quasi *Refirmatus*, Confirmatus, ab Italico *Risermare*, Iterum firmare. Gualvanus Flammeus apud Muratorium to. 12. col. 1016. *Stantibus supradictis concurrentiis Ursus Kavistianus fuit in regimine Refermatus.* Iterum occurrit col. 1017.
- ¶ **REFERRARE EQUUM**, Equum denuo calceare, Gall. *Referrer*. Statuta Massil. lib. 5. cap. 52. *Pro ferrando equo quatuor den. de pede uno, & pro Referrando 1. (l. 11.) den. de asino & asina 11. den. de pede uno & pro Referrando 1. den. de pede.*
- ¶ **REFERRE SE**, Gall. *S'en rapporter*, Aliqua restare. Additiones ad Statuta Collegii Dainvillensis ann. 1383. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. pag. 514. *Certos redditus ... præfato Collegio assignavimus, sicut per fundationem hujusmodi capellaniæ præmissam clarius potest apparere, ad quam nos Referimus.*
- REFERTOR**, auctor pulmentorum, à *refercio*, cis, apud Papiam.
- ¶ **REFESSARE**. Vide *Refessare*.
- REFFARE**, Rapere, ex Saxon. *næfan*, i. rapere, spoliare, unde *næfan*, rapina. *næfan* vero ex *næaf*, vestis, hinc *robare*, nostris, *Rober*, *Desrober*, de eo qui vestem seu *robam* rapit. Lex Salica tit. 29. §. 6. *Si quis messem alienam per furtum metere, aut Reffare præsumperit, 500. denarios, qui faciunt sol. 15. culpabilis judicetur.* [Codex Guelferbyt. MS. præfert *Repare*: quod ferri potest à Saxonico *nepen*, Vellere, pro quo superiores Germani *Reuffen* & *Rauffen* usurpant, Eccardo teste in hunc titulum, qui est 27. Pactus legis Salicæ.] Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83. *Si quis mortuum Refabit armis aut vestibus, &c.*
- ¶ **REFFORCIATUS**, **REFFORSARE**. Vide *Refortiare*.
- ¶ **REFFREDARE**, pro *Refrenare*, Reprimere, coercere, Ital. *Refrenare*. Statuta criminalia Saonæ cap. 21. *Ad Reffredandum quorundam noxios appetitus, &c.*
- ¶ **REFFUNDERE**, Refarcire. Vide *Refundere*.
- ¶ **REFIBULARE**, quod apud Juniores improbat Vossius lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 20. & pro quo mavult, fibulam laxare, solvere, aut quid simile; legitur hac notione apud Martialem lib. 9. Epigr. 28. *Refibulavit faber.*
- REFICERE**, seu *Corpus reficere*, Quiescere, somno indulgere.

indulgere. Cassianus l. 3. de diurn. Orat. cap. 8. *Ut post excubias totius noctis duabus ferme horis Resciant corpora sua, nequaquam per totum diei spatium somni torpore marcescant.* Infra: *Requie brevis hujus temporis pro totius noctis Refectione contenti.* Cap. 4. ejusdem libri: *Reliquas horas (noctis) Refectioni corporum deputatas à majoribus invenimus.* Regula S. Isidori cap. 8. *Post vigilias autem usque ad Matutinum Rescendum est.* Vide *Refectio*.

¶ 1. REFIRMARE, Confirmare. Privilegium Monasterii Crassensis tom. 1. Annal. Benedict. pag. 700. col. 1. *Hoc privilegium à me factum & Refirmatum relegi & promptissima voluntate subscripsi.* Occurrit eadem notione apud eumd. Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 210.

¶ 2. REFIRMARE, Instaurare, denuo munire. Litteræ ann. 1224. Hist. Mediani Monast. pag. 313. *Dux mihi licentiam concessit Altampetram Refirmare, vel castrum alibi in terra mea ubicumque voluero firmare.*

¶ 3. REFIRMARE, Denuo obdere, occludere, Gall. *Refermer.* Miracula S. Aigulfi cap. 6. *Armarium diffirmavit, & tres calices inde rapiens, Refirmatio armario, &c.* Vide *Firmare* 6.

¶ 4. REFIRMARE, Reficere. Epistola Guiberti Abb. Gemblac. ann. circiter 1182. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 609. *Numquam in omni vita sua extra refectorium... comedere... aut saltem bibere præsumat (Abbas)... Si autem in id aegritudinis decidat, ut eum lecto recipi expediat, tunc demum in camera sua Refirmetur infirmorum more, posita ante lectulum ejus mensula solus comedit, assistentibus ministris qui edenti deserviant.*

¶ 5. REFIRMARE, Magis, vel denuo firmare, constabilire, Gall. *Raffermer.* Litteræ Ludovici Siciliæ Regis ad Carolum IV. Imper. *Communis exigebat decencia & expedientia suadebat, quod Refirmata utrorumque caritas ad votiva incrementa proficeret, &urbationis olim exorta Reliquias dispositiva sinceritate deleret.*

¶ REFITERI, Iterum vel retro fateri vel negare, Johanni de Janua; *Regehir ou nier*, in Glossis Latino-Gall. *angerm.*

REFLATARE, Respirare, spirare. Ita Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam lib. 1. *Passionum cap. 103. Sublata plenitudine natura levior efficitur, & minorata ea facilius Reflatat.*

REFLECTUM, REFLECTUM, vox forestariorum. Inquisitio de forisfactis in forestis Regis, in Additam. ad Matth. Paris: *Inquirendum est etiam, quantum vestura singulorum boscorum & Refletorum predicto modo valuit, antequam assarta illa facta fuerunt.* Eadem habet Fleta lib. 2. c. 41. §. 38. nisi quod *refletorum* præfert.

REFLORATIO, Deliberatio. Papias. F. *Delibatio.*

¶ REFLORATIO dicitur de arboribus, quæ secundo floruerunt, apud Bernard. *de Breydenbach* Itin. Hierosol. pag. 211.

REFLUCTUARE, REFLECTATIO. Vide *Refutare*.

REFLUXIO MARIS, Mora judiciaria, quæ mercatoribus extraneis litigantibus dari solebat. Leges Burgor. Scotiorum cap. 134. §. 3. *Et ille homo, super quem invenit plegium, attachabitur ad respondendum ipsi infra tertiam Refluxionem maris, sine ulteriori dilatione, scilicet infra unum diem, & unam noctem.* Iter Camerarii Scotiæ c. 39. §. 52. *Si Baillivi fecerunt breviare aliquas querelas inter burgensem & mercatorem, post tertiam maris Refluxionem, per dilationem voluntarie.*

REFOCILLANTIA, in Decreto Synodali Lambert. Tom. V.

thenlis Concilii ann. 1351. *Ad solatium & Refocillantiam suorum corporum, &c.*

¶ REFOLLARE dicuntur stagna, quorum aquæ aggere & obstaculo retentæ exundant ruuntque per prata viciniora. Charta ann. 1198. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 324. *De stagno de Marsill. ita provisum est, quod tantum & non amplius Refollabit quantum vetus Refollabat, & sciendum est, quod alter eorum super alterum se crescere non poterit.*

¶ REFONDARE. Vide infra *Resundare*.

¶ REFORCIATUS; REFORCIUM. Vide infra *Resfortiare*.

1. REFORMARE, Restituere, reddere. *Reformare debitum*, apud Sidonium lib. 4. Ep. 24. Ita utuntur Lex 9. Cod. Th. de Desertorib. Lex 15. de Pistorib. eod. Cod. &c. Decretio Chlotarii Regis cap. 12. Concil. Aurelian. II. can. 24. Turonense II. cap. 26. Parisiense I. cap. 3. Lex Wisigoth. lib. 7. tit. 3. §. 4. lib. 8. tit. 3. §. 13. lib. 9. tit. 1. §. 1. 9. tit. 3. §. 4. l. II. tit. 3. §. 4. Lex Burgund. tit. 29. §. 1. tit. 41. §. 1. tit. 49. §. 2. tit. 77. §. 1. 3. Lex Bajw. tit. 11. c. 3. Lex Ripuar. tit. 66. Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 204. lib. 6. cap. 151. Regula S. Fructuosi cap. 20. &c.

¶ 2. REFORMARE, Statuere, sancire. Chronicon Parmense ad ann. 1287. apud Murator. tom. 9. col. 811. *Per Concilium extitit Reformatum de danda eis cc. libras Parmenses. Et ad an. 1295. col. 832. Per dominum Potestatem predictum & tunc capitaneum, & per anziani omnes, Reformatum fuit, quod omnes banniti Communis Parmæ propter maleficia, cujuscumque conditionis essent, cancellarentur & extraherentur, de omnibus bannis & condemnationibus eorum gratis, scilicet illi de parte Ecclesiæ & non alii.* Vide infra *Reformatio*.

¶ REFORMARE RESPONSUM, Respondere. Litteræ Civitatis Lubec. ad Henricum Angl. Regem ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 288. col. 1. *Desideramus etiam vestrum benignum responsum super hiis nobis Reformari.*

REFORMARI, Reconciliari. Albertus Argentin. pag. 125. *Ex quo ipse Rex contra Principem movebatur, juramento affirmans publice, se nunquam Reformaturum eidem.* Occurrit non semel apud ejusce ævi Scriptores.

¶ REFORMATIO, Constitutio, sanctio, quæ disciplinam civilem spectat. Chronicon Parmense ad ann. 1308. apud Murator. tom. 9. col. 870. *Ribaldi & alia viles persona ascenderunt palatia Communis vetus & novum... & omnes libros bannorum, & taschas maleficiorum, & actorum veterum & novorum, & Reformationem Communis & populi Parmæ, & condemnationum, existentes ibi in ipsis domibus & palatiis, fractis omnibus archibancis, universaliter abstulerunt, & frugerunt, & dilacerarunt, &c.* Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 74. *Tempore quo elligitur Vicarius, elligatur & elligi debeat per consilium generale unus Notarius, qui sit Cancellarius curiæ & communis Cadubrii, qui registrare debeat omnes literas... & provisiones, & Reformationes, statuta & ordinationa Cadubrii.* Vide *Reformare* 2.

¶ REFORMATIONES, Inquisitiones Reformatorum in provincias missorum, de quibus mox. Litteræ Philippi VI Franc. Regis an. 1340. tom. 3. Ordin. Reg. pag. 235. *Reformationes super usuris & quibuscumque aliis excessibus cessabunt, nisi contra officarios dicte civitatis (Condomi;) Reformatores jam missis & deinceps mittendis, reformandi, inquirendi & procedendi contra dictos Consules, Universitates*

tem, cives & vicinos, potestatem omnimodam precludentes.

- REFORMATOR, Judex in provincias abs Rege præter ordinem missus, qui de omnibus excessibus atque delictis cognoscebat, *proditionis & laesa majestatis casibus dumtaxat exceptis*, ut habetur in Literis Johannis Fr. Regis ann. 1351. tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 482. & aliis ann. 1353. ibid. p. 521. 522. 525. & 526. *Quibus literis facultas etiam datur Priori S. Martini de Campis pro criminibus aliis quibuscumque financias recipiendi, creandique notarios, recipiendique financias de rebus per innoibiles à nobilibus, seu personis ecclesiasticis, à quibuscumque & quomodolibet, acquisitis. Item, Universitatibus locorum dandi & concedendi privilegia & libertates... necnon Consulatus & Syndicatus, nundinas & mercata... & alia privilegia absque regio & alieno præjudicio concedendi. Item, compellendi realiter & de facto omnes & singulos receptores regios, tam ordinarios quam extraordinarios, collectores & subcollectores decimarum, magistrorum & gardiatores vestigalium & portuum seu passagiorum, & commissarios quoscumque ad tradendum, reddendum clare & specificè omnes partes receptarum & missionum suarum, & ex causa. Item, procurandi & habendi generaliter, modis & viis quibus licite fieri poterit, financias & compositiones, quæ pro quibuscumque causis ordinariis & extraordinariis haberi poterunt, & super hiis & dependentibus ex iisdem, inquirendi contra quascumque personas de criminibus & excessibus quibuscumque, easque puniendi & absolvendi, secundum quod causarum merita exigent, & dicto Priori videbitur, justitia mediante.* Hæc præcipua fuere munia Bertrandi Prioris supradicti, Consilarii Regis, qui ab eodem Rege erat in tota lingua Occitana Reformator generalis destinatus, ut legitur in Literis ann. 1351. ibid. pag. 475. Adde pag. 476. 520. & 525. necnon Literas Caroli Johannis Francorum Regis primogeniti an. 1356. to. 3. Ordinat. pag. 112. ubi confirmantur Ordinationes factæ circa abbreviacionem litium, & quarundam aliarum rerum utilitatem publicam multimode concernentium, per Robertum de Cerniaco (melius pag. 113. Charniaco) Militem, olim Reformatorem ad partes istas (Occitanas) deputatum per regiam Majestatem, scilicet per Philippum VI. ut patet ex duabus Ordinationibus ejusdem Roberti ann. 1341. editis tom. 2. pag. 169. 170. & 171. Si plura cupis de Reformatore in varias provincias pro diversis causis abs Regibus nostris identidem delegatis consule Indicem Domini Secousse ad calcem tomi 3. Ordinat. Reg. v. *Reformateur*. Vide etiam suo loco *Inquisitores*.
- REFORTIARE, Denuo vel amplius munire, Ital. *Riforzare*, Gall. *Rensforcer*. Annales Mutin. an. 1241. apud Murator. tom. 11. col. 61. *Mutinenses Refortiauerunt dictum castrum*. Vide *Fortiare* in *Fortia* 3.
- REFORSARE, Eadem notione. Editum Johannis Regis Franc. an. 1361. tom. 3. Ordinat. pag. 498. *Concedimus quod villa Montispefullani, Anicii & alia... ad finem quod habeant... de quo eorum muros seu mœnia, fortalitia reparare, edificari (melius in alio exemplari edificare) & Reforsare... possint, &c.*
- REFORTIATA MONETA dicitur illa, quæ ad puriorem minusque adulteratam materiam revocatur; hinc *solidi Reforciatorum*, in Charta an. 1308. in Instrum. Gall. Chr. to. 3. col. 220. Alia ejusd. anni ex Archivo S. Victoris Massil. *Concedimus 12. libras Reforciatorum in subsidium*. Statuta MSS. Eccl. Aquensis: *Ad valorem decem librarum Reforciatorum*. Index Provincialis jurium è MS. D. Brunet fol. 118.

Item l'obrador que ten Estene Gayrant xvii. s. vi. den. de Reforsatz. Vide *Moneta fortis*.

- REFORCIUM, Subsidium, auxiliares copiar, Ital. *Riforzo*, Gall. *Renfort*. Chronicon Veron. ad ann. 1367. apud Murator. to. 8. col. 658. *Petrus Rex Cypri fecit suum Reforcium & maximum apparatus, & cum suis navibus profectus est*.
- REFORCIATUS, Eadem notione. Securitas data Benedicto XIII. per Cardinales ann. 1399. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 645. *Ubi autem præfatus dominus Benedictus à se abjiceret gentem armigeram, quam habet in palatio, & diligentiam debitam faceret de abjiciendo Reforciatum Dagout, illos homines armorum qui sunt in Tailladis & alibi nomine ipsius, & de faciendò quoad hoc omnis cessare viam facti & guerra, &c. Et mox: Si vero circa hujusmodi diligentiam inter ipsam dominum Benedictum & præfatos dominos Cardinales altercatio oriretur occasione guerra, quam faceret & moveret Reforciatus Dagout, & sui, vel alii nomine ipsius domini Benedicti, contra supra nominatos dominos Cardinales collegialiter & singulariter, seu aliter, &c.*
- REFORTIFICARE, Idem quod *Refortiare*. Jacobi de Layto Annales Estenses apud Murator. to. 18. col. 1023. *Fuit Refortificatus passus optimis stellatis & ponte atque armatis navigiis*.
- REFORTIUNCULA, Parva munitio. Vide supra *Fortia* 3.
- REFORZARE, Fortius efficere, firmare, Ital. *Riforzare*, Gall. *Rensforcer*. *Facta sunt fortiora, id est, Reforzata*, apud Sanutum lib. 2. part. 4. c. 8. Vide *Refortiare*.
- REFOSSUM, Exterior fossa circumdans primam arcis fossam, Ital. *Rifosse*. Petrus Azarius in Chronico tom. 16. Muratorii col. 355. *Obsessores aggressionem fecerunt, & projectis lignis in circibus in pluribus partibus, Refossum subito transierunt, & fossatum siccum penetrantes, ad palancatum cum uncinis ferreis accesserunt, &c. Vide Fossium*.
- REFRACTATIO, Oppositio, qua quis alicui refragatur. Hanc vocem substituendam esse opinatur Gothofredus in lege 2. Cod. Theod. de Censitoribus, ubi habetur, *refractatio*. Commentarium consule in hanc legem.
- REFRAGABILIS, Cui potest resisti, Johanni de Janua; *a qui l'en puet resister*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.
- REFRAGABILITAS, *Resistance*, in iisdem Glossis, ex eodem Johanne de Janua. Vide mox *Refragatio*.
- REFRAGABILITER, Eidem de Janua, *Modo, cui contradici possit*. Ratherius Veron. lib. 3. *Præloquiorum* apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 869. *Nunc vero cum verbo veritatis, nil temere, nil Refragabiliter promittentis, illud dictum audis, quod rogo effragiam audis?*
- REFRAGANEUS, Qui refragatur, repugnat. Epistola Arnulfi Lexoviensis f. pilc. ad S. Thomam Cantuar. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 489. *Quorum sulciri suffragio debuistis, à vobis velut facto agmine discesserunt; quando maxime nominis sui rationem deberent agnoscere, & se vobis suffraganeos, non Refraganeos, exhibere*.
- REFRAGARE, REFRAGARI, Contradicere, repudiare, ἀποψηφίζεω, [ἀντιλέγειν, ἐναντιῶσθαι, ἀντιτάσσεισθαι, ἀντιμεισθαι,] in Gloss. Lex Ripuar. tit. 59. §. 2. *Et si quis in posterum hoc Refragari vel falsare voluerit, &c.* Formula 58. Lindenbrogiana: *Propterea hanc Epistolam tibi fieri vel firmari rogavi, ut nullo tempore aliquis de heredibus meis seu prohare-*

libus hanc convenientiam inter nos factam immutare vel Refragare non possit. [Charta ann. circiter 876. inter. Probat. novæ Histor. Occit. tom. 1. col. 129. Si . . . qualibet ulla intronmissa persona, quæ contra hanc venditionem venire, aut eam Refragare præsumpserit, &c.]

REFRAGATIO, Contradictio. [Glossæ Lat. Græc. Refragatio, ἀντιδικησις, ἀντιλογία, ἀντιμάχησις, ἀντιθέσις, ἐναντιότης, ἀντιπαρῆσις.] Vetus Charta in Chron. Reichersperg. Nulla debeant a vobis Refragatione turbari. [Adde Chartam Dagoberti Regis Franc. an. 639. apud Miræum tom. 1. p. 123. col. 2. aliam Theodorici II. ann. 722: ibid. pag. 128. col. 2. aliam ann. 1044. apud D. Calmet tom. 1. Histor. Lothar. col. 419. &c. Utitur etiam S. Augustinus Epist. 177.]

REFRAGATOR, Qui refragatur, contradicit, adversatur. Tertull. adv. Gnosticos cap. 1. Omnes martyriorum Refradores ebulliunt.

REFRAGIUM, Refragatio, ἀποκρησισμός. S. Ambrosius enarrat. in Pl. 104. Si quis ipsa introspectat rerum negotia, cognoscet, quanta sapienti adjumenta, & quanta in ipsis insipienti Refragia sint. Adrevaldus lib. 1. de Mirac. S. Benedicti cap. 6. Legatis itaque directis ab Antistite absque quolibet Refragio, &c. [Utitur etiam Interpres Egesippi. Vide Gronovii Observ. in Eccles. Script. cap. 21.]

REFRANGERE, pro Refringere. Glossæ Lat. Gr. Refrango, ἀποπλῶ, ἀνακλῶ.

REFRECIARE, Vallos reficere, restaurare, Gall. Reparer les palissades, à Gallico Fraiser, Palis cingere, munire. Vide locum in Freciare.

REFRENDARE, an Referre, Gall. Rapportier, Ital. Refrendare? Concilium Mexicanum an. 1585. inter Hispanica tom. 4. pag. 318. Ire itidem teneantur (exsecutores ecclesiastici) ad Refrendandum mandata auxilii brachii secularis à iudicibus & officialibus data, ad eaque exsequi faciendum unà cum exsecutori seculari. Vereor ne mendum sit in hac voce?

REFRESCAMENTUM, Commeatus, Gall. Rafrachissement, Ital. Rinfrescata. Chronicon Andreae Danduli apud Murator. tom. 12. col. 371. Veneti in Nigroponte sumto Refrescamento Venetias redeunt. Chronicon Dominici de Gravina ibid. col. 595. Refrescamentum petimus pariter & vinum, herdeumque pro equis denario nostro.

REFRESCARE, Gall. Rafrachir, Ital. Rinfrescare, Hisp. Refrescar, Refrigerare, adquare. Charta ann. 1223. MS. Bestie civium Arelatensium . . . non habebant abevratoria vel vias, per quas possent ire licite causa bibendi & Refrescandi ad Rhodanum. Chronicon Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 655. Ubi autem starem Refrescando equum per maximas horas duas, &c. Hoc est, equo pabulum præberem. Vide Refriscare.

REFRETORIUM, mendose, ut videtur, pro Refectorium. Charta Odonis Abb. S. Dionysii ann. 1231. è cod. MS. B. M. de Argentolio: Statuimus, quod fratres ibi manentes pro pitantia de campanella Refretorii comparanda habeant singuli tres solidos . . . Si autem uno die minus quam tres solidi expendi contigerit, alio die expendatur sicut videbitur expedire, neque de hoc aliquid tollatur Refretorio, vel pro priore vel pro alio extra Refretorium comedente.

REFRIGERARE, Requiescere. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 1. cap. 7. num. 1. Justorum quoque animas Refrigerare & ipsas in medietatis loco. Ubi Irenæus habet ἀναπαύσεσθαι: quod verbum vertere solet Interpres per Refrigerare passive sumtum. Vide num. 5. & c. 29. novæ edit. n. 3. l. 2. c. 24. n. 1.

Tom. V.

REFRIGERATIVUS, Refrigerans. Spargendo pavementum herbis Refrigerativis, id est, viridibus, recens collectis & refrigerantibus, in Regula Toribii Archiep. Limæ, tom. 4. Concil. Hisp. p. 671.

REFRIGERIUM, Locus ad refrigerandum aptus. Psalmus 65. 12. Transivimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in Refrigerium. Sæpius occurrit in Scripturis, idemque est quod Solatium, quies, saturitas. Vide Sap. 2. 1. & 4. 7. Isai. 28. 12. Jerem. 6. 16. Act. 3. 20. Refrigerium pauperum, in Epistola Justi Episc. tom. 2. Concil. Hispan. p. 273. Refrigerium & amœnitas loci, in Chronico Novalic. lib. 2. cap. 5. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 703. Charta ann. 1228. apud D. Calmet tom. 2. Hist. Lothar. col. ccccxi. Quotiescumque opus fuerit, homines Ducis in castro meo habebunt Refrigerium, id est, Procurationem, pastum, cibum & potum, Gallis Rafrachissement. Utuntur etiam Tertullianus, vetus Interpres S. Irenæi pro Græco ἀνέσις, Orobius & alii Scriptores Ecclesiastici.

REFRIGESCENTIA, Refrigeratio. Tertull. de Anima cap. 43. Sed non Refrigescentiam admittam, aut marcorem aliquem caloris.

REFRIGIDARIUM, Locus aptus captandæ refrigerationis. Acta S. Ottonis, to. 1. Julii p. 389. Quando in umbraculis & Refrigidariis suis soporantur homines.

REFRISCARE, Reficere, Gall. Rafrachir. Tractatus an. 1428. apud Rymer. to. 10. pag. 390. col. 1. Nullus . . . de partibus Flandriae ducet . . . victualia ad . . . Francos . . . causa adjuvandi, Refriscandi aut confortandi eos contra Regem Angliae. Vide supra Refrescare.

REFRIXIO, Refrigeratio. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. Refrixio, περιψυξις.

REFRONTARE, A fronte repellere. Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1033.

REFUGA, Qui confugit ad Ecclesiam, in Codice tit. 12. de iis qui ad Eccl. confug. leg. 6. §. 1. Sed si quidem ipsi Refuga appareant in Ecclesia publice, & se in sacris locis offerant quærentibus conveniendos, ipsis servata locis reverentia, iudicium, quibus subjacent, sententiis moneantur, responsum daturi, quale sibi quisque perspexerit convenire. Vide Refugium.

REFUGA, Desertor, quomodo miles refuga dicitur in lege 21. Cod. Th. de Tironibus. Ifo Magister in Glossis ad Prudentium lib. Peristeph. hymn. 1. Desuga, vel Refuga, vel Perfuga vocatur, qui unum reliquit, & ad alium confugit. Auctor Mamotrecti ad 2. Esdræ cap. 2. Refuga, qui refugit dominium aliorum. Hinc Refuga dicti, qui à vero Dei cultu discedunt. Gloss. Lat. MS. Regium: Apostata, Refuga. Hac voce utuntur lex 6. Cod. Th. ne sanctum Bapt. iteretur, Ulpianus & Marcellus JC. Lucifer Calaritanus l. 1. pro S. Achanasio, S. Zeno Veronensis serm. de Somno Jacob, S. Hieronymus in Epist. ad Algasiae quæst. 2. Tertullianus de Habitu muliebri cap. 5. & 1. contra Marcionem, Prudentius Ode 1. Peristeph. S. Augustinus lib. 20. de Civit. Dei cap. 19. S. Pacianus in Exhortat. ad pœnitentiam, S. Valerius de Genre Monachor. Histor. Miscella in Constantino M. & alibi, Flodoardus lib. 14. Carm. 8. [lib. 1. Hist. Rem. cap. 11. & 24. lib. 3. cap. 18.] Nicol. Trivettus in Chron. ann. 129. &c.

REFUGANI MONACHI, pro Refuga, in Concilio Legionensi an. 1012. cap. 3. Decrevimus etiam ut nullus contineat seu contendat Episcopus Abbates suarum Diœceson, sive Monachos, Abbatissas, Refuganos, sed omnes permaneant sub ditione sui Episcopi.

- ¶ REFUGANES, REFUGANTES. Conc. Compostell. ann. 1056. can. 3. *Omni Ecclesia intra LXXII. dextros nullus laicus, vel mulieres, nec Refuganes sortem habeant... Refugantes, qui ordines Ecclesie dimiserunt & uxoribus se sociaverunt dimittant eos, & in confessionem intrent. Forsitan utrobique legendum Refugantes.*
- ¶ REFUGARE ANIMALIA, Feras venando retrudere. Vide *Fugare* in *Fuga*.
- REFUGATA. Gloss. Gr. Lat. *Refugata*, ἀπογασία. Ita habet MS. codex, ubi editus, *Refuga*.
- REFUGERE, pro *Fugere*, apud Gregorium Mag. lib. 3. Epist. 6.
- REFUGIUM, Asylum, immunitas Ecclesie. Tabularium Landavense in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 192. *Cum omni sua libertate, & cum Refugio Ecclesie sancti Petri de Landavia. Alibi: Data sunt ista Ecclesia cum suis dotibus & territoriis omnibus, & omni dignitate sua, & privilegio, & libertate, & Refugio, & omni communione incolis, in campo & in silvis, in aqua & in pascuis, & à regibus predictis S. Teliano, & omnibus Episcopis Landavensis Ecclesie. Adde pag. 194. 201.*
- REFUGIUM. Charta Caroli C. an. 23. Ind. 10. in Tabulario S. Dionysii n. 31. *Villam quoque Madrinicum in pago Morviensi sitam eis attribuimus, quam eisdem fratribus per nostra largitionis preceptum ad cellam construendam, & locum Refugii dudum concesserunt. [Charta ann. 1150. è Tabulario Majoris monasterii: Mansionem aut Refugium... concessit.] S. Hieronymus de locis Hebraicis: Masareth, in qua sedit David, nunc deserta, pro quo Aquila interpretatur munitiones, Symmachus Refugia, Theodotion speluncas.*
- REFUGIUM. Vetus Inquisitio in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano fol. 29. *De Comitatu Augi tenet... communes vias foresta & herbagia communia usque ad forestam. Tenet & Refugium terra sua.*
- REFULLUS, pro *Reflexus*, Gallis, *Reflux*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 913. *Cum Redundatione aqua, & octodecim pedes ultra Refullum aqua, pro voluntate dictorum Monachorum. [Refouler notum est in locis maritimis pro *Refuere*. Vide *Refollare*.]*
- ¶ REFUNDARE, A fundamentis restaurare. Epistola Andreae de Marinis ad Rupertum Rom. Regem, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1697. *Ita ut affore difficiliter pene crediderim districta reformare posse, quam ad restitutionem usque Refundare dejecta. Melius in Onomastico ad calcem tomi 5. Refundare.*
- ¶ REFUNDERE, Reparare, refarcire, restituere. Literæ an. 1403. apud Rymer. tom. 8. p. 287. col. 1. *Resituant in effectu, suaque dampna Refundant. Charta Comitatus Marchie ann. 1406. Promittentes dicte partes... ad invicem, quatenus quamlibet ipsarum tangit... emendare, solvere, Refundere ac etiam refarcire omnia dampna, interesse, sumptus, missiones, dependita, &c. In leg. 3. Codicis de fundis patrimon. Refundere, idem est quod Fundum reddere, possessionem dimittere. Plinius Paneg. cap. 31. Refudimus Nilo suas copias, hoc est, restituimus, reddidimus.*
- ¶ REFUSIO, Effusio, Gall. *Epanchement*. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 21. *Pluvialis copia est Refusio humoris ad supera tracti.*
- ¶ REFUSIO, Restitutio. Concordia an. 1290. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 61. *Prepositus & conventus Ecclesie sepeditæ det xv. marcas albi argenti in Refusionem hujusmodi dampnorum Johanni prelibato. Diploma Calumiri Reg. Poloniae an. 1356.*

- ibid. pag. 498. *Galeatos, quos in adjutorium nobis destinare tenetur, suis sumptibus & expensis ac Refusione damnorum, debeat sine dolo respicere, donec dicti limites ad dominium nostrum fuerint reversi. Charta an. 1392. apud Meneesterium. Hist. Lugdun. pag. LVII. col. 2. Quod Baillivi Matisconenses in suis primis assistis observare predicta deberentur sub pena Refusionis expensarum, damnorum, & interesse Archiepiscopo Lugdun. &c. Literæ an. 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 297. col. 2. Concedentes ei plenam & liberam potestatem & mandatum ad removendum, extorquendum & prosequendum dicta ablata, si extant, aut Refusionem pecuniarum dicta ablata integre compensantium. Christophori Mulleri Introductio in Historiam Canonie Sand-Hippolyti apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 336. *Recolenda ergo hic, quae paulo ante de Refusionibus honorum nostrorum à Pataviensibus factis prenotavimus.**
- ¶ REFUSIO, in quibusdam Ecclesiis cathedralibus & collegiatis dicitur quidquid ex assignatis sibi possessionibus redditibusve in communem arcam communibus usibus destinatum, quotannis referre debent earumdem Ecclesiarum Canonici aliique Beneficiati. Constitutio Gregorii X. PP. pro Capitulo Lugdun. inter Statuta ejusd. Eccl. ex MS. Coiflin. *Statutum est in eadem ecclesia juramento vallatum, ut tam personatus & dignitates in dicta Ecclesia obtinentes & canonici, quam alii beneficiati sive beneficiandi ejusdem ecclesie, qui terras, possessiones & obedientiaras, aut redditus & proventus ipsius ecclesie in portionibus assignatis à vobis, vel etiam assignandis, per quas cumque divisiones, sub annuo censu seu Refusionibus certe pecunia, bladi seu cujuslibet alterius rei obtinent, pro pagamento, quae Pava vulgariter nuncupatur, refectorii, anniversariis, fabrica ejusdem ecclesie, ac elemosynis faciendis ab eis, nisi censum aut Refusionem hujusmodi... terminis constitutis exsolvant, ex tunc in choro, aut in capitulo, aut refectorio, seu ad tractatus communes canonicorum ipsius Ecclesie minime admittantur. Compositio facta super vicedominatibus Ecclesie Cabilon. inter Episcopum & Capitulum an. 1297. in Instrum. novæ Gall. Chr. tom. 4. col. 253. *Dictos redditus impositos predictis vicedominatibus in bursa capituli solvere tenebuntur, sub eodem modo, forma, pena & conditione, ad quas tenentur in Refusionibus & pecuniis, quas debent pro suis terrariis & prabendis.**
- ¶ Similis mos etiam viguit in Monasterio Insulæ Barbaræ, ubi monachi ea exercentes officia, quibus certi redditus erant annexi, Refusionibus etiam erant obnoxii, ut discimus ex Charta Guillelmi de Burgo Officialis Lugdun. ann. 1322. tom. 1. Maceriarum ejusd. Monast. pag. 203. *Ordinaverunt quod dictus Camerarius, qui nunc est, solvere teneatur omnia & singula super & infra scripta ad terminos ordinatos & statutos sub pœnis in Statutis dicti monasterii ordinatis & statutis, quas non solventes Refusiones, quae debent fieri dicto monasterio & conventui. Hujusmodi Refusiones ibidem obtinuerunt post secularisationem à Paulo III. PP. factam an. 1549. eod. tom. pag. 264. *Ipsique (Canonici) prioratus & alia beneficia ab eodem monasterio dependentia obtinentes, responsiones, etiam Refusiones & librationes nuncupatas, & alia onera per eos in dicto monasterio fieri & supportari solita, in omnibus & per omnia, perinde ac si suppressio & creatio predicta facta non fuissent, faciant & supportent.**
- ¶ REFUSIO, perperam pro *Refusio*, Restitutio. Sub pena Refusionis expensarum, damnorum & interesse presentium & futurorum, in Scheda ann. 1546. apud Rymer. tom. 15. pag. 102. col. 1.

REFUSORIAE LITTERÆ, Sidonio lib. 9. Epist. 10. Quibus aliquid refunditur sive liberaliter refunditur, ut interpretantur viri docti. Vide Voffium lib. 5. de Vitiis serm. cap. 41.

REFUTARE, Respuere, rejicere, repellere, aspernari, renuere. Gloss. Lat. MS. Reg. *Refutat*, *reprobat*, *renuit*, *negat*. Ugutio: *Refutare*, *recusare*. Gloss. Gr. Lat. *Ἀποβάλλω*, *Abjicio*, *Refuto*. *Ἀποσείωμαι*, *Refuto*, *reicio*. *Διαρροίωμαι*, *refuto*. [Vetus Interpres S. Irenæi lib. 3. cap. 14. num. 3. *Si autem quis Refutet Lucam, quasi non cognoverit veritatem, manifestus erit projiciens Evangelium, &c.* Utitur alibi, ubi S. Irenæus habet *παραιρέμειν*.] Victor Utic. lib. 1. *Maxima namque jam Deo sacrata humanas nuptias Refutabat*. Lambertus Ardensis: *In Genuensem terram accedere omnino Refutavit*. Alibi: *Non audens omnino Comitibus Refutare petitionem*. Adde pag. 162. [Charta an. 1064. è Tabulario S. Victoris Masil. arinar. Rhuten. num. 8. *Nisi forte michi placuerit, Domino inspirante, ut ante me & ipsum mansum cum alio habere, Refutando seculum, jam dicto monasterio donem.*] Marbodus Redonensis Episc. in Vita S. Theophili:

*Ut flectam mentem, laudet magis omnipotentem,
Consilium mutet, nec pontificare Refutet.*

Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 5.

..... Scelus hoc, ne funditus urar

igne sub obscuro, sperno penitusque Refuto.

[Charta Philippi Aug. pro Atrebatensibus: *Qui duobus vel tribus scabinis treugas Refutaverit, LX. libras perdet... Qui pacem & concordiam, quam scabini considerant, Refutaverit LX. libras perdet*. Constitutiones Cluniac. ann. 1031. è MS. B. M. Deauratæ: *Nullus Prior... monachum ad se pro morando transmissum... Refutet aut remittat*. Constitutiones Eccl. Valent. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 507. col. 2. *Chrisina vetus & oleum penitus Refutentur & ponantur in lampade, &c.*]

REFUTARE TESTEM, in Capitulis ad Legem Salicam tit. 2. cap. 4. Adde Gregor. M. lib. 4. Dial. cap. 11. Rodericum Tolet. lib. 6. cap. 10. &c. Utuntur etiam Latini Scriptorum. Vide Stephanium ad Saxonem Grammat. pag. 69.

REFUTARE CRIMEN contra aliquem, Eum criminis rursus arguere, ei crimen denuo impingere, imputare. Literæ Johannis de Thurena de electione Benedicti XIII. Antipapæ an. 1429. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1728. *Contra eundem dominum Benedictum eadem crimina, quæ in Pisano conventiculo, de quibus se purgaverat canonice in dicto concilio generali Perpiniani convocato & celebrato, Refutaverunt, & duas hareses eidem domino Benedicto contra veritatem facti & juris impingere ausi sunt.*

REFUTARE, Rem dimittere, & in alterius jus transferre. Arnulphus Lexov. in Epist. ad Alexandrum PP. p. 41. *Quarum (causarum) cognitioni D. Wilhelmus Parisiensem S. R. E. Cardinalem contigit interesse, ipsoque presente predictus Thesaurarius omnes querimonias quas habebat, Refutavit: in manibus judicum, & quod eas adversum me non moveret, fide corporaliter interveniente firmavit.* [Chronicon Farfense apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 449. *Item in Sabinis Hugo Abbas recepit casas 11. id est Salisanum & Grossianum, quas Refutaverunt Adam filius Azonis & Bucco filius ejus... Item res, quas Refutavit Lupo filius Berta, & alias res Crescentii & Dodonis filiorum Roccionis.*] Charta Theobaldi Episc. Parisiens. an. 1148. *Decimam de sancto Brictio, quam diu injuste tenuerat, utpote laicus, ad hoc in manus nostras Refutavit, ut eam canonice Monachis S. Martini*

de Campis concedentes traderemus. Alia ann. 1164. apud Joffredum in Nicia pag. 177. *Dimitto, & perpetua Refutatione Refuto quicquid in Castello de Drappo requirebam, &c.* Alia an. 1175. in Histor. Pergamensi tom. 3. pag. 325. *Cum ligno quod in suis tenebant manibus, ... Refutaverunt in manu domini Guala Pergamensis Episcopi totam decimam quam ipsi habebant.* Charta Eberhardi Episc. Saltzburghensis in Chron. Reichersperg. ann. 1153. *Qua conventionem convenienter ex omnium partium conniventia ordinata, totalis in manus nostras sic est Refutata, ut Propositus neque ulterius querelam suam resuscitet.* [Charta Mariæ Reginae Jerusalem & Siciliae pro Castro de Pennis ann. 1399. è Schedis Præsidis de Mazaugues: *Ut dictum castrum predicta Universitas eidem Excellentiae gratiose remittere, Refutare & desemperare deberet. Quo in loco proprie est Rem acceptam restituere. Pluries occurrit ibi, ut & vox Refutatio, pro Restitutio.*] Vide Gregorium VII. PP. l. 2. Epist. 27. lib. 4. Epist. 22. lib. 7. Epist. 19. Fulbertum Epist. 20. Hugonem Flaviniac. pag. 198. Ottonem Morenam pag. 39. Francisc. Angelonum in Historia Interamneni p. 87. Doubletum p. 533. tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 569. Ughellum tom. 1. part. 2. pag. 307. [Mabillonium tom. 4. Annal. Benedict. pag. 700. col. 1. & pag. 701. col. 1. Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 288. Historiam Dalphin. tom. 2. pag. 248. col. 2. &c.]

REFUTATIONIS à iudicibus decretæ refert D. le Blanc in sua Dissertatione ad calcem Tractatus de Monetis pag. 92. ex Placito an. 997. inter Abbatem Farfensem & Presbyteros S. Eustachii in Platana: *Ad hæc noluerunt Presbyteri jurare, neque Advocatus eorum, & inventi sunt fallaces... Tunc præceperunt Iudices, ut Refutarent Presbyteri domino Abbati duas predictas ecclesias cum pertinentiis suis, & Refutaverunt atque dederunt in manibus domini Hugonis abbatis & Huberti advocati sui, & tenente domino Abbate ipsam cartam in manu, jussu domini Leonis tulit Leo Arcarius S. Apost. Sedis cultrum & signum sanctæ Crucis in ea, abscindendo per medium, & reliquit in manu domini Abbatis in conspectu omnium ibidem residentium.* Quod idem ipsum narrans Gregorius Monachus in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 506. habet: *Sed neque Presbyteri, neque eorum Advocatus jurare voluit; inventi sunt enim fallaces. Post hæc judicantibus Iudicibus apprehenderunt baculum, & in manus domini Hugonis abbatis & Huberti ejus advocati prefatas ecclesias Refutaverunt cum charta, per quam litigaverant.* Rursus occurrunt voces *Refutare* & *Refutatio* eodem significato col. 425. 445. 479. 501. 591. & in Annalibus Genuens. ad an. 1202. apud eundem Murator. tom. 6. col. 385.

REFLUCTUARE, **REFLUCTARE**, pro *Refutare*. Placitum Mathildis Comitissæ ann. 1073. apud Franciscum Mariam lib. 3. pag. 151. *Per sustem quem in suorū detinebant manibus, Reflucltaverunt predicto Bernardo Abbati... curtem illam, &c.* Mox: *In integrum una cum inferioribus & superioribus suis predictus Radulfus & Saracinus & Fulcardus Germanus predicto Bernardo Abbati & Guidoni Notario Advocatus ipsius Monasterii ad partem prænominati Monasterii Reflucltaverunt, & cum ipsa Reflucltatio facta fuisset, tunc &c.*

REFUTANTIA, **REFUTATIO**, Apocha, *Quittance*. Charta ann. 1389. apud W. Thorn: *Concessit eidem W. Abbati... solvere sibi... 53. ducatos boni & puri auri & recti ponderis, Refutantiam & sufficien-*

tem acquietantiam de solutis deferenti. Infra: *Visis libris, instrumentis, registris, Refutationibus, aliisque evidentiis universis, reperimus, &c.* [Charta ann. 1350. in Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 152. De receptis faciendum finem, quittance, Refutationem plenariam, & pactum de amplius non petendo.]

¶ REFUTATORIA BREVIS, Schemata seu Charta continens refutationem, seu rei alicujus dimissionem & transcriptionem. Placitum an. 999. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 501. Gregorius abbas superscripti monasterii SS. Cosma & Damiani ostendit unam falsissimam brevem Refutatoriam, ubi continebatur, quod Joannes abbas antecessor Hugonis abbatis monasterii S. Mariae (Farfensis) Refutasset eandem cellam temporibus beate memoriae domni Ottonis I. Imp. quod omnino falsum est.

REFUTATORII LIBELLI, in lege 1. Cod. de Relationibus, & lege 19. Cod. de Appellat. &c. quibus actor vel reus ob judicarias formulas male observatas sententiam judicis arguit: unde Accursius appellaciones non insulse fuisse opinatur. Vide Cujacium lib. 22. Obser. cap. 33. Juretum ad Symmach. lib. 2. Epist. 30. & Jacobum Gothofr. ad tit. de Appellat. in Cod. Th.

¶ REFUTATÆ CARNES. Statuta Eccl. Nemaufensis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1064. *Sub pena excommunicationis inhibemus, ne quis Christianorum carnes Refutatas à Judæis in macello Christianorum presumat vendere, vel alibi infra villam.* Nullo satis idoneo fundamento fulta est hæc excommunicatio, si refutatae carnes hic idem sonent quod rejectæ. Quid enim? Excommunicabitur qui carnes porcinas vendet in macello Christianorum? Quare mendum inesse puto in voce *Refutatas*, pro qua lubens legerem *interfectas*, nisi forte, quod tamen vix crediderim, *refutatas* hic idem sit quod *interfectas*. Interfectas à Judæis carnes vendere non semel prohibiti sunt Christiani. Statuta Massil. lib. 2. cap. 33. *Constituimus, ut nullus macellarius vendat in Massilia scienter carnes hircinas vel caprinas, aut carnes Judaas, &c.* Vide *Macellare*.

REGA, Modus agri, apud Aquitanos. *Rega terra, vinea, &c.* crebro occurrit in Regesto Constabulariæ Burdegal. pag. 114. 115. &c. Nescio an idem sonet in veteri Charta Cornutiana edita à Suarelio: *Quæ sepi descendat per Regam ad viam cavam, sive ad torum, quæ redit usque ad arcum supra dictum, &c.* Nisi *rega* idem valeat quod *ruga*, platea. Vide *Ragaleia*, *Riga*.

REGAITA. Vide *Wactæ*.

¶ REGALATORES. Vide in *Regalia*.

¶ REGALE. Vide *Regalia*.

REGALENGUM, RENGALENGUM, Dominium, *Regale, Regalia*. Charta Alfonsi Imperatoris Hispaniæ æræ 1194. apud Doubletum: *Facio cartam donationis, & textum firmitatis de illa villa, quæ vocatur Fornelos, & est de meo Regalengo, in via publica Peregrinorum quæ ducit ad S. Jacobum, &c.* Alia apud Anton. de Ypez in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 6. pag. 213. *Monasterium meum proprium, & meum Regalengum.* Alia Bermundi II. Regis æræ 1070. apud eundem pag. 449. *Illam mandationem de Perpera, cum illo alio Rengalengo de Cangas, &c.* Occurrit ibi pluries; ut & tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 271. 278. 281.

REGALES, Regum filii, Principes ex stirpe regia: *Regales persone*, Avito Viennensi Epist. 5. Anonymus de Different. vocum: *Inter Regem & Regalem hoc interest, quod Regis puer Regalis est: Rex, qui re-*

gnum regit. Ammianus lib. 16: *Cui prope astans Regalis Hormisda, cujus è Perside discessum supra monstravimus.* Lib. 16. *Hos sequebantur potestate proximi Reges numero quinque, Regalesque decem, & Optimatum series magna.* Idem lib. 17: *Zizais quoque etiam tam Regalis, &c.* Atque ibi non semel & pag. 107. *Quorum Regalis Vitrodorus Viduarii filius regis, & Agilmandus subregulus, aliique optimates, &c.* Ubi Regales videntur appellati, qui ex sanguine regio erant. Rursum: *His denique ad gratiæ cumulum ignobilem quemque regem, sed quem ipse antea sibi præfecerat, Regalem imposuit.* Et lib. 18. *Reges omnes & Regales, & Regulos ad convivium corrogatos.* Lex 9. Cod. Th. de Re militari: *Sinceritas tua protinus admonet ut neque Regalibus, neque Legatis sua milites jumenta suppeditent.* Sulpitius Alexander in Histor. apud Gregor. Turon. lib. 1. Hist. cap. 9. *Marcomere & Sunnone Francorum Regalibus transacto cursim colloquio. . . Treveros concessit.* Ubi idem Gregorius subdit: *Cum autem eos Regales vocat, nescio utrum reges fuerint, an vices tenuerint Regum.* Mox idem Sulpitius, quos Regales dixit, *Subregulos* appellat. *Regalis puer*, apud Stephanum Eddium in Vita S. Wilfridi cap. 57. *Regales* vero pro Principibus Regiæ stirpis occurrunt non semel apud Scriptores ævi inferioris, Anonymum in Vita S. Cuthberti Episcopi lib. 2. num. 6. Gauterium de Bellis Antiochenis p. 456. Joannem Hocsemium in Adolpho à Marka Episc. Leod. cap. 35. extr. Matth. Paris pag. 218. Gregorium II. PP. apud Waddingum an. 1372. num. 26. in Concilio Nicosiensi an. 1340. &c. Sic *Royaux*, Principes Regii sanguinis non semel vocat Monstrelletus 1. vol. cap. 153. 157. 221. Testamentum Joannæ Reginæ Franciæ uxoris Ludovici Hutini ann. 1319. *Nous voulons & ordonnons que quand passage commun se fera des Roiaux, nos executeurs eslisent un bon & convenable Chevalier à faire le passage pour nous, &c.* Histor. MS. Mortis Richardi Burdegal. Regis Angliæ: *Le Roy d'Angleterre arriva aux lices, en sa compagnie tous les Royaux d'Angleterre.* Statuta MSS. pro Carcere Castelleti Paris. *Selon ce que il est mandé ou commandé du Roy nostre Sire, & de nos grans Seigneurs Roiaux.* Statuta MSS. Ordinis Coronæ spineæ anni 1393. cap. 3. *De ces 30. Chevaliers les 10. plus grans seront de nos Seigneurs les Roiaux & autres grans Seigneurs du royaume, & les 20. autres seront des moiens Barons, Bannerez & autres Chevaliers.* Et cap. 17. *Chevaliers du sang du Roy dicuntur.*

Ut porro Regales Regum, ita Imperiales appellati Imperatorum filii, in præclara Laudum Formula, quæ præfixa legitur Codici Amalarii de Divin. Offic. *Divo Hluduuvico vita, novo David perrennitas, & ipso novo Salomoni felicitas. Judith orthodoxa nobilissima atque prudentissima Augusta, salus per multos annos. Lumina pacis, Domine, serva, Lumina mundi, Domine, serva. Vita vestra tutela omnium est. Vestra fides Ecclesiarum est gloria. Piissimos dominos nostros Imperiales natos, Hlotharium gloriosissimum Coronatum, & fratres ejus Christus conservet.*

¶ REGALES, Genus acclamationis apud Anglos. Matthæus Paris in Henrico III. *Et factò congressu acclamatum est terribiliter, Ad arma, ad arma, hinc Regales, Regales, inde Montis gaudium, Montis gaudium, scilicet Regis utriusque Insigne.*

REGALES, interdum Regii Ministri, ut apud Thomam Walsinghamum an. 1291. *Cujus temporibus alienigenæ Angliam non gravabant, incola nullatenus per Regales opprimebantur, &c.* Ita anno 1330. [Captio Bernardi Saget Episc. Apamiensis circa an. 1300.

apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1322. *Idemque Episcopus ex tunc de Tholosa arripuit uer suum eundi in Franciam, concomitantibus ipsum predicto Magistro balistariorum & Senescallo Tholosano... duobusque servientibus Regis, nullis tamen eorum pernoctantibus in domibus, in quibus hospitabatur Episcopus dictus, licet dicti seruientes... affererent, se mandatum habere, quod etiam in camera dicti Episcopi jaccere possent, si videretur iisdem: quod tamen per Regales & milites predictos negatur. Ubi patet Regales dici Magistrum balistariorum & Senescallum Tolosanum.]*

2. REGALES, Nummi aurei Francici, Gallice *Royaux*. Vetus Regestum: A 20. Sept. 1330. usque ad 1. Febr. 1336. *hebant Parisienses aurei ponderis 34. & 4. quint. & Regales de 48. & semis.* Joan. Hocsemius in Adolpho à Marka Episcopo Leod. cap. 18. *Eidem Comiti oppidum Mechliniense... pro centum millibus Regalium vendiderunt. Infra: Quinque Floreni de Florentia in valore quatuor Regalibus sunt aequales.* Descriptit Hautinus in lib. de Monetis Francicis pag. 25. monetam auream, quam S. Ludovico adscribit, in qua efficta corona cum hisce vocibus, supra & infra, REGALIS AUREUS. In circulo, LUDOVICUS REX FRANCORUM. In aduersa parte crux liliata effingitur, cum solita inscriptione XRC. &c. Vix enim est ut Ludovico X. attribuat, qui *Agnos* tantum cudit, quantum colligere est ex veteribus Tabulis monetariis. Vide *Moneta aurea in Moneta regia.*

¶ Anno 1457. in Britannia minori, sub Duce Arturo III. Regales valebant 25. solidos, ut patet ex Computo hujus anni, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1205. *A Jehan Sire de Couesquen xxiv. Reaux valant xxx. l. A Messire Jehan l'Abbé xxxii. Reaux valant xl. l.*

REGALES CORONATI, Moneta aurea Comitum Provinciae. Exstat Charta Roncelini Vicecomitis Massiliensis an. 1214. in Tabul. S. Victoris Massil. fol. 160. qua Abbati vendit *castrum de Julianis pretio centum librarum Regalium coronatorum, quorum singuli 60. solidi valent nunc singulas marchas argenti meri.* Alia Raimundi Berengarii Comitum Provinciae an. 1243. *Donamus trecentos solidos annuales Coronatos in alberga nostra villa inferioris Aquensis, &c. [Solidi Regales Coronati, in Venditione terrae de Petrolis Archiepiscopo Aquensi an. 1211. Index Provincialis jurium dominicorum è MS. D. Brunet fol. 117. S. Honorat paga per lo Covent de S. Victor de Masselha al pont IIII. f. Reals.] Regales solidi in Chartis an. 1188. 1190. &c. apud Guesnaium in Annalibus Massiliensibus pag. 332. 334. 337. 356. &c. [Vide Provincia Comitum moneta, in Moneta Baronum.]*

REGALES, Moneta aurea Regum Siciliae in Chartis an. 1178. 1180. in Tabulario Casaur. sub Wilhelmo Rege, & apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 284. 576. 593.

¶ REGALES rursus memorantur in Charta ann. 1177. pro Monasterio SS. Trinit. in insula Piscariae, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1013. & in Concilio Toletano seu Arendensi an. 1473. inter Hispanica tom. 3. pag. 674.

¶ REGALES DE AURO in Dalphinatu, de quibus hæc legimus in Computo an. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 272. *Item, recepit ab eodem ibidem Regales de auro xxxv. de quibus expensi sunt ad rationem de Carolinis xv. pro quolibet, xxxi. qui sunt in summa in Carolinis unc. vii. taren. xxxii. & dimid.*

1. REGALIA, æ, Jus regium, dignitas regia. Henricus de Knyghton in Ricardo II. *Quarebatur an*

... derogaret Regalia & prerogativa Regis. Infra: *Quare ab eis quomodo sunt puniendi qui impedierunt Regem quominus poterat exercere quæ ad Regaliam & prerogativam suam pertinent.* Charta ejusdem Ricardi II. Regis Angl. *A juramento fidelitatis & homagii, & aliis quibuscunque mihi factis, omnique vinculo ligentiae & Regalie ac domini quibus obligati mihi fuerint, ... absolvo.* [In Chronico Angl. Thomæ Otterbourne pag. 212. habetur, *ab omni vinculo ligentiae & Regalii & domini, quibus mihi obligati fuerant, &c.*]

2. REGALIA, Fiscus Principis, jura quibus Reges gaudent, [Jura omnia ad fiscum spectantia, ut est apud Thomam Blount in Nomolexico: quod vide.] *Fiscalia regum, apud Conradum Uspersensem ann. 1109. Cunctaque regum antiquorum Fiscalia suam in diuisionem interim recepit. Debita quæ ad partem regis solvi debent, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 30. Bruno de Bello Saxonico p. 141. Tanta profligatio Regalium, ut post hæc reges nostrarum partium rapinis potius quam Regalibus sustentandi sint.* Hinc

REGALIA, Jura regia, quæ ab Imperatoribus vel Regibus interdum Ecclesiasticis aliisque personis conceduntur. Radevicus lib. 3. cap. 41. *Regalia, veluti monetam, teloneum, pedaticum, portus, Comitatus, & alia similia si qua sunt, commune Mediolanensium dimittet, & ultra se non intromittet.* Lib. 4. cap. 5. *Deinde super justitia regni, & de Regalibus quæ longo jam tempore, seu temeritate pervadentiam, seu neglectu Regum imperio deperierant, studiose differens, &c.* Otto de S. Blasio cap. 14. *Omnia Regalia civitatum, utpote monetas, telonea, navigia, &c.* Charta Conradi Imper. ann. 1149. apud Columbum in Episc. Vivariensibus lib. 2. *Tibi, venerabilis pre-taxata urbis Episcopo, & per te, & Ecclesia tua, & successoribus tuis Vivariensis urbis, nostra Regalia concedimus, monetam, pedagium utraque strata telluris, &c.* Alia Friderici I. an. 1177. *ibid. lib. 3. n. 6. Concessimus universa Regalia, cunctisque possessiones, &c.* Alia ejusdem Imperatoris ann. 1164. apud eundem Columbum in Guillelmo juniore Comite Forcalquerii num. 23. *Dicto fidei nostro Guillelmo Comiti Comitatus dignitatem, jurisdictionem, & Regalia, cum omni plenitudine honoris & utilitatis nostra Imperiali autoritate restituimus.* Acta Capitularia Ecclesie Lugdun. ann. 1338. ex Camera Comput. Paris. fol. 38. *Cum Regalia dicti fluvii (Rodani) ad Ecclesiam Lugdunensem pertineant.* Vide Guesnaium in Annalibus Massil. pag. 322.

¶ REGALIA ALTA ET BASSA. Concessio Regalium de Soleris Ludovico de Bellavalle ejusdem loci Domino per Renatum Regem & Comitem Provinciae 25. Jul. an. 1443. è Schedis Præsidis de Mazaugues: *Donamus... Regalias altas & bassas, ac omnia & quacumque jura ad ipsas Regalias quomodocumque spectantia.* De Regaliis majoribus & minoribus consulendi sunt Doctores feudistæ.

REGALIA, Dominium temporale Ecclesie, ut vocant. *Regalia S. Petri*, apud Gregorium VII. PP. lib. 1. Epist. 21. lib. 8. Epist. 1. *Baldricum in Adalberone Archiepiscopo Trevirensi, Falconem Beneventanum an. 1114. Romualdum in Chronico MS. an. 1152. &c. Laurentium Leodiensem in Episcop. Virdun. pag. 309. & in Bulla Clementis IV. PP. pro regno Siciliae, vulgo Patrimonium S. Petri, seu Sedis Apostolicæ, quod Imperatorum & Regum beneficiis Ecclesia Romana id possideat. [Principatum Romanum & Regalia S. Petri, Bonifacio IX. PP. apud Ill. Fontaninum in Antiq. Hortæ p. 449. Regalia jura, Eugenio IV.*

ibidem pag. 466.] *Regalia & Patrimonia B. Petri*, apud Petrum Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 35. 36. 39. Epitaphium Eugenii III. PP. Tarracinæ: *Regalia multa longo tempore amissa Beato Petro restituit.* Leo Ost. lib. 1. cap. 47. *Ad ipsum Staphilum de Majella, qui dividit inter Regalia & causam S. Benedicti.* Ita in Consuet. Tervanensi, Episcopus dicitur habere *Regaliam* Tervanensis Episcopatus, quia est illius dominus spiritualis & temporalis, ut est in art. 6. At in Consuet. veteri Atrebat. art. 16. & nova art. 23. & 24. *Regale*, sumitur pro dominio Majoris Domini feudalis, cum scilicet res feudalis & ab eo dependens ex vassalli delicto, aut alia quolibet causa principali feudo unitur. Vetus Charta de bonis Hæreticorum & faiditorum, in Notis ad Concilia Narbon. *Pro parte vero Domini Regis è contrario dicebatur quod hac omnia ad ipsum jure Regalia & majoris domini pertinebant.* Alia apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. pag. 40. de Gageria quadam: *Verum ne discordia inter Ecclesiam & Comitatem aliquando oriri possit, dictum est ut cum redimere voluerit, discernatur, quod pro Regali & Comitatu Comes ibidem deinceps habere debeat, &c.*

REGALIA vocant nostri prædia quæ ad Ecclesias pertinent, iis à Regibus olim concessa, unde *Regalia* dicuntur: quippe, ut ait S. Augustinus tract. 6. in Evangel. Joan. *per jura regum possidentur possessiones.* Et Otto Frisingensis lib. 2. de Gestis Frederici c. 11. *Regalia non personis, sed Ecclesiis, perpetualiter à Principibus tradita sunt.* Walthramus Episcopus Naumbergensis de Investitura Episcoporum: *Regalia, id est à Regibus & Imperatoribus, Pontificibus Romanis data in fundis & redditibus.* In Charta Henrici III. Regis Angliæ apud Prynneum in Libertatibus Angl. tom. 2. p. 231. *Cepimus in manum nostram baroniam & Regalia quæ Archiepiscopus Eborum de nobis tenet.* In alia pag. 254. *Totum Regale quod ad Episcopatum suum pertinet.* Alia Joannis Regis Angl. ibidem pag. 339. *Episcopus autem vel electus loci illius temporalia, quæ prius vocabantur Regalia, de manu prædicti Archiepiscopi & successorum suorum plenarie recipiet.* In Regiam Majestatem lib. 2. cap. 23. *Baroniæ Episcoporum de elemosyna Regis esse dicuntur, ideoque ab iis alienari non posse.* Cum igitur omnia fere Ecclesiarum prædia, Episcopatum nempe, & Monasteriorum à Regibus dotatorum, *Regalia* sint, id est à Regibus olim iis concessa, eodem jure reguntur quo beneficia militaria, seu feuda, iisdemque sunt, quibus ea, servitiis obnoxia. Extinctis quippe personis Ecclesiasticis, ad Regem ipso jure redeunt, donec alia iisdem investiatur. Unde in Charta Caroli IV. Imp. an. 1354. pro Episcopo Tullensi, dicitur is *investiri de Regalibus & feudis.* [Anonymus in Chronico Cœnobii Schutterani, apud Fredericum Schannat inter Vindemias Literar. pag. 19. *Per hoc (Diploma) idem Imperator (Henricus II. an. 1016.) nostrum monasterium quoad temporalia, sive, ut aiunt, Regalia, novo à se erecto Bambergensi episcopatu jure feudi tradidit; unde in hodiernum usque diem Abbates nostri ab Episcopo infeudantur.* Appendix Chronici Mentensis apud Acher. tom. 6. Spicil. p. 661. *Domno Poponi... dominus Stephanus anno Domini MCXX. videlicet anno Callisti PP. II. successit. Hic Callisti ex sorore nepos, cum Regaliam nondum ab Henrico V. qui tunc temporis arcem tenebat imperii, recepisset, &c.* Chronicon S. Dionysii apud eundem Acherium tom. 2. pag. 813. *Hoc anno (1228.) obiit Petrus de Autolio Abbas S. Dionysii... & electus fuit Odo Clemens in Abbatem ejusdem Ecclesia... &... recepit*

à Rege Ludovico Regalia.] Homagium præstitum Adolpho Imperatori à Joanne Episcopo Tullensi ann. 1297. *Regalia feuda principatus Pontificalis, quem obtinet sibi de regali liberalitate, concessimus, & ipsum investivimus: de iisdem administrationem temporalium & jurisdictionem plenariam principatus ejusdem Ecclesie prænotata Episcopo Tullensi præsentium serie committentes.* [Adde Chartam Ludovici Jun. ann. 1162. in Probat. novæ Hist. Occitan. to. 2. col. 588. *Gesta Guillelmi Majoris Andegav. Episc. an. 1291. tom. 10. Spicil. p. 275. Epistolam Innocentii V. PP. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 24. &c.*] *Regalibus* autem à Rege *Investiri* dicuntur Episcopi (ut cæteros præteream, Germanicos & Anglicos præsertim scriptores, qui de Investituris Ecclesiarum egerunt) apud Petrum Cluniacensem lib. 1. Epist. 29. ubi de Lingonensi Episcopo: *Rex... de Regalibus, sicut solet fieri, manu propria solemniter investivit: cujus quidem Investituræ ratione, sacramentum fidelitatis Regi præstant Episcopi.* Epistola Leodiensium ad Palchalem II. PP. *Dominus noster Episcopus communicat Regi & Imperatori suo, cui ex Regalibus ejus acceptis juravit fidelitatem.* Philippus Mouskes in Histor. Fr. MS. de Episcopo Tornacensi:

*Et caskuns Vesques premerains,
Dou Roi de France, joint ses mains;
Prent son Regale par droiture,
Et ses om est de teneüre.*

Hujus sacramenti formulam habes apud Continuatore Aimoini lib. 5. cap. 21. *Ego Hincmarus ecclesie Laudanensis Episcopus, amodo & deinceps domino Seniori meo Carolo Regi sic fidelis & obediens secundum meum ministerium ero, sicut homo suo Seniori, & Episcopus per directum suo Regi esse debet.* Huic fidelitatis sacramento duo alia quæ eodem redeunt, subjungit D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu c. 1. pag. 21. & 22. Vide *Fidelitas* col. 477.

Fidelitatis porro sacramentum ii faciunt, cum iis redduntur *Regalia*, [hocque sacramentum nostris dicitur *le serment de feaulté*, vel *de fidelité*, à cause de la temporalité, ut videre potes in Scheda Caroli VII. Franc. Regis an. 1454. & alia Ludovici XIII. an. 1623. quas refert D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu cap. 1. pag. 24. & 25.] Redduntur autem *Regalia* cum consecrationem aut benedictionem acceperunt Episcopi. Sugerius Abbas S. Dionysii Epist. 20. *De Regalibus vero sicut in Curia dominorum regum Francorum mos antiquus fuisse dinoscitur, cum Episcopus consecratus, & in Palatium ex more canonico fuerit introductus, tunc ei reddentur omnia. Hic est enim redditionis ordo & consuetudo, ut, sicut diximus, in Palatio staturus Regi & regno fidelitatem faciat, & sic demum Regalia recipiat.* Adde Epist. 19. Charta Guillelmi Episcopi Andegavensis an. 1223. apud Sammarthanos: *Item recognovit nobis quod cum Electus Andegavensis erit confirmatus à Metropolitano, vel ab eo qui potestatem habebit confirmandi, ipse reddet ei Regalia sua per nuntios suos patentes literas deferentes confirmationis ipsius. Ipse tandem Electus tenebitur bona fide adire Dominum Regem, si fuerit in regno, infra 40. dies post susceptionem Regalium, & eidem fidelitatis sacramentum præstare: & si infra 40. dies ad Dominum Regem, sicut dictum est, non venerit, Dominus Rex poterit saisire Regalia sua, & ea tandiu tenere, quousque Regi fidelitatem suam fecerit. Et sciendum quod si Comitatus Andegavensis separatur à regno, non teneremur facere Comiti Andegavensi hujusmodi sacramentum.* Quibus postremis verbis consentaneum est Arrestum an. 1272.

pro Episcopo Sagiensi descriptum à Duchesnio in Probat. Hist. Castilionensis pag. 70. Testamentum Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1190. apud Rigordum: *Regina autem & Archiepiscopus tam diu Regalia in manu sua teneant, donec Electus consecratus sit vel benedictus, & tunc Regalia sine contradictione ei reddantur.* Alias tamen de Jure Communi Regalia non redduntur Episcopo, antequam sacramentum fidelitatis Regi exhibuerit, ut mox docemus. At in Germania is mos inoleverat, ut tradit Otto Frising. l. 2. de Gest. Frider. cap. 6. & 28. ut Episcopi non consecrarentur, nisi prius ab Imperatore, & ab ipsius manu Regalia per sceptrum suscepissent. Id etiam habetur in Speculo Saxonico lib. 3. artic. 59. §. 1. Quod in Anglia & Scotia perinde obtinuisse docet Regiam Majestatem lib. 2. c. 64. 65. Scribit Joannes Hocsemius in Adolpho à Marka Episcopo Leodiensi: *Antiquam regni consuetudinem fuisse, ut Rege ultra Mosæ fluvium existente, Episcopi circa dictum fluvium Regalia possint à Scabinis de Francfort impetrare.*

Per mortem igitur Episcopi Regalia aperta dicuntur, ut contra, *clausa*, cum ea Episcopo successori redduntur. Regestum Memorialium Cameræ Comput. Paris. signat. C. fol. 269. *Dum Episcopus alicujus Episcopatus, ubi Dominus Rex habet Regaliam, ab humanis decedit, immediate per obitum seu mortem ipsius est Regalia in dicto Episcopatu aperta, & succedit Rex loco boni & legitimi administratoris in omni temporalitate dicti Episcopatus, confertque beneficia non curata, & hoc durante tempore ipsius Regalia. Quæ quidem Regalia dicitur vigere & habere locum in dicto Episcopatu, donec & quousque futurus successor Episcopus legitime intrans suum debitum fidelitatis juramentum dicto Domino nostro Regi prout tenetur, fecerit. Ex quo literæ Regi attestantes dictum juramentum sic fuisse factum, presentata, registrata, & expedita fuerint in Camera Comptorum, & quod receptor seu commissus ad receptam ipsius Regalia receperit mandatum à dicta Camera emanatum, per quod ei mandetur, ut levet manum Regis, & permittat dictum Episcopum uti & gaudere ponendo ipsam temporalitatem ad plenam deliberantiam. Nec ante receptionem hujusmodi mandati à dicto receptore seu commissario reputatur dicta Regalia clausa, sed usque ad diem ipsius receptionis, tenetur reddere comptum & rationem de fructibus hujusmodi temporalitatis. Et confert Rex beneficia tanquam in Regalia vacantia. Et hoc de jure & consuetudine Regis & suæ Coronæ Franciæ. Idem Regestum: *Le Roy est en saisine & a usé de tel temps, qu'il n'est memoire du contraire, quant les Regales des Eveschiez y escheent, de prendre & faire lever tous les profits & emoluments qui escheent durant ledit Regale, si come les blees & grains qui escheent en cause de terres gagnables, de rentes, de dismes, des abliez qui tiennent à racine, quant le Regale eschiet, & semblablement des vins, vinages, dismes, & autres rentes qui escheent en vin, come dit est des grains. Et si les terres, rentes & dismes sont baillees à ferme, il est ou chois du Roy de tenir la ferme, ou de prendre les grains ou vins qui escheent ou dir Regale, & ainsi le fait le Seigneur qui tient le fief de son vassal par défaut de home.**

Prædictis addo quæ habet vetus Consuetudo Franciæ lib. 3. *Quand un Evesque trespasse, le Roy peut faire tout metre en sa main le temporel, & celui faire gouverner comme en Regale. Car les exploits de sa justice, & tous les autres revenus temporels sont au Roi jusques à ce qu'il y ait Evesque. Toutefois tous Eveschez ne sont pas tenus en Regale. Pendant le temps de la Regale le Roi peut donner tous offices & benefices, ex-*
Tom. V.

cepté Cures; & si le Pape & le Roy donnoient en un mesme temps un benefice, le don du Roy precederoit: & s'il en estoit debat, la cause seroit ventilée en la Cour de Parlement, & non ailleurs. [Edictum an. 1334. apud D. Secousse tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 102. Philippe par la grace de Dieu, Roy de France. *Sçavoir faisons à touz presens & à venir, que comme il ay esté mis en doute par aucuns, si nous avons droit & à nous appartenoit de donner les prouendes, dignitez, benefices, comme ils avoient esté & estoient trouvés non occupez, vacans & vuides de fait tant seulement, ou temps de nostre Regale, és Eglises de nostre Royaume esquelles nous avons droit de Regale. Et se ceuls à qui nos predecesseurs, ou nous les avons donnez, en doivent joir & jouissent. Nous nous tenons & sommes souffisamment & dcument enfourmez, que nos devanciers Roys de France, pour cause de Regale & de noblesse de la couronne de France, ont accoustumé & ont esté en possession & saisine de donner les prouendes, dignitez & benefices, quand ils ont esté trouvez non occupez, vuides ou vacans de fait tant seulement: & que nous aussi en avons usé, usons & entendons à user, comme de nostre droit royal, toutefois que aucun ou semblable ou quelsconques des cas dessusdiz escherra, & denions toute audience de plait à tous ceuls, qui à nos diz usages, accoustumez par nos devanciers Roys de France & par nous coutumez, & aux droits royaux, qui en tel cas nous appartiennent, pour cause de nostre couronne, & aux collations par nous, ou nos devanciers, ou successeurs, faites ou à faire, és cas dessusdiz, ou en aucun d'iceux, se voudroient opposer. Et se plait, ou procez sur aucun des cas dessusdiz, quelsconques ils soient, pendent en Parlement, ou devant quelsconques nos Commissaires nous les rappellons & mettons dou tout au neant: & nous deffendons à nos amez & seaux nos gens, qui tenront dores en avant nos Parlemens à Paris, &c.] Sed & tradit Scylitzes pag. 758. Nicephorum Phocam Imper. legem tulisse, cui subscribere ipsi Episcopi adulescentes, ne Imperatoris injussu ullus crearetur Episcopus, & mortuo aliquo Episcopo aliquem suorum submisisse, qui definitos faceret sumtus, ipsumque, quod erat reliquum, accepisse.*

Crebra ac gravis fuit de Principibus ac Regibus querela, qui ut diutius Ecclesiarum Regalibus fruerentur, vel earumdem, uti vocabant, investituras differebant, vel electiones Episcoporum & Abbatum impediabant: quod in primis objectum Germanicis Augustis in diuturna ac gravi illa inter Sacerdotium & Imperium discordia, apud Scriptores qui de ea pluribus egerunt, quibus addendus omnino Arnoldus Lubecensis lib. 3. cap. 16.

Id etiam objectum Anglicis Regibus. Ordericus Vitalis lib. 10. de Guillelmo Rufo Rege Angliæ pag. 763. *Defunctis Prasulibus & Archimandritis, Satellites Regis Ecclesiasticas possessiones & omnes gazas invadabant, triennioque seu plus dominio Regis omnino mancipabant. Sic nimirum pro cupiditate redituum, qui Regis in arario recondebantur, Ecclesia vacabant, necessariisque carentes pastoribus dominica oves lupinis morsibus patebant.* Adde pag. 774. Similis est Willelmi Neubrigensis lib. 3. cap. 26. de Henrico II. querela: *Vacantes Episcopatus, ut provenientia perciperet commoda, diu vacare voluit, & Ecclesiasticis potius usibus applicanda in fiscum redegit.* Ut & Hugonis Flaviniac. Chron. pag. 241. Adde Willel. Malmesbur. lib. 1. de Gest. Pontific. pag. 215.

Regalium, vel si mavis, regaliorum jus, non in Episcopatibus dumtaxat obtinuisse, sed & ad Monasteria aliaque beneficia productum ex laudato Orderici Vitalis loco colligitur: adeo ut quemad-

modum Principes, vacantibus Episcopatibus, eorum dominiis seu uti vocabant, regalibus fruebantur, ac beneficia ab iis dependentia, quæ hoc temporis interstitio vacabant, conferebant, idem in Monasteriis jus sibi adscriberent; quam quidem hac nostra ætate agitari controversiam novimus. Exstant sane in Principum favorem bina Diplomata Henrici III. Regis Angliæ apud Gul. Prynneum in Libertatibus Angl. tom. 2. ac primum quidem pag. 782. hocce verborum tenore: *Rex Magistro A. de Len. Officiali Cantuar. & Commissionariis suis salutem. Cum tempore progenitorum nostrorum Regum Angliæ, & nostro hætenus sit obtentum, quod vacantibus Abbatibus, Prioratibus, & aliis quibuscunque domibus religiosis regni nostri, & in manu nostra existentibus, conferre possimus Ecclesiastica beneficia ad hujusmodi domos pertinentia, & nos ratione vacationis Domus sancti Thoma de Acon in London dilectum Clericum nostrum Rogerum de Messenden ad Ecclesiam de Colchirch in London duxerimus presentandum, fratres ejusdem domus, & Hugo Capellanus eorum ab eisdem fratribus indebite presentatus ad eundem, dictum Clericum nostrum inde trahit in placitum coram vobis in Curia Christianitatis. Et quia hoc est contra coronam & dignitatem nostram, & manifeste cederet in nostram & heredum nostrorum exhereditationem, vobis prohibemus ne placitum illud de cætero teneatis. Teste Rege apud Woodstock, 18. die Augusti. Diploma aliud ejusmodi habetur pag. 940. Rex omnibus ad quos, &c. salutem. Super jure patronatus & presentationibus ad beneficia Ecclesiastica faciendis in regno nostro Angliæ, & in Ecclesia Anglicana, quadam speciales consuetudines observantur, inter quas & illa sibi vendicat locum: si videlicet manerium aliquod cum pertinentiis & libertatibus suis cuidam Laico vel Clerico seu mulieribus aut personis quibuslibet Ecclesiasticis vel secularibus quocunque modo, sive scilicet ad tempus vel ad firmam, vel ad sustentationem, vel pro dotalitiis, seu quibuscunque modis aliis assignetur, jus presentandi ad Ecclesiam in hujusmodi manerio sitam per assignationem hujusmodi cum manerio semper transit, nisi specialiter fuerit in assignatione illa jus presentandi reservatum vel exceptum. In manerio vero Episcoporum, ubi jus patronatus & jus instituendi habent, jus patronatus cum maneriis ipsis secundum consuetudinem suprascriptam semper transit: unde vacantibus Episcopatibus & Abbatibus, tam nos quam magnates nostri, ad quos custodia maneriorum tempore vacationis pertinet, jus presentandi ad Ecclesias in ipsis maneriis sitas obtinemus, instituendi jure apud Metropolitanum, vel alios ad quorum devolvitur jus spirituale remanente. Licet enim Episcopi in Diocesis, aut etiam Abbates Pontificiale jus habentes Ecclesias maneriorum suorum conferant, eo quod in ipsis jus patronatus, & jus instituendi conveniunt, jus tamen patronatus habent ratione maneriorum suorum, vel Baroniarum suarum, quæ si ab ipsis evincantur, aut si aliis cum pertinentiis, ut prædictum est assignentur, jus presentandi cum ipsis maneriis transit, jure instituendi apud ipsos ratione officii Pastoralis extunc tantummodo remanente. In cujus, &c. teste Rege apud Westm. 13. die Martii. Charta Archembaldi D. Burbonensis in Tabul. Brivat. an. 1223. Ego Archembaldus Dominus Burbonensis, Arvernia Constabularius, . . . quod de mandato & præcepto D. Philippi Regis Franciæ felicis recordationis occasione Regalia, defuncto Præposito Brivatensis Ecclesiæ, patruo videlicet Guidonis quondam Comitis Arverniæ, vacantem Præposituram occupavi, . . . accedentes præfata Ecclesiæ Canonici ad dictum Regem, coram ipso proposuerunt, quod non habebat, nec habere debebat Regaliam in præpositura*

prædicta. In manuali Placitorum Parlamenti anni 1373. 29. Martii, dicitur vacante Burgulienfi Abbatia, Regem habere administrationem bonorum temporalium.

Locum hic habere potest Judicium quod refert Kennettus ad ann. 1294. Antiquit. Ambrosden. p. 330. *Abbas de Osneya obiit anno Regis Edwardi xxv°. & ante restitutionem temporalium dictæ Abbatia successori dicti Abbatis dictæ domus electo factam, petiit Escheator ad opus domini Regis cupam & palefridum dicti Abbatis defuncti, & etiam lanas bidentum ejusdem Abbatia de tempore vacationis Abbatia prædicta; per quod ad prosecutionem dicti electi super præmissis in consilio regio, tertio die Julii anno prædicto apud Westmin. & examinatis causa & petitione Eschaetoris supra cupam & palefrido & lana prædictis, mandatum est per prædictum consilium prædicto Eschaetori, quod à præfecto electo cupam nec palefridum nec etiam lanas prædictas exigat vel exigi permittat.*

Quod si aliquæ controversiæ acciderent de ejusmodi feudis ac Baronis Ecclesiasticis, earum cognitionem iudicibus Ecclesiasticis esse interdictam, sæcularibus vero duntaxat attributam constat. Exstant in hanc rem Bullæ Innocentii III. & Honorii III. Papæ in Regesto Campaniæ Bibl. Reg. fol. 8. 12. 65.

Episcopatum vero qui à jure regalium immunes erant regalia, sede vacante, servabant Archiepiscopi. Vide Spicilegium Acherianum tom. 8. pag. 203. 253. 254. & infra in v. *Vicedominus.*

Quinam vero olim fuerint Episcopatus immunes, vide apud D. Brussel to. 1. de Feudorum usu pag. 292. & 293. quibus adde pag. 287. 288. 297. 298. 299. 300. 302. 304. 305. 306. 307. 308. & 540. Unum duntaxat observabo à viro Cl. prætermisum. Canonicis Rotomagensibus, Archiepiscopo decedente Regaliorum curam devolutam fuisse, probare nititur Vivianus Episcopus Constantiensis in Epistola ad Philippum V. Franciæ Regem inter Synodos Rotomag. part. 2. pag. 33. ubi hæc habet: *Intelleximus ex testimonio virorum fide dignorum, quod Archiepiscopo Rotomagensi decedente, cura bonorum omnium temporalium & spiritualium, quæ ad Archiepiscopum jure quolibet pertinebant, ad Capitulum ejusdem Ecclesiæ sine contradictione qualibet devolvebatur, ita quod nec Regi Anglorum, qui tunc in Normannia dominabatur, nec ipsius servientibus licebat manum apponere in res ad Archiepiscopatum aliquo modo pertinentes. Sed de his Ecclesiæ Rotomag. Regalibus contrarium ead. pag. refertur testimonium quatuordecim Militum, qui jurati dixerunt: Quod mortuo Rotberto (leg. Rotrodo) Rotomagensi Archiepiscopo Rex Hainricus cepit Regalia in manu sua, & posuit custodes suos ad ea custodienda. Cum autem Galterus de Constantiis, qui erat familiaris Regis, in Archiepiscopum promoveretur, Rex ea reddidit illi; sed dixerunt se nescisse utrum ei reddiderit amore, quod familiaris ejus erat, vel de jure, vel aliquo alio modo. Hic Rotrodo an. 1183. obiisse dicitur in Chronico Roberti de Monte.*

Ex Bulla an. 1265. qua Clemens IV. Siciliæ regnum confert Carolo Comiti Andegav. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 239. *in Ecclesiis vacantibus Rex nulla habebit Regalia, nullosque fructus, redditus & proventus, nullas etiam obventiones, ac nulla prorsus alia percipiet ex eisdem, custodia earundem Ecclesiarum interim libera remanente penes personas ecclesiasticas juxta canonicas sanctiones.*

Regalia Episcopatum non semper Regum erant, sed interdum ab aliis proceribus de Rege teneban-

tur in feodum. Exstat Epistola 38. inter Sugerianas, in qua Theobaldus Carnotensis Comes Regale Carnotensis Episcopatus de Rege in feodum tenere cum alio feodo suo profiteretur, ita quod decedente Episcopo Regale Episcopatus suum proprium sit, quousque alius substituatur. Exstat apud Gull. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 187. Charta Edwardi I. Regis Angliæ, in qua quoties sedem Burdegalensem vacare contigit, custodiam temporalium ejusdem Archiepiscopatus, eadem sede vacante habere, & facere fructus suos consuevisse Duces Aquitaniæ contendit, Capitulo ejusdem Ecclesiæ id juris sibi competere asserente, &c. Post mortem Willelmi Breuse Episcopi Landavenensis in Comitatu Clamorganensi, in Principatu Valliæ, Gilbertus de Clare Comes Glocestrensis & Herfordiensis, tanquam Comes Clamorganensis, ejusdem Episcopatus Regalia, & Beneficiorum vacante Episcopatu collationem sibi competere assererat. De qua cum Rege Edwardo I. controversia multa habet idem Prynneus pag. 412. & seqq. & pag. 636.

Ut Episcopatum Proceribus, sic etiam Abbatiarum Regalia aliquando in feodum Episcopis abs Regibus concessa fuisse, discimus ex Charta Philippi Aug. an. 1192. qua confirmat donationem Abbatiae Flaviniacensis ab Ludovico Juniore hac ratione factam Episcopo Aduensi, apud D. Brusfel tom. 2. de Feudorum usu pag. 1043. & 1044. ubi sic habetur: *Super Regali nostro Flaviniaci idem genitor noster veritatem diligenter inquisivit: qua inquisita, Flaviniacum cum omnibus appenditiis suis, eidem Episcopo & successoribus suis de Regali suo tenere in perpetuum concessit; ita quod Episcopus Aduensis de Rege, & Abbas de Episcopo illud teneat.* Chronicon Cœnobii Schutterani inter Vindemias Liter, Schannatti pag. 19. *Imperator nostrum monasterium quoad temporalia, sive, ut aiunt, Regalia, novo à se erecto Bambergensi Episcopatu jure feudi tradidit, unde in hodiernum usque diem Abbates nostri ab Episcopo infeudantur.*

Cæterum non defuere qui tantas Ecclesiarum seu Ecclesiasticorum opes ac prædia improbarent. Libellus precum Marcellini & Faustini p. 46. *Intendite in hoc adversus Catholicos quasi quendam triumphum hereticorum: & in miseram & quasi ultimam & fœdissimam captivitatem, in his Episcopis condemnata pie fide, & Catholicis Episcopis, in eorum se dominium delusionemque tradiderunt metu exilii, & ut Episcopale nomen apud homines retinere viderentur, quod utique jam apud Deum post subscriptiones impias non habebant. Sed ideo nominis istius etiam cum omni decore quarebatur auctoritas, ne illis possessiones Ecclesiis tollerentur, quas utinam nunquam possedisset Ecclesia, ut Apostolico more vivens fidem integram inviolabiliter possideret.* Adde pag. 97.

REGALIARIUS, Qui Regalia, vel eorum proventus Episcopatus vacantis percipit vice Principis, cujus ea sunt. Charta Edmundi Comitis Campaniæ an. 1277. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 78. *Come tençons fut entre nous... & l'Evêque de Meaux seur griez & seur dommages que li Regalier le Roi Thibaut & le Roy Henri de Navarre jadis Comte de Champagne, avoient fait és biens & choses de l'Evêsché de Meaux, &c.*

REGALIATOR, Eadem notione. Edictum Philippi Pulcri pro reformatione regni an. 1302. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. pag. 359. *Quantum ad Regalias, quas nos & predecessores nostri consuevimus percipere & habere in aliquibus Ecclesiis regni nostri, quando eas vacare contingit, de quibus plures ad*

Tom. V.

nos querimonie devenerunt, eo quod gardiatores seu Regalatores amputabant & secabant nemora dictarum Ecclesiarum, & antequam tempus amputationis seu sectionis eorum, aut debite venditionis advenisset... Nos circa ea cautius precavere volentes debito temperamento, &c.

REGALATOR COMMISSARIUS, Eodem intellectu. Litteræ de Homino Episcopi Aduensis à Chartulario ejusd. Ecclesiæ: *Quibus litteris lectis & diligenter inulectis dictus dominus Episcopus dixit & protestatus fuit, quod in casu in quo baillivus, curiani & officarii baillivie Matisconensis, & ceteri commissarii Regalatores non contentarentur de juramento per eam coram nobis prestando... Quæ omnia & singula supradicta ad notitiam baillivi, receptoris & officiariorum regionum baillivie Matiscon. & ceterorum commissuriorum Regalatorum super hoc deputatorum... notificamus per presentes, &c.*

CUSTOS REGALIARUM, Qui decedente Episcopo à Rege mittebatur ut colligeret reditus ac proventus temporalitatis Episcopatus, qui de jure ad Regem pertinent: quousque alius electus consecrationem accepisset. Custodes, Gardiatores, seu Gubernatores Regaliarum Ecclesiarum, in Edicto Philippi Pulcri an. 1302. art. 3. ubi eorum abusus coerceri jubentur, quos etiam carpit auctor Historiæ Episcoporum Autissiodor. cap. 59. pag. 483. Vide Regestum Parlam. B. fol. 56. & Historiam Episcoporum Cadurcens. num. 178.

REGALIA FACTRE, Sacramentum fidelitatis, vel hominum pro regalibus Regi præstare. Will. Malmesburiensis lib. 1. de Gestis Pontif. pag. 219. de Anselmo Cantuariensi: *Regalia pro more illius temporis faciens Principi, 7. Kal. Octobris, Cantuaria asfedit.*

3. REGALIA, Præcipua Imperii insignia, corona, sceptrum, &c. Albertus Argentin. p. 119. *Monstrabantur ibi Sanctuariorum insignia, quæ Regum dicuntur, scilicet lancea, clavus, pars crucis Salvatoris, corona, gladius Caroli, & alia per quenlam Cisterciensem, &c.* Adde pag. 124. 157. & Albertum Staudens an. 1126. Otto Frisingensis lib. 1. de Gestis Frider. cap. 63. *Regalia Duci Friderico cum unico suo item Friderico commendans. Conradus Usperg. ann. 1106. Ipse partis utriusque consiliis annuens, Regalia vel Imperialia insignia, crucem scilicet & lanceam, sceptrum, globum, atque coronam filii potestati tradidit. Henricus Imper. apud Dodechinum ann. 1110. Tibi itaque, fili carissime, Henrice Rex, & nunc per officium nostrum Dei gratia Romanorum Imperatori, & regni Regalia illa dimittenda precepimus, quæ ad regnum manifeste pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, & ceterorum predecessorum tuorum. Idem Henricus in Epist. ad Hugonem Abbat. Cluniacensem: Interea mandatum est nobis, quod liberationis nostræ nullum esset consilium, nisi extemplo daretur, & crux, & lancea, ceteraque Regalia insignia. Stero an. 1219. Regalia quoque Henricus Palatino Rheni assignanda Regi Friderico reliquit, &c. Ea autem Regalia sic idem recenset ann. 1361. Insignia Imperialia quæ tunc vidi, sunt hæc, primum ferrum lancea quæ transfixit latus Christi: item clavus cum aliquali petia S. Crucis, quæ transivit manum Christi: item gladius Caroli M. Imperatoris Romanorum, quem tunc Imperator tenebat in manibus, & corona qua coronatus est in Imperatorem à Leone PP. III. Item gladius Mauricii Martyris. Item petra brachii S. Anne, &c. & alia plures reliquie Sanctorum. Ruperrus Abbas in Vita S. Heriberti Archiepiscopi Colonienfis n. 10. Et hæc quidem Regalia cito reddidit. Ubi Lambertus*

Kkkkij

in Vita ejusdem Sancti num. 11. *Imperialia habet: Imperialia quæ penes se erant, electo Principi reddidit.* Honorius Augustodun. lib. 1. cap. 73. *Ante Pontificem portantur Sancta, sicut ante Regem Imperialia.* Vide Ottonem de S. Blasio cap. 46. Chronicon Colmariense an. 1273. & *Festum Coronæ.*

4. REGALIA, Exactiones vel tributa Regia. Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi to. 2. pag. 30. *Nec in quoquam Judeles nostros tam Clericos quam Laicos, aut in pernoctationibus vel in steuris, seu Regalibus, seu in qualibet re licet minima molestare debent.* Vetus Charta in Actis Episcoporum. Cenoman. pag. 236. *Ipse Archilans de ipso facto (modo agri) aliud exinde non reddat, præter tantum Regalia in campo dominico procurare faciat.* Octavius Ferrarius in Orig. Ital. in v. *Appendicio*, ait *Infubres appendicio* vocare ea quæ ad pensionem adduntur, ut ova, pullos, carnem suillam: Venetos vero nobiliore vocabulo *Regalia* appellare. *Regalia gallinarum, vini & gondola*, apud Andream Dandulum in Chron. MS. an. 1205.
5. REGALIA, Palatia, τὰ βασιλεια. Freculfus Lexovienensis tom. 2. lib. 5. cap. 11. de Theodosio juniore Imp. *Plerumque jejunabat, & maxime 4. feria & 6. studio Christianitatis, nec aliter quam Monasterium Regalia videbantur.* [Vita S. Athanasii Episc. Neapol. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1055. *Ergaque serenissimos viros Lodoicum piissimum, cognomento Almu, ejusque sobolem Lotharium, invictissimos Cæsares familiarissimus esset, maximumque obtineret honoris locum, quoniam frequenter eorum Regalia adibat.* Charta Thomæ Archiep. Eborac. an. 1499. apud Madox Formul. Anglic. pag. 337. *Concedimus eidem Duci officia magistri deductus sive venationum ferarum, parcorum & forestarum nostrarum infra Regaliam & manerium sive dominium nostrum de Extildesbam, &c.*]
- ¶ REGALIOLOUS, ὁ βασιλεὺς, in Glossis Lat. Græc. & Græco-Lat. Suetonio in Cæsare *Reguliolus* avis est, quam alii Galgulum, alii Regulum interpretantur. Glossæ Lat. Græc. *Regavioliolus*, vel, ut habetur in Castigationibus *Regaviliosus*, σπίνυες, (vel σπίνες, Latinis Fringilla:) pro quo Salmasius ad Hist. Aug. pag. 301. *Reguleolus*, Vulcanius vero *Regaviolus*, quæ postrema lectio Casaubono ad Suetonium non videtur absurda cum sic dicta sit hæc avicula, quasi Rex avium. Rursus in Glossis Latino-Græc. *Regausolus*, βασιλίσκος, ὀρνύπιον. Vide Gesnerum & Fabrum in Thesauro.
- REGALIOSUS, *Regius, Regalis, Imperialis, &c.*, βασιλικός, in Gloss. Græc. Lat. ubi male *Reguliosus*, [ut & in aliis Lat. Gr.]
- ¶ REGALIS. Vide supra *Regales.*
1. REGALITAS, Idem quod *Regalia* 1. Dignitas regia, in Statutis Roberti II. Regis Scotiæ c. 14. 16. Stat. Rob. III. c. 45. *Royauté* nostris, *Royalte*, apud Edw. Cokum ad Littletonem sect. 73. Concilium Wintoniense ann. 1021. *Hæc sunt Statuta Canuti Regis Anglorum & Danorum, ... ad laudem & gloriam Dei, & sui Regalitem, & commune commodum, &c.* Knyghton ann. 1291. *Ad feoffandum electum (Regem Scotiæ) in tota Regalitate & dignitate, &c.* [Thomas Walsinghamus pag. 478. *Bonam & sufficientem securitatem faciat peritoribus & custodibus & communitati regni Scotiæ, restituendi idem regnum cum tota Regalitate, dignitate, dominio, libertatibus.* Vide Nomolexic. Th. Blount in *Royaltes.*]
2. REGALITAS, Titulus Regum honorarius. Diploma Ludovici Pii Imp. apud Nicol. Zyllesium in S. Maximino pag. 13. [& Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. col. 299.] *Attulit nostræ Regali-*

- tati quoddam privilegium, &c.* Aliud Lotharii Reg. Franc. ann. 987. apud Michaellem Carbonellum in Chron. Hispan. pag. 8. *Nostre Regalitates decreto confirmare dignaremur. Nostram adiit Regalitem,* in Charta Ottonis Regis ann. 965. apud Marlotum in Metropoli Remensi lib. 4. cap. 27. & in alia Henrici Imp. ann. 1065. in Probat. Histor. Luxemb. p. 29. *Unde Abbas in militiam ire vel prædecessoribus nostris, vel nostre Regalitati in secundo semper anno servire debuit, &c.* Vide eundem Zyllesium pag. 27. 43. Bartholomæum Fizenium in Histor. Leodiensi pag. 233. Witikindum Meibomii pag. 219. [Annales Benedict. tom. 4. pag. 214. Galliam Christ. tom. 4. Instr. col. 228. &c.]
- ¶ REGALITATES, Jura regia. Literæ Edwardi Regis Scotiæ an. 1334. quibus plures urbes & comitatus concedit Regi Angliæ, *cum hundredis, mercatis, feriis, forestis, chaceis, parcis, boscis, warennis, piscariis, necnon cum dominicis, dominiis, escaetis, forisfacturis & reversionibus quibuscunque, Regalitatibus, libertatibus regalibus, liberis consuetudinibus, &c.* apud Rymer. tom. 4. pag. 616.
- ¶ REGALIUM. Vide in *Regalia* 1.
- REGAMMARE. Vide *Gamma.*
- ¶ REGANEUM, f. Fœnum autumnale, Gall. *Regain.* Charta ann. 950. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 95. *In casis, casalicis, curtis, curtalis, ortis, ortalis, Reganeis vel supereganeis, &c.*
- ¶ REGARDARE, Observare, perspicere, contemplari, examinare, à Gallico *Regarder.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 47. §. 1. *Eligi debeant singulis annis ... duo probi viri Massilia, boni & idonei, qui teneantur & debeant videre, & numerare, & REGARDARE omnes balistas communis Massilia, aptarique facere, si opus erit. Et lib. 2. cap. 33. Statuantur à Rectore, vel Consulibus dictis, duo boni viri annuatim ... qui ea provideant & REGARDENT, carnes scilicet à macellariis vendendas.*
- ¶ REGARDATOR, Inspector, *Regar*, in Consuetud. Hannoniæ cap. 105. art. ult. Literæ Caroli V. Franc. Regis an. 1366. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 676. *Consules ... habeant instituere, eligere & nominare annuatim ... inspectores & REGARDATORES marcelli (macelli,) triperie, piscarie, murorum, &c.* Vide mox in *Regardum* 2.
- ¶ REGARDIUM. Vide infra *Reguardium.*
- ¶ 1. REGARDUM, Merces, remuneratio, compensatio, Anglis *Reward.* Literæ an. 1443. apud Rymer. tom. 11. pag. 19. col. 1. *De suo magnanimitèr expendit absque aliquo REGARDO, sive recompensatione, proinde de nobis habito.* Vide *Reguardum* 2.
- ¶ REWARDUM, Eadem significatione. Literæ Edwardi III. Regis Angl. an. 1347. apud eundem Rymer. tom. 5. pag. 543. *Volentes & concedentes, quod vadia & Rewarda præfato Johanni & hominibus suis, pro tempore quo ipsos in obsequio nostro morari contigerit ... solvantur.*
2. REGARDUM, REWARDUM FORESTÆ, Visitatio forestæ ab forestariis, ne quid detrimenti in iis accidat, ut in Fleta lib. 2. c. 41. §. 1. interdum limites vel ambitus forestæ, cujus cura commissa erat quibusdam ministris, qui eam obambulant, prospicerentque ne vetitæ in ea venationes fierent, aut excinderentur arbores, qui inde regardatores dicuntur, de quibus mox: unde qui intra ejusmodi metas venari, vel damnum aliquod in foresta fecisse deprehensus erat, multabatur gravi multa, quæ *Regardum forestæ* etiam dicebatur. Charta Ricardi I. Regis Angliæ: *Concessimus etiam eisdem manerium de Lovers cum omnibus perti-*

nentiis, & salvis ad opus nostrum venatione nostra, & destructione foresta, ita tamen quod non sit in Rewardo. [Rewardo, apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu p. 118.] Rogerus Hovedenus & Brompton. ann. 1188. Et idem Rex quietas clamavit... omnes terras suas & Canonorum suorum, quod sint liberae & quietae in perpetuum de Rewardo foresta & forestariorum; & dedit ei per cartam suam liberam potestatem & licentiam capiendi venationem per omnes praevidendas suas in Comitatus Eboraci & Notynghamiae. Leges Forestarum Scoticarum cap. 12. §. 1. Si quis forestarius invenerit aliquem extra dominicum boscum, vel infra Rewardum, prosternentem quercum sine visu vel deliberatione forestarii. Vetus Inquestia in Regesto Phil. Aug. Herouvalliano fol. 119. Inquisitores dicunt, quod Bonavilla cum pertinentiis valebat sine placito ensis & Regardis foresta & pasnagii, &c. Fol. 158. Respectus foresta dicitur. [Vide Nomolexicon Thomae Blount in voce Regard.]

REGARDATORES, Qui, ut diximus, circumveniunt omnes ballivae forestas ut de transgressionibus, assartis, vastis, & purpresturis inquirent: Anglis Regarders. Charta Joannis Regis Angl. apud Matth. Paris an. 1215. Regardatores nostri eant per forestas ad faciendum Regardum, sicut fieri consuevit, &c. Charta Henrici II. Regis Angl. Et praedictus Baldricus & Regardator & panagator mearum forestarum, &c. Vide Monasticum Anglic. to. 1. pag. 939. [Glossarium Kennetti ad calcem Antiq. Ambrosd. & Nomolexicon Thomae Blount in Regarder.]

REGARDATORUM institutionem ad Henricum II. Regem Angliae refert Manwoodus. Sic enim Assisam ejus de foresta intelligit, ubi haec habentur: Item Rex praecipit quod in quolibet Comitatu in quo habet venationem, ponantur 12. Milites ad custodiendam venationem suam. Hi Milites, inquit ille, pro tempore appellantur Regardatores. Eo vero saeculo Milites passim dicti sunt, qui per servitium tenuere Militare, posteris liberi tenentes appellati. Sed alii fuere Milites, alii libere tenentes. Spelmannus Regardatorum nomenclaturam serius natam opinatur.

3. REGARDUM, Conspectus, ut arbitror, à Gallico Regard, Adspectus. Charta ann. 1293. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 37. col. 1. Raymundus & successores sui cum sociis, peditibus & equitibus quibuscumque & quotiescumque voluerit, per totam terram domini Dalphini possit portare arma... eundo ipse Raymundus in adiutorium aliquorum suorum amicorum, vel eundo pro negotiis suis, si contingeret eum habere Regardum ab inimicis suis, hoc est, si bene interpretor, si contingeret eum esse in conspectu inimicorum suorum, aut inimicos suos in eum conspiciere mox ei bellum illaturos. Clarior videtur alter locus in Libertatibus incolis Montis-Brisonis concessis ann. 1376. eod. tom. pag. 83. col. 1. Nisi dumtaxat tempore guerra domini nostri Dalphini in partibus Dalphinatus, aut alias dictus Dominus aut successores sui haberent guerram pro eorum proprio facto... essentque & eorum terra in Rewardo & timore inimicorum.

4. REGARDUM, Idem quod infra Respectus, Censuum annuus, praestatio. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 63. Summa Regardorum. CCCCLXXXIV. tam capones quam gallinae, &c. Chartularium S. Fromondi: Vendidi & concessi Conventui S. Fromondi 1. boissel. frumenti... 1. gallinam ad Natale Domini & x. ova ad Pascha... Ego vero praedictus Henricus (de Val) & heredes mei tenemur dictum boissel. frumenti cum Regardis antedictis, praestatis Religiosis annuatim reddere, garantizare, &c. Ibidem: Vendidi & dimisi... Conventui S. Fromondi 111. boissel. frum. perci-

piendos ad festum S. Michaelis in Septembri, & 11. panes & 11. gallinas ad Natale Domini, & xx. ova ad Pascha, quod frumentum & Regarda debebat mihi annuatim feodaliter & per homagium Gaufridus dictus Ballent de quadam pecia terra. Passim occurrit in hoc Chartulario. Index MS. beneficiorum Eccl. Constantiensis fol. 16. vº. Rector percipit XLIV. tam capones quam gallinas cum Regardis, pro qualibet gallina 1. den. & pro quolibet capone 11. den. Recurrit ibidem fol. 18. Vide Reguardium & Reguardum 1.

5. REGARDUM, Arbitrium, sententia, edictum. Libertates villae de Villereys ann. 1253. apud Acher. to. 9. Spicil. col. 193. Si aliquis percussit aliam de gladio emolato, & percussus de illo ictu mortuus fuit, percussor ad nostram voluntatem remanebit; & si percussus ex eo ictu mortuus non fuerit, ille qui ferierit, sexaginta solidos solvet, & passo injuriam damna & deperdita ad Regardum curia integre resarciet & restaurabit. Paulo superius ibidem pro ad Regardum habetur ad Respectum. Charta ann. 1308. apud Baluzium to. 2. Hist. Avern. p. 781. Qui cum gladio sanguinem extraxerit, si clamor factus fuerit, sexaginta solidos dabit domino pro emenda, & passo injuriam satisfaciet ad Regardum seu arbitrium Consulium praedictorum. Testamentum Johannis II. Ducis Britanniae ann. 1302. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 447. E se ledit Artur ne fesoit ledit veage oudit premier passage, e Jean de Bretagne mon filz le fesoit, je vueil que lesdites xxx. mil liv. soient baillées à icelui Jehan... par le Regart e ordenance de mes executeurs, segont la manere dessusdite. Charta an. 1439. ibidem col. 1061. Au Regard des predecesseurs du hault & puissant Prince Jehan par la grace de Dieu Duc de Bretagne... & de mondit Seigneur de present, ne doivent les puisnez audit Duché party ne portion avoir, &c. Vide Regardum.

REGARIUM, Jurisdictio & feuda Episcoporum Britanniae Minoris à summa vetustate nominantur Regaires, quod jam inde à Mauclerci, seu Mali Clerici, Ducis saeculo ad Regium Galliae Senatuum devolverentur provocationes à profanis Antistitum juridicis, non ad Ducales Magistratus, ex quo hodie etiam regia summa Britanniae Curia appellatur immediate à Sententiis Episcopaliū hujusmodi judicum temporalium. Chopin. lib. 1. de Sacra Polit. tit. 7. num. 21. Adde Raguellum, & Augustinum du Pas in Stemmatis. Armoric. part. 2. pag. 454. [necnon Lobinellum in Glossario ad calcem Hist. Britan.]

REGATERIUS, Ital. Rigattiere, Gall. Regratier, Propola, qui merces minori pretio emtas aliquanto carius distrahit. Decretum Saonae ann. 1567. ad calcem Statutorum ejusd. Civitatis p. 93. Concessit virtuteque praesentis concedit facultatem & auctoritatem praedictis DD. censoribus... licentiandi & privandi omnes rivenditores & Regaterios, quos maluerint, eosque privandi, ne de caetero possint artem praedictam rivenditoris vel Regaterii facere. Vide infra Regatarii.

REGATIUS, Servus, famulus, Italis Ragazzo. Castelli de Castello Chronic. Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 899. Die Lune primo Aprilis (1402.) hora 17. noctis... Assandrinus... vulneravit in quadam camera unum nomine Franciscum de Bononia, & quemdam ejus Regatium, stipendiarios, qui ambo decesserunt. Statuta Placentiae fol. 2. Et etiam computatis sex Regatiis, quos tenere debeo, & ultra praedictum numerum habeo xxv. baroarios sive soldados pedestres, quorum quilibet habeat de habere communis Plac. viginti denarios Plac. tantum, inter quos non sit

- nec esse debeat filius aut frater. Vide Ragatius.*
- ¶ REGAVILIOLUS, REGAVILIOSUS, REGAUSOLUS. Vide in *Regaliolus*.
- REGELATUM, Papiæ, Plumbum liquefactum, quomodo *Regelationes*, nives liquefactas vocat Aggenus de Limitibus pag. 57.
- REGENBURGI. Vide *Rachimburgii*.
- REGENDARIUS, vel *Regerendarius*, ita enim legendum contendunt viri docti apud Senatorem lib. 11. Epist. 29. ubi formula inscribitur de *Regendario*, qui scilicet erat à regestis, & scripta regereret, seu in codicem referret. Vide Pancirolium ad Notitiam Imper. Orient. cap. 18.
- ¶ REGENERARE, Denuo generare. Verbum frequens apud Scriptores Ecclesiasticos, cum loquuntur de spiritali vita, qua per Christum donatur in Baptismate. De Verbo ipso carnem factum dicitur in Missali Gothico apud Mabillonium de Liturgia Gallic. pag. 191. col. 1. *Ut qui exultamus de nativitate Filii tui, qui vel ex Virgine natus, vel ex Spiritu S. Regeneratus est, pareamus præceptis ejus, &c. Regenerare* Plinio proprie est Repræsentare, ut lib. 14. cap. 22. *Drusus Casar Regenerasse patrem Tiberium ferebatur.* Adde lib. 7. cap. 12.
- ¶ REGENERATIO, Nova generatio spiritalis, gratia Baptismo nobis concessa, in Novo Testamento & apud Auctores Ecclesiasticos passim. Vide in *Renatio*.
1. REGENS, Regni Gubernator, *Regent* apud Francos. Continuator Nangii an. 1316. ait post mortem Ludovici Hutini Regis, Philippum Magnum electum à regni Principibus, ut quoad Regina Clementia gravida partum edidisset, servaret & regeret regnum Franciæ atque etiam Navarræ, atque in magno ejus sigillo hæc verba fuisse conscripta: *Philippus Regis Francorum filius, Francia & Navarra Regens regna.* Et ann. 1327. post excessum Caroli Pulcri: *Traditum est regimen regni Philippo Comiti Valesii, & vocatus est ex tunc Regnum Regens, seu regni.* Vide Tillium.
- ¶ 2. REGENS, Professor, qui docet in Academiis, Gall. *Regent, Professeur.* Occurrit in Litteris ann. 1330. pro Universitate Oxoniensi apud Rymer. to. 4. p. 411. col. 1. & pag. 413. col. 1. in Litteris Caroli VII. Franc. Regis ann. 1452. pro Academia Cadomensi apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 502. Utuntur etiam Rolandinus Patav. lib. 12. de factis in Marchia Tarvilina cap. 19. apud Murator. tom. 8. col. 360. & alii recentiores innumeri. Vide *Regere* 1.
- ¶ REGENTATUS, Munus *Regentis* in collegiis academicis. Capitulum generale PP. Dominicanorum ann. 1608. apud Vincentium Mariam in Constitut. eorumd. Dominican. part. 1. p. 55. *Quomodo cumque gradum magisterii cum voce & loco in provincia sua obtinuerint, sive per acceptationem, sive per promotionem ad Regentatum in studio generali provincia.*
- ¶ REGENTIA, Eadem notione, Gall. *Regeme*, in Charta ann. 1398. & in alia ann. 1399. ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rotomag. in Articulis ann. 1499. pro Collegio Montis acuti, apud Lobinell. tom. 5. Histor. Paris. pag. 718. col. 1. & alibi.
- ¶ 1. REGERE, Profiteri, docere, *Regentis* officium exercere in scholis, Gall. *Regenter.* Chronicon Trivetti ad ann. 1222. *Fuit nihilominus in arte medicinae expertissimus.* (Johannes de S. Ægidio Ord. Prædicat.) *ut pote qui tam Parisius, quam in Montepessulano Rexerat in eadem.*
- ¶ 2. REGERE, Alere, sustentare, ut videtur. Vi-

- ta B. Ægidii Minoritæ, tom. 3. Aprilis pag. 223. *Tum in laboribus aliquando insistebat, quod Regebat unum fratrem de labore suo.*
- ¶ REGERENDARIUS. Vide *Regendarius*.
- REGESTORIUM, REGESTRARE, &c. Vide mox in *Regestum*.
- REGESTUM, Liber in quem *regeruntur* commentarii quivis, vel Epistolæ Summorum Pontificum. Gloss. Lat. MS. reg. *Regestum, relatum.* Iso Magister in Glossis: *Regestum vocatur liber continens memorias aliorum librorum, & epistolas in unum collectas: & dicitur Regestum quasi iterum gestum.* Joannes Scotus *registron* dicebat. Glossæ Basilic. *Κήρυον, & ἑγέσσαν, τὴν ἀπὸ παραφῆν τῶν ἀρχαίων.* *Regesta* scribarum, apud Vopiscum in Probo. [Theodosius Imper. in Præfat. Codicis sui: *Quæ in Regestis diversorum officiorum relata sunt.* Pluries occurrit in hoc Codice, ut & in alio Justiniani.] Constitutio Honorii 19. in Appendice Codicis Theodos. sic clauditur: *Regestum Ravenna xv. κλ. Febr. Honorio Aug. xi. & Constantino III. Coss.* Ita Edicta Principum in Curiis supremis *Regesta* seu *Registrata* dicimus. Vide Cujacium lib. 15. Observat. cap. 17. Petrum Fabrum ad l. 92. de Regulis Juris, Jacob. Gothofredum ad leg. 14. Cod. Th. de Indulgent. debitor. &c. Anastasius in Nicolao I. PP. *Sicut in Epistolis, quas iidem Legati in Sardiniam deportaverunt, Regesto ipsius Præsulis continetur insertis.* Vacce in Histor. Ducum Normaniæ MS.
- Doit l'en les vers & les Regestes,
Et les estoires lire as festes.*
- ¶ REGESTRUM, Eadem notione. Statuta Arelat. MSS. art. 95. *De Regestro Communis: Item, statuimus, quod Comune teneatur habere unum librum de pargameno, in quo transcribantur omnia instrumenta ad Comune pertinentia.* Passim occurrit.
- REGESTUM, Thesaurus, fiscus, quo *regeruntur* pecuniæ. Prudentius lib. *περὶ ἑσθ.* in S. Romano: *Aurum Regestum nonne carni acquiritur.* Gregorius Tur. lib. 9. Hist. cap. 9. *Tanta in illius thesauris reperiunt, quanta nec in ipso erarii publici Regesto poterant inveniri.* Cap. 10. *Multitudo autem auri, argentique, ac diversarum specierum in ejus Regestis reperta est.* Eadem notione usurpat cap. 34. & lib. 10. cap. 19. ut & Flodoardus lib. 2. Hist. Remensis cap. 2.
- REGESTORIUM, Idem quod *Regestum*, Thesaurus. Gregorius Tur. lib. 6. cap. 11. *Domos Ecclesiæ adprebendunt, ministeria describunt, regestoria referant, promptuaria expoliant.*
- ¶ REGESTORIOLUM, REGESTURIOLUM, Parvum *regestum*, arcula, capsula.] Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. *Omnia vero qua de proprietate seu ex militia in Regesturiolo meo post meum obitum inventa fuerint, &c.* [Et alibi: *De reliquo vero argentulo quodcumque post diem obitus mei in Regesturiolo meo inventum fuerit, &c.* Ita Mabillonius to. 3. Analect. pag. 130. pro quo Bollandistæ legunt *Regesturiolo* tom. 1. SS. Junii pag. 722.]
- REGISTORIA, Officium apud Sanctimonialia, cui *Regesti*, seu thesauri Monastici cura commissa est. S. Cæsarius Arelat. in Reg. ad Virgin. cap. 26. *In uno tamen loco sub communi custode quod habueritis reponite, & claves de arcellis, vel pressoriolis vestris Registoria teneat.*
- REGISTRUM, pro *Regestum*. Ugutio: *Registrum, quidam liber de regimine Ecclesiæ, scilicet ex cujus dictis Ecclesiæ regitur.* Papias: *Registrum, liber qui rerum gestarum memoriam continet, unde dicitur, quasi rei gesta statio. a]. statutio,* [ut etiam legit] Johannes de

Janua.] Prudentius lib. *regi* *σεφ.* in S. Romano :

*Hic in Registris est liber cœlestibus,
Monimenta servans laudis indelibilis,*

Ita etiam in scriptis codd. Vopisci legi monet Casaubonus, ubi editi habent, *ex regestis scribarum*. Vetus inscriptio Epistolarum Gregorii I. PP. Incipiunt *Epistola ex Registro S. Gregorii Papa*. Ildefonsus Tostatus de Gregorio M. *Has itaque (Epistolas) uno volumine arctans, in libros XII. distinxit, & Registrum nominandum esse decrevit.* [Petrus Diaconus de Viris Illustr. Casin. c. 45. *Factus dehinc S. R. E. Cancellarius descripsit Registrum Paschalis Papa II. Registrum serviorumque liber, in Diplomate an. 1326. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 515. Occurrit passim.*] Sed & *Registrum prompiuarii* dixit Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 9. initio, quomodo *Regestum* pro *fisco usurpasse* diximus. Sexta Synodus act. 12. *Δεν ἀχθῆναι πρὸς ἡμᾶς τὰ ἐγγύσια ἔδογματικά συντάγματα, &c.* Infra: *ἐγγύσιον διαφόρων ἐπιστολῶν*, quam vocem vetus interpres per *Regestum* vertit.

REGISTER, Eodem significato, Gallice *Regître*. Statuta Monasterii S. Claudii pag. 64. *Ordinamus per presatum sacristam fieri de eisdein facere recognitiones & Registros, nominando & exprimendo super quibus & quibus causis debentur (annuaria servitia.)*

REGISTRA, fem. gen. Index MS. Beneficiorum Eccl. Constant. fol. 44. *Fuit antiquitus taxata ad centum solidos prout antiqua apparet Registra.*

REGISTRUM, Corda in libro ad inveniendum lectionem, ut ait Metulinus ad illud Ebrardi Betun. in Græcismo cap. 12.

Esse librum librique ducem dic esse Registrum.

REGISTRUM, vel REGESTUM, Vox apud Typographos alias in usu, de qua hæc habet Mich. Maittaire in Annal. Typographicis pag. 265. *Bibliopægis plurimum proderat Registrum aut Regestum; quod etiam series chartarum, & alicubi speculum, Græce Ἰστορῆς vocabatur. Illud in libri sine omnes suo ordine, qua signaturis serviebant, litteras, una cum initialibus priorum aliquot in unaquaque signatura foliorum vocibus, collectas exhibebat. Quoniam vero id sæpe in grandioribus voluminibus adeo excrecebat, ut plures paginas occuparet, visum est in compendium redigere. Registri nullus hodie usus est, ex quo ad faciliorem librorum compactionem appositi sunt numeri arithmetici in superioribus paginarum oris, additæ in imis oris literæ, quas signaturas vocant, cum voce sequentem paginam indicante, vulgo *Reclame*. Vide Andream Chevillier de Origine Typographiæ pag. 39.*

REGISTRARE, In *Registrum* & acta referre, passim. Thwroczius in Bela Cæco cap. 64. *Irruit omnis populus super illos Barones, quorum consilio Rex obcaecatus fuerat, & quosdam ex ipsis ligaverunt, quosdam vero detruncaverunt, sexaginta autem & octo prophanos ibidem crudeliter occiderunt: & omnes successores eorum tam viri quam mulieres eodem die sunt Registrati. Scilicet tanquam infamati in posterum.* [*Historia Episcoporum Autissiod. apud Labbeum to. 1. Bibl. MS. pag. 507. Vetustissima laudabilisque consuetudo Ecclesiæ Autiss. hæcenus habuit à primo ipsius Pontifice, videlicet B. Peregrino, in posterum, gesta notabilia Pontificum singulorum sedis ejusdem, post ipsorum cujuslibet obitum scribi & Registrari in libro ad hoc ... ordinato.*]

REGISTRARE, Eadem notione. Processus de Vita S. Thomæ Aquin. to. 1. Martii p. 686. *Ut prædictas litteras ... Registrare & fideliter scribere deberemus.*

REGISTRATIO, In acta relatio. Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 41. art. 2. *Teneaturque impetrans facere*

Registrari saluum conductum in registro datarii legationis, & si Registratio facta non fuerit, saluus conductus impetranti non suffragabitur.

REGISTRATIO, Eadem notione, in Litteris an. 1284. apud Rymer. tom. 2. pag. 287. in Statutis Vercell. lib. 1. fol. 43. vº. & alibi.

REGISTRARI, Qui scripturas, aut contractus in acta publica referunt, in Provinciali Eccles. Cantuariens. l. 3. tit. 4. *Leges Alfonso part. 3. tit. 19. leg. 8. Registradores son dichos otros escrivanos que ha en casa del Rey que son puestos para escrevir cartas en libros, que han nombre Registros, &c.*

REGISTRATOR, Scriba, Notarius, qui in acta refert, in Edicto Caroli Pulcri Franc. Regis ann. 1325. tom. 2. *Ordinat. Reg. pag. 4. Litteræ Johannis itidem Franc. Regis ann. 1361. tom. 3. earumd. Ordinat. pag. 483. Registratores seu Grefferii Parlamenti super premissis, una cum dictis gentibus, de suis vadiis & palliis assignentur & solvantur, &c.* Statuta Eccl. Meld. ann. 1365. tom. 2. *Hist. ejusd. Eccl. pag. 507. Et si registra non habeat Curatus aut Rector, quicumque sit, ei præstatur terminus intra quem à Registratore curia copiam habeat registri manu ejus registratoris signatam.* Eadem habentur in Statutis Eccl. Nannet. eod. anno, tom. 4. *Anecd. Marten. col. 928. Concil. Dertusanum an. 1429. to. 3. Concil. Hispan. pag. 650. Ego Antonius de Campis literarum apostolicarum abbreviator, scriptor & Registrator publicus, apostolica & imperiali auctoritate notarius. Vide Notarii Abbatum.*

1. REGIA, Basilica. Vita S. Medardi, to. 2. Junii pag. 96. *Augustus diva recordationis Ludovicus primam Regiam videns ambire non posse affluentis populis exuberantiam, funditus eam diruere jussit, & tam culminis in altatione quam longitudinis porrectione ampliavit.*

2. REGIA, Palatium Episcopi. Vita Lieberti Episc. Camerac. tom. 9. *Spicil. Acher. pag. 679. Inter palatinos proceres pontificalis domus procurator exaltatur. Felix Regia tanto sustentanda procuratore! sed felicior familia tam prudenti gubernanda provifore.*

3. REGIA, Porta ædificii primaria. Ordo Romanus: *Deinde subdiaconus ... exiens ad Regiam Secretarii, dicit, Schola. Respondet, Adsum. Missa ex Codice Ratoldi Corbeïensis: Deus qui triumphantibus pro te Martyribus Regiam cœlestis aule potentia dextra pandis. Pactum Arichis Principis Benevent. cum Neapolitanis: Ponit post Regiam domus sue ipsum sustem. Regia Monasterii, apud Paulum Diacon. Neapolit. in Vita S. Mariæ Ægypt. cap. 5. & in Regula Magistri cap. 30. 83. 95. Maxime vero ita appellantur ædium sacrarum portæ. Paulinus Epist. 33. *Videre enim mihi videor tota illa religiosa miseranda plebis examina, illos pietatis divina alumnos tantis influere penitus agminibus in amplissimam gloriosi Petri Basilicam per illam venerabilem Regiam cerulea eminens fronte ridentem, &c.* Autbertus Abbas in Vita SS. Paldonis & Socior. *Veni ad eos quidam homo ignotus nocturno silentio, Regiamque oratorii pulsans, ait, &c. Chronicon Novaliciense cap. 13. Tradunt vero nonnulli, quod cum isdem Desiderius cotidie media nocte surrexit, & veniret ad Ecclesiam S. Michaelis, vel S. Syri, seu per ceteras alias, aperiebantur statim Regia divinitus ante suum conspectum. Anastasius in Honorio PP. *Investivit Regias jantras in ingressu Ecclesiæ majores, quæ appellantur Mediana, ex argento qua pensant libras 975. In Conone: Qui missi fuerant de exercitu ad custodiendas Regias basilica, &c.* In Leone III. pag. 133. *In ingressu basilica, ubi supra Regias majores fecit imagines ex argento, &c.* Pag. 134. *Fecit in basilica Dei Genitricis ad præsepe in ingressu***

praesepii Regias vestitas ex argento purissimo, &c. Pag. 143. Ingressum vero corporis isdem Praesul ex marmoribus candidis miro decore ornavit, atque Regias areas ibidem posuit. Utuntur Ennodius, Gregorius Turonensis, & alii. Ita Graeci βασιλικὰς πύλας aedium sacrarum, vel potius ναε̄ portas appellabant. Anonymus in festum Restitut. Imaginum pag. 737. καθήλθεν λιτανεύοντες μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν τῶν καλεμένων κλεισίων. Ubi interpret: *Adusque palatii portas qua ctenarie dicuntur, supplicantes venerunt.* At sermo est de Regiis aedis sacrae, non palatii, quae κλεισίων dicuntur, quod cancellatae essent, & instar pectinis effectae. Vide Descript. aedis Sophianae.

REGIOLA, Eadem quae Regia, Porta. Vita S. Rufini Episcopi in Sanctuario Capuano: *Deinde Episcopus clausit Regiolas, quae erant ante altare.* [Anastasius in Gregorio III. *Faciem altaris & confessionem cum Regulis vestivit argento.* Ubi Muratorius tom. 3. pag. 159. ex MSS. codd. habet in Notis, *cum Regiulis & cum Regiolis: quod ultimum magis placet.*] Ita Regiolam pro portula usurpat Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi c. 36. *Quando vero capi debent (falcons) de loco in quo nutriti sunt, aliis aperitur illius loci clausis, una remaneat aperta, & habeat Regiolam quae clauditur sero; per hanc namque Regiolam capi poterunt facilius & sine lesione.*

Hinc emendandum puto locum Vitae S. Athanasii Episc. Neapol. tom. 4. Julii pag. 75. *Faciens ibi marmoreum altare cum Regilis argenteis, supra quod velamen cooperuit, in quo martyrium S. Januarii ejusque sociorum acupictili opere digessit.* Si bene conjecto, legendum est Regiolis. Editor Cl. Regilis, ducit à recto Regilus: qua voce limbum indicari suspicatur.

4. REGIA, Cancelli in Ecclesiis, qui vulgo separant chorum seu sanctuarium à navi. J. Gaietanus in Ordine Rom. cap. 14. *Notandum quod camerarius Papae exit Regias, & dat cineres stando pedes illis qui sunt extra.* Et infra: *Ipsa vero Cruce ita collocata, dominus camerarius, vel alius ejus gerens vices, aliam crucem portat extra Regias, comitantibus eum clericis camera & capella, ad adorandum aliis.* Petrus Amelius in suo quoque Ordine Rom. cap. 17. *Si Papa sit in Urbe hac die (Circumcisionis) & non celebret, sed facit dici Missam per aliquem Cardinalem in Ecclesia S. Petri; antequam Cardinalis induat, presentetur bulla, quomodo Papa dispensat cum eo, quatenus possit celebrare super aram S. Petri; & per totam diem pendet ante Regias.* Ibid. cap. 63. *Anno ergo illo, in quo vere conficitur sacrum chrisma, summo mane quasi in ortu solis, dominus noster Papa venit ad Regias ferreas ad dandum indulgentiam populo.* Rursum c. 76. *ubi de adoratione Crucis: Papa... nudis pedibus & mitra sibi deposita cum chirothecis in manibus vadit quasi ad portam Regiarum capella... & versa facie ad altare ibi genuflectit, inclinando caput ad terram junctis manibus: & hoc facit tribus vicibus, antequam perveniat ad crucem... & prostratus ibi ad terram ipsam crucem adorat eam deosculando.* Adde cap. 78.

5. REGIA, Λεωφόρος, in Glossis Lat. Græc. Alia Græc. Lat. Λεωφόρος, Strata, Itiner, Regia. Λεωφόρος idem est quod Λεωφόρος, Via publica.

REGIBILIS, Qui facile regitur. Regibilis miles & morigerus, apud Ammianum lib. 24. cap. 3. *Regibilis acies*, lib. 19. c. 7. edit. Valesii. *Regibilis juvenis*, lib. 16. cap. 12.

REGICULA, pro Regiuncula, vel Prædio. Vetus Charta Abbatiae S. Benigni an. 579. apud Perardum in Chartis Burgundicis: *Donamus... Regiculam juris nostri, cui vocabulum est Albiniacum, situm in pago de Collatinense, &c.*

REGIDIUM, Divinitas, Papiæ.

REGIDONUM, Rothonense monasterium, vulgo Redon, at verius Roton, in Charta anni circiter 1096. apud Lobinell. tom. 2. *Histor. Britan. col. 217. Regidonum*, in alia Henrici Reg. Angl. *ibid. col. 270.*

REGIDOR, Hispana vox, Rector. *Præsentes aderant Ludovicus Roderiquez de Serna, perpetuus decurio vulgo Regidor, hujus urbis, & Gonzalvus de Carceres ejusdem procurator generalis*, in Synodo Limæ ann. 1594. to. 4. *Concil. Hispan. p. 696. col. 1.*

REGILLU S. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Regillus*, unde *regynin* id est, *Vicerex.* [Glossæ Isidori: *Regillus, Regulus.* Glossæ Lat. Græc. *Regillus, βασιλικός.* Et mox: *Regillus, ulus, βασιλίσκος.* Adde Glossas Græc. Lat. in *βασιλικός, & βασιλίσκος.*]

REGILUS. Vide Regiola in Regia 3.

REGIMBURGI. Vide supra in Rachimburgii.

REGIMEN ECCLESIASTICUM, Dignitas Abbatis, in Gestis Abbatum Gemblacens. tom. 6. *Spicil. Acher. pag. 533. Itaque VII. Cal. Augusti adeptus est locum Regiminis ecclesiastici; consecratus autem VII. Idus Augusti.*

1. REGIMENTUM, Regimen, vitæ ratio. Constantinus Afric. lib. 14. *Pantech. cap. 1. Omnium corporum Regimenta aut ex anima sunt & natura, aut ex sola natura: quia natura regit corpora & inanimata: sola vero animata regit anima.* Utuntur Lex 1. §. 1. *Cod. de Offic. Præf. præf. & Animanus lib. 25. Præterea Ericus Upsaliensis lib. 5. Hist. Suevicæ p. 180. Henricus Curtius in Speculo Hasbannico pag. 150. Onkes d'age d'omme vivant à son temps il n'out en l'Eglise S. Lambert nuls miez entachiez de ly, ne plus frank, ne de plus noble Regiment, &c.*

2. REGIMENTUM, Regimen, gubernatio. Ammianus lib. 25. cap. 9. *Exiussa Regimenta perito rei gerenda ductori, consummando juveni porrexisti.* Adde lib. 28. cap. 1. *Lex 1. §. 1. Dig. de offic. Præfect. Præf. Regimentis Reipublicæ ad Imperatores perpetuo translatis. In his Regimento ac gubernationibus*, in Chronico Siciliae apud Marten. to. 3. *Anecd. col. 47. Hinc Carolus de Aquino in Lexico militari Regimentum dici putat certum bellatorum numerum, quem Romani veteres Legionem vocabant, Italis hodie Regimento, nostris Regiment.*

REGIMONIUM, Papiæ, Regimen: Isidoro in Glossis, *Gubernatio.* Utuntur Baldricus in Chron. Camerac. lib. 2. cap. 28. lib. 3. c. 16. *Vita S. Winnoci Abbat. cap. 2. &c.*

1. REGINA, Regis filia: nam is olim titulus attributus Regum filiabus. Scribit enim Suidas ex Aristotele, apud Cyprios, Regum filios ἀνακτας appellatos, ut filias ἀνάσσης. Servius ad hæc Virgilio ex 1. *Æneid.*

... donec Regina Sacerdos

Marte gravis, &c.

Regina, Regis filia, abusive aut more Poëtico: ut alibi,

... Magnum Regina miseratus amorem.

Id est Regis filia Pasiphae. Nec Poëtis, quod ille vult, duntaxat id licuit: quod saltem posterioribus seculis obtinuisse constat, præsertim sub prioribus Constantinopolitanis Augustis, quod præ cæteris testatur Claudianus Panegyrico 2. in Stilichonem:

Nam domus hæc utroque petit diademata sexu,

Reginasque parit, Reginarumque maritos.

Marius Mercator tom. 2. pag. 85. *Pius est Imperator, Regina Deum amant.* Gennadius ait Faustinum scripsisse ad personam Flaccilla Reginae adversus Arianos, ut Atticum Constantinopolitanum Episcopum ad Reginas Arcadii Imperatoris filias librum de

Fide

Fide & Virginitate. Eadem de Attico habet Marcellinus Comes. Fuit perinde Flaccilla Arcadii filia.

Is etiam in Francia nostra usus maxime invaluit, ut Regum filia *Regina* appellarentur. Nam apud Gregorium Turonensem lib. 5. cap. 49. Rigunthis filia Chilperici Regis hoc titulo donatur: & Chrodielis Sanctimonialis, Chariberti Regis filia, apud eundem Scriptorem lib. 10. cap. 15. *Reginam se filiam Regis & consobrinam alterius Regis* indigitat. Neque alia fortean de causa coronas Caroli M. filiabus attribuit Anonymus in Poemate de eodem Carolo, ubi de Retrude:

*Namque corona caput pretiosis aurea gemmis
Implicat, &c.*

de Berta:

... *Caput aurata diademate cingitur alnum.*

de Gisala:

... *Crines radianti luce coruscant.*

denique de Rhodaid:

Inferitur capiti nitido gemmata corona.

Inferioribus quoque paulo temporibus, atque adeo sub tertia Regum, stirpe, natas Regum, *Reginas* passim nuncupatas observare licet. Odo II. Comes Campaniæ filius *Bertæ Regine* dicitur in veteri Notitia apud Joan. Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 764. filia scilicet Conradi I. Regis Burgundiæ. *Rosalam* alio nomine *Susannam* dictam, Berengarii III. Regis Italiæ filiam, Arnulphi II. Flandriæ Comitis uxorem, *Susannam Reginam matrem suam* vocat Balduinus IV. Flandriæ perinde Comes, in Charta an. 998. quæ descripta legitur in Historia Guinensi pag. 49. In alia Hugonis Noviomensis Episcopi an. 1039. apud Buzelinum lib. 2. Gallo Flandriæ cap. 26. Adela Roberti Regis Franciæ filia, & Balduini Pii Comitis Flandriæ uxor, *Regalis Comitissa* nuncupatur. Raimundus VI. Comes Tolosæ, *domina Regina Constantia*, quæ ejusdem Roberti filia fuit, filius dicitur; ut Raimundus VII. ejusdem Raimundi VI. filius, *domina Regina Joanna*, quæ filia fuit Henrici II. Regis Angliæ, *filius*, apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 225. & Cruceum, in Episcopis Cadurcensibus num. 77. Constantia Philippi I. Regis Franciæ filia, Boëmundi Principis Antiocheni uxor, *Regina* cognomine donatur in Chronico MS. Romualdi Salernitani Archiepiscopi ann. 1120. & alibi. Sic Tharasia Alphonfi VI. Castellæ Regis filia, Henrici Comitis Portugalliæ uxor, *Nobilissima Regina* appellatur in Vita S. Theotonii cap. 2. *quia Regis filia dicebatur*, ut ait Rodericus Toletanus lib. 7. de Rebus Hispan. cap. 5. Et in Charta ejusdem Tharasiæ apud Brandaonem lib. 9. Monarch. Lusit. cap. 2. Sic Tharasia alia Alphonfi I. Regis Portugalliæ filia, quæ & Mathildis appellabatur, Philippi Elfatii Flandriæ Comitis uxor, *Regina Mathildis Comitissa Flandriæ* passim inscribitur in ejusdem Diplomatis, in Tabulario S. Bertini, in Regesto Philippi Augusti fol. 1. & 102. apud Malbrancum lib. 11. de Morinis cap. 21. Buzelinum lib. 1. c. 41. Miræum, Locrium, & alios. Lambertus Ardensis pag. 258. *Flandriæ Comitis Philippi uxor & Comitissa Theresia apud suos Portugallos, apud nos Mathildis, cognomento Regina.* Ægidius Aureævallis Monachus cap. 57. de eadem: *Regina enim à quibusdam dicebatur, quia filia Regis erat, & pro fratre suo minus firmo regnum patris tenuerat in Hispaniis.* Willelm. Brito lib. 10. Philipp.

*Interea Comitissa senex, quæ Portugallensis
Filia Regis, ob hoc solum Regina vocata est.*

Tom. V.

Rigordus: *Filia Regis Portugallensis, unde & Regina Comitissa appellabatur.* Sed & Duardus Nonius lib. de Vera Regum Portugalliæ genealogia. statim initio, hunc morem in Lusitania durasse usque ad Alfonsum II. observat. Quod præterea colligitur ex veteribus Chartis, editis à laudato Brandaone tom. 3. pag. 195. v. 196. v. tom. 4. pag. 260. 262. 270. & ex Bernaldo Archidiacono in Vita B. Geraldii Archiep. Braccar. num. 9. [Si hæc non sint satis, adde Chartam an. 1339. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 375. ubi *Matildis* Guidonis III. Comitis de Albone *Regina* dicitur, quod filia esset Regis Angliæ. Ex quibus patet, quod & alibi videre est, uxores maritis suis ortu nobiliores, parentum suorum titulos honorarios retinuisse, non assumisse maritorum.]

2. REGINA, Regis uxor. Conventus apud Andelaum ann. 587. *Et genitricem Domni Childeberti Domnam Brunichildem Reginam, vel filiam ejus Chlo-desvendam germanam Domni Childeberti Regis, quamdiu intra regionem Francorum fuerit, vel ejus Reginam Faileubam, &c.* [Cœlestinus III. PP. in Epistola ad Archiep. Senon. apud Matthæum Paris ad ann. 1195. *Nos itaque, qui plus Reges Francorum specialiter in visceribus nostræ caritatis diligimus, per dilectum filium nostrum C. subdiaconum Apostolicæ sedis Legatum ad hoc specialiter missum, rogavimus eundem (Philippum Aug.) ut Reginam suam, quam à se consilio iniquo amovebat, affectu maritali tractaret.*] Ita etiam loquitur Cnutus, Rex Angliæ, in Diplomate, descripto à Willel. Petit in libro Anglico de Communitatibus Angliæ ad Parlamentum evocandis, edito an. 1680. pag. 151. *Sitque nobis remedio hoc, mihi quippe atque Regina mea Elgisa, ac filiis nostris, omnibusque, qui pridem ei hoc contulerunt.* Infra: *Dedi quoque Regina mea assensu, &c.* [Adde Eddium in Vita S. Wilfridi Episc. Eborac. cap. 2. 23. 33. 34. apud Mabillon. in Actis SS. Benedic. sæc. 4. part. 1.]

Regina nomen non admittebant Saxones Occidentales, sed *Regis conjugem* appellabant. Id unde ortum, pluribus exsequitur Asserus de Ælfredi rebus gestis p. 3. & ex eo Matth. Westmonastriensis an. 854.

3. REGINA, Imperatrix. Charta Ludovici Pii Imper. an. 24. imperii, apud Mabillon. in Actis SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 223. *Sicut olim à bona memoria Ermengarde Regina prædicto monasterio (Anianensi) traditum est.* Hæc Ermengardis, quæ, ut notum est, erat uxor ipsius Ludovici Pii imp. *Regina* quoque vocatur ab Eginhardo l. 2. Translationis SS. Mart. Marcellini & Petri: quod etiam refert Mabillonius tomo citato pag. 416. Vide infra Rex.

4. REGINALIS, Ad Reginam pertinens. *Procuratores Reginales*, id est, Johannæ Reginæ Jerusalem & Siciliæ, in Charta an. 1343. ex Archivo Ecclesiæ Massil. *Reginalis sala, Reginalis curia*, in Charta Johannæ II. Reginæ Neapol. è MS. Coissin. *Reginalis Majestas, Reginalis Excellentia*, in continuatione Chronici Andreæ Danduli, apud Murator. tom. 12. col. 477. ubi de Maria Regina Hungariæ, *Reginalis liberatio* ibid. *Reginalis persona nostra*, in Literis Mariæ Reginæ Angl. an. 1554. apud Rymer. tom. 15. pag. 365. col. 1. *Regalia aut Reginalia convivium*, in Statutis Ernesti Bavari Colon. Archiep. ann. 1605. in Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 3. col. 162. *Reginalis gratia*, in Scripto an. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 320. & 321.

¶ REGINALIS, Regius, Regalis, Regem spectans. Literæ Bonifacii IX. PP. ann. 1396. apud Illustr. Fontaninum Antiquit. Hortæ pag. 434. *Cujuscumque fuerint præminentia, ordinationis, dignitatis, religionis, conditionis, aut status, etiamsi pontificali, Regali seu Reginali, vel quavis alia præfulgeant dignitate. Regali & Reginali dignitate hic unum & idem significari suadent, 1^o. particula seu, quæ fere semper explicat, raro disjungit; 2^o. similes loquendi formulæ, ubi Regum solum, non Reginarum, dignitas solet memorari; 3^o. Literæ subsequentes ejusdem Bonifacii eodem anno, ibid. pag. 449. in quibus solum habetur, *etiamsi pontificali vel Reginali, vel quavis alia præfulgeat dignitate*. Palam est, Regum dignitatem hic esse intelligendam. Sic etiam *Reginales civitates* idem sonant quod *Regiæ*, in Charta Caroli Regis Hungariæ an. 1327. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 480. *Regia & Reginalis auctoritas*, in Charta Regiensis an. 1361. 24. Jan. *Regia & Reginalis curia, Regii & Reginales subditi*, in alia ejusdem urbis Charta eodem anno 28. Jan. ex Schedis Præfidis de *Mazaugues*.*

¶ REGINATIO, βασιλευς, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Forte *Regia mansio*, inquit Salmasius ad Plinium pag. 475.

¶ REGINETA, Species ludi scruporum vel latruncolorum, in quo vincebat ille qui singulas adversarii partes capiebat; sic autem dicebatur à præcipua ludi parte, vocata *Regmetta*, Gallice *Reimette*. Statuta Massil. lib. 5. cap. 10. *Quilibet possit ubique ludere ad scacos, & ad tabulas & ad Reginetam*. Vide Salmasium ad Vopiscum in Proculo cap. 33. & infra *Rianeta*.

REGIO, Περαίων, Pagus, vicus, suburbanum. Concilium Calchedon. act. 13. *Ταταίς κ' Δωρίς ἑρετωνές εἰσιν ὑπὸ τὴν Νικαίαν*. MOX: *Καὶ ἡ πρώτηρον ἕσα ἑρετων, πάλιν μετὰ ταῦτα ἐγένετο πόλις*.

REGIO. Observat Ordo Romanus, septem fuisse regiones Ecclesiastici ordinis Urbis Roma, & unamquamque Regionem singulos Diaconos Regionarios habuisse, & uniuscujusque Regionis Acolytos per manum Subdiaconi Regionarii Diacono Regionis suæ, causa officii, subditos fuisse. Rursum Regionum munera secundum hebdomadæ dies fuisse distincta: *Prima enim feria Paschæ ministrabat Regio tertia: secunda feria, Regio quinta: feria quarta, Regio sexta: feria quinta, Regio septima: feria sexta, Regio prima: Sabbato secunda Regio*. Ergo unaquaque Regio ordines proprios tam in processione, quam in Ecclesia habebat, ... & nullus in aliqua designatus Regione, à ministerio Pontificis sine excommunicationis vel animadversionis sententia deesse poterat.

REGIONE, pro *E contra*, habetur in Vita S. Draufii Episc. Sueffion. num. 3.

REGIOLA. Vide in *Regia* 3.

1. REGIONARIUM, apud Papiam, sunt à Pontificibus constituti in Schola Notariorum & Subdiaconorum, quos licebat per absentiam Pontificis in conventu sedere Clericorum, & ceteros habere honores. Honorius I. PP. Epist. 2. *Primogenitum itaque Subdiaconum & Regionarium nostræ Sedis, Gradenſi Ecclesia Episcopali ordine, cum pallii benedictione direximus consecrandum. Regionarius prima Sedis*, apud Aimoinum lib. 2. Hist. cap. 17. *Regionarius Romanae urbis*, in Vita Ludovici Pii an. 835. *Theophunius Regionarius*, apud Anastasium in Constantino PP. pag. 65. Ita *Regionarius* nude apud Gregorium Magn. lib. 7. Indict. 1. Epist. 5. Joannes Diaconus lib. 1. Vitæ ejusdem S. Gregorii, Gordianum ejusdem patrem, *Regionarium* nuncupat. [Duodecim diacones Regiona-

rii, qui solent Evangelium legere in stationibus ecclesiarum Romæ constitutis, eidem Johanni in libro de Ecclesia Lateran. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. pag. 567.] Sed cum is titulus *Notarii, Diaconi, Subdiaconi, & Defensoribus* conveniat, quærunt viri docti cui harum dignitati nudus *Regionarii* titulus competierit. Vide Baronium ann. 598. num. 16.

2. REGIONARIUM, Ejusdem regionis ac provinciæ, in Miraculis S. Eutropii Episcopi Santonenſis num. 33.

¶ 3. REGIONARIUM, Geometræ, finitores, decempedatores. Frontinus de Colon. pag. 357. *Cassium oppidum militi Regionarii dividerunt*.

¶ REGIRARE. Vide *Regrare*.

¶ REGISOL, REGISOLIUM, Statua in urbe Papiensi erecta, de qua id solum novimus, quod narrat Gualvaneus Flammeus apud Murator. to. 12. col. 1009. *Tunc temporis (an. 1335.) Cives de Papiæ sui ideli Regisolis absentiam non sustinentes, quod Mediolanenses de alta pila dejecerant, cum civitatem superassent, in civitate Mediolani per domos & familias frustra & petias comparaverunt, & ipsum deintegrantes deauraverunt, & in pulsa alta erexerunt, & tenet manum extensam versus Mediolanum, quasi velit jurare fidelitatem Civibus de Mediolano, qui ipsum tanquam servum Papiensibus vendiderant*. Et col. 1021. *Papia subjicitur, homagium conficitur, Regisolum dejectur*. Rursum memoratur *Regisol* in Laudibus Papiæ tom. 11. ejusd. Muratorii col. 23.

¶ REGISTER, REGISTORIA, REGISTRARE, REGISTRUM, &c. Vide in *Regestum*.

¶ REGIULA. Vide *Regiola* in *Regia* 3.

REGIUM. Lucius III. PP. apud Gregorium lib. 3. tit. 38. cap. 23. *Quoniam Advocati Ecclesiarum jus Advocationis, donationis vel emptionis titulo, aliisque pro sua voluntate contractibus in alios transferre præsumunt, fodrum, albergarias, Regium & similia, tanquam à propriis rusticis extorquentes, &c. Ubi Glossa Regium, tributum Regi debitum interpretatur. Vide Regalia*.

¶ REGIUS, Præcipuus, primarius. Hac notione *Regiam turrim* dixit Ordericus Vitalis l. 10. quem admodum *Regias* nude vocabant majores januas palatiorum & basilicarum. Vide *Regia* 3.

¶ Vossius lib. 1. de Vitiis serm. cap. 33. observat à plerisque Davidem dici *Regium prophetam* vel *psalterem*, pro quo mallet *Rex propheta* vel *psalteres*; quod *Regius* non sit *Rex ipse*, sed ad *Regem* pertinens: quare potius *Nathan ipsi diceretur Regius propheta*, et si non quasi *propheta*, quomodo *vir Dei* erat, sed quia *filius Regis*.

¶ REGIUS HOMO, Fiscalinus; *Regia femina*, Fiscalina, in Lege Ripuar. tit. 16. §. 1. Vide *Homines Regis* in *Homo*.

¶ REGIUS MORBUS, Lepra veteribus. S. Hieronymus lib. 2. adv. Rufinum sub finem: *Post aliquantum temporis computruit morbo Regio*. Vide *Morbus regius*.

¶ REGLOBARI dicitur exercitus dispersus cum in unum globum redit, in Barthii Glossario, apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. tom. 3. pag. 339. ex Historia Palæst. Fulcherii Carnotenſis.

¶ REGLUVERE, pro *Reglubere* vel *Deglubere*, Excoriare. pellem detrahere. Glossæ Lat. Gr. *Regluvo*, ἐκδείγω. Aliæ Græc. Lat. *Εκδέρω*, *Decorio*, *deglubo*. Item: *Εκδέπει*, *Deglubat*. Vide *Deglubare*.

¶ REGMEN, pro *Regimen*, ut *Tegmen* pro *Tegimen*. Walafrius Strabo de SS. Martyr. Hyensibus, to. 1. Jan. pag. 237.

*Quique fuit pridem patria per Regmina princeps;
Nomine pro Christi est factus tunc verna minoris.*

Ethelwolfus de Abbatibus Lindisfarn. sæc. 4. Benediçt. part. 2. pag. 307.

*Pontificalis apex, meritorum munere clarus
Ecgridus enituit, Sanctorum Regmina servans.*

Et pag. 311.

*Frater erat quidam sancta sub Regmine cella,
Ad seculum illustris, dictus cognomine Merchdof.*

Ufus etiam est Auctor Vitæ S. Guthlaci in soluta oratione, tom. 2. Aprilis pag. 38. Athelwaldo Regi orientalium Anglorum rite Regmina regenti.

REGMENTA, Ludi species. Vide *Tricharia* in *Tricare*. [Legendum est *Regineta*, ut habetur supra.]

REGNACULUM, Parvum regnum. Chronicon Angl. Th. Otterbourne pag. 8. *Regnum quater fuit divisum, semel in trina, bis in bina, & tertio in Regnacula quinque.*

REGNALIS, Regius, regalis. *Regnalis civitas, Regnalis curia, Regnale consistorium*, in Charta ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. pag. 578. col. 1.

REGNANS, pro *Imperans*, legitur apud Goldastum in Chartis 28. 47. 81. & 86.

REGNANTE CHRISTO, Formula notis Chartarum arithmetice olim sæpe superaddita, pro scriptoris arbitrio, nulla unquam certa lege, neque occasione excommunicationis, qua Philippus I. ob Bertæ repudium & Bertradam superductam semel atque iterum percussus est, ut quidam somniarunt: quod quam à vero abhorreat, tam valide ac manifeste demonstrarunt Bessius & Blondellus, ut nemo contra obmutire in posterum ausurus sit impune, inquit Mabillonius Diplom. pag. 204. Et certe longe ante hanc excommunicationem, anno scilicet 889. habemus Chartam anno 11. quo mortuus est Karolus Imperator, *Regnante Domino nostro Jesu Christo, nobis autem expectante Rege ab ipso largitore*. Hæc apud Baluzium in Notis ad Actum cxxxviii. tom. 2. Capitul. col. 1535. & seq. ubi plura laudat vetera monumenta Philippo I. antiquiora, in quibus exstat hæc formula. Adde Mabillon. Diplom. pag. 199. 201. 422. &c. Verba autem *Regem expectante vel sperante* quæ sæpius *Regnante Christo* junguntur, interregnum significant, non semper in toto regno, sed interdum in peculiari provincia in qua Charta condita est, nempe quod in ea provincia novus Rex necdum pro vero Rege haberetur. Vide novam Historiam Occitan. tom. 2. pag. 164. num. 87.

REGNARI, Regi, subesse, esse sub imperio. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 4. cap. 33. num. 11. ult. edit. *Omnibus qui Regnantur sub ipso, significabant, &c.* Et lib. 5. cap. 24. num. 3. *Cujus enim jussu homines nascuntur, hujus jussu & Reges constituuntur, apti his qui illo tempore ab ipsis Regnantur.* Est pro Græco *βασιλευσθαι*.

REGNATIO, Regnum, regni administratio, regimen. In principio *Regnationis* sua pene spoliatus fuerat, apud Cornelium Zantviet in Chronico. Chronicon Angl. Th. Otterbourne pag. 67. *Postmodum autem prophetavit idem vir (Ulfricus) de captione, liberatione & Regnatione ejusdem Stephani, &c.*

REGNATUS, Idem quod *Regnatio*. Ratherius Veron. lib. 1. Præloq. apud Marten. tom. 9. Ampliff. Collect. col. 807. *David, fratribus reprobatis, in Regem à Deo electus: quia Dei munere eisdem regno processit, numquidnam & genere superavit, aut illius progenies propter Regnatum alia, quam eadem quam sine Regnato protulit natura?*

REGNIAGIUM. Charta Milonis de Granceio Mi-
Tom. V.

lit. ann. 1193. in Tabular. Albæ-ripæ Diœces. Lingon. *Dedit nobis pasturas suas de Verney, sicut aqua ejusdem villa dividitur versum campum, libere & absque retentione, & quod nos faciamus ibidem Regniagium, id est bordam, si nobis necesse fuerit.*

REGNICOLA, Indigena. Gesta Manfredi & Conradi Regum apud Murator. tom. 8. col. 609. *Legem ponit Regnicolis, novosque secretarios... statuit.* Constitutiones Frederici Regis Siciliae cap. 7. *Censemus, ut in tota Sicilia... quatuor justitiani nobiles & Regnicola, pollentes divitiis, debeant anno quolibet ordinari.* Chronicon Dominici de Gravina, apud eundem Murator. tom. 12. col. 549. *Guerram perfidam intulerunt in regnum, ex qua... plurimi Regnicola perierunt.* Adde col. 563. 570. 716. Diploma Caroli Regis Hungariæ ann. 1327. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 478. *De regno nostro Hungariæ ipsis aliqua subsidia per quoscumque nostros Regnicolas afferatur.* Stylus Parlamenti cap. 4. *Et in omni loco omnibus Regnicolis, &c.* Nostri *Regnicoles* vocant, non ipsos indigenas proprie, sed alienigenas seu advenas pari jure cum indigenis potientes. Observat Vossius lib. 3. de Vitiis ferm. cap. 41. non minus *ἀναλόγως*, *Regnicolas* dici quam *Cœlicolas*, sed usum veterum non admisisse; nollet tamen in versu semper damnari.

REGNIFICARE, in Regem constituere. Utitur Lucifer Calaritanus lib. de Regibus Apostaticis.

REGNIFICATOR, Qui constituit in Regem. Chronicon Romualdi II. Archiep. Salern. apud Murator. tom. 7. col. 21. *In extremis inter cetera facinora Zachariam quoque filium Joiada, tutoris quondam ac Regnificatoris sui inter templum & altare lapidare precepit.*

REGNIGENA, In regno natus, indigena. Charta an. 1355. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 600. *Dominus Joannes Bohemia Rex & illustris dominus Carolus primogenitus ejus... prætendentes commodum regnorum Boemia & Polonia, ac Regnigenarum & incolarum ipsorum, &c.*

REGNUM, Corona regalis. Gesta Constantini Magni pag. 483. *Jussit eos secum prandere, ... & singula lecta eis sterni; in uno lecto jussit ad capite Regnum poni.* Anastasius in Constantino PP. de Tiberio Imperatore eundem Pontificem Constantino-poli excipiente: *In die autem qua se vicissim viderunt, Augustus Christianissimus cum Regno in capite sese prostravit, pedes osculans Pontificis.* De corona Imperiali intelligendus etiam, ni fallor, idem Anastasius in Theodoro PP. de quodam Mauricio Chartulario antarta; *quia sibi Regnum imponere voluisset, seu ut alii emendant, quia affirmabat eam sibi Regnum imponere velle.* Et in Adeodato PP. *Mezzetiis, qui erat & in Sicilia cum exercitu Orientali, intartizavit, & arripuit Regnum, id est coronam Imperialem.* Idem denique Anastasius in Hormisda PP. *Eodem tempore venit Regnum cum gemmis pretiosis à Rege Francorum Clodovæo Christiano donum B. Petro Apostolo.* Hincmarus Remensis in Vita S. Remigii: *Chlodovicus Rex gloriosus coronam auream cum gemmis, qua Regnum appellari solet, B. Petro, sancto Remigio suggerente, direxit.* Eadem pene habet Flooardus lib. 1. Histor. Remensis cap. 15. Atque, ut par est credere,

Exinde Pontifices Romani in publicis ceremoniis hac corona à Chlodovæo sibi indulta uti cœpere, quam *Coronam Imperialem* vocat Durandus lib. 3. Ration. cap. 13. num. 8. *Romanus Pontifex in signum imperii utitur Regno, id est Corona Imperiali; & in signum Pontificii utitur mitra, sed mitra sem-*

per utitur & ubique, Regno vero non semper: . . . nam eo non utitur nisi certis diebus & locis, nunquam intra Ecclesiam, sed extra. Bruno Signiensis Episcopus de Vestimentis Episcoporum. Summus autem Pontifex propter hec & Regnum portat, sic enim vocatur, & purpura utitur, non per significationem, ut puto, sed quia Constantinus Imperator olim B. Silvestro omnia Romani Imperii insignia tradidit. Adde Jacobum Stephanescum de Coronat. Bonifacii VIII. PP. lib. 2. cap. 6. 7. 10. Vide S. Hieronymum. lib. 2. in Ruffin. cap. 7. Epist. 74. [Ordinem Rom. apud Mabilionium tom. 2. Musei Ital. pag. 168. 171. & seqq. pag. 258. 340. 454.]

Coronæ istius Pontificiæ formam describunt Acta Alexandri III. PP. apud Baronium an. 1159. de Hadriano IV. *Consecratus est in Summum Pontificem, & secundum solitum Ecclesiæ morem Regno de more insignitus, mitra turbinata scilicet cum corona.* Eadem Acta de ipso Alexandro an. 1178. *Et in Pascha Regnum solemniter induit.* Adde Epist. ejusdem Pontificis. [Ordo Rom. apud Mabilionium tom. 2. Musei Ital. pag. 93. *Regnum, quod ad similitudinem cassidis ex albo fit indumento.*] Ejusmodi porro fuisse formæ *Camelaucium* Constantinianum, Coronam scilicet cum mitra quæ caput operiret, fuisse docuimus in Dissert. 24. ad Joinvillam. Sed postmodum *Regnum Pontificium* triplici corona adornatum est. Ceremoniale Roman. lib. 1. *Tiaram, quod Regnum appellant, & triplici corona ornatum Pontificis capiti imponunt.* Et lib. 3. *Est præterea tiara triplici corona ornata, quod Regnum appellatur, per quam significatur Sacerdotalis & Imperialis summa dignitas atque potestas: hac tiara utitur Pontifex in maximis solemnitatibus eundo ad Ecclesiam & redeundo: sed nunquam illa utitur in divinis.* Nescio an Regnum, seu Coronam Papalem, an vero mitram ipsam Pontificiam intelligat Petrus Damiani lib. 2. Epist. . . . *Tadet cetera vanitatis attexere, non ridenda, sed gemenda ridicula, . . . Papales scilicet infulas, gemmis micantibus, aureisque bratteolis per diversa loca corruptas.*

REGNUM, Corona pensilis supra altaria, in ædibus sacris. Anastasius in Leone III. PP. *Fecit isdem Beatissimus Pontifex in basilica B. Andrea ubi supra, Regnum ex auro purissimo cum gemmis pretiosis pens. libras 2. & uncias quinque.* Ibidem: *Fecit Regnum ex auro purissimo pendens super altare majus ex gemmis pretiosis ornatum.* Rursum: *Regnum Spanoclistum ex auro purissimo cum cruce in medio pendens super altare.* Adde pag. 150. Denique sub finem Vitæ ejusdem Leonis: *Regnum super altare ex auro purissimo diversis ornatum lapidibus pretiosis pens. lib. 2. uncias 6.* In Gregorio IV. *Regnum aureum unum, quod usque hodie super altare dependet, &c.* Ita alibi non semel hac notione pag. 174. 184. 188. 191. 193. & Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. pag. 236. De ejusmodi coronis super altaria appensis pluribus egimus in Descriptione ædis Sophianæ num. 43.

¶ **2. REGNUM**, pro Imperium, in Charta 55. & aliis, apud Goldastum. Vicissim Imperium pro Regnum, in veteri Charta apud Perardum in Burgundicis pag. 23. Vide Mabilion. Diplom. p. 195.

¶ **REGNUM**, nude per excellentiam dicitur Regnum Neapolitanum apud Jurisconsultos præsertim Italos; hinc apud nostros *Cheval du Regne*, pro Equo Neapolitano, *Coursier de Naples.* Vide Brenckmannum in Dissertatione 1. de Rep. Amalphitana pag. 17. & Faile tom. 1. des Reponses aux Questions d'un Provincial cap. 15. pag. 103. edit. in 8.

¶ **REGNUM ANGLIÆ**, quando primum ab exteris

nationibus Regnum dici cœperit, docet Elmhamus in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 35. his verbis: *In hoc eciam Concilio (Constantiensi) Anglia nomen nationis sive Regni, quod ante hac tempora, livore præpediente, apud alienigenas consequi non valebat, de cetero perpetuis temporibus duraturum, mediante industria ejusdem Principis, est sortita.*

3. **REGNUM**, pro Ducatu, seu provincia Ducis; [in Lege Alaman. cap. 35. §. 1.] Lex Bajwar. tit. 2. cap. 10. §. 1. *Si quis filius Ducis tam superbus vel stultus fuerit, ut patrem suum deshonestare voluerit, . . . vel Regnum ejus auferre ab eo.* Decreta Tassilonis Ducis Bajvariæ apud Canisium & alios: *In anno 22. Regni religiosissimi Ducis Tassilonis gentis Bajvariorum, &c.* [Fragmentum Historiæ Aquitan. ubi de Duce Engolismensi, apud Duchesnum tom. 4. pag. 82. *Regulares abbates & monachos maximo affectu amoris amplectebatur, & consilio eorum utilitatem Regni administrare curabat.* Vide Rex, Dux, Comes.]

4. **REGNUM** appellatur in Missa Mozarabum una è partibus hostiæ, quam in novem partes frangit Sacerdos sacra faciens. Vide Cardinalem Bona lib. 1. Rerum Liturgic. cap. 11. num. 5. [& Mabilionium in Appendice ad Liturgiam Gallicam pag. 449.]

REGNORUM LIBER, Qui vulgo *Regum*, dicitur passim Tertulliano, Cypriano, Augustino, Lucifero Calaritano, & aliis.

¶ **REGRADARE**, E gradu dejicere, cogere descendere. Gloss. Lat. Græc. & Græc. Lat. *Regrado, καταβιβάζω.*

REGRADATIO, *καταβιβασμός*, in Glossis Gr. Lat. Pœna militaris, civilis, & canonica, cum quis à gradu dignitatis dejicitur. S. Hieronymus. Epist. 61. cap. 5. *Finge aliquem Tribunitia potestatis suo vitio Regradatum, per singula militia equestris officia ad tyronis vocabulum, &c.* Vide Cujacium ad lib. 12. Cod. tit. 17. l. 3. & Henricum Valesium ad lib. 15. Ammiani. De Regradatione seu retrusione in ultimum locum (pœna scilicet Canonica,) agunt Gregorius M. lib. 1. Epist. 81. Innocentius III. lib. 2. Epist. 11. can. *Presbyter* 82. dist. can. *Præcipimus* 95. dist. can. *Mandamus* §. 19. quæst. 3. cap. *Interdiximus*, de Ætate & qualit. cap. *Licet quibusdam*, de Regular. Goffridus Vindoc. lib. 2. Epist. 12. Stephanus Tornac. Epist. 17. Hugo Flaviniac. pag. 181. &c. Obtinuit etiam ea inter Monachos. Vide Nomasticum Cisterciense p. 310. 315. 316. 324. 338. 339. 340. &c. & Guignonem II. Priorem Cartusiensem in Statutis ejusdem Ordinis cap. 77.

REGRATARI, **REGRATATORES**, Qui res emunt, ut possint postea pluris vendere, & aliquid de justo & solito earum pretio insuper corradere, unde vocabuli etymon, quod frustra ab Anglico deducit Skenæus: nostris enim *Corradere*, *Regrater* dicitur. *Dardanarii* videntur appellari in Jure civili: *Ultimi negotiatores*, in l. 6: Cod. de Dignitatibus: *παλιγκάπηλοι* Græcis, & *ὑποκάπηλοι* Philostrato lib. 4. de Vita Apollonii, qui à primis mercatoribus, qui ἐμποροί, & μεγάλεμποροί iisdem nuncupantur, sumunt, quod aliis vendant: *Regratiers publics*, in Consuet. Arvern. cap. 3. art. 2. Charta Ludovici VII. pro Aurelianensibus ann. 1178. *Regratarii non emant victualia infra banlivam, & vendant Aurelianis.* [Ubi vetus versio Gallica, tom. 1. Ordin. Reg. pag. 16. habet: *Li Regratier n'achetent vitaille dedens la banlieue, por que ils la vendent à Orliens.* Literæ Caroli primogeniti Regis Hierosol. & Siciliae an. 1219. pro Andegavensibus,

tom. 2. earumdem Ordinat. pag. 31. *Et nul homme ne peust vendre pain à Regrat, ne vendre blé à Regrat en Angers. Et que nul Regratier, qui vive de Regrat, ne peut acheter nulle chose pour vendre à Regrat, jusque à l'heure de tierce de jour. Et que nul Regratier ne peust aller, par lay ou par autre, encontre vitaille, pour les acheter en chemin, tant comme les bonnes anciennes durent.*] De Regratariis agunt præterea Statuta Gildæ Scoticæ cap. 28. Iter Camerarii Scotici cap. 20. Leges Burgorum Scottorum, cap. 72. Cowellus lib. 4. Instit. Jur. Anglic. tit. 18. §. ult. Rastallus verbo *Regrater*, [Thomas Blount in Nomolexico verbo *Regrator*,] &c.

Restriçtiori notione vocem *Rigattiere*, quæ ejusdem originis est, accipiunt Itali, pro eo nempe qui vestes interpolat, aut vendit interpolatas, Gall. *Fripier*. Octavius Ferrarius in Orig. ling. Ital. *Rigattiere*, *Recatone*; Hisp. *Regaton*; *Interpolator*, *autariarius*: *Venetis Strazzarolo*: *Qui vestimenta vetera refarcit, interpolat & reconcinnat, ut carius vendat, quasi reaptator, reaptarius, Rigattiere*. Tum è Græco vocis originem arcessere contendit. Benvoglientus illud potius derivatum censet ex Italica voce *Raccatto*, hoc est, à vestimentis veteribus recuperatis sive receptis, ut reconcinnentur, unde & postea efformatum *Raccatiere*, pro quo Senenses, murato *r* in *l*, dixere *Ligrattiere*. Hæc fere Muratorius tom. 15. pag. 131.

REGRATARIA, Interpolatio, mangonium, Gallice *Regraterie*. Charta Richardi 11. Regis Angl. an. 1399. apud Rymer. to. 8. p. 85. col. 1. *Homicidia, depradationes, latrocinia, mahemia, extorsiones, oppressiones, Regrataria, ac excessus laboratorum, &c.*

REGRATARIA, dicta olim platea Parisiis, in Charta an. 1218. in Tabular. N. D. de Campis Domus sita habetur in *Regrataria juxta Judaisium*.

REGRATIARE, Gratiarum agere, [Gallis olim *Regracier*,] apud Thomam Archid. in Hist. Salonitana cap. 50. [Rymerum tom. 1. pag. 308. in Literis an. 1229. Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 526. in Charta an. 1366. in Menoti Serm. nibus fol. 147. & alios, quos laudat Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 20. Ital. *Ringraziare*.]

REGRATIARI, Eadem notione, apud Acherium tom. 6. Spicil. p. 78. tom. 7. pag. 297. Muratorium tom. 6. col. 171. tom. 8. col. 192. tom. 12. col. 1105. Rymerum tom. 8. p. 277. Marten. tom. 6. Ampliff. Collect. col. 243. tom. 8. col. 164. &c. Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 262. in Statutis Vercell. lib. 3. pag. 97. in Glossario Lobinelli tom. 3. Histor. Paris. in Concilio Dertufano ann. 1429. & alibi passim.

REGRATIATIO, Gratiarum actio, in Processu de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Julii pag. 559.

REGRATIATORIE, Cum gratiarum actione, in Bulla Clementis VI. PP. an. 1346. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 532. col. 2.

REGRATIATUS, qui gratias egit, à *Regratiari*, in Charta Officialis Rotomag. an. 1477.

REGRATIO, Idem quod *Regratiatio*, nisi ita legendum sit. Literæ an. 1285. apud Rymer. tom. 2. pag. 313. *Ad loca unde exeunt beneficiorum flumina, dignis Regrationibus revertantur.*

REGRECIA, Idem quod *Regressus* 1. Placitum Narbon. an. 862. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 1. col. 113. *Ipsas casas perineas cum curte, exitia & Regrecia earum . . . ego retineo.*

REGREGARE, *Recolligere*, in Glossario Barthii, ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 299.

REGRESSIUM, Idem quod *Regressus* 1. Charta æræ 944. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 696. col. 1. *Terras cultas & incultas, pratis, pascuis, silvis, garricis, molendinis vel molinaribus, fructibus, via ductibus vel reductibus, aquis aquarumve decursibus, exitia & Regressia earum.* Testamentum ann. 989. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 103. *Dono . . . mansum unum cum curte & exio & Regressio suo, & cum quatuor modiatas de vineis.* Similia leguntur ibid. col. seq. in Charta an. 1058. & alia an. 1069. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Forojul. num. 13. & 28. & alibi non semel.

1. REGRESSUS, Charta Willelmi Sancii Comitis apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Vascon. MSS. pag. 481. *Curtem de Brocaez donamus S. Severo cum exitibus & Regressibus, sicut nos tenemus & possidemus.* Alia vetus Charta apud eundem Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. p. 329. *Cum mansis, campis, in curtis, hortis, cum exeis & Regressibus, cum ecclesia S. Hylarii constructa, &c.* Similia passim occurrunt in veteribus Instrumentis, ubi *Regressus* idem sonat quod *redditus*, proventus, ut satis patet ex Charta ann. 1153. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 544. *Ego Raymundus Trencavelli Biterrensis Vicecomes dono tibi Rogerio de S. Benedicto, ac tua posteritati, meum castellum quod vocatur Eisalabra, videlicet cinctum superiorem cum suis exitibus atque Redditibus, seu Regressibus, ut in aliis hujusce formulæ locis legitur. Vide Regressum & Exius.*

2. REGRESSUS, Idem quod Practicis nostris *Recours*, Præes, cautio; hinc *Recursum habere*, pro Sponsorem appellare. Ulpianus leg. Sed & si. §. Item si res Dig. tit. 3. de hæredit. petit. *Nisi emptores Regressum ad bona fidei possessorem habent.* Et tit. 2. de Evictionibus leg. 1. *Sive tota res evincatur, sive pars, habet Regressum emptor ad venditorem.* Charta venditionis an. 1161. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 6. col. 194. *Præterea donamus inde vobis & vestris Regressum . . . super omnes res nostras mobiles & immobiles, ubicumque sit, & totum hoc ita tenebo & observabo, sicut præscriptum est, ego Raimundus Petri de Aganico: sic me Deus adjuvet, &c.*

3. REGRESSUS, Reditus in possessionem rei dimissæ vel amissæ. Charta Bernardi de S. Walarico apud Kennettum Antiq. Ambrosden. ad annum 1171. pag. 127. *Manerium etiam totum de Wulgariscote cum omnibus pertinentiis suis dedi & concessi domino meo Regi . . . ita quod neque ego neque hæredes mei Regressum habeamus vel calumpniam aliquam versus aliquos de præfato manerio.* Defensiones Roberti Delphini contra Guillelmum Comitoris apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 283. *Cum ergo omnibus bonis & actionibus communibus, quoquo modo & ex quacumque causa essent communes, renuntiavit; sequitur ergo quod huic fideicommissio & actioni pro eo competenti de bonis prædictis non habet Regressum; quia remittentibus actiones suas non datur Regressus ad eas.* Bleynianus Institut. pag. 450. *Instrumenta pro rerum amissarum recuperatione sunt: Regressus, quando deficiente eo, qui acceperat, aut in casu permutatio- nis evictione subsecuta, res ad dantem revertetur.* In re beneficii maximo in usu est vox *Regressus*, Practicis nostris *Regrés*, diciturque de eo qui beneficium ecclesiasticum alteri transmisit aut cum eo permittavit certis conditionibus, quæ si non adimpleantur, primus possessor redire potest in possessionem beneficii transcripti aut permutati: quando vero locus sit regressui à juris canonici peritis quærendum est.

¶ REGRESSUS PER CESSUM & decessum, in Præconisatione Hectoris de Rupeforti in Episcopum Tullensem ex Regesto Cancellariæ Apostolicæ, Hist. Tull. pag. 615.

¶ REGUA, Rivus. Donatio facta Monasterio S. Victoris Massil. ann. 1043. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 406. *Cum molinis & illorum ædificiis, & cum Reguis & caput-reguis, & ortis, & aquis, & fontis, & cum decursibus vel recursibus.*

REGUATA, Custodia. Vide in *Warta*.

¶ REGUARDATOR, Idem qui supra *Regardator foresta* in *Regardum* 2. Vide mox locum in *Reguardum* 2.

¶ REGUARDIÆ, Excubiæ. Statuta Montis-Regalis pag. 179. *Milites & famuli curia teneantur & debeant portare, seu portari facere & habere lumen de nocte, eundo per dictam civitatem, exercendo officium Reguardiarum.* Vide *Warda*.

¶ REGUARDIUM, REGARDIUM, Idem, ut puto, quod supra *Regardum* 4. Census annuus, præstatio. Charta ann. 1235. è Polyptycho Fiscamensi: *Rogerus Anfrei tenet ix. acras terre, & debet facere submonitiones & nammia capere, & grantiam retgere & mundare & carnum, & debet deferre Fiscannum lac & Reguardia.* Alia Charta ann. 1258. ex eodem Polyptycho: *Unum par pannorum in dorso & Regardium sufficiens, quotiens dictum Bernardum vel suos heredes contigerit maritare.*

¶ 1. REGUARDUM, Idem quod *Reguardium*. Historia Beccensis MS. p. 447. n. 2. *Eidem S. Lamberto concessit decimam denariorum & reddecimam omnium bladorum & decimam Reguardorum.* Chartularium SS. Trinitatis Cadomensis fol. 33. v°. *Quæ ad eum pertinent tam in hominibus quam in campis... in censu, & in Reguarz, & in omnibus eschaementis, quæ ad dominum pertinent, &c.* Vide *Regardum* 4.

¶ 2. REGUARDUM, Visitatio forestarum, vel quod inspectori forestarum solvitur pro earum visitatione. Charta Roberti Ducis Normanniæ Richardi filii, è Regesto P. Cameræ Comput. Paris. *Baldricus & regardator & panagator mearum forestarum habens tantum in donis & liberationibus Reguardi & panagii, quantum unus ex magistris regardatoribus & panagatoribus meis per totam Normanniam.* Vide *Regardum* 2.

¶ 3. REGUARDUM, f. Idem quod infra *Respectus*, Mora, dies dilatus. Charta conventionis Raimundi Comitis Barcinon. cum Ermengauda Comite Urgell. ann. 1064. *Marcæ Hispan. col. 1126. Et ego prædictus Ermengaudus communit no men devadare, & ipse nuntius qui me commovererit, Reguardum non habebit ibi.* Hoc est, si bene interpretor, Nullam in me moram habebit, statim obtemperabo.

¶ REGUAYTA, Custodia. Vide in *Warta*.

¶ REGUDA. Charta Brivatenfis an. 1376. *Benedictus Anthoni faciat Regudam in hospitio Crotæ.* Haud scio an idem sit quod *Reguayta*, Custodia.

¶ REGUDES, f. Redditus, proventus, nisi quis malit idem esse quod *Reguardium*, Census annuus. Consecratio Ecclesiæ S. Petri Campi-Rotundi an. 1169. *Marcæ Hispan. col. 1352. Præterea concessit dicto monasterio omnes Regudes, vel qualescumque donationes sive possessiones, vel acquisitiones, quas præfatum monasterium habet... vel deinceps juste adquisierit.*

¶ 1. REGULA, Canon, exactio, pensitatio. Charta Athanasii III. Episcopi Neapolitani sub an. 937. *Ut nullam Regulam, nullumque censum, neque aliam conditionem in eodem Monasterio S. Severini aliquando haberet.* Infra: *Sine omni censu vel Regula, omnique conditione, &c.*

2. REGULA, pro *Necrologio*. Hinc in Regula inscribi, idem valet ac in *Necrologio*, quod in omnibus fere Monasteriis, maxime Benedictini Ordinis, idem Codex & Martyrologium, & Regulam, & *Necrologium* contineret, & ex iis quotidie in Capitulo aliquid Monachis prælegeretur: ex *Martyrologio*, ut oratio sancti diceretur: ex *Regula*, ut memoriæ mandaretur, ex *Necrologio* vero, ut pro defunctis hac die tum Monachis, tum aliis in societatem beneficiorum adscitis oraretur: defunctorum enim & benefactorum nomina referebantur in eum codicem, ut pro iis obituum diebus preces ab omnibus funderentur. Capitulare Aquisgranense ann. 817. cap. 69. *Ut ad Capitulum primitus Martyrologium legatur, & dicatur versus, deinde Regula, aut Homilia qualibet legatur.* Hinc *Annotatio nominum in Regula*, in Charta an. 1177. apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fl. cap. 23. Bernardus Mon. in *Consuet. Cluniac. MSS. cap. 76. §. 41. Et sic pro omnibus fit unum officium cum generali Missa, & ceteris, quæ fieri solent pro nostris, excepta præbenda, & brevium transmissione, ac Regula annotatione.* *Martyrol. Corbeienfe: Deinde tricenus cum septenarius, & ab uno quoque Sacerdote Missa pro eo dicitur, & ab aliis 30. Psalmi. In Regula ponitur.* Alibi: *Haveant officium, & septenarium, & tricenarium, & annotationem in Regula.* *Historia de Fratibus Conscriptis tom. 2. Alamann. Goldasti, de anniversario: Hoc quoque in nostra Regula placuit nobis conscribi, ut nunquam vel oblivio vel negligentia valeat prætermitti.* *Cardinalis Bona lib. 2. Rerum Liturgic. cap. 14. num. 2. ait, in Monasteriis viguisse hunc morem, & in plerisque adhuc manere, ut mitterent sibi invicem fratrum, amicorum, & benefactorum defunctorum nomina, ut diptychis inscriberentur: postquam vero diptychorum usus desit, in libro, quem *Necrologium* vocabant, ea descripta, & quotidie post lectionem *Martyrologii* ex ipso codice eorum nomina lecta, qui ipsa die obierant, & pro ipsis Psalmum *De profundis* cum oratione competenti decantari solitum, sicut hodie fit in plerisque Monasteriis. Cujus quidem consuetudinis exempla varia suggerit Bonifacius Moguntin. *Epist. 24. 62. 84. 95. 106. Vide Chronicon Andrense p. 487. & Hæftenum lib. 8. Disquis. Monast. tract. 1. Disq. 6. §. 3.**

3. REGULA, Idem quod *Canon pœnitentiæ*, in Capitulis Aithonis Episcopi Basileensis cap. 6. Leo IV. PP. in *Epist. ad Episcopos Britannia* cap. 4. *Qui divinationes expetunt, & morem gentilium subsequuntur, ... sub Regula quinquennii jaceant, i. quinque annorum pœnitentiæ.*

¶ 4. REGULA, pro *Regiola*, ut puto, mendose. Vide *Regiola* in *Regia* 3.

¶ 5. REGULA, Monasterium à Regula monastica in eo observanda sic dictum. Tabularium sanctæ Mariæ Andegavensis: *Mathias civitatis Nannetica Comes, &c. Leiburgis abbatissa monasterii S. Mariæ Andecava civitatis nos rogavit, ut in urbe Nannetica locus sibi daretur, ubi monacharum Regulam construere possit.*

¶ 6. REGULA, Principium, axioma, vel argumentum seu hypothesis. Vetus Interpretes S. Irenæi lib. 2. cap. 7. num. 2. *Soluta est ipsorum, secundum suam Regulam, maxima blasphemia.* Utitur alibi. Nos quoque *Regles* appellamus principia, præcepta & axiomata, quæ quis sequitur in agendo vel ratiocinando.

¶ 7. REGULA, Oppidum vel vicus & ipsius loci commune, in agro Cadubrii seu Cadorino. Statu-

ta ejusd. Cadubrii lib. 1. cap. 16. *Jubemus, quod eligantur singulis annis Jurati in Cadubrio... unus pro qualibet Regula, & qualibet Regula suum Juratum eligere teneatur simul cum suo vel suis maricis.* Cap. 58. *Quilibet maricus... teneatur... procurare... quod omnes & singula strata & via, ac etiam calles & pontes existentes in suis villis & Regulis, teneantur curata & munda ab omni immunditia... & sint lata & larga.* Caput 47. eorumdem Statutorum inscribitur: *Ad quem appellari possit à sententiis latis per dominum vicarium super questionibus vertendis inter Regulas & communitates.* Ibid. cap. 70. *Volumus & jubemus, quod aliqua Regula & commune Cadubrii non audeat, neque presumat aliquo modo, colore vel ingenio, aliquem forenssem in vicinum sive Regularium acceptare, nisi prius apparuerit dictum talem sic requirentem in vicinum assummi, per consilium fuisse admissum & acceptatum in civem in forma, &c. Et si aliqua Regula contra pramissa & quodlibet pramissorum fecerit, condemnatur arbitrio consilii, & quod omnis vicinitas, quæ ab aliqua Regula Cadubrii facta fuisset contra ordinem presentis statuti, ipso jure sit nulla.* Rursum cap. 79. *Ad majorem utilitatem & commodiorem gubernationem communium sancimus, quod qualibet Regula & commune Cadubrii possit & valeat, convocato marico suo, & aliis vicinis, disponere & statuere, & lauda sua formare ac reformare, quibus dispositionibus & laudis factis, formatis & reformatis, ipsa communia & Regula dicta lauda teneantur & debeant exhibere & presentare domino Vicario, petentes & instantes pro bono & utilitate ipsarum eas & ea confirmari: & dominus Vicarius possit & debeat ipsas & ipsa per totum commune sive Regulam, aut majorem partem eorum facta & deliberata, si juri consona... fuerint, confirmare.* Denique cap. 92. *Decernimus, quod si fuerint vir & uxor consortes in uno & eodem monte, sive una & eadem Regula montium, utrique non habeant, nec habere possint, nisi unam consortiam tantum, & pro uno consorte habeantur.* Vide *Regulatus 3. & Regulares in Regulari.*

¶ 8. REGULA, Versus, versiculus. Voces Regula & linea, recentioribus in usu, pro versu libri seu versiculo, ut Latini loquebantur, prorsus reprobatur Vossius lib. 1. de Vitiis ferm. cap. 26.

¶ REGULA CANONICA, Norma sacris canonibus consentanea. Capitulare 4. ann. 806. cap. 2. *Ut omnes Episcopi potestative secundum Regulam canonicam doceant, & regant eorum ministeria, tam in monasteriis virorum quam puellarum, vel in forensibus presbyteris, seu reliquo populo Dei.* Adde lib. 6. Capitul. cap. 246.

¶ REGULA CANONICORUM, Eadem quæ Monachorum. Capitulare Aquisgran. ann. 816. cap. 3. *Quia vero canonica professio à multis, partim ignorantia, partim desidia, debonestabatur, operæ pretium duximus, Deo annuente, apud sacrum Conventum ex dictis SS. Patrum... in unam Regulam canonicorum & canonicarum congerere, & canonicis vel sanctimonialibus servandam contradere, ut per eam canonicus ordo absque ambiguitate possit servari. Et quoniam illam sacer Conventus ita etiam laudibus extulit, ut usque ad unum iota observandam percenseret, statuimus ut ab omnibus in eadem professione degentibus indubitanter teneatur, & modis omnibus sive à canonicis sive à sanctimonialibus canonicè degentibus deinceps observetur.* Eadem habentur lib. 1. Capitular. cap. 79. & in Ad. dit. 3. cap. 3.

¶ REGULA FERREA in judicio ferri candentis adhibita. Chronicon Mutin. ad ann. 1329. apud Murator. to. 11. col. 119. *Mutinensibus denegantibus, ut rei veritas se habebat, & Regulam ferream*

igne calefactam manu sumere offerentibus, quam accipiebant nulla habita lesione ipsi Mutinenses. Vide in *Ferrum candens.*

REGULA SANCTA, Eadem, quæ S. Benedicti. Vita S. Prædicti: *Monasterium construens, sub norma sancta Regula ibidem constituit virgines.* Charta Ludovici Pii pro Monasterio Fossatensi in Tabulario ejusd. Monast. f. 7. *Ubi olim Monachi sub sancta Regula deguerunt.* Infra, *Regula S. Benedicti dicitur.* Ita Capitulare Pipini Regis Italiæ cap. 11. Paschasius Radbertus in Epitaph. Walæ lib. 2. cap. 21. Vita Egilis Abb. Fuld. num. 6. 21. edit. Mabillonii, idem Egiles in Vita S. Sturmii num. 20. Sisnaudus Episcopus Iriensis in Charta æræ 952. apud Yopez tom. 4. &c. Id multis vir doctissimus probavit D. Philipp. Bastide Benedictinus in Dissert. de Antiqua Ord. S. Benedicti propagatione cap. 7. & ante eum Sandovallius de Prælio Clavigensi pag. 194. 195. Charta, scripta an. 20. Ludovici IV. Regis Franc. in Tabulario Concheni in Ruthenis num. 6. *Degentes sub Regula S. Benedicti, qui Domino sedulo famulare videntur propter hanc Regulam sanctitatis.* Vide Appendicem ad Capitul. pag. 1421.

¶ Rulle olim nostris pro Regula dictum fuisse dicimus ex veteri interpretatione Regulæ S. Benedicti in Codice MS. Corbeienfi, ubi legitur: *En cheste Rulle nous ammoneste sains Benoist aussi comme li peres li fil, Ausculta o fili.*

REGULA SANCTORUM PATRUM, SS. Benedicti scilicet & Columbani. Vide eundem Bastidam cap. 8. & Joan. Mabillonium in Præfat. ad 4. tommum Vitar. Ord. S. Benedicti num. 37.

¶ REGULABILE, Quod regi vel moderari potest, apud Goclenium in Lexico.

¶ REGULAMENTUM, à Gallico Reglement. Bleyenianus Instit. pag. 140. *Et hæc à Pragmaticis ordinationes, vel Regumenta, & à Juris authoribus, forma, sive, ut alii legunt, norma vocantur.*

REGULARE, Componere, ordinare, res ad regulam & amussim exigere, Gall. Regler. Glossæ Gr. Lat. *Καυορίζω, Regular.* [Coelius Aurel. de Tardis passion. *Regulantur vel diriguntur eorum virtutes, &c.* Epistola Attonis Vercell. Episcopi tom. 8. Spicil. Acher. pag. 127. *Sacerdotibus verbis simul & exemplis populum convenit Regulari.*] Epistola Theonæ Episcopi de Officiis Palatinis: *Sed quia, ut sentio, diversis officiis estis adscripti, & omnium tu, Luciane, præpositus diceris, quos omnes gratia Dei concessa potens es & Regulari, & instruere, &c.* Synodus Beneventana ann. 1059. *Et quia erat Mathematicus, ab omni altaris ministerio depositus, in potestate Abbatis est ad Regulandum & corrigendum datus.* Thomas Walsinghamus an. 1389. *Ecce nostis, quod diu Regulatus fuerim per tutores, nec licuit mihi quidquam vel minimum facere sine illis, &c.* Jo. Fortescutus de Legibus Angliæ cap. 6. *Sic & Principi, filium suum, qui post eum populum Regulari, legibus instrui, dum minor est, convenit.* Utitur cap. 17. & alibi non semel. [Adde Statuta Mutinæ fol. 108. vº. & Statuta Eccl. Argentin. ann. 1435. tom. 4. Anecd. Marten. col. 533. Ampliff. ejusd. Collect. to. 6. col. 620. tom. 8. col. 79. 360. 361. &c.] Hinc

REGULATORES, in Italia dicti Rectores Communitarum, qui rem publicam componunt, regunt, &c. in Compoto Thesaurariæ urbis Bononiæ in Italia ann. 1364. ex Bibliot. Regia. [Academici Cruscani: *Regolatore, Director.* Com. Par. 6. *Per un principio, lo quale è custodia, e reggimento de' suoi sudditi, e per esso è Regolatore.*]

REGULARE, Lineas in charta ducere, exarare, quomodo *Regler du papier* dicimus. Guigo I. in Statutis Cartulianor. cap. 28. §. 2. *Scriptorium, pennas, cretam, pumices duos, . . . novaculas sive rasoria duo, punctorium unum, subulam unam, plumbum, regulam, postem ad Regulandum, tabulas, graphium, &c.*

REGULARE SE, Se tractare, moderari, conformare. Chronicon S. Bertini apud Marten. tom. 6. Ampliff. Collect. col. 620. *Statum suae Ecclesiae ad plenum cognovit, secundum quem sic se in expensis pensionibusque Regulavit, ut ei reddituarii sua spe minime frustrarentur, & suus Conventus absque murmure aleretur.* Statuta Johannis Rolin Episc. Aduensis ann. 1468. apud eumd. Marten. tom. 4. Anecd. col. 506. *Inhibetur officialibus & sigilliferis archidiaconorum, ne deinceps mandata contra juris formam & stylum curiae Aduensis, secundum quem Regulare se debent, concedere audeant vel presumant.*

REGULARE MONASTERIUM, Ubi degunt monachi, ad discrimen monasteriorum ubi degebant clerici seu canonici. Diploma Ludovici Pii ann. 827. pro Monasterio Dervenfi, apud Mabillon. sac. 3. Bened. part. 2. p. 630. *Apparuit, quod antiquitus Regulare monasterium fuisset; nos vero hanc diligentius scire volentes . . . si ipse locus aptus esset ad monasticum Ordinem observandum, verum & utrum clerici ibi degentes monastice vellent vivere, &c. V. Monasterium.*

REGULARE OFFICIUM. Ardo in Vita S. Benedicti Anian. num. 57. *At cum alterius diei Regulare expleisset officium, & Cursum persolvere vellet, &c.* Mabillonius in Onomastico ad calcem Actorum SS. Benedict. sac. 4. part. 1. existimat. *Regulare officium illud dici, quod ex praescripto Regulæ S. Benedicti; Cursum vero esse illud, quod ritu Romano recitabat Benedictus ex ipsius Vita.*

I. REGULARES. Anastasius in Stephano IV. PP. pag. 96. *Fecit enim & tres Regulares argenteos super rugas, per quas ingrediantur ad altare, ubi imagines in frontispicio constituta sunt.* In Hadriano pag. 112. *Fecit etiam ter beatitudo ejus imagines sex ex laminis argenteis investitas; ex quibus tres posuit super rugas, qui sunt in introitu Ecclesiae Presbyterii, ubi & Regularem ex argento investito fecit, & posuit super eundem Regularem praefatas tres imagines.* Mox: *In superiori vero ruga, id est, in medio presbyterii faciens alium Regularem ex argento investito, constituit super eum reliquas tres imagines, &c.* In Leone III. pag. 128. *Fecit & columnas argenteas sex, & Regulares duos ex argento purissimo pens. &c.* Pag. 134. *Atque Regularem ibi super investitum ex argento purissimo, & super ipsum Regularem posuit arcum, & gammadias ex argento, . . . nec non & imagines tres, &c.* Pag. 135. *Vela modica de stauraci quatuor, qua pendent in Regulari ante imagines . . . fecit, ubi supra ad Fontes vela Tyriaria, qua pendent in Regularem ante imagines, &c.* In Paschali pag. 149. *Ubi etiam Regularem ordinavit, quem laminis argenteis superinduxit pens. libr. 20. super quem constituit arcus duos de argento, & gammadias quatuor, &c.* Pag. 152. *Fecit etiam ante vestibulum altaris Regularem investitum ex laminis argenteis, . . . ubi & posuit arcum unum & gammadias, &c.* Ex praedictis Bulengerus, & ex eo Ludovicus de la Cerda, *Regulares fuisse existimat virgas ligneas aut aereas, quibus vela adducebantur aut reducebantur: quæ quidem sententia quam à vero absit, ex eo patet, quod Regulares dicantur sustinuisse imagines, arcus & alia ornamenta, & ad eos appensa interdum fuisse vela, quæ etiam imagines inibi stantes velarent: tamen haud omnino proclive sit divinare, quid fuerint. Id constat, Regulares ver-*

fus Presbyterium fuisse, quo fere loco *ruga* erant, ita ut ferme eo concesserim, ut Regulares fuisse putem id, quod Græci *κίονα* vocant, *Cancellos fusiles* Leo Ostiensis: cum etiam ad cancellos altaris vela appenderentur. Isidorus lib. 16. cap. 19. & ex eo Papias: *Regulare as dicitur, quod ab aliis ductile appellatur, quale omne Cyprium est. Ductile vero dicitur, quod malleis producat: sicut contra fusile, quia funditur.* *Regula aris*, apud Warnefridum de Gestis Longobard. lib. 3. cap. 4. Vide nostram Descriptionem Aedis Sophianæ num. 70.

2. REGULARES, apud *Compotistas*, seu computi Ecclesiastici conditores, alii sunt *solares*, alii *lunares*. *Regularis solis*, est numerus invariabilis datus mensi, qui adjunctus *concurrenti*, declarat, qua feria septimanæ quilibet mensis intret, cujus fuerit regularis: Diciturque Regularis à Regula, quia invariabilis est. Habent porro ortum Regulares à Martio, &c. Hæc pluribus exsequuntur *Compotistæ*, ac in primis Fulbertus Carnotensis in Computo, Honorius Augustod. lib. 2. de Imag. mundi cap. 81. 89. Durandus lib. 8. Rational. cap. 5. num. 5. & Josephus Scaliger de Emendat. temp. lib. 7. pag. 749. & 777. qui observat, *Regularium doctrinam nunc esse superfluum, cum via ad inveniendum ferias longe expeditior sit per cyclum Romanum, seu per literas dominicales.* Vide Rupertum lib. de Divinis Offic. cap. 16. Florentinum Wigorn. ann. 415. & Petavium in Actuario lib. 8. cap. 7. 8.

REGULARIS LUNARIS, est numerus invariabilis, datus mensi ad inveniendum Lunam in Kalendis mensium singulorum. Vide eundem Durandum lib. 8. cap. 8. Ex Cod. MS. Victorino sequentia exscriptimus.

Regulares ad feriam Kalendarum inveniendam.

Martius	v.	Dies xxxi.	Martius in quinque,
Aprilis	i.	Dies xxx.	Dux est Aprilis in asse.
Maius	iii.	Dies xxxi.	Maius tres rapuit,
Junius	vi.	Dies xxx.	Junius sex modo redemit.
Julius	i.	Dies xxxi.	Julius esse labat,
Augustus	iiii.	Dies xxxi.	Augustus quatuor extat.
Septemb.	vii.	Dies xxx.	September septem capit,
October	ii.	Dies xxxi.	Octoberque gemelle.
Novemb.	v.	Dies xxx.	Quinque November habet,
Decemb.	vii.	Dies xxxi.	Septem December adauget.
Januar.	iii.	Dies xxx.	Janus tres rapuit,
Februar.	vi.	Dies xxviii.	Februus sex modo recepit.

Regulares ad Lunam Kalendarum inveniendam.

Septemb.	v.	LXXX.	September quinis,
October	v.	LXXIX.	October consocialis.
Novemb.	vii.	LXXX.	Inde November habet septem,
Decemb.	vii.	LXXIX.	Septemque December.
Januar.	ix.	LXXX.	Janus cum ternis ludit,
Februar.	x.	LXXIX.	Februusque Decenni.
Martius	ix.	LXXX.	Marsque novem pugnat,
Aprilis	x.	LXXIX.	Denis Aprilis abundat.
Maius	xi.	LXXX.	Maius in undenis,
Junius	xii.	LXXIX.	Et Junius in duodenis,
Julius	xiii.	LXXX.	Julius in tredecim,
Augustus	xiv.	LXXIX.	Pith' Augustus & assim.

Verfus alii in eodem Codice.

Quem feria numerum signaverit F. elementum;
Ille sit illa tibi concurrens illius anni.

Vel sic:

D. capiat ternos, F. unum, Eque quaternos,
A. sex, F. binos, G. septem, B. quoque quinos.

3. REGULARES, Monachi. Capitulare seu Synodus

odus Vernensis ann. 755. cap. 3. *Ut unusquisque Episcoporum potestatem habeat in sua parochia tam de clero quam de Regularibus vel secularibus ad corrigendum & emendandum secundum ordinem canonicum spiritualem, ut sic vivant qualiter Deo placere possint.* Leges Caroli M. apud Murator. to. 1. part. 2: p. 100. col. 2. *Vigilanter curent (Episcopi) ut Canonici secundum Canones, & Regulares secundum Regulam vivant.* Hæc ad indicandam vocis antiquitatem; hodie enim notissima est pro quibusvis religiosæ vitæ addictis viris, vulgo *les Reguliers*.

¶ REGULARES CANONICÆ, Monasteria. Vide *Canonica Regularis in Canonicus*.

REGULARES LITTERÆ, vel *Epistola*. Vide *Canonica Epistola*.

REGULARIA. Charta Guillelmi Laudunensis Episcopi, apud Duchesnium in Probat. Hist. Guinensis pag. 378. *Item terragia Regulariarum & pasturagiorum in territorio de Laval, quando excoluntur.*

¶ REGULARIS, Monachus. Vide *Regulares 3*.

REGULARIS INSTITUTIO. Vide *Canonicus*.

¶ REGULARIS OBSERVATOR S. Benedicti, Qui servat Regulam S. Benedicti. Amalarius in Supplemento apud Mabillon. tom. 2. Analect. pag. 100. *Gregorius Papa excellentissimus ejusdem S. Benedicti strenuus Regularis observator, & monastica professionis imitator, &c.*

¶ REGULARISSA, Quæ observat regulam monasticam. Buschius de Reformatione Monast. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 864. *Monasterium monialium in Barsinghenhusen Ordinis nostri Regularissarum, diocesis Myndensis, eodem tempore, anno videlicet 1455. etiam reformatum fuit.*

¶ REGULARITER, Secundum leges, regulas seu canones, Ulpiano non semel, S. Augustino lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 29. & aliis Scriptoribus ecclesiasticis passim. Vide Vossium lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 35:

¶ REGULARIUS, Regularis, monasticus. Præceptum Caroli C. in Appendice Marce Hispan. col. 785. *Cum iis (rebus) quas ex seculari habitu ad Regulariam militiam clerici sive laici convertentes omnes illic donaverint, &c.*

REGULATORES. Vide in *Regulare*.

¶ 1. REGULATUS, Regulis seu lineis distinctus, Gall. *Raie*. Ordinarium S. Pauli Lugdun. apud Severtium Hist. Lugdun. pag. 357. *Vigilia dedicationis hujus ecclesie S. Pauli ... paratur majus altare de pannis Regulatis.*

¶ 2. REGULATUS, Ad Regulam institutus, ordinatus, Gall. *Reglé*. Epistola Abbatis anonymi apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 496. *In multis monasteriis, & fere in omnibus, maxime bene Regulatis, hæc observantur.*

¶ 3. REGULATUS, Territorium, districtus, in agro Cadorino. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 73. *Quod aliquis centenarius, vel marici de silva, vel decemii, vel aliquis alius non audeat, nec possint, nec debeant aliquas collectas imponere, nec aliquid addere ultra id quod postum erit per consilium in suo centenario, Regulatu vel deceno, exceptis pro capitaneis, vardinis, custodibus castrorum Cadubrii, sapientibus & nunciis frequentivis & opportunis pro servitio communis Cadubrii, sine licentia & littera D. Vicarii expressa, hoc dicente, salvo quod centenarius collectam in suo Regulatu ponere possit, si de sui communis processerit voluntate. Et lib. 3. c. 62. Si in villa aliqua, vel Regulatu alicujus villa vel contrata Cadubrii vel Caprilis, in qua sint ad minus decem habitantia, commissum fuerit aliquod malefium, teneantur officiales, pracones*

& jurati illius villa vel contracte, ubi commissum fuerit malefium, infra decem dies à die commissi malefii, denunciare dictum malefium domino Vicario, &c. Vide *Regula 7*. & *Regulatore: in Regulare*.

¶ REGULERIUS, Qui jus habet regule seu civitatis, in agro Cadorino. Vide in *Regula 7*.

¶ REGULIOSUS. Vide *Regaliosus*.

1. REGULUS, Filius Regis, *ῥέγος βασιλέως*, in Gloss. Gr. Lat. Glossæ MSS. *Regius puer, Regis filius, vel qui de Rege, vel à Rege derivatus.* Atque ita fortè sunt Reguli apud Ammianum lib. 18. quos Reges potentioribus Regibus obnoxios fuisse censet Henricus Valesius.

2. REGULUS, & *Subregulus*, sæpe occurrunt in Conciliis Anglo Saxonis, priorè voce *Comitem*, altera *Vicecomitem* denotantibus. Tabul. Wigorn: Eccl. *Ego Uthredus Deo donante Regulus Wicciorum concessi fratribus Deo servantibus in Monasterio Wigornensi, licentia Offæ Regis Merciorum, Stoke, &c.* Scripta vero hæc donatio ann: 770. ita subscribitur: *Offa Rex Merciorum, Mildredus Wicciorum Episcopus, Uthredus Regulus, Aldredus Subregulus, fratres.* Et in Charta Offæ Regis ann. 786. subscribunt *Offa Rex, Uthredus Subregulus Wigornie civitatis.* Ex alia tamen Charta *Subregulus* videtur idem esse cum *Comite: Aethelfred Rex Merciorum cum Comite Subregulo Huicciorum Osbera.* Flor. Wigornien: si ann. 1066. *Harialdus Godwini Ducis filius Subregulus* dicitur. Et in Charta Eadwi Regis Angl. de 5: *Cassatis*, datis Ecclesie Wigornien: subscribunt post Regem & Episcopos, *Ast Regulus, Eadgar Regulus, Morgant Regulus, Eadmund, Athelmund, Alhera, Duces, &c.* In Charta Athelstani Regis in Monastico Anglic. to. 3: pag. 130: subscribunt post *Archiepiscopos, & ante Episcopos, Duces, & Ministros*, tres Proceres cum *Subregulorum* appellatione. Regulos etiam Comitibus præponit Concil. Cassiliense in Hibernia ann. 1172. cap. 4: *Nec Reguli, Comites, nec aliqui potentes viri Hibernie, nec eorum filii, &c.* His igitur locis *Subreguli* videntur, qui hodie *Vicereges*, vel certe potioris fuisse dignitatis quam *Comites*. Glossæ antiquæ MSS: *Regulus, secundus à Rege.* Videntur autem *Subreguli* isti appellati lingua Saxonica *halp-kineg*, id est *Semireges*. Vide *Monasticum Anglic.* tom. 1. pag. 231. Seldenum de *Ticalis honor.* pag. 603. & infra in *Subregulus*.

3. REGULUS, Serpens idem qui Plinio *Basiliscus*. *Basilisci, qui Latine Reguli*, Luitprando lib. 1. Histor. cap. 5. ubi de variis serpentibus. Isidorus lib. 12. Orig. c. 4: *Reguli autem, sicut scorpiones, arcantia quaque sectantur, & postquam ad aquas venerint, ibique aliquem momorderint, id populeus & lymphaticos faciunt. Sibilus idem est qui & Regulus; sibilus enim occidit antequam mordeat vel exurat.* Passim occurrit in sacris Scripturis. Vide Avicenum cap. de Speciebus serpentum, Hierolexicon Macrorum fratrum & Lexicon Hofmanni.

4. REGULUS, Talus lusorius. Talos suos *Vulturios* Regulosque vocabant antiqui, ut docet Coellus Rhodog. lib. 20. c. 27: *quia pro numeris, seu punctis, quibus tessera notantur, effigies animalium habebant, aut vulturum aut Regulorum*, ut habet Turnebus lib. 5. Advers. cap. 6. Vide Godwinum Anthol. Rom. lib. 2. sect. 3. cap. 13.

¶ REGURGITARE, Redundare, Gall. *Regorger*. Gervasius Tilberien: de Otis Imper. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 977. *Josephus dicit, ultra Casaream cxx. stadiis modicam locum esse, qui à rotunditate Phiala dicitur, semper ple-*

- nus & nunquam Regurgitans ; ibi oritur Jordanis , &c.*
- ¶ REGUS, Rivus, rivulus, Ital. *Rigo*. Donatio facta Ecclesiæ Barcinon. ann. 944. Marcæ Hispan. col. 857. *In aquis aquarum, in Rego & super Rego & sub- tus Rego, in prono & plano, in petra, herba, ligna, &c.* Alia donatio facta Monasterio Vallis-laureæ ann. 1154. ibid. col. 1316. *Molendinum cum suo Rego & capirego & ipsum resclosar & cum omni suo edificio.* Vide *Reicus*.
- ¶ REGWADIARE. Vide *Revadiare* in *Vadium*.
- ¶ REGYRARE, In gyrum & orbem revolvi, redire. *In Hispaniam Regyavit, Nostris, Il alla refaire un tour en Espagne.* Glossæ Lat. Græc. *Regyrate, πηγυράζω*. Barthius in Glossario ex Hist. Palæst. Roberti Monachi, apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 114. *Regyrate, equis retro flexis ad suos redire.* Rolandinus Patavin. de factis in Marchia Tarvisina lib. 11. cap. 12. apud Murator. to. 8. col. 335. *Sic quoque subdola vulpis & versipellis, quod de facto mente putaverat, ad alia diverticula verbis blandiloquiis Regyavit.* Active sumitur in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 565. *Cœpit in tantum pralationem spernere, ut virga regiminis, quam manu gestabat, altiora ad terram trahens Regyaret, & ima ejus ad sublime exaltaret.* Sic in Officio S. Laurentii inducitur S. Martyr tyrannum compellans: *Ecce miser affasti me una parte, Regyra & manduca.* Pro quo dixit Ambrosius: *Assum est, inquit, Versa & manduca. Girare & Regyrate, de rivulo flexuoso dicitur in Diplomate ann. 1158.* apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 236.
- ¶ REGYRATUS. Cæsarius lib. 4. cap. 44. *Quam, sicut mihi retulit beata memoria domina Elizabeth ejusdem cœnobii abbatissa, sorores in lecto suo ponentes, & principium Evangelii S. Johannis super eam legentes, mane Regyratam, hoc est in alterum latus conversam, non innixam super cubitum, ut exponunt Macri fratres in Hierolexico.*
- ¶ REHABERE, Johanni de Janua, *Iterum habere quod jam habuimus & habere desinimus; Rehavoir*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Charta Philippi Aug. ann. 1204. è Tabulario Episcopatus Autissiod. *Si contigerit feodum illud & homagium ad Episcopum Autissiodorensem reverti, nos & heredes nostri procuraciones predictas Rehabebimus, sicut prius.* Rursum occurrit in alia ejusd. Regis Charta apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 1108. in Charta Henrici III. Regis Angl. ann. 1226. apud Rymer. tom. 1. pag. 290. col. 1. in Breviario Hist. Pisanae apud Murator. to. 6. col. 170. in Diplomate Wenceslai Regis Bohemiæ ann. 1418. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 88. & alibi passim. Vide Vossium lib. 4. de Vitiis ferni. cap. 20.
- ¶ REHABITIO, Recuperatio. Consuetud. Jacobi Regis Siciliae cap. 23. *Liceat fidelibus & habitatoribus ipsis ea sine licentia aliqua curia & mandato infra & post triduum toto tempore recuperare & habere & utilitatibus suis acquirere, nihil pro recuperatione & Rehabilitatione ipsorum nostra curia vel ejus officialibus exhibendo.*
- ¶ REHABILITARE, In integrum restituere, Gall. *Rehabiler*. Robertus Goulet in Compendio jurium Universitatis Paris. fol. 8. vº. *Cancellarius vagabundos, rebelles, discolos & incorrigibiles scolasticos... ab ipsa Universitate potest refecare, penitentes vero Rehabilitare.*
- ¶ REHABILITATIO, In integrum restitutio, Gall. *Rehabilitation*, in Capitulo generali Ord. Cisterc. ann. 1439. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1597. Bleynianus Institut. pag. 450. *Rehabilitatio*

- fit quando litteris gratia pristinus habitatis status inhabili restituitur.*
- ¶ REHABITIO, Recuperatio. Vide *Rehabere*.
- REHALTO, in Charta Rainaldi Episcopi Noviomensis ann. 1177. Vide in *Groinum*.
- ¶ Sunt autem *Rehalto & Rehauto*, Spicæ non omnino trituratæ, minora stramina, paleæ leviores, quæ rastello aut ventilatione à frumento separantur, Gall. *Hauton & Aulton*. Charta Philippi Flandriæ Comitæ an. 1169. è Tabulario Compendiensi: *Rehaltonem non debet habere nisi nutrituram porcorum Ecclesia habuerit.* Literæ Curia Ambian. an. 1244. ex eodem Tabulario: *Arnulphus major de Herces & uxor ejus recognoverunt se vendidisse Abbati & Conventui Compend. totum carionem, totum pastum, totum hautonem, totum Rehautonem, &c.* Literæ R. Belvacensis Episc. ann. 1247. ibid. *Recognoverunt se permittasse ac concessisse Abbati & Conventui Compend. pastum, carionem, Rehautonem, stramen & omnes alios proventus, quos habere poterant in grangia dictorum Abbatis & Conventus.* Si quid discriminis est *hautonem* inter & *rehautonem*, ille, si bene opinor, in quibusvis purgamentis rastello vel ventilatione à frumento separatis situs fuit, hic autem in eo, quod ex hujuscemodi purgamentis utilius extrahi poterat ad animalium pabulum, puta porcorum, &c. Vide *Halto & Hauto*.
- ¶ REHAUTO. Vide mox in *Rehalto*.
- ¶ REHIBITIO, mendose pro *Redhibitio*, de qua superius, in Chronico Idatii, to. 2. Concil. Hispan. pag. 173.
- ¶ REHISCERE, Contra vel vicissim hiscere. Glossæ Lat. Græc. *Rehisco, ἀντιπροσάγορεύω, ἀντιχάϊω*, vel *ἀντιχάϊω*, ut habetur in MS. Sangerman. Glossæ Græc. Lat. *ἀντιπροσάγορεύω, Resaluto, Rehisco.*
- ¶ REHOSPITARE, Hospitia seu ædes restaurare, reficere. Vide *Exhospitare* in *Hospes*.
1. REIA, Modus agri proscissus, ex Gallico *Raye*; seu, ut Picardi efferunt, *Roie*. Tabularium Pribratus Lewensis in Anglia pag. 21: *Omnis Lanceta, omnis Toftman, & omnis Molman, qui non sedet super Ogeland, debent spargere unam Reiam de fient*, id est, stercoreare debet unam strigam, seu versum, Gallice: *Ils dorvent esprendre du fumier sur une Raie de terre.* [Chartularium Monasterii Aquicinctensis fol. 46. *Debet etiam ei monachus semel in anno carrucam suam accommodare ad quancumque Reiam voluerit.*] Vide *Rega*.
- ¶ 2. REIA, Linea, ordo, Gall. *Raie*. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 27. *Dum in albis ultimis stat in Reia.* Et cap. 28. *Omnes illi qui in Reia stant, quando privatis diebus revestiuntur ad Epistolam sive ad Evangelium, vel ad quodcumque altaris officium, non ideo mutant stationem Reia ad Tertiam.*
- ¶ REIBUS, in MS. Gwelferbyt. Eccardo teste, pro *Reipus*: quod vide.
- ¶ REICERE, pro *Rejicere* sæpius scribitur in veteribus instrumentis vitiosa temporum scriptione, vel pronuntiatione.
- REICOLA, REICULA. Vide *Recula*.
- ¶ REICUS, Idem quod supra *Regus*, Rivus, rivulus. Reparationes factæ in Senescallia Carcaffonæ ann. 1435. è MS. D. *Lancelot: In curando Reicum ad finem, ut aqua plenius currat ad dictum molendinum... in curando dictum Reicum, &c.* Ibidem infra: *Pro preparando & reficiendo le souffre & Reicum ejusdem molendini, & reparando circulum dicte mole, qui in pluribus fregebatur, &c.*
- ¶ REILARE, Piscis, Gall. *Raye*. Vide *Raa*.
- ¶ REINCIDENTIA, Iteratus lapsus, prolapsio;

- Gall. *Rechûte, Recidive*. Chronicon B. Mariæ Bonæ-Spei pag. 336. *Item officii & alii excommunicati omnes cum Reincidentia absolventur, & interdictum latum suspendetur... ut si infra dictum tempus non esset negotium hujusmodi concordatum... ipso facto Reincidunt in excommunicationes vel alias sententias.* Rursum occurrit in Synodo Compostell. ann. 1565. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 110. col. 1.
- ¶ 1. REINCIDERE, Recidere, relabi, Gall. *Retomber*. Litteræ ann. 1219. apud Rymer. tom. 1. pag. 230. col. 2. *Ne me permittatis redire ad leonis fauces, nec Reincidere inter malleum & incudem.* Vide *Reincidentia*.
- ¶ 2. REINCIDERE, Denuo incidere. Chronicon Siciliae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 82. Anno . . . MCCCXVII. . . *prescripti hostes cum galeis novem venerunt Panormum, inciserunt (inciderunt) tonnarias thermarum Panormitanensium... Tonnaria S. Georgii extitit reparata & receptata, quæ postmodum per ipsos eosdem hostes... extitit Reincisa.*
- ¶ REINCIPERE, Iterum incipere, Gallis *Recommencer*, apud Thomam Wallinghamum in Richardo II. & alibi. Breviarium Hist. Pisane apud Murator. tom. 6. col. 168. Anno 1105. *Reincæpta est lis inter Pisanos & Lucenses.* Occurrit alibi.
- ¶ REINCISUS, Iterum incisus. Vide *Reincidere* 2.
- ¶ REINCORPORATIVÆ LITERÆ, Quibus amissa bona recuperantur. Vide *Recaptivare*.
- ¶ REINFEODARE, in Consuetudine Augustæ Aufciorum MS. an. 1301. art. 62. dicitur is, qui rem aliquam sub censu annuo possessam alteri tradit ea conditione, ut eundem censum solvat priori domino, cui census ille debebatur: *Item consuetudo est ibidem, quod, si aliquis teneat rem aliquam sub certo sensu annuo præstando, & ille Reifeodavit alteri, quod potest secundum usum & morem loci prædicti, ita tamen quod ille, cui fuit Reifeodatum, pro parte illi Reifeodata priorem dominum recognoscere teneatur, & sensum præstare; si tertia pars, tertiam partem sensus illius, qui pro tota re præstabatur, si media pars, mediam partem sensus, & sic de aliis secundum magis & minus.* Vide *Feodum*.
- ¶ REINGRATIARI, Gratias agere, rependere. Translatio S. Thomæ Aquinatis, tom. 1. Martii pag. 732. *Reingratiando domino reverendissimo Cardinali. Italis Ringraziare.*
- ¶ REINHABITARE, Iterum habitare. Elogium Jarensonis Abb. S. Benigni Divion. è Necrologio ejusd. Monasterii: *Per ejus siquidem ac monachorum illius industriam Reinhabitari & reedificari ceperunt ville iste, &c.*
- ¶ REINQUIETARE, Idem quod simplex *Inquietare*, Perturbare, inquiete agere. Diploma Rainaldi Archiep. Arelat. pro dotatione Ecclesiæ S. Johannis Bapt. an. 1033. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 401. *Quisquis sit qui contra hoc, ut diximus, Reinquietare aut irrumperere vel violare voluerit, non valeat vindicare quod repetit; sed iram & maledictionem Dei incurrat.*
- ¶ REINTEGRARE, Redintegrare, instaurare, reparare, in pristinum statum restituere. Academici Cruscani: *Reintegrare e Rintegrare, Rinnovare, ritornar la cosa ne' primi termini, rimetterla nel primo essere.* Conventio an. 1125. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 438. *Pro stipata vinea tantumdem confimilis vineæ, donec illa in priorem Reintegretur valorem.* Occurrit in Concilio Trevir. an. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 235. in Literis ann. 1358. apud D. *Secousse* to. 3. Ordinat. Reg. pag. 265. & alibi.

- ¶ REINTEGRATIO, In integrum restitutio, instauratio, in iisdem Literis ann. 1358. laudata pag. Hanc in integrum restitutionem, qua quis vi dejectus à possessione sua, in eam remittitur, *Reintegrande* vocant Practici nostri. Glossarium Juris Gallici in hac voce: *Celui qui a été spolié de sa possession se peut pourvoir par Reintegrande ou action dedans l'an & jour de la spoliation, afin d'être remis & Reintégré en sa possession.*
- ¶ REINTHRONIZARE, Episcopum aliumve in thronum rursus inducere, in dignitatis possessionem iterum mittere. Epistola Agapiti PP. an. 946. apud Marcum Hansizium tom. 1. Germaniæ sacre pag. 197. *Quapropter Reinthronizamus te eidem ecclesiæ Laureacensi.* Vide *Inthronizare*.
- ¶ REINTRARE, Gallis *Rentrer*, Iterum intrare, introire, in possessionem redire, apud Johannem Thwrocium in Hist. Hungar. ad an. 1438. cap. 25. Rymer. to. 2. pag. 195. & 197. Elmhamum in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 64. Thomam *Madox* Formul. Anglic. pag. 127. Murator. tom. 9. col. 906. &c.
- ¶ REINTRATIO, Iteratus ingressus, introitus, apud eumd. Rymer. tom. 5. pag. 262. & 737.
- ¶ REINTRUDERE, Iterum trudere. Constitutio Sixti IV. PP. an. 1479. in Bullario Carmel. pag. 360. col. 1. *In pristinis censuras & pœnas prædictas, a quibus ad cautelam absoluta fuissent, eadem auctoritate Reintruderent, &c.* Recurrit ibidem col. 2. ut & vox *Reintrasio*, eadem significatione.
- ¶ REINVADERE, Iterum invadere, occupare. Bulla Johannis XV. PP. ann. 988. *Ipsam vero abbatiæ (S. Eligii Noviom.)... iterumque à Rodulfo venerabili Episcopo in anteriorem regulam reductam; at eo mortuo à Canonicis male Reinvasam.*
- ¶ REINVESTIRE, Investire denuo seu in possessionem iterum mittere. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 555. *Deinde per judicium ipsorum judicum Reinvestivit me de ipso castello, ac fecit breve testatum ac reversus est Romam.* Additam. ad Chronicon Casaur. ibid. col. 973. *Judices judicaverunt, quod Reinvestiretur superscriptus præpositus... de omnibus rebus de Valva, & aliis rebus, quæ in ipsa Reinvestitione continebantur, per quam ante Reinvestitum fuit superscriptum monasterium.* Literæ Alvisi Atrebat. Episc. ad Lucium II. PP. apud Baluzium tom. 5. Miscell. pag. 422. *Uxore etiam sua, quam sibi ablatam esse dicebat, antequam causam separationis ingrederetur, Reinvestiri petiit.* Rursum occurrit in Literis Eugenii III. PP. ibid. pag. 424. Vide *Investire* & *Vestire*.
- ¶ REINVESTITIO, In possessionem iterata missio, in iisdem Literis Eugenii III. pag. laudata: *Abfque ulla Reinvestitione causam ipsam hinc inde diligenter audias, & remota appellatione desinas.* Rursum occurrit apud Johannem VIII. PP. Epist. 293.
- ¶ REINVESTITURA, Idem quod simplex *Investitura*, Missio in possessionem. Bulla Leonis IX. PP. pro Canonicis Eccles. Tull. apud P. Benoit Histor. Tull. pag. CXXII. *Si enim vestros homines, cujuscumque sexus fuerint, de villis vestris contigit exire, nulli persone, nullo banno sit licitum illos retinere ut suos, nec de illorum posteritate, ubicumque fuerint, fiat, sicut vulgo dicitur belle, Reinvestitura; sed quocumque ierint, liceat eos vobis veluti prius possidere.* Vide in *Investitura*.
- REIPUS, REIPHUS, REIPPUUS, Pretium emptionis viduæ matrimonii causa, in Gloss. ad tit. Legis Salicæ 46. qui inscribitur de *Reippus*, & in quo agitur de matrimonio viduæ. Wendelinus *iteratum matri-*

monium vertit, aitque *iphus*, id ipsum esse quod *Esa*, matrimonium, de qua voce egimus suo loco.

☞ *Reipus*, ut recte animadvertit Schilterus, non est ipsum emtionis pretium, sed multa pretii non soluti, præter legem nuptiis celebratis. Alia fuit summa pretii emtionis, alia *Reipi*. In primo matrimonio pretium emtionis erat solidus & denarius; in secundo, tres solidi cum denario: pœna vero *Reipus* dicta erat 62. solidorum cum semisse. Lex Salica tit. laudato §. 2. *Si vero ista*, quæ pro matrimonio cum vidua contrahendo §. 1. statuuntur, non fecerit, illi, cui *Reipus* debetur, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos LXXII. cum dimidio, culpabilis judicetur. Sed unde nata vox? Facile patescit, inquit idem Schilterus. In MS. Regio in inscriptione & indice rubricarum expresse dicitur *Reipusse*, scilicet à *Reip* sive *Raub* & *Busse*, Multa ob raptum, vel quasi ob raptum. Wendelino succinit Eccardus, non recte.

1. REISA, REYSA, & RESA, Iter, ex Teutonico, *Reyse*, Iter, unde *Reysen*, Iter facere: vel ex Saxonico, *raeye*, Cursus, impetus, præcipitium. Miracula S. Catharinæ Suevicæ: *Equum ascendit, ... & Resam suam sine omni difficultate perfecit.*

Maxime vero hæc vox usurpatur pro expeditione, atque adeo excursione militari. Constitutio Friderici I. Imper. ann. 1187. apud Conradum Upspergensem: *Si in Reisa alicujus Domini, cum ipso Domino cujus est Reisa, aliquis fuerit, qui, ut sapius contingit, incendium fecerit, Dominus ipse cujus est Reisa, jurabit super Reliquias quod non fecerit conscientia vel mandato, vel voluntate sua.* Joan. à Leidis lib. 22. c. 2. *Otto Episcopus Trajectensis de Reisa & profedione Hierosolymitana reversus, &c.* Historia Archiepiscop. Bremensium an. 1350. *Deinde in crastina Gervasii & Protasii Bremenses Reisam facientes in Comitibus, Gerardus Comes infecutus fuerat eos, &c.* Charta Henrici Magnopolensis & Stadgardia Domini ann. 1323. apud Isaacum Pontanum lib. 7. *Rer. Danicar. Servitia etiam ad quæ ipsis Dominis nostris Regibus, & eorum successoribus in Alemannia, ut præmissum est, sumus obligati, etiam infra sex septimanas ab intimatione nobis & heredibus nostris facta, prompta esse debeant & parata: ipsi vero Reges, & eorum in regno Dacia successores, nobis & heredibus nostris parvos equos, quos nos vel homines nostri in servitio ipsorum, & quacunque parte maris amiserimus in eadem Reisa, persolvent.* [Privilegium Mathiæ Regis Bohemiæ pro Monasterio Dorbilucensi, apud Ludewig. to. 1. Reliq. MSS. pag. 509. *Ab omnibus stercoribus, exactionibus, collectis, precariis, bernis, angariis, perangariis, Resis, expeditionibus, & negotiis popularibus, aliisque gravaminibus eximere dignaremur.*] Vide Albericum in Chronic. ann. 1234. Utuntur etiam nostri Scriptores. Olivarius de la Marche: *Tost après ceux de la verte tente & autres Gandois firent une Rese sur les marches de Hainaut.* Willelmus de Lannoy Dom. de Villerval in sua peregrinatione MS. *Je renonçai à l'ordene, par ce qu'il estoit lors anemi des Seigneurs de Prusse, où je aloie en leur armée, que on appelloit pour lors Reze.* Alibi: *Les Seigneurs de Prusse firent Reze sur le Roy de Poullane.* Joan. de la Hogue, in Histor. MS. Principum de Deols, in Biturigibus: *Ils avoient tenu leurs Raifes moult honorablement.* Rursum: *Et s'en allerent sur le pays de Lasto ou ils firent Reze par huit jours, & deservirent bien deux mille de celle gent.* Ex his emendandum Chronicon Senonense cap. 16. *Unde contigit Abbatem istius Monasterii claustrum Mediani-Monasterii constangis ditorum armatorum ita attritum, ut ab Imperatore ammonitus*

armatos in Resam Principis mittere nequiret. Perperam enim editum *Rhedam*.

☞ Non ausum indubitanter asserere, retineri non posse *rhedam* hac notione, ut re ipsa retinet Mabilonius in Actis SS. Benedictin. sæc. 3. part. 2. pag. 480. Ab Armorico *Ret*, Cursus, & *Reda*, Currire, *Rbeda* dicti potuit, ut videtur, pro expeditione militari.

RAISA, Eadem notione. Charta Conradi Ratisbonensis Episcopi ann. 1205. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 232. *Qui in alium sine querimonia violenter per Raissam insultum fecerit, damnum illatum integre restituat.* Adde pag. 237.

RAISOGUELDUM, Idem quod *Herbannum*, Multa irrogari solita ei qui in *raissam* seu *reisam*, id est exercitum, non pergit. Ita Aventinus.

☞ 2. REISA, *Oryza*, Gall. *Ris*, si recte puto. Charta ann. 1342. apud Steyererum in Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis Austriae col. 64. *Sal, ferrum, caseos, oleum, ficus, Reisam, amygdala, uvam passam, species, pisces, ceram, vinum, bladum ... debent ubique per terras nostras & aquas, civitates & villas libere deducere.*

☞ REISSIUS, Species casei. Vide *Rassus*.

☞ REITERATO, Iterum, denuo, lib. 2. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 338.

☞ REIVA, Piscis, Gall. *Raye*. Vide *Rea*.

☞ REJUDAISATIO. Hujus ritus sic describitur in Regesto Sentent. Inquis. Tolosanæ edito per Phil. Limborch. pag. 230. *Postmodum vero reversus est ad Judaysum, sicutque Rejudaysatus secundum morem & ritum Rejudaysationis à Judeis in talibus fieri consuetum, apud Tlerdam abrafo capite & abscissis capitibus unguium manuum & pedum usque ad sanguinem, & facta immersione capitis in aqua currenti.*

☞ REJURARE, Denuo jurare. Charta ann. 1146. apud D. Calmet. to. 2. Hist. Lothar. col. CCCXXVI. *Comes per omnia satisfaciens Archiepiscopo Rejuravit ei fidelitatem, & werpivit in prasentia omnium, qui affuerunt, abbatiam, & omnem de ea calumniam.*

☞ REJUVENESCERE, *Rajouvenir*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. ex Johanne de Janua. Hoc verbum improbat Vossius lib. 4. de Vitiis sermonis cap. 21.

REKETZ, Claustrum piscinarium, in Legibus Hungaricis. Albertus Molnarus.

☞ REKII, Qui pugnabant adversus *Risios*, de quibus infra in *Risus*.

☞ REKPENIS. Constitut. Roberti Dunelm. Episc. ann. 1276. cap. 3. apud Thomam Blount in Nomolexico: *Porro huic sanctioni adjicimus, quod si plures liberi proprium habentes, in parentum pariter familia vivant, ad denarios, qui nuncupantur Rekpenis, minime arceantur, cum sic (f. sicut) communiter intrinsecis aluntur à parentibus, sic in extrinsecis ab eisdem latentur pariter se defendi.* An idem quod *Denarius S. Petri*, de quo supra. Sed vereor ne mendum sit in hoc vocabulo. Vox quidem *Peny* denarium solidumve significat apud Anglos; sed quæ sonet præposita vox *Rek*, prorsus ignoro, nisi forte sit Latinum *Rex*: quo posito *Rek-peny* idem esset quod *Denarius Regis*, seu *Regi solvendus*.

RELAMPTARE, Relucere, ex Græc. λάμπειν. Visio Taionis Episcopi Cæsaraugustani apud Garfiam Loysam: *Ita ab inenarrabili lumine tota Ecclesia extitit perlustrata, ut nec modicum quidem lucerent Ecclesia candelabra, simulque cum ipso lumine una cum vocibus psallentium, & lampadibus Relamptantium introire sanctorum agmina, &c.* Isidorus Pacensis in Chron. æra 680. de eadem visione: *Simulque cum*

isso lumine, una cum voce psallentium & lampades Relampantium introire sanctorum agmina, &c.

¶ RELARGAGIUM, RELARGUERIUM, Provincialibus, *Relarguie*. Quod domino solvi debet pro jure pecorum in pascua & silvas inducendorum. Charta ann. 1463. ex Schedis Pr. de *Mazaugues*: *Pascua sive pastorgagia ac glandagia & Relargueria quacumque . . . vendantur*. In alia ejusd. rei Charta an. 1501. pro *Relargueria* legitur *Relargagia*.

¶ RELASMA. Vox mihi ignota. Vide *Ardus*.

¶ RELASSUS, Spatium in scripto vacuum, ubi scriptura intermissa est, ab Italico *Rilasso*, Intermissio, Gall. *Relâche*. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 220. *Et si dictus notarius, cui dicta breviana, note seu prothocollo, vel scripture fuerint commisse, occasione alicujus . . . abbreviature vel Relassi seu spacii vacui, &c.*

¶ RELATARE, verbum Italicum, Referre, nostris etiam olim *Relater*, ut in Consuetud. Burbon. art. 159. Acta B. Guillelmi Erem. Xiclensis, tom. 1. Aprilis pag. 391. *Ipsa Relatans propter ea quæ suis oculis vidit*. Acta S. Bernardi de Monte-Jovis, to. 2. Junii pag. 1075. *S. Nicolai Relatantis, quod archidiconus factus devicerat demonia*. Constitutiones Synodi Bajoc. ann. 1515. ad calcem libri Johan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 5. edit. 1679. *Injungimus omnibus & singulis decanis nostris ruralibus, ut . . . mandata nostra absque mora exequantur & exequi procurent, atque officariis nostris reportent executata & Relatata*.

¶ RELATIO, Intuitus, respectus, Paulo Jcto leg. 11. Dig. de justit. & jure: *Prator quoque jus reddere dicitur etiam, cum inique decernit; Relatione scilicet facta, non ad id, quod ita Prator fecit, sed ad illud, quod Pratorem facere convenit*. In aliis vero libris juris civilis *Relatio* dicitur Consultatio à iudicibus ad Principem missa in rebus dubiis, ut videri potest lib. 7. Cod. tit. 61. & lib. 11. Cod. Theod. tit. 30. de appellat. & consult. S. Augustinus Ep. 137. *Quæ vel in negotiis secularibus iudices faciunt, quando cause dubitatio ad majorem potestatem refertur, ut pendente Relatione aliquid inde audeant commutare*. Optatus Milev. lib. 1. adv. Donatistas: *Relatio missa est, rescriptum venit*. Adde Symmachum lib. 1. Epist. 41. & 44. Hujuscemodi iudicum consultationes Principi insinuabant Referendarii, hæcque insinuatio seu *expositio*, *Relatio* etiam appellabatur, ut habet Commentator Notitiæ imperii cap. 97. Hæc in jure civili. Sed in jure canonico *Relatio* accipitur pro *Delatione*, quæ fiebat chirographo deferentis ob signata, præsertim ubi de hæresi agebatur. Anastasius Biblioth. in Simplicio PP. *Sub hujus episcopatu venit Relatio de Gracia ab Acacio Constantinopolitano episcopo, & affirmavit Petrum Eutychemianum hereticum, facta petitione ab Acacio episcopo chirographo ejus constructa*. Idem Anast. in Felice III. *Sub hujus episcopatu iterum venit Relatio de Gracia, Petrum Alexandrinum revocatum ab Acacio CPno*. Et infra: *Post annos tres iterum venit Relatio ab Imperatore Zenone, ut pœnitens rediret Acacius*. Idem in Gelasio: *Hujus temporibus iterum venit Relatio de Gracia, eo quod multa mala & homicidia fierent à Petro & Acacio*. Et in Anastasio: *Tunc Festus & Probinus Senatores miserunt Relationem Regi, & cœperunt agere, ut visitatorem daret Rex Sedis apostolicæ*. Rursum in Bonifacio II. *Eodem tempore venit Relatio ab episcopis de constitutione, ut cum consilio Sedis apostolicæ omnia Carthagenensis episcopus faceret*.

RELATIVE, Ex alterius relatione, in Vita S. Antonini Martyris semel ac iterum, *Ut Relative ferretur, Uti Relative percontantur*.

¶ RELATIVUM, Relatio, comparatio. Concil. Tolet. XV. inter Hispan. to. 2. p. 722. *Vir ille in curiosa lectionis transcurfione præteriens, existimavit hæc ipsa nomina, id est Relativum, aut secundum comparisonem humanæ mentis nos posuisse . . . nos autem non secundum hanc comparisonem humanæ mentis, nec secundum Relativum, sed secundum essentiam diximus*.

¶ RELATIVUS, Relationem habens ad alterum, Gall. *Relatif*. *Honos Relativi est ad alterum generis*, apud Arnobium lib. 7. Utuntur S. Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 16. Martianus Capella lib. 4. & alii recentiores, tum Grammatici, tum Logici, sine numero.

RELATORES, Qui querelam ad iudices referunt, in Capitulis Caroli M. lib. 2. cap. 26. *Et quando aliquis ad nos necessitatis causa reclamaverit, ad eos possumus Relatorum querelas ad definiendum remittere*.

RELATORIÆ, Apochæ, seu *Certificationes*, quæ naviculariis dabantur, de relatis ac perlatis speciebus, ab iis qui eas susceperant: *Certificat des ports & voitures. Relatoria traditarum specierum*, in l. 8. Cod. Th. de Navicular. quæ *Securitates* vocantur l. 21. & 26. eodem titulo.

RELATORIUM, Relatio, narratio, in Concilio Bracarenfi I. sub Pancratio primæ sedis Bracarenfis Episcopo sub an. 411. *Proficiscatur unusquisque in locum suum, & confortet fideles, corporaque sanctorum honeste abscondat, & de locis & speluncis ubi posita fuerint, Relatorium vobis mittat, ne per cursum temporis in oblivionem veniant*.

1. RELATUM, Præceptum, *Ordonnance*. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abbat. Corbeiens. lib. 1. cap. 26. *Quibus patris, suis illa rebus explosa, defensor ille à senioribus populi Relatum accepit, ne ulterius de his ulla rerum controversia fieret*.

¶ 2. RELATUM, Charta, scriptum, in quo continetur *Relatio*. In Appendice Marculfi formula 46. inscribitur, *Relatum quod dicitur Apennis*, moxque dicitur *Chartula relationis*. Vide *Apennis*.

¶ RELAXARE, Dimittere, indulgere, Gall. *Relâcher*. Capitul. lib. 5. cap. 369. *Quidquid provincialibus per beneficium Principis tributorum fuerit Relaxatum, ab exactore non requiratur*. Ricardus Relaxavit & quietum clamavit in perpetuum, eidem Roberto & hæredibus suis, redditum duorum solidorum, apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 159. Pluries occurrit in Codice Theodosiano. *Ut rei carceribus reclusi solemnioribus Christi Domini festis diebus Relaxari debeant*, lib. 6. Capitul. cap. 107. *Convenerunt de Relaxando omnes carceratos*, in Chronico Veron. Parisii de Cereta, ad an. 1243. apud Murator. tom. 8. col. 633. Sed hæc vox Latinis nota non absimili prorsus notione.

¶ RELAXARE, Eximere, liberare. Charta Guillelmi Episc. Autissiod. an. 1212. apud Martenium tom. 1. Ampl. Collect. col. 1110. *Dominus Rex personam nostram à servitio exercitus, quamdiu vixerimus, Relaxavit*.

¶ RELAXARE, Alvum purgare. Chronicon Anonymi Salern. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 212. *Quia, ut mihi relatum est, ad Relaxandum portionem potavit*.

¶ RELAXATIO, Remissio. *Relaxatio præscriptionis peremptoria*, lib. 1. Cod. Theod. tit. 2. leg. 3. *Decretum Flavii Regis Toletani privatis sive fiscalibus populis*, tom. 2. Concil. Hispan. pag. 704. *Quascumque exactiones pro hoc negotio pietatis, cuilibet ex vobis, quibus & Relaxatio pietatis nostræ conceditur, quicumque exigere præsumperit . . . in quadruplum . . . restituat*. Occurrit apud Thomam Madox

Formul. Anglic. pag. 12. 333. & alibi. *Relaxatio interdicti*, in Charta Manasserii Aurel. & Guillelmi Autissiod. Episcoporum an. 1112. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1111. Practicis nostris *Relaxatio* dicitur de emissione à custodia: quod etiam *Relaxatio* à *Relaxare* simili significato dici potest.

¶ **RELAXATOR**, Qui *relaxat*, emittit. *Relaxator fluentium*, Cælio Aurel. lib. 2. Acut. cap. 38.

¶ **RELAXUM**, Navium statio, ut arbitror, Gall. *Relâche*. Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feudorum ad calcem pag. ccvii. *Pro Relaxo & pro nave Gornaci paranda, & pro vinea facienda, & pro quadriga, quæ adduxit harnesium apud Feritatem, &c.*

¶ **RELEGENER**, Legendo, relegendo. Notitia an. 850. Marcæ Hispan. col. 783. *Et cum has litteras præfatus Episcopus Relegenter audisset, misit suum assertorem, quod in hac causa in suis iuribus rationabiliter respondisset.*

¶ **RELEGERE LIBERTATEM**, Eam repetere, recuperare, leg. 2. de liber. causa tit. 8. Codicis Theod. *Religier* eodem significato dicitur in Statutis Loffensibus apud Mantelium Hist. Loff. part. 3. pag. 52. *Touchant les biens censaux chargez de cens ou rentes, & que si tels cens ou rentes viennent à se vendre, le propriétaire du fond les pourra Religier* (Practicis nostris *Retraire*) *sans prejudicier au bon droit des amis.*

RELEGIUM, **RELIGIUM**. Charta Communiae S. Richarii an. 1126. in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 135. *Jura nostra, scilicet tallionem de exercitu regis, & pastum ejusdem, & mensuras, & Religia nobis auferre conati sunt. Infra: Et Religia & communiam sicut ante Communiam tenebamus.* [Compositio ann. 1253. è Tabulario ejusdem S. Richarii: *Fundus vero territorii... cum censibus, Relegiis, vendis, oltregiis, furnis eorum, cum exitu & introitu... Conventui remanebit.* Idem est, quod *Relevium*, ut satis patet ex subsequentibus.]

¶ **RELIGIUM IN DISPOSITIONE DOMINI**, Idem quod *Relevium ad misericordiam*. Charta Ursionis Abbatis S. Richarii an. 1185. è Tabulario ejusdem Monasterii: *Hujus conventionis Lambertus & heredes sui, cum unusquisque successerit in hereditatem ecclesie S. Richarii homagium facient, & Religium solvent in dispositione Abbatis & monachorum secundum rationem.*

¶ **RELIGIUM AD NUTUM**, Eadem notione. Charta an. 1239. ex eodem Tabulario: *Pro Religio ad nutum, quod Abbati & Conventui debebant obtinenda in castro S. Richarii sita.*

¶ **RELERE**. Vox *relet* legitur in Lama 2. mendose omnino pro *vel* &, si recte edidit Leibnitijs tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 987.

¶ **RELETUM**. Charta ann. 1190. è Chartulario S. Medardi Sueffion. *Item de bannali venditione vini Prior & Advocatus equam sortientur participationem, de qua Advocatus tertiam solummodo solebat habere partem. Sed Prior habebit venditionem si voluerit ad non Reletum sive ad Reletum, id est, Reech.* Hæc Charta revocatur in Declaratione an. 1320. ubi pro *Reech* legitur *Rest*; quod jus sic exponitur ibidem: *Au Prieur de Donchery & au Voué competent & appartient certain droit Seigneurial nommé & apelé le Ban vin, qui est tel; c'est à sçavoir que ledit Prieur de son octortité, seigneurye, peult & lui est loisible vendre ou faire vendre à détail en la ville de Donchery seize muids de vin, de quelque moyson que ce soit, par chacun an. Vide Bannum vini in Bannum 1.*

¶ **RELEVAGIUM**. Vide mox in *Relevare feudum*.

¶ **RELEVAMEN**, Levamen, solatium. Charta Regiensis an. 1361. è Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Ad omnimodum Relevamen regionum & reginalium fidelium & subditorum tranquillum statum, &c.* Decretum Nicolai Episc. Misnensis an. 1379. pro Monasterio Dobirluc. *In aliquale Relevamen dicto monasterio pure & propter Deum... incorporamus, &c.* Constitutiones Synodi Bajoc. ann. 1515. ad calcem libri Johannis Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 5. edit. 1679. *Injungimus omnibus & singulis Decanis nostris ruralibus, ut cum omni diligentia ad Relevamen subditorum nostrorum, &c.* Adde Statuta an. 1384. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 515. Vide alio significato in *Relevare Feudum*.

¶ 1. **RELEVAMENTUM**, ut *Relevamen*, Levamen, solatium. Petrus de Alliaco de necessitate reform. in Concilio Constant. *Nam si in talibus Principibus paternales non vigent erga suos subditos pietatis affectus, frustra aliorum Principum erga suos munificentia & gratiarum impendia subjectiva sortis Relevamenta prestolari videntur.*

¶ 2. **RELEVAMENTUM**, Idem quod *Relevium*; in re feudali, ut mox dicitur in *Relevare*; sed aliud sonat in Cancellariis, ubi *Relevamentum* appellat, Gall. *Relief d'appel*, dicitur Diploma experiundæ in jure restitutionis. Arrestum Parlamenti Paris. an. 1469. è Tabulario Corbeienfi: *Ipse in mense Junii tunc sequentis certas Relevamenti litteras in casu appellat à nobis impetraverat.* Arrestum aliud Parlamenti Tolosani pro Episcopo Albiensi an. 1498. *Officarii fieri facient crudias & praconisationes in ipsa civitate Albia... excepto de literis Relevamenti in casu appellat.* De relevatione appellationum, vide Bleynianum Institut. pag. 531. & 532.

¶ 3. **RELEVAMENTUM**, *Relevement*, in Consuetudine Metensi tit. 4. art. 31. & alibi, Jus quo is cui fundus secundo oppigneratus est, alterum cui primo oppigneratus fuerat, è possessione illius fundi pro censu non soluto adjudicati disjicit, ei solvendo debitum integrum. Eadem Consuetudo tit. 4. art. 26. *Celui qui est mis en possession de quelque heritage, pour cens non payé, n'en peut estre dejeté que par Relevement & payement en vertu d'iceluy; mais si le possesseur est poursuivi par un rentier premier en hypothèque, en ce cas sera tenu de payer sa rente, ou de quitter l'heritage.*

¶ **RELEVANTES ARTICULI**, Legitimi, validi, probantes. Literæ Sixti IV. PP. ann. 1481. pro Conventu B. Mariæ de Bono-Nuncio Rotomag. ex Archivo ejusdem Cœnobii: *Et quia idem Officialis quasdam positiones & articulos admissibiles & Relevantes pro parte Prioris & Conventus prædictorum exhibitos admittere recusavit, illosque per suam interlocutoriam rejecit, &c.*

¶ **RELEVARE ECCLESIAM**, Ecclesiam denuo exstruere, renovare, restaurare, Gall. *Relever*. Diploma Conradi II. Imp. an. 1140. apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. col. 110. *Conquerens inter alias molestias, quas in Relevanda Ecclesia sua, quæ diu multumque corruerat, patiebatur.*

RELEVARE FEUDUM, Pragmaticis Gallis, *Relever le fief*, est Feudum caducum, vel possessoris morte in domini superioris jus delapsum, illius consensu, & certa & definita exsoluta pecunia hæreditario jure adire, possidere: seu potius in feudi caduci possessionem à domino mitti. Quippe cum ea primum feudorum fuerit conditio, ut non nisi ad vitam & usufructuario utenda à dominis concederentur, qua finita in donatorum jus rursus re-

dibant, factum postea, & usu tacito introductum; ut illa in hæredes transfirent, domino superiore ita consentiente, & caducam hæreditatem in eum transferente, exsoluto certo pretio, quo mediante; hæres caducum prædium relevabat. Lambertus Ardensis pag. 176. *Cum igitur Arnoldus Markinienfis terram qua in Ministerio, sive in Castellaria Brugenfium, & alia qua in Ardea ex parte uxoris sue Adeline sibi à Balduino sororio suo jam mortuo exciderant & contigerant, à jamdicta Flandria Comitissa repostularet, & Relevare, uti adhuc moris est & consuetudinis usus, vellet, &c.* [Charta an. 1229. è Chartulario S. Aviti Aurel. *Concessimus etiam & volumus, quod hospites censive propter mutationem prebende Relevare nullatenus teneantur.*]

RELEVIVM; Cowello lib. 2. Instit. Anglic. tit. 3. §. 17. 19. est Servitus realis sive patrimonialis, tam ad feudum militare, quam foccagium spectans, qua feudatarius tenens per servitium militare, sive mas, sive fœmina, qui die mortis antecessoris sui justam ætatem complevit (ille scilicet vicesimum primum, hæc decimum quartum annum) certam pecuniæ summam solvere tenetur. Qui vero per focam; id est per aratrum tenet, quidquid annui redditus domino pendit, tantumdem relevii nomine pendet; &c. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 1. *Et ibi omnes Barones concesserunt sibi wardam, & Relevivum, de hærede cujuscunque Baronis defuncti ad sustentationem Domini Regis.* Charta Libertatum Angliæ Henrici I. *Si quis Baronum meorum seu Comitum, sive aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit; hæres suus non redimet terram suam, sicut faciebat in tempore fratris mei: sed legitima & justa Relevatione Relevabit eam. Similiter & homines Baronum meorum justa & legitima Relevatione relevabunt terras suas de Dominis suis.* Bracton. lib. 2. tract. 1. cap. 36. §. 11. *Cum homagia facta fuerint, & fidelitatis sacramenta, ab illis qui plena ætatis extiterint, oportet statim quod tenementum quod fuit in manibus antecessorum, & hæreditas quæ jacens fuit per eorum decessum, Relevetur in manus hæredum, & propter talem Relevationem facienda erit ab hæredibus quedam præstatio, quæ dicitur Relevivum; de feodis militariis & serjantiis, & aliis de quibus fit homagium, & regale servitium, vel de skagiis, de quibus jure nullum fieri debet homagium.* [Placitum inter dominum & incolas de Hedingdon; apud Kennettum ad an. 1292. Antiq. Ambrosden. pag. 319. *Præterea cum eas (f. quis) eorundem hominum integram virgatam terra tenens decesserit, hæres ejus per duplicationem sui redditus annualis, & per quatuor solidos terminum ultra Relevabit, & qui minus tenuerit de una virgata, ultra redditum suum duplicatum, minus det secundum quantitatem tenementi sui.* Adde Relevationem Comitatus Loffensis an. 1323. apud Jo. Mantelium part. 2. Hist. Loffensis p. 18. & seqq. Hinc emendanda Charta Gervasii Cenoman. Episc. an. 1038. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1038. *Concedo altare capella... tali tamen ratione, ne in futuro constitutio illa violari possit, ut subinde per vicarium à monachis prædicti monasterii teneatur; quo defuncto, alius ab Episcopo... subrogetur, nihil de Revelatione ultra xx. solidos exigendo.* Legendum Relevatione, ut & in alia Charta ann. 1212. ibidem col. 838. *In his maneriis seu villis habebit ipse Abbas sicut dominus Revelationes & hominia & duellia.*] Charta Theodorici Comitissæ Flandriæ ann. 1147. in Tabul. S. Bertini: *Necnon de eisdem mansuris debitum quod vulgo Relief dicitur, quod in quinque solidis ab iis qui aliis morientibus in possessione succedunt, dari statutum est, &c.* Tabularium Majoris Monasterii:

Justum esse ut Relevaretur, quando quidem esset defunctus. Vide Regiam Majestat. lib. 2. cap. 68. 70. 71. 72. [Matthæum Paris ad an. 1215. in Charta Libertatum à Rege Johanne concessarum.] Bractonium loco laudato, Brodæum in Consuetud. Parisiensem art. 47. & cæteros Practicos.

RELEVEIVM; Eadem notione. Charta Richardi Regis Angl. an. 1190. apud Marten. tom. 1. Amplif. Collect. col. 990. *Cum servitiis & homagiis & Releviis, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis, &c.* Chartularium SS. Trinitatis Cadom. fol. 70. *Idem debet adhuc duo Relevia de mortibus patris & fratris sui.*

RELEVIVM RATIONABILE, & Legitimum, dicitur illud quod à Lege statutum; vel Consuetudinè inductum est, ut distinguatur ab eo *Relivio* quod à domini arbitrio pendet, quod *Relief à mercy* vocant. [Rationabile Relevivum legitur in Charta Regis Angl. apud Kennettum ad an. 1346. Antiquit. Ambrosden. pag. 469.] *Legitima & justa Relevatio*, in Charta Henrici I. Regis Angl. ann. 1100. & antiquum Relevivum appellatur in Charta Magnæ Henrici III. in Legibus Kanuti Regis cap. 97. *Justa Relevatio, quæ Anglice vocatur Hereget.* [Jus Relevii, in Constitutionibus Frederici Regis Siciliae cap. 110. *Relevivum capitalium dominorum*; in Charta an. 1231. tom. 1. Chartularii S. Vandregefilii pag. 414.] Ejusmodi sunt relevia apud Anglos, de quibus in Charta Joannis Regis de Libertatibus Angliæ apud Matth. Paris an. 1215. pag. 178. *Si quis Comitum vel Baronum nostrorum sive aliorum tenentium de nobis in capite per servitium Militare; mortuus fuerit; & cum decesserit, hæres suus plena ætatis fuerit, & Relevivum debeat, habeat hæreditatem suam per antiquum Relevivum: scilicet hæres vel hæredes Comitissæ de Baronia integra per centum libras; hæres vel hæredes Baronis de Baronia integra centum marcas; hæres vel hæredes Militis de feudo Militis integro per centum solidos ad plus, & qui minus debuerit, minus det secundum antiquam consuetudinem feudorum.* Vide Glanvillam lib. 9. cap. 4.

RELEVIVM COMITIS, apud Anglos; quod ad Regem pertinebat, olim erat 8. equorum ephippiatorum, & frenis instructorum, 4. loricarum; 4. helmorum; seu galearum, 4. scutorum, 4. hastarum, & 4. gladiatorum præterea, 4. equorum venatoriorum & palefridorum frenis instructorum. Ita Leges Kanuti Regis cap. 97. Willelmi Nothi vernaculæ cap. 22. & Henrici I. cap. 14.

RELEVIVM BARONIS; seu *Thaini*, 4. equi, duo fellati & 2. infellati, & 2. gladii, & 4. lanceæ; & totidem scuta, & galea cum lorica, & 50. marcæ auri.

RELEVIVM VAVASSORIS, seu *mediocris Thaini*, equus parentis, qualem habuit tempore mortis suæ; ejusdem lorica, helmus, scutum, lancea & gladius. Vide Legem Longobard. lib. 3. tit. 8. §. 4.

RELEVIVM VILLANI, Melius animal quod habueritis, sive equus sit, sive bos, sive vacca, quod facto recipitur villanus in franco plegio. Ita reddendum fuit caput 29. Legum Vernacul. Willelmi Nothi. Vide *Heriotum*.

RELEVIVM FEUDI MILITARIS, seu quod debet servitium integri Militis, est 100. sol. quod dimidii, 50. sol. apud Littletonem sect. 112. *Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 34. Et si doit on savoir que par toute Normandie Relief est generalement determiné en fief de Haubert par quinze livres: en Barroie par cent livres: es terres gaennables est fait Relief par douze deniers l'acre.*

In plerisque Consuetudinibus municipalibus Galliae *Relevium* feudorum in linea directa non exsolvitur: in aliis, ut Ambianensi art. 7. *Relevium* est 60. solidorum Paris. pro feudo plani hominii: 10. vero librarum pro feudo, quod in *Pariam* tenetur. At in collateralibus *Relevium* fere semper est redditus feudi annualis.

☞ In Edicto S. Ludovici Franc. Regis ann. 1235. apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinatio pag. 55. Ordinatum fuit ad relevationem malarum consuetudinum, quod de patre ad filium, vel alio modo, quando Relevare convenerit, nisi finator possit finire cum domino suo, dominus tenebit domanium suum per annum, si ibi sit terra arabilis, quae culta sit. Dominus capiet medietatem de vineis cultis, & si culta non essent, dominus eas coleret, & fructus perciperet. His subjungitur quid pro vivariis, garennis, nemoribus hominibus, qui talliam deberent, & retrofeudis percipere debeat dominus ratione relevii: quae, si opus est, ibi vide.

Relevia denique ex peculiari feudi singularis conditione diversa quandoque sunt, nec Legi municipali obnoxia. Alia enim debent pro relevio *cyrogrillum*, ut in Hist. Episcoporum Lodovensium pag. 118. Alia *soleas ferras*, in eadem Hist. pag. 156. & Perticensi pag. 228. Alia *accipitrem*, apud Loricium in Chronico Belgico, & in Hist. Lodov. pag. 170. Alia *cervum*, in eadem Hist. pag. 201. & apud Cironum lib. 1. Observat. Juris Canon. cap. 5. Alia *calcaria aurea*, in Hist. Perticensi pag. 228. Turenensi pag. 59. Alia *clypeum cerae*, apud Sanjulianum in Hist. Burgund. pag. 250. 251. Alia *marcam argenti*, apud Galandum de Franco Alodio pag. 106. Alia *saleam*, ut in Charta ann. 1590. legitur. [Alia decem libras Abbati domino feudi & pallium Cambellano, tom. 3. Annal. Benedict. pag. 277. Alia equum centum solidorum aut centum solidos, tom. 4. eorundem Annal. p. 412.] Mitto alias quasdam ridiculas releviorum seu hominiorum conditiones, quas subinde abrogarunt arresta Parliamentorum, cujusmodi est illa, de qua in voce *Bombasus*.

RELEVIVM AD MISERICORDIAM, Gall. Relief à mercy, quod domino praestatur ab haerede ad rehabendum feudum paternum, ad ejus arbitrium, quae quidem praestatio ad annum feudi redditum postea redacta est. *Relevoisons à plaisir*, in Consuetud. Aurelianensi art. 115. 116. 121. 122. Vide Chartam Baronum Pictaviensium ann. 1269. apud Galandum de Franco alodio pag. 67. ubi pag. 68. pro, *de leurs doubles*, emendandum ex originali, *cens doublez*; & pag. 69. *aucuns des songiez*, legendum, *subjects sans moyen*.

RELEVAGIVM, Idem quod *Relevium*. [Literae Conventus S. Michaelis in Periculo maris ann. 1217. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 862. *Exceptis placitis, Relevagiis & servitiis vavassorum ad equum, & aliis escaretis in predictis maneriis, quae nobis volumus reservari.*] Charta Roberti Advocati Atrebatensis an. 1245. apud Lindanum in Teneraemunda: *Et omnia jura quae habere debet dicta Ecclesia Cameracensis in introitibus, exitibus, venditionibus, & emptionibus, & Relevagiis omnium terrarum, & aliorum quorumcumque in tenemento suo, &c.*

RELEVAMEN, Eadem pariter notione. Charta Balduini Comitis Flandriae ann. 1201. in Tabulario S. Bertini: *De eisdem mansuris Relevamen 5. solidorum.* Vide *Rachetum*, [& mox *Relevator*.]

RELEVAMENTUM, *Relevement*, in Consuetud. Lotharena tit. 16. art. 9. Domesday: *Quod Thaimus vel Miles Regis dominus moriens pro Relevamento di-*

mittebat Regi omnia arma sua, & equum unum cum sella, alium sine sella; quod si essent ei canes vel accipitres, praestabantur Regi ut si vellet acciperet. Vide *Heriotum*. Tabularium Vindocinense ch. 53. Notum sit quod manus firmam, quam dedit nobis D. Otbertus moriens apud Vindocinum, calumniatus est nobis Gaufridus de Turniaco; dicens nos debere Relevamentum dare secundum pretium terrae, & habere Vicarium in ea; sed cum veniremus in judicium, disertum est & definitum, Relevamentum illius terrae non esse nisi de pretio 100. solidorum, id est 8. solidos & 4. denarios, nec debere esse in ea Vicarium. Actum anno 1071. [Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 70. Notum sit omnibus tam praesentibus quam futuris, Hugonem de Lupi-saltu & uxorem suam, Mariam nomine, dedisse monachis S. Vincentii in elemosina Relevamentum altaris ecclesiae de Soldiaco; idem namque Hugo excommunicatus erat, & tota familia sua, pro preda monachorum de Soldiaco, quam pro eodem Relevamento rapuerat: sed tandem predicta uxore sua gravi egritudine oppressa, quae & mortua fuit, de cujus hereditate erat Relevamentum supradictum, Hugo & mater ejus uxoris, nomine Mathildis, & eadem uxor sua supradictum Relevamentum dederunt & concesserunt monachis S. Vincentii, & absolutionem excommunicationis jussu domini Ildeberti episcopi acceperunt. De ventis & Relevamentis occasione transmutationis, in Statutis Collegii Sagiensis an. 1427. apud Lobinellum tom. 5. Hist. Paris. p. 698. col. 2.] Vide Notas ad Vitam B. Bernardi Abbatis Tironensis pag. 273.

RELEVATIO. Tabularium Vindocinense ch. 1038. *Nihil de Relevatione ultra 15. solidos exigendo.* Charta Henrici I. Regis Angl. an. 1100. *Si quis Baronum meorum, Comitum, vel aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit, haeres suus non redimet terram suam, sicut facere consueverat tempore patris mei, sed iusta & legitima Relevatione relevabit eam.* Radulfus de Diceto an. 1137. *A Militaribus viris homagium, Relevationes; ab hominibus inferioris manus fidelitates extorsit.* Sugerius Epist. 57. ad Regem Ludovicum: *Causas & placita vestra, tallias & feodorum Relevationes, victualia etiam sperantes in reditu vestro, reservamus.* [Relevatio terrarum, in Charta ann. 1278. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 182.] Adde Epistolam 238. [Stephani Tornac.] 2. edit. ubi perperam editum est *Revelationibus. Relevoison*, in Consuet. Aurelian. art. 281. Monstroliensis art. 8. Vimacensi art. 1. Normannica cap. 31. 33. 34. 35. [Vide Relevatio 4. & Redemptio 2.]

RELEVATOR, Cliens obnoxius relevio. Edictum S. Ludovici ann. 1235. paulo ante laudatum: *In retrofeudis venientibus infra annum dominus habebit Relevamen, & in fine anni pro quolibet retrofeudo habebit servitium quatuor Parisiensium, quas Relevator tenebitur reddere domino. Et si dos fuerit in quolibet feudato Relevato, faciet satisfactionem secundum valorem dotis.*

RELEVATUM, Idem quod *Relevium*. Charta an. 1221. tom. 2. Chartularii S. Vandregesili pag. 1367. *Et si dominus Rex, vel dominus de Granville, vel aliquis dominus principalis, thalliam, vel Relevatum, vel servitium, vel auxilium de predicto tenemento exegerit, unde justitia dictante satisfieri oportuerit, ego de meo proprio dominico totum praesatum tenementum acquietabo, & ab monachis... nichil omnino exigere potero.*

RELEVATUS, Eadem significatione. Idem Chartularium tom. 2. pag. 2068. *Decem libras Andegavenses dabit nobis pro Relevatu.*

1. RELEVATIO, Hora qua Monachi è lecto exsurgunt:

furgunt: *Heure de relevée* appellamus horam pomeridianam, qua ex somno meridiano exsurgit solet. Miracula S. Aigulfi Abb. Lerin. cap. 6. *Postea Relevatio pulsatur, &c.*

- ¶ 2. RELEVATIO, Restitutio in meliorem statum, fortunam. Diploma Gerlaci Archiep. Moguntini an. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 514. *Fridericus episcopus Ratisbonensis, necessitatibus quam multis pressus & oneribus debitorum, ad Relevationem ipsius, & ut suam & ejusdem suae Ecclesiae conditionem facere posset meliorem, &c.* Eadem notione dicimus *Relever la fortune de quelqu'un*. Vide alio significatu in *Relevare feudum*.
- ¶ 3. RELEVATIO, Græce ἀνωλισημὸς, proprie Percollatio, expurgatio; metaphorice vero animi relevationis seu recreatio post afflictiones. Vetus Interpretes S. Irenæi lib. 1. cap. 14. num. 8. novæ edit. *Et propter hoc quando in doloribus & calamitatibus anima fuerit, in Relevationem suam dicitur in signum laudationis: ut cognoscens illa quæ sursum est anima, quod est cognatum suum, adiutorium ei deorsum mittat.* Vide notam Editoris in hunc locum.
- ¶ 4. RELEVATIO, Refectio, sumtio cibi. Memoriale Visitatorum Monasterii Mellic. ann. 1451. in Chronico ejusdem Cœnobii pag. 426. col. 2. *Die Parasceves pro Relevatione fratrum detur singulis aliquid coctum, videlicet prodium (brodium) de fursure, vulgariter Stob, vel de pisis, non tamen nisi sale conditum.* Charta ann. circiter 1055. apud Martenium tom. 1. Ampliff. Collect. col. 437. *Hac ergo de causa Ecclesiarum omnium, quas Cœnobitæ (S. Vincentii Cenoman.) tunc habebant, vel habituri erant, synodales exactiones, circuitiones, Relevationes omnes, excepto illius forisfacti vadimonio, ubi Ecclesiae convenit reconciliatio, ab episcopali jure & dominio in monachorum jus & dominium libera auctoritate transtulit & habere concessit (Gervasius Cenoman. Episcopus.) Relevationes hic idem esse quod relevia, seu relevamenta dicitur in Onomastico ad calcem tomi 9. ejusdem Ampliff. Collect. sed cum hic agatur de juribus Episcopi in subditas Ecclesias, inter quæ jura nusquam, si bene memini, recensentur relevia, sæpissime vero procurationes seu refectiones, malim hic relevationes interpretari procurationes, refectiones, seu jura pastus, quam relevia. Vide *Procuratio* 1.*
- ¶ RELEVATIO APPELLATIONUM, Gall. *Relief d'appel*. Vide supra *Relevamentum* 2.
- ¶ RELEVATIO EXPENSARUM, Earum restitutio, compensatio. Visitatio Simonis Archiep. Bituric. an. 1285. apud Stephanotium tom. 13. Fragm. Hist. MSS. pag. 389. *Priori ad Relevationem expensarum procurationis predictæ dedit sex libras Turonenses.*
- ¶ RELEVATIONES FEMINARUM, Mulierum, Purificationes post partum, cum primum eunt ad Ecclesiam, & quidquid ex his purificationibus obvenit Sacerdotibus, Gallice *Relevailles*. Chartularium Monasterii S. Sulpitii Bituric. fol. 22. Eudoni abbati S. Sulpitii Evrardus concedit omne *sevum presbyterale intra & extra ecclesiam Nobiliacensem, hoc est, offerendam, sepulturam, baptisterium, Relevationes feminarum, benedictiones sportarum & nuptiarum, visitationes infirmorum, confessiones, &c.* Charta Hugonis Episc. Autissiod. ann. 1143. pro Canonicis Clameciaci & Capellano parochiæ: *De visitatione, de baptismo & de peris totum ipsius erit... & de Relevationibus mulierum, quidquid illa obtulerit, suum. De nuptiis prandium habebit.* Vide *Purificatio*.
- ¶ RELEVATIO MONETÆ, [Tributum à vassallis & tenentibus domino solutum unoquoque triennio,

ut monetam non mutaret. *Relevatio moneta, qua tertio anno à nobis exigitur*, in Charta Ludovici Junioris Regis Franc. an. 1159. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 216.] Vide *Monetarium*.

- ¶ 1. RELEVATUM, Reliquiæ ferculorum, quæ post prandium vel cœnam è mensa colliguntur pauperibus distribuendæ, Occitanis *Relheu*, Gallis *Relief*. Ordinatio Humberti II. an. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 406. col. 1. ubi de distributione eleemosynarum: *Et nihilominus fragmentum vel Relevatum hospitii distribuatur die qualibet inter pauperes personas, prout legalitati eleemosynarii videbitur faciendum.* Transactio inter Abbatem & Monachos Crassenses an. 1351. ex libro viridi f. 53: *Residuum panum, quod superest, datur (pauperibus) amore Dei cum fragmentis sive Relheu, quod levatur de mensa monachorum in refectorio, & cum lo Relheu, quod debent recipere helemosynarii minores de aula abbatis... similiter vinum de Relheu refectorii monachorum & aule didi domini abbatis, cum lo Relheu scutellarum & aliarum rerum datur.* In foro Beneharnensi *Relheu* idem est quod *Relevium*, nostris etiam *Relief*.
- ¶ 2. RELEVATUM, RELEVATUS; Gall. *Relief*. Vide *Relevare feudum*.
- ¶ RELEVEIA, Pomeridianum tempus, Gall. *Relevée*; hinc Practicis nostris, à *deux heures de Relevée*, hora post meridiem secunda. Charta Thomæ Abb. S. Germani de Pratis ann. 1248. de manumissione hominum de Antoniaco, è Tabulario Sangerm. *Jarbas culturarum nostrarum... cum equis suis & quadrigis per unum diem usque ad nonam, vel per duas Releveias... adducere tenebuntur.*
- ¶ RELEVEIUM, RELEVIVM, Gall. *Relief, Rachat*. Vide in *Relevare feudum*.
- ¶ RELGAGOGIÆ, τῆς ἀποδιέξεως, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. *Religatoriæ*, Cujacio. Legendum est cum Vulcanio *Relegatione*, τῆς ἀποδιέξεως.
- ¶ RELIA, Monetæ species, ut videtur. Acta consecrationis Ecclesiarum S. Stephani & S. Martini in Rivo-ferrario, Marcæ Hispan. col. 948. *Tertias atque paradas & ad synodum primum Relias tres, & ad alium synodum Relias tres, & omnes redibitiones ecclesiasticas... persolvi non differant.* Vide infra *Synodaticum*.
- ¶ RELIBERARE, Iterum liberare, seu tradere. Charta an. 1502. apud Rymer. tom. 13. p. 53. col. 1. *Litteras... hinc inde deliberatas & receptas iterato Reliberare... loco dictarum litterarum sic in eventu Reliberatarum, &c.* Vide *Liberare* 2.
- ¶ RELIBERATIO, Restitutio. Litteræ Henrici V. Reg. Angl. an. 1416. super jocalibus invadiatis, apud Rymer. to. 9. p. 405. col. 2. *Nobis supplicavit, ut Reliberationem colerii predicti, in forma predicta nobis factam, recordari... Reliberationem colerii predicti nobis factam, & in custodia nostra, ut pramittitur, dimissam, recordamur & per presentes testificamus.* Statuta Placentiæ lib. 4. fol. 40. vº. *Omnia seglaria seu foramina vel meatus, in quibus mittitur vel mitti potest aqua in aliquam viam publicam civitatis, habeant horificium & foramen, ex quibus exit aqua, juxta terram; ita quod exitus vel Reliberatio non ledat transeuntes.* Ubi *Reliberatio*, si ad aquam refertur, est quasi ipsa aquæ restitutio seu rejectus; si vero ad foramen, unde exit, ipse meatus est, quo aqua rejicitur seu emittitur.
- ¶ RELICTA, & DERELICTA, Vidua. Gloss. Saxon. *Derelicta*, laf, vel forla den pi. id est *vidua*, vel *vidua relicta*. *Relicte*, in Consuetudine Calniacensi artic. 25. [& in Literis Guillelmi Episcopi Lingonens. ann. 1358. apud D. Secousse tom. 3.

Ordinat. Reg. pag. 663.] Lupus Ferrar. Epist. 119. *Relicta memorati viri, &c.* Occurrit in Concilio Epaonensi cap. 30. Agathensi cap. 61. Arvernensi cap. 12. Aurelianensi III. cap. 10. Autisiodor. cap. 22. 29. in Chronico Reichersp. p. 83. 189. apud Gregorium M. lib. 5. Epist. 37. Leonem Ost. lib. 2. cap. 9. & alios passim. In Tabul. Nantoliensi in Pictonibus ann. 1373. *Marguerite de la Rosche deguerpie de feu Hymon jadis Seigneur de Autre.*

LICTA, pro *Relicta*, vidua. Vetus Epitaphium in Ecclesia S. Mariæ de Sannaci Barenfi apud Beatilium lib. 1. Hist. Barenfis:

*Hic pia Licta jacet, meritis generosaque valde,
Barde sublimi juncta*

Da proli terra, Christe Deus requiem. Mo. 5.

RELICTIO, Gurpitiu, Gall. *Delaissement*. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu f. 45. *Fecit donum & Relictionem de 2. casalibus, quos habebat, &c.* Ita etiam fol. 52. 59. [Charta cessionis Eccl. S. Juliani in Episcopatu Lugdun. an. 1096. *Dominus autem Hugo Lugdun. Archiep. statim cum hac Relictio facta est, dedit eam monasterio Casa Dei. Relictio hereditaria & paterna traditio, in Actis SS. tom. 3. Martii pag. 388.*]

RELICTUM, Legatum, Gall. *Legs*. Sententia arbitraris inter Archiepiscopum, Capitulum Arelat. & Monasterium S. Cæsarii ann. 1221. è Schedis Præsidis de *Mazaugues: Interdictum . . . ne . . . sepe- virent . . . nisi propinqui defuncti prius tertiam partem omnium Relictorum pro anima sua Ecclesie Arelatensi solverent pro canonica portione. Declaratio Cardinalium in caput 3. Sessionis 24. Concilii Trident. Episcopus potest ex consuetudine exigere veluti tricesimum ex Relictis piis ratione visitationis testamentorum.*

RELIDERE, Repulsare, repercutere. Fortunatus in Epistola præfixa libro 1. Poematum: *Sola saepe bombicans barbaros leudos harpa Relidebat. Rursum utitur lib. 5.*

RELIGARE, Solvere, Gall. *Delier*. Jacobus Cardin. in Vita S. Petri Cœlestini to. 4. Maii p. 459. *Subigit si causa recessum
Sufficiens, neque causa levis, Religare ligatum
Hunc poterit passim: clauduntur nexibus ala.*

Notum est Latinis dici contraria notione, unde *Religare librum*, Gall. *Relier un livre*, Librum compingere, in Computo MS. Bibl. Reg. an. 1245. *Pro quodam Romano Religando & pro historio de Retrevaux xx. f. Hinc*

RELIGATOR LIBRORUM, apud Robertum Goulet in Compendio jurium Universitatis Paris. fol. 11. vº. Concinnator librorum, qui libros compingit, Gall. *Relieur*.

RELIGIO, Vita Monastica, seu voto, ut vulgo dicimus, religionis adstricta. Salvianus lib. 3. ad Eccles. Cathol. *Illud durius ac molestius, quod quidam, ut arbitror, filiorum tuorum sub Religionis titulo à Religionem dissentiunt, & habitu magis seculum relinquunt, quam sensu. Eodem Libro: Licet de conversorum venerabili choro esse videaris, licet Religionem vestibus simules, &c.* Zachæus in Consulatu lib. 3. cap. 3. de Continentibus: *Fides calida est, non tamen fervens, & mens religiosa, non Religionem penitus addicta.* [Capitulare an. 823. & lib. 2. Capitulum cap. 4. *Ut in monasteriis . . . sancta Religio observata fiat.*] *Religionem suscipere*, in veteri Epitaphio, Lugduni: *In hoc tumulo conditur bonæ memorie Severianus, qui Religionem devota mente suscepit, sic quem anima ad authorem Dominum remeante terrena membra terris reliquit, exactis vita annis xxxii. obiit pridie Idus Augu-*

stas; resurgit in Christo Domino nostro post Consulatu. Longini bis & Fausti. Ulgerius Scholasticus, deinde Episcopus Andegav. in Epitaphio Marbodi Episc. Omnes persona qua sunt in Religione,

Ingenuere nimis planctibus & lacrymis.

Sugerius Abb. S. Dionysii Epist. 163. *Hæc duo potissimum amplexatus sum, videlicet de statuenda Religione in B. Genovesa Parisiensis, & nobili Compendiensi Ecclesia.* Hugo Flaviniac. in Chronico pag. 262. *De Ecclesia S. Martini Religionem exturbavit, & secularitatem introduxit.* [Adde Vitam S. Adelheidis Abb. sæc. 6. Benedict. part. 1. pag. 141. 147. S. Bernardum Epist. 352. edit. 1690. tom. 1. col. 320. Statuta Ludovici Regis Franc. an. 1154. tom. 1. Anecd. Marten. col. 438. Thomam Madox Formul. Anglic. p. 50. Lobinellum tom. 3. Histor. Paris. in Glossario, &c.]

RELIGIO, pro *Religiosi*, seu potius *Viri ecclesiastici*. Confirmatio manumissionis servi factæ à Remigio Archiepisc. Lugdunensi per Carolum Regem Burgundiæ filium Lotharii Imp. tom. 12. Spicilegii Acheriani: *Ut si quid reliqui manumissi, qui à Religionibus hoc modo noscuntur esse relaxati atque ingenui, &c.* Adde S. Ferreolum in Regula cap. 5. S. Fructuosum in Regula cap. 14. &c.

RELIGIO DEI, Dei cultus, apud veterem Interpretem S. Irenæi lib. 1. cap. 16. num. 3.

HOMO RELIGIONIS, Religiosus. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18. *Hic admonere volumus nullo modo licere homini Religionis vestimentum aliquod pro vilitate, id est nec pro forma, nec pro pretio respuere.*

RELIGIOSI, Voto religionis adstricti. Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei: *Multi etiam Religiosi, imò sub specie religionis vitiis secularibus mancipati: qui scilicet post veterum flagitiorum probrosa crimina, titulo sanctitatis sibi in scripto, non conversatione alii, sed professione nomen tantum demutavere, non vitam: & summum divini cultus habitum magis quam actum existimantes, vestem tantummodo exuere, non mentem. Idem in Præfat. librorum ad Eccl. Cathol. Idem morbus hic non secularium tantum est, sed etiam eorum qui sibi nomen Religionis usurpant. Et lib. 2. ad Eccles. Cathol. *Intelligent omnes Religiosi non satis se Deo reddere, etiam si universas dederint facultates, quia licet sua cuncta dispensent, ipsos se tamen debent. Eodem lib. Religio scientia est Dei, ac per hoc omnis Religiosus hoc ipso quod religionem sequitur, Dei se voluntatem nosse testatur. Professio itaque religionis non aufferit debitum, sed auget: quia assumptio Religiosi nominis sponso est devotionis: ac per hoc tanto plus quispiam debet opere, quanto plus promiserit professione, &c.* Adde lib. 3. ubi de bonis religiosorum agit, & lib. 4. Concilium Tolet. IV. cap. 53. *Religiosi proprie religionis, (forte Religionis) qui nec inter Clericos, nec inter Monachos habentur, sive hi qui per diversa loca vagi fuerint, ab Episcopis . . . coërceantur.* Will. Brito lib. 1. Philippid.*

*Nil toga ruricola, nil frocus Religioso,
Nil fragilis sexus mulieri, nil sacer ordo,
Presbytero prodest.*

Vide Gerbertum Epist. 88. [Kennettum in Glossario ad calcem Antiq. Ambrosden. & Thomam Blount in Nomolexico, Acherium tom. 8. Spicil. pag. 384. &c.]

RELIGIOSA, Sanctimonialis, apud Gregorium M. lib. 7. Epist. 28. *Adeodata ancilla Dei, mox eadem Religiosa dicitur.* [Religiosa femina, in Capitulari Ingilenheim. an. ut conjicitur, 826. cap. 4. lib. 5. Capitulum cap. 385. lib. 6. cap. 100. & alibi]

passim. *Religiosa mulier*, lib. 5. Capitul. cap. 388. & alibi.]

¶ RELIGIOSUS LOCUS, in quo mortuus sepultus est, in vet. Vocabulario juris utriusque. Et alio in loco: *Res Religiosæ sepulchra sunt, in quibus homines sepeliuntur.*

¶ RELIGIOSA VESTIMENTA, Ecclesiastica, sacra. Ordo Rom. apud Mabillonium tom. 2. Musei Ital. pag. 93. num. 8. *Ingrediuntur Pontifex & levita in sacrarium, & induunt se vestimentis Religiosis, cum quibus debent celebrare Missarum sollempnia.*

¶ RELIGIOSITAS, Religio, pietas: Miracula S. Walarici, tom. 1. Aprilis pag. 26. *Mulier vero quædam religiosa in templo orabat, quæ, si fas est credi Religiositati, veraciter affirmabat, &c.* Epistola Benedicti IV. PP. apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 436. *Sancitati seu omnium Christianorum Religiositatibus notum esse volumus, &c.* Pro pietate erga Deum etiam utitur Zeno Veron. in Sermonem de S. Arcadio Martyre. Vide *Superstitia*.

¶ RELIGIOSITAS, Idem quod Religio, Vita Monastica. Additam. ad Leges Ludovici II. Imperat. apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 161. col. 1. *Femina vero quæ habitum religiosum aut velamen obtentu Religiositatis susceperit, &c.* Charta Gaufridi Comitum apud Baluzium tom. 7. Miscell. p. 229. *Insederat itaque meo cordi jam inde ab adolescentia, si quos agnovèram Religiositatis sacra pura devotione cultores, sedulitate mira colere... interea suggeritur mihi ab hujusmodi quibusdam, quos vel maxime verebar offendere, monachos dico, &c.*

¶ RELIGIOSITAS, Titulus honorarius virorum religiosorum. Abbati Farfensi tribuitur in Bulla Paschalis I. PP. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 372. *Tuæ Religiositati tuisque successoribus vestri monasterii in perpetuum concedimus detinenda.* Abbati S. Andreae Avenion. in Bulla Clementis V. PP. an. 1315. *Igitur quia petistis à nobis quatinus concederemus sive confirmarem tuæ Religiositati prædictum monasterium S. Andreae, &c.* Magistro Ordinis Teutonicorum in Literis Henrici VI. Regis Angl. an. 1440. apud Rymer. tom. 10. pag. 753. col. 2. *Vestra Religiositati mitimus, &c.*

¶ RELIGIUM, Gall. Relief. Vide *Religium*.

¶ RELINERE, RELINIRE, Quod inunctum est detrudere, deradere. Glossæ Lat. Gr. *Relines, ἀποχρίσις. Relini, ἀποχρίω. Relino, ἀποχρίω.* Adde Græco-Latinas. Pro aperire usurparunt melioris notæ Latini. *Relinere epistolam*, apud Ciceronem; *Relinere dolia*, apud Terentium.

¶ RELIQUA, Universa, apud veterem Interpretem S. Irenæi lib. 1. cap. 11. num. 1. ult. edit. τὰ ἄλλα, ipsi Irenæo. Vide *Reliquum*.

¶ RELIQUARI, RELIQUATIO; RELIQUATOR; &c. Vide in *Reliquum*.

¶ RELIQUARIUM, *Reliqua*, ἑλλήματα: Gloss. Græc. Lat. [Alibi: ἄλλα, *Reliqua, Reliquarum, Cetera.* Eadem occurrunt in Glossis Lat. Græc. Vide *Reliquum*.] Utitur hac notione S. Augustinus, in postrema editione, quam mire adornant eruditi Benedictini ex infinitis Codd. MSS. tom. 1.

1. RELIQUIÆ, Cadaver exanime. Spartianus in Adriano: *Antiochia dimissus est ad inspiciendas (al. excipiendas) Reliquias Trajani, quas Tatianus; Ploina, & Mattidia deferebant.* Ammianus lib. 21. extremo: *Eique vehiculo insidenti quod portabat Reliquias, &c.* Apud Florentinum JC. corpus à reliquiis distinguitur, l. monumentum D. de Relig. ut & in antiquis Inscriptionibus: Apud Gruterum 689. 8. . . . *Corpus integrum conditum sarcophago.* In Tom. V.

alia 471. 7. *Reliquia corporis Tarquini Crispi, &c.* In priori enim sepulcro corpus integrum sepultum est, in altero cineres corporis exusti. Apud Christianos vero alia sunt corpora, alia reliquia Sanctorum: corpora etiam integræ sunt Sanctorum exuviae; reliquia, corporum pars tantum: quod quidem discrimen agnoscit præ cæteris Gregorius M. lib. 2. Dial. cap. 38:

Sanctorum Reliquias & imaginès, atque adeo Dominicam Crucem interdum inter spinas depositas legimus, si quando viri Ecclesiastici de injuriis Ecclesiis suis illatis à viris potentibus justitiam extorquere non poterant, ut omnium in eos odium commoverent, hocque facto ad rerum ablatarum restitutionem eos cogere. Quod quidem non numerum, sed à primis Monarchiæ Francicæ primordiis apud nostros in usu fuisse satis declarat Greg. Turon. lib. de Glor. Confess. c. 71. Denique condemnatus spoliatusque Sacerdos ad urbem rediit, atque prostratus in orationem coram sepulchro Sancti, dicto psalmi capitulo, ait, Non hic accendetur lumen; neque Psalmorum modulatio canetur, gloriosissime Sancte, nisi prius ulciscaris servos de inimicis suis, resque tibi violenter ablatas Ecclesie sanctæ restituas. Hæc cum lacrymis effatus, sentes cum acutis aculeis super tumulum projecit: egressusque clausis ostiis similiter in ingressu alias conlocavit. S. Audoenus in Vita S. Eligii cap. 30: Nisi cito ornamenta tabernaculi hujus surata reduxeris, equidem spinis allatis faciam hanc januam ita obserari, ut nunquam tibi in hoc loco veneratio præbeat ab hodie. Vetus Notitia in Tabulario S. Joannis Andegav. Canonici hæc audientes, nescientes quid agerent, quia amplius pati nequibant, cum sere jam omnia perdidissent, consilio cleri ejusdem villa tristes deposuerunt S. Licinium super spinas, & alia corpora Sanctorum, & omnes Reliquias Ecclesie, & Crucifixum, & portas Ecclesie spinis obruserunt. Comes autem & Pontifex pietate ducti cogerunt D. Eudonem; & suos ad justitiam faciendam, &c. Infra: Quæ causa corpora Sanctorum ita deposita fuerant, & quomodo D. Eudo & Canonici reconciliati sunt, & sic levaverunt S. Licinium & alia corpora sancta à terra, & reposuerunt ea in locis suis psallentes, & laudantes Deum. Acta Episcoporum Cenoman. pag. 291: Clerici namque Pastoris sui persecutionibus condolentes, non solum civés proprios, sed vicinarum regionum populos, tam per semetipsos, quam & per litteras vicinis Episcopis destinatas impigro discursu commovere non cessabant, matris Ecclesie omniumque ejusdem civitatis vel suburbii Ecclesiarum januas ad doloris indicium spinarum aculeis obstruentes. Tabular. S. Eparchii Inculisim. fol. 45: Pro his itaque querimonis & aliis malis, quæ homines mei injuste & violenter in terra illa faciebant, Hugo Abbas S. Eparchii, cui hominum & fidelitatem feceram, & tota Congregatio loci preces frequentes, & publicos clamores ante corpus S. Eparchii continuabant, ut Deus omnipotens ad justitiam istud attraheret. Quo ego audito, perpendens Dei judicium, & anima mea periculum timens; &c. Et fol. 117. de Fulcaudo de Castro; quod vocatur Rocha, ex quo orta gens Rupifulcaldia: Nam propter fortitudinem suam Deo & S. Eparchio abstulit, & in suo dominio retinuit. Fiunt in monasterio S. Eparchii maledictiones, nec non & excommunicationes. Fundunt monachi Domino preces, ut Dominus, qui omnia potest, in memoriam ejus reducat, quod impie gesserit. At vero omnipotens Deus, qui non claudit aurem acclamantium, pauperis, id est servorum suorum precibus: igitur nutu Dei corripitur animo, & ad memoriam ejus venit; ut ex voluntate propria relinqueret, quod violenter subripuerat, &c. Chronicon Senoniense lib. 3:

cap. 7. Quum Dominus de Salinis res Ecclesie Senoniensis diriperet, Monachi consilio Gilonis Episcopi Tulensis imagines Redemptoris nostri, & etiam beatissimi Simeonis Confessoris de locis suis ad terram super spinas deposuerunt. Vetus Scheda tom. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 122. Monachorum alii capsulas in quibus Sanctorum continebantur pignora, humi deposuerunt, & voce flebili, & corde suspirioso, Dei misericordiam everberabant. Tabularium Vindocinense ch. 202. sub ann. 1074. At Monachi tanto victualium suorum damno curtati, nullumque humani auxilii confugium jam sperantes, eo quod is qui iustitiam illis acquirere debebat, raptoribus consensiret, cum tanta cordis contritione conversi ad Deum, clamorem simul & querimoniam facere coeperunt, ut ipsam etiam Dominicam crucifixionis imaginem, nostram videlicet redemptionis causam, de statu suo submitterent, in pavementam Ecclesie super spinas deponerent: non quidem dedecoris sive opprobrii causa adversus Dominicam signum, sed ut tali facto malefactores deterriti ab Ecclesia iniusta invasione, & rerum ablatione cessarent. Epistola Archiepiscopi Rotomag. ad Decanos: Cum bona Rotomagensis Ecclesie, quibus nos pro voluntate sua minus juste Excellentia Regia spoliavit, & ob reverentiam B. Virginis, in cuius honore eadem Ecclesia dignoscitur esse fundata, eidem fuerint ab antiquo collata, nosque Regiam Majestatem de novo duxerimus requirendam, ut eadem bona nobis restituere dignaretur, qui nec solum monitioni nostrae satisfacere non curavit, sed nec super hoc certum dare voluit responsum: vobis in virtute obedientiae districte precipiendo mandamus, quatenus cum praedicta violentia in injuriam B. Virginis specialiter redundare noscatur, & ut offensa quae eidem in hac parte irrogatur in calis, circa imagines ipsius representetur in terris, vos universas imagines B. Virginis in Ecclesiis vestrorum Decanatum collocatas, singulas juxta aliquod altare in nave Ecclesiae constitutum, non ad terram nudam sed super cathedram aliquam, sedem, aut sellam, aut si forte Ecclesia in nave altare non habuerit, in aliquo loco competenti ipsius navis per earundem Ecclesiarum Presbyteros faciatis infra instans festum N. collocari; easdem item imagines spinis immediate circumdari, & aliquibus repagulis aut obstaculis, ne ab aliquo contingi aut sordidari contingat, easdem circumvallari cum debita diligentia faciatis. Hoc autem tam in regularibus quam secularibus Ecclesiis precipimus inviolabiliter observari. Hoc idem etiam de imaginibus Salvatoris à quindena ejusdem N. Dominica faciatis: nisi infra eandem quindenam à nobis aliud receperitis in mandatis. Dat. &c. Exstant complura hujusce ritus exempla apud Scriptores, Ordericum Vitalem lib. 8. p. 683. 684. Rogerum Hovedenum an. 1197. Ægidium Monachum Aureae vallis cap. 103. Joannem Hocsemium cap. 5. pag. 190. in Synodo Landaveni an. 1056. in Tabulario ejusdem Ecclesiae Landav. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 195. & seqq. &c. Verum id tandem prohibitum fuit in Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. Sed &

Reliquia Sanctorum in praedia Monasteriorum illata, ut praedatores ab iis invadendis averterent. Bernardus Monac. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 77. Alia autem processio fit . . . vel quando defunctum aliquem sepelimus, & huic conventus debet interesse totus, . . . vel quando persona illius dignitatis advenit cui processio facienda sit, vel quando imago S. Petri, vel alia capsae cum Reliquiis Sanctorum ad aliquam villam nostram mittuntur pro timore predarum & raptinarum, ut saepe contingit, cum quibus omnes induti albis, pulsatis omnibus signis, usque ad portam Castellum exeunt, & eandem reverentiam, quando reportantur,

deferunt. Molanus in Natal. SS. Belgii 1. Julii: Ceterum diei hujus lectiones continent corpus sacrum in Saxoniam delatum esse cum ibi negata iustitia, praedia S. Regina invaderentur.

Alia denique ratione in usurpatores rerum Ecclesiasticarum saevitum testatur idem Bernardus Mon. cap. 42. Cum, aliquo praedone vastante res Ecclesiae, volunt inde ad populum querimoniam facere, precipitur ut omnes populares die Dominica ad majorem Ecclesiam conveniant: & tunc cantatur Missa matutina ad Crucifixum. Finito Evangelio, incipit Sacerdos, Credo in unum Deum, post cujus finem, dicta Offerenda, quidam frater ascendit pulpitem, & de praeceptis divinis aliquantisper primum loquens, tandem manifestat eis tribulationem, suggerens eis ut faciant elemosynas, atque rogent Dominum, quatenus illum malefactorem pacatum eis reddat, & convertat de malo ad bonum: adjungit quoque quadam humilia & persuasoria, dicens, Scitis quia si aufertur nobis nostra substantia, non possumus vivere, rogate ergo, fratres, Dominum, & nos faciemus ad eum proclamationem. His dictis, incipitur in Choro Resp. Aspice, vel Congregati sunt inimici nostri, & omnia signa tunc interim parumper pulsantur. Finito autem Responsorio, signisque dimissis, dicit conventus hos tres Psalmos, Domine quid multiplicati, Deus noster, Ad te levavi, quibus adduntur haec Capitula, Post partum, Esto nobis, Memor esto, Dominus vobiscum, Concede nos famulos, de S. Maria, & alia de tribulatione. Huc pertinet Missa contra Judices male agentes, in lib. 3. Sacrament. Rom. Eccl. c. 63. Nam hoc loco Judices sunt magnates, proceres.

Ad hunc in usurpatores rerum Ecclesiasticarum saevienti morem spectat etiam Charta Joannis III. Episcopi Pictavenis, quam ex MS. descripsimus: Cum in oppressionibus & angustiis universis recurrendum sit ad illud singulare remedium divinum Jesum Christum, qui prout vult, prout placet, facit in perturbatione serenum, & in tempestate tranquillum. Nos in oppressionibus, qua nos & Ecclesia nostra Pictavenis à nobili viro Comite Pictaveni & suis recurrere volentes ad ipsum Dominum Jesum Christum, cujus Ecclesiae causam prosequimur in hac parte, districte precipimus, sub poena excommunicationis, & in virtute obedientiae, firmiter injungentes, ut singuli Ecclesiarum Rectores quatenus non subjiciantur Ecclesiastico interdicto, exclamationem & pacem pro nobis & Ecclesia nostra singulis diebus dominicis & festivis annalibus, faciant & dicant, prout inferius continetur; cujusmodi formam recipiant à Decanis & Archipresbyteris suis, vel Vicariis eorundem. Cantato vero Agnus Dei, antequam detur Pax, dicat Sacerdos flexis genibus, Ante sacratissimum Corpus & Sanguinem tuum; Domine Jesu Christe, mundi Redemptor, accedimus, & nobis in necessitatibus nostris à te vivo & vero Deo misericorditer subvenire clamantes imploramus, ut nobilem Virum Comitem Pictavensem, & suos, ac eos, quorum consilio super hoc utitur, qui viribus suis confisi, Joannem Episcopum nostrum, & matrem Ecclesiam nostram Pictavensem Castro & Castellania, de Anglia cum pertinentiis suis per violentiam spoliaverunt, & adhuc detinent spoliatos, nec competenter moniti volunt satisfacere praemissis, vel aliquo de praemissis, propter quod & Ecclesia nostra & tua . . . quam in honore beatorum Apostolorum Petri & Pauli fundasti, seget in tristitia & merare, & non est, qui consoletur eam, nec liberet, nisi tu Deus noster, ipsius Comitis & sociorum suorum frangendo duritiam, ad viam, & consilium sui iustitiae & veritatis, indicas, & humiliter ad restituendum praedictis, & priora Ecclesia sita jura, & satisfaciendo de praedictis injuriis competenter. Exsurge, inquam, in adjutorium Episcopi nostri, & Ecclesia

Pictavenfis, & clamori nostro aures pietatis tua inclina. Respondeatur, Amen. Conforta eos, & auxiliare eis, Amen. Expugna impugnantes eos, Amen. Frange duritiam eorum, qui eos affligunt, Amen. Prædictos autem Comites, & suos, ac Consilium suum, Domine, sicut scis, iustificata in veritate tua, Amen. Fac eos, prout tibi placet, recognoscere maleficia sua, & libera prædictos Episcopum & Ecclesiam Pictavensem misericordia tua, Amen. Ne despicias nos, Domine, clamantes ad te, Amen. Propter gloriam nominis tui, Domine, misericordiam, qua Ecclesiam prædictam fundasti, & in honore sanctorum tuorum Apostolorum Petri & Pauli sublimasti, visita ipsam & Episcopum ejus in pace, & erue eos a præfenti angustia, Amen. Tunc dicatur Psalmus: Ad te levavi oculos meos; quo dicto, dicat Sacerdos Capitulum: Salvos fac servos tuos, Esto eis tarris fortitudinis, oratio: Hostium Episcopi & Ecclesia Pictavenfis elide duritiam, & dextera tue virtute prosterne, Amen. Cum nos requisierimus, & moneri fecerimus competenter nobilem virum Comitem Pictavensem, ut Castrum & Castellanium de Angla, de quibus per Adam Baillivum suum in Pictavia & servientes suos nos fecit extra justitiam dissipari cum suis pertinentiis, &c. Sequitur Interdictum & fulmen in civitatem & diocesim Pictavensem. [Vide supra Clamor ad Deum.]

Reliquia Sanctorum per vicus & Provincias interdum etiam circulatæ, ad corrogandas pecunias, qua Ecclesiarum indigentia, vel ædificationi aut restorationi succurreretur. Hermannus Monach. de Miraculis S. Mariæ Laudun. lib. 1. c. 3. Hos itaque cum seretro Domina nostræ & aliis capsis Reliquiarum transmissimus ad accipienda donaria fidelium. Adde capita sequentia. Alia hujus ritus exempla proferunt Anonymus in Miraculis S. Mariæ Abbat. Nantensis num. 4. & seqq. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 12. Stephanus Tornacensis Epist. 18. 19. Hemeræus in Augusta Viromand. an. 1076: & 1426. pag. 125. 315. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 242. Guill. Prynneus in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 49. & Auctor Histor. Eccl. Abbavillensis p. 451. Vide præterea Concilium Pictavense ann. 1109. cap. 12. & Robertum de Chorçon, Cardinalem in Summa apud Jacob. Petrum in Notis ad Pœnitentiale Theodori pag. 134: [Statuta Capitulorum generalium Ordinis Cisterc. ann. 1449. & 1453. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1614. & 1617. ubi Reliquias sacras circumferri vetatur absque Capituli generalis licentia.]

Reliquia Sanctorum delatæ ad loca, quæ Ecclesiis cedebantur, ut hoc ritu quodammodo in possessionem eorum Sancti ipsi mitterentur. Charta Roberti Comitis Fland. ann. 1093. in Tabular. S. Bertini: Quæ divisio (prædiorum) sive institutio, ut majori auctoritate fulciretur, corpora SS. Audomari & Bertini navi imposta, per dictum profluvium, in nostra præfentia circumduci fecimus, Episcopo Drogone ab ipsa navi aquam benedictam versus atrium projiciente, & hoc modo, quantum est spatii, in liberam potestatem S. Bertini vendicante. Contra scribit Molanus in Natalib. SS. Belgii 1. Julii pag. 137. sancta Regina corpus sacrum in Saxoniam delatum esse, cum ibi negata justitia, prædia ejusdem Sanctæ invaderentur, quod supra notavimus.

Reliquia Sanctorum in castra & prælia delatæ. Vide Capella S. Martini.

¶ **RELIQUIAS** Sanctorum tribus in locis conditâs fuisse ex variis Scriptoribus probat Mabillonius lib. 1. de Liturgia Gallic. cap. 9. primo in cryptis subterraneis, nempe sub altare; secundo in pa-

rietibus Ecclesiæ, ubi depingi solebant imagines sacra; tertio quandoque in Baptisterio: quarto denique, sed rarius, in columbis suspensis, ut Eucharistia solebat, quod probat ex Hermanno Monacho lib. 3. de Miraculis S. Mariæ cap. 28. ubi de furto Anselmi cujusdam, qui *cruces aureas & phylacteria confringens, inter cetera etiam auream columbam confregit, qua pro lacte & capillis S. Mariæ, ut ferebatur, introrsum reconditis, multum erat famosa & honorabilis; unde & in majoribus festis super ejus altare solebat appendi.* Ex quibus posterioribus verbis patet ejusmodi columbas super altare appensas fuisse, sed ad breve tempus tantum: neque primis sæculis reliquias super altaria appendi vel collocari religio ferebat; neque forsitan alibi uspiam inveniri possint ejusmodi columbæ ad continendas reliquias.

¶ **RELIQUIAS** S. Michaelis Archangeli è Montè Gargano ad Montem Tumbam olim, nunc S. Michaelis dictum allatas narrat Scriptor anonymus; sæculo x. superior, apud Mabillon. in Actis SS. Benedict. sæc. 3. part. 1. pag. 87. cap. 3: *Partem scilicet rubei pallioli, quod ipse memorandus Archangelus in monte Gargano supra altare, quod ipse manu sua construxerat, posuit, & partem scilicet marmoris, supra quod stetit, cujus ibidem usque nunc superestant in eodem vestigia.* Adde cap. seq.

¶ **RELIQUIÆ** Dominica Nativitatis memorantur; sed, in quo consistant, non dicitur, in Miraculis S. Bertini lib. 1. cap. 3. sæc. 3. Benedict. p. 119.

COLLATIO RELIQUIARUM, cum scilicet Ecclesiæ vicinæ suas vicissim reliquias ad statum & definitum locum, cum processionibus deferebant; in pacis & concordia ac amicitia symbolum. Miracula S. Adelardi Abbat. Corbeiensis c. 8. *Adoleverat etiam inter Ambianenses & Corbeiensis nova quadam religio, & ex religione pullulaverat consuetudo, quæ etiam reciprocabatur omni anno. Octavis denique Rogationum, ab utrisque partibus conveniebatur in unum, ibique conferebantur corpora Sanctorum: solvebantur lites, ad pacem revocabantur discordes, mutabantur à populo orandi vices: decreta utriusque loci renovabantur, populo perorabatur, sicque redibatur. Vita & translatio S. Præcordii num. 11. Ad statuendam pacem facta est collatio sanctarum Reliquiarum Ambianis, &c.*

2. **RELIQUIÆ**, Bona mobilia, quæ post mortem Episcopi aut Prælati relinquuntur, quæ Domini Regalium vulgo sibi vindicabant. Charta Friderici II. Imp. ann. 1220. apud Wilhelmum Hedam: *Promittentes deinceps quod nunquam in mortem cujuscunque Principis Ecclesiastici Reliquias suas sisco vindicabimus. Inhibentes etiam, ne Laicus quisquam aliquo pretextu eas sibi vendicet; sed cedant successori, si antecessor intestatus decesserit: cujus testamentum, si quid inde fecerit, volumus esse ratum. Si quis vers contra hanc constitutionem Reliquias sibi vindicare præsumserit, proscriptus & exlex habeatur, &c.*

¶ **RELIQUIARE**, Theca sacrarum reliquiarum; Gall. *Reliquaire*. Necrologium MS. FF. Minorum Sylvaneæ. *Procuravit Reliquiare argenteum . . . item reliquit unum ferculum & Reliquiare ad reponendum Corpus Domini in paradiso in festo Eucharistia. Interz Capituli Paris. an. 1499. apud Lobinell. tom. 5: Hist. Paris. pag. 720. col. 2. Octavi, donabitur Reliquiare valoris centum francorum, vel eo circa, in quo sunt sacra B. Sperati & suor. sociorum Chillitaurorum ossa . . . Nono, Reliquiare dabitur valoris circiter francorum quinquaginta, in quo de vera Cruce Salvatoris Domini continetur.*

¶ **RELIQUIARIUM**, Eadem significatione. Instrumentum de apertione caplae S. Dominici Mart. apud

Stephanotium tom. 5. Fragm. MSS. *Reliquia, excepto proprio corpore S. Dominici, fuerunt posita in aliis Reliquiariis.* Inventarium Reliquiarum S. Severi apud eund. Stephanot. tom. 1. Antiq. Vascon. MSS. pag. 58. *Cum multis Reliquiariis Ecclesieque ornamentis.* Rursum occurrit in alio Inventario an. 1419. apud eund. Stephanot. to. 1. Antiq. Occitan. pag. 421. & in Testamento Beatricis de Alboreya Vicecomitissæ Narbonæ an. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1523.

¶ 1. RELIQUIUM, Sacra reliquia. Vita S. Aldebrandi Episc. Forosemp. tom. 1. Maii pag. 160. *Recepit unum Reliquium digiti sui.*

¶ 2. RELIQUIUM. Acta S. Regneberti Episc. & Mart. tom. 2. Junii pag. 696. *A fidelibus est exinde translatus atque in Ecclesie templum juxta Reliquium S. Dei constitutus.* Doctissimi Editores adnotant in MS. legi, *juxta sancti Dei analogium*; in alio *juxta elogium analogium*, ubi primum verbum est superfluum. Hinc in Onomastico *Reliquium, Analogium, pulpitem* reddunt. Si vere *Reliquium* legendum est, mallet locum in quo repositæ erant reliquiæ, juxta vim vocis, interpretari, quam *analogium*.

RELIQUUM, Rei vectigalis ac tributariæ vox: quod restat exfolvendum; Græcis JC. λοιπός. *Reliqua remittere*, in Panegyrico Flavienſi: *Reliqua concedere*, apud Ammianum lib. 16. *Reliquorum debita requirere*, apud eund. lib. 31. Vide Juretum ad Symmachum lib. 5. Epist. 87. & Jacobum Gothofredum ad Cod. Theodosianum.

RELIQUARIUM, Codex continens *reliqua*. Gloss. Lat. Gr. λοιπαδάριον, ἐκθεσις λοιπάδος, *Reliquarium*. [Adde Glossas Lat. Græc. & vide *Reliquarium* suo ordine.]

¶ RELIQUARE, Reliqua describere. Glossæ Latino-Græc. & Græc. Lat. *Reliquo*, λοιπογράφω, λοιπάζω. In Glossis MSS. habetur *Relinquo*.

¶ RELIQUARI, Debitorem remanere, leg. 20. Dig. §. 1. de instructo vel instrum legato.

¶ RELIQUATIO, λοιπογραφία, Reliquorum descriptio Tertull. de Anima cap. 56: *Donec Reliquatio compleatur atatis.*

RELIQUATOR, Qui debitum omnino non persolvit, *Qui demeure en reste*, apud Paulum JC. lib. 9. §. 2. D. de Publicanis. Senator l. 5. Epist. 6. *Viri itaque clarissimi Joannis querela comperimus, Thomatem domus nostræ certa prædia suscepisse, id est illud atque illud, & nunc decem millia solidorum Reliquatorem nostris utilitatibus extitisse, & per diversas ludificationes non implere debitam quantitatem, &c.* Adde Ep. seq. Edictum Theoderici §. 244. [& Vitam B. Ægidii Ord. Prædicat. tom. 3. Maii pag. 418.] Papias: *Reliquatum metaphoricis dictum liquatum.*

¶ RELIQUATRIX, Quæ debitum non persolvit. Tertull. de Anima cap. 3. *Anima Reliquatrix delictorum, donec exsolvat novissimum quadrantem.*

RELITERARE, Remandare, literis & alterius epistolæ respondere. Nicolaus Clarævallensis in Epistola MS. [nunc edita tom. 2. Miscell. Baluzii p. 237. & seqq.] ad Archiepiscopum Remensem, Apostolicæ Sedis Legatum: *Sit beneplacitam ante te, ut Reliteres mihi, quando Remis post Octavas Pasche tuam potero Reverentiam invenire.* [Epist. an. 1150. apud Martenium to. 2. Ampl. Collect. col. 395. *Quidquid itaque super hac re vestra elegerit discretio, mihi fidelissimo vestro Relitterando insinuet, &c.*]

¶ RELITERE, Iterum vel retro latere, apud Johannem de Janua in Catholico.

¶ RELLIATGIUM. Tabularium S. Petri Vossiensis fol. 31. vº. *Damus & concedimus Relliatge de deci-*

mo de la condamina de intus & de foris mansi. Nostris *Reliage* est *Vinctum*; sed quid ad hunc locum?

¶ RELLUA. Inventarium ann. 1379. è Schedis D. Lancelot: *Item due bride parvi valoris; item una Rellua.* An capistrum; Gallice *Licou*, detorta voce à Gallico *Relier*, Iterum vincire?

¶ 1. RELOCARE, Denuo locare. Ulpianus l. 13. §. 10. Dig. Locati conducti: *Si lege operis locandi comprehensum esset, ut, si ad diem effectum non esset, Relocare id liceret, &c.*

¶ 2. RELOCARE, In locum suum restituere, reponere. Epistola ann. 1071. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 489. *Tanta confestim subsecuta est gratia, ut manus ac pedes contracti solverentur, orbata mulieris oculi aperirentur, Eleccluti cujusdam pedes distorti Relocarentur.* Chronic. Leodiense apud eund. Marten. tom. 3. Anecd. col. 1406. *In sarcophagis & feretris deauratis eorum corpora decenter Relocata.* Occurrit alibi.

¶ RELOGIUM, Horologium, vernacule *Reloge*. Necrologium Parthenonis S. Petri de Casis: 9. Aug. *Domina de Langiaco donavit decem scuta pro Relogio Conventus.*

¶ RELUCENTIA, Splendor. Vita B. Coletæ, tom. 1. Martii pag. 542. *Reluceniam ejusdem virtutis in suis dictis & factis, &c.*

¶ RELUCERE, Reliquum esse. Decretum Flavii Regis ann. 682. tom. 2. Concil. Hispan. p. 704. *Quidquid de ratione tributorum apud vos Relucet, sic totum donatum vobis à Serenitate nostra habeatis. Et pag. 705. Sancitum est, ut omne tributum præteritorum annorum... quod in privatis sive fiscalibus populis Relucet, absolutionis perpetua debeat sanctione laxari. Quidam pro Relucet legunt Rejacet: quod melius, ut videtur, congruit.*

¶ RELUCIDARE; *Relucere*, in Glossis membranaceis MSS. quas laudat Vossius lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 21. ubi tamen observat originem vocis exigere, ut potius signet lucem affundere vel luce convestire.

¶ RELUCTA, Repugnantia, reluctatio. Acta S. Symeonis Reclusi, tom. 1. Junii pag. 104. *Ut absque Relucta, ad usus non vitiorum, sed exercendarum virtutum habeatur.*

¶ RELUTIO, Resolutio. Christophorus Mullerus in Introduct. ad Histor. Canonice Sand - Hippol: apud Raymundum Duellium to. 1. Miscell. pag. 325. *Audiit interim adversarius objectionum suarum Relutionem, & mutato animo palinodiam cecinit. Rursum utitur pag. 368. Festus: Reluere, Resolvere, repignerare.*

RELUMINACIO, ἀνάλυσις, in Gloss. Lat. Græc. [Et mox: *Reluminatio*, ἀνταυγασία. Sic etiam in Glossis Græc. Lat.]

¶ REMA, Species cantherii vel perticæ. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 76. vº. *Nullus rivenditor emat vel emi faciat lignamen aliquod, trabes, cantherias, columnas, Remas, circulos, assides, templarios, nec aliquod aliud lignamen laboratum, vel non laboratum, &c.* Et lib. 5. fol. 122. recto: *Item si quis nemus alienum intraverit, & ibi nemus inciderit & exportaverit, solvat pro carro solidos quadraginta Pap... pro Rema vel cantherio solidos decem.*

¶ REMACEUS, κρεῖς νεαφιδός, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Codex MS. præfert *Irinaceus*. Vide *Erinaceus*.

¶ REMADIARE, Mederi, corrigere, emendare. Vetus Charta apud Stephanotium to. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 206. *Sic ad præsentem ipsa falsificatione per ipsa charta Remadiaverunt, & in servitium S. Ju-*

niani de parte genitore eorum Allifredo se cognoverunt, & ad pedes ipsius Rannulpho se prostraderunt. Melius infra Remediare.

REMALLARE, [In mallum seu in jus vocare.] Vide in Mallum.

RECALLATIO, In jus vocatio, vel litis integratio. Charta Lotharii III. apud Mabillon. Diplom. pag. 606. Nulla inter ipsos lis & altercatio... nulla requisitio, nec Remallatio fiat.

REMANANTUM, Quod remanet, restat, reliquum, nostris alias Remanant, Anglis etiamnum Remaining. Liber niger Scaccarii pag. 252. Willelmus de Perverell dedit michi in franco maritagio quiete cum sorore sua feodum II. militum; unde Adam de Periers tenet de me III. partes I. militis, & Remanantum dedi Baldewin de Roucestre, cum filia mea in maritagium. Instrumentum Gallicum ann. 1284. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 439. Alain de Tuogouf dit qu'il souloit devoir demy-chevaliers, mes il dit que monseigneur tient partie dou fié, e pourtant, comme il doit pour le Remeignant, il se presente. Statuta Gualterii domini Commerciensis ann. 1263. è MS. Cod. ejusdem urbis fol. 89. Item se aulcun bourgeois de cette mesme ville brise le marché de cette ville, se payera c. sols, au mayeur XII. den. aux eschevins XII. d. au navray xx. s. & au batu x. s. & à nous le Remenant. Statuta ann. 1320. apud de Lauriere tom. 2. Ordin. Reg. Franc. p. 580. art. 12. Et se le vendeur ne l'acheteur s'accordent que le harenc soit compté, le vendeur prendra une messe & l'acheteur une autre par main estrange, & à la revenue que ces deux revendront, doit revenir tout le Remenant du harenc. Simili modo Remaigner à Remanere alias nostri dixerunt. Vetus Charta Gallica apud eundem Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 395. Pez fut faicte entre nous en telle maniere qua cely Raol de Fougierres Remaignent en pes toute la paroisse de Lannois & la forest en toutes choses.

REMANASTULA. Capitula ad Legem Alamanor. edita à Stephano Baluzio cap. 30. Si maritus uxorem suam dimittit 40. s. ipse componat, & de mundo suo non habeat potestatem, & omnia ei reddat, quod ei per legem obtingit. Si reputat aliquid, potestatem habeat femina ipsa debet, sol. 12. solvat. De una Remanastula sua jure, quod superfuerit maritus juret, aut reddat. Hæc omnino barbara.

REMANCIPARE, Denuo sibi vindicare, iterum occupare. Charta Cuononis Abb. Stabulensis an. 1124. apud Marten. to. 2. Ampliff. Collect. col. 86. Igitur hoc dissidium per totum quadriennium fuit, & pene usque ad cades & incendia exarsit, modo nostris in decimam accipientibus, modo Everardo & violenter Remancipantibus. Proprie Remancipare alienare est, vel in servitutem iterum asserere: quæ posterior notio loco laudato non male posset accommodari. Remancipatam Gallus Ælius esse ait, quæ mancipata sit ab eo, cui in manum convenerit, apud Festum.

REMANDARE, Johanni de Jantia, Iterum vel retro mandare. Remandatam Pyrrho à Senatu est, apud Eutropium, id est, Renuntiatum: qua notione legitur in Capitularibus Caroli Calvi tit. 37. cap. 15. in Literis ann. 1294. apud Rymer. tom. 2. pag. 662. in Actis Sanctorum Aprilis tom. 2. pag. 685. tom. 3. pag. 392. Sed pro Accessere sumitur in Vita S. Julianæ tom. 1. ejusd. Aprilis pag. 468. Remandaverunt primitus autem apud Hoyum fratrem illum, qui de prioratu domus prædictæ per memoratum Episcopum dejectus fuerat, clarescentibus culpis ejus. Eadem notione Petrus Venerabilis lib. 1.

Epist. 2. De statu domini Papa & vestro, quem prosperrari, tam pro communi utilitate, quam pro vestra reque, avidissime desidero, mihi quod est Remandate. Item Epist. 24. Tractatum autem B. Hilarii super Psalmos ideo non misi, quia eandem in nostro codice, quam & in vestro, corruptionem inveni. Quod si & talem vultis, Remandate & mittam. Quod eo significatu revendōχμῶς positum est, ut observat Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 21. ἀναλόγως vero à mandare accipi posset, pro Iterum præcipere, ut Isaiaë 28. 10. Quia manda, Remanda; manda, Remandas; expecta, reexpecta; expecta, reexpecta; modicum ibi, modicum ibi. Pro præcipe, ac ubi id egeris; iterum iterumque præcipe: ut imitetur Prophetes sermonem eorum, qui riderent verba sua, mandata Dei annunciantis.

REMANDUCARE, Iterum manducare. Synodus Pistensis ann. 862. Qui se bonis operibus & lacrymis & orationibus à peccato mundat, & iterum gravia peccata perpetrat, talis est, ut S. Petrus dicit, sicut porcus qui se lavat in luto, & sicut canis qui Remanducat vomitum suum. Habetur 2. Per. 2. 22. Canis reversus ad vomitum suum.

REMANENTIA, Mansio, habitatio. Charta Blanchæ Comitissæ Trecensis & Amalvini Abbatis Silvæ majoris pro Bella-valle ann. circiter 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 829. In prædicta autem villa nullus hominum meorum, nec aliquis alius de feodis meis, vel de custodia mea, nec etiam aliquis hominum dicti Prioris, nec aliquis eorum qui manent in ejus potestate, recipietur pro Remanentia facienda.

REMANENTIA, Jus, quod habet dominus in suo feudo tenentes suos adstringendi ad perpetuam residentiam, ita ut eo inconsulto excedere non possint, quod jus etiam Reseandisia dicitur. Gesta Abbatum S. Gerinani Autisiodorensis cap. 15. Medietatem villa de S. Georgio à Joanne de Barris comparavit. Giftum; costumus, trossas, denarios, Remanentiam hominum, que omnia habebat apud Perrigniacum Joannes de Barris, acquisivit. Charta Theobaldi Campaniæ Comitis an. 1223. in Tabulario Campan. Thuani: Feci diligenter inquire, utrum habere deberem apud Arembercort Remanentiam. Charta pro Chableio ibid. p. 287. Nullus habet Remanentiam apud Chableium, nisi B. Martinus: sed nisi quis infra annum, quo Chableiam venerit, vel uxorem duxerit, libertatem suam dederit B. Martino, extunc liber remanserit, nisi per annum & diem foras Chableiam fuerit, & tunc se iterum dare B. Martino poterit. Regestum feodorum Campaniæ fol. 99. Dudo de Floeniaco recognovit, quod tenet de Comite Campaniæ, quidquid habet apud Croitas, &c. Et medietatem Remanentiam hominum, qui veniunt & qui venient, & qui venerunt apud Floeniaco. Actum ann. 1224. Regestum feodorum & servitiorum sub ann. 1256. f. 245. Et est assavoir, que le Comte de Bar ne puet retenir aucun homme des siez de Champagne, ou des gardiens de Champagne, ne le Sire de Champagne des siens ou royaume, & se il allassent en l'Empire iceluy deffous qui mouvoit, auroit la Remanentise. Charta Ludovici Reg. Franc. ann. 1239. in Regesto Philippi Pulcri an. 1299. num. 28. ex Tabular. Regio: Contentio, qua erat inter nos & Canonicos Senonensis Ecclesia super justitia & Remansionibus advenarum in villa de Pontibus super Yonam & de Minagio, &c. Libertates urbis S. Desiderii in Campania an. 1228. MSS. Si aliquis burgensium dimissa villa recederet, & infra 40. dies revocatus à domino vel burgensibus redire noluerit, dominus, ubicumque eum invenerit, tanquam hominem

suam reclamare poterit, ... & tota ejus Remanentia domino remanebit, nisi Remanentia fuerit pignori obligata per baillivum & scabinos, &c. Infra: Remanentia illorum, qui sine legitimo heredede decedunt, domino remanebunt. Charta S. Petri Abbatis Tornodorensis an. 1292. *Dicta regina Remanentiam habere non potest, nec poterit in futurum pro suis hominibus seu burgensibus, nisi tantum pro hominibus vel burgensibus suis de Tornodoro & de sancto Michaële: nec nos similiter Remanentiam habere possumus, nec poterimus in futurum, in villa Tornodori, nisi tantum pro nostris hominibus de sancto Michaële & Tornodoro.* Consuetudines MSS. S. Juliani in Lingonib. *S' aucun veaut de nouvel venir à S. Julien, & estre seur la borjoisie de ladite ville, & demorer iqui franchement, il paiera nos ou à nostre commandement 2. sols tornois por sa Remanence, & 15. deniers chascun an por sa borjoisie.* Vide Perardum in Burgundicis p. 564. 565. & infra in Residentia.

¶ REMANENTIA, Jus in bona caduca, aut bona ipsa caduca. Charta Theobaldi Comitis Trecentis ann. 1100. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu p. 683. *Prima Remanentia erit Praepositi.* Laudatus Vir Cl. vertit Desherence vel Mortemain. Regestum magnorum dierum Campaniæ ad an. 1287. apud eumd. D. Brussel tom. 1. pag. 224. *Denunciaverunt dua filie Huardi Baudier, quod domina de Chassins ipsum Huardum patrem suum in carcere detinuit pro suspitione cujusdam multri ... dicta domina ipsum fecerat sine rationabili causa suspendi; quare petebant factum emendari, ipsum patrem suum injuste condemnatum de furchis deponi & in cemeterio sepeliri, & Remanentias ipsius patris sui sibi deliberari & reddi.* Ubi Remanentia idem sonant quod Bona à patre relicta; Remanentia vero hic dicuntur, ni fallor, quod bonis caducis vulgo accenserentur facultates eorum, qui morte condemnabantur.

REMANENTIA TERRARUM, Cowello est jus terrarum in aliquem collatum, post terminum conductionis, aut alterius tituli, ad annos aut vitam duraturi, finitum. Videtur à Reversione differre, quia Reversio fit ad dominum proprie, aut ejus hæredes, unde jus primo derivatur; Remanentia autem ad tertium aliquem, qui neque dominus, neque tenens in præfenti est. Dicitur etiam dari ad Remanentiam, (nos dicimus, à demeure) quæ datur jure proprio & perpetuo possidenda, in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 20. §. 5. c. 22. §. 7. cap. 23. §. 1. c. 42. §. 4. & alibi. [Vide Thomam Blount in Nomolexico v. Remainder.]

¶ 1. REMANERE, Mori. Pactus Legis Salicæ tit. 19. de incendiis: *Si quis casam quamlibet, intus dormientibus hominibus, incenderit ... si aliqui ibidem Remanserint ... sol. centum culpabilis judicetur.*

¶ 2. REMANERE, Deesse, impediri. Processus contra Comitem Lancastriæ an. 1322. apud Rymer. tom. 3. pag. 940. col. 2. *Et sic non Remansit in prædictis Warino & aliis, quin ipsi, simul cum prædicto Thoma, & aliis comproditoribus suis, ipsum dominum Regem superassent & devicissent.* Vita S. Gregorii VII. PP. tom. 6. Maii pag. 137. *Et hæc omnia servabit absque dolo, nisi quantum ex vestra jussione Remanserit ... vel ex impedimento legitimo, scilicet morte, vel gravi infirmitate.* Pag. 138. *Colloquium quod vos pro inquirenda justitia & pace componenda fieri decrevistis, ex culpa Henrici & fautorum ejus Remansit.* In aliis Actis ejusdem Gregorii pag. 151. *Ne tantum bonum quod de pace sperabatur, per ipsius negligentiam Remaneret.*

¶ REMANET, nude, vel Obitus à Remanet, passim legitur in Obituario Ecclesiæ Morinensis, idemque

sonat, si recte puto, quod Obitus perpetuus, seu Anniversarium perpetuo remansurum & quotannis celebrandum, ut jam in voce Obitus dictum est.

¶ REMANSA, Reliquum, residuum, quod remanet, superest. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 177. v°. *Et si scopaturam vel Remansam aliquam habuero, illum salem extraham de ipsa gabella ipsa die vel sequenti.* Actus notorietatis stagnorum Bressiæ apud Guichenon. in Probat. pag. 170. & Revellum in Usibus Bressiæ pag. 266. *Unaquaque calciata stagni debet habere de Remansa de retro unum jactum berce, qui jactus solet astimari de largitudine septem pedum cum dimidio.* Ubi Remansa est spatium terræ pone calciatam seu aggerem, ut inde terra capiatur ad reficiendam calciatam, cavitates & foramina claudenda, ne aqua dilabatur.

¶ REMANSOR, Idem, ut videtur, qui Emanfor, miles vagus, erro, negligens, segnis. Arrius Menander leg. 4. Digest. §. 13. de re militari: *Edicta Germanici Cesaris militem desertorem faciebant, qui diu absuisset, ut is inter Remansores haberetur.* Additur in Pandectis l. 49. tit. 16. *Si miles Remansor, aut negligens suorum, aut segnis, aut extra contubernium agens, non credatur ei.*

¶ REMANSUS, Remanens. *O urbs Lingona, quod tunc subito Remansa desolata,* in Actis S. Desiderii, tom. 6. Maii pag. 245.

¶ REMARDUM FORESTÆ, pro Rewardum, mendose. Charta Johannis Angl. Regis inter Privilegia Equitum S. Johannis Hierosol. pag. 5. *Volumus etiam quod ipsi Fratres & homines sui, quieti sint de vastis & Remardis forestæ & essartis.* Vide supra in Regardum 2.

¶ REMASANCIA, Idem quod Remanentia. Regestum Magnorum dierum Trecentium fol. 23. *Quod si contingeret aliquem de ipsis burgensibus ire ad villas Comitis Campaniæ causa morandi, vel burgesiam faciendi ibidem, dictus dominus de Hans posset totam Remasanciam ipsius burgensis retinere.*

REMASCELLATA, vel Remascelata, virili virtute. Papias MS. & editus. [Melius in Glossis Isidori t Remasculata, virili virtute resumpta.]

¶ REMATOPOEA, Fictio vocis, à ῥῆμα, vox, vocabulum, & ποιῆν, fingere, idem quod ὑπομεταποισία. Joh. de Janua: *Rematopeya, Verbi confirmatio, ut in verbis fictitiis, quæ sunt prolata & inventa per Rematopeyam, ut timuit, (leg. tinnitus, scilicet à similitudine soni;) unde Rematopeyus, ad rematopeyam pertinens, vel prolatum vel fictum per rematopeyam.*

¶ REMEABILIS, Qui potest remeare, redire. Prudentius Apotheosis versu 1053.

*Cum moritur Christus, cum flebiliter tumultatur,
Me video: è tumulo cum jam Remeabilis adstat,
Cerno Deum, &c.*

¶ REMEACULUM, Reditus, locus per quem reditur, apud Apuleium lib. 6. *Illuminarum Proserpina nuptiarum demeacula, & luminosarum filia inventionum Remeacula.*

¶ REMEATUS, Reditus exulis à Principe concessus, Gallis *Rappel de ban.* Marcianus lib. 48. Digest. tit. 19. leg. 4. *Nemo potest commeatum Remeatum dare exuli, nisi Imperator, ex aliqua causa.*

¶ REMEDIATIO, Remedium, restitutio, restauratio. Charta an. 1031. è majori Chartul. S. Victoris Massil. *Ego Bertrannus Comes & Governator Provincia, propter malum quod feci cum meo hoste in obedientia S. Victoris Marigniane, dono duos mansos in Remedatione suprascripte celle. Malle Remedatione.*

REMEDIIARE, REMEDIARI, Remediis sanare. Gl. Lat. MS. Regium: *Medetur, medicatur, Remediat, curat.*

curat. Gloss. Gr. Lat. *ῥεματρεύω*, *Remedior*, *medicor*; *medior*. Ugutio: *Remediari*, *Remedium conferre*. Occurrit apud Anton. Musam in Epist. ad Marcum Agrippam, præfixa libro de Vettonica, Apuleium de Virtut. herb. Scribonium c. 104. 122. Marcelum Empiric. cap. 29. 32. 33. 36. Hyginum fab. 101. in Concilio Regensic. 1. [Johannem Sarisberiensem lib. 8. de Nugis Curial. cap. 8.] &c. Galli etiam *Remedior* dicunt. *Remediabilis*, apud [Senecam Epist. 95.] Severum Epist. 96. & Agobardum de Dispensat. Eccl. rerum n. 5. *Remedialis*, apud Macrobi. lib. 7. Saturn. [*Remediabiliter providere*, in Processu Massiliensium cum Arelaten-sibus an. 1381. è Regesto 73. Peiresciano vol. 2.]

¶ **REMIATIŌ**, Sanatio. *Torpor signum est Remediationis*, apud Scribonium Compos. 11.

¶ **REMIATOR**, Qui medetur. *Remediator valetudinum*, Tertulliano contra Marcion. lib. 4. cap. 8. *Remediator languorum*, ibid. pag. 35.

¶ **REMIARIUS**, Eadem notione. Apud Pezium in Præfatione tom. 1. Anecd. pag. xiv. memoratur Conradi Prioris Liber inscriptus, *Remediarius pusillanimum ac scrupulorum*, &c.

1. **REMIUM**, Remissio, vel diminutio tributorum. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Ecce enim Remedia pridem nonnullis urbibus data, quid aliud egerunt, quam ut cunctos divites immunes redderent, miserorum tributa cumularent, &c.* Idem libro 5. *Sicut in onere novarum indictionum pauperes gravant: ita in novorum Remediorum opitulatione sustentant. Sicut tributis novis minores maxime deprimuntur, sic Remediis novis maxime sublevantur.* Infra, de divitibus: *Extra numerum tributatorum sunt, cum Remedia dividuntur.* Adde l. 33. Cod. Th. de Indulgentiis debitorum. [Charta Alfonsi Regis Aragon. ann. 1285. pro fundatione Monasterii FF. Minorum in Insula Majorica, tom. 9. Spicil. Acher. pag. 275. *Si quis autem hoc attentare præsumperit, non solum iram & indignationem nostram se noverit incursum; verum etiam pœna mille aureorum sine ullo Remedio subiacebit, quicumque ipsos Fratres molestare præsumperit, vel etiam perturbare.* Nos diceremus sans aucune remission, absque ulla indulgentia.]

2. **REMIUM**, Latina vox, Gallice *Remede*. *Remedium* è sepulchris mortuorum conquirere, ad morborum scilicet magicas sanationes, cum ad id ossa mortuorum conquirerent. Lex Wisigoth. *Si quis mortui sarcophagum abstulerit, dum sibi vult habere Remedium, &c.* Vide Lindenbrogium ad Ammianum pag. 86.

¶ 3. **REMIUM**, Monetariis nostris *Remede*, Defectus in marcis auri vel argenti, unde nummi cudentur, statutis regis permissus. Duplex est, unum *liga*, ponderis alterum: *Remedium liga* est Commixtio certæ quantitatis metalli adulterini cum auro vel argento, *Remedium vero ponderis* est illius diminutio. Utrumque legitimum habetur, si legibus Principis consentiat; secus, si dissentiat. Computus ann. 1139. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 95. col. 2. *Sub Remediis liga & ponderis sub quibus alii dozeni noviter cudebantur.* Ordinatio Humberti II. Dalphini an. 1340. pag. 416. *Fiant singuli Grossi prædicti ad Remedium liga unius grani magis vel minus, & ad Remedium ponderis, ut non possit brischiari, nec in billionum reduci.* Pluries occurrit eadem pag. & seqq. Vide *Recurfus* suo loco & Henricum Poulain in Tractatu de Monetis pag. 201. & seqq. ubi probat *Remedio* jam usos fuisse Monetarios ann. 1253.

¶ **REMIUM ANIMÆ**, Expiatio, qua pro deli-

ctis Deo fit satis. *Pro Remedio anime*, formula frequentior in testamentis & donationibus piis, quam ut necessarium sit rem exemplis confirmari.

¶ **REMIUM APOSTOLICUM**, Conjugium, quod juxta Apostolum 1. Corinth. cap. 7. incontinentiæ remedium est. Sulpitius Severus in Epistola ad sororem suam, apud Baluzium tom. 1. Miscell. pag. 342. *Ut laudanda sunt quæ propter Christi amorem & cælestis regni gloriam copulam contempserunt nuptiarum, ita damnanda non sunt quæ propter incontinentiæ voluptatem, nondum Deo devota, Remedio apostolico abutuntur.*

¶ **REMIUM JURIS**, Appellatio à sententia judicis inferioris ad superiorem. Cod. Theod. leg. 15. tit. 30. de appellat. & consultat. *Non recte iudices injuriam sibi fieri existimant, si litigator, cujus negotium sententia vulneratum est, à principali causa provocaverit: quod neque novum, neque alienum à iudiciis est; ideoque post negotium principale discussum, litigatori liceat litem juris Remedio sublevare.*

¶ **REMIUM**. Testamentum Jacobi Regis Aragon. an. 1272. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1142. *Assignamus ... omnes redditus nostros civitatis Casaraugustanae cum salinis & castello & de villa & de Remelinis.* Hanc vocem inter exoticas refert laudatus Editor in Onomastico ad calcem tomi 5. Anecd. sed nomen loci est, ut patet ex eod. Testamento paulo aliter edito apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 249. ubi legitur: *Cum salinis de Castellario & de Pola & de Remolinis.*

¶ **REMIORARE**, Corrigere, reficere, restituere. Johannes Thwroczius in Chronicis Hungar. cap. 31. in Stephano Rege: *Fracturas sive scissuras parietum ac tectorum perspicacibus oculis ac morose inspiciebat, & statim Remiorari procurabat.*

¶ **REMIORATIO**, Emendatio. Vita S. Eulogii Mart. to. 2. Martii pag. 96. *Ut sit hic mihi concessa Remioratio morum.*

¶ **REMIORANTIUM**, Anniversarium pro defuncto celebratum. Instrumentum an. 1406. insertum in Bulla Benedicti XIII. Antipapæ p. 229. col. 1. Continuationis Bullarii Rom. *Ordinamus ex nunc in perpetuum in dicta Gebenensi ecclesia ... tredecim anniversaria seu Remiorata (Remiorantia) singulis annis, videlicet duodecim pro singulis mensibus anni, & tertium decimum fiet post decessum nostrum die consimili obitus nostri pro remedio anime nostræ ... quæ quidem anniversaria seu Remiorantia cum Missis, processionibus & aliis fiant, quemadmodum sunt & fieri consueverunt anniversaria & Remiorantia summorum Pontificum.* Bis terve recurrit vox *Remiorantium* in eodem Instrumento. Ducitur ab Italico *Rimiorare*, nostris alias *Remiorer*, Reminisci, recordati: unde *Rimioranza* Italica, nostris *Remiorance*, Recordatio, repræsentatio: quod nomen tribuerunt Anniversario, utpote defuncti memoriæ consecrato. Testamentum an. 1382. apud Menagium Histor. Sabol. pag. 387. *Ge donne & laisse a tousjours-més au Curé de Solesme & à ses successeurs quatre sols de rente perpetuelle, que les bairs seu Testart me doivent chacun an à la Toussaints, pour faire dudit Retour & de ses successeurs à tousjours-més priere & Remiorance par chacun Dimanche en ladite Eglise au profne, pour les ames de moy & de ladite Katherine ma compaigne.* Le Roman de Rou MS.

*Pour Remiorer des ancessours
Les sez & les diz & les mours ...
Tornez fussent en oubliance
Se ne fust tain de Remiorance.*

Vide *Remioratio*.

- ¶ REMEMINISSE, Reminisci, recordari. *Ne Rememineritis priorum*, Tertulliano lib. 4. adv. Marcion. cap. 1.
- ¶ REMEMORARE, REMEMORARI, Reminisci, recordari, in memoriam revocare. Occurrit 3. Reg. 17. 18. Pf. 77. 35. Hebr. 10. 32. & apud Tertullianum lib. 4. adv. Marcion. cap. 43. veterem Interpretem S. Irenæi lib. 1. cap. 1. num. 11. ult. edit. lib. 4. cap. 33. num. 12. Sed pro Digerere, recognoscere, aut in pristinum ordinem reducere, accipit idem Interpretes lib. 3. cap. 21. n. 2. *Inspiravit Hefdra Sacerdoti tribus Levi, prateritorum Prophetarum Rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data est per Moysen.* Ubi Irenæus: *Ἐνέπνευσεν Ἐσδρα τῷ ἱερεὶ ἐν τῆς φυλῆς Λευὶ, τὰς τῶν προγεγονότων προφητῶν πάλιν ἀνατάξασθαι λόγους, &c.*
- ¶ REMEMORATIO, Recordatio, Psalm. 37. 1. & 69. 1. *Rememoratio vitiorum*, apud Johannem Sarrisber. lib. 8. Policrat. cap. 6. *Rememoratio tanti beneficii*, in Charta an. circiter 890. apud D. Fleureau part. 3. Histor. Bles. pag. 202. *Rememoratio locorum*, apud Raim. Duellium to. 1. Miscell. pag. 210. Pro Anniversario sumitur in Chronico Valciodorensi tom. 7. Spicil. Acher. p. 559. *Domnus Florinensis Godefridus ob suæ salutis remediam de suo proprietario liberam nostræ Ecclesiæ donationem faciens, redditum duorum solidorum in Harneis illi tradidit, & ut Fratribus quotannis in sua Rememoratione administrantur, per succedentia tempora instituit.* Vide supra *Remembrantium*.
- ¶ REMEMORATOR, Anglis *Remembrancer*, Monitor. *Rememoratores scaccarii*, apud Thomam Blount in Nomolexico: quod consule in v. *Remembrancers*.
- ¶ REMEMORATORIUM, Charta, quam vulgo *Notitiam* vocant. Vide *Breve rememoratorium*.
- REMENARE, vox agricolarum Italicorum. Vide *Retertiare*.
- ¶ REMENDARE, Emendare, corrigere. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Remendo*, ἀνορθόω. Vide Vossium lib. 4. de Vitiis serm. cap. 21. ubi observat ab *Emendare ἀναλόγως* dicendum fore *Remendare*.
- ¶ REMENDATOR, Italis *Rimendatore*, Qui reconcinnat, refarcit, Gallice *Ravandeur*, Veteramentarius. *Nera uxor Tuccii Remendatoris*, in Miraculis B. Ambrosii Senensis, tom. 3. Martii pag. 218.
- ¶ REMENTARIUM, ῥέωπολεῖον, in Glossis Lat. Græc. in MS. Sangerman. *Rimentarium*. Glossæ Græc. Lat. ῥῶπις, ὁ πανσιός φόρτος, ῥέωποπλεῖον, *Rementarium*. Posset etiam legi, ut observatur in Castigationibus, ῥέωπολεῖον, vel ῥέωποπλεῖον, *Veteramentarium*.
- REMENTUS, Αναμνηστῆς, in Gloss. Lat. Gr. quomodo etiam nos Galli *Ramenteu* dicimus eadem notione, unde *Ramentevoir*, Reminisci, in memoriam [& in mentem] reducere.
- ¶ REMERGERE, Iterum emergere, renasci. Capitularia Caroli Calvi tit. 45. cap. 1. *Ad rescanda mala quæ specialiter iterum Remergunt, &c.*
- REMERIRE, pro *Remereri*. Formulæ veteres Baluzianæ for. 3. *Et unde nos injungetis, & nos potebimus, vos vel servientes vestros in bonis partibus Remerire non tardamus.* Form. 4. *Et si locus advenerit, vos vel servientes vestros in bonis partibus Remerire non tardamus.* Sic *Merir* nostri olim dixerunt. Guillelmus Guiartus:
*Li dist ces moz S. Waleri,
Ce qu'as fait te fera Meri.*
Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

- Je prie à celui Dieu qui pour nous voust mourir,
Que l'honneur que me faites il vous veuille Merir*
Vita S. Dionysii Areopagitæ MS.
*A Chastres soûs Montlebery,
Saint Yon gaigna & Meri,
Vray Martyr, vie perdurable.*
- Le Lusidaire:
*Chi erent apelé martyr,
Que Dex vaurra si bien Merir
Le grand service que il frent.*
- [Le Roman d' Athis MS.
*Et Dieu me doit force & vigueur
De vous Remerir cest honneur.*
Vide *Merere*.]
- ¶ REMERTA, Italis *Rimessa*, Germen, furculus, Gall. *Jet*, *Rejetton*. Statuta Astensia collat. 13. cap. 18. *de vendente vites, Remertas & enteos arborum: Si aliquis vendiderit vel vendere voluerit Remertas vel vites vel enteos arborum, non possit predicta vendere nisi publice in mercato ... si aliquis contra fecerit, faciam fustigari cum predictis ad collum.*
- ¶ REMFORSATUS, Firmior, à Gallico *Renforcé*. Inventarium MS. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419. *Item una casula de samito albo Remforsato ad unum magnum offretum aureum.*
- REMICULA. Vide *Rescula* in *Recula*.
- ¶ REMIGIUM, Idem, ut videtur, quod infra *Ripaticum*, Tributum in ripis exsolvendum. Charta Amauri Comitis Montis-fortis ann. 1239. è Tabulario Corbeienfi: *Noveritis quod pro quindecim libratis redditus, quas assignare debebamus nobili viro G. Vicedomino Ambianensi, domino Pinconii, assignavimus eidem apud Conflatum in portu Remigium & mediæ dietatem csciare. In cujus rei testimonium, &c.*
- ¶ REMILICINES, Remoratrices, in Glossis Isid. Legendum est *Remiligines* ex Festo, quem vide.
- ¶ REMILLUS, Repandus, in Glossis Isid. Rursum: *Remillo*, repando, pronullo, vel potius prominulo, ut emendat Grævius. Festus habet: *Remillum dicitur quasi repandum.* Remillum à remi similitudine repandum dici videtur Perotto, cui concinit Martinus, quod remus in aqua repandus & reflexus videatur: de quo quærit Cicero 4. Academ.
- REMINICULUM, Cingulum, quo ensis astringitur. Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 16. *Reminiculum illud, quo solet ensis renibus astringi, ... non mutare aut renovare curabat.* Forte *Reniculum*, à renibus: ut *Renale* eadem notione. [Malleum *Redimiculum*.] Vide *Lumbare*.
- REMINISCERE, In memoriam revocare, Gallice *Ramentevoir*, in Concilio Cloveshovienfi an. 747. cap. 8. [Glossæ Lat. Græc. *Reminisco*, ὑπομιμνήσκω. In MS. Sangermanensi legitur *Reminiscor*; at in Glossis Græc. Lat. ὑπομιμνήσκω, *admoneo*, *moneo*, *comminisco*, *pramoneo*. Verbum ὑπομιμνήσκω per *Reminisci* reddit vetus Interpretes Irenæi lib. 1. cap. 3. quod proprie ibi sonat mentionem facere.]
- ¶ REMIPES, Cui remi sunt pro pedibus. *Remipedes lumbi*, apud Aufonium in Mosella v. 201. *Remipedes anates*, Epist. 3. v. 13.
- ¶ REMIRE, Remeare, redire. Charta Caroli V. Franc. Regis ann. 1366. pro Universitate Paris. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 711. *Remiendo ad dictum Parisense studium, in ipso morando, actu studendo, & ab eodem ad propria redeundo, &c.*
- ¶ REMISCINARIUS, Qui remisse seu lenta voce canit, ut conjecto. Codex MS. Ecclesiæ Vienn. apud Marten. de antiqua Eccl. Discipl. in divinis Off. pag. 386. *Unde surgentibus illis, Archiepiscopus osculetur altare & subdiaconus Remiscinarius ascendat*

ad ambonem, & incipiat lenta voce & sine titulo, & legat in modum lectionis, &c. Ex Ordinario ejusd. Eccl. MS. ibidem laudato pag. 129. Decanus tertium lectionem cantet, qua finita, Subdiaconus Remissivarius cantet tertium responsorium. Sed hic quoque legendum est Remisciniarius, si vera est conjectura, ducta voce à ficto Remiscinium, Remissus cantus.

1. REMISSA, Remissio. S. Cyprianus Epist. 59. Si in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, Remissa peccatorum datur. Epist. 70. Quomodo baptizans dare alteri Remissam peccatorum potest. Adde Epist. 71. Utuntur præterea Tertullianus lib. 3. contra Marcion. & S. Augustinus lib. 4. de Baptismo cap. 18.

2. REMISSA. Ordo Romanus to. 2. Musei Ital. pag. 5. Pontifex autem pergat ad stationem Feria secunda ad Remissa simpliciter. Ita Codex S. Galli: Colbertinus habet ad Remissa simul; Editi: ad missam similiter. Locus obscurus ipsi Mabillonio, & forte corruptus.

REMISSARIA, Tributi species. Charta Childeberti Regis Francor. ex Tabulario S. Sergii Andegavenensis apud Sammarthanos: Ad nostram accessit presentiam, & Clementia regni nostri suggestit, quod de curtibus predicta S. Basilica, qua nominantur... annis singulis inferendam solidos sex inferendales, & alios sex de Remissaria auri pagensis inferendo in fisci ditiones reddebant.

REMISSIO est causa commissa ad committentem facta missio; item, quandoque significat idem quod indulgentia, in vet. Vocabulario juris utriusque. Varie sumitur à Jurisconsultis, qui possunt consuli.

REMISSITIUS FINIS, f. Compositio, qua litigantes sibi invicem remittunt, seu indulgent, quod primum exigebant. Sententia arbitralis inter Archiepiscopum, Capitulum Arelat. & Monasterium S. Cæsarii an. 1221. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: Ut... in perpetuo inter partes pax & finis Remissivus. Vide Finis 1.

REMISSIVA, nude, vel Remissiva Epistola, Qua rescribitur ei, qui primum scripsit. Apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 69. Chronici Siciliae caput 80. inscribitur de Remissiva Regis Roberti ad Catalanos. atque re ipsa continet responsionem integram ejusd. Roberti Regis Calabriae ad Barchinonenses; caput vero 81. ibid. col. 71. inscribitur de objectione facta per Fredericum (Regem Siciliae) adversus Remissivam predictam. Scribitur Remissivam epistolam sub hac forma, &c. in Charta ann. 1275. apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 265.

REMISSORIALES LITTERÆ, Quibus de re aliqua inquisitio, examen vel iudicium ad aliquem remittuntur. Relatio pro canonizatione S. Iudori Agricola, tom. 3. Maii pag. 546. Pontifici jubente dederunt litteras compulsoriales & Remissoriales, cum articulis interrogatoriis pro parte Fiscalis, ad bonam mem. reverendiss. Bernardum de Rojas, &c. Hi iuribus compulsatis & examinatis testibus, absoluto iuridico processu, &c.

REMISSUM. Regestum Castris Lidi fol. 39. Pelicōn factum, ob. Penna facta, ob. Ointum, ob. Sartago Remissi, ob. Centum ferri, 1. den. &c.

REMISSUS, Angl. Remiss, Ignavus, imbellis, segnus, iners. Literæ Edwardi II. Angl. Regis apud Rymer. tom. 4. pag. 296. col. 2. Sciens pro certo, quod nos omnes illos, quos rebelles seu Remissos, in hoc necessitatis articulo, contigerit inveniri, fautores inimicorum nostrorum non immerito reputabimus, & ad ipsos, prout convenit, cum opportunum videbitur, secundum sua demerita capiemus. Aliæ Edwardi III.

Tom. V.

ann. 1337. ibid. pag. 781. col. 2. Necnon arrestandi & capiendi omnes illos... quos pro defensione regni & insula predicta, & repulsione hostium nostrorum, rebelles invenerit seu Remissos, & eos prisonis nostris committendi. Hic Remissos intelligo viros imbelles, malosque indigenas, qui pro defensione regni pugnare detrectabant. Nostri quoque Remis usurparunt pro negligenti, qui remisso animo est, quæ quod sui muneris est, parum curat. Instrumentum an. 1384. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 647. Laquelle forme des appellations est qu'il faut appeller du Parlement de Bretagne, comme de faux & mauvais jugement, ou si le Duc estoit Remis & en default de faire droit en son Parlement.

REMISSUS, Repositus, in locum suum restitutus, à Gallico Remis, si vera lectio est. Charta Guidonis Flandriae Comitum ann. 1237. è Tabulario S. Bartholom. Bethun. Item habebunt & debent habere ibidem dictus Prapostus & Capitulum thelonia, foragia, cambagia & omnes emendas... metarum abstractarum sive Remisarum, absque mesleya. Sed videtur legendum, ut in alio ejusdem aut similis Chartæ exemplari, ubi habetur, metarum abstradatarum sive remutatarum absque mesleia. Vide Remittere 2.

REMITTORES, Remiges, in Historia Obsidionis Jadrensis lib. 1. cap. 37.

1. REMITTERE, Dimittere, finire, pro Græco ἀφίεναι, ἀπολύειν. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 1. cap. 8. n. 3. Remitte mortuos sepelire mortuos suos. PRO Græco: Ἀφες τὰς νεκρὰς ἵδου τὰς ἑαυτῶν νεκρὰς. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, ut habetur Luc. 9. 60. Ibid. n. 4. Nunc Remittis servum tuum, Domine; νῦν ἀπολύεις τὸν δούλον σου, Δέσποτα. Nunc dimittis servum tuum, Domine, Luc. 2. 29. Et cap. 9. num. 1. Et utique non Remississet de divinatione nos accipere nomen ipsius. Καὶ ἐκ αὐτῆς ἐκ μαθητῶν ἡμῶν λαμβάνει τὸ ὄνομα αὐτῆς.

2. REMITTERE, Collocare, reponere, Gallis Remettre. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 110. Ipsam facio transformari, & totam se Remittit in corde & velle meo. Vide Remissus.

REMIX, Ερέτης, κωπηλάτης, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. Ερέτης, Remix. Κωπηλάτης, Remigis, Remix, Remex.

REMO, Vox Italica, Remus, Gallis Rame, Aviron. Litteræ encyclicæ Honorii III. PP. an. 1212. apud Fridericum Schannat Vindem. Litter. pag. 201. Ut cum Remone fidei & anchora justitia Principis Apostolorum naviculam gubernemus.

REMOBOTH, S. Hieronymo, iidem qui aliis Sarabaita. Vide in hac voce.

REMOGUDÆ, Turbæ, morus, Gallice Remu-mens. Charta ann. circiter 1124. in Probat. Hist. Occitan. tom. 2. col. 426. Ego Bernardus Vicecomes & uxor mea Cæcilia Vicecomitissa... recti & fideles adjutores erimus vobis Ermengando de Feberano, de Aimerico Narbona, & de infantibus suis, de totas ipsas guerras & Remogudas, qua tibi fecerint.

REMOLTA, Idem quod Molta, seu Fensitatio quam à vassallis exigit dominus pro frumenti molitura in molendinis suis. Charta Deodati Abbat. S. Tiberii apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 389. Dono tibi guardiam molinis & decimam & mediam Remoltam & duas pugnaderias in septimana de ipsis molinis, qui ibi sunt & inantea erunt.

REMONDARE, Mundum efficere, purgare, Italis Rimondare. Casamentum de terra, luto & putredine Remondare, in Statutis Mutinæ pag. 4.

REMONERE, Iterum monere, vel ἀπὸ λῶς commonere. Apuleius lib. 5. Metamorph. Hic tibi ca-

- venda censebam, hic benevole Remonebam.*
- ¶ REMONSTRANTES in Belgio dicti Arminiani hæretici, qui libellum supplicem *Remonstrantia* dictum, adversus Calvinistarum Synodum Dordracensem, supremis Hollandiæ Ordinibus exhibuerunt an. 1610. de quibus consulendi Historici.
- ¶ REMONSTRANTIA, Hierotheca videndas exponens sacras Reliquias. Vita S. Johannis Gualberti, tom. 3. Julii pag. 341. *Brachium in Vallumbrosa in antiquo & eleganti 4. pedum ciborio involutum pannis, ubi & cuspis dominici clavi, invicem manus ex hoc brachio missæ, per S. Ludovicum data, pulcra in Remonstrantia spectatur. Vide Monstrantia.*
- ¶ REMONSTRATIO, Consilium, monitum, Gall. *Remonstrance*. Menoti Sermones fol. 176. *Nec erat mentio de Remonstrantione & monitione salutis, ut quereret misericordiam à Deo.*
- ¶ REMONTARE, Iterum ascendere, à Gallico *Remonter*. Receptio Caroli VII. Franc. Regis ann. 1438. tom. 1. Fragm. MSS. Stephanotii: *Rege Remontato, conabantur Canonici quod ante ipsos pergeremus, &c.*
- ¶ REMORARE, pro *Remorari*. Glossæ Lat. Græc. *Remoro*, παρέλω, βραδύνω, ἐπέχω. Aliæ Græc. Lat. Παρέλω, *Moro*, *Remoro*, *protraho*, *detrecto*.
- ¶ REMORATOR, Παρελύτης, in iisdem Glossis. Utitur Martianus Capella lib. 1. pag. 19.
- ¶ REMORATRIX, Βραδεία, παρελύτρα, in iisdem Glossis. In MS. Regio legitur, παρελύτρα.
- ¶ REMORARI, Qui præturam defugiunt, remorantur, apud Gothofredum ad legem 21. Cod. Theod. tit. 4. de Prætor. & Quæstor.
- ¶ REMORATRICES. Vide supra *Remilicines*.
- ¶ REMORBESCERE, In morbum recidere, apud Goclenium in Lexico Phil. Utitur Ennius apud Festum.
- ¶ REMORSIO, à Gallico *Remors*, Conscientiæ stimulus, angor, morsus animi. Statuta Cisterc. an. 1246. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1386. *Maxime cum ad tam sacrosanctum mysterium accedere, cum Remorsione fictionis aut falsi, periculum grande sit ac peccatum.*
- ¶ REMORSUS, Idem quod *Remorsio*. Processus contra Willelmum de Hildenissem an. 1411. apud Baluzium tom. 2. Miscell. pag. 294. *Perfectissimus est qui de hoc non curat, nec in sua conscientia ullum Remorsum facit.*
- ¶ REMORSUS CANDELARUM. Vide in *Morsus* 6.
- ¶ REMOVERE TESTAMENTUM, Injustum declarare, in Cod. Theod. leg. 2. tit. 19. de inoffic. testam.
- ¶ REMOVIBILIS, Qui loco suo seu officio potest removeri, in Charta ann. 1453. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 52.
- ¶ REMUAGIUM, Practicis nostris olim *Remuage*, Pretium quod domino solvitur pro mutatione prædii, cum alteri ceditur. Charta Guillelmi Lpisc. Cabillon. ann. 1297. inter instrum. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 253. *Terrarii dictorum locorum... de pecunia & de laudo, seu Remuagio, pro venditionibus contingentibus debitis, quartum denarium dictis Canonicis... solvere tenebuntur.* Recognitio Præpositi S. Symphoriani de Ancella, facta Abbati Trenorchienfi an. 1401. *Sub annuo & perpetuo servitio laudimia, Remuagia, & alia jura ad dominum directum ratione domini directi spectantia, juxta loci consuetudinem, solvendo ad festum S. Michaelis, IV. cuparum frumenti ad mensuram Matiscon. VIII. sol. Paris. & duarum gallinarum, &c.* Charta D. Aubel in pago Bellijocensi ann. 1460. *Servitium, laudimia,*

- vendas, Remuagia & alia jura ad dominum spectantia, &c.* Vide *Muta* 2.
- ¶ REMULCULARE, pro *Remulcare*. Glossæ. Lat. Græc. *Remulculo*, νεωλω. Leg. νεωλω, vel νεολω, ut in Glossis Græc. Lat.
- ¶ REMULTUM, *Funis, quo navis deligata trahitur vice remi; unde Remultare, navem trahere, vel navem Remulto trahere*, Joh. de Janua & ex eo Glossatorum Lat. Gall. Sangerm. MS. Sed legendum est *Remulus & Remulcare*, ut apud Latinos.
- ¶ REMUM, Mendosa vox. Vide in *Rheno*.
- ¶ REMUNDARE, Mundare, ramos refecare, Itali. *Rimondare*. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 71. vº. *Ligna que incidentur ad vendendum sint longa pedibus septem & Remundata.*
- ¶ REMUNERARE, pro simplici Munerare, munus offerre, donare. Notitia ann. 1068. apud Illustr. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 397. *Remunero & dono in superscripta Ecclesia unam Ecclesiam S. Severa totam in integrum cum sua pertinentia, cum libris, paratis & oraculis superscriptis.* Charta an. 1358. è Chartulario Domus Dei Pontifar. *Avoit souverain desir & estoit son entention & propos de leur Remunerer, &c.*
- ¶ REMUNERATIO, Eucharistia. Vita S. Nili Confessoris apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 903. *Sanctam autem Quadragesimam transegit totam nihil aliud sumens, nisi solam Remunerationem, atque id propterea quod per singulos dies petierit panem quotidianum.* Vide *Munus* 1.
- ¶ REMUNERATIONES SACRÆ, id est, *Sacræ largitiones*, in leg. 20. de Palatinis, & leg. 41. de Appellat. Cod. Theod. In vet. inscript. 449. 7. Petronius Maximus dicitur *sacrarum Remunerationum Comes. Comites privatarum Remunerationum*, in lege 2. eod. Cod. de Commeatu. *Munerationes sacra*, apud Symmachum lib. 10. Epist. 43.
- ¶ REMUNERATIONES BENEFACITORUM, Preces ad Deum pro benefactoribus. Guido lib. 1. Discipl. Farfensis cap. 8. *Cum quindecim Psalmis pro omnium tribulationibus, cum precationibus sive Remunerationibus benefactorum.*
- ¶ REMUTARE, Mutare. Concordia Berthæ cum Monasterio S. Vincentii in Gestis Aldrici Episcopi Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 169. *Unde convenit, ut tres epistolas uno tenore conscriptas inter se fieri & accipere deberent, quod ita & fecerunt, ut nullus contra parem suum de istis convenientiis se Remutare non posset.* Alterum locum vide in *Remisus*.
- ¶ REN, si Johanni de Janua fides est, *arivus* dicitur, quod à renibus rivi obsœni & cœiosi derivant, &c. Singulari numero *Ren*, pro *Renes*, apud antiquos non legi observat Vossius lib. 3. de Vitiis ferm. c. 42. nec tamen improbat, cum bina sint viscera, si dextrum sinistrumque renem quis distinguat, ubi sic postulat argumentum.
- ¶ RENA. Papias: *Opium, crema vitium appellatur, quoniam apud Renas nascitur: est autem succus lassar, herba.* Locus pessime corruptus, qui sic emendari debet ex Isidoro lib. 17. Orig. cap. 9. *Laser herba... Opium Cyrenaicum appellatum, quoniam & apud Cyrenas nascitur.*
- ¶ RENACIO, Παλιγενεσία, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. Παλιγενεσία, *Regeneracio, Recreatio, Renacio, Recreatio.*
- ¶ RENALE, [Zona circa renes; Renalis, ad renes pertinet], Johanni de Janua. Vide *Lumbare*.
- ¶ RENASCIBILITAS, Regeneratio baptismalis. S. Augustinus Quæst. vet. & nov. Testam. 115. *In primordio Renascibilitatis polliciti sunt, ut abrenun-*

ciarent pompis & voluptatibus satanae. Renascibilitas magis proprie diceretur Potentia renascendi: quod observat Martinius.

RENCARIUS. Vide Ordinationem Hospitii S. Ludovici Regis Franc. an. 1261. in Notis nostris ad Joinvillam pag. 112.

RENCHERIATUS, Nimium de se bene existimans, ficta voce à Gallico *Rencheri*. Menoti Sermones fol. 128. *Ego promitto & vobis juro, si vultis facere de Rencheriata & per longum tempus mihi uti istis traficis: quod ipse sic Gallice vertit: Je vous promets & si je vous jure, que si vous voulez faire de la Rencherie, &c.* Sermo est de muliere.

RENCOR, Idem quod *Rancor*, de quo supra, Simultas, odium. *Reincere*, odio & mala voluntate cessantibus, in Literis ann. 1356. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 112.

RENCURIA, Idem quod supra *Rancura*, Querimonia. Sententia arbitralis ann. 1302. è Schedis D. *Brunet*: *Quibus utraque pars dedit & concessit plenam & liberam potestatem audiendi, examinandi questiones, Rencurias & demandas seu dubia, quæ sunt & esse possunt inter partes predictas.*

1. RENDA, Caput baltei. Vita S. Alexii Conf. tom. 4. Julii pag. 256. *Deinde tradidit ei annulum suum aureum & Rendam, id est, Caput baltei, quo cingebatur, involuta in prandeo & purpureo sudario.* In MS. Vallicensi male pro *Renda* legitur *Senda*. Alia Vita metricè scripta MS.

*Dixit, & aurato digito max exspoliato,
Aurum cum Renda pro pignore tradit habenda.*

Vide *Rinca*.

2. RENDA, Censur, reditus annuus, præstatio vectigalis, Gall. *Rente*, ab Aremorico *Rent*, quod idem significat, ut vult *Lobinellus*; vel à ficta voce *Rendita* pro *Reddita*, ut *Menagius* opinatur. Charta vetus apud eumd. *lobinell.* tom. 2. Hist. Britan. col. 73. *Manavit per Thebei sacerdotem ad monachos Rotonenses ut orarent pro eo, & dedit eis Ranbothan... sine censu & sine Renda, & sine opere, & sine loch-caballis ulli homini.* Charta ann. 1355. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Diniensi num. 50. *Meliorabitur ferma sive Renda dicti Prioratus pro premissis.* Contractus Monialium Artacellæ an. 1403. *Tradiderunt & concesserunt ad Rendam sive firmam & titulo Renda tradiderunt... arrendatibus... omnes proventus & gausidas pertinentes ad dictum monasterium.* De variis *rendarum* generibus consule Glossarium juris Gallici. Vide *Rendea* & *Renta*.

RENDABLES, Idem quod *Reddibiles*, quod dicitur de feudis, quorum castra vassalli reddere debent domino superiori, cum ei libuerit. Charta *Guillelmi de Bassia*, apud *Baluzium* tom. 2. Hist. Arvern. pag. 116. *Castrum de Mammont cum pertinentiis suis... tenebo ego & heredes sive successores mei bona fide jurables & Rendables à Comite superius memorato.* Vide *Feudum reddibile* in *Feudum*.

RENDACIUM. Visitatio Monasterii S. Amantii Ruthen. an. 1347. ex Archivo S. Victoris Massil. *Ordinamus quod cum sicut (f. sint) Rendacia & novena in ecclesia S. Amantii, &c.* Mendum inesse suspicor in hac voce.

RENDALIS, Idem quod infra *Rendualis*. Charta ann. 1270. apud *Stephanotium* Antiq. Santon. MSS. pag. 270. *Concessimus dictis Priori & Conventui (S. Eutropii) centum solidos Rendales, habendos & percipiendos ab eisdem super vendis, &c.* Conventiones inter Reges Angliæ & Franciæ ann. 1286. apud *Rymer.* tom. 2. pag. 338. col. 1. *Promittimus nos daturos... tria milia librarum Turonens. Ren-*

dalium, quas garentisare tenebimur eidem. Mox recurrit ibidem, ut & tom. 3. p. 684. col. 2. tom. 9. p. 22. col. 1. necnon in Testamento *Sclarmundæ* Reginæ Majoric. an. 1312. apud *Acherium* tom. 9. *picil.* pag. 276.

RENDEA, ex Gallic. *Rente. Cens & Rente*, in Consuetudinibus municipalibus. Tabular. *Celsinianense*: *Hac tamen convenientia, ut censum terra & Rendeas, seu servitium secundum aliorum consuetudinem in pace reddant.* [Vide *Renda* 2.]

RENDERE, Gall. *Rendre*, Reddere. Pactus Legis Salicæ tit. 52. edit. *Eccardi* ex MS. pag. 133. *Si nec tunc Rendere voluerit, adhuc septem noctes similiter venit.*

RENDERIUS, Emphyteota, conductor vel quis tenens vectigali obnoxius, idem qui supra *Redituarius*, Provincialibus nostris *Rendié & Rentié*. Capitulum generale MS. S. Victoris Massil. ann. 1426. *Arrendamenta omnium prioratum & reddituum fiant ad extinctum candela, & plus & ultra (f. ultimo) offerenti adjudicentur... tempore quo Rendiarii illa exsolvunt.* Charta an. 1428. ex Schedis *Præsidis de Mazaugues*: *Presentibus... domino Hugone Flaix capellano castri de Valleta Rendiario prioratus dicti castri de Masalguis.* Contractus Monialium Artacellæ an. 1403. ex iisdem Schedis: *Rendiarii solidos 12. pro uno porquo & totidem de garachio.* Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 20. art. 3. *Substituti notariorum non possint aliquos contractus vel distractus recipere inter eorum magistrum & alium, quod si sumpserint, sint ipso jure nulli, in his quæ concernunt utilitatem eorum magistrum: quod locum habeat in conductoribus seu Rendiariis officiorum eorundem magistrum.*

RENDEVACCA. Statuta Mutinæ fol. 36. vº: rubr. 195. *Cum sit quod propter bella, quæ usque adhuc invaluerunt, terra, prata, nemora & Rendevacca posita in districtu Cesarum à latere sero Navigii perdita sint, & ad nihil reducta pro aquarum superabundantia, & cum homines propter ipsorum paucitatem & paupertatem, qui tenentur ipsa cavamenta facere, in quorum districtu sunt, non possint dictas aquas scolare, &c.*

RENDIS, *Requies otiosa*, in Glossis *Isid.* *Grævius* putat legendum: *Resides, requiescentes, otiosi.* *Papias*: *Resides, otiosi, pigri.*

RENDUA, Idem quod *Renda* 2. *Rendea*. Charta ann. 1070. apud *Baluz.* tom. 2. Hist. Arvern. pag. 47. *Renduas vero & dona quæ huic monasterio dedi... firmiter teneantur.* Alia Charta *Vosiensis* apud *Stephanotium* tom. 2. Antiquit. Lemovic. MSS. pag. 359. *Nec coactum servitium ab hominibus, quæ mansum tenebant, exigant, sed tantummodo Renduam, quam habent, hoc sunt XII. denarii in die S. Mariae in Augusto.*

RENDUALIS, Pecunia quævis, quæ exsolvitur quotannis, Gallice *de Rente*. Vita *Urbani V.* PP. pag. 195. *In cujus evidentia expresse recusari ordinavit per patrem suum 600. libras Renduales, quas Rex Francia sibi dederat ob sui favorem.* Charta an. 1270. in Hist. *Episcop.* *Cadurcensium* num. 127. *Quod ipse det & refundat dicto Domino Episcopo... quingentos solidos Cadurcenses Renduales, &c.* Curia generalis *Catalaniæ* in villa *Montiffoni* an. 1363. *Mille solid. Rendalium seu annualium.* Ita solidos annuales habet Charta ann. 1151. apud *Guichenonum* in *Probat.* Hist. *Sabaudia* pag. 41. Tabular. *Dalonenfis* *Abbat.* fol. 46. *Duos sextarios frumenti Renduales annuatim.* [Ex quo postremo loco patet, vocem *Rendualis*, non de pecunia solum, sed etiam de alia quavis re quotannis exsolvenda, prout locus postulat, esse intelligendam. Rursum occurrit

in Testamento ann. 1289. inter Instrum. novæ Gall. Christ. to. 2. col. 294. in Charta an. 1310. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 994. in alio Testam. an. 1360. apud Marten. tom. 1. Anecdor. col. 1475. & in Instrumentis MSS. passim.]

¶ **RENDUALITER DEBITUS**, Singulis annis solvendus. Charta an. 1324. ex Schedis Marchionis de Flamarens: *Retentis sibi . . . duobus sextariis avene Rendualibus per Petrum . . . sibi Rendualiter annuatim debitis.*

¶ **RENDUS**, **RENDUTUS**. Vide *Redditus* 1.

¶ **RENEARE**, Ejurare, denegare, Gallice *Renier*. Consuetudo Marchiæ Dumbarum art. 17. *Homo taillabilis alterius domini, qui ponet se in franchesia alicujus alterius domini, quia ipse denegat & Reneat dominum suum, omnes ejus res & bona committuntur domino, cujus ille erat homo taillabilis.* Vide *Renegare*.

¶ **RENEGARE**, Idem quod *Renear*. *Abjuramus & Renegamus penitus omnem hæresim*, apud Limborch. Sentent. Inquisit. Tolos. pag. 295. Utuntur quidam è recentioribus, quos omnino culpatur Vossius de Vitiis ferm. lib. 4. cap. 21.

¶ **RENEGATUS**, Qui religionem suam ejuravit. Charta Jacobi II. Regis Aragon. pro Judæis ann. 1242. *Prohibemus, ne alicui de Judaismo vel paganismo ad fidem nostram Catholicam converso presumat aliquis . . . improperare conditionem suam, dicendo, vel vocando eum Renegat, vel Tornadie, vel consimile verbum.* Rogerus Hovedenus ann. 1192. *Et cepit in equitatione illa 24. paganos, & unum Reneez, qui quondam Christianus fuerat, & Dominum nostrum Jesum Christum negaverat.* Le Roman d' Amile & d' Amy MS.

Envers Hervé le cuivers Renoié.

Le Roman de Jourdain de Blaye MS.

A Fromont dient li cuivers Renoié.

Joinvilla in S. Ludovico p. 78. de quodam Christiano, qui sua abjurata religione Mahumetanam amplexatus fuerat: *Je crains si je allois vers vous, la pouvreté où je serois, & les grans infames reproches, qu'on me donneroit, tout le long de ma vie, en me appellant Regnoié, Regnoié. Pourtant j' aime mieux vivre à mon aise, & richomme, que de devenir en tel point.* [Eadem, ut puto, notione, Constitutiones Eccles. Valentinæ tom. 4. Concil. Hispan. pag. 148. col. 1. *Si Canonicus . . . intus sacram adem . . . per Dei aliquod membrum ejusque virginis matris Mariæ juraverit, & in similia verba Renech de Deu prorupevit, si clericus aut beneficiatus fuerit, pœnam quinque solidorum incurrant.*] Vide Nicol. Fullerum lib. 2. Miscellan. sacr. cap. 3. & in *Tornadiz*.

¶ **RENEGELD**, f. Tributum pecuniarium, ab Anglico *Ranvel Ren*, Rapina (quod exactioni pecuniariæ convenire potest) & *Geld*, Argentum, pecunia. Rotulus an. 14. Henrici VII. Regis Angl. apud Thomam Blount in *Nomolexico*: *Per Renegeld Johannes Stanley Ar. clamat habere de qualibet bovata terra infra feodum de Aldford 1. d. exceptis dominicis terris & terris in feodo prædicto infra hundred. de Macclesfeld.*

¶ **RENELENUS**. Vett. Schedæ Thuaneæ apud Mabillonium [tom. 3. SS. Ord. S. Benedict. p. 102.] *Hoc est casula Renelena 1. sagia fusca 2. caligas albas 4. sagia de haira 1. calcias filtrinas paria 1. calcias Renelenas paria 1. &c.* [Venelanas legit ipse Cangiugius in *Calcias* 1.]

¶ **RENELLA**, pro *Reuella*. Vide in hac voce.

¶ **RENENSIS FLORENUS**, Moneta *Florenus* dicta Palatini Rheni, in Charta an. 1408. apud Rymer.

tom. 8. pag. 528. col. 1. & in Libello supplicii ann. 1600. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 5. col. 423. Vide *Florenus*.

¶ **RENFORTIUM**, ex Gallico *Renfort*, Idem quod corroboratio, vel, ut ita dicam, fortificatio. Ita *Renfortium esgardii*, vel *sgardii*, in Statutis Ordinis Hospital. Hieros. tit. 8. §. 1. est judicium duplicatus numerus: nam *esgardium*, judicium sonat. Vide tit. 19. §. 10.

¶ **RENGA**, Balteus militaris. Vide *Rinca*.

¶ **RENGALENGUM**. Vide *Regalengum*.

¶ **RENGIA**, Balteus militaris. Vide *Rinca*.

¶ **RENGUM**, vel **RENGUS**, à Gallico *Rang*, Ordo, series. Conventio Domini & incolarum Castri-novi an. 1461. *Tenebuntur dicti habitatores venire fenatum in dicta pradaria successive unus post alium & de Rengo, sic taliter unus alterum non oneret.* Polyp-tychus Fiscamnenfis ann. 1235. *Dade tenet unam masuram . . . & reddit duos solidos ad Natale & spargit unum Rengum fini in cultura abbatis.*

¶ **RENITIOSUS**, *νεπιτιος*, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat. *Neppitiosus*, *Renosus*, *Rienosus*, *Renitiosus*, Qui renibus laborat.

¶ **RENNALES**. Vide *Andamius*.

¶ 1. **RENO**, Brachii pars, &c. Vide in *Tremum*.

¶ 2. **RENO**, Vestis species. Vide *Rheno*.

¶ **RENODURA**. Bracton. l. 3. tr. 2. cap. 24. §. 2. *Si os frangatur, quod facile perpendi poterit per Renoduram.* Fabris lignariis *Reneure* est quædam linea cava ducta in asseribus, quod *regnet*, seu protendatur ubique in longum.

¶ **RENONUS**, Rivulus canaliculus, alveolus. *Juxta plateas domus Ludovici Gridonis, quodam Renono intermedio, in Charta Bressiensi an. 1497. è Schedis D. Aubret.*

¶ **RENOSUS**. Vide *Renitiosus*.

¶ **RENOTATIO**, Annotatio, animadversio. Oratio Iggicæ Regis ad Patres Concilii XV. Toletan. an. 688. inter Hispanica tom. 2. pag. 721. *Omne quod loqui me vobis aut circumlocutio onerosa cohibet, aut communis sermo forsitan explicare non sinit, hic brevi stylo compliciti, hic liquida Renotationis insinuatione conjeci.*

¶ **RENOVALE**, f. Tributum ex agris novalibus pendendum. Charta Friderici Comitis Verretensis an. 1225. apud Steyererum in Commentariis ad Hist. Alberti II. Ducis Austriæ col. 207. *Abbatas Lucellenses nec secus atque nos veri hæredes, atque in omnibus participes esse debeant, in jure videlicet relevandi decimas, primitias & Renovalia de terris acquisitis & acquirendis in dicto dominio nostro.*

¶ **RENOVARI**, Refici. cibum fumere. Memoriale Potestatum Regiens. ad an. 1218 apud Murator. tom. 8. col. 1091. *Invenerunt Christiani in dicto campo papiliones . . . bisottum, farinam & hordeum multum; unde Renovatus est totus exercitus Christianorum.*

¶ **RENOVELLARE**, Renovare. Optatus Milevit. adv. Parmenianum: *Cum hæc fierent, Donatus ultro prior ad Carthaginem rediit. Hoc audito Cæcilianus ad suam plebem properavit. Hoc modo iterum Renovellatae sunt partes.* Sermo est de recrudescente Carthagine schismate Donati. Et sub finem libri 7. *Inter ipsa principia sæculorum, dum hominum esset Renovellata nati-vitas. Ubi Renovellatus idem tantum sonat quod Novus, recens. Hoc etiam verbo usus est Columella cap. 6. de arboribus: Vineæ factis sulcis optime sternitur atque ita Renovellatur, id est, Reviviscit, integratur. Ut à novus renovale, sic à novellus, renovellare factum est.*

¶ RENTA, Idem quod *Renda*, Reditus, census annuus, Gall. *Rente*. Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiod. sub finem sæculi XIIII. *Ad festum S. Eusebii habent Episcopus & Comes denariatam panis ab omnibus panetariis & revenditoribus Autiss. & in hac Renta habet S. Eusebius vi. partem.* Charta an. 1395. *Pontius Lobiere Præpositus Tolonensis dat & concedit ad facheriam, sive Remam, jura, domos, terras, perceptiones census, servitia, trezena, tascas & arrota, quæ habet in castro de Soleris.* De variis rentarum generibus consulendus est Eusebius de *Lauriere* in Glossario Juris Gallici v. *Rente* & in *Differatione Gallica de Tenemento quinquenni*, ubi fusius agit de *rentis* pecunia numerata comparatis, variasque & integras hac de re refert summorum Pontificum Bullas, Martini V. Nicolai V. Calixti III. Pii V. Gregorii XIII. Clementis VIII. necnon *Arresta* supremi Senatus Parisiensis: quæ hic indicasse satis est, cum ea exscribere non sinant Glossarii fines.

¶ Gallicum *Rente* interdum accipitur pro speciali ac determinato censu dominico, ut discimus ex Libro anniversariorum & censuum Monasterii S. Germani Paris. sign. B. fol. 200. *Les noms de centx, qui doivent les droitures, que nous avons à Clamart. Premièrement Robert Patou pour sa maison du bout de la ville tenant à Jaquemain Hanecart, demie Rente: item pour demi quartier de terre au chief de la ville... de huitième d'une Rente; item pour trois quartiers demi Rente. Thomas Court neufve pour sa maison & jardin... trois quarts d'une Rente & l'huitième, trois deniers moins. Huet Guoguille pour quartier & demi de jardin... un quart & l'uitième d'une Rente.* Pluries occurrit ibi. Quem vero censum peculiarem designet, docemur eod. fol. verso: *Et vault la droiture (vel Rente; unum enim idemque sonant voces Droiture & Rente) ung septier d'avenne & ung minot de froment & deux chappons seurennez.* Vide *Drectura* in *Directum* 3.

¶ RENTAGIUM, Præstationis vel census servilis genus, à Gallico *Rente*, *Rentage*. Litteræ Humberti II. quibus Jaqueminum & Perrinum Vauterii nobilitat an. 1346. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 538. col. 1. *Absolventes & liberantes vos & quemlibet vestrum ac etiam liberos vestros omnes & singulos, presentes & futuros... ab omni tallia, cumplinta, corvata, gayta, exchalgayta, focagio, cornagio, Rentagio & alio quovis usagio, &c.*

RENTALE, Reditus, proventus, Gallis *Rente*, *Rentage*, [vel potius Codex censualis, Gall. *Rentier*, in *Consuetud. Britan.* art. 74. 77. & 78.] Iter Camerarii Scotici cap. 3. *Deinde petatur Rentale burgi, per quod firma perticarum terra leventur, vel levari debeant, tam de terris vastis, quam adificatis.* [Charta Richardi II. Angl. Regis ann. 1381. apud Rymer. tom. 7. pag. 338. col. 1. *Carta, scripta, manimenta, rotuli, evidentiæ & Rentalia Prælatorum, Dominorum & Magnatum, &c.* Et paulo post: *De combustione & destructione cartarum, scriptorum, munimentorum, evidentiarum seu Rentalium, &c.*]

RENUITÆ, dicti Monachi vagi, alias Sarabaitæ, quasi renuentes jugum Monasticæ disciplinæ. Glossæ veteres apud Menardum: *Rennite, qui refutant Abbatem habere.* Vide Isidorum lib. 2. de *Eccles. Offic.* cap. 15. Odonem Cluniac. lib. 3. collat. cap. 23. & Haëstenum lib. 3. *Disquis. Monast.* tract. 3. *Disquis.* 2.

¶ RENUMERARE, Referre, narrare, Gall. *Raconter*. Historia Monasterii Andagin. apud Marten.

tom. 4. *Ampliff. Collect.* col. 935. *Cumque Renumeraret, quæ retulerat ei cubicularius suus, & permutna adificationis colloquia aliquamdiu in Domino delectarentur, &c.*

¶ RENUNTIARE, Jubere valere, nuntium remittere, dimittere, abdicare. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 1. cap. 8. num. 3. *Permitte autem mihi ire & Renunciare domesticis.* In Græco ut & Lucæ 9. 61. ἀπολύξασθαι. Chronicon Parmense ad annum 1282. apud Murator. tom. 9. col. 801. *Guilminus duxit in uxorem quandam dominam... & Renuntiavit canonicatum Parmæ, quem habebat.* Et ad an. 1295. col. 832. *Gotius de Foro capitaneus populi Parmæ Renuntiavit ipsum regimen & capitaneatum.* Hac notione dixit Quintilianus, *Renunciare civilibus officiis*, Gall. *Renoncer.* *Subjectionem atque fidelitatem eidem Renunciare coacti sumus*, in Charta ann. 1523. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 333.

¶ RENUNTIATORIÆ LITTERÆ, Quibus quis rem aliquam abdicat, dimittit, in Diplomate an. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 525. Vide mox *Renuntium*.

RENUNTIUM, Renuntiatio, Gallis *Renonciation*, cum scilicet rem aliquam abdicamus, aut in ea jus nullum nos habere profiteamur. Apud Leonem Ostiensem Titulus cap. 35. lib. 2. sic inscribitur: *Placitum, seu Renuntium Ducum Cagenatorum de confiniis Monasterii hujus.* In ipso textu *Renuntiatio* dicitur. Auctor est Angelus de Nuce, in *Notis ad eundem Leonem Ostiensem*, Petrum Diaconum Casinensem compilasse *Regestum* in sex partitum classes, in *Privilegia, Præcepta, Oblationes, Libellos, Renuntios, & Sacramenta*, quibus universa hujus Monasterii monumenta comprehendi putavit. Exstat illud Casini. Quo loco *Renuntii* sunt Chartæ & Diplomata, quibus ii, qui jus se habere contendebant in res Monasterii, ei renuntiant. [Charta ann. 967. apud Baluzium in *Appendice* tom. 2. *Capitul.* col. 1539. *Neque per præceptum domni Imperatoris, nec per judicatum, nec per Renuntium, nec per ullum scriptum monimnis, &c.*]

¶ RENUNTIUS, Internuncius. *Nuntii, Renuntiique corrupti*, leg. 1. Cod. Theod. tit. 7. de *Nuptiis*. Occurrit apud Plautum.

¶ RENUSIATOR. Thomas Blount in *Nomolexico*: *Et sunt communes latrones & Renusiatores hominum.* An Raptor, voce partim ducta ab Anglico *Ran* vel *Ren*, Raptus?

¶ Haud scio an huc spectet vox *Renvoisié*, quam usurpat le *Roman de la Rose* MS.

*Dant Jupiter li Renvoisiés,
Par qui delis fut si proisiés.*

¶ REORDINARE, Restituere in pristinum ordinem seu locum. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 572. *Tunc plurimis Comitum & curiæ Magnatibus Imperatori snadentibus, hanc ab eo abstulit abbatiam & domnum Supponem, quem supra libavimus, in ea constituit; itaque domnus Suppo Reordinatur.* Primum communi fratrum voto electus & ordinatus ab Imperatore dejectus fuerat; *Reordinatur* ergo hic idem omnino est quod *reslituitur*. Acta BB. Bertoldi & Menrici, tom. 4. Junii pag. 60. *Ut... imaginem sibi prædictam Reordinare non dedignaretur, hoc est, Reddere.*

¶ REORDINATIO, Iterata ordinatio, Scriptoribus Ecclesiasticis, Gall. *Reordination*. Codex Canonum Eccl. Afric. c. 48. *Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod etiam in Capuensi plenaria synodo videtur statutum, ut non liceat fieri rebaptizationes, Reordinationes.* Vide *Ordo* 3.

- ¶ REORIA, ἡ τρίτη τῶν ἀγάμων ποδῶσφορία, in Glossis Lat. Gr. legendum est, ut in Castigationibus: *Repotia, ἡ τρίτη τῶν γάμων ποδῶσφορία*. Festus: *Repotia, postridie nuptias apud novum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio*. Vide ibi Scaligerum, Cujacium lib. 6. Observ. cap. 39. & infra Riperidia.
- ¶ REORTA, pro Rota, ut conjecto. Charta ann. 1159. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 65. *Sed & vicinum nemus... Monachus concessit... ad faciendum aratrum, totum lignum, quod in eo est necessarium, Reortas videlicet & hujusmodi, quibus aratrum trahitur.*
- ¶ REORTARIUS, f. Qui facit reortas, seu rotas, faber lignarius, vulgo *Charron*. Hugo *Reortarius* memoratur in Chartulario Dunensi, nullo addito, unde vera vocis significatio certius innotescat.
- REPA, CREPA, Feretri operculum, umbraculum, ciborium. S. Audoenus lib. 1. de Vita S. Eligii cap. 32. *Fecit quoque Repam in loco anterioris tumuli*. Lib. 2. cap. 39. *perperam Crepa appellatur: Jussit praterea & Crepam ex auro atque argento mirifice fabricare, quam supra Confessoris membra deponere deberet*. Et mox: *His ita gestis, mos erat, ut diebus Quadragesima propter fulgorem auri vel nitorem gemmarum operiretur tumba velamine linteo urbane ornatu holoserico*. Igitur ingrediente Quadragesima pracinxerunt Crepam hujusmodi sindone, ut moles radiantis metalli velata tegeretur diebus pœnitentiæ. Aigradus Mon. in Vita S. Ansberti Episc. Rotomag. n. 29. *Condidit super ejus sepulchrum Repam mira magnitudinis, pretiosis metallis auri argentique decoratam, gemmisque pretiosis adornatam*. Chron. Fontan. c. 2. *Subter arcubus tumulatus, condiditque super eum Repam argento... decoratam*. Et cap. 8. *Conditaque est à fratribus... supra tumbam illius Repa diversis metallis decorata*. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 9. *Sanctorum feretra... cum ipsa prominenti eorum, quam sic vocitant, Repa*. Translatio S. Guthlaci n. 8. *Conductus aurifabrorum & gemmariorum primoribus, elimata amplitudinis artificiosa scultura Repam in sublime suspensam construxit, quam ex diversorum metallorum lignorumque generibus compactam, auri argentique laminis vestitam, crystallis variisque gemmis adornatam ditavit, sicut usque in hodiernum diem humanis visibus apparet*.
- REBA, in Chronico Episcoporum Metensium: *Hic fabricare jussit cum adjutorio Pippini Regis Rebam S. Stephani Mart. & altare ipsius, & cancellos*. Occurrit etiam in Chronico Abbat. S. Trudonis lib. 1. pag. 349. Vide *Ciborium, Reparium, Requies*.
- ¶ REPACIFICARE, Reconciliare, ad pacem & concordiam reducere. Vita S. Caroli Flandriæ Comit. tom. 1. Martii pag. 211. *Si saltem illo modo Repacificarentur.*
- ¶ REPACULUM, Pascuum, ni mavis esse pro *Repagulum*, Locus tutus, quasi *repagulis* clausus. *Quemadmodum nos fecisti de sacro fonte procedere puros; ita nos jubeas in aterna Repacula cum Sanctorum cœtibus sociari perpetuos*, apud Mabillonium Liturg. Gallic. pag. 228.
- REPAGINARE, Denuo sociare, compingere. Vide Petrum Chrysologum serm. 62.
- ¶ REPAIRIUM. Vide mox in *Reparium*.
- ¶ REPARACULUM, Objectaculum, obstaculum, ab Italico, ni fallor, *Riparo*, Gall. *Rempart, Barriere*. Jacobi de Delayto Annales Estenses apud Murator. tom. 18. col. 941. *Nam extenso ponte illo vasorum Pado, concurrerunt rustici... & per demissionem aliquorum molendinorum & alia Reparacula, fuit pons ille disruptus, priusquam quisquam transfret. Ibi-*

- dem col. 1010. *Ad ingrediendum Serraleum illud circumstantiis Stiani & Mirani conatum suum dirigere statuerunt; ac dominus Padua cum gente sua... percepto negotio, adventaverat, & Reparaculis intendebat*. Miracula B. Ægidii, tom. 3. Aprilis pag. 247. *Non ponentes propter ventum vel frigus aliud aliquod Reparaculum circa eam*. Hoc est, Objectaculum auræ arcendæ.
- ¶ REPARAMEN, Ἐπισκευασία, in Glossis Lat. Gr. & Gr. Lat. Idem est quod sequens
- ¶ REPARAMENTUM, Reparatio, Restauratio. Consuetudines Brageriaci art. 121. *Item si in domo conducta aliquod adificium seu Reparamentum sit necessarium... mansionarius post... ostensionem dictæ necessitatis, sua propria autoritate, de salario exinde domino dictæ domus debito seu debendo, reparare, emendare & readificare valeat opportune*.
1. REPARARE, Redire, Gall. *Repaire* [& *Repaire*, alias, nunc *Retourner, Revenir*.] Leges Burgorum cap. 9. *Cum venerit ad atatem, vel Reparaverit domum, vel è carcere liberatus fuerit, &c.* [Villharduinus:
*Et lors encontrerent deus nés,
Qui Repairoient de Surie.*
Le Roman d'Athis MS.
*Mais or verrons au Repairier;
Qu'en leur terre n'a chevalier.*
Le Roman de Rou MS.
*A lor navie Reperrierent,
Et des avoires lor nés chargierent.*
Charta Stephani Comit. Burgund. ann. 1229. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 396. *Li hommes d'Auxonne doivent au seigneur l'est & la chevauchie... en tel maniere que li sires n'en puest mener si loings de la ville, que il ne puisse Reparrier le jour moymes en la ville*. Hoc verbum perperam à *Repatriare* deducit Vir eruditus. Vide *Repaire* alia notione in *Reparium*.]
- ¶ 2. REPARARE. Edictum Caroli Regentis ann. 1358. tom. 3. Ordinat. pag. 338. *Mandantes & tenore presentium committentes Senescallo Carcaffone... numerum focorum modernorum, qui per informacionem diligentem in predicta Senescallia, in libris & papiris thesaurarie regie Carcaffone Reparari, registrarari & describi*. Hujus *reparari* veram notionem ignorare se fatetur Cl. Editor; mihi idem videtur quod *restitui* seu iterum describi in libris laudatæ thesaurarie.
- ¶ 3. REPARARE dicebantur in Academia Paris. Scholares, cum lectiones primum auditas, postea repetebant in scholis: cui exercitationi hora peculiaris assignata erat. Statuta Collegii Montis-acuti an. 1502. apud Lobinell. tom. 5. Histor. Paris. pag. 728. *Et post dictas Vesperas secundo omnes ad cœnam usque hora sexta inchoandam disputabunt, & movebunt quæstiones, de quibus post Gratias, nisi vacatio fuerit, in propriis scholis Reparabunt*. Vocis originem Lobinellus ducit ab Hispano *Reparar*, Attendere, ad aliquid animum revocare, reflectere.
- ¶ REPARATIO, ibidem, Repetitio lectionum disputationumve prius auditarum: *De audiis in die lectionibus vel quæstionibus disputatis discussio fiet... & ita tempus serotinum distribuetur, quod inquisitio predicta, quam Reparationes vocant, ultra septimam cam semis non protrahatur*. Charta Guillelmi Abb. Cistercii an. 1523. apud eundem Lobinell. tom. 3. pag. 181. col. 2. *Nec pro occasione quacumque intermittantur Reparationes artium* (in Collegio S. Bernardi Paris.) *quæ bene practicata æquivalent aut prævalent lectionibus ordinariis*. Etiam occurrit apud Robertum

bertum *Goulet* in Compendio jurium Universitatis Paris. fol. 18. v^o. &c.

¶ REPARATORIUM, Propugnaculum, munitio, defensio, f. ab Italico *Riparo*, Gall. *Rempart*. Epistola de obsidione urbis Rhodi ann. 1480. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 292. *Turrim majori potentia, arte & ingenio oppugnant, ac Reparatoria & propugnacula jactu bombardarum quaciunt, nannullosque conterunt.* Vide *Reparum* 2.

¶ REPARATURA, Reparatio, restauratio. Computus an. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 274. *Pro Reparatura ciminata sala magna, taren. 1.*

¶ REPARE, Vellere. Vide in *Reffare*.

¶ REPARIARE VELA, Renavigare. Solinus cap. 33. *Hoc Arabia sat est, hinc ad Pelusium Repariemus. Pariare vela dicuntur navigantes, qui paribus & æquis velis secundo flatu cursum tenent; unde Repariare, Retro dare cursum, ut habet Hofmannus in Lexico.*

¶ REPARIASSARE dicuntur ii, quos pœnitent instituti, aut à conventis discedunt, in Amalthea & Lexicis juridicis.

¶ REPARIUM, Receptaculum, domus munita, locus munitus, ex Gall. *Repaire*, Itali *Riparo* dicunt. Vide Acharisium. Charta donationis partis castri Meliandri per Ebonem Vicecomitem Ventadoriensem Henrico D. Suliaci an. 1325. *Quidquid habet in castro, seu Repario de castro Milhan.* Alia: *Ratione castri, Repparii, seu fortalitiu de Trenchales, & Repparii seu fortalitiu de la Brossa . . . in Vicecomitatu Lemovicensi, &c.* an. 1282. Alia Gerardi de Masgoubau domicelli Lemovic. an. 1301. *Reparium sive arberjamentum.* [*Maneria seu Repparia*, in Charta Guidonis Episc. Lingon. ann. 1275. ex Archivo S. Benigni Divion. *Hac sunt nomina villarum, maneriorum seu Repariorum vicaria Tholose, in Consuetudinibus MSS. Tolos. è Bibl. D. Abbatis de Crozat. Reparium de S. Eulalia prope Exaudonium, in Charta an. 1441. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 1097. In toto Repario seu tenemento de la Bermondia, in Charta an. 1321. ex Schedis Marchionis de Flamarens. Partitio bonorum an. 1324. apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 725. Radulphus & Maria habebunt castrum seu Reparium de Rezayo, una cum domibus, viridariis & edificiis ad ipsum castrum pertinentibus. Testamentum Bertrandi de Turre ann. 1328. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 707. Bertrandum filium meum . . . heredem insituo in domo mea seu Repario meo de Colthogol cum suis edificiis, fortalitiis, &c.* Hinc

¶ *Repaire* nostri dixerunt pro Commorari, *Reparans*, pro Commorantes. Edictum Johannis Franc. Regis ann. 1355. apud D. *Secouffe* tom. 3. Ordinat. Reg. p. 22. *Et aussi sur tous les habitans, marchandans & Repairans en yceli soit levée une imposition de huit deniers pour livre sur toutes choses qui seront vendues oudit pays.* Aliud Edictum ejusdem Regis an. 1356. ibid. pag. 68. *Sur tous les marchans, habitans & Repairans audit pays.* Literæ ejusdem Regis an. 1362. ibid. pag. 587. num. 38. *Se il avenoit que en un Repaire a Paris, eust grant foison de marchans estranges, & que par ainsi les devanditz courratiers ne peussent assouvir lesdiz marchans en eulx conseillans, que lesditz maistres y pussent adjouster & acompaignier autres courratiers, selon ce que bon leur semblera durant ledit Repaire tant seulement.* Ex quibus posterioribus verbis merito conficit Cl. Editor voce *Repaire* hic significari commorationem, haud perpetuam mansionem. Hodie *Repaire* maxime dicimus Latibulum, quo sese recipiunt feræ, vel spelun-

cam latronum; unde *Repaire* seu *Etre au Repaire*; Jacere est in cubili vel *repario*. Vide *Reparare* 1.

¶ 1. REPARUM, Tela grossior. Processus de Vita S. Yvonis num. 21. tom. 4. Maii pag. 547. *Super cilicium autem vel semper, vel per intervalla gestabat camisiam de tela grossissima, appellata Reparo, Gallice scilicet, ut habetur in Inquisitione MS. pro canonizatione ipsius S. Yvonis.*

¶ 2. REPARUM, Italis *Riparo*, nostris *Rempart*; Munitio. Bernar. de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 262. *Nostri vero munimentis, que Repara vocant, conspectis, tria tormenta, que Bombarda vocantur, ab hostium dextera in ortulo palatii militum Averniorum statuunt.* Vide *Reparatorium* & *Reparium*.

¶ REPASCERE, pro simplici Pascere. Charta Caroli Simplicis an. 914. apud Miræum tom. 2. pag. 806. *Nec in mansiones, neque in ammonas, vel pratis audeat caballos suos Repascere.* Computus an. 1345. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 525. col. 1. *Item, pro equo dicti Aymoneii, qui Repascuit in nemore Vincellarum, vi. den. paris.* S. Paulinus Epist. 44. ad Aprum & Amandam: *Quid igitur agam, à quo mihi tribui vel commodari petam vel supellectilem, qua possim digno ambitu triclinium divitis amulari; vel impendia, quibus possim divitem pauper Repascere.* Hoc est convivio excipere illos, à quo exceptus sum. Simili notione Poëm. 21. ad Cytherium:

Ut pullus aquila dicitur Repascere

Cura parentes mutua,

Quos vis senecta rursus implumes facit;

Nidoque pascendos refert, &c.

¶ REPASSAGIUM, Reditus, Gall. *Retour*. Literæ ann. 1340. apud Rymer. tom. 5. pag. 190. *Pro passagio suo versus dictas partes, & Repassagio suo exinde ad partes Angliæ.* Alia an. 1397. apud eundem Rymer. tom. 8. pag. 14. *Volentes pro securitate adventus, passagii & Repassagii prefati Reymundi, &c.*

¶ REPASTICUS. Vide mox in *Repastus*.

¶ REPASTUM, Idem quod mox *Repastus*. Ordinationes an. 1580. apud Rymer. tom. 7. pag. 241. *Nullus scolarium dicta aula Repasta privata, de sumptibus seu expensis communibus dicta domus, capere presumat, nisi &c.* Adde Kennetti Glossarium ad calcem Antiquit. Ambrosden.

REPASTUS, Idem quod *Pastus*, Refectio, prandium, coena: nostris etiamnum *Repas*. Formula 37. ex Baluzianis: *Nullum ibidem presumant exercere dominatum, non ad mansionaticos aut Repastos exigendo, non ad ministeria describendo, &c.* Testamentum Widradi Abbatis Flaviniacensis anno 1. Theodorici Regis [apud Mabillon. sæc. 3. SS. Benedict. part. 1. p. 686.] *Nullum presumant exercere dominatum, non ad mansionaticos, aut Repastus exigendo, &c.* [In posteriori ejusd. Widradi Testamento ibid. pag. 689. legitur, *Non ad mansiaticos aut Repasticos exigendo.*] Epistola incerti Abbatis tom. 2. Hist. Francor. pag. 665. *Fuimus namque ad locellum vestrum in loco, qui dicitur Il. ipsum mansum consideravimus, ibique nostrum Repastum ex nostro adducere precepimus, & una cum nostris vestrisque fidelibus in amore vestro illic latati sumus.* Vide *Pastus*.

¶ REPATICUM. Vide infra *Ripaticum*.

REPATRIARE, Redire in patriam. Gloss. Isidori: *Repatriat, ad patriam redit.* Gloss. Ælfrici: *Repatrio, icham yipie, id est, domum redeo.* Joann. de Garlandia in Synonymis:

Repatrio, remeo, remetior, atque revertor.

Utuntur [Solinus semel & iterum,] Alanus de Insulis in Planctu naturæ pag. 294. S. Gerardus in Vita S. Adelardi num. 29. [S. Bernardus in Vita

- S. Malachiae & lib. 5. de Consideratione.] Honorius Augustodunensis lib. 3. cap. 38. & 43. Baldricus lib. 1. Chronici Cameracensis. cap. 22. 71. & 122. Auctor Vitae Lietberti Episcopi Cameracensis cap. 16. Otto de S. Blasio cap. 3. Albertus Stadenfis ann. 1193. Thwroczius, &c.
- ¶ REPATRIATIO, Reditus in patriam, apud Sugerium in Vita Ludovici Grossi perioche 9.
- ¶ 1. REPAUSARE, Nutrire, alere. Cassianus Colat. 18. cap. 14. *Hac ... non obscuris orta majoribus ... veniens ad beata memoria episcopum Athanasium, precabatur, ut aliquam sibi alendam viduam daret ... & ut petitionem ejus verbis ipsius exprimamus: Da mihi, inquit, aliquam de sororibus quam Repausam.* Et post pauca: *Rogaveram, inquit, ut mihi dari preciperes, quam ego Resicerem.* Ubi Repausare & Resicere idem sonant, ut satis patet. Notio hæc, ut videtur, ducta est à Græco ἀναπαύω, Resicere, Resocillare.
- ¶ 2. REPAUSARE, Quiescere, pausam facere, Gall. *Reposer.* Johannes Thwroczius in Chron. Hungar. cap. 56. *Cumque venisset ad quoddam nemus magnum, dixit suis, ut pro recreandis equis paululum Repausarent.* Adde Guillelmum Malmesbur. p. 39. Consuetudines Canonorum Regul. cap. 8. de labore manuum, apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1220. *Cum Repausaverint secundum quod qualitas aeris vel situs loci permiserit, circa priorem Repausent.* Vita S. Gerarde schæ, tom. 7. Maii pag. 167. *Volabat autem dicta aquila per totam Ecclesiam, Repausando super capita quorundam dignorum ibi morantium.* Hist. Cortusiorum lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 800. *Se Repausaverunt cum equis per magnam horam noctis.* Vide Pausa.
- ¶ REPOSARE, Eadem notione. Chronicon Domini de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 618. *Suique erant equi optime Reposati.* Et col. 648. *Ibidem ipsa nocte jussi sunt Reposare.* Chronicon Petri Azarii apud eumd. Murator. tom. 16. col. 410. *Decima quarta die Reposetur.*
- ¶ REPAUSARE, Quietem dare. Vita S. Basilisci n. 13. tom. 1. Martii pag. 239. *Me Repausat Dominus Jesus Christus ... omnem requiem & refrigerium præstat mihi Spiritus sanctus.*
- ¶ REPAUSATIO, Quies, somnus, Gallice *Repos.* S. Wilhelmi Consuet. Hirsaug. lib. 1. c. 97. *Meridiana Repausatio in Palmis initiatur & usque ad calendas Octobris protenditur.* Rursum utitur lib. 2. cap. 20. Hist. FF. Prædicat. Paris. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 554. *Aliquando etiam cum fessus se pro labore dictandi Repausationis gratia poneret ad quietem, dormiendo dictabat.* Agitur de S. Thoma. Occurrit rursum in Vita S. Guthlaci, tom. 2. Aprilis p. 55. Contraria notione *Inquietudo* redditur *Repausatio* in Glossis ad calcem Collectionis Canonum MS. è Bibl. DD. Chauvelin Custodis Siggillorum regionum.
- ¶ REPAYRIUM. Vide supra in *Reparium.*
- ¶ REPECIARE, Veteri vesti segmenta affuere, Gall. *Rapiecer,* à *Petia,* quod vide. Regula S. Francisci cap. 2. *Omnes fratres vilibus vestibus induantur, & possint eas Repeciare de saccis, & aliis peciis, cum benedictione Dei.* [*Repeciata coculla, Repeciati sotulares,* in quibusdam Statutis MSS. S. Victoris Massil.]
- ¶ REPEDABILIS, Retrogradus. Fortunatus lib. 1. *Extimuit fugitiva virum Repedabilis arbor.*
- ¶ REPEDIATURA CALLIGARUM, f. Interpolatio tibialium, qua novi pedes reconcinnantur. Statuta Placentiæ lib. 6. fol. 81. *Item de Repediatura duarum calligarum ab homine cum suo reppo sar-*

- toris albo & endego, 11. den.* Vide supra *Pediare.*
- ¶ REPEDITARE, Johanni de Janua, Frequenter repedare; *Regiber du pié,* in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.
- ¶ REPELLITUDO, Impedimentum, obstaculum. Charta ann. 5. Ludovici Imper. apud Meichelbeck tom. 2. Hist. Frising. pag. 206. *Sin autem ipse, Domino vocante, ante mundam desereret, pars illius præter ullam Repellititudinem ad hanc domum, ubi pro remedium animæ suæ donavit, firmiter usitaretur.*
- ¶ REPELLUS, Species ludi. Statuta Montis-regalis pag. 178. *Aliquis non ludat ... ad taxillos, vel ad burinas, vel ad alium ludum vetitum ... præterquam ad Repellum, in quo Repello quis possit ludere usque ad solidos quatuor pro expendendo in uno loco.*
- ¶ REPELTA, Lapis excelsus, in Glossis Isidorianis.
- ¶ REPENDIUM, Remuneratio, compensatio: beneficium quod rependitur. Petrus Diac. 1.4. Chron. Casin. c. 44. *Quasi adeptæ salutis Rependio, B. Benedicto perpetuum se reddidit servum.* [*Inquisitio ann. 1330. to. 2. Hist. Dalphin. p. 231. col. 1. Prænominati non indigent Rependiis gratiarum, quin imo, in & adversus ipsorum quemlibet pœna jurium merito diriguntur.* Statuta Dataria Communitatis Riperiæ fol. 15. cap. 21. *Emptor teneatur & astrictus sit, & compelli possit realiter & personaliter ad solutionem dicti datii seu datiorum, sine spe vel respectu alicujus restauri sive Rependii dandi vel faciendi sibi per dictam Communitatem.*]
- ¶ REPENSA, Idem quod mox *Rependium.* Diploma Johannis Regis Bohemiæ ann. 1338. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 637. *Ipsium (Conradum Slesæ Ducem) ad prosequendum commodum & honorem nostrum ferventius aliquarum retributionum Repensa & specialium gratiarum prærogativa allicere cupientes, hanc sibi gratiam duximus faciendam.*
- ¶ REPENSATIO, Compensatio. *Repensatio vicissitudinis,* apud Salvianum lib. 4.
- ¶ REPENSATRIX, Quæ repensat, rependit, compensat, Martiano Capellæ lib. 9.
- ¶ REPENSIO, Idem quod *Repensatio,* Compensatio. Vita S. Ildefonsi Episc. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 571. *Omnes illos Hispania Prælatos deprecatus est, ut in honorem B. Mariæ & in Repensionem illatæ sibi ab hereticis injuriæ, festam solenne singulis annis in Hispania coleretur xv. Kal. Januariæ.*
- ¶ REPENSITATIO, Memoria, commemoratio. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis, to. 1. Martii p. 633. *Ut lectione eorum quasi Repensitatione rerum & Deus honoretur & homo confortetur.*
- ¶ REPENSIVA, Remuneratio, compensatio. Litteræ Edwardi III. Regis Angl. ann. 1339. apud Rymorum tom. 5. pag. 125. *Memoria recensentes profusam gratitudinem, quam clerus & populus ... nobis hætenus ostenderunt, & proinde volentes eis gratiam facere Repensivam, concedimus, &c.* Litteræ ejusd. Regis an. 1341. ibid. pag. 244. *Gratum foret admodum & votivum, si fœdus nobiscum velletis ire, pro quo libenter gratiam faceremus succedentibus prosperis Repensivam.* Rursum occurrit in aliis ejusd. Edwardi Litteris ann. 1345. ibid. pag. 478. iterumque in aliis ann. 1350. ibid. p. 681. ut & apud Scriptorem sæculi XIII. tom. 1. Bibl. Labbei p. 505.
- ¶ REPENTALIA, Pœnitentia, ex Gallico *Repentaille.* Ita autem appellarunt nostri mulctam, qua mulctabatur is, qui à pacto matrimonio recedebat, quæ non modo parti alteri solvebatur; sed & Prælati ipsi Ecclesiæ. Constitutio Odonis Legati, lata in Concilio Provinciali Syriæ ann. 1254. *Circa executionem vero pœnarum pecuniariarum, quæ vulgariter*

appellantur *Repetailles*, vel *aliarum*, quocumque nomine censeantur, quæ in matrimoniis & sponsalibus apponuntur, quia usitatum est malum, & à majoribus inolitum, & ob hoc difficilius everti timetur, statuimus, &c. Sed ne crimina remaneant impunita, volumus, ut parti resiliendi, pro perjurio vel fide rupta, per Prælatum loci pœnitentia competens imponatur. Ex quibus satis liquet legendum *Repentailles*. Supra: Item & aliud vitium irrepsit apud quosdam, quod quando aliqui contrahere volunt per verba de futuro sponsalia, pœna pecuniaria de matrimonio apponitur: & quandoque certum tempus præfigatur, infra quod contrahi matrimonium debeat, & plerumque sit sine temporis præsignatione. Et cum certum tempus apponitur, si non contrahant infra illud, quamvis postmodum velint contrahere, pœna propter ea præfixa petitur à Prælati Ecclesiæ, compelluntque partes ad solvendum sibi ipsam, in utilitates proprias convertendam. Item si post contracta sponsalia de futuro pœna apposita de matrimonio contrahendo, contrahentes se ab invicem velint absolvere, petitur à Prælati pœna apposita, & ab utraque parte in solidum extorquetur. Et si unam dissentire contingat, altera assentiente, petitur pœna à dissentiente, & compellitur ad solvendum. Et plerumque etiam ab illo, qui contrahere consentit, licet alter dissentiat, pœna solida (ita leg.) vel pro parte exigitur: quod satis crudele & avarum est, ut innocens puniatur. Deinde ait, hæcce profusus matrimoniorum libertati contraire, &c. [Vide *Repentalitia*.]

¶ **REPENTALITER**, Repente. *Repentaliter* . . . somno excutitur, in Vita S. Macarii Antioch. tom. 1. Aprilis pag. 884.

¶ **REPENTALITIA**, Idem quod *Repentalia*. Statuta Ecclesiæ Constant. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 821. & tom. 1. vett. Scriptor. part. 1. pag. 283. edit. in 4^o. Non fiant sponsalia sive fidentalia cum *Repentalitiis*, quia libera debent esse matrimonia, nec metu pœna adstringi.

¶ **REPENTIDÆ**, nostris *Repenties*, Flagitiosæ mulieres ad meliorem vitam conversæ & in cœnobio conclusæ. Testamentum Beatricis de Alboreya Vicecomitissæ Narbon. an. 1367. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1525. Item legamus congregationi *Repentidarum Narbona unum florenum*. Vide *Repentita*.

¶ **REPENTIM**, ἐξαπίνης, ἀφνω, ἀθρόως, in Glossis Lat. Græc. Et mox: *Repentine*, ἀφνωδώς, ἀφνω. Castigationes, *Repentim*, *summatim*, ἀθρόως. Repente, ex MS. Sangermanensi.

¶ **REPENTINÆ FERIÆ**, Festa, si bene conjecto, quæ non solent celebrari, sed quæ repentino quodam pietatis motu coluntur certis de causis non semper recurrentibus. Statuta Mutinæ fol. 77. rubr. 373. Et possit cognosci (de damno facto) & desinari, secundum formam dicti statuti, qualibet die feriata vel non feriata, & non obstantibus aliquibus feriis solemnibus vel *Repentinis*, nisi essent ferie solennes introductæ ad reverentiam & honorem Dei. Vide *Feria 3*.

¶ **REPENTITÆ**, Eadem quæ *Repentida*. Charta Johannis Archiep. Arelat. an. 1255. inter Instr. Gall. Christ. tom. 6. col. 202. Considerantes devotionem & religionem Beatricis abbatisse & monialium S. Salvatoris de Fonte Nemaufensi ad honorem Dei & utilitatem ipsarum concedimus & donamus eisdem domum illam cum omnibus pertinentiis suis, in qua olim *Repentite* in condamina castri Bellicadri habitabant.

¶ **REPERCUSSIO ARBORUM**, Idem, ut opinor, quod *Ramagium*, seu facultas excindendi vel colligendi ramos arborum in silvis. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 71. Habebat illa *Alesia* . . . *Repercussionem arborum de virgulto illo, quæ emit idem*

Miles ab heredibus Alesia & ab ipsa Alesia. Et fol. 119. Eisdem Monachis eleemosinavi . . . facturam, quam habebat dicta *Alesia* in hortis de virgulto monachorum, & herbagium & *Repercussionem arborum*.

¶ **REPERIDIA**, ἐπὶ πῶδα, ἢ μετὰ τὴν ἡμέραν ποδοσφοφία, in Glossis Lat. Græc. Legendum ut in Castigationibus, *Repotia*: & pro ἐπὶ πῶδα, ἐπίπῶδα, quo utitur Pindarus. Vide *Reoria* & *Recessim*: quo in posteriori loco ex pravo ἐπὶ πῶδα factum est æque pravum *Recessim*, *Reperidia*, quasi hæc duo essent synonyma. Adde si vis *Martinium* in *Reperidia*.

¶ **REPERTORIUM**, Jurisconsultis idem quod *Inventarium*, nostris *Repertoire*, *Inventaire*. Tutor qui *Repertorium* non fecit, quod vulgo *inventarium* appellatur, lib. 26. Dig. tit. 7. leg. 7. §. 1. *Inventarium & Repertorium*, seu librum enquestarum conscribi faciatis, in Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 371. col. 1. Vide *Placidum Diac.* in Supplemento Virorum illust. Casin. cap. 11. & 21. apud Murator. tom. 6. col. 70. & 74.

¶ **REPERTURA**, Inventio thesauri. Charta Henrici Imp. an. 932. pro Monast. Bronienfi, apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 30. & Barthol. Fizen in Histor. Leod. pag. 233. *Confirmamus & bannum & justitiam, impetum & burinam, ietum & sanguinem, Reperturam, pürgum regium, fora, telonea, Vicecomitatum, &c.* [Chartularium SS. Trinit. Cadom. De *Repertura de mari medietas est abbatisse*.] Vide *Thesaurus* [& *Wreckum*.]

¶ **REPETACIARE**, à Gallico *Rapetasser*, Affutis pannulis resarcire. Sentent. Inquisit. Tolos. apud Limborch. pag. 329. B. *Franciscus dedit benedictionem fratribus Repetaciantibus vestes suas de saccis*. Vide *Peciatus* in *Pecia*, *Petaacia* & *Repeciare*.

¶ **REPETARE**, Idem quod *Repetere*. Charta Henrici Reg. Angl. apud D. Secousse tom. 4. Ordin. Reg. Fr. pag. 642. num. 47. *Quolibet (quodlibet) duellum debet Repetari tercio die coram duobus hominibus*. Ubi duellum sumitur pro ipsa duelli sponcione, quæ repeti seu iterari debebat.

¶ **REPETENTIA**, ἐπανάληψις. *Repeticio*, ἐπανάληψις (melius.) *Repetitio*, ἐπανάληψις καὶ ἀπαίτησις, ἐπιτροπιασμός, in Glossis Lat. Græc. Adde Glossas Græc. Lat. Pro recordatio utitur *Lucretius* lib. 3.

¶ **REPETIATUS**, Gallice *Rapicé*, *Rapetassé*. Vita S. Pilingotti, tom. 1. Junii pag. 151. *Portans ea (vestimenta) de saccis & aliis petiis diversimode Repetiata*. Charta an. 1227. è Tabular. Eccl. S. Audomari: *In superpellicio honesto similiter taconato seu Repetiato, sed integro*. Vide *Repeciare*.

¶ **REPEYSATA**, Pastus, à Gall. *Repâitre*, Pascere. Computus ann. 1327. & 1328. tom. 2. Histor. Dalphin. p. 216. *Quando dom. Dalphinus & Humbertus ejus frater pransi fuerunt in domo sacristæ, solvit pro Repeysatis equorum . . . 1x. solid. vi. den.* Vide *Reppaisuta*.

¶ **REP IA**, ἡμίκοπος, in Glossis Lat. Græc. & Gr. Lat. in quibus etiam: ἡμίκοπον, *Rera*. Putat *Martinus* legendum *Repla* pro *Repia*, & *Rica* pro *Rera*, ἡμίκοπον vero rectum censet. *Hesychius*: ἡμίκοπον, ἡμίπλευρον, ἡμίκρανα, ἡμιεφάλαιον, σιαγῶνος τὸ ἡμισυ. Itaque illic intelligit vestem, quæ caput ex dimidio operit & sic genas. Ita *cæstitium*, inquit, à *cæstione*, ut ἡμίκοπον à κοπή. Sic *Rica* est ipsum capitis operimentum. Hæc ille. Vide *Repa*.

¶ **REPIDA**. *Anastasius* in *Nicolao I.* pag. 210. *Similiter calicem de auro ex lapidibus circumdatum, & in circuitu pendentes hyacinthos in filo aureo, & Repidis duobus in typo pavonum cum scutis & diversis lapidibus pretiosis hyacinthis albis, qui pensant, &c.*

- REPIGNERARE**, *Pignus recipere*, Papiæ. [Festus: *Reluere, Solvere, Repignerare*. Ulpianus lib. 13. Dig. tit. 6. leg. 5. §. 12. *Rem tibi dedi, ut creditori tuo pignori dares, dedisti: non Repigneris, ut mihi redas*. Vide *Pignus*.]
- ¶ **REPIGNERARE**, Pignori dare. Conventio ann. 1193. è Tabulario Monasterii S. Urbani: *Si cellerarius voluerit aliquem de hominibus suis Repignerare vel obstagiare, de hoc quod levatum fuerit de Repigneratione habebit dominus Hugo tertiam partem, cellerarius duas & de obstagis similiter*.
- ¶ **REPILARE**, *Iterum pilare*, seu tundere, Johanni de Janua; *Repiler*, in Glossis Latino-Gall. Sangermanensibus.
- ¶ **REPISAC**, Anglica vox: quam vide in *Fong*.
- ¶ **REPLANDERE**. Vide mox *Replaudere*.
- ¶ **REPLANTARE**, *Iterum plantare*, defigere, Gall. *Replanter*. Visitatio castrorum Dalphini an. 1347. tom. 1. Histor. Dalph. pag. 67. col. 1. *Palicium reficere, Replantare, morenare & refreciare faciat*.
- ¶ **REPLASMARE**, *Reformare, regenerare*. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 3. cap. 18. num. 1. novæ edit. *Quia enim non erat possibile, cum hominem qui semel victus fuerat & elisus per inobedientiam Replasmare & obtinere bravium victoria; iterum autem impossibile erat, ut salutem perciperet, qui sub peccato ceciderat: utraque operatus est Filius, Verbum Dei existens, à Patre descendens & incarnatus, &c.*
- ¶ **REPLATUM**, f. Idem quod *Complantum*, Ager jure usufructuario ad plantandas vineas certis conditionibus datus. Inventarium Episcopatus Claromont. fol. viii^{xx}. xv. *Petrus de Merdonia domicellus tenebat in feudum à domino Claromont. totum Replatium podii Merdonia & plura alia*.
- ¶ **REPLAUDERE**, *Repulsare*. Glossæ Lat. Græc. *Replaudo, ἀντιποτέω*. Perperam in Græco-Latinis: *ἀντιγοτέω, Replando*.
- REPLEGIARE, REPLEGIABILIS**. Vide *Plegius*.
- ¶ 1. **REPLICA**, *Analabum, armilauza, scapulare monachorum, resticula dua, à replicando dicta*: Laurentio in *Amalthea*, & in *Martini Lexico*: quod confule. Vide *Analabus*.
- ¶ 2. **REPLICA**, *Præctis nostris, Replique, Iterata defensio, refutatio, responsio*. Charta Caroli Regis Fr. an. 1489. apud Baluz. to. 2. Hist. Arvern. p. 237. *Dictus vero defensor suas defensiones & dicti actores suas Replicas, ac præfatus defensor suas duplicas penes consiliarium nostrum contradidissent*. Semel & iterum occurrit hac notione in Bibliotheca Monasterii Heilsbronensis pag. 114. Vide *Replicatio*.
- ¶ **REPLICARE**, Gall. *Repliquer*, *Refutare, iterare responsum, præsertim in litigando*. Charta an. 1235. ex Schedis Præsidis de *Mazanges*: *Ut deinde possint agere vel experiri, deffendere, Replicare & excipere & emptiones facere, & de calumnia jurare pro supradicto affari*. Sententia arbitralis ann. 1274. ex iisdem Schedis: *Dictus vero procurator Replicabat*. Arrestum Parlamenti Paris. 19. Junii ann. 1332. contra Scabinos Atrebat. *Procuratore dictorum conjugum Replicante & proponente in contrarium plures rationes juris & facti*. Occurrit in alio Arresto ann. 1341. apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 486. & alibi. Vide *Replicatio*.
- REPLICARE AD SERVITUTEM**, in Edicto Rotharis Regis Longob. tit. 88. §. 4. & in Lege Longob. lib. 2. tit. 18. §. 3. *Replicare ad servitium*, eod. lib. tit. 12. §. 2. *Ad Palatium Replicare*, de ancilla Palatii, tit. 9. §. 3. *Ad publicum Replicare*, in Legibus Luithprandi Reg. Longob. tit. 19. §. 2. in

- Legib. Ratchis Regis tit. 5. Astulphi Regis tit. 5. &c. *Vetus Judicatum in lib. 2. Chronici S. Vincentii de Vulturno pag. 690. Ut omnes servi, qui subtracti erant ... qui ad ejus placitum venire nolissent, potestative eos apprehenderet, & in ipso servitio eos Replicaret, cum famulis, & filiis, & rebus, &c. Infra: Vel in ipsius præsentia sic eos Replicaret in servitio de ipso Monasterio, &c. Ad servitium repetere*, in Legibus Wisigoth. tit. 7. §. 4.
- ¶ **REPLICATIO**, in veteri Vocabulario, est exceptionis facta exclusio; & sic est quadam exceptio competens actori contra exceptionem rei, & istam semper opponit actor: & contra *Replicationem* actoris datur *duplicatio rei*; & iterum contra *duplicationem rei* datur actori *triplicatio*: & sic in infinitum extendere licet. Tabularium Calense pag. 139. ad ann. 1256. *Die assignata coram nobis ... ad interloquendum super exceptionibus ex parte dictarum monialium, & Replicationibus ex parte dicti magistri, &c.* Charta an. 1273. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 277. *Rationibus, exceptionibus, cavillationibus, Replicationibus & defensionibus tam juris quam facti*. Statuta Montis-regalis pag. 86. *Insuper quia saepe dictum est supra, quod etiam discussis, vel non discussis, exceptionibus procedatur, ne processus cause impediatur, statutum est, quod omnes exceptiones, Replicationes & triplicationes, dilatatorie, declinatorie, peremptorie, &c.* Sed hæc sunt Jurisconsultis familiaria. Glossæ Lat. Græc. *Replicacio, ἀντιπαράγραφη*. Aliæ Græco-Lat. *ἀντιπαράγραφη, Replicacio, proscriptio, Replicatio, perscriptio*.
- ¶ **REPLICATIO BENEFICII**, *Remuneratio, compensatio*. Diplôma an. 1322. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 470. *Ut pro Replicatione beneficii temporalis, memoria nostri & prænominatarum defunctorum in omnium fratrum orationibus apud Deum jugiter habeatur*.
- ¶ **REPLICATURA**, *Αναδιπλασις*, in Glossis Lat. Gr. & Græc. Lat. *Reduplicatio*, figura Grammat.
- ¶ **REPLISUM**, *Plicatura*, Gall. *Repli*. Ad calcem extracti ex Regestis Parlamenti Paris. pro Ballivo Atrebat. ann. 1381. habetur: *Et erat signatum super Replisum, Per judicium Curia. Jouvenet & Sulli*.
- ¶ **REPLORARE**. *Gesta Trevirensium Archiepisc.* apud Marten. tom. 4. Ampliff. Collect. col. 243. *Incredibili lamentatione lugebat Luciferum injuste de cælo extrusum, quem volebat denuo Replorare in cælum*. Vix dubito quin mendum sit in hac voce, pro qua forte restituendum est *reportare*.
- ¶ **REPLUENS**. Glossæ Isidori: *Repluentibus, exabundantibus*. Legendum est, *Refluentibus, exundantibus*, ut quidam volunt: & certe *Repluere* proprie foret rursus pluerè; quia vero, inquit Vossius lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 21. si iterum iterumque pluat, redundant aquæ, dicitur *Repluentibus, exabundantibus*, ut apud Papiam: *Repluit, abundat*.
- ¶ **REPLUM**, *Species mulieris*, in Glossis Isid. Suspicatur Vulcanius legendum esse: *Peplum, Species vestis muliebris*. Vossius lib. 3. de Vitiis ferm. cap. 42. *Peplum, vestis muliebris*. Martinius retinet *Replum*, quod ordo alphabeticus ibi sit observatus, *Replumque* sit operimentum, quod vesti accommodari potuit. Deinde, ut *Reicinium à Reicio*, sic *Replum à Repello* ex eadem causa dici potuit. Emendat ipse: *Replum, Vestis mulieris*.
- ¶ **REPODIARE, REPODIATIO**. Vide *Podium*.
- ¶ **REPOENITENS**, *Pœnitens, dolens*, Gallis *Repentant*. *Repœnitentem suscipe me, Domine*, in veteri Antiphonario Eccl. S. Petri in Vaticano, Edit. Thomasi Romæ an. 1686. col. cxv.

REPOFOCILIUM. Vide *Retrofocilium*.

- ¶ 1. REPONDERARE, Tantumdem pendere, æquare, Gall. *Contrepeser*. Epistola Sddani Ægyptii in Chronico Johannis de *Whethamstede* pag. 409. *Pugillus siquidem plebis, nunquid latitudinem maris poterit obumbrare, & velut guttaroris minima ultra aquarum multitudinem in litore posita, virtutem exercitus nostri Reponderabit?*
- ¶ 2. REPONDERARE, Rependere. Sidonius lib. 1. Epist. 4. *Reminiscaris, velle me tibi studii hujusce vicissitudinem Reponderare.* Et lib. 5. Epist. 1. *Reponderatur tibi ex hoc consummatissima gloria.* Adde lib. 9. Epist. 11. Claudius Mamert. ib. 3. c. 15. *Pro falsitate veritatem alicui Reponderare.*
1. REPORTAGIUM, Medietas decimæ; Reportage. Charta Theodorici Episc. Ambian. an. 1150. *Mater Ecclesia Ambianensis ex antiquodignitatis sue privilegio obtinet medietatem decimæ, que vulgo dicitur Reportagium.* Alia ejusdem anni 1171. *Cum prædicti Monasterii fratres apud Flaißerolles commorantes Reportagium, medietatem videlicet decimæ, quam Ambianensis Ecclesia de labore parochianorum suorum in territoriis Poliville & Choisi agricolantum de antiquo obtinuerat, retinere attentassent.* Charta ann. 1245. ex Tabulario S. Germani Pratenfis: *Illa cujus esset major decima de Clamardo ratione prædictæ consuetudinis sequens colonum suum haberet nomine Reportagii medietatem decimæ terra illius sic culta, &c.* Charta G. Abbatis S. Florentii Salmurienfis ann. 1246. ex Tabulario S. Dionysii: *Ratione cujusdam consuetudinis, quæ Reportagium sive Carrucagium vulgariter nuncupatur.* Ita in alia Decani Paris. ejusd. anni *Carrucagium* habetur; [& melius, ni fallor, *Carrucagium*, in alia mox laudanda è M. Pastoralis Eccles. Paris.] Alia anni 1166. in Tabulario Abbatie S. Acheoli Diocesis Amb. fol. 455. *Clamabamus siquidem inter nos invicem quasdam decimas per consuetudinem Reportagii.* Et infra: *Totam nihilominus decimam absque Reportagio possidebit.* In eadem Charta: *Nihil habebit Reportagii; sed tota ex integro decima ad jus & possessionem de Marcel deferetur, sicque manifestum & patens, quod neque Ecclesia de Marcel de curte de Bertencourt & culturis suis antiquis, neque Corbeiensis Ecclesia de omni territorio, quod ad jus & parochiam de Marcel pertinet, aliquid omnino reportabit.* Charta an. 1246. in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 23. ch. 95. *In locis illis duntaxat, quos coloni decimaria sive territorii nostri in eorum decimaria excolebant ratione cujusdam consuetudinis, quæ Reportagium sive Carrucagium vulgariter nuncupatur.* Tabularium Altæripæ in Episcopatu Lingonensi an. 1287. *Dicitur Curatus illam decimam, quæ debetur nomine Reportagii, accipiet & habebit.* Occurrit non semel in Tabulario S. Dionysii fol. 15. 16. 32. & in Tabulario S. Germani de Pratis fol. 103. [ut & in Tabulariis Compendiensi, & S. Medardi Suesionensis, &c.]
- ¶ Locum habebat *Reportagium*, cum ab hominibus seu colonis unius Ecclesiæ agri excolebantur in vicino alterius Ecclesiæ seu parocciæ territorio; tunc enim medietatem decimæ frugum ex iis agris nascentium percipere solebat prior Ecclesia, etiamsi nullum aliunde jus, nullam aliam in ea parocciæ decimam habere consuevisset; hinc inter Ecclesias de *Reportagiis* dissidia: Hujus rei testis est Charta E. Prioris S. Martini de Campis an. 1243. in Tabulario nostro Sangermanensi: *Notum facimus, quod cum talis esset consuetudo inter villas de Meudonno & de Clamardo, quod si aliqua terra arabilis coleretur in territorio & parrochia de Meudonno per colonos & ani-*

- malia commorantia in parrochia de Clamardo, ille cujus esset major decima de Clamardo ratione prædictæ consuetudinis, sequens colonum suum, haberet nomine Reportagii medietatem decimæ terra illius sic culta, & eadem consuetudine similiter uteretur villa de Meudonno in territorio & parrochia de Clamardo. Tandem inter nos ad quos spectat major decima de Clamardo & religiosos viros Abbatem & Conventum S. Germani de Pratis Paris. ad quos spectat major decima de Meudonno, fuit concorditer ordinatum, ita videlicet quod nos... supra dictam consuetudinem remisimus... & quidquid nomine Reportagii in territorio de Meudonno percipiebamus... præfatus vero Abbas & Conventus S. Germani præfata villa de Clamardo eadem consuetudinem remiserunt.*
2. REPORTAGIUM, Dicitur, sententia, arbitrium, Gallice *Rapport*. Charta Libertatum Villæ Maceriarum ann. 1233. *Si aliquis casus emerferit, qui in ista Charta, & per istam Chartam determinari non valeat, idem casus ad usagium patriæ per Reportagium Scabiorum firmiter tenebitur.*
- ¶ REPORTAMEN, Actio reportandi proprie, relatio. Epistola Abbatis S. Albini apud Johannem de *Whethamstede* in Chronico p. 440. *Honesti enim viri est honesta dicere, in aliis vero vel interpretari in melius, vel omnino tacere. Igitur vel omnino taceatis, vel in melius Reportamen faciatis; hoc est, in meliorem partem accipiatis, mitiorem in partem interpretamini, ut satis patet ipso contextu.*
- ¶ 1. REPORTARE, Causam judicandam referre, Gall. *Rapporter*; hinc *Reportator*, Gallis *Rapporteur*, Relator causæ judicandæ. Lobinellus to. 4. Hist. Paris. pag. 525. plura refert Aresta Parlamenti sic terminata: *Reportatum per N. vel N. Reportavit, & in Regeftis ejusd. Parlamenti passim, N. Reportator.* Juxta primam hujusce supremi Senatus institutionem duplicis erant generis Consiliarii. Alii judicabant tantum, nunquam *reportabant*; alii *reportabant* solum, non judicabant: quod discrimen sustulit Philippus VI. Edicto ann. 1344. tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 224. n. 9. ubi: *Que tous Rapportent... car tous doivent estre Rapporteur & Jugeurs.*
- ¶ 2. REPORTARE, Transcribere, cedere, dimittere. Charta Henrici II. Ducis Lotharingiæ ann. 1243. apud Miræum tom. 1. pag. 116. *Noverit Universitas vestra, quod Gosuinus Miles, dictus Bock, totum feodum, quod de nobis tenebat in territorio de Heimicsem, in pratis, aquis, piscariis... ad opus Abbatis & Conventus de Loco S. Bernardi... qui ab ipso Gosuino præfatum feodum, titulo emptionis, juste acquisierunt, in manus nostras quasi veri domini & superioris ipsius feodi Reportavit, atque justo modo *werpivuit*, nihil sibi juris, nihil suis heredibus in dicto feodo, ad præsens vel in posterum, reservando. Hoc feodum Monasterio venditum, dicitur in manus superioris domini Reportatum seu dimissum, quod nemini feudum tenenti licitum fuerit illud alienare sine licentia domini feudalis. Literæ Margaretæ Flandriæ Comitissæ ann. 1250: quibus pacem componit inter Walterum Episc. Tornac. & Balduinum Communi Dominum, apud eumd. Miræum tom. 2. pag. 1233. col. 1. *Nos ambo (Balduinus & ejus filius) dictas justitias terrarum Episcopi... Reportavimus libere & absolute *werpivimus* & effestucavimus in manus illustris domine M. Flandriæ & Hannoniæ Comitissæ... Reportavimus & libere & absolute *werpivimus* & effestucavimus in manus dictæ D. Comitissæ, de consensu & voluntate ejus ad opus dicti Episcopi & successorum ejus, patronatum Ecclesiæ de Commiæres. Et col. 2. Reportaverunt & in manus nostras libere & absolute dicti Balduinus Dominus de Commiæres & Balduinus filius ejus**

primogenitus verpoverunt & effestucaverunt; ad opus dicti Episcopi & successorum ejus, justitias dictarum terrarum Episcopi, &c. Vide Raportatio.

¶ REPORTATIO, Transcriptio, cessio, rei possessæ dimissio, Gallis *Transport*. Cornelii Zantfliet Chronicon apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 414. Eodem anno (1421.) Johannes Comes Namurcensis pro certa summa pecunie vendidit Principi Philippo Duci Burgundie totum Comitatum Namurcensem... ad quem juridice suscipiendum & saisendum missi sunt honorandi viri... in quorum manus facta est decenter Reportatio & effestucatio predicti Comitatus mensis Junii die octava. Vide Raportatio.

¶ REPORTATIONES, Commentationes, adnotationes. Testamentum Guillelmi de Turre Canonici Claromont. an. 1315. apud Baluzium to. 2. Hist. Arvern. pag. 539. Item lego ff. vetus meum & ff. novum, infortiatum, Codicem, Summam Asszonis & alias Reportationes & commenta super Corpus juris & Decretales meos Bernardo, &c.

¶ REPORTATOR, Gall. *Rapporteur*, Relator causæ judicandæ. Vide Reportare 1.

REPORTUNUS. Gloss. Græco-Lat. *οχητιος*, Importunus, Reportunus. [Adde Latino-Græcas.]

¶ REPORTUS, Italis *Riporto*, Relatio, actio reportantis aliquid eò, unde fuerat allatum. Statuta Avenion. lib. 1. rubr. 25. art. 2. *Molendinarius pro portu & Reportu cujuslibet salmata grani vel farina, tam infra civitatem quam extra, mercedem unius solidi Turon. tantum consequatur.*

¶ REPOSARE, Quiescere, nostris *Reposer*. Vide in *Repausare* 2.

¶ REPOSCERE, Latinis notum pro Repetere. De magistro, qui discipulos dictata reddere jubet, dixit Terentianus Maurus de Carmine Anacreontio Choriambico: *Tu genus hoc memento reddere, cum Reposcam.*

¶ REPOSCONES, Flagitatores, qui continuo convitio debitum reposcunt, Laurentio in Amalthea. Ammianus lib. 22. sub finem: *Homines autem Ægyptii plerique... sunt... Reposcenes acerrimi.* Vox est non inelegans, judice Vossio lib. 3. de Vitiis serm. cap. 42. sed dici non potest, num Lucillius, vel alius veterum, usurpet; an demum inventa, Latinitate collabente.

REPOSITARIUS, [Idem quod *Repostarius*, Thesaurarius.] Vide *Salmedina* in *Zavalmedina*.

¶ 1. REPOSITIO, Quies, Gall. *Repos*. *Monasterium B. Mariae de bona Repositione in oppido S. Salvii, vulgo Notre Dame de bon Repos*, apud Stephanotium to. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia MSS. p. 286.

¶ 2. REPOSITIO, Locus ubi quid reponitur. Palladius lib. 1. de Re Rustica c. 32. *Repositiones feni, ligni, cannarum, nihil refert, in qua parte fiant, dummodo sicca sint.*

REPOSITORYUM, Discus major, in quo variæ simul lances componebantur ac reponebantur, ad mensam, apud Plinium, Petronium, eundemque in Fragmentis pag. 9. II. 31. 46. quod *Compostile* vocat Ennodius Epigr. 22.

¶ REPOSITORYUM, Id omne in quo aliquid reponitur. Perpetuus Turon. Episc. sæc. 5. in suo Testamento legat Amalario presbytero capsulam communem unam de serico, item peristerium & columbam ad *Repositorium*; id est, columbam ad reponendam sacrosanctam Eucharistiam, ut probat Mabillonius lib. 1. de Liturgia Gallic. cap. 9. num. 13. Breviarium divisionis thesaurorum Caroli M. an. 811. *Harum divisionum... unaquæque ab altera sequestrata, semotim in suo Repositoryo cum superscriptione civitatis*

ad quam preferenda est, recondita jacet. S. Bernardus de Convectione ad Clericos cap. 3. *In illud siquidem (pravæ conscientie) Repositoryum, velut in sentinam aliquam, ota decurrit abominatio & immunditia defluxit.* Computus an. 1244. MS. Bibl. Regiæ: *De quodam Repositoryo ad nebulas v. f. Statuta Eccl. Nannet. ann. 1365. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 930. & Statuta Eccl. Meld. eod. an. tom. 2. Histor. ejusd. Eccl. pag. 508. Item, quod dua sint cuppa, sei duo Repositorya, unum videlicet quod pro hostiis conservandis remaneat, alterum quod ad infirmos deferatur.* Inventarium Eccl. Aniciensis an. 1444. *Item, quoddam estoy corporalium de panno nigro Damascii. Item, quoddam Repositoryum corporalium de veluto nigro. Ubi Estoy (nostris Etui, Theca) & Repositoryum idem sonant.* Charta Petri Noviom. Episc. an. 1411. *In medio partis dicti cimiterii pro cimiterio remanentis fiat una crux honesta, & prope ipsam aliquod Repositoryum conveniens ad reponendum ossa seu reliquias defunctorum, qua reperientur in parte dicti cimiterii.* Acta B. Andreae pueri, tom. 3. Julii pag. 464. *Repotatus rursus est thesaurus (id est, corpus sacrum) ad ecclesiam S. Apostoli Andreae in Rinn, non amplius in æmeterio, sed in Repositoryo, quod in templi pariete hunc in finem studio fuerat excavatum, recludendus. Ubi Repositoryum idem est quod Sepulcrum.* Synodus Valentina ann. 1581. to. 4. Concil. Hisp. pag. 288. *Rector & clerus intra ipsum Ecclesie archivum, Repositoryum unum conficiant, cum tot scriniolis sive cellulis, quot in illa Ecclesia beneficia fuerint: in quo acta omnia & instrumenta ad beneficium spectantia in rosterum recondantur, ita ut singula cellula singulis beneficiis deputentur.* Vide mox *Repositum* 1.

VASA REPOSTORIA, In quibus quid reponitur. Papias: *Vasa Repostoria, arca, gazophylacium, cibutum, loculus, scrinia, &c.* Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 898. *Tomas salerni plenas, aliaque vasa Repostoria cum multis speciebus ex pretiosis opibus de suis locis transtulerunt.* Vide *Salmasium* in *Observationibus ad Jus Aiticum & Romanum* pag. 451.

REPOSTORIUM SANCTIUS, Ærarium, vel potius Cimeliarchium, apud Capitolinum in Antonino Philos. Glossæ Basilicæ: *επισκοπιόριον, παρατηρητήριον.*

1. REPOSITUM, Fiscus. Testamentum Sancii I. Reg. Portugalliæ ann. 1217. apud Brandaonem tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 260. *Cetera omnia de meo Reposito dentur leprosis Colimbria.* Infra *Repositoryum* scribitur.

REPOSTARIUS, Thesaurarius. *Repostarius major*, in Charta æræ 1316. apud eundem Brandaonem tom. 5. ejusd. Monarch. pag. 304.

¶ 2. REPOSITUM, Secretior camera. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. xi. *Per officiales Repositi bene fiant illa injuncta eorum officiis, qua ad servitia palatii diriguntur.* Et pag. xl. *In nostro Reposito sunt dua persona, qua excupatores nominentur; ipsi enim tam cameras nostras quam palatia scobare & mundare teneantur.*

¶ 3. REPOSITUM, Sepulcrum. Bulla Leonis IX. PP. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. 671. *Ejus cadaver in quodam Reposito in ecclesia Fratrum Predicatorum... detulerat tumulatum.* Vide *Repositoryum*.

¶ REPOSITURA, Repositio, seu actio reponendi. Vita B. Notkeri Balbuli, tom. 1. Aprilis pag. 582. *Erat Roma instrumentum quoddam ex theca ad Reposituram antiphonarii authenticæ.*

REPOSITUS, Secretus, arcanus. Will. Malmesburiensis lib. 4. Histor. Angl. cap. 2. *Illud Repositus prepositum non ita vulgatur, &c.* Robertus Bour-

ronus MS. in Merlino : *Elle me creanta que ille s'en partiroit en Repost de son pere.* Hugo Plagon Gallicus interpres MS. W. Tyrii lib. 6. cap. 7. *Delirescentes, ... Reponnoient.* Lib. 12. cap. 4. *In prædictis latebant insidiis, ... Pour ce firent Repostailles & esmouchemens.* [*Des Fontaines* cap. 20. num. 3. *Tu edificas par force en ma terre ou en Repost, id est, Clanculum, occulte.* Le Roman de la guerre de Troyes MS.

Se sont dedens li temple mis ...

Ces ont les Repostals garnis.

Le Roman de Rou MS.

N'est chose si Reposte qui ne soit revelée,

Ne euvre tant obscure qui ne soit demonstrée.

Observat Thomasserius in suo ad Bellomanerium Glossario, *Repost, & Reponaille* in antiqua Decretalium Interpretatione pro electione clandestina vulgo accipi.]

¶ REPOSTARIUS, Thesaurarius. Vide *Repositum* 1.

¶ REPOSTORIA VASA. Vide *Repositorium*.

¶ REPOTIA, Vox Latinis nota, quam quidam è recentioribus transtulerunt ad convivia, quæ in nonnullis religiosis Ordinibus celebrantur recurrente professionis die, anno præsertim quinquagesimo, quem *Jubilaum* vocant. Statuta Ernesti Bavari Archiep. Colon. ann. 1605. in Instrum. tomi 2. novæ Gall. Christ. col. 162. *Nec in esculentis aut poculentis novi aliqui in monasteriis sumptus fiant, ullave Repotia aut anniversaria professionis convivia.*

¶ REPPARIUM, REPPERIUM. Vide *Reparium*.

¶ REPPAYSU TA, Idem quod supra *Repeysata*, Pastus, à Francico *Repaître*, Pascere. Computus Johannis Humberti sub Guigone Dalph. an. 1328. ex Schedis D. Lancelot : *Item tradidit Johanni Viconis dicta die pro Reppaysata equorum dicti domini Dalphini, 111. sol.*

¶ REPPUS, Italis *Reffo*, Gallis *Fil*, Filium. Statuta Placentiæ lib. 6. fol. 80. vº. *Sartores de drapis non possint accipere de taliando & cusendo ... videlicet de aliquo gonello drappi integri ... ab homine cum suo Reppo sartoris albo & endego ... ultra 111. sol. & VI. d. Et fol. 81. recto : Item de aliquo guernimento de biseto vel albasio ab homine cum suo Reppo sartoris albo & endegho ultra 11. d. Alium locum vide in *Repediatura*.*

REPRÆSALIÆ, Jus recipiendi, quod cuiquam per vim ablatum fuerit, à voce Gallica *Reprendre*; [nostris *Represailles*, Italis *Rappresaglia* & *Ripresaglia*. Alias originationes affert Vossius lib. 3. de Vitiis serm. cap. 42. quem, si opus est, consule.] Auctor Breviloqui: *Reprasalia est potestas pignerandi contra quemlibet de terra debitoris data creditori pro injuriis & damnis.* Idem: *Reprasalia dicuntur, quando aliquis oriundus de una terra spoliatur, vel damnificatur ab alio oriundo ab alia terra, vel etiam si non debitum solverit ei: tunc enim datur potestas isti spoliato, quod ei satisfaciat contra quemlibet in terra illa, unde est spoliator vel debitor.* ΑΥΔΡΟΛΗΨΙΣ, Græcis, Latinis *Clari-gatio*, de quibus vocibus multa congescit Salmasius de modo usurarum pag. 554. & seqq. Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 8. *Ut nullus auctoritate propria de injuriis & excessibus factis, vel faciendis in posterum se debeat vindicare, nec Prasalias seu Reprasalias facere, vel guerram in regno movere.* Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 24. *Propter quod, licet frivolum occasionem assumens, de bonis ipsorum Tudertinorum Reprasalias te velle facere comminaris.* Et lib. eodem, Epistolæ 48. titulus ita concipitur: *Concedit licentiam quibusdam mercatoribus faciendi Prasalias contra rebelles, qui eos disrobaverunt.* Concilium Avenionense ann. 1279. cap. 2. *Si contingat vel homines, vel res quas-*

libet, animalia quavis Ecclesiarum, sive personarum Ecclesiasticarum ... abduci per aliquos aut aliquas in prædictam sive pignorationem aut Reprasaliam, &c. [Concilium Paris. an. 1314. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 302. *Etsi pignorationes, quas vulgaris elocutio Reprasalias nominat, in quibus alius pro alio prægravatur, tamquam graves legibus & equitati naturali contrariæ, civili sint constitutione prohibita, &c.* Adde Regimina Paduæ ad ann. 1302. to. 8. Muratorii col. 427. Chronicon Jacobi Malvecii to. 14. ejusd. Murator. col. 959. Privilegium Universitatis Lovan. an. 1426. apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 1768. &c.] De Reprasaliis, consule Epist. 12. Friderici II. Imp. ex iis, quas edidit Freherus to. 1. Rerum Germanic. Bartholum in Tractat. de Reprasal. Guidonem Papæ Decif. 32. 33. Chopinum lib. 3. de Doman. tit. 25. Bretium lib. de Superioritate Regis cap. 17. &c. Literarum vero reprasaliæ formulam exaravit Rollandinus in summa Notariæ cap. 9. part. 2. extrem. [Vide voces *Marcha* col. 519. & 520. *Pignorantia* & *Reprepsalia.*]

¶ REPRÆSENTANEUS, Qui repræsentat, exhibet. *Reprasentanea potestatis respectu aliquid facere,* apud Tertullianum Apolog. cap. 27.

REPRÆSENTARE, Exhibere, sistere aliquem. Lex Ripuariorum tit. 31. §. 2. *Quod si eum Reprasentaverit, tale damnum incurrat, quale, &c.* [*Reprasentare se,* apud Gregorium Mon. in Chronico Farfensi, tom. 2. Muratorii part. 2. col. 636.] Occurrit non semel apud Scriptores ævi inferioris. Vide *Prasentare*.

¶ REPRÆSENTATIO, Corporis forma, species. Vita B. Coletæ, tom. 1. Martii pag. 591. *Juvencula pulchra Reprasentationis & dulcissima modestia.* *Morum paternorum Reprasentatio,* id est, Imago, imitatio, in Epistola S. Odilonis Abb. to. 3. Conc. Hispan. p. 187. *Reprasentatio passionis & mortis Christi* in tragœdiis, in Regiminibus Paduæ, apud Muratorium tom. 8. col. 375. Has reprasentationes improbant Patres Synodi Hispal. an. 1512. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 11.

¶ REPRÆSENTATIVUS, Qui repræsentat, ostendit, exhibet. Epistola Johannis de Montferriolo apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. col. 1417. *Moxque Agrippinam pervenimus, qua vulgo Colonia vocitatur, civitas profecto amplissima & ingentis honorificentia ... & ... magnificentia Reprasentativa.*

¶ REPRÆSENTATOR, Qui repræsentat, exhibet, imago est. *Filius Reprasentator Patris,* Tertulliano adv. Praxeam cap. 24. Concilium in Hispania celebratum ann. 1215. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 169. *Præcipimus ne quis promoveatur in subdiaconum, diaconum vel presbyterum, nisi habeat competens ... beneficium ... & qui aliter ordinaverit, competenter provideat eidem in necessariis, vel à Reprasentatore ipsius, ordinato faciat provideri, donec ei competens beneficium fuerit assignatum.* Ubi *Reprasentatorem* eum esse puto, qui aliquem præsentavit ordinandum.

¶ REPRÆSTARE, Præstare, exhibere, tradere. Paulus JC. lib. 19. Dig. tit. 1. leg. 47. *Lucius Titius accepta pecunia ad materias vendendas sub pœna certa, ita ut, si non integras Reprasstaverit intra statuta tempora, pœna conveniatur, partim datis materiis decessit, &c.* Rursum occurrit eadem notione l. 36. tit. 1. leg. 22. sed alia superius in *Præstare*.

¶ REPREHENSIBILITER, Male, perperam, sic ut reprehendi mereatur. Rufinus in Apologia pro Origene: *Tertulliani libellum de Trinitate Re-*

- prehensibiliter scriptum inserentes. Magis Latine postea dixit: *Fidei, quæ à Tertulliano non recte scripta est.*
- ¶ **REPRENSALIÆ**, Idem quod *Reprafalia*, Gall. *Reprafailles*. Statuta Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. & Tutel. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 744. *Item, persona singularis ipso facto excommunicata est & universitas interdicta, quæ concedit Reprensalias siue marchas, id est, pignorantias fieri contra personas ecclesiasticas, vel bona ipsarum, nisi concessionem hujusmodi revocaverint infra mensem. Eadem fere repetuntur ibid. col. 756.*
- ¶ **REPREYSTALLIÆ**, Eadem significatione. Privilegia Studentibus in Studio Gratianopolitano concessa per Dalphinum ann. 1339. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 412. col. 2. *Venientes ad dictum Studium, commorantes ibidem & recedentes ab ipso, pro aliqua guerra, pignoratione seu Repreysalliis, non possint capi, pignorari, vel quovis modo detineri.*
- ¶ **REPRESSIVUS**, Qui vim habet reprimendi. Petrus Blefensis Epist. 43. *Quia cum morbus in augmento est, nondum est purgatione utendum; usus sum Repressivis (supple remediis) oleumque violaceum super cor & hepar & fronti ejus apposui.*
- ¶ **REPREYSSALIÆ**. Vide in *Reprensalia*.
- ¶ **REPRIORARE**, Ad priorem, seu pristinum statum reducere. Alvarus in Vita S. Eulogii Presb. & Mart. num. 10. *Fraçta consolidans, inusitata restaurans, antiqua Repriorans, neglecta renovans.* Idem in Epist. ad eundem S. Eulogium: *Repriorasti, mi domine, emolumenta priorum, &c.*
- ¶ **REPRISA**, Deductio ex proventibus alicujus prædii, pro solvendis pensitationibus, quibus obnoxium esse potest, quacumque ex causa. Charta an. 1289. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 314. *Capitale messuagium valet per annum cum tota inclausa 11. sol. & non plus, salva Reprisa domorum & aliarum officinarum.* Charta Edwardi II. Regis Angl. an. 1308. apud Rymerum tom. 3. p. 80. col. 1. *Totam terram nostram Pontivi & Monstroll. cum omnibus exitibus & proficuis de prædicta terra, ultra rationabiles Reprisas ejusdem, provenientibus, quamdiu nobis placuerit, eidem Consorti nostra, pro expensis hujusmodi, committendam duximus & assignandam.* Alia Henrici VIII. ann. 1511. apud eumd. Rymer. to. 13. pag. 310. col. 2. *Concedimus prædictis nunc Abbati & Conventui & eorum successoribus, quod ipsi terras, tenementa & redditus annui valoris quadraginta librarum, ultra Reprisas, quæ de nobis seu de quocumque alio tenentur in capite, acquirere ac aliis modis & modis, quibus melius scierint, sibi & successoribus suis in suos proprios usus pro perpetuo possidenda, optinere possint & valeant.* Vide Thomam Blount in Nomolexico v. *Reprises*.
- ¶ **REPRISALIÆ**, *Reprisals*, vel *Reprisels*, ut habet Thomas Blount in Nomolexico, nostris *Reprafailles*, idem quod *Reprafalia*, de quibus supra.
- ¶ **REPROBABILIS**, Reprobandus, rejiciendus, apud vet. Irenæi Interpretem lib. 4. c. 33. n. 1. novæ edit. & Johannem Sarisber. lib. 7. Policratici cap. 20.
- ¶ **REPROBATICIUS**, Idem quod *Reprobabilis*. Glossæ Lat. Græc. *Reprobativus*, ἀποδοκιμασιῶνος. Adde Græco-Latinas.
- ¶ **REPROBATIO**, Rejection, Hebr. 7. 18. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem ejus & inutilitatem.* Tertullianus Apolog. cap. 13. *Nec electio sine Reprobatione.* Idem adv. Judæos cap. 14. *Lapis offensionis post Reprobationem adsumptus & sublimatus.* Passim utuntur Scriptores Ecclesiastici pro *Prædestinatione reproborum ad mortem, ut*

- habet Isidorus lib. 7. de Summo bono cap. 7. nostris *Reprobation*.
- ¶ **REPROBATRIX**, Quæ reprobatur. *Disciplina Reprobatrix superbie*, Tertulliano lib. 4. adv. Marcion. cap. 36.
- ¶ **REPROBUS**, Rejected, reprobatus. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Reprobus*, ἀδίκυμος. Passim occurrit in Scripturis sacris & apud Scriptores Ecclesiasticos. *Reprobi nummi*, apud Ulpianum lib. 13. Dig. tit. 7. leg. 24. §. 1. *Reprobi testes*, quorum testimonium invalidum esse debeat, in Notitia judicati an. 843. Marcæ Hispan. col. 780. *Vox eorum tanquam funesta & Reproba contra neminem audiatur*, in Charta Casimiri Regis Poloniæ ann. 1335. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 509.
- ¶ **REPROCA**, ἐπιβόλα, ἢ μετὰ τὴν ἑορτήν, in Glossis Lat. Græc. & Gr. Lat. Vulcanius emendat *Repotia*, vel *Reciproca*. Martinius suspicatur retinendum esse *Reproca*, quasi *repetita*, ut *reprocar*, pro *reciprocari*.
- ¶ **REPROMISSA**, Dos, quæ mulieri repromittitur, nostris *Reprise & conventions*. Statuta Venetor. an. 1242. lib. 1. cap. 31. *De breviariis mulierum vadi- monium comprobandi de sua Repromissa, &c.* Cap. 39. *Chartula, quam fecit aliqua mulier in potestate viri sui, nulla ratione contra Repromissam suam, & dimissorias, quæ in ejusdem viri sui potestate devenerit, valeat.* Adde cap. 53. 61.
- ¶ **REPROMITTERE FIDELITATEM**, in Capitulari 2. an. 805. cap. 9. & lib. 3. Capitul. cap. 8.
- ¶ **REPROPIANTIÆ Divina clementia**. Formula frequens in Chartis Ludovici Pii Imper. postquam à filiis regno dejectus, annis scilicet 833. & 834. illud rursus reassumpsit, cum in iis, quæ id temporis præcedebant, sese *divina ordinante providentia Imperatorem Augustum* inscriberet. Id porro passim observare est in iis potissimum diplomatibus, quæ describuntur in Vita Aldrici Episcopi Ceno- manensis num. 9. 10. & 11. quæ data sunt ann. 18. Imperii, indict. 10. & 11. prioremque formulam præferunt: & num. 12. 33. 34. 37. 39. 40. &c. quæ data sunt an. 23. & seqq.
- ¶ **REPROPIIARE**, Placare, propitiare. Tertullianus lib. 1. ad Nationes cap. 17. *Neque imagines Cesarum Repropitiando, hostes populi nuncupamur.* Acta S. Ottonis, tom. 1. Julii pag. 456. *Hanc Repropitiationem, quæ hominibus Repropitiat Patrem, id est, Reconciliat.* Hebr. 2. 17. *Ut misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, ut Repropitiaret delicta populi, id est, Expiaret.* *Repropiitari*, passive. Levit. 19. 22. *Orabit pro eo Sacerdos, & pro peccato ejus coram Domino, & Repropitiabitur ei, dimitteturque peccatum.* Rursum occurrit 2. Reg. 21. 14. 3. Reg. 8. 39. Translatio S. Felicis Confessoris, to. 3. Concil. Hispan. pag. 296. col. 1. *Dominus pro peccatis totius terræ offensus, & vehementer iratus, clementer Repropitiabitur.*
- ¶ **REPROPIIATUS**, Iterum propitius factus, pacatus, in Chronico Reichersperg. an. 1177. [*Post multas tribulationes, multaque gravamina, quæ peccatis exigentibus perpeffa est Ecclesia in illa nota dualitate, per annos fere viginti duos, tandem Repropitiato Domino facta est concordia.*] Salvianus lib. 7. *Hanc pro muneribus sacris dederunt domino retributionem, ut in quantum eos beneficiis ad se illexerat ad Propitiandum, in tantum illi ab eo recederent.*
- ¶ **REPROVARE**, pro *Reprobare*, quomodo *Reprover* dicimus, in Legibus Luithprandi Regis Longobardorum tit. 5. §. 1.
- ¶ **REPSUDERE**. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Repsudit*, ἐπιποτιάζεται. Martinio videtur legendum

dum esse *Reincidit*, in febrem scilicet; quod quidam è recentioribus dixerint *επιπροσπίσειν*, pro *επιπροσπίσειν*, Recurrere.

REPTARE, REPTATOR, &c. Vide in *Rectum*.

REPTEMPTUS, pro *Retentus*, *Detentus*. Iudicium ann. 821. in *Probat. novæ Histor. Occitan.* tom. 1. col. 56. *Jacebat in lectulo suo . . . ab agritudine Reptemptus.*

REPTI. Papias: *Renotes sunt velamina humerorum ex pectore usque ad umbilicum, atque tortis villis adeo hispida; ut imbrem respuant, quos vulgo Reptos vocant, eo quod longitudo villorum quasi reptat.* [Ex Isidoro lib. 19. Orig. cap. 23. ubi additur ex Salustio: *Germani intectum renonibus corpus tegunt.* Tum Isidorus: *Dicti autem Renones à Rheno Germania flumine, ubi iis frequenter utuntur.* Hæc utcuinque probant *Repta* & *Reptem*, intelligi posse de hujusmodi *Reptis*, utpote in usu apud Moguntinos Rheni incolas.] Nescio, an huc pertineat, quod habet Epistola Ethelberti Regis ad Bonifacium Archiepisc. Moguntinum, 40. *Reverentia vestra direxit devotio mea . . . nonnulla munuscula, id est caucum argenteum intus deauratum, pensantem libras tres & semis, & duo Repta.* Ibidem Epist. 77. *Misimus vobis parva xenia, id est Reptem rapilem unam, &c.*

REPTIVIDA PROLES. Mabillon. sæc. 3. Bened. part. 2. p. 125. ex Herkemperto & Leone Marficano locum hunc refert: *Ille quidem (Ratchifus Rex Langobardorum) cum filiis ad B. Benedicli cenobium profectus est, ubi sub artissima vite districtione vitam finivit: uxor vero ejus Taxia nomine cum Reptivida prole sua similiter mutato habitu, &c.* Hic hæret vir oculatissimus. An nomen proprium virginis?

REPUBERARE, Iterum vegetari. Sebastianus Perusinus in *Vita B. Columbæ Reatinæ*, tom. 5. Maii pag. 345. **Contuebatur demum mater ipsa . . . restoriam carnem Repuberasse & omnia membra repleri.* Haud ita absimili notione Columella lib. 2. cap. 8. *Senectus nec revirescere nec Repubescere potest.*

REPUBLICARE, Idem quod simplex Publicare; Litteræ Henrici IV. Regis Angl. an. 1412. apud Rymer. tom. 8. pag. 768. col. 1. *Intelleximus quod illi de partibus Flandria dictas treugas in singulis locis & placeis, quibus proclamari consuevit, nuper Republicari & proclamari fecerunt.*

REPUDIUM, Renunciatio, juris sui cessio. Gestâ Guidonis Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 342. *Quidquid habebat in illo cimiterio nobis integre, quiete, in elemosyna dimisit, concessit atque donavit, ejusque Repudium in manu nostra roboravit.*

REPUERESCERE, pro *Repuerascere*, ut est apud Tullium de *Senectute* cap. ult. Glossæ Lat. Græc. *Repuerescere*, *παλιω παύς γίνουμαι*. Mox ante melius: *Repuerascere*, *ἀνανηπιουμαι*.

REPUGNACULUM; *Carcer equorum*, *βάρδεις*, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat.

REPUGNATOR, Qui repugnat, obstitit. *Quasi Repugnatore cessante*, apud Bedam lib. 1. *Histor.* cap. 17.

REPULSATUS, Repulsus. *Vita S. Francæ*, tom. 1. Aprilis pag. 384. *Fures Repulsati & extinctum est incendium oppositione Reliquiarum.*

REPULSIO, pro *Repulsa*, minus probum videtur Vossio lib. 3. de *Vitiis serm.* c. 42. legitur apud Valerium Maximum.

REPULSORIUM. Hegesippus de *Excidio urbis Hierosol.* lib. 3. cap. 5. de *Antiochia*: *Perfarum quondam caput, nunc Repulsorium.* i. munimentum; quo arcentur *Perfæ* à finibus Romanorum. [S. An-

Tom. V.

brosius in *Psalumum* 118. *Verbum enim Dei Repulsoriam radiorum est, quo somnus animæ, sopor mentis excluditur.*

REPULSORIUS. *Repulsoria cohortes*, quæ dispositæ sunt ad hostium incursiones repellendas; apud Ammianum lib. 24. cap. 4. edit. Valesii.

REPUNCTARE, Iterum punctare, seu punctis distinguere, Vide *Punctare*.

REPURGIUM, *Purgatio*, *καθάρισ*, in Gloss. Græc. Lat. MS. Editum *Repurgatio* habet. Occurrit in *Legge* 1. Cod. Th. de *Aquæductu*: *Ne circa res alias occupati Repurgium formarum facere non occurrant.* Joan. Sarisberienlis lib. 8. *Policrat.* cap. 20. *Aliant enim quoniam ad Repurgium faciendum argenteos hamos & cophinos & scaphas habuerunt.* [S. Ambrosius in *Epistola ad Theodosium*: *Non audisti Imperator, quia cum jussisset Julianus reparari Templum Hierosolymis. divino, qui faciebant Repurgium, igne flagrarunt?*]

REPÜTANTES. Vide mox *Reputatio* 2.

REPÜTARE, Numerare. Diploma Rudolphi Episc. Lovantin. Legati Sedis Apost. ann. 1469. apud Ludewig. tom. 6. pag. 77. *Ad nostram venit audientiam, pridem vestra Magnificentia pro liberatione presati domini Ventreslai seriosè laborantes, eum sub obligatione sex millium florenorum Ungaricalium de Reputando, ipsum liberaverunt.* Rursum occurrit ibidem pag. seq. *Reputare* dixit Ulpianus pro *Computare*, *Rationem supputare*, *putare*, ut & *Reputatio*, pro *Computatio*; Gaius lib. 10. *Dig. tit. 2. leg. 19.*

1. REPÜTATIO, Existimatio, fama, Gall. *Réputation*. *Historia Cartusienfis* apud Marten. tom. 6. *Ampliff. Collect.* col. 153. ad an. 1082. *Si denique homo tante dignitatis & fame . . . indubitanter damnatus est, quid nos miseri homunculi ac nullius Reputationis facturi sumus?*

2. REPÜTATIO; Lamentatio mulierum, quæ suis cantibus luctuosis in funeribus omnes ad lamentandum excitabant, hinc *Reputatrices* & *Reputantes* dictæ, quod defunctorum gesta reputarent seu enarrarent: de quibus jam supra dictum est, in voce *Cantatrices*. Constitutiones Frederici Regis Siciliae cap. 101. *Quoniam Reputationes (Reputationes) cantus & soni, qui propter defunctos celebrantur, animos astantium convertunt in luctum, & movent eos quodammodo ad injuriam Creatoris; prohibemus Reputantes funeribus adesse, vel alia mulieres, quæ earum utuntur ministerio, nec in domibus seu Ecclesiis, vel sepulturis, vel alio quocumque loco, nec pulsentur circa funebria guideme, vel tympana, vel alia solita instrumenta, quæ ars magis ad gaudium, quam ad tristitiam adinvenit, pœna unciarum auri quatuor mulcandis iis, qui eas admisserint circa hoc; & ipsis Reputatricibus similiter: quæ Reputatrices, si pœnam solvere propter paupertatem non possint, ne pœnalis prohibitio eludatur, fustibus cadantur per civitatem & terram; ubi prohibita tentaverunt.*

3. REPÜTATIO, Idem quod *Respectus*, nostris *Respit*, *Mora*, *dilatio*. *Canones Hibern.* lib. 33. cap. 4. *Sine Reputatione reddat debitum*, id est, nulla interjecta mora aut dilatione. In *Fragm. S. Hilarii* p. 55. *Reputamini & quiescitis*, id est, *differtis*.

REPÜTATORIUS; Cujus magna reputatio seu fama est, nostris de *Reputation*. *Methodus reformationis Ordinis S. Benedicti in Austria*; in *Chronico Mellicensi* pag. 310. col. 1. *Monachi vero non volentes subire regula rigorem; omnes transferrentur, cum eorum iamen, quantum possibile esset, spontaneo consensu, ad alia monasteria majora & Reputatoria.*

1. REQUESTA, Libellus supplex, Gall. *Requête*.

Qqqq

Unde *Camera Requestarum*, in Parliamentis; [*Gen-tes*, vel *Magistri Requestarum Hospitii Regis*, Gall. *Maître des Requêtes de l'Hôtel du Roi*, qui olim in aula commorabantur, ut libellos supplices recipere Regi offerendos. Horum hodie in unum exercent libellorum supplicum Magistri, quos nude *Maîtres des Requêtes* appellamus. De *Requestis Palatii* seu *Camera Requestarum* in Parliamentis, & de *Requestis Hospitii* scripsit Pasquier lib. 1. *des Recherches* c. 3. De *Requestis civilibus*, *personalibus* & *hypothecariis*. Practicis nostris *Requestes civiles*, *personelles* & *hypothecaires*, Raguellus & de Lauriere in Glossario Juris Gallici & alii passim Jurisconsulti. Interdum vox *Requesta*, non libellum supplicem, sed nudam petitionem significat, ut in Charta Philippi Franc. Regis an. 1279. apud Rymer. tom. 2. pag. 135. *Ad Requestam Regis Francia*. Sic alibi non semel.]

2. **REQUESTA**, Species juris dominici, seu præstationis. Pactum initum M. Maio an. 1220. inter Abbatem S. Vedasti Atrebat. & oppida Montis in Puella, Aventins, &c. *Li relief, les Requestes, li venaiges des terres montent tant seulement à l'Abbé, & li Abbez a en ces viles ses forages, ses cambages, son tonlieu, &c.*

Hoc ipsum jus est, aut omnino simile, *Requestus* dictum tom. 3. novæ Gall. Christi. col. 105. quod obeunte quolibet Abbate Crispiniensi in Hannonia Dominis temporalibus de *Quievrechin* debebatur, quodque rescindi procuravit Petrus II. Aimericus ejusd. Cœnobii Abbas designatus an. 1597. ex quo patet speciem fuisse *relevii* vel *rachati*: de quibus suis locis.

1. **REQUESTUS**, Idem quod *Requesta* 1. Libellus supplicem, postulatio. Existat apud Rymerum tom. 7. p. 455. *Requestus generalis*, (an. 1385.) *de permittendo Ambassadors transire per regna & l.ca in partibus transmarinis*. Curia *Requestium*, vel potius *Requestuum*, memoratur in Charta an. 1550. apud eundem Rymer. tom. 15. pag. 206. & ipsa vox *Requestus* rursus legitur in alia Charta an. 1355: tom. 5. pag. 820. Vita S. Hoildis, tom. 3: Aprilis p. 774. *Brachium à sanctissimo corpore extractum ad Requestum illustrissimæ dominæ Comitissæ.*

2. **REQUESTUS**, Species *relevii*. Vide supra *Requesta* 2.

3. **REQUESTUS**, Inquisitio, requisitio, Gallice *Enquête*. Vide *Requistum*.

REQUIARE, Quietum reddere, reprimere. Glossæ Lat. Græc. *Requio*, *καταπαύω*. Aliæ Græc. Lat. *καταπαύω*, *Requio*, *conpescō*.

REQUIES. Eigil in Vita S. Sturmii Abbatis Fulden- sis num. 20: *Super sepulchrum vero beati Martyris Bonifacii auro argentoque compositam composuit arcam, quam soleimus Requiem appellare, quam, ut tunc moris erat, pulchro opere condidit, qua usque hodie super tumulum ipsius Christi Martyris cum altari auro per- severat. Ubi forte legendum Repam. Vide Repa.*

Retinendum esse *Requiem* suadere videtur Chronicon Lareshamense inter Vindemias Liter. Frederici Schannat pag. 37. Kalend. Octobris: *Richardonis Archiepiscopi & Abbatis. Hic primus claustrum nostrum muris circumdans, & dormitorium cum Ecclesia triplici ante ipsum fundans, cancella hinc inde circa Requiem auro & argento mirificavit, pavementumque sublimans coram altari decoravit. Neque mendum in mox laudato Eigilis loco suspicatur Mabillonius sæc. 3. Benedic. part. 2. p. 282. imo ex eo fonte derivatum ipsi videtur Gallicum vocabulum *Poisse*, quasi dicas *Pausationem* seu *Requiem*, ad si-*

gnificandas honorarias umbellas, quæ Magnatum tumulis imponuntur. Et quidem, inquit, veri similitimum est, ciboria, repas, fredas antiquorum, seu ædiculas quatuor columnis nixas, nonnunquam ex panno aureo aliisque id genus textis compositas fuisse: quò spectat Beda lib. 3. cap. 11. ubi de S. Oswaldi Regis Merciorum agens reliquiis, *ve-xillum*, inquit, *ejus super tumbam auro & purpura compositum apposuerunt*. Vide *Ciborium*.

REQUIEM, Missa pro defunctis, cujus introitus est *Requiem æternam, &c.* Poëta infimi ævi MS.

Nulli quando facis Requiem das oscula pacis, Tale sepulturam notat, & officium triduanum.

REQUIES, Altare. Charta Waldonis Episc. Frising: apud Meichelbeck tom. 2. Hist. Frising. pag. 427. *Isti sunt qui coram Requiem S. Maria, sanctique Corbiniani & audierunt & viderunt*. Observat Cl. Editor hunc loquendi modum Boiis simplicioribus etiamnum esse usitatum, *Hier rastet S. Martin.*

REQUIES, in Concilio Mexicano an. 1585: cap. 7. & 8. tom. 4. Concil. Hispan. p. 406. & seq. dicuntur feriæ Canonicis aliisque Beneficiatis concessæ, quibus iis licet per certum anni tempus ab officiis divinis abesse, ut suis negotiis operam dent, vel animum reficiant liberali oblectatione, nostris vulgo *Vacances*.

REQUIES SOLIS, Occasus. Statuta Gildæ Scotiæ cap. 44. *Nec portet dicta bona empta de navi ante ortum solis; sed ab ortu solis usque ad declinationem sive Requiem solis.*

REQUIES DOMINICI CORPORIS. Vide *Sabbatum*. **REQUIETIO**. Flodoardus lib. 4. Hist. Rem. cap. 52. *Suorum corporum gratam perciperent Requietionem*. Anastasius Bibl. in Hist. Eccles. *Requietione refertus*: ubi Theophanes, *ἀναπαύσεως πλήρης* habet. [Commentarius de Translatione S. Jacobi Apostoli, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 121. col. 1. *Senarius numerus in sacris Scripturis arumnas & fluctuationes hujus sæculi crebro signat, septimum vero sacra pagina Requietioni donat*. Sic Levit. capp. 16. 23. 25: &c.] Vide mox *Requietorium*. [Le Roman d'Arthis MS.

Et cils desirent moult la nuit, Que chascun die à son Requoy A soy-mesmes son ennoy.]

REQUIETORIUM; Tumulus, sepulchrum: *Sedes Requietionis*, apud Hugonem Flaviniac. in Chron. p. 93. *Locus Requietionis*, in Vita S. Anstrudis cap. 36. Ita apud Flodoardum lib. 4. cap. 52. *Corporis Requietio*. Vetus Inscriptio: *P. Scanius Philetus fecit sibi & Scante Nice lib. Requietorium*. Alia: *Requietorium amici bene facere semper studiosus*. Alia Inscriptio Sabariæ in Pannonia à Lazio edita: *Hic positus est Florentinus infans, qui vixit annos septem & Requiem accepit in Deo Patre nostro & Christo ejus*. [Alia apud Gruterum 1030. 8. *Sibi & conjugii karissima Requietorium fecit*.] Vetus Epitaphium:

Hic jacet aterna filius in Requie.

Aliud apud Ambrosium Moralem lib. 11. cap. 41. *Litorius famulus Dei vixit annos plus minus LXXV. Requieuit in pace VIII. Kal. Julias era D. XXXXVIII. Aliud cap. 69. Severus Presbyter famulus Christi vixit ann. LV. Requieuit in pace Domini XI. Kal. Novembris era DCXXII. Adde cap. 53. Cicero 1. Tuscul. quæst. ex veteri Poëta:*

Neque sepulchrum quod recipiat habeat portum corporis.

Ubi remissa vita corpus Requiescat à malis.

Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. num. 24.

Atque ita in lecto suo Requiem vita, sicut optabat, accepit. Senator lib. 6. Epist. 18. Defunctorum sanctam Quietem dixit. In lege 8. Cod. Theod. de Indulg. crimin. sepulcrorum violatores dicuntur, qui Quiescere sepultos non sinunt.

¶ **REQUILITIA**, Glycyrriza, Gall. Reglisse, Ital. Regolitia & Rigolitia. Statuta Riperiæ fol. 3. v^o. cap. 12. De qualibet soma speciarum grosse pensum viginti; videlicet comini, galeni, uvæ passæ, dactylorum; Requilitia, sicorum sicorum, &c.

¶ **REQUIRENTIA**, Requisitio, Gall. Recherche. Vita B. Caroli Boni Comitis Flandriæ, tom. 1. Martii pag. 193. lin. ult. Ceterum rumor & Requirementia universonum persequēbatur fugientem, ut nullatenus lateret, quin statim veritatem rescirent.

1. **REQUIRERE**, Aliquem aggredi, quomodo Galli dicimus; Demander quelque chose à quelqu'un. Ufatici Barcinonenses MSS. cap. 64. Neque per illorum sedum illis relictum guayent personis eorum, nec encalcent, nec Requiritant, nec vulnerent, nec capiant, nec captos teneant. Cap. 122. Si quis cum alio ierit, vel fuerit in via sive in domo, sive in agro, seu in alio quovis loco, si aliquis eum Requiserit, vel aliquid de suo ei tollere voluerit, adjuvet inde eum prout melius possit sine engan contra cunctos, &c. [Vide Requirimentum.]

¶ 2. **REQUIRERE**, in sacris Scripturis, Ulcisci, vindicare, rationem reposcere, repetere. Gen. 9. 5. Sanguinem enim animarum vestrarum Requirit de manibus cunctarum bestiarum; & de manu hominis, de manu viri & fratris ejus, Requiram animam hominis. Ibidem 43. 9. Ego suscipio puerum: de manu mea Requirit illum. Nisi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Adde Deuter. 23. 21. 1. Reg. 20. 15. &c.

¶ 3. **REQUIRERE**, Invisere. Homilia Gennadii libris adjecta ab Elmenhorstio pag. 52. Infirmos visitate, mortuos sepelite, in carcere positos Requirit; & de bonis vestris ministrare.

¶ **REQUIRIMENTUM**, Aggressio, ni fallor, abs Requiritere 1. Sententia Vicecomitissæ Carcasson. an. circiter 1080. è Bibl. Colbertina: Qui ad malefactam fuerit ipsam contumeliam & Requirimentam, quod fecit uxor Bernardi de Aviciano ad suum corpus in ipso die, quo accepit ipsum castellum, Bernardus de Aviciano debet complere iudicium. Hispanis Requirimientum est Inquisitio, requisitio.

REQUISITI, Magistri precum, Bonfinio: Referendarii, qui preces & postulata referebant ad Principem. Magister Rogerius de Destructione Hungariæ c. 6. Nam Cancellarii, ut dicebant, pro eo, quod nisi per ipsos Requisitiones Regi loqui poterant, deprimebant & sublevabant aliquos, &c.

¶ **REQUISITIO**, Exactio, tributum quod requiritur seu exigitur. Præceptum Chlotarii Franc. Regis ann. 537. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 127. Nullasque Requisitiones nec nos, nec publici iudices ab ipso loco vel à dominis ejusdem monasterii requiramus. Vide Quæsta.

¶ **REQUISITIONUM CAMERA**, Eadem quæ Requestrarum, apud Thomam Blount in Nomolexico, v. Requests. Vide Requesta 1.

¶ **REQUISITORIÆ LITERÆ**: Vide supra Recaptivatoria literæ.

REQUISTUM, Requisitio, Gallis Requeste, [vel potius Enqueste, Inquisitio.] Vetus Notitia Judicati apud Perardum in Burgund. pag. 33. Venerunt Leudo Episcopus & Adelardus Comes Missi Dominici in Comitatu Augustodunense, ... & fecerunt ibi venire ipsos pagenses nobiliores ... per bannum Regis, & fecerunt Requistum inter Wilsaldum Episcopum &

Hercardum Comitem; per illos, quem Wilsaldus ibi denominavit. [In MS. habetur Requestum, quod magis placet à recto Requestus. Vide in hac voce.]

¶ **RERA**, Ῥηρα, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Martinius emendat, Rica, Ῥηρα, nisi corruptum est ex oraria, quibus scilicet os obvclabatur. Lucil. Sat. lib. 2. jungit:

Ricini aurati, rica, oraria, mitra.

Vide Repa & Repia.

¶ **RERAGIUM**, Reliqua; vetera nomina non solutarum pensionum, Gall. Arerages. Testamentum Johannis de Luxemburgo & uxoris ejus ann. 1373. apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 287. Decrevimus de pecunia pendentium sive Reragiorum terra Enguinei & Bellirevideri ac Comitatus Brenna dictis testatori & testatrici spectantibus, expendere vel expendi facere præfata sex millia ducatorum in adificationem capelle supradictæ, &c. Formulæ Anglic. Thomæ Madox pag. 82. Et quia nobis de Reragio idem Osbernus Persona in iv. marcis & v. sol. tenebatur, ita convenit inter N. Ballivum Abbatis Sagiensis & Osbernum Personam, quod in Pascha sequenti solvet de Reragio unam marcem, & in festo S. Michaelis proximo sequenti unam marcem, &c. Vide Areragium.

¶ **REREGARDA**, Jus custodiæ competens homini ligio aut vassallo nomine domini sui superioris. Inquisitiones factæ in loco Oysentii tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 20. Dominus Hugo Ricardi est hominilius Comitis & ... tenet tres partes Reregarda totius Oysentii; & debet inde placitum ad misericordiam, ut supra: & quando feudarii tenent placita, qui ea debent tenere bis in quolibet anno, debet esse præsens loco domini Comitis & cavere ne ipsi feudarii gravent homines domini Comitis; & tunc debet habere cibum suum cum uno scutifero super dictis hominibus rationabiliter, vel levare à quolibet manso decem & octo denarios pro dicto cibo; &c. Vide Commentationes Cl. Historiographi ibid. p. 7. & infra voces Retrogarda 2. & Warda.

¶ **RERULA**, Res parva. Vide Recula.

¶ **RES**, Mensuræ species, eadem quæ Sextarium. Adæquationes mensurarum è MS. Sangerm. fol. vii. 1. sextar. (apud S. Quintinum) facit 1. Res. Et innox infra: xv. sextar. (Peronæ) vel xvi. Res faciunt modium. Hinc emendandum paulo post: 11. maincos (Calviaci seu Calniaci) vel 11. Res faciunt sextarium. Legendum enim; vel 1. Res &c. In nonnullis Belgii locis Ré vel Rez etiamnum vocant mensuram continentem duos modios seu boissellos ibidem melles nuncupatos. Vide Rasa 2. Raseria, Rasum 1. & innox Resa.

¶ **RES RELIGIOSÆ**; Sepulcra. Vide Religiosus locus in Religio.

¶ **RES SOLI**; est Res immobilis, in veteri Glossario juris utriusque.

1. **RESA**, Mensuræ frumentariæ species, [f. eadem quæ mox Res.] Tabularium Absiense: Quibus adhuc largitus est unam Resam avenæ, & dimidiam gallinam, quam habebat de terra, &c. Idem videtur quod Raseria, de qua voce supra. Vide Reisa.

¶ 2. **RESA**, Idem quod infra Riesa, Terra reses; relicta, inculta. Charta Raynaldi Rem. Archiepisc. an. 1132. inter Monumenta sacra antiq. tom. 2. pag. 12. Quidquid infra præscriptas metas omnimodis continetur, in sylva, terra, aqua, pratis & Resa, sicut libere tenebant ... gratanter Ecclesie de Gland concesserunt.

¶ **RESACERDOTARE**; Sacerdotem seu Episcopum restituere, in Præfatione D. Dionysii Samarthani ad tomum 1. novæ Gall. Christ. & in Admonitione ad calcem ejusdem tom. 1.

- ¶ RESAICIRE, In alicujus rei possessionem iterum mittere, restituere. Epistola S. Anselmi Cantuar. Archiep. ad Henricum Angl. Regem lib. 3. Epist. 109. *De archiepiscopatu meo me Resarcivistis.* Legendum est *Resarcivistis*, ut vult Vossius lib. 2. de Vitiis ferm. cap. 25. quod malim; altera tamen lectio ferri potest, & eodem redit.
- ¶ RESAISIRE, Iterum *saisire*, occupare, Gall. *Resaisir*. Vide *Resaisiare* & *Saisire*.
- ¶ RESAISITIO, Restitutio, reditus in possessionem. Vita S. Anselmi Cantuar. tom. 2. Aprilis p. 935. *Litteras suas Regi Angliæ, pro suarum rerum Resaisitione direxerat.*
- ¶ RESAISITURA, Eadem significatione, in Charta Lugdun. an. 1298.
- ¶ RESAISITUS CREDITOR; Qui per *saisiniam* hypothecam, quam habebat in bonis debitoris, mutavit in jus domini & investituræ bonorum ejus. Ita Nomenclator idiotismi Leodiensis ad calcem Observat. Caroli Meani in Jus civile Leodiensium.
- ¶ RESALE, Species mensuræ frumentariæ, f. eadem quæ *Resa*. Statuta Capituli Tull. ann. 1497. cap. de Præpositis: *Percipit adhuc super qualibet decima, communem valorem quadraginta Resalium excedente, duo Resalia bladi frumenti; si subtus quadraginta, unum.* Vide *Raseria*.
- RESALVARE, Salvam rem præstare, *Garentir*. Placitum ann. 877. in Tabulario Casauriensi: *In eo modo ut mensuremus ipsas res; & si plus nobis exinde evenire debet, nobis adimpleatis in supradictis villis, dum usque ipsam tertiam partem adimpleatis. Et si plus fuerit de ipsa re, quam nos dicimus, non nobis Resalvamus de ipsa re, dum vos ipsas duas portiones habeatis.*
- ¶ RESARCIARE, pro Resarcire, restituere. Advifamenta Curie Eccl. Brioc. MSS. *Executio non fiat ante solis ortum, nec post solis occasum; qua si fiat, executor expensas Resarciare teneatur.*
- ¶ RESARCINACIO, *ῥποραφή*, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat. *ῥποραφή*, *Plicatura*, *Resarcinacio*, *Substitutio*.
- ¶ RESAXIRE, Idem quod *Resaisire*, Rem alias possessam recuperare. Chronicon Senon. cap. 21. ad an. 1202. *Rex vero Fridericus, audita morte Friderici Ducis, villam de Rotsem, quam ei in pignore dederat, sibi Resaxivit.*
- ¶ RESAYSIARE, Idem quod *Resaisire* & *Resaxire*. Formulæ Anglic. Thomæ Madox pag. 259. *Sub pœna Resaysiandi totam præfatam virgatam terram... in manus heredum meorum, si Abbas... præfata assignationi mea aliquo tempore contraire præsumpserit.*
- ¶ RESCACTUM, Gall. *Rachat*. Vide *Rescattum*.
- ¶ RESCALDARE, ab Italico *Riscaldare*, Gall. *Rechauffer*, Rursum calefacere. Johannis de Bazano Chronicon Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 597. *Et ita non potuerunt siccare frumenta, vel blava, & ita se Rescaldaverunt in granariis, id est, calefacta sunt & fermentata.*
- ¶ RESCATTUM, RESCACTUM, ab Italico *Riscatto*, Gall. *Rachat*, Redemptio. Chronicon Domini de Gravina, apud Murator. tom. 12. col. 597. *Circa Rescattum captivorum miserorum continuo intendebant.* Ibid. col. 607. *Pro suo Rescatto solverat uncias cxx.* Rursum col. 669. *Solvisset nobis pro suo Rescatto florenos quingentos.*
- ¶ RESCELLA, Parva res. Vide *Recula*.
- ¶ RESCISIO. Literæ Hugonis Archiep. Rotomag. ad Ademarum Abb. S. Tyberii an. 1134. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 475. *Hanc Rescisionem, eodem R. Agathensi Episcopo attestante sic factam, nos, & nobiscum sic assidentes supranominati*

- Archiepiscopi & Apostolica sedis Legati & Episcopi, & quamplures autentici & religiosi viri approbamus, &c.* Sed omnino legendum puto *Restitutionem*; hic enim agitur de restitutione Ecclesie de Beciano B. Tyberii Monasterio adjudicata in Concilio Montispeffulano ejusdem anni, quod hisce Literis præmittitur ibidem col. 474.
- RESCLAUSA. Concilium Avenionense an. 1326. can. 11. *Molendina, piscarias, pasquerias, sive Resclausas, &c.* Ita editio Gassendi, non *Reclusas*, ut nova editio Conciliorum. [Charta an. 1158. apud Stephanotium tom. 8. Fragm. MSS. pag. 59. *Concedimus præfata canonica (Narbonensi) decimam omnium piscium, quos nostri homines... apprehenderint... in aqualibus molendinorum ipsius pontis, sive in ipsa Resclausa episcopali, nec non & in mari sive in stagnis, seu in fluminibus atque paludibus.* Recognitio ann. 1263. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Recognosco me... ad feudum francum & liberum tenere... Resclausam, qua dicitur Beal & passagium de Berbegal, &c.* Sæpius occurrit in Transactione an. 1515. ex iisdem Schedis; ubique pro loco ubi concluduntur aquæ, Provincialibus *Resclavo*, Gallis *Ecluse*. Vide *Exclusa*.]
- ¶ RESCLOSARIA, Idem quod *Resclausa*. Charta an. 1160. Marcæ Hispan. col. 1329. *Supradictum quoque honorem... cum aquis, cum pratis & pascuis, cum molinariis & rego & caputrego, cum Resclosariis... damus, &c.*
- ¶ RESCLUM, f. Fenum autumnale, Gall. *Regain*. Concordia Roberti Abb. de Monberolf cum Constantino de Condamina, apud Baluzium Histor. Tutel. col. 435. *In prato pascuam unius equi usque medio Madio & Resclum ipsius; panicium & rabas de terra de Aquina, & ginestos cum fulgeria, &c.*
- ¶ RESCONSA; RESCOSSA, &c. Vide *Rescussa*.
- ¶ RESCRIBENDARI, Laurentio in Amalthæa; *Qui taxant scribarum mercedes, ex Hugone. Summista Apostolici, qui differunt, quid à secretariis oporteat registrari, ex Scribanio.*
- ¶ RESCRIPTIO, Idem quod *mox Rescriptum*. Lex 8. libri 1. Dig. tit. 18. *Sape audiivi Casarem dicentem hac Rescriptione, &c.* Lex 9. ibidem: *Generaliter quotiens Princeps ad Præsides provinciarum remittit negotia per Rescriptiones, &c.* Alias *Rescriptio*, nostris *Rescription*, Mandatum est scriptum, quo quis villico suo, vel publicano, aut debitori, absentive negotiorum procuratori mandat, ut certam pecuniæ summam numeret hujuscemodi schedæ latori.
- ¶ RESCRIPTOR, Qui scribit Imperatorum *rescripta*, si recte puto. De Exilio S. Martini PP. apud Anastasium in Collectaneis pag. 97. *Dirigitur ab Imperatore ad Diomedis custodiam ad magnanimum Papam Demosthenes Rescriptor, &c.*
- ¶ RESCRIPTUM, Scriptum, quo summi Pontifices aut Imperatores respondent consulentibus, Gall. *Rescrit*. Ulpianus lib. 49. Dig. leg. 1. §. 1. *Quæsitum est, an adversus Rescriptum Principis provocari possit, forte si quis Præses provinciæ, vel quis alius consuluerit, & ad consultationem ejus fuerit Rescriptum... de qua re exstat Rescriptum divi Pii... quo ostenditur provocari oportere, &c.* Usurparunt Tacitus & alii recentiores. Romanorum Pontificum *Rescripta* species sunt *Bullarum* vel *Monitoriorum*, quæ vulgo hisce verbis incipiunt: *Significavit nobis dilectus filius, &c.* Hæc locum non habent in Gallia, & si Libertatibus nostris adversentur, declarantur abusiva. *Rescriptum Apostolicum*, in Sententia ann. 1495. 25. Aug. è Tabulario Monasterii de Bono-Nuncio Rotomagensi. & alibi. De *Rescriptis*

confuli potest Antonius Schulting in suis Dissertationibus.

¶ RESCUERE, Adjuvare, servare, liberare, Angl. *to Rescue*, Gall. alias *Rescorre*. Literæ Henrici IV. Regis Angl. ann. 1412. apud Rymer. tom. 8. pag. 723. col. 1. *Sic quod apud dictam villam de Berne morari non audebant (Mercatores Anglici) set abinde in saluationem vite sua transferunt, usque ad tempus, quo Rex Dacia, consideratione querela dictorum mercatorum Anglicorum sibi in ea parte facta, misit certos officarios & ministros suos apud Berne, ad Rescuendum dictos mercatores Anglicos contra illos de societate de hanza, & ad faciendum & ordinandum jus & iustitiam eisdem mercatoribus Anglicis.* Guillelmi Tyrilli Historia Belli sacri continuata, apud Martenium tom. 5. Collect. Ampliff. col. 744. *Li Alemans & li enfans du Roi d' Arragon virent labataille devant eux, & vodrent aller Rescörre ceux qui se combattoient.* Expugnatio urbis Constantinopolitanæ ann. 1453. apud eundem Marten. tom. 1. Anecd. col. 1823. *Si l'armée de Venise, que menoit messire Jehan Jordano, fust arrivée à Constantinople ung jour avant fust prise, certes il n'y a nul doubtte, que la ville n'eust été Recousse.* Vide *Rescussire* mox in *Rescussa* & *Resituere* suo loco.

¶ Hinc forte ducenda est vox *Restaire*, seu *Rescaire*, ut lubentius legerem, quæ pro auxilium occurrit in Pacto an. 1379. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 598. *Adoncque ledit Duc ovecque ses dites gens & autres, qu'il purra avoir, sera tenu en bonne foy & à son loail poair, durant le temps susdits, de donner Restaire à ladite cité de Bourdeaux; & autres citez, chastels, villes & fortereces ainsi assiegées, &c.*

RESCULA, Res parvi momenti. Vide *Recula*.

¶ RESCULPERE, Reducere, antiquam formam quasi sculpendo revocare, renovare. Tertullianus de Jejuniis cap. 5. *Populus primi hominis Resculpserat crimen.* Prudentius in Præfat. Psychomach. vi. 51.

Quam (lineam) nostra recto vita Resculpat pede.

Barthius in Glossario ex Guilberti Histor. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. p. 474. *Resculpens, in exemplum produens.*

¶ RESCUSITUS. Vide mox in *Rescussa*.

RESCUSSA, RESCUSSIO, RESCUSSUS, Recuperatio, *Rescouffe*, quod qui rem recuperat, post eum *recurrat*, qui hanc aufert. Matthæus Paris in Responcionibus Mag. Laurentii de S. Albano pro Comite Cantix: *Qui quando ad Rescussionem terrarum illarum mittere debuerat thesaurum & denarios, misit barillos lapidibus & sablone impletos.* [Chronicon Anglic. Thomæ Otterbourne pag. 147. Eodem anno (1372.) Comes de Penbrok, eundo per mare ad Rescussum villa de Rochel, &c. Occurrit rursum infra.]

¶ RESCOSSA, Eadem notione. Charta Brivatensis an. 1365. *Applicavit emendam, quia fecerat Rescossam de quatuor caseis.* Chronicon Andreae Danduli apud Murator. tom. 12. col. 450. *Recessit cum felicissimo XXXIV. galearum exstoleo à portu S. Nicolai die XXIII. Decembris anno MCCCLXXIX. commissis ad Rescossam sexdecim galeis subtilibus ex dicto numero prafatis nobilibus Thadao Justiniano & Victori Pisano.* *Riscossa* dicunt Itali eodem significato. Vide supra *Recussa*.

¶ RECOUSSA, Eodem intellectu. Memoriale Cameræ Comput. Paris. an. 1362. fol. 54. *Recoussam vadiorum servienti regio factam, qui per modum iustitiæ caperat certa vadia.*

RECUSSUS, Anglicis practicis, est tumultuosa & violenta ereptio *arestati*, seu capti, è manibus ejus,

qui licite eundem cepit, aut *arestavit*: apud Cowellum lib. 2. Instit. Jur. Angl. tit. 18. §. 14. & Rastallum verbo *Rescous*. Will. Thorn. an. 1332. *Et nota, quod expensum per suggestionem Archiepiscopi pro Rescussu facto de eodem Petro, &c.* Vide Consuetudinem Pictavensem art. 15. & Raguellum voce *Rescouffe*.

Ita si quis in prælio ab hostibus captus abduceretur, continuo inclamabatur is clamor militaris, qui inde à *la recousse* dicebatur, quod omnes statim ad eum recipiendum confluerent, apud Froissartem 1. vol. cap. 151. 222. 2. vol. c. 162. 3. vol. cap. 15. Jacobus Henricurtius c. 49. *Sor ces dois fut ly Chapeleis & ly cry mervelheuz, tant à l'assaut, com al Rescouffe, &c.* Le Roman de Garin MS.

*Bien à li Dus son convent accomplis,
A la Rescouffe del valet Fromondin.*

Alibi:

*A la Rescouffe del valet Mauvoisin,
Poignent ensemble & Girbert & Gerin.*

Guillelmus Guiart MS. in Philippo Pulcro:

*A la Rescouffe au geune Comte,
Que plenté a Alemans seurmonte;
De lui retenir envieuse,
Fut la griée merveilleuse.*

RECUSSUS, seu *Rescous*, Littletoni sect. 237. una est ex tribus causis dissaisinæ de Rente service: ubi sic describitur: *Rescous est, quant le Seignior en la terre tenu de lui destreine par sa rent arere, si le distres de lui soit Rescous: ou si le Seignior vient sur la terre, & voile distreiner, & le tenant, ou autel home ne lui voide suffer, &c.* [Vide Nomolexicon Thomæ Blount in voce *Rescous*.]

¶ RESCUSSOR, Qui facit *rescussum*, in eodem Thomæ Blount Nomolexico.

RECOUSSE D'HERITAGE, in Consuetudinibus nostris municipalibus aliquot, ut Angeriacensi art. 42. Turonensi art. 185. Andegavensi, &c. quod aliæ *Retrait lignager* vocant, facultas data agnatis recuperandi prædia ab aliis agnatis vendita extraneis. Charta Joannis Comitis Cabilonensis ann. 1276. in Hist. Reomaensi: *Et nos devant dis Iehans enssiens ladite terre Rescouffe por devant grè de ligneige, &c.* Philippus de Beaumanoir cap. 59. ait, in quinto gradu omnem agnationem finire, *sors en Recouffe d'eritage, car encore le peut-on Rescorre dusques el septième degré par reson de lignager.* Et cap. 62. *Les cas, qui naissent des Rescouffes d'eritages, doivent estre exceptez de gages, &c.*

RECUSSA, RECOUSSA; Aggressio, violentia; vis alicui illata, sic dicta, quod recuperationes non sine vi aliqua fiant. Regestum Magnorum dierum Trecent. an. 1285. fol. 24. *Pro insulta & Rescoussa factis gentibus D. Regis.* Alibi: *Pro inobediens; Rescouffis, injuriis, &c.* An. 1297. *Super injuriis, violentiis, Rescouffis sibi illatis.* Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 153. *Faciendo Rescouffas gentibus D. Regis Francia, & eos verberando, capiendo, &c.* Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suelion. an. 1231. *Et si forte contingat, quod aliquis Rescouffionem faciat, & Scabinus hoc testificetur emendare debet, per 7. fol. &c.*

¶ RESCONSA, perperam pro *Rescoussa* vel *Rescouffa*. Literæ Philippi Franc. Regis an. 1290. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1234. *Resconsas vero & injurias factas per gentes suas servientibus nostris, ut dicebant, emendavit nobis ad nostra libitum voluntatis.* Alia ejusd. Regis ann. 1307. apud Menester. in Probat. Hist. Lugdun. pag. 42. col. 1. *Si vero fiat aliqua injuria vel Rescouffa levatoribus emolumentorum*

in concordia hujusmodi contentorum, vel servientibus seu ministris nunciis, &c.

- RESCOSTARIA**, Eadem notione. Statutum Tolosanum an. 1207. apud Catellum pag. 230. *Fecerunt tale stabilimentum, quod omnia malefacta, quae hominibus vel feminis hujus villa Tolosa facta fuerint habitantibus in urbe vel suburbio, videlicet quae malefacta dicuntur Rescostarias, emendentur Consulum cognitione.*
- RESCUSSIRE**, Idem quod Rescuere, Succurrere, liberare. Litterae Edwardi II. Regis Angl. ann. 1314. *De peditibus ad Rescuffum, id est, auxilium, castrum de Stryvelin à Scotis obsessi properare faciendis, apud Rymer. tom. 3. pag. 381. Ita quod sint apud Werk die Luna, videlicet decimo die Junii proximo futuro, armis competentibus bene muniti, ac prompti ac parati ad proficiscendum exinde contra dictos inimicos & rebelles nostros, & ad castrum nostrum praedictum Rescuffiendum, ut est dictum, prout eis tunc ex parte nostra plenius injungetur.*
- RESCUSITUS**, Recuperatus. Litterae Caroli Regentis an. 1359. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 396. *In casibus vero oppositionis super possessione in articulo novitatis, res contentiosas ad manum regiam tanquam ad superiorem ponant, & locis restitutis seu Rescusitis, &c.*
- RESCUTERE**, Aliquam rem per Rescuffam recuperare, eripere. Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 781. *Item qui Rescutit gatgia bajulo domini vel servienti ipsius, debet domino septem solidos cum dimidio, nisi modum excedat in Rescutiendo, animadvertendo in servientem vel bajulum. Vide Recodere.*
- RESEA**, **RESIA**, Officina, ubi ferra defecatur. Statuta Montis-regalis pag. 319. *Statutum est, quod nulla terrigena vel extranea, cujuscumque status, praeminentia & conditionis existat, audeat vel presumat facere construere vel edificare aliquam Reseam de aqua in toto territorio, jurisdictione & posse dictae civitatis Montis-regalis. Et si forte aliqua Resia olim sit constructa & edificata per aliquem sine licentia dicti consilii, non possit ipsam Resiam laborari seu operari facere, nec aquam alicujus fluminis, rivus vel fossati in toto dicto posse & jurisdictione dictae civitatis accipere, nec de ipsa uti de cetero pro ipsa Resia. . . nec possit etiam, audeat vel presumat incidere seu incidi facere aliquod biochum sive lignum, per conducendo ad Reseandum ad ipsas Reseas aquarum, sub eadem poena applicanda ut supra. Vide Rasega & Resfia.*
- RESEARE**, **RESIARE**, Serra defecare, Ital. *Resegare*, Gall. *Scier*; *Resiatio*, Defectio; *Reseator*, Defector, Gall. *Scieur*. Eadem Statuta ibidem: *Item statutum est, quod quilibet Reseator possit & valeat capere pro salario Resiationis postium, à facientibus Resiare biochos sive truncos, ut infra continetur, & non ultra.*
- RESEANTIA**, **RESEANTISA**. Vide *Residentes*.
- RESEARE**, **RESEATOR**. Vide *Resea*.
- RESECRARE**, Johanni de Janua, *Sacrare*, vel execrare, vel exolvere, vel liberare, dimittere. Pro Religione solvere Cornelius Nepos: *Idem illi Eumolpidae ac Ceryces Resecrare sunt coacti, qui eum devoverant.* Pro Iterum obsecrare, denuo petere Plautus: *Obsecro te, Resecro, operam da hanc mihi fidelem.*
- RESEDERE**, Agnoscere, confiteri. Placitum Caroli Magni ann. 775. apud Mabillonium Diplom. pag. 499. & Felibian. Hist. San-Dionys. pag. xxxvi. *Et tunc ipse Herchenradus Episcopus (Parif.) in presentia nostra vel procerum nostrorum sibi recognovit & Resededit, quod nec ipse, nec pars Ecclesiae suae S. Mariae vel S. Stephani seu S. Germani*

nullum dicitum habebant, per quod ipse Placicio monasterio habere potuissent.

- RESEGALE**, Arsenicum rubrum ab arsenico communi, quod album est, distinctum, vulgo *Risagallum*, Ital. *Risalgajo*, Gall. *Reagal*. Vita S. Francæ n. 62. tom. 3. Aprilis pag. 396: *Cum per malitiam cujusdam pessimae mulieris datum fuisset ad comedendum venenum, quod Resegale nominatur, cuidam Joanni Placentino, &c.*
- RESELLA**, Res parva. Gocelinus in Translatione S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 415. *Quis vero tantam vidit oblationem in auro, argento, ceris & candelis aliisque Resellis fidelium? Vide supra Recula.*
- RESELULA**. Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 8. *Accidit autem hyeme per ora, cruraque populi pestilens morbus, in tantum sevens, ut multi perirent: indeque ad Daniata incolas pertransiit. Studet proinde Soldanus succurrere civitati: & primo quidem nocte per fluvium transmittibat Reselulas leves consutas in coriis, & ceratis, &c. Perperam, pro Rescellulas. Vide Recula.*
- RESERTUS**, pro *Reseratus* licentia poetica. Anonymus de Laudibus Berengarii Aug. apud Murator. tom. 2. pag. 398. col. 1. *Aedibus ingenii quorundam Marte Resertis, Pellitur inde tamen victis accinctus & armis Arnulfo, manibus trahitur post terga revinctis.*
- RESERVATARIUS**, Clericus; cui Romanus Pontifex indulget reservationis literas in re beneficiis. Pius V. PP. in Correctionibus Concilii Valentini ann. 1565. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 89. col. 2. *Totum hoc decretum reprehenditur, quia ab iis factum, qui faciendi potestatem non habuerunt, & Reservatarii satis jure cogi ad ea subeunda onera atque litera reservationum eos obligent.*
- RESERVATIO**, in materia beneficiis; [Gall. *Reservation*, Rescriptum seu Mandatum summi Pontificis, quo certorum beneficiorum, cum vacaverint, collationem sibi reservat faciendam cui voluerit, aliis legitimis collatoribus exclusis. Haec Mandata nostris vulgo dicuntur *Ambitiosa Curia Romana Rescripta*. Locum non habent in Galliis.] Chronic. Archiep. Upsaliensium p. 197: *Iste D. Joannes Karoli non habuit jus in ea (Canonia,) quia reservata fuit in curia, & vigore illius Reservationis impetravit eam. Mox: Quo mortuo obtinuit hanc praebendam etiam per Reservationem D. Henricus dictus Biscop.*
- Recentiores sunt *Reservationes* & inferiores aeo Gratiani, qui de illis ne meminit quidem in suo Decreto. Ad summi pontificatus gradum vix eventus erat Adrianus VI. dum de abolendis Indultis; Reservationibus Expectativisque cogitationem suscepit; qua de re audiendus est Blazius Ortizius in Itinerario ejusdem Papae tom. 3. Miscellan. Baluzii pag. 356. *Quum almus noster Papa, inquit, materiam Indultorum & Reservationum Expectativarumque exosam, ut sacrorum gnarus canonum, haberet, uti talem decebat virum, cum similes Expectationes abhorreant jura, hac die, (24. Januarii Victoriam appulsus ex Hispania, ubi paucos dies ante Papa fuerat renunciatus) mentaliter Cardinalium Indultarum revocavit; cujus revocationis publicationem matura consideratione in Urbem distulit. Quod autem Victoriam mente conceperat, Caesaraugustam perductus statim perfecit. Prima vero die Maii, ut refert idem Blasius ibid. pag. 368: regulas Cancellariae à se noviter editas in metropolitana Ecclesia (Caesaraugustana) publice & solenniter promulgari jussit; per quas omnes Reservationes & Expectativa... revocabantur.*

tur. Sed ob hac malevolentiam in Christi Vicarium Curiales conceperunt. Hinc annotari potest quanta fuerit vis consuetudinis. Nam humana natura est ea quae in usu non sunt, etsi recta & iusta sint, abhorrere, & consueta magna custodia diligere: & provinciales semper magni faciunt consuetudines sibi servari. Nam quid iustius, sanctius & honestius quam jura custodiri? quae vir sanctus pro viribus nitebatur defendere; Curiales vero suo abusu inherentes, quasi novam rem execrabantur. Verba sunt ejusd. Scriptoris ibid. p. 356. & 357. Quam odiosae in Galliis etiam fuerint hujusmodi reservationes docet praeter caetera Conventus Episcoporum Gallicanorum apud Melodunum ann. 1548. celebratus. Ab Henrico Rege consulti Episcopi quid censerent de jure, quod sibi Romani Pontifices assererent in Provinciam Britanniamque Gallicam, apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 105. hisce verbis respondent ibid. pag. 111. & seq. Reservationes autem in Provinciam & Britanniam... quo tandem pacto aut possumus accipere, aut cum veterum sanctitate canonum atque religione congruant, quae videri queant saepenumero a preceptione Christi discrepare. Quid enim discrepare, cum Christi documento conferes alium mei gregis designari procuratorem, me inconsulto Pontifice, mea procuratoris particula, & in hac re mihi summa potestatis auctoritatem objici, praesertim si nihil est quod in me reprehendatur. Si in omnes hoc decernitur, nullo discrimine, nullo delectu habito, si nihil inter bonos, malos, desides, impigros, inertes, industrios intersit, qui convenire hoc queat cum Domini nostri J. C. preceptis, cum decretis Apostolorum, Conciliorum, Pontificum Romanorum? Atqui quae feruntur Reservationes, Expectationes, Preventiones, Mandata, caetera hujusmodi omnia immittant hanc labem in Ecclesiam Dei, ut confusa sint omnia & permixta tum bonis tum malis, cuncta praecidatur aut revocanda laudis ecclesiastica ratio, aut immutanda virtutis atque integritatis occasio. Suspiciamus beatissimi Patris nostri non minus quam Petri sublimem illam dignitatem, ut illius tamen vestigiis insistamus, in quibus praeterquam quod nihil est simile Preventionum, nihil Expectationum, nihil Reservationum, Mandatorum, Regressuum, regularum Cancellaria. Singularem hac si discutiantur, vix cum ullo antiquitatis aut more aut jure conveniant, cum evangelicis preceptis ne vix quidem, in quibus libera est omnium recta Ecclesiae administratio: Ad hac tota ratio Reservandorum sacerdotiorum ita recens est, ut aucte proxima Romanorum Pontificum decreta simile aliquid, non modo dictum, sed ne cogitatum quidem sit. Et ab illo tamen recentissimo jure abhorrent etiam ea, quae nobis sunt praecepta de toto illo genere Reservandi. Nam cum Lateranensi pugnant Concilio. &c. Vide Mandatum 5.

¶ 1. RESERVATORIUM, Cella penaria, ubi quidquid ad mensam necessarium est, reponitur; nostris *Depense*. Leges Palatinae Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. SS. Junii pag. xx. Ex nostris coquinariis deputetur qui clavem Reservatorii nostra coquina teneat & deferat. Infra: Decernentes & volentes quod continue in dicto Reservatorio rerum infra scriptarum copia inveniatur, videlicet zucharis, ziziberi & aliarum specierum tritarum; mellis, olei, carniuum salsa-rum, caseorum, piscium salforum, vini-aceti, &c.

¶ 2. RESERVATORIUM, Sacrorum corporalium theca, ut videtur, Gallice *Bourse*. Gesta Gaufridi Episc. Cenoman. apud Mabillon. to. 3. Analect. pag. 390. Dedit... quinque paria corporalium cum Reservatorio, octo etiam mappas ad ornamentum altaris cum manutergiis multis, &c.

¶ 1. RESERVUM, Exceptio, Gall. *Reserve*. Placitum ann. 1053. in Probat. novae Hist. Occitan.

tom. 2. col. 221. *Audivit dividere supradicta Ecclesia, ut post mortem Guiralii & filii sui Bernardi revertisset sine ullo Reservo in canonica S. Nazarii sedis Biterrensis.*

¶ 2. RESERVUM; Reconditum, sepositum, Gall. *en reserve*. Donatio ann. 1195. apud Miræum to. 1. pag. 108. col. 2. *Quisquis autem Sacerdos, exceptis praedictis, tres denarios; Diaconus vero quisque & Subdiaconus duos denarios... Si quid in Reservum fuit, in Ecclesiam distribuetur.*

¶ RESGARDUM, Idem quod supra *Regardum* 5. Arbitrium, sententia, edictum. Charta Dalphini Comitis Claromont. ann. 1229. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 250. *Quod si nos infra septennium domino Regi guerram faceremus vel aliquid aliud, de quo non possemus vel nollemus expectare Resgardum curiae domini Regis ad usus & consuetudines Alvernia, &c.* Statuta Gualtherii Domini Commerciaci ann. 1263. è codice M.S. ejusd. urbis p. 89. *Item si aulcun est trouvé de la vaine en caillout rasins... & retablira les dbommaiges par le Reswart des Eschevins.*

¶ RESIA: Charta anni. 1400. in Statutis Perusiae pag. 23. *Item de & pro franchimento burgi Perusiae. Item de & pro censu gastaldia. Item de & pro sctis horiorum & suffinarum. Item de & pro Resiis & decanis Perusia & vallis ejusdem. Vide Resea.*

¶ RESIANS, Commorans, habitans in loco, ab Anglico *Resiant*, Gallice *Resseant*, *Resident*. Literae pro mercatoribus Venetiarum ann. 1507. apud Rymer. tom. 13. pag. 164. col. 1. *In idem regnum nostrum Angliae... durante dicto termino decem annorum Resantium, residentium, resortientium sive confluentium. Vide Residentes.*

¶ RESIARE, RESIATIO. Vide *Resea*.

RESIDENTES IN TERRA Dominica, Homines liberi dicebantur, tam qui proprium non habebant, quam qui proprium habebant. Atque ii quidem propter res alterius ad testimonium non recipiebantur, licet *consuetore* esse possent, quia liberi erant: isti vero ad testimonium recipiebantur, quia proprium habebant, in Capitularibus Caroli Magni lib. 5. cap. 150.

RESIDENS, Tenens autem vassallus, qui ex debito residet in praedio domini sui, ita ut ab eo recedere ei non liceat: alias *Hospes*, & *Estagiarius* dictus: in Consuetudinibus municipalibus, *Homme levant & couchant*: in Consuetudine vero Normanniae art. 188. *Reseant du fief*. At in veteri, cap. 60. *Reseans*, exponuntur *Homagiati*, in edit. Latina. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 43. *Quantumcumque dominos aliquis habeat, vel quantumcumque de aliis teneat, ei magis obnoxius est, & ejus Residens esse debet, cujus legius est. Si multis homagium fecerit, & ab aliquo eorum captus & implicatus sit, ille, cujus Residens & legius est, erga quoslibet alios jure potest eum plegiare, nec debet ei denegari.* Adde cap. 55. Consuetudo Cenoman. art. 33. *Le Justicier soncier peut contraindre son sujet à Resseantir d'estage au lieu, où il a esté anciennement, & d'estager, sinon qu'il veuille quitter ledit estage.* Ubi perperam editi codices habent *Resseantir*.

RESIDENTIA; RESEANTISIA, Jus domini feudalis, quo vassallum, seu tenentem, cogere potest, ut intra feudi sui terminos habitet, aut mansionem habeat. *Resseantise*, in Consuetud. Perticensi. [Litterae Philippi Aug. Franc. Reg. an. 1200. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 24. & 25. *De servientibus laicis scholarium (Academiae Paris.) qui non debent burgensiam nobis vel Residentiam, nec vivunt de mercatorio, & unde scolares non fi-*

ciant injuriam aliis, sic erit, quod in eos manum non mittemus, nec justitia nostra, nisi forefactum apparens fuerit.] In 30. Regestō Chartophylacii regii fol. 1. hæc habentur: de Montfaucon. On recevra en la Reseance de Montfaucon toutes manieres de gens, fors ke chiaus qui sont serfs de leirs cors, & chiaus qui sont dampné, ou forbané en aucun lieu pour villain fet. Et si dirat-on à chaus, qui vendront en la Reseance de Montfaucon: On vous reçoit en la Reseance: mais prenès garde que vos ne soies serf de vos cors, & que vos ne soiez condamnez ne forbanis pour villain fait: & se vos esties encombréz avant que vos venissiez en la Reseantise, li Rois, tant comme il appartient à celui encombrement, ne vos defendrois pas. [Vide Glossarium Juris Gallici in vocibus Reseant & Estagiers.]

RESIDENTIA, pro eō quod *Stagium* alii vocant. Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 24. *Nomina Nobilium, qui tenentur facere Residentiam in Castrō de Thalamone annis singulis, de deverio videlicet: Helias Achardi per tres menses sequentes & continuos, &c.*

RESEANTISIA. Charta Renaldi de Bosco in Hist. Monasterii S. Audoeni Rotomag. Nullus, quia in haya Gonnor per nos Reseantisiam fecerit... potest habere quietantiam herbagii, &c. Fleta lib. 2. c. 67. §. 6. Testatum fuit, quod domicilium habuit & Reseantisiam apud talem locum. Regestum Censuum & Feodor. Carnot. fol. 17. Chascune hostise d'icelle mērie doit une geline, &c. & se ainsinc estoit que les estagiers laissassent les hostises dechair, porce ne demouroit pas que le past n'en fust rendu, & poie pour reson de la Reseantise. [Charta an. 1268. è Chartulario Domus Dei Pontifar. Disoit que il devoient paier pour ce que leur Reseandise estoit à Pontoise.] Vide Raguellum.

RESEANTISA, interdum sumitur pro ipsa domo residentis; ut *hostisia* pro domo hospitis. Tabularium Leprosariæ Pontis-Audomari: Tenet 4. acras terra & unam Reseantisiam, unde reddit 5. solid.

INFIRMITAS DE RESEANTISA; quod aliis *malum lecti* dicitur, in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 8. §. 3. & apud Bractonum lib. 5. tr. 2. c. 4. §. 1. *Exoine de mal Reseant*, in Consuetud. Normanni. cap. 39. 122. 124. Vide *Essonium de malo lecti* in *Sunnis*.

RESEANCIA; ex Gall. *Reseance*. Charta an. 1316. apud Will. Thorn: *Quod omnes residentes, qui Reseancias proprias nunc tenent infra procinctum manerii predicti, &c.* Adde eundem pag. 2035. [Charta Richardi de Lamberville è Tabulario Gemetic. cap. 361. *Varantizandum ab omni aida & Reseantia & amouta.*]

RESIDENTIA CANONICORUM, de qua complures Chartas collegit Jacob. Petrus post Pœnitentiale Theodori pag. 442. & seqq. [Adde Baluzium tom. 2. Miscell. p. 233. 434. & to. 5. p. 266.]

RESIDENTIA PRÆLATORUM in suis Dioecesisibus commendatur in Concilio Tridentino sessiohe 6. cap. 1. & sess. 24. cap. 1. de Reformatione. Juxta sacros canones omnino jubetur Declaratione regia in supremo Senatu recepta ann. 1561. Hinc Bourdinus tum Procurator generalis injiciebat manum in Episcoporum bona, qui plus quindecim dies Parisiis commorabantur. De *Residentia* quorumvis Clericorum in suis Ecclesiis passim agitur tom. 4. Anecd. Marten: locis citatis in Indice: quem, si opusest, consule.

RESIDENTIA. Bulla Innocentii VIII. PP. ann. 1484. in Continuatione M. Bullarii Rom. pag. 290. col. 1. *Item ordinarunt, quod nullus de collegio presumat ipsum chorū intrare, dum in eodem psallitur; nisi prius fecerit primam Residentiam, qua prima*

Residentia sit ante finem versiculi primi Psalmi, videlicet de Gloria Patri usque ad Amen.

RESIDENTIARIUS, Angl. *Residentiary*, Qui residet seu assidue commoratur: hinc *Residentiarii* Canonici, iidem qui aliis *Residentes*, vel *Mansionarii*, Qui assidue præsentés sunt in Ecclesiis, quibus deserviunt; hac in re distincti à Canonicis *Foraneis*, Qui non resident seu absentes sunt. Literæ Edwardi III. Regis Angl. ann. 1371. de abusibus Ecclesiæ S. Pauli Londin. apud Rymerum to. 6. pag. 678. col. 1. *Nonne, venerabilis Pater Episcopo, qui predicta Ecclesia præesse tenemini pariter & prodesse, tot & tanta à collegio Decani, Residentiariorum & Capituli ipsius Ecclesiæ vestra, ob vestri, ne dicam, negligentiam & defectum, modernis temporibus, produisse inconvenientia, qua vulgatis relatibus publicantur, videri vobis debeat probrosum & etiam tadiosum? Et mox: Ut ad magis specialia descendamus; Decanus, Residentiarii, sive Capitalum ipsius Ecclesiæ; nedum nostris, set etiam Canonicorum non residentium, fratrum suorum, (quorum magna pars ex familiaribus nostris existit, & quorum in hac parte specialiter interesse versatur) beneplacito & assensu minime requisitis vel obtentis, ad talia procedere precipitanter & voluntarie presumpserunt, &c.* Literæ Richardi II. ann. 1399: apud eumd. Rymer. tom. 8. pag. 74. col. 1. *Emolumenta, que Canonicis Residentiariis in Ecclesia ipsa, occasione hujusmodi residentia debentur. Et paulo post: Duoque jam in Ecclesia predicta duntaxat Residentiarii existunt, qui omnia dicta Ecclesiæ emolumenta sibi usurpant. Alibi memorantur ejuscemodi Canonici Residentiarii. Vide Canonici forenses, Foraneitas & Mansionarii.*

RESIDERATIO, pro *Residuatio*: quod vide.

1. RESIDERE, Negligere. Radbodus Noviom. Episc. in Vita S. Medardi, tom. 2. Junii pag. 93: *Amodo necessarium ducimus ad propositi nostri seriem redire, quaque post transitum gloriosissimi Confessoris ad honorem ejus Deus operatus sit miracula... non Residemus scripto commendare.*

2. RESIDERE, Inutile, desertum manere, in Codice Theod. lib. 6. tit. 2. leg. 13. *Residere in debitis*; Reliquari; eod. lib. 6. tit. 3. leg. ult. lib. 8. tit. 8. leg. 9. *Residere in debitum*; (sic legendum est divisis vocibus.) Eadem notione lib. 11. ejusd. Cod. tit. 1. leg. 27.

RESIDIVARE, pro *Recidivare*, de quo in *Recidiva*, Recidere, Gall. *Recidiver*. Vita Innocentii III. PP. apud Murator: tom. 3. pag. 484. col. 1. *Ab antiquo homines castri illius pessimi erant, & bis antea Residivaverant; etiam tunc rebellabant.*

RESIDIUM, Quod pro jure *residentia* domino solvitur à *residentibus*. Additamenta ad Leges Ludbivici II. art: 32. apud Murator: tom. 1. part. 2. p. 162. col. 1. *Ut liberi homines nullum obsequium Comitibus faciant, nec Vicariis, neque in pasto, neque in aratura, neque in vinea, & conjectum vel Residium non solvant, exceptis aribannatoribus vel missaticis, qui legationem ducunt: Baltizius to. 1. Capitul. col. 400. præfert: Neque in prato, neque in messe, neque in aratura aut vinea, & conjectum ullum vel Residium eis resolvant, excepto servitio quod ad Regem pertinet, & ad heribannatores, vel his qui legationem ducunt. Malim Residium quam Residuum. Vide supra Residentia.*

RESIDUATIO. Gloss. Gr. Læt. ἀποκαθίστασις, *Redeo*. ἀποκαθίστασις, *Residuatio*. [Hinc emendandi Janus Laurenb. in Supplemento Antiq. ubi perperam ἀποκαθίστασις, & Martinius in Lexico, ubi pejus, *Resideratio*.]

RESIDUUM.

¶ RESIDUUM. Vide *Residium*.

RESIDUUS, pro *Residens*. Hincmarus Remensis Epist. 7. ex Labbeanis: Ipse Ottericus dum ipsam Ecclesiam teneret, cantavit in Novianta, & in Landrica curte, & in Broeris: titulus autem ipsius, in quo & Residuus erat, fuit in Follana braio.

¶ RESIGILLARE, Denuo sigillare, sigillo munire. Charta ann. 1119. ex Archivo Abbatiae S. Mariae Andegav. vulgo *Le Roncerai*: Papa Calistus Andegavum iter appulit, & ingressus Ecclesiam S. Dei Genitricis M. altare dominicum consecravit, capsam reliquiarum SS. Pancratii Martyris & Gatiani Turon. Episcopi Resigillata.

¶ RESIGNACULUM, Sigillum, signaculum. Tertull. lib. 2. adv. Marcion. c. 10. ex hoc Ezechielis 28. 12. loco: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & decore, habet: Tu es Resignaculum similitudinis, qui scilicet integritatem imaginis & similitudinis resignaveris.

¶ 1. RESIGNARE, Sigillare, sigillo munire, ni fallor. Charta Pipini Reg. Fr. an. 765. apud Miræum tom. 1. p. 765. col. 2. Et ut descriptio firma sit, annulo sigillari eam iussimus nostro. Adalolfus Resignavit. Vide *Signum*, *Veteres*, &c. Vereor tamen ne sit legendum *Recognovit* pro *Resignavit*; sic enim legi solet in Chartis ejus ævi, ut videre est in voce *Referendarius*.

¶ 2. RESIGNARE ALICUI REI, Illam missam facere, dimittere, abdicare. Literæ Blangiacensium ad Fiscamneses ann. 1193. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 655. Noverit discretio vestra, quod Richardus quondam Abbas Ecclesie nostræ incommodo corporis sui nimium aggravatus, de voluntate propria pastorali baculo Resignavit; nos vero... unum de gremio vestro, scilicet domnum Robertum Artic... unanimi consensu & absque contradictione aliqua, in Abbatem nostrum eligimus. Petitio Radulfi Abb. S. Michaelis in Periculo maris facta per Procuratorem Gregorio IX. PP. ann. 1230. ibid. col. 58. Procedente vero tempore, superveniente flagello Dei, percussus paralyti, administrationis curæ Resignavit, &c. Ordinatio pro Fratibus Mendicantibus ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. p. 335. col. 2. Et in casu quo illi Fratres, cujuscumque Ordinis fuerint, qui modo sunt extra regnum, & procuraverunt hujusmodi exemptiones seu assignationes, sive gradum prædictum in Theologica facultate, contra consuetudinem superius expressatam, noluerint in reditu eorundem Resignare omnibus hujusmodi exemptionibus, assignationibus & gradui scolastico suprascripto, &c.

¶ 3. RESIGNARE, Rem possessam alicui transcribere, concedere, restituere. Charta Rodulphi Archiepisc. Rem. ann. 1112. è Tabulario S. Nicasii ejusdem urbis: Dictam ecclesiam... in manus nostras Resignavit. Charta Walcheri de Rumigniaco ann. 1231. ex eodem Tabulario; Reddidi & Resignavi dictæ Ecclesie nemus quoddam, &c. Charta Theoderici Landgravii Thuringiæ ann. 1299. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 220. Cupimus esse notum, quod fidelis & dilectus nobis Miles Otto, filius Bodonis junior de Ylburg villam unam, que Frankendorf vocatur, quam à nobis jure feudali habuit, ejusdem ville proprietatem, cum omnibus ad ipsam villam pertinentibus, super altare gloriosissime Dei genitricis & virginis Marie, necnon aliorum Sanctorum in Dobirlug habitantium, in remissionem suorum devote obtulit peccatorum: qui scilicet Otto... ad nos veniens, & jam dictam villam Frankendorf in nostris manibus liberaliter Resignavit, petens & cum diligentia nobis supplicans, ut suam oblationem tam devotam in omnibus confirma-

remus propter Deum. Nos vero divine remunerationis meritum propensius intuentes, ipsius precibus annuimus, & proprietatem sepedictæ ville cum attinentiis ad ipsam villam pertinentibus damus & assignamus sepedicto monasterio Dobirlug & ipsius dicto Conventui jure proprietatis perenniter possidendam. Hocce in loco paulo fufius exscripto mos ille observatur, de quo jam alibi dictum est, feudum non potuisse alienari, neque etiam monasterio concedi aut alio quovis modo transcribi sine consensu domini feudalis, cui primum Resignatur seu transcribitur ipsum feudum, ut ipse postmodum pleno jure conferat monasterio, feudatario id postulante. Hujus rei alia exempla suppetit idem Ludewig. ibid. p. 87. 90. & 97. Exemplum aliud immediatae resignationis seu traditionis eidem monasterio Dobrilucensi factæ, utpote, si bene puto, re *allodialiter* seu jure proprietario possessæ, refertur in Charta Alberti Præpositi Wurcinensis an. 1319. ibidem pag. 288. Monasterio Dobirlug dedimus & contulimus & in manibus domini Abbatis & Conventus dicti monasterii Resignavimus & presentibus Resignamus cum omni jure & utilitate, que ad ipsas villas & silvam pertinent aut imposterum poterunt pertinere. Renunciatio Henrici Ducis Slesiae in gratiam Imperatoris an. 1319. apud eumd. Ludewig. tom. 5. pag. 537. Vestre Majestati omnes marchias, provincias, terras & possessiones prædictas & jura earundem cum omni debita reverentia presentibus Resignamus, necnon ut easdem & quamlibet earum cum suis juribus & pertinentiis universis eidem illustri Principi D. Joanni Boemia & Poloniae Regi... conferatis, ipsumque... investitis, sincere & affectuose supplicamus. Chartularium S. Vincentii Cenomanens. fol. 134. Philippus Miles... decimam illam in manu nostra Resignavit, & Resignationem juramento firmavit; ita quod nec per se nec per alium in decima illa, nec in tractu, nec in tritura aliquid juris de cetero reclamaret. Simili notione Horatius lib. 3. Carm. Ode 29.

*Si (fortuna) celeres quatit
Pennas, Resigno qua dedit, & mea
Virtute me involvo, probamque
Pauperem sine dote quaro.*

Rursum utitur lib. 1. Epist. 7. Sed hæc voces

¶ RESIGNARE, Resignatio, hodie nullibi sæpius occurrunt quam in re beneficiaria, unde etiam *Resigner un benefice*. Duplicem autem distinguunt beneficii resignationem; puram & simplicem unam, alteram in favorem. Illa simplex est beneficii ecclesiastici abdicatio, qua fit, ut Collator beneficium conferre possit ei, cui voluerit. Cum hæc resignatio nuda demissio sit, tantæ antiquitatis est quantæ abdicatio, neque ullius indiget consensu, nisi Ordinarii. Resignatio in favorem, dicta, qua Resignans clerico singulari, quem Resignatarium vocant, beneficium transcribit, recentior est, vix in usu à ducentis annis satis approbato. Cum pacti vel simoniæ speciem præ se ferat, primum à multis improbata est, sed tandem approbata fuit, modo fiat per manus Romani Pontificis, qui pro sua auctoritate confirmat hujusmodi transcriptiones. Hæc obiter de rebus notis, quod earum voces nostri sint instituti. Vide *Resignatio*.

¶ RESIGNATOR, Ἀποσφραγιστής, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Qui resignat, aperit, solvit.

¶ RESIGNATRIX, Quæ resignat, aperit. Tertullianus de Habitu mulier. cap. 1. Eva arboris illius Resignatrix.

¶ RESILIRE, Practicis nostris *Résilir*, Renuntiare pactionem. A conditione atque pacto Resilire, apud

Asconium Pedianum. *A conventionione Reslire*, in Literis Johannis Régis Angl. ann. 1212. apud Rymer. tom. 1. pag. 163. *Emptori Resilit venditor meliore conditione oblata*, leg. 9. Dig. de in diem additione, ex Ulpiano.

¶ RESIMPLICATUS, Reduplicatus. Cælius Aurel. lib. 1. de Chronicis Passionibus: *Linteolum aqua tingentes partibus Resimplicatum apponunt.*

¶ RESINATIO, pro Resignatio, Muneris aut beneficii abdicatio, Gall. *Resignation*. Charta an. 1276. è Chartulario S. Fiacrii fol. 23. *Resinatione facta ab eodem magistro Simone de ipsa capellania, deinceps per unum monachum, quem ad hoc Abbas S. Faronis Meldensis idoneum duxerit eligendum, eadem capellania officietur perpetuo, seu deserviatur.* Statuta Ecclesiæ Meld. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 898. *Inhibetur ne fiant Resinationes ecclesiarum in manu Abbatum vel quorumlibet patronorum, sed in manu Episcopi.* Vide Resignare 3.

¶ RESINCERARE, Abluere; Gall. *Rinser* vel, ut alii scribunt, *Rincer*, Angl. *to Rinse*. Rubricæ Eccles. Sarisberienfis MSS. *Resinceret Sacerdos manus suas ne aliquæ reliquie Corporis & Sanguinis remaneant in digitis.* Sermo est, ut satis patet, de ablutione digitorum in Missa post summationem Corporis Domini, ut in alio loco quem laudat Menagius in Etymol. Gall. v. *Rincer*. *Resinceret calicem*, ex Missali ejusd. Eccl. Parisiis edito ann. 1551. *Resincerare* est quasi Sincerum denuo facere, nec aliunde quærendum est etymon. Horatius lib. 1. Epist. 2. versu 54.

Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit. Vide Recincerare.

RESINOSUS, Reses. Vide in Bromosus. [Alias Resinosus est Resina plenus; ut apud Plinium & Columellam.]

¶ RESIPISSE, pro Resipuisse, dixit vetus Interpres S. Irenæi lib. 1. cap. 30. ult. edit.

¶ RESISTENTIA, Gall. *Resistance*, Adversus conatus. Passim occurrit apud Scriptores infimæ Latinitatis.

¶ RESISUS BANNUS, quod in lingua Theodisca *Scaftlegi*, id est armorum depositio, vocatur, in Capitulari Wormat. ann. 829. cap. 13. Additione 4. cap. 114. & in Editio Pistensi ann. 864. cap. 33. ex editione Baluzii, qui in Notis testatur sic in omnibus MSS. legi, ubi in editis habetur *Recisus*. Appendix Marculfi formula 5. *In quadraginta noctes in proximo mallo post bannum Resisum hoc debeat conjurare.*

¶ RESMERCiare, Denuo locare, scilicet argentum annuo vectigali. Constitut. Eccl. Valentiniæ; tom. 4. Concil. Hispan. pag. 169. *Quotiescumque aliquod ex dictis censualibus redimatur & quietur, pretium seu proprietas illius in sacristia dictæ Ecclesiæ... deponatur, & inde non extrahatur, nisi de Ordinarii licentia, ad opus onerandi & Resmerciandi illud super dicta universitate Valentiniæ, seu generaliter, aut alia universitate securæ presentis regni; & nisi ad dictos effectus pretia dictorum censualium à sacristia vel tabula nullo modo extrahantur, ac neque in aliud unquam convertantur.*

RESOCIARE, Dispersos ac fugitivos cogere. Galfridus Monemutensis lib. 1. c. 19. *Resociatis sociis qui dispersi fuerant.* Utitur alibi non semel. [Chronicon Briocense apud Lobinellum, tom. 2. Hist. Britan. col. 863. *Suumque exercitum Resociare curavit: quo Resociato, &c.*]

¶ RESOLIDARE PLAGA dicitur, cum sanatur & solidatur, in Legibus Rotharis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 22. col. 1. *Si quis alii plagam*

in facie fecerit, componat ei solidos XVI. Si quam in naso fecerit plagam, componat solidos XVI. si Resolidaverit tantum ut cicatrix appareat; si non Resolidaverit, quartam partem pretii ipsius componat, ut supra. Si quis in aurem plagam fecerit, componat solidos XVI. si Resolidaverit.

¶ RESOLUBILIS, Qui resolvi potest. *Resolubile camentum*, Prudentio Apoth. v. 514. *Resolubile corpus*, eidem Cath. v. 149.

¶ RESOLUTE, Licenter. Tertullianus lib. 1. ad Nationes cap. 19. *Quo facilius rideatis & Resolutius decachinnetis.*

¶ RESOLUTIO, Mors quo corpus resolvitur, 2. ad Timoth. 4. 6. *Ego enim jam delibor, & tempus Resolutionis meæ instat.* Græc. ἀναλύσις.

¶ RESOLUTOR, Qui decernit, constituit, Gall. *Qui resoud, qui regle.* Epistola Halinardi Abbat. S. Benigni Divion. ad Johannem XIX. Papam; apud Mabillon. tom. 4. Annal. Benedict. p. 728. col. 2. *Dignum ergo est, ut Resolutori civium philosophiam virtutum, scilicet discretionem semper habeat secum, ne videlicet ille, cui potestas ecclesiarum data, hoc ignoranter propter susurriones constituat, quod cum veram antiquitatem noverit destruere non dubitet.*

¶ RESOLUTORICINIUM; Johanni de Januâ; *Acus pectoralis, seu firmaculum, quo camisia super pectus firmatur, vel quo pallium astringitur; vel instrumentum quo crines discernuntur, Martialis in Gerula: Resolutoricini quoque flammæ instar. Quidam tamen legunt pro duabus partibus, scilicet Resolutio & Ricinio: & est ricinio idem quod dicimus esse Resolutoricinio; quod quantumvis verum sit, tamen pro una parte melius legitur Resolutoricinio, si quis consideret copulationis vim & ordinem.* Pudet hæc referre, quæ frustra quæsieris apud Martialem:

¶ RESOLUTORIE, Audacter, fidenti animo, Gall. *Resolument*. Menotus Serm. fol. 132. verso: *Respondet Resolutorie, quod non; quia nulla est tam grandis aut sublimis dignitas, quæ eximat aliquem à præcepto divino.*

RESONA, Resonatio, Echo, ἠχώ, in Gloss. Lat. Gr. [ἀντιᾶλῆα, Græcis hodiernis.] *Resonantia tympanorum*, apud Thwrocizium in Attila. [Resonantia fistularum, apud Marten. to. 4. Ampliff. Collect. col. 393.]

¶ RESONARE, Idem ac Sonare, quod vide suo loco: Dici, referri. Notitia judicati an. 843. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 142. col. 2. *Nomina (testium) in suas conditiones Resonant, id est, cum suis conditionibus relata sunt.* Donatio ann. 806. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 1. col. 34. *Hunc alodem superius Resonatum adquisivit dominus Willelmus Karolo & Ludovico Imperatoribus.* Charta Gislberti Episc. Barchinon. an. 1045. apud Marten. to. 1. Collect. Ampl. col. 410. *Si ego aut prædicti Canonorum meorum non reddiderimus ipsum debitum ad supradictum terminum, teneat ipse supradicto monasterio vel ejus servientes supra dicta ecclesia S. Vincentii, sicut Resonat, usque dum reddita sint supra dicta uncia auri ad supra dicto domo cum illorum lucro pretium per unumquemque annum. Ubi sicut resonat potest reddi, sicut relatum est, vel sicut æquum est, quod ultimum nos redderemus, comme il est raisonnable.*

¶ RESOR; pro Restor, vel potius Restio, Qui restes facit. Vide Resticularius in Restis 1.

¶ 1. RESORTIRE, ab Anglico *to Resort*, Confluere, convenire, congregari. Charta Henrici VII. Regis Angl. an. 1507. apud Rymer. to. 13. pag. 164. col. 1. *Licentiam damus... mercatoribus... Se-*

nioria Veneciarum in regno nostro commorantibus ... restantibus, Resortientibus, seu confluentibus, &c. Et infra ead. col. Mercatorum de Venecia .. in regno nostro Anglia commorantium, moram facientium, & in idem regnum nostrum ... restantium, residentium, Resortientium sive confluentium, &c.

¶ 2. RESORTIRE, RESORTISARE, Gallis Resfortir, In aliquod tribunal convenire. Vide infra Resfortire.

¶ RESORTIRI ALICUI, Redire, reverti ad aliquem jure sortis seu successionis. Petitio an. 1292. apud Rymer. tom. 2. pag. 576. col. 2. Per cujus obitum jus debet Resortiri isti Willemo, qui modo petit. Vide mox Resortum 1.

¶ RESORTIUM. Litteræ Dalphini Vienn. ann. 1340. tom. 1. Hist. Dalphin. p. 53. col. 2. edit. Genev. & pag. 57. col. 1. edit. Paris. Vobis precipimus & mandamus, quatenus visis presentibus, cum omnibus hominibus equitibus & peditibus in armis vestra castellanæ, quos habere poteritis ... apud S. Marcellinum personaliter interesse velitis & curetis ... cum omni Resortio gentium nostrarum equitum & peditum armatorum, quos habere poteritis, quoquo modo clientes ante nostros insuper muniri faciatis, &c. Legendum est procul dubio Resortium, à Gallico Renfort, Ital. Risorzo, Subsidium, auxiliares copiae. Vide supra Resorcium.

¶ 1. RESORTUM, Reversio sortis seu hæreditatis ad aliquem, ad quem jure pertinet. Petitio ann. 1292. apud Rymer. tom. 2. pag. 575. Patricius Comes de Marchia supplicat quod super regno Scotia sibi fiat justitia, quod debet de jure sibi obvenire propter defectum successionis descendenti à Rege Scotia Alexandro ultimo, per reversionem & Resortum ad Ildam filiam Willemi quondam Regis Scotia. Vide Resortiri.

¶ 2. RESORTUM, Districtus judicis, Gall. Resfort. Vide Resfortum.

¶ RESPECTARE, Differre. Vide Respectus 4.

¶ RESPECTATOR. Vide mox in Respector 1.

¶ RESPECTIO, Respectus, ratio, Gallice Egard. Nullius habita Respeccione periculi, apud Gualterum Hemingford. de Gestis Edwardi III. Angl. Regis pag. 288. Vide alia notione in Respectus 1. & 2.

¶ RESPECTIVE, Comparete, Gall. Respectivement. Vulgare est recentioribus, antiquis inauditum.

¶ 1. RESPECTIVUS, Qui refertur ad alium, Gall. Respectif. Epistola Innocentii III. PP. to. 2. Concil. Hispan. pag. 635. Quia tua sunt privilegia donationis certa & absoluta; sua vero sunt privilegia confirmationis seu redintegrationis conditionalia tantum & Respectiva. Vide Respectualis.

¶ 2. RESPECTIVUS, Circumspectus, consideratus, Gall. Circonspect. Acta B. Ofannæ tom. 3. Junii pag. 670. Quippe supra modum Respectiva erat.

1. RESPECTOR, RESPECTATOR. Anastasius in Sergio PP. Prædictus vero Paschalis non post multum tempus, & ab officio Archidiaconatus pro aliquibus incantationibus & lucis, quos colebat, vel sortibus, quas cum aliis Respectoribus tractabat, Dei beatique Petri Apostolorum Principis interveniente judicio privatus est. Codd. alii præferunt cum aliis Respectatoribus suis. Quo loco Respectatores videntur esse aruspices, seu extorum vel etiam astrorum inspectores.

2. RESPECTOR, Præfectus urbis, vel provinciæ, qui Theutonibus Reward, in Charta ann. 1256. apud Haræum in Castellanis Insulensibus pag. 14. [& in alia Margaretæ Flandriæ Comitissæ apud Bucelinum lib. 2. Gallo-Flandriæ pag. 263.] In alia anni 1238. in Probat. Hist. Guinensis pag. 515. occurrit Respector amicitia Insulensis, qui vul-

go Reward, seu, uti alii vocant, Major urbis.

¶ 3. RESPECTOR, Inspector, cujus est inspicere ne qua fraus fiat in aliqua re. Respectores ponderum & aliarum mensurarum dicti loci, in Literis Caroli V. Franc. Regis an. 1366. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 676. Erit enim Deus Respector conscientia tua, Gregor. Turon. lib. 10. Hist. cap. 8. scilicet ut pro meritis vel remuneret vel puniat. Vide Respectus 1.

RESPECTUALIS, Qui observantiam erga aliquem præstat, Gall. Respectueux. Vita S. Attractæ Virg. num. 13. Et sic omnes Lugnenses non sunt bene Regi Connachtia Respectuales. Supra enim dicuntur Lugnenses Regi Connachtia restitisse.

Exstat apud Lindenbrogium 58. formula Adoptionis, cum hoc titulo: Traditio Respectualis, sive Epistola, qualiter extraneus in locum filiorum adoptetur. Exstat similis apud Marculfum l. 2. form. 13. cum hoc tit. Si quis extraneum hominem in loco filiorum adoptet. Ubi Respectualis videtur esse traditio respectiva, ut nostri dicunt, cum adoptans omnia sua bona adoptivo tradat, vicissim adoptivus victum & vestitum adoptanti tribuat.

¶ RESPECTUARE, RESPECTUATIO. Vide infra Respectus 4.

¶ RESPECTUM, Dilatio, Respit. Vide Respectus 4.

1. RESPECTUS, Visitatio, divinæ scilicet gratiæ aut ultionis, benedictionis in vitam æternam, maledictionis in gehennam. Sapientia Salomonis cap. 3. de Sanctis: Et in tempore erit Respectus illorum, ubi Græca habent, ἐν καιρῷ ἐπιποσπῆς αὐτῶν ἐκλάμψου. [Testament. S. Carilefi apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 80. Oportet ut non inveniatur unumquemque hominem imparatum, ne sine aliquo boni operis Respectum (sic) migret de sæculo. Eadem habentur in Traditione Haregarii ibid. p. 88. In Charta an. 1090. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Piclav. MSS. pag. 636. legitur, sine aliquo Respectu discedat à sæculo. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobensium tom. 6. Spicil. Acher. pag. 570. Ecce ex Respectu miserantis Dei, ex adytis templi duæ columbæ evolant, quæ terna circuitione acies obsidentium valant: subsequitur post hæc pluvia pręgrandis, &c.] Commodianus:

Præfatio nostra viam erranti demonstrat,
Respectumque bonum, cum venerit sæculi meta.

RESPECTIO, Eadem notione. [Sap. 3. 13. Quæ nescivit thorum in delicto, habebit fructum in Respectione animarum sanctarum.] Alvarus Cordubensis in Vita S. Eulogii: Eram namque jam dicti illustrissimi viri auditor: & dum frequentius ejus limina tererem, incultumque ingenium acuerem, tandem Respectione divina (i. inspiratione) hujus tanti viri societate conjungor.

2. RESPECTUS, Agri vel prædii, de quo litigatur, inspectio, Respectio, Gallis seu Normannis, Monstree, aliis Venè. Vetus Notitia Judicati ann. 868. apud Perardum in Burgundicis pag. 148. Ipse autem Hildebernus respondit ei, quod non juste, sed injuste eum mallasset: Alcaudus vero contra eum Vuidridum stipulavit, unde ante hos dies per judicium Scabinorum ad Respectum fuerunt. Alia Notitia an. 870. apud eundem: Interpellavit seu mallavit quendam hominem nomine Hildebernum, & dixit, quod Hildebernus ante hos dies, per judicium Scabinorum ad Respectum fuisset super res sancti Benigni, quas idem Hildebernus injuste retinebat, &c. Chronicon S. Benigni Divionensis pag. 452. Ad hoc denique ventum est, ut Respectum caperent utraque pars super ipsam silvam, quibus Comes Richardus cum plurimis civibus

Divionensibus . . . interfuisse ad justitiam diffiniendam noscitur. Vide Visio.

3. RESPECTUS, Censuræ annuus, præstatio annua. Charta Angelranni Comitis Pontivi, apud Hariulfum lib. 4. cap. 21. *Ea scilicet ratione, ut nullus suorum successorum amplius ullos Respectus, vel parvas vel magnas consuetudines ab eo expeteret. Synodalis Respectus, qui vulgo Synodaticum, in alia Charta, eod. cap. Charta alia Adalberonis Episcopi Virdunensis ex Tabulario S. Vitoni: Libera fieret deinceps ab omni Respectu & servitio, &c. [Fundatio Canonico- rum in Ecclesia de Haeltert ann. 1046. apud Miræum tom. 2. p. 811. Duodecim denarios solvet pro Respectu singulis annis. Fundatio alia an. 1091. ibidem pag. 813. Nullique aliquem Respectum solvens, nisi quatuor denarios tantum Episcopo Leodiensi, in cujus parochia sita est. Charta Lamberti Atrebatens. Episc. ann. 1097. apud eumd. Miræum tom. 1. pag. 167. col. 1. Sub Respectu duodecim denariorum in Cena Domini ad servitium Episcopi.] Charta Stephani Episc. Metensis an. 1126. apud Meurissium: Præter hæc concedimus eis terram de ipsa foreste ad arandum centum jornales ad unamquamque sectionem, & ad pratum faciendum libere, & sine Respectu alicujus juris vel redditus. Tabularium S. Genovefæ Paris. an. 1183. Quitavit consuetudines & obventiones de hominibus suis de Petrasome, scilicet Respectus, manum mortuam seu caducum, & forismaritagium. Liber Ramesiensis sect. 38. & 143. Sedecim caseos & duas vaccas pingues de terra mea Hichelinge, pro Respectu annuo eidem Ecclesia procurari decerno. Charta Balduini Episcopi Tarvanensis anno 1026. in Tabulario S. Bertini: Ut sicut Ecclesia sancta Dei Genitricis Maria, cui auctore Deo deservio, possidet terras superius nominatas sine censu vel quolibet Respectu, ita prædicta Ecclesia S. Bertini libero ac perpetuo jure possideat ipsa altaria sine Respectu, atque circada, atque à personatis omnimoda exactione. Charta Ratbodi Episcopi Noviomensis an. 1093. ex Tabulario S. Bertini: Ecclesia S. ad monachorum usum altare de villa, quæ Calvus mons in Vallibus dicitur, . . . sub personatu perpetuo tenendum concessi, tali quidem conditione, quod una quaque persona decedente aliam prædicti Sancti Abbates seu Monachi Noviomensis Episcopo præsentem personam, cui ipse Episcopus ejusdem altaris personatum commendet: persona vero restituta quinque tantum solidos Episcopo seu ejus Archidiacono tribuat, & uno quoque anno in festivitate S. Remigii pro Respectu altaris sibi commissi tres eis similiter solidos solvat, & ad eorum Synodum celebrandum veniat, sicque ab omni exactione libera permaneat. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 74. Concedimus 22. lib. redditus & 4. fol. in censibus, & in molendinis 16. libr. & in Respectibus Natalis & Pasche 17. fol. &c. Chronicon Valciodorensis pag. 560. Ipse denique ne omnino apud matrem Ecclesie haberetur ingratus, in eadem villa Romereis in Respectu quindecim denariorum Valciodorensi Ecclesia partem alodii dedit. Pag. 561. Cumque secundum Regulam S. Benedicti pro puero prædicti parentes suam petitionem facerent, & in Rouz tam pro se, quam pro eodem Respectum duorum solidorum nobis tradiderunt. Pag. 562. Valciodorensi Ecclesie partem alodii tradidit, duosque solidos in Respectu illius fratribus ejusdem Ecclesie quotannis solvere constituit. Denique p. 565. Viginti quatuor solidi Leodiensis monetæ ex Respectu Mansionariorum habebantur. Adde Barthol. Fizenium in Hist. Leod. p. 318. 362. Aresta Pentecost. anno 1266. in 1. Regesto Parlamenti fol. 151. Concessit D. Rex Majori & Juratis Ambianens. quod ad aquitationem debitorum villa sua pos-*

sent levare de quibuslibet 20. solidatis mercatura venditis in villa Ambianensi de illis de communia sua ab emptore, videlicet unum denarium: quod cum facerent Major & Jurati prædicti, accedens Episcopus Ambian. ad D. Regem, ex hoc conquestus fuit, asserens ipsam costumam, quam vocabat malam toltam, in præjudicium Ecclesie sua, & in elusionem libertatis in favorem Ecclesie data, quæ dicitur Respectus S. Firmini, concessam fuisse propter quod petebat eandem penitus revocari. . . . Determinatum fuit . . . quod idem Episcopus super hoc audiendus non erat. Exstat in Regesto Urbis Ambianensis sequens Charta, ex qua docemur, cujusmodi fuerit census ille, qui exsolvebatur Ambiani in festo S. Firmini Martyris: Gaufridus divina permissione Ambianensis Ecclesie Minister humilis, omnibus Christi fidelibus, ad quos littera ista pervenerint, in Domino salutem. Noverint universi, quod cum inter nos ex una parte, & Majorem ac cives Ambianenses ex altera diutius contentio verteretur, super eo, quod petebamus quatuor denarios de Respectu à quolibet homine uxorato existente de communia, qui mercabatur Ambiani, & esset subscriptus in Tabula B. Firmini Martyris, tandem de consilio & confessione virorum venerabilium Decani & Capituli nostri Ambianensis, inter nos & præfatos cives ad pacem pervenimus in hunc modum. Nos siquidem mitius agere volentes cum civibus memoratis, ordinavimus pro bono pacis, quod vir & uxor ejus in vita sua tres denarios moneta currentis Ambianensis in festo præfati Martyris pro Respectu suo annuatim persolvent, & sic de theloneo suo immunes erunt per annum, nec poterimus cogere aliquem ad solvendum Respectum, nisi prius 15. dies elapsi fuerint a festo memorato. Si autem vir sive uxor ejus decesserit, nihilominus ille, qui superstes erit, tres denarios persolvet: & si contigerit virum aut mulierem esse extra civitatem tempore, quo Respectus debet persolvi, infra 15. dies postquam redierit, licebit ei solvere Respectum suum, tres scilicet denarios, aut reddere theloneum suum anni illius, recepto à talibus corporaliter juramento, quod bene tres denarios ipsi domino solvere tenebuntur de Respectu. Sciendum est, quod non poterimus aliquo modo contradicere, quin omnes qui de communia extiterint, aut qui communiam jurare voluerint, sub prædicto Respectu trium denariorum in tabula recipiantur supradicta: omnes etiam illi, qui de communia fuerint, oportebit ut intrent in tabula, & ut nomina singulorum in eadem conscribantur. Notandum est præterea, quod pro pace ista, quam prædiximus, recepimus à sæpeditis civibus novies viginti libras Parisienses in augmentum reddituum Thesauraria refundendas. Ut igitur hæc præmissa robur perpetuum obtineant, præsentem Chartam exinde confectam, & à nobis & à dictis Decanis & Capitulo benigne concessam & approbatam tam sigilli nostri auctoritate, quam ipsius Capituli sigillo fecimus roborari. Actum anno Verbi incarnati 1226. mense Novembri. Denique Tabular. Episcopatus Ambian. ann. 1374. Sur ce, que nous Evêque disions de nostre droit à nous appartenir un droit, que on dit le Respect de S. Firmin, qui est tel, que chascun bourgeois & bourgoise de ladite ville nous doit chascun an trois deniers parisis, ou que il demeure, & que on nous doit apporter à Amiens, ou à nos fermiers à certain terme, &c.

RESPECTIO, Idem quod Respectus, Censuræ. Tabularium S. Amandi apud Haræum in Castellanis Insulensibus pag. 178. [& apud Martenium tom. 1. Collect. Ampliff. col. 362. ex Donatione ann. 1002.] Quæ familia uno quoque anno in festivitate S. Amandi, quæ est 7. Kalend. Novemb. persolvat de Respectione capitis sui duos denarios, de mortua vero manu sex, &c. Ubi Respectio capitis, idem valet ac cen-

sus capitis, de quo egimus in voce *Capitalitium*.
REGARDUM dicitur in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano f. 95. *In Regardo ad Natale pro pane 8. sol. . . in Regardo ad Pascha pro pane 6. sol. & 1200. ova apreciata 30. solid.* Quippe *Respectus* Gallice *Regard* dicitur: unde colligi videtur, Gallos nostros *Regards* vocasse ejusmodi census annuos, quos Latinæ Tabulæ *Respectus* vocant. [*Vide Regardum 4. suo loco.*]

4. **RESPECTUS**, **RESPECTUM**, Mora, dies dilatus, prorogatio diei, Gallis *Respit*. Capitulare 3. Ludovici Pii an. 819. cap. 1. *Et si Comes infra supradictarum noctium numerum mallum suum non habuerit, ipsum spatium usque ad mallum Comitum extendatur, & deinde detur ei spatium ad Respectum ad septem noctes.* Leges-Edwardi Confess. cap. 15. *Si inveniri non poterant, mensis & unius diei Respectum habebant ad eum inveniendum.* Matth. Paris ann. 1236. *Dum Respectum & dilationem caperet.* [*Super Respectu & dilacione*, in *Literis Caroli V.* Franc. Regis ann. 1364. apud D. *Secouffe* to. 4. *Ordinat. Reg.* pag. 541. *Conventio inter Henricum Regem Angli. & Robertum Flandriæ Comitem* pag. 12. *Libri nigri Scaccarii: Post reditum de expeditione habebit Respectum ad finitas tres hebdomadas.* Pluries recurrit ibi. *Vetus Placitum apud Stephanotium* tom. 3. *Antiq. Pictav. MSS.* pag. 578. *Sed perrexerunt sine ullo Respecto, quod Abbas eis dedisset, & avunculus eorum Arbertus Truant multum eis blasphemavit, quod ita sine Respecto ullo, quod ei Abbas dedisset, pergebant.*] Utuntur præterea Goffridus *Vindocin.* lib. 2. Ep. 24. *Ivo Carnotensis* Ep. 127. *Fulbertus* Ep. 75. *Rigordus* pag. 25. *Hugo Flaviniacensis* in *Chronic.* pag. 244. *Epist. 202. ex Sugerianis, Epistola 190. & 378. ex iis, quæ habentur* to. 4. *Hist. Francor. Charta Riculfi Foro-Julienensis Episc.* apud *Ruffium* in *Comitibus Provinciae* pag. 53. & *Sammarth.* &c. [*Adde, si vis, Nomolexicon Thomæ Blount, Glossaria Kennetti ad calcem Antiquit. Ambrosden. Lobinelli ad calcem Hist. Britan. & to. 3. Hist. Paris. Instrumenta novæ Gall. Christ.* tom. 1. pag. 82. col. 2. *de Lauriere* tom. 1. *Ordinat. Reg.* pag. 37. D. *Secouffe* tom. 4. earumdem *Ordinat.* pag. 179. &c.] *Le Roman de Garin:*

Entres en Mez orendroit sans Respit.

Occurrit passim in *Consuetud. municipal.* locis indicatis à *Raguello*.

Vocem hanc Gallicam à Latino *respirare* quidam deducunt: nam ut debitores, qui à creditoribus ad solvendum acrius urgentur, *suffocari & strangulari* in leg. 1. in princ. D. *Præd. curial. sine decr.* non alien. & in *Evangelio* Matth. cap. 18. vers. 28. & seq. ita quibus conceduntur *induciæ*, quo se à debiti onere exsolvant, *respirare* dicuntur *Senatori* lib. 2. var. *Epist.* 38.

¶ **RESPEYTVS**, Eadem notione. *Confœderationes* inter *Archiepiscopum Vien. & Annam Dalph.* an. 1291. to. 2. *Hist. Dalph.* p. 43. *Et insuper præd. D. Comitissa promittit, quod ipsa cum Comite Sabaudia, cum quo præfatus D. Dalphinus vir suus & ipsa præsentialiter guerram habent, pacem, treugam vel guerram cassam, appeysamentum vel Respeytum, vel aliquod aliud remedium de jure vel de facto non facient, vel accipient seu habebunt, absque eo quo D. Archiepiscopus, &c.*

SALVUM RESPECTUM, seu *Sauf respit* vocant *Præfici* nostri prorogationem, quam dominus vassallo concedit ad præstandum hominum: ita in *Consuet. Britanniae* art. 252. 267. [*Charta an. 1383.* apud *Lobinell.* tom. 2. *Hist. Britan.* col. 636. *Ad requestam dicte nobilis Johanne de Radefsis, D. Jo-*

hannem Roant Militem ponit in suo *Salvo respectu & sufferentia de homagio usque ad festum Nativitatis S. J. B. Sauf respit de hommage jusques à un an.* in *Regesto* an. 1457. *ibid.* col. 1202.] Habetur in *Regesto* de negotiis *Ludovici Ducis Andegavensis & Regis Siciliae Charta Petri Comitum Alencionis & Perlici* 1. Sept. anni 1386. qua se duo *homagia ligia* debere profiteretur *Reginae Siciliae, Ludovici Regis matri, alterum pro Vicecomitatu Bellomontensi, alterum pro terra Sonnenfi, ratione Ducatus Andegavensis & Comitatus Cenomanensis.* Mox in eadem *Charta* hæc verba adduntur: *Et pour ce que madite Dame est à present en lointain pays, parquoi ne pouvons pas de present aler pardevers elle pour luy faire lesdits foys & homages, que nous sommes tenuz faire, nous aist à nostre requeste mis en ses Saufs respits durant sondit bail, par ainsi que nous avons voulu & encore voulons que ledit Respit durant baillé à madite Dame, & soit d'autel effet, comme si nous lui avions fais lesdits foys & homenages, &c.* In *Regesto Constabulariæ Burdegalensis* fol. 151. *Soveals Respitcz.*

RESPECTARE, *Differre, Respectum*, seu *moram dare, tempus prorogare, Donner du respit. Respiter*, apud *Villharduinum* num. 32. 246. *Leges Ethelredi Regis* apud *Habam* cap. 7. *Sape etiam prævi judices judicium pervertunt, vel Respectant, & non finiunt causam, donec voluntas eorum impleatur.* *Epistola Henrici I. Regis Angli. ad Anselmum Archiepisc. Cantuariensem*, apud *Eadmerum* lib. 4. p. 101. *Mando vobis, ut Respectetis a quo animo & bona voluntate benedictionem Thomæ Eboracensis Archiepiscopi usque ad Pascha, &c.* *Leges ejusdem Regis* cap. 26. *Defensor aut Dominus de furto pulsatorum, si semel aut amplius Respectaverit, erga vicinum, diem, & absque justitia majoris auctoritate condictam, curiam suam perdet. Dies Respectatus, prorogatus, ibid. Placitum Respectare, c. 29. 41. 50. 59.* [& in *Chartul. Dunensi* Ch. 93.] *Stephanus Tornac.* *Epist.* 23. *Quarto convenerunt litigantes coram judice, & quarto filii hominum, qui judicant terram, ut vulgariter loquitur, judicium Respectarunt.* [*Le Roman de la Violette* MS.

Ceste a bien sa mort Respitie,
Et say de ce moult grant pitie.

Ibidem infra:

Lors s'en va n'a plus Respitie,
Trestous en pleurent de pitie.

Le Roman de la guerre de Troyes MS.

Mes ce qe sa suer ot deviné,
Cassandra ot profuicie,
Ni puet plus estre Respitie,
Tot avendront les destinées
Le maintes gens seront iriés.]

RESPECTUARE, Eadem notione. *Quoniam Attachiamenta* cap. 90. §. 2. *Et si vocat puerum infra ætatem, loquela erat Respectuata usque ad ætatem pueri, id est dilata. Homagium Respectuare, in Parlamento de depositione Regis Ricardi II.*

¶ **REPICIRE**, Eodem significato. *Charta* an. 1254. è *Regesto Olim: Idcirco Respectum fuit, quod damna mercatori redderet.*

RESPECTUATIO, Mora, dilatio. *Leges Burgorum Scotior.* cap. 29. §. 1. *Quicumque factus fuerit novus burgensis de terra vasta, & nullam terram habuerit hospitatum, potest habere Respectuationem, qua dicitur Hirsset, in primo anno, & post primum annum hospitabitur, & adificabit terram suam.* [*Litteræ Jacobi Scotorum Regis* an. 1498. apud *Gotofredum* in *Hist. Ludovici XII. Franc. Regis* per *Johannem de S. Gelais* pag. 308. edit. 1622. *Cum libera quiete & mora, subditorum navibus & mercibus, rebusque*

aliis quibuscumque, absque litteris salvi conductus aut Respektionis quibuscumque, pro se, navibus & rebus omnibus habitis, &c.] Vide Sufferentia 3.

¶ 5. RESPECTUS FORESTÆ. Vide Regardum 2.

¶ 6. RESPECTUS SUCCESSIONIS, Jus succedendi seu partem hæreditatis obtinendi. Charta Johannis Ducis Slesie ann. 1330. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 553. *Prædictus noster frater Dux Henricus Saganensis & heredes sui successionis in media parte terrarum nostrarum, prout superius exprimitur, Respectum habebunt. Habetur supra pag. 551. Frater Dux Henricus Saganensis & sui heredes justam ipsorum portionem post mortem nostram in prædictis terris nostris expectabunt.*

¶ RESPERSUS APPELLATIONE Tribuni Plebis, id est, dictus seu vocatus Tribunus Plebis, lib. 12. Cod. Theod. tit. 1. leg. 74.

¶ RESPEYTUS, Gall. *Répit*. Vide Respectus 4.

¶ RESPICERE, Differre. Vide in Respectus 4.

¶ RESPICERE AD DEI CULTUM, Ad Religionem Christianam converti. Lex 1. Cod. Theod. lib. 16. tit. 8. de Judæis: *Judæis & Majoribus eorum & Patriarchis volumus intimari, quod si qui, post hanc legem, aliquem, qui eorum feralem fugerit sectam, & ad Dei cultum Respexerit, saxis aut alio furoris genere, quod nunc fieri cognoscimus, ausus fuerit ademptare, mox flammis dedendus, & cum omnibus suis participibus concremandus.*

RESPICIARE, vox Practicorum, quæ idem sonat quod Considerare, seu *Esgarder*, ut nostri efferebant, Sententiam pronunciare, judicare cum cognitione causæ. Henr. de Knyghton ann. 1331. *Qui omnes ad invicem consulentes venerunt, dicentes, quod omnes & singuli articuli superius de dicto Rogero attestati veri sunt & notorii, unde Respiciatum est & adjudicatum, quod prædictus Rogerus ut proditor & inimicus Regis & regni distractus sit & suspensus, &c. Vide Esgardium.*

¶ *Resploitier* simili significatione dixit le Roman de Vacce MS.

*Ernouf est vostre hom lige, si vous peut bien aidier,
Si poez bien cez plaut, s'il vous plest, Resploitier,
Si enquez la chose, si en saurez miex jugier.*

Vide Explectare in Expletum 1.

¶ RESPIRACULUM, Respiratio. Claudianus Mamertus lib. 2. cap. 12. *Reducta paululum Respiraculo pausa vires.*

¶ RESPIRAMENTUM, Ovidio *Respiramen*. *Laxamentum & Respiramentum*, apud S. Augustinum lib. 7. Confess. cap. 7.

¶ RESPIRIUM, ἀναπνοή, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat. *Ανεπνοή*, Spiritus, Halitus, Respirium.

¶ RESPLENDENTIA, Splendor, fulgor. S. Augustinus Epist. 155. novæ Edit. alias 52. ad Macedonium: *Sicut luculentis ingeniis non desit Resplendentia veritatis.*

¶ RESPONCELLUS. Vide mox in Responsorium.

¶ RESPONCUM, RESPONCUS. Vide Responsum 2.

1. RESPONDERE, Pro alio spondere, Gallis *Respondre pour quelqu'un*. Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 44. *Nemini liceat servum suum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere, sed juxta qualitatem damni dominus pro illo Respondeat, vel eum in compositionem, aut ad penam petitori offerat.* Lex Wisigoth. lib. 5. tit. 4. §. 18. *Nam qui talem servum comparasse dignoscitur, si Respondere vel satisfacere pro crimine ejus noluerit, &c.* Ita Responsum dare pro alio, usurpat eadem Lex Wisigoth. lib. 4. tit. 2. §. 15.

¶ 2. RESPONDERE, Præstare, solvere. Diploma Conradi II. Imper. an. 1027. apud Illustr. Fon-

taninum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 389. *Insuper concedimus, ut nullus homo audeat Respondere mallaturam advocato ejus.* Eadem habentur in Diplomate Henrici III. Imp. ann. 1040. ibid. pag. 393. pro quibus in alio ejusdem Imperatoris Diplomate ann. 1043. è Tabulario Causauriensi, legitur: *Concedimus & ut nullus mallaturam Persolvat advocato ejus.* Simili notione Chronicon S. Trudonis apud Acherium tom. 7. Spicil. pag. 464. *Prior vero custodi domus infirmorum de istis viginti quatuor tantum solidis singulis annis Responderet.* Diploma Henrici Ducis Slesie ann. 1337. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 10. *Non solum pro expensis, verum etiam pro damnis, quæ sustinuerimus, nobis Respondere tenebuntur.*

1. RESPONSALIS, Gall. *Respondant*, Qui pro alio spondet, [*Responsable*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.] Charta Hugonis Episcopi Lingon. ann. 1221. in Tabular. Camp. Thuani fol. 171. *Nos nobilem mulierem Blancham illustrem Comitissam Campaniæ constituimus plegiam & Responsalem pro nobis super 700. lib. &c.* [Charta Curie Sueffion. an. 1265. è Tabulario S. Medardi ejusd. urbis: *Constituerunt se & fecerunt . . . dicto Conventui plegios & Responsales de dicto contractu.*] Adde Petrum Abbat. Cellensem l. 9. Ep. 12. Græci ἀντιφωνήν vocant, de qua voce Salmasius de Modo usurar. pag. 718. 721. 726. & nos quædam ad Alexiadem p. 307. Glossæ Latino-Græc. *Sponndit, ὑπέσχετο, ἀντεφώνησεν, &c.*

2. RESPONSALIS, Nuntius: interdum & Apocripharius, & qui *Responsa* seu negotia Ecclesiastica peragebat. Theodorus Responsalis venerabilis Ecclesiæ Carthaginis, in Constit. Justiniani de Africana Ecclesia. Anastasius in S. Vitaliano PP. *Hic direxit Responsales suos cum Synodica juxta consuetudinem in Regiam urbem apud piissimos Principes.* Ita in S. Zacharia pag. 78. Anselmus Leodiensis cap. 106. *Responsalem suum cum suis literis illo transmisit.* Chronicon Moriniacense ann. 1119. *Thomam hujus loci Abbatem primum Responsalem misit.* Capitulare Sicardi Princip. Benevent. cap. 13. *Ut in ipsa trajecta sit licentia transeundi tam negotiantibus, quam etiam Responsalibus, vel militibus, seu aliis personis.* Utuntur passim Scriptores, Facundus Hermianensis lib. 4. cap. 3. Gregorius M. lib. 1. Epist. 42. lib. 2. Ind. 10. Epist. 39. Ind. 11. Ep. 6. 7. lib. 3. Epist. 20. lib. 4. Epist. 3. 8. [Diurnus Rom. pag. 40.] Histor. Miscella in Zenone, Alexander III. PP. Epist. 9. 38. 50. ad Petrum Abbat. Cellensem, Aimoinus lib. 3. Hist. cap. 66. Joan. Sarisber. Epist. 7. Matth. Paris an. 1246. Petrus de Vineis lib. 1. Epist. 3. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 303. &c. Vide Apocripharius, Responsum.

3. RESPONSALIS, Procurator, qui pro alio in jure respondet, qui in se suscipit judicium, ait Fleta lib. 6. cap. 10. §. 18. *Regiam Majestat. l. 1. cap. 21. de Essoniis, §. 4. Tunc ad quartum diem veniat, vel certum Responsalem mittat.* Ubi Skenæus, i. Procuratorem, qui pro eo respondeat. Adde cap. 25. §. 2. lib. 2. cap. 16. §. 38. lib. 3. cap. 15. §. 2. cap. 17. §. 4. Apud Bractonum lib. 4. tract. 1. c. 32. §. 2. & in eodem Fleta lib. 4. cap. 6. §. 7. dicitur magna esse differentia inter *Attornatum*, & *Responsalem*. Charta Thomæ Comitis Sabaudie, apud Guichenonum pag. 51. *Cum . . . nec ipsi per se, vel per Responsalem comparuerint, &c.* [Charta an. 1134. è Tabulario S. Tiberii: *Abbas vero Casa-Dei, qui ad eundem diem & eundem locum auctoritate Apostolica à nobis vocatus fuerat, nec ipse venit, nec pro se*

Responsales misti. Adde Thomam Blount in Nomo-lexico, Chartam an. 1134. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 475. aliam an. 1180. apud Miræum tom. 2. pag. 1185. col. 1. & inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 3. col. 135. aliam an. 1182. apud Marten. tom. 7. Ampliiff. Collect. col. 87. Bullam Alexandri III. PP. an. circiter 1186. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 320. aliam Innocentii III. tom. 2. Histor. Eccl. Meld. pag. 90. Chronicon Mauriniac. apud Duchesnium tom. 4. pag. 367. &c.]

☞ *Responsales* etiam vocabantur apud Cistercienses ii, qui Abbatum morbo detentorum vices acturi in Capitularia generalia dirigebantur. Statuta ejusdem Ordinis an. 1276. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1452. *Abbaes, qui causa infirmitatis remanserint à Capitulo generali in domibus propriis, Responsales idoneos mittant sicut in Carta caritatis continetur: qui in itinere per Abbates vicinos & litteras se excusent. Responsales autem predicti, expletis negotiis suis, incontinenti de Cistercio exeant & ad propria revertantur.* Statuta an. 1189. ibid. col. 1263. *Qui pro alia causa quam pro infirmitate de Capitulo remanserint, pro se Responsalem non mittant.*

4. **RESPONSALIS**, Epistola, qua alicui respondeatur super scriptis in alia epistola, vel litteris. Ita apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 29. 30. 122. 125.

☞ **RESPONSAMEN**, Responsum. *Positum verem tertio Responsamini calamum*, in Miraculis SS. Aurei & Justinæ, tom. 3. Junii pag. 70.

RESPONSARIUS, Responsalis, Apocristarius, apud Liberatum Diac. cap. 23. Diarn. Roman. pag. 40.

RESPONSATICUM. Capitulare Sicardi Principis Beneventani ann. 836. cap. 14. *De tertiatoribus vero hoc stetit, ut nulla nova eis à parte Reipublicæ imponatur, excepto antiqua consuetudine, hoc est Responsaticum solum, & angarias, & calcarias. Et mox: Nulla alia nova imponatur à parte Reipublicæ ad eos, qui se dividunt, nisi tantummodo Responsaticum & angarias supra scriptas. Cap. 31. Ut singula castella non tollant Responsaticum, nisi de locis sibi pertinentibus.* [Vide mox Responsio.]

☞ 1. **RESPONSIO**, Sponsio, fidejussio, Gall. *Cautio*. Privilegia Dalphinatus an. 1349. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 588. & tom. 5. Ordinatio Reg. p. 45. num. 27. *Item, quod ipse Dom. Dalphinus vel successores... non possint, nec debeant levare, vel retinere victualia... nisi pro justo pretio... & nisi primitus de dicto pretio illis, quorum essent victualia, realiter per solutionem, aut Responsionem sufficientem idonea persona, qua se obligaret de solvendo unum infra mensem proximum dictum pretium, &c.*

☞ 2. **RESPONSIO**, Gall. *Responsion*, vox in usu in Ordinibus Militaribus S. Johannis Jerosolymitan. S. Lazari, &c. qua significant annuam pensionem à quolibet Equite totius Ordinis Procuratori solvendam. Charta foundationis Monasterii Belliloci an. 1259. *Unam marcham sterlingorum argenti ad opus dicte domus S. Johannis Jerosolimitani annis singulis & non amplius percipiatis & habeatis ibidem pro Responsione in subsidium Terra sancta.* Litteræ procuratoris & plenæ potentis Magistri & Conventus ultramarini Ordinis Domus S. Johannis Jerusalem Alberto de Castro-nigro concessæ an. 1313. apud Rymer. tom. 3. pag. 461. col. 1. *Dantes & concedentes eidem (Alberto)... plenam & liberam facultatem... bajulis seu domibus, per eum vel alium seu alios limitatis taliter, Responsiones certas & pingues,*

*ad utilitatem Terra sancta negotii, imponendi ipsas bajulas & domos regendas & administrandas ad vitas vel alias ipsas, quibus expedire noverit, committendi & conferendi, &c. Ibidem col. seq. Et à Procuratoribus nostris loca nostra tenentibus... ad quorum manus Responsiones, tallie, subventiones... pervenerint... petendi, audiendi, exigendi & recipiendi de hiis, &c. Bulla Pii IV. PP. in Privilegiis Equitum S. Johannis Jerosol. pag. 172. *Pensiones seu Responsiones & onera super domibus, preceptoris & aliis beneficiis hospitalis hujusmodi imponi solita, &c.**

☞ *Harumce Responsionum instar Responsiones etiam vocat Paulus III. Papa pensiones, quas è redditibus suis in communem usum refundere debebant Canonici alique Ecclesiæ Insulæ Barbaræ Beneficiati, ut discimus ex Bulla ejusdem Papæ an. 1549. pro sæcularisatione ipsius Monasterii tom. 1. Maceriarum ejusdem pag. 264. ubi habetur: Ipsique (Canonici)... prioratus & alia beneficia ab eodem monasterio dependentia obtinentes, Responsiones etiam refusiones & librationes nuncupatas, & alia onera per eos in dicto monasterio fieri & supportari solita, in omnibus & per omnia perinile ac si suppressio & creatio predicta facta non fuissent, faciant & supportent.*

☞ **RESPONSIS**, Indulgentia, venia, remissio. Leges & Consuetudines Furnenses MSS. ex Archivo Capituli S. Audomari: *Et si aliquem inde occiderit ei in perpetuum Responsis denegetur, & omnia bona sua erunt in gratia Comitum, nec unquam poterit reconciliari.*

☞ **RESPONSIVA**, Epistola qua quis respondet alteri. Epistola Edwardi III. Regis Angl. ad Carolum IV. Imp. an. 1347. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 466. *Cum Pralatis & Proceribus ac peritis aliis habere volumus colloquium & tractatum; & juxta digestum ibidem consilium, tunc vestra Celsitudini gratam & congruam, per Dei gratiam, facere Responsivam. Super que vestram recepimus Responsivam, in alia ejusdem Regis Epistola an. 1343. apud Rymer. tom. 5. pag. 360. col. 1. Pro Responsione quavis & ore solum data sumitur in Statutis Cadubrii lib. 1. cap. 16. *Et precepta, que dicti Vicarius, vel alii eorum officialium vel nuncii fecerint sibi attendere & observare, & ambasciatas sibi impositas à Vicario vel alio Officiali fideiiter & veraciter facere & Responsivam factam referre.**

☞ **RESPONSIUNCULUM**, **RESPONSONARIUM**. Vide mox in Responsorium.

☞ **RESPONSOR**, Præs, sponsor; Gall. *Répondant*. Litteræ Petri Cabilon. Episc. ad Ludovicum VII. Regem Franc. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 242. *Josserannus Responsor de pace extitit.* Occurrit apud Horatium, lib. 1. Epist. 16: pro Jurisperito seu viro prudenti, qui de jure consultus respondet:

Quo Responsore, & quo cause teste tenentur.

Quidam tamen legunt *Quo res sponsore, &c.*

RESPONSORIUM, **RESPONSORIUS CANTUS**; Cantus Ecclesiastici species, sic dictus, inquit Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 8. & 1. 6. Orig. cap. 19. *Quod uno canente, chorus consonando respondeat.* Rabanus lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 51. *Responsoria ab Italis longo tempore ante (Antiphonas) sunt reperta, vocata hoc nomine, quod uno canente chorus consonando respondeat. Antea autem id solus quisque agebat, nunc interdum duo vel tres communiter canunt, choro in plurimis respondent.* Idem lib. 1. pag. 33. *Inter Responsoria vero & antiphonas hoc interest, quod in antiphonis unus dicit versum, in Responsoriis vero alternant versibus chori.* Gennadius de Scriptoribus Eccl. ait, Musæum Episcopum Massiliensem scri-

plisse *Responsoria Psalmorum, Capitula temporis & lectionibus congruentia, &c.* Alcuinus Poëm. 3.

Hymnos ac Psalmos, & Responsoria festis congrua promemus subter testitudine templi.

[Idem Alcuinus de divinis Officiis: *In Calendis etiam, seu diebus anniversariis, per novem Psalmos & Responsoria, seu lectiones, simili modo officia persolvuntur.* Benedictus Levita in *Collectione sua* lib. 5. c. 49. *Laicus non debet in Ecclesia Lectionem recitare, nec Alleluia dicere; sed Psalmum tantum, aut Responsoria, sine Alleluia.*] Vide Concilium Toletan. IV. cap. 16. Amalarium lib. 4. de Offic. Eccl. c. 11. & in *Eclogis* pag. 1358. Monachum Altifiodor. S. Mariani ann. 947. Durandum lib. 5. Ration. cap. 2. num. 52. 53. Durantium de Ritibus Eccles. lib. 2. cap. 19. lib. 3. cap. 19. [& Cæsarium lib. 8. Miracul. cap. 5. & 6.]

RESPONSORIA & *Responsorium*, promiscue dicitur in Statutis antiquis Cartusienfibus 1. part. cap. 28. §. 14. *Quando festum Dedicationis accidit in Dominica, in qua necesse est inchoare Responsoriam novam, qua solis Dominicis cantatur, &c.*

RESPONSORIOLUM, Breve responforium. Statuta Ordinis de Sempringham pag. 718. *Novitii Responsorium non incipiant, nec versum cantent; sed Responsoriola & versiculos dicant.*

RESPONSIUNCULUM, in Statutis Antiq. Cartusienf. 1. part. cap. 36. §. 19. c. 38. §. 4. & alibi.

RESPONCELLUS, Eadem notione, in antiquo Ceremoniali MS. B. Mariæ Deauratæ: *Item (tempore Paschali) omnes Responcelli terminantur cum Alleluia.* Infra: *In festis Sanctorum fiunt Responcelli de versibus Nocturnorum precedentium, nisi sit inceptio istorie (sic) & dicuntur cum Alleluia. . . Item in Dominicis que ab octava Penthecostes eveniunt usque ad Kalendaras Septembris, nisi sit inceptio istorie, tertium Responsorium & septimum atque undessimum sumuntur de Trinitate, & pro quartis Responsorii dicuntur Responcelli, sed non sumuntur de versibus nocturnorum, ymo sunt propria, que durant per totum tempus estatis sine aliquali mutatione; & sunt isti, qui sequantur. Primus est: Domini est terra & plenitudo ejus. ✠. Orbis terrarum & universi qui habitant in eo. * Gloria Patri, &c. Secundus est: Ad te, Domine, levavi animam meam. ✠. Deus meus in te confido non erubescam. * Gloria Patri, &c. Tertius est, In te, Domine, speravi, non confundar in æternum. ✠. In justitia tua libera me & eripe me. * Gloria Patri, &c. Hinc patet quantum sit discriminis hofce Responcellos inter & Responsoria, quæ post tertiam juxta usum Romanum, vel post quartam cujusque Nocturni lectionem juxta usum Benedictinum decantantur. Vide Responçum in Responsum 2.*

RESPONSORIA, Papiæ, sunt, qua Jurisconsulti respondere dicuntur consulentibus.

RESPONSORIALE, Liber Ecclesiasticus, continens responsoria, Amalarium in Prologo de Ordine Antiphonarii; qui

RESPONSONARIUM, Durando lib. 6. Ration. cap. 1. num. 24. [Necrologium Parthenonis S. Petri de Casis: 15. Aug. Randonna domina d' Aleto dedit duos libros vocatos Responcier.]

1. **RESPONSUM**, Negotium, maxime illud, quod foris peragitur, de quo Domino Responsum datur. Liberatus Diac. cap. 16. *Gennadius quidem ibi remansit, ut cum aliis Responsa faceret Episcopi.* Regula S. Benedicti cap. 31. *Fratres, qui pro quovis Responso proficiuntur.* Vide ejusdem S. Benedicti cap. 12. *Mos etenim cella fuit, & quoties ad Responsum aliquot egredierentur Fratres, cibum potumque extra cel-*

lam minime sumerent. Gregorius Mag. lib. 3. Dial. cap. 36. *Dum jussione Pontificis mei in Constantinopolitana urbis Palatio Responsis Ecclesiasticis observarem.* Idem lib. 6. Ind. 11. Epist. 29. *Cum in urbe regia Responsa Sedis Apostolica facerem.* Epist. 52. *Sabinianum Diaconum pro Responsis Ecclesiasticis faciendis ad dominorum vestigia transfusi.* Adde Epist. 54. lib. 4. Epist. 36. lib. 5. Epist. 60. lib. 6. Epist. 37. lib. 7. Ind. 1. Epist. 5. 7. lib. 11. Epist. 47. & alibi. S. Bonifacius Moguntin. Archiepisc. Epist. 29. *Obsecramus, ut hunc Missum literarum mearum Romam pergentem pro Responsa Ecclesiastica, & orationum causa, per vestros fines conservatum transire permittatis.* Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 66. *Demum vero pro Responsis Casinensis cœnobii Apocripiarius ad Lotharium Imp. directus, &c.* Florentius Wigorniensis an. 1062. *Armenfredum Sedunensem Episcopum, & alium, qui à domino Papà Alexandro pro Responsis Ecclesiasticis ad Regem Anglorum Edwardum missi, &c.* Vita S. Geraldii Abbatis Grandifilvæ num. 3. *Cœpit, ut solitus erat, quocunque Ecclesia sua Responsis necessarium habebat percurrere, &c.* Infra: *Cum vero ad matris gremium, expleto diligenter Responso, remeabat, &c.* Vide Alexandrum II. PP. Epist. 12. &c.

ADRESPONSUM, unica voce, Apocripiarius, Responfalis, qui negotia alicujus curat, & de iis responsa dat, qui mittitur ad responsum dandum de negotiis, pro quibus mittitur. Glossæ nomicæ in Cod. Reg. sign. 2023. *Αδρεσωνον, εις αποκρισιον.* Ita porro dicti, qui à Magistro militum deputabantur in Provincias, ut de militibus, qui in iis degebant, eum admonerent, & responsa inquirenti darent. Julianus Antecessor. Constit. 17. de Prætoze Pifidix: *Habeat autem & carrucam argenteam, & securim, & fasces, & Adresponsum propter milites.* Ita Constitut. 19. de Prætoze Thraciæ, & Const. 33. de Moderatore Heleneponti. Ubi Scholiastes ad Constit. 17. *Adresponsum dicitur, qui deputatus est à Magistro militum, ut, quid opus sit, à competente judice in milites fieri, responsum, id est, ministerium ei exhibeat: & solet deputari iste à Magistro militum eo, sub quo provincia illa est.* De scrinio auri Adresponsum, vide Pancirollum ad Notitiam Imperii Oriental. cap. 80.

ARRESPONSIS, Eadem notione. Papias in *Magister: Qui dat responsa regalia.* Ita Codex MS. Gloss. Sax. Ælfrici: *A responsis, i. Magister responsorum: il-dep-tæpan-t-paca.* Joan. de Janua: *A responsis, indeclinabile: qui dat responsa principis.*

LIBERUM RESPONSUM. Charta Lotharii Regis Franciæ apud Vafforium in Noviomio pag. 925. *Suscipimus etiam eam (Ecclesiam S. Eligii) in conductu & custodia nostra, tam substantias ipsius, quam & homines capitales ejus, qui sicut ab antiquo in omni regno nostro sub Libero Responso, sine alicujus Advocati infestatione extiterant, ita in perpetuum sub tutela nostra & succedentium nobis Regum permaneant.* Apud Petrum de Fontanis à nobis editum, *Perdre respons en court* dicitur, qui juri stare idoneus non est, vel testimonium perhibere. Vide cap. 13.

2. **RESPONSUM**, Idem quod Responsorium. Vide *Graduale*. [Nonnihil discriminis est Responsum, seu Responsorium, inter & Graduale. Hoc peculiare Responsorium est, quod in gradibus, sive juxta pulpiti gradus, canitur; illud vero, quod Matutinis aliifve horis canonicis, ubi voluerit clerus, cantari consuevit.]

RESPONÇUM vel **RESPONÇUS**, Eadem notione. Ceremoniale MS. B. Mariæ Deauratæ: *Primus (Responcellus) loco quarti Responçi; & secundus dici-*

zur loco octavi Responci; terciusque dicitur loco duodecimi Responci. Diebus vero in quibus est istoria propria, & in festis habentibus proprietatem chantus non habent locum Responcelli, sed omnes Responci dicuntur per ordinem, & etiam in festis in albis vel in capis seu majoribus.

¶ 3. RESPONSUM, Idem quod supra *Repositorium*, nisi ita legendum est, Sportella aliudve genus vasis, in quo aliquid reponitur. Pelagius libello 10. num. 18. *Dedit ei aurum & nummos, & rescellas, & omne, quod in Responso suo habebat.*

¶ RESPUBLICA, Fiscus regius. Leges Caroli Magni cap. 123. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 109. col. 1. *Similiter & de rebus, quæ ad Rempublicam pertinent, si Comes aut Ministerialis Reipublicæ cuiquam concesserit, pro infidelitate computetur.* Eodem vocabulo eademque significatione passim utuntur eorum temporum Scriptores.

RESSA, *Quod apud nos dici potest visibilis aut laudabilis tentatio.* Papias.

¶ RESSAISARE, RESSAISIRE, Gall. *Resaisir*, iterum comprehendere, occupare, recuperare, in possessionem restituere. Codex Legum Normannicarum apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 326. *Ad visionem autem, demonstratione facta, justiciarius debet querelato precipere, quod ipse Resaisiat querelantem.* Edictum Philippi VI. Franc. Regis an. 1347. apud *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. p. 267. *Ipse serviens deberet ipsum reum compellere ad loca Resaisianda, si aliquid inde fuerit levatum, seu ablatum, aut alias explectatum, antequam ipsum ad oppositionem reciperet, locis vero Resaisiatis deberet idem serviens capere debitum, &c.* Charta Caroli V. Franc. Regis an. 1369. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 474. col. 1. *Et si in casu novitatis inter ipsos Religiosos . . . ac prædictos homines & aliquos alios, ratione bonorum quorumcumque dicti Monasterii (Cœlestinorum Paris.) oriatur oppositio vel debitum, de locis ablatis, si sint in rerum natura . . . primitus & ante omnia realiter & de facto Resaisiatis, dictum debitum & rem contentiosam ad manum nostram tamquam superiorem ponant.* Vide *Resaisire, Resaisiare & Saisire.*

¶ RESSERIA, Grex ovium. Vide *Rasseria.*

RESSIA, [f. Idem quod *Resea.*] Testamentum Aimonis de Sabaudia D. Villæfranchæ ann. 1398. apud Guichenonum: *Donavit . . . quandam Resciam, quam ipse Dominus Aymo construi fecit super Bealera Saviliani in Aycalibus dicti loci.*

¶ RESSIDENTIA, Assidua commoratio, Gall. *Residence*, Ital. *Residenza.* Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 71. *Nisi venerit habitatum cum familia sua in Cadubrio, & personaliter in territorio & contracta Ressidenciam fecerit.* Rursum occurrit ibidem cap. 64. Vide *Residentia.*

¶ RESSIUS, Species casei. Vide *Rassius.*

¶ RESSORTIRE, RESORTIRE, Practicis nostris *Resfortir*, Habere jus appellationis ad superius tribunal. Arrestum Parlamenti ann. 1341. *Præfato Comite replicante, quod cum Ducatus & Perria prædicti immediate moveant & teneantur à nobis ratione nostræ Coronæ, ex causa Perriæ Resfortiant immediate ad nostrum Parlamentum Franciæ, ut pars & membrum Coronæ nostræ, & per consequens, de ratione communis usus & observantia notorie regni nostri, cum scuda moventia aliqua castellania & immediate Resfortiantia (à Gallico Resfortant) ad eam judicentur & terminentur secundum usum & consuetudinem loci, unde movent, &c.* Confirmatio pacis initæ ann. 1334. inter Humbertum Dalphinum & Aymonem Comitem Sabaudia, tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 351. col.

Tom. V.

2. *Acto etiam & expresse conventio inter ipsos dominos, quod nullus ipsorum dominorum vel success. & hered. suorum in dictis feudis vel eorum aliquo valeat aliquatiter Resfortire, hoc est, si bene interpretor, jus habere resforti seu supremam jurisdictionem.* Hic sermo est de feudis quæ Dalphinus à Comite Sabaudia, vicissimque Comes Sabaudia à Dalphino tenebat. In hisce feudis vetantur *resfortire*, hoc est, supremam jurisdictionem exercere, quia feudorum conditio hæc est, ut feudalis Dominus in iis suprema jurisdictione potiat, à qua lege hic recedere vetantur principes sibi invicem feudatarii.

¶ RESSORTIRI, Eodem significato. Litteræ Ludovici XI. Franc. Regis ann. 1474. in Privilegio Equitum Ordinis S. Johannis Jerosol. pag. 21. *A jurisdictione cujuscumque judicis temporalis, præterquam à nostra, hætenus exemptos penitus fuisse & esse, nobisque & nulli alii in superioritate & Resforto immediate subjacere, & ad sedem regiam, non alibi, Resfortiri consuevisse.*

¶ RESSORTISSARE, RESSORTIZARE, RESORTISARE, Eadem notione. Litteræ Caroli Johannis Franc. Regis primogeniti ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 296. *Resfortizant sintque in possessione & saisina Resfortizandi coram dicto Baillivo . . . Senonensi, &c.* Litteræ ann. circiter 1387. apud Menesterium in *Probat. Hist. Lugdun.* pag. 130. col. 1. *Quod omnes & singuli subditi villæ Lugduni Resfortissant & ad Resfortissandum veniant in omnibus casibus resforti in sede Matisconensi, in qua antiquitus Resfortiri solebant, sub pœna 500. librarum Turon. alias per quamlibet contrarium facientem committenda.* Rursum occurrit col. seq. Arrestum Parlamenti an. 1400. è Tabulario Corbeienfi: *Ab antiquo notorie exempti ab Archiepiscopo Remensi & Episcopo Ambianensi, & in curia Romana Resfortisantes erant & fuerant.*

RESSORTUM, Quicquid intra *sortes* continetur, seu jurisdictionis terminos: districtus judicis, [Gallice *Resfort*. Stylus Curia Parlamenti cap. 3. *Nec seneschallis, nec de ipsorum Resforto.*] Vide *Casano-*

vam lib. 1. de Franco allodio cap. 9.

¶ Passim occurrit pro quovis cujuscumque judicis districtu, non raro etiam pro suprema jurisdictione, supremo tribunali, ubi majores causæ dijudicandæ, ad quod à minoribus tribunalibus provocatur, & à quo non potest provocari, nostris etiam *Resfort*. Conventio Philippi III. Franc. Regis cum Canonicis S. Mederici Paris. an. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 27. col. 1. *Habebunt etiam dicti Canonici in hospitibus dicta terra & in dicta tota terra justitiam super mobilibus . . . item super verbis contumeliosis, alapis sive buffis, melleis sine sanguine . . . nec nos, nec successores nostri in præmissis seu aliquo de præmissis aliquid de cætero reclamare ratione Resforti (poterimus,) excepta, ut dictum est, justitia super ictibus orbis, vel aliis, ex quibus verisimile esset, vel etiam contingeret, quod percussus moreretur.* Litteræ Philippi IV. Franc. Regis an. 1291. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1243. *Conquesius est nobis dilectus & fidelis noster Comes Haymonia, quod in terra sua de Ostrevanno, de qua nobis fecit homagium, sibi & gentibus suis ac subditis sunt plura gravamina & indebitæ novitates: unde cum intentionis nostræ non sit in terra prædicta habere nisi homagium & Resfortum; mandamus vobis . . . permittatis eundem Comitem suosque subditos suis dominiis, feodis, justitiis & juribus uti & gaudere pacifice, eo modo quo eis gaudebant antequam de dicta terra ad homagium nostrum venisset, salvo nobis Resforto & superioritate prædictis*

SSS

in ipsa terra. Charta Edwardi I. Regis Angl. ann. 1296. apud Rymer. tom. 2. pag. 713. col. 1. Et etiam quod Senescallo Vasconia & aliis ministris nostris, ne de judiciis majoris & curia Baiona, nisi per viam appellationis & Ressorti, se aliquatenus intromitterent . . . inhiheremus. Homagium domini castri S. Baudilii factum Abbati S. Victoris Massil. an. 1296. ex Archivo ejuldem S. Victoris armar. Ruthen. n. 42. Faciamque proclamari nomen S. Victoris in signum supremi domini & Ressorti. Vetus Inquesta de juribus Abbatia Beccensis MS. Vidit eos utentes in pluribus casibus de placito ensis, & ita fama communis tenet, praterquam de rapo, de focagio & Ressorto. Enumeratio jurium Castri Auzeti an. 1394. è Regesto Camerae Comput. Provinciae signato Armorum fol. 70. Superioritate tamen regia, appellationibus . . . Ressorto & homagio ligio & sacramento fidelitatis . . . reservatis. Arrestum Parlamenti ann. 1394. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 72. col. 2. Volens ipse controversias inter Francia Reges, Archiepiscopum & cives Lugdunenses . . . subortas extinguere, jurisdictionem domaneriam dicta villa Lugdunensis, retento sibi & successoribus suis inter cetera jure superioritatis & Ressorti, ac ceteris juribus regalibus in eadem . . . retento etiam sibi & suis successoribus predictis Ressorto tam secundarum appellationum ab extra villa Lugdunensis provenientium ad Archiepiscopum & Capitulum, quam primarum à judice ordinario Archiepiscopi in eadem villa Lugdunensi interjectarum Archiepiscopo Lugdun. &c. Pluries recurrit ibi & alibi.

RESORTUS, Eadem notione. Litterae Edwardi II. Regis Angl. an. 1315. apud Rymer. tom. 3. pag. 508. col. 1. Et quod post hujusmodi emptionem, persona multorum locorum & baillivarum predictarum & Ressortuum, &c.

1. RESTA, Gall. Restes, Debets, Reliqua rationum. Charta ann. 1354. tom. 1. Hist. Dalphin. p. 216. col. 1. Dominus Comes cupiens solvere Restam & arreragia, &c. Litterae Johannis Franc. Regis an. 1362. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 566. Ad solvendum nobis . . . Restas quas per fines compotorum suorum hujusmodi debentur. Reste debite Regi, in Memoriali MS. Camerae Comput. Paris. an. 1378. fol. 207. Scheda an. 1379. è Tabulario S. Victoris Massil. Viginti florenos solvatis de Resta centum illorum per civitatem debitos. Procuratio ann. 1392. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 293. Ad petendum & recuperandum in totum vel in parte Restam dotis promissa nobis. Aponcha Petri Camerac. Episc. an. 1397. è Bibl. Reg. Cognoscimus recepisse . . . summam 334. lib. 14. sol. 7. den. cum picta Turon. monete Cameraci currentis pro parte nostra Reste compoti magistri Guillelmi Floriti receptoris temporalitatis in Cameraco. Charta an. 1428. è Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1746. Occasione decem octo modiorum vini boni, sani, puri & sufficientis, ad mensuram Medunta sibi debitorum de Resta solutionum predictorum sex modiorum quinque annorum precedentium, &c. Sententia arbitralis ann. 1446. è Tabulario Corbeienfi: Compelli ad solvendum . . . viginti septem lotos cum dimidio loto vini . . . ex Resta debitos . . . & pro Resta ejusdem decimae debitos, &c. Conventio ann. 1522. è Schedis D. le Fournier: Dicitis hominibus non liceat aliquod avere, nec animalia grossa nec minuta, ad medias Restas, & medium cumentum accipere neque tenere. Adde novam Gall. Christ. tom. 3. col. 220. Instrum. & Lobinelli Glossarium tom. 3. Hist. Paris. Vide Restum.

2. RESTA, pro Rasta. Vide in hac voce.

3. RESTA, Agger, moles aquis continendis. Bernardus Thesaurarius de Acquisitione Terrae Sanctae c. 206. apud Murator. to. 7. col. 843. In universa siquidem Aegypti terra constructae sunt Restae sive cluse, quae aquam Nili retinent, quum suo more succrescit.

4. RESTA. Miracula S. Johannis Gualberti, tom. 3. Julii pag. 388. Ex Senarum civitate adolescentem acrem & fortem, catena etiam ligatum & innexum, nam funium Resta lacerasset, cum affines nobilissimi viri, multis comitantibus, traherem, &c. Viri docti suspicantur idem esse quod Textura; sed forte melius legeretur restes. Vide mox Restis.

RESTABILIMENTUM, à Gallico Rétablissement, Restitutio. Arrestum Parlamenti ann. 1393. 14. Febr. è Tabulario Corbeienfi: Per idem arrestum prefata curia, quod Restabilimentum de presenti per signum dumtaxat fiet, ordinavit & ordinat. Concilium Paris. ann. 1416. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 349. Secundus punctus tractati in dicto Concilio Parisiensi fuit super Restabilimento personarum missarum & mittendarum pro toto regno ad generale Concilium Constantiense.

RESTABILIRE, iterum stabilire, restituere, reintegrare, Gall. Rétablir. Condonatio rebellibus Carcaffonae incolis à Carolo VI. Franc. Rege indulta an. 1383. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1593. Ac bonam famam ipsorum in integrum Restabilimus, remittimus & omni modo reducimus per presentes.

RESTABLITIO, Idem quod Restabilimentum, Restitutio. Regestum Parlamenti an. 1348. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 425. Guillelmo de Randone Milite in curia nostra petente contra Beraudum Delphini Militem fieri Restablitionem inferius declaratam; auditis partibus, curia nostra ordinavit, quod de omnibus & singulis per dictum Beraudum seu ejus gentes . . . Restablitio fiet . . . mandantes . . . quatenus ipsum Beraudum . . . ad dictam Restablitionem omni postposita dilatione compellant.

RESTAGNATIO, Exundatio, redundatio, Gallice Debordement, Regorgement; item Moles aquis opposita. Vox nota Plinio prima significatione. Privilegium Alberti Magdeburg. Archiepisc. an. 1225. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 24. Statuentes, ut civitas aggerem seu Restagnationem ad lacum construere ac conservare & reparare perpetuis temporibus expensis propriis teneatur. Concordia an. 1228. ibidem pag. 58. Cum super dampnis dicte domus sancte Conegundis, que ex Restagnatione Sale, occasione retinaculi molendini in Gummerst, que domus eadem sustinet & in posterum cogitur sustinere, inter nos ad invicem questio verteretur, concordavimus in hunc modum, &c. Videtis alium locum in Batura aquae.

RESTAGNATUS, Exundans, redundans, nostris Qui regorge. Ermenricus Monachus Augiensis de Grammatica, apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 330. Sed eheu idem ipse tam habilis fons ne late flueret, quam saepe machinamentis . . . obstruitur; eremus prodit ac bestia loquuntur, donec Restagnatus in sese, & non sine periculo sui patientissime se exedebat, Deoque eum protegente armis rempublicam defendebat.

RESTANCIÆ COMPUTORUM, Rationum reliqua, Gall. Restes, debets, in Memoriali Camerae Comput. Paris. mensis Septembris an. 1364. fol. 80. recto. Restancia contractuum, in Chronico Cornelii Zantfliet ad an. 1332. apud Martenium tom. 5. Ampliff. Collect. col. 203. Vide Resta 1.

RESTARE, Sistere, consistere, persistere, permanere, durare. Pactus Legis Salicae tit. 17. §. 5. Si quis hominem, qui . . . dirigere habet praeceptum Regis,

& . . . aliquis extra ordinationem Regis Restare eum facit, aut ad salire eum presumpserit, &c. Fulcherius Carnotensis lib. 1. Histor. Hieros. cap. 13. Quo, frater, fugis? Resta, ne timeas. Adde cap. 14. Matthæus Paris pag. 515. Equos & homines meos fecit Restare, donec pagium extorsisset. Utuntur Latini Scriptores. Propertius:

Dum vincunt Græci, dum Restat barbarus Hector.
 Arnobius lib. 3. Neque enim Restare sine assertoribus potest religio Christiana. [Adde Notitiam an. circiter 1200. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliff. col. 1037. Chronicon Dominici de Gravina apud Murator. to. 12. col. 577. Translationem S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 423. &c.]

¶ RESTAURA, Idem quod infra Restaurum. Concordia ann. 1378. apud Schilterum in Glossario Teutonico v. *Restaver-zinsen*: Ipse quoque Prior, Fratres & Conventus in recompensationem & Restauram dictarum oblationum, quæ dictæ parochiæ detrahuntur, ipsi parochiæ & rectori pro tempore dederunt & assignaverunt duas libras denariorum singulis annis. In Sententia ann. 1401. ibid. laudata, de eadem re habetur Restaurum oblationum.

¶ RESTAURAMENTUM, Instauratio, reparatio, ædium facta tecta. Chronicon Monasterii S. Launomari de Magenciaco ad ann. 1077. apud Stephanotium tom. 4. Fragm. MSS. *Throtardus Prior loci Magenciaci . . . adiit dominum Guillelmum Tyrensem, Principem clarissimum, deprecatusque est, ut pro salute patris sui Guidonis donaret sibi & S. Launomari in sylva sua amplissima, quæ vocatur Borno, unde semper habeatur calefactum, edificamentum & Restauramentum domorum suarum.*

¶ RESTAURARE. Bulla Nicolai II. PP. an. 1061. apud Hickefium Gramm. Anglo-Saxon. p. 177. *Nullus Rex, Dux, Marchio . . . presumat . . . hanc tui episcopatus confirmationem in aliquo ledere, vel minuire, aut Restaurare, hoc est, infringere, aliudve simile agere; sed vereor ne mendum sit in hac voce, quæ non occurrit in aliis similibus loquendi formulis, & cujus notio, si responderet verbo, contraria omnino videretur; nam Restaurare pro Instaurare dixerunt Tacitus lib. 3. & 4. Justinus lib. 2. Ulpianus leg. 4. fin. Dig. ad Legem Jul. de adult. quod tamen verbum uti barbarum respuit Scaliger senior, Cardanumque eo sapius utentem redarguit Exercit. 195. quod non Restar sed Instar dicatur. Servius ad Virgilium Æneid. 2. Instar autem est ad similitudinem; unde non Restaurata, sed Instaurata dicuntur ædificia ad antiquam similitudinem facta. Sed hæc Servii non impediunt quominus verbum Restaurare passim usurparent recentiores. Vide Voffium lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 21.*

¶ RESTAURATIO, Instauratio; item Compensatio. Vetus Interpres S. Irenæi Græcam vocem ἀποκατάστασις Restauratio vertit lib. 1. cap. 21. num. 3. ult. edit. Restauratio servitutis, Juliano lege 7. Dig. de Fundo dotali. Restaurations Ecclesiarum, de quibus existat Præceptum Caroli M. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 262. & seqq. Restaurations Monasteriorum & ceterarum Ecclesiarum, in Gestis Aldrici Episc. Cenoman. ibid. pag. 276. Charta ann. 1228. è Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 1186. *Et si aliquo casu non poterimus eidem garantizare dictam masuram & dictam granchiam, tenebimur memoratis Religiosis in alio feodo nostro tam supra masura quam supra granchia sepedicta Restaurationem facere competentem. Hinc Restauratio equorum, nostris Restour, olim dicebatur Regum Principumve consuetudo, qua vassallorum suorum, ad eo-*

rum submonitiones castra sequentium, equos aestimabant, ut si quod in bellis damnum paterentur, refarcirent ipsi: quæ de re dictum est in voce Equus, egitque R. P. Daniel lib. 3. de Militia Francica pag. 171. Vide mox Restaurum.

¶ RESTAURATOR, aliis Instaurator, nostris Restaurateur, Qui restaurat, restituit, redintegrat. Occurrit apud Sponium p. 27. Miscell. & alibi apud recentiores.

¶ RESTAURATUM, Jusculum salubre & delicatum, Gall. *Restaurant*. Miracula MSS. Urbani V. PP. *Aperiens os suum per vim cum cultello posuit in os suum de Restaurato, in dictum os remansit, nec poterat transglutire per guttur.*

RESTAURUM, Restauratio damni, Ristoro Italis. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 3. *Quam (lanam) confessi & contenti fuerant se ex causa emptionis pro tali, qualis est sine ullo Restauo, habuisse & recepisse, &c.* [Transactio an. 1219. in Corpore Diplom. Juris Gentium pag. 159. col. 2. Palatinus Comes . . . prapositionem Wildeshusensem Ecclesiæ Bremensi contulit in proprium, in Restaurum videlicet damnorum, quæ tempore discordiæ Ecclesiæ illata fuerunt. Concordia an. 1238. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 58. *Fratres renunciaverunt omni Restauo damnorum.* Rursum occurrit in Litteris Henrici Merseburgens. Episc. ibid. p. 249. in aliis an. 1241. apud eumd. Ludewig. to. 1. p. 61. in Testamento Ottonis IV. Imper. an. 1218. apud Tolnerum in Probat. Hist. Palatinæ pag. 63. Statuta dataria Riperizæ fol. 2. cap. 1. *Abique eo quod aliquod Restanrum peri possit per dictum emptorem à dicta communitate. Et fol. 15. cap. 21. Sine spe vel respectu alicujus Restauri sive rependii dandi vel faciendi sibi per dictam communitatem.* Litteræ Philippi Franc. Regis ann. 1294. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 74. *Dalphino & ejus filio pro tempore, quo ipsi nobis in dicta guerra assistent, faciemus de nostro ministrari vadia & equorum Restaura, quæ de consuetudine Franciæ solent hujusmodi stipendiariis assignari.* Simili notione le Roman de Vacce MS.

Quant cel avoit perdu en Richart l'Estoron, &c.]

Dantes in Parad. Cant. 5.

Dunque che vender puossi per Ristoro?

Le Voyage d'outremer du Comte de Pontieu MS. *J'ay perdu mon frere, si veuil avoir cette dame en Restor.* Belloman. MS. cap. 67. *Quant li jugemens est fés d'aucune cose, que c'il n'a pas en se main, ne en sa baille, auçois convient qu'il portache qu'il l'ait, ou qu'il en fasse Restor, en tel cas doit estre trives données de portacier qu'il ait ce que fu jugié contre li, ou qu'il face souffisant Restor.* Pactum seu fœdus initum inter Philippum Pulcrum Regem Franciæ, & Willelmum Comitem Hannoniensem 28. Octob. an. 1314. *Li dni Marechal de France, ou li un d'aus, ou aucuns autres prud'homs à ce commis priferont, & estimeront loialment par leurs sermens les chevaux mors, & les chevaux de nos gens, & nous en fera nos dis Sires plain Restour selonc leur prisie. Et se le dit Marechal, ou cil qui le prisie devoit fere, entendent tant que aucun cheval fousse mort ou perdu, si rendroit nos Sires devant dit la valeur des chevaux par prisie de bonne gent.* Et infra: *Asquix li Rois nos Sires paiera gaiges & Restors.* Occurrit passim in Computis Thesaurariorum guerarrum. Huc etiam pertinet vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Teatinis: *Quod si Miles dextrarium aut loricam in obsequio illo perdiderit, mihi Goffridus vel suus hares reddere debet, & tandiu ei nullum debeo facere servitium.* [Vide Restaura.]

STAUURUM, Eadem notione, in Charta an. 1211.

apud Georg. Pilonum in Hist. Bellunensi p. 106. v.
Et de ea re illis evicta Staurum prestare debet.

RESTAURUM. Arrestum 11. Jan. 1322. Cum
certas hereditates Guillelmo Vicedomino de Carnoto ven-
didisset, ac pro dictis hereditatibus certum Restau-
rum seu abonamentum in quadam litera Ambian. balli-
vie facta super hoc contentum fuisset, &c.

RESTER, f. Canterius, tignum, Angl. Raster,
Gall. Chevron, solive. Vetus Charta apud Somne-
rum in Tractatu de Gavelkind pag. 22. Et de 200.
Resters de gavel-tymber de redditu, quilibet de longi-
tudine 13. ped. de quibus proveniunt de tenemento de
Barewasfyle 100. & de tenemento de Moninden 100.

RESTICULA, RESTICULARIUS. Vide Restis 1.
1. RESTIS, Fasciculus rerum quarumpiam, ma-
xime piscium, reste colligatus. Vita S. Joannis
Eleemosynarii cap. 19. Mille Restes siccatorum pis-
cium, qui Menomena dicuntur. Liber Miraculorum
S. Baboleni cap. 2. Institutum est à rectoribus antiquis
Fossatensis Ecclesia, ut naves per gyrum ipsius Insule
discurrentes, censum persolverent ob piscationis meri-
tum, quem nuncupant vulgariter Restes. Resta, Italis
est alliorum vel ceparum sertum. Vide Martialem
lib. 2. Epigr. 32.

Eadem notione, qua Italicum Resta, legitur Reis
in Historia belli sacri Gallico idiomate apud Mar-
ten. tom. 5. Collect. Ampliff. col. 591. Lors le
sist Quirsac despouller tot nu, & aporer une Reis d'aus,
més ail n'y estoient mie. Vide Restum 2.

RESTIS, RESTICULUS LINI, Fasciculus reste li-
gatus. Helmoldus lib. 1. cap. 12. De quolibet ara-
tro mensura grani, & quadraginta Resticuli lini, &
12. nummi puri argenti. Cap. 14. De quolibet scilicet
aratro, quod duobus bobus aut uno constat equo, men-
sura grani, & 40. Restes lini, & 12. nummi probata
moneta. Vide Ligassa. Quid vero restis dicatur in ca-
pite allii, vide apud Plinium & Marbodæum lib. 1.
de Virtutibus herbarum cap. 5.

RESTICULA, Eodem significatu. Acta fundatio-
nis Murensis Monasterii apud Eccardum de Orig.
familia Habsburgo - Auftriaca col. 224. Arat &
secat sœnum, & metit sepitque, & pullos dat & lini
Resticulas.

RESTICULARIUS, Restio, $\sigma\chi\omega\sigma\tau\lambda\acute{o}\nu\kappa\omicron\varsigma$, in Gloss. Gr.
Lat. MSS. Editæ habent Resticularis. In iisd. Glos-
sis MSS. Restor, Resticularis, $\sigma\chi\omega\lambda\acute{\alpha}\varsigma$. Editæ Resor,
 $\sigma\chi\omega\lambda\acute{\alpha}\varsigma$. [Item: Restio, $\sigma\chi\omega\lambda\acute{\alpha}\rho\acute{o}\phi\omicron\varsigma$, in Glossis Lat. Gr.
Fronto: Restiarius, qui facit restes, Restio, qui vendit.]

RESTICULI FERREI, Virgæ ferreae leviores. Pas-
sio S. Quintini Martyris: Sanctum Quintinum tor-
queri in tantum trocleis precepit, ut membra ejus à suis
juncturis solverentur: Resticulis insuper ferreis eum cæ-
di, & oleum candens & picem, & adipem ferventissi-
mam dorso ejus jussit infundi.

2. RESTIS, Mensura agraria, de qua sic Joan. Ma-
riana lib. de Ponder. & mensuris cap. 21. Canna
ab Italis accepta, palmorum 10. Restis palmorum 33.
Octoginta Restes leucam faciunt. Porro reductis palmis
ad pedes, Restes 800. continent pedes 19800. nimi-
rum 400. passus fere.

RESTITUERE, Recuperare, recipere. Privile-
gia à Johanne Franc. Rege Judæis concessa ann.
1360. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg.
pag. 479. Et si aliquis dictorum officiariorum contra-
rium facere conetur vel attemptet, eisdem per dictos Ju-
deos vel Judeas ipsorum vel gentes impune volumus non
pareri: quinimo eisdem concedimus ut ad (à) dictis bona
sua capere presumentibus, possint dicta bona Restituere
ab eisdem sine emenda. Puto legendum Rescuere, ut
supra legitur hac notione. Huic lectioni non pa-

rum favet versio Gallica, quæ sic est: Et ou cas que
aucuns des dessusdiz officiers s'efforceroit ou voudroit ef-
forcier de faire le contraire, nous voulons que yceulx
Juys ou Juyves & leurs genz y puissent desobeir, & Re-
querre leursdiz biens, sanz ce qu'il puissent pour ce estre
traiz ou poursuz en aucune peine ou amende.

RESTITUS, perperam pro Vestitus, Cultus, ager
conventus, in quo fructus insunt. Charta an. 1083.
apud D. Calmet in Probat. Hist. Lotharingia tom.
1. col. 481. Dedi scilicet eidem Ecclesia in perpetuam
dotem mansum unum indominicatum & quatuor Resti-
tos & montem à turri extrema usque ad aquam cum
banno, &c.

RESTITUTIO, Mandatum Principis aut Magi-
stratus scriptum, quo alicui restituitur possessio
rei ablata: cui mandato sæpius expresse nuncium
remitte, qui rem aliquam alienat. Conventio an.
1030. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden.
pag. 344. Renuntiantes in hoc facto omnibus impella-
tionibus super hoc habiis, appellationibus, in integrum
Restitutioni, regia prohibitioni & omni alii remedio ju-
ris canonici & civilis sibi competentibus & competituris,
qua ipsis Religiosis de Burncester poterint prodesse, ac
eisdem Religiosis Osenei in hoc facto obesse.

RESTITUTIO TEMPORALIUM dicitur illa,
quæ fit abs Regibus, cum scilicet Prælati recens
electis & institutis restituant prædia ecclesiastica,
quæ prælatura per obitum vacante possident jure
regalia: de quo jure & restitutione jam pluribus di-
ctum est in Regalia 2. Kennettus Antiq. Ambros-
den. pag. 330. ad ann. 1297. Abbas de Oseneia
obit anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto, & ante
Restitutionem temporalium dictæ Abbatia successori dicti
Abbatis dictæ domus electo factam, petiit Eschaetor ad
opus domini Regis cupam & palefridum dicti Abbatis
defuncti, &c. Vide Thomam Blount in Nomole-
xico. Anglic.

RESTITUTOR, Qui resistit. Charta Roberti
Franc. Regis an. 999. apud Doubletum Histor.
San - Dionys. pag. 825. At non minori Restitutores
recompensantur gloria, qui sese obdentes periculo, præ-
donum pericula, calumnias atque insidias patiuntur.

RESTOBLAGIUM, Idem quod Estoublagium, de
quo suo loco, Onus, ut videtur, colligendi vel
pensitandi stipulas post peractam messem, à Gal-
lico Estouble, aliis Esteale, Provincialibus Restouble,
Stipula remanens in agris peracta messe, fortassis à
Latino Restiblis de agro dictus, ut Paulus habet in
Epitome Festi, qui biennio continuo seritur sarreo spi-
co, id est aristato: quod ne fiat, solent, qui prædia lo-
cant, excipere. Vide locum in Manducalis.

RESTOECT, Belgica vox. Leges Furnenses ex
Archivo S. Audomari: Quicumque obsidum probare
poterit per coram insultum in eum factum fuisse, id est
Restroect, exigere debet per plegios & aliter remanebit.

RESTOLIENCUS. Tabularium Abbatia Con-
chenensis in Ruthenis Ch. 226. Tres solidos denarios
Lemovicanos, & 8. denarios Obliencos, & dimidium
modium de civada, &c. At in Charta 341. Hoc est
solidis in octo quatuor Lemovicanos, & de quatuor de
Otonencos. Et Ch. 443. Et 4. denarios pro carrigio,
& quatuor Restoliencos, & medietatem de meo manso,
&c. . . . & unum panem, & sex ad messes, & sex ad
calendas, & duos de carrigio, & duos Restoliencos, &c.
Ita varie hæc vox scribitur in hoc Tabulario, cujus
apographum duntaxat legimus.

Omnino prætulerim Otonencos vel Otonenchos, qui
idem sint quod Denarii seu solidi de Otone, ab Ot-
tone M. Imperatore sic appellati, ut supra dictum
est in Oto.

RESTOLLARE, Retardare, impedire, in Decretis Hungaricis. Vide *Resultare*.

¶ RESTOR. Vide *Resticularius* in *Restis* 1.

¶ RESTORACIA. Charta an. 1293. è Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 805. *De orto qui fuit Nicolai de Camba sito juxta gladiolas suas; de quadam Restoracia sita apud Caudebequet. An Prædium omni suo instauro, seu agraria supellectile instructum? Vide Instaurationem.*

¶ RESTRICÆ, Funes in aucupio, apud Laurentium in Amalthea.

¶ RESTRUERE, Restituere, iterum exstruere, instaurare. Tertullianus Apolog. cap. 6. *Licet aras Restruxeritis.* Idem de Resurrect. carnis cap. 31. *Deus eam Restruebat fidem, quam populus destruebat.* Vetus Interpres S. Irenæi lib. 4. cap. 34. num. 4. *Templum Restructum est tunc,* post reditum Judæorum è captivitate Babylonica. Vita S. Gerardi, to. 3. Aprilis pag. 213. *Et ecclesiam, quam Restruxerat, dedicavit.*

¶ RESTUCHIA, Stipula remanens in agris peracta messe, Gallis plerisque *Esteule*, frequentius *Chau-me*, aliis *Restouble*, Provincialibus *Estouble*. Statuta Caroli Siciliæ Regis & Comitis Provinciæ apud Saraynam pag. 300. *De non mittendo ignem in Restuchis camporum.* Et mox: *Occasione comburendi eorum Restuchis ad seminandum.*

¶ RESTUCIUM, Eadem notione. Chronicon Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 686. *Vas plenum oleo in porta dicti castri veteris projecit auxilio tenebrarum & umbra animalium predictorum, & consequenter, non videntibus nostris sociis, Restucium & ignis imponitur januis dicti castri.* Voces fortean ducuntur à Hispano *Estuche*, Italis *Stucchio*, nostris *Etuy*, Theca, quod in spica stipulæ seu paleæ frumentum involvatur. Vide *Estoblagia* & *Restoblagium*.

¶ 1. RESTUM, Reliquum, residuum, Gall. *Reste*. Litteræ Henrici VII. Regis Angl. an. 1499. apud Rymer. tom. 12. pag. 734. col. 2. *Ad fidelem & debitam solutionem & satisfactionem residui & Resti dictæ summa.* Rursum occurrit pag. 769. col. 2. & tom. 13. pag. 34. col. 2. Vide *Resta* 1.

¶ 2. RESTUM, Idem quod supra *Restis* 1. Fasciculus, manipulus, Gall. *Botte*, & ubi de cepis agitur *Glane*. Charta MS. pro Communia Balneoli an. 1208. *Saumata ceparum unum Restum solvet.*

¶ RESTUUS. Charta an. 1214. ex Archivo Castri Vitrecii: *Petrus Dux Britannia de assensu Aelidis Comitissa Britannia uxoris meæ, dedi Simoni Ancherio fidei servienti meo les Restuus de Torigné, prata, terras, sicut ei Foucaudus serviens meus bonavit.* An saltus, silvæ? An potius idem quod *Restuchia*?

RESULCARE, *Dividere*, in Glossis Arabico-Lat. vox, ut videtur, agricolarum, qui contrarios sulcos in arando efficiunt.

1. RESULTARE, Resistere, repugnare, ἀντιπρω. Papias: *Resultat, contradicit.* Gregorius Turonens. lib. 10. cap. 15. *Sed nos Resultare cœpimus, dicentes, quod non accederemus ad hunc locum. Mox: Sicanos istos cum armis ante ostium oratorii adstare jubet, ut scilicet repugnantes contra judicem, si vim vellent inferre, pariter Resultarent.* [Leo Magnus Epist. 92. pag. 621. Edit. Quæsnelliana: *Neque ullo modo finas in Orientalibus Ecclesiis . . . ab improbis hereticis Evangelio Resultari.* Et pag. 623. *Cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conveniat, ut in uno Christi corpore & excellentiora membra suum officium impleant, & inferiora superioribus (non) Resultent.*] Hac etiam notione usurpant Gregorius Mag. lib. 7. Moral.

cap. 14. lib. 9. cap. 11. lib. 1. Epist. 20. lib. 2. Epist. 8. Hist. Miscella anno 9. Nicephori, Formula 27. ex Baluzianis, &c.

¶ Haud ita dissimili notione lex 89. Cod. Theod. tit. 1. de Decurionibus: *Omnes omnino, quos paterna obsequia municipes fecerunt, Resultandi curia nexibus, qualibet avorum atque majorum stemmata referant, licentiam penitus amittant, id est à curia resilendi, eam declinandi, eive sese subtrahendi.* Lex 181. ejusdem tituli: *Si quis suum decurionem vindicare voluerit, si judicis desit copia, in eundem manus injectione concessa, sciet ad examen cognitoris Resultantem esse deducendum, id est resilientem.*

2. RESULTARE, *Similitudinem referre*, in Glossis Vindocinensibus Pricæi ad Apologiam Apulei, quem consule pag. 39.

¶ 3. RESULTARE, Nasci, oriri, evenire, Gall. *Resulter*. Bulla Innocentii VI. PP. ad Carolum Imperat. an. 1356. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 15. *Bernardus Episcopus Aptensis, quem ad instantiam tuam in Almanniam hoc anno transmisi-mus, ut informet se de commodo & incommodo, quod Resultaret Ecclesiæ Ratisbonensi.*

¶ RESULTATIO, Adversus conatus. Charta ann. 4. Caroli Regis apud Stephanotium to. 3. Antiq. Pictav. MSS. p. 275. *Resultacio sua nullum obtineat effectum, & hec cessionis bonorum hominum manibus roborata omnique tempore mane at incorvulsa.* Alia an. circ. 890. apud D. Fleureau Hist. Bles. part. 5. p. 202. *Omnes superius memorata res cum omni integritate, sine aliqua Resultatione, aut contradictione, aut judicium consignatione . . . revocentur.* Vide *Resultare* 1.

¶ RESULTIO, Idem quod *Resultatio*, si non ita legendum est. Diploma Ludovici Pii Imp. an. 814. apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. col. 24. *Absque alicujus infestatione aut Resultione aut diminoratione.*

¶ RESULTUS, Actio resiliendi à pacto & conditione. Charta Odonis Ducis Burgundiæ apud Perardum in Burgundicis pag. 338. *Quod si ego resili-rem ab institutis dictæ Communie Resultus factus nunciaretur Regi Francorum per Abbatem Cistercii . . . Terram meam interdicto supponant, donec Resultum Communie emendaverim.* Adde pag. 341. 345. & vide *Resultatio*.

RESUMERE, Vires recipere. Commodianus Instr. 71. *Mitte nummos, & unde se Resumere possit.* Gall. *dicimus, se reprendre.*

RESUMMONIARE, [Iterum submonere, Citare. *Resummonitio*, Iterata monitio.] Vide *Submonere*.

¶ RESUMPTIVUS CYCLUS. Vide *Cyclus*.

RESUPINUS, pro negligenti & dissoluto, in lege 23. Dig. de Probationibus. [Hanc vocem usurpavit Martialis pro eo, qui procumbit facie in cœlum versa, lib. 9. Epigr. 44.

Quaque tulit, spectat Resupino sidera vultu.]

¶ RESUPLETUS, Resumptus, receptus. Chronicon Estense ad annum 1238. apud Murator. tom. 15. col. 308. *Marchio, Resupletis viribus, sua recuperavit & ea fortiter communiavit.*

¶ RESURGENDUS, Resurrecturus, à verbo Scrip-toribus ecclesiasticis notissimo *Resurgere*, A mortuis excitari, Gall. *Resusciter*. Concilium Toletan. XV. inter Hispanica tom. 2. pag. 723. *Cum non sine animabus suis Resurgenda sint corpora.*

¶ 1. RESURRECTIO, Reditus ad vitam, Gall. *Resurrection*, passim apud Scriptores Ecclesiasticos, præsertim ubi de glorioso Christi reditu loquuntur propter singularem ejus excellentiam.

¶ Resurrectionis Dominicæ solemnitatem, qui-

busdam in Ecclesiis, Quinto Kalendas Aprilis, seu vigesimo octavo Martii, quod hac die Christus resurrexisset crederetur celebratam fuisse, nos docet Perpetuus Turon. Episcopus sæculo quinto apud Gregorium Turon. sub finem libri decimi; hic enim enumerans præcipuas anni festivitates hæc habet: *Natalis Domini, Epiphania, Resurrectio v. Kal. Aprilis, & præter eam Pascha*, quod mobile erat, ut bene observat Mabillonius de Liturgia Gallic. p. 103. *Dies Ascensionis, dies Quinquagesimus*, seu Pentecostes, &c.

¶ RESURRECTIO DOMINICA, Quævis dies Dominica. Translatio S. Genulfi ann. circiter 870. apud Mabillon. sæc. 4. Benedict. part. 2. p. 235. num. 38. *Quadam enim mulier Teitberga nomine, dum messis tempore die Sabbathi, jam illucescente ipsius diei vespera, in Resurrectionis Dominica prima Sabbathi, ex multiplicatis manipulis mergeten colligare nititur, subito digitis in volam deflexis ac erumpente sanguine, audax manus & misera dirigit. Ubi & illud obiter observari potest, solemnitatem diei Dominicæ à Sabbathi vespera incepisse. De Dominica, non de Paschali die, pariter intelligendus est Auctor Vitæ S. Romarici Abb. sæc. 2. Benedict. pag. 419. num. 12. cum ait: Nam & hoc ei (S. Romarico, qui obiit mense Decembri) speciale Dominus tribuit munus, ut die qua ipse triumphans ex inferis remeavit, vir sanctas solutus membris ad præmia capienda egressus fuisset. Vide Dominica Resurrectio in Dominica.*

¶ 2. RESURRECTIO, Septima è novem partibus hostiæ consecratæ in Missa Mus-Arabica. Vide Hostia.

¶ 3. RESURRECTIO etiam dicitur in bellis & dissidiis, cum veluti sopita reviviscunt magisque concalescunt. Ottoboni Annales Genuenses ad an. 1188. apud Murator. tom. 6. col. 358. *Sepulta igitur inimicitia & discordia, peccatis exigentibus, habuerunt Resurrectionem. Et ad an. 1190. col. 364. Interfecerunt enim ibi prodionaliter absque ulla causa, pro dolor, Lanfranchum Piper, virum utique nobilem, consularem & egregium: propter quod civiles discordia & seditiones Resurrectionem habuerunt & recidivam.*

¶ RESUSCITARE, Iterum suscitare. Resuscitare sopitam iram, Ovidio lib. 8. Metamorph. *Resuscitare querelam*, in Charta ann. 1153. è Chronico Reicherspergenli. *Resuscitare sopita discrimina*, in Litteris Ludovici Siciliæ Regis ad Carolum V. Imp. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 475. *Resuscitari legatum*, quod perierat, dicitur in Legge 27. Digest. de adimend. vel transfer. legatis. *Resuscitanda reliquia*, Prudentio lib. 6. Peristeph. *Resusciter nostris*, Mortuum ad vitam revocare: qua notione Resuscitare dicunt Scriptores ecclesiastici. Hinc

¶ RESUSCITATIO, Mortui ad vitam revocatio. Tertullianus de Resurrect. cap. 30. *Nulla opinor Resuscitatio, si non hæc erit ipsa, qua Ezechieli revelatur.* Adde cap. 25.

¶ RESUSCITATOR, Qui denuo suscitatur, aut mortuum revocat ad vitam. Tertullianus de Resurrect. cap. 57. *Ostendit non tantum Resuscitorem carnis, verum etiam redintegratorem.* Beda lib. 2. Hist. Angl. cap. 1. *Gregorius in tantum contra nascentem heresim novam laborare contendit, ut nullus exinde sit inventus, qui ejus Resuscitator existeret.*

¶ 1. RETA. Statuta Massil. lib. 2. cap. 39. §. 2. *De vestibus autem masculorum constituimus, ut non accipiant (sartores) nisi justo modo qui sequitur, videlicet de clamide hominis cum penna & frezio, vel Reta, vel profi-*

lo 11. sol. Sed ex subsequentibus patet legendum esse *veta*, quod idem est, ni fallor, quod Latinis *Vitta*. Vide *Veta* suo loco.

¶ 2. RETA, Ital. *Rete*, Rete capiendis piscibus. Charta an. 1136. apud Muratorium delle Antic. Estensi pag. 287. *Cum omnibus generibus Retarum, tam sagenarum quam aliarum rerum ad capiendos pisces longos & curtos. Quid Reta fuerint Gellio, dicitur in Retarius.*

¶ RETACERE, Reticere. Capitulare 1. an. 802. cap. 2. *Ne aliquem inimicum in suum regnum causa inimicitia inducat; & ne alicui infidelitate illius consentiant aut Retaciat, pro Retaceat, Reticent, si bene puto.*

¶ RETACIARE, Verbum, ut conjecto, detortum à Gallico *Rechasser*, Repellere, abigere. Charta an. 1045. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 66. *Et si contingat, quod aliqua averia de prædictis octo bobus & duobus jumentis prædicti domini Johannis, vel successorum suorum, in prædictis duobus clausis, defectu clausura, aliquo tempore intraverint & absque wardo facto, sine gravamine & imparcatione Retaciantur. Alia incerti anni ibid. pag. 310. Et si contingat, quod averia prædicti Galfridi, vel heredum suorum, transferint aliquo tempore infra præfata clausa, pro defectu clausura, bono modo Retacientur sine imparcatione. Gualterus Hemingford. de Gestis Edwardi I. Regis Angl. pag. 48. Retaciat sunt à multitudine magna velut oves in ovile. Rursus occurrit ibidem pag. 23. Forte melius legeretur *Retaciare*.*

¶ RETAGLIATOR, Qui particulatim dividit, distrahit, ab Italico *Ritagliare*, Per partes scindere, aut singulas res pecunia populo vendere, nostris *Vendre en détail*. Statuta Montis-regalis pag. 180. *Item statutum est, quod qualibet persona, cujuscumque conditionis existat, vendens victualia, sive sit specialis, sive sit Retagliator, sive tabernarius, sive aliqua persona vendens ad minutum, &c. Vide mox Retaiare.*

¶ RETAIARE, Particulatim dividere, Ital. *Ritagliare*. Statuta dataria Riperiæ fol. 9. vº. cap. 16. *Et si dictum porcum seu mezenas, tam recentes quam falsus Retaiaverit, seu vendiderit ad petias vel ad minutum, teneatur solvere emptori datii carniū de minuto. Gallis *Retailer* est Rescindere, refecare, ut Italis *Ritagliare* proprie; unde eodem verbo usi sunt pro Particulatim distrahere, quod res frustatim scindant, qui singulatim vendunt. Hac utraque notione *to Retail* dicunt Angli. Vide Th. Blount in Nomolexico v. *Retail* & mox *Retallia*.*

¶ RETALIARE, Talionem reddere, *Rendre la pareille*. Sigebertus de Translatione S. Lucie: *Credibile est, quod meritis sancta Virginis in presenti sæculo peccatis illius à Deo fuerit Retaliatum, & loco & spatio pœnitendi à Deo sibi indulto, anima ejus in futuro sit consultum.* [Sed & Aulus Gellius lib. 21. cap. 1. *Quod per imprudentiam factum est, per imprudentiam Retaliari debet.* Le Roman de *Vacce* MS.

*Poise lui que si loing s'est en vain travailliez,
Poise lui que du don est si tost Retaillez.]*

¶ RETALLIA, Idem quod *Ritaglio* Italis: quibus vendere à *Ritaglio*, est vendere à minuto & à pezzi tagliati, nos dicimus *en détail*. Johannes Villaneus lib. 7. cap. 13. *Cio i sono mercatami à Ritaglio de' panni Fiorentini.* Sed an id *retallia* omnino sonet in Charta Roberti Comitis Drocarum an. 1180. apud Duchesnium in Hist. Drocensi pag. 237. non ausim affirmare: *Bannos nostros de vino ad hoc restrinximus, quod uno mense inter Natale Domini & initium Quadragesimæ, & alio mense inter Pascha & Nativitatem Beati Joannis, bannum nostrum, ita etiam quod vinum*

non ememus, ut ipsum bannum vendamus, tertiam etiam accinorum Retalliam concessimus non fieri. Forte pro iterata tallia. [Vide Retaiare.]

¶ 1. RETARDARE, Impedire, cavillationibus implicare, negotium facessere, pro Græco ἀναβάλλειν, vel ἐπέχειν. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 5. cap. 9. num. 1. *Id est quod ab omnibus hæreticis profertur in amentiam suam, ex quo & nos Retardare & ostendere conantur, non salvari plasationem Dei.*

¶ 2. RETARDARE, Resilire, mutare propositum, Gaspari Barthio in Glossario apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 91. ex Historia Palæstina: *Interea Fulcherius, qui cum juvenibus xx. armatis ascenderat, duos fratres Pyrrhi interemerat: quod licet Pyrrhus non ignoraret, tamen à promisso fidei pacto non Retardavit.*

RETARE, pro Reri, Putare. Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. c. 20. de Visione Herigarii: *Item ceu prius, ille visum Retans, mane neglexit perficere jussionem. Vide Rectare in Rectum.* [Le Roman de Vacce MS.

*Il engroutat, ainsi morat,
Et plusors de sez compaignons,
Et des meilleurs de ses Barons,
Ne soient onques qui Reter,
Ne qui hair, ne qui blasmer.]*

¶ RETARI, Irretiri. Charta Philippi Regis Franc. in Chartis Ducum Norman. & Regum Franc. pag. 1063. *Volumus etiam, ut nullus eorum possit Retari de usura, nec jurea fiat super eum, vel super heredes ejus. Vide mox Retarius.*

¶ RETARIUS, Qui à retis purgat flumina. Vetus Inscriptio: *Negotiator & Retarius Britannicianus. Sunt autem Rete Gellio lib. 11. cap. 17. Arbores, rami, virgulta, junci aliave his similia, in ripis fluminum aut in ipso alveo, à retibus sic dicta, quod navibus impedimento sint, easque prætereuntes retineant & quasi irretiant; hinc Edictum Prætoris apud eundem Gellium loco laudato: Qui flumina Retanda publice redempta habent, &c.*

¶ RETAULE, Ornatus altaris toreuticus, quo tabella sacra solet includi, nostris Retable. Inventarium capellarum S. Victoris Massil. an. 1377. ex Archivo ejusd. Monasterii: *Item Retaule... unam cabillam (casullam) veluti rubei cum stola & manipulo... item una tabula in altari, in qua sit consecratio. Miracula MSS. Urbani V. PP. Nichilominus faceret unum Retaule depingendo ibidem figuram dicti domini Urbani Papæ ad sui honorem, si dictus infans viveret. Vide mox Retaulus.*

¶ RETAULUS, Idem quod Retaule. Visitatio ann. 1416. ex Archivo S. Victoris Massil. *Item reperit desuper altari imagines depictas B. Mariæ cum dnobus Retaulis desuper ystoriatis. Necrologium Abbatiae S. Petri de Casis 12. Januarii: Kaerina de Langiacco dedit Ecclesie S. Petri quandam casulam de camelot rubeam, & quendam Retaulum de Innocentibus ad honorem SS. Innocentium. Vide Reyretaulæ & Rota-bulum.*

¶ RETE, Ornamentum sericum ad instar retis contextum. Acta S. Deodati, tom. 3. Junii p. 871. *Cum peculiari quoque ornamento sericeo, in formam piscatorii retis, cooperiente albam, tunicellam atque dalmaticam à cingulo usque ad pedes, quod vulgo Rete vocant. Concilium Mexicanum ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 340. Superpellicea Rete aliove eleganti artificio elaborata, aut adeo contracta, ut infra genu non dimittantur, ne induant (Clerici.)*

¶ RETEGERE, Rursus operire, tegere, Gallice Recouvrir. Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. c xli. *Expensa:*

De domibus Retegendis xii. sol. Utuntur Latini pro Aperire.

¶ RETEMPTUS, pro Retentus, pluries scribitur in Charta ann. 1252. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 388.

RETENEMENTUM. Charta Ricardi I. Regis Angliæ apud Rad. de Diceto ann. 1197. *Sine aliquo Retenemento eorum, quæ ad molendina pertinent, vel ad molturam, &c.* [D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. xix. præfert Retinemento.] Vitæ Abbatum S. Albani: *Omnia mea... sine aliquo Retenemento do & concedo, i. nihil mihi retinendo.* [Occurrit eadem notione in veteri Charta incerti anni apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 54. in alia ann. 1114. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 391. in alia an. 1128. ibid. col. 446. in alia ann. 1212. in Historia MS. Montis-majoris, in alia ann. 1217. ex Archivo Majoris-monasterii, &c.]

¶ RETENIMENTUM, RETINEMENTUM. Chartularium S. Illidii Claromont. fol. xx^{xx}. xix. verso: *Dono & concedo sine exceptione & sine Retinemento Monasterio S. Illidii omne jus, &c.* Et alibi: *Dederunt mihi sine exceptione & sine Retinemento, &c.* Charta an. 1186. in Maceriis Insulæ Barbaræ to. 1. pag. 124. *Idem vir nobilis dedit & concessit eidem monasterio in perpetuam elemosynam sine omni Retinemento, &c.* Adde Chartam ann. 1109. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 373. &c.

¶ RETINAMENTUM. Charta an. 1113. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 473. *Concedimus prædictis Martyribus in canonica sine Retinamento ullo ad possidendum perpetuo jure. Richardus Rex Angliæ in Chartis Ducum Norman. & Regum Fr. p. 1052. Quando hæc permutatio facta fuit integre cum omni sequela & moltura sua, sine aliquo Retinamento eorum, quæ ad molendina pertinent. Eadem forma qua Retinaculum dictum est Retinamentum.*

¶ RETINIMENTUM, Eodem intellectu. Charta an. 1127. in Probat. Hist. Occitan. to. 2. col. 444. *Ego Rolandus de Bisano, absolvo & guirpio per fidem sine enganno & sine ullo Retinimento, &c.* Similis est locutio in alia Charta ann. 1142. ibidem col. 495. Adde Chartam ann. 1172. in Instrument. novæ Gall. Christ. tom. 6. col. 86. aliam Godefridi Lingon. Episc. in iisdem Instrum. to. 4. col. 179. &c.]

¶ RETINENTIA, Eadem notione. Donatio ann. 1080. in Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 6. col. 23. *Sed hæc omnia remaneant sine ulla observatione & Retinentia omni tempore in communia prædictæ Canonice S. Pauli.* Rursus occurrit in alia Donatione ann. 1142. ibid. col. 37. Conventione ann. 1111. in Probat. novæ Hist. Occitan. col. 378. in Charta ann. 1145. ibid. col. 510. in alia ann. 1149. ibid. col. 525. &c. Vide Retenta, Retentatio 2. Retentus & Retinaculum.

¶ RETENEZO, Idem quod infra Retentio 4. Pascuum, in quo herbam fœnumve secari vetitum est, ut uberius sit pastus animalium. Transactio Florentii de Castellano Domini de Masalguis cum incolis ejusdem loci ann. 1438. 20. Aprilis ex Schedis Præsidis de Mazanges: *Quod... contractus hominibus ipsis vel universitati aliquatenus præjudicare non possit nunc nec etiam in futurum, quoad alias Retenezones antiquas & consuetas, imo per eam contractum confirmantur.* Interpretatio Gallica reddit les Retentions anciennes.

¶ RETENIMENTUM. Vide Retenementum,

¶ RETENS. Terragium Bellijoci: *Pro in ipsa platea*

construendo & confici faciendo exclusam & Retentem aque ad serviendum molendino. Legendum puto Retinentem, aggerem aquis retinendis, licet nulla sit autographo abbreviationis notula.

¶ RETENTA. Charta Raimundi Comitis Tolosatum an. circiter 1095. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 330. *Hanc terram cum omnibus ejus redditibus ... concedo & largior prædicto Dei Genitricis altari, absque omni Retenta, & absque omni usu mei vel meorum parentum.* Hoc est, absque ulla exceptione, nihil prorsus inde mihi retinendo. Vide *Retenementum, Retentatio 2. & Retentus.*

¶ 1. RETENTARE, Retinere. Codex Theod. lib. 11. tit. 1. leg. 12. *Si militares viri aliquos ex his penes se Retentant, &c.* Et lib. 7. tit. 18. leg. 14. *Occultatoresque eorum (desertorum) ad subeundam poenam, qua Divi genitoris nostri constituta est legibus, volumus Retentari, teneri, servari.* Capitulare 8. ann. 803. & lib. 6. Capitul. cap. 370. *Qui ... res Ecclesie à Regibus petere, aut Retentare, vel auferre, aut invadere, vel vastare præsumserint, &c.* Charta ann. 1130. apud Miræum tom. 1. pag. 380. col. 2. *Ex quibus tamen novem libris novem solidos quotannis Retentabit.* Charta ann. 1046. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Forojul. num. 2. *Sancto Victori & Sociis, quorum monasterialis Ecclesia corpora se gaudet Retentare, id est, servare, possidere.* Regni seu imperii Retentaverunt habenas, in Vita B. Leonis IX. PP. apud Eccardum de Orig. familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 172. Vide mox *Retentatio 1. & Retentator.*

¶ 2. RETENTARE, Eligere, instituere. Codex Theod. lib. 3. tit. 17. leg. 3. *Inlustris Præfectus urbis, adhibitis Decemviris e numero Senatus Amplissimi & Pratore Clarissimo viro, qui tutelaribus cognitionibus præsidet, Tutores Curatoresque ex quolibet ordine idoneos faciat Retentari; & sane id libero judicio, expertesque damni constituent judicantes.*

¶ 3. RETENTARE, Excludere, submovere vel interdicere. Codex Theod. lib. 10. tit. 10. leg. 21. *Ac ne generaliter in omnes hæc fuerit constituta, summis dignitatibus usque ad Secundicerium Notariorum hoc servari decernimus, ceteris ab hac licentia Retentatis, ne dum nimia largitas tenditur, publica commoditas neglegatur.*

¶ 1. RETENTATIO, Possessio, seu administratio. Appendix Juliani Episc. Tolet. ad Hildefonti librum de Scriptoribus Eccles. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 81. & tom. 6. Miscell. Baluzii pag. 3: *Ascitus autem in pontificatum nono gloriose Recesvinti Principis anno, novem annis & duobus fere mensibus clarus habitus fuit vite meritis & Retentatione regiminis.* Vide *Retentare 1.*

¶ 2. RETENTATIO, Retentio, actio qua quis aliquid sibi retinet seu reservat. Charta an. 1202. è Chârtulario Cluniacensi: *Notum facio ... dedisse domui Inimontis possessionem ... integrè sine aliqua Retentatione in perpetuo possidendam.* Galli diceremus *sans réserve.* V. *Retenementum, Retenta & Retentus.*

RETENTATOR, Qui res alterius retinet, detinet, in leg. 2. 3. Cod. Th. Unde vi, leg. 8. de Censitorib. eod. Cod. apud Majorianum nov. de Bonis vacant. Ennodium lib. 1. Epist. 7. & Senatorem lib. 1. Epist. 8. 22. lib. 2. Ep. 10. [Glossæ Lat. Græc. *Retentator, διατάχτης.* Aliæ Græc. Lat. *Διατάχτης, Possessor, Detentator, Retentator.* Vide supra *Retentare 1.*]

1. RETENTIO, Copiarum militarium coactio, quas Princeps ad suum, uti dicimus, servitium retinet, Gallis *Retenuë.* Henricus de Knyghton ann.

1347. Rex Edwardus ordinavit custodiam super villam Calestia, scilicet 300. viros armatos, 700. sagittarios. Comes Derbia Henricus habuit de Retentione sua, 800. armatorum & 2000. sagittariorum usque ad trengam captam, de quibus 30. ad bannerium, &c. Et anno 1359. Rex fecit Retentionem, similiter & Domini Regni fecerunt, qualem præ valetudine non audivimus factam nostris antea temporibus, pro aliquo passagio ultra mare faciendo, &c. Vide *Retentia.*

2. RETENTIO, vox Practicorum, Protestatio. Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. cap. 20. *Et doit fere Retenuë, que l'en appelle Protestation. Se mettre en esgart, ou connoissance de Cour, sauf son Retenail. Mettre son Retenail en chascun esgart. Sauver son Retenail. Mettre son Retenail, sæpe in Affiliis Hierosolymitanis MSS. c. 2. 3. 8. 23. 25. 26. 27. 31. 33. 65.*

3. RETENTIO, Practicis, Retractus, qui duplex est, feodalis, & agnatorum. Nam prædium à vasallo venditum potest dominus, reddito & exfoluto condito pretio, sibi retinere, ita etiam agnati, prædia avita præsertim, ab agnatis distracta. *Droit de retrait & de retenue,* in Charta ann. 1427. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. p. 126. Charta Libertatum oppidi de S. Paladio in Biturigib. ann. 1279. *Ita tamen quod Retentionem non poterimus petere nec habere de hereditatibus ipsorum hominum sitis in censuris nostris, quamdiu aliquis de genere venditoris velit Retentionem habere, qui attingat venditori de latere, à quo movet res alienata.* Vide Consuetud. Meledun. art. 127. Bituric. tit. 19. Senenonf. art. 185. Silvanect. art. 226. Ambian. art. 18. 43. Claromont. art. 93. Bellilocensem art. 5. Castellensem in Biturigibus art. 31. &c. de Nancæis in Biturigibus art. 10. 11. &c.

¶ 4. RETENTIO, Pascuum, in quo herbam foenumve secari vetitum est, ut uberius sit animalium pascuis. Transactio Honorii Domini de Masalguis cum incolis ejusdem loci 8. Aug. an. 1490. ex Archivo Præsidis de Mazaugues: *Quod liceat ... facere Retentiones pro eorum animalibus aratoris & de basto, licitas tamen & honestas, prout sunt assueti facere, citra tamen præjudicium averis pasquerii.* Campos hujuscemodi *Devendudos* appellant Provinciales. Vide *Retenezo & Defensa 3.*

¶ 5. RETENTIO, Tributum quodvis, ut videtur. Charta Aimerici de Narbona ann. 1176. in Instr. novæ Gall. Christ. col. 46. *Convenio etiam & privilegio, quod monasterium (Fontis-frigidi) jam dictum, & ea quæ ad ipsum ullo modo pertinent, manuteneant & defendam pro posse meo & sensu, sicut mea propria, & sine censu & usatico, & sine omni Retentione.* Hoc est, nullum mihi retinendo seu exigendo tributum pro defensione mea; nisi forte sine omni Retentione idem sonent quod absque ulla exceptione quæcumque monasterii sunt defendam. Vide *Retenementum.* Homagium Comiti Armaniaci præstitum an. 1418. *Item plus in prædicto loco habet & percipit feuda agraria, rendas, oblias, vestas, laudimia, investiones, Retentiones, &c.*

¶ RETENTURA, Idem quod *Retentio 5.* Homagium mox laudatum ann. 1418. *Item omnia alia & singula feuda & oblias, quas habet & percipit in loco & jurisdictione de Rupelaura, cum vendis, laudimiis, investituris, Retenturis, acapituris, & retroacapituris & aliis juribus ad dicta feuda pertinentibus.*

¶ RETENTUS, Actio qua quis aliquid sibi retinet ac reservat. Dotatio Monasterii S. Mariæ de Ovarra ann. 813. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 125. col. 2. *Tradimus omne nostrum jure & potestatem & dominationem, absque ullo Retentu, ad proprium alodem.*

Charta Aymerici Archiepisc. Narbon. ann. 940. apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 711. col. 1. *Sic datus Domino Deo & monasterio (S. Pontii Tomerensis) predicto in perpetuum absque omni Retentu, libere & absolute, & absque omni usatico, &c.* Charta ann. 1142. in Probat. novæ Histor. Occitan. tom. 2. col. 496. *Raymundus Pontii Comitis S. Egidii filius, & Dei gratia Comes Tripoli... concedit Umberto venerabili ecclesie Aniciensis Episcopo, absque ulla obligatione & absque ullo Retento juris & dominii, &c.* Vide *Retenementum, Retenta, & Retentatio 2.*

¶ **RETENUTA**, Actio qua quis sibi retinet seu reservat jus aliquid faciendi. Edictum Johannis Fr. Regis ann. 1363. de Judiciis, apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 652. num. 5. *Et si garantam quis petierit, non faciendo Retentam de causa defendenda, si garantus defensionem cause in se non assumeret, volumus quod defensor, in defectu garantii, ad ipsius cause defensionem admittatur, si velit.* Quæ sic eleganter reddit Clariss. Editor in Summariis: *Quoyqu'un deffendeur, en demandant la permission d'appeller son garant, ne se soit pas Reservé la faculté de se deffendre, &c.*

¶ **RETEPENY**. Statuta Synodalia Roberti Dunelmensis Episcopi ann. 1276. cap. 3. *De rebus liberorum decimandis, & mortuariis inde solvendis: Porro huic Sanctioni adjicimus, quod si plures liberi proprium habentes, in parentum pariter familia vivant, ad denarios, qui vocantur Retepeuis, minime arceantur: cum sicut communiter intrinsecus alantur à parentibus, sic in extrinsecis ab eisdem latentur pariter se defendi.*

¶ **RETERE**. Diploma Childerici II. Reg. Franc. in Historia Mediani Monasterii pag. 13. & to. 3. SS. Junii pag. 212. *Nos homines illos, qui commanent in Monasterio Onenheim, quantumcumque ad partem fisco nostro Retebant, tam freda quam reliquas functiones Valedio abbate ad monasterio Consuetis, hoc plena & integra voluntate visi fuimus concessisse. Ubi Retebant fortean est pro Redebant, Redibant, obveniebant; sed ut ut legendum est, ex similibus Instrumentis liquet hæc verba, ad partem fisco nostro Retebant, reddi posse, ad partem fisci nostri pertinebant.*

¶ **RETERN**. Vide infra *Retorn*.

¶ **RETERTIARE**, Tertio, ut *Binare* iterum, agrum arare. Rollandinus in summa Notariæ cap. 5. *Promisit predictam terram, eam videlicet quæ aratoria est, congruis temporibus bene arumpere, remenare, Reterzare, & quarto sulcu seminare omnibus suis seminibus, &c.*

¶ **RETHARIÆ TABERNÆ**. Caper de verbis dubiis: *Cetherie taberna, quæ nunc Retharia non recte dicuntur.*

¶ **RETHIBERE**, pro *Redhibere*, Reddere, solve-re, apud Gotofredum in Glossario Nomico Codicis Theodosiani.

¶ **RETHUM**, Rete, laqueus, cassis, Gallice *Rets*. Charta Philippi Comitis Bolon. ann. 1232. ex Archivo Camerae-fontis: *Concedimus predictis Abbati & Conventui, & eorum servientibus ab eisdem missis, facultatem & potestatem omnimodam venandi seu fugandi cum canibus, avibus, furonibus, Rhetis & alio quoque modo, ad omnes feras, &c.*

¶ **RETIA**, Species clathri certo lucernarum aut cereorum numero instructi in Ecclesiis. Papias: *Fara, vasa sunt luminaria, quæ nos Retia dicimus, diverso modo formata.* Additio ad Ordinem Rom. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. pag. 154. *Sed dominus Pontifex accipit xx. sol. in nocturnis stationibus, quando accenduntur Retia, & in diurnis quando accenduntur candela.* Laurentius in Amalthea: *Retia, a, Re-*

Tom. V.

tiaculum, parvum rete, & gradus parvus altaris, ex Vocabulario Ecclesiastico. Vide Pharus.

¶ **RETIACULUM**, [sicut & Reticulum, Parvum rete, Johanni de Janua.] Anastasius Biblioth. in Præfat. ad Octavam Synodum: *Præterea & aliud iniquitatis sue Retiaculum, quo mentes simplicium caperet, tenens, &c.* [Mag. Boncompagnus de Obsidione Anconæ apud Murator. to. 6. col. 35. *Caprus sum ut piscis hamo, & sicut avis improvida in Retiaculum cecidi deceptoris.*]

¶ **RETIARIUS**, *Ad rete pertinens, vel decipiens, vel qui retia facit*, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gr. *Retiarius, λιούχος, δειλοπλόκος, δειλοφίρος, δειλοτόλος.* Adde Glossas Græc. Lat. in his vocibus. *Retiarii* Latinis dicti Gladiatores à rete, quod sub scuto gestabant, ut mirmillones, contra quos pugnabant, involverent. De his Quintilianus lib. 6. cap. 4. Suetonius in Caligula & Claudio, Tertullianus de Spectaculis cap. 25. Festus, Isidorus lib. 18. Orig. cap. 54. Lipsius in Saturnalibus, Erasmus in Adagio: *Contra Retiarium ferula*: quod occurrit apud Juvenalem Sat. 8. & Martialem in Præfat. lib. 2. quodque dictum volunt in eos, qui infirmo præsidio contra maxime instructum pugnare præsumerent. De retibus in conflictu adhibitis vide Carolum de Aquino in Lexico Militari v. *Retia.*

¶ **RETIATICUM**, f. Tributum pro retibus in silva tendendis exsolutum. Charta Rodulfi Reg. Fr. è Tabulario Majoris-monasterii: *Nec telonium, aut inferendas, aut rotaticum, vel ripaticum, sive portaticum, seu etiam exclusaticum, vel nauticum, vel Retiaticum, aut herbaticum .. exigere præsumat.* Vide infra *Venaticum.*

¶ **RETIATORES**, *Qui retia facere sciunt*, in Capitulari de Villis cap. 45. [Vide *Retiarius.*]

¶ **RETIATUS**. Regino in Inquisitione Episcoporum. cap. 10. *Videndum etiam quot alii libri ibi sint, & an bene sint Retiati.* Ita Codex Parisinus præfert, cum alii, ut & Hincmarus, *recitati*; quod nihil est, ut recte monet vir doctissimus Baluzius, qui *Retiatus*, putat libros dici, quasi *retibus* ac nervis compactos. *Quid si reliati, vel religati* legatur, quomodo nos libros bene compactos appellamus?

¶ **RETICA**, pro *Redica*. Vide in hac voce.

¶ **RETICERE**. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham p. 783. *Nullus præsumat omnino aliquem vivum vel mortuum, in consortium Sanctimonialium suscipere, vel eas sine assensu earum ut suscipiant compellere: Suscepti vel susceptæ pecuniam foris retinere vel Reticere. Reticere dico, si vel terra vel animalia dantur pro vivo vel defuncto funere.*

¶ **RETICULA**, pro *Reticulum*, Ital. *Reticella*. Chronicon Atinense apud Murator. tom. 7. col. 904. *Constructum etiam ibi est sepulchrum ejusdem Saturni variis & diversis marmoribus ornatum, in quo ejus ossa posita sunt, missa in quodam aereo loculo in modum Reticulae factum.* Pro reticulis seu retibus feris capiendis, *Raisiæ* nostri alias dixerunt. Le Roman de la Rose MS.

*Au conin prendre on vous tendés,
Et le furet qui sans faillir
Le doit faire és Raisiæ saillir.*

Et alibi:

*Narcisus fu un damoisiax
Qu' amours tindrent en leur Raisiæ.*

Hodie *Resean* vel *Resenil* dicimus subtilius reticulum seu reticulatum textum tenue atque rarum. Vide *Retiolam.*

¶ **RETICUS IGNIS**. Anastasius Bibl. in Coelestino PP. *Hic dedicavit Basilicam Juliæ, in qua obtulit post*

ignem Reticum patenam argenteam pensantem libras 15. Observat Bencinus, in Codice Flor. Bibl. S. Marci pro *Reticum*, legi *Geticum*: quod, inquit, videtur indicare post cladem Urbi illatam an. 410. à *Getis*, seu Gothis sub Alarico. Huic conjecturæ non parum favet, quod idem Auctor scribit in Leone: *Hic renovavit post cladem Vandalicam omnia ministeria sacra argentea per omnes Titulos conflata.*

¶ **RETIFEX**, Qui facit retia, juxta vim vocis; juxta rem, Piscator. Missale Gothicum apud Mabill. de Liturgia Gallic. pag. 220. *Apostolicum & toti alium seculo diem, quo Retifex ille præclarus Andreas post inluminatam prædicatione Achaïam, felici martyrio coronavit.*

RETIMENTUM, Receptus, receptaculum, Hispanis *Retraimiento*. Charta Jacobi Regis Aragonum ann. 1128. apud Joan. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 204. *Item ad eorum cognitionem ibi remaneant in stabilimento & Retimento terra illi, qui partem terra habere voluerint, vel alios per se constituant defensores. Ubi stabilimentum, est nostrum Establissement.*

1. **RETINA**, Ρητινα, in Glossis Latino-Græc. Aliæ Græc. Lat. Ρητινα, *Retina*, & Ρητιν, *Resina*.

¶ 2. **RETINA**, Virgilio *Retinaculum* lib. 1. Georg. Habena, Ital. *Redine*, unde nostris *Resne*. Anonymi Salernit. Chronicon cap. 68. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 224. *Apprehensaque equi Retina, celeriter eum Beneventum ducebat, &c.* Le Roman d'Athis MS.

*Athis s'élance entre leur gent,
Par la Regne le cheval prent.*

Vide Glossarium mediæ Græcitatæ in Πέτερα.

¶ **RETINACULUM**, Actio qua quis aliquid excipit, sibi retinet seu reservat. Charta an. 1123. è Tabulario Absiensis: *Hoc autem donum meum ... Petro Abbati Absie absque ullo Retinaculo concessi.* Chartularium Caroli-loci pag. 1. *Ego Manasserius de Bullis do Ecclesiæ Karoli-loci ... locum scilicet in quo situm est cœnobium ... sine Retinaculo totum.* Et pag. 3. *Cum suis pratis undique sine Retinaculo.* Vide *Retenementum*, *Retenta*, *Retentatio* 2. & *Retentus*.

¶ **RETINAMENTUM**, Idem quod *Retinaculum*. Vide in *Retenementum*.

¶ **RETINAX**, Retinendi studiosus, apud Symmachum lib. 1. Epist. 47.

¶ **RETINEMENTUM**, Idem quod *Retinaculum*. Vide in *Retenementum*.

RETINENTIA, Gall. *Retenue*. *Esse de alicujus Retinentia*, dicitur, qui alicujus obsequio addictus est, familiaris, domesticus. Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 34. §. 2. *Nec aliquis gerens robas domini, nec aliquis de consilio suo, vel Retinentia sua, &c.* [Chronicon Anglic. Thomæ Otterbourne pag. 203. *Occurrerunt sibi plures domini & valentes cum suis Retinentiis, nullis tamen animo nocendi Duci Lancastriæ. Et infra: Confestim venerunt plurimi de familia patris sui & sua propria Retinentia.*] Vide *Retentio* [& *Retenementum*.]

RETINERE HOMINEM ALTERIUS, olim veritum omnino, quod tenentes ita glebæ adstringerentur, ut à dominorum servitio eos abstrahere cuiquam non liceret. Charta anni 1221. *De omnibus, qui possunt retinere apud Cabilonem homines: nullus potest retinere hominem alterius in Cabilone vel appendiciis, nisi juste & pacifice fuerit homo à domino suo separatus.* Assisiæ Comitatus Campaniæ an. 1296. *Dicebant ipsos fratres esse homines de corpore, & tanquam homines de corpore sequebantur ipsos, & petebant tanquam suos homines sibi liberari.* Tabularium Ab-

bât. Reigniacensis Ord. Cisterc. ann. 1251. *Cum controversia verteretur ad invicem inter nos, & super eo, quod nos Abbas & Conventus volebamus habere & Retinere homines ad manendum in territorio nostro, quod dicitur terra S. Petri juxta villam de Jugis, ego vero Robertus (de Tanlaio) è contrario dicebam, quod in eodem territorio nullus poterat Retinere homines ad manendum vel habere, absque mea permissione vel voluntate, &c.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 270. *Se aucun villain s'en part, ou s'enfuit de la terre de son Seigneur, & vaît en autre terre, & il demeure aici come par apant, ou sodées dou Seigneur, il doit torner en la terre de son Seigneur si tost comme il le requerra, que celui qui l'a en sa terre, ne le peut, ne ne doit Retenir par l'assise.*

Idem jus dominis erat in Judæos. Statutum S. Ludovici de Judæis ann. 1238. *Nec aliquis in toto regno poterit Retinere Judæum alterius dominii, & ubicumque aliquis invenerit Judæum suum, ipsum licite capere poterit, tanquam proprium servum, quamcumque moram fecerit Judæus sub alterius dominio, vel in alio regno.* Vide *Percursus*.

¶ **RETINGA**, f. Quies, cessatio, ab Anglico *Resting*, quod idem significat. Charta Henrici Regis Angl. ann. 1155. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feudorum ad calcem p. vi. *Fiat autem usus de franco plegio, sicuti videlicet quod pax nostra teneatur, & quod Retinga sic integra sit, ut esse consuevit.*

¶ **RETINIMENTUM**, Vide supra *Retenementum*.

RETICULUM, diminut. à *Rete*, Muliebre capitis tegumentum. [Glossæ Latino-Græc. & Græc. Lat. *Retiolum*, ρητιολον. Johannes de Janua: *Retiolum, Illud quod colligit comas, sic dictum, quia quasi parvum rete, vel quia retinet crines, ne effundantur.* Vide *Retiaculum*, *Reticula* & *Risfle*.] S. Augustinus Ep. 109. de Sanctimonialibus: *Nec sint vobis tam tenera capitum tegmina, nec Retiola subter appareant.* Lib. de sancta Virginitate cap. 34. *Aut capitis ligamento notabili, pro tumidis umbonibus capillorum, sive tegminibus ita teneris utuntur, ut Retiola subter posita appareant.* *Reticulum* dicitur Trebellio in Quietto: *Viri in auro & argento, mulieres in Reticulis & dextrocheriis.*

¶ **RETIRE**, à *rete*, *Reti capere*, Johanni de Janua; *prendre à rest, enlacier, empestrer*, in Glossis Latino-Gall. Sangerman. MSS. Hinc *Irretire*, &c.

¶ **RETISCA**, ρητις, in Glossis Lat. Gr. Recte Vulcanianus corrigit, *Retis*, ρητις. Glossæ Græc. Lat. ρητις, *Verriculum*, *Regia*, *Tragum*.

¶ **RETIIUM**, Rete. Glossæ Latino Græc. *Retium*, Κρηνητικόν δίκελον, λίνον κρηνητικόν, δίκελον κρηνητικόν. Alias adde Gr. Lat. *Perperam* in Supplemento Antiquarii, *Recium*.

¶ **RETOLLERE**, **RETULLERE**, Rursus tollere, auferre, capere. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 614. *Quod si omnes supradictas res & castella cum Ecclesiis & Monasteriis vel cunctis eorum pertinentiis, nobis Retollere aut ipse aut sui heredes præsumpserint, &c.* Et col. 440. *Res omnes illas atque familias, quæ in supradictis finibus Reatinis inpublicata vel Retulta sunt à singulis hominibus, aut nunc præsentis tempore à quocumque homine contra legem possidentur.* Charta an. 1011. apud eundem Murator. delle Antic. Estensi pag. 195. *Ut sine nobis eas aliquo tempore in aliquod exinde intenti manserimus, aut Retolli, vel subtragi quæserimus, &c.* Infra pag. 200. legitur eadem notione *Retolli* & *suptragi*.

¶ **RETONDUTUS**, Tonsus, retonsus, vel f. *Retufus*, à *Retundere*, quod idem sit ac nostrum *Fouler*, Laneos pannos polire & dealbare. Charta

Guillelmi de Burgo Officialis Lugdun. an. 1322: in Maceris Insulæ Barbaræ to. 1: pag. 202. Quod ipse (Camerarius) det & dare teneatur quolibet anno cuilibet Sacerdoti monacho & iuvenulo sex ulnas camelini vel bruneta, non tamen madefacti, neque Retunditi, pro veste & caligis faciendis.

¶ RETONSOR, Qui retondet pannos aut pelles; ut opinor, in veteri Catalogo MS. Sodalium B. Mariæ Deauratæ.

RETONSOR MONETÆ. Vide Tonsores.

¶ RETONSURA. Vide Funditor & Tonsores.

¶ RETONTUS, Rotundus, Ital: Ritondo. Vita B. Henrici Baucenensis, tom. 2: Junii pag. 373. Ac quendam lapidem vivum Retontum, cum quo petrus percutiebat, etiam tenebat.

RETORN. Charta MS. Guillelmi de Apiano an. 1162. Quod si pactum istud, sicut superius scriptum est, non adimplevero, mitto vobis duobus Gaufrido (Comiti Rossilonensi) & Girardo (ejus filio) in Retorn totum feodum, quod de vobis tenco propter feodum de aqua de ipsa Ted, qua vadit de Apiano, &c. Galli dicent en retour, Redhibitio ultra sortem, nisi idem sit, quod datum in pignus. [Vide Retornum.] Consuetudines Montispessulani: Qui prior est in emptione, vel pignore, vel Retorno; cum laudimio domini, ad quem pertinet, potior est; salvo privilegio actionum à me indultis.

¶ Alibi Retorn & Retern idem sonat quod Reditus, obventio, quidquid è prædio vel aliunde redit emolumentum. Testamentum Bernardi Atonis Vicecomitis Carcassonæ an. 1118. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 487: Relinquo filio meo Rotgerio Carcassonam. & concedo ei totos illos Retorns & reditudines, qui pertinent ad dominium de Carcassona. & totos illos Retorns & reditudines, qui pertinent ad dominium de Term. Et pag. 488. Item dono ei Retern de Milgor. Eadem fere leguntur in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 403. & 404. ubi idem Testamentum editum est, paucis variantibus.

¶ RETORNAIRE SE, Sese convertere, Gall. Se Retourner, Redire. Confirmatio pacis inter Reges Franciæ & Angliæ an. 1279. apud Rymer. tom. 2. p. 136. Et remanent ei & heredibus suis illi privilegia de tribus civitatibus & episcopatibus antedictis, qui se Retornaverint usque ad hodiernum diem, & habebiverint ei vel patri suo, sive de voluntate eorum, vel ad requestam nostri patris, vel ad requestam nostram. Gallica versio ibidem: E demeurant à lui è à ces heirs iceus privilegies des trois citez e des trois éveschiez devanditz; que se sont Tornés iesques aujourni, ou ont obei à lui ou à son pere, soit de leur volenté, soit à la requeste noire perè, ou soit à la nostre. Vide mox Retornare 1.

1. RETORNARE, Redire, Gall. Retourner. Vocem Avarum seu Hungarorum fuisse indicat Theophylactus Simocatta lib. 2. cap. 15. Επιχωρίω τε γλωτίν εις τρώσιω τρέπτοθαι άλλος άλλω πρωσέτατλε, Ρετόρνει μετά μεγίστη παράχου φθέργομενος, &c. Ita vocem τέρνα, pro faciem verte, ab iisdem usurpatam auctor est Theophanes an. 5. Mauricii: unde patet à Gerinanis seu Francis nostris in Galliam invecam. Catholicon Armoricum: Retorn, Gall. Retourner, revertere. Returnar, in Fœdere Regum Lotharii & Caroli, apud Nitliardum. Capitula Caroli C. tit. 19. cap. 14: Quia quantum Deus vos salvaverit, & vos vos ipsos salvaveritis, & sani cum illo sitis, & sanus sit vobiscum ille, sicut debet, non cum venerit Retornetis. Et tit. 31. cap. ult. Et etiam de honoribus, sicut cum illo melius considerabo, illis, qui ad me se Retornabunt voluntarie, faciam. [Chronicon Bergomense Castelli de Castello ad an. 1402. apud Mu-

rator. tom. 16. col. 912. Die suprascripto Retornaverunt Bergomum omnes obsides seu confinati: Statuta Montis-Regalis p. 215. Et tota aqua, qua discurrit à dicto fossato infra, usque ad lectum Nicolai Veglacii, descendat & discurrat retro lectum ipsius Nicolai, Retornando dicta aqua ad fossatum Beconi.]

2. RETORNARE, Invertere, quomodo Retturner dicimus. Passio S. Pontii n. 19. Quumque equuleo tenderetur, & ministri vectibus impositis trochleam Retornarent; &c. Vetus Charta apud Ughellum to. 1. part. 2: pag. 255: Sirumpere, aut Retornare, vel revolvere, vel minuere, seu contrariare presumpserit. Alia tom. 7: pag. 501. eadem verba habet.

¶ 3. RETORNARE, Hospitio excipere. Conventions an. 1288. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 44: col. 1. Nos fratres Aymo permissione divina humilis Abbas monasterii S. Thenderii... notum facimus universis; quod cum illustris Vir D. Humbertus Dalphinus Vien. ... feudum, quod à nobis tenet, nobis & Ecclesiæ nostræ plane recognoverit, ... nosque prad. Abbatem & Conventum... contra quascumque personas... juvare promiserit, & facere guerram pro facto nostro cum expensis suis propriis, & in castris suis Retornare. Manifestus in aliis Conventionibus inter Dalphinum & Abbatem S. Eugendi an. 1339. ibidem p. 386. col. 2. Dom. Abbas... recipiet & Retornabit, recipi & Retornari faciet dictum Dom. Dalphinum & gentes suas cum eo usque ad viginti homines in armis vel sine armis... in burgo S. Civici eundo & redeundo, faciendū transitum per locum prædictum... ita tamen quod Baylivi & gentes quacumque dicti Dom. Dalphini, que receptabuntur in dicto burgo, quandocumque intrabunt, jurare debeant ante ingressum dicti burgi, non offenderent dictum burgum, nec castrum; nec gentes dictorum castri & burgi, &c. Mällem Restaurare.

4. RETORNARE, & RETORNATIO, voces Practicorum Angliæ: est autem Retornatio, Spelmanno; Responsio Vicecomitum, aliorumque ministrorum, per quam Curia redduntur certiores, quid in executione ipsorum brevium sit effectum. Atque ita vocem Returnare usurpat non semel Fleta l. 2: c. 64. §. 20. 21. 22. c. 67. §. 6. 7. 8. &c. Charta Edwardi I: Regis apud W. Thorn: Secundum quantitatem particularium contentarum in quadam inquisitione facta per Vicecomitem nostrum Cantia, & coram nobis Retornata, ac etiam in rotulis Cancellariae nostræ irrotulata, &c. Statuta Roberti III: Regis Scotiæ cap. 1. §. 3. Et quod Cancellarius de catero saisitiam alicujus Retornationis det, nisi deponet pro ipso, qui dictam inquisitionem impetravit, quod dicta terra vel tenementa in eadem contenta existant in manibus domini Regis... & quod dicta Retornatio sigillis quorundam fidedignorum in dicta inquisitione existentium, una cum sigillo Vicecomitis sit sigillata. Ubi Skenæus: Retornationem vocem responsum eorum qui assise & inquisitioni interfuerunt; eorum sigillis sigillatum, quod Retornatur & remittitur per judicem ad Cancellarium Regis, &c. Alias dicitur

RETORNUM BREVIS, ejusdem scilicet certificatorum Curia, unde manavit, factum, Cowello. Mathæus Westmonaster. ann. 1278. Abbas igitur & Conventus Westmonasteriensis... libertatem de Retorno brevium, quam specialiter per chartas dicti patris seu Henrici obtinuerant multis temporibus retroactis, post defensiones legitimas, insistentibus civibus Londinensibus, ordinationi regie subiniferunt, quam tempore subsequenti Ecclesiæ supradictæ de speciali gratia Rex concessit. Monasticum Anglican. tom. 2: p. 345. Cum Retorno brevium Domini Regis, placito vetiti namii, placitis Corona Regis, catallis felonum & fugitivorum;

&c. [Litteræ Richardi Reg. Angl. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britannia col. 592. Concessimus pro nobis & heredibus nostris carissimo fratri nostro Johanni Duci Britannie & Comiti Richemondie & carissime sorori nostre Johanne uxori ejus, quod ipsi in omnibus terris & tenebris suis, que sunt de Comitatu, honore & dominio de Richemondia, & que pertinent ad eadem... habeant... per Baillivos & ministros suos Retorna omnium brevium nostrorum & heredum nostrorum, & executionem de eisdem brevibus; & quidquid quod ad Retornum brevium nostrorum pertinet, ita quod nullus vir, aut alius minister noster seu heredum nostrorum, intret predictum Comitatum.] Vide Statutum 2. Westmonaster. cap. 43. & librum Anglicum, inscriptum *Justice of Peace* pag. 136. ubi plura de Returnis brevium, [necnon Thomam Blount in Nomolexico voce Return.]

RETORNATUM, Idem quod Returnum. Statuta secunda Roberti I. Regis Scotia cap. 16: 4. *Et per magnum Retornatum per Ballivum Regis missum, fiat hujusmodi probatio negligentia tenentis, terram suam non replegantis.*

5. RETORNARE AVERIA, in Statuto 2: Westmonasteriensi ann. 13: Edwardi I. cap. 2: & apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 37. §. 1. & 8. Reddere, restituere. Hinc Retornum averiorum, hac formula Brevis: *Tibi precepimus, quod eidem N. averia predicta sine dilatione Retornari facias.*

¶ RETORNATIVA CAUDA, Pulsus quidam apud Medicos. Vide in Cauda.

¶ RETORNATUM, RETORNUM BREVIUM. Vide in Retornare 4:

¶ RETORNUM, vel RETORNUS, Pignus, hypotheca. Donatio ann. 1125. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 430. *Si vero ipsa pignora, quas mihi donatas habetis, fuerint de me redempta, donem ipsum avere propter ipsum honorem bene tantumdem valentem ad vestram recognitionem: quod si non fecero, habeatis Retornum in toto ipso meo honore, qui mihi accidit ex parte patris mei & matris meæ. Tractatus pacis an. 1162. ibidem col. 584. Si vero forte contra has conventiones & fines venerimus... damus tibi & tuis Retornum pro pignore in toto quod habemus in castello de Piniano & ejus terminio; ita quod auctoritate tua, sine contradictione nostra nostrorumque, liceat tibi & tuis accipere, tenere & possidere; sine inquietudine nostra nostrorumque, & tamdiu teneas & possideas tu vel tui, & redditus tuos facias, ita quod in sortem non computentur, donec totum damnum in duplum, & injuria cabalment sit restitutum & restauratum. Infra: Adhuc promittimus & convenimus tibi & tuis, quod si predictam transactionem & finem post primam vicem frangerint, ulterius Retornum in castella vel villas vel terras nostras, in quantum poterimus, ipsi vel coadjutores eorum non habebunt. Charta ann. 1209. ex Archivo Domus S. Johannis Jerosol. Arelatensis: Ego Hugo de Baucio tibi Barrala uxori meæ pro dictis 8055. solidis pro dicta venditione quam fecisti, & quos habui, do tibi in Retornum & in potecham (hypothecam) totum meum pertinementum, quod habeo. Charta ann. circiter 1143. inter Instrum. Gall. Christ. to. 6. col. 192. *Quod si infantes facere noluerint, dono eis Retornum in vinea; quam habeo subtus viam de Mareisanegues.**

¶ 1. RETORNUS, Redditus, emolumentum rediens ad aliquem. Charta an. 1098. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 164. *Ego Adalais tibi viro meo Alanifredo... ipsam honorem dono cum omnes Retornos & convenientias, qua mihi debent advenire in omnes locos... cum omnes voces meas & directos &*

Retornos & convenientias, qua ibi habeo. Ordinatio Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 407. col. 2. Super gabella Brianczonesii, gabel- la nundinarum Brianczonesii & Retorno, mille florenos per annum. Super & obventionibus castellania Brianczo- nis; m. flor. per annum. Vide Retorn.

¶ 2. RETORNUS, Pulsatio campanæ, qua clerici convocantur ad Horas canonicas in Ecclesia decantandas. Statuta MSS. Ecclesiæ Lugdun. Clerici de terra ad Matutinas sive ad omnes alias Horas diei conveniant simul in unum locum eisdem preparatum, scilicet in capella B. Photini, dum tabustellus sonat, vel Retornus cujuscumque Hora, vel classus in festivis diebus. Vide Retornum.

1. RETORTA, Superior virga, qua sepes continetur, ac vincitur, nostris Riorte, [alias Rotte, ut etiamnum Andegavenses vocant vimineum vinculum, Lobinello teste in Glossario ad calcem Hist. Britan.] Italis Ritorta. Retorta, quibus sepes continentur, in Lege Salica tit. 36. §. 1. *Retorta, unde sepis continetur, in Lege Ripuar. tit. 43. In trivio cum Retorta in pede sepeliri, in eadem Lege tit. 72. §. 1. Victor III. PP. lib. 1. Dial. pag. 30. & ex eo Leo Ost. lib. 2. cap. 61. Interea duo nigerrimi spiritus Retortas ex agrestibus vitibus facientes, per gulam eum ligaverunt: Will. Britto lib. 7. Philippid. pag. 170:*

Quos multo vincit ferro, multisque Retortis.

Turpinus de Vita Caroli M. cap. 22. *Invenit quendam Saracenum atrum, de bello fessum, in nemore latentem, & captum, vivumque nexum cum quatuor Retortis, ad arborem quandam dimisit. Tabularium Vindocinense Thuani Ch. 128. Donavit S. Martino... in silva Pertici pastionem; &c. Similiter quoque Retortas, & rollones, stimulos quoque & tavillas, & hucias, & si quid hujusmodi in rurali opere necesse fuerit. Occurrunt eadem verba iterum Ch. 129: Alia ann. 1128. apud Perardum in Burgundicis pag. 99: Pasturam, & mortuum nemus, & Retortam de qualibet arbore... concesserunt. Adde pag. 137: [Litteræ ann. 1221. è Chartulario AB. S. Germani à Pratis fol. 59. & 60: Dicti homines in predicto nemore capient genestam, spinam nigram & albam, salices & marsalices, putfust & galli quercum, tronum, Retortam ad usus aratorum, &c. Vita S. Lantfranci Episc. tom. 4. Junii pag. 627. In os etiam, ne clamare posset, Retortam ligneam cordamque retro ligantes & fortiter extorquentes abierunt.] Ex his emendanda, ni fallor, Charta ann. 1287. in Miraculis S. Ambrosii Senens. *Vovit... quod ad ejus sepulturam portaret unam aximam, & omni anno iret ad ejus altare cum Ritonta in gula. Legendum enim Ritorta, Galli dicerent, la hard au col. Olim, ut & apud Hibernos, ejusmodi vimineo vinculo strangulatos patibulis affixos constat.**

REDORTA. Hugo Francigena de Exordio Salvaniensis Monasterii num. 5. [apud Baluzium tom. 3. Miscell. pag. 210.] *Ducebatur autem à quodam collo ejus invexo circulo ligneo, quod vulgo Redorta dicitur, tanquam maleficus. [Virgas, quibus lignorum fascies ligant, aut boves ad aratrum devinciunt, etiamnum Redortes vocant Occitani.]*

TORTA, pro Retorta, legitur in Constitutionibus Sicul. l. 3. tit. 38: §. 1. *Si... forte de nemore Tortam aliquam, vel virgam inciderint.*

2. RETORTA, Semita, vox Hispanica. Charta Alfonsi Regis Portugallia in Monarch. Lusitan. tom. 3. pag. 294. *Deinde ad illam Retortam de Vauga, & sicut descendit per ipsum fluvium, &c.*

¶ RETRACTA MARIS, Quidquid agri relinqu-

tur mari regrediente. Charta añ. 1205. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 289. *Dono iterum & concedo dicte Abbacie (de Blancha Ordinis Cisterc.) in perpetuum totum clodium meum de Hero insula, quod vocatur clodium domine Gelose, & terras que dicuntur Isles dicto clodio proximas, necnon & totas Retractas maris dictis clodiis & terris contiguas, prout longe lateque durare videntur. In montibus vero dono & concedo dicte Abbacie in perpetuum totas Retractas de la Besse secus Oroest sitas.*

¶ **RETRACTARE**, Idem quod simplex Tractare. Cod. lib. 10. tit. 15. leg. 3. *Præcepit nostra serenitas, neque veloci cursui, neque alii præter inveteratam consuetudinem gravamini subjacere Chartularios, qui de cohortalibus officiis uniuscujusque provincia largitionales titulos Retractare constituuntur: cum idem etiam amplissima præfectura disposuisse perhibeatur; ut his necessitatibus liberati, fideliter largitionales titulos valeant Retractare.* Ita & Tertullianus non semel. Vetus Interpres S. Irenæi lib. 5. cap. 11. *Ne relinquatur quasiio his, qui infideliter Retractant de eo.* Id est, dubitant, ambigunt, vacillant disputantve. Glossæ Lat. Græc. *Retractas, διαβολίζη, ἀναβάλλη, δεσιδαίμωνις, ἀναλογίζη.* Retractant, ἀνιβάλλουσιν. Retractat, ὑποχωρεῖ, διαδέει, παραίτηται. Retractentur, ἀναφλάσσειντο. Retractio, ἀντιθέται. Adde Glossas Gr. Lat. Retractare, pro Detrectare, dixerunt ejusdem ætatis Scriptores, ut Salmasius pluribus probat ad Spartianum in Hadriano cap. 12.

¶ **RETRACTARE SECUM**, Meditari; cogitare. Vita MS. S. Wenwaloei fol. 17. *At doctor egregius verba narrantis intento hauriens animo, secumque audita parumper Retractans, &c.*

¶ **RETRACTATOR**, apud Tertullianum de Junio cap. 15. ut legit Forbenius, pro quo Rigaltius habet *Detrectator*, quod, ut videtur, sensus potestulat; sed ut *Retractare*, pro *Detrectare*, dixerunt antiqui, ita *Retractator* pro *Detrectator* dicere potuit Tertullianus. Vide *Retractare*.

¶ **RETRACTATUS**, Idem quod Latinis *Retractatio*. Tertullianus Apolog. cap. 4. *Sine ullo Retractatu præscriptis.* Et lib. 1. adv. Marcion. c. 1. *Sine Retractata doctrinarum revincendus.*

¶ **RETRACTIO**, Abrogatio, abolitio. Concilium Carthag. ann. 525. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 8. *Si enim admiserimus ea quæ antea constituta sunt in Retractionem vocari, nihil in divinis humanisque actibus, nihil in sacris publicisque rebus obtinere ullam poterit firmitatem.* Forte legendum est *Retractionem*.

¶ **RETRACTIO BURSÆ**; Idem quod mox *Retractus bursa*. Charta Richardi de Breteville è Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 678. *Pro hac autem quitatione & Retractione bursa dicti Religiosi michi undecim libras... persolverant.*

¶ **RETRACTUS**, Gall. *Retraite*, Receptus, receptaculum. Epistola Caroli VIII. Regis Franc. ad summum Pontificem, apud Acherium to. 7. Spicil. pag. 202. *Cui (Meldensi civitati) terra subest admodum frugifera, & alimonie opportuna, ac commodum receptaculum, & securus utique Retractus fuit, & olim quibusdam prædecessoribus nostris in adversitatibus suis refugium & tutamen validissimum.* Statuta Collegii Narbon. ann. 1379: apud Lobinellum tom. 5. Hist. Paris. pag. 667. col. 1. num. 15. *Item pecunie legatorum, donatorum, novorum introituum, locagiorum camerarum... serventur fideliter... in una secum camera, quæ, si fieri potest, habeat Retractum duorum hostiorum vel duarum serarum, sub uno casso sex clavium, quarum unam semper custodiat Provisor,*

&c. Hic arculam intelligo majori arca inclusam, in qua pecunia servabatur. *Retractus* Tertulliano adv. Gnosticos cap. 1. idem est quod apud Vitruvium *Retractio*; nostris vero *Retrait* alias forica erat. **RETRACTUS BURSÆ**, Redemptio prædii ab agnato distracti; pretio emptori reddito, vulgo *Retrait lignager*, Practicis nostris. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii num. 101. *Et postmodum Evaradinus de Monte, & Guillelmus de Mercato armigeri consobrini præfati Perrini, qui in bonis ejusdem Perrini, si ipsum sine liberis decedere contingeret, se debere succedere asserbant, tanquam propinquiores venditoris ejusdem, dictum reditum per bursa Retractum peterent rehabere, & ad hoc idem Miles noster eosdem admittere recusaret, &c.* *Retrait & clameur de bourse*, in Charta ann. 1474. Alia ann. 1287. *Sus un Retrait, que ledit Jean demandoit par la bourse à avoir de ladite Demoiselle, &c.* [Vide *Retrabere* 2.]

¶ **RETRADERE**, Reddere; restituere. Ulpianus leg. 9. §. 7. Dig. Quod metus causa: *Si per vim res tradita est, Retradatur.* Placitum pro Abbate Farsensi apud D. Le Blanc in Dissertat. historica pag. 88. *Judicavimus, ut ipse Gregorius advocatus domini Apostolici seu S. R. E. Retradere debuisset ipsas curtes Audulfo advocato ad partem ipsius monasterii.* Rursum occurrit in Formulæ Angl. Thomæ Madox pag. 357. & alibi.

¶ **RETRADICTIO**. Index MS. beneficiorum Ecclesiæ Constantiensis fol. 89. verso: *Canonicus quilibet futurus & recipiendus in dicta Ecclesia infra tres annos a tempore receptionis sue unam capam sericam valoris & pretii decem librarum Turon. Ecclesiæ prædictæ persolvat & demittat, seu decem libras Turon. propter hoc accipiendas in casu Retradictionis & dilationis.* Legendum omnino videtur *Retardationis*.

¶ **RETRAHERE**; Recedere; *Se retirer*. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 753. *Audito Retrahendi lituo; Galli dicerent: La trompette ayant sonné la Retraite.* [Ottoboni Annales Genuenses lib. 3. ad añ. 1196: apud Murator. tom. 6. col. 376: *At quum videret se eos minime posse de campo & castris eradicare... Retraxit se cum militia sua & fortio.* Haud absimili notione Tullius pro Cælio cap. 26: *Se Retraxit, ne pyxidem traderet.* Et Horatius lib. 1. Ep. 18. v. 58: *Ac ne te Retrabas & inexcusabilis absis.*]

¶ **RETRAHERE**, Practicis nostris *Retraire*, Redimere prædium ab agnato venditum pretio emptori restituto. Statuta Brageraci art. 39. *Item quicumque vendiderit aliquam rem immobilem, & quis de parentela infra quartum gradum venditoris, voluerit eam habere per turnum bursa; ad hoc admittetur infra annum & mensem cum vero pretio empto & oblato emptori: & si sit infans in cubili Retrahens, aut minor impubes, & quis nomine & vice ipsius minoris seu infantis ad ejus pupilli seu infantis commodum vult dictam rem Retrabere seu habere per turnum bursa, hoc facere poterit & ei licebit, quod non sit tutor seu curator ipsius minoris.* Pluries recurrit art. seqq. V. *Retractus bursa, &c.*

¶ **RETRANCIDERE**, Retradere, restituere. Anastasius Bibl. in Vita Nicolai I. PP. apud Murator. tom. 3. p. 255. col. 1. *Tum Præsul optimus omnibus Ravennensibus, Emiliensibus & Pentapolitanis res, quas Joanne Archiepiscopo & Gregorio fratre ejus amiserant, clementer restituit, & præceptionis sue decreto, quæ Retrancidit, confirmavit.* Editio Labbei præfert: *Clementer restituit ex præceptionis sue decreto, quod tradidit & confirmavit.*

¶ **RETRANSITIVUS**, Reciprocus, in Vita vhenrabilis Idæ, tom. 2. Aprilis pag. 172:

- ¶ **RETREDES**, f. Canalis, detorto vocabulo à voce *Retrices*, quæ, ut habet Festus, significat aquam eo nomine, quæ est supra viam Ardeatinam inter lapidem secundum & tertium, qua irrigantur horti. Charta Forelli ann. 1417. Juxta pratum Joannis Asterii, quod quoddam Retredes dividit.
- ¶ **1. RETRIBUTIO**, Merces, salarium, in Bibliis sacris passim. Glossæ Lat. Græc. *Re tributio*, ἀναπόδοσις. Adde Græc. Lat.
- ¶ **2. RETRIBUTIO**, Tributum, vectigal. Appendix Marculfi formula 44. *In ... ipsius monasterii nullum debuisset habere introitum, nec causas audiendas, nec freda exigenda, nec fidejussores tollendos, nec mansiones aut paratas requirendas, nec nullas Re tributiones exactandas.* Eadem recurrunt ibidem; vereor tamen ne utrobique legendum sit *Redhibitiones* vel *Redibutiones*, quod in hujuscemodi formulis legantur quam sæpissime. Vide *Redhibitio* in *Redhibere*.
- ¶ **RETRIBUTOR**, Qui retribuit, remunerat; *Rendeur*, *Guèrredonneur*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Litteræ an. 1281. apud Rymorum to. 2. pag. 179. *Ut dictus Rex illum sibi proinde Re tributorem constituat, qui pro minimis grandia recompensat.*
- ¶ **RETRINGERE SE**, Sese recipere. Jacobi Auriæ Annales Genuens. lib. 10. ad an. 1283. apud Murator. tom. 6. col. 582. *Naves vero Pisanorum nostras recognoscentes galeas, altum mare cum tribus galeis tenere cæperunt; alia vero dua galea & galeonus unus se Retrinxerunt ad terram.*
- RETRIOR**, vox [ficta à *Retro* &] usurpata veteri Juvenalis Interpreti. [Repudiat Vossius lib. 3. de Vitiis ferm. cap. 42.]
- RETRO**, vox aliis præposita, rem præteritam significat. Ut *Retroprincipes*, qui prius regnare, apud Lampridium in Severo, & in Cod. Theod. non semel. *Stipendia Retrodebita*, quæ antea debebantur, apud Capitolinum in Pertinace: ὀπισθοτελεῖται, Theophani anno 9. Nicephori: *Redhibitiones annorum præteritorum*, in Hist. Misc. *Retro sanctiones lata*, in l. 16. Cod. Theod. de Medicis. Ita etiam S. Hieronym. Epist. 129. & alii.
- RETRO**. Capitulare 3. ann. 810. cap. 2. *Et non sibi faciant socios inferioris ordinis homines, qui semper inde Retro res qualescunque tractare volunt; sed illos sibi socient, qui ad effectum unamquamque rem deduci cupiunt. Cum dilatione, quasi retrocedentes.*
- ¶ **A RETRO ESSE**, EXSISTERE, Gallis *Etre en arriere*, Ulpiano *Reliquari*, ad diem non solvisse. Charta ann. 21. Richardi II. Regis Angl. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 141. *Et si contingat prædictum redditum quadraginta librarum à Retro fore, in parte vel in toto, &c.* Alia an. 3. Henrici V. ibidem pag. 142. *Et si contingat dictas centum libras à Retro existere ad aliquem terminum prædictum, &c.* Occurrit passim.
- ¶ **RETROACCAPITUM**, **RETROACAPUT**, &c. in Provinciis Occitaniæ & Aquitaniæ, Tributum fundi domino & directo, quoties mutatio fit, ab emphyteotis exsolvendum. Saisimentum Comitatus Tolosani ann. 1270. apud Lafaille in Probat. Annalium Tolos. tom. 1. pag. 36. *Asseruerunt, quod infra dictas confruntationes sunt castra & villa infra scripta propria domino Regi, in toto vel in parte citra Tarnum; scilicet castrum de Rochamaura, quod nunc tenet dominus Bertrandus Vicecomes de Bruniquel, ex dono domini Comitis Tolose; ut dicitur. Item, castrum de Mirapice pro duodecima parte & residuum feudum; scilicet quod medietas tenetur ab ipso in feudum, & debet inde habere pro Retroaccapito novi domini medietatem xl. solidorum Turonensium & homagium. Par-*

- titio inter Isarnum S. Antonini Vicecomitem & fratres ejus ann. 1155. in Probat. novæ Histor. Occitan. col. 554. *Ut ipse Guillelmus de Fontanis & filii sui ... haberent totum istum honorem de manu Isarni & fratrum suorum ad fevum, & ipse Isarnus & fratres sui retinuerunt in isto honore albergam cum xv. militibus & cum xv. caballis in unoquoque anno, & ix. solidos de Caturcensibus de Retroacapte, quando eis evenerit ... Eodem vero anno mense Augusto facta divisione Isarni & fratrum suorum, evenit de isto fevo maxima pars ad partem Petri Vicecomitis; de qua Guillelmus & filii ejus ... debent ei albergam cum xi. militibus & xlv. solid. de Retroacapte, quando ei evenerit; alia vero pars evenit ad partem Isarni Vicecomitis de isto fevo, pro quo Guillelmus & filii ejus ... debent ei albergam cum xv. militibus & xv. solid. de Retroacapte, quando ei evenerit.* Consuetudines Augustæ Aufciorum MSS. ann. 1301. art. 41. *Item est consuetudo ibidem, quod pro aliqua pignoratione, vel venditione, vel alienatione, vel permutatione, non datur aliquid ratione venditionis, vel impignorationis, vel alienationis, nec permutationis, nec laudaminium, nec Retrocapita, nec vendæ, nec pignorationes, &c.* Litteræ Johannis Franc. Reg. pro Tolosanis an. 1354. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 308. *Censibus, obliis, laudumiis, vendis, acapitis, Retrocapitis & aliis juribus & deveriis nobis seu dominis, à quibus dicteres tenebantur, salvis penitus & retentiis.* Charta Amalrici Prioris B. Mariæ Deauratæ an. 1464. qua Monasterium S. Cypriani prope Tolosam ad novam & perpetuam emphyteosim sub certa pensione annuali perpetua tradit Sororibus Ordinis S. Francisci hac conditione, ut *singulis annis in festo B. Thoma Apostoli nomine obliarum solverent eidem Priori & suis successoribus quinque solidos Tholosanos bone fortis & antiquæ moneta; & pro Retroacapitis, ubi evenerint tam per mortem domini Prioris quam Priorissæ dictarum Sororum, toties quoties id evenerit, x. solidos.* Ubi vides *Retroaccapitum* non solum solvi mutato domino (quod vult Rocheflavinus,) ut supra dictum est in *Accaptare*, sed etiam mutato emphyteota. Exstat hæc Charta apud Stephanotium to. 1. Antiq. Occitan. MSS. pag. 526. *Retroaccapitura* legitur loco superius laudato in *Retentura*. Vide *Accaptare*, *Recognitio* 4. & *Relevium*.
- ¶ **RETROACTUS**, Præteritus. *Retroacta tempora*; in Historia Cortusiorum, apud Murator. tom. 12. col. 894. in Charta Ludovici Reg. Fr. an. 1124. apud Doubletum Hist. San-Dionys. pag. 854. & alibi sæpe. Pro tempore futuro accipiendum censet Hearnus in Charta Henrici Regis Angl. an. 1457. è Chronico Johannis Whethamstedii pag. 422. *Pro perpetuo modo & forma, sicut tempore Retroacto declarabitur.*
- ¶ **RETROALTARE**, Paramentum altaris posterioris. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. LXXII. *Dicitur autem completa capella, pallium & Retroaltare, & retrotabularium, & indumenta Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi & tres cappæ.* Ibid. pag. LXXIII. *Juxta imaginem suam argenteam in medio Retroaltaris, & hinc & inde duo Textus separati divisim apponantur.* Vide ibi notam h. & supra *Postaltare*.
- RETROBANNUS**, Idem quod *Herebannum*; submonitio ad exercitum. [Codex Legum Normann. cap. 25. apud Ludewig: tom. 7. Reliq. MSS. pag. 203. *Retrobanivium* dici solet, quando Princeps Normanniæ ad impetum hostium repellendum; in expeditionem aliquam profectus, per Normanniæ baniri faciebat.] Feoda Normanniæ: *Habet 10. Milites in ban-*

leuca Lexoviensi, qui remanent ad custodiendum civitatem, donec Retrobannus summoneatur, & tunc ibunt cum propriis expensis Episcopi. [Literæ Ludovici X. Regis Franc. an. 1314. apud de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. pag. 552. num. 4. Item, cum homines nostri dicti Ducatus servitia ab ipsis debita, ratione nostri exercitus, vel alias, nobis persolverint, à suis subtenentibus nihil poterimus vindicare, salvo jure nostro in casu Retrobanni. Adde pag. 566. num. 2. & 588. num. 3. Riereban, in Instrumento ann. 1420. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 947.] Arriere-ban, in Consuet. Catalaunensi art. 53. Lodunensi art. 2. 39. & Turonensi art. 139. 264. 297. Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

Car il vous vient secours, & un Arrierebans.

Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 7. *L'Arriereban si souloit estre dit quant le Prince de Normandie pour repeler & pour oster la force & l'embranchement de ses ennemis, il fet fere un ban commun par tout la Normandie, pour garder le profiet del commun poeple, qui tous ceux, qui seroient convenables por armes porter, soient au secours & en l'aide nostre Sire le Duc, bien armez & appareillez chescun en droit sou selon son poer, pour repeller & oster la force de ses ennemis, quicunque maufferas d'armes que il porront trouver & avoir. Et quant il auront esté par 40. jours el service del Prince, & les 40. jours seront acomplis, si come le besoing & la necessité del Prince sera requis, & d'ilec en avant il seront as deniers & as gages del Prince pour son service.*

Exstat in 36. Regesto Tabularii Regii, Ch. 183. Formula submonitionis ad Retrobannum concepta in hæc verba: PHILIPPE &c. *Au Bailif de Chaumont salut. Comme nous vous avons escrit par nos autres lettres, que vous tantost icelle. lettres venès feissiez crier par Arriereban par toute vostre Baillie & ès ressorts d'icelle, tant en nos propres terres, comme en nos siefs, arrieresiefs, & ès terres de nos autres sujets, que toutes manieres de gens, tant nobles que non nobles, tant de pied comme de cheval, de 18. ans jusques à soixante fussent à nous souffissamment appareilliez en armes & en chevaux, chacun selonc son estat le jour de la Magdalaine prochaine venant, au plus tart, quelque part que nous soions ès marches de Flandres, seur quanque il se puevent meffaire de cors & d'avoir, nous vous mandons, que vous toute maniere de gens, qui par la teneur dudit Arriereban sont tenus de venir en nostro ost, hastez de venir à nous au plus tost que vous pourrez, & en toutes manieres les contraigniez à venir, gardée en toutes choses la fourme de nosdites lettres. Donné à Arras le Mercredi ou jour de la Magdelene l'an de grace 1304. Adde Chartam 85. ibidem. In alia ejusdem Regis an. 1302. in 12. Regesto, Ch. 21. habetur hæc Formula: *Vous semontiez par ban & par Arriereban si efforcement que vous pourrez, &c.**

RETROBANDUM, in Chronico Rotomagensi ann. 1339. Vide Herebannum, Hostis, Bauuire in Bannum 1. col. 982. sub finem.

RETROCAMERA, Posterius cubiculum. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. xxxi. *Utque camera nostra sit convenienter ornata, & ea, que ibi sunt, debite ordinata, cavere & his similia servitia in camera exercere; & debet in Retrocamera unus semper necessario jacere.*

RETROCENSIVUM, Terra censibus seu pensitationibus secundariis obnoxia. Edictum Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1291. apud de Lauriere tom. 1. Ordin. pag. 323. *Pro rebus vero in prædi-*

ctis terris & censibus nostris & feodis titulo non gratuito acquisitis, estimationem sex annorum prestent; pro aliis vero in retrofeodis & Retrocensibus nostris acquisitis titulo non gratuito, quatuor annorum fructuum estimationem prestent. Vide Glossarium juris Gallici in Arriere-censif.

RETROCHORUS. Ita facella, quæ sunt post chorum, Deiparæ fere semper dicata, appellant Monachi Benedictini. Unde S. Maria nomine donatur apud Adalhardum Abbatem in Capitulis cap. 46. *De sedendo in sancta Maria, vel aliis locis.* Herbertus de Miracul. lib. 1. cap. 11. *Quadam itaque die cum in Ecclesia vesperæ cantarentur, & ipse stabat in Retrochoro juxta quendam Mochum, &c.*

In Retrochorum Monachi infirmi, & advenæ Monachi, ut plurimum secedebant, ibique divinis Officiis intererant. Liber Ordinis S. Victoris Paris. MS. cap. 26. *Qui pro aliqua debilitate accepta licentia in Retrochoro sunt.* Ibidem cap. 39. *Quamdiu frater in Retrochoro est, in tabula poni non debet. Infirmi, qui in Retrochoro sunt, ad Te Deum laudamus, ad Benedictus, ad Evangelium debent stare, si possunt.* In Retrochorum etiam secedebant, qui tardius ad officium venerant. Cap. 52. *Post Gloria primi Psalmi nemo ingrediatur chorum sine licentia. Post medietatem hora nullus ingrediatur: & si quis post advenit, in Retrochorum eat, & in Capitulo inde veniam petat.* Adde Usus antiquos Cisterciensis Ordinis cap. 67.

RETROCIUM, [mendose pro Retrobecium, ut videtur, posterius becium, seu canal, rivus, de quo] vide in Bedum.

RETROCLAMOR, Petitio, postulatio à iudice, Gall. Reclain. Literæ ann. 1351. apud D. Secousse tom. 4. Ordin. Reg. pag. 106. *Quod Bajulli regii, qui pro tempore fuerint in loco predicto (Valentiæ,) & Servientes & alii Commissarii quicunque, non faciant sibi exsolvi salaria pro clamoribus, Retroclamoribus, adjornamentis aut pignorationibus seu garnissionibus, donec principali creditori fuerit de debito principali, pro quo clamor seu Retroclamor facti fuerint, plenarie satisfactum, &c.* Vide Clamor 2.

RETROCLAMUM, [Idem quod Retroclamor, nostris Reclain.] Vide in Clameum.

RETROCOLE. Notitia Ecclesiæ Tolosanæ: *Et pro hoc fevo dederunt illorum domino Prapofito 5. los acapitationis, & in uno quoque anno unum prandium optimum cum sex Militibus; & in hoc fevo dedit illis totam siglicem, & totum milium, & balagium, & decimum de sextaratis, boërium, & retrodecimum, & Retrocole, totoque solagge, & senescalciam, &c.*

RETROCOMITATUS, Anglis Rier-countie, nostris Arriereconté, Minor comitalis Confessus. Fleta lib. 2. cap. 67. num. 18. *Quia justitiarum, ad quorum officium spectat unicuique coram eis placitanti justitiam exhibere, frequentius impediuntur, quo minus officium suum debito modo exequi possunt, per hoc Vicecomites brevia originalia & judicialia non retornant: per hoc etiam quod ad brevia Regis falsas retornant responsiones, providit Rex & ordinavit, quod illi timent hujusmodi malitias Vicecomitum, liberent hujusmodi brevia sua, tam originalia, quam judicialia, in pleno Comitatu, vel saltem in crastino die post Comitatum, qui quidem dies dicitur Retrocomitatus, in quo fit collectio denariorum Regis, &c.*

RETROCURTIS, Area postica, nostris Arrierecour. Divisio terræ vicecomitalis Massil. inter DD. Roncelinum, Ugonem de Baucio & Giraudum Ademari an. 1212. ex Schedis D. le Fournier: *Covina stans ejusdem castri, qua erat Vicecomitum*

Massilia, & Retrocurtis & medietas turris ejusdem staris, &c.

RETROCUSTODIA, [Idem quod mox *Retrogarda*.] Vide *Antegarda*.

¶ **RETRODECIMA**, Idem quod mox *Retrodecimum*. Concilium Terraconense an. circiter 1330. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 317. Nonnulli etiam eorumdem (dominorum temporalium) *Retrodecimam* seu aliam certam partem de fructibus, quos homines ecclesiarum & locorum ecclesiasticorum colligunt cum maximis laboribus & expensis, ab ipsis hominibus invitatis indebite exigunt & extorquent, in suarum periculum animarum. Statuta Synodalia Ecclesiae Biterr. an. 1375. ibidem col. 663. *Item fuit prohibitum clericis & maxime in sacris ordinibus constitutis, quod non emant undenos, Retrodecimas, nec possessiones laicas, cum talia sint in jure prohibita, & ex eis inter laicos scandalum oriatur.* Vide *Cario, Decima decima, & Redecima*.

RETRODECIMUM, quasi *Arriredisme*, forte idem quod *Redecima*, seu *Decima decimæ*. Prima Curia Generalis Cataloniae Jacobi Regis Aragon. ann. 1291. *Nec solvere teneantur tertium, vel aliquam quantitatem, vel partem loco tertii, vel Retrodecimi.* Vide in *Retrocole*.

¶ *Retrodecimum* idem esse quod *Redecima* seu *Decima decimæ* confirmari potest ex veteri Charta Bernerii cujusdam laici, quam exscripsit Stephanotius tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 555. *Dimitto etiam hoc quod in terra de Jusgul habebam, id est, accipiebam decimam & retinebam meum Retrodecimum, dimitto ministerium hujus decimæ & dimitto Retrodecimum: omnia hac dimitto cum sex sextariis annonæ, quos accipiebam in area. Retinebam minutas annonas, milium, viciam & garropam, & de decima vini Retrodecimum.* Vide *Retrodecima*.

¶ **RETRODOMINUS**, Dominus superior, qui non est proximus, ut in feudis dominus feudalus, à quo pendet feudum, non feudatarius qui illud tenet. Inquesta an. 1440. ex Schedis D. Aubret: *Id vidit observari inter Retrodominos Abbates Cassania.* Vide *Dominus 6*.

¶ **RETRODORSALE**, Aulæum retro seu pone dorsum sedentis appensum. Leges Palatinae Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. LVII. *Jubemus etiam quod fiant duo Retrodorsalia & banchalia & cussini longi & quadrati, qui omnes sint de panno aureo.* Vide *Dorsale & Bancale* in *Bancus*.

RETROEXCUBIÆ, Posteriores excubiæ. Litteræ patentes Amedæi Ducis Sabaudia pro villa Burgo ann. 1471. apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressia pag. 32. *Teneanturque & debeant in omnibus & singulis fortificationibus, reparationibus, custodiis, portarum excubiis, Retroexcubiis, munitionibus contribuere.*

¶ **RETROFEODATUS**, Qui possidet *retrofeodum*. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1355. apud D. Secousse tom. 4. Ordin. Reg. pag. 721. *Nitendo se eximere à servitute, qua sunt ipsi consanguineo nostro & suis feodatis, Retrofeodatis & gardiis, ut dicunt, astricti.* Rursum occurrit ibidem pag. 722.

¶ **RETROFEODUM**, Idem quod mox *Retrofeudum*, in Charta an. 1317. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 472. in alia an. 1323. apud eundem Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 331. col. 2. & alibi sæpe.

¶ **RETROFEVALE**, Eadem significatione qua *Retrofeudum*. Charta an. 1147. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 518. *Ego domina Cecilia Vicecomitissa, qua fui uxor domini Bernardi-Atonis Vi-*

cecomitis Biterris, & nos filii eorum . . . damus, laudamus, concedimus & confirmamus Deo & Ecclesiae S. Mariae de Belmont in perpetuum, cum fevalibus & Retrofevalibus, & vicariis & retrovicariis, & decimariis & sirventagiis, cum hominibus & fæminabus exinde naturalibus, cum bonis cultis & incultis, &c. Forte legi posset *Retrofevalis* & intelligi *Feudarius*, qui tenet *Retrofeudum*.

RETROFEUDUM, Gallis *Arrierefief*, Feudum, quod per medium tenetur à superiori domino, ut est in Consuetudine Cenoman. artic. 9. & aliis: [*Rierefief*, in Charta an. 1283. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 430.] *Rerefief*, in Consuetud. Aurelian. cap. 1. art. 67. Dunensi art. 15. 21. Solensi tit. 18. art. 1. Montargensi cap. 1. art. 44. 67. Passim occurrit.

RETROFOCILIUM, **REPOFOCILIUM**, vel *Retropostficium*, vel *Reposocinium*, illud quod tegit ignem in nocte, vel quod retro ponitur: quasi *cilium foci*, super quod à posteriori parte foci ligna ponuntur, quod vulgo *Lander* dicitur, & dicitur à *repono*, & *focus*, & *cilium*: Ugutio & Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gall. *Reposocilium*, *ce qui couvre le feu de nuit, ou ce qui est mis derriere.* Idem videtur quod

RETROPOFOCINIUM, in Tabulario Fiscanensi fol. 88. & 89. *Unam quadrigatam nemoris ad Natale pro Retropofocinio.*

REFRONTALE, [Apparatus seu ornamentum altaris.] Vide *Frontale*.

1. **RETROGARDA**, Extrema acies, Gallis *Arrieregarde*. Gesta Ludovici VII. Regis Franc. cap. 20. *Retrogardam fecit Imperator cum suis Theutonicis.* Utitur etiam Nangius in Chron. an. 1214. Vide *Antegarda, Protutela* [& *Retroguardia*.]

2. **RETROGARDA**, Nomen dignitatis vel officii. Tabularium Gratianopolitanae Ecclesiae sub Hugone Episcopo fol. 27. *Et Comes misit homines suos, scilicet Joannem de Poaio, & Benedictum Botelarium suum, & Petrum Chalnesium ministralem suum, & Bernardum Retrogardam suum de Gratianopoli, id est, Bernardum Ruserium, &c.* Occurrit rursum pag. 29.

¶ Hic *Retrogarda* hominem ligium aut vassallum significat, qui domini sui superioris nomine jus habebat tutelæ & custodiæ: quod jus eadem nomenclatura donatur in Regesto *Probus* fol. 223. ubi de Monte Bonodi: *Dicunt jurati Mallenus & Gaunterius . . . quod tenent mistrariam & Retrogardam de Comite, & debent placitum ad misericordiam.* Vide *Reregarda*.

¶ **RETROGRADARE**, *Retrogradi*. Martianus Capella lib. 8. *Eas Retrogradare facit.*

¶ **RETROGRADARI**, *Retro ire, gradi retro*, Johanni de Janua; *Reculer, aller arriere*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Epistola Gunzonis ad Augienses an. 969. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 309. *Hæc (Astrea) quanto elatior terris est, tanto mortalibus minus cognita, qua in solo (f. cælo) domicilium possidens, quasdam planetarum miro coactu impellit, nunc eas præ se agens, modo Retrogradari compellens, modo stationi connectens, &c.* Vita S. Raynerii Pisani tom. 3. Junii pag. 445. col. 2. *Tibi videtur, quod verba mea avide amplectatur, & pro posse imitetur; sed mens ejus cito Retrogradabitur, & blasphemus in me efficietur.*

¶ **RETROGRADATIO**, *Regressus, recessus*, Martiano Capellæ lib. 8.

¶ **RETROGRADE**, A tergo, pone. Gaspar Barthius in Glossario apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 68. ex Gunterio Cancellario: *Rex inae mane profectus, seipsum præcessurum, ut primum hostes inveniat,*

niat, disponens curavit; Comitemque tam provincialibus Retrograde custoditurum, subsequi imperavit. Id est, partes postremas.

¶ **RETROGRADUS**, Qui graditur post, eidem Barthio ibidem, ex Guiberto Abbate lib. 4. cap. 4. *Dispertuntur itaque se per duarum acierum turmas, alteram à nostrorum frontibus pramittentes, altera Retrograda, omnem eorum exercitum ambire molientes. Eisdem Retrogradi sunt qui ab exercitu desciverant & fugerant lib. 7. cap. 42. Retrogradis, inquit, nolite credere, qui nos inedia fatiscere celebrant, scriptis meis potius credite. Mercurius Retrogradus, hoc est, Retroiens, retrogradiens, apud Plinium lib. 2. cap. 17. Saturnus Retrogradus, Sidonio lib. 8. Epist. 11. Idem Plinius lib. 2. cap. 15. de Planetis: Retrogradiuntur ad solem. Hinc Johannes de Janua: Planeta est quandoque Retrogradus, quandoque processivus, quandoque stationarius; & mulus viciosus similiter est quandoque Retrogradus, quandoque processivus, quandoque stationarius. Hinc, ni fallor, emendandus Rolandinus Patavinus de factis in Marchia Tarvisina lib. 12. cap. 2. apud Murator. tom. 8. col. 344. *Eratque Retroguardus Jupiter in libra directus. Legendum enim videtur Retrogradus.**

¶ **RETROGRADUS**, Qui resilit, resistit & obedire detrectat. Radulphus Ardentius Homil. 109. in Evang. *Multi sunt hodie, qui ad finem (fidem) vocati sunt, nec per eam digne ambulant, dum bene operando non proficiunt, sed magis Retrogradi sunt, & cum Deum ore confiteantur, factis negant.* Continuatio Chronici Andreae Danduli apud Muratorium tom. 12. col. 437. *Exercitus generalis, qui erat apud Tarvisium in copioso numero & potenti manu, magna contra hostes, si obediens fuisset, facere potuisset; sed major pars Retrograda & indisciplinabilis fuit, nolens equitare, &c. Retrograda animi inopia, Ignavia terga periculis vertens, Barthio ex Roberti Monachi Historia Palæst. loco laudato: In omnibus venturis temporibus debet adscribi, tam nobis quam liberis nostris, Retrograda animi inopia, si nobis absentibus agitur hac divina militia. Laurentius in Amalthea: Retrograda mentes, contumaces.*

¶ **RETROGUARDIA**, Extrema acies, apud Italos, nostris *Arrieregarde*. Sicardi Cremon. Episc. Chronicon apud Muratorium tom. 7. col. 614. *Hanc (navem) igitur cum viginti quatuor galeis, cum quibus in Retroguardia suarum navium accedebat, impugnavit. Historia Cortusiorum lib. 2. apud eundem Murator. tom. 12. col. 812. Jussit autem alias gentes pede & equo retro remansuros pro Retroguardia. Occurrit alibi non semel apud eosdem Scriptores Italicos. Vide Retrogarda.*

¶ **RETROGUARDUS**. Vide *Retrogradus*.

¶ **RETROIVUM**, Regressus, recessus, iterata discessio. Epistola Cardinalium Regi Franciæ de reconciliatione Græcorum in Concilio Lugdun. an. 1274. apud Marten. tom. 7. Collect. Ampl. col. 217. *Eandem Ecclesiam suis reintegratam partibus, & solida membrorum restitutione firmatam, in his verisimiliter timere non oporteat ulterius Retroivum.*

¶ **RETRONEUS**, Qui retro est. Radulfus Cadom. in Gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 152. *Si remoto indice ad equum pinguem sive mulum licebat accedere, per Retroneum seu purgatorium foramen in viscera vulnera demittebant, moriebaturque jumentum.*

¶ **RETRONUBERE**, Aversa venere coire. Ovidius: *Parva vehatur equo.*

Liber Pœnitentialis Gregorii II. PP. *Si quis vir cum uxore sua Retronupserit, corripiendus est, ne faciat, Tom. V.*

& in semetipso pœniteat. Vide supra *Nubere*.

¶ **RETROPLEGIA**. Vide supra in *Plegius*.

¶ **RETROPOFOCINIUM**, &c. Vide *Retrofocilium*.

¶ **RETROQUINTUM**, Quinta pars quintæ partis pretii rei venditæ domino solvenda, Gallice *Requint*. Vide locum in *Quintum*.

¶ **RETROSIOR**, Contumacior, à *Retrosius*, Retro conversus, refractarius: quo positivo usi sunt Plinius lib. 26. cap. 9. & Apuleius lib. 2. *Metamorph. Tertullianus Apolog. cap. 19. Retrosiores primoribus vestris sapien. ib. s.*

¶ **RETROSCIARE**, Retrogradi, retroire, regredi. Obertus Cancellarius lib. 2. *Annal. Genuens.* apud Murator. tom. 6. col. 304. *Consul noster Octobonus cum Bucio stetit inter utraque (galeas) & jussit ut galea nostra, ut vulgo dicitur, Retrosciaret; quod factum fuit. Quam Elemannus Pisanas vidit nostram retroire, clamavit voce Pisana, &c.*

¶ **RETROSUADUS**. Radulfus Cadom. de Gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 131.

*Ac Turci nec nulla quidem, nec multa rependunt
Vulnera, spes quoniam ferrata nescia calcis,
Tota Retrosuada de verbera pendet habena.*

Ibidem col. 169.

Calcibus urget equos, Retrosuadis urget habenis;

Horrificis urget clamoribus, & stimulandi

Qualibet arte: fugax acies incumbit in armos.

Retrosuadas, ut puto, vocat habenas, quod iis veluti suadetur seu regitur equus, & urgetur, sive ut accedat, sive ut retrogradiatur.

¶ **RETROTABULARIUM**, Ornamentum altaris post tabulam. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LXXII. col. 1. *Præcipientes ergo, quod sint primo unum pulcrum Retrotabularium argenteum cum imaginibus, quod solennitates, quæ non immerito in diebus altissima Majestati dedicatis & ad sui Matris & Filii honorem ordinatis celebrantur, intuentibus ignorare non permittat.* Alter locus exstat in *Retroaltare*. Vide notam b clarissimi Editoris ibid. pag. LXXIII. col. 1. & iconem Sanctuarii S. Augustino Anglorum Apostolo dicati ibidem repræsentatam. Vide *Postabula*.

¶ **RETROVASSALLUS**, Nostris *Arrierevassal*, Vassallus vassalli seu translatus cliens, qui tenet *retrofeudum*. Literæ Johannis Franc. Regis an. 1356. apud D. Secousse tom. 4. *Ordinat. Reg. p. 352. Necnon primum ressortum omnium & singulorum locorum, terrarum, villarum & castrorum predictorum superius nominatorum; omniumque vassallorum atque Retrovassallorum, & eorum prenominatorum cognitionem scilicet & examen, &c.*

¶ **RETROVENTA**, Jus quod sibi competere asserbat major seu villicus, in *ventis* seu præstationibus domino debitis à vassallo vel subdito pro facultate prædii vendendi seu distrahendi, quod *ventas* ipse reciperet pro domino; quemadmodum *retrodecimam* seu *decimam decima* non raro percipiebat, quod colligeret decimam domini. Vide *Cario*. Charta Officialis Aurelian. ann. 1246. *Simon ex officio majorie sue ventas cum reciperet... quas ventas Abbati (Floriacensi) reddere tenebatur, & in dictis ventis se habere debere dicebat Retroventas. Vide Venda & Supervenda.*

¶ **RETROVERSUM**, Retrorsum, nostris à *reculons*, à *rebours*. *Equitare asinum vel bovem Retroversum cum cauda in manibus*, in Correctionibus Statutorum Cadubrii cap. 85. de Lenonibus & eorum pœna.

¶ **RETROVICARIA**, Districtus *Retrovicarii* seu *Subvicarii*, illius scilicet, qui *Vicarii* absentis in ali-

quo territorio sibi præfinito vices agit. Charta Cæcilie Vicecomitissæ Biterr. an. 1147. in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 518. *Hæc omnia, sicut sunt superscripta, nos damus, laudamus, concedimus & confirmamus Deo & Ecclesie S. Mariae de Belmont in perpetuum, cum fevalibus & retrofevalibus, cum Vicariis & Retrovicariis, & decimariis, & sirventagiis, cum hominibus & fæminabus exinde naturalibus, cum bonis cultis & incultis, &c.*

¶ RETRURSUS, Plinio *Retrorsus*, Retro conversus. Vita MS. S. Winwaloei è Bibl. Landevenecensi: *Aquis à superiori fluvii parte pendulis, ab inferiori autem in modum fugientis timidi Retrursis.*

¶ RETRUSIO, Inclusio. Concilium Tolet. XI. inter Hispanica tom. 2. pag. 665. *Et modus pœnitentiæ irrogetur; ita tamen ut, si exsilio vel Retrusione dignum eum esse, qui deliquit, iudicium peculiare decreverit, modus pœnitentiæ debeat ejus, qui sententiam protulit, manus propria subscriptione notari.* Vide *Retrursi* supra in voce *Inclusi*.

RETRUSUS, [Homo solitarius, monachus reclusus, nostris *Reclus*.] Vide *Inclusi*.

RETTARE, RETTATUS. Vide in *Rectum* 1.

¶ RETULLERE, RETULTUS. Vide *Retollere*.

RETUMBA. Consuetudines Monasterii de Regula, seu de la Reole, apud Labbeum: *De Retumbis & cyfis vitreis, de capis, & aliis, &c.*

¶ RETUNDUS, f. pro *Rotundus*. Spicilegium MS. Fontanell. pag. 202. *Psalmodyam non multum protrahamus, sed Retunda & viva voce cantemus.* Nostris *Chanter rondement*, est simpliciter canere, non nimium protrahendo.

¶ RETURNUM, Missa solemnis pro defuncto prioribus post obitum diebus decantata. Testamentum Armandi Rorgue Canonici Aniciensis ann. 1348. *Item volo quod tertia die post obitum meum fiat unum Returnum in Ecclesia.* Vide alio significatu in *Returnare* 4.

RETUTELA, [Ducatus extremæ aciei. Locos] vide in *Protutela*.

¶ REU, *Radix*, Johanni de Janua; unde inquit, *Reubarbarum*. Vide in hac voce.

1. REVA, Vectigal, quod pro mercibus ex regionibus exteris allatis penditur: vulgo, *Droit de Réve & de haut passage*. Statuta MSS. Montispessulani art. 117. *Nemo pro re propria exigat, vel accipiat, vel ab uxore seu familia sua exigatur, vel accipietur nomine Revæ, aut Reviam aliquo modo teneantur dare habitatores Montispessulani.* [Statutum Johannis Franc. Regis an. 1360. de stipendiis Parlamenti Paris. apud D. Secousse to. 3. Ordinat. Reg. p. 482. *Super receptam Tholosa mille libras Parienses; super Revam & receptam Matisconensem, mille quingentas libras Parisienses.* Literæ patentes Renati Regis Provinciæ pro Piscatoribus Massil. an. 1460. *Item eidem Majestati exponitur, quod post indictionem dictæ Revæ aliqui piscatores civitatis Massilia, euntes piscatum in maribus arearum Toloni & alibi, & pisces vendebant extra civitatem Massil. & de illis credebant non debere nec deberi solvere Revam indictam, de qua supra, Rex ordinat levari pataros duos pro quolibet floreno super extraneos vendentes pisces Massilia.* Statuta Civitatis Astæ fol. 107. verso: *Item quod omnes forenses & cives temporibus dictarum nundinarum vendentes carnes & vinum ad minutum in dicta civitate seu ejus burgis, teneantur & debeant solvere dactum, Revam seu bullam prout & quemadmodum consuetum est.* Charta an. 1390. ex Schedis D. le Fournier: *Quod fiat Revæ vini ad parvam mensuram consuetam.* Charta Eccl. Brivat. an. 1365. *Impositio sive Revæ imposi-*

ta ad levandum in villa Brivate. Edictum Johannis Franc. Regis Londini datum 16. Septembris ann. 1358. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 254. *Item, que nulles toilles, peaux lanues, moutons, brebis ne soient traites ou menées hors dudit royaume, sinon par certains ports & passages... auxquels ports & passages se doit payer... sept deniers pour livre par dessus les quatre deniers pour la Reve.*] Matth. Villaneus lib. 6. Hist. cap. 18. *Oltre alle gravezze delle usate Reve.*

De vocabuli etymo & significatione sic censeo; idem valere, quod *Roga*, *questus*, *demanda*, & similia, quæ passim in hoc Glossario occurrunt, hoc est vectigal, quod principi, precario, ut ita dicam, pensitabatur. Nostris enim *Rogare*, olim *Ruever* & *Reuver* dicebant. *Le Miroir*, liber MS. sic inscriptus: *Qui quert, il trueve, qui Rueve, on li donne, ki hurte, on li ouvre.* *Le Reclus de Moliens* in suo *Miserere*:

*Chil qui Ruevent les deduis faire,
Sunt chil, qui quereut les deduis.*

Willelmus Guiart sub anno 1304.

*Fils de Bourjois les bours guerpissent,
Qui riens fors estoier ne Reuvent,
O les Gentilshommes s'esneuvent.*

[Le Roman de Vacce MS.

*Quant li Roiz out la dame qui li estoit Reuvéé
O la terre Bernart, as Franchoiz graantée.]*

Aliud porro *Reeve* significat apud Littletonem sect. 79. Præpositum nempe seu Baillivum ex Saxonico *ῥεπαφα*, quod idem sonat.

¶ 2. REVA, f. Ripa, Ital. *Riva*, nostris *Rive*. Reparationes factæ in Senescallia Carcassonæ ann. 1435. è MS. D. Lancelot: *Pro duabus viguis Reve Narbonne, qualibet longitudine sex cannarum cum dimidia... vi. l. ii. f. iii. d. Pro duabus viguis Reve de Narbonna, continente qualibet septem cannas ex longitudine pro faciendo ab ipsis postes Carcassona... vii. lib. 15. fol.*

¶ REVACATIO. Bulla Pii IV. PP. in Privilegiis Equitum S. Johannis Jerosol. pag. 172. *Et quod in illorum Revacationibus, modificationibus, suspensionibus, restitutionibus, & ad jus commune reductionibus per Leonem prædecessorem, &c.* Sed puto legendum esse *Revocationibus*.

¶ REVADERE, pro simplici Vadere. Lex Alamann. tit. 84. *Si qua contentio orta fuerit inter duas genealogias de termino terræ eorum, & unus dicit, Hic est noster terminus; alius Revadit in alium locum, & dicit, Hic est noster terminus, ibi præsens sit Comes de plebe illa, &c.*

¶ REVADIARE, *Vadium* seu vadimonium, vel pignus dare, vadis instar debitorem se agnoscere. Flodoardus in Præceptione Caroli Regis lib. 3. cap. 4. *Jubemus, ut quisquis aliquid tenore aliquo ex prædictis rebus tenere vel possidere cernitur, nonam & decimam, in Missorum nostrorum præsentia, Misso Ecclesie S. Mariae, vel S. Remigii, Revadiet, & annis singulis ad eandem præfatam & memoratam Ecclesiam persolvere, absque ullius contradictione, cum omni vigilantia studeat.* Plura vide in *Vadium*.

¶ REVALIDATIO, Confirmatio, iterata declaratio rem aliquam esse validam. *Gratiæ expectativa earumque Revalidationes, extensiones*, in Bulla Leonis X. PP. ann. 1518. apud D. Calmet. in Probat. Hist. Lothar. tom. 3. col. CCCLXX.

¶ REVANIA, REVANNA, f. Purgamenta frumenti ventilabro discreta, quæ projici solent volatilibus comedenda. Chartularium V. S. Vedasti Atrebat. p. 265. *Debemus eis singulis ebdomadis unum mēcoludum de Revaniis cocta nostra, scilicet singulis molendi-*

nis unum boistellum. Literæ Officialis Paris. ann. 1251. è Tabulario nostro Sangermanensi: *Reclamabant super molendino S. Germani plenam minam bladi tale quale molendinum ipsum lucrabatur qualibet septimana, immo & Revannas & perrosum moltura molendini prædicti, ut dicebant, quia minam bladi, Revannas & perrosum dictus defunctus percipiebat.* Voces fictæ à Gallico *Van*, Ventilabrum.

¶ REWARDUM FORESTÆ. Vide *Regardum* 2.

¶ REUBARBARUM, pro *Rhabarbarum*, Plantæ genus, Gallice *Rhubarbe*, Ital. *Reubarbaro*. Statuta Civitatis Astæ de intratis portarum: *Reubarbarum solvat pro qualibet libra ponderis libras 2.* Johannes de Janua *Reubarbarum* dici ait *quasi radix barbara à Reu, Radix, & barbarum*; sed alii *Rhabarbarum* appellant à fluvio Moscoviæ *Rha* olim dicto, nunc *Volga*, juxta quem crescit hæc planta.

¶ REVECTIO; Reductio. *Devectio & Revectio fragmenti in molendinis*, in Charta Adelberti Archiep. Mogunt. ann. 1135. tom. 2. *Rerum Moguntin. pag. 583.*

¶ REVELAMEN, Idem quod *Revelatio* 1. *Sine Revelamine*, apud Zenonem Veronensem.

¶ REVELANCIA, *εὐλαβία*, in Glossis Lat. Græc. Melius in Græco-Latinis: *εὐλαβία*, *Reverencia*, *verecundia*, *religio*, *metus*.

¶ REVELARE, Gall. *Revelei*, *Retegère*, patefacere, in sacris Scripturis passim. Tertullianus *Apollog. c. 7. Tempus omnia Revelat.* Occurrit lib. 10: *Cod. tit. 13: Revelare frontem*, Cæsariem ponere, Tacito *German. 31: 2. Ovidius lib. 6: Factorum: Ore Revelato cum primum luce patebit.*

¶ 1. REVELATIO, Gall. *Revelation*, Arcani patefactio, indicium, in Bibliis sacris passim. Glossæ Lat. Græc. *Revelatio*, *ἐπιφάνεια*, *τὸ φαινόμενον*, *ἀποκάλυψις*. Adde Græco-Latinas. Utuntur non semel Scriptores Ecclesiastici, Tertullianus lib. 5. *adv. Marcion. c. 4. S. Hieronymus Epist. 25. ad Paulam de obitu Blæfillæ cap. 2. S. Augustinus lib. 9. Confess. cap. 10. & alii.*

¶ 2. REVELATIO, Meditatio, attentio, confidentia, circumspectio. Literæ Johannis Franc. Regis ann. 1354. apud D. *Secousse* tom. 4. *Ordinat. Reg. pag. 314: Curis sollicitamur assiduis & continua meditatione urgemur, ut condicionibus personarum, locorum & temporum, circumspecta Revelatione, pensatis, res nostro regimini subjacentes... sub tranquillitatis pulcritudine preservemus.*

¶ 3. REVELATIO, non semel perperam pro *Relevatio*, Nostris *Relief*. Vide supra *Relevium* in *Relevare feudum*.

¶ 4. REVELATIO, Exemptio sacri corporis è tumulo & ejusdem elatio. Translatio corporis S. Geminiani Mutinensium Episcopi an. 1106. apud Murator. tom. 6. col. 90. *Adest etiam ad hoc spectaculum Princeps Mathildis cum suo exercitu, omnes unanimiter præstolantes tanti Patris translationem & Revelationem cum gaudio.* Mallem legere *Relevationem*, si vox illa *Revelatio* simili notione non legeretur in Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1171. inter Instrum. novæ Gall. *Christ. tom. 4: col. 91. Verum remedio anima mea & antecessorum meorum tres dies in Revelatione B. Lazari, videlicet vigiliam festi & diem festi & crastinum, liberos & absolutos ab omni justitia mea, eo modo quo habent tres dies Canonici, in festo prædicti Martyris, & duos in octava in mense Septembri... dono in perpetuum & concedo eidem Ecclesie S. Nazarii & Canonicis ibidem Deo servientibus.* Hic *Revelatio*, aut, si mavis, *Relevatio*, Translatio est corporis B. Lazari, quam Kalendis Septembris so-

lemni ritu celebrant S. Nazarii Eduensis Canonici. Si retinendum est *Revelatio*, vox illa reddi posset *Inventio*: quod hic fere eodem redit.

¶ REVELATOR, Qui *revelat*, *retegit*. Tertullianus lib. 4. *adv. Marcion. cap. 25. Nec Revelator ipse erit, qui absconditor non fuit.*

¶ REVELATORIUS, Spectans *revelationem* seu patefactionem. Tertullianus de *Anima* cap. 47. *Prophetica, Revelatoria, edificatoria.*

¶ REVELHARE; E somno excitare, Gall. *Reveiller*. *Regestum Belloquadra & Nemausi an. 1317. è Camera Computorum: Item, quod homines debent gachare dictam villam & dominus Rex turrin suam, quam habet ibi, & gacha illius turris debet exitare & Revelhare gachas dicta villa.*

¶ REVELI, Ludi nocturni. Vide *Revelles*.

¶ REUELLA, Gall. *Ruelle*. Vide *Ruella*.

REVELLARE, pro *Rebellare*, Deficere, in [Commemoratorio ann. circiter 780. apud Martenium tom. 1. *Ampliff. Collect. col. 41. in Formulis Marculfi lib. 2. form. 41. in] Histor. Cortusior. lib. 3: cap. 6: 10. & alibi passim. [Sic etiam Reveler pro Rebeller, seu, ut modo loquimur, Revolter, in Historia Guillelmi Tyrii continuata apud eundem Marten. tom. 5. ejusdem Ampliff. Collect. col. 669. La pristrent conscil & s'accorderent d'aller d'Andrinople asseoir, & tot metre à l'espée, que par d'Andrinople estoit tote la terre Revelée. Vide infra Revello.]*

¶ REVELLATIO, Rebellio. Charta Theodoricæ II. Franc. Regis an. 678. apud Felibianum *Hist. Sandionys. pag. ix. Inventum quod sua presumptione, vel per falsa carta, seu per Revellationis audacia, sed non per nostra ordinacione, ipsam episcopatum reciperat.*

¶ REVELLIUM, Eadem significatione. *Ipse in ipso Revellio vixit*, in laudato mox Commemoratorio an. circiter 780. col. 41.

REVELLO; pro *Rebellio*, seu *Rebellis*. Marculfus lib. 1. form. 32: *Igitur cum & ille cum reliquis paribus suis, qui eum secuti fuerant, facientem Revello illum interfecit.* *Infra: Non solum res perdere, sed pro tali Revello in vita ordinaveramus insequi.*

¶ REVELLES; REVELLI, REVELI, ab Anglico *Revels*, Ludi nocturni, quales vulgo sunt choreæ, catervæ personatæ, &c. Literæ Henrici VIII. Regis Angl. an. 1545. apud Rymner. tom. 15. pag. 62. *Dedimus... eidem Thoma officium magistri jocosorum, Revelorum & maseorum omnium & singulorum nostrorum, vulgariter nuncupatorum Revelles & Masks, ipsumque Thomam Cawerden magistrum jocosorum, Revelorum & maseorum nostrorum facimus.* Aliq. an. 1560. *De officio magistri jocosorum, Revellium & maseorum, ibidem pag. 565. Dedimus... officium magistri jocosorum, Revellorum & maseorum, communiter vocatorum Revelles & Masques, ipsumque Thomam magistrum jocosorum, Revelorum & maseorum prædictorum facimus.* Vide *Revellus* alia notione.

¶ REVELLIUM, REVELLO: Vide *Revellare*.

¶ REVELLUS, Occulti criminis denuntiatio; declaratio; *revelatio*, nostris etiam *Revelation*. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 11. *Teneatur & debeat quilibet Officialis habere unum quaternum, in quo scribat & scribere teneatur accusas, inquisitiones & denunciations sibi datas & denunciatas, & Revellos, & interdicta, & dicta testium, & omnes processus factos spectantes ad causas, accusas, inquisitiones & denunciations.* Eadem fere leguntur in *Correctionibus* cap. 4: *Et lib. 1. cap. 19. Credatur & credi debeat cuilibet Jurato soli sine alia probatione, & commissionibus sibi factis de citationibus, varrentationibus de præceptis per eos*

factis, de Revellis sibi factis, &c. Correctiones eorumdem Statutorum cap. 89. Et si aliquis eis pignus Revellaverit, non possit nec debeat pro ipso Revello condemnari. Vide Revelles.

¶ REVENCIO, Redditus, Revenu. Vide Reventio.

¶ REVENDAROLIUS, REVENDAROLIA, Propola, qui vel quæ revendit. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 76. recto: *Item, quod Revendarolii vel Revendarolie non emant fructus, volatilia vel aliqua venalia comedenda usque ad sonum Vesperarum, & quod nullus deferat sub mantello vel sacco aves venales vel pisces venales, sed publice omnes vel partem.*

¶ REVENDERE, Emptum vendere, Gall. Revendre. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. Revendo, μεταπωλῶ. Charta Philippi Franc. Regis ann. 1218. pro Monachis de Valle B. Mariæ, tom. 4. Histor. Harcur. pag. 2174. *Ita quod de supradictis mercandisiam non faciant, scilicet quod nihil emerint ad Revendendum.* Rursum occurrit in Correctionibus Statutorum Cadubrii cap. 54. & etiam apud Ulpianum lib. 28. Dig. tit. 37.

¶ REVENDITIO, Venditio rei emptæ, ei, qui primum vendiderat. Statuta Massil. lib. 2. cap. 1. §. 44. *Tunc autem cum contigerit rem, quæ in predictum modum transferat à debitore ad creditorem, reverti ad debitorem, de cujus bonis exierat, volumus ut ille creditor faciat inde instrumentum restitutionis & Revenditionis per manum publici Notarii Massilia, ac jura sua, quæ in illa re acquisierat, retrocedat, &c.* Statuta Scabinorum Maceriarum ad Mosam è Bibl. D. de Cange: *Et supposez ores que en une seule lettres sous un seul scel soient contenus un vendage, la reprise defsus & le Revendage, neantmoins si vault ladite lettre, & est de tauxe de trois seaulx & de trois lettres ensemble, qui valent XII. s. par. Fermier du Revendage, in Consuetudine Durdani art. 146. ille dicitur, ut est in Glossario Juris Gallici, in cujus manibus debitor bona mobilia vendibilia deponit pro summa debita, ut ab apparitore sublata sibi bona recuperare valeat, interim prorogato ad tres hebdomadas tempore solutionis per ipsum firmarium creditori faciendæ.*

¶ REVENDITOR, Propola, Gall. Revendeur. Statuta Arelat. MSS. art. 42. *Ne quis piscator vel Revenditor audeat salare pisces.* Revenditor piscium, ibidem art. 174. Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiod. an. circiter 1290. *Revenditores de hac villa nihil debent, exceptis sex diebus Sabbatis, in quibus debent denariatam; & Revenditores de extra, qui afferunt ad collum vel ad bestiam, debent obolum de orto! agio suo in quolibet die Sabbati.* Revenditor panis, ibidem infra. Occurrit in Charta an. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 92. col. 2. in Statutis Massil. lib. 1. c. 50. in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 76. vº. in Statutis Astens. collat. 3. cap. 47. fol. 15. & alibi.

¶ REVENDITORIA, Ipsa ars revendendi, vel mulier quæ revendit seu res minoris momenti distrahit, Gall. Revendeuse. Codex reddituum Episcopatus Autissiod. mox laudatus art. de Revenditoribus: *In quocumque burgo vendatur panis ad fenestram aut aliquid aliud, Comes habet suos redditus, scilicet de Revenditoria panis VI. denarios.*

¶ REVENDITRIX, Gall. Revendeuse, Quæ res minoris pretii dividit, in Statutis Massil.

¶ REVENDITURA, Eadem notione, in Charta an. 1486. ex Schedis D. le Fourmier.

¶ REVENIENTIA, Redditus, ut Ciceroni Revenire, Redire. Charta ann. 1149. in Probat. novæ Histor. Occitan. tom. 2. col. 525. *Relinquo etiam*

insulam, quæ est trans flumen Aregia, & discursum aquarum ipsius Aregia, & molendinum, & omnem abbatiam S. Antonini, sine ulla retinentia, sine ulla Revenientia ad me. Hoc est, ita ut nihil emolumenti ex his rebus ad me reveniat aut revertatur.

¶ REVENNEA, Redditus, proventus, à Gallico Revenu, ut videtur. Charta an. 1281. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 731. *Quadragesima sex librarum Turonensium, quas nobis debebat ratione venditionis sibi facte à nobis de parte nostra in Revenneis nemorum de Folli, quas scilicet Revenneas, videlicet partem contingentem nos in eisdem, confitemur nos vendisse.* Vide infra Revenna & Revenuta.

¶ REVENTARE, Regyrare. Anonymus Salernitanus parte 4. *Guido ille Marchio incredibilem causam peregit: nam sellam, super quam equitabat, staffamque solitam ponebat, (i. deponebat) pedemque super solitum (solum forte, aut solidum) firmabat, & huc atque illuc discurrebat, equumque valide Reventabat, & de suo pede minime diffidebat.*

¶ REVENTIO, Reditus, proventus, Gall. Revenu, Angl. Revenue. Mandatum ann. 1401. apud Rymer. tom. 8. pag. 228. col. 2. *Una cum proficuis, Reventionibus & emolumentis... cum pertinentiis, una cum albergatis ac omnibus aliis proficuis, emolumentis & Reventionibus ad eadem preposituram & balliagium spectantibus.* Charta Henrici VI. Angl. Regis an. 1441. apud Johan. Whethamstedium in Chronico pag. 312. *Habendum & tenendum prioratum predictum, una cum omnibus terris... oblacionibus, Revencionibus, annuitatibus, &c.* Charta ann. 37. Henrici VIII. Regis Angl. apud Thomam. Madox Formul. Anglic. pag. 344. *Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens Carta pervenerit, Nicholaus Bacon de Londonia, Armiger, Solicitator Curia augmentationum Revencionum Corona domini Regis, salutem in Domino sempiternam.*

¶ 1. REVENTUS, Idem quod Reventio. Chronicon Johannis Whethamstedii pag. 381. *Tenuerunt ac etiam manutenuerunt cum Reventibus & proventibus sui regni, &c.* Infra: *Ubi insuper profectus, proventus & Reventus vestra Celsitudini pertinentes, &c.*

¶ 2. REVENTUS, Reditus, regressus. Oratio Ambasiatorum Regis Castellæ ad Ludovicum Ducem Andegav. an. 1378. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 1502. *Diebus secum detinuit aliquibus, non permittens illum in Reventu se ponere non securo.* Historia foundationis Monasterii Cœlestino-rum Sueffion. apud eundem Marten. tom. 6. ejusdem Ampliff. Collect. col. 612. *Nempè Carolus iste ab hujus inveteratis regni hostibus in pralio est comprehensus & in Angliam transvectus, ibi annorum 25. detentus tempore; post cujus ad partes has Reventum, nobiscum fecit anno Domini 1442. 15. Februarii die sequentem tractatum.*

¶ REVENUA, à Gallico Revenu, Reditus, proventus. Charta Johannis Boherii an. 1389. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 405. *Cum trescentis francis auri de Revenua sive de prizâ solvendis & reddendis per dictum dominum Vicecomitem.* Vide Revennea & mox Revenuta.

¶ REVENUTA, Proventus, reditus, Gall. Revenu. Regestum Parlamenti an. 1379. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 163. *Fructus, proficua, redditus, Revenutas & emolumenta castrorum & terrarum predictarum recipi & levari & explectari fecerant.* Terra magna Revenuta & utilitatis, in alio Regesto ejusd. Parlamenti, to. 4. Hist. Harcur. p. 1128. Charta an. 1494. tom. 1. Hist. Dalphin. p. 143. *Viderunt Domini Computorum & referunt, quod secun-*

- dum antiqua computa reddita de Revenuta castellanæ Gratianopolis in condemnationibus Curie communis, D. noster Dalphinus de eisdem ab antiquo capere consuevit tertiam partem. *Vedigal sive Revenuta, Revenuta sive redditus*, in Literis ann. 1514. apud Rymer. tom. 13. pag. 460. col. 1. Occurrit alibi. Vide *Revenua, Reventio & Reveanea*.
- ¶ REVENUTUM, Idem quod *Revenuta*. Instrumentum an. 1522. apud Lobinellum to. 3. Hist. Paris. pag. 581. col. 2. *Prout antea dominus noster Rex gavisus est de Revenuto firmarum in albo mentionatarum usque ad concurrentiam summa, &c.* Statuta Collegii Cenoman. an. 1526. ibidem pag. 587. col. 1. *Item & fuit hujusmodi emolumentum sigilli & Revenutum ejusdem traditum & transportatum prefatis magistro, capellano & burfariis per dictos executores.*
- ¶ REVERBERARE ΔΙCΤΑ, Ea repellere, refutare, iis credere nolle. Guibertus Abb. lib. 5. Gestorum Dei per Francos cap. 4. *Populus autem hominis dicta Reverberans, mendacii simile quid putabant.*
- ¶ REVERENDARIA, perperam nisi me fallo, pro *Revendaria*, Taberna propolæ, à Gallico *Revendre*, Propolæ artem exercere. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. an. 1280. *Interdicimus Sacerdotibus & Clericis in sacris ordinibus constitutis, vel beneficia ecclesiastica habentibus, tabernas aut Reverendarias tenere, aut . . . negotiationes inhonestas exercere, nec passim vilius emant, vel (f. ut) carius vendant, ita quod ex hoc vel ceteri merito valeant assidui seu publici mercatores.* Vide *Revenditoria*.
- ¶ REVERENDISSIMUS, Admodum reverendus, lib. 1. Codicis Justin. tit. 55. leg. 8. & in Inscriptione Christiana apud Fabretum p. 145. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Reverendissimus, ὑλαβέστατος*. Passim utuntur recentiores, pro quo Vossius lib. 1. de Vitiis ferm. cap. 21. *mallet imprimis reverendus, si sineret consuetudo.*
- ¶ REVERENDOSUS, Reverendus, venerandus. Diploma Caroli Calvi an. 862. apud Martenium tom. 1. Ampliff. Collect. col. 166. *Quoniam Canonici ex cœnobio inclivi Confessoris Christi B. Martini, ubi ejusdem Reverendosum corpus veneranter humatum excolitur . . . nostram suppliciter adierunt sublimitatem, &c.* Rursum occurrit in alio ejusdem Caroli Præcepto an. 861. ibidem col. 164.
- REVERENTIA, Titulus honorarius apud S. Hieronymum Epist. 70. 79. 92. Joannem VIII. PP. Epist. 267. 273. 320. S. Anselmum lib. 2. Epist. 12. & alibi, hodie inter Religiosos & Monachos passim receptus.
- ¶ Hunc honoris titulum sibi ipse tribuit Carolus Calvus in Charta ann. 851. è Tabulario S. Albini Andegav. *Ut amem hac Reverentia nostra auctoritas in Christi nomine meliorem obtineat vigorem . . . de annulo nostro subter sigillare jussimus. Johanni de Say Militi, Willelmus Abbas S. Albini Lincoln. in Charta an. 1476. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 336.*
- REVERENTIÆ, Gall. *Reverences*, Salutationis impenfa officia. Odo de Diogilo lib. 3. de Profectio-
ne Ludovici VII. Regis in Orientem pag. 35. *Polychronias eorum suscipit, sed vilipendit: sic enim vocantur Reverentia, quas non solum Regibus, sed etiam quibuslibet suis majoribus exhibent, caput & corpus submissus inclinantes, vel fixis in terram genibus, vel etiam se toto corpore prosternentes.* Quo forte pacto Reverentias suas Monachi facere debent, uti docet Udalricus in Consuetud. Cluniac. lib. 2. cap. 2. *Quilibet novitius instruendus est, ut regulariter sciat caput inclinare, scilicet non dorso arcuato, ut quibusdam ne-*
- gigentibus est familiare; sed ita ut dorsum sit submissius, quam lumbi, & caput submissius quam dorsum, &c.
- Concilium Narbonense ann. 1235. cap. 29. *Si Reverentiam fecerant hereticis. Exstat in Ceremoniali Romano lib. 3. sect. 1. caput de Reverentiis, que Romano Pontifici exhibentur. Vide Venia, Metanæ.*
- ¶ REVERENTIA DIVINA, Vera religio, Christiana, Catholica. Codex Theod. lib. 16. tit. 5. leg. 56. *Sciatis cuncti, qui ad ritus suos hæresi, superstitionibus obrepserant sacrosanctæ legis inimici, lætendos se pœna & proseribitionis & sanguinis . . . ne quæ vera divinaque Reverentia contagione temeretur.*
- ¶ CULTUS DIVINÆ REVERENTIÆ, Clericatus. Codex Theod. lib. 12. tit. 1. leg. 49. ubi de Curialibus, qui ad Clericatum promoventur: *Quod si filios aut propinquos non habuerint hii, qui derelicta Curia ad cultum divinæ Reverentiæ existimaverint transfundendum, duas portiones Curia debet accipere, relicta penes eum tertiam, quem ante diximus ad Ecclesiasticorum consorti in insidiosis artibus adspirasse.*
- ¶ REVERENTISSIME DEPOPOSCERE, Summa cum reverentia postulare, lib. 6. Codicis Theodosiani tit. 4. de Prætoribus leg. 21.
- ¶ REVERENTISSIMUS, pro *Reverendissimus*. Zanellus Presbyter *Reverentissimus & prudentissimus*, apud Anonymum, tom. 3. Conc. Hispan. p. 174.
- ¶ REVERNIIIS. Exstant in Archivo S. Victoris Massil. armar. Forojul. num. 38. Literæ Mariæ Reginæ Jerusalem & Siciliæ ann. 1389. *directæ Officialibus regis necnon gabellotis, arrendatoribus & credenseriis regia gabella & domus, stagnorum, castri, arcaram, Reverniiis & tractæ ac impositionis, &c.* Ubi non video quid sit *Reverniiis*, nisi forte sit vox corrupta à *Revenuta*, aliave simili, quæ redditum significet, aut legendum sit *Revarum*. Vide *Reva* 1.
- ¶ REVERSALE, REVERSALES LITERÆ, generatim dicuntur Epistolæ quibus quis alterius literis respondet, ut videre est in *Responsali* ann. 1472. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 196. & in *Responsalibus literis* Caroli IV. Imper. ad Edwardum III. Angliæ Regem an. 1349. ibidem pag. 462. Maxime vero *Reversales* nude vel *Reversales litera* vocantur Scripta quibus ii, qui munus aliquod suscipiunt, vel in rei alicujus possessionem mittuntur, declarant se servaturos condiciones consuetas vel conventas. Literæ Johannis Episc. Argentin. an. 1585. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 5. col. 504. *Hinc est quod te (Priorem monasterii Marbacensis, qui sese male gesserat, alloquitur) per presentes hæc patentes literas ratione prestiti tui juramenti atque intuitu Reversatum (i. Reversalium,) quæ nobis ea propter dedisti, requirimus, ut primo tempore ad prædictum monasterium in Marbach redeas, administrationis tuæ rationem Conventui ibidem coram à nobis deputandis reddas, adductam (abductam) pecuniam aliasque res restituas . . . omniaque alia in pristinum statum reponas atque reducas.* Consuetudo Lotharingiæ tit. 5. art. 6. *Lesdites reprises (des fiefs) faites, sont données lettres de la part de son Altesse, temoignant le devoir des vassaux, qui reciproquement doivent donner Reversales de ce dequoy ils auront repris, & s'ils ont repris d'une ou plusieurs seigneuries distinctes & separées, doivent en faire declaration expresse.* *Reversales* in Alsatia maxime vocantur literæ Præfecti Agenoensis. Harum formulas videre potes apud Ludovicum Lagnille Hist. Alsatia part. 2. pag. 212. & inter Probationes pag. 72. 136. 137. 138. 163. & 166. Vide *Reversum*.

¶ REVERSARE, Reducere, reportare vel denuo collocare. Acta S. Martialis Episc. tom. 5. SS. Junii pag. 566. *Post dies octo iterum relatam & Reversatum est integrum corpus ejusdem Apostoli in sepulcrum pristinum.* Pro denuo versare, vel in orbem agitare lib. 3. de Imitatione Christi cap. 15. *In manu tua sum i gyra & Reversa.*

¶ REVERSARE SE, Sese convertere, Gall. *Se retourner.* Vita B. Gerardeschæ tom. 7. SS. Maii pag. 168. *Statimque ablatus est ei annulus, & Reversans se inquit, &c.*

¶ REVERSATIO ARMORUM, Insignium gentiliorum inversio, quæ fieri solebat in degradatione nobilium feloniarum damnatorum quo de more jam supra dictum est in *Arma reversata.* Instrumentum an. 1419. apud Rymer. tom. 9. pag. 743. col. 1. *Sub pœna perpetuæ reprobationis & dedecoris, ac suorum armorum Reversationis & perpetuæ infidelitatis.*

REVERSATUS, Gall. *Reversé.* Concilium Londinense anno 1342. cap. 2. de Clericis: *Militari potius quam Clericali habitu induti, superiori scilicet brevi, stricto notabiliter, cum longis manicis cubitos non tangentibus, sed pendulis, furrata, vel sendalo revolutis, & ut vulgariter dicitur Reversatis, ac capitiis cum tipettis miræ longitudinis, &c.* Vide *Arma reversata.*

¶ REVERSATUS PANIS, Subcinericius panis inter coquendum versatus, ne partim crudus remaneat, una tantum parte cocta. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 2. *Panis subcinericius, cinere coctus & Reversatus, ex hoc, ni fallor, Oseæ cap. 7. v. 8. Ephraim factus est subcinericius panis, qui non Reversatur.* Græcis *ἑνυρπιῆς, οὐ μέλας γεφόμενος.*

¶ REVERSE, Supine. Vita B. Coletæ, tom. 1. Martii pag. 588. *Infirmas illa, qua Reverse cadere consuevit, diu infestavit.*

REVERSIO TERRARUM, &c. si late sumatur, est proxima successio post obitum ejus, qui præfenter possidet: sed si proprie, significat reditio- nem, quasi, aut circumductionem ad feoffatorem, aut ejus hæredes propter delictum feoffati, aut hæredum defectum. Ita Cowellus lib. 2. tit. 7. §. 18. lib. 2. tit. 40. §. 31. Charta Joannis Abb. S. Augustini Cantuar. *Una cum omnibus & singulis maneriis, terris, tenementis, redditibus, Reversionibus, servitiis, &c.* Henricus de Knyghton an. 1335. *In eodem viagio Rex dedit domino Montagui Chrest with egle, cum uno dextrario strato cum armis de Montagui, cum Reversione manerii de Wetton, . . . quam Reversionem Dom. Joannes Montravers perquisierat de Dom. Roberto Fit-pain.* [Vide Thomam Blount in Nomolexico Angli.]

¶ REVERSUM, Responsum. Memoriale an. 1401. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1657. *Item, affectuose desiderat (Rupertus Rex Romanorum,) ut serenissimus Princeps Rex Aragonum scriptis ac aliis opportunis mediis attentet, & pro posse efficiat apud Regem Franciæ . . . ne inquietet dominum Regem Romanorum . . . & quidquid habebit pro Reverso, scribat domino Regi Romanorum Heydelbergam vel Duci Lotharingiæ.* Epistola ejusdem Ruperti ad Brabantinos an. 1407. ibidem col. 1722. *Et licet nuntii nostri ad vos & alios Brabantinos cum prædictis nostris litteris destinati nobis retulerint, se à plerisque ex vobis intellexisse, quod velletis nobis per vestros nuntios responsum, prout etiam in nostris desiderabamus litteris, destinare, tamen nullum adhuc Reversum verbis habuimus aut scripturis.* Vide *Reversale.*

¶ REVERSUS, Reductus, retortus, Gall. *Retrouffé.* Statuta Ecclesiæ Andegav. an. 1423. apud Mar-

tenium tom. 4. Anecd. col. 528. *Prohibemus quoque in & sub pœnis tam à jure quam ab homine constitutis . . . ne quis seu aliqua in vestimentis caudas & cornua, coleratas, Reversas manicas, quoquelucas, caputia, cornetas excessivas . . . habere & deferre . . . præsumat.*

¶ REVERTALIA. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 95. verso: *In primis statutum est, quod nulla persona, commune, collegium vel universitas audeat vel presumat, palam vel privatim, mittere seu portare aut portare facere aliquod donum vel aliquid loco doni ad aliquas nuptias, calalias vel Revertalias . . . & intelligatur donum prohibitum esse missum, quod mitteret per quindecim dies ante & quindecim post ipsas nuptias, calalias & Revertalias, & quilibet possit accusare, & habeat medietatem pene.*

¶ REVERTERE, pro Reverti, ut Morere pro Mori, pluries occurrit in Testamento Guillelmi V. Domini Montispeffulani an. 1121. in Probat. novæ Hist. Occitan. col. 415. & alibi.

REVESTIARIUM ECCLESIAE, in libro Feudorum Episcopatus Lingonensis sub an. 1168. fol. 45. quomodo etiam *Secretaria*, seu *Sacristias* Ecclesiarum dicimus. [Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 45. *Hebdomadarius majoris (Missæ) manus & faciem atque os abluit, & post Revestiarium petit, ac sacerdotalibus vestimentis, sola casula usque ad initium Missæ dimissa, se induit.* Chronicon S. Dionysii ad an. 1331. apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 813. *Turris ubi sunt cymbala à parte Revestiarii non erat perfecta, nec voltatus erat chorus; sed à parte S. Hippolyti totum erat perfectum, & etiam voltatum erat à parte Vestiarium.* Ubi *Revestiarium* & *Vestiarius* idem sonant. Adde Chartam an. 1450. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 1124. & Ordinem Ecclesiæ Vienn. apud Marten. tom. 1. de antiquis Ecclesiæ Ritibus pag. 109. Lobinellum in Glossario Hist. Paris. tom. 3.]

¶ Alia, ni fallor, significatione *Revestiarium* legitur in Epistola ann. circiter 1294. ad Nicolaum IV. PP. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1261. *Canonica saculares ibidem (in Ecclesia S. Aldegundis Melbodensis) præbendas obtinentes Ecclesia sua . . . licet de quibusdam proventibus præbendarum suarum, illis videlicet qui ad Revestiarium suum, ut mihi vulgo dicitur, pertinent, ac de quotidianis etiam distributionibus suis & aliis decimam solverint & solvant pacifice, &c.* Ubi per *Revestiarium* intelligo id quod Gallice *Vestiaire* dicimus, quicquid videlicet necessarium est ad vestimenta harumce Canonicarum. Vide *Vestiarius*.

¶ REVESTICORIUM, Idem quod *Revestiarium*. Instrumentum an. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 259. *Intrantes Revesticorium ipsius Ecclesiæ, & aperierunt quandam arcam.* Et pag. 260. *De dicto Revesticorio ad dictam thesaurariam deferri fecerunt.* Legendum est ut infra *Revestitorium*.

1. REVESTIMENTUM, [in Summâ rurali *Revestissement*, Donum mutuum & æquale] inter conjuges, de quo consulendæ Consuetudines Cameracensis tit. 7. art. 9. 19. tit. 9. tit. 20. art. 5. Valencenar. art. 77. 82. 102. Tornacensis art. 8. 9. 10. 11. 12. 13. &c.

¶ In Consuetudine Lotharingiæ art. 126. *Revestissement de lignes* dicitur jus, quo bona propria per successionem transeunt ad proximiores consanguineos ex ea linea, unde bona illa exierunt. Vide *Tabertum* in hunc articulum 126.

2. REVESTIMENTUM, Censuræ species. Tabularium Fostatense: *Videlicet pro quolibet modio vini*

vendito 1. denar. & pro Revestimentis, 2. solid.

REVESTIRE, Iterum vestire, in possessionem rursum mittere eum, qui ab ea exutus fuerat. [Leges Wisigoth. l. 12. tit. 1. leg. 3. Quos Celsitudo nostra una cum filiis, per hujus nostrae legis edictum, & testimonio nobilitatis pristina uti, & rebus, quas per auctoritatis pristina vigorem perceperint, decernimus Revestiri. Adde legem 27.] Edictum Chlotarii II. in Concilio Parisiensi cap. 17. Absque aliquo incommodo de rebus sibi juste debitis precipimus Revestiri. Epist. 75. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Et ordinationes dominicas inde firmatas sunt, ut de res illas, quas Leva tenebat praesentialiter, Bobila Revestita esse debeat. Canones Concilii Liptinensis cap. 2. Duodecim denarii reddantur, eo modo, ut si moriatur ille cui pecunia commodata fuit, Ecclesia cum propria pecunia Revestita sit. [Eadem habentur lib. 5. Capitul. cap. 3. & lib. 6. cap. 425. Praeceptum Caroli Magni ann. 797. pro Monasterio Prumiensi, apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 51. Nos quidem ejus considerantes sacerdotium & fidei servitio, ita per omnia verum esse credidimus, ac de ipsis rebus pleniter Revestiri jussimus. Adde Formulas Andegav. art. 59. Gesta Aldrici Cenoman. Episc. apud Baluzium tom. 3. Miscell. pag. 141. Marculfum lib. 1. form. 26. Appendicem ejusdem Marculfi form. 7. & formulam 12. inter Bignonianas.] Charta Lotharii Imp. in Chronico Farsensis Monasterii pag. 661. Idem Dominus Apostolicus non solum recognovit nullum dominium in jure ipsius Monasterii se habere, excepta consecratione; sed etiam omnes res... quas ex eodem Monasterio potestas antecessorum ejusdem Paschalis Papa injuste abstulerat, per jussionem ipsius, dante eo mappulam suam Advocato suo supradicto Sergio, Revestivit Leonem, qui de parte nostra ejusdem Monasterii Advocatus erat, &c. Idem Chronicon p. 653. Et jusserunt Revestire eundem Joannem & Advocatum ejus de ipsis piscariis, &c. Vetus Notitia apud Perardum pag. 149. Per herbam & cespitem ad partem S. Benigni reddidit Revestitum. Tabular. Vindocinense Thuanum Charta 15. De eadem quoque terra impleto pugillo Revestivit Germundum. Vide Epist. 13. inter Epistolas Desiderii Episcopi Cadurcensis, S. Anselmum l. 4. Ep. 55. Gregorium VII. lib. 6. Epist. 25. &c. [Vide Vestire.]

REVESTIRE TERRAS, Agros aliquandiu incultos iterum colere. Instrumentum incerti anni apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britann. col. 241. Igitur monachi ipsam terram multis annis excoluerunt; sed guerra illa, qua in Razezio exilium induxit, insurgente, terra illa, sicut & alia in circuitu ejus inculta remansit. Cumque post illud exilium terra in Razezio Revestirentur, &c. Vide Vestitus in Vestire.

REVESTIRI, Vestibus sacris ad officium divinum indui, Nostris *Se revestir*. Codex MS. S. Quintini de Monte saeculi XI. circiterve ad calcem Regulæ: Abbas in Matutinis & Vespertinis Pater dicat, Evangelium semper; si praesens fuerit, non Revestitus legat, praeter in festis principalibus. Instrumentum Monasterii S. Martialis Lemovic. sub Isemberto Abbate: In crastino Revestitis omnibus celebrabit dominus Abbas Missam. Adde Legem Alaman. tit. 14. Gesta Berarii Cenoman. Episc. apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 177. Testamentum Johannis de Talaru Cardin. tom. 2. Maceriarum Insulae Barbaræ pag. 163. Guakerum Hemingford. de Gestis Edwardi I. Regis Angl. pag. 226. &c.

REVESTITIO, Iterata missio in possessionem, in Traditionibus Fuldensib. lib. 2. tradit. 152. [& in Charta Paschalis PP. an. 1114. inter Instrum.

novæ Galliae Christianæ tom. 6. col. 298.]

REVESTIO, Simplex missio in possessionem. Charta foundationis Monasterii S. Mauri Fossat. an. 638. per Clodoveum Regem Franc. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 20. Quapropter per praesentem auctoritatem atque praeceptionem jubemus, ut hanc praedictam terram, quam ei tali firmitate ex jure nostra proprietatis in suum jus ad opus Dei persiciendum transponimus per nostram transignationem & Revestionem firmiter recipiat. Forte melius legeretur Revestitionem.

REVESTITORIUM ECCLESIAE, Idem quod Revestiarium. Acta S. Francisci de Paula, tom. 1. Aprilis pag. 155. Et introivit cum pluribus aliis locum Revestitorii ejusdem Ecclesiae, ut à dicto suo morbo liberaretur. Vide Revesticorium.

REVESTITURA, Idem quod Investitura, Traditio, missio in possessionem. Literæ Willelmi Gaudredi Ducis Aquitan. ann. 1077. apud Stephanotium tom. 4. Antiq. Pictav. MSS. p. 564. Similiter dono (Monasterio novo Pictav.) in territorio Xantonensi Revestituram de Boetho cum quaestis & acquirendis & vineis ejusdem villa contiguas, quas ego huc usque in dominio habueram, & quandam silvam in territorio Sanctonico ad Revestituram faciendam, &c. Alia Alyenoris Reginae Angliæ an. 1199. ibidem pag. 574. Concedimus Revestituram de Usello & Cormer & de Faya, & Revestituram de Boeto, & Revestituram de exartis, sicut determinata sunt, & medietatem pedagii de Usello. Charta ann. 1130. è Chartulario Regniac. fol. 12. Deinde ipsum lapidem ad Fontismense monasterium Adam ipse asserens obtulit super altare, dans loco illi & habitatoribus ejus praedictam decimam, & accipiens in Capitulo per Revestituram cujusdam libri societatem & participationem loci illius velut in recompensatione hujus doni. Vide Investitura & Revestire.

REVESTITUS PRESBYTERI. Charta Manassis Episc. Aurelian. an. 1179. Ecclesiam sanctorum... Gervasii & Protasii liberam, praeter refectionem qua debetur Canonicis S. Crucis, & Revestitum Presbyteri in die Dominico, & de ipso Presbytero justitiam. An census pro investitura, de quo infra dicitur in Vestitura? Me id affirmare vetant hæc verba in die Dominico. An enim verisimile est censum quotannis dumtaxat solvi solitum, quolibet die Dominico solvendum hic decerni? Quocirca fere crediderim Revestitum Presbyteri hic esse obligationem, qua Presbyter seu Curio sacris vestibus Revestitus seu indutus, singulis diebus Dominicis, officio divino seu illius parti, in Ecclesia cathedrali S. Crucis, in subjectionis signum, interesse tenebatur. Forte lux uberius accessisset, si licuisset Chartam, unde hic locus excerptus est, integram consulere. Vide Revestiri.

REVESTORIUM, Idem quod supra Revestiarium, nostris *Sacristie*. Gesta Guillelmi Majoris Andegav. Episc. apud Acherium to. 10. Spicil. pag. 303. Ad Revestorium ivimus & ibidem sandaliis & omnibus pontificalibus ornamentis fuimus revestiti, &c. Alibi legitur Revestitorium, ut supra relatum est.

REVESTRATI CALCEI. Concilium Lugdun. an. 1449. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 377. Sacerdotes & in sacris ordinibus constituti, sive saeculares, sive regulares.. non deferant calceos Revestratos, &c. Sed puto legendum esse fenestratos; alibi enim, ut supra dictum est in voce Calceus, Monachi vetantur deferre calceos fenestratos, hoc est certa ratione incisos & apertos.

REVEZOLIUM. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 72. verso: Teneatur fornarius facere & habere levatum

pulchrum & mundum, videlicet ad panem frumenti levatum puri frumenti, & ad panem siliginis pure siliginis; recipiendo à casuariis tantundem paste ad pensam & non plus... in quo levato non sit aliquid Revezolii. Et lib. 7. fol. 183. recto: Item, fecerunt fieri panes XIX. de Revezolio, qui fuerunt pensati unziis ducentum triginta tres. An furfur? Vide *Rebuletum*.

REUGIA, Modus agri. Monasticum Anglicanum tom. 1. p. 515. De dono Regeri del Estre unam Reugiam terræ in Gernemuth. Idem videtur quod Rega. Vide in hac voce.

REVIDARE, Reverti, redire, repedare, in Glossis Isidori. Grævis dicit ultimum verbum repedare substituendum esse primo: Repedare, reverti, redire. Vide Festum in Repedare. Vulcanius legit: Rebitere, vel Rebitare, pro Revidare, hancque lectionem præfert Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 21. Vide Nonium in Betere. Scaliger ad Festum in Remant retinet Revidare. In Glossis Lat. Græc. Rebio, παρασπέω. Ita & in Græco-Latinis. Alibi in Latino-Græcis: Revitare, περιάρχει. Perperam in Græco-Latinis: Remitare. Janus Gebhardus existimat scribendum esse Reviare, ut apud Lucretium Traviare, Transire: quam Gebhardi sententiam confirmant Glossæ Sangerman. MSS. ubi legitur: παρασπέω, Revio. Vide *Redimentum*.

REVIDERE, Inspicere, examinare. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 16. verso: Item quod omnes pontes civitatis curie, burgerum & villarum districtus Vercellarum, ubicumque sint, debeant inquiri & Revideri per judicem damnorum datorum. Statuta criminalia Saonæ pag. 115. Reformationes autem noviter presentatas Revideri & considerari ordinaverunt per illustriss. Lucam Fornarium, &c. Verbum haud ignotum. Plauto Iterum videre, nostris Revoir. Sic Truc. 2. 2. 65. Nunc ad horam Revidebo. Simili ratione Fortunatus lib. 10.

Ut cito felices vos Revidere queam.

REVIGERE VIREs SUAS, Recolligere, augere, novas acquirere. Historia Cortusiorum lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 794. Ac etiam omnes sint memores, & Revigeant vires suas ob mortem domini Henrici Romanorum Imperatoris nuper decessi.

REVIGESCERE, Revirescere. Juvenus Historiæ Evangelicæ lib. 2.

Hunc similem sancti status Revigescere certum est.

REVIGORARE, Vigori restituere. Miracula S. Gengulfi, tom. 2. Maii pag. 651. Qui pristino incolumitatis statu Revigoratus, Florinis ad Sancti ecclesiam... venit.

REVIMENTUM, pro Reviamentum, ut videtur. Vide *Redimentum* & *Revidare*.

REVINCERE, Rem ablatam, vel de qua litigium est, sibi asserere, repetere, recuperare, Gall. Revendiquer. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 376. Revicit prefatus dominus Abbas Ingoaldus in placito curtem S. Abundii in territorio Camertulo, & casas atque casarinas novem in Anguliano. Ibidem col. 396. Revicit in placito publico terras & silvas in Falagrine in Scantiano, que fuerunt concessa in hoc monasterio à Paulo & Taxilla uxore ejus, & confirmata per preceptum domni Ludovici.

REVINCIBILIS, Qui revinci potest & confutari. Tertullianus de Resurrectione carnis c. 63. Materia litteris sacris Revincibiles.

REVINDICARE, Nostris, se Revanger. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 52. Si homo occisus fuerit liber aut servus, & pro homicidio ipso compositio facta fuerit, & pro amputanda inimicitia sacramenta prestata, & postea contigerit, ut ille, qui compositionem ac-

cepit, Revindicandi causa occiderit hominem de parte, quam compositionem accepit, jubemus, ut in duplum reddat ipsam compositionem iterum parentibus, aut domino servi. Occurrit rursus infra.

REVISIO, Leguleis, Recognitio rei judicatae, Gall. Revision. Vide Vossium de Vitiis serm. lib. 3. capit. 42.

REVISORIA OPERA recensentur inter exactiões, quas de familia vel de possessionibus Ecclesiæ Masonis Monasterii exigi vetat Ludovicus Pius Imp. Charta, quam exhibet Ludovicus Laguille in Probat. Historiæ Alfatæ pag. 15.

REVITARE, Redire, reverti. Vide *Revidare*.

REVIVERE, Iterum vivere, Johanni de Janua; Revivre, in Glossis Latino-Gall. Sangerm. MSS. S. Paulinus in Poemate de obitu Celsi pueri:

Cunq̄ue omnes, in qua vixerunt, carne Revivent,
Non omnes verso corpore lumen erunt.

REVIVIFICARI, Reviviscere. Redanimatus & Reviviscatus Deo, apud Tertullianum de Resurrect. carnis cap. 19. Bina vice eas (candelas) exstinxit, & iterum Revivificata, hoc est, denuo succensæ, lucentes, apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 356.

REULANDA. Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 46. verso: Hugo 40. fol. pro una hucenabra 3. den. pro homine 1. ob. & pro Reuland. 2. den. An vox ducta à veteri Gallico Reu, Roga, exactio, præstatio, ex Anglico Land, Terra, ita ut Reulanda sit præstatio pro terra seu agro, quem tenuerit Hugo? Sed hæc divinando. Vide *Reva* & *Roga*.

REUMA, REUMARICUS, &c. Vide *Rheuma*.

REUNIRE, Iterum adjungere, conjungere, Gall. Réunion. Privilegium Ottonis Archiep. Magdeburg. ann. 1332. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 15. Revocamus prædictam concessionem seu concessionem seu commissionem, & officialatui nostre curie Reunimus. Arrestum Parlamenti ann. 1459. apud Lobinellum tom. 5. Hist. Paris. pag. 703. col. 2. Conciergeria nostra seu commentaria cum omnibus pertinentiis domanio nostro... juxta seu Reunita extiterat. Menotus Serm. f. 150. verso: Rogo ut anima istius Reuniatur corpori. Ut apud nostrates Réunion, ita & Reunire pro Reconciliare etiam dixerunt. Literæ Edwardi IV. Regis Angl. ann. 1473. apud Rymer. tom. 11. pag. 779. col. 1. Per Oratores atque Legatos... Reuniendis atque stabiliendis, ad laudem omnipotentis Dei & pro bono Christianæ religionis, quantum in nobis est & pro parte nostra, præfiximus atque statuimus. Vide Vossium lib. 4. de Vitiis serm. c. 21.

REVOCARE, Reddere. Gesta Purgationis Felicis p. 87. edit. Baluzianæ, ubi de libris Christianorum: Itaque fac literas, quia adusti sunt, ne Revocent illos, Concilium Agathense can. 27. de fugitivo Monacho: Sed ubicumque fuerit, Abbati suo auctoritate Canonum Revocetur, i. reddatur. Regula Magistri cap. 17. Qui vero frater non mundum ferramentum à terra de agro Revocaverit, &c. i. reddiderit. Messianus Presbyter in Vita S. Cæsarii Arelatensis: Et ut erat pius, apprehendit etiam alium tessellum, & dedit mihi dicens: Vade, porta ambos ad basilicam Domini Stephani, & mitte illos sub altare, & ibi maneant, & unum horum porta mane ad eam, qua te rogavit, aliumque mihi Revoca, id est, redde, vel refer. Hinc Vita S. Frontonii n. 9. in Vitis Patrum: Omnibus medium imposuit onus, velut eulogias Revocans Domino rerum, &c. Testament. S. Aredii: Et singulis mensibus singulas eulogias vicissim ad Missas Revocent.

MISSAM REVOCARE, Reddere expletam, quomodo reddere Symbolum dicebantur baptizandi, qui

qui illud memoriæ commendatum recitabant. Fortunatus in Vita S. Germani Paris. cap. 60. *Vigiliis in honore Sancti celebratis, ac Missa Revocata, de præfenti curata est.* Idem in Vita S. Radegundis c. 14. *Quid egerit circa S. Martini atria, templa, basilicam, flens, lacrynis insatiata, singula jacens per limina, ubi Missa Revocata, vestibus & ornamento, quo se clariori cultu solebat ferre in Palatio, sacrum componit altare.* Ubi Surius *Missæ Revocato* habet contra MSS. fidem: ad oram unius adscriptum est interpretationis vice, *Missæ celebrata*: recte, nam *Missam revocare*, est Missam explere, complere, seu expletam reddere. Gregorius Turonens. lib. 1. de Gloria Martyrum cap. 51. ubi ait, matrem suam cælitus admonitam fuisse, ut ad depellendam pestis inguinaræ plagam, in Vigilia S. Benigni vigiliis ageret, & Missam revocaret: *Vade & vigila totam noctem in honore, ac Revoca Missas, & liberaberis à plaga*, id est, fac celebrare & complere Missas. Quæ quidem loquendi formula occurrit præterea in laudato S. Aredii Testamento: *Ut in oratorio S. Hilari in cella mea, quinta feria omni tempore matutinis matutina & Missa Sanctorum Dominorum à monachis ibidem Revocetur.*

¶ Jam vero cur *Missæ* dicta fuerit *Revocata*, inde factum putat Mabillonius lib. 1. de Liturgia Gallic. cap. 6. num. 4. quod *Missæ* dicta sit à missione seu dimissione populi, ut suo loco dictum est. Ex quo fit, ut allusione per antiphrasin ad *Missæ* vocem facta, *Missæ revocata* dicatur, cum populus antea dimissus, denuo ad sacrificium revocatur. Favet huic interpretationi Gregorius Turonensis loco laudato. Quod autem ibi per *Revocare*, alibi expressit per *Celebrare*, ut cap. 75. ejusdem libri, ubi de Sigismundo Rege, quem ait in consortium Sanctorum adscitum: *Si qui nunc frigiditici in ejus honore Missas devote celebrent, ejusque pro requie offerant oblationem, statim compressis tremoribus, restinctis febribus, sanitati pristina restaurantur.* Item lib. de Gloria Confessor. cap. 65. agens de muliere: *Per annum integrum assidue orationi vacabat, celebrans quotidie Missarum sollempnia, & offerens oblationem pro anima viri, non diffisa de Domini misericordia, quod haberet defunctus requiem: in die qua Domino oblationem pro ejus anima delibasset, semper sextarium Gazeti vini præbuit in sacrificium basilicæ sanctæ. Sed subdiaconus nequam reservans gula Gazetum, acetum vehementissimum offerebat in calice, muliere non semper ad communicandi gratiam accedente.* Quo loco patet quid *Celebrare* sit Gregorio, nempe Offerre & sacris interesse, etiam sine sacra communione. Illud ipsum sonat *Revocare* loco supra relato, ut satis liquet ex eo, quod ibi loquatur de matre sua.

REVOCARE SE, Egredi, se retirer. Concilium Araucanicum l. c. 20. de Catechumenis: *A fidelium benedictione, etiam inter domesticas orationes, in quantum caveri potest, segregandi, informandique sunt, ut se Revocent, & signandos vel benedicendos semotim offerant.*

REVODIUS. Chartularium Matisconense fol. 172. *Ego Girardus dono Rotlano Revodios duos.*

REVOLA, Papiæ, Calumniator, calumniosus. Rabula. Vide *Ravola*.

REVOLVERE. Leges Grimoaldi Reg. Longob. tit. 1. §. 1. *Si servus aut ancilla... per 30. annos dominis suis servisset, & per superbiam, aut injusta patrocinia se Revolvere de domino suo proprio, & per pugnam vindicare voluerit.* In Lege Longob. lib. 2. tit. 36. §. 3. abest vox *Revolvere*.

2. REVOLVERE, Explicare. Vetus Interpretes. Irenæi lib. 1. c. 10. n. 3. *Et de fine, & de futuris,*

Tom. V.

quæcumque posita sunt in Scripturis Revolvere; ἀνα-
πύσσειν, in Græco.

REVOLUTIO, Replicatio, volutatio, ambitus. S. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 12. *Post multas per diversa corpora Revolutiones.* Et lib. 12. de Trinit. cap. ult. *Quibus cura est de Revolutionibus animarum opinionem firmare.* Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 110. *Pro clausuris ligna non excedant Revolutionem & grossiciem unius pedis.* Vide Vossium de Vitiis serm. lib. 3. cap. 42.

REUPONTICUS. Vide locum in *Pisticus*.

REURNARIUS, Fenerator, Gall. *Usurier*. Statuta Montispefful. ann. 1204. è Codice MS. Colbert. num. 4936. *Reurnarii seu usurarii, qui denarios pro denariis accommodant, non recipiantur in testimonio.* Vox forte detorta à superiori *Reva*, seu à veteri Gallico *Reuver*, Rogare, exigere; fenerator enim plus rogat vel exigit, quam commodat.

REVUS, pro *Nervus*, ni fallor, in Capitulis ad Legem Alamannor. cap. 6. edit. Baluzianæ: *Si quis in Revo plagatus fuerit, in pectus, aut in latus, solvat sol. 12.* Cap. 7. *Si quis in latus alium transpuxerit, sic ut in Revo plagatus non sit, solvat sol. 6.*

REWADIARĒ, Dare vadimonium, pignus, fidejussionem. Vide in *Vadium*.

REWARDUM. Vide supra *Regardum*.

REX, Imperator. Concilium Arelat. an. 813. can. *Ut omnes pro Rege ac liberis ejus Deum orent.* Ubi contextus: *Ut pro excellentissimo atque gloriosissimo domino nostro Carolo Rege... Missarum sollempnia... exsolvere decrevimus.* Carolus tum Imperator erat, & Imperatoris nomine re ipsa donatur in Præfatione ejusdem Concilii. Passim etiam Eginhardus in libris de Translatione & Miraculis SS. Marcellini & Petri Ludovicum Pium Imperatorem Regem vocat. Vide *Regina* 3.

REGES, Filii regum dicti. Exstat formula 39. Marculfi lib. 1. cum hoc titulo: *Ut pro nativitate Regis, ingenui relaxentur.* Ipsa vero Epistola Regis nomine concipitur, qui natum sibi filium denuntiat. Apud Gregorium M. lib. 3. Dial. cap. 31. *Hermenegildus Rex Leuvigildi Regis filius* dicitur. Ita apud Gregorium Turon. lib. 3. cap. 22. Theodebertus Theoderici Regis filius, & lib. 4. c. 13. Chramnus Chlotarii Regis filius, *Reges* nuncupantur. Apud eundem lib. 9. cap. 20. edit. 1512. Theodebertus & Theodoricus Childeberti Regis filii, *Reges* pariter indigitantur.

¶ Haud absimili ratione Cæsar, de Ptolemæi Regis Ægyptiorum filiis, qui de regno invicem contendebant, agens lib. 3. de Bello Gall. cap. 107. *Interim controversias Regum ad Populum Romanum & ad se, quod esset Consul, pertinere existimans, &c.* Et cap. 109. *Cum maxime vellet pro communi amico atque arbitro controversias Regum componere.* Vide in *Regina* 1.

REX REGUM, dictus non semel Rex Franciæ à Scriptoribus, à Matthæo Parisio præsertim, *Terrestrium Rex Regum*, ab Anna Commena βασιλεὺς τῶν βασιλέων, & aliis, ut observatum à nobis in Dissert. 27. ad Joinvillam: quibus accedit Nicolaus de Braia, in Gestis Ludovici VIII. de Philippo Augusto: *Rex Regum mundi venerabilis ille Philippus.*

De eodem Ludovico:

Inclyte Rex Regum, Regis, Ludovice, Philippi Martia progenies.

Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris de Carolo VIII. Francorum Rege:

*En grant triumphe & parfaite excellence,
En bruit, en los d'honneur victorieux,*

Xxxx

Le Roy des Roys entra dedans Florence.

☞ Sic etiam olim, ob potentiam & amplitudinem imperii, *Regis Regum* titulo decorabantur Persarum & postea Parthorum Reges, ut videre est apud Cornelium Nepotem. Suetonius in Caligula c. 5. *Regum etiam Regem & exercitatione venandi, & convictu Megistanum abstinuisse ferunt, quod apud Parthos iustum instar est.* Ammianus Marcellinus lib. 7. cap. 5. meminit Epistolæ Saporis Persarum Regis ad Constantium, cuius inscriptio hæc est: *Rex Regum Sapor particeps siderum, frater Solis & Luna, Constantio fratri meo S.P.D.* Vide Briffonium lib. 1. Regni Persici, & Schefferum in Indice Æliani.

REX PARVUS. Albericus in Chronico MS. an. 1212. *Rex Castellæ & Toleti Alfonsus ipse dicebatur Rex parvus de Hispania: cum tamen major esset aliis & aetate & dignitate, & socer aliorum, de quo cum à quodam monacho quæreretur, cur Parvus Rex diceretur, respondit, quod à patre Sanctio Rege decedente relictus parvulus, ab ipsa infantia Rex parvus est appellatus, quod cognomen in omni vita sua retinuit. Sed nostri dicunt, quod à tempore Caroli Magni, qui Hispanias recuperavit, antecessores istius dicebantur Parvi, ad differentiam Magni Regis Caroli.*

REX AUREUS dictus Ottocarus Rex Bohemix. Continuator Jaroslai: *Quis autem non possit mirari tam magnificum Principem, qui ab utero matris suæ ab auro & argento vocatus est Rex aureus?* Vide Bohuslaum Balbinum in Histor. Bohem. pag. 277.

REGIS titulum, non *Regina*, concessum ab Hungaris Mariæ Hungaricæ, Ludovici Regis primogenitæ, antequam Sigismundo Luxemburgico nubere, observat Carefinus: *Elizabeth Regina uxorque dicti Regis Ludovici, una cum Maria filia ejus, regimen Hungariæ gubernabat, quæ quidem Maria appellabatur Rex Hungariæ.* Paulus de Paulo in Memoriali ann. 1382. *Maria filia senior antedicti Regis in civitate predicta coronata fuit in Regem.* Eadem Rex femineus dicitur Thwroczio cap. 4. At postquam Sigismundo conjugii titulum regium impertita est, *Regina*, non *Rex*, appellari cœpit, ut constat ex illius litteris, quæ exstant apud Johannem Lucium lib. 5. de Regno Dalmatico cap. 2.

Narrat Henricus Huntindonensis lib. 5. Histor. Edelfledam Merciarum Dominam tanta potentia fuisse, ut à quibusdam non solum *Dominæ* vel *Regina*, sed etiam *Rex* vocaretur, ad laudem & excellentiam mirificationis suæ. Unde in eadem hos versus edidit idem Henricus:

*O Elflæda potens, ô terror virgum virorum,
Victrix natura, nomine digna viri.*

Et paulo post:

*Te mutare decet, sed solam, nomina sexus,
Tu Regina potens, Rexque trophæa parans, &c.*

Sofipater Charisius lib. 1. Institut. Grammat. *Rex* communi genere dicitur, primum ab etymologia *Rex*, ut regens, deinde quod sunt quadam verba, quæ ex se trium generum nomina creant, nam *Regina* nullo modo recipiendum, nisi reciperemus & *reginam*. Ovidii antiquus interpres in Ibim: *Tyrannus est communis generis; nam Theodosii Grammatici est Regula, quod nomina professionem aut dignitatem significantia, sunt communis generis, ut hic & hæc Dux: hic & hæc Philosophus.* Vide Casaubonum ad Trebellium Pollionem pag. 484.

REGIS titulus datus etiam interdum minoribus aliquot primariis Ministris, ut Heraldis primariis seu fæcialibus, quos etiamnum *Reges armorum* vocant, *Ministrellis*, *Juglatoribus*, ac *Ribaldis*, de quibus singulis, suis locis agimus: præterea *Merceriarum* Præ-

fectis, apud Tillium, *Arcariorum & Arbalestariorum* Capitaneis in singulis civitatibus, & *Spineri* Regibus apud Insulenses, de quibus Buzelinus lib. 3. Gallo-Fland. cap. 23. Ita *Rex Alutariorum*, in Necrologio Ecclesiæ Meduntensis, Idib. Augusti: *Hic ob. Nicolaus Rex Alutariorum, pro quo habemus annuatim 2. parisi. super domum Fulconis de Becco.* [Rex ludorum, in Charta ann. 1209. apud Thomasse-rium in Consuet. Bituric. p. 712.] Vide Raguelum. Apud Athenienses inter Thesmothetas, horum prior βασιλέως titulo donabatur. Vet. Inscriptio Atheniensis apud J. Sponium tom. 3. Itiner. pag. 129. Τὸν ἀρχαῖα τὴν τῆ βασιλέως ἐν Θεσμοθέταις ἀρχῆν. Sed observat Eustathius in Odysf. 8. apud Græcos eos, qui pila vicerant, *Reges* appellatos, ut contra, qui vincebantur, *afinos*, pag. 1601. edit. Rom.

☞ REX, Dux, Comes. Chronicon Episcoporum Metensium apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 652. *Goericus sanctus, qui & Abbo dictus est, huic sancto xxx. Episcopus Metensis successit. Hic primo Rex Aquitanorum fuerat, postque Pontifex factus opibus plurimis ditavit Ecclesiam.* Annales Fuld. ad an. 873. *Mense Junio Hruodulfus quidem Nordmannus de regio genere, qui regnum Karoli pradis & incendiis sæpenumero vastaverat, classem duxit in regnum Hludovici Regis, in Comitatum videlicet Abdagi Regis, missisque nunciis præcepit habitatoribus loci illius tributa sibi solvere.* Vide P. Daniele in Differtat. 7. ad calcem tomi 1. Hist. Francor. pag. 503. & supra *Regnum* 3.

☞ REX, Apparitor, in Ecclesiis Aniciensis & Vivariensis, vulgo *le Roi* vel *le Roi de l'Eglise*, Gallice *Bedeau*. Charta Eccl. Aniciensis an. 1312. *Secundum illa quæ solvuntur in tracta: 1º. Thesaurario Ecclesiæ VIII. lib. Pistori 11. sol. Regi xxxvi 11. sol. VI. den.* Sic autem dicitur quod virgam gerat ad instar sceptri & alios utcumque regat præeundo, indutus veste talari.

☞ REGES, in quibusdam Ecclesiis, dicti Canonici aliive non infimæ dignitatis Presbyteri, qui sacro Epiphaniæ die Reges seu Magos Christum adorantes representarent: quo de more hæc habet Innocentius VIII. in Bulla an. 1484. pro Ecclesia Genevensi in Continuatione M. Bullarii Rom. p. 291. col. 1. *Item ut fidelis populus magis ad devotionem trabatur, solemnitate Epiphaniæ, quæ inter alias solemnitates suum locum obtinet ordinatum, statuerunt quod ipsa die festi Epiphaniæ hora Missæ fiant tres Reges, videlicet unus & primus ex dominis Canonicis secundum ordinem suæ receptionis, tam presentibus quam absentibus, & qui in posterum fuerint. Deinde secundus Rex, unus ex Curatis civitatis ordine inter ipsos servato; & tertius Rex & Curatus forensis senior & altariensis, residentiam faciens in Ecclesia Gebennensi, licet sit junior altariensis, dum tamen resederit per annum integram, qui cum solemnitate consueta in Ecclesia dicant Evangelium, & oblationem faciant in Missa, ut est consuetum.*

CHRISTO REGNANTE & Regem expectante, Formula adscripta quibusdam Diplomatum, post mortem Caroli Simplicis, de qua dictum est in *Regnans*.

REXA. Charta Fernandi Comitis Castellæ æræ 972. apud Anton. de Yopez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 1. pag. 31. *Ista predicta per omnes domus domui ove una REXA de ferro.* Infra: *Bricia cum suis vilis ad suam alfozem pertinentibus, per omnes domus domui dua (supra, ove) una REXA de ferro.*

☞ REXANUS SOLIDUS, Species monetæ. Memoriale Potestatum Regiensium ad ann. 1271. apud Muratorium tom. 8. col. 1132. *Spelta vendebatur*

1. solidos imperiales & dimidium pro communi sestarius, & privatim x. solidos Rexanos. Ibid. col. 1133. Et libra grossa olei olivæ duos solidos imperiales, & xiv. ficus sicca 1. Rexanum... & xiv. amigdala 1. Rexanum.
- ¶ REYRETAULE, Idem quod supra Retaule, Ornatus toreuticus, Gall. *Retable*. Testamentum Beatrix de Alboreya Vicecomitissæ Narbonens. ann. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1523. Item, duo candelabra argenti. Item, unum Reyretaule trium postium, depictum, in quo ponantur aliqua signa nostra. Item, unam capam, sive casublam, & unum frontale deauratum.
- ¶ REYSA, Iter, &c. Vide *Reisa*.
- ¶ REYSSIATUS, Serra defectus, Gallis *Scié*. Extractum Computi ann. 1321. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 159. col. 1. Libraverunt gabellatores in pretio triginta novem duodenarum fileriarum magnarum & duodecim duodenarum billonorum & traborum Reysfiatorum, emptorum de mandato dictorum gabellatorum per carpentarios Domini pro faciendo adificio domus Domini. Vide *Resca*.
- ¶ REZAILH, Species retis ad capiendos pisces. Vide locum in *Batuda*. Hodie *Raiseau* nostris est Rete venatorium.
- ¶ REZETUS, Azylus, locus refugii, ut arbitror, ab Italico *Ricetto*, Gall. *Retraite*. Castellum de Castello Chronicon Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 947. Et dicitur, quod proditorie intraverunt in Rezetum dicta fortalitia, & interfecerunt quatuor Gibellinos & unam sœminam.
- ¶ RHADA, *ῥῆδα*, in Glossis Lat. Græc. Legendum *Rheda*, ut patet ex Glossis Græc. Lat. ubi: *ῥῆδος*, *Par*, singulariter tantum declinatur, *Rheda*. Vide infra *Rheda*.
- ¶ RHAGAS, Ruptura generatim, peculiarius Medicis Ani fissura, à Græco *ῥαγάς*. S. Augustinus Ep. 149. edit. 1576. *Nec ambulare enim, nec stare, nec sedere possum, Rhagadis vel exochadis dolore & tumore*. Isidorus lib. 4. Orig. cap. 7. *Ragades dicuntur eo quod fissurae sint rugis collectæ circa orificium: hæc & Hemorroides à sanguinis fluore dictæ; Græci enim sanguinem ῥῆμα dicunt*.
- ¶ RHAINUS AGER, In quo jacta primum feruntur semina, enataque primum fruges sunt, in Vocabulario Sulfannæi. Vox, ut videtur à Græco *ῥαῖνον*, Aspergere, irrorare.
- ¶ RHAIRAUB. In Edicto Rotharis Regis Longob. Titulus 7. inscribitur de *Rhai Raub*. Mox sequitur: *Si quis hominem mortuum in flumine aut foris invenerit, & expoliaverit, &c.* Exstat hæc Lex in Lege Longob. lib. 1. tit. 12. §. 1. Idem quod *rauba*, exspoliatio. Vide in hac voce.
- ¶ Pro *Rhai raub* Muratorius legit de *Urubbi* ex Codice Ambrosiano, tom. 1. part. 2. p. 19. §. 16.
- ¶ RHAMALLUS, Locus, ut videtur, superne ramis tectus. Vide *Hamallus*.
- ¶ RHAMNICULUS, Ramusculus. Concilium Forojulien. ann. 791. *Umbrosis nihilominus suffugare (f. suffundere,) falsitatum Rhamniculis moliantur*.
- ¶ RHANNE, Coitus suum, ut exponit Eccardus in Pactum Legis Salicæ tit. 2. §. 1. vel Colostrum, seu lac quod paulo post partum mulgetur, Germanice *Rhan*, ut vult Vossius l. 2. de Vitiis serm. cap. 9. Vide *Hranne*.
- ¶ RHANNICHALA, RHANNECHALTEO, eodem tit. Compositio pro porcello furtim ablato. Eccardus consule.
- ¶ RHAPHIUS, seu RUFIIUS, Lupus cervarius, Gallis. Plinius lib. 8. cap. 19. *Pompei Magni ludi ostenderunt Chaum, quem Galli Rhaphium vocabant, est*

- gie lupi, pardorum maculis. Idem cap. 22. *Lupum cervarium* vocat. De lupis cervariis copiose egit Uli-tius ad Gratii Cynægeticon.
- ¶ RHAPISMA, Colaphus, alapa, Græcis *ῥάπισμα*. Lex 6. Cod. lib. 8. tit. 49. de emancipationibus: *Cum inspeximus in emancipationibus vanam observationem custodiri... & circumductiones inextricabiles & injuriosa Rhapsmata, quorum nullus rationabilis invenitur exitus; jubemus hujusmodi circuitu in posterum quiescente, &c.* Quidam interpretantur virgas seu bacillos, quos refutat Cujacius in hanc legem.
- ¶ RHEDA, Gallorum propria fuit. Glossæ MSS. Reg. *ῥῆδων*, *τὸ φορεῖον*, *καὶ ῥῆδον*, *ἄρμα οὐκ ἔσταιον*. Quintilianus lib. 1. *Plurima Gallica valuerunt, ut Rheda, Petoritum quoque, quorum altero Cicero tamen, altero Horatius utitur*. Fortunatus lib. 3. Poëm. 20. *Curricali genus est, memorat quod Gallia Rhedam, Molliter incedens orbita sulcat humum, Exiliens duplici bijugo volat axe citato, Atque movet rapidas juncta quadriga rotas.* Vide Casaubonum ad Suetonium. *Rheda cursuales*, quarum usus erat in Cursu publico, in lege 9. Cod. Th. de Legatis. De iis plura Jacobus Gothofred. in Paratit. ad tit. Cod. Th. de Cursu publico.
- ¶ RHEDA, Expeditio militaris, si tamen vera lectio est. Vide *Reisa* 1.
- ¶ RHEDO, Mundus seu ornatus muliebris. Lex Anglorum & Werinorum cap. 7. §. 3. *Qui ornamenta muliebria, quod Rhedo dicunt, furto abstulerit, &c.* Glossæ Latino-Theotiscæ: *Scafraida, toreuma*. Et *haus gerath*, mobilia, sive ornamenta domus etiamnum Germani vocant. Lindenbrogius. [Vide Martinium in Lexico, Vossium lib. 2. de Vitiis serm. cap. 16. & suo loco *Redolina*.]
- ¶ RHENO, RENO, Pellicium, vestis ex pellibus confecta, quæ humeros & latera tegebat. Glossæ veteres: *Rheno est pellicium, vel vestis facta de pellibus, pendensque ad umbilicum*. Iso Magister in Glossis: *Vocamus etiam mastrugas Renones, quæ rustice Crotina vocatur*. Vide *Crusina*. Joannes de Garlandia in Synonymis: *Vestes quæ fiunt de solis pellibus, hæc sunt: Pellicium, Rheno, quibus Andromeda sociatur.* Ita enim legendum, pro *Remum*. Varro lib. 4. de Lingua Latina Gallicum vocabulum esse ait: Isidorus vero lib. 19. cap. 23. *Germanicum*. Savaro à *Rhenanis*, seu *Rheni* accolis dictum putat. Loccenius lib. 2. Antiq. Suecicar. cap. 20 à voce Gothica *Reen*, adhuc Suedis usitata, qua animal illud appellant, quod alias *Rangiferum* vulgo dicunt, à cornuum ramis *Ranfem*, de quo agit Olaus Magnus lib. 17. cap. 28. [Vossius in Addit. ad libros de Vitiis sermonis pag. 797. à *ῥῆνες*, agni; unde infert *Rhenones* pelliceas fuisse vestes, primitus è pellibus agninis, postea etiam aliorum animalium; alius forte maluerit ab Armorico *Reun*, Crinis, pilus crassior & longior.] Vide Cluverium de Germania Antiqua. *Rhenonis Gallici* meminit Cæsar lib. 6. de Bello Gallico, ut & Sallustius. Sed & ex posterioris ævi Scriptoribus vocem usurpavit Sidonius lib. 4. Epist. 20. *Viridantia saga limbis marginata puniceis, penduli ex humero gladii baltheis supercurrentibus strinxerant clausa bullatis latera Rhenonibus*. Ordericus Vitalis lib. 4. *Chlamydem, sericamque interulam, & Renonem de pretiosis pellibus peregrinorum murium subito comburi præcepit*. Et lib. 12. *Renone amictus ex arietinis pellibus*. Vetus Charta in Historia S. Martini Campensis pag. 512. Unde 40. solidos & duos Renones agninos habuit. *Rhenonis catini* mentio est apud Guibertum l. 3. de Vita sua cap.

5. in Tabulario Majoris Monasterii, [& in Gestis Guidonis Episcopi Cenoman. apud Mabilionium tom. 3. Analect. pag. 345.] Vide Repti.
- ¶ RHETORICABILIS RATIO, Rhetoricus seu facundus dicendi modus. Dudo de Ducibus Normanniæ apud Duchesnium pag. 88.
Nectatur generi sic quoque paucitas Persona, exque datis atque negotio Sumatur ratio Rhetoricabilis.
- ¶ RHETORICARI, Græcis ῥητορίζειν, Rhetorum more loqui. Tertullianus de Resurrect. Carnis cap. 5. Ita nos Rhetoricari provocant hæretici. Rhetoricare eadem notione dixit Nævius apud Nonium: Age nunc, quando Rhetoricasti? Responde quod te rogo.
- ¶ RHETORII, Hæretici in Ægypto sic dicti à quodam Rhetorio, qui omnes laudabat hæreses, dicens omnes bene sentire & neminem ex iis errare, uti narrat Philastrius Catal. Hær. cap. 44. Quod S. Augustinus dicit ita absurdum esse & nimium mirabilis vanitatis, ut ipsi ei incredibile videatur, Hær. 72. Vide Stockmanni Lexicon.
- ¶ RHETRA, Græcis ῥήτρα, Dicendi locus vel vices item dictio, oraculum; ut Plutarchus Lycurgum leges suas ῥήτρας appellasse narrat tanquam χρησόμενος τῶνας. Ammianus lib. 16. cap. 5. Tamquam adstrictus sumtuariis legibus viveret, quas ex Rhetris Lycurgi & axombus Romam translatus diuque observatas & senescentes paulatim reparavit Sylla dictator. Vide Valesium in hunc locum.
- ¶ RHEUMA, Fluctus, ex Græco ῥεῦμα. Veteres Glossæ: Fluenta, ῥεῦμαλα. [S. Ambrosius l. 5. Hexaem. cap. 10. Pisces ex plurimis locis, à diverso sinu maris, innumeri velut consilio convenientes, conjuncto agmine flatus aquilonis petunt, & ad illud septentrionalium mare partium quadam natura lege contendunt. Dicat, si ascendentes videas, Rheuma quoddam esse: ita prouunt fluctusque interfecant, per Propontidem in Euxinum pontum violento impetu perfluentes.] Ugutioni & Joanni de Janua, dicitur tempestuosa maris inundatio, vel iste fervor aquæ, qui sit remorum agitatione. Quomodo vocem hanc usurpat Vegetius lib. 5. cap. 12. & 15. Jonas in Præfat. ad Vitam S. Columbani: Quibus dicendum est nautas solere Rheumate gurgitum fractis viribus ripe redditos, cum alia defierint subsidia, festivo conamine sentes apprehendere. S. Hilarius Arelat. in Vita S. Honorati p. 15. Illud commemorasse sufficiat, intrepide ab illis pro Christi desiderio maris Rheuma toleratum.
- ¶ RHEUMA, Æstus maris reciprocus. Glossarium Saxonum Ælfrici: Reuma, ebbe, vel ʒyle-ʒtream, id est fluminis inundatio. Glossæ Ilidori: Rheuma, effusio maris, quando accessione maris in fossis colligitur. Gloss. aliæ MSS. Reuma, revolutio gurgitis. Beda in Vita S. Cuthberti Episc. num. 28. Accedente æstu Oceani, quem Rheuma vocant Græci. Menstruum maris Rheuma, in libro Miraculorum S. Vulfranni num. 8. Florentius Wigorn. ann. 1075. Ibi tandem expectavit, quoad maris æstus veniret. Mox: Inde rebus omnibus dispositis & ordinatis, Rheumate adveniente, festinanter anchoras sustulerunt. Chronicon Regum Manniæ: Rheuma maris Ramsa amnis alveum impleverat. [Acta S. Mildredæ Virginis, to. 3. Julii pag. 517. Virgo interim sancta cum suis navem paratam intrans, maris contracti Reuma solummodo expectabat.] Vide Vitam S. Kentigerni Episc. Glasguensis num. 11. Acta S. Sufannæ, &c.
- ¶ RHEUMA, pro ipso mari. Victor Tunnenfis: Amanitins Propositus... occiditur, & in Rheuma jactatur. Et infra: Hypatius... nocte cum Pompeio occiditur, & in Rheuma jactatur. Quo loco Chronicon Alexandri-

- num de eodem Hypatio scribens, habet: καὶ ἐγγίψασαν τὰ λείψανα αὐτῶν εἰς τὴν θάλασσαν. [Acta S. Carii PP. tom. 3. Aprilis pag. 16. Jussit incendio concremari Claudium, Præpedignam, Alexandrum & Cuthiam ac Maximum, & in Rheuma jactari: hoc est, in Tiberim; hic enim de Romæ gestis agitur.]
- ¶ REUMARICUS, Plenus rheumate: ita Glossa ad hos versus ex Poëta MS. infimi ævi ex Bibl. Thuana cod. 525.
Pusio, Reumaricus, pullus, lapatus, & hircus.
- ¶ REUMATICUS, Humidus. Translatio S. Apollinaris, to. 5. Julii pag. 384. Quia locus valde Reumaticus fuit, in quo supra terram cista stabat, de quibus omnes doluerunt. Rheumaticus Plinio, ut Græcis ῥευματικός, Qui fluxione laborat, vel obnoxius fluxioni. Hinc locus Reumaticus dicitur locus humidus, quod fluxionibus obnoxii sint, qui habitant in locis humidis.
- ¶ RHEUMATIDIARE. Papias: Arteriaci, quibus fauces Reumatidiant. Ita codex edit. & MS. [Ugutio & Johannes de Janua præferunt Reumatizant. Theodorus Priscianus lib. 1. cap. 12. Si oculi Rheumatidaverint, his vini & carniū parcitas indicenda est. Dioscoridi, ὀφθαλμοὶ ῥευματίζοντες vel ῥευματίζόμενοι.]
- ¶ RHEUMATIZARE, Ρευματίζειν, Rheumate, fluxione, vel rheumatismo laborare. Horatianus lib. 1. Rer. medic. cap. 10. Oculi Rheumatizantes. Fulbertus Carnot. Epist. 67. 1. edit. An morbus Rheumatizantis & nauseantis stomachi, an passio cerebri mentem ledens? S. Hieronym. Epist. 89. c. 5. Capitis naribus purgamenta projicere, sputis Rheumata jacere, &c.
- ¶ RHEUMATIZATUS, Affectus rheumate seu fluxione. Vita S. Procopii, tom. 2. Julii pag. 145. Quæ noctu longa suspiria, Reumatizatis oculis, inundantibus lacrymis, trahens, cepit S. Patris suffragia toto anhelitu usquequaque implorare, &c.
- ¶ RHIGOBOSII, Qui inalgescunt perpetuo, in Vocabulario Sufannæ, sed perperam. Legendum Rhigobibii, à Græco ῥιγούσιον, Perpetuo frigentes.
- ¶ RHINDALEA, Ludus, ubi equites currendo in terram rem projiciunt, in Constitutionibus Frederici Regis Siciliæ cap. 78.
- ¶ RHINE, Corrupta vox à Græco ῥίνημα, Ramentum, scobs. Vide locum in Serrago.
- ¶ RHIPE, Momentum, vel ictus, vel oculi motus, Sufannæus in Vocabulario ex hoc Apostoli loco 1. Corinth. 15. 52. In momento, in ictu oculi, &c. Ubi Græcum præfert, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Cæterum ῥιπῇ Græcis dicitur Impetus rei projectæ, ictus seu jactus teli missi vel fulminis, incitamentum, impetus; nuspiam autem momentum quod finxit Sufannæus ex loco citato.
- ¶ RHODINUS COLOR, ῥόδινος, Græcis, Roseus. Gloss. Græco-Lat. ῥόδιον, Roseum. Democritus in Physicis, inter colores τὸ ῥόδιον recenset. Apud Æginetam pigmenti genus memoratur τὸ ῥόδιον. Color ille roseus, inquit Salmasius, in serico tingendo olim conficiebatur ex tuberculis adnatis radici Pimpinellæ: nunc etiam fit è quibusdam feminibus, allatis ex India Occidentali, quæ similia sunt cimicibus, quibus dentum caput. Anastasius in Gregorio IV. PP. Vela de Rodino quatuor, quæ sacrum altare circumdant. Chronicon Fontanellense cap. 16. De vestimentis vero Rodinum optimum unum, planetas casulas quinque, &c. [Περιβόλαια ῥόδινα, apud Constantinum de Administr. Imperio cap. 15.]
- ¶ LEUCORHODINUS, Roseus dilutior, in Charta Donationis factæ Ecclesiæ Cornutianæ, edita à Suaresio: Vela transerica Leucorhodina duo, &c.
- ¶ RHODOMELINUS, Color partim luteus, partim ro-

faceus. Eadem Charta: *M. fortem tramofericum Rhodomelinum aquilatum*. Vide *Melinus*.

- DIARHODINUS, Roseus color intensior, ex Græc. *διάρχονος*. Bulla Benedicti VIII. PP. ann. 1023. in Bullario Casinensi: *Planetam Diarodinam aureis listis ornatam, una cum alba & cingulo, &c.* Leo Ost. lib. 2. Chron. Casin. cap. 44. *Planetam Diarodinam phrygiis aureis pulcherrime decoratam*. Lib. 3. cap. 19. *Pluviale Diarodinum magnum undique auro contextum, cum fimbriis nihilominus aureis*. Cap. 30. *Pallium Diarodinum cum Phrygiis*. Cap. 73. *Planeta ... Diarodina deaurata 3. diapista 2. &c.* Adde l. 1. cap. 47.
- DIRODINUM, pro *Diarhodinum*, Pallium diarhodinum. Epistola Michaëlis Imper. in Conventu Parisiensi ann. 530. *Misimus ... blattas duas, Dirodina duo*.
- RHONCHARE, Rhonchos edere, Gall. *Ronfler*. *Ronchantes subulci*, Sidonio lib. 1. Epist. 6. Vide *Runcare* 2.
- RHONCHISONUS, Qui rhonchos sonat, edit, eidem Sidonio Carmine 3. v. 8.
Necnon Rhonchisono rhinocerote notat.
- RHONDUS, Animalis genus. Paulus Venetus lib. 3. cap. 48. *Regio varia producens animalia, ut sunt Rhondes, Armelini, Erculini, &c.*
- RHOPALUM, Græc. *ῥοπαλον*, Clava, virga, baculus. Vita S. Timothei Episc. tom. 2. Januarii pag. 566. *Et ut cognosci nequirent fasciatis velantes facies, & Rhopala & simulachrorum imagines portantes, &c.*
- RHOTHUS, male pro *Rothus*: quod vide.
- RHUMA, pro *Runa*, Runci characteres, de quibus dictum est in voce *Alyrumna*.
- RHYTHMIZARE, *Modulari*, in Glossis MSS. à Vossio laudatis lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 22. à Græco *ῥυθμιζω*. Hac notione in gemma gemmarum legitur *Rythmari*. *Rythmizare*, pro Apte disponere, ordinare, ut & *Rythmizatio*, pro Concinnus ordo, apta dispositio, dixit vetus Interpretes S. Irenæi lib. 2. cap. 15. num. 3. ult. edit. ubi notas consule.
- RIAGNUS, Rivus, rivulus. Statuta Mutinæ fol. 11. v. rubr. 57. *Statutum est, quod rivus sive Riagnus qui venit à latere sero Castri-novi qui habet caput in campum domini Episcopi ... sit expeditus, & illi debeat dari caput & derivari subter predictum canalem*. Vide voces subsequentes & infra *Rigus*.
- RIAGO, Rivus, rivulus. Vide in *Rigus*.
- RIALE, Rivus, rivulus, Provincialibus *Riau*, Gallicis *Ruisseau*. Charta ann. 1058. ex Archivo S. Victoris Massil. *Juxta pratum, Riale in medio*. In alia an. 1212. ibid. legitur, *Riali in medio*. Alia an. 1246. è parvo Chartulario ejusdem S. Victoris: *Ad quoddam Riale, quod venit à parte dextra*. Transactio an. 1490. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Confrontat ... cum Riali*. Vide mox *Riaria* & infra *Rigus*.
- RIANA, Idem quod mox *Riagnus*, *Riale*, *Riaria* & infra *Rigus*, Rivus, rivulus. Statuta Montis-regalis pag. 214. *Item statutum est, quod D. Vicarius teneatur & debeat eligi facere duos homines, qui debeant & teneantur derivare seu derivari facere & designare aquam pluvialem, quæ descendit à platea portam vici: & nullus debeat transviare ipsam Rianam sive aquam in die sub pœna solidi unius & de nocte solidorum trium, salvis Rianis designatis per designatores Communis*.
- RIANETA, Species ludi scruporum, latrunculo-rumve, de quo jam in *Regineta* dictum est. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 84. recto: *Item, quod aliquis,*

cujuscumque conditionis existat, non audeat vel presumat ludere ad ludum ... rouce, nec ad *Rianetam*, nec ad aliquem ludum, ubi possit fraus sive deceptio committi. Statuta Astensia cap. 1. *Aliqua persona de Ast. in civitate Ast. vel burgis non possit vel debeat ludere ad aliquem ludum taxillorum vel borraniarum, vel Rianete, nisi ad taxillos vel Rianetas ipsius emptoris vel aliorum, qui dictos taxillos vel Rianetas vel taballeros prestant voluntate & praecepto dicti emptoris & sociorum*.

- RIANUS, Idem quod *Riagnus*, Rivus, rivulus. Conventiones Civitatis Saonæ ann. 1532. p. 37. *Et à dicto jago usque ad locum, ubi dicitur lo Rian de Re de corona, veniendo deorsum per dictum rivum, sive Rianum, usque in aquam tripontis*.
- RIARIA, Rivus, fluvius, *Riparia*, nostris *Riviere*. Charta Petri Regni Majoricarum Domini ann. 1232. *Qui affrontat ab Oriente & Aquilone cum via, à Meridie cum Riaria, ab Occidente cum portali, quod itur ad mare*. Infra: *Per pontem, per quem transit Riaria predicta ad mare*. [Vide *Riagnus* & voces proxime subsequentes.]
- RIATUS, Idem, ut puto, quod supra *Radiatus*; Gall. *Rayé*, Pannus lineis varii coloris distinctus. Testamentum Everardi Comitis ann. 837. apud Miræum tom. 1. pag. 21. col. 1. *Planetas duas, unam Riatham, alteram de cendulo, dalmaticam variatam unam sericam, simile pallium super altare unum, &c.* Vereor tamen ne pro *Riatham* legendum sit, ut mox habetur, *Variatam*, rescissa male syllaba *va*.
- RIBA, Ripa, littus, Ital. *Riva*, Gallis *Rive*. Statuta Massil. lib. 6. c. 45. *Si contigerit carissiam bladi sive farina vel leguminis esse in civitate Massilie ... tunc in illo casu liceat curia Massilie ... bladagia, legumina & farinam facere discariari Riba vel botiguis, in quibus consuetum est blada, legumina & farinam discariari*.
- RIBAGIUM, à *Riba*, ut *Rivagium* à *Riva*, & *Ripagium* à *Ripa*, Gallice *Rivage*, Ripa, littus, ora; item, Tributum in ripis solvendum, ut infra *Ripaticum*. Charta ann. 1174. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 177. *Dono Ecclesie B. Mariae de Toramina pararium in insula, cum Ribagio & totum tenementum Isoardi in manu sacra J. Episcopi Senecensis*. Charta an. 1243. ex Archivo Communis Massil. *Conqueri occasione lesdarum, usaticorum, costarum, Ribagiorum, seu gabellarum, & aliarum dactitarum*. Charta ann. 1201. è Tabulario S. Illidii Claromont. *Vendimus pro xx. solidis Claromont. Ar. Abbatii & Monachis S. Illidii omne jus quodcumque habemus ... in supradictis vineis de S. Marcio & al Ribatge & als chafals Sarrazines, quæ sunt subtus vinea ... pro tenementis predictarum vinearum & prefati Ribagii accepimus ex integro à Monachis S. Illidii xx. solidos Claromontenses*.
- RIBATGIUM, Eadem notione. Charta an. 1294. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 520. *Tradidit ... las chalms de Fenayrols ... cum molendinis, furnis, pratis ... aquis, Ribatgiis & espletis nemonum dictorum liberorum*.
- RIBAIARAGIUM. Charta Occitanica ann. 1311. ex 47. Regesto Tabularii regii num. 130. *In terra seu Ribaiaragio Lumelli*. Infra: *Contra piscatores applicantes, seu Ribagium facientes*.
- RIBALDA, RIBALDAGIA. Vide *Ribaldi*.
- RIBALDI, Velites, *Enfans perdus*, Milites, qui prima prælia tentabant: [quibus accidit, quod Tyrannis apud Græcos & Latronibus apud Latinos, ut qui sua institutione probi essent Principes militesque, in deteriore postea acceptionem & famam abierint, inquit Carolus de Aquino in Lexico Mi-

litari post Stephanum Pasquerium. Vide R. P. Danielelem lib. 3. Hist. Militiæ Francicæ cap. 7.] Rigordus ann. 1189. *Dum Rex circumquaque immunita civitatis consideraret, Ribaldi ipsius, qui primos impetus in expugnandis munitionibus facere consueverunt, eo vidente, in ipsam civitatem impetum fecerunt.* Will. Britto lib. 3. Philippid.

Et Ribaldorum nihilominus agmen inerme.

Infra:

Nec minus armigeri, Ribaldorumque manipuli.

Lib. 7.

*Ac per plana jacent Ribaldi cum Piquichinis,
Et qui res propter vanales castra sequuntur.*

Infra:

Ribaldi, mercatores, & vulgus inerme.

[Codex MS. apud Stephanotium tom. 1. Fragm. Hist. Anno 1214. dominus Episcopus Lemovic. Americus cum Abbatibus S. Martialis, S. Augustini & S. Martini venerunt à Baniac, ubi erat exercitus, tractaturi de pace; & tunc Ribaldi dicti exercitus in ipsum D. Episcopum & Abbates & socios irruerunt, & Priorem Fratrum Prædicat. qui cum illo venerat, egregie verberaverunt, quod de aliis fecissent, nisi fugissent.] Anonymus de Gestis Friderici II. Imper. *Et subito sagittantes, Ribaldos sine numero vulnerant.* Descriptio victoriæ Caroli Sicilia Regis pag. 847. *Ribaldi pedites, &c.* Joan. Villaneus lib. 11. c. 139. *I Ribaldi & i Raguzzi del hoste.* Inde

RIBALDI, inter vilissimos hominum habitus, quorum vita nullius erat momenti, ex calonibus fere semper delecti, cum & ii calonum in castris vices persæpe agerent, impedimenta curarent, cæteraque viliora obsequia impenderent. Ut igitur id hominum genus ex ganeonibus potissimum conflatum erat, usurpata deinde Ribaldorum vox pro hominibus vilissimis, abjectis, perditis, scortatoribus, &c. cujusmodi passim depinguntur à Scriptoribus. Guillelmus Neubrig. lib. 5. cap. 2. *Cum quibusdam perditis ex illo hominum genere, quos Ribaldos vocant, ingressus sacris adibus ignem immisit.* Willemus Armoricus ann. 1202. *Inermes Ribaldos & alios, qui solent sequi exercitum propter onera deportanda.* Matth. Paris ann. 1214. *Ribaldi & viles persona.* Anno 1251. *Fures, exules, fugitivi, excommunicati, quos omnes Ribaldos Francia vulgariter consuevit appellare.* Vita Abbatum S. Albani: *Vilissimi Ribaldi.* Vita B. Joannis Montis mirabilis, in Chronico Abbatiae Longipontis: *Quarente itaque Priore, quid ergo esset acturus, respondit se velle Ribaldum fieri. Quo audito, Prior admirans ultra modum: Verumne est, inquit, quod dicitis, optare vos esse de genere hominum apud Deum & homines contemptibili, & in ipsorum numero computari? nonne ergo talium more, vos cum illis oporteret jurare, & frequenter pejorare, & ad decios ludere, tabellam comportare, pellicem circumducere, inebriari sapissime? Nequaquam, Joannes ait, & ut verbis ejus loquar, Ribaldi sunt, & Ribaldi. Est namque nonnullis quasi pro officio stabulum mundare, finum comportare, quibuslibet abjectis rebus agendis & tolerandis humiliter subjacere, & in sudore vultus sui panem suum manducare, quorum vita licet ab hominibus vilis reputetur & despecta, est tamen laudabilis, & in conspectu Domini valde pretiosa.* Ita etiam Ribaldos describunt Albertus Stadenensis ann. 1224. Albertus Argentin. pag. 103. 136. Auctor Vita B. Jordani Generalis Prædicat. num. 57. Privilegia Academiae Viennensis in Austria rubric. 18. apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibliot. Cæsarea c. 5. Magnum Chronicon Belgicum ann. 1212. Chronicon Rotomag. ann. 1251. Wad-

dingus in Annalib. Minor. ann. 1317. num. 35. ann. 1321. n. 14. Joannes Villaneus lib. 7. cap. 9. Ericus Upsaliensis lib. 1. Hist. Suecorum p. 8. Michaël Scotus lib. 4. Mensæ philosophicæ cap. 6. 37. &c. [His adde, si vis, Chartam Arnoldi Comitis Loffensis ann. 1230. Hist. Loff. part. 2. pag. 23. Gestæ Gaufrædi de Loduno Cenoman. Episcopi, apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 386. Statuta Collegii Thesaurarii an. 1280. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 287. col. 1. Statuta Collegii Narbon. an. 1379. to. 5. ejusd. Hist. pag. 668. col. 2. Statuta synodalia Ecclesiæ Cenoman. apud Martenium tom. 7. Ampl. Collect. col. 1387. Chronicon Farmense ad an. 1308. apud Murator. tom. 9. col. 870. Chronicon Petri Azarii ad ann. 1331. apud eundem Murator. tom. 16. col. 336. Statuta Montis-regalis p. 168. & 170. Statuta Vercell. lib. 5. fol. 126. recto, Statuta Placentiæ l. 4. fol. 46. verso, Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 25. Vitam S. Bernardini, tom. 5. Maii pag. 305. * Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. pag. 256. Menoti Sermones fol. 187.]

De ejusmodi calonibus Castrensibus agunt etiam Scriptorum nostrates non semel. Le Roman de Garin MS.

N'a en la route, ne Ribaud ne garçon.

Guillelmus Guiart MS.

*Ribauz qui volentiers oidiuent,
Par coustume d'antiquité,
Queurent aux murs de la cité.*

Alibi:

*Ribauz ruent pierres cornuës,
Qu'en fondes balançent & hoschent.*

Idem Poëta:

*Braient soudoiers & Ribaus,
Qui de tout perdre sont si baus.*

Idem ann. 1214.

*Ribaus qui de l'ost se departent,
Par les chans çà & là s'espardent;
Li uns une petite pilete porte,
L'autre croc, ou maçue torte.*

Mox de iisdem:

Communement sont mal vestus.

Denique anno 1304.

*Leurs conrois par les chans devisent,
Sans tenir conte de Ribaud.*

Vetus Chronicon MS. sub an. 1230. in Tabulario S. Maglorii Parisiensis:

*En tel point fu li Quens Thibant,
Qu'il ala nus come un Ribaut,
Un autre Ribaut oveques lui
Qui ne fut connu de nullui.*

[Le Roman de la Rose MS.

*Nus n'est chaitis s'il nel cuide estre,
Soit Roys, Chevaliers ou Ribaus;
Mais Ribaus ont les cuers si baus,
Portant sacs de charbon en Greve,
Que la peine riens ne leur greve.]*

RIBALDI, etiamnum nostris, Libidinosi ac Scortatores dicuntur, quod scilicet Ribaldi pro hominibus perditis, & scorta publica sectantibus haberentur; seu quod instituta in Regum nostrorum aula Ribaldorum cohors, de qua mox agemus, in ejusmodi ganeones, vel in scorta publica, quæ Regium Comitatum sectabantur, inquirerent, atque adeo cum lupanaria ingrederentur, ad capiendas meretrices, ipsasmet sibi conciliarent, & lenonum vices agerent. Gloss. Lat. Gall. Zelotypia, Ribaudie. Zelotypus, Jaloux, ou Ribaux. Lena, Ribalda, vel conciliatrix stupri. Angli Lenones, à bawd,

vocant, & obscœnas meretriciasque confabulationes, *Bawdry & Ribaldry*. Jo. de S. Victore l. de Adversitate prosperitatis cap. 2. *Est enim velut meretrix difformiter formosa, & pulchra turpiter, quæ lubricos & infames quosque parasitos atque Ribaldos ad suum amorem ob sui pulchritudinem allicit.* Concilium Parisiense ann. 1212. cap. 16. *Ne... conventionem Ribaldorum ibi recipiant.* Concilium Nimo-ciense ann. 1298. cap. 4. *Uxores, quæ dimissis propriis viris adherent suis adamatoribus aut Ribaldis.* Clerici Ribaldi, in Concilio Senonensi an. 923. sub Galtero Archiep. cap. 13. in [altero Concilio Senonensi ann. 1239. apud Marten. tom. 7. Amplif. Collect. col. 138. in Concilio Rotomag. an. 1231. apud eundem Marten. tom. 4. Anecd. col. 177. & pag. 243. edit. in 4^o. ubi pro Ribaldi legitur Ribaudi;] in Concilio apud Castrum Guntheri cap. 21. [Consuetudines Brageriaci art. 83. *Item si quis bonus homo & boni status, propter importunitatem cujusdam vilis personæ motus, dixerit seu vocaverit dictam vilem personam, seu modici status, Ribaldam seu Ribaldum, latronem seu latronam, aut tales injurias verbosas in eos intulerit, dum tamen manus injectio non interveniat, talia verba & injuria minime reputabuntur.*] Ribalda ancilla, apud Boherium Decif. 49. num. 2. Guill. Guiart ann. 1204.

Houllier & Ribaud & paillart,

Qui toujours la guerre commencent.

Ribaudie, Scortatio, meretricatus. Le Roman d'Abbladane MS. *Et facies, que tout les bons compaignons, qui onques avoient mené Ribaudie en luxure en la cité d'Abbladane, furent à cele feste, &c.* Ribaldaglia, meretricium, scortatio, apud Matth. Villaneum lib. 4. cap. 91. lib. 9. cap. 28

RIBALDI. Apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placentinæ, in Regeſto 2. part. num. 160. habetur revocatio, facta per D. Gregorium PP. X. de consuetudine, quod solis Ribaldis dabatur elemosyna in domo Papæ, in festo Carniprivii, qua statuit idem D. Gregorius PP. quod ejusmodi elemosyna erogaretur pauperibus aliis communiter, & ipsis Ribaldis ad domum Papæ, in festo Carniprivii suprascripto circa horam vesperam. Videntur ii intelligi, quos vulgo vagabonds dicimus.

REX RIBALDORUM, dictus Minister in comitatu Regio, cujus munus erat in crimina, quæ in eo perpetrabantur, inquirere, ac de iis decernere & judicare: cujus quidem officii nomenclatura desit regnante Carolo VI. sub quo, qui Rex Ribaldorum antea dicebatur *Præpositus Hospitii Regis* postmodum appellatus est. Ita quidem Tillius, quod alii in dubium vocant, ac præsertim Miramontius in Tractatu de Præposito Hospitii, quem consule, si lubet. Id constat, ejusmodi Ministrum Regium jam notum sub Philippo Augusto. Nomina Prisonum in bello Bovinensi ann. 1214. Rogerus de *Wafalia*. Hunc habuit Rex Ribaldorum, quia dicebat se esse servientem. Exhinc Regis Ribaldorum mentio passim occurrit in veteribus Tabulis ubi etiam de ejus officio ac juribus agitur. Computum Hospitii ann. 1312. *Præpositus Regis Ribaldorum, qui duxit 4. valletos, qui vulneraverant, &c.* Statutum pro Hospitio Regis Philippi an. 1317. *Grasse-Joe Roi des Ribaux ne mangera point à court, més il aura six denrées de pain, ... & sera monté par l'escuerie, & se doit tenir tousjours hors la porte, & garder illec qu'il n'y entre que ceus, qui i doivent entrer.* Idem Statutum: *Item assavoir est que les Hussiers de salle, si tost comme l'en aura crié, Aux Queux, feront vuider la salle de toutes gens, fors ceus qui doivent mengier, & les doi-*

vent livrer à l'huys de la salle aux varlets de porte, & les varlez de porte aux Portiers: Et les Portiers doivent tenir la cour nette, & les livrer au Roy des Ribaux; & li Rois des Ribaux doit garder, que il n'entre plus à la porte, & cil qui sera trouvé defaillans sera pagny par le Maître de l'hostel, qui servira la journée. Carolus Pulcher Rex testamento suo an. 1324. Regi Ribaldorum 20. & ejus Præposito 10. solidos legavit. Regeſtum Camera Comput. Paris. sign. B. incipiens ab an. 1330. fol. 61. & 62. *Les gens des Requestes du Palais imposent silence perpetuel à deux femmes, qui s'estoient pourveues contre un Arrest de la Chambre, à peine d'estre livrées au Roy des Ribauds, & d'estre punies comme infames.* Computum Hospitii Ducis Normanniæ & Aquitaniæ ann. 1388. *Jean Guerin Roi des Ribaux pour les despens de lui, & de trois autres, en allant de Corbeul à Sedane mener Guillet, n'agueres Roi des Ribaux, & le Picardian son Prevost, pour faire mettre iceux au pillori, &c.* Ex Arresto Parlamenti 16. Mart. 1404. docemur præterea, que les vallets du Roy des Ribaux ne portoient verges, comme faisoient les Huissiers de la salle & Portiers de l'Hostel du Roy, & que les Maîtres de l'Hostel du Roy avoient jurisdiction sur lesdits vallets du Roy des Ribaux. Sed de Regis Ribaldorum officio audiendus in primis Butelerius in summa Rurali lib. 2. tit. 1. ubi de Præposito Marescallorum: *Item a ledit Prevost le jugement de tous les cas advenus en l'ost ou chevauchée du Roy, & le Roy des Ribaux en a l'execution. Et s'il advenoit que aucun forſace, qui soit mis à execution criminelle, le Prevost de son droit a l'or & l'argent de la ceinture au malfaiteur, & les Mareschaux ont le cheval, & les harnois, & tous autres hostils, se il y sont, réservé les draps & les habits quels qu'ils soient, & dont ils soient vestus, qui sont au Roy des Ribaux, qui en fait l'execution. Le Roy des Ribaux si se fait toutefois, que le Roy va en ost ou en chevauchée, appeller l'executeur des sentences & commandement des Mareschaux & de leurs Prevost. Le Roy des Ribaux a de son droit, à cause de son Office, connoissance sur tous jeux de dez, de berleus, & d'autres, qu'il se font en ost & chevauchée du Roy. Item sur tous les logis des bourdeaulx, & des femmes bourdelieres, doit avoir deux sols la sepmaine. Item a l'execution des crimes, de son droit, les vestemens des executez par justice criminellement.*

Quod vero ad jurisdictionem Regis Ribaldorum in scorta publica spectat, exstat in hanc rem insigne satis monumentum in Regeſto Chart. signat. 117. ann. 1380. num. 176. quod hisce verbis concipitur: *Remisso pro Petro & Stefano Calce fratribus, ac Cola dicti Petri uxore, de terra Bellijoci, exponentibus, quod Antonius de Sagiaco se gerens pro Ribaldo, & se dicens de ordine seu de statu Goliardorum, seu Buffonum, & ad causam hujusmodi super qualibet muliere uxorata adulterante, sibi competere & posse exigere quinque solidos, & pro eisdem dictam talem mulierem de suo tripede pignorare, de talique & alio vili questu, quem sub umbra ribaldia, goliardia, seu buffonia hujusmodi à simplicibus mulieribus licet probis, ac in tabernis, quas frequentabat, & alias inhoneste petebat & procurabat sibi dari, vivebat, die quadam venit ad Colam prædictam, & ei contra veritatem imponens, quod ipsa cum alio quam viro accubuerat, petit ab ea quinque solidos hac occasione sibi dari, aliequin pro eis ipsam pignoret de suo tripede, ut dicebat.* Anno 1380. mense Aprili post Pascha.

De vocis Ribaud etymo, multa multi dixere. Quidam à Baud, Anglico, Leno: Acarisius, à Raubare, vel à Rebellis, deducunt. Henschenius ad Vi-

nam S. Richardi Episcopi Cicestrensis à Germanico *Ruë*, otium, vel *Raub*, præda. Vide Oct. Ferrarium in Originibus Italicis.

¶ Carolo de Aquino certum est, ut eruditi viri verbis utar, vocem esse originis Latinæ à verbo *Rapio*, ex quo verbum *Raobare*, atque adeo *Robare* & postea *Robbare* apud Latino-barbaros: præsertim, inquit, cum admodum frequenter *Ribaldi* apud Etruscos dicantur *Rubaldi*, nimirum à *Raubando* vel *Rubbando*, hoc est, furta & latrocinia exercendo. Chronicon Mutinense apud Muratorium tom. 15. col. 600. *Theutonici, sive compagna, quorum caput & dux erat Dux Guarnerius & Marefcallus, & fuerunt numero tria millia quingenta barbata & mille meretrices, ragazii & Rubaldi satis venerunt in districtu Mutina, & castra metati sunt in villa Colombarii.*

Incertum porro an à *Ribaldis*, de quibus egimus, indita fuerit eadem nomenclatura, nescio cui cursus speciei, quem *Ribaud* pariter vocat Philippus *Mouskes* in Historia Franciæ MS. in Philippo Augusto:

*Karaites ont quises, & cars,
Bouoïaites, Ribaus, soumiers,
Roucis, & jumens, & coliers.*

Ribaudeau vocat Froissartes 2. vol. cap. 97. ubi describitur: *Quand celui disner fut passé, il se mirent en ordonnance, & se retirèrent tous entre leurs Ribaudeaux. Ces Ribaudeaux sont broüettes hautes, bandées de ser en la pointe, qu'ils souloient par usage mener & bouter avec eux. Ils les arouterent donc devant la bataille, & là dedans s'enclouierent. Ribaudequins* appellant Georgius Castellanus in Hist. Jacobi Lalani cap. 94. &]. Molinétus fol. 96. v. [*V. Ribaudequinus.*]

¶ *RIBALDISARE*, Ribaldorum more vivere. Rultzingus in Historia Monasterii Hilgenthal. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 386. *Nolunt sub disciplina monastica regi, sed potius insollescere & Ribaldisare, pœnas ordinis non timentes, &c.*

¶ *RIBAND*, Vitta, tænia, Gallis *Ruban*, Angl. *Riband* & *Ribbon*. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 109. *Item mitra de albo serico cum Riband de auro.* Supra legitur *Reband*.

¶ *RIBANS*, Eadem significatione. Consilium Civitatis Massiliensis an. 1381. *Statuit, quod nulla mulier aliqua audeat de cetero seu presumat, cuiuscumque sit conditionis, preeminentie vel status, portare garlandellum ... nec Ribans sive fres auri argenti seu perlarum deferre in capuciis, &c.*

¶ *RIBANUS*, Eadem notione. Consilium aliud Massil. incerti anni, ex Schedis D. le Fournier: *Nullus homo cuiuscumque conditionis existat in civitate Massilie de cetero portare audeat supertunicale ... nec in capuciis Ribanum de auro, argento, cirico aut parlis, nisi sit Miles.*

¶ *RIBASSIUM*, Excelsa ripa, Provincialibus *Ribas*. Charta Maurini Abbatis Vallis-sanctæ Diocesis Aptensis ann. 1509. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Et ab alia parte ascendendo per planam dicti tenementi; sive affaris, usque ad Ribassium, sive terram pendentem. Et infra: Sequendo planam & Ribassium ejusdem planæ & nemoris usque ad partitam territorii loci de Bannone.*

¶ *RIBATICUM*, Tributum in ripis exsolvendum. Vide *Ripaticum* 2.

¶ *RIBATICUS*, Idem quod infra *Riparia*, Ripa, littus. Charta Eboli Comitum Pictav. an. 25. Caroli Franc. Regis, apud Stephanotium to. 3. Antiq. Benedict. Pictav. pag. 342. *Concessimus de nostro, ut dictum est, beneficio eidem viro Rotardo Abati (Nobiliaci) unum Ribaticum, ... situm in pago Toar-*

cinse, in villa qua dicitur Solniacus, omnino sicut ipse Ribaticus adjacet cum aquis aquarumve decursibus, vel locis palustribus, &c. Vide *Ribagium* & *Ripaticum* 1.

¶ *RIBAUEQUINUS*, Species tormenti bellici, Gall. *Ribaudequin*. Miracula B. Petri Alamandi Archiep. Arelat. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Histor. MSS. p. 309. *Exercitus dicti domini Dalphini posuit obsidium coram predicta villa, & eo exeunte super menis causa deffensionis predicta villa, fuit ejectus unus lapis magna colubrina, alias Ribaudequin, &c.* Epistola Guillelmi Cousinet ad Gastonem IV. Comitem Fuxensem ann. 1449. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1815. *Auquel lieu ils avoient mis tous leurs Ribansdesquins, (1. Ribausdesquins) & leur artillerie, qu'ils appelloient leur ordonnance, & fortifierent tellement ledit lieu, &c.* Vide *Ribaudeau* col. sup. & *Borellum* in Thesauro v. *Ribaudequins*.

¶ *RIBAUDI*. Vide supra *Ribaldi*.

¶ *RIBERA*, Idem quod infra *Rivera*, Rivus, fluvius, Gall. *Riviere*. Charta an. 1067. Marcæ Hispan. col. 1133. & in Probat. novæ Hist. Occitan. tom. 2. col. 257. *Item evacuamus & diffinimus & gurgimus vobis predictis Comiti & Comitissa totos molendinos, & molendinarius, & ipsa Ribera cum suis caputaquis & pertinentiis, & pratis, & pascuis, & pasturas, &c.* Vide *Riparia*.

RIBERIA, *RIBERYALIA*. Vide *Riparia*.

¶ *RIBUARIUS*. Vide *Riparius*.

¶ *RIBULUS*, Rivulus. Vide in *Rigus*.

¶ *RIBUS*, Rivus, Gall. *Ruisseau*. Mabillonius tom. 2. Annal. Benedict. pag. 250. ad an. 780. laudat Placitum authenticum, in quo dicitur Anianus Abbas cum suis monachis deservire *S. Johannis Exequariensis, vel S. Petri & Pauli monasteriis, quæ edificavit supra dictus Anianus cum fratribus suis supra Ribo Argentodublo, in villa Cannense, quæ ab antiquo dicebatur Busintis.* Moretus in Antiquitatibus Navarræ pag. 300. & 301. hæc veteris Chartæ verba: *Et inde vadit contra Ribo de Canlo, reddit: Y de alli torre contra el Arroyo de Canlo.* Est autem *Arroyo* Rivulus apud Hispanos.

¶ *RICAMUM*, Opus acu pictum, Italis *Ricamo*, nostris *Broderie*. Translatio S. Antonini, tom. 1. SS. Maii p. 768. *Dictum sanctum Corpus planeta ex erminifino rubeo similiter confecta, & peniculamentis aureis cum Ricamis canatiglia aureis & argenteis intertexta ... dominus Cardinalis vestivit.*

¶ *RICCIUS*, *RICCUS*. Vide *Rici homines*.

¶ *RICELLUS*, Species panni pretiosi. Rollandinus in Chronico lib. 1. cap. 13. *Fuit etiam castrum talibus munitionibus undique premunitum, scilicet varis, & griseis, & cendatis, purpuris, samitis, & Ricellis, scarletis, baldachinis, & armerinis.*

¶ *RICHER-HOMINES*, *RICHI HOMINES*. Vide mox *Rici homines*.

¶ *RICHINUS*. Vide supra *Rechinus*.

¶ *RICHRONES*, Judices, seu, ut habet Ludewigus in Indice, Assessores judicis, scilicet à Germanico *Richter*, Judex, prætor, &c. Leges Frederici Imp. ann. 1156. pro Wormatia, apud laudatum Ludewig. to. 2. Reliq. MSS. pag. 195. *Super integritate itaque hujus pacis conservanda primos & præcipuos adjutores & consiliarios habere debetis, videlicet Wernerum de Boland vicedominum, Richrones Scultetum præfectum & judices de civitate, qui nos pariter præcedant, & si quid contra pacem hanc factum fuerit, sicut imperium decet & justitiarum bonorem ac commodum civitatis, nobiscum emendent & ulciscantur.*

¶ *RICI HOMINES*, id est divites, ita dicti præcipuæ nobilitatis Proceres apud Aragonenses quos alii vulgo

vulgo *Barones* vocant, de quibus pluribus egimus ad Joinvillam pag. 51. ubi docuimus, eadem ferme nomenclatura nostros donasse Barones ipsos, quos *Riches hommes* vulgo vocabant. Leges Alfonso part. 4. tit. 25. lege 10. *Ricos omes, segund costumbre de España, son llamados los que en las otras tierras dizen Condes, o Barones.* Vitalis Episcopus Oïcensis: *Barones autem quasi boni homines, à Bar, quod idem est quod Beatus, & Ones, quod idem est quod homines, &c. qui etiam Rici, id est, divites, sunt vocati.* Horum talis est conditio: *Quod quam cito aliquis Mesnadarinus à Domino Rege honorem fuerit consecutus, ad numerum Militum sustentandum, Ricus homo fit postea, sive Baro.* Michaël del Molino in suo Repertorio: *Ricus homo, secundum Foros Aragonum, dicitur ille, qui est dominus alicujus Varonia.* Mox addit: *Non tamen intelligas, quod dicitur Ricus homo, secundum Foros, ille, qui plures habet pecunias, sed ut superdictum est: & adde, quia omnes magnates, puta Comites, Duces, Marchiones & Vicecomites dicuntur Rici homines, secundum Foristas: quia isti communiter habent plures Varonias, & sunt plus quam Varones.* [Testamentum Jacobi Regis Aragon. an. 1272. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 247. Diximus domno Ferrando olim patruo nostro, & Episcopis, necnon & Richis hominibus & Militibus, quos ibi populaveramus, qui erant inter omnes CCCLXXX. Milites, &c. Literæ ejusdem Regis an. 1276. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1155. *Jacobus Dei gratia Rex Aragonum . . . viris nobilibus & dilectis Richis hominibus, Castellanis feudatariis, Militibus terra Majoricarum & regni ejusdem, salutem & gratiam. Adhibito consilio Richerhominum, forte mendose pro Richorum hominum, in Literis Petri Regis Aragon. an. 1282. apud Rymer. tom. 2. pag. 208.] De Ricis hominibus in Aragonia, multa Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Conditione Infantionatus. *Riches hommes, apud nostros.* Guill. Guiart an. 1301.*

*O ceus que nous ramentevomes,
Grant plenté d'autres Riches hommes.*

Idem an. 1304.

*Li Riche homme communement
Resont en l'eure sans atendre
De toutes pars leurs tentes tendre.*

Divites, in Legibus Edwardi Confessor. cap. 29. & apud Henricum Rebdorffensem an. 1347.

Constat porro vocem *Rico*, apud Hispanos, ut *Riik* apud Germanos, & *Riche*, apud nostros, ortam à Septentrionalibus populis, quibus familiarem fuisse ostendunt plane virorum apud illos illustrium nomina, quæ in *ric* desinunt, ut *Theodoricus, Alaricus, &c.* de cujus tamen vi non una est sententia. Videtur enim *fortem* interpretari Fortunatus lib. 8. Poëm. 1.

*Cbilperice potens, si interpres barbarus adsit,
Adjutor fortis, hoc quoque nomen habet.*

Alii *divitem*, ut Philippus Fystetensis in Vita S. Willibaldi cap. 11. *O beate Richarde, qui valde dives Latina lingua interpretaris.* Conradus Uspergensis anno 1252. de Friderico I. Imper. *Cum ex nominis sui interpretatione Pacis dives vocitaretur.* Vita MS. S. Gaugerici Episc. Camerac. lib. 1. cap. 1. *Dignum itaque & congruum valde fuit, ut veri gaudii, quantum quidem ad rusticam linguam, Riccitatem adeptus, in Ricco etiam & gaudenti oppido nasceretur.* Smaragdus ad Donati Partes, *Rich*, potentem semper interpretatur v. g. *Helperich, adjutorium potens: Altrich, senex potens: Arrich, durus potens, &c.* [Vide Schilteri Glossarium Teutonicum v. *Ric.*]

¶ RICINOSUS, φθειράριος, ἐπι ἀλόγῃ ζῶς, in Glossis
Tom. V.

Lat. Gr. & Gr. Lat. In his mox additur: φθειράριος, *Peduculosus. Ricinus*, unde *Ricinosus*, est vermiculus seu pediculus animalibus variis infestus: pro quo, ut obiter moneam, multi *Redivus* male legerunt apud Columellam lib. 6. cap. 2. *Ut Redivi, qui plerumque seminibus inhaerent, eximantur.* Legendum enim *Ricini*, ut Vossius observat lib. 1. de Vitiis serm. cap. 8.

RICIUM. Fragmentum Petronii: *In alio pedicellum vides, in te Ricium non vides.* f. *Vitium, [Ricinumve.]*

RICLINUM. Vide *Rechinus*.

¶ RICOPIARE, apud Italos, Iterum exscribere, Gall. *Recopier.* Incipit Vita B. Patris fr. Francisci de Fabriano collecta per venerandum P. fr. Dominicum Bonaventuram Fessis de Fabriano . . . *Ricopiata vero & exarata per me, fr. Dominicum Johannis Mariani de Fabriano, in Actis SS. Aprilis tom. 3. p. 984.*

¶ RICORDA, Tributi species, de quo in Corda 2. Concordia an. 1241. apud Acherium tom. 10. Spicil. pag. 181. *Cum controversia verteretur inter illustrem dominum Jacobum Dei gratia Regem Aragonum . . . & venerabilem Johannem eadem gratia Magalonensem Episcopum . . . super sexterali, Ricorda, ferro, pondere & cuppis, & sacramento fidelitatis, & exercitu hominum habitantium in parte Episcopi, &c.* Idem esse *Ricordam & Cordam* patet ex subsequentibus pag. 182. *Habeat insuper dominus Rex in perpetuum sexterale, Cordam, ferrum, pondus, leidas & cuppas partis ipsius Episcopi.*

¶ RICORDUM, Italis *Ricordo*, Memorialis liber, commentarius. Acta B. Torelli Puppientis, tom. 2. Martii pag. 500. *Memoria & Ricordum de mandato admodum reverendi in Christo patris domni Arsenii Crudelii de Puppio in sacra Theologia Magistri.*

¶ RICREDUTUS. Vide *Recrediti*.

¶ RICTARE dicuntur Leopardi juxta Spartianum in Geta cap. 5. *Leopardi Rictant, elephanti barriunt.*

¶ RICTARIUS. Vide *Ruta in Rumpere*.

RICTINARES, Μυκτηρες. Ita habent Glossæ Græc. Lat. MSS. ubi editæ, *hæ nares, singulare non habet.* Infra: *μύσας, Rictus.*

RICULA, *Mitra virginalis capitis*, in Glossis Arabico-Lat. Forte *Reticula*. Vide in hac voce.

Retinendum esse *Ricula* patet ex hoc Turpiliū loco apud Nonium: *Interea aspexi virginem injectam in capite Riculam indutam ostrinam.* Est autem *Ricula* diminutivum à *Rica*, Flammeum virgineum, apud Varronem lib. 4. de Lingua Lat. & apud Festum. Hinc emendandus Isidorus lib. 19. Orig. cap. 31. ubi male: *Rigula*, pro *Ricula*, est *mitra virginalis capitis*.

RICULUS. Joan. Bromptonus in Ricardo I. *Camelorum vero, & dromedariorum onera portantium ad 4700. numerus aestimabatur. Multitudo vero Riculorum & asinorum, onerariorum sub numero leviter non cadebant. Quidam emendant curricularum; malim vehicularum.*

¶ RICUS Homo. Vide *Rici homines*.

RIDELLUS, Cortina, ex Gallico *Rideau*. Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. *Tres capæ ejusdem sectæ, cum toto apparatu altaris, sine Ridello.* Occurrit ibi pluries.

¶ RIDICULARI, Deridere. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Ridiculare, καταγέλασον.*

¶ RIDICULARIS, pro *Ridiculus*, jocosus, improbat Vossius lib. 3. de Vitiis serm. cap. 43.

RIDICULARIUS, *Ridiculus*. Gellius lib. 4. cap. 20. *Cavillator, & canicula, & nimis Ridicularius fuit. Ridicularia fundere, dixit Cato apud Macrobiū Saturn. 3. cap. 14.*

¶ **RIDICULOSE**, Jocoſe. Vita S. Bardonis Archiep. Mogunt. ſæc. 6. Benedict. part. 2. pag. 8. *Quibus ſanctus Pater jucunde, & ut ita dicam, Ridiculoſe reſpondit: Adhuc, inquit, cum Rex ſtultus veniet & nullum antiſtare volentem inveniet, forſitan me conſtituet Antiſitem.*

¶ **RIDICULOSUS**, Ridiculus, apud Arnobium lib. 5. S. Hieronymus lib. 3. adv. Rufinum cap. 4. *Ridiculoſus à Riduculus diſtinguit: Non Ridiculoſa, ut ſcribis, inquit, ſed ridicula mihi forte res accidit.* Superlativo *Ridiculoſiſſimus* uſus eſt Plautus Stich. act. 2. ſc. 2. v. 64. *Riſum deberet, qui in ſeria uteretur oratione, iudice Voſſio lib. 1. de Vitiis ferm. cap. 17.*

RIEDRA, **REDRA**, **REDRARE**, voces fori Aragonici. Fori Oſcæ ann. 1247. ſub Jacobo I. Rege Aragon. *Etiam qui interrogat, ſecundum Forum, poteſt demandare fidantiam ad demandatorem de Riedra, ut nunquam magis ſe reclamet ad chartam, quantum ad illam demandam, quam tunc facit.* Fol. 11. *Et poſtea qui conqueritur, debet dare fidantiam de Redra, qui Redret conquerentem. Dare fidantiam de Redra, vel Riedra, in Foris Aragon. fol. 95. v. edit. 1624. Fidantia tam juris quam de Riedra, fol. 147. vº.* Occurrit non ſemel.

RIEFLARE, Per vim auferre, rapere, ex Saxonico *pieſian*, ſpoliare, rapere, *raubare*, noſtris *Dérober*. Nam vox formata ex *peaſ*, & *pieſ*, veſtis, indumentum, quæ & ſpolium & rapinam ſignificat. Hinc Anglis *Riſling*, populatio, noſtris *Raſte*, direptio. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 57. *Quod ſi de manifeſtis & confeſſis agatur, ubi quis peccavit, ibi rectum faciat, vel de ſuo ad valens foriſfacti pro in borgo retineantur, conſiderate ſcilicet, & coram teſtibus, & ratione hoc, non furore fiat, ne Rieſtatum reputetur, & juſtitia repetentis in injuſtitiam convertatur. . . . Sape enim contingit, ut hoc modo depoſitum pro furto & Rieſtato, & quoquomodo defraudato, poſtea fuerit intentiatum (ſ. intertatum) & ad hoc demique comprobatum.*

¶ **RIENOSUS**. Vide *Renitioſus*.

RIESA, Noſtris *Riez*, *terres non labourées*: quaſi *Reſides terra*, ut quidam cenſent: at Conſuetudo Herliacenſis art. 4. indicat ita dictas, quaſi *rejectas*, & derelictas, *terres abandonnées*, dum eas vocat *terres demeurées à rejets*. *Agri deſerti*, in lege 12. Cod. Th. de Ann. & trib. *Centuria deſerta*, in leg. 10. eodem. *Deſerta & ſqualida loca*, in leg. 2. & 12. eod. Cod. de Indulg. debet. *Inutiles, deſectivi*, in leg. 3. eod. Cod. de Exaction. Apud Aggenum de Limitib. agror. dicuntur *Relicta loca*, quæ ſive iniquitate locorum aſſignari nequiverunt, ſive ex voluntate conditoris, hoc eſt, menſoris relicta, limites minime acceperunt: vel denique quæ vis aquæ obtinuit. *Quæ* quidem loca plerumque proximi poſſeſſores invadunt, & oportunitate loci irritati agrum obtinent, &c. Charta Hugonis de Montcornet anni 1222. in Tabulario Fuſniacenſi: *Poſturare poterunt, per omnia nemora mea, exceptis quibusdam locis, quæ vulgo dicuntur Rieſes. . . . In prædictis vero Rieſis poſturare non poterunt.* Ibidem: *In Rieſis meis dedi & conceſſi annuatim eiſdem decem cartatas ſeni: Riez & poſturages*, in Conſuetud. Bononiienſi art. 133. *Laiſſer les terres en Riets*, in Arebatenſi veteri art. 39. 62. [Vide *Reſa* 2.]

RIFLETUM. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 326. *Et totam terram Warini de Wacy, quam mater mea eis ante dederat, & meſſuagium ejus, cum duobus Riſſletis circumjacentibus.* Vide *Reſletum*.

RIFFLURA, Levis plaga in cute, ex Gallico *Riſſura*.

re: illud vero fortè ex *Rieſſare*, de quo ſupra, rapere, ita ut *Riſſura* ſit eorum, quibus caro leviter rapiatur, ac vellitur. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 23. §. 2. *Utrum ibi ſit plaga vel Riſſura*, ad hoc quod procedat duellum. Cap. 24. §. 2. *Riſſura* ſcribitur, & in Fleta lib. 1. cap. 41. §. 3.

RIFFO, Monetæ ſpecies, in Charta an. 1195. apud Nicol. Chorjerium, qua quidem Girardus vendit Eccleſiæ Vienneniſi, quidquid poſſidebat Viennæ centum *Riſſonibus*, *datiſ inde ſeptem libris*: unde colligit idem Chorjerius, centum *Riſſones* ſeptem libras confeſſiſſe. Forte fuit Moneta Monafterii S. Ruffi Valentiaæ cavarum, ita ut legendum fuerit *Ruſſonibus*.

¶ **RIFORMA**, Vox Italica, Reformatio, Gallice *Reforme*, Severioris diſciplinæ reſtitutio in cœtibus Religioſis. Proceſſus de B. Jacobo Bitectenſi, tom. 3. Aprilis pag. 528. *Joannem à Coriliano Ordinis Minorum ſtrictioris obſervantia in provincia & Riforma S. Nicolai miniſtrum provincialem.*

1. **RIGA**, Striga, ſulcus terræ, ager ſulcatus, noſtris *Roye*, vel *Raye de terre*, vox formata forte à *Rigor*, de qua infra, id eſt, limes rectus, vel quicquid in rectum aratur. In Gloſſis MSS. *Arcola* exponitur *Riga hortorum*. Ita porro videtur uſurpare Concilium Duziacenſe I. part. 4. c. 5. *Nec unam Rigam de terra, nec ullum habebat mancipium proprium.* Vita S. Berthæ Abbat. Mart. num. 7. *Cæpit terram fodere, & in modum ſulci Rigam facere.* Et Charta Fulcoudi Abbatis S. Faronis Meldeniſis: *Anatheſmatizavit cunctos, qui ex ſupradicta terra aliquam fraudem facere præſumerent, vel uſque ad unam Rigam minuerent.* [Edita eſt tom. 2. Hiſt. Eccl. Meld. p. 9. & ſæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 659. unde Mabillonius in Onomaſtico ad calcem *Rigam* interpretatur Tributi genus à colono ſolvendum. Vide mox *Riga* 3. Charta Bartholomæi Laudunenſ. Epifc. ann. 1117. Hiſt. Codiæ pag. 136. *Unam carrucam terræ ad omnes Rigas donavit.* Iſ in locis, in quibus quolibet triennio per annum requieſcunt agri, ſolum integrum in tres portiones circiter æquales dividitur. In una frumentum hyemale ſeritur, in altera Martium, tertia requieſcit. Has portiones *Rigas* appellat Bartholomæus loco citato, ut plerique noſtrum *Rayas* etiamnum appellamus. Hac, ut puto, notione Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 45. verſo col. 2. *Arant dimidiam Rigam.* Vide *Roya*.]

¶ **RIGAS FACERE**. Idem Codex MS. fol. 40. recto col. 2. *Ofarius colonus . . . tenet manſum 1. habet de terra arabili bun. xxxv. facit inde Rigas & curvadas abbatiles & præpoſitiles.* Eodem fol. verſo col. 2. *Cricianus colonus . . . habet de terra arabili bun. xii. ſolvit ad hoſtem multones 11. de ſpelta modios v. facit integram Rigam.* Et fol. 41. recto col. 1. . . . *Habent de terra arabili bun. xii. de prato arp. 1. ſolvunt ſimiliter & faciunt duas Rigas ſupra.* Ubi *Rigas* facere idem eſt, ut videtur, quod *Arare*.

¶ **RIGIS**, Ager ſtrigatus, Angl. *Rig* vel *Ridge*. Spelmanus in voce *Riga*: *Terram quam è pluribus ſulcis in aggerem efferunt arantes, ita ut ſicca ſedes frumentis habeatur, Romani Strigam, atque inde agros Strigatos, nos à Rig vocamus.* Thomas Blount in Nomolexico: Anno 20. Eliz. teſte Jacobo Dyer Mil. unam *acram terræ arabil. continen. quinque porcas terræ, Anglice Ridges.* Excambitio inter Moniales S. Michaelis de Stanford & Galfridum filium Lenverici de Brun, apud Thomam Madox Formul. Angl. pag. 155. *Sciant præſentes & futuri . . . quod idem G. excambiavit cum prædictis Monialibus viii. acras terræ*

arabilis, quarum 11. Rigiis jacenti super Langeland & 11. Hevetlandes que capitant super eadem, super Soperestand 1111. roda & quinta roda, que tangit super Langeland, 11. roda versus Aquilonem apud Hones, 1. Rig. juxta Mabiliam Roberti filii, Militis, VII. Rigiis qui capitant super Lundam, 11. Rigiis juxta Robertum Calver, que capitant super Obestorpesgathe, 1. Rig. juxta Reberium Lunet; hac VIII. acras, ex quibus XI. Rigiis jacent juxta Have versus Aquilonem; &c.

2. RIGA in vestibus; [Linea, Gall. Raye.] Concil. Florentin. part. 2. pag. 906. ult. edit. Cappa cælestini coloris Rigiis albis purpureisve per transversum . . . variata. Concil. Salzburgense an. 1420. cap. 6. Pallia deferunt, joppulis manicas strictas, ut tunc moris est, multipliciter plicatas seu Rigatas, aut alias laicales habentibus. [Jacobus Cardinalis in Coronatione Bonifacii VIII. PP. tom. 4. SS. Maii pag. 469.

Quod rubeis croceisque Rigiis umbracula velent.

Inventarium Ecclesiæ Noviom. an. 1419. Item, unum voletus sericus ad Rigas sericas diversorum colorum. Et alio in loco: Item, due alie curtina de stamine Rigata de rubeo, croceo & asureo. Rursum alibi: Item, una cappa de Cardinali de Limoges, operata auro & serico, Rigata diversis coloribus. Concilium Trevirense an. 1310. apud Martenium tom. 4. Anecd. col. 240. & 241. Item, cum . . . in nostrâ civitate . . . quamplures Presbyteri, Canonici & Clerici Rigatas & scacatas vestes gestantes . . . venerabile signum clericale . . . deferre presumptuosa superbia vilipendant . . . sub pœna excommunicationis lata sententia . . . firmiter inhibemus, ne deinceps hujusmodi vestes Rigatas & scacatas . . . de cetero deferre presumant.]

3. RIGA, pro Agrario, aut tributo ex agris, videtur usurpari à Marculfo lib. 2. form. 36. Ita ut ab hac de ipso jure hereditario . . . in tuam revoces potestatem, & nullam functionem, aut reditus terra, vel pascuarium . . . non debeatis, nisi tantum, si ita vult, Riga. Vetus Formula apud Bignonium: In ea ratione, ut Riga exinde in cultura dominica arare & recondere faciam. Item: In ea ratione, ut Riga & alios reditus terra persolvam. [Præceptum Carolomanni filii Ludovici Balbi apud Mabillonium to. 3. Anal. Benedict. pag. 686. col. 2. Cum vineis & terris omnibus ac mancipiis . . . necnon & cum aliis terris nostri fisci, ubi Rigas aut aliquam redhibitionem facere solent.]

4. RIGA, Linea, sulcus literarum. Theutonibus, Rige, vel Reige, Series, ordo. Guibertus lib. 1. de Vita sua cap. 22. de fulmine: Dextrorsum enim per arcum, cui percussa imago suberat, flamma lambens in cemento arcus descendendo bifurcam nigredinis Rigam fecit. Chronicon Windesemensis lib. 1. c. 27. Hanc professionis sue formam manu propria in membrano pergameni conscriptam parvula cruce in ultima Riga consignatam . . . obtulerunt. [Adrianus de Veteribus de Rebus Leodiens. apud Martenium tom. 4. col. 1276. Tota vis Bullæ stat in quatuor vel quinque Rigiis, ubi Papa suspendit interdictum & iterum ponit. Statuta Placentiæ lib. 6. fol. 83. recto: Et quod qualibet linea seu Riga habeat ad minus quinque ditio- nes.] Vide Ferrarium in Riga, & infra in Rigus.

5. RIGARE, Italica, Lineas ducere, nostris Rayer, pro quo interdum scripserunt Rager, ut le Roman de la guerre de Troyes MS.

Desus les heaumes de loz brans
S'entredonent colps si grans . . .

Que par les chiefs li sanc Rayer, (fluit).
Mes ne partissent por tiel plage.

Rectius, ut videtur, ad hodiernum saltem usum
Tom. V.

aptius, legeretur Raye & Playe, ut præfert le Roman d' Athis MS.

Et me faites sans demourancè
Loier & estoupper la Plaie,
Pour retenir le sang qui Raie.

6. RIGHA; Stria, linea, Ital. Riga. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 166. Vidit insuper Christi ancilla acediosorum animas sedentes in medio ignis, & sedebant supra unum lapidem quadratum, qui lapis erat sculptus cum Righis cavatis, sicut aliquas solentem videre columnas, & illa Righa erant plena carbonibus ardentibus.

RIGABELLUM, Instrumentum musicum; cujus usus erat in ædibus sacris, antequam organa Italica omnino familiaria essent. Vide Sansovinum in Descriptione Venetiarum 2. edit. pag. 179.

RIGAGO, RIGATUS, Rivus. Vide Rigus.

7. RIGATOR, Qui rigat, humore conspergit. O stertum Rigatorem, Tertulliano adv. Valentin. c. 15. Plantator & Rigator, S. Augustino Epistola 112. S. Paulinus Epist. 39. novæ edit. num. 6. Spiritus sanctus Rigator animarum est. Rursum utitur Natali 8. v. 239. Dracontius Hexaemero v. 432.

Ipse Rigator erat, sator, auctor, messor, arator.

8. RIGATORIUM, Vas aqua lustralis ante aedes privata, apud Laurentium in Amalthea.

9. 1. RIGATUS, Rivulus. Vide in Rigus.

10. 2. RIGATUS, Lineis distinctus. Vide Riga 2.

11. RIGHA, Linea, stria. Vide in Riga 4.

12. RIGIDUS, Splendidus; nitens, si recte legitur in Glossis Lat. Græc. & Gr. Lat. Rigida, λάρμυσα.

13. RIGINUS, pro Ricinus. Glossæ Lat. Gr. Riginus, κρότων. Aliæ Græc. Lat. κρότων, φθειν, Ricinus, Riginus. Et alibi: φθειρ Peduculus; φθειρ, ηζου κρότων, Ricinus.

14. RIGIS, Ager strigatus. Vide in Riga 1.

15. RIGMATICE, Metrice, Gall. En vers, en rimés. Chronicon S. Bertini apud Martenium tom. 6. Collect. Ampliff. col. 627. Dicta vero ipsa de Latino in Gallicum Rigmaticè dictavit. Eiusdem originis est vox Rigmérie pro metro Gallico, ubi duæ voces versum finientes eundem sonum edunt, quem vulgo Rime appellamus. Literæ Caroli Francorum Regis an. 1445. apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 1805. Ils s'irent & ont fait ladite feste aux fols, en plusieurs excèz de mocqueries, spectacles, deguisemens, farces, Rigmeries & autres telles folies, qu'ils n'avoient oncques mesfait de memoire d'homme. Rimairie, in Epistolis du Traversseur, Borello teste in Thesauro. Vide Rimarius.

16. RIGOLA, Rivulus. Juxta Rigolas castri Ville-nova; in Charta ann. 1467. è Schedis D. Aubret. Vide infra Rigus.

17. RIGOR, Græcis εὐνοπία, Frontino & Agrimensoribus appellatur, quicquid in agro mensori operis causa ad finem rectum fuerit: quicquid vero ad horum imitationem in forma scribitur, linea. Idem Frontinus: Rigor est, quicquid inter duo signa, vel in medio linea rectum perspicitur. Vetus Inscriptio 711. 3. Huic cedat in Rigorem maceria & furcarum, & ara in qua fur cepem. [Haud scio an huc revocari possit quod habet le Roman de Fleire MS.

Babiloine est cité moult fort,
Si est assise en un Regort.]

18. RIGORA, Rivulus, rivus. Vide mox Rigus.

19. RIGOROSE, Rigide, summo jure, secundum juris rigorem. Statuta Monasterii S. Claudii p. 44. Causa seu controversia & quæstiones, qua interdum ratione jurium, obventionum & administrationum ejusdem monasterii inter præfatum dominum Abbatem & Con-

ventum oriuntur, per seculares iudices & in foris vetitis Rigorose terminantur; ea propter, &c.

- ¶ RIGOROSITAS, Severitas, austeritas. Chronicon Philippi de Lignamine apud Murator. to. 9. col. 265. *Tanta Rigorositatis fuit (Benedictus XII.) quod consanguineos vix cognoscere voluit, dicens Papam consanguineos non habere. Rigorositas regula, seu Rigor promiscue, in Bulla Eugenii IV. Papæ ann. 1432. è Bullario Carmel. pag. 182. col. 2.*
- ¶ RIGOROSUS, Plenus rigoris, apud Scholasticos. Usus est Carolus VIII. Franc. Rex in Edicto de Rescript. pag. 162. ut refert Vossius lib. 3. de Vitiis Sermonis cap. 43. Quidam vocem hanc tribuunt Senecæ Epist. 11. *Opus est Rigoroso aliquo, ad quem mores nostri seipsi exigant.* Sed desideratur in veteribus atque novis editionibus, ut observant alii.
- ¶ RIGULA, Terra fecunda, opima, fertilis, apud Papiam. Martinius emendat *Rigua*. Alia notione legitur in *Ricula*.
- ¶ RIGULAGO, RIGULARIS. Vide *Rigus*.
- ¶ RIGULITIA, Italis *Rigolitia*, Gall. *Reglisse*, *Glycyrriza*, in Statutis Civitatis Astæ, ubi de intratis portarum.
- ¶ RIGUOLES, Idem quod mox *Rigus*, *Rigulus*, *Rivulus*. Charta an. 1282. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 528. *Et viginti solidos quos habet in manso de Vendes dal Riguoles sopra & dal Riguoles inferiore, & in pertinentiis dictorum mansorum.*
- RIGUS, RIGULUS, Rivus, rivulus, nostris *Rigole*, [Ital. *Rigo*.] Lexicon Cambro-Britannicum: *Rhigol, fossula, sulcus*. [Charta an. 832. in Appendice Marcæ Hispan. col. 769. *Inde vadit ipse terminus per Rigo Ferrario usque ad ipso Palaciolo, &c.* Adde Chronicon Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 422. 449. 472. 473. 512. 533. &c.] Passim occurrit in Tabulario Casauriensi. Hinc *Rigora*, enuntiatione Longobardica, apud Leonem Ostiensem lib. 3. cap. 19. ut *Rivora*, apud Gromaticos, pro *Rigus*, & *Rivus*. [Vide *Rio*.]
- RIGAGO, [RINGAGO,] Eadem notione. Tabularium Casauriense: *Et de ambobus lateribus sine Rigagines cum vineis & pomis, &c.* Alibi: *De alio latere sine ripa Fossicana, quomodo descendit Alegojanum ad ipsam Rigaginem.* Rursum: *Et remisit intentionem, quam misit de Poio de Arnaro sine Rigo Bussi, & sine Rigagine de Augeano, & pergit in Rigo Bussi, & sine ipsa Rigagine, quæ pergit inter Arnacio & Pretetulo.* Alio loco: *Et de alio latere sine Rigagine, & quomodo ipsa Rigagine mergit in rivo Cupo.* Bulla Cælestini III. PP. apud Ughellum in Episcopis Theanensibus: *Et exinde pergit in Rigaginem, quæ ducit juxta Ecclesiam S. Mariae, & ipsa Rigago mittit in flumine de Gavigliano, &c.* Chronicon S. Bartholomæi de Carpineto l. 12. p. 1242. *Tertiam modiorum decem, quæ habet fines viam Salariam & Rigagines.* [Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 449. *A primo latere Ringagines Cancelli; à secundo mons Ota; à tertio Rigagines venientes in Brusclitum & in Rigum de Ponticella.* Rursum occurrit vox *Rigago* ibidem col. 472. 473. 474. & 512.]
- ¶ RIGULAGO, Eodem significato. Chronicon Farfense col. 530. *Quarum fines sunt usque in rivum, qui currit in terra Zarfonis, & venit in Rigulaginem, in Turcellam & in vallem, &c.*
- ¶ RIGULARIS, Rursum eodem intellectu. Idem Chronicon Farfense col. 484. *A capite via; à pede medium flumen Asum cum cursu aquæ; ab uno latere terra S. Angeli; ab alio Rigularis currens.*
- RiAGO, Eadem pariter notione. Charta Caroli M. Imper. in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag.

677. *Ultra monte extrinsecus circumdantes in hortum usque Riaginis, qua nominatur Ravennola, &c.* Pag. 689. *Montes extrinsecus circumdantes in ortum usque Riaginis, qua nominatur Ravennola, & à capite ejusdem Riaginis venientes juxta montes publicos in montem usque Benasrum, &c.* [Rivum vel Riaginem, in Chr. Farf. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 442.]

RIGATUS. Charta Urracæ Reginæ Hispaniæ ann. 1116. apud Sandovallium: *Et inde ad Petram fitam, & inde ad illum Rigatum, quod est inter Fenelope & Casal de Rex.*

RIBULUS, pro *Rivulus*, non semel occurrit ibid.

¶ RILEVUM, Anaglyphum, sculpturæ genus extans, eminens, Ital. *Rilevo*, Gallice *Relief*. Acta S. Jacobi Philippi, tom. 6. Maii pag. 175. *Et posuit imaginem suam di Relevo in una fenestra in sacello.*

¶ RIMA, f. Locus cavus, aut iter cavum, & quasi fissum, à *Rima* Latinis & Italis, Fissura. Chronicon Farfense apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 602. *Inde transit per pedem montis usque gualdum S. Mariae de Sanctis; deinde in viam antiquam, à qua incipit ascensus, & post ascensum incipit descensus per vallem Lupam usque in Crucem; inde per Rimam, qua Currus dicitur, usque in flumen Rianam.*

¶ RIMADA, *Rythmus*, Italis *Rima*, Nostratibus *Rime*, apud Laurentium in Amalthea.

¶ RIMARE, pro *Rimari*. Glossæ Lat. Græc. *Rimo*, ἀρεπεινῶ. Et Græc. Lat. *Arepeuvō*, *Rimo*, scrutor.

RIMARIUS. S. Columbanus Epist. 5. *Et S. Hieronymus in suo hoc idem de Pascha opus collaudavit catalogo, de hac luna atate vituperando disputet, qui contra Gallicanos Rimarios de Pascha, ut ait, errantes horrendam intulit sententiam, dicens, &c.* Nostris *Rimeurs* vulgo vocant poëtastras; sed an ea hic sit notio, non definitio. [Italis *Rimario*, liber est de rhythmis seu de vocibus exitus similes habentibus, Gallicis *Rimes*. Vide *Rigmatice*.]

RIMATH, Jusjurandum, quod quis cum toto conjuratorum cœtu vel numero dabat, à Saxon. *a pime*, Numerus, & *a ð*, juramentum. Vide *Leges Adelstani Reg. cap. 15.* & supra in *Cyreath*.

¶ RIMATIM, *Rimando*, diligenter inquirendo. Martianus Capella lib. 2. *Rimatim ab ostio speculari.*

¶ RIMATOR, Qui rimatur, diligenter inquirat. Arnobius l. 5. *Varro in antiquitatis indagacione Rimator.* Senator lib. 3. Var. Epist. 6. *Rimator morum.* Italis *Rimatore*, ut nostris *Rimeur*, est Poeta vernaculus, qui versus componit simili vocum sono terminatos: qua notione legitur in Vita S. Winwaloei MS.

¶ RIMATUS, passiva notione, Diligenter inquisitus. Sidonius lib. 7. Epist. 2. *Diligenter, quæ ad focrum pertinuerant, Rimatis convasatisque.* Chronicon Dominici de Gravina apud Murat. tom. 12. col. 590. *Deducta itaque ad maturum consilium causa ipsa, & Rimatis causis & periculis imminentibus.* Hoc est diligenter examinatis ac perpensis. *Instrumentis seu privilegiis Rimatis & diligenter inspectis*, in Charta an. 1317. apud Madox Formul. Anglic. p. 11.

¶ RIMENDATOR, Italis, Sartor, sarcinator, quasi *Reemendator* veterum vestium, Gall. *Ravaudeux*. Miracula S. Zita, tom. 3. Aprilis pag. 516. *Bonaventura Rimendator pannorum.*

¶ RIMENTARIUM. Vide supra *Rementarium*.

¶ RIMENTARIUS, Ἀρωματωπώλης, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. Ἀρωματωπώλης, *Odorarius*, *Rimentarius*. Melius in Castigationibus è MSS. *Pimentarius*, seu *Pigmentarius*.

¶ RIMIDIA, *Crepidus*, in Glossis Isidori. Excerpta Pithœana: *Rividia, trepido*. Utrum præstat? Hic silet Grævius.

¶ RIMIRARI, Rimari. Statuta Mutinæ pag. 110. *Item quod massarius artis & collegii notariorum vinculo sacramenti prædicta Rimirari & scrutari teneantur. Italis Rimirare est attente atque diligenter inspicere.*

¶ RIMOR, à Roma, Scrutinium, Johanni de Janua; Enfarcbemens, Scrutines, in Glossario Latino-Gallico Sangermanensi MS.

¶ RINAS, Naves vel massa, in Glossis Isidori. Recte monet Grævius scribendum esse, Naves pro Naves, à Græco ἄν, Nalus; unde ἄνες, Nares.

RINATRIX, Serpens, veneno aquam insiciens, in Glossis Arabico-Lat. ubi perperam Rixatrix. Papias: Rixatrix, serpens aquam veneno insiciens: in quocumque enim fonte fuerit, suam ibi immiscet venenum. Vide Natrix.

RINCA, RINGA, Baltheus militaris, cingulum militare. Catholicon Armoricum: Ren, Gall. Mener. Rengen, Gall. Renge ou resne de cheval. Jus Feudale Saxonum cap. 33. §. 5. *Antequam vassallus accedat ad dominum, gladium, cultellum, & calcaria... deponat, quia si in his se neglexerit, reus est pœna, annulos & fibulas, & omnia ferrea, Rincas & barras, propter opinionem stultorum.*

RINGA. Bracton. lib. 1. cap. 8. §. 2. *Quando eos accingunt gladiis, id est, Ringis gladiatorum. Idem §. 3. Ringa enim dicuntur, quod renes girant & circumdant, unde dicitur: Accingere gladio tuo, &c. Et Ringa cingunt renes talium, ut custodiant se ab incessu luxuria, &c. MS. Spelmanni habet ubique Renga. Le Roman de Garin:*

Li ceint l'espée par la Renge d'or fin.

Computum Stephani Fontani Argentarii Regii 1. Julii ann. 1352. cap. d'orfaverie: *Pour faire & forger le coispel d'une espée, rebrunir la croix, le poimeau, la boucle & le mordant de la Renge. [Instrumentum ann. 1386. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 674. L'une des dites espées sera garnie de Renge de cuir ou de soye, garnies de boucles & hardillons de fer & d'acier, mise & ceinte à mon costé, ou attachée icelle espée à une courroye de cuir ou de tessu de soye, &c.] Etymon porro vocis attigit Bractonus, dum ait Ringas dictas, quod renes girent & circumdant: à Ringus quippe vel Hringus, i. circulus deducitur. Vide Hringus. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Πένδα, ζώνη, λωρίον, ὅτι βασιλεὺς διαζωνύοιται. Ubi ζώνη forte legendum.*

¶ RENGIA, Eadem significatione. Charta an. 1302. è Regesto Olim: *Dicti operarii suo officio de auricalco, electro & metallo non contenti, sed rerum officia perturbantes, nitebantur facere Rengias, estallas & forellos, & cetera opera de corio & ligno necessaria pro ensibus, tam magnis quam parvis, &c. Mox recurrit ibidem.*

¶ RINCUES. Vetus Ceremoniale MS. B. Mariæ Deauratæ: *Infesto B. Luce Evangeliste dominus (Prior) tenetur dare predicto conventui quatuor Rincues sive Tessonnes, & dividuntur. Tessonnes Occitanis sunt Portcelli. Idem omnino videntur esse Rincues; sed unde vox illa ducta est? An à Rbanne, Coitus suum? Vide Hranne.*

¶ RINGA, Cingulum militare. Vide Rinca.

¶ RINGELDUM. Vide Raglorium.

¶ RINGHIERA, vox Italica, Suggestum, locus unde fermo fit ad populum. Sozomenus Pistoriensis ad an. 1394. apud Muratorium tom. 16. col. 1160. *Unde super Ringhieram & pulpitum exierunt collegia, & xi. cives absque domino Donato, sedantes eos dicendo, quod de domino Donato fieret justa punitio.*

¶ RINGRATIARE, Italis, Gratias agere, referre. Acta S. Franciscæ Rom. to. 2. Martii p. 111. * *Ringratiabant & laudes reddebant.*

¶ RINGUS, Castrum Avaribus. Vide Hringus.

RINTA. Charta ann. 1081. pro Monasterio S. M. Pinarolensi: *Dono & offero... sedimonium unum cum Rinta, cum area, qua ibi extat, & campo insimal tenenti. Alia an. 1098. Tam in seminibus, Rintis, silvis, cum areis, in quibus extant. Vide Probat. Hist. Sabaud. pag. 19. 20. 27.*

¶ RIO, Rivus, fluvius, apud Hispanos & Italos. Scriptura Principis Adelgastri ann. 780. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 89. *Per contorquellos & inde ad illo Rio de Rivilla, &c. Commensuratio aliquot prædiorum ann. 632. apud Mabillonium lib. 6. Diplom. pag. 464. Deinde per ipso fluvio usque Rio, qua est Salmagnaria. Pluries occurrit ibi. Notitia judicati an. 876. Marcæ Hispan. col. 798. De una parte in Rio, quem nunc ant Ferrario. Rivus Ferrarius nomine, qui hic dicitur Rio, supra dicitur Rigus. Vide in hac voce. Acta dotis Ecclesiæ Rivipull. ibid. col. 819. Habet affrontationes per ipsa ferra de Molella, sicut aquas vergunt contra ipsas Ecclesias, & venit in Rio Mexicanos.*

¶ RIOLUS, Rivulus. Privilegium Monasterii Rivipull. an. 888. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 165. col. 2. *Habet affrontationes ex latere uno per Riolo, qui discurret per villas Palliars, &c. Statuta Mutinæ fol. 12. rubr. 59. Riolo dicti fontis cavetur & aptetur per eum locum quolibet annis, per quem ire & fluere consueverat. Vide Rio.*

RIOTTA, Illicitum factum per tres ad minus perpetratum, ut est verberatio alterius, violenta possessionis arreptio, aut aliquid hujusmodi. Vide Cowellum lib. 4. tit. 18. §. 50. & Rastallum, [nec non Thomam Blount in Nomolexico v. Riot. Statuta Collegii Corisopitensis an. 1380. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 504. col. 2. *Item, omnes & singuli scholares prædicti inter se ad invicem... ab omnibus contentionibus, rixis, jurgis, convitiis, Riotis & quibuscumque illicitis & inhonestis verbis. Processus de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Julii pag. 604. Ad invicem tunc inceperunt magnam Riottam, & fugerunt hinc inde.] Galli etiamnum Riotes ut Itali Riotte, appellant ejusmodi rixas. Joan. Villaneus lib. 9. cap. 304. *Venendo tra loro à Riotta. Philippus Mouskes in Hist. Franc. MS.**

A tant commentent environ

A Riboter tout li Baron,

Et Ferrans & si Cevalier

Se comencent à desfrangier.

[Historia Belli sacri apud Marten. tom. 5. Collect. Ampliff. col. 750. *En celle même année (1275.) Dan Ferrant li ainsné fils le Roi de Castele, qui avoit espousée Dame Blanche la fille le Roi Lois de France... & par cest mariage fu faite concorde du Roi de Frante & de celui de Castele, de Riote qui estoit entre eux; car le Roi de France chalengeoit & demandoit por sien le roiaume de Castele. Literæ Johannis Franc. Regis ann. 1355. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 29. *Et se pour cause ou occasion de ce, naissoit ou mouvoit debat, Riot, ou questions contre les resistens, &c. Charta an. 1327. è Codice Colbert. not. 2591. Pour bien de pais & pour oster toutes Riotes, contens & discencions, &c.] Vide Ægidium Menagium in Orig. Francicis.**

¶ 1. RIPA, Italis, Petra, rupes. Miracula B. Ambrosii Senensis, tom. 3. Martii pag. 206. *Cum luderet cum quadam domina extra civitatem, ab ipsa impulsus cecidit per quandam Ripam, ex cujus casu fuit tam fortiter in brachio laesa, &c. Hic intelligi potest Declivitas collis saxosi. Acta S. Petri Cœlestini tom. 4. Maii pag. 451.*

..... Sed cellula Ripa
Saxea, qua facies medio non culta rigebat,
Erigitur, depressa tamen, plus carceris usum
Quam placidi præstare solent spectacula visus.

Vita S. Petri Parentii, tom. 5. Maii pag. 97. Dicens lapidicinam, in qua laborabat, esse in proximo ruituram... post paucissimos ictus factos in lapides, super hunc Ripa ruit. Miracula S. Antonii de Padua, tom. 2. Junii pag. 721. Juvenis terram fodiens, Ripa de super irruente, letaliter est oppressus. Suspiciatur Cl. Editor Ripam hic esse summam fossæ oram: cui suspitioni & locus ipse favet, & ipsa vox Ripa, quæ non semel pro Ora, seu termino, sumitur. Hac notione Pactum inter Jacobum Aragoniæ Regem & Berengarium Magalonæ Episcopum an. 1272. Ubi est alius terminus positus circa vineam seu in Ripa vineæ Petri de Carnatio fusterii. Charta Caroli II. Regis Siciliæ & Provinciæ Comitibus an. 1289. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: Fuisse... sententialiter cognitum... territorium de Layncello durare & protendi usque ad fines infra scriptos, videlicet usque ad summitatem campi Hugonis... & protenditur versus S. Michaelem usque ad Ripam campi, id est inferiorem oram, seu terminum declivem, quam Ribo vocant Provinciales nostri. Ripa campi pluries repetitur in hac Charta.

¶ 2. RIPA, Fluvius, Gall. Riviere. Litteræ Philippi Pulcri Franc. Regis è MS. DD. Daguesseau Franciæ Cancellarii: Usque ad Ripam d' Eysse, id est, usque ad fluvium Oesiæ, nostris d' Oise, ut patet ex Litteris ejusdem Regis Gallico idiomate scriptis an. 1298. in Probat. Hist. Comitatus Ebroic. pag. 23. ubi legitur: Jusqu'à la Riviere d' Eysse. Vide Riparia.

3. RIPA, Idem quod Ripaticum, de quo infra. Charta Gregorii V. PP. apud Ughellum tom. 2. pag. 349. Donamus tibi tuæque Ecclesiæ districtum Ravenn. urbis, Ripam integram, monetam, teloneum, mercatum, muros, & omnes portas civitatis. Charta Ottonis III. Imp. ibidem pag. 374. Comitatum Comacens. cum Episcopatu suo & Ripa. Infra: Ejus Ecclesiæ districtum cum portis, Ripis, & portibus, &c. Adde Bullam Honorii III. PP. ibidem pag. 959.

RIPAGIUM. Vide Ripaticum.

¶ RIPALE, RIPPALÉ, Idem, ut videtur, quod infra Ripaticum. Acordium Humberti Episcopi & Aymonis Comitibus Gebennensium an. 1124. apud Sponium tom. 2. Hist. Genev. pag. 5. Hospitalitatem, placitum generale, forationes vini & totum Rippale, coroadam & mutationes domorum, si dominus mortuus fuerit, debet (Episcopus) ut dominus possidere. Homagium Comitibus Gebenn. an. 1219. ibidem pag. 50. Hospitalitas, placitum generale, forationes vini & totum Ripale, coroadam & mutationes domorum, cum dominus mortuus fuerit, & forum totius ville & justitia fori, pedagium & pascua, moneta, latrones & bona eorum ad solum Episcopum pertinebunt.

¶ RIPANARE, Aucupari. Inquisitio adversus Episcopum Genev. an. circiter 1217. apud Sponium tom. 2. Hist. Genev. pag. 417. Willelmus Procurator S. Victoris Gebennensis, juratus... rogatus de quinto articulo, dicit quod vidit eum Ripanare cum avibus, sed ipse non portabat aves. Ibidem pag. 411. legitur: Rogatus de quinto dicit... quod aliquando vidit Episcopum cum aucupibus *** non tamen aves portantem aucupales.

RIPANI. Vide Ripuarii.

¶ RIPARE, 1s, Idem quod mox Riparia. Privilegium Lotharii II. Imp. in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 485. Cum terris, vineis, pratis, pascuis, nova-

tionibus, aquis, aquarumque decursibus, paludibus, molendinis, Riparibus, portibus, ripis, teloneis, quartis, decimis, &c. Hinc emendandum puto alium ejusdem Chartæ locum, ubi legitur: Cum vineis, terris, silvis, campis, pratis, pascuis, paludibus, pontibus... cum Ritratibus, tallonariis, &c. Pro Ritratibus legendum videtur Riparibus, nisi forte legendum sit Intratibus, ut suspiciatur Cl. Editor.

RIPARIA, Fluvius, ex Gallico Riviere. Charta Joannis Regis Angliæ pro Libertatibus Angl. an. 1215. Nec villa, nec homo distringatur facere pontes ad Riparias, nisi qui de antiquo, & jure facere debent, nulla Riparia de cetero defendatur, nisi illa, quæ fuerat in defenso tempore Henrici Regis avi nostri. Matth. Paris an. 1231. In quodam prato, quod Ripariam habebat vicinam paludibus obsitam. Infra: Milites vero cum à fratre requirerent, si possent Ripariam & pratum equites cum securitate transire, &c. [Recognitio an. 1290. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 21. col. 1. Exceptis tamen de prædictis mandamentis rebus infra scriptis, videlicet territorio quod est inter Ripariam d' Aygni & Ripariam de Crotel. Constitutiones Cluniac. MSS. Illos autem de conventu nostro Cluniaco... si pro eorum recreatione & usu in dictis Ripariis piscati fuerint seu mandaverint piscari, nolumus hac excommunicationis sententia innodari. Charta ann. 1480. ex Archivo Civitatis Massil. Exceptis tamen & reservatis passagiis Ripariarum, in quibus transire cum navi, qua passagia exsolvuntur respectu navilagii. Per bedale sive Ripariam defluente, in Charta an. 1459. è Regesto Columba Cameræ Comput. Provinciæ. Vide infra Riperia.

¶ RIPPARIA, Eadem notione. Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 1350. Quidquid habebam in molendino de Bekerele sito in Ripparia de Heretort & in ejusdem pertinentiis. Rursum occurrit in Charta an. 1293. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 297.

RIPARIA, RIPERA, Ripa, litus maris [vel fluvii:] unde dicta La Riviere de Gennes, La Riviera di Genua, Joan. Villaneo lib. 1. cap. 43. La Riviera di Sena, lib. 1. cap. 65. La Ribera de Pisa, & de Genua, apud Montanerium cap. 194. Bonifacius VIII. PP. in Bulla an. 1301. apud Waddingum: Tam in civitate Januensi, quam in ejus provincia, Riparia, & districtu, &c. Will. de Baldenzel in Itinerario Terræ Sanctæ: Prope civitatem, qua Naulum dicitur in Ripariis Januæ situatam, prospere perveni. [Acta inter Carolum de Malatestis & Cardinales Pisas, apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 998. Constat vero Pisas hujusmodi esse, cum sit in extremitate Italia & in confinio Ripariæ Januensis, quæ per illustrem Francorum Regem gubernabatur. Statuta Massil. lib. 1. cap. 44. Si mercatores apportabunt, vel apportari facient, averera vel merces aliquas in Massilia vel ejus territorio per pelagus vel per Riperiam, &c. Editor reddit Par mer ou par terre. Charta Philippi Franc. Regis an. 1317. pro Carmelitis, apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 218. col. 2. Qui extra portam Beguinarum Parisius supra Rippariam Secanæ mansionem habere noscuntur pauperinam. Riparia maris, in Charta an. 1205. apud eundem Lobinellum tom. 2. Histor. Britann. col. 389. Riparia parochiæ, in Charta ann. 1166. in Probat. Historiæ Occitanicæ tom. 2. col. 605.] Vide Historiam Beneharnensem lib. 7. cap. 30. numero 13.

RIPERA. Sanutus lib. 1. part. 1. cap. 1. Quorum (portuum) tres sunt in terris & Riperis sub domino Tartarorum, qui in Persia dominantur.

RIBERIA, in Charta Guidonis Regis Hieros. ann. 1190. in Annalibus Massil. pag. 336.

RIBEYRALIA. Vetus Charta apud Gariellum in Episcopis Magalonens. pag. 196. *Præpositus vero ostendisset pluribus instrumentis dicta Ribeyralia, quæ confrontantur cum garriga pontis, ad ipsam Magalonens. Ecclesiam jure pertinere, &c.*

RIPARIENSES, & RIPENSES, Qui in ripa per cuneos, & auxilia constituti erant, quorum minor dignitas erat, quam Comitatus, quibus & opponuntur. Vide Jacobum Gothofredum ad legem ult. Cod. Theod. de Re militari.

RIPARIOLUS, βασιλίονος, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. βασιλίονος, Regillus, ullus, Ripariolus, Regius.

RIPARIUM, Idem quod mox Ripaticum. Charta an. 1343. ex Archivo Ecclesiæ Massil. *Præpositus & Capitulum Ecclesiæ Massil. vendidit domina nostra Johanne Regina, Dei gratia Jerusalem & Sicilia Regina omne dominium, senhoriam & jurisdictionem, quam habet & possidet in villa superiori civitatis Massilia & in territorio ipsius, necnon pedagia, naufragia, piscarias & jur. piscariarum, Riparia, cossias, lesdas & banna, & omnem fructum jurisdictionis... pretio scilicet 2300. florenorum auri de Florentia.*

RIPARIUS, RIPPARIUS. Statuta Venetorum an. 1242. lib. 5. cap. 4. *Faciat publice in banno stridari per Gastadionem, vel Ripparium, aut ministerialem curiæ, &c.* Adde lib. 3. cap. 24. Vide Guiffa, Ripaticum.

RIPARII, Cowello dicuntur, qui à littore maris pisces deferunt in omnem Angliæ partem, Anglis Ripiers. A Ripa nomen deducit, quod piscium commercia penes eos sint, qui ad fluviorum ripas & maris littora potissimum sunt. Spelmanus vero ab Angl. Reip, fiscella, qua in devehendis piscibus utuntur. Ripariorum istorum meminit Camdenus in Suffex, pag. 237. 3. edit. Aliàs in Glossis Lat. Græc. Riparius exponitur ῥιπαριός, [Custos riparum, Rivarius in MS. Sangermanensi.]

RIPARII, in Charta Ludovici Pii apud Ughellum tom. 4. p. 789. dicuntur, qui Ripaticum exigunt. Locum vide in hac voce.

1. RIPATICUM, Idem quod Riparia, Ripa, litus fluminis. Tabularium Majoris-monasterii: Guidhenoc, faventibus filiis, vendidit S. Martino Ripaticum quoddam super fluvium Corsnonem ad faciendum molendinum. Vide Ribaticus.

2. RIPATICUM, Tributum, quod accipitur in ripis, Ugutioni: scilicet pro ripis, seu aggeribus, cujusmodi sunt Torfia Ligeris, continendis, vel tuendis, ut loquitur Siculus Flaccus pag. 15. vel pro mercibus quæ exponuntur in ripis: vel denique pro facultate ripas terendi ad subvehendas naviculas. Ugutionis explicationi favet Capitulare 1. ann. 819. cap. 17. in quo vetantur exigi telonia, cum necesse non est fluvium aliquem per pontem transmeare, vel ubi navis per mediam aquam aut sub pontem ierit, & ad Ripam non appropinquaverit, neque ibidem aliquid emptum vel venundatum fuerit. Capitul. ann. 821. cap. 1. *Volumus... ut nullus teloneum exigat, nisi in mercatibus, ubi communia commercia emuntur ac venundantur, neque in pontibus, nisi ubi antiquitus telonea exigebantur; neque in Ripis aquarum, ubi tantum naves solent aliquibus noctibus manere, &c.* Diploma Sigeberti Regis Austrasiæ apud Henschenium in S. Sigeberto 1. Febr. §. 2. num. 27. *Telonium... tam quod navalis evectio conferebat, quam undique negotiantium commercia in telonio, aut quolibet Ripatico ex ipsis portibus superius nominatis in fisco nostro solebat*

recipere, &c. Charta Caroli M. apud Will. Hedam in Albrico Episc. Trajectensi: *Et cum ea Ripaticum illum super Lekia & Iselam.* Adde M. Chronicum Belg. pag. 47. Charta ejusdem Caroli M. pro Ecclesia Veronensi apud Ughellum: *Navalia telonia, quæ Ripaticos vocant.* Alia ejusdem Regis tom. 5. pag. 1561. *Seu etiam per Padum, sursum vel deorsum navigando Ripaticum tollendo, &c.* Charta Ludovici Pii ex Tabulario Fossateni fol. 8. *Neque quod vulgo dicitur Ripaticum, neque rotaticum, aut pontaticum, vel portaticum, &c.* Alia ejusdem Ludovici apud Ughellum tom. 4. pag. 789. *Debitum reipublica, quod est Ripaticum & palifictura, &c.* Charta Caroli C. apud Doubletum pag. 806. *Nec non forestam aquaticam à fluvio Saure usque Cambreias cum Ripaticis, quam nunc usque nostra visa est dominari potestas, atque indulgemus omnes exactiones regias in aqua cuicumque potestati subditi sint Ripatici, sive in terra, quemadmodum olim Reges tenuerunt, &c.*

Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1118. in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 19. ch. 70. *Nemo teloneum, neque quod vulgo Ripaticum, nec rotaticum, &c.* Charta ann. 1344. *Possunt habere & tenere molendina in flumine Tanegri... solvendo Ripaticum consuetum, videlicet minas 10. & stop. 10. pro quolibet molendino.* Infra, Ripagium id juris vocatur. Vide Fletam lib. 2. cap. 66. §. 17. Occurrit passim in Chartis aliis, apud Godefridum Monach. S. Pantaleon. ann. 1167. Ughellum tom. 2. pag. 18. tom. 5. pag. 411. 600. in Hist. Pergamensi tom. 3. pag. 413. apud Doubletum in Histor. Sandionysiana pag. 656. 732. Hemeræum in Academia Parisi. pag. 33. Bestium in Episc. Pictav. pag. 28. Guichenonum in Episc. Bellicensib. pag. 32. Chiffletium in Trenorchio pag. 193. & alios. His adde, quæ habet Andreas Dandulus in Chron. MS. an. 1003. *Et probantibus non debere solvere pro Ripatico in Venetia, nisi solum Duci 200. libras lini.* Adde ann. 1205. Sabellicus Decade 1. lib. 4. Hist. Venet. p. mihi 108. *De porteriis solvendis, quæ & Ripatica vocant.*

REPATICUM, Idem quod Ripaticum. Charta Pipini Regis apud Stephanotium tom. 2. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 406. *Nullus ab eis cespaticum, Repaticum, pulveraticum... temptet inquirere.*

RIVATICUS, in Chartis Caroli Simplicis, & Joan. XV. PP. apud Vafforium in Histor. Noviomeni p. 680. 734. & in Charta Lotharii Regis, apud Doubletum pag. 787. [in alia Dagoberti Regis Franc. an. 632. apud eumd. Doubletum p. 656.]

RIBATICUM, in Chartis Arragonensibus apud Joannem Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 203. 207. 266. [& in Præcepto Odonis Regis Franc. pro Ecclesia Gerund. an. 891. in Appendice Marcæ Hispan. col. 828. Adde Donationem an. 1054. ibid. col. 1100.]

RIBATICUS, Charta Eboli Comitum Pictav. ann. 25. Caroli Regis, apud Stephanotium to. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 342. *Concessimus de nostro, ut dictum est, beneficio eidem viro Rotardo Abati (Nobiliaci.)*

RIPAGIUM, RIVAGIUM, ex Gallico Rivage; quomodo hæc præstatio vocatur. In Tabulario Monasterii Deip. Santonenfis, Ostenfius D. Tala-burgi dimittit eidem Monasterio, Riparium, & quidquid consuetudinis habebat in navibus B. Maria afferentibus vel referentibus aliquid per Talleburgum. Tabularium Angeriense f. 244. *Quidquid erat nostri juris in obedientia eorum, quæ vocatur Esnenda, sive sit teloneum, sive Ripagium, sive venditio, &c.*

Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 37. *Omnis navis onerata sale, solvit de Rivagio 12. den. Charta Raimundi Guillelm. de Aguto D. Toloni ann. 1224. Mercatores vero teneantur dare antiquam lesdam & usitatam, vel usaticum, vel Ripagium antiquum, & nihil ultra.* [Sententia arbitralis inter Raimundum Berengarium Comitem Provinciæ & Commune Massiliæ ann. 1225. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Quod i; se Comes debeat habere quartam partem liberam & expeditam, sine aliquo onere... de omnibus gausfidis & obvencionibus seu redditibus que... Commune Massiliæ perceperit in dicto castro... scilicet in Rippagiis, gabellis, vel piscariis, vel bordigalis. si-ve portu, &c.* Literæ Humberti Dalphini pro Ecclesia de Romanis an. 1348. apud D. Secousse to. 3. Ordin. Reg. p. 276. n. 16. *Quodque Ripagium dicti fluminis Izara ab utraque parte de Rivo-sicco usque ad Monasterium vetus fuit & est per dictum tempus & à tempore predicto, dicta Ecclesia de Romanis, &c.* Vide ibi notam y. Tabular. Vofienfe f. 18. v. *Quod si stagnum vel molendinum inter mansum Verni & mansum del Tell & mansum nostrum della Peireira fecerint monachi Vofienses, damus Reipatge de eodem manso nostro.* Recensio jurium castri Auzeti ann. 1394. è Regesto Armorum Cameræ Comput. Provinciæ f. 70. *Cum... planis, montibus, territoriis, tenementis, consinibus, fluminibus, Ripagiis, domibus, bachtenderiis, grangiis, vineis, pratis, &c.* Charta ann. 1380. apud Baluzium Hist. Arvern. pag. 173. *Una cum omnibus jurisdictionibus & justitiis altis, mediis & bassis, meris & mixtis imperiis, feudis... pascuis, Rippatgiis, salzedis, nemoribus, garenis, charreriis, manobriis, scamnis.* In hisce duobus posterioribus locis forte posset solum intelligi Ripa, littus, ora, nostris etiam *Rive, Rivage*, non tributum in ripis solvendum, ut certe *Ripagium* accipiendum est in Statutis Montis-regalis pag. 247. *Item statutum est quod quilibet teneatur defendere, juxta possessionem suam, Ripagium & aqueirolas, seu gighetos, ita quod dicta aqua non vadat seu discurrat in possessionem suam, sub pœna solidorum xx. & totidem pro emenda.]*

¶ **RIPPACATGIUM**, Eodem significato. Homagium Comiti Armaniaci præstitum ann. 1418. è Schedis D. Le Fournier: *Cum suis paxeris, rippariis, Rippaca'giis, fravateriis, aquis aluviis, aqua-ductibus, & aliis juribus.*

RIVAGIUM, Eadem notione. [Charta Richardi Regis Angl. pro fundatione Monasterii Sarmaciæ Ordinis Grandimont. ann. 1192. apud Marten. to. 1. Anecdor. col. 647. *Sint semper liberi & immunes per totam jurisdictionem nostram à venda & pedagio, telonio, passagio, Rivagio, fossagio, soagio, &c.* Similia leguntur in alia ejusdem Regis Charta pro fundatione Monasterii Parci Rotoinag. ejusd. Ordinis eod. anno, ibid. col. 649. Charta ann. 1266. ex Archivò Buzei: *Geraudus Chaboz valletus dominus Radesiarum... dedit B. Maria de Buzois decem libras annui redditus super costumas suas de Rivagio navium in Bugnio reddendas singulis annis.*] Charta Philippi IV. Reg. Fr. ann. 1308. ex Regesto 2. ejusdem Regis num. 9. *Item Rivagium de Janzi 4. solid. annui redditus æstimatum.* Regestum Peagiorum Parisiens. tit. *Du Rivage de Seine: Se home à Paris achete vin en greve, & il le met en son ceter, il doit maille de Rivage, &c.* Infra: *Tout avoir, qui entre en l'eauë, ou isse de l'eauë chacun, fardeau doit obole de Rivage.* [Recensio reddituum Castellii Petræfontis ann. 1300. è Bibl. Regia: *Item à Jausi vintrages de vins & rouage de vindou mui 1. den. & Rivage de vin, dont en paie pour chascun batel une obole.*]

RIPARIUS, Cui *Ripaticum* competit, vel qui illud colligit. Charta Volfgeri Patriarchæ Aquileiensis ann. 1205. in Bullario Casinensi tom. 2. p. 238. *Stabilimus etiam & confirmamus eidem Monasterio tres stationes... scilicet in foro Aquileiensi super ipsam ripam fluvii Narise, juxta Venetiarum stationes. Unde neque Advocato, neque Vicedomino, neque Ripario, neque alicui persona magna sive parva aliquod obsequium quovis ingenio vel debeant vel impendant.*

RIPATOR. Radulfus de Diceto & Matth. Paris ann. 1191. *Juxta sonitum illius instrumenti, quod à Ripatoribus vocatur Tabur, subito cercella quadam alarum remigio perniter evolavit. Ubi Somnerus: Mefso-rem interpretatur, à Saxon. pippepe, & Anglico a Ripper, vel Reaper, quod idem sonat; nisi, inquit, quis malit raptorem intelligendum, qui Saxon. neapepe. Sed cum hæc acta narret Radulfus ad ripam maris, videntur Ripatores iidem qui Riparii, de quibus supra, qui in maris vel fluviorum ripis manent.*

RIPATORIUM, Ripa, ad quam appellitur, in Charta ann. 1236. ubi & *arripatorium* dicitur. Locum vide in *Capitulum molendini.*

¶ **RIPAYRAGIUM**, Idem quod *Ripaticum*. Charta ann. 1366. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 346. *Stagnis, vivariis, Ripayragiis, pedagiis, pontonagiis... ac cum vassallis, hominibus franchis & liberis, &c.*

¶ **RIPELAGIUM**, Idem quod *Ripaticum*. Venditio Vicecomitatus Rellanæ per Ludovicum II. Regem & Comitem Provinciæ Petro d' Acigné Provinciæ Senescallo an. 1410. è Schedis Præsidis de Mazaugues: *Cum... pratis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, Ripelagiis, venationibus & piscariis, pulveragiis, ramagiis & passagiis, &c.*

¶ **RIPENSES**. Vide *Riparienses*.

¶ **RIPERIA**, Rivus, fluvius, Gall. *Riviere*. Conventio Commendatoris de Montefrino cum Raymondò Pelat & fratribus ann. 1241. *Dicebant siquidem predicti fratres, quod ipsi habebant quoddam molendinum in Riperia Gardonis. Donatio iisdem fratribus facta ann. 1245. *Dono illa duo cestaria: bladi censualia & jus & dominium ipsorum & jus domini, quos accipio in molendinis domus Templi de Montefrino, que sunt in Riparia Gardonis in utraque ripa. Miracula B. Caroli Blesensis apud Lobinellum to. 2. Hist. Britan. col. 563. *Vidit quandam puellam que ceciderat in Riperia de Gueng. mortuam, resuscitatam meritis ipsius D. Caroli.* Charta ann. 1308. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783. *Item quod possint homines S. Amantii piscari in Ripperia S. Amantii.* Adde Chartam ann. 1380. ibid. p. 173.**

¶ **RIPERIA**, Ripa, littus, ora, Gall. *Rive, Rivage*. Charta an. 1387. ex Archivò Communis Massil. *In locis dominicalibus, tam in Riperia Rhoduni quam alibi. Annales Genuens. apud Muratorium tom. 6. col. 589. *Deinde ivit in Riperiam Orientis usque Plumbinum, & invenit barcas Plumbini quam plures cum mercimoniis, &c.* Ibidem col. 591. *Dicto etiam anno (1286.) armata sunt pro communi Janua ad sol-dos trium mensium pro guardia Riperia facienda duo galeoni velocissimi, &c.* Rursum memorantur Riperia Januenses in Epistola an. 1404. apud Marten. to. 1. Ampliff. Collect. col. 1567. *Historia Cortusiorum, apud eumd. Murator. tom. 12. col. 804. *Item misit quod omnes de Riperia Gardesana se parent cum navilio suo, &c.* Adde Gualvaneum Flammeum eodem tom. col. 1013. Georgium Stellam apud eumd. Murator. tom. 17. col. 1136. Lobinelli Glossarium tom. 3. Hist. Paris. & vide Riparia.**

¶ **RIPPERIA**,

¶ RIPPERIA, Ora, margo, vicinia instar ripæ in longum protensa. Charta ann. 1315. to. 1. Hist. Dalphin. pag. 30. col. 2. *Prout limites, meta ac termini dictarum parochiarum, & alii qui sequuntur in longitudine & latitudine se extendunt, cum ipsis limitibus & Ripperis ipsis limitibus adjacentibus, & circa prædictos limites seu Ripperias dictis limitibus adjacentes per quatuor teysias; nihil juris, actionis, proprietatis, possessionis, usagii ... infra dictos limites & circum circa per dictas quatuor teysias nobis vel nostris successoribus de cetero penitus retinendo.*

¶ RIPHERIUM, Idem, ut videtur, quod Ripaticum. Recognitio ann. 1290. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 2. col. 1. *Item quidquid idem Aymo habet & habere potest per se, vel per alium, infra castrum & parochiam Burgundii ex quacumque causa, & omnes terras cultas & incultas, prata, nemora, molendina, stagna, Riperia, pasquaria jura, census, servitia, feuda & homagia. Intelligi posset fluvius vel ripa. Vide Riparia & Riperia.*

¶ RIPHE, Johanni de Janua, *Impetus: unde Ripheus, impetuosus: unde quidam montes dicti sunt Riphei ab impetu grandinum & ventorum.* Græcum est ῥιπῆ seu ῥιπῆ.

¶ RIPILIO, Piscium reliquiæ. Vide Spinaticus.

¶ RIPPÀ, Idem quod Ripaticum. Conventiones Civitatis Saonæ ann. 1526. pag. 10. *Quod Saonenses teneantur & obligati sint ad solutionem introitus, seu gabellæ, Rippa, & sub illis modis & formis, prout tenentur ... exclusis tamen illis mercibus & rebus Saonensibus ipsis propriis spectantibus, & non aliter, quæ consumerentur in Saona tantum, pro quibus nihil solvatur pro dicta Rippa, exceptis tamen setis, speciebus aromaticis, braxillibus & clamelottis, pro quibus ipsam Rippam solvere teneantur, etsi consumerentur in dicto loco Saona. Vide Ripa 3.*

¶ RIPPACATGIUM. Vide in Ripaticum.

¶ RIPPAGIUM, RIPPATGIUM. Vide Ripagium in Ripaticum.

¶ RIPPARIA, Fluvius vel ripa. Vide Riparia.

¶ RIPPARIUS. Vide Riparius.

¶ RIPPERIA, Rivus vel Ripa. Vide Riperia.

¶ RIPTARIUM, *Missile jaculum*, apud Laurentium in Amalthea ex Mauricio.

RIPUARI, RIBUARI dicti, qui ad Rheni ripas, cis fluvium, non circa, uti vult Audigerius, confederant, maxime qui ad Rheni, Scaldis, & Mosæ, Hollandi scilicet, Luxemburgenses, Cheldrenses, Juliacenses, &c. uti observatum ab Isacco Pontano lib. 2. Orig. Franc. pag. 174. & aliis. Longe enim probabilior ea sententia quam Chiffletii in Vindiciis Hispanicis pag. 44. qui ab ignobili fluvio Rura dictos scripsit: tamen si Frodoardus in Chronico ann. 923. *Ruram* fluvium in pago Ribuario statuit. Sed & Browerus in Proparasceve Annal. Trevir. pag. 68. 95. 1. edit. ait, repertam inscriptionem veterem Caraduni, quod hodie *Caerden* vocant, viculo ad Mosellæ ripam sinistram, haud procul Monasterio, ex qua *Ripanos*, horum fluviorum accolæ, sub Romanis dictos colligit: VC. I. GENIO. VICANO. OMNIBUS. OB. MEMORIAM. RIPANORUM. MARIANUS. RIPANUS. Ut ut sit, iidem videntur qui Riparioli apud Jornandem de Rebus Geticis p. 118. & Francis æquiparantur in Lege Ripuar. tit. 22. Horum regio, *Pagus Ripuarius, Provincia Ripuaria*, appellatur in eadem Lege tit. 31. §. 3. 5. *Ripuaria*, nude in Annal. Franc. Fuld. an. 881. *Trajectum & pagum Hasbannicum, totamque Ripariam, &c.* Adde Eginhardi Annales ann. 782. & Tom. V.

Reginonem ann. 891. *Regio Ribuariorum*, apud Wipponem in Conrado Salico pag. 429. Marianus Scotus ann. 875. *Qui quoque Carolus Seniorem 8. Id. Octobr. bello in pago Meginense, nomine Ripuaria, non longe ab Andernach Castello juxta Rhenum pugnantem ultra 50000 superavit.* Est autem *Pagus Meginensis tractus ille dictus hodie Meiensfeldt*, ab oppido Meien haud procul Andernaco. Radevicus de Gestis Friderici lib. 2. cap. 13. *His in Bajoaria peractis Fridericus Ribuariorum fines ingreditur, inferioresque regni partes peragrans, &c.* Guntherus lib. 6. Ligurini:

*His bene compositis Ripuaria Caesar in arva
Tendit, & extremos Rheni percurrere fines
Accelerat.*

Et lib. 7.

*Saxones, & rigidi qui Norica rura coloni,
Westwalianque tenent, quos aut Ripuaria tellus,
Aut cum Germanis Rhenum partita colonis
Francia.*

Chronicon Trudonense parte 1. lib. 2. *Est autem Ribuaria terra victualibus abundans, sub qua Comitatus Juliacensis aliorumque Principum fortalitia continentur.* Et lib. 5. pag. 395. *Quæ erant circa & ultra Mosam, & in Ripuaria, & circa Rhenum. Ducatus Ripuariorum*, in Charta Germanica an. 809. apud Henschenium ad Vitam S. Ludgeri Episcopi Mirmigard. §. 29. *Gozele Dux Ribuariorum*, apud Wipponem in Conrado Salico pag. 424. Adde Vitam ejusdem Ludgeri num. 21. & vide Freherum lib. 2. Orig. Palat. c. 8. & 9. & Lindenbrogii Glossarium.

Quos vero *Ripuarios* Latini, Galli *Ruiers*, & *Rives* appellabant. Tractatus MS. de Torneamentis: *De par les Bretons, les Manceaux, de par les Rives & Hasbegnons*, id est Ripuarii & Hasbanienses. Provinciale MS. *S'ensuit les armes des Alemans & des Ruyers.* Mox recensentur arma seu insignia Nobilium Ducatus Luxemburgensis. In alio *Riviers* vocantur, ibique primo recensentur arma Comitatus Hollandiæ Comitum. Scribit Gollutus in Hist. Burgundiæ Sequanensis lib. 10. cap. 81. & 109. *Duces Burgundiæ habuisse complures faciæles seu Heraldos, quorum alii Poibiers, alii Ruyers dicti: eorum, qui Poibiers vocabantur, munus versatum in Gallicis provinciis; aliorum intra terras Imperii. Ità nempe Poberos, Ducum Burgundiæ subditos, qui Gallice, contra Ripuarios, qui Theutonice loquebantur, appellatos supra docuimus in voce Poheri.* Vide Chapeavillum in Erardo à Marka Episcopo Leod. cap. 18. 19. & Ægidium Bucherium in Belgio Romano lib. 14. cap. 8.

Constabat autem Ripuariensis Ducatus Comitibus quatuor, ut est in divisione Regni Lotharii in Capitularibus Caroli Calvi, qui apud Nithardum lib. 1. an. 838. ita nominantur: *Et per fines Ribuariorum Comitatus Moilla, Halt, Trahammolant, Masagovi.*

¶ RIQUIZA, Divitiæ, Gall. *Richesse.* Glossarium S. Andreæ Avenion. MS. sæc. XIII. *Opulencia, id est, Riquiza.* Vide Rici homines.

¶ 1. RIS, pro Res. Formulæ Andegav. art. 18. apud Mabilionium tom. 4. Analect. pag. 245. *Dum tu Ris meas rededisti.*

¶ 2. RIS, vox Gallica, Orýza. Statuta reformationis Monasterii S. Claudii an. 1448. pag. 83. *Item pisa pro Quadragesima, necnon potagium de Ris, tribus diebus in qualibet septimana.*

¶ RISA, Eadem significatione, Angl. *Rice.* Litteræ ann. 1380. apud Rymerum tom. 7. pag. 233.

col. 1. *Unam pipam prunorum siccorum, triginta & octo balas Risarum, quinque balas summi.*

¶ **RISIA**, Eodem intellectu. Litteræ an. 1358. apud eundem Rymmer. tom. 6. pag. 78. col. 1. *Cum ipsum unum dolium olei, sexaginta libras amigdalorum, viginti & quinque libras Risie, duas portellas de scubus, &c. Vide Risus 1.*

RISCATTUS, Redemptio, ex Italico *Riscatto*, Redemptio, recuperatio. Decreta pro Ecclesia Mediolanensi an. 1067. *Clericus autem vel Laicus pro ordinis ac dignitatis suæ qualitate, hac potestate tali mulctetur damno, ut siquidem ex ordine Capitaneorum fuerit, 20. denariorum libras, vassorum autem 10. negotiatorum 5. reliquorum vero pro qualitate & possibilitate componat ad utilitatem hujus sanctæ matris Ecclesiæ, & sicut pro treuga Dei fracta per decem tot civitates Riscattum faciat.*

¶ **RISCUS**, **RISICUS**, Periculum, alea, discrimen, Gall. *Risque*, Ital. *Rischio*, Hispan. *Riesgo*, Græcis recentioribus, *ῥίσκου*. Statuta Massil. lib. 3. cap. 5. *Constituimus, quod si quis alicui aliquod mutuum fecerit vel faciet portandum in aliquod viagium, ad fortunam vel Riscum (Riscum in MS.) ipsius mutuantis, pro quo mutuo specialiter pignus à debitore sibi traditum est, &c. Electio Potestatis urbis Hortanæ ann. 1359. Et debet venire dictus Potestas cum dictis suis officialibus, famulis & equis, duabus diebus ante faciem officii, ad omnem ipsius Potestatis Riscum & fortunam in veniendo, stando & redeundo. Statuta Genuensia lib. 1. cap. 4. *Hæc omnia Risco & periculo hereditatis & hereditum. Incertum est hujus vocis etymon. Vide, si vis, Menagium in Dictionario Etymolog. Gallic. Skinnerum in Anglicano v. *Risgo* & Cangium nostrum in Glossario mediæ Græcitatæ v. *ῥίσκου*.**

¶ **RISIGUS**, Eadem significatione. Statuta Massil. lib. 3. cap. 25. *Quo iuranda vel societas tamen data, vel tradita fuerit, vel erit ad periculum ejus portanda vel ducenda vel mittenda, qui dedit vel tradidit seu dabit, vel ad ejus Risigum, de qua commanda vel societas facta erit carta publica, &c.*

RISILE, forte quod *Rezeau* dicimus, *Reticulum*, quo feminæ capillos continebant, de quo in *Retiolium*. Miracula S. Walburgis virg. num. 2. *Risile, quo super aurem orale confixerat, casu perdidit accidente. Medibardus de iisdem Miraculis lib. 2. apud Gretzerum in Episcopis Eystetenfib. pag. 309.*

Matrone sollicitate

Perditum restituit

Risile, quod illa statim

Misit ad Cœnobium,

Conservaretur ut ibi

Hoc in testimonium.

¶ **Mabillonio** sæc. 3. Benedict. part. 2. pag. 297. nota c. *Risile* vel *Rasile* videtur esse acus oblongior, qualem hodie usque gestant, inquit, mulieres Remenses ad caput scalpendum & crines discriminandos; *orali*, id est, capitis tegumento, infigi solita.

¶ **RISILOQUIUM**, Sermo ridiculus, qui risum moveat. Utitur Tertull. de Pœnit. cap. 10.

RISINA. Chronicon Colmariense 1. part. an. 1271. *Fui in Urania festo Gordiani & Epimachi, cecidit Risina magna prope villam Altorf, & secum duxit lapidem, qui habebat 12. pedes in latitudine, &c. Pluvia, ni fallor, vehementior, vel torrens aquæ, nostris Ravine.*

¶ **RISIUM**, *Oryza*; Gallice *Ris*, Ital. *Riso*. Statuta Genuæ lib. 4. cap. 58. *Faba, cicera, milium, panicum, Risum, ficus, castanæ, carnes recentes, caseus, &c. Vide Ris 2. & Risus 1.*

¶ **RISIUS**, Germanis *Riese*, Gigas. Risios vocabant homines proceros ac robustos, qui silvas & montes incolebant latrocinandi gratia: contra quos invocati *Rekii* auxilio afflictis fuere; inde quod vocantibus inservirent *degen* dicti, hoc est, servi & ministri. Ita Martinius in Lexico, de rebus patriis consulendus.

¶ **RISMA**, Italis, Viginti chartæ scapi, nostris *Rame*. Statuta Civitatis Astæ de intratis portarum: *Papyrus ponatur & solvat pro qualibet Risma ut supra, & ponatur Risma una de magnis pro duobus parvis Risinis.* Rursum occurrit in Conventionibus Civitatis Saonæ ann. 1526. Vox ducta, si credimus Borello, ab illa quadrata compage lineis cupreis composita, in qua papyrus conficitur, quam Itali *Rame* vocant ab *Aramen*; si Menagio, à Germanico *Riem*, Vinculum, ligamen; vel Latino *Scapus*, via longiori, ut videre potes in Originationibus Ital. v. *Risma*.

RISPA, Modus agri, [vel potius Ora ipsius agri, à Latino *Ripa*.] Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ fol. 61. *Dedit in hoc loco, in villa, qua dicitur Tolfol, unam vercheriam, & Rispa, qua est in fronte ejusdem vercheria, illam partem, quam Archimbaldus senior suus tenuit. Terminat ipsa vercheria de uno fronte via publica, ex uno latere, & de vercheria & de Rispa, similiter via publica. De alio vero fronte vercheria simul & Rispa, Rispa S. Georgii ex alio latere, terra de ipsa hereditate. Fol. 63. Mansum anum cum sua consuetudine, & omnibus ad se pertinentiis, videlicet terris cultis & incultis, vineis, pratis, pascuis, Rispis, consuetudine in silvis, exitibus & regressibus, &c. Eodem fol. Pratis, pascuis, silvis, Rispis, aquis, aquarumve decursibus, &c. Sic alibi non semel.*

¶ **RISPALIA**, Idem, ut conjecto, quod *Rispa*. Charta vetus Seminarii Bituric. *Ego Eustadiola . . . dono atque transfundo Ecclesiam in honore B. Dei Genitricis, omniumque Apostolorum & S. Licinia consecratam super fluvium Teli sitam, & omnia ei pertinentia, videlicet liberos & liberæ, servos & ancillas, farinarios, prata, vineas, Risपालias, terram arabilem, & omnia, qua mihi in his omnibus jure debentur. Vide Riparia & Riperia.*

¶ **RISSALITI**. Barberinus in *Documenti d'amore*:

Or convien, ch' io ti porga

D'alcuna gente, ch' à nom Rissaliti.

Interpretatio Latina præfert *Novi homines.*

¶ **RISSARE**, Erigere, Italis *Rizzare*, Gall. *Dresser*. Miracula S. Zita, to. 3. April. pag. 513. *Semper fuit & stetit attractus de rebus, ita quod se Rissare vel rectus stare non poterat.*

¶ **RISTA**, nude, vel potius *Rista tela*, Species telæ, media inter crassiorem & subtiliorem. Statuta Montis regalis pag. 277. *Item statutum est, quod quilibet textor, seu texitrix, capiat tantum pro textura & orditura, pro qualibet teisa tela subtilis lini, solidos quatuor, de teisa tela Rista, solidos tres cum dimidio; de teisa tela stopæ, solidos tres. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 85. recto: Et de tela Riste canepæ & stopæ lini solidum unum & denarios decem Pap. Vide Cerillus.*

¶ **RISTIS**. Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episcopi sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 189.

Dixit, & actutum licitorum torva vorago

Obstitit, & raptum tenebroso vinxit in antro.

Qualem te, Pastor: latum tristemve fatebor?

Latitare quidem te Christi post fore Risten;

Flebas damna gregis pastorum verberare lesi.

Hic hæremus post Mabillonium.

¶ **RISUS**, Italis *Riso*, Gall. *Ris*, *Oryza*. Informa-

tionem Civitatis Massil. pro passagio transmarino è MS. Sangerman. Item pisces falsos, & copas, (cæpas) & allea, & alia victualia, oleum & Risum, &c. Codex MS. reddituum Episcopatus Altiisiod. ann. circiter 1290. *Figue, amigdale, Risus, dates, castaneæ... non debent ventas.* Rursum occurrit to. 2. Histor. Dalphin. pag. 284. & 312. in Chronico Placentino Johannis Demuffis apud Murator. to. 16. col. 582. in Statutis Montis-regalis pag. 310. infra voce *Rota, Mensura & alibi.* Vide supra *Ris* 2.

¶ 2. RISUS, Rixa. Vide locum in *Ungareh.*

¶ RITBATGIUM, Ripa, vel Tributum in ripis exsolutum. Charta Roberti Comitis Arvernæ ann. 1284. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 133. *Concessimus... Gerardo Abbati Vallis-lucida in pagesiam & in emphytheosim, perpetuum contractum, Ritbatgium & cursum Ribatgii Aligerii.* Vide *Ribagium & Ripaticum.*

¶ RITE, *Persape, frequenter,* in Gasparis Barthii Glossario ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 34.

¶ RITECAS, Chirotheca, per aphæresim. Statuta MSS. Cardinalis Trivultii ann. 1521. pro Monasterio S. Victoris Massil. *Quoties aliquis religiosus obiit, tenetur tali decedenti dare calceos albos novos & Ritecas novas & cericum novum cum corpus defertur ad sepulturam.*

¶ RITONTA, pro *Ritorta.* Vide *Retoria.*

¶ RITRATUS. Vide supra in *Ripare.*

¶ RITTANA, Incile, elix, sulcus aquarius, Gall. *Rigole.* Statuta Montis-Regalis pag. 210. *Item statutum est, quod quicumque fecerit, vel fieri fecerit, ali-quod fossatum seu Rittanam in suis possessionibus, ultra Ellerum, juxta vias communes, teneatur projicere terram, quam extraxerit, vel extrahi fecerit de fossato, versus viam Communis.* Ibidem pag. 211. *Nemo audeat cavare in viis communibus, faciendo Rittanam seu fossatum causa ducendi aquam, &c.*

RITTERI, Germanis, *Ritters, Milites,* nostris *Chevaliers,* Equestri cingulo donati. Aventinus lib. 7. Annal. Bojor. pag. 465. *Virtutis ergo hosce equites, usu auri atque orichalci donat, quos à numero comitum atque equorum Tritteros, sive, ut vulgo loquar, Riterros, ablata ob voluptatem aurium, vocalitatemque, prima, ut solet, littera, hoc est, Tertianos nuncupamus, Romani Torquatos, ac Decuriones equestres vocitant.*

RUTERI, Eadem notione. Chronicon Windesemense lib. 2. cap. 60. *Non Missam Ruterorum, sed bene devotorum à fratribus suis exegit.* Galli dicunt, *une Messe à la cavaliere.* [Vide *Rutheri* in *Rimpere.*]

¶ RITTIRATA, Receptus, receptaculum, Italis *Riterata,* Gall. *Retraite.* Obsidio Varadinensis an. 1589. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 333. *Nescio quo malo genio, ut apparatus nostri igniti, tela, faces & alia missilia instrumenta ardentia, in subsidii seu Rittirata loco seposita, ex improvidentia cujusdam tormentorum magistri, cui cura illorum mandata fuit, flamma concepta derepente ardere inciperent.*

RITUM, *Latrocinium.* Papias MS. & editus.

RITUS, Idem quod *Consuetudo,* seu præstatio. Vetus Charta MS. circa ann. 1077. *Firmiter est statutum, quod mercator seu quilibet homo vinum aut annonam, vel rem quamlibet ferens, & ad prænotatum Sanctum veniens, in itinere vel reditu Comitatus & justitia prædicti castri pro nullo mercato stipendia vel aliquem Ritum solveret, sed expeditus abire permitteretur.*

¶ RIVA, Ripa, littus, Gallis *Rive, Rivage.* Litteræ Henrici de Gondy Paris. Episc. ann. 1613. apud Lobinellum tom. 4. Hist. Paris. pag. 47. *Cum visum sit summo Pontifici, Eremitas Augustinianos Com-Tom. V.*

munitatis Bituricensis vulgo nuncupatos in civitate nostra Parisiensi, in Riva suburbii approbare, &c. Riva piscatoria in fluvio Sagona, id est, Spatium in ripa piscationi aptum, in Charta Thossiacensi ann. 1462. ex Schedis D. Aubret.

¶ RIVAGIUM, Ripa, littus, à Gall. *Rivage.* Charta Alani Vicecomitis de Roban, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 158. *Dedi etiam præfatis Monachis (de Bona-requie) aquam Blavez & utrumque Rivagiun per totum dominicum meum à Govaret usque ad Troquenantum, ut ibi possint facere piscarias & exclusas & molendina.* Charta Willelmi I. Reg. Angl. pro Monasterio SS. Trinit. Cadom. an. 1083. è Chartulario ejusd. loci: *Retineo autem tres ultimas domos super aquam sitas in dominio meo, Rivagium quoque totum & totam aquam juxta ipsum burgum.* Pluries occurrit pro Tributo in ripis soluto: cujus notionis exempla relata sunt in *Ripaticum.*

1. RIVALE, Rete parvum & spissum, quod duobus annexum baculis, quos piscator manibus tenet apertum, & per aquam ducit, atque prope ripam cum piscibus claudit. Petrus de Crescentiis l. 10. de Agricult. cap. 37.

¶ 2. RIVALE, Idem quod *Riva,* Ripa, littus, margo, Ital. *Rivale.* Consuetudines Tolosæ rubrica de terminis messagiaræ: *Et exinde sicut protenditur Rivale vocatum de Bona-valle, usque ad locum vocatum Bartagnydonis; & exinde usque ad viam, qua itur de Bona-valle versus Tolosam; & exinde usque ad Rivale de Castanadeta; & inde usque ad rivum S. Aniani.*

¶ RIVALGARIUM, Idem, ut videtur, quod *Rivale.* Statuta Placentiæ lib. 4. fol. 38. recto: *Item fiat unus pons bonus & sufficiens de lignamine super flumine Trebia juxta Rivalgarium.* Et lib. 5. fol. 59. recto: *Omnes qui ducunt vel ducent aquas per rivos, macinatores qui scavizant vel scavizabunt stratam Romeam, vel stratam de Rivalgario, vel stratam, qua itur ad S. Georgium, &c.*

¶ RIVALIS, Qui fluit instar rivi. Passio S. Baudelii Mart. tom. 5. Maii pag. 196. *Quo ictu corpore in terram decedente, cum Rivali cruoris effusione, &c.*

¶ RIVALLO, Rebellis. Vita S. Turiani Episc. to. 3. Julii pag. 622. *Nam Rivallo dicebatur, quod rebellem significat & protervum.*

RIVALTUS, seu RIVOALTUS: ita appellatur apud Scriptores Venetos ostium fluminis, ubi hodie ædificata amplissima Venetiarum civitas, quo loco erant quædam insulæ angustiores, parum inter se durantes, quas placidissimi amnium meatus, sinuoso ambitu in mare decurrentium, pelagi æstu alternante, discriminabant. Ipsi loco postea *Rivoalti* nomen mansit, inquit Sabellicus in Histor. Veneta decade 1. lib. 1. è rivis scilicet altioribus, qui exundantem in fluvium pelagus continebant. Chronicon MS. Andreae Danduli ann. 809. *A Throno itaque Ducali, qui in Rivoalto situatus est, tota civitas à populo Rivoaltus est appellata: à Clero autem ob Episcopalis sedis Statum Olivensis, sive Castellana dicta est, vulgariter vero Venetia nuncupatur, urbi nomen Provincia attribuentibus, cum terminis suis à Grado usque ad caput aggeris.* Vox cæteroquin non nupera, cum ejus meminerit Constantinus Porphyrogenitus lib. de Administr. Imper. cap. 27. cui locus is *κλίσηρον Ρίβατον* dicitur. Atque ut emendandam in *Ρίβατον*, *Rivalentum* Italarum exprimendo, non censeam, facit Castellum *Risban* Calesianum in Morinis, quod in terræ lingua, quæ in Oceanum aliquot passibus excurrit, ædificatum, portum munit & claudit: cui id nominis inditum omnino existimaverim ab Aimerico Papiensi Lom-

bardo, primo ejus Governatore, factò ab Anglorum Rege, statim atque in ejus potestatem concessit, castri Rialtini Veneti exemplo, quod in mari perinde ut in aggere exstructum erat.

¶ RIVARE, Clavi mucronem retundere, Gallice *River*, Ital. *Ribadire*. Charta ann. 1307. è Regesto Olim: *Declarantes, quod licet dicti sellarii, sui officii ratione... non possint nec strigiles, seu estrivos, bucclas, mordacia, cappas seu clavos facere aut fabricare, ipsi tamen, si sint bona & legalia, emere, acquirere seu habere poterunt... & ea in sellis & bastis suis ponere, clavare & Rivare, & sellas & basta sua ex eis munire & preparare poterunt, &c.* Menagius in suis Originibus Ital. verbum *Ribadire*, ut & in Gallicis nostrum *River*, circuitu bene longo, deducit à Latino *Gyrare*; crediderim potius *Ribadire* esse ab Italico *Ribattere*, Repercutere. Hujus etymon notum est, atque fortassis etiam inde deduci posset Gallicum *River*, *b.* in *v.* mutato, ut alibi sæpe, unaque te syllaba resecta.

¶ RIVARI, Instar rivi fluere. Vita S. Guthlaci, to. 2. Aprilis pag. 38. *Quorum ingeniositatis fluentia inter flores Rhetorica per virecta litteratura pure, liquide lucideque Rivantur.*

¶ 1. RIVARIA, Ζήλη, in Glossis Latino-Græc. Aliæ Græc. Lat. Ζήλη, *Pelix, Pellex, Rivaria, Poelex.*

2. RIVARIA. Capitulare de Villis cap. 62. *Quid de hortis, quid de apibus, quid de Rivariis, quid de cortis, quid de pellibus, &c.* Forte *Vivariis.*

¶ Nihil videtur immutandum, cum constans sit lectio, & ibi *Rivaria* reddi possit *Fluvius*, Gall. *Riviere*, ut in subsequentiis exemplis. Descriptio censuum & reddituum Monasterii de Crisenone: *Habemus... in Paleta vineam & boscum & petrariam: hac omnia habuimus in pace super Rivariam Chora.* Charta ann. 1276. è Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 788. *Masagium situm apud Caudebequet in parochia S. Vandreg. intra Rivariam de Caudebequeto ex una parte, &c.* Vide *Riparia, Riperia & Rivera.*

¶ RIVARIUS, Custos ripæ. Vide *Riparius.*

¶ RIVATICUM, vel RIVATICUS, Ripa, littus, ora, Gall. *Rivage*. Chartularium S. Sulpicii Bituric. *Item alterum alodum, ubi sunt casuali cum suprapositis virioligariis, campis, aquis cum Rivaticis & exclusis.* In voce *Ripaticum* habetur *Rivaticus* pro Tributo in ripis soluto. Ibi vide.

¶ RIVATIM, Ad instar rivi. Macrobius lib. 7. Saturn. cap. 12. *Quæ igitur ratio facit, ut Rivatim aqua de Ponto fluant?* Miracula S. Germani Altissiodor. cap. 45. *Is qui ab ore loquentis Rivatim fluxerat cruor, &c. Sanguis Rivatim fluebat,* in Actis B. Mathildis Abbatis, tom. 7. Maii pag. 455.

RIVERA, RIVERIA, Rivus, fluvius, Gallis *Riviere*. Matth. Paris ann. 1199. *Quidquid continetur inter forestam Leonis & Sequanam ex una parte, & Riveras de Andely & Eethe ex altera.* Fridericus II. Imper. lib. 1. de Venat. cap. 7. *Flumina magna & modica, quæ dicuntur Riveria.* Histor. Cortusiorum lib. 1. cap. 4. *Attentavit transire Riveriam Montis-Salici.* Occurrit in eadem Hist. non semel. [Adde Chartam ann. 1181. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 132. Rolandinum Patavinum l. 6. de factis in Marchia Tarvisina cap. 6. apud Muratorium tom. 8. col. 259. Statuta Vercell. lib. 5. fol. cxxi. Charta ann. 1230. è Tabulario S. Mariani Autissiod. ann. 1230. *Concesserunt... ut prata... sita super Riveriam de Belcha... ad aquare valeat de prædicta Riveria, seu Rivulo; non est enim fluvius, sed rivus minor.*]

¶ RIVETA, f. pro *Rivera*, mendose, Gall. *Riviere*. Vide locum in *Vierus*.

¶ RIVETUS, Margo vestimentis assutus ornamentum gratia, ab Hispanico *Rivete*, Ora, margo. Consilium Massil. sub finem, ut videtur, xiiii. sæculi: *Item quod nulla domina de cetero portet in suis raubis aliquos persils sive Rivetum in snibus earum raubarum prope pedes de erminis, variis, de sendato seu serico.* Aliud Consilium ejusdem urbis ann. 1381. *Nulla mulier aliqua audeat... deferre... nec Rivets seu persils de pennis, variis, erminis sive dorsis, aut de serico in snibriis seu stremitatibus vestium suarum.* Capitulum generale S. Victoris Massil. ann. 1506. MS. *Nullus Religiosus portet vestes vulgariter dictas descolatadas cum coletto albo, quod cooperiat omnia alia indumenta... usque ad collum sine Riveto.* Synodus Tarracon. ann. 1591. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 614. col. 2. *Nulli Canonici vel Clerici... Rivetos duplices in collaribus, in snibriis, nec in manicis deferre aliquatenus seu portare presumant.* Et p. 615. col. 1. *Uso Rivetorum quarumcumque pellium in manicis & collaribus ab omnibus & singulis penitus rejecto.* Alium locum vide in *Braqueta*.

¶ RIVIDIA. Vide *Rimidia*.

¶ RIVIFINALIS. Sículus Flaccus de Condit. Agr. Goeshi pag. 12. *Per omnem tractum Rivifinalem, id est, Cujus finis est rivus.*

RIVIGA, Rivulus, vel ripa, *Rivage*. Vita S. Guthlaci num. 14. *Est in Mediterraneis Anglia partibus immensa magnitudinis acerrima palus, quæ... crebris Insularum nemoribus, & flexuosis Rivigarum anfractibus ab austro ad aquilonem... longissimo tractu protenditur.*

¶ RIVINUS, Rivalis. Glossæ Græc. Lat. Αντιζηλος; *Emulus, Rivinus.* Aliæ Lat. Gr. *Rivinus, αντιζηλος.* Usus est Plautus sive quis alius *Asinaria* versu 6. *Rivinus amens ob prapetem mulierem.*

RIVISINUS. Arnoldus Lubecensis lib. 2. cap. 35. *Novistis, ait, me in hac expeditione omnia mea insumpsisse, equos Militum, Rivisinofque servorum perdidisse, &c.* Sed legendum videtur *Roncinos*, vel *Runcinos*. Vide in hac voce.

¶ RIULUS, Rivulus. Præceptum Ludovici Transmarini pro Monasterio Rivipullensi ann. 938. *Marca Hispan. col. 850. De poio Trabadoni, qui pergit per ipso Riulo usque in Rivolo, qui descendit de ipsas lecas, &c.*

¶ RIUM, vel RIUS. Vide in *Papaver*.

¶ RIVOALTUS. Vide supra *Rivaltus*.

¶ RIVOLVOLUS, Rivulus. Charta Caroli Imper. apud *Meichelbeck* tom. 2. Hist. Frising. pag. 85. *Exinde tendit in visu juxta Rivolvolum usque ad magnum rubum.* Vide mox *Rivolus*.

¶ RIVOLUS, Rivulus. Charta an. 828. apud *Meichelbeck* tom. 2. Histor. Frising. pag. 273. *Fritiso tradidit... quicquid habuit in loco ipso, ubi oritur Rivolus, qui vulgo dicitur Hiruzpach, &c.* Vide supra *Riulus*.

RIVORA, pro *Rivi*, enunciatione Longobardica. Marcus Baro Agrimensor de Geometria p. 241. *Casa, quæ per G. nomen habet, tortas fines habentis in monte posita tria Rivora significat in trisnio vineam positam.* Quod hic *Rivorum* dicitur, videtur *Rivus* dici pag. seq. *Habentem super se Rivum, &c.* Pag. 243. *Ideo hoc acra trisnium facit, in montemque camposinis rotundas habentem, & culta per medium tria Rivora discindit, &c.* Ita pag. 244. *Et casa in plano loco posita sub se Rivum discindit, &c.* Mox: *Proximum se Rivum delatus, alium Ribum quatuor Rivora habentem in snibus suis, &c.*

- ¶ RIVOSUS, ῥιβωδης, ῥιβαλωδης, in Glossis Lat. Græc. Alias adde Græco-Latinas.
- ¶ RIUS, Rivus, Hispanis Rio. Rio percurrente, in Chartulario Matisconensi fol. 93. Vide Papaver.
- ¶ RIVUM, Ριβου, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. Ριβου, Rivum, rivus, alveum, flumen.
- ¶ RIXIGUS, Idem quod supra Riscus, vel Riscus, Periculum, alea, Gall. Risque. Statuta Placentiæ lib. 1. fol. 2. verso: *Et habeo toto tempore mei regiminis XII. equos . . . quos ego Potestas habeo & tenebo meo Rixigo & fortuna & casu, in veniendo in dictum regimen, stando & redeundo.*
- ¶ RIXIUS, Saccharo conditum vel coctum. Academici Crusciani: Riccio, sorta di cottura di zucchero. Modus exigendi gabellam ponderis Saonæ: *Item pro . . . amigdale sine cortice, datalis, saponi, ceppo, plumbo, tartaro, Rixio, mele, trementina, fchibus in sportis . . . denar. sex.*
- ¶ RIXOALDUS. Fragmentum Helinandi Monachi Frigidi-montis sæc. XII. apud S. Antoninum part. 3. tit. 18. cap. 5. §. 5. *O quam convenienter Rixendis, ut dicitur, appellata est illa captiva. O mulier que te captivum trahit; ipsa enim est diabolus, qui dicitur Rixoaldus, quia semper rixam alit.*
- ¶ RIXOSITAS, RIXUOSITAS, Johanni de Janua; Tencen, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS.
- ¶ RIXUS, Castanea suo calice contenta, Italis Riccio. Modus exigendi gabellam pedagogii in Civitate Saonæ: *Item pro salmata collo, seu mina frumentorum, castanearum, Rixorum, leguminum, amigdalorum & aliarum victualium similium . . . den. sex.*
- ¶ RIZIUS, Echinus seu calix castanæ, Ital. Riccio. Vita S. Francæ, tom. 3. Aprilis pag. 393. *Stabat in villa diœcesis Placentina, in qua sunt castanea in quantitate: hic cum arborem quamdam conscendisset & eam derameret, subito eo caput elevante, globus Riziorum super illius oculos descendit, qui tantos dolores & angustias contulit, ut mori se crederet.*
- ¶ ROAGIUM. Vide Rotaticum.
- ROALIA. B. Odoricus de Foro-Julio in Peregrinat. sua cap. 2. *Et apertis sepulchris suscepi ossa eorum humiliter & devote, & pulchris Roaliis involuta corpora, in Indiam . . . portavi. Sed legendum Toaliis. Vide in hac voce.*
- ¶ ROARBARIA, Furtum, subreptio, spoliatio, idem quod infra Robaria, nisi ita legendum sit. Literæ Philippi VI. Franc. Regis ann. 1333. apud D. Secousse tom. 3. Ordinatio Reg. pag. 239. *De prædicta Roarbaria, depraedatione seu spoliatione summarum & de plano informationem summariam fieri faciatis.*
- ¶ ROARIA, Platea, vicus, Gall. Rue. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 150. recto: *Item si aliquis habuerit tectum, sive porticum, sive canteria, sive trabes ita versus rugiam seu Roariam, quod carrum oneratum feno per rugiam illam vel Roariam non possit transire, teneatur eum destruere vel ita facere, quod carrum feno libere transire possit.*
- ¶ ROATA, Angiportum, ut conjecto, Gall. Ruelle. Statuta Montis-regalis pag. 23. *Item statuerunt, quod pro quocunque aresto seu gagio, aut præcepto fiendo de cetero per familiares curiæ suæ, aliquem eorum in platea majori dictæ civitatis, seu Roatis ejusdem platea, &c.*
- ¶ ROATICUM. Vide Rotaticum.
- ROBA, Vestis, tunica, Gallis Robe. Quoniam Attachiamenta cap. 21. §. 2. *Exceptis vestibus suis in Robas scissis & formatis. Matthæus Paris an. 1245. Et Robis caremus hiemalibus. [Et ad an. 1248. Dedit ei vestes pretiosissimas, quas Robas vulgariter ap-*

pellamus, de escarlete prælecto, cum pellibus & furiis variis cismorum. Index MS. Beneficiorum Eccles. Constant. fol. 52. *A dicto Abbate Rector annuatim Robam percipere consuevit. Constitutiones Frederici Regis Siciliæ cap. 95. Virgines vero possint decorari & ornari ad libitum usque ad diem quo nupserint . . . tamen ordinatione de faldis Robbarum sublata. Et cap. 106. Item quod familiares Comitum, Magnatum, Baronum & Militum possint indui ad libitum dominorum suorum, dummodo pretium cuiuslibet panni, quo eos induerint, tarenos 13. non excedat, sub pœna unciarum decem à domino exigenda, & amissione Roba ipsius. Statuta Montis-regalis pag. 278. Si aliquis sartor impignoraverit aliquam Robam sibi ad faciendum datam, D. Vicarius & Judex teneantur eum capi facere & detineri personaliter in carceribus, quousque restituerit. Robarum scisor, nostris Tailleur, in Miraculis D. Caroli Blefensis an. circiter 1372. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 561.]*

ROBÆ præsertim dictæ vestes, quibus Reges ac Principes Palatinos proceres ac familiares donabant, in præcipuis anni solemnitatibus: quas ob id festiva indumenta vocant Matthæus Westmonast. & Matthæus Paris ann. 1201. idem Paris ann. 1208. 1214. 1232. *Novas Robas, ann. 1243. Idem an. 1134. Contigit igitur una dierum festivorum cum Rex novam Robam de scarleto sumens, assuetus de eodem panno, quoties & ille sumpserat, fratri suo reverenter transmittere, &c. Charta S. Ludovici Regis ann. 1259. apud Morinum in Historia Vastinensi: Ceterum 60. solidos Parisienses, quos percipere consuevit Capellanus capella prædictæ pro Roba annuatim in præpositura Moreti, &c. Rotulus Cameræ Computor. Parisiens. Pro Robis datis Militibus Domini Philippi & gentibus Camera suæ & uno coopertorio de griso, & una culcitra puncta datis D. G. Macholio 56. lib. 14. sol. Pro Robis Dominorum Joannis & Petri & Roberti filiorum Regis pro scall. radiat. (Escarlate rayé) & tirketan. persia & viridi pro coopertorio 88. lib. 15. sol. Pro foratura dictarum Robarum 43. lib. 10. sol. & pro duabus culcitræ punctis pro dictis Joanne & Petro 22. lib. 8. sol. Dom. Robertus Atrebat. pro Roba de samito Roba de panno aureo forata de erminis &c. Comes Drocensis, Dom. de Borbonio. G. filius Comitum Flandr. pro Robis samiti. Et pannorum aureorum* forratis de erminis, &c. Pro coopertoriis tribus esrall. forratis de minuto vario & tribus culcitræ punctis cum fundis panni aurei, &c. Et pro tribus dextrariis & tribus palefridis dictorum divitum hominum 3. lib. & pro vadiis suis 60. lib. Radulf. de Nigella, Guill. de Fienens, Renaudus de Pontibus, pro Robis de samito, &c. Rotulus alter, cui titulus: Computus expensarum hospitiæ D. Regis Caroli 1321. per Radulfum de Parisiis Magistr. Camera Denarior. Regis: Pallia Militum, Comes Clarimontis Camerarius, D. Sulliaci Baticularius, Galcherus de Castellione Constab. Dupla. Milites simplices, Adam de Ver, Colardus Choysel, Droco de Roya, Guill. de Haricuria, Erard. de Montemorenciacco, Eustachius de Encra, Guill. Courtebeuse, &c. Rotulus alter, cui titulus: Compte des despens de l'Hostel de Madame la Roine 1329. Robes de 50. s. 30. & 20. sols, & cotes de 10. sols. Inventarium rerum mobilium post mortem Ludovici Hutini Regis, cap. Des dras demourez de livrées, 8. dras de la livrée aux Chevaliers de la Robe de Pasques, 8. dras de la livrée aux valets de mestier, 2. dras de la livrée aux valets de l'Eschançonnerie, 2. dras de la livrée aux Escuiers du terme de Toussains. Ubi Draps dicuntur, quæ alias Robes, quæ vox eadem notione usurpatur in Magno Recordo Leodiensi pag. 60. ubi vetantur Scabini*

Leodienses accepter pensions, waiges, ou Draps, à quocumque magnate, qui ly voront donner pour estre de leur conseil. [Vide Liberatio in Liberare 2.]

Quædam ex hisce Robis vocantur Robes de Compaigne, in Computo Stephani de la Fontaine Argentarii Regis 1. Jan. 1349. quod forte darentur eminentioris conditionis personis, quæ in comitatu Regis vel Reginæ morabantur: Pour iceux draps distribuer pour le corps de la dite Dame, & pour celles, à qui elle donne Robes de compaignie. C'est assavoir ses deux filles, les Duchesse de Normandie & d'Orleans, la Royne Jeanne, le Duc de Normandie, & la Comtesse de Tonnerre. Aliud Computum ejusdem Stephani 1. Julii an. 1352. Les noms de plusieurs personnes, qui ont eu Robes en ce terme. Mons. le Comte de Tancarville, Souverain Maistre de Hostel du Roy, M. Robert de Lorris, M. Louis de Harecourt, M. d'Andrezel, & M. Guy de la Roche, lesquels orent cotes hardies & manteaux de 30. aunes de Camelin court de Broisselle, pour leur livrée d'iver, à compagner le Roy en son deduit.

Alia dicuntur Roba lingia, nostris Robes linges. Computus an. 1239. è Bibliotheca regia: Pro Roba lingia uomini Alfonso LXIII. s. pro Roba lingia Regis III. l. XVIII. s. pro duabus partibus pannorum lingiorum Regis VII. l. XII. d. Computus Petri Landoy Thefaurarii Britannia an. 1460. & 1461. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 1260. A Jean du Faux, pour ce qu'il avoit donné à ung serviteur de la dame de Trebes pour le vin de Robbes linges, qu'elle avoit envoiées au Duc.

Qui igitur Robas accipiebant ab aliquo, de ejus familia censebantur. Statuta secunda Roberti I. Regis Scotia cap. 34. §. 2. Repelluntur etiam ab acquisitione, inquisitione, probatione & assisa. . . Dominus, Ballivus, nec aliquis gerens Robas Domini, &c. Thomas Walsinghamus pag. 267. Quendam ex ejus Armigeris, qui & in obsequio erat Abbatis, & ad Robas ejus; &c. Matthæus Westmonaster. ann. 1106. Robas etiam Regis, sicut ipse Rex, accipiebat. Charta Amalrici Vicecomitis Narbonensis, in 2. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ex Tabulario Regio: Retinemus etiam nobis. . . cognitionem & punitionem omnium criminum & excessuum, si qua à nostris servientibus vel familiaribus ad partem nostram & de Raubis nostris, in dictis civitate, & burgo, & locis communicandis committerentur, &c. Vide Dissertat. 5. ad Joinvillam pag. 160. [Vide Rauba Papales in Raub.]

ROBA, Quævis supellex, quomodo Itali hanc vocem usurpant. Chronicon Fossæ novæ an. 1186. Fregit securitatem Babuco & terra Pusana, & abstulit omnem Robbam, & animalia omnia, qua in Babuco & in terra Pusana invenit. Matthæus Westmonaster. an. 1248. Culpatus est insuper, quod quicquid in esculentis, potibus, & Robis expendit, rapit violenter, &c. [Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1279. apud Muratorium tom. 8. col. 1145. Et de mense Februarii dominus Thomastinus de Gorzano, & illi domini de Banzola furtive ceperunt lapidem Besumantua, & expulerunt illos de Besumantua, & habuerunt totam Robam & omnia victualia, qua super dictum lapidem erant. Passim usurpant Dominicus de Gravina in Chronico, apud eundem Murator. tom. 12. col. 574. 576. 595. 600. 607. & alii Scriptores Italici non semel.]

ROBALTA, Receptaculum, ut videtur, seu locus in quo Roba sive supellex reconditur. Chronicon Estense ad an. 1337. apud Murator. tom. 15. col. 400. Juxta cameram erat quidem stallus pro va-

lixii & aliis necessariis cum quadam Robalta, in qua mittebant ligna & alia victualia.

ROBANDUM, Eiusdem originis vox, ut opinor, qua roba seu supellectilis peculiare genus indicatur, mihi tamen incompertum: Historia Miscella lib. 18. apud Murator. tom. 1. part. 1. p. 130. col. 1. Invenerunt itaque populi Rom. in palatiis ejus apud Damastager trecenta Robanda, qua per diversa ceperunt tempora; invenerunt etiam species, qua remanserant, multas, aloen scilicet multam, & ligna aloes magna. . . & sericum copiosum, ac piper, & calbasias camistas multas, &c.

ROBARE, ROBBARE, Furari, prædari, Derober; quasi Robam auferre; Rubare, Italis. Edictum Jacobi Regis Aragoniæ de Pace & treuga an. 1228. Item statuimus, quod nullus homo capiat per se vel per alium, nec Robet, nec Robari faciat aliquem hominem, &c. [Chartularium V. S. Vedasti Atrebat. p. 29. Tunc Merlinus cepit modicam particulam fileti empti. Tunc Martinus dixit: Merline tu Robas me. . . cui Merlinus: Ego non Robo te. Adde Chronicon Moëtienſe Bonicontri apud Muratorium tom. 12. col. 1124. 1134. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 61. verso, Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 42. &c.] Occurrit præterea in Ethelredi Regis Pacto cum Analavo cap. 4. in ejusdem Legibus apud Wenetyngum cap. 18. in Legibus Burgorum Scotticorum cap. 92. §. 1. apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 12. §. 1. Philippus Mouskes in Historia Francorum MS. in Henrico I.

Petit après à grant compaignie
Vint sor Robert Viscart à force,
Ki sa terre Reube & escorce, &c.

Infra:

Les abaies soujournoit,
Et toutes les glises Reuboit.

Balduinus de Condato MS.

Mal sert le Seignour, qui li Robe.

DISROBARE, apud Anonymum de Gestis Friderici II. Imper. pag. 757. & Petrum de Vineis, Gallis Desrober. [Vide Derobare suo loco.]

RUBARE, Eadem notione, apud Italos. Chronicon Parmense ad annum 872. apud Muratorium tom. 9. Cucurrerunt per terras & contratas Episcopatus versus civitatem & alibi, multa & multa comburendo, vastando & Rubando. Opusculum Petri Azarii de Bello Canepiciano apud eundem Murator. tom. 16. col. 431. Qua gens; cum ibi fuit, villam & terram ipsam ceperunt, Rubaverunt & cremaverunt.

ROBARIA, Idem quod mox Roboria. Charta Philippi Aug. Franc. Regis pro Atrebatensibus ann. 1194. Qui de Robaria protractus fuerit per Scabinos, sexaginta libras perdet, & ei Robaria reddetur, qui eam amiserat. Hoc est, Res furto sublata. Charta ann. 1262. ex Archivo Communis Massil. Dominus Comes & Comitissa non receptabunt per mare vel terram cum prada vel Robaria aliquem, qui damnum vel Robariam fecisset. Passim utuntur Italici Scriptores apud Muratorium tom. 8. col. 181. 1158. tom. 9. col. 781. tom. 11. col. 115. 248. tom. 12. col. 1123. tom. 15. col. 389. tom. 16. col. 440. & alibi; in Statutis Castrî Redaldi lib. 2. fol. 36. recto, Statutis Vercell. lib. 2. fol. 26. recto, Cadubrii lib. 3. cap. 42. &c.

ROBORIA & ROBERIA, definitur à Cowello lib. 4. tit. 18. §. 25. bonorum alicujus ab ipsius persona, vel ipso saltem præſente & invito, sublatio. Roberie, in veteri Consuetudine Normanniæ cap. 71. Ruberia, Italis. Gloss. Lat. Gall. Prada, Roberie: Pradator, Robour. Occurrit vox Roberia hæc

notione, in Legibus Inæ Regis Westsaxiæ cap. 11. & Henrici I. Regis Angl. cap. 10. 12. 24. 66. apud Will. Rishangerum ann. 1261. Rogerium Hovedenum pag. 589. Bractonum lib. 2. cap. 24. §. 1. lib. 3. tract. 2. cap. 32. §. 1. Thomam Walsinghamum an. 1322. pag. 116. &c. Leges Normanniæ Willelmi Nothi cap. 4. *Se aliquis est apeled de larcin ou de Roberie*. Ita apud Littletonem sect. 501. *Roberie* usurpatur. [Litteræ Johannis Ducis Britan. ann. 1381. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 625. *Seront & demourront quittes & paisibles de tous cas, crimes, malefices, multres, cresvois de maisons, ravissmens de sempies, pilleries, Roberies, &c.*] *Le Roman de Vacces* MS.

N'i a qui ost embler, ni faire Roberie.

ROBORIA, in Legibus Malcolmii II. Regis Scotiæ cap. 11. §. 1. in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 1. §. 6. lib. 4. cap. 7. in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 14. §. 2. &c.

ROBERATOR, Latro, fur, *Rauber*, Germanis. Charta Ranulphi Comitis Cestriæ tom. 1. Monastici Anglic. *Ut sive latro, sive Roberator, sive aliquis malefactor venerit ad solennitatem, habeat firmam pacem, &c.* Lexicon Græc. Lat. MS. Reg. Cod. 2062. *Λωπεδύτης, ὁ τῶν ἰματίων κλέπτης, λῶπη γὰρ τὸ ἰμάτιον.* *Le Roman de Vacce* MS.

Ne s'offri en la terre ne Roboour ne larron.

ROBATOR, Eadem significatione. Codex Legum Norman. cap. 12. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 176. *Latrones, Robatores, incendiarios, homicidas, virginum injuriosos desfloratores, &c. Depredatores, pirata, pradones sive Robatores supra mare,* in Charta ann. 1403. apud Rymerum tom. 8. pag. 306. col. 2. *Robatores & latronculi*, in Chronico Modoetiensi apud Muratorium tom. 12. col. 1127. Rursus memorantur *Robatores* in Actis visitationis diocesis Albienensis an. 1286. apud Baluzium tom. 4. Miscell. pag. 321. in Statutis Vercell. lib. 4. fol. 115. recto, in Statutis Pallavicinis lib. 2. cap. 25. Statutis Cadubrii lib. 3. cap. 42. *Le Roman de Lancelot du Lac: Au commencement de l'Ordre de Chevalerie il fist dit à celui qui vouloit Chevalier estre, qu'il fist courtois... prest & entalenté de destruire les Robeurs & les meurtriers.* Litteræ Johannis Franc. Regis an. 1355. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 29. *Lesdiz preneurs seront puniz comme Roubeurs, & les pourra chascun mener en prison fermée, &c.*

ROBBATOR, Eodem intellectu, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 1. §. 1. & in Epistola Edwardi II. Regis Angl. ann. 1317. apud Rymerum tom. 3. pag. 663. col. 1.

RUBATOR, Idem, Italis *Rubatore*. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad an. 1242. apud Murator. tom. 6. col. 499. *Posuerunt ignem in quibusdam domibus, & res, quas in ipsis invenerunt, velut latrones & Rubatores rapuerunt.*

ROBALLUM, vel *Roballus*. Codex legum Norman. cap. 17. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 117. *Videlicet aurum, argentum, tam in vastis massa, quam in moneta francos, strautas, lanes, ebūr, Roballum, lapides pretiosos.* An *Robinus*, Carbunculus, Gall. *Rubis*? An vox mendosa pro *Corallum*?

ROBAROLLUS, an *Sarcinator*, Gall. *Tailleur*, qui facit *robis* seu vestes? An qui vendit *robis* sive mercēs, Gall. *Merçier*, Miscellarum minutarumque mercium propola, ab Italico *rob'a*, supellex quævis, mercēs? An iidem qui *Pellizarii*? Statuta Placentiæ lib. 4. fol. 45. recto: *Consules seu paraticus pellizariorum seu Robarollorum non possint eos nec*

aliquem eorum compellere ad intrandum in paratico pellizariorum seu Robarollorum ad solvendum paratici Robarollorum.

ROBBA, **ROBBATOR**. Vide in *Roba*.

ROBELIA, Ervum, Italis *Robiglia*, nostris *Ers*, Legumen satis notum. Johan. Demussis Chronicon Placent. ad ann. 1369. apud Murator. tom. 16. col. 510. *Et tunc starins frumenti vendebatur sol. xl. qui communiter vendi solebat sol. 111. & starius cicerum & Robeliarum vendebatur sol. xxviii. qui communiter vendi solebat. viii.*

ROBERIA, Spoliatio. Vide in *Roba*.

ROBICO, pro *Robigo*, Gall. *Rouille*, Segetum morbus, quo spica torrentur. Glossæ Lat. Græc. *Robico*, *βρωσις*, ἢ *σῆψις* Mox: *Robigo*, *σῆς*, ἢ *σῆψις*. Adde Græco-Latinas.

ROBINA, Canalis per quem derivatur aqua fluvii in loca, in quibus necessaria est, Occitanis *Robine*. Plures sunt hujuscemodi canales in agro Arelatenfi & Rhodano defluentes. Statuta Arelat. MSS. art. 150. *In Robinis omnibus de Camargis & de toto districtu Arelatis, per quas transcunt via publica, quæ per dictas Robinas sunt trossata, illi, quorum sunt dictæ Robina, teneantur facere pontes.* Et art. 151. *Robina de Bello loco curetur in latitudine... à porta orti Guillemi Ruffi, quæ porta est in Robina, &c.* Compositio an. 1321. è Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Quod piscatores vel aucipes seu illi qui capiunt aves possunt & debeant intrare & exire per Robinam de Forn'lo.* Transactio inter Arelatenfes, Tarasconenses & Incolas S. Remigii an. 1517. ex iisdem Schedis: *Non licuisset... dictas aquas ab eorum propriis atveis, fossatis sive Robinis antiquis divertere.* Pluries recurrit ibidem. An à *Rabus*, *Robina* seu *Rubina* dictæ sunt, quia rubis & sentibus referti sunt hujusmodi canales? Eradicandis hisce rubis destinantur apud Arelatenfes rustici, quos *Vespiaries* vocant. An vero à *Robinis* dicti sunt canaliculi, quos *Robinets* nuncupamus? Hujus vocis originem ignorare se fateatur Menagius in Etymol. Gallicis.

RUBINA, Eadem notione. Concordia inter Raymondum Archiep. Arelat. & Ildesonsum Comitem Tolosæ an. 1143. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. Hist. MSS. pag. 302. *Et hæc prata consistunt in territorio ville S. Petri & campo publico, inter Rubinam ejusdem villa & ipsam villam.*

ROBINARIUS, Qui curam habet *robinarum*. Litteræ Caroli V. Franc. Regis an. 1366. pro civibus Marologii in Senescallia Bellicadri, apud D. Secousse tom. 4. Ordin. Reg. pag. 676. art. 7. *Item, quod dicti Consules qui nunc sunt & pro tempore fuerint, habeant instituere... operarios murorum, operarios Ecclesie, capitadenos, extimatores, terminatores, carreyrenos, levederios, Robinariios, defensores pacuorum, &c.*

ROBINUS, Carbunculus, *Rubis*. Vide *Rubinus*.

ROBOR, gen. masc. pro *Robur*, Quercus durissima. Leges Rotharis apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 4. col. 2. *Si quis Roborem aut cerrum seu quercum... inciderit, componat pro arbore tremiffes duos.* Codex Cathedr. Mutin. præfert: *Si quis Rubore, aut cerrum seu quercum, &c.* Estensis vero: *De arbore Robore, cerro seu quercu, &c.* Glossæ Lat. Græc. *Robor*, ἔρνος, εἶδες ζύλη, μελάνδρος, ἔωρη, ἑένος, ἑερέωρα, ἑέλεχος, ἐρωθρίαις. Et mox: *Robor*, singulariter tantum declinatur, ἔρνος, ἑέλεχος, ἑόχός. Adde Græco-Latinas.

ROBOR, metaphorice, Firmitas, *robur*. Charta Domnoli Episc. Cenoman. an. 20. Chilperici Regis Francor. apud Mabillonium tom. 3. Analect.

- pag. 103. *Et hac paginola plenum accipiat opto Roborem.* Testamentum S. Rudisindi ann. 978. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 185. *Et hanc scripturam in cunctis diebus Roborem firmitatis obtineat.* Judicium ann. 1030. in Appendice Marcæ Hispanicæ col. 1046. *Et ut hoc iudicium nunc & abinceps Roborem plenissimum obtineat, &c.*
- ROBORA**, Ætas legitima, majoritas, cum scilicet ad robur pervenit minor. Testamentum Alfonsi II. Regis Portugall. æræ 1208. apud Brandaonum tom. 4. Monarch. pag. 270. *Et si in tempore mortis mea filius meus & filia, qui vel quæ debuerit habere regnum meum, non habuerit Roboram, sit ipse vel ipsa & regnum in potestate vassallorum meorum.* Passim ibi & pag. 271. 278.
- ROBORABILIS**, Validus, fortis. Andreas Suenonis lib. 3. Legum Scaniae cap. 2. *Sed prior sententia Roborabilior & rationabiliter à prudentibus astimatur.*
- ROBORANTER**, Modo qui roboret & confirmet. Charta Ludovici Regis Franc. ann. 896. è Tabulario Eccl. Aptensis: *Et ut hac nostra preceptionis auctoritas nostris futurisque temporibus inconcussam atque inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria Roboranter adfirmavimus & annulo nostro sigillavimus.*
- ROBORARIUM**, Locus septus tabulis roboreis. Aul. Gellius lib. 2. cap. 20. *Roboraria antiquis significabant ea quæ nunc Vivaria vulgus vocat; sic autem erant appellata à tabulis roboreis, quibus septa videbantur.*
- ROBORATIO**, Confirmatio. Litteræ Edwardi II. Regis Angl. an. 1307. apud Rymerum tom. 3. pag. 22. col. 2. *Et omnia alia & singula, pro nobis & nostro nomine, faciendi, quæ ad expeditionem & Roborationem premissorum necessaria fuerint vel etiam oportuna.*
- ROBORETUM**, Quercetum, apud Ughellum to. 1. parte 2. pag. 236. In Charta alia apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 367. *Cum ... silvis, castaneis, Roboreis, ac stellariis, &c.* Legendum forte *Roboretis.* [Glossæ Græc. Lat. *Δρυμὼν, ὁ τόπος, Quercetum, Roboretum.* Aliæ Latino-Græc. *Roboretum, Δρυμὼν, ὁ τόπος.*]
- Hinc in Normannia aliisque variis Galliarum provinciis loca pleraque *Rouvre* & *Roubre*, à *Robore*, vel *Rouvroy*, *Rouvraye* & *Rouvroye*, à *Roboreto*, dicta; unde & familiæ multæ nobiles earumque dominia iis in regionibus vocantur *de Rouvrou*, *de la Rouvraye*, &c. Hinc etiam patet, detortas fuisse voces *Roveritum*, & *Rovretum*, quæ de nemore, nostris *Rouvray*, olim sito in agro Parisiaco, & *Rubridum*, quæ de loco pagi Belsiensis, vulgo *Rouvroy*, dicuntur. Vide Valesium in Notitia Galliarum p. 487. col. 1. & 546. col. 1. Histor. Becensis MS. pag. 163. *Quadam exorta fuerat controversia Becenses inter & Columbenses pro decima de Roboribus; vico vulgo Rouvres.* Ex quibus liquet, scribendum esse *Rouvre*, non *Roure*, ut quidam è nostris scripserunt in Lexicis suis Gallicis, ubide *Robore* quercu duriori. Vide *Rover*.
- ROBOREUS**, Cui robur inest, robustus. Erchempertus in Hist. Longob. c. 54. *Ajo autem Princeps Beneventi, & ante principatum, & postea, partim imbecillis, partim Roboreus extitit.* Idem cap. 75. *Primum tantum Sacramentum sistebat Roboreum ad mensem aut tempus annotinum.* i. robur habebat. Idem Erkempertus ex editione Caraccioli pag. 36. *Virum illustrem ac fortissimum Robore laqueo suspendi fecit.* Ubi forte *Robore*, pro *ad quercum* sumitur. Ro-

- boreum preceptum*, firmum, in Chronico S. Sophiae Benevent. p. 718. Occurrit ibi non semel.
- ROBORIA**, Spoliatio. Vide in *Roba*.
- ROBOROSA PASSIO** dicitur, quæ animal rigidum facit ad similitudinem ligni. Vegetius lib. 3. Artis veterin. cap. 24.
- ROBRICA**, pro *Rubrica*, Minium. Glossæ Græc. Lat. *μίλτος, Rubrica, Robrica, Minium.* Vide infra *Rubrica*.
- ROBUR ARBORIS**, Truncus. Oratio Pii II. PP. an. 1459. *Rami arboris multi sunt, sed Robur unum tenaci radice fundatum.*
- ROBURDOLIUM**. Tabularium Vindocinense fol. 190. *In Roburdolio carceris, ubi captus detinebatur. An, le guichet, Portula?*
- ROBUSTAS**, Robur, fortitudo. Johannes Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Maii pag. 230. *Maximo certamine sublimique Robustate martyrium confecit.*
- ROBUSTE**, Nervose. Vulgare est recentioribus, antiquis incognitum.
- ROBUSTITAS**, Robur, firmitas, vis, vires, virtus, facultas, apud Juniores passim reperitur, nullibi apud Veteres.
- ROCA**, Petra, rupes, Gallis *Roche*; item Arx in rupe exstructa, ut mox *Rocca*. Præceptum Caroli Calvi ann. 840. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 30. *Terminat predictus alodis de una parte ad molinos Gualampadi, qui sunt ferti (f. siti) in ripa Urbione, ubi signa supraposita atque decurias; deinde vadit per torrente & per ipsum montem superiorem usque in Roca, ubi signa posita sunt.* Præceptum ejusdem Regis an. 855. in Appendice Marcæ Hispan. col. 787. *Rocam, quam vocant Frusindi, quam eorum genitor per aprisionis auctoritatem tenuit.* Vide *Rocha* 1.
- ROCASSIUM**, **ROCASSUM**, Rupes, Gallice *Roche*, Provincialibus *Rouchas* vel *Rouquas*. Juxta quoddam *Rocassium*, in Charta ann. 1486. è Schedis D. Le Fournier: *Quod possint... portum habere & navim mutare... subtus Rocassium*, in Transactione ann. 1532. 8. Octobr. è Schedis Præsidis de *Mazaugues*.
- ROCHASSIUM**, Eadem significatione. Sententia arbitralis ann. 1303. è Schedis D. Brunet: *Item quemdam alium (terminum) subtus quoddam Rochassium ferri vocati Jabriatres.*
- ROCATUS**, Coloris *roca* seu rupis, ut videtur, idem forte qui marmoreus. Catalogus an. 1300. apud Hemeræum in Augusta Viromand. p. 364. *Quatuor cappa alba, quatuor rubea, dua nigra de mortuis, una Rocata, una viridis, una glauca, una quam habet puer ad tenendam patenam.*
- ROCCA**, **ROCHA**, Castellum vel præsidium in rupe, seu clivo exstructum, Italis *Rocca*. Auctor Mamotrecti 2. Reg. *Arx, dicitur Rocca.* Annales Fr. ann. 767. *Multas Roccas & speluncas conquistavit.* [Chronicon Farfense apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 589. *De castello Tribuco cum Rocca sua.* Et col. 624. *In presidium se cujusdam nostræ contulit Roccha.* Rolandinus Patav. de factis in Marchia Tarvisina lib. 6. cap. 6. apud eundem Murator. tom. 8. col. 258. *Voluit Eccelinus arcem sive Roccham Estensem, & alia collateralia castra suo dominio subjugare.* Estensis *Roccha* seu castrum, ibidem col. 259. Chronicon Tarvisinum apud eumd. Murator. tom. 19. col. 817. *In hoc tamen verius proverbium comprobatur: Nullum castrum oppidumve vel Rochiam fortia esse, ad quæ asellus auro onustus non possit accedere.* Adde Laudes Papiæ, to. 11. ejusd. Muratorii col. 38.] Chronicon Ceccanense, seu Fos-

fæ-novæ ann. 1185. *Adepti sunt Saloniciam cum multis civitatibus & castellis & Roccis de Romania.* Occurrit iterum ann. 1187. & sæpe in Scriptoribus Italicis, passim etiam apud Leonem Ostiensem, Ottonem Morenam in Hist. Rerum Laudensium pag. 14. 88. &c. Gobelinus Persona in Cosmodromio p. 259. *Arx, quæ vulgo Rocka dicitur.* Philippus *Mouskes* in Henrico I.

*S'en ot Buicmont de Sefille,
Et cil fu au prendre Andioce,
U il a mainte Roce.*

¶ **ROCCHA LIGNAMINIS**, Munitio, ut opinor, è ligno constructa. Chronic. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 522. *In capite vero utriusque partis (pontis admodum spatiosi) erant pontes levatorii, & singula Roccha lignaminis valde fortis.*

1. **ROCCUS**, **ROCUS**, **ROCHUS**, **HROCUS**, vox Germanica *Roch*, significans supremam vestem, *ἡρωδύτην*. De *Roccis & Sagis*, item *Roccus Martrinus & Lutrinus*, in Capitulari triplici Caroli Magni an. 808. cap. 5. Monachus S. Galli, seu Notkerus lib. 2. de Carolo Magno cap. 27. *Carolus habebat pellicium berbycinum, non multum amplioris pretii, quam erat Roccus ille S. Martini, quo pectus ambitus, nudis brachiis Deo sacrificium obtulisse astipulatione divina comprobatur.* Helgaudus in Roberto Rege ann. 1029. *Exuens se vestimento purpureo, quod lingua rustica dicitur Rocus.* Chronicon Fontanellense cap. 16. *Roccum subdiaconalem unum.* *Roccos* Monachis etiam attribuunt Conventus Aquisgran. & Additio 1. Ludovici Pii ad Capit. c. 22. & Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 10. 14. 16. [Ansegifus Abbas apud Acherium tom. 3. Spicil. pag. 246.] & Adalardus lib. 1. Statutorum Corbeiens. cap. 3. ubi

HROCCUS scribitur: *Ceterum capella, Hroccus, sive cuculla de sago, unde Hroccus fieri possit, ad arbitrium Prioris erit.* Hariulfus lib. 3. cap. 3. pag. 481. & 483. *Hroccus* pariter habet.

¶ **ROKkus**, apud Mabillonium tom. 4. Annal. Benedict. pag. 287. *Richard & Poppo, quorum uterque dicit se S. Benedictum quidem esse, & ideo Regulam mutasse, & tunicam Domini unam in duos Rokkos.*

ROQUUS, in Testamento Riculfi Episcop. Helrensis ann. 915. *Roquos quatuor, unum purpureum cum auro, & alium palleum Græco, & alios duos in Græcia factos.*

ROCHUS, in Charta Heccardi Comitis Augustod. apud Perardum pag. 26. *Ῥέχον* Græci recentiores dicunt. Narratio de Belisario MS. *Βύσσινα Ῥέχια κατὰζαμύτην*. Histor. Apollonii Tyrii: *Ὀμπρός τῆς θυγατέρας τῆ, τὰ Ῥέχια τῆ ἑσχιζέι*. Occurrit præterea apud Nicetam Choniatem p. 361. 367. & 425. 2. edit. Codinum de Offic. &c.

¶ **ROCUS**, pro *Rocus*, vel *Roccus*, interdum reperi testis est Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 16. quod consule.

ROCHETUM, ita hodie vocant vestem lindam Episcoporum & Abbatum propriam, cum manicis strictioribus, quasi parvum *Roccum*. Lindwodus ad Provinciale Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 27. *Rochetum differt à superpellicio, quia superpellicium habet manicas pendulas, sed Rochetum est sine manicis, & ordinatur pro Clerico ministraturo Sacerdoti, vel forsan ad opus ipsius Sacerdotis in baptizando pueros, ne per manicas ipsius brachia impediuntur.* [Articuli reformationis à septem Episcopis editi Parisiis an. 1586. apud Martenium tom. 4. Anecd. col. 1194. num. 18. *Cum vero animi relaxandi causa civitate exii (Episcopus,) quod non ita sæpe facere debet, Rochetum poterit*

Tom. V.

ad libitum deponere.] Occurrit passim in Ceremoniali Romano, & Ceremoniali Episcoporum.

¶ **ROCCHETUM**. Coronatio Bonifacii VIII. PP. apud Muratorium tom. 3. pag. 649. col. 2. *Cantores deinde equitant cum superpelliceis, tum acolythi, clerici camera & Auditores cum superpelliceis supra Rocchetum.*

¶ **ROQUETUM**. Concilium Arand. ann. 1473. inter Hispanica tom. 3. pag. 674. *Episcopi veste linea superiore, vulgariter Roqueto nuncupata, in publico semper utantur.* Concilium Tarraconense ann. 1591. tom. 4. eorund. Concil. pag. 509. *Soranam vel tunicam talarem, superpellicium mundum, seu Roquetum pro tempore congruens, & pileum clericalem induatur.*

ROCHETUM, Canonorum regularium vestis linea. Chronicon Windesemense lib. 1. cap. 23. *Habitus Canonorum Regularium est vestis linea sive toga linea, quam Roketum Romani, Germani Subtile, Sarracium, sive Scorlicium appellant.*

¶ **ROCHETA PUERORUM CHORI** memorantur in Indice MS. Beneficiorum Ecclesiæ Constant. fol. 66. verso.

ROCHET, in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 739. *Solis vero fabris conceditur habere camisas, scilicet Rochet.*

ROKETUM ROMANUM. Vide *Superpellicium*.

¶ 2. **ROCCUS**, Nomen scaci, quem alii *Turrim* vocant, Itali *Rocco*. Vide locum in *Scaci*.

¶ **ROCEA**, Piscis genus. Gall. *Rosse*, Gesnero *Rutilus*. Chronicon Trudonense tom. 7. Spicilegii Achcr. pag. 509. *Pisces qui afferebantur de Mosa, quos poetica licentia vocare possumus Rocceas & Bardos.* Alia notione mox occurrit in *Rocha* 1.

¶ **ROCERIUM**. Charta Majoris Monasterii, tom. 2. Hist. Britan. col. 237. *Dominus Abbas B. reddidit Herveo cognomento Trop a de netz terram, quam dominus Garinus dedit S. Martino, quando factus erat monachus, videlicet medietatem Rocerii tali pacto, ut per singulos annos solvat monachis quatuor solidos.* Lobinellus in Glossario scribit *Rocherium* redditque *Rocher*, Rupes. Haud satis scio an bene. Suspicio esse nomen propriam, à rupe tamen ita nuncupatum. Vide *Rocherium*.

¶ **ROCETUS**, pro *Rocetus*. Vide *Receptum* 1.

1. **ROCHA**, Rupes, Gallice *Roche*. Diodorus Euechyon. lib. 1. Polychemiæ cap. 17. *Cera, thuris, colophonia, aluminis Rocha, &c.* nostris, *Alun de Roche*, [Alumen rupis, Anglis *Roche alum*, qua significatione sumenda videtur vox *Rocea* in Literis Edwardi IV. Regis Angl. ann. 1476. apud Rymer. tom. 12. pag. 28. col. 1. *Tam ad sufficiens curiam pro conductione feretri præcarissimi patris nostri Richardi Ducis Eborum pro sepultura sua ordinati, quam ad carpentarios, junctores, pictores, candelatores, qui in hac parte necessarii fuerint & opportuni, ac ceram, Roceam & filum, ubicumque inveniri poterunt.*] Occurrit etiam apud Heliam Monachum de Lapide Philosophi. [Donatio an. 901. in Appendice Marcæ Hispan. col. 836. *De meridie in ipso monte vel in ipsa Rocha.* Alia Donatio ann. 998. apud Marten. tom. 1. Ampliff. Collect. col. 353. *Pervenit per ipsa limite de ipsa Rocha usque in Petramela.* Charta an. 1234. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 817. *Platea adjacenti super quadam Rocha, &c.*] Hist. Cortusiorum lib. 8. cap. 2. *Inceptum fuit Castrum Estensis Rocha.* Vide *Rocca* [& *Rochus*.]

2. **ROCHA**, Alia notione. Tabularium Absiense fol. 187. *Concessimus quoddam fossatum per marestum, ...*

A a a a a

per quod *buscam* & *Rocham* & quaeque necessaria de *maresio* traherent.

☞ *Rocham* hic intelligo juncum tenuissimum & ad instar gladioli utrimque secantem, quem *Rosche* vocant Normanni, & unde *sedilia* contextunt elegantissima.

☞ **ROCHASSIUM**, Rupes, *Roche*. Vide *Rocassium*. **ROCHERIUM**. Vetus Charta in Hist. Monasterii S. Nicolai Andegav. *Insuper nobis donavit aliud Rocherium majus ante portam curtilis nostri, &c.* Occurrit ibi semel ac iterum. [Vide in *Rocerium* & *Roquerium*.]

ROCHETA [vel **ROCHETUS**, Tubulus missilis & ignitus, Ital. *Rochetto*, Venetis *Rachetta*, Gall. *Fusee*.] Rafanus de Carefinis in Chronico MS. ann. 1379. *Burgum S. Laurentii expugnant & occupant, igne immisso cum Rochetis ad domus paleatas.*

☞ **ROCHETTA**, Parva *Rocca*, parvum castellum seu praesidium in rupe positum. Annales Genuenses apud Murator. tom. 6. col. 305. *Et dum Simon de Auria, vir utique prudens, ad portum Veneris missus fuerat... cogitavit secum de prodicione praefata Rochetta; & factis insidiis, nocte veniens ad Vernaciam cum CCC. hominibus, ascenderunt clam montem, & ante lucem fuerunt coram Rochetta, & vi ceperunt eamque igne combusserunt, &c.* Chronicon Petri Azarii apud eundem Murator. to. 16. col. 379. *Aliamque erexit Rochettam circa Pontem Ticini versus civitatem.* Vide *Rocca*.

☞ **ROCHETUM**, **ROCHUS**, Supparum lineum, Gall. *Rochet*. Vide in *Roccus*.

☞ **ROCHUS**, Rupes, Gall. *Roche*, *Rocher*. Processus ad canonizationem S. Francisci de Paula, tom. 1. Aprilis pag. 120. *Subtus non parum ingentem Rochum quamdam speluncam... inhabitavit.* Vide supra *Rocha* 1.

ROCINUS, Equus minor. Vide *Runcinus*.

☞ **ROCKA**, Arx in rupe posita. Vide *Rocca*.

ROCTA, **ROTA**, **ROTTA**, Instrumentum Musicum. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 21. *Et aliqua alia genera dulcia musicorum, ut sunt viola, cythara, & Rocta.*

ROTA. Constantinus Africanus lib. 1. de Morbor. curat. cap. 16. *Dulcis sonitus fiat de Musicorum generibus, sicut campanula, vidula, Rota, & similibus. Nescio, an id organum intelligat Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 3. extremo: Quae autem Titulo dictaverat, singularis & agnoscibilis melodia sunt: quia per psalterium, seu per Rotam, qua potentior ipse erat, pneumatata inventa dulciora sunt, &c.* Vide tamen Eckehardum Decanum de Vita Notkeri cap. 17. *Le Roman de Garin* MS.

*Devant eux font le jangleor chanter,
Rotes & harpes & violes soner.*

Le Roman de Vaces MS.

*Mout avoit par la terre plors & dementoifons,
Ne vieles, ne Routes, rotuenges, ne sous.*

Le Roman d' Alixandres MS.

Rote, harpe, vielle, & gigue & ciphonie.

ROTTA. Epistola 89. inter illas, quae Bonifacii Moguntini Archiep. nomine editae sunt: *Delectat me quoque Cytharistam habere, qui possit cytharizare in cithara, quam nos appellamus Rotta, quia citharam habet.* [Notkerus in Symbolum Athanasii apud Schilterum in v. *Rotta*: *Sciendum est, inquit, quod antiquum Psalterium instrumentum decachordum utique erat, in hac videlicet delta litera figura multipliciter mystica. Sed postquam illud symphoniaci quidam & ludicratos, ut quidam ait, ad suum opus traxerant, formam utique ejus & figuram commoditati sua habilem*

fecerant, & plures chordas annectentes & nomine barbarico Rottam appellantes, mysticam illam Trinitatis formam transmutando.]

ROCUS, Supparum lineum. Vide *Roccus*.

1. **RODA**, Anglis, Quarta pars acrae, quae & *Farding deale*, seu *Farundel* dicitur, juxta Cowellum, ex Anglico *Rodd*, Pertica. Continet autem *acra*, secundum stadii longitudinem 40. *rodas*, seu *per-ticas*; in latitudine tantum quatuor. Perinde etiam *Roda* terrae 40. *per-ticas* in longitudine, unam vero solummodo in latitudine. Si autem excreverit *Roda* latitudo, contractior fit illius longitudo; ita tamen ut in omni superficie, neque plus neque minus quam 40. *per-ticas* complectatur; ita *acra* ultra citrave 160. Occurrit passim, apud Prynneum in Libertat. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 1271. in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 245. 302. 469. 636. 639. tom. 2. pag. 40. 82. 87. 93. 251. 291. 354. 445. 544. apud Willelmum Thorn. ann. 1288. 1317. &c. Idem pag. 2105. *Rodam & Virgatam* confundit.

☞ 2. **RODA**, **ROTA**, Trabs arcuata ad proram, *Rode* nautis maris Mediterranei. Informationes Civitatis Massil. de passagio transmarino è MS. Sangermanensi: *Primo habebunt galea per carenam XLIII. goas; item de Roda en (in) Roda LII. goas & mediam.* Et infra: *Primo habebit quodlibet vyfferium XLIII. goas in carena; item de Roda in Roda LIII. goas.* Rursum infra: *Primo habebunt (alia ligna) de carena XL. goas; item de Roda en Roda L. goas.* Ibidem: *Item de Rota in Rota sine longitudine XLV. goas.*

☞ 3. **RODA**, pro *Rota*, Gall. *Roue*. Reparationes factae in Senescallia Carcaffonae ann. 1435. è MS. D. Lancelot: *Item pro faciendo unam Rodam totam novam, & preparando unum Rodetum in dicto molendino, &c.* Pluries occurrit ibi.

RODATICUM. Vide infra *Rotaticum*.

☞ **RODERE**. Job 30. 3. *Egestate & fame steriles, qui Rodebant in solitudine, squalientes calamitate & miseria.* In quae verba Pater *Vavafeur*: *Hebraeus, Ghorrecim, Fugientes; Lxx. φεβγοτες. Ex quo conjectura est vocem hanc veteris Interpretis Rodebant, esse errabant, circumibant; atque à nostro sermone vernaculo nihil differre, qui est Vagari, Roder.* Vide *Rodis*.

☞ **RODETUS**, Denticulata moletrinae rotula ad versandas molas accommodata, Gall. *Rouet*. Vide locum in *Roda* 3.

RODIGINUS. Vide Statuta Mediolanensia 1. part. cap. 329.

RODINUS, Rosci coloris. Vide *Rhodinus*.

☞ **RODIS**, f. Ambitus, circuitus. *Sive homines sint in Rode castris*, in Statutis Forojul. ann. 1233. ex Archivo S. Victoris Massil. Nostris *Roder*, est *Vagari*, circumcurrere: quod verbum à *Rotare* deducit Menagius. Vide *Rodere*.

☞ **RODIUS**, Genus piscis, cujus sanguis valet ad tinguendum vestes, in veteri Vocabulario Juris utriusque.

RODKNIGHTS, *Serjanterie* species apud Anglos, qua qui investitus erat, debebat servitium equitandi cum domino suo, vel domina, de manerio in manerium: à Saxónico *pad*, Equitatio, & *cnýd*, Puer, minister, famulus. Ita Bracton. lib. 2. cap. 16. §. 6. cap. 35. §. 6. Fleta lib. 3. c. 14. §. 7. Vide *Radechenistres*, [& Thomam Blount in Nomolexico v. *Rod Knights*.]

☞ **RODOMELLUM**, Vinum vel confectio ex succo rose & melle, Joanni de Janua; *Beuvrage confit de roses & de miel*, in Glossis Lat. Gall. Sangermanens. MSS. à Græco *ῥοδόμηλον*, Mel rosaceum.

RODOMENSES, Monetæ Archiepiscoporum Rotomagensium, apud Ordericum Vital. pag. 468. 495. 583. 505. & Alexandrum Abbat. Celestinum lib. 3. Rer. à Rogerio sicil. Rege gestar. cap. 8. lib. 4. cap. 1.

RODONDELLUS, [vel *Rotundellus*, Vestis species, eadem, quæ mox *Rodundellus*.] Vide supra *Cloca* 3.

RODULLUS, pro *Rondellus*; Vestis species in orbem desinens. Conventiones Humberti II. cum Agouto de Baucio & aliis, tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 334. col. 2. *Notarios duos induant maliscotis & Rodullis in festo omnium Sanctorum ultra vestes superius memoratas.*

RODUM. Vide *Rothus*.

RODUNDELLUS, Vestis genus in rotundum seu orbem desinens, idem quod infra *Rotundellus*. Bulla Benedicti XII. PP. pro Monachis Benedictinis cap. 23. de forma & honestate vestimentorum: *Nullus eorum de cetero Rodundellum, clochiam, cucullam manicatam vel tabardatam, seu epithogiatam... manicas ligatas, consuticias, seu quomodolibet boronaras, portare presumat.* Vide *Cloca* 3.

ROEDCARNI: Tabularium Landevenecense: *Comes Cuenus dedit S. Wingularo tribum quendam, cujus divisio est usque ad fluvium Elorn & ad Roed carn, id est, Vadum carneum.*

ROEDA, f. Idem quod *Rbeda*, Expeditio militaris. Statuta Perusiæ in Pedemontio pag. 63. *Si quis non observarit præceptum sibi factum de eundo ad custodiam vel aliam Roedam, solvat pro banno denarios duodecim.*

ROELLA, Rotula, Gallice *Roelle*. Inventarium Ecclesiæ Noviom. ann. 1419. *Item duo alii panni aurei coloris violeta cum magnis Roellis, & in Roellis leones interjecti.* Et alibi: *Item unus alius pannus aureus ad parvas aviculas & Roellas aureas.*

ROERIA, Rivus, vel rivulus, canalis. Tabularium Abbat. *Esclusam ad faciendum molendinum de Salnora, & Roeriam ad aquandum prata.* [Haud satis scio an hinc dictum sit Dinanni in Britannia minore suburbium, vulgo *Rocce* vel *Roairie*, quod *Roeriam* vocat Guillelmus *Gauthier* in Historia Abbat. S. Albini Ordinis Cisterc. MS. c. 6. *Confirmavit huic Abbat. jus suum in quodam tenemento in Roeria Dinanni in vico S. Salvatoris.* Et mox: *Dedit huic Abbat. burgensem Gaufridum Loschehora & heredes cum platea & domo sua in Roeria Dynanni.*]

ROET, Sebum, Belgice *Roet*, vel *Ruet*, nostris *Suis*. Jura Ecclesiæ Audomarensis MSS. ex Archivo ejusdem Ecclesiæ: *De pensa de Roet 11. den. de pensa adipis 11. den. pensa caseorum 1. den. pensa butiri 11. den. pensa cera 1v. den.*

ROFIA. Vide *Rusia*.

ROFIOLUS, Placentiæ species, quæ majoribus dumtaxat solemnitatibus extra Quadragesimam monachis ministrabantur in Monasterio Solemniacensi; unde conjicere licet *Rosolos* adipe conditos fuisse aut confectos ex ovis, quæ non comedebantur tempore Quadragesimali aut majoribus jejuniis. Consuetudines MSS. solemnitatum hujus Cœnobii: *Annunciatio B. Mariæ, sepias & anguillas cum porrata, sicut in festo B. Eligii, in Quadragesima; si venerit in carnali, sepias & Rosolos & pumbellos.* Centies occurrit ibidem. Vide *Ruseola*.

1. **ROGA**, Precatio, preces. Codex Carolinus Epistola 88. *Insuper & per Attonem Diaconum, ipso nobis pollicente, Rogam emisimus, ut penitus eum Ducem consequenter susciperemus.* Vide *Rogus*.

2. **ROGA**, Donativum, honorarium, quod Proce-

ribus & Magistratibus, atque adeo etiam populo; ab Augustis, vel Clero à Summis Pontificibus erogari solet: unde vocis etymon. Hist. Miscella pag. 770. edit. Canisii, de Tiberio II. *Duxit Anastasiam uxorem suam, & coronavit eam Augustam, & jactavit Rogam multam.* Anastasius in Deusdedit PP. *Hic divisit per obsequia sua, & ad omnem Clerum Rogam unam integram.* Eadem verba habet rursus in Bonifacio V. *Donum vocat in Severino: Hic dilexit Clerum, & omnibus Donum augmentavit.* Alibi non semel *Presbyterium*. Vide in hac voce. Idem in S. Eugenio: *Rogam Clero solitam tribuit.* In Adeodato: *Sed & Rogam omnibus ampliavit.* Ita in Agathone: *Rursum in Paschali: Rogam etiam omni Clero suo in Presbyterio profecto multipliciter ampliavit.* In Leonè III. *Et non modicam manibus propriis præ amoris magnitudine universo populo Rogam distribuit.* In Benedicto III. *Et ipse Rex Saxonum, postulante Domino Benedicto Papa, ut faceret Rogam in Ecclesiâ B. Petri Apostoli publicam de pondere auri vel argenti librarum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & universo Clero, & optimatibus Romanis, tribuit aurum, populo vero minutum argentum.* Guillelmus Biblioth. in Hadriano II. aliis verbis, ubi de visionibus divinis de futuro Pontifice: *Alii eum (videbant) cum Apostolicis infulis Missas celebrantem: nonnulli more Apostolico in basilica Lateranensi aureos erogare.*

ROGA, Stipendium, seu honorarium, quod Magistratibus quotannis ab Imperatore erogabatur, quomodo vocem hanc usurpari ab Anna Comnena docuimus in Notis ad Alexiadem pag. 269. Adde Pachymerem lib. 1. cap. 23. lib. 4. cap. 14:

Ejusmodi autem donativa, de quibus huc alatis locis Anastasius, septimana Passionis Clericis Patriarchas, scribit Balsamon; quemadmodum Imperatores officialibus suis, erogasse tradit Luitprandus lib. 6. cap. 5. Olim vero fiebant maxime Kalendis, & Imperatorum & Imperialium urbium natalitiis, ut est apud Nicephorum Call. lib. 10. cap. 23. ubi per Kalendas; Januarias intelligit; quæ *dies largitionum* dicuntur in Lege Laudabile Cod. de Advocatis divers. Judic. Atque ab iis largitionibus mensem Januariam *μῆνα χειροχίτωνα* appellari à Paulo Silentario à nobis observatum est in Descriptione ædis Sophianæ num. 22. Senator l. 6. Epist. 7. in formula Comitivæ sacrarum largitionum: *Supplicum per te fortunas erigimus, Kalendis Januariis assatum dona largimur, & lætitia publica militum tua est.*

ROGÆ præterea nomine donatum stipendium, quod militibus erogatur. Glossæ Græco-Lat. *Ρόγα, stipendium.* *Milites in Roga Imperatoris, De Roga Imperatoris*, apud Robertum Monachum lib. 2. Hist. Hieros. Baldricum Dolensem, Raimundum de Agiles, Ordericum Vitalem lib. 9. pag. 726. Anastasius in Deusdedit PP. *Et data Roga militibus, pax facta est in tota Italia.* Hincmarus, Remensis in Quaternionibus: *De beneficio militia, quasi de stipendiis & Roga, quæ antea, sicut hodieque fit, dabatur militibus de publico, &c.* Adde Gregorium M. l. 2. Ind. 10. Ep. 32. l. 7. Ind. 2. Fp. 130. lib. 8. Ep. 2. Leonem III. PP. Ep. 3. &c. Ita etiam usurpant Byzantini Scriptores non semel, Leo in Tacticis cap. 6. §. 15. Constantinus Porph. in Basilio cap. 27. [Anonymus Combesianus in cod. Porphyrogeneto num. 10. in Lacapeno n. 27.] Cedrenus in Juliano pag. 305. Scylitzes pag. 835. Pachymeres l. 1. cap. 18. l. 9. cap. 8. l. 11. cap. 12. 13. 21. & alii, quos laudant Meursius, Fabricius in Gloss. Dionysius Gothofred. ad Harmer-

nopulum, &c. Hinc *Ρογατορες*, stipendiarii milites, in Miraculis S. Anastasii Persæ c. 13. & apud Codinum de Offic. [Vide Glossarium mediæ Græcitatatis in *Ρογα*.]

3. **ROGA**, *Eleemosyna*, in Gloss. Lat. Græc. & Isidori. Will. Brito in Vocabulario MS. *Roga dicitur Eleemosyna, quod in Vita B. Joannis Eleemosynarii invenies*. Frodoardus in S. Zacharia PP.

Dirigit accumulaturque Rogas, ac perfovet agros.

[Vita S. Gerardi Abb. Bron. sæc. 5. Benedic. pag. 274. *Hac igitur necessitate coactus divina memoria Abbas Gerardus, Catulliacam B. Dionysii adivit percitus Abbatiam, Broniensem redimens ab ibidem Deo famulantibus ex ea, quam sibi Rogam erogaverat Comes Arnulphus.*]

4. **ROGA**. Exactio, præstatio sub nomine precationis. Consuetudo Lorriaci ann. 1187. *Nullus, nec nos, nec alius hominibus de Lorriaco talliam, nec oblationem, neque Rogam faciat*. Adde Chartam Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1171. apud Morinum in Hist. Vastinensi pag. 825. [Tabularium Charitatis; *Drogo de Merloto Monasterio Charitatis donat centum solidos annuales moneta Provinienfis de Roga sua Mintriaci*. In confirmatione Ludovici Francorum Regis an. 1177. legitur, *de Rogatione sua*. Vide in *Rogatio*.]

ROGA COACTA. Vide *Mutuuum coactum*.

5. **ROGA**, Navis species. Philippus Mouskes in Historia Francorum MS.

Roges, & buffes, & vissiers.

Aliud porro sonat *Roge* in Charta ann. 1374. in Tabular. Episcopat. Ambian. *Jean le Grand, qui fut trouvé mort sur les Roges de la fortere Je, &c.*

- ¶ 6. **ROGA**, f. pro *Roca*, Gall. *Roche*, Rupes. Notitia ann. 832. in Appendice Marcæ Hispan. col. 769. *Et inde vadit ipse terminus per rigo Ferrario . . . & vadit in gurg Cabalar & usque ad ipsam Rogam, quod est super castro Corbi*. Vide *Roca, Rocca & Rocha* 1.

ROGADIA, Precatio. *Per Rogadiam aliquid ab aliquo petere*, in Statutis Venetorum ann. 1242. lib. 1. cap. 48. *Aliquid per Rogadiam vel transmissum recipere*, lib. 6. cap. 13.

- ¶ **ROGALIA**, Græcis *Ρογάλια*, Libri, seu Acrosticha: in quibus non tantum virorum nomina, ordine quo procedere deberent, pro cujusque officii dignitate; dum vocarentur, & eorum nomina à Nomenclatore ederentur, ut est apud Luithprandum lib. 6. cap. 5. sed quantitas etiam *roga*, seu donativi, quod *Presbyterium* Anastasio dicitur, descripta, ut sciret unusquisque quid accipere deberet, cum ejusmodi *roga* à Patriarcha, vel ab Imperatore distribuebantur. Ita Cangius in Glossario mediæ Græcitatatis & Suicerus in Thesauro Ecclesiastico. Perperam Meursius & Martinius *ρογάλια* dicunt esse dies, quibus *roga* ab Imperatore & Patriarcha clero populove donabantur.

- ¶ **ROGAMEN**, Preces, petitio, rogatio. Glossæ Lat. Græc. *Rogamen, δέημα*. Aliæ Græc. Lat. *δέημα, Rogamen*. Annales Genuenses Oberti Stancconi lib. 9. apud Murator. to. 6. col. 567. *Tandem vero ab ipsis soluti consribus, amicorum Rogaminum interventu, repatriandi licentiam impetrarunt*. Rursum occurrit apud Georgium Stellam ad an. 1315. tom. 17. ejusdem Muratorii col. 1029. in Literis an. 1307. apud Rymer. tom. 5. pag. 10. col. 2. in aliis ann. 1353. tom. 5. pag. 773. col. 1. in Charta ann. 1364. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 353. in Instrumento ann. 1393. apud Martenium tom. 7. Amplif. Collect. col. 608. &c.

¶ **ROGAMENTUM**, *πεύσις*, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. *πεύσις, Interrogamentum, Rogamentum, Interrogatio*. Usus est Apuleius.

- ¶ **ROGARE**, Cogere. Liber 3. Capitularium cap. 72. *De non cogendo bibere in hoste: Ut in hoste nemo parem suum, vel quemlibet alterum hominem, bibere Roget*. Ita in omnibus veteribus exemplaribus legi monet Baluzius in Notis, uno Rivipullensi excepto, in quo legitur *cogat*. Additio 4. cap. 17. *Nec omnino à quoquam respondere Rogetur, antequam integerrime omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili Concilio redintegrentur, & Præsul prius statui pristino reddatur . . . nam hoc summo opere cavendum est, ne antequam omnia hæc sunt, Coactus respondeat*. Sibi invicem respondent *Rogetur & Coactus*.

¶ **ROGARI**, *Αρορολισαι*, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Legendum est *Rorarii*, ut est apud Festum, ad quem Scaligerum consule.

¶ **ROGARIUS**, *Νεροναύτης*, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. *Νεροναύτης, Rogarius, Bustuarius, Ustor*, scilicet à *Rogus*, Pyra.

¶ 1. **ROGATA**, Rogatio, preces. Literæ Edwardi III. Regis Angl. ad Carolum IV. Imp. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 468. *Sicut idem secretarius vester, quem super his informari fecimus, plene Majestati vestræ Casarea referre poterit viva voce, quem de mora sua, ad Rogatam nostram facta, habere velit, petimus, imperialis magnificentia sublimitas excusatum*.

¶ 2. **ROGATA**, Idem quod *Roga* 4. Exactio sub nomine precationis. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ ann. 1233. *Si vero Abbas & Monachi (Molismenses) Rogatam fecerint in dictis hominibus, sicut solet fieri, inter ipsos & me & heredes meos erit communis, ne quicquid acceperint ab eisdem*.

¶ **ROGATA CHARTA**. Vide in *Charta*.

ROGATARIUS, *Petitor, distributor, Postulatiuus*, Papiæ, Isidoro, & in Gloss. MS. Regio. RATHERIUS Veronensis in *Qualitatis conjectura* p. 207. *Loricam Galiverti medici recordari omnibus suadere non cessat, fraudem atque perfidiam Rogatariorum, divitias Episcoporum in jus redactas merito regium, &c.* Idem videntur qui *Erogatarii*. Vide in hac voce.

ROGATIO, Idem quod *Roga* 4. Census, exactio. Charta Fulconis Abbatis Corbeiensis ann. 1055. ex Tabulario ejusdem Monasterii: *Super hæc omnia neque pastum accipiet, neque Rogationem faciet in tota Abbatia*. Charta Caroli Comitis Flandr. an. 1123. *Nullam Rogationem in ea habere debet Balduinus vel sui de his, quæ pertinent ad Merlebecam*. [Innocentius III. PP. lib. 15. Ep. 135. ad Abbatem S. Vedasti Atrebat. *Super quibusdam transactionibus talliarum, Rogationum, violentarum exactio, &c.*] Tabularium feodorum Ecclesiæ Lingon. ann. 1263. *De universali Rogatione, quam facit Episcopus in primo suo adventu, nihil prorsus habebunt Archidiaconi*. Tabularium Molismense: *Consuetudinem etiam Rogandi annonam ad equorum præbendam, gallinas, & alia similia, quæ habere solebat in villanis*. Charta Communiæ Brituliensis in Picardia an. 1224. *Ab omni tallia, tolta, impruntamento, Rogationibus in perpetuum quitavimus penitus & immunes*.

1. **ROGATIONES**, Supplicationes, Processiones Ecclesiasticæ. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 6. *Rogationes illas instituit, ut media Quadragesima psallendo ad Basilicam Beati Juliani Martyris itinere pedestri veniret*. Infra: *Rogationes illæ, quæ quotannis ubique in Paschate fiunt, Rogationes & majores & minores, in Epist. Zachariæ PP. ad Anglos: Ut Ro-*

gationum dies & minorum & majorum non omittantur.

[Gesta Trevirensium Archiep. apud Martenium tom. 4. Ampliff. Collect. col. 157. *Jejunium pro siccitate terra imminente, & Rogationes, cruciumque & sanctarum reliquiarum gestationes per circuitum vallis Treberice, ab omnibus qui sunt in sua parrochia, tertia post Pascha hebdomada fieri precepit* (Ekbertus Archiepiscopus.) Vide *Litanie*.

ROGATIONES, seu tres dies Rogationum, qui celebrantur ante Ascensionem Domini, juxta morem Ecclesie Gallicane, constituit S. Mamertus Viennensis Episcopus, ob incurfionem scilicet malorum bestiarum, quæ tunc temporis gravissime afficiebant populum DEI. Nam cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec hujus flagelli aliquod remedium inveniretur, congregati apud Viennam Galliarum Episcopi in commune statuerunt, ut tri-duano jejunio misericordiam Domini implorarent. Cumque ad eorum preces oculus divinæ pietatis respiciens, flagelli hujus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebritatis venerunt, ut per Galliarum provincias ante Ascensionis diem celebrarentur: quæ consuetudo apud nos usque hodie pro diversis calamitatibus devotissime recolitur. Hæc Alcuinus lib. de Offic. divin. Beletus cap. 122. & ex eo Durandus lib. 6. Ration. cap. 102. num. 4. ait Rogationes *Litaniam minorem* appellari, ad discrimen Gregorianæ, quæ *Major* dicitur, quia à minori: scilicet a simplici Episcopo, & in minori loco, scilicet Vienna, inventa est. De Rogationibus, à Mamerto institutis, consulendi imprimis Avitus Viennensis Homil. de Rogat. pag. 150. Sidonius lib. 6. Ep. 14. lib. 7. Epist. 1. Concil. Aurelian. I. cap. 27. Turonense II. c. 17. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 4. lib. 2. Histor. Franc. cap. 34. Ado Viennensis in Chronic. Rupertus lib. 9. de Divin. Offic. cap. 5. Isidorus in Origin. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 8. Hartmannus & Ratpertus in Litanis apud Canisium tom. 5. pag. 732. 742. Eckehardus in Vita Notkeri Balbuli cap. 21. Andreas Silvius in Chron. Marcianensi cap. 11. Udalricus lib. 1. Consuetud. Cluniac. c. 21. &c.

2 ROGATIONES, Notæ, seu instrumenta, à Notariis confecta. Vide *Charta rogata*.

ROGATIVUS, Qui rogat ut charta scribatur de re aliqua & à testibus subscribatur, in Instrumento de restitutione civitatis Tusculanæ facta Alexandro III. PP. *Signum manu Rainonis, hujus chartæ Rogativus*. Vide *Charta rogata*.

ROGATOR, Executor testamenti. Vide *Erogator*.

ROGATOR ES, Senatores, Consilarii seu Assessores Ducis Venetiarum, ut videtur. Chronicon Andree Danduli apud Muratorium tom. 12. col. 422. *Provisores, qui cum bona fide & cum honore patriæ ipsum Comitem supplicem miserant Venetias, & à guerrizando abstinerant, pecunialiter in Rogatorum consilio mulctati sunt ad futurorum exemplum: cum fines mandati diligenter custodiendi sint*. Haud scio an legendum sit *Togatorum*.

ROGATORIÆ LITTERÆ, Quæ ad summum Pontificem vel Metropolitani à Clero & plebe mittuntur ut electum consecrent Episcopum. Alcuinus lib. de Div. Offic. c. *Qualiter Episcopus ordinetur in Ecclesia Romana: Cum Episcopus civitatis fuerit defunctus, eligitur alius à Clero seu populo, sique Decretum ab illis, & veniunt ad Apostolicum cum suo Electo, deferentes secum suggestionem, hoc est, Rogatorias litteras, ut eis consecret Episcopum*. Vide Appen-

dicem ad novam editionem Capitularium Steph. Baluzii pag. 1372.

ROGATURA, Gloss. Gr. Lat. *Αρωματισμός*, *Salutatio; Amplexus, Rogatura*.

1. ROGATUS, vel **ROGATUM**, Idem quod *Roga* 4. Exactio sub nomine rogationis. Conventio Abbatis S. Urbani cum Hugone de Villers an. 1193: ex Archivo ejusdem Monasterii: *Preterea sciendum est, quod neque talliam, neque Rogatum, neque aliquam coactionem habebit idem Hugo in hominibus S. Urbani*. Vide *Rogata & Rogatio*.

2. ROGATUS sæpiissime legitur in veteribus instrumentis diciturque de Notario, qui illa instrumenta scribere *Rogatus* jussusve est, necnon de testibus qui *Rogati* subscribunt. Vide *Charta rogata & Rogitus*.

1. ROGIA, Idem quod *Roga* 4. seu *Rogatus*, Exactio, &c. Charta Galeacii Comitis Virtutum an. 1371. *Dictus Emmanuel investitus possit & valeat in predicto castro... imponere fodra & taleas, Rogias & caregia, &c.*

2. ROGIA, Rubia, Ital. *Roggia*, Gallis *Garance*. Statuta Civitatis Astæ, ubi de intratis portarum: *Roga ad tingendum solvet pro quolibet rubo lib. 6*. Statuta Montispeful. ann. 1204. è MS. Colbert. signato 4936. *Nullus pannus tingitur in Rogia, ita quod remaneat rubeus, nisi tantum in grana*.

ROGIDIA, Idem quod *Roga*, *Rogatio*, Exactio sub nomine precatationis. Charta an. 1377. *Fidelitatibus, homagiis, Rogidiis, carigiis, indictionibus, &c.*

ROGIFICUM MUNUS, f. Munus quod quasi rogando exigebatur, idem quod *Roga* 4. *Rogatio & Rogia* 1. Vide locum in *Munus ecclesiasticum*.

ROGILLA, Mappula, mantile, manutergium; Gallice *Essui-main*. Statuta Collegii Thesaurarii apud Lobinellum tom. 2. Hist. Paris. pag. 288: col. 1. *Quod unam mappam cum Rogilla pro magna mensa aula in introitu vestro solvetis domui, insequendo morem sociorum dudum observatum*. Sed procul dubio legendum est *Togilla*. Vide *Toacala*.

ROGITATUS, Idem qui *Rogatus*, ad calcem Chartarum, ubi qui eas scripsit frequenter dicitur *Rogatus* scripsisse, ut testes *Rogati* subscripsisse leguntur. Girardus Monachus *Rogitatus* scripsisse dicitur Donationem factam Abbatie S. Ægidii Idibus Februarii regnante Alarico, hoc est, an. 1038. è Schedis Præsidis de *Azangues*. Vide *Charta rogata & mox Rogitus*.

ROGITUS, Instrumentum Notarii publici, [Italis *Rogato & Rogito*, sic dictum quod Notarii illud scribere *rogarentur*. Miracula B. Gregorii Verucul: to. 1. Maii pag. 536. num. 7: *Et tanta claruit sanctitate & miraculis, quod antiquis temporibus populus Sanctum, & non Beatum Gregorium, nominare solebat; ut ego ipse vidi in archivio d. terræ, in Rogitibus D. Bartholomæi Branchi*. Chronicon Parmense ad an. 1266. apud Murator. tom. 9. col. 781. *Potestates ambo reversi sunt ad propria, eo quod eis fuit prohibitum facere inquisitionem & Rogitum de predictis robaria & rumore*.] Vide *Charta rogata*.

Sæpius autem *Rogitus* dicitur pro *Rogatus*, sive de Notario qui Chartam *Rogatus* scripsit, sive de testibus, qui etiam *Rogati* subscribunt. Charta S. Wilhelmi Gellon. anno, ut creditur, 804. tom. 6. Maii pag. 820. col. 2. *In nomine Domini ego Gallarus Rogitus scripsi*. Charta ann. 941. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliff. col. 101. *Amentius Rogitus firmavit & ff. Elephanus Rogitus ff. Alexandrius Rogitus subscripsit*. Signum † Theopaldo teste, *Wadaldus Rogitus*. Signo † Noratano teste, Signum †

Thentoni teste, Gauderanus Rogitus firmavit, Odilo Rogitus firmavit. Signum † Ingilrico teste, Rodearius Rogitus firmavit, Antonius Rogitus firmavit, Widerannus Rogitus firmavit.

¶ ROITUS, Eadem significatione. Charta an. 2. Caroli Imper. è Chartulario Ecclesiæ Aptensis fol. 115. *Castellanus Diaconus Roitus scripsit & subscripsit.* Rursum occurrit semel ibidem.

¶ ROGIUS, f. Rivus, rivulus fluviusve. Cambium ann. 872. apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 937. *Et concambiavimus tibi domno Ludovico terram foris ipsa insula de Casauere juxta ipsum Rogium de ipsa pisceria, qua nobis pertinet ad partem episcopi S. Maximi, hoc est per mensuram modii unius.* Scriptura Monasterii S. Vincentii del Pino an. 891. to. 3. Concil. Hispan. pag. 67. col. 2. *Et terminaverunt illas per terminos antiquos... & descendit ad illum Rogium, qua descendit de Remessar & discurrit Santaylam & deseit ad illum portum de Porrarium & feret in illum rivolum de Humanum & conclude per illum rivolum; descendit cum ille per Vaor.* Vide Rogus 3.

¶ ROGNONES, ROGNONI, Renes, Gallice *Rognons*, Ital. *Rognone*, Statuta Civitatis Astæ collat. 7. cap. 1. *Quod ipsi (becharii) non inflabunt, nec ponent nec poni facient aliquid intus Rognones bestiarum, qua interfecerint, vel vendent seu vendi fecerint, nec aliquam bestiam sub spala, vel in Rognonibus, vel in aliqua parte inflabunt, &c.* Statuta Vercell. lib. 3. fol. 75. verso: *Et non possit aliquis buffare & inflare ore vel alio modo carnes, vel sagittare vel implere Rognonos, vel aliud simile facere.* Vide Roihones.

¶ ROGO, Secale, German. *Roggen* vel *Rocken*. Regestum Prumiense apud Leibnitium in Collect. Etymol. tom. 1. pag. 485. *Solvit unusquisque... duos modios de Rog me.*

1. ROGUS, Preces, deprecatio. Joannes Diaconus Neapolit. in Chronico Episcoporum Neapolitanorum: *Iste vero Andreas per Rogum hujus electi levavit Tiberium Episcopum de lacu miseria.* Charta Deusdedit Cajetani Episc. apud Ughellum: *Scripta Rogos nostros ab Stephano Presbytero.* Vide eundem Ughellum to. 1. part. 1. pag. 582. tom. 8. pag. 45. 74. 82. [Hac notione passim etiam occurrit in Chartulario Casauriensi pag. 77. 106. 108. 114. 256.] *Rogum emittere*, crebro in Formulis preciarum. Vide *Precaria*.

ROGUS DEI, Precatio, Litanix, *Kyrie eleison*. Passim in Regula Magistri cap. 33. 34. 35. 37. 39.

2. ROGUS, Idem quod *Roga*, hoc est donativum, [scilicet Epulum, si vere conjectat Mabillonius tom. 3. Annal. Benedict. pag. 133. n. 61.] Ignotus Casinensis in Historia Longobardorum c. 30. *Mos etenim est apud Monachos utrorumque cœnobiiorum... diebus S. Quadragesimæ vicissim sibi Rogum exhiberi caritatis gratia.*

3. ROGUS. Charta foundationis Abbatix Bellosanensis ab Hugone de Gornaco ann. 1198. in 50. Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. Tabularii Regii n. 60. *Dedi eis particulam nemoris mei à Tronqueria ad viam, qua venit per ante Rogos de busco Erembodi, sicut divisiones demonstrant.*

¶ Notum est Rogum Latinis fuisse Struem lignorum ad cremanda cadavera, sic dictum, quod dii Manes, ut somniabant, ea combustione rogarentur. Hinc translata vox ad quamlibet lignorum congeriem, ut in loco laudato, si bene interpretor, & in Charta, quam laudat Thomas Blount in Nomolexico Anglicano v. *Rogus*: *Mandatum est constabulario castri de Divis & custodi foresta de Cippeham, quod fieri faciat unum Rogum in foresta predicta ad ope-*

rationes castri predicti, prout melius viderit expedire.

ROHAGIUM. Vide *Rothorium*.

¶ ROHANLUM, f. Crystallum, Gallice *Cristal de roche*. Jura & Consuetudines Ducatus Normanniæ cap. 17. de Verisco: *Dux Normanniæ sibi retinet... ebur, Rohanlum, lapides pretiosos; l'ivire & le Rochal & les pierres precieuses*, in editione Gallica.

¶ ROHIARE CANNABUM, Canabim macerare, Gall. *Rohir*. Vide locum in *Rothorium*.

¶ ROIATUS, Lineis distinctus; Gall. *Raié*. Inventarium Ecclesiæ Noviom. an. 1419. *Item una magna cortina serica Roiata & armurata armis de Courtenay.* Vide *Riga* 2.

¶ ROIDA, pro *Rheda*, ni fallor, de quo supra. Statuta Saluciæ collat. 1. c. 8. *Statutum est, quod Potestas non debeat recipere ab aliqua persona de Saluciis aliqua munera aut servitia, vel aliquod carregium sive Roidam magna estimationis.* Hic intelligo præstationem rhedæ seu vecturæ. Vide supra *Carregium* in *Carreda*.

¶ ROIHONES, Renes, Gall. *Rognons*. Statuta Mafsil. lib. 2. cap. 23. de Macellariis §. 3. *Decernentes similiter, quod nulla pinguedo sive tela pinguedinis supraponatur in renibus sive Rombonibus intus vel extra, &c.* Melius in MS. *Roihonibus*. Vide *Rognones*.

¶ ROISNATUS, Mutilatus, mutilus, à Gallico *Rogné*, Recifus. Leges Balduini Flandriæ Comitæ an. 1200. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 767. num. 14. *De homine Roisnato, vel de membro fracto, quinquaginta solidi denariorum dandi sunt, unde homo lesus triginta solidos habebit, dominus, in cuius justitia manserit homo lesus, viginti solidos.*

¶ ROISOLA, ROISSOLA, Placentæ genus sic dictæ à colore subrubido. Charta an. 1209. è Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 52. *Et de tribus charitatibus, quas ipse Galterius annuatim habebit de monachis, scilicet panem, vinum & Roissolas, ipse easdem Roissolas dedit eis in eleemosinam & quitavit.* In alio exemplari legitur *Roissola*. Idem Chartularium fol. 88. *H. le Forsené tres procuraciones, videlicet decem Roissolas & duos panes & duas justas vini, quas ter per annum in domo de Tuffé percipere solebat, coram nobis in curia domini Cenoman. quitavit, B. Maria de Tuffé in eleemosinam contulit.* Vide *Resola* & *Rufeola*.

¶ ROITUS, pro *Rogitus*. Vide in hac voce.

¶ ROKETUM, ROKKUS. Vide in *Roccus*.

ROKUS, Secunda dignitas post Soldanum, apud Turcos. Vide Matth. Paris ann. 1250. p. 527.

¶ ROLIATICUM, Species vectigalis. Præceptum Caroli Calvi pro Majori-monasterio, apud Mabilion. tom. 2. Annal. Benedict. pag. 746. col. 2. *Nec teloneum, aut inferendas, aut rotaticum, aut ripaticum, seu portaticum, sive etiam exclusaticum, aut nantaticum, vel Roliaticum, aut herbatium requirendum, ne ullas retributiones... exigere præsumat.*

¶ ROLLIFER, ROLLIGER. Vide in *Rotulus*.

ROLLONES, [Gradus lignei, Gall. *Roulons, Echellons*.] Vide locum in *Retorta*.

ROLLUS, Gallice *Rolle*. Vide *Rotulus*.

¶ ROMÆUS, Græcus, ex quo Constantinus Magnus Romanum imperium transtulit Constantinopolim, inquit Jacobus Spon Itinerarii to. 2. p. 76. agens de Monasterio S. Lucæ Stiritæ à Monachis Græcis possessio, ubi hanc refert inscriptionem.

ΙΑΣΙ ΡΟΜΑΙΩΙΚ ΜΕΓΑΚ ΕΤΕΙΡΕ ΡΩΜΑΝΟΚ

ΝΕΟΝ ΠΑΝΜΕΤΙΚΤΟΝ ΚΑΙ ΠΥΡΤΟΝ ΕΚ ΒΑΘΡΩΝ.

Tum observat Græcos etiamnum dicere, juxta pronunciationem hodiernam, *Imé Romaos*, hoc est, Græcus sum, & *Milo Romaika*, Loquor Græce. Quibus apposite subjicit ex Sennerto Medico

Germano, plures esse in Medicina compositiones, seu confectiones, quas *Romaines* Galli dicunt, quasque rectius *Grecques* vocarent, ut *Philonium Romanum*, & cætera quæ Græcis, non Latinis, accepta sunt referenda.

¶ Sed non est sic intelligendus Sponius, ut statim à translato per Constantinum Magnum Imperio Græci dicti fuerint Romani, probat enim Cangius noster in Glossario mediæ Græcitatæ v. *Ρωμαῖος*, ex Novella 21. Justiniani cap. 1. §. 2. hujus Imperatoris ætate nondum omnino invaluisse, ut Græci Byzantini recepta appellatione *Romani* appellarentur; hinc in Glossis Græco-Latinis, *Ρωμαῖος*, *Latinus*, *Romanus*. *Ρωμαῖζω*, *Latino*. *Ρωμαῖνος*, *Latinus*. *Ρωμαῖσι*, *Latine*. Similiter in Glossis Latino-Græcis: *Latinus*, *ῥωμαῖος*. *Latino*, *ῥωμαῖζω*.

¶ ROMÆUS, pro *Romæus*, Græcus. Litteræ Henrici VII. Angl. Regis ann. 1492. apud Rymer. tom. 12. pag. 470. col. 1. *Mandamus vobis quod nobilem & spectabilem virum Paleologum, nepotem Romeorum & Constantinopolitani Imperii heredem illustrem . . . transire & transmeare permittatis*. Schilterus in Glossario Teutonico v. *Titel* titulos refert, quos variis Principibus tribuebant Imperatores Germanici temporibus Ruperti Imperat. Sic est Titulus Imperatoris Græcorum: *Illustrissimo & Excellentissimo Principi Manuelli Imperatori & Moderatori Romeorum Palæologo & semper Augusto, fratri nostro carissimo*. Vide *Romæus* infra.

¶ ROMANA LEX. Vide supra *Lex*.

¶ ROMANA LINGUA. Vide mox *Romanus*.

¶ ROMANA SCRIPTURA. Vide *Scriptura*.

ROMANATUS, Nummus aureus Romani Diogenis Imp. CP. imagine signatus. [Chronicon Farfense apud Muratorium to. 2. part. 2. col. 626. *Quod si hac omnia non observaverint, componant auri optimi Romanatos mille.*] Charta Andreae Comitæ de Chelmo ann. 1241. apud Johan. Lucium in Hist. Dalmat. pag. 473. *Solvat nomine pænæ Comiti præfato 1000. Romanatos*. Falco Beneventan. ann. 1130. *Hortum suum vendiderat 60. Romanatis*. Idem an. 1131. *Monet, ut illos 60. Romanatos . . . redderet*. In Bulla Alexandri III. PP. ann. 1179. apud Petrum Mariam in Histor. Eccles. Placent. p. 48. *Romanatos de Paradiso, & totidem de altari*. Chron. MS. Andr. Danduli an. 1150. *Oppidani duos Romanatos singulis annis Duci . . . dare promiserant*. Adde Ughellum tom. 8. pag. 191. Anna Comnena lib. 3. pag. 94. *Καὶ τὸ ἐνθὲν ποσὸν τῶν ἀποσταλέτων ἀπεπληρώθη διὰ τε εἰργασμένους ἀργυρίαις καὶ ῥωμανάτις παλαιᾶς ποιότητος*.

¶ ROMANCIUM, ROMANE. Vide *Romanus*.

ROMANIA, Romanum Imperium, apud Possidium in Vita S. Augustini cap. 30. & alios Scriptores, laudatos à Casaubono ad Lampridium, Justello in Notis ad Canones Ecclesiæ universæ, Seldeno ad Eutychni orig. Allatio lib. 1. de Eccl. confens. cap. 18. & aliis.

ROMANIA, præterea dictum Imperium Orientale, seu Byzantinum. Jornandes in Geticis cap. 23. *Wesgothi tandem communi placito Legatos ad Romaniam direxere ad Valentinianum Imperatorem*. Adde cap. 50. Epiphanium lib. 2. Panarii, & hæresi 67. &c. *L'Empire de Romanie*, non semel apud Willharduinum. Bromptonus in Ricardo I. *Tota Romania terra firma est, & est de dominio Imperatoris Constantinopolitani . . . Caput Romanie est civitas Constantinopolis, & Romania jungitur Sclavonia, Hungaria, & Histria*.

ROMANIA appellata etiam ea Asiæ pars, quæ Græ-

cis Byzantinis parebat, alterius partis respectu, quam invaserant Turci, quæ *Turcia* dicebatur, ut docuimus ad eundem Willharduinum num. 46. Anastasii Bibl. Collectanea: *Ex naviculis, quæ veniunt ex partibus Romanie, ut hi, qui sunt hic, nuncupant, partes videlicet Græcorum Ponticas appellantes*. Ponti Provinciæ quippe in Asia sunt. Guill. Apulienensis lib. 2. de Gestis Normannorum:

Horum temporibus Turcos Orientis ab oris

Ingressos fugit gens territa Christicolarum,

Qui tunc Romanie loca delitiosa colebant.

Tageno Pataviensis, & Chronicon Reicherspergense an. 1190. *Primas partes Romanie intraverant*. Apud Tudebodum lib. 7. pag. 781. Nicæa Bithyniæ urbs, *Romania caput* appellatur: *Ramenia deserta*, pars Asiæ apud Arnoldum Lubecensem lib. 2. cap. 9. Vide Theophanem an. 20. Heraclii, Isidorum Pacensem in Chron. pag. 14. &c.

ROMANIA, quæ hodie *Romandiola*, in Chronico Farfensi pag. 657. & alibi apud Ottonem Morenam in Histor. Rerum Laudensium pag. 21. 62. 102. Vita MS. S. Romani Presbyteri: *Petiit ab Episcopo suo licentiam dari in Romaniam transmeare, ubi piis precibus ad limina SS. Petri & Pauli, & cæterorum Sanctorum orationibus vacaret*.

ROMANIÆ denique nomine interdum appellantur eæ Galliæ partes, quæ Romanis parebant, aut paruerant, respectu Britanniæ Armoricæ, in Vita S. Samsonis Episcopi Dolensis in Præfat. lib. 1. num. 2. & lib. eod. cap. 60. & 61.

¶ ROMANICE. Vide post in *Romanus*.

¶ ROMANINUS, Monetæ species, in Extravag. Johannis XXII. de Sentent. excommunic. Vide *Romanatus*, *Romesina* & mox

¶ ROMANISCI DENARII, Moneta argentea forte sic dicta, quod Romani Diogenis Imp. imagine signata esset. Chronicon Farfense apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 398. *Ad annualiter persolvendum argenti solidorum cc. denarios Romaniscos expendibiles*: Vide *Romanatus*.

¶ ROMANITAS. Vide mox in *Romanus*.

ROMANIZARE, *Tormentare, cruciare, affligere, trucidare*, Ugutioni & Johanni de Janua; [à sævitia Romanorum in Martyres, vel gentes devictas, inquit Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 22.] Notum quod de Curia olim Romanæ avaritia ingerunt Scriptores; unde versus:

Roma manus rodit, quos rodere non valet, odit.

Quæ sic expressit auctor MS. inscriptus, *Le Tableau de la mort d'Elinand*:

Va mei saluer la grant Rome,

Qui de runger à dreit se nome

Quer les os runge, & le cuir pele, &c.

Guiotus Pruviniensis, qui vixit circa an. 1200. in Biblia MS.

Des Romains n'est-il pas merveille,

S'ils sont faux & maliciens,

La terre le doit & li lieux,

Cil qui primes i assemblerent

La felonie i aportèrent.

Romulus son frere i ocist, &c.

Et Reclusus Moliensis in Poëm. MS. de Caritate:

Si je veüil descrire briement,

Coment on vit Roumainement.

Roumans à la lange sece & dure,

Ne peut parler sans oignement,

Et ses huis siet tant serement,

Qu'il ne puet ouvrir sans ointure.

Silvester Giraldus de Expugnat. Hibern. lib. 1. cap. 36. *Venerant in Normannia partes à summo Pon-*

risce Alexandro III. transmissi Cardinales duo, . . . viri, ut putabantur, justi & boni, & ad hoc fideliter electi; sed tamen Romani. Qua ultima voce Legatos perstringit ut rapaces. Baldricus lib. 1. Hist. Camerac. cap. 114. Mores etiam Ecclesiasticos, quos avaritia Romanorum pravis commercationum usibus vitabant, ad normam prioris gratiæ reformare estimabat. [Acriori stylo Luithprandus in Legatione: Nos, Longobardi scilicet, Saxones, Franci, Lotharingi, Bajoarii, Suevi, Burgundiones, tanto dedignamur (Romanos,) ut inimicos nostros commoti, nil aliud contumeliarum, nisi Romane, dicamus, hoc solo, id est Romanorum nomine, quidquid ignobilitatis, quidquid timiditatis, quidquid avaritiæ, quidquid luxuriæ, quidquid mendacii, imo quidquid vitiorum est, comprehendentes.] Vide Joannem Sarisberiensem lib. 6. de Nugis Curial. cap. 25. & Epist. 176. 222. 272. Matth. Paris ann. 1103. & alibi passim, & alios ejus ævi Scriptores; ut & quæ in hanc rem attigimus ad Joinvillam.

¶ Eiusdem, nisi fallor, originis est vox *Romanzutz*, quam pro Afflicto usurparunt Poëtæ Provinciales, vulgo *Troubadours*. Sic Anselmus Faiddit in Cantilena, quam edidit Crescimbeni ad calcem suæ versionis Vitarum Poëtarum Provincialium p. 231.

*Er laissen los guerpitz,
Romanzutz & scarnitz.*

Gallice:

*Or laissons les abandonnés,
Les affligés & meprisés.*

Italice:

*Or lasciam gli abbandonati,
Romanzati e scherniti.*

ROMANUS. Romani olim dicti, qui alias Christiani, vel etiam Catholici. Lucifer Calaritanus de non parcendo in Deum delinq. pag. 281. Itaque eum non esse illum verum Dei Filium dicitis, . . . nos vero Romani dicimus unius substantia cum patre illum esse. Ita etiam usurpant Theodosius Junior in Epist. ad Acacium Episcopum Berrhoënsis in Synodo Ephesina, & Victor Vitenfis lib. 1. de Persecut. Vandal. Sed & hæretici ita Catholicos per convitium indigitabant. Gregorius Turon. l. 1. Mirac. cap. 25. Romanos enim vocitant homines nostræ religionis. Adde cap. 79. 80. Apud S. Audoënum lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 19. plebs vici Noviomensis diocesis prophanis ritibus adhuc addicta, Eligium per convitium Romanum appellat: Nunquam tu, Romane, quamvis hac frequenter taxes, consuetudines nostras evellere poteris, &c. Sed & non desunt, qui Romanos, Provinciarum à Romanis subactarum incolæ à religione appellatos dixerunt; in quibus est Bivarius in Commentario ad Pseudochronicon Maximi p. 313. quæ sententia, quantam à vero absit, norunt, qui literas norunt.

ROMANI, Veteres Provinciarum incolæ, qui Romanis olim paruerant, sic appellati respectu Barbarorum, qui has invaserant, ut pluribus docuimus in v. Barbarus. [Vita S. Canuti, tom. 3. Julii pag. 132. Italici vero terminis incognitus non erat; & ipsis Francigenis, qui & Romani dicuntur, admodum bellicosus, non tam admirandus quam & metuendus insonabat.] Viri Francici idiomatis, Romana lingua homines, dicuntur Wandelberto de Miraculis S. Goaris cap. 11. Vetus Charta apud Meurissium in Histor. Episcopor. Metensium pag. 410. Romani nitebantur redire ad locum suæ professionis, illi remanere in loco suæ cognationis.

LINGUA ROMANA, quam gentibus domitis cum jugo ipso Romani imposuerunt, ait S. August.

lib. 17. de Civitate Dei cap. 7. maxime vero ita nostri vulgarem, & qua hodie utimur, appellarunt, quod à Romana puriore ortum habeat. Dudo l. 3. de Moribus Norman. Rotomagensis civitas Romana potius quam Dacisea utitur eloquentia. Statuta Synodalia Odonis Parisiensis Episc. Et si invenerit discrete & modo debito baptizasse, & formam verborum in Romano integre protulisse, approbet factum. Albericus in Chron. ann. 1177. Multos libros & maxime Vitas Sanctorum, & Actus Apostolorum, de Latino vertit in Romanum. Philippus Clarevallensis de Miraculis S. Bernardi cap. 4. §. 15. Berhardum Germanum inducit Romanam linguam, Gallicam vocantem. Et cap. 10. Populum Romana lingue appellat Gaufridus Monachus. Continuatio de Gestis Abbatum Lobensium cap. 29. Ut enim de facultate vulgaris lingue, id est, Theutonice, quæ ei naturalis erat, & Romana, quæ accidentaliter, omittam, in utraque inoffensus erat. Adde pag. 625. Tabularium S. Flori in Arvern. ann. 1280. Renuntiantes super hoc dicta partes certa de facto, & de jure certiorata, lingua Romana, cuilibet exceptioni doli. Chronicon Monasterii S. Trudonis lib. 1. pag. 348. Nativam linguam non habuit Teutonicam, sed quam corrupte nominant Romanam, Teutonice Wallonicam. al. Walloniam. [Testimonia pro Ecclesia Turon. contra Dolensem apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 915. Addidit tamen, quod dixit professionem in lingua Romana & Latina.] Vide Ægidium Aureæ Vallis Monachum cap. 98. pag. 201. cap. 111. pag. 229. [& Cangianam Præfationem in hoc Glossarium num. 13. & 14.] Joannes Mandevilla in Itinerario: Et sachiez, que j'eusse cest livres mis en Latin, pour plus brievement deviser: mais pour ce que plusieurs entendent mieux Roumant que Latin, je l'ay mis en Roumant. Ita passim Poëtæ nostrates. Le Roman de Garin MS.

*Car à l'eschole fu quant il fu petis,
Tant que il sot & Romans & Latin.*

Le Roman de la prise de Jerusalem MS.

Car mult sot bien escrire en Latin & Roman.

Balduinus de Condato MS.

*Tu as dit-la Païenofstre
Saint Julien à ce matin,
Soit en Roumant ou en Latin.*

Poëma de Vulpe coronato:

En Roumanche, ou en droit Latin.

Jacobus Hemricurtius de Bellis Leodiensibus cap. 38. Estoit tres sage Chevalier, & de grande eloquence en Romans & en Tiesche. Etiamnum Belgæ linguam Romanam vocant Wallonicam: & Brabantia & Flandriæ regiones, ubi lingua Wallonica obrinet, Le Roman pays.

ROMANCIER, In linguam Romanam vertere. Joannes de Langres, seu Lingonensis, in versione libri Boëtii de Consolatione Philosophiæ MS.

*Nuls homs qui n'a engin drvin,
Ne puet comprendre le Latin,
Dont encore se doit moins fier
De tel Latin Romancier.*

Vide, quæ annotarunt Stephanus Paschasius & Fauchetus lib. 1. de Poëtis Francicis cap. 6.

ROMANITAS, Lingua Romana seu Francica. Lambertus Ardensis: Solinum autem de naturis rerum non minus Physice ac Philosophice perloquentem quis nesciat à . . . Simone de Bolonia . . . de Latino in sibi notissimam Romanitatis linguam fida interpretatione translata, &c.

ROMANE, [Vulgari Francorum idiomate.] Liber Usum Ordinis Cisterciensis cap. 93. Si Conversus est.

- est vel Monachus, qui non intelligit literas, idem illi Romane exponat Sacerdos, & Conversus Romane confiteatur se peccasse cogitatione, locutione, & opere.
- ¶ ROMANICE, Eodem intellectu. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 47. Duo paria palmariarum, quæ ita Romanice nuncupantur, manusque defendunt à calore caldaria, &c. Eadem fere leguntur apud S. Wilhelm. lib. 1. Constit. Hirsaug. c. 98.
- ¶ ROMANUM, nude, vel Romanum verbum, Lingua Francica communis. Statuta Ecclesiæ Nannetenf. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 931. num. 3. Baptismus cum omni reverentia & honore & cum magna cautela fiat, maxime in distinctione verborum & prolatione, in quibus tota virtus sacramenti consistit, scilicet, Ego te baptizo, &c. Et in Romano verbo sub hac forma laicos doceant Sacerdotes debere frequenter baptizare pueros. In Manuali Henrici Sistaric. Episc. eod. tom. col. 1079. num. 3. legitur: Et in Romano doceant Sacerdotes laicos baptizare pueros. Statuta Cisterc. an. 1200. ibidem col. 1295. Librum, qui dicitur Cantica Cantorum, translatum in Romanum incendi faciant. Adde Statuta Ecclesiæ Aurel. apud eumd. Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1274.
- ROMANUS, Liber Romane, seu lingua vulgari Francica scriptus, quomodo fabulosas Historias vernacule conscriptas etiamnum Romans dicimus. Lambertus Ardensis: Librum, quem ab agnominatione sua proprietatis Silentium, sive Romanum de Silentio nominavit. [Computus an. 1245. è Bibl. Regia: Pro quodam Romano religando & pro historio de Retrevaux xx. f.] Le Roman de Girard de Vienne: *Li uns viole, li autre conte Romans.*
- Le Roman du Renard: *Fabliaus & chanson de geste, Romans de lui & de sa beste, Mainte autre conte par la terre: Mais onques n'oïstes la guerre, Qui tant fu dure & grant & fin, Entre Renard & Ysaugrin.*
- ¶ ROMANCIUS, Eadem significatione. Literæ Johannis Regis Bohemiæ apud Baluzium tom. 1. Miscell. pag. 162. Nuper autem retulit nobis religiosus vir frater Petrus de Castro-Reginaldi Ordinis Fratrum Predicatorum, quod in magnum ipsius Ordinis dedecus & contemptum facti sunt Romancii, chronica & moteti, in quibus continetur, quod clara memoriæ dominum & genitorem nostrum Imperatorem Henricum (VII.) frater quidam Bernardus de Montepeluciano Ordinis supradicti, administrando ei sacramentum Eucharistia, venenavit, &c. Ibidem pag. 164. Ideo rogamus, quantum possumus, universos, ut... non credat narrationem ignorantium & Romancii, &c.
- ¶ ROMANCIUM, Gallica lingua vulgaris. Sententiæ Inquisitionis Tolos. pag. 300. & 309. Item pluries audit legi... de libris fratris Petri Johannis Olivi in Romancio seu vulgari. Sententia arbitraris an. 1400. Quam quidem sententiam... Joannes Rigaldi ibidem coram dictis partibus, alta & intelligibili voce, vulgariter, id est, in Romancio prælegit. Statuta Ecclesiæ Nannet. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 963. num. 10. Item, monemus Caratos & eorum loca tenentes, ut quolibet mense, die Dominica qualibet, post officium Missæ publicent, & in Romancio exponant Constitutionem apostolicam incipientem, Quoniam intelleximus, &c.
- ¶ ROMANTIUM, Idem. Constitutiones MSS. Pontii Episc. Conseran. an. 1364. Mandamus omnibus & singulis Rectoribus... ut... in Romancio exponant, &c.
- ROMANCIUM, etiam appellant Hispani vulgare suum idioma, quod ut & Gallicum ac Italicum, &

- Romano seu Latino sumat originem. Frustra enim Bivarius in Notis ad Chronicon Maximi pag. 313. & 322. contendit, Hispanos sic suam linguam appellasse, quod eam ita indigitarint Gothi Ariani, à Religione Romana, quam profitebantur. Jacobus I. Rex Aragon. in Constitutionibus Catalonia MSS. Statuimus, ne aliquis libros veteris, vel novi Testamenti in Romancio habeat, & si aliquis habeat, ... tradat eos loci Episcopo comburendos, quod nisi fecerit, sive Clericus fuerit, sive Laicus, tanquam suspectus de heresi... habeatur.
- ¶ ROMARIA. Papias: Tremata, Romaria.
- ¶ ROMARIUS, f. pro Romanus. Synodus Compostell. an. 1114. can. 23. Mercatores Romarii & peregrini non pignorentur; & qui taliter egerit, duplet que inlerit, & sit excommunicatus.
- ¶ ROMASCOT, minus recte pro Romescot, apud Hofmannum in Lexico. Vide Romescot.
- ¶ ROMEFEE, ROMEFEOH. Vide Romfeah.
- ¶ ROMEIUS, Idem qui infra Romeus. Sententia arbitraris inter Abbatem & Consules de Gimonte an. 1292. Persona posita per dictos Priores ad custodiendos infirmos & peregrinos, vel alios Romeios ibi hospitando, &c.
- ¶ ROMENSIS, Romanus. Papa Romensis, in Officio Mozarabum de S. Pelagio, tom. 5. Junii pag. 222. Missa cotidiana Romensis, id est, ex Ordine Romano seu Gregoriano, ut explicat Mabillonius lib. 3. de Liturgia Gallic. pag. 300. col. 2.
- ROMEPENI, alias Pening, i. denarius: Nummus Romæ pendendus, Denarius S. Petri, de quo plura in hac voce. Bromptonus de Offa Rege: Nam, ut dicitur communiter, illum censum, qui Romepeney, sive Petrespenny vocatur, Deo & B. Petro, & D. Pape, qui tunc fuerat, & successoribus suis primo contulit. Idem pag. 1235. Scilicet de Rumepeney, id est, de denario S. Petri, &c.
- ROMEREI, pro Romani, seu Græci Byzantini, in Epistola Archiepiscopi Bulgaria, in Gestis Innocentii III. PP. pag. 57.
- ¶ ROMERIA, ROMERIUS. Vide Romeus.
- ROMESCOT, ROMSCOT, Census species, qui alias Denarius S. Petri, Romæ pendi ab Anglis solitus, de quo supra egimus. Vox formata ex Saxónico ꝛcoṭ, vel yhoṭ, Impositio, vectigal, symbolum. Matthæus Westmonaster. ann. 794. de Offa Rege: Ex his omnibus provinciis, dedit Rex præfatus denarium Beati Petri, ut prædictum est, quod Anglice Romescot appellatur. [Matthæus Paris: Hoc quoque sciendum est, quod Offa Rex magnificus, tempore quo B. Petri Vicario, Romanae urbis Pontifici, redditum statutum, id est, Romscot, de regno concessit. In quo autem census ille situs fuerit, & quanti pretii, liquet, ex iis, quæ ante dixerat: His igitur auditis Rex, quid digne tanta benignitati compenset, secum studiose pertractat. Tandem divina inspirante gratia, consilium invenit salubre, & in die crastina scholam Anglorum, quæ tunc Roma floruit, ingressus, dedit ibi ex regali munificentia, ad sustentationem gentis regni sui illic venientis, singulos argenteos de familiis singulis, omnibus in posterum diebus, singulis annis.] Henricus Huntindonensis lib. 6. pag. 364. Rex vero Knut Romam splendide perrexit, & elemosynam, quæ vocatur Romscot quam antecessores sui dederant Ecclesiæ Romanae, perenniter assignavit. Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 286. de eodem Kanuto Rege: Etiam Roma Scholam Anglicam constituit, & ad fovendam eam ex Anglia omni anno censum dari fecit, quod Anglice dicitur Romescot. Abrogata fuit hujusmodi denarii & pecuniæ solutio Statuto an. 25.

Henrici VIII. cap. 25. restituta autem an. 1. & 2. Mariæ; sed abrogata denuo 1. Elizabeth cap. 1. Adde Vitam Offæ II. Regis pag. 20. S. Anselmum lib. 3. Epist. 85. lib. 4. Epist. 29. Nangium in Chronico an. 1035. Robertum de Monte an. 1116. & quæ diximus in v. *Denarius S. Petri.*

ROMESINA, Monetæ Romanæ species, qua utebantur Barenfes in Apulia. Falco Beneventanus an. 1139. *Panem unum sex Romesinas emebant.* Idem an. 1140. *Monetam suam (Bari) introduxit, unam, cui Ducatus nomen imposuit, octo Romesinas valentem, quæ magis, magisque area, quam argentea probata tenebatur. Induxit etiam tres Follares areos Romesinam unam appetriatos.* Le Roman de la prise de Hierusalem par Titus MS.

*Se vos me volez croire trové à itel engin,
Que ja n'auront Romain vaillant un Romesin.*

Le Roman de Vacce MS.

Oveuc cinc sols de Roumesins.

[In MS. optimæ notæ legitur *Rommeſins.*] Le Roman de Garin MS.

Je ne te pris vaillant un Ramoisin.

Incertum tamen, an ita viliores ac æreas Constantinopolitan. Augustorum monetæ appellarint.

ROMEUS, Qui alias *Romipeta*, Qui ad S. Petrum piæ peregrinationis gratia pergit. Ita passim usurpat Odo Cluniacensis in Vita S. Geraldii Comitii lib. 1. cap. 27. 29. lib. 2. cap. 17. 23. lib. 4. cap. 22. *Romei* Italis, *Roumius*, Occitanis, dicuntur. *Romius*, in Foris Beneharnensibus tit. de pœnis art. 44. *Romoneou*, Arvernus, ut auctor est Sirmondus ipse Arvernus ad Sidonium lib. 1. Epist. 5. *Romieux*, Provincialibus [& *Roumisux* : quod de quibuslibet peregrinis intelligunt.] Hinc auctor est Cæsar Nostradamus in Hist. Provinciæ pag. 166. nomen datum nobili familiæ Arelatenſi, quæ pro insignibus *Peram* descriptam gestat, peregrinationis notissimum symbolum; ut & *Romeorum* familiæ Hispanicæ. Vide Guillelmum de Podio-Laurentii cap. 47. & in voce *Romipeta*. Nec tantum qui Romam peregrinationes instituunt, sed quivis peregrini ita appellati. Joann. Willaneus lib. 6. cap. 92. *Arrivo in sua corte un Romeo, che tornava da santo Jacopo.* *Romerio*, eadem notione, in Legibus Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 24. lege 1. *Romeria*, Peregrinatio, tit. 4. leg. 22. & Scriptoribus Hispanis passim, [necnon Poetis Provincialibus non semel. Anselmi *Fadit* Cantilena apud *Crescimbeni* ad calcem Vitarum Poetarum Provinciæ pag. 230. *En leial Romeria.* Ital. *In leal Pellegrinaggio.* Nostris *En loyal Pelerinage.* Adde eundem *Crescimbeni* ibidem pag. 77. Hinc]

¶ **ROMEUS CAMINUS**, Iter quo *Romei* petunt Romam, in Pacto inter Jacobum Aragoniæ Regem & Berengarium Magalonæ Episcopum an. 1272. *Et de ipso flumine usque ad stratam publicam seu caminum Romeum.* *Romeorum via*, in Chartulario Ecclesiæ Aptensis fol. 28. *Romea strata*, in Statutis Placentiæ lib. 4. fol. 38. &c. Vide *Romeus*.

ROMFEAH, vel **ROMEFEH**, Denarius S. Petri, de quo in *Romeſcot*. Ita autem appellatur in fœdere Edwardi & Gothurni Regum cap. 16. in Legibus Canuti Regis cap. 5. & in Legibus Henrici I. cap. 12. ex Saxonico *romiſceah*, quasi *nummus Roma datus*. *ſeyceoh* enim & *ſceah*, partem, symbolum, censum, pecuniâ significat. Vide *Romepeni*. [Thomas Blount in Nomolexico: *Romefeoh*, *Romepeny*, Saxonice *romiſceoh*, i. *Nummus Roma datus*, nam *ſceoh* est *nummus*, pecunia, *ſtipendium*; *rompeninȝ*, *Roma denarius*, &c.]

¶ **ROMHONES**, pro *Roihones*, Gallice *Roguous*. Vide in *Roihones*.

¶ **ROMICOLA**, Qui Romæ habitat, Johanni de Monsteriolo in Epistola an. 1405. apud Marten. tom. 2. Ampliff. Collect. col. 1336.

ROMIPETÆ, **ROMIPEDÆ**, Qui Romam petunt, vadunt. Matth. Paris ann. 1250. *Et ad impetrandum, Magistrum Leonardum Clericum suum, frequentem Romipedam, non sine maxima pecunia effusione, ad Romanam Curiam destinarat.*

Maxime porro ita appellati qui Romam piæ peregrinationis ergo ad SS. Apostolos pergebant. *Peregrini*, qui propter Deum ad Romam vel aliubi vadunt, in Synodo Metensi ann. 753. cap. 4. Vennensi an. 755. cap. 26. & Cabilonensi II. c. 45. [Qui Romam orationis causa pergunt, in Capitulari Ludovici II. Imp. an. 850. cap. 1.] *De vagis peregrinis, qui propter Deum non vadunt, in Capitulari I. Caroli M. an. 809. cap. 6. Concilium Lateranense an. 1122. cap. 14. Si qui Romipetas, & peregrinos, seu mercatores, Apostolorum limina & aliorum Sanctorum oratoria visitantes capere . . . tentaverint, &c.* Willelmus Brito lib. 8. Philippidos:

*Romipetas, & qui sancta succurrere terra
Ibant, &c.*

Idem sub finem ejusdem libri:

. *Nulla facultas*

Visendi Romam datur, Dominive sepulchrum.

Et lib. 9. initio:

Hic Anglos, hic Romipetas enormiter angens.

Itinerarium Gregorii XI. PP. *Pedester incedit per scalema deserti velut Romipeda.* Utuntur præterea Joannes Sarisber. lib. 6. cap. 1. Jacobus Cardinal. de Anno Jubilæo cap. 6. Nangius in Chron. ann. 1210. 1240. Henricus Aquilonipolensis in Adolpheide cap. 4. Rigordus an. 1210. & alii. De peregrinationibus vero Romanis agit Nicolaus PP. apud Baron. an. 865. 90. & Beda lib. 5. Histor. Eccl. cap. 7. Habetur in Dactyliothea, MS. Ludovici Chalucii Arueni Gemma, cui insculptus Angelus nudus vadens, *burdoni*, seu baculo innixus, cum Inscript. ΒΕΙCITΑΛΟC. i. *vaditalus*: in quam sic lusit idem Chalucius:

*Quis puer hic baculo armatus geniusve vialis,
Aliger officii nomine ΒΕΙCITΑΛΟC.*

*Metator sacra sacer invisentibus Urbem
Italicumque regens auxiliaris iter.*

Vide *Romens*, *Scoti*.

ROMIPETAGIUM, Peregrinatio quævis fidelium: *Rouminuage*, Occitanis; [*Rouminuagi*, Provincialibus;] *Romeaggio*, Italis Scriptoribus, Matthæo Villaneo lib. 1. cap. 56. & aliis. [Libertates Montis-Brisonis concessæ per D. Jacobum de Rossilione an. 1376. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 83. col. 1. *Si contingeret dictum Dominum & successores suos ire ultra mare, seu in alio longo & prolixo Romipetagio, &c.* Adde Chartam an. 1343. apud Columbum in Genealogia Familiæ Simianæ p. 596.] Relatio Legationis Ambassadorum Ducis Andegav. ad Judicem Sardinia an. 1378. *Venerunt omnes de dicta galea ad B. Urbanum (prope Massiliam) quem puro animo & corde sincero invocaverunt, . . . & facto Romipetagio antedicto, dictam catenam transeundo subintrarunt.*

¶ Beatus hic Urbanus est Urbanus V. Papa, multis post mortem miraculis illustris, cujus corpus prope Massiliam in Ecclesia S. Victoris requiescit. Id monemus, ne quis deinceps mendum esse suspicetur in allato loco, perperamque restituat B. *Victorem* pro B. *Urbanum*: quod accidit viro doctissimo.

¶ ROMIPETUS, Idem qui *Romipeta*, nisi ita legendum sit. Acta S. Benedicti Avenion. to. 2. Aprilis pag. 259. *Et vidit multos Romipetos venire ad Ecclesiam B. Benedicti.*

ROMITORIUM, pro *Eremitorium*, non semel occurrit in Historia de Exordio Monasterii de Tarouça, tom. 3. Monarch. Lusitanæ, pag. 284. vº. & 285. [Conventiones an. 1145. tom. 1. Corporis Diplom. juris gentium pag. 79. col. 1. *Dum audieris sequenti nocte tintinabulum Romitorii mei, in quo vixi sexaginta sex annis, inter infideles servatus favore Altissimi, egrediaris extra castra sine arbitris, &c.*]

¶ ROMPERIUM, Idem quod infra *Rupticium*, Terra de novo profcissa. Charta pagi Lugdun. ann. 1520. *Juxta Romperium Domini de Charnay.*

ROMPHUS. Otto Morena in Historia Rerum Laudensium pag. 46. [*Cremenses omnesque qui intra castrum Crema erant, sic infestabant (hostes qui obsidebant Cremam) quod nullus intra ipsum Castrum prope murum Castrum se movere poterat, quem ipsi cum Romphis & lapidibus non sauciarent.* Forte idem quod *Rompino* Italis, *Uncus*, Gallis *Croc.*

Ex verbis intra uncinis additis liquet voce *Romphis* non posse *uncos* intelligi. Cremenses enim in oppido, jaculatores *Romphis* laceffentes extra stabant. Quomodo fossa mœnibusque interpositis unco similive armorum genere fauciari poterat hostis obsessus? *Romphi* ergo tela erant missilia, quæ una simul cum lapidibus jaciebantur, ut patet ex contextu. Hæc fere post Muratorium qui *Romphos cum Romphis* seu *Rhomphis*, de quibus Lexicographi, confundit, non ea qua post Isidorum lib. 18. cap. 6. vulgo exponunt notione, scilicet pro framea vel altero hastilis genere; sed ut est apud Gellium 10. 25. *Romphea*, vel, ut alii legunt *Rumpia*, Genus teli est Thracice nationis: positumque hoc vocabulum in *Q. Ennii Annalium* 14. Cæterum pro *Romphis*, ex Codice Ambrosiano *Ronsis* legit idem Muratorius tom. 6. col. 1031. Malim *Romphis*.

¶ ROMSCOT, Censuræ species. Vide *Romescot*.

¶ RONA, f. pro *Zava*. Vide in hac voce.

¶ RONCALIA, RONCALIENSIS CURIA. Vide *Runcalis* infra.

¶ RONCARE, Sarrire. Vide *Runcare* 1.

¶ RONCARIA. Vide in *Runcalis*.

¶ RONCATORIUM, Idem forte quod *Dormitorium* in Monasteriis, Locus ubi *roncant* seu dormiunt, ab Hispanico *Roncar*, Stertere, Gall. *Ronfler*. Capitulum generale S. Victoris Massil. ann. 1312. *Camerarum claves infirmario assignentur & portæ studiorum, Roncatorii; & loco portarum cleda fiant.*

¶ RONCEA, Rubus, sentis, Gall. *Ronce*, in Onomastico ad calcem tomi 5. Anecdotorum Martenianorum. Vide *Runcalis*.

¶ RONCENUS, RONCENA, RONCHINUS, Equi genus. Vide *Runcinus*.

¶ RONCHARE, Exstirpare. Vide *Runcare* 1.

¶ RONCHISMUS, Ρονχισμός, in Glossis Latino-Græcis & Græco-Latinis.

¶ RONCHONUS, Genus hastæ falcatae & similis falcastro, aptæque ad arripiendum & detinendum, Italis *Ronchione* & *Roncione*. Chronicon Estense apud Muratorium tom. 15. col. 363. *Revocavit ad se xxx. suos familiares armatos cum Ronchonibus; & ipse solus cum istis xxx. pedibus viriliter percussit contra inimicos.* Chronicon Tarvisinum apud eundem Muratorium tom. 19. col. 759. *Durante bello navali per duas horas, quibus balista propter pluvias operari*

Tom. V.

non potuerunt; sed in illarum loco succedebant spicula, laicea & Ronchoni. Rursum occurrit in Statutis Placentiæ fol. 108. Instrumentum est inter bellica & rustica arma recensendum. Vide *Runco*.

¶ RONCHUS, Rubus, sentis, Gall. *Ronce*, vel *Rubetum*, senticetum, locus *ronchis* confitus. Charta Henrici IV. Imp. an. 1115. tom. 2. Bullarii Casin. pag. 133. col. 2. *Illi restituo . . . Ronchum & totam etiam Sanctam Mariam in Tribbo & ambo molendina.* Statuta Vercell. lib. 6. fol. 137. verso: *Item quod habeant precipua omnia prata, que sunt extra nemora, & omnes Ronchos, & terram cultam & vineas, quas ipsi Comites & Domini & Prior predictus nomine Ecclesie tenere soliti sint, &c.* Vide *Runcalis* & *Runchi*.

¶ RONCIA, Idem quod *Ronchus*, Gall. *Ronce*, Rubus, sentis. Miracula S. Walarici, tom. 1. Aprilis pag. 27. *Peccatorum animas duco per Roncias & spineta.*

¶ RONCILEUS, Idem quod *Ronchonus*, Falcis militaris species. Statuta Civitatis Astæ collat. 11. cap. 92. *Gladii vetiti sunt isti, spate, pennati & omnes falzoni, apie, piole, jusarme, Roncilei, plombate, borelli, &c.* Vide *Runco*.

RONCINUS, RONCINA. Vide *Runcinus*.

¶ RONCO, RONCONUS, Species falcis militaris. Vide *Runco* & *Ronchonus*.

¶ RONCORA, Longobardis, Idem quod *Ronchus*. Vide *Runchora* in *Runcalis*.

¶ RONDA, Vigiliarum lustratio, Gall. *Ronde*, Ital. & Hispan. *Ronda*. Vide Hofmannum in Lexico.

¶ 1. RONDELLUM, Tignum rotundum. Extenta jurium Comitis Sabaudia apud S. Symphorianum de Auzone an. 1309. to. 1. Hist. Dalphin. p. 98. col. 2. *Item unum fustum, quod vocatur Rondellum, quod ponitur in latere razelli, si sit de duobus teysis aut plus, debet sex denarios.* Petri Azarii Chronicon apud Muratorium tom. 16. col. 351. *Aggressores videntes predicta non valere, ceperunt ponere in civitate tapponum valde occultum pro ipso castro obtinendo & cavando; & quamvis aliquando per contrariam cavaturam ipsis tapponatoribus male successisset, nihilominus castrum, seu domignonum, super Rondellis posuerunt, frustra contendentibus obsessis.* Hoc est, nisi me fallo, cuniculum seu viam subterraneam usque ad castrum suffoderunt, ibique subter domignonum, id est, præcipuum propugnaculum *Rondella* supposuerunt seu tigna & trabes, quæ ad breve tempus sustinerent muros suffossos; tum etiam ramalia & sarmenta, quæ incensa, dejectis muris, aperirent aditum irrupentibus. Hac enim interdum ratione, hocque fine cuniculos, seu meatus suos subterraneos suffodiebant antiqui, nitrato pulvere necdum in usu, ut post Vegetium lib. 4. c. 24. docet Carolus de Aquino in Lexico Militari v. *Cuniculus*.

¶ 2. RONDELLUM, Circulus, orbiculus, Gallice *un Rond*, *un cercle*. Processus verbalis ann. 1447. de usu pallii concessi Episcopo Aduensi à Chartulario ejusdem Ecclesie: *Scriptum in quodam parvo Rondello: Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Innocentius Papa Secundus . . . scriptum infra quoddam Rondellum in medio alterius Rondelli existens, & sequitur: Ego Innocentius Catholicæ Ecclesie Episcopus, &c.*

¶ 1. RONDELLUS, Capa sine caputio, [Vestis species in orbem desinens, à Gallico *Rond*, Orbis, circulus.] Joannes Andrea ad Clementinam, Ne in agro: *Rondelli, qui nunc in usu sunt, non sunt proprie capa; non enim habent caputium.* Computus ann.

1333. & seq. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 280. Pro cannis tribus de panno pro Rondello Domini . . . flor. XII. Et mox: Pro cannis quatuor de bruneto pro faciendis Rondellis pro domina Dalphina & dom. Burga, &c. flor. XV. gros. III.] Vide Rotundellus [& Redondellus.]
- ¶ 2. RONDELLUS, Fulmentum candelabri, columella sustinendo candelabro, Gallice *Gueridon*. Inventarium Ecclesiæ Noviom. ann. 1419. Item duo Rondelli de ligno ad ponendum dicta duo candelabra. Architectis nostris *Rondeau*, Ornamentum est columnæ, idem quod *Astragalus* Virgilio, Græcis ἀστράγαλος.
- ¶ 3. RONDELLUS, Musicis nostris *Rondeau*, Intercalaris cantilena. Johannes de Muris Musicus: *Notula rubea aliquando ponuntur in elegiis & Rondellis huc & illuc, ut ad invicem possint cum aliis perfectionibus computari.* Poetæ nostrates etiam *Rondeau* vocant Rhythum orbicularem, & Hispani *Rondelet* Circularem cantilenam. *Rondelle* vero vocitarunt Galli Parmulam, qua pedites utebantur: quam vocem nonnulli transtulerunt ad Scutulam gladii, vulgo *la garde d'une épée*. Instrumentum an. 1309. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 1639. *Et aura ledit homme une espée à pointe dou lonc de ceste verge, qui ci est à present, à croez & à Rondelle davanti la mein, à plom ront, &c.*
- ¶ RONFLARE, à Gallico *Ronfler*, Stertere, Ronchiffare. Processus de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Julii pag. 604. *Puer incipit respirare Ronflando ad modum hominis morientis. Dormit & Ronflat,* apud Menotum Serm. Quadragesim. fol. 176.
- ¶ RONSA, Teli genus, si vera lectio est, sed mendosam puto. Vide *Romphus*.
- ¶ RONSINUS, RONSINUS. Vide *Runcinus*.
- ¶ RONZARE, Resecare, recidere, Gall. *Rogner*; Ital. *Tagliare*. Statuta Montis-regalis pag. 182. *Et si aliqua persona Ronzaverit aliquam bonam monetam, vel in parte . . . amputetur ei manus dextra.* Statuta Civitatis Astæ collat. 14. cap. 6. *Statutum est, quod si aliquis Ronzaverit vel tonderit monetam publice vel privatim, & inde probatus vel convictus fuerit, amittat pro pena libras ducentas.*
- ¶ RONZENUS, RONZINUS. Vide *Runcinus*.
- ¶ ROPA, [Supellex quævis.] Charta Jacobi Regis Aragon. æræ 1270. apud Diago in Historia Regni Valentia lib. 7. cap. 24. *Promittimus vobis . . . quod vos & omnes Mauri, tam viri quam mulieres, qui exire voluerint de Valentia, vadant & exeant salvi & securi cum suis armis, & cum tota sua Ropa mobili, quam ducere voluerint & portare secum, &c.* Vide *Roba*.
- ¶ ROPPAGIUM, f. pro *Rippagium*, Ripa, littus, ora, Gall. *Rivage*; vel tributum in ripis exsolutum, de quo dictum est in *Ripaticum*. Charta Caroli Regis Francorum an. 1366. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 446. *Cum . . . aquis, aquarum decursibus, censibus, redditibus, decimis, parceriis, vendis, subvendis, intragiis, mutagiis, garenis, Roppagiis, falsetis, pratis, pascuis, & aliis proprietatibus & rebus, juribus, deveriis, &c.*
- ¶ ROQUETRIUM, Rupes, petra, Gall. *Rocher*. Index MS. Beneficiorum Ecclesiæ Constant. fol. 10. vº. è Musæo D. de Cagé: *Item viginti tres virgate terre, super quibus viginti tribus virgatis quatuor sunt in periculo maris, & residuum parvi pretii, videlicet in Roqueriis.* Vide *Rocerium* & *Rocherium*.
- ¶ ROQUETUM, ROQUUS. Vide in *Roccus*.
- ¶ RORAMENTUM, Pulvis tenuissimus, qui roris instar capillis aspergitur, seu, ut habet Laurentius in *Amalthea*, *Roramenta*, auri ramenta, ra-

- diamenta*. Jul. Capitolinus in *Ælio Vero*: *Dicitur sane tantum habuisse curam flaventium capillorum, ut capiti auri Roramenta respergeret.*
- ¶ RORI, Ἀροσὸλιον, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Summitas seu ora navis. In MSS. Sangermannensi & Regio legitur *Fori*. Vulcanius suspicatur esse legendum *Prora*, Martinius *Rostrum*: Bayfius ἀροσὸλια opinatur *rostra* Latinis dici.
- ¶ RORIGENÆ, *Rore geniti*, apud Papiam.
- ¶ RORSUS, Papiæ, *Insensatus*. Ita etiam Glossæ antiquæ MSS. [Videtur esse pro *Revorsus* seu *Reversus*, ut *Rursus* & *Rursum*, pro *Reversum*. Galli dicimus: *Esprit renverse*. Martinius legit *Roscius*, *Insensatus*, ex eodem Papia: sed legendum putat *Ruscus*, à *Ruscus*, aut quasi roris plenus, inficetus.]
- ¶ 1. ROS. Lex Aleman. tit. 65. §. 31. *Si quis in genuculo transpunctus fuerit, aut plagatus, ita ut claudus permaneat, ut pes ejus Ros tangat, quod Alamanni taudragil dicunt, &c.* Similia habet Lex Bajwar. tit. 3. cap. 12. Adde tit. 5. cap. 17.
- ¶ 2. ROS, *Herba, cum qua cordoanum* (seu corium) paratur, Alexandro Iatrosofistæ lib. Passion. cap. 66. Statuta Massil. lib. 1. cap. 38. §. 2. *Addentes etiam quod nullus blanquarius audeat de cætero emere herbas incameratas seu mixtas, vel de eis operari, & quisque qui cordoanum apportaverit sive adobaverit, teneatur sacramento, quod mittat ad minus tertiam partem doros* (melius in MS. de *Ros*) *vel de fausil mixtum; & si quis contra predicta vel aliquid de predictis fecerit, puniatur in x. lib. Reg.* Haud satis scio an eadem notione Charta pro Communia Balneoli an. 1208. ex Schedis D. *Lancelot: Modius de Ros 11. denar. & saumata obol.* Vide *Rufus* 1.
- ¶ ROSA, Christi sanguis in Eucharistia. S. Ambrosius in Psalmum 118. initio octonarii 14. alludens ad rubeum colorem, habet: *Cernis Rosam, hoc est, Dominici corporis sanguinem.*
- ¶ ROSA ALBA & ROSA RUBRA, Factionum nomina, quæ Angliam diu graviterque afflixerunt. Post obitum enim Henrici III. cum Edwardus I. ei surrogatus esset, posthabito fratre ejus majore Edmundo Lancastriæ Duce, quod & gibbo deformis & regno non adeo aptus crederetur; hinc feralia illa dissidia, inter Lancastrenses, qui *Rosam rubram* pro insigni habebant, & Eboracenses, qui *albam*, originem sumserunt: quæ inprimis recruduerunt circa annum 1455. sub Henrico VI. ex Lancastrensis, quem Edwardus IV. *Rosa alba* Princeps seu Dux Eboracensis regno depulit anno 1460. Sed intra decennium Henricus è carcere liber, æmulum in Flandriam fugavit, paulo post à Carolo Audace, cujus sororem duxerat, restitutum anno 1471. Atque tunc Henricus in carcere necatus est. Post mortem Edwardi, cum frater ejus Richardus flagitiosissimæ vitæ tutorem ageret Edwardi V. Regis minorennis, eo una cum fratre nefarie occiso, atroci tyrannide regnum occupavit, & occasionem præbuit *Rosa rubra* seu Lancastrensis repetendi jura regni. Erat autem tum caput Lancastrensis Henricus Comes Richmundiæ, qui victo ad Lecestriam & occiso Richardo III. thronum conscendit anno 1485. dictus Henricus VII. Cumque unica tantum filia ex Eboracensium factione superesset Elisabetha, illa in uxorem ducta, utramque *Rosam* conjunxit, ac dissidiis his adeo diuturnis ac cruentis, ut intra non multos annos, octoginta è regio sanguine Principes iis consumptos referat Cominaus, finem imposuit: unde hodieque inter Angliæ Regum insignia duplex *Rosa, alba & rubra* conspicitur. Hæc post Hofman-

num in Lexico, ubi pauca minoris momenti subjungit.

ROSA AUREA, in Dominica Quadragesimæ, in qua cantatur *Letare Hierusalem*, à summo Pontifice benedici solita, quam ille post Missam in urbe procedens cum Clero Romano, præfert, ac deinde magno alicui Principi, si præsens adsit in Curia Romana, concedit; vel ad aliquem Regem aut Principem, ut eidem Pontifici cum consilio sacri Collegii placuerit, mittit. Ita Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 7. ubi orationes ad Benedictionem describuntur, & quædam de ejus significatione congeruntur, ut & apud Durandum l. 6. Ration. c. 53. num. 8. 9. 10. 11. præterea in Epistola 74. Eugenii III. PP. ad Alfonso Regem Castiliæ, in Epistola Alexandri III. PP. ad Ludovicum VII. Regem Franciæ, quæ exstat apud Radulfum de Diceño ann. 1163. & tom. 4. Histor. Francor. pag. 768. apud Innocentium III. PP. Serm. in eandem Dominicam, & Petrum Blesensem Serm. 15. Adde Ughellum to. 1. part. 1. pag. 267. [Epistolam Innocentii IV. PP. apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 484. & 485. Epistolam Sixti IV. PP. ad Ducem Venetiarum apud Martenium tom. 2. Collect. Amplif. col. 1532. Ordinem Rom. apud Mabillonium tom. 2. Musei Ital. pag. 135. 176. 236. 471. &c.]

Hanc autem Rosam auream eidem Ludovico Regi contulit Alexander, cum Parisios accessit ad eundem Regem. Historia Vezeliacensis lib. 4. p. 582. de Alexandro: *Et sequenti tempore Quadragesime accessit ad Ludovicum Regem in urbe Parisiorum: à quo susceptus honorifice, secundum morem Romana Ecclesiæ portavit ipse Rosam auream Dominica, qua cantatur Letare Hierusalem.* Ita anno 1177. cum idem Pontifex Venetiis moraretur, in eadem Dominica, indutus sacris vestibus, & de consuetudine auream ferens Rosam, cum Episcopis & Cardinalibus ad altare majus (Ecclesiæ S. Marci) processit, & completis Missarum officiis, Rosam, quam detulerat, Duci Venetiarum in signum gratiæ Sedis Apostolicæ contulit, ut habent Acta ejusdem Alexandri apud Baronium. [Sic Urbanus II. apud Turonos ad Ecclesiam S. Martini deductus, Fulconi Andegavorum Comiti Florem auream, quem in manu gerebat, donavit: quem ego, inquit Fulco ipse in fragmento Historiæ Andegav. tom. 10. Spicil. Acheriani pag. 396. ob memoriam & amorem illius in Osanna, id est in Ramis Palmarum, semper mihi meisque successoribus deferendum constitui.] Tradit præterea auctor Vitæ Urbani V. PP. Joannam Reginam Siciliæ, & Petrum Regem Cypri, Romam venisse, & cum tunc occurreret Dominica Letare Jerusalem, in qua consuevit dari per Papam Rosa aurea viro nobili, tunc in Curia exsistenti, dictam Rosam memoratæ Joannæ tanquam nobiliori, majori & excellentiori, licet vir non existeret, dedisse, Regi prædicto ipsam in hoc præferendo, qua more solito demum cum Cardinalibus & aliis nobilibus per urbem equitavit. Joannes II. Archiep. Lugdunens. in Epistola ad Glascoensem Episcopum [tom. 3. Analect. Mabill. pag. 492.] Unde & in Dominica, qua cantatur, Letare Jerusalem, expleta sollempni processione, in qua Rosam auream idem summus Pontifex circumportat, ipsum quasi pro debiti executione eadem Rosa remunerat. Vide Petrum Matthæum in Constitut. PP. pag. 617. [& Martenium de Antiqua Ecclesiæ disciplina in divinis celebrandis Officiis pag. 183. & 184. ubi observat hujus Rosæ ritus describi in variis Ordinibus Romanis à Mabillonio vulgatis; in quibus tamen nulla sit mentio be-

nedictionis, quam ab Innocentio IV. institutam fuisse tradit Auctor ipsius Vitæ apud Labbeum his verbis: *Primus Rosam auream sollempni ceremonia ac ritu benedixit, eamque Canonicis S. Justi, hospitibus suis Lugduni, dono dedit.*]

His addam, quod ad Rosam auream peculiare quædam auri præstationes assignatæ fuerunt, ut patet ex Bulla Nicolai V. PP. de Censibus Ecclesiæ Rom. apud Marten. tom. 2. Collect. Amplif. col. 1302. *Monasterium S. Vincentii unum marabotinum; Monasterium S. Crucis (in Alfatia) duas uncias auri pro Rosa aurea in Letare Jerusalem.* Bulla Leonis IX. PP. ann. 1409. apud D. Calmet in Probat. Hist. Lotharingiæ tom. 1. col. 427. *Pro donatione igitur libertatis istius, ð Crux † ipso sole nitidior, cunctis creatis pretiosior, Petro Apostolo ipso tuo Monasterio (S. Crucis in Alfatia) concessa, pro salute animæ meæ, meorumque parentum, ibidem in Christo tuo Domino nostro dormientium, penso annuatim constituto tempore nostræ Apostolicæ Sedi ab Abbatisa ipsius loci solvendam Rosam videlicet auream, penso duarum Romanarum unciarum, aut factam sicut fieri solet, aut tantundem ad faciendum tempore Quadragesimæ, mittendam octavo die antequam à nobis & successoribus nostris consuete portari in quarta Dominica, præcedente videlicet die Dominico, cum canatur Introitus: Oculi mei semper ad Dominum.*

ROSAS olim in hominis natali præbitas ac datas fuisse, docet verus Inscriptio 636. 12. [Sic & in Vita B. Columbæ Reatinæ Sacerdos dicitur, celebrato sacrosancto Missæ sacrificio, sacerdotalibus depositis rediisse ad Virginem renuntiare sacrum Pascha Domini eique obtulisse Rosarum primitiam: quem in locum adnotant Bollandistæ to. 5. Maii p. 384*. nota l post Academicos de la Crusca, Pentecosten passim vocari Pascha Rosarum, quia tunc Rosæ floreat, fortassis & invicem donari soleant; addam quia fortassis Rosæ cum nebulis in Ecclesiis projicerentur, de quo ritu in Nebula 2. In loco tamen laudato sacrum Paschæ Resurrectionis diem indicat, ut recte monent iidem viri eruditi.]

ROSA vice pensitationis annuatim data. Charta Ricardi Comitis an. 24. Henrici VI. Regis Angl. apud Th. Madox Formul. Angl. p. 126. *Reddendo inde annuatim, durante termino prædicto, nobis præfato Comiti hereditibus & assignatis nostris, unam Rosam ad festum Nativitatis S. Johannis Baptista, si petatur.* In alia Charta ann. 26. Edwardi Henrici filii ibid. p. 137. subjicitur, *Pro omnibus serviciis & secularibus demandis, ut & in alia ann. 1429. ibidem p. 146. Pro omnibus serviciis, exactionibus & demandis; ita ut hæc Rosa singulis annis ad festum Nativitatis S. Johannis Baptista præbita loco fuerit omnium aliarum præstationum & merum signum minimæ subjectionis.*

ROSA CRUCIS, Nomen Congregationis, quæ sub initium sæculi xvi in Germania emerfit. Huic qui nomen dant, Fratres Rosa Crucis dicti, jurant se secretum non prolaturus, ænigmatice sibi invicem scribunt, & Societatis leges se servaturos sancte pollicentur. Jactant se omnium disciplinarum scientiarumque, Medicinæ imprimis, quam hætenus ignotam incultamque jacuisse dicunt, Restauratores; arcana varia maximi momenti se nosse, inter quæ minimum sit Philosophicus lapis, illamque notitiam per traditionem ab antiquis Ægypti Philosophis, Chalkæis, Magis & Gymnosophistis hausisse se gloriantur. Hi, quia vitam hominis communiter ad annum 140. se extensuros promittunt, *Immortales*; quia tam sublimia jactant,

Illuminati; sed quia ab aliquo tempore, post tot fraudes deprehensas, non in publico comparent, *Invisibiles* dicuntur. His addit Hofmannus, Empiricorum abortum esse hanc sectam, dicam potius, nugacium hominum, quorum hæc habetur tabella pluribus in locis Germanico idiomate proscrip-
ta an. 1622. *Nos Deputati Collegii principalis Fratrum Rosa Crucis in hac urbe visibiliter & invisibiliter commoramur gratia Altissimi, ad quem respiciunt corda justorum. Absque libris & characteribus docemus, linguisque loquimur regionum, in quibus esse nobis placet, ut homines nobis similes ab errore mortis revocemus.* Vide Gaulterii Chronicon sæc. xvii. cap. 18. Spondanum ad annum 1623. num. 8. & Mercurium Gallicum tom. 9. ubi quæ à variis scriptoribus de hac fictitia secta dicta sunt, accurate referuntur.

ROSA FATUINA, apud Apuleium lib. de Herbar. propriet. cap. 64. sic dicta, inquit Humelbergius, quod florem habeat roseum, sed inodorum.

ROSA GRÆCA, [Λυχνίς, ἢ ῥοδοδάφνη.] λυχνίς, βοτάνη, in Gloss. Lat. Gr. [Aliæ Græc. Lat. λυχνίς, βοτάνη, Rosa Græca, Populia. Rosa Græca est *Lychnis* Plinio lib. 21. c. 4. ad quod Dalecampius: *Nostri ob similitudinem, quam is flos habet cum rosa, Lychnidem vocant Passerose.* Vide *Rosalia*.]

¶ **ROSA HIERUNTINA**, vel **B. MARIÆ**, Amomum, vel Aspalathum Gesnero. Vide Vossium de Vitiis ferm. lib. 1. cap. 28. & *Rosacetum*.

ROSA LAUREA, ῥοδοδάφνη. Apuleius lib. 4. Met. *Hæc arbores in lauri faciem prolixè foliata, pariunt in modum floris inodori porrectos caliculos modice punican-tes, quos quidem fragrantis, minime rurestri vocabulo vulgus indoctum Rosas laureas appellat, quarumque cuncto pecori cibus lethalis est.*

¶ **ROSÆ LIGNUM**. Vide *Rosacetum*.

ROSA LIQUIDA, Oleum rosaceum, apud Antonium Mufam lib. de Vetonica cap. 3.

¶ **ROSÆ PURGATÆ**, Quibus dentum est album, quod ea pars minime tenera sit ac delicata, apud Spartianum in Ælio Vero cap. 5. ad quem vide Salmasium & Hofmannum in Lexico.

¶ **ROSÆ SIGNIFICANTIA**. S. Hildefonfus lib. 2. Adnotat. c. 46. *De significantia lilii, Rosæ & violæ: Est quoque candidum lilium flos Virginum, Rosæ purpurantis sanguinis Martyrum, violæ gratia continentium.*

¶ **ROSA VINUM CONDITUM** ab antiquis. Vide infra *Rosatium*.

ROSA VIRGO, Rosâ clausa. Gloss. Iatricum MS. Reg. sign. 1486. *Virgo rosa, exungulata.* Evodius in Epistola ad S. Augustinum 258. *Ramos Rosarum virginum, sic enim clausæ appellari solent, de eodem sepulchro surrexisse vidit.*

¶ **ROSACETUM**, seu *Rosæ lignum*, Odoriferi ligni species est, quod in Quantonia Sinensis Imperii provincia, Chaokina producit ad capsulas, mentas, sedes similiaque conficienda aptissimum, quoque vix aliud præstantius; coloris ex nigro rutilantis, venis quibusdam intercisum & artificiosa benigne obstetricantis naturæ quasi manu depictum. Idem in montibus urbis Kiuncheu, quæ metropolis est insulæ Hainau, provenit, uti refert Hofmannus in Lexico post Auctorem Anonymum Sinæ & Europæ cap. 34. Aliud omnino est *Lignum rosæ* Pharmacopolis, quibus idem sonat, quod nostris *Aspalathe*, *Aspalathum*.

ROSALIA, [Ροδιανὰ, in Glossis Lat. Græc.] Gloss. Græc. Lat. MS. Ροδιανὰς, hæc *Rosalia*, hoc *Rosalium*, [in MS. Regio, *Roxalium*.] Perperam in edito *Rosalia*: ubi emendandus locus alter ex eodem MS. Ροδοδάφνη, *taxus*, *lauriendrum*, *viburna*. Edit. [Ta-

xus,] *lauria*, *andrum*, [*viburna*, *rosa Græca*, *herba sinaria*.] Meminit porro Balsamon ad Concil. 6. can. 42. cujusdam Panegyreos, quam τὰ Ρεσάλια appellat, & post festum Paschatis ex prava consuetudine, ἐν ταῖς ἔξω χώραις celebrari solitam ait. Vide *Pascha Rosata*.

ROSANAGIUM. Charta Fulconis Comit. Andegavensis an. 1028. pro fundatione Abbatiae Roncerei, apud Sammarthanos: *Hic autem Hugo dedit filia sua Rosanagium hujus vinea & decimam pro vestitu.*

¶ **ROSANALIA**, Lusitanis, Liquor suavissimus in regnis Jannan ex arboribus stillans, cujus meminit Auctor Anonymus Sinæ & Europæ cap. 34.

¶ **ROSARIA**, si bene interpretor, Arundinetum, junctum, à Gallico *Roseau*, Arundo, juncus. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 151. *Con-roversia qua vertebatur... super terra, prato, herba, Rosaria, & omnibus vivario de Resenchon pertinentibus tali sine sopita quievit.* Polyptychus Fiscamn. an. 1235. *Radulphus de Podio debet sex solidos pro Rosaria sua.* Vide *Roscheria*, *Roseria* & *Rosetum*.

¶ **ROSARIUM**, Gallice *Rosaire*, Series sacrorum globulorum, majorum 15. & minorum 150. intermixtorum, quos percurrunt recitando *Pater noster*, si majores sint globuli, vel *Ave Maria*, si minores; in honorem scilicet quindecim Mysteriorum Domini nostri J. C. quorum confors fuit B. Virgo Maria: cujusmodi orationis auctor fuisse dicitur S. Dominicus in Bulla Pii V. PP. an. 1596. ubi usum ejus auctoritate sua confirmavit: *B. Dominicus Spiritu sancto, ut pie creditur, afflatus, occasione, qua Albigenisium hæresis per partes Galliarum & Italia misere grassabatur... levans in cælum oculos... admodum facilem & omnibus pervium & admodum pium orandi & precandi Deum, Rosarium, seu Psalterium, B. Virginis nuncupatum, quo eadem beatissima Virgo, salutatione Angelica centies & quinquagies, ad numerum Davidici Psalmi repetita & oratione Dominica ad quamlibet decimam, cum certis meditationibus, totam Domini nostri Jesu Christi vitam demonstrantibus, interposita veneratur, excogitavit & excogitatum per sanctæ Ecclesiæ partes propagavit.* Ubi quod de Albigenisibus dicitur, ut recte adnotat Hofmannus, locum non habet apud Alanum de Rupe, Psalterii restitutorem, qui Fraternalitatis hujus (namque mox *Fraternalitas de Rosario* instituta est) ortum non ab occasione Albigenisium, sed Saracenorum piratarum, in quorum manus prope Compostellam incidisset S. Dominicus, arcessit. Sic autem habet Bulla Sixti IV. PP. ann. 1475. qua approbat *Fraternalitatem de Rosario* nuncupatam, renovatam Coloniae per Fratres Ordinis Prædicatorum: *Omnibus & singulis utriusque sexus, dictæ Fraternalitatis confratribus & sororibus, in quinque præcipuis B. Virginis festivitibus, scilicet Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis & Purificationis, centum dies indulgentiarum, in qualibet dictarum festivitatum die, atque quotiescumque per se, vel per alium, Rosarium B. Virginis, quod quinquaginta Ave Maria cum quinque Pater noster continet, legerint seu legi fecerint... misericorditer relaxamus.* Accessere postea ab Innocentio VIII. Pio V. præfato aliisque Romanis Pontificibus indulgentiæ aliæ, eæque adeo amplæ, ut Paulus V. revocatis omnibus indulgentiis à prædecessoribus suis concessis, tam fraternalitatis Rosarii confratribus, quam aliis, novas indulgentias voluerit concedere, quibus deinceps fruerentur, uti habetur in ejus Bulla Romæ data an. 1608. Quod vero Petrum Eremitam modum orandi per calculos quinquaginta quinque ita ordine distinctos, ut post denos singuli majusculi assignan-

in filo . . . & quot hi sunt , toties Dominicam precem , quot illi , toties Angelicam salutationem , ter numerum inueniendo recitant , terque Symbolum breuius inferant , quod Deipara Virginis Psalterium nuncupant , circa annum 1090 . jam inuenisse dicit Polydorus Virgilius de Inventione rerum lib. 5 . c. 9 . cum iis , quæ diximus de S. Dominico , sic conciliat Alphonsus Fernandes Placentinus Dominicanus in Concert. Prædicat. Fam. ad an. 1213 . ut dicat , de Rosario posse loqui dupliciter , uno modo , ut est Orarium per calculorum supputationem ; aliter , ut est devotio cultus B. Virginis Mariæ complectens potissima vitæ & mortis Filii Dei & ipsius Matris mysteria . Primo modo Rosarium accipientes , fatendum Petrum Eremitam illud adinuenisse , & per calculos filo introductos orare docuisse . Secundo vero modo , ut Rosarium centum & quinquaginta salutationum Angelicarum & quindecim orationis Dominica repetitionibus constat , à B. Patre Dominico . . . institutum est . Vide quæ hanc in rem jam dicta sunt in vocibus Capellina 1 . & Psalterium . Rosarii B. Mariæ Virginis ab Hæreticorum calumniis defensionem , una cum mysteriis & Bullis Romanorum Pontificum edidit Josephus Stephanus Episcopus Oriolensis , Romæ an. 1584 . De Rosarii devotione Tractatus singularis , paucis abhinc annis , editus etiam est Parisiis apud Ph. Nicolaum Lottin , qui potest consuli .

2. ROSARIUM , Rosarius rubus , Rosier . Valerius in Epist. ad Ruffinum , tom. 9 . Operum S. Hieronymi : *Quam illibatam servaverunt vigilia , destitavit illud per somnium , ut semper omne Rosarium aliquo turbine sua purpura spoliatur .*

3. ROSARIUM , Ροδορία , in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Hortus rosarum .

1. ROSARIUS , Qui vendit rosas . Glossæ Græc. Lat. Ροδοπώλης , Rosarius .

2. ROSARIUS , Monetæ adulterinæ species , interdicta in Angliâ ann. 1299 . & 1300 . Vide in Crocardus .

ROSATA . Vide mox in Rosatus .

ROSATUM , nude pro Rosatum vinum , Rosa conditum . Lampridius in Heliogabalo cap. 19 . *Rosatium ab aliis acceptam pinearum etiam attritione odoratius reddidit . Rosati & absinthiati rursus meminit cap. 21 . ut & Spartianus in Gordianis cap. 19 . ubi : Fuit vini cupidior , semper tamen undecumque conditi , nunc Rosa , nunc mastiche , nunc absinthio , ceterisque rebus , quibus gula maxime delectatur .* Simili modo Rosatum absolute dicit Palladius Junio tit. 19 . & Octobri tit. 15 . Gloss. Lat. Græc. & Græc. Lat. Rosatum , ῥοδαίον , roseum .

ROSATUM PASCHA , Dies Pentecostes . Vide in Rosa , lin. Rosas olim , &c .

ROSATUS , Rosis distinctus , ornatus , vel coccineus . Papias : *Rosata tunica , quam feniceam , nos coccineam dicimus , ad celandum colorem sanguinis .* [Johannes de Janua : *Rosata , Quadam vestis , quam Græci Feniceam nos Occinum (Coccinum .) Hac sub Consulibus usi sunt Romani Milites ; unde Rosati antiqui (antiquitus) vocabantur .* MS. Bituric. *Feniceam vestem Græci dicunt , quam nos Coccinum dicimus ; ista est & Rusata .*] Anastasius in Leone III . PP . pag. 143 . *Vela holoserica Rosata numero quatuor , ornata in circuitu de Tyrio .* Ibid. *Albam holosericam Rosatam , ornata in circuitu de chrysoclavo .* Occurrit apud eundem non semel . Simeon Logotheta in Chronico in Leone Armenio num. 2 . *Τὴν ἐσθητὰ , ἣν ἐπέβλητο ῥοδοειδῶσι χρῶαίς ἐκ ἀμπερῶν , &c .*

ROSULATUS , Eadem notione . Charta donationis Ecclesiæ Cornutianensis , edita à Jo. Suaresio : *In*

prona velum lineum purum unum : & intra basilicam pro porticibus vela lineæ Rosulata sex : & ante secretarium vel curricula vela lineæ Rosulata pensilia habentia arcus 2 . &c . Rursum : *Vela apoplacia coccoprasina Rosulata duo .* Alias apud Cornelium Frontonem , *Rosens , per se , Rosaceus , mixtus ,* dicitur .

ROSCCELLA , [Placentæ species , eadem quæ inferior Rosula & Ruseola .] Veteres Consuetudines Floriacensis Cœnobii cap. 2 . *Feria 2 . Pasche ad prandium debemus habere Roscellas , & per totam hebdomadam pitantiam vini .* [Le Roman d' Athis MS .

*Et de beaulx hastez de lardez ,
Et Roisollez , & puis pastez ,
Servent par tout a tel plenté ,
Comme s'il n'eust riens cousté .*]

ROSCHERIA , f. Idem quod Rosaria & Roseria . Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 235 . *Dederunt monachis S. Vincentii illam partem Roscheriarum , quam habebant juxta fontem Sigream .*

ROSCULENTUS , à rore , Rosulentus , apud S. Zenonem Episc. Veron. sermone 3 . [Vide Vossium lib. 4 . de Vitiis serm. cap. 43 .]

ROSCUS , Ruscus myrtifolius , aculeatus , Gall. *Houx-frelon , Housson ,* vel *Perit houx .* Vita Venerab. Idæ , tom. 2 . Aprilis pag. 161 . *Tam asperrimis quoque spinarum virgulis aut acuminatis cuspis , quam vulgus Roscum nominant , arbuscula foliis omne corpusculum . . . flagellabat assidue .* Vita B. Arnulfi , tom. 5 . Julii pag. 611 . *Inde est quod virgarum verbera parvipendens , cœpit in silvis Roscum colligere , lignum scilicet virentibus semper foliis aculeatum ; faciens inde sibi fasciculos , & eorum ramis se verberabat omni tempore .* Vide Rosfus .

ROSELLA , Parva rosa , Johanni de Janua . Gualvaneus Flammeus apud Muratorium to. 12 . col. 1044 . *Et sic adimpleta est prophetia abbatis Johacim , qui istum Papam (Benedictum XII .) depinxit in habitu albo prementem sub pedibus unum maximum canem , depictum albo & nigro colore ad Rosellas ; & canis pedem Papæ forti morsu confringebat .* Sermo est de iis , quæ tentaverat Benedictus in Dominicanos albo & nigro colore vestitos , qui fortiter ei restiterant , & in quorum insignibus canis cum face incensa & rosa cum palma visitur .

ROSERA , Species Anseris , apud Fridericum II . lib. 1 . de Venatione cap. 19 .

ROSERIA , Arundinetum , ut videtur , juncetum , à Gall. *Roseau ,* Arundo , juncus . Polyptychus Fiscam. ann. 1235 . *Tenet unum bordagiium , unde reddit quatuor solidos , duas gallinas , viginti ova , & de Roseria sua quatuor capones ad Natale . . . & secat Roseriam & extrahit , & dominus Abbas habet medieta-tem .* Vide Rosaria , Roscheria & Rosetum .

ROSETA , Paxillus ferreus , &c . Vide Rosetus 1 .

ROSETTA , Parva rosa , Ital. *Rosetta .* Annales Mediolan. apud Murator. to. 16 . col. 807 . *Censura una facta ad Rosettas perlarum cum mazio & fibbia argenti , cum esmeraldis , &c .*

ROSETUM , Arundinetum , juncetum , à Gallico *Roseau ,* Juncus , arundo . Literæ Thomæ Dolensis Episc. ann. 1301 . ex Archivo Eccl. Dolensis : *Decimas junchetorum & Rosetorum arrestari fecimus .* Vide Roseria .

1. ROSETUS , seu ROSETA , Paxillus ferreus , qui extremo axi infigitur , ne elabatur rota . Anonymus in Vita S. Brigidæ num. 47 . *Anrīga vero illius jungens currum , Rosetos oblitus est ponere contra rotas .* Colganus habet Rosetas . Ubi Chilienus Monach. num. 48 . *Neglexerat obice currum adfirmare .*

2. ROSETUS , Color roseus . Concilium Budense

ann. 1279. cap. de Prælatiſ : Cum equitant , vel etiam in publi.o pedestres incedunt , habeant & deferant cappas rotundas , ſub quibus habeant & deferant camiscias albas ſive Roſetas , &c.

¶ ROSEUM, Pulvis, ut videtur, corticis quernei, quo inficiunt coria. Statuta Civitatis Aſtæ, ubi de intratis portarum: *Rogia ad tingendum ſolvat pro quolibet rubo lib. 6. Roſeum ad coreandum coria ſolvat pro qualibet ſomata lib. 6.* Statuta Dataria Communitatis Riperiæ fol. 4. c. 12. *De qualibet ſoma ... coriorum & pellium confectarum in Roſeo, vel in valania & etiam maſcharicia pro introitu ſolidi ſex.* Vide *Ruchia.*

¶ ROSIA. Chronicon Farſenſe apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 472. *Item pro ſolidis LX. conceſſit caſalem Triblianum cum ejus Roſia & terra ad rivum Calentinum.* Ibidem col. 613. *Reſutavit res de Aquaviva cum podio ejus & Roſiis, ab aqua Tranſverſa uſque in Cavas.* An idem quod Roſetum, Roſeria, Juncetum, arundinetum? Rivas & aqua, de quibus hic fit mentio, utcumque favent huic interpretationi, ut & vox *Rauſea*: de qua ſuo loco. Vide *Rotia* 1.

¶ ROSIDUS, *Rore plenus*, Johanni de Janua: *Plain de roſée*, in Gloſſario Lat. Gall. Sangerman. MSS. Legendum eſt *Rofcidus*, ut eſt apud Virgilium.

¶ ROSIM, *Mordaciter*, Johanni de Janua: *Rongement, Mordement*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangermanenſ. MSS.

¶ ROSINOSUS. Excerpta Pithœana: *Brumalia, Roſinoſa pluvia. Brumofus, Annus, (Annofus) Roſinoſus.* Sed legendum eſt, ut in Gloſſis Iſidori *Reſinoſus*: eſt autem *Reſinoſus* idem quod *Reſes*. Vide ſupra *Brumofus*.

¶ ROSOLA, ROSSOLA, Placentæ ſpecies à colore ſubrubido ſic dicta, eadem quæ ſuis locis *Rubeola & Ruſeola* Sermo apud Apamias ann. 1322. apud Limborch. Sentent. Inquiſit. Tolof. p. 314. *Ipſe dedit dicto Petro Tort unum magnum cantellum de placenta & duo fruſtra de Roſolas.* Statuta Monasterii S. Claudii an. 1448. pag. 81. *Item, & die Nativitatis Domini, quolibet anno, debet Pittantiarius miniſtrare præſatis domino Abbati & Conventui, generalia tritarum, necnon & in unum receptum ſecundum conſuetudinem ejuſdem monasterii, in quo pigmentum; videlicet cuiſlibet Religioſo unum cotetum & quatuor pintas vini, quinque Roſſolas & unum magnum panem.*

¶ ROSOLIA, ROSSOLIE, Eadem notione. Uſus Culturæ Cenomannenſis: *Generale & pitanciam debent habere de bonis & magnis piſcibus, & Roſolias, & duo pulmenta, & charitatem de optimo vino.* Et alibi: *Generale & pitancia ſit de bonis piſcibus, & Roſſolias, aut alia pitancia in loco Roſſoliarum, ſi tempus non eſt comedendi adipem.* Ex quibus poſterioribus verbis patet *Roſſolias* in hoc Monasterio adipe conditas fuiſſe; ex quo tamen non continuo ſequitur eodem modo in alijs Monasteriis fuiſſe confectas, ubi pro adipe butyrum potuit adhiberi. Quas noſtri *Ruſeolas*, ſeu *Roſſolias*, ut hic habetur, vocabant, eas Germani *Cratones*, ſeu *Grapſones* appellabant à Teutonico *Grapſen*, quæ ipſis placentulæ ſpecies eſt in altum erectæ ex farina & butyro confectæ. Vide *Cratones, Roſcella & Ruſeola.*

¶ ROSOR, Qui rodit. *Mures horreorum Roſores*, S. Ambroſio Serm. 81. Johannes de Janua in *Roforius*: *Dicitur hic Roſor, & hinc Roſorius, corroſorius, vel comprehenſorius; & hoc Roſorium, Locus ubi roditur aliquid.*

¶ ROſPUS, Bufo, Italis *Roſpo*. Vita S. Petri Cœleſtini PP. tom. 4. Maii pag. 453. & apud Muratorium tom. 3. pag. 631. col. 2.

Hic fuit, hic jacuit. Serpentibus atque latertis

Hic locus eſt: Roſpi comites recubantibus adſunt.

ROSSA. Charta Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monastici Anglic. pag. 211. *Et totam daylam marifci, tam de Roſſa, quam de prato, &c.* Forte *Moffa*. Vide *Muffa*.

¶ Erit forte qui credat, *Roffam* idem eſſe quod *Roſetum*, Juncetum, quod juncos in *marifcis* ſeu locis paluſtribus naſci notum ſit omnibus.

ROSSINUS, Equus minor. Vide *Rancinus*.

¶ ROSSIS, vel ROſſE. Vide *Raufus*.

¶ ROSSOLIA, Placenta. Vide *Roſolia*.

¶ ROSSUM. Charta Bernardi-Atonis Vicecomitis Nemauf. ann. 1145. in Probat. novæ Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 508. *In nundinis quoque, quas in civitate Nemaufi per octo dies à feſto B. Martini incipientes fieri volo atque decerno, laudo & concedo omnibus vobis prædictis & ſucceſſoribus veſtris, per me & per meos, medietatem omnium uſaticorum & omnium leddarum, quæ ex ipſis nundinis exierint. Hac omnia, ſicut ſupra ſcripta ſunt, vobis laudo & concedo, ut ea de me & de meis ad feudum vos & veſtri in perpetuum habeatis & teneatis; excepto eo, quod de corda & quintali & ſextario Roſſi accipio.* Miendum eſſe ſuſpicor in hac voce, ac fortean pro *ſextario Roſſi*, legendum unica voce *ſextaria laico*, aut alio ſimili vocabulo, quod jus ſignificet *Sextariatici*. Mox ibidem habetur, *excepto tamen ſextaria laico, quod nobis ſemper integrum retinemus.* Vide *Sextariaticum*.

¶ 1. ROSSUS, Ruber, Italis *Roſſo*, Gallis *Rouge*. Acta S. Antonini Archiep. to. 7. Maii pag. 682. *Sericeo operimento coloris rubei, vulgo dicti veluto Roſſo.*

¶ 2. ROSSUS, Monetæ minutioris ſpecies, ut opinor, fortean æræ, unde dicta *Roffus*, quaſi Ruber, aut Rufus nummulus. Testamentum G. Comitiffæ Montisferrandi ann. 1199. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Arvern. pag. 257. *Legavi ... à Peyronala de Vila xx. (ſolidos) à Marieta de Niverns xx. à Bona ſenna xx. à mon chapella c. W. de Chamvers c. & 1. Roſſi, alii clerico xx.*

ROSTA. Historia Cortuſiorum lib. 1. cap. 7. *Juſſit fieri Roſtam in flumine, & Paduam privavit aqua, & ſic caruit molendino.* Cap. 14. *Qui ſtatim per Roſtam factam juxta viridarium S. Juſtina civitatem intraverunt furtive.* Cap. 16. *In dicto flumine fecit Roſtam, & ſic aqua qua naturaliter debet currere verſus mare, cœpit currere verſus Paduam per obliquum.* Italis *Roſta*, flabellum ſonat noſtris *Eventail*, quo vocabulo etiam vulgo designamus obicem illum ex aſſeribus, qui aquas in molendino continet, quo laxato, eæ elabuntur.

¶ Huic notioni propius accedit altera hujus vocis ſignificatio apud eoſdem Italos, quibus *Roſta* etiam eſt Aſſer in tabulato, qui annexo fune ducitur & reducitur ad inoventis voluntatem, ut ſunt illi aſſeres mobiles aquis oppoſiti in molendinis. Pro quovis aggere aquis continendis accommodo, noſtris *Ecluſe*, utuntur Rolandinus Patavinus lib. 9. cap. 9. apud Muratorium tom. 8. col. 306. *Milites quidam & pedites die x. exeunte Julio mane iverunt, ut Roſtam ſive cluſam dirumperent.* Regimina Paduæ ad ann. 1312. ibidem col. 429. *Paduani ... vaſtaverunt Roſtam, & aperuerunt aquam malo velle domini Canis.* Chronicon Eſtenſe ad an. 1312. apud eumd. Murator. tom. 15. col. 374. *Paduani vero cum exercitu ſuo poſuerunt ſe longius cauſa aperiendi quamdam Roſtam poſitam in flumine Bachilionis, & rupta fieret fluminis, & iret uſque Paduam.* Ruſum occurrit ibid. col. 419. in Statutis Civitatis Mutinæ fol. 68. rub. 348. & alibi.

¶ ROSTER,

¶ ROSTER, Ρύκτος, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Gr. Lat. Ρύκτος, *Rostrum*. Et mox: Ρύκτος, *Rictus*, *Ru-strum*, *Roster*, ex variis codicibus MSS.

¶ ROSTIDUS, *Assus*, *Roti*. Vide in *Rostum*.

ROSTRA CALCEORUM, Acumina scilicet calceorum, quæ [ῥωθάνια Mauricio lib. 12. Strateg. pag. 203. ῥηίαι, Leoni in Tacticis cap. 6. §. 26. denique] Annæ Comnenæ πεδίλων προάλμαλα dicuntur: ita enim Scriptores vocant prominentes & ultra pedum longitudinem proficientes extremas calceorum partes, in acumen quoddam desinentes, ut ad eandem Annam pluribus observavimus. Adalbero Laudunensis in Carmine ad Robertum Regem:

Cæpit summa pedum cum tortis tendere Rostris.

Boëtius seu auctor de Disciplina Scholarium cap. 2. *Rostratis tabulatisque calceis ut Regina incedere, &c.* Ejusmodi autem Rostra sic describit Joannes Architrenius lib. 2. cap. 3.

.... *solea substringitur arcu*

Calceus obliquo, pedis instar factus, ut ipsos

Exprimat articulos, cujus deductior ante

Pinnula procedit, pauloque reflexior exit,

Et fugit in longum, tractumque inclinat acumen.

Calceorum de corduba Rostra tortitia, apud Guibertum lib. 1. de Vita sua. *Calcei ad aquilini Rostris speciem*, apud Petrum Damian. lib. 5. Ep. 16. *Rostra*, in Regula Templariorum cap. 29. *Sotulares rostrati vel cordellati*, in Synodo Nemausensi an. 1284. *Sotulares Rostrati* interduntur [Canonicis, in Statutis Benedicti Episc. Massil. ann. 1230. ex libro viridi Episcopatus ejusdem urbis,] Sacerdotibus, in Constit. Galonis Card. ann. 1208. cap. 3. in Concilio Parisiensi ann. 1212. part. 2. cap. 9. in Sarisberien. ann. 1217. c. 10. in Præceptis Synodalibus Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. an. 1245. in Constitutionibus Nicosiensibus cap. 8. in Synodo Bajocensi ann. 1300. cap. 33. 123. in Concilio Londinensi ann. 1342. cap. 1. &c. [*Nec ocreis Rostratis quis utatur*, in Statutis Monasterii S. Audoeni Rotomag. apud Marten. tom. 1. vet. Scriptorum part. 1. p. 300. edit. an. 1700.] Vide Gobelinum Personam ætate 6. cap. 49. & supra in v. *Poulainia*, & præterea Glossarium mediæ Græcitatæ in Ρωθάνια.

¶ ROSTRAKE, Quasi rostro quærere. Glossæ Lat. Græc. *Rostrat*, ῥιζητέϊ. Vulcanius corrigit *Rastrat*; sed nihil mutandum esse contendit Martinius, cui ῥιζητέϊ, idem est quod Appetere, & *Rostrare*, idem quod Rostro captare & appetere, vel quærere. Hanc opinionem firmant Glossæ Græc. Lat. ubi: ῥιζητέϊ, *Rostrat*, desiderat, requirit. Vox ducta est ab avibus, ut videtur, ac fortassis etiam à porcis, qui rostro quærunt escam. Apud Plinium lib. 18. cap. 19. legitur: *In collibus transverso tantum monte aratur, sed modo in inferiora, modo in superiora Rostrante vomere*, alias *Reptante*. Budæus *Rostrante* exponit *Rostrum* impingente: cui Harduinns addit: Vel *rostrato* forte vomere dixit, hoc est, simplici, non aurito, quo utuntur in planis, auctore Paladio lib. 1. cap. extremo.

¶ ROSTRATUM PRÆSIDIUM, Arx munitionibus rostratis, id est, acuminatis septum, apud Matthæum de Captiv. Pifarum, tom. 19. Muratorii col. 180. Vide *Rostracalceorum*.

¶ ROSTULUS, perperam pro *Rotulus*, Mensuræ species. Vide *Rotulus* 2.

ROSTUM, Assum. Boxhornius in Lexico Prisco-Britannico: *Rhost*, *assum*, *assatum*. Antiquam vocem Britannicam esse ostendit nomen Regis Ar-

morici, *Daniel Dremrost*, ab ustis oculis, vel usto vultu sic dicti. [Ordinatio Humberti II. super numero & ordine mensurarum, tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 311. col. 1. *Primum ferculum ... de ... quarta parte unius rotuli de carnibus porcinis recentibus in Rosto inter duos quoslibet cum salsamento prout supra*. Pluries occurrit ibidem p. 312. col. 1. & 2. Statuta Monasterii S. Claudii an. 1448. pag. 81. *Pittamirius (debet in carnispremio) unam peciam bovis & unam porci cum Rostis assuetis.*] *Rhostio*, *assare*, *torrere*. Le Roman de Vacce MS.

Ja li Rois, ce dit il, ne menjera de Rost.

Se Herout en sa terre, come fol ne l'eut lost.

Charta ann. 1148. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 704. *Pullos rostridos, & lumbulos cum panitio, atque porcellos plenos, &c.* [Haud satis scio qua notione vocem *Roste* usurpet le Roman de la guerre de Troyes MS.

Et la beste qui n'est pas sage,

Vient à la soille & à l'ombrage,

Ni let sa mort, ni son encombre,

Roste senpuis dort à l'ombre.]

ROSULATUS, Rosis distinctus. Vide *Rosatus*.

¶ ROSULENTUS, Rosaceus, roseus. Vita S. Gudwali, to. 1. Junii pag. 737. *Absentibus vero tanquam sertum Rosulentum ex odore suavitatis apparuit*. Epistola Ellingeri Monachi apud Mabillonium to. 4. Analect. pag. 358. inscribitur: *Comarco Froumondo mire Rosulenti splendoris in cunctis emerito, Ellingerus omnium hominum extimus, quicquid in Christo adoptari potest festivus*. Utuntur Prudentius in Passione S. Eulaliæ v. 199. & Martianus Capella lib. 1. pag. 19.

ROSUM, Ρέδον, in Gloss. Græc. Lat. pro *Rosa*. *Rosum unguentum*, pro *Roseum*, in l. 21. D. de Auro, argento, &c. in Cod. Florentino: *Sed & valetudinis, qualia sunt commagena, crina, Rosa, mura*.

1. ROTA, apud Græcos genus fuit tormenti, uti docemur ex Tullio lib. 5. Tuscul. & Apuleio lib. 3. & 10. Metamorph. Suidas ὄργανον βασανιστικόν καὶ διατείνον τὰ σώματα fuisse ait. Alibi, ξύλινόν τι ἐν ᾧ δευόμενοι οἱ οἰκέται ἐκολάζοντο. Sed aliud profus fuisse supplicium jure contendit Cujacius lib. 3. Observ. cap. 28. ab eo, quod Franciscus Rex in grassatores instituit, ubi fractis membris semianimes in altum elatis rotis supini imponuntur: cum in supplicio illo veterum, rei rotis alligati crudeliter torquerentur ac distenderetur: de quo quidem veterum supplicio egere alii, ac in primis Anton. Gallonius de SS. Martyrum cruciatibus cap. 2. Acta S. Julianæ Virginis & Mart. cap. 3. num. 14. *Tunc Præfectus jussit afferri Rotam ferream, & fgi in ea gladios acutos, & super ipsam Rotam imponi Virgineum, ut staret Rota in medio duarum columnarum, & quatuor milites de ista parte, & alios quatuor ex alia parte, & milites traherent Rotam, & Julianam haberent superpositam. Trahentes autem milites machinam tangebant, & nobile corpus virginis Christi membrum sindebat, & medulla de ossibus ejus exhibant, & tota Rota tingebatur de illa, &c.* Adde Vitam sancti Ephremi num. 10.

Non aliud tamen fuit ferme Rotæ supplicium ab hodierno, sub prima Regum nostrorum stirpe, atque adeo posterioribus sæculis, cum rei confractis ossibus morituri, vel post suspendium, vel capitis minutionem, rotæ ad spectaculum & ludibrium innecterentur. Gregorius Turonensis lib. 6. Historiæ cap. 35. & Aimoinus lib. 3. cap. 52. ubi de feminis maleficis: *Aliis enecat, alias incendio tradit, alias Rotis ossibus confractis innectit.* Dic-

marus lib. 4. pag. 48. *Miser captus est, fractisque cruribus Rote superpositus.* Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scanicarum cap. 11. *In Rota distento corpore suspendatur, vel lapidibus obruatur, &c.* Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ num. 95. *Post hac vero utrorumque corpora virorum (qui patibulo suspensi fuerant) Rota plaustrum superposita, in malo altissimo fixa, videnda universis transeuntibus propofuerunt, &c.* Idem num. 119. *Eodem die captus est, & in Rota malo superinfixa ligatus, disperditionem vitam perpeffus, omnium spectaculum fuit.* Adde num. 122. Philippus Galtherus lib. 8. Alexandreidos, de cæde ejusdem Caroli pag. 64.

*Hoc habitu quondam Burchardum Flandria vidit
Solventem meritas occiso Principe pœnas,
Quem Rota pœnalis pro tanto crimine torfit,
Totaque confregit Ludovico viudice membra.*

Vide præterea Galterum Tervanensem in Vita ejusdem Caroli cap. 39. & 42. & Sugerium in Ludovico VI. pag. 316. Cæsarius lib. 2. Mirac. cap. 6. de homicida: *Statim data super eum sententia, pœna Rotali adjudicatus est.* Adde lib. 10. cap. 37. lib. 11. cap. 54. 55. Willelmus Heda in Wilebrando Episcopo Trajectensi: *Cum socio ignominiose trucidatur, impositus Rota, stipite exaltatus, quod maxima apud Germanos judicatur infamie.* Continuator Nangii ann. 1326. *Prius enim in pilorio vertitur, & deinde ambae manus scinduntur, & in Rota eminente ligatus ponitur, pugnis abscissis ante eum ad circumferentiam Rota pendentibus, &c.* Ægidius de Roya ann. 1328. *Deinde tractus ad patibulum, fractis cruribus & membris decapitatus fuit, & positus super Rotam, atque suspensus cum eadem Rota ad novum patibulum miræ altitudinis cum suis consortibus.* Denique Continuator Chronici Carionis ann. 1535. *Rota supplicium hoc anno mense Januario primum in Gallia adversus latrones decernitur.* [Johannes du Tillet Episcop. Meldensis in Chronico: Anno 1535. *lex contra latrones lata, salutaris admodum omnibus peregrinantibus & iter facientibus, ut pedibus, brachiis, dorso spina & cervice fracta & conquassata, tamdiu sublimes in Rota vivant, quamdiu animam de cælo trahere poterunt.* Gesta Balduini de Luxemburgo Trevirensis Archiep. apud Baluzium tom. 1. Miscell. pag. 106. *Proprium occulta nationis fratrem, qui propriam uxorem interfecerat spe solemnioris... supplicio Rotali interimere permisit.*] Ejusce supplicii meminerunt præterea Albertus Stadenensis ann. 1192. Annales Colmar. 1. part. ann. 1293. 2. part. ann. 1293. Albertus Argent. pag. 114. 117. 155. 169. 178. Genealogia Regum Daniæ pag. 217. Godefridus Monachus S. Pantaleonis ann. 1226. Chronicon Leodientse apud Labbeum, & Levoldus Northovius eod. anno, Historia Archiepiscoporum Bremensium pag. 114. Magnum Chronicon Belgicum pag. 227. 286. Suffridus Petri in Episcopis Leod. cap. 10. 18. Æneas Silvius in Histor. Bohem. cap. 8. &c. Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 2. cap. 12. Hermannus de Lerbecke in Chronico Comitum Schawenburg. pag. 37. &c. Apud Suecos jure antiquo, feminas rotæ imponi, aut ad ramum arboris suspendi vetitum. Mas vero rotæ imponebatur, femina autem sub arena defodi debebat, ut observat Joann. Stiernhookus de jure Sueonum vetusto pag. 356. Vide Turnebum lib. 7. Advers. cap. 16. Hadrianum Junium lib. 3. Animadv. cap. 12. p. 145. [Frontonem Duceum ad S. Basilium p. 42. Menagium in Etymologiis Gallicis v. *Roue*.] &c.

ROTARE, Rotæ supplicio punire, Gallice *Roüer*.

Magnum Chronicon Belgicum an. 1213. *Per viccos & plateas ut canis vilissime tractus, tandem in rota eminentissima Rotatus est, &c.* Joannes de Beka in Joanne II. Episcopo Trajectensi: *Idem Gerardus inter acerba supplicia dire Rotatus est.* [Statuta Guidonis Episc. Traject. ann. 1310. in Batavia sacra p. 177. col. 1. *Item prohibemus sub pœna excommunicationis, ne aliqui, qui mortem sibi conspirarunt, seipfos laqueo suspendendo, vel qui suspensi, decollati vel Rotati, aut alias propter suum scelus interfecti sunt, in Ecclesiis vel cimiteriis sepeliantur, nisi de nostra seu Officiarii nostri licentia speciali.*] Anonymus in Chronico Slavico ann. 1369. *Qui apprehensus Rotatus est, & in quatuor partes divisus, & super rotas quatuor positus, secundum quatuor civitatis partes.* Adde an. 1387. Albertum Stadensem an. 1226. Ægidium de Roya ann. 1328. Ericum Upsalensem lib. 3. Hist. Suevicæ ann. 1189. lib. 4. pag. 119. &c.

INROTARE, Eadem notione. Lambertus Ardensis pag. 169. *Alios Inrotavit, alios imparticavit, alios caudis jumentorum protrahendos & discerpandos adhibuit.*

2. **ROTA**, Lychnuchus, in formam rotæ à fornice pendens in ædibus sacris, quem alii *Coronam* vocant. Adamnanus de Locis SS. lib. 1. cap. 6. *Cujus (Ecclesiæ) in superioribus grandis quadam area cum lampadibus Rota in funibus pendet.* Ita usurpat S. Bernardus lib. de Vita & moribus Clericorum c. 11.

3. **ROTA**, Pallii Ecclesiastici species, in formam rotæ efficti, vel pallium rotarum figuris distinctum. Anastasius in Leone III. PP. pag. 143. *Fecit vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de Tyrio cum historia Crucifixi. Nec non & Rotas de chrysoclavo ornatas in circuitu de quadrapulo.* Infra: *Fecit... & Rotam de chrysoclavo ornata in circuitu de Tyrio.* Le Roman de Garin MS.

Bues i offre un vert paille Roé.

Le Roman de Parise la Duchesse:

Li Dus Renart offert quatre pailles Roéz.

4. **ROTA**, in Monasteriis Sanctimonialium, turricula lignea versatilis, qua necessaria in Monasterium inducuntur, nostris, *Tour*. Regula Sororum Minorum Monasterii Humilitatis B. Mariæ Parisiensis diocesis ab Urbano IV. PP. exarata ann. 1263. *Sine Ministri licentia non habeatur nisi una Rota conveniens in Conventu, per quam necessaria sororibus concedantur, & auferantur etiam auferenda: hac siquidem taliter ordinetur, ut nihil possit ea mediante videri.* Visitatio Monasterii S. Francæ in diocesi Placentina an. 1338. apud Petrum Mariam Campum: *Fiat etiam ibi in dicto muro una Rota lignea volubiliter ad porrigendum paramenta, libros, & alia, &c.*

5. **ROTA**, Instrumentum Musicum. Vide *Rotta*.

6. **ROTA**, Hariulfus lib. 3. Chronici Centulensis cap. 8. *de libris Isidori: Etymologias, Rotarum, proœmiorum, & Rotarum & officiorum: Item proœmiorum, item Rotarum, &c.* Ubi editur ad marginem, id est *Cantium seu Hymnorum.*

7. **ROTA**, pro Mensura Italica. Charta Gregorii IX. PP. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacrae pag. 60. *Casci Rotarum ducentarum sexaginta sex, leguminum modiorum 80. risi modiorum 19. olei Rotarum 95. zuccari Rotarum 38. &c. Rota cere.* [pro Massa circulari, nostris *Pain de cire*, ni fallor,] in Charta an. 1300. apud eundem tom. 4. pag. 960.

8. **ROTA**, **ROTTA**, Turba, manipulus, globus hominum, Germanis etiam *numm*, ut & alias *Gallis Rotte*. Statuta Equitum Teutonic. art. 86. apud Raimundum Duellium tom. 2. Miscell. pag. 62. *Audito clamore præconis ascendunt equos in hospitio...*

statimque pracedet frater spatium in Rota, faciet servos suos pracedere, vel acie acceptus accepta Rota faciet servos suos pracedere, ut arma sua custodire valeat, & locum quo cœperit in Rota servare ... Quando frater exit de hospitio, si viderit locum sibi cum suis servis sufficientem in Rota vacuum & apertum potest intrare. Vossius lib. 2. de Vitiis serm. cap. 17. bis habet Rotta hac notione ex Willelmo Brittone, pro quo Cangiugius legit Rupta. Vide in Rumpere.

ROTA ADIPIS, in Tabulario S. Theofredi Velavenfis.

ROTA AURI. Vincentius Belvac. lib. 31. c. 143. Argentaria de Levena quotidie valet, ut dicitur, tres Rotas argenti depurati, quæ valent tria millia Soldanos, solutis operariis.

¶ ROTA BIBLIOTHECÆ, f. Pluteus; in Bibliothecis enim nonnunquam habentur plutei versatiles, quos Rotas, haud ita inepte, vocare poterunt. Statuta Monasterii S. Claudii an. 1448. pag. 52. Statuimus & ordinamus, quod pro conservatione presatorum librorum fiant & construantur in presata libraria de emolumentis officii sacristia predicta, ut supra pro reparationibus unitis seu uniti, banci, Rota & scamna, & inde cum catenis eisdem affigantur.

¶ ROTA JUDÆORUM, Circulus, quem in vestibus ut à Christianis secerni possent, deferre cogebantur. Statuta Ecclesiæ Ruthenensis apud Marten. tom. 4. Anecdor. col. 769. art. 15. De Judæis statuimus, ut in civitatibus & castris & aliis locis insignibus, & non in aliis, habitare permittantur, & ut omni tempore in medio pectoris Rotam portent, ut propter hoc à populo Christiano discernantur. Adde Statuta Ecclesiæ Nemaufensis ibidem col. 1064. art. 14. Vide supra Judai.

¶ ROTA IN NAVIBUS. Vide Roda 2.

¶ ROTA PISCIIUM, Multitudo, ni fallor, à Germanico Rotte, Turba. Charta ann. 1087. apud Baluzium Hist. Tutel. col. 428. Si quando autem Rota piscium ingressa fuerit, ex ipsis quoque habebunt partem suam. Vide Rota 8.

ROTA PORPHYRETICA, Camera Romæ; cujus pavementum ex marmore Porphyretico Rota figuram efformabat: unde Camera ipsa nude Rota dicta est, ut apud Normannos Scacarium, quod Camera, in qua judicia exercebantur, Scacarii instar, marmoreis tabellis distingueretur. Petrus Diac. lib. 4. Chronici Casin. cap. 37. de Henrico Imperatore: Cum in Rotam Porphyreticam venisset, positus utrisque sedibus, consedere. Neque, opinor, alia est ab ea, quam Rotam Romanam dicimus, ubi agitantur publica judicia, quorum Decisiones circumferuntur: [quam sic dictam volunt quidam, quod ibi Auditores, ut vocantur, Rota alternatim sedent judicentve; aut quod apud ipsos versentur præcipua totius orbis Christiani negotia. Curiam hanc instituit Johannes XXII. Papa.] Scribit Goldastus lib. 2. Alamannicor. pag. 5. Raath Germanis Rotam, & Cameram significare, hincque Rotwilam, oppidum Helvetiorum appellatum, quod in eo esset Camera judiciorum Imperialium, quæ postea Spiram translata est: eademque ratione Rotam Romanam dictam. [Curia Rota sacri palatii apostolici Avenionensis memoratur in Statutis ejusdem urbis lib. 2. rubrica 2. art. 1. in qua teneatur deinceps curia, saltem semel in hebdomada die Mercurii. Aliquot aliæ sunt civitates in Italia, in quibus etiam Rotæ celebrantur, ut Genuæ, &c.]

ROTA CUM TINTINNABULIS, Quæ in ædibus sacris appendi ad parietem versus latus altaris, & volvi solet ad elevationem hostiæ. Monasticum

Tom. V.

Anglic. to. 1. pag. 104. Præterea fecit vir venerabilis Athelwoldus quandam Rotam tintinnabulis plenam, quam auream nuncupavit, propter laminas ipsius deauratas, quam in festivis diebus ad majoris excitationem devotionis reducendo volvi constituit. Huc spectat, quod habetur in Concilio Nicosiensi ann. 1340. cap. 4. Item statuimus & ordinamus ac etiam mandamus omnibus Episcopis Græcis, & aliis Presulibus quarumlibet nationum, & Sacerdotibus earundem, quod debeant ordinare quoddam signum quo possit omnibus audientibus divinum officium notum esse, illa hora, qua perfecerint Corpus Christi, quando celebrant in altari: ita quod illo tempore Corporis Christi exhibeatur reverentia tam debita, quam devota. Adde Statuta Willelmi Episcopi Parisiensis c. 15. & Synodum Wigorniensis ann. 1240. cap. 9.

¶ ROTARUM TRITURA, DATIUM, TELONEUM. Vide Rotaticum.

¶ ROTABILIS, Versatilis. Agiliter Rotabilis, apud Ammianum Marcellinum lib. 23. cap. 4. Vide in Rotaticum.

¶ 1. ROTABULUM, Ornatus altaris toreuticus, quo tabella sacra solet includi, Gallis Retable; unde vereretur, ne legendum esset Retabulum, nisi etiam dici potuisset Rotabulum, quod hujusmodi ornatus nonnunquam rotundus fit. Ritus Ecclesiæ Toletanæ ex Missali Mozarabum de Sabbato sancto, apud Marten. de antiqua Ecclesiæ Disciplina in Divinis Off. pag. 463. Et cum pervenerint ad altare majus, Sacerdos faciat confessionem, ut moris est, & facta confessione Sacerdos solemniter dicat hymnum Gloria in excelsis Deo, & statim... discooperiantur altaria frontalibus nigris, & Rotabula aurea, & omnia appareant solemniter, &c. Vide Retaule & Rotalle.

¶ 2. ROTABULUM, Johanni de Janua, Furca vel illud lignum cum quo ignis movetur in fornace causa coquendi; & dicitur sic, quia rotat & proruit ignem furni gratia coquendi, vel stercora purgandi. Glossæ Lat. Gall. Sangerman. MSS. Rotabulum, Roables, c'est instrument a traire bresse hors du four. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. Rotabulum, ἰσχυράδης.

¶ ROTABUNDUS, Qui versatur instar rotæ Guibertus lib. 1. de Gestis Fr. cap. 2. Qui ergo doceri de eorum (Græcorum) fæda mobilitate desiderat, Rotabundos in regnis alternantesque Antiochos Demetriosque recenseat. Non male Barthius in Glossario apud Ludewig. to. 3. pag. 412. Rotabundos reddit Quadam velut vertigine percitos.

¶ ROTAGIUM. Vide mox in Rotaticum.

¶ ROTALE SUPPLICIUM, ROTALIS POENA. Vide Rota 1.

¶ ROTALIS, Qui spectat vel habet rotas. Rotale carpentum, apud Julium Capitolinum in Macrino c. 12.

¶ ROTALIS CURSIVA, GLOBATA, MEDIA, MINOR, Totidem scripturæ species. Vide Scriptura.

¶ ROTALLE, Ornatus altaris toreuticus, idem quod supra Rotabulum 1. Gall. Retable. Testamentum ann. 1415. apud Rymerum to. 9. pag. 774. col. 2. Item, lego Abbatia de Louthpart 11. capas de rubea veste de auro, cum armis meis antiquis & capussis eorum, & Rotalle, quæ voluerat (f. voluerit) eligere ad valorem vi. l. & non plus, & unam capam albam inbroudaturam cum stellis de auro, & xl. s. pro remembrance. Vide Retaule.

¶ 1. ROTARE, Rota punire. Vide Rota 1.

¶ 2. ROTARE, Effutire celeri & incurioso sermone, Gaspari Barthio in Glossario, ex Roberti Monachi Historia Palæstina, apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 120. Mamertus Claudianus in Epistola ad Sapaudum Rhetorem apud Baluzium to. 6.

Cccccij

Miscell. pag. 538. *Nullum lectitandis his tempus insumas, quasdam resonantium fermunculorum taureas Rotant, & oratoriam fortitudinem plaudentibus concinentiis evirant.*

ROTARE LORICAM. Monasticum Anglicanum tom. 2. pag. 384. *Et terram, quæ fuit Martini Permentarii de Fleta, quæ continet... pro servitio Rotandi unam loriam semel in anno pro toto feodo, quando dominus ipsius feodi super ipsum feodum miserit.*

ROTARICIA. Tabularium Capellæ in Bicurigibus: *In qua pagina sunt mansiones, concisa veterina & Rotaricias, & refusum est ad tabula prima de pagina illa, &c. Infra: Per loca, ubi decusæ positas sunt usque ad Rotaricias, &c.*

¶ ROTARII. Vide Ruptarii in Rumpere.

ROTATA AQUÆ. Tabularium S. Aniani Aurelian. *Recognoscens me injuste tenuisse injustam Rotatam aquæ in aqua S. Aniani ad Arenas, juxta clausum Regis, ipsam dimidiam Rotatam do & S. Aniano & Canonicois, &c.* [Ubi Rotata aquæ non aliud videtur quam certum aquæ fluentis spatium. Etiamnum de fluviis Rouler dicimus, à Rotare, Fluere.]

ROTATICUM, RODATICUM, ROTAGIUM, ROAGIUM, &c. Vectigal, seu tributum, quod pro damno, quod in viis publicis, quas Rotabiles vocat vetus Inscriptio 149. 1. currus facere solent, exsolvitur domino prædii: *Angaria pro Rotarum triura*, in lege 21. Cod. Theodosiani de Cursu publico: *Teloneum Rotarum*, in Charta Roberti Regis Franc. pro Monasterio Argentoliensi apud Duchesium in Notis ad Abælardum pag. 1151. *Datum Rotarum*, in Statutis Mediolanensibus 2. parte cap. 478. Gallis *Roage*, vel *Rouage*. Vide San-Julianum in Cabilone p. 419. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum pag. 656. [& apud Miræum tom. 1. pag. 241. col. 2.] *Portaticos, rivaticos, Rotaticos, vultaticos, &c.* Vide eundem pag. 709. 732. 778. Charta Chlodovei III. Regis pro Monasterio S. Dionysii: *Uicumque telleneus, portaticus, Rotaticus, vel reliquas reddebutionis à iudicibus publicis exigebantur.* [Felibianus Histor. Sandionys. pag. xii. legit *Rotatecus.*] Charta Caroli M. apud Aimoini Continuatore lib. 5. cap. 1. *Nec Rotatico, nec portatico, nec pulveratico, &c.* Charta Caroli Calvi in Tabulario Dervenensis Monasterii: *Rotaticum totum ad integrum, quod à transeuntibus exigitur, &c.* Vide [Præceptum Pippini Regis apud Marten. tom. 1. Collect. Amplif. col. 30. aliud Præceptum Ludovici Imperat. eod. tom. col. 62. Privilegium ejusdem Imper. ibid. col. 66. Præceptum Carolomanni Regis Franc. an. circiter 880. in Appendice Marcæ Hispan. col. 812.] Chartas alias apud San-Julianum in Trenorchio p. 510. Hemereum de Academia Parisiensi pag. 25. 33. & in Augusta Viromand. pag. 258. *Rotatica vini*, apud eundem Hemereum ibidem pag. 132.

RODATICUM, Rodage, in Consuetudine Aquensi tit. 12. art. 5. 6. & S. Severi tit. 10. art. 5. 6. Indiculus Regalis: *Nec nullas venditas, nec Rodaticum, nec foraticum, nec pontaticum... exactare presumatis.* Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 219. *Ut nullus homo presumat tholoneum per vias, nec per villas Rodaticum vel pulveraticum recipere.* Adde Capitulare 5. an. 803. c. 22. & Chartam ejusdem Caroli apud Doubletum p. 708. [ubi habetur *Rodaticum*. Appendix Marculfi formula 45. *Nullus quislibet... nulla telonea, nec ulla venditas, nec Rodaticus, nec foraticus, nec pontaticus... exactare presumatis.* Occurrit ibi passim.]

ROTAGIUM. [Charta Roberti Franc. Regis ann.

1010. apud Doubletum pag. 829. *In Argentolio mercatum & tholoneum, Rotagium & tensamentum vini.*] Tabularium Vindocinense ann. 1080. Ch. 206. *Dimisit, & quietam perpetualiter clamavit Domino Deo & Monasterio Vindocini consuetudinem quamdam, quæ vulgo Rotagium appellatur, quam exigebat ab hominibus S. Trinitatis, non quidem recte, sed sicut mos est secularibus facere... accipiebat autem ab omnibus prædicti loci hominibus, quæqua versum in terra sua exirent, pro aliquo conductu fœni, aut alterius rei, carris sive quadrigis cum bubus faciendo. Capiebat vero de carro 4. den. de quadriga 2. den. &c.* [Rotagium liberum, in Tabulario Absiensi fol. 187.] Tabularium Prioratus S. Nicasii Mellentensis fol. 36. *Afferebat etiam Prior S. Nigassii se debere habere & percipere de quolibet dolio vini venditi in manerio & hostiis prædictis duos denarios ratione Rothagii in prædicta compositione, seu ordinatione.* Vetus Notitia in Historia Monasterii S. Nicolai Andegavensis: *Ut vini nostri in nostro cellarario venditi partem suam Rotagii & venditionis tribueret deposcimus.* Charta an. 1218. *Petunt etiam quod cessent à Rotagio, quod de novo levavi super calicam ante domos hospitiu suorum.* [Litteræ Roberti Abbatis S. Columbæ an. 1231. è Tabulario Sangermanensi: *Habebamus præterea in dicta villa hospites & Rotagium, videlicet duos denarios pro unaquaque quadrigata vini.* Passim occurrit.] Vide Doubletum p. 827. & Buzelinum in Gallo-Flandria p. 386. ¶ ROTOAGIUM. Tabularium Calense pag. 111. ad ann. 1247. *Libertates autem domorum & sex arpentorum de cetero non habebunt, salvo eisdem Clericis Rotoagio & minagio.*

ROAGIUM. Charta Guillelmi Episcopi Laudunensis in Probat. Hist. Guinensis pag. 378. *Item medietatem Roagii de Mailli & de Noviant.* Charta Philippi Aug. an. 1185, apud Morinum lib. 5. Histor. Vastin. *Absque Roagio, & messione servientium, & carreto.* Charta anni 1147. apud Loifellum in Bellovaco pag. 274. *Quiconque chose est coustume estre pris des marcheans en tonnelieu, en forage, Roage, & en travers.* Tabularium Maurigniacense Charta 26. *Insuper & Roagium ejusdem villa eis concessimus, retenta nobis & successoribus nostris ejusdem Roagii justitia, &c.* [Chartularium Compendiense: *Dedimus etiam atque concessimus prædicto Petro clerico nostro jus integrum, quod habebamus in dicta domo, videlicet Roagia, foragia, vintragia, salvo & Retentis nobis & Ecclesiæ nostræ omnibus justitiis altis & bassis.* Charta Mathildis Comitissæ Nivern. an. 1244. inter Instrum. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 102. *Dedimus... eis in Roagio ejusdem villa quinquaginta bichetos frumenti annui redditus.* Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiod. ann. circiter 1290. *Roagium & plaintagium sunt Comitum, Episcopi & Vicecomitum: & in hoc Roagio & plaintagio, Comes unum denarium, Episcopus unum denarium & Vicecomes unum obolum. Clerici, Milites, Religiosi non debent Roagium, plaintagium nec minagium, nisi modiant; si vero modiant debent de modio 1. obolum.* Roagium & minagium (Appoigniaci) circa 1111^{xx}. lib. ibidem. Adde Chartam Philippi Audacis Regis Franc. an. 1273. apud Lobinellum tom. 3. Histor. Paris. pag. 27. col. 1. Chartam Ludovici Franc. Regis an. 1255. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1353. &c.] Porro *droit de Rouage* vocant nostri, tributum, quod exsolvitur pro vino, quod curru transvehitur. [Charta Philippi Aug. Francorum Regis an. 1202. è Chartulario Latiniacensi: *Afferebant, quod ipsi habebant omne pressoragium de vineis terra B. Petri de Latigniaco, quæ est apud Vannas, & Roagium illius*

terra ad censum duorum modiorum vini & unius denarii annuatim. Recensio reddituum Petrar-fontis an. 1300. è Bibl. Regia: *Item à Jausi vientrages de vins, & Rouage de vins dou mui 1. den.* Tabularium Calense pag. 171. *Li Sire de Pomponc a teles costumes en sa terre de Chiele ... d'un tonneau de vin du sust & vin 11. den. & ob. de Rouage ... s'il vent vin en la cave, il en doit son Rouage.*] Vide Raguellum.

¶ **ROATICUM**, Idem quod *Roagium*. Privilegium Hugonis Comitis de Roceo pro S. Remigio Remensi è Chartulario ejusdem Monasterii: *Minus pretium Roatici ab ipsis quam à laicis guinatores accipiant.* Privilegium Bartholomæi Laudun. Episc. de eadem re: *Sicque guiniores Roagium minoris pretii ab ipsis quam à laicis accipiant.*

ROUAGIUM, in Charta Henrici II. Reg. Angl. In ... *allagio, Rouagio, & feria, & foro.* Computus Domani Comitatus Bononiensis an. 1402. *Recepte des Rouages, c'est assavoir de chars ou charettes qui à loier menent desfrées, doivent chascun char 4. den. par.* Ita *Rouage* occurrit in Consuetud. Meduntensi art. 196. Silvanectensi art. 5. &c.

RUAGIUM. Charta Willelmi Domini de Clarques Militis an. 1260. in Tabulario S. Bertini: *Contuli & concessi libere predictæ Ecclesiæ quoddam Ruagium, quod habebam ... in villa & dominio predictæ Ecclesiæ apud Arkes, & quidquid juris habebam & habere poteram in dicto Ruagio, &c.*

¶ Occurrit eadem vox in Charta Lugdunensis Ecclesiæ ann. 1243. qua Stephanus de Villars oppignerat Decano & Capitulo ejusdem Ecclesiæ pro sexcentis libris Vienn. quicquid tenebat vel possidebat, vel alius ejus nomine in parochiis Reiniaci, Perciaci & de Gesnay & in nemoribus de Albæ vacca & de Laya, cum universis dependentiis dictarum parochiarum, exceptis *lampredis & Ruagio*: quo in loco D. *Aubret*, quem honoris causa nomino, suspicatur *Rouagium* hic esse venationem ferarum in prædictis nemoribus, sicque dici à Gallico *Rut*: quod de feris dici solet, ac præsertim de cervis cervam expetentibus æstu venereo. Addit tamen Cl. Vir laudatus, *Ruagium* hic intelligi posse eo quo Cangius exponit modo loco superiori.

¶ **ROTATILIS**, Versatilis in modum rotæ. Sidonius lib. 2. Epist. 9. *Inter Rotatiles catastropharum gyros.* Prudentius in Præfatione Peristeph. v. 8. *Sacramus & Rotatiles trosheos.*

¶ 1. **ROTATUS**, Rotæ supplicio punitus, Gallice *Roué*. Vide *Rotare* in *Rota* 1.

¶ 2. **ROTATUS**, Rotundus, vel Rotundatus. In modum clipei *Rotatum*, in Vita S. Wenwaloei MS.

¶ 3. **ROTATUS**, Circumvolutio, circumactio. Aufonius in Mosella v. 362.

Præcipiti torquens ceralia saxa Rotatu.

Rapido cæli Rotatu, Claudiano de Consulatu Mallii v. 77. Gesta Abbatum Mediani Monasterii apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1123. *Qui cum aliquandiu invitus ante aram sanctorum teneretur, repente corruens, Rotatu horrifico per pavementum agitur; sed hic Rotatus, &c.* Utuntur alii. *Rotatus lingua*, Eloquentia fluida, S. Hieronymo Epist. 61. ad Pammachium. *Rotatus temporis*, in quadam Epistola sub nomine S. Augustini apud Mabillonium in Appendice ad Liturgiam Gallic. pag. 459. *Vita longo acta Rotatu*, S. Orientio lib. 2. Commonitorii apud Marten. in Collectione vett. Scriptorum part. 1. pag. 2. edit. 1700.

¶ 4. **ROTATUS**, Figuris rotularum ornatus, distinctus, ubi de pannis sermo est. Anastasius in Leone III. Papa: *Item velum alythino Rotatu habens*

periclysin Rotas cum cancellis, & in medio crucem cum gemmis, & quatuor Rotas de Tyrio filoparès. Charta an. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275.

Quatuor sindones de seta, quarum una est ... de catablattio, alia de Baldeluno, (l. baldekino) reliquæ vero Rotata. *Rotatus drapus* memoratur in Computo an. 1239. in MS. Regio; *Rotatum pallium*, in Gestis Gaufredi Lodun. Episc. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 390. Vide *Rota* 2.

¶ 1. **ROTELLA**, *Parva Rota*, Johanni de Janua; *Roelle, petieroe*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. *Rotula*, Plinio & aliis. Papias ad vocem *Orbis*: *Brevis Rotella Orbiculus appellatur.* Glossæ Lat. Gr. *Rotella*, τροχίονος. Aliæ Græc. Lat. τροχίονος, *Pastillus, Pastillum, Rotella.*

¶ 2. **ROTELLA**, Species clypei, Gall. *Rondache*, Ital. *Rotella*. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 165. * *Ipsi vero demones habebant in manibus quasi unam Rotellam ferream & ignitam, totam plenam clavibus longissimis & acutissimis & ignitis, & cum illis Rotellis illas animas mittebant in capite serpentis, &c.*

¶ 3. **ROTELLA**, Idem quod infra *Rotulus*, Gall. *Rouleau*. Vide *Rotulus*.

¶ **ROTES**, Rotæ. Chronicon Briocense ad annum 1386. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 850. *Obsedit bastillam de B. ... nondum completam nec inceptam nisi de quadrigarum Rotibus, &c.*

¶ **ROTHAGIUM**. Vide *Rotagium* in *Rotaticum*.

¶ **ROTHARII**. Vide *Ruptarii* in *Rumpere*.

¶ **ROTHERIUM**, f. Craticula, à Belgico *Rooster*; Gall. *Gril*. Index utensilium de Ruminiano è Chartulario S. Cornelii Compendiensis: *Una calderia & unum Rotherium, due forche à siens & una securis.*

¶ **ROTHMAGISTER**, Præfectus turmæ, à Germanico *Rott*, Turma, modo decem, modo centum, modo mille militum. Miracula B. Kingæ Virginis, tom. 5. Julii pag. 770. *Nobili Andrea Stano succamerario Sanocensi & S. R. Majestatis Rothmagistro in certa indispositione stomachi datum fuit medicamentum errore, quod pro altero ... paratum fuit, &c.* Quoniam hic sermo est de adolescente magni nominis parentibus orto, *Rothmagistrum* Chiliarchum interpretandum putant Editores, seu Tribunalum militibus mille præfectum, quem vulgo *Colonellum* vocitamus.

ROTHORIUM, Locus in fluvio, ubi aquâ diluitur, maceratur, & subigitur cannabis, Gallis *Rouissoir, Robiare*, Macerare, *Rouir*; *Robagium*, Ipsa maceratio, *Rouissement*. Aresta Ascensionis an. 1260. in 1. Regesto Parlamenti fol. 18. verso: *Inquesta facta super eo, quod ... requirebat justitiam de quodam Rothorio sito subtus Larderias. Dicebat etiam quod quando gentes veniunt ad illum locum causa portandi cannabum suum Robiandum, ipse habet Robagium, &c.* [*Robagium*, potius tributum est pro maceratione solvendum, quam ipsa maceratio.] Vetus Consuetudo Normannica MS. 1. part. sect. 1. cap. 17. *L'on ne doit pas faire Rotheurs ne chanvres Roir en eues courantes, par quoy en soient souventesfois corrompues, si que les poissons en meurent, &c.* [Quæ sic exprimentur in Codice earumdem Legum Latino cap. 7. apud Ludewig. tom. 7. pag. 158. *Rotoria autem in aquis defluentibus fieri non possunt, cum illis aquæ frequentius corrumpantur, &c.*]

¶ Aquam cannabe corrumpi testatur Plinius Hist. lib. 20. cap. 23. idque docet experientia: quam obrem Fredericus Imp. Edicto, ex quo compositus est titulus 35. libri 3. Constitutionum Siciliae, ait: *Salubritatem aeris divino judicio reservatam, studio provisionis nostræ, in quantum possumus, disponimus*

conservare mandantes, ut nulli amodo liceat in aquis cuiuslibet civitatis vel castri vicinis, quantum milliare ad minus protenditur, linum vel cannabum ad maturandum ponere, ne ex eo, prout pro certo didicimus, aeris dispositio corrumpatur: quod si fecerit, linum ipsum immisum & cannabum amittat.

ROTHUS, **РНОТУМ**, Novale. Charta Germanica an. 799. apud Henschenium in Commentario prævio ad Vitam S. Ludgeri Episcopi Mimigardevorensis §. 4. *Ego Folchrat aliquantulam terram hereditatis . . . à Thegaubaldo ingenno & nobili homine comparavi in villa, quæ nuncupatur . . . id est Rothum illum, quod dicitur Widuberg. Hoc Rothum à supradicto nobili Franco Thegaubaldo ego Folchrat comparavi, & aliquantos annos possedi, & in eò laboravi quod potui. Nunc autem eundem Rothum in terra aratoria, quidquid in eo unquam aratum fuit, dedi Luidgero Presbytero, &c.*

RODUM, Eadem, ni fallor, notione, in alia Charta Germanica ann. 801. ibidem §. 4. *Ego Betto tradidi particulam hereditatis meæ . . . in pago Nivabeim, in villa quæ dicitur . . . id est curtile cum adjacentiis suis, uno Rodo, & modico prato, & uno journali in terra arabili, &c.*

¶ 1. **ROZIA**, Idem, ut videtur, quod *Rosia*. Chronicon Farfense apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 457. *Item in territorio Sabinensi casale Terவில்يانum cum ipsa Rotia.*

¶ 2. **ROZIA**, Alia notione. Statuta Dataria Ripariæ fol. 4. cap. 12. *De qualibet soma luminis fecie solidi duo. De qualibet soma luminis Rotiæ pensum viginti, solidi quinque.* Haud scio an *Lumen rotia* sit *Alumen rupeum*, Gall. *Alun de Roche*. *Alumen, lume* vocant Itali, & rupem *rocca*, pro quo *rotia* facile dici aut scribi potuerit.

¶ **ROTIUM**. Statuta Placentiæ fol. 65. verso: *Pro laborerio unius paris boum unam porcham à Rotio cum omnibus porzellis ex ea natis intra annum.*

¶ **ROTLIFER**, **ROTLIGER**. Vide in *Rotulus*.

ROTLIN, Piscis species in Actis foundationis Murenensis Monasterii pag. 50.

¶ **ROTOAGIUM**. Vide supra *Rotaticum*.

ROTOGERII, Idem, qui *Ruptarii*, nostris *Roturiers*, Ignobiles. Otto Morena in Historia Rerum Laudensium pag. 42. *Et una cum Rotogeriis, aliisque villanis, qui in ipso castro morabantur.* Vide *Ruptarii* in *Rumpere*.

¶ **ROTOR**, Vox ignota. Vide *Crebare*.

¶ **ROTORIUM**. Vide supra *Rothorium*.

ROTTA, Turba, manus seu globus hominum. Vide *Rota* 8. & *Ruta* in *Rumpere*.

ROTTARII, Scriptores, Librarii. Ita Mamotrectus ad Epistolam Hieronymi in Proverbia. Sed videtur leg. *Rotularii*, vel *Rollarii*. Vide *Rotulus*.

¶ **ROTULA PANIS**, Idem quod *Oblata*, Panis ad sacrificium, de quo dictum est in *Oblata* lin. *Oblata* super pectus defunctorum positæ. Laurentius in Amalthea: *Rotula panis, Oblationes, oblata*, ex Codice Legum Antiq. Alia notione mox occurrit in *Rotulus* 1. & 2.

¶ **ROTULANA CURVALICA**, Scripturæ genus. Vide *Scriptura*.

¶ **ROTULARE**, Circuire, gyrare. Joannes Sariber. lib. 8. Polycratici cap. 12. *In orbem Rotulari quam incedere magis idoneus est.* Alia notione mox occurrit in *Rotulus*.

¶ **ROTULARIS**, **ROTULIGER**. Vide *Rotulus*.

1. **ROTULUS**, **ROTULA**, Scheda, charta in speciem *rotula*, seu *rota* convoluta, unde nomen. Fortunatus lib. 7. Poëm. 18.

An tibi charta parum peregrina merce Rotatur, nili quis malit Salmasii sententiam amplecti, qui à voce Latina *Rutilus*, *Rotulum* dictum censet: est autem *Rutilus*, baculum rotundum, quo cumulus mensuræ demitur & exæquatur: *Rotulus* enim, seu Charta convoluta baculi speciem refert. Veteres *volumen*, recentiores Græci *ειλητάριον* appellarunt, nostri *Roolle*, & *Rolle*, Germani *Rodel*. Ejusmodi porro chartarum volumina inter Magistratum insignia in utriusque Imperii Notitia conspiciuntur, ut inde liceat conjicere, horum usum ea tempestate obtinuisse, hoc est, circa tempora Theodosii junioris, in quæ Acta judiciaria referebant, licet etiam codicibus, qui & hic effinguntur, uterentur. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. num. 11. ait, Prophetas & Apostolos depingi solere cum *Rotulis* vel *libris*. Ita Baldricus Burgulienensis Abbas *Rotulum* pro libro dixit tom. 4. Historiæ Francorum:

*In Rotulo multi cum sollicitudine quadam
Dicendi seriem semper metantur ab Adam.*

Et Poëta Gallicus MS. *Le Roman de Gaydon*:

*Et ceint l'espée, se li Rosles n'i ment,
Qu'ot Alixandres, quant conquest Orient.*

Vocem etiam pro *Epistola* usurpat idem Baldricus

Venit ad extremum Rotulus de Prasule magno.

Apud eundem, *Rotularis Epistola, Rotularis pagina*, pro *Brevi mortuorum*, non semel occurrit. Alibi:

Sic Rotulus semper in rtem cujuslibet effert.

Habetur vox *Rotulus* passim; apud Zachariam PP. in Epist. 13. ad Bonifacium Moguntinum sub finem, Ordericum Vitalem lib. 3. & 11. p. 495. 832. in Monastico Anglic. tom. 2. p. 802. &c.

¶ Observat Mabillonius lib. 1. de Re Diplom. cap. 9. num. 1. præter *Rotulos* defunctorum, de quibus mox dicetur, alios fuisse *Rotulos* censuum, servorumque cœnobialium: ex quibus unum vidisse se dicit Corbeiensis, qui pluribus ulnis constat. Alios item *Rotulos* chartarios, literas & instrumenta cujusvis Ecclesiæ continentes, quales, inquit, vidimus Albiensis Ecclesiæ penes Abbatem de Campis descriptos ab annis ferme sexcentis.

¶ **ROTULUS**, Ordo, series in *Rotulo* seu albo descripta, juxta quam unus post alterum quoddam munus obire debet. Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 78. de officio Juratorum: *Præterea illi, qui ex ordine & Rotulo officium Jurati obtigerit, per seipos dictum officium exercere teneantur, non autem per interpositam personam, &c.* Nos dicimus à *tour de rôle*, ut uniuscujusque nomen exit.

¶ **ROTULI MAGNÆ CANCELLARIÆ** dicuntur Anglis, Tabulæ publicæ, è quibus acta & decreta magnæ Cancellariæ recitantur.

¶ **ROTULUS CURIÆ**, Regestum Curia Domini superioris, in quibus descripta erant nomina, debita & servitia vassallorum. Antiquitates Ambrosden. Kennetti ad ann. 1325. pag. 396. *Matildis le Taillur tenet post Rotulum curia unum messuagium cum curtillagio ad terminum vita, & reddit inde per annum ad quatuor terminos predictos 1v. s. & sextam curia.*

¶ **ROTULUS PLACITORUM**, Regestum curia seu jurisdictionis, in quo referebantur lites, judicia & decreta illius curia. Eadem Antiq. ad an. 1292. pag. 321. *Dicti homines præmissas conventiones in Rotulis placitorum domini Regis de anno supradicto ad majorem securitatem inrotulari procurarunt.*

ROTULUS WINTONIÆ, Liber *Domesdei*, de quo suo loco, Angliæ descriptionem, quæ ab Alvredo Rege facta est, continens, sic dictus, quod Win-

toniæ inter cætera regni scripta & monumenta aservaretur. Wintoniæ autem existisse archivum regium ianuit Giraldus Cambr. lib. 2. cap. 6. Ingulfus, de *Domesdei*: *Iste Rotulus vocatus est Rotulus Wintoniæ, & ab Anglis pro sua generalitate omnia tenementa totius terræ integre continente, Domesdei cognominatur. Sed & Ingulfus eundem Domesdei, qui duobus grandibus constat voluminibus, Rotulum pariter vocat.*

¶ ROTULI JUDÆORUM, Libri Legis Mosaicæ & Talmudium, seu explicationes ejusdem legis juxta traditiones Hebræorum. Privilegia Judæis concessa per Johannem Franc. Regem ann. 1360. apud D. *Secousse* tom. 3. *Ordinat. Reg.* pag. 480. num. 27. *Item, eisdem (Judæis) concedimus, quod volumini (volumina) Rotuli vel libri dictorum Judæorum per quemcumque Officiarium seu alium Christianum nullatenus capiantur. Versio Gallica præfert ibidem: Item, en outre leur vötroys que leurs livres ou Ro.les ne puissent être pris ou empeschiez par aucun de noz officiers ou par quelconques personnes, pour quelconque cause que ce soit.* Etiamnum Judæi in Synagogis suis legem Mosaicam legunt in Rotulo descriptam, non in libro paginis distincto. Vide *Talmud & Judæi*, lin. His addam, &c.

¶ PER ROTULUM SEU CEDULAM VOCARE, in Præcepto Philippi VI. Franc. Regis an. 1344. apud *de Lauriere* tom. 2. *Ordinat. Reg.* p. 212. Idem quod aiunt in Parlamento *Appeller en tour de Rolle*, seu juxta ordinem causarum disceptandarum in codice descriptum.

¶ REUL & REU, pro Gallico *Rolle*, ut recte conjectat D. *Secousse* tom. 4. *Ordinat. Reg.* pag. 336. not. f. Litteræ Johannis Domini Castri-villani an. 1331. pagina laudata: *Et qui defaudra à paier la somme à quoy il sera mis desdites soixante livres, il paiera deux sols d'amende; ensemble le Reul à quoy il seroit mis.* Ubi *la somme & le Reul* idem sonant; *Reul* autem dicitur quod hæc summa in Rotulo descripta erat. Similis omnino locus exstat in aliis ejusdem Johannis Litteris an. 1355. ibidem p. 338. nisi quod pro *Reul*, legitur *Reu*.

ROTULA, pro Rotulus. Synodus Sueffionensis ann. 853. art. 4. *Porrexit Rotulam auctoritatem Canonicam & Apostolicam continentem.* Historia Translationis S. Stephani: *Sacello projectam colligens Rotulam, vivere uxorem . . . cognovit.* Sugerius in Ludovico VI. *Regis literam Rotulam scilicet velatam offerens.* [S. Willelmi Constitutiones Hirsfaug. lib. 1. cap. 21. *Pro signo Rotula digitum digito circumfer, ac deinde scribebantem simula. Pro signo Brevis primos articulos quatuor digitorum inflecte, nempe scribebantem simula.*] Utuntur præterea Hincmarus in opusculis tom. 2. pag. 2. pag. 261. 539. 597. in Concilio Dufiacensi I. 1. edit. pag. 101. 129. 142. 154. 164. Anastasius Bibliothecarius in *Collectaneis* p. 204. Gobelinus Persona in *Cosmodromio* ætate 6. cap. 84. &c.

¶ ROTELLA, Eadem significatione. Vita S. Dunstani Archiep. Cantuar. tom. 4. Maii pag. 357. *Vidit tertio quemdam . . . magnam prolixam chartulam Rotellam in manu gestantem.*

ROTULARE, In rotulum, seu in acta referre. Iter Camerarii Scotici §. 59. *Si ballivi non fecerunt Rotulare suas Curias & assisas.*

INROTULARE, in Consuetudine Andegavensi art. 149. *Enrotler, Enrotuler.* [Robertus Goulet in *Compendio jurium & consuetudinum Universitatis Paris.* fol. 12. *Quot (Officiarios) postea fidelis Scriba Universitatis in Rotulo quodam Universitatis, quem*

apud se habet, inscribit; deinde ex eorum sic electorum; sicut omnium aliorum Officiariorum nomina & cognomina ad Curiam Dominorum generalium portat, & ipsa cum officii qualitate in alio Rotulo ibidem existenti, Regis auctoritate & Universitatis, Inrotulat. Vide Inrotulare suo loco.]

¶ ROTULUS, Scheda, quam Monachi mittebant ad Monasteria, quibuscum erant societate conjuncti, ut mortem fratrum suorum nunciarent, conventasque preces pro ipsis flagitarent. Consuetudines MSS. S. Augustini Lemovicenf. fol. 18. *Quando pro aliquo Abbate vel Abbatissa desertur Rotulus, si Conventus est in claustro vel in choro, serviens qui portat, debet Rotulum extendere per medium, & recedere de Conventu. Tunc solus Cantor, vel, si ipse non est presens, aliquis pro eo debet Rotulum levare & deferre sine molestia Conventus ad partem, & scribere in eo absolutionem & orationem. Vide Brevia mortuorum in Brevis.*

ROLLUS, Idem quod Rotulus. Hariulfus lib. 3. c. 9. *Ipsius itaque Epistola Rolli talis est. Aulo ante, librum Rotularem appellat: Fratres vero de ejus morte nimium tristes, librum Rotularem conficientes direxerunt per Ecclesias & loca Sanctorum, dilecti Patris exitum nunciantes, & pro eo orari cupientes. Ubi Rollus, & Liber Rotularis, illud ipsum est, quod Udalricus lib. 3. Consuetudinum Cluniac. cap. 10. lib. 4. cap. 33. & alii, vulgo Brevem fratrum defunctorum appellant; cujus formulam exhibet hoc loco Hariulfus, qui nempe ad Monasteria, quibuscum ex condicto intercedit fraternitas, seu societas, ad cellas mitti solet. [Altera rotuli formula Monasterii S. Mauri Fossatensis è MS. Corbeiensis: *Grege Fossatensis Fratibus Corbeiensis munus aterna prosperitatis in perenni saculo: Quod Dei charitas postulat & Apostolus imperat, Hugoni patri ceterisque fratribus (defunctis) . . . persolvimus. Quod ergo pro illis fecimus, pro nostris quoque & faciatis, precamur: scilicet donno Abbati Odoni, item Odoni Abbati, Adelerio Abbati, Gunterio Abbati, Rainaldo Monacho, Herluino Monacho, Otranno Monacho, Rotberto Monacho, Erfrido Monacho, Rodulfo Monacho, Firmato Monacho, Gualtero Monacho, Rotgero Monacho, Lambertto Monacho, Guasberto Monacho & pro cunctis, quorum nomina & merita solius Dei colligit scientia. Ex quo manifestum est, hujusmodi rotulis seu rollis. plurimum sæpius, & quidem jam pridem mortuorum nomina comprehensa fuisse, licet alias unius dumtaxat recens defuncti nomen prætulerint, ut Breves defunctorum.] Ita in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 14. ubi de brevibus mortuorum: *Si Rollo apportatus fuerit, non intus feretur, sed tantum memoriam defuncti Eleemosynarius in Capitulo recitabit. Breves seu Rotuli, in Statutis antiq. Cartusienf. part. 2. cap. 32. §. 10.***

¶ ROTULA, Eadem notione. Christophorus Sand-Hippolyt. apud Raimundum Duellium tom. 1. *Miscell.* pag. 393. *Quamprimum per litteras encyclicas, quas hodie Rotulas dicere consuevimus, obitus defuncti fuerat denuntiatus.*

¶ Jam vero Rotula, Rotuli, Rollive dicuntur hi Breves defunctorum, vel quod instar Romanorum voluminum voluti mitterentur & non plicati, ut vult Valesius in *Notia Galliarum* p. 430. col. 1. vel quod è *Rotulis*, ubi singula defunctorum nomina descripta erant, exciperentur. Habebantur enim in Monasteriis hujusmodi Rotuli, & quidem duplicis generis, annui scilicet & perpetui. In annuis, ut scribit Mabillonius lib. 1. de *Re Diplom.* cap. 9. n. 1. recensebantur nomina personarum

cujusque Cœnobii seu Ecclesiæ eo anno defunctorum, quarum indices quotannis ad Monasteria ejusdem societatis deferebantur ad imploranda suffragia; simulque ut illarum nomina Necrologiis alienis inscriberentur pro conditionibus initæ societatis. Alii erant Rotuli perpetui, qui in quolibet Cœnobio destinati erant excipiendis mortuorum actis, si quid laudabile in vita egissent. Utrique constabant membranæ in longum porrectis, inaxime perpetui, in quibus aliæ aliis membranæ, ubi res exigebat, adfuebantur, quantum satis erat capiendis duorum vel trium sæculorum nominibus & gestis mortuorum, quorum nuda ferme nomina in Necrologiis adscripta erant. Perpetui illi *Rotuli* in publico aliquo Cœnobii loco, passim in Capitulo, prostabant convoluti in ligneo suspensiculo versatili, ut facile membrana isthæc volumina convolvi & explicari possent. Tales cernere licet *Rotulos* duos in Capitulo Calensi. In hisce *Rotulis*, ut in Necrologiis descripta mortuorum nomina recitabantur in Capitulo, ut patet ex Privilegio Witheginis Misnensis Episcopi pro Monasterio Dobirlucensi ann. 1318. apud Ludewig. tom. 1. pag. 281. *Nomen etiam illius (Hermanni Burcgravi de Golsyn) in nostrorum Rotulo conscribetur mortuorum, & suo tempore in Capitulo recitabitur, ubi tunc pro ejus anima fratribus dicenda injungetur oratio specialis.* Sed de hac nominum defunctorum recitatione supra dictum est in voce *Regula*.

¶ **ROTULARIUS**, Lator *Rotuli* seu *Brevis* defunctorum. Epistola encyclica Sanctimonialium Cadomensium de morte Mathildis primæ Parthenonis SS. Trinitatis Cadom. Abbatissæ, apud Mabillonium tom. 5. Annal. Benedict. pag. 690. col. 2. ubi recitatis defunctorum defunctorumque suæ congregationis nominibus epistolam suam his verbis claudunt: *Nostro Rotulario subvenire precamur pro Domino, ne penuria victus ab incepto deficiat, sed vobis benigne suffragantibus bene ceptum opus ad effectum usque perducat.*

¶ **ROTULIGER**, Eadem notione. Charta an. 1313. tom. 2. Hist. Ecclesiæ Meld. pag. 200. *Item Conventus tenetur ministrare vinum pro Missis in Ecclesia celebrandis; item omnibus Rotuligeris.*

¶ **ROTLIGER**, Idem, apud Mabillonium tom. 3. Annal. Benedict. pag. 76.

¶ **ROTLIFER**, Idem. Charta societatis inter Corbeiensis & Ferrariensis Monachos ann. 1204. è Tabulario Corbeienfi: *Quando vero aliquis Abbatum memorata Ecclesiæ migraverit ab humanis . . . quam cito pervenerit ad nos Rotlifer eorum, in libro nostri Capituli nomen ejus scribetur & annuale ipsius celebrabitur. Similiter & nomina Monachorum, qua breviger eorum apportabit.*

¶ **ROLLIFER**. *Rotulus* Corbeiensis MS.
Rollifer Corbeia ad Parisium venit ad nos:
Est data Corbeicis justissima causa doloris,
Hugonis fratris dulci vita spoliatis;
Sed quos sic ledit tanti caro mortua fratris,
Agmina vestrorum cum Sanctis Corbeicensis,
Aula celesti quo possint vivere semper,
Aures Factoris depulsant Parisienses
Ad celum manibus sublatis, &c.

¶ **ROLIGER**, **ROLLIGER**. Statuta Monasterii S. Germani Paris. in Probat. Historiæ ejusdem Abbatæ pag. 170. & 171. *Sciendum est, quod quoties Roligeri Abbatæ defuncti vel Abbatissæ alicujus venerint, debent habere quatuor denarios, ab Abbate duos & ab Eleemosynario duos; & Cantor debet Roligero ministrare. Rolliger, occurrit to. 4. Annal. Bened. p. 276.*

2. **ROTULUS**, Mensuræ species [vel potius ponderis.] Gobelinus persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 79. *Unde Rotulus panis, qui ponderat uncias 32. aut circa pro 5. granis emebatur. Rotulus quidem per ipsum regnum (Neapolitanum) genus ponderis est, & granus genus numeri, videlicet 6. denariis parvulis constans.* [Constitutiones Frederici Regis Siciliæ c. 99. *Comes, Baro & Magnas cum blandonis sex, & alius quilibet blandonis quatuor, quilibet blandonorum ipsorum ponderis à Rotulis sex infra, & non majoris, sub pœna unciarum quatuor.* Acta S. Francisci de Paula num. 178. tom. 1. Aprilis pag. 145. *Operarius quodam palo ferreo ponderis Rotulorum, &c.* Richardus de S. Germano in Chronico ann. 1221. *Per totum regnum pondera & mensura mutantur, ponuntur Rotuli & turnini. Rotulus thuris, Rotulus cera, in veteri Notitia apud Rocchum Pirrum in Notitia Ecclesiarum Siciliæ tom. 1. pag. 285. [Rotulus de cereis Grecis, apud Cencium in Ordine Rom. tom. 2. Musei Ital. Mabilloniani pag. 218.] Theodulfus Aurelian. lib. 1. Carminum:*

Scrivia danda parant alii, nec defuit ille

Cereolas Rotulas qui dare vellet ovans.

Ubi *Cereola Rotula* videntur fuisse ceræ in scapi aut baculi formam. Vide *Rota* 7. & to. 2. Miscellan. Baluzianor. pag. 323.

¶ **ROTULUS CASEI**, *Rotulus Carnis, Rotulus panis;* in Ordinatione Humberti II. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 311. & seqq. *Pondus statum ac determinatum, constans, ut videtur, 108. unciis; ibi enim dicitur, novem panes 12. unciarum exponere unum Rotulum. Italis Rotolo etiam est species ponderis, scilicet 32. unciarum Venetiis aut circiter, in Sicilia vero duarum librarum cum dimidia.*

ROTULA, vel **ROTULUS**, videtur etiam fuisse mensura liquidorum. Vetus Notitia apud Rocchum Pirrum tom. 2. Notitiæ Sicil. pag. 935. *Libra incensi & ceræ, Rotula olei.*

¶ **ROTUM**, pro *Rotomagum* f. per nudam abbreviationem. Vita S. Richardi Regis Anglo-Saxonis, tom. 2. Februarii pag. 76. *In ripa fluminis, quod nuncupatur Sigona, juxta urbem, que vocatur Rotum.*

ROTUMBA, Vasis Chymici species. Joannes de Garlandia lib. de Præparatione Elixir: *Quæ duo similia mistis, & super marmora incorporatis, pone in Rotumba vitrea, vel ampulla, & claude foramen, seu os vasis, &c.* Occurrit rursus infra.

¶ **ROTUNDA SCRIPTURA**, **ROTUNDALIS** *Alta Media, Cursiva, Inæquata.* Vide *Scriptura*.

¶ **ROTUNDARE**. Instituta Patrum de modo psalendi apud Thomassium in Appendice ad Responsoriale Rom. p. 443. *Sicque omnis modulatio psalmodiæ sive cantus Rotundetur & terminetur, ut finis inveniat suum exordium. Nos dicimus Chanter rondement, Æqualiter canere, non nimis protrahendo.*

ROTUNDARIUM, Orbiculus, nostris *Assiete*. Vetus Gloss. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana: *Rotundarium, Tailleor.*

¶ **ROTUNDATOR**, f. *Tornator*, Gall. *Tourneur*. Inter signa testium, qui subscribunt Chartam Gaudfredi Comitæ apud Baluzium to. 7. Miscell. pag. 234. habentur *S. Gauscelini Rotundatoris. S. Durandi forestarii. S. Roberti factoris, &c.*

¶ **ROTUNDE**, Graviter, lente, æqualiter, distincte, Gall. *Rondement, Gravement, Posement, Distinctement.* Concilium incerti loci apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 152. *Præcipimus autem . . . ut verba Canonis in Missa Rotunde dicantur & distincte. Rotunde dicere, Ciceroni lib. 4. de Finibus cap. 3. idem est quod eleganter, compositè dicere.*

ROTUNDELLUS,

ROTUNDELLUS, Vestis species in orbem desinens; Cyclas: ex Gallico, *Rondeau*. Concilium Andegavense ann. 1365. cap. 19. de Clericis: *Chlamydes seu Rotundellos, vestes fixas decurtatas cum bottonibus in publico deferre non verentur. Vide Cloca 3. Rondellus, [Redundellus & Rodundellus.]*

¶ ROTUNDINUS, f. Ornatus figura rotunda seu circulari. Annales Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 807. *Centura una facta ad Rotundinos pro una bottonatura cum saphiris XI. balassis XLVI. &c.*

¶ ROTUNDITAS, Forma rotunda, Plinio aliifque. Metaphorice Sidonius lib. 1. Ep. 1. *Simmachii Rotunditatem, C. Plinii disciplinam maturitatemque vestigiis presumptuosus insequitur, &c.* Hoc est, æqualem & elegantem dicendi rationem. Pro candelabro orbiculari & circulari, in quo cerei ponuntur & accenduntur in Ecclesiis. Charta an. 1212. è Tabulario S. Vincentii Cenoman. *Item de candelis positis in Rotunditatem per totum annum allatis, &c.*

ROTUNDULA, Pastillus formula rotunda, *τροχίσκος*, Græcis. Antonius Musa de Vetonica herba cap. 6. *Herba vetonica contrita paululum salis adjucito digitis duobus & pollice medio, quantum tolli poterit, & subactum formato Rotundulam, &c.* Utitur etiam Apuleius lib. de Virtutibus herbarum cap. 13.

ROTURAGIUM. Vide in verbo *Rumpere*.

ROTUS. Chronicon Casin. lib. 3. cap. 57. *Pannum sericum magnum, cum uno Roto. Forte rocho.*

ROUAGIUM. Vide supra in *Rotaticum*.

¶ ROUCA, Species ludi prohibiti, in Statutis Vercell. lib. 4. fol. 84. Vide locum in *Rianeta*.

¶ ROUCHINUS, Idem quod supra *Roccus* 1. Vestis superior. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 304. *Si vero Miles non fuerit, nec habens feodum lorica, passus injuriam; sed per plena arma feodum suum deservit, per Rouchinum, gambesum & capellum & lanceam, per ea debet ei satisfieri de emenda.*

¶ ROUCINUS, Equus minor. Vide *Runcinus*.

ROVER, vel ROVERE, Robur, arbor, Italis *Rovere*, [Gall. *Rouvre*.] Charta Desiderii Regis Longobardorum in Bullario Casinensi tom. 2. p. 14. *Exinde in Carpeno grosso, vel oplo, per Rovere, habentes literas omega in Rovere urfa, &c.* Occurrit ibi pluries. Utitur etiam Petrus de Crescentiis lib. 5. de Agricultura pag. 262.

ROVORIA, Roboretum, quercetum. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 48. *Et Rovoriam de insula, quæ est juxta ripam Isara in S. Ferreolum & Gratianopolim.* [Rursum occurrit in Charta data regnante Roberto Rege apud Stephanotium tom. 2. Antiq. Occitan. MSS. pag. 490. Haud satis scio qua notione Ordinatio Curia Communiarum Pontis S. Spiritus ann. 1486. è Schedis D. *Lancelot: Item que nulle personne ne soit oulé de mettre nulle beste dedans les Rovybres des prés, qui seront signés pour Rovybres, jusques après la feste de la Toussaint.*] Vide *Blanditia*.

¶ ROVOYRIA. Regestum *Probus* fol. VIII. ^{xx} VI. *Dominus Dalphinus ... habet Rovoyriam dels Eynarz, quæ valet, si accensaretur, per annum xx. sol. sed Castellanus capit ibi ligna ad focum suum.*

ROVERINA, Eadem notione, in Charta Mathildis Comitissæ ann. 1096. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 117.

¶ ROVERIA, Eodem significatu, in Charta XI. sæculi ex Archivo S. Victoris Massiliensis, armario Forojulienfi num. 76.

¶ ROVERITUM, Idem. Vide in *Roboretum*.

¶ ROVERIA, Orbita, rotæ vestigiū, Gallis *Or-*

niere. Statuta Arelat. art. 87. è MS. D. Brunet: *Roueria levatarum & taupie & receptacula cyrogrillorum destruantur.* Ordinatio ann. 1223. ex eodem MS. fol. 66. recto: *Confirmaverunt illud abevratorium, quod est ad Roueriam inter honorem Martini Johannis, &c.* Potest hic intelligi *Roboretum* ut in *Rover*.

¶ ROVES, Provincialibus, Idem quod *Rover*. Statuta MSS. Castellum Orgini è Schedis D. *le Fournier: Item quod aliqua persona non audeat seu presumat scindere Roves, euses, nec darbosses infra dictas defensiones.*

¶ ROUESUM. Statuta Civitatis Astæ collat. 7. cap. 16. *Et illi (pistores) qui fecerint panem album, non possint facere panem de uno seacio ... & ille qui panem album fecerit, possit panem facere de Roveso.*

¶ ROULLETA. Statuta vetera Capituli Senonens. MSS. *Item Canonici qui faciunt, debent pilotas & Roulletas in crastino Paschæ.* Puto legendum esse, *Item Canonici qui faciunt pilotas, debent Roulletas in crastino Paschæ.* De ludo pilotæ die Lunæ post Pascha, etiam in Templis habito, fusius supra dictum est in *Pelota* 3. Hodieque Autissiodori festis Paschalibus pueri solent à consanguineis & amicis postulare *la Roullée*: quibus dantur vel ova durata vel nummuli; unde dper *Roulletas* intelligo munuscula quædam fieri solita ab iis, qui *faciebant pilotas*. Vide *Pelota* 3.

¶ ROULLUS. Bullarium Fontanellense MS. fol. 114. verso: *Percipient decimas versus Aysiacum à Roullo, qui dicitur Ansgot Paris, usque ad crizant recta linea.*

¶ ROUNDELETTUS, Mensura liquidorum, Anglis *Roundlet*, *Rundlet*, vel *Runtlet*. Continet decem & octo galones cum dimidio, Anglicus vero galo circiter quatuor pintas Parisienses. Literæ Henrici IV. Regis Angl. ann. 1402. apud Rymorum tom. 8. pag. 285. col. 2. *Præcipimus ... quod deputatis prædictorum Capitanei & burgensium plenam restitutionem duodecim doliorum, unius pipæ & quatuor Roundeletorum vini, aut satisfactionem pro eisdem ... sine dilatione prout justum fuerit, habere facias.*

¶ ROVORIA, ROVOYRIA. Vide in *Rover*.

¶ ROVRETUM, Quercetum. Vide *Roboretum*.

¶ ROUSSETUM, Pannus vilior rufei coloris, idem quod infra *Russetum*. Charta Petri Abb. S. Crucis de Talmundo ann. 1366. *Item in festo OO. SS. anno quolibet tenebitur dictus Aquarius facere & ministrare omnibus & singulis Religiosis dicti Conventus, & magistris dictarum domorum pro vestiario, tres alias cum dimidia boni panni & sufficientis, Rousseti seu burelli.*

¶ ROUSSINUS, Equus minor. Vide *Runcinus*.

¶ ROUTA, Turma. Vide in *Rumpere*.

ROUTARE, Silvam viis, quas vulgo *Routes* vocant, distinguere; *Router*. Liber Niger Capituli Parisiensis: *Quod idem Dom. Herveus emendabit Capitulo Paris. hoc quod sine licentia Capituli fecit mensurari, & Routari nemora Capituli de Chevrigniaco, &c.*

¶ ROXUM. Acta consecrationis Alfonsi Regis Lusitanæ apud Brandaonem: *Homo qui fuerit Roxum cum ferro moludo, &c.* An vulneratus? Hispanis *Roxo* dicitur Ruber, Rufus. Nos dicimus *Rosser*, Fustibus egregie excipere, ut fere excipiuntur strigosa jumenta, quæ vulgo *Rosfes* appellamus.

¶ ROYA, Pars agri amplioris in duas vel tres *Royas* seu portiones divisi, habita terræ magis minusve feracis ratione, ut eo anno, quo una pars feritur, altera requiescat, quibusdam *Roye*, vel *Raye*. Chronicon Bonæ Spei pag. 330. *Bonarium terræ & tres mensuras ad Royam.* Plirasis Gallica in quibusdam provinciis, *Trois mesures* (puta *Journaux*) de terre à *la Roye*. Vide *Riga* 1. Hinc, ni fallor, orta vox

Royon, Modus agri vel vineæ. Enumeratio bonorum Domus-Dei Commerciaci è MS. ejusdem urbis fol. 23. *Deux Royons de terre seant sur le chemin de S. Aulbin, contenant envyron trois quartares de terre ... y a envyron ung bon demi jour de vigne en deux Royons seans, l'un en Revenne & l'autre ou lieu dit en Pieces.*

¶ ROYBA, f. Locus præruptus. Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 115. *de projicientibus lignamina ex montibus: Volumus, jubemus & ordinamus, quod si aliquis ex aliquo monte vel nemore voluerit ligna aliqua projicere, vel ex lavinali, vel ex Royba apud vias publicas, aut alibi unde publice transitus fieret, teneatur & debeat quinque vicibus vociferare & clamare alta voce, cum intervallo ab una vice ad aliam, antequam lignum aliquod projiciat.*

ROYDÆ, Operæ, Pedemontanis. Prostat Jacobini de S. Georgio tractatus, de *Roydis seu operis*, edit. post tractatum de Feudis & Homagiis.

¶ ROYSSOLA, Placentæ genus. Vide *Roifola*.

¶ ROYUS, Striga. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 78. *de Royo non levando: Statuimus & mandamus, quod aliquis de Cadubrio non levet, nec levare sit ausus, in aliquo loco, vel aliqua terra, aliquem Royum, & si alicubi esset elevatus Royus quod derruatur & arretur infra, si ille qui habuerit possessionem subtus Royum petierit, quod infra arretur; & tunc ille qui habuerit possessionem subtus Royum teneatur & debeat dare cessam illi, qui arrat Royum, de duobus pedibus. Et si ille qui habuerit Royum voluerit sponte ipsum arrare, quod ille qui habet possessionem subtus Royum omnimode teneatur dare cessam, ut supra; & qui fecerit contra prædicta condemnetur ... in centum sol. p. & nihilominus cogatur per curiam ad observandum prædicta. Vide *Riga* 1.*

¶ ROZETA, Idem quod *Rosetta*, parva *Rosa*. Inventarium Eccl. Aniciensis an. 1444. *Item pannus aureus in campo seminatus cum magnis compas & in cruce des compas una Rozeta.*

¶ ROZEUGA, Vox contentus aut irrisionis. Capitulum generale S. Victoris Massil. ann. 1312. *Erat discordia in monasterio S. Victoris, & tota congregatio erat divisa in duas partes, & una adharebat Ultra-Rhodonensibus, altera Provincialibus ... Nemo ex proposito offensionis vel nationis partialitatem ostendens Rozeugas appellare aptentet Ultra-Rhodonenses.*

¶ ROZZA, vox Italica, Gallis *Rosse*, strigosum jumentum. Chronicon Petri Azarii ad ann. 1362. apud Muratorium tom. 16. col. 394. *Frater, volo quod equum meum in groppa ascendas. Dixit Rusticus: Poterit illa Rozza portare duos?*

RUA. Acta Episcoporum Cenomanensium pag. 54. [tom. 3. Analect. Mabillonii:] *Quicquid infra civitatem & in suburbio civitatis habebant, id est illas Ruas omnes tam intrinsecus civitatis, quam extrinsecus, vineas quoque & agros, &c. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 30. [apud Baluzium tom. 3. Miscell. p. 61.] In illa Rua ultra fluvium sartæ duo (mansionalia) fecit, in illa Rua S. Vincentii unum, &c. Vide an idem sit, quod nostrum Ruë, Platea, de qua voce agimus in *Ruga*.*

Idem re ipsa esse quod nostrum *Rue*, Platea, vicus, via, liquet ex aliis locis bene multis, ubi *Rua* sumitur hac notione. *Rua S. Germani & Via S. Germani* promiscue legitur in Præcepto Caroli C. de novo ponte civitatis Paris. an. 870. apud Baluz. tom. 2. Capitularium col. 1491. Charta S. Vincentii Cenoman. *Quidam homo nomine Haimo quoddam cubiculum tenebat de S. Vincentio in Ruam Haraldii, de quo duos denarios de censu reddebat Chartularium ejusd. S. Vincentii fol. 90. Domum autem sur-*

*ni faciet Annotus usque ad Ruam. Charta an. 1142. ex Archivo Civitatis Massil. Commune Massilia habeat ... unam Ruam, de qua omnes domus & possessiones sunt ipsius Communis in perpetuum. Charta Guidonis Abbatis Insulæ Barbaræ ann. 1200. to. 1. Maceriarum ejusd. Cœnobii pag. 129. Prout banna protenduntur à parte del Chastellar usque ad viam Rua de Sachetans descendendo per magnum iter usque ad Sagonam, & ab alia parte à Rua de Sachetans, &c. Charta ann. 1258. tom. 1. Chartularii S. Vandregesili pag. 935. Recepti ad feodi firmam ... masuram integre cum adificiis ... extensam in longo à Rua usque ad Sequanam. Rursum occurrit ibidem p. 536. Charta ann. 1285. è Chartulario Monasterii S. Johannis Angeriac. pag. 272. Et ipsam (portam) se facimus de licentia dicti Sepescalli in muro dicta villa in Rua Putei parvi, &c. Obituarium S. Geraldii Lemovic. f. 34. Joannes de la Faya legavit quinque solidos supra domum Lucie de Axia sitam in Rua Torta. Computus Grasivod. an. 1337. Recepti in denarios censuales de censu bancarum mali Consilii, censu Rua Chalnesia, &c. Charta ann. 1519. Petrus Aureys, dit Micheu, commorans in Rua de Arbore picta, confiteatur, &c. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 151. recto: Superstites viarum teneantur ita facere aptari viam, quod aqua Rue prope Ecclesiam S. Bonati decurrat usque ad portam novam. Aliud est Ru in Charta Gallica ann. 1396. è Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1725. Une piece de terre ou jardin ... assis en ladite ville de Rony, tenant d'une part audit Prioré & d'autre part au Ru de la ville dudit Rony. Ubi voce Ru Rivulum intelligo seu Canaliculum è rivo deductum, quem etiamnum Ru appellamus, à Rivo, ut quidam volunt; vel à Græco ῥῶ, Fluo, ut ait Borrellus, denique vel à Germanico *Ritha*, Torrens juxta Lipsium.*

RUAGIUM. Vide supra *Rotaticum*.

¶ RUALE, Via, platea, idem quod mox *Ruata*. Quodam *Ruali* intermedio, in Schedis D. Aubret.

RUARIUS, Officium fuit in Ecclesia Collegiali S. Quintini in Viromanduis, quod & *Ruaria* dicitur in Bulla Clementis IV. PP. apud Hemeræum in Augusta Viromand. ann. 1260. Illud fuit perpetuum, ut auctor est idem Hemeræus pag. 187. qui addit, *Ruarios inter Canonicos sortem etiam invenisse*, id est, in Canonicorum Collegio sedem habuisse. Idem sub ann. 1206. ait, sententia judicum, à Sede Apostolica datorum, dictum fuisse, *Ruarios esse Ecclesia Clericos, & Capitulo aque ac Decano fidelitatem jurare debere*. In Charta Joannis Decani S. Quintini ann. 1226. apud eundem pag. 209. refertur, Burgenses S. Quintini primo per *Ruarios*, postea per Sacerdotes, qui successerunt illis *Ruariis*, consuevisse hætenus intra claustrum Ecclesiæ Decanum facere judicari. In Tabulario N. D. Viromanduensis Chartam Werrici Decani S. Quintini ann. 1159. subscribit Hugo *Ruarius*, cum Theodorico Custode, & aliis. Ex Bulla laudata Clementis constat primo *Ruaria* officium à Capitulo solitum conferri, sed ex prædictis vix eruitur, quale illud fuerit, & unde nomen duxerit; nisi *Ruarius* is fuerit, qui istius Ecclesiæ partis, quam *Rugam*, seu *Ruë* vocabant, curam habuerit, de qua copiose egimus in Descriptione ædis Sophianæ, ubi docuimus, *Rugam* appellari, vestibulum Presbyteri, seu *Bematis*, quod plateæ inter Presbyterium & Chorum formam referret. *Ruyers* enim in aliquot Consuetudinibus Belgicis iidem sunt, quæ aliis *Roiers*, quibus scilicet viarum seu rugarum jurisdictio competit. Vide Consuetudines, Seclinens.

Bethun. Lilleriens. [necnon infra *Rugn vius*.]
RUATA, Platea, *Rue*. Testamentum Aimonis de Sabaudia D. Villæ-franchæ an. 1398. apud Guichenonum: *Usus fructus & godias unius furni, siti in Villa-franca in magna Ruata percipiendos.* [Charta Thossiacensis an. 1404. *Juxta Ruatam vocatam les Corrieres de la ville. Statuta Montis-regalis pag. 208. Si aliquis projiceret, vel projici faceret, terram, finem seu vinaciam in aliquam viam seu moneatam in Ruatis dicta civitatis, seu in platea infra confines descriptos, &c.* Terragium Bellijocense: *Juxta Ruatam per quam itur ad domos Johannis de la Val.*]

RUBA. Charta Ludovici Pii Imp. [apud Baluzium to. 3. Miscell.] pag. 25. *Et in cubando eos, quos Porcarios vocant, & eos, qui in illa Ruba, quæ est contra orientem, manere noscuntur.* Videtur legendum *Ruga*. Vide in hac voce.

¶ **RUBALDI**. Vide supra *Ribaldi*.

¶ **RUBANUS**, Vitta, tænia, Gall. *Ruban*, à Latino *Rubeus*, ut Menagius scribit. Litteræ patentēs Caroli V. Franc. Regis ann. 1367. pro Monspeliensibus: *Item quod nulla ipsarum mulierum audeat portare in suis capuciis & vechis, aut alias in vestibus suis aliquod genus Rubanorum aureorum vel argenteorum.*

¶ **RUBARE**, **RUBATOR**. Vide in *Roba*.

¶ **RUBBUS**, Mensuræ species. Vide *Rubus* 2.

¶ **RUBECULA**, *Eritachus*, avis solitaria, in Amalthea. Vide Gesnerum.

¶ **RUBECUM**. Rolandinus Patavinus de factis in Marchia Tarvisina lib. 10. cap. 5. *Arbores incidere & Rubeca, vineas & segetes omnes.* Sed Muratorius tom. 8. observat in Estensi MS. haberi *Rubeta*, Loca rubis confita.

¶ **RUBEDO**, pro *Rabor*, ut barbarum rejicit Vossius lib. 3. de Vitiis ferm. cap. 43. Utitur Firmicus lib. 2. Astrolog. cap. 12. in Leone: *Color croceus & ad Rubedinem declinans.*

¶ **RUBELLIO**, ἰζωρίων, καὶ ἰὸς σιδῆρος, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Rubigo.

¶ **RUBEOLA**, Placentæ genus. Vide *Rufeola*.

¶ **RUBER**, Cardinalis, sic dictus in Vita S. Petri Cœlestini PP. apud Muratorium tom. 3. p. 622. col. 1. quod Cardinales cœperint uti purpura in Concilio Lugdun. ann. 1245.

Pergama servabant, capitis discrimine, Rubri Tres, quibus augeri poterat, &c.

Pergama hic sumitur pro urbe Roma, sicuti olim pro urbe Troja.

RUBERUS, [pro *Rubetum*, Locus rubis confitus.] Vetus Charta in Chronico Laurishamensi p. 57. *Hoc est terram & silvam, quæ est in illa marcha de Birstad, seu in ipso fine: de illo Rubero qui est de Ecclesia sancti Nicasii, de ipso Rubero ad partem Aquilonis, &c.*

RUBETUS, Gallice *Rubis*. Vide *Rubinus*.

¶ **RUBEUS**, Mensuræ species. Vide *Rubus* 2.

RUBEUS FERAMUS, *Rubea fera*, Gallis *Beste ferve*. Lex Alamannor. tit. 99. §. 4. *Si Rubeus feramus cum ipso sagittatus est. §. 9. Si cum ipsa Rubea fera sagittata fuerit.* Vide *Rosia* in *Rusia*.

¶ **RUBICULA**, Δημαγωγός, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat. Δημαγωγός, *Rubicula*, popularis. In Castigationibus ex MSS. *Publicola*. Heraldus, *Rubicula*, ut alibi legendum censebat.

¶ **RUBICULUS**, Species piscis fluviatilis. Angelus Rumpherus lib. 1. Hist. Monasterii Formbac. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433. *Ante autem omnes (pisces) excellunt, quos Rubiculos vociant; hi enim singulis Venereis diebus tosti ac sanguine & fursure commixti apponuntur.* Hæc Trutis nostris
 Tom. V.

fatis conveniunt; sed nihil definitio. Est piscis marinus nomine *Rouget*, Erytrinus vel Rubellio; sed hic agitur de fluviatili.

¶ **RUBICUNDITAS**, Rubor, in Epistola Friderici II. Imp. apud Martenium tom. 2. Collect. Amplif. col. 1172.

¶ **RUBIES**, Idem quod mox *Rubinus*, Anglis *Ruby*; Carbunculus. *Quatuor Rubies, unum baleis, quinque saphiri*, apud Rymerum to. 8. p. 569. col. 1.

¶ **RUBIFACERE**, Rubore inficere vel Rubefacere, in Glossis MSS. à Vossio laudatis lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 22. Vide *Rubricare*.

¶ **RUBIGINARE**, **RUBIGINARI**, Rubiginem contrahere. *Velle habere cultellum, qui non possit Rubiginari, est velle habere cultellum non de ferro*, apud Marten. tom. 8. Collect. Amplif. col. 454. Apuleius lib. 3. Floridorum: *Gladius usu splendescit, situ Rubiginat.* Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Rubigino*, ἰζωμα.

¶ **RUBINA**, Canalis species. Vide *Robina*.

¶ **RUBINOLENTUS**, Rubicundus. Acta S. Francisci de Paula, to. 1. Aprilis pag. 161. *Gena multo plus inflari cœpit, ita ut videretur esse ignea & Rubinolenta cum maximo dolore.*

RUBINUS, **ROBINUS**, Carbunculus, ἀσθαξ, Gallicis *Rubis*, Italis *Robino*. [*Dedit etiam decem & septem anulos auri ... unum cum Carbunculo, qui vulgo dicitur Rubi*, in Gestis Gaufridi Lodun. Episcopi apud Mabillon. to. 3. Analect. pag. 390.] Chronicon Moguntin. 16. *annuli Pontificales boni & magni, de Robino unus, ... de smaragdo unus.* Occurrit apud B. Odoricum de Foro Julii in Peregrinat. cap. 5. num. 13. [*Robinus*, tom. 1. Rerum Mogunt. pag. 94. 95. tom. 2. pag. 103. in Annalibus Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 807. &c. *Rubinus*, tom. 1. earundem Rer. Mogunt. pag. 97. apud Miræum tom. 1. pag. 405. col. 2. Rymer. tom. 7. pag. 567. col. 1. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 568. col. 2. &c.]

RUBETUS, Eadem notione. Sugerius lib. de Administratione sua cap. 31. *Multiplicem copiam jacinthorum, Rubetorum, saphirorum, smaragdinum, &c.* Adde cap. 32. [*Quatuor baculos, continentes centum & sex annulos cum Rubetis & baleis pretii ducentarum & quadraginta trium librarum*, apud Rymerum to. 1. pag. 878. col. 2.]

Salmasius contendit *Rubinum* esse *Hyacinthum* veterum, ex eorum genere quos Græci ἰνδινός vocant, unde à Nostris *Rubinos* dictos ejusmodi lapillos putat.

¶ **RUBISCA**, Avis species, eadem, ut videtur quæ *Rubecula* Gesnero. Vita S. Kentigerni Episc. Glasguensis tom. 1. Januarii: *Quandam aviculam, ob ruborem corpusculi Rubiscam vocatam, de manu S. Servani alimoniam accipere ... solitam ... extinguunt, &c.*

¶ **RUBIUM**. Annales Genuenses Georgii Stellæ ad ann. 1318. apud Muratorium to. 17. col. 1032. *Guibellini quippe cernentes ob actum præmissum eam turrim habere non posse, ligonizationem & fossas mirabiles cum lapidum fractione fecerunt sub ipsa versus partem Occidentis, sub terra videlicet, in medium duarum Rubium; scilicet viarum Latino-barbara locutione, ut ibi habetur in notis.*

¶ **RUBLIUM**, Mensuræ frumentariæ species apud Italos. Locus exstat in *Tublium*. Vide *Rubus*.

¶ **RUBOROSUM**, Rubor, verecundia. Oratio Ferdinandi Vacecapitis Regis Castellæ Legati ad Ludovicum Ducem Andegav. ann. 1378. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. p. 1508. *Tam propter omnia in vestra conspectu Magnitudinis recensita,*
 D d d d ij

quam ex eo quod non est nobis in aliquo Rubrosum, &c.
 ¶ RUBRA MANUS, Flagrans delictum, manifestum. Vide *Manus rubra* in *Manus*.

¶ RUBRANS, Rubens, ruber. *Rubranti profundo*, id est, Mari rubro, apud Alcimum Avitum lib. 5. v. 525. Active sumitur pro Rubrum efficiens, in Vita S. Petri Coelestini PP. apud Muratorium to. 3. pag. 637. col. 1.

Presbyter efficitur Cardio, Rubrante galero

Cervicem, infra claustra domus assumptus ab illo.

¶ RUBRICA, Terra rubra, *sinopica* Vitruvio, *Μιλτος*, in Glossis Lat. Græc. *Rubriche*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. & alibi apud veteres Gallos. Vox nota Plinio & aliis hac significatione, hincque ad varias res translata, quas totidem articulis indico. Ac primo quidem

¶ RUBRICÆ, Tituli, seu inscriptiones, librorum & indices, legumque capita passim dicuntur Jurisconsultis, quod *rubrica*, seu terra sinopica, vel minio, solerent exarari, *δια μιλτος επιγραφή*, in Glossis Lat. Græc. Hac notione Sidonius lib. 8. Epist. 6. etiam dixit: *Per ipsum fere tempus, ut decemviratiter loquar, lex de prescriptione tricennii erat perquirata, cujus peremptoriis abolita Rubricis lis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur.* Ubi Savaro: *Rubricis, id est, titulis, qui Rubrica miniabantur.* Clarius iterum idem Sidonius lib. 7. Epist. 12. *Si amicitia nostra potius assinitatisque, quam persona tua tempus, ordinem, statum cogitaremus, jure vobis in hoc opere prima titulorum Rubrica, prima sermonum officia dedicarentur.* Statuta Ecclesiæ Nemausensis apud Martenium tom. 4. Anecd. col. 1023. *Ultimo, quedam ponuntur capitula & precepta non habentia speciales titulos, seu Rubricas.* Eadem repetuntur ibid. col. 1065. Chartularium Aduense in annotatione eidem præfixa: *Ut liberius jura & præminentia Ecclesiæ Aduensis unicuique lucide appareant, poterit inspector prius videre Rubricas hujus libri superius scriptas, ut citius invenire possit quærenda.* Tum subditur; *Sequuntur Rubrica presentis libri seu repertorium Literarum (id est, Chartarum) contentarum in eodem.* Professio fidei Henrici VII. Imp. apud Bzovium ad ann. 1312. *Hanc itaque nostræ Serenitatis Constitutionem in corpore juris sub debita Rubrica volumus inseri, & mandamus.* Adde Ludewigi Reliquias MSS. tom. 4. pag. 110. & consule Juris Lexica. Hinc *Rubricati libri*, Quorum capita & tituli *rubrica*, seu minio, notati sunt, apud Petronium Fragm. pag. 18.

¶ RUBRICA quoque aliquando dicta est Lex ipsa integra per Synecdochen, scilicet pars pro toto, quod initium Legis rubrica vulgo notaretur. Quintilianus lib. 12. cap. 3. *Quorum alii se ad album ac rubricas transtulerunt, & Formularii, ac, ut Cicero ait, Legulei esse maluerunt.* Persius Satyra 5. loquens de Masurio celebri Jurisconsulto tempore Tiberii, cujus & crebra mentio est apud Gellium, Athenæum & in Digestis:

Cur mihi non liceat, jussit quodcumque voluntas, Excepto si quid Masurii Rubrica vetavit.

Prudentius lib. 2. contra Symmachum:

Quæ qui constituunt, dicant cur condita Lex sit

Bis sex in tabulis, aut cur Rubrica minetur,

Quæ prohibet peccare reos, &c.

Ad quæ Iso Magister in Glossis: *Rubrica nomen Legis, Lex; Lineæ cementariorum, quibus aspiciunt, an sit recta ipsa maceries, an non; sed pro lege ponitur, aut judicio.* Eadem ratione pleræque Consuetudines municipales, ut Tolosana, quemadmodum & Statuta Civitatum, ut Avinionis in *Rubricas* veluti in

totidem titulos, articulosve seu leges dividuntur: quo etiam revocari potest

¶ RUBRICA, pro Regula, in Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis, tom. 2. Januarii pag. 206. col. 1. *Dedit autem Dominus per merita servi sui Deicoli eisdem loco talem profectum, ut multi nobilium atque potentum, relicto vertiginis spiritu secularis, cum omnibus quæ habere poterant, monachicam disciplinam eligerent, & monasterium satis ditarent; ipsi quoque sacra subicerent Rubrica.* Hericus Autissiodorensis Monachus lib. 1.

Servabat teneros custodia pervigil annos,

Et casti comites, & opis Rubrica magistra

Adposita, & curvos efformans regula mores.

Neque hic omittendum est, licet omnibus notum sit, *Rubricas* etiam dici Missalium, Breviariorum aliorumque librorum ecclesiasticorum regulas seu leges, modum, rationem ac ritus divini Officii celebrandi continentes: quod hæc *rubrica* seu minio alias notarentur, atque etiamnum notari soleant. Unicum refero de re notiori testimonium. Modi, seu Ritus, in coronatione Regis Hungariæ observandi apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 345. *Coronandus in throno, sive in sede sibi facta, flectit genua; Litanie canuntur, quibus peractis, reliqua exequuntur juxta Pontificalis Rubricam.* Hoc est juxta ritum in Pontificali descriptum. Minus noti usus est, licet ejusdem originis,

¶ RUBRICA, pro Commentarium, memorialis liber, seu scheda, in qua quid notatu dignum referatur. Hac notione Humbertus II. Dalphinus in Ordinatione an. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 400. col. 1. *Item, quod si contingat, prædictis Nobilibus & Officialibus, aut personis aliis pro cavalcatis, adjornamentis, divitis tenendis, & pro aliquibus ordinationibus observandis aliquas litteras destinari, dicti Secretarius & socius papyrum faciant, in quo Memoriale seu Rubricam faciant de prædictis, ut habeatur certificatio exinde, prout fuerit opportunum.* Charta ann. 1268. ex Archivo Ecclesiæ Massil. *Dominus R. Cardinalis S. Angeli inquisitionem aperuit juxta mandatum domini Papa, ac etiam publicavit, mandans... fieri Rubricas de castris domini Regis & civitatis Massiliensis ad eundem Episcopum pertinentis super inquisitione prædicta, alioquin dominus Cardinalis ipsas Rubricas fieri faceret, absentia domini Regis vel procuratoris non obstante.* Sententia Ottonis Episc. Portuensis ann. 1248. apud Lobinellum to. 2. Hist. Britan. col. 415. *Quibus in nostra presentia constitutis, post examinationem quarundam Rubricarum ex dictis testium, quos dicti Comites prodixerant confectarum, &c.* Vita S. Philippi Archiep. Bituric. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1942. *Testificantur testes, scilicet Johanna sanata prædicta, qua loquens de se testificatur... ut in Rubrica continetur.* Vide mox *Rubricare*.

¶ Peculiarem & bene longam de variis vocis *Rubrica* significationibus adnotationem edidit Pignorius ad Historiam Albertini Mussati in plures *Rubricas*, velut in totidem capitula, distributam. Ex ea Pignorii adnotatione unum hic addam, nempe *Rubrica* vocem adeo familiarem Historicorum aliquibus existisse, ut non tam ipsi Librorum suorum titulos ea nominatos vellent; sed in aliorum quoque Scriptorum Epigraphis laudandis, vocem non aliam usurparent, licet ea vox illis, ne per somnium quidem venisset in mentem. Factum id à Gulielmo Ongarellio Historico Patavino nec uno in loco; laudans enim is Epigrammata Martialis suis in historicis monumentis, ubi de Tim-

vo loquitur : hæc scribit : *Timavus Euganeus, quod hic in Euganeis, alii alibi, ut lib. XIII. sub Rubrica quadam, qua incipit, Lupus à docto Poeta Martiali testatum est. Et infra, ubi de T. Livii natali solo : Et licet Tituli (vulgo Teolo) natum credant, & ob id vocatum Titum; falsum id tamen, cum Martialis Vates in Rubrica nescio qua libri 1. Scriptorum veterum patrias terras enumerans, aperte de Livio sic loquatur : Censetur Apona Livio suo tellus.*

Plura profert laudatus Pignorius, quæ, si vis, consulere potes apud Muratorium tom. 10. col. 27. & seqq. Addi possunt, Martinius in Lexico, Cangiugius in Notis ad Alexiadem pag. 253. & Mabilonius lib. 1. de Re Diplom. cap. 10. ubi narratur, *Rubrica*, seu minio, in subscribendis Literis suis usos fuisse Imperatores Græcos : quos hac in re, ut & in pluribus aliis, aliquando imitatus est Carolus Calvus, atque etiam Principes & Archiepiscopi Capuani, qui eodem minio sua Diplomata subscribebant.

¶ RUBRICÆ, Verbera sanguinea. Johannes Diaconus in Vita S. Gregorii PP. 1. 4. num. 97. *Extendite eum & quadraginta Rubricis ventrem totidemque dorsum fornicatoris atque sacrilegi Presbyteri verberate.*

¶ RUBRICANS, Rubens, rubicundus. Vita S. Catherinæ Senensis to. 3. Aprilis p. 900. *Illa vero ad altare accedens, facie Rubricante pariter & micante.*

¶ RUBRICARE, Rubrum facere, Catullo & aliis recentioribus. *Rubricare ense*, Claudiano. Petrus Blesensis Epist. 5. *Ecclesia dignitates, quas gloriosus Martyr Rubricavit sanguine suo.* Epistola Urbani IV. PP. ann. 1263. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 7. *Saltem ob illius (Christi Domini) reverentiam, qui eam (Terram sanctam) sui aspersione sanguinis Rubricavit.* Translatio S. Ragneberti, to. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 78. *Astitit Martyr in veste sanguine Rubricata, &c.* Johannes de Janua : *Rubricare, Dirigere cum rubrica & rectum facere, vel cum rubrica designare, vel rubrum facere; unde in constructione Tabernaculi precipitur Moysi facere pelles Rubricatas.* Est autem Rubrica, eidem de Janua, *Regula vel filum rubro tinctum, quo aliquid dirigitur; ipsa tinctio, vel terra illa rubra, vel quod sit de illa tinctura.* *Rubricari de cinabrio*, in Chronico Parmensi ad ann. 1287. apud Murator. tom. 9. col. 810. Anonymus de Gestis Manfredi & Conradi Regum apud eundem Murator. tom. 8. col. 609. & Sallas Malaspinæ eod. tom. col. 832. & apud Baluzium to. 6. Miscell. pag. 276. paucis tamen verbis immutatis : *Hic registra proventuum regni, officiorum & officialium etiam per diversa ipsius regni loca particulariter ponendorum habebat, in quibus non solum jurisdictiones & jura regni. . . memoriter erant inserta; sed omnes angariæ, perangariæ, collectæ, tagliæ, dativæ, contributiones exercituum, immunitatum . . . studiosius fuerunt Rubricata; id est, descripta quovis atramento, ni fallor, ut verbum hoc etiam accipiendum puto in Ordinatione Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 398. col. 1. De ipsis instrumentis in publicam formam redactis fiat unus papyrus, in quo summarie Rubricentur, & deinde in archivo, vel in aliquo loco tunc ordinando per nos, ipsa instrumenta fideliter reponantur.* Ibidem p. 400. col. 2. *Item, ipsis litteris sigillatis, ille ex prædictis Notariis, cui per Cancellarium commissum extiterit, registrum faciat & Rubricam, ita quod litteræ super facto pecuniæ, aut pro pensione, seu donatione, vel quitatione faciendæ, vel nostrum patrimonium quoquomodo tangentes, de verbo ad verbum registrentur, alia vero*

litteræ justitiæ concurrentes Rubricentur juxta formam superius traditam Cancellario memorato. Ubi tamen aliquod discrimen est registrentur inter & Rubricentur, non quidem, ut opinor, ex eo petendum quod varia esset scribendi materia, scilicet atramentum & rubrica seu minium; sed quod in *registro* integra exararentur instrumenta, in *rubrica* vero tantum indicarentur aut summarie describerentur : quæ expositio belle cohæret cum dictis supra, ubi *Rubricam* pro Commentario accipiendam esse probatum est.

¶ RUBRICELLA, Parva Rubrica, præsertim apud Jurisperitos, Capitulum libri, articulus, aut paragraphus. Johannes Berberius in Indice Viatorii utriusque juris : *Quarta partis una est generalis Rubrica, scilicet de Judiciis, sub qua continentur plures Rubricellæ.* Occurrit apud Stephanotium tom. 7. Fragm. MSS. pag. 253. & alibi. Vide Rubrica.

¶ RUBRICONDUS, pro Rubicundus, ruber. Chronicon Angl. Thomæ Otterbourne p. 5. *Margaritas continentes omnimodi coloris, utpote Rubricondas, iacinthinas, purpureas, prassinias, sed maxime candidas.*

RUBRICUS, [*ρυγγός*, in Glossis Lat. Græc.] Glossæ Græc. Lat. *ρυγγός, Ruscus, Rubricus, rufus, [barrus, burrus, rufus, fulvus, flavus.* Columella lib. 5. cap. 10. *Rubricam amurcam diluere.* Ubi tamen quidam legunt *Rubricam amurca diluere.* Idem lib. 2. cap. 10. *Exilem amat terram & Rubricam præcipue.*

¶ RUBRUM, Mensura frumentaria, apud Italos. Theodorici de Niem de Vita & fatis Constantiensibus Johannis XXIII. PP. cap. 25. *Et granum tantum care vendebatur (Romæ) ita quod pro pecunia, etiam Rubrum pro novem florenis Romanis, absque partium importunitate vix reperiebatur venale : qualem mensuram vidi pro uno floreno in eadem urbe diversis temporibus venundari.* Vide Rubus 2.

¶ RUBTARII. Vide Ruptarii in Rumpere.

¶ RUBUM, Bouton, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. ubi *Rubum*, vel *Bouton Gallicum*, est Fructus rubi, Ovidio *Morum*, ut satis liquet ex voce subsequenti : *Rubus, Buiffon ou Boutonnier.*

1. RUBUS. Charta Guelphonis Ducis Spoleti ann. 1160. apud Ughellum tom. 3. p. 465. *Item largimur præfatis Canonicis 100, solidos de ripa, & Rubum de tota civitate, ut nemo sine eorum voluntate præsumat appendere, vel librare.* Habentur similia p. 481.

¶ Idem esse puto quod Pondus, seu jus ponderis. Italis *Rubo* pondus est 25. librarum. Statuta Saluciarum Collat. 4. cap. 117. *Mensura autem omnes adjustentur ad justam mensuram Saluciarum, ita quod sextarium frumenti puri & mensurati semper reperiatu ponderis Ruborum quatuor.* Modus exigendi gabellam piscium ad calcem Statutorum Saonæ : *Pro piscibus coctis seu coquendis solidos duos & denarios sex Saonæ pro singulo Rubo, & pro quolibet Rubo piscium de scalia coctorum ut supra, solidos quinque dictæ monetæ Saonæ.*

2. RUBUS, Mensuræ frumentariæ in Italia species. Ægidius Calabrigensis de S. Gregorio Episcopo Ostiensi [tom. 2. Maii pag. 466.] *Quotannis octo tritici Rubos Ecclesiæ S. Gregorii offerunt.* [Statuta Montis-regalis pag. 310. *Item pro quolibet Rubo semola, sol. unum den. Item pro quolibet Rubo risi, sol. unum den. Item pro quolibet Rubo rasæ, sol. den. sex.* Ibidem p. 318. *Qualibet persona, quæ vendet, seu vendi faciet ad minutum pisces salsos vel recentes de maritima in civitate Montis-regalis, vel posse, teneatur & debeat solvere emptori gabellæ piscium solidos quatuor pro quolibet Rubo piscium, &c.* Doliolum seu

- cadum intelligo, nostris vulgo *Caque*. Statuta Civitatis Astæ, ubi de intratis portarum: *Rigulitia solvat pro quolibet Rubo lib. 1. Rogia ad tingendum solvat pro quolibet Rubo lib. 6.* Statuta Vercell. fol. 73. recto: *Si receperit molinarius sive conductor ad macinandum quartaronos sex rasos frumenti cumunalis & bene cribiati, sive vallati, qui fuerint Rubi decem, &c.]*
- ¶ RUBBUS, Eadem notione. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 93*. *Quo facto post paucos dies repertum est dictum granarium plenum optimo grano quasi Rubbis quadraginta.*
- ¶ RUBEUS, Eodem significatu. Miracula S. Mariæ Magdalena de Pazzis num. 94. tom. 6. Maii pag. 328. *Undecim moli curavit modios & viginti duos tam subtilis quam rudioris grani, qui viginti quatuor conficiunt Rubeos mensura Romana.*
- ¶ 3. RUBUS, Idem, nisi me fallo, quod Rubetum, Locus rubis confitus, dumofus. Charta Bolconis Ducis Silesiæ ann. 1337. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 42. *Donamus etiam presata Civitati (Friburg.) liberum officium, quod Bierschrott Amacht dicitur, & unum Rubum liberum in omnibus metis, gādibus & greniciis, sicut jacet & jacuit ab antiquo, ad usus proprios, sicut placet, convertendo, eorumque pecora in dictum Rubum pellendo, sine impedimento.*
- ¶ 4. RUBUS, Raia, Gall. Raie, Piscis notus. Vossius lib. 1. de Vitiis ferm. cap. 28. eos arguit, qui Græcorum βάρων, seu βατίδα, Rubum cum B. Ambrosio, quam cum Plinio raiam, reddere maluerunt, & merito quidem.
- ¶ RUCA, Idem, ut videtur, quod Ruga 1. Platea, via, Gall. Rue. Præceptum Pipini Regis an. 754. apud Mabillonium lib. 6. Diplom. pag. 493. *Quicquid dici aut nominari potest, seu & illas colonias in Acebrelido & Walion, & illam warinnam fiscalem, per quam illa Ruca consuetudo est trahere, quam ad ipsam villam Teutbertus tenuit, &c.*
- ¶ RUCANA. Vide Racana 2.
- ¶ RUCENGIA. Charta Gaufredi Archiepisc. Burdegalensis in Tabulario S. Hilarii Pictavenis: *Clamabat... quod inante de Benais habere debebat talliatam suam, quantum vellet, avenas quoque, gallinas, & caseos cosdunales, chevagium, & etiam Rucengiam, cavalcata quoque & biennium quotiescumque vellet.* [An Fricengia, quod idem sit ac Frisengagium, de quo dictum est in Frisinga?]]
- ¶ RUCEUS, Sordidus, & dicitur à Rus, apud Johannem de Janua.
- ¶ RUCHARIUM, Vestiarium, Macris fratribus in Hierolexico, & ex iis apud Hofmannum, ex Græco recentiori ῥῆχον, Pannus quivis vel quævis vestis. Occurrit vox ῥουχαρίων in Actis Concilii Florentini pag. 528. edit. Labbei & apud Codinum de Officiis Aulæ Constantinopolitanæ c. 5. n. 14. Vide Glossarium mediæ Græcitatatis in Ρουχον.
- ¶ RUCHIA, Cortex querneus, seu corticis quernei pulvis ad inficiendum coria, Gall. Tan, Provincialibus Rusquo. Extenta jurium Comitum Sabaudia apud S. Simphorianum de Auzone an. 1309. to. 1. Hist. Dalphin. pag. 98. col. 2. *Item cortex sive Ruchia, cum qua coria aptantur, qua portantur per aquam, quatuor denarios, & est unum jornale quantum unum baptistorium potest terere per diem.* Vide Roseum & Rusca 1.
- ¶ RUCINUS, Equus minor. Vide Runcinus.
- ¶ RUCLATUM. Marcellus Empiricus c. 22. *Rasum, id est, Ruclatum, cum vino austero dabis.*
- ¶ RUCLUARI, pro Ructuari: quod vide.
- ¶ RUCTA, vel frumen in homine, rumen in bestia, pars gutturis gurgulioni proxima, in Glossis Isidori. Ructa

- est eminens pars gutturis, in veteri Vocabulario apud Martinium, qui suspicatur pro Ructa forte legendum esse Tractus, ex hoc Donati loco in Terentii Phormionem 2. 2. *Frumen dicitur Tractus gula, qua cibus in alvum demittitur.* Retinet tamen Ructa, ejusdemque originis esse putat, cujus est Rumere. Quid si à Græco ῥυτός, Tractus?
- ¶ RUCTAMEN, Idem quod Ructus. Prudentius Hamartig. v. 466. *Carnis & immodica spurco Ructamine crudos.*
- ¶ RUCTARE, Ructus emittere proprie; improprie vero dicere, narrare, proferre. Vita S. Petri Cœlestini PP. apud Muratorium tom. 3. pag. 665. col. 2. & tom. 4. SS. Maii pag. 481. *Nec suspecta oculis Ructabimus, agnita dudum His quibus hæc coram fuerant digesta quibusve Hæc impensa, suis nobisque per omnia caris.*
- Perperam in MSS. Ruptare, ut observant Bollandistæ. Ructari dixit Horatius in arte Poetica v. 457. simili significatione: *Hic, dum sublimes versus Ructatur & errat, Si veluti merulis intentus decidit auceps In puteum foveamve, &c.*
- Eadem quoque notione Ructantes decurias & Ructare sapientiam habet Tertullianus. *Erucltare verbum Psalm. 18. 3. & 44. 1. Erucltabunt labia mea hymnum, Psalm. 118. 171.*
- ¶ RUCTEUS, ῥυζῆ, in Glossis Latino-Græc. Aliæ Græc. Lat. ῥυζῆ, Erucltatio, Ructeus. Legendum est Ructus.
- ¶ RUCTORIUM. Sebastianus Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 348. *Observavit ipsam raptam in extasi, & caute supra cavillam pedis alligavit cauterium cataplasmatibus, Ructorium dicunt; vel potius Ruptorium, à rumpendo, quia cutem rumpit, inquit Editores doctissimi, quos consule.*
- ¶ RUCTUARI, Idem quod Ructari. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. Ruclatur, ῥυκλας. Legendum Ructatur, ut est apud Martinium. Perperam in Supplemento Antiquarii, Ruclatur.
- ¶ RUCTURA. Tabularium S. Cypriani Pictav. apud Bessium pag. 359. *Tetaudus Clericus & filii ejus... dederunt Monachis S. Cypriani unam Ructuram, id est, piscatoriam in pago Pictavo, &c.* Forte Rupturam. Vide hanc vocem in Rumpere.
- ¶ RUCTUS, Arbitrium, nutus. S. Cyprianus Epist. 62. *Nec patiamur errare fratres nostros & pro arbitrio & Ructu suo vivere.* Vide notam Baluzii in hunc locum. Pontius in Vita ejusdem S. Cypriani: *Abfit ut malum hoc intra conscientiam religiose mentis admittam, ut de tam beatissimo Martyre Ructus hominis judicaret.*
- ¶ RUCULUM, ῥυκάλον, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græco-Lat. ῥυκάλον, Scutula, Tabia, Ruculum, Scutica.
- ¶ RUCUS, Vestis suprema. Vide Roccus 1.
- ¶ RUDA, Gallice Ruë, Platea. Charta Morlanensis, apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 21. *Ego Guastonus Vicecomes reddidi Ecclesie sanctæ Fidis, & dedi possessionem unius terra, in qua construxi unam Rudam Burgi S. Nicolai, quam ei abstuleram.* V. Ruga.
- ¶ RUDESCOLUM, ῥυκωίον, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. ῥυκωίον, Funis, Restis, Rudescolum, Rudens. In MS. Sangerman. Rudes, colum, in Regio, Funes, Restis, Rudes pro Rudens, ut omnino videtur; unde & pro Rudescolum, legendum puto Rudens, quod vocabulum notum est, & Colum, quod hic sit Rete piscatorium funiculis contextum, ut interdum sonat alibi.

- ¶ RUDIA, Frutex rosas producens. Glossæ Lat. Gr. & Græc. Lat. *Rudia*, ῥοδαί.
- ¶ RUDIBILIS, proprie *asinorum*, inquit Johannes de Janua, à *Rudere* scilicet, quod proprie dicitur de asinis clamantibus; unde *Rudibilitas* & *Rudibilter* apud eundem de Janua.
- ¶ RUDIBULA, Idem, opinor, quod Habena. Thwroczius in Carolo Rege Hungarorum cap. 99. *Universa namque ferramenta streparum & habennarum, seu Rudibularum, & alia ad ipsum spectantia de argento inaurato . . . existebant.*
- ¶ RUDICITAS, Rusticitas, inurbanitas. Johannes de Cermentate Hist. Mediol. cap. 5. apud Murator. tom. 9. col. 1231. *Verum ut debitus honor detur rebus, priusquam de tanto Principe sermonem teneamus, faciam ne velut illotis manibus ad lata convivium discumbentes Rudicitate nimia redarguamur.* Dicitur à *Rudis*, Imperitus, ignarus.
- ¶ RUDIMEN. Glossæ Isidori: *Tironatum*, *Rudinem*. Melius in Excerptis Pithœanis: *Tironatum*, *Rudimen*. Est autem *Rudimen*, pro *Rudimentum*, ut *Tironatum*, pro *Tyrocinium*.
- ¶ RUDIRE, Erudire, docere. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Rudio*, ἔρπαιδίζω. Legitur in primis editionibus Calepini, & aliquando obtinuisse, vox *rudimentum* arguere videtur Vossio lib. 4. de Vitiis ferm. cap. 22.
- ¶ RUDISTA, *Qui vel qua ruderata de humo ejicit*, apud Johannem de Janua.
- ¶ RUDITAS, Inscitia, rusticitas. *Literatoris Ruditatem eximere*, apud Apuleium lib. 4. Floridorum. Statuta Synodi Montispessul. ann. 1258. apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 645. *Legem statuit Dominus humani generis Creator, ut ministerio vita rationabilis edocta, labe Ruditatis abjecta, fieret discretionis luciditate praeclara.* Epistola Petri Narbonens. Episc. an. 1348. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1396. *Vituperose nos & gentes nostras in presentia totius populi stare fecerunt . . . licet eis exponeremus . . . omnia predicta, dictum nostrum privilegium apostolicum exhibentes, & etiam publicantes eisdem, eorum Ruditates & contradictiones, quas statim punire poteramus, sustinendo benigne.*
- ¶ RUELLA, Parva *rua*, seu via, vel platea, Gallice *Ruelle*, Viculus, angiportum. Charta an. 1206. tom. 2. Hist. Eccles. Meldens. pag. 97. *Concessi eidem Garnero & Abbati S. Faronis de Meldis Ruellam, qua est extra domum jam dicti Abbatis ad faciendum omnia assamenta sua.* Alia Charta ann. 1358. ibidem pag. 659. *Præterea quia pluvia, immundicia & fetores fiunt in quadam parva Ruella, qua contiguatur dictæ Ecclesie Meldensi . . . maxime cum locus dictæ Ruellæ parvæ sit valde periculosus . . . concedimus . . . quod ipsi dictam Ruellam . . . valeant claudere.* Charta an. 1241. ex Archivo Monasterii B. M. de Bononuntio Rotomag. *Quandam peciam terra, quam habebam in parochia S. Severi inter terram meam, quam mihi retinui ex una parte & Ruellam ex altera.* Rursum occurrit in Charta an. 1249. ex eodem Archivo. Compositio ann. 1279. è Tabulario S. Richarii: *Claudere possint quandam parvam Ruellam . . . sitam inter Abbatiam & dictæ Ecclesie grangiam.* *Ruella* legitur in Charta an. 1282. tom. 1. Chartularii S. Vandregesili pag. 938. secunda manu, ubi prima legebatur *Ruella*, ut & in vetusto Rituali S. Juliani Brivatensis, in Charta Pontifarenfi an. 1221. in Actis SS. Aprilis tom. 1. pag. 904. col. 1. & pluries apud Lobinellum tom. 3. & 4. Hist. Paris. locis indicatis in Glossario: quod consule.

- ¶ RUENO, Rivulus canalifve. *Ruene intermedio*; in Schedis D. Aubret.
- ¶ RUERE, Projicere, ex Gallico *Ruer*, hac notione. Tudebodus lib. 5. *Vexilla quoque, qua sursum erant, perforabant cum sagittis, & aliis lapidibus, & alii Ruebant Græcos ignes super Castrum, eo quod putabant illud ardere.* [Gesta Consulium Andegav. cap. 11. num. 6. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 491. *Illi de domicilio, quod turre porrectius erat, nimis eis nocebant, utpote super quos lapides à mangonellis jaculati desursum Ruebant, major pars exercitus . . . impetuose in burgum Ruebant . . . ignemque copiosum jacentes omnia incendebant.* Acta S. Benedicti Avenion. to. 2. Aprilis pag. 259. n. 19. *Inimicus desuper Ruie lapidem magnum, putans eo occidere S. Benedictum.*]
- ¶ RUERE, Evertere, Gall. *Renverser*. Aimoinus lib. 2. de Miraculis S. Benedicti num. 25. sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 382. *Ruerat radicitus aquarum alluvies maximas arborum moles, quarum impetu trunci quoque antiqua diuturnitate solidati evertebantur.*
- ¶ RUES, *Ruina*, in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. & Isidori. Gloss. Græc. Lat. ῥῥῶσις, ἔρις ὀμοδομῆς, *Ruina*, *Ruës*. [Adde alias Lat. Græc.]
- ¶ RUFARIA. Guibertus lib. 1. de Vita sua c. 20. agens de famulo, cui Monachus quidam pecuniam, infcio Abbate, commiserat, ait: *Deposita illa Rufaria apud se reposita dicit.* Non video satis, quid proprie significet hæc vox *Rufaria*, nisi sit monetæ genus ex auro, quod à *rufo*, seu flavo dictum fuerit *rufarium*.
- ¶ RUFATUS, *Sanguine cruentatus*. Papias.
- ¶ RUFEOLO, RUFELLA, Panis seu placentæ species, *Rougeolle*, Picardis nostris, quod colore subrubido sit. Udalricus lib. 2. Consuetud. Cluniac. cap. 4. *Pro signo Rufeolarum, vel, ut Theutonici loquuntur, Cratonum, præmisso signo generali panis, simula cum duobus digitis illas minutas involutiones, qua in eis sunt facta, ex ea parte, qua sunt complicata, & quasi rotunda.* [Eadem habet Bernardus Monachus in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 17. Sed S. Wilhelmus lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 9. pro *Rufeolarum*, habet *Ruseolarum*.] ubi Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. habet *Rufellarum*. [Vide *Rofiolus*, *Roscella* & *Rosola*.]
- ¶ RUFFIANI, vox Italica, *Lenones*, apud Mamotrectum ad Legendam S. Lucie, qui *Institores libidinis* Valerio Maximo lib. 6. cap. 1. num. 6. *Vitiorum institores*, Quintiliano decl. 260. *Productores, conciliatores*, aliis: *Ruffarum* scilicet, seu meretricum, quibus capilli flavi seu rufi, cum matronarum nigri essent, ut observatum à Fr. Pithœo & Wovereno ad Petronium, & aliis criticorum filiis. Aliter tamen de vocis origine censent Jacobus Bourgoing de Origine & usu vulgari vocum pag. 57. ut & Ferrarius in Orig. Italic. quos consule, si tantum est. Quin & Statuta Mediolanensis 2. part. cap. 474. [Petri Azarii Chronicon apud Muratorium tom. 16. col. 341. *Habebat alium nepotem, sed spurium . . . semper ebrium & publicum Ruffianum.* Laurentius Byzynius in Diario Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. p. 183. *Manifesti peccatores, adulteri & adulteræ . . . Ruffiani & meretrices . . . non tolerantur absque pœna.* Menoti Sermon. fol. 94. *Clama contra Dominos etiam Parlamenti, qui locant suas domos lenonibus, Ruffianis & meretricibus.* Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 25. *Meretrices autem, Ruffiani & baraterii, seu ribaldi soliti se in terrula super tavolerium spoliare, possint impune percuti & verberari.* Correctiones eorumdem Statutorum cap. 85. *Jubemus, quod quilibet & qualibet leno, qui & quæ vulgariter*

Ruffiani dicuntur, &c. Ruffiana seu lensa, in Statutis criminalibus Saonæ cap. 25.]

RUFFLURA, Plaga levis. Vide *Riffura*.

RUFIA. Charta Alamannica 58. ex Goldastinis:

Hoc est auro & argento solidos 70. & cavallos 5. cum saumas, & Rufias, & filtros cum stradura sua ad nostrum iter ad Roman ad ambulandum. Idem videtur quod Volsura: sic autem, si bene conjicio, vocat hæc Charta, pelles, à quibus evulsi sunt animalis pili. Est enim volsura, τιλμα, in Gloss. Græc. Lat. alibi exponitur ῥήμα.

ROFIA, in Tabulis foundationis Monasterii B. Mariæ Santonenfis an. 1047. in Regesto 114. Tabul. Regii Ch. 239. & apud Marcam lib. 1. Hist. Beneharn. cap. 12. *Damus ... decimas decimarum totius Insulæ Olarionis, excepta parochia S. Georgii ad luminare altaris, & decimam Rosiarum, cervorum, cervorumque, quæ in ipsa Insula capta fuerint ad librorum volsuras. Ubi rufia & rosia videntur sumi pro pellibus rufearum, seu rubearum ferarum, scilicet cervorum & cervarum, ad libros tegendos & compingendos. Edita porro eadem Charta apud Sammarthanos in Abbatiis pag. 598. pro Rosiarum perpetuam Rosiarum præfert, [ut & nova Gall. Christ. tom. 2. Instrum. col. 480. observato tamen in Onomastico à Cangio emendari Rosiarum.] Vide *Rubeus feramus*.*

1. RUFUS; Herba inficiendis rubro colore vestibus, in veteri Charta apud Columbum, quæ Roux dicitur in alia Guidonis Fulcodii, apud eundem lib. 3. de Episcopis Vasion. num. 5. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam lib. Passion. cap. 66. ad hæc verba: *Rore, quo Gotti utuntur: Ros, quo utuntur Gotti, fit de herba, quæ vulgò vocatur Rufus, quæ crescit in terra Gothorum. Infra: Ros quo Goti (sic in MS.) utuntur, est herba cum qua cordoanum paratur. Ubi per Gothos, Occitani intelliguntur. Herbam hanc esse Cotinum Plinii quidam volunt, de qua ille lib. 16. cap. 18. Est & in Apennino frutex, qui vocatur Cotinus, ad linteamenta modo conchylis colore insignis, folia ejus quasi terebinthi fructus ex umbella in parvulis siliquis. Sabaudi Fustet vocant, alii Rbu, propter usum in tinctura, Itali Rosa, & Scotano, atque Rosolo, in Apennino, quia Corticis usus conchylis vice, ramorum vero, quia ligni interioris aureus color, ad lutei tincturam.*

☞ Haud satis scio qua notione Charta ann. 1252. apud Columbum in Genealogia Siminiana pag. 592. *Habent cupam olei & eminam bladi & salis & Ruffi & jus puniendi eos, qui in prædictis falsitatem commiserint.*

2. RUFUS. Willelmus Tyrius lib. 14. cap. 1. de Fulcone Rege Hierosol. *Erat autem idem Fulco vir Rufus, ... fidelis, mansuetus, & contra leges illius coloris, affabilis, benignus, & misericors. Vide Gen. 25. v. 25. & Martialem lib. 12. Epigrammate 54. in Zoilum.*

1. RUGA, Platea, vicus, nostris *Rue*. Papias: *Ruge, Romæ, semitula*. Ubi pro Romæ, legendum *Ruma*, ex Gr. ῥύμη. Vetus Gloss. Lat. Græc. cap. de Civitatib. *Platea, ἄγυια. Ruga, ῥύμη*. Charta Roberti Regis Franc. apud Doubletum pag. 826. *Similiter autem à Ruga medva, & semita mariima, &c. sic enim legendum pro Aruca. Willel. Tyrius lib. 12. cap. 25. Ipsi Venetici Ecclesiam & integram Rugam, unamque plateam, sive balneum, nec non & furnum habeant. Mox: Præterea illam ejusdem plateæ, Rugaque, Achon partem, &c. Bulla Alexandri PP. ann. 1165. in Magno Pastoralis Eccles. Parisiens. lib. 19. ch. 17. Usque ad locum, quæ vocatur Tudel-*

la, in Ruga ejusdem S. Germani. Chronicon MS. Andreæ Danduli ann. 1111. Quorum Rex opera expertus, Ecclesiam; Rugam, plateam, & mensuras concessit. [Adde idem Chronicon editum à Muratorio tom. 12. col. 275. & col. 574. ubi pluries occurrit vox Ruga hac notione, ut & in Chronico Dominici de Gravina eodem tom. col. 642. Ruga quæ pergit contra meridiem, in Tabulario Landevenecensi.] Joannes Villaneus lib. 3. cap. 2. La grande Ruga, che va a san Giovanni. Adde Ricordanum Malaspinum cap. 156. Vide Ughellum tom. 4. pag. 1099. 1166. 1205. Etymon à Rugis seu sulcis in fronte quidam accersunt, quod id efficiant in urbibus, quod rugæ in fronte. Octavius Ferrarius à Corrivio, in v. Corrobio.

2. RUGA, Vox frequens in Ordine Romano, & apud Anastasium in Vitis summorum Pontificum, tametsi de genuina ejus notione vix constet. Cæsar Bullengerus in marmore vel metallo strias, canaliculos, sulcos Rugarum instar, quæ in senum fronte contrahuntur, vel tabulas ex auro & argento rugosas & striatas interpretatur. Vide Salmasium ad Tertulliani Pallium pag. 335. sed procul à vero abesse virum eruditum plus satis ostendunt horum verba, ac primo Ordinis Romani, quo loco enarrans, ut Pontifex finita sacra Liturgia in Secretarium redit, hæc subdit: *Tunc septem cereostata præcedunt Pontificem, Sub-Diaconus Regionarius cum thuribulo ad Secretarium; ... post eos Bajuli, post eos Cereostatarii, post quos Acolythi, qui Rugam conservant, post eos extra Presbyterium Cruces portantes, deinde Mansionarii juniores, & intrat in Secretarium. Anastasius in Stephano IV. Fecit & Regulares argenteos super Rugas, per quas ingrediuntur ad altare. Locos alios ex pag. 108. 112. 121. & 124. dedimus in Descriptione ædis Sophianæ num. 73. ubi diximus, per Rugam videri intelligi viam in ipsa æde sacra ante Presbyterium, quæ in illud pergit Pontifex, sacra facturæ. Videat lector, an conjecturam nostram probet ex his, quæ ibi observavimus. Vide Ruarius.*

☞ *Rugam velum ostiis aut etiam imaginibus oppansum interpretatur Henschenius in Actis SS. Maii tom. 3. p. 395. not. O. ita dictum, inquit, quia dum reducitur, in rugas seu plicas coit. Sed Mabilionius in Commentario in Ordinem Romanum tom. 2. Musei Ital. pag. cxxxv. & seqq. prolatis variis Anastasii locis, in quibus Ruga Rugulave memorantur, indubitanter conficit, Rugas seu Rugulas nihil aliud esse quam portas, porticellas fenestellasve, quæ tum ad ingressum presbyterii tum in vestibulo altaris, tum intra & extra Confessionem erant, tum denique cancellis intermixtæ: atque inde vocem Italicam Ringuieres, quæ fenestellas ciborum hodie quoque significat, derivatam fuisse. Pluribus suam confirmat sententiam vir doctissimus: quem consulas, velim, cum opus erit.*

☞ Occurrit eadem vox Ruga, incerta mihi notione, in Chronico Cremonensi apud Muratorium tom. 7. col. 633. ubi gesta quædam strictim omnino referuntur. Sic ad annum mxcvii. *Quando tempus Rugarum fuit, nihil prorsus addito, unde lux affulgeat.*

UGADIUM, RUGADICUM, Tributi species apud Dertonenses in Italia. Charta ann. 1183. apud Ughellum tom. 4. pag. 362. *Ut habeatur Rugadinum in omnibus in suprascriptis locis, & de eorum curtibus Rugadicum est duo solid. de uno quoque pariboum, & de illis, qui habent unum, & eorum qui laborant cum sapa 12. denarii per singulum annum, &c. Vide Plateaticum & Ruga 1.*

- ¶ RUGARE, Denunciare, à Germanico *Rugen*: quod idem significat. Buschius de Reformatione Monasteriorum cap. 15. apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 814. *Deinde dixi accusatoribus: Fecistis vos juramentum, quod omnia vultis Rugare & accusare, qua à Parochianis vestris contra Dei & Ecclesie sancta mandata facta noveritis. Responderunt, quod sic. Et pag. 815. Tunc ego dixi: Ego darem decem florenos, quod sic esset, quod nemo Hal lensium contra Dei & Ecclesie mandata aliquid Rugandum commisisset.*
- ¶ RUGATURA, Plicatura, qua pannus seu vestis in rugas convolvitur. Papias: *Supera Rugatura dicuntur panni.*
- ¶ RUGATUS, In rugas contractus. Vox nota Plinio aliisque. *Rugatis superlitiis* interdicitur Clericis, in Statutis Ecclesie Pictav. apud Martenium tom. 4. Anecd. col. 1075. *Rugatis femoralibus*, in Synodo Limensi ann. 1582. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 275. *Rugatis seu lactucatis manicis*, in Synodo Tarracon. an. 1591. ibidem pag. 509.
- ¶ RUGETUS, Rubicundus, Gallice *Rouge*. Miracula S. Antonii de Padua, tom. 2. Junii pagina 738. *Sic quod (lingua) videbatur intuenti bianda & Rugeta.*
- ¶ RUGHA, Idem quod *Ruga*. Platea. Constitutiones Frederici Regis Siciliae cap. 116. *Item quod nullus in plateis seu Rughis publicis possit de novo construere, vel vetera readificare adificia, nisi de conscientia predictorum juratorum, qui accepta mensura ipsarum platearum sive viarum, &c.*
2. RUGIA, [Canalis, rivus, rivulus.] Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 245. *Ad transversum fluminis tam publici quam privati, vel alicujus Rugie vel foratoris, . . . liceat vicino habenti terras ab utraque parte aquam deducere. Cap. 281. Judex officialis aquarum teneatur, . . . videre omnes Rugias seu bucchas exeuntes de lecto Clena, & eas reduci facere, &c. Cap. 248. Et nulla Rugia seu buccha Rugia fieri possit, nec teneri super dicto alveo pro derivando de dicta aqua, &c. Adde cap. 286. 287. [Statuta Vercell. lib. 4. fol. 70. verso: Item quod nullus hospes vel ejus nuncius exeat porticum hospitii, in quo moratur, nec Rugiam qua fluit ante suum hostium causa vocandi hospites, & qui contra fecerit solvat pro banno qualibet vice sol. xx. Pap. Rugiam hic intelligo Rivulum aquae pluvialis fluentem per mediam plateam, nostris etiam *Ruisseau*; sed pro ipsa platea vox eadem occurrit lib. 7. eorumdem Statutorum fol. 150. recto: *Item si aliquis habuerit tectum sive porticum, sive canteria sive trabes ita versus Rugiam vel roariam, quod carrum oneratum feno per Rugiam illam vel roariam non possit transire, teneatur eam destruere vel ita facere, quod carrum feni libere transire possit. Vide Ruga 1. & Recercatio.]**
- ¶ 2. RUGIA, f. Rubia, Ital. *Roggia*, Gall. *Garence*. Modus exigendi gabellam ponderis ad calcem Statutorum Saonae: *Pro quibuscumque generibus specierum, seu aromatum & dragariarum, videlicet zucarorum, Rugia, teste, vichiellarum, gallarum, corallorum, cardeghi, jacha elephantis . . . soldum unum.*
- ¶ 1. RUGINOSUS, Ferruginus. Vita B. Ægidii, tom. 3. Aprilis pag. 224. *Ipse vero inveniens cultellos domi nimis Ruginosos & turpes, dixit frustata, quod volebat acuerere eos.*
- ¶ 2. RUGINOSUS, In rugas contractus. Coel. Aurelianus lib. 1. de Morbis acutis cap. 11. *Cutis veluti Ruginosa vel sulcata pannositas.*
- RUGIRE, Cervi dicuntur. Gloss. Gr. Lat. *ελαφος* *κράζειν*, Bardit, *Rugit*. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. Tom. V.

- §. 13. *Si quis cervum domesticum alienum, qui non Rugit, intricaverit, &c. si quis cervum domesticum, qui tempore suo Rugire solet, intricaverit, &c.* Adde Edictum Rotharis Regis tit. 104. §. 11. Sic etiam fortean legendum in Lege Alamannorum tit. 99. §. 1. *Si quis bisontem, bubalum, vel cervum, qui prugit, furaverit, &c.* Ubi MSS. alii habent *brugit*, editio vero Tiliiana, *pringit*. Est autem cervorum
- RUGITUS, Qui vulgo Gallis *Rut*, Aristoteli *ὄχεται*; qui per duos fere menses durat, & incipit à festo S. Catharinae. Idem ait, rugitum cervorum incipere mense Boëdromione, ac desinere Mæmacterrione, ac per totum Pyanepsonem, qui inter eos menses medius est, durare. Id tempus ipsa voce *Rugitus*, designat Fulbertus Carnot. Epist. 102. *Rex proximo Rugitu, ut dicitur, venire habet in silvam Legium, &c.* Annales Franc. Bertiniani an. 864. *Hludovicus Italia Imperator nominatus, à cervo, quem in Rugitu positum sagittare voluit, gravissime vulneratur.*
- RUGIRE præterea dicuntur animalia, cum ruminant & remandunt, in quibus sunt etiam cervi, ut testatur Plinius lib. 10. cap. 73. Fleta lib. 2. cap. 76. §. 8. *Ita quod præbenda (equorum) coram bobus conferenda stramine avena misceatur vel frumenti: aresta enim straminis ordeacei Rugitus eorum impediret.* Ibidem cap. 79. §. 7. de multonibus, seu vervecibus: *Cumque eorum natura sit Rugiendi, ac id, quod mandatur, nullatenus venerit ad Rugitum, possibile est hujusmodi multonibus per putrefactionem illius fœni in stomachis remanentis deperire.*
- ¶ RUGNARIUS, Idem forte qui supra *Ruarius*. Ordinarium Laudunense apud Marten. de antiqua Disciplina in divinis Officiis pag. 95. *Duo de subdiaconis qui procedentes fuerunt in Missa aquam & manutergium deferunt ad Episcopum. Rugnarius legit vel alius pro ipso. Cantores predicti cantant coram Episcopo, dum epulatur. Ut Ruarius à Rua, sic Rugnarius à Ruga fingi potuit.*
- ¶ RUGOSITAS, Rugarum contractio proprie, & per metaphoram Austeritas, Tertulliano de Patientia cap. 15. *Frons nulla mæroris aut iræ Rugositate contracta.*
- ¶ RUGULA, Parva ruga, seu plica, Johanni de Janua; *Petite fronce*, in Glossis Lat. Gall. Sangermanensibus MSS. Vide alia notione in *Ruga* 2.
- ¶ RUHA, Idem quod *Rua*, Platea, vicus, Gallice *Rue*. Tabularium S. Vincentii Cenoman. *Sex denarios de censu cujusdam domus, quæ est in Ruha Haraldii.*
- ¶ RUIBRIS, Qui rubra facie est, Gall. *Face rouge*. Cognomen fuit Alani Ducis Aremoricae: *Alanus Ruibriz nominatissimus Ducum Britannia*, in Instrumento an. 1558. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 305.
- ¶ RUINARE, Ruere, labi, cadere. Acta Franciscæ Rom. tom. 2. Martii p. 170. *Angeli qui debebant Ruinare, & illi qui debebant persistere in divino amore.*
- ¶ RUINARE, Activa significatione, Demoliri, destruere, disturbare, Gall. *Ruiner*, Ital. *Ruinare* & *Ruinarre*. Acta B. Gerardi, tom. 1. Junii p. 769. *Flamen Lambri per pluviam . . . subito creverat & pontem Ruinaverat, seu Ruinaverat, ut habetur in Chronico Modoetiensi apud Muratorium to. 16. col. 1086. Chronicon Andreae Danduli apud eundem Murator. tom. 12. col. 396. Muros & turres . . . Ruinari fecerunt. Rursum occurrit ibidem col. 403. ut & in Chronico Modoetiensi eodem tom. col. 1143. Ruinata terra, in Tabulario Absiensis fol. 222. Ruinata turres & domus, in Chroni-*

eo Parmensi apud eundem Muratorium tom. 9. col. 848.

¶ RUINATIO, Ruina, destructio. Vitæ Patriarcharum Aquileiensium apud Muratorium tom. 3. Anecd. pag. 246. *Tempore vero Ruinationis Ecclesie predictæ, &c.*

¶ RUINOSUS. Rolandinus Patav. de factis in Marchia Tarvisina lib. 6. cap. 5. apud Muratorium tom. 8. col. 257. *Sciebant enim se omni anno, in die de Cæna Domini, anathematizatum Roma coram multitudine Ruinosa, quæ illic tali die colligitur de diversis regionibus mundi. Sed videtur omnino legendum numerosa.*

¶ RUISELLUS, Rivulus, Gall. *Ruiffessa*. Videlicet usque ad *Ruiffellum de Noevilla*, in Charta an. 1257. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1654. Vide *Ruiffellus*.

¶ RUISETUM, pro *Russetum*: quod videtis.

¶ RUISSELLUS, Idem quod *Ruiffellus*, Rivulus. *Juxta Ruiffellum venientem de piscatura*, in Charta an. 1467. ex Schedis D. *Aubret*. Occurrit rursus in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 354. & alibi.

¶ RULLA, Plinio, & *Rullam* Columellæ, ut plures volunt, Instrumentum ferreum quo vomis detegitur, Gall. *Curette*. Glossæ Lat. Græc. *Rullam*, χωρικὴ, ἀγροϊκός. Aliæ Græc. Lat. χωρικὴ, *Rullam*. Et alibi ex variis MSS. *Αγροϊκός*, *Rullam*, *rurestus*, *rusticanus*, *agrarius*, *a, um*, *villanus*, *rusticus*, *rustica*. Hæc indigent medica manu. Vide Vossium in Etymologico v. *Rullus*.

¶ RULLUS, *Ἀγροϊκός*, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Gr. Lat. *Ἀγροϊκός*, *Circulator*, *Rullus*, *mendicus*, *prestigiator*. Vulcanius mallet *Medicus* quam *Mendicus*; non male: nam Medici circumforanei sunt ἀγροϊκοί. ut habet Vossius in Etymologico; ubi tamen addit: Sed quid hæc ad *Rullum*? Quare ei videtur pro *Mendicus*, scribendum *Rusticus*, pro *Ἀγροϊκός* vero scribendum *Ἀγροϊκός*, quod Hesychio idem est atque *Ἀγροϊκός*, *Rusticus*.

¶ RUMANIA. Vide *Romania*.

¶ 1. RUMARE, Ruma seu mamma alere. Glossæ Lat. Græc. & Gr. Lat. *Rumat*, ἐμβρωματίζει, dat cibum. Et alibi: *Rumo*, θηλάζω. Martinus emendat, *θηλάζω*, quod in iisdem Glossis exponitur, *Lacto*, *fugo*, *lacteo*. *θηλάζειν* modo de nutrice mammam præbente dicitur, ut Luc. 11. 27. & 23. 29. modo de infante lac fugente, ut Romulus & Remus *θηλάζοντες τὸ θηρίον*, apud Plutarchum in Romulo.

¶ 2. RUMARE, *Rumores facere vel afferre*, Johanni de Janua; *Dire nouvelles, vel Ruminaire*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Vide *Adrumare*.

¶ RUMBARE, Cum strepitu diruere, evertere, si bene interpretor, ab Italico *Rombare*, Crepare, strepere. Chronicon Tarvisinum apud Muratorium tom. 19. col. 765. *Victor Pisani capitaneus predictus habito consilio versus terram processit, & intrans portum ad terram descendit, illam circum circa obsidens atque impugnans partim cum scalis erectis muris, & partim cum pichis ferreis sudibusque ac uncis muros Rumbantibus.*

¶ RUMBOLUS, Funda, Gall. *Fronde*, Italis *Rombola*. Agnellus in Vita S. Damiani Episcopi, apud Muratorium tom. 2. pag. 155. col. 1. *Alii vero se interficiebant procul manibus & missi saxo; alii mugitu Rumbolorum territi per diversa fugiebant loca. Vide mox Rumbula.*

¶ RUMBULA. Cæfarius Heisterbacensis lib. 7. c. 45. *Ipsam iconam (Deipara) respiciens . . . indignans ait, Ut quid hic stat vetus hec Rumbula? Et mox: Quia*

Domina illa vocavit me veterem Rumbulam. Quæ voce designari putant vetulam, putidam aut infamem foeminam.

¶ Carolus Macer in additionibus ad Hierolexicon Dominici fratris Veneficam intelligit, quod veneficæ mulieres rhombis uterentur ad deducendam Lunam tortis filis confectis; unde Ovidius lib. 1. Amorum Eleg. 8.

Quid torto concita Rhombo Licia?

Martialis vero lib. 9.

Quæ nunc Thessalico Lunam deducere Rhombo.

Et Propertius lib. 9.

Deficiunt magico forti sub carmine Rhombi.

Vel *Rumbulam* intelligit Mulierem, quia rhombum tractat, machinulam nempe, quam vertendo femina tractant & lanificium nent. Ideo *Rumbulo* Melitensibus Turbo dicitur, quia filo involvitur ad instar rhombi textrini; unde *Rumbulos* etiam vocant homunciones puerosve, cum instar turbinum quasi verticose sese agitant præ jactantia & præsumptione.

¶ RUMBUS, pro *Rhombus*, ut puto, Piscis marinus, Gall. *Turbot*. Codex MS. Consuetudinum Ecclesie Colon. *Quando Rumbus datur, tunc Cellerarius & Pincerna dant Dominis prout plures Domini sunt in domibus.*

¶ RUMENIA. Vide *Romania*.

¶ RUMENTA, fem. gen. Purgamenta, Gall. *Ordures, Balieures*. Statuta Placentiæ lib. 4. fol. 45. recto: *Nemini liceat projicere aquam vel Rumentas vel pulverem vel aliud turpe in civitate vel suburbiis à balcono vel fenestra, &c.* Statuta Civitatis Astæ collat. 19. cap. 15. *Teneatur Potestas scovari facere omnes causeas sive strenitas de xx. diebus in xx. diebus, & quilibet portari totam Rumentam de ante domum vel sedimen suum singulis xx. diebus sub pœna sol. v. Ibidem collat. 11. cap. 78. Statutum est ac ordinatum, quod aliqua persona non audeat projicere vel poni facere aliquam Rumentam putredinis vel aliquid aliud, quod noceat beali barbaris, seu quod impediatur cursum ipsius aque in ipsum beale.*

¶ RUMENTUM, Eadem notione. Statuta Massil. lib. 4. cap. 2. §. 1. *Ordinamus hoc presenti capitulo, ut Rector & Consules . . . debeant feri facere in portu . . . unum barquile, in quo tota terra & Rumenta omnia, quæ per dictas vias transversas adducuntur ab aquis pluvialibus ad dictum portum, possit vel possint remanere, scilicet in barquili dicto seu focea, ut ita per predicta barquilia dictus finus dictaque omnia Rumenta retineantur.* Rursus occurrit §. 2. *Festus Rumentum reddit Abruptio.*

¶ RUMEPENY. Vide *Romepeny*.

¶ RUMFEITH, Denarius S. Petro solutus ab Anglis. Leges Alvredi cap. 9. apud Bromptonum: *Si quis Rumfeith saperteneat, &c.* Vide *Romfeah & Romefco*.

¶ RUMICA, *Κόκκυξ*, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. *Coccyx*, *cuculus*.

¶ RUMICESTRI. Vide *Rumigestri*.

¶ RUMIFER, Qui fert rumores & nova. Epistola an. circiter 1220. apud Baluzium tom. 2. Miscell. pag. 262. *Sed quare Baldach non expugnavit, ignorant omnes Rumiferi.*

¶ RUMIGARE, Ruminare, Gall. *Ruminer*. Papias: *Ruma, gula, unde Rumigare*. Apuleius lib. 4. Metamorph. *Tunc ventri tam profundo serviens, jam ferme tertium qualum Rumigabam.* Licet ἀναλογίᾳ nitatur, ut & *Ruminare*, eo nollet uti Vossius, ut ipse ait lib. 4. de Vitiis serm. cap. 22.

¶ RUMIGER, Idem quod *Rumifer*. *Rumigera loque-*

- la, in Epistola Caroli M. ad Offam Regem Merciorum apud Baluzium tom. 1. Capitul. col. 276.
- ¶ RUMIGERARE, *Rumores gerere*, Johanni de Janua; *Porter nouvelles*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Glossæ Lat. Græc. *Rumigero*, θρυλῶ, Διαθρυλλῶ. Glossæ Gr. Lat. θρυλῶ, *Rumigero*, vulgo. Et alibi: Διαθρυλλῶ, *Rumigero*, divulgō. Festus habet, *Rumitant*, *Rumigerantur*. *Rumiferare* dixit Plautus Amphitr. act. 2. sc. 2.
- ¶ RUMIGERATIO, *Latio rumorum, fama*. *Infamis Rumigeratio*, apud Lampridium in Heliogabalo cap. 10.
- ¶ RUMIGERULUS, *Gerens rumores*, Johanni de Janua; *Porteur de nouvelles*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Glossæ Lat. Græc. *Rumigerulus*, θρυλλήτης, θρυλλήτης, ὁ Διαθρυλλῶν. Adde Glossas Græc. Lat. Uti sunt S. Hieronymus de vitando suspecto contubernio cap. 4. & Ammianus lib. 14. cap. 1. & alii recentiores.
- ¶ RUMIGESTRI. Gellius lib. 10. cap. 25. *Lancea, spari, Rumigestri, falces, tragula, framae*. Scalliger lib. 4. Conjectan. ad Varr. suspicatur reponendum esse *Runcastri*, vel *Rumicestri*; Turnebus vero, *Rumæ, cestri*; feliciter, ut puto, Lipsius lib. 1. Elect. cap. 7. *Spari, Rumices, trifaces*, observato in veteribus MSS. legi *faces*, non *falces*. Sunt autem *Rumices*, Jacula, de quibus meminit Lucilius. Festus: *Rumex, genus teli, simile spari Gallici*.
- ¶ RUMINARE, *Cibos in rumen revocare*, Columellæ, Plinio aliisque; unde per translationem Repetere, in memoriam revocare, mente revolvere, nostris *Ruminer*. Hac metaphorica notione legitur apud Nonium ex Varrone, Tertullianum de Resurr. carnis cap. 37. Symmachum lib. 1. Epist. 3. lib. 3. Epist. 13. & alios recentiores. Peculiari significato Vita S. Winwaloei MS. *Cito enim caumate exorto omnia notiva, que fruges Ruminant* (id est, comedant) *emittit*. Sermo est de insectis. Singularius Miracula MSS. Urbani V. PP. *Audivit custodem carceris fortiter dormientem & Ruminantem, hoc est, stertentem, ronchissantem*.
- ¶ RUMINUM, ἰμάτιον κατὼ ἔχον πορφύραν, in Glossis Lat. Græc. Vestis subtile habens purpuram. Eadem habentur in Glossis Græc. Lat.
- ¶ RUMONIARE, Idem quod *Ruminare*, improprie tamen; canes enim, unde sequens similitudo ducitur, non ruminant proprie, sed evomunt & repetunt vomitum. Chronicon Modoetiæ apud Muratorium tom. 12. col. 1184. *Respiciendo huc atque illuc, comedendo Rumoniabat sicut canis comedens carnes ab aliis canibus ablatas. Accipiens quoque calicem ad os suum ponebat, & ille, qui erat flexis genibus, aliquantulum se rexit, volens videre, si in calice esset sanguis; & vidit in calice sanguinem cagiatum & dictum Presbyterum ipsum in ore recipientem adtractum, tenerum, Rumonioselambentem, sicut canis Rumoniano lambens sanguinem in cunchis bechariorum*.
- ¶ 1. RUMOR, pro *Rheuma*, Fluxio, ut videtur viris doctis. Vita B. Godehardi Episc. tom. 1. Maii pag. 515. num. 43. *Vere scias quia in eadem veste Rumorem invenies. His dictis puer exiit; & in ipso momento intolerabile eum frigus invasit; & hora eadem agrotans, lecto procubuit*. Forte legendum est *humorem*, ut suspicatur Mabillonius læc. 6. Benedict. part. 1. pag. 419.
- ¶ 2. RUMOR. Auctor incertus inter Agrimenfores: *Secundum loci Rumorem, quod interpretatur, secundum loci observationem*.
- ¶ 3. RUMOR, Turba, tumultus, jurgium, Gall. *Bruit, tumulte, trouble*. Chronicon Parmense apud

- Muratorium tom. 9. col. 847. *Omnes tam banniti quam confinati de dicta parte Episcopi, cum ghirlandis in capitibus redierunt Parmiam, sani & salvi & absque aliquo Rumore*. Ibidem col. 851. *Cucurrerunt cum armis & equis ad plateam... in quo Rumore duo ex domo Consaloniorum dicta civitatis, qui fuerant ex incaptoribus dicti Rumoris... fuerunt mortui, & multi banniti & confinati*.
- ¶ RUMORIZARE, *Rumorem seu tumultum excitare*; unde *Rumorizatus*, Turbatus, tumultuosus. Annales Cæsenates ad an. 1326. apud Muratorium tom. 14. col. 1145. *Rumorizata undique civitate, domina Polentesa filia domini Guidonis Novelli de Polenta, &c*.
- ¶ RUMORIZATOR, *Qui rumores seu tumultus excitat*. Ibidem Annales ad annum 1309. ibidem col. 1131. *Ascendens equum ivit viriliter, sicut potuit, contra illos Rumorizatores, incipiens fortiter preliari*.
- RUMPERE, *Terram, agrum profcindere, arare*. [Chronicon ann. 1196. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 188. *Item super gasto, quod Ruperat W. Bernardi, &c*. Et infra: *Ita quod defensum ibi nullum sit, excepto eo, quod ibi Ruptum vel excultum est*. *Rupta terra*, in Charta an. 993. è magno Chartulario ejusdem S. Victoris fol. 23. vº.] Charta ann. 1273. in M. Pastoralis Ecclesiæ Parisiensis lib. 15. Ch. 22. *Cum centum arpentis terra arabilis, tam Ruptis, quam Rumpendis, sitis prope, &c*. Charta an. 1224. in Historia Monmorenciaca pag. 87. *Ita tamen, quod nos retinemus nobis & heredibus nostris, quod in eodem vivario piscari, & pisces vendi, & illud Rumpi, quandocunque & quotiescunque nobis placuerit, faciemus*. Alia ejusdem anni pag. 88. *Donavit mihi & heredibus meis vivarium suum de Beir, ita quod sibi & heredibus suis retinuit molendinum ejusdem vivarii, & suum piscari, & suum Rumpere, & vendere in eodem quandocunque & quotiescunque voluerit*. Sugerius pag. 334. *Apud Vallem Crifonis villam adificavimus, & carruca terram incultam Dirumpi fecimus*. Charta Guillelmi Maengo Militis Dom. Surgeriarum an. 1253. *Ai baaille au Prior de sainte Valere de Mauzé... mes essars noveas, qui sont ou bochau saint Sernin, ... li devant dit home doivent Rompre & gagnier les terres aus us & aux coutumes dou pays*.
- ARRUMPERE, Eodem significato. Charta Garciae Fernandi Comitæ æræ 1010. apud Antonium de Ypez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 1. *Et per omnes terminos plantare & Arrumpere licentiam habeant, &c*. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 5. *Terram... bene Arrumpere, remenare, & reterzare, & quarto sulcu seminare*.
- RUPTICIUM, Terra de novo profcissa, novale; *Rompeis*, in Consuetudine Nivernensi cap. 12. art. 5. 6. *Rompeis sont terres nouvellement cultivées, esquelles n'y a apparence ou memoire de culture faite autrefois*. Charta Theobaldi Episcopi Ambian. ann. 1183. in Tabulario Eccles. Ambian. *Infra terminos ejusdem decimationis de Savieres est pars cujusdam nemoris, quam tenentur fratres B. Joannis ad culturam reducere, & Rupticia facere*. Et infra: *Donec terra ad culturam & Rupticia fuerit redacta*. Judicatum ann. 1332. in Hist. Reomaensi: *Omnes decime remanebunt etiam in novalibus sive Rupticiis, seu in bladis vivis, &c*. Charta Richardi Episcopi Ambian. in Tabulario S. Fusciani: *Nec non terram quandam, que dicitur Rupticium Elleboldi, & nemus additum predicto Rupticio, ita quod Rupticium & nemus additum facere debeat 10. jugera terra*. Charta ann. 1192. in Tabulario S. Martini de Campis: *Dedit autem*

Mauregart totam decimam suam de Toschis & de Rupticiis. Forte Tascis. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 583. Dedit totam decimam de Norum, ... partemque suam unius terræ ... quæ ultra torrentem sita est, & vulgo Ruptices dicitur. Adde Doubletum in Hist. Sandionysiana pag. 568. Hist. Monmorenc. in Probat. pag. 63. Hist. S. Martini de Campis p. 397. Tabularium Prioratus S. Mariæ de Gornaco, &c.

R U P T U R A, Idem quod *Rupticium*, Ager nuper vel jam olim proscissus, & ad culturam redactus. [Charta ann. 819. Marcæ Hispan. col. 763. *Et cum villas vel villulis atque villarunculis earum, & cum decimas & primitias tam de planis quam de montanas, sive in convallibus, seu de aprisionibus vel Rupturis, totum & ad integrum sic tradimus atque condonamus hujus matris Ecclesiæ S. Mariæ sedis Urgellensem in perpetuum habituras. Adde Chartam an. 876. ibidem col. 799. aliam an. 879. ibidem col. 810. Epistola Alexandri III. PP. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 377. Decimas & primitias Vallis Arado & villæ Mordanici, & de novis Rupturis, quæ factæ sunt in alodium S. Felicis.*] Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 596. *Terram quoque tam in mansuris quam in Rupturis totius parochiæ hominibus ibidem hospitatis excolendam, reservato tantummodo campo ... concessit. Tabularium Angeriaceense: Annuit suum feodum ex toto, quod à sancto Joanne habebat, cum Rupturis suis, quæ erant in terra S. Joannis. Charta Theobaldi Chabot ann. 1185. ex Tabulario Absiensis: Quod si pro defectu servitii feodum aliquod mihi saisiero, ipsi propterea Rupturas non perdant, sed habeant. Alia Thebaudi Castagniers, ibidem fol. 52. De qua Papotus Emenardi dederat eis Rupturam, & quam Goffridus Vossart habebat de me. Bulla privilegiorum Monasterii S. Felicis in Aragonia: Decimas & primitias de novis Rupturis, quæ factæ sunt in alodio sancti Felicis.*

R U P T A, Eadem notione. Charta pro Ecclesia Barcinon. ann. 1009. Marcæ Hispan. col. 969. *Rursum concessit ibi dominus Pontifex ipsos tertios de ipsos castros ab integro fideliter, qui sunt ultra alveum Lubricatum, simul cum ipsas Ruptas, quæ vulgo nominant tretas, quæ nunc sunt cultæ, & ad futurum ad culturam perduxerint, ut habeant ipsi Canonici & pauperes ad proprium victum in omnibus locis episcopatus sui.*

R U P T U R A, Census, qui ex *Rupturis* percipitur. Notitia ann. 1072. apud Bessium pag. 181. *Dimiserunt consuetudinem, quam tenuerunt, id est Rupturam in medio terra nostra, quæ est in Insula Oleronis.*

R U P T U R A, Teneturæ species, quomodo *Roture* dicimus, voce, quæ feudo opponitur. Liber Chirographorum Absiæ fol. 150. *Terram in Ruptura super viam, &c.*

R U P T U R A R I U S, Colonus, qui agrum seu terram rumpit, proscindit, colit. Charta Theobaldi Chabot, ex Tabulario Absiensis fol. 219. *Concedimus quoque eidem decem alias sextarias terra, si à Rupturariis dono vel emptione illas acquisierint. Alia ibid. fol. 174. Joannes Braquelart Rupturarius Ugonis, reliquit ei terram suam, quæ est juxta ortum, &c. Et fol. 86. qui Rupturarii dicuntur, mox Agricola appellantur.*

Atque inde nata vox *Roturier*, apud nostros, qua viros ignobiles ac obnoxiiæ conditionis indignant, cujusmodi sunt coloni ac rustici; quibus opponuntur viri *Nobiles* ac ingenui. Ut è converso prædia colonaria, seu quæ colonorum & rusticorum propria sunt, atque adeo censibus obnoxia, *Rotures* appellarunt, quibus vicissim opponuntur *Feuda*, quæ à solis nobilibus teneri olim poterant. Atque inde

R O T U R A G I U M, pro *Villenario*, seu agro obnoxiiæ conditionis, *Roture*, *Roturage*. Charta Alphonsi, Comitis Pictavenfis pro *Rachetis*, in Chartophylacio Regio: *Pro Roturagiis vero & masuris illud solum pro rachetis solvi debebit, quod dari secundum terra consuetudinem hæcenus consueverit.*

R U P T A R I I, pro *Rupturarii*, postmodum dicti quidam prædones sub XI. sæculum ex rusticis potissimum collecti ac conflati, qui provincias populabantur, & interdum Principum militiæ sese addebant. [*Viri sanguinum dicti in Statutis MSS. Augerii II. Episc. Conseran. an. 1280.*] Matth. Paris ann. 1250. *Ubi est ille Ruptarius percussor impius & cruentus, non animarum lucrator, sed pecuniarum exactor? Eodem anno: In civitate igitur occubuit Oliverius de Termes, cum suis omnibus, quos Ruptarios vocamus, pugnatoribus. Bernardus Guido in Vita S. Fulcranni Episcopi Lodovensis cap. 2. Bulliebant Ruptarii, seviebant hæretici, ac fautores eorum fideles. Cap. 6. Quidam autem Ruptarii milites in rapinam rerum pessime inhiantes, &c. Ita passim Will. Armericus an. 1202. Concilium Avenionense an. 1209. cap. 7. [Tolosanum ann. 1228. apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 628. Præceptum S. Ludovici eod. ann. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 51. & 52.] Innocentius III. lib. 12. Epist. 92. Willelmus de Podio-Laurentii cap. 6. 7. 16. Bernardus Guido an. 1215. &c. M. Chronicum Belgicum ann. 1179. & veteres Chartæ apud Castellum in Comitibus Tolosanis pag. 246. 248. 333. 341. &c. [Vide Vossium lib. 2. de Vitiis ferm. cap. 16. & Menagium in Etymolog. Gall. v. *Roture*.]*

R U P T A R I I, pro *Ruptarii*, in Statutis Montis-Olivi Diocesis Carcasson. ann. 1231. apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 967.

R U P T A, Ruptariorum cohors. Willelmus Britton. lib. 5. Philippidos pag. 152.

Quos Marchaderi sic clausit Rupta, &c.

Idem lib. 7. pag. 171.

... Tecum Lupicaria Rupta Fac eat.

Infra pag. 175.

... Numerosaque Rupta Cadoci.

Ibidem pag. 182.

Agmina præfecit toti Ruptarica regno.

Adde lib. 8. pag. 188. [& vide P. Danielelem de Militia Franc. tom. 1. pag. 141. & seqq.] Ex *Rupta*, & *Ruptarii*, formata postmodum vox

R U T A R I I, idem qui *Ruptarii*, ex Gallica enuntiatione, *Routiers*. Jacobus de Vitriaco in Histor. Occid. cap. 7. *Brabantios, viros sanguinum, incendiarios, Rutarios, & raptores. Ita lib. 1. cap. 72. Nicolaus de Trivetto ann. 1173. Conduxit Brabantones & Rutarios, ex quibus coadunato magno exercitu, venit Britolium. Ita leg. pro Rictorios. Idem ann. 1197. Mercaderus Rutariorum princeps. Guillelmo-Guiart in Hist. Franc. MS.*

Sans ceus c'un Routier Luspicaire, Redoit conduire en cele affaire.

Idem ann. 1204.

Routier, Ribaus, & Marcheans.

Chronicon Flandriæ cap. 84. *Et puis coururent les Routiers par devant l'ost des François.*

R U T H A R I I. Chron. Laudunense: *Anno MCLXXXV. in Arvernia videntes indigenam terram suam per Rutharios destrui, contra eos conjuraverunt, &c. Pluries ibi occurrit.*

R O T H A R I I, in variis Actis apud Castellum in Comitibus Tolosanis p. 281. 282. 283. 285. [& alibi.]

¶ ROTARII. Monachus Autissiod. in Chronico ad ann. 1202. *Arturus & proceres Aquitani contra Regem (Angliæ) Joannem potenter agunt, cujus cohortes, quas Rotarios vocant, cum die viriliter debellassent, super recenti certamine fatigatos improvise Rex irruit, eosque superat captosque retentat.* Et ad ann. 1203. *Proceres Aquitani Philippo Regi confederati cohortes Regis Angliæ, quos Rotarios vocant, subita circumventionem aggressos debellant, & ex eis, ut fertur, ad duo millia vel capiunt, obtruncant; atque ita fit, ut qui sæpe dinque de regionibus preda abegerant, darentur in predam, eorumque predatio fieret victoribus copiosa ditatio.* Rotarii rursus memorantur non semel in Epistola Concilii Vaurenensis ad Petr. Reg. Aragon. an. 1213. to. 3. Concil. Hispan. pag. 481. & 482.

¶ RUTHERI, Eadem significatione. Amelgardus de Gestis Ludovici XI. Regis Franc. apud Marten. tom. 7. Amplif. Collect. col. 800. *Accersivit atque invexit in civitatem magnam prædonum manum, quos Theutonici Rutheros appellant, &c.* Rursus utitur col. 802. 805. 815. ut & Adrianus de Verribusco eodem tom. col. 1263. Buschius de Reformatione Monasteriorum apud Leibnitium to. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 892. *Cumque extra finem suæ diœcesis pervenissent (Moniales) semper pavida fuerunt & suspecta, raptores & Rutheros hominum & bonorum in Westphalia & Saxonia audientes habitare.* Vide Ritteri.

RUTA, RUTTA, Rutariorum cohors, ut Rupta. Will. Neubrigenensis lib. 2. cap. 27. *Stipendiarias Brebantionum copias, quas Rutas vocant, accersivit.* Lib. 5. cap. 15. *Per stipendiariam militiam, quam Rutas vocant.* Matth. Paris ann. 1236. *Duces fuerunt catervæ, quam Rutam vocamus.* Cæsius lib. 2. Mirac. c. 2. *Prædonibus, quorum multitudo Rutta vocatur, se conjunxit.* Lib. 11. c. 53. *Multitudini prædonum, quæ Rutta vulgo dicitur, se associavit.* Rogerus Hovedenus pag. 645. *Et transitum faciens per Castrum Radulphi, duxit inde Rutam Braibancenorum Theutonicam usque ad Biturum.* Ubi perperam editum *Rictum.* Ita *Rictarii*, pro *Rutarii*, apud Nicolaum de Trivetto, uti monuimus.

¶ ROUTA, Eadem notione. Litteræ Richardi II. Regis Angl. an. 1393. apud Rymer. tom. 7. pag. 746. col. 2. *Routas seu riotas contra pacem nostram seu alias in commotionem vel malum exemplum populi nostri, &c.* Litteræ Henrici VI. tom. 11. p. 27. col. 1. *Nonnulli sic commoti, modo guerrino armati & arraiati, diversas congregationes, conventiculas & Routas ad mala, &c.* Rursus occurrit ibidem col. seq. Litteræ Edwardi IV. eod. to. p. 575. col. 2. *Pro quibuscumque prodicionibus, rebellionibus, riotis, Routis, congregationibus, conspirationibus, &c.*] Le Roman de Garin MS.

*En sa compagne ot de Chevaliers mil,
Grant fu la Route quant li Dus desçandi.*

Libertates villæ Perusensis apud Thomasserium pag. 99. *Li Sires ne doet mettre Rottes ne gens estranges sans l'accort des Cossors, &c.* Chronicon Flandriæ cap. 98, *Manda Charles à Bertrand du Guesclin, qu'il menast ses Routes en Espagne, pour guerroyer le Roi Pierre.* Hinc Route nostris mansit pro quavis turma militari, de qua voce Nicetas Choniates in Balduino n. 5. & nos in Glossario ad Villharduinum. Rastallus ait, JC. Anglis Rout dici, *quant people assemble eux-mesmes, & puis procedant, ou chivachant, on allant avant, ou movent par instigation d'un ou plusieurs que est conduct de eux: c'est appellé un Rout, pour ce que ils movent & proced en Routis & nombres.*

Neque tamen Scriptores omnes de harum vo-

cum origine ac etymo invicem conveniunt: nam Pitheæus in Consuetudine Trecenti art. 11. & in Histor. Comitum Campaniæ, à voce Germanica *Root*, vel *Rote*, quæ idem quod apud nos *solue*, seu stipendium sonat, vocis etymon accersendum putat: quasi fuerit *Ruta*, stipendiaria militia, seu turma, vel caterva militum. Nec dissentit Dominicus de Prærogat. allod. c. 11. §. 3. Innocentius Cironus lib. 5. Paratit. Decret. tit. 15. *Ruptarios* dictos censet, quod omnia perderent ac rumperent. Nec desunt, qui *Ruptas* appellatas volunt, militares turmas dimissas, seu *licentiatas*, quæ, ut fieri solet, invicem coactæ prædationibus sese adducunt, quomodo *Banque route* dicimus, seu numulariorum & argentariorum *mensam ruptam*. Sed longe potior videtur, quam stabilivimus, sententia Petri Sanjuliani in Miscellaneis Historicis pag. 641. Acoctæ, Antecessoris Tolosani ad tit. de Jure emphyt. Bessii in Epistola ad Puteanum, Altaserræ lib. 3. de Comit. Provinc. cap. 10. & aliorum, ita ut *Ruptarii* fuerint *vagi & tyrannica consuetudine irreverentes homines, per quos pax & quies regni turbari solet*, ut est in Conventu apud Marsnam ann. 851. cap. 4. cujusmodi sunt crebro rustici, nisi mature ac severius comprimantur. Exemplum prodit Willelmus Gemeticensis lib. 5. c. 2. scribens, Richardo II. Normanniæ Ducatum obtinente, *Rusticos unanimes per diversos totius Normanniæ patriæ Comitatus plurima agentes conventicula juxta suos libitus vivere decrevisse: quatenus tam in silvarum compendiis, quam in aquarum commerciis nullo obsistente ante statuti juris obice, legibus uterentur suis, &c.* Sed ea labes oriri tum solet, cum grassantibus maxime civilibus bellis, rustici ab utraque parte lacescunt, & à neutra protecti, arma, quæ ad suam tuitionem capiunt, in alios nullo discrimine exerunt, mox prædatorum & lucri cupiditate illecti, passim in innocuos sæviunt ac grassantur.

RUMPESTAT, Tributum pro caudis jumentorum apud Suecos, Erico Upsaliensi lib. 5. Histor. Suecicæ p. 159. [Locus exstat in *Fumus*.] Idem pag. 148. *Erat enim inter cetera gravamina innumera tributa, etiam hoc annum, ut de qualibet cauda jumentorum certa summa solveretur pecunia.*

¶ RUMPIA, Romphæa. Vide Romphus.

RUNA. Papias: *Runa, pugna, Runata, pugnata.* Ugutio: *Runa, i. stipula, vel pugna, unde runatus, præliatus.* Adde Glossas Isidori. Gloss. Ælfrici: *Runia, vel paleare.* ῥῥᾶδ læppa. Vide Festum, [qui habet: *Runa genus teli significat.* Ennius: *Runata recidit, id est pilata.* Hinc Martinius legendum censet apud Papiam: *Runa, pilum. Runata, pilatus* scilicet, vel à ῥῥᾶ, Tueor, quod eo se defenderent: vel à ruo, quod *Runa* aliquid ruatur, seu sternatur, in ruinam derur. Certe pila muralia erant, quibus quatiebant muros, ut ruerent.]

¶ RUNÆ, Literæ, seu characteres antiqui Gothici, quos quidam Odino, alii Fimbulo, plures alii tribuunt Ulfilæ Episcopo Ariano. Sed antiquiores sunt, ut evincit Olaus Wormius, qui monumenta Runica vulgavit à primis Christi sæculis lapidibus insculpta, longe ante Ulfilam, quem circa tempora Valentiniani & Valentis Imperatorum vixisse testantur Socrates l. 4. cap. 33. Sozomenus lib. 6. c. 37. alique. Gothicum alphabetum cum Runico contulit Franciscus Junius in præfatione ad librum argenteum, in quo liber Evangeliorum Gothicis literis argenteis descriptus est. De literis Runicis consulendi Scriptores jam supra laudati in voce *Alyrumna*.

RUNCA, Idem quod mox *Runcalis*. Charta Conradi Imper. ann. 1027. apud Ughellum to. 4. pag. 1484. *De eadem corte cum capella, ejusque dote, cum omnibus suis appendicibus in integrum, omnibus Runcis novis, cum suis intimis decimis, manso 1. &c.*

Macris fratribus in Hierolexico *Runca* dicitur ferreum instrumentum, seu sarculum, quo sentes & herbæ runcantur aut evelluntur.

RUNCALIS, RONCALIS, RONCARIA, Ager incultus, *runcandus* à noxiis & inutilibus herbis & sentibus: *Runcare* enim Latinis, est purgare agrum à sentibus, quas inde *Ronces* vocant Galli. Vide Edwardum Cokum ad Littletonem sect. 1. Diploma Aystulphi Regis Longobard. ann. 753. apud Ughellum in Episcopis Mutinensibus: *Quod si in ipsis silvis aliquis Runcare fecerit, aut si peculia pabulaverit, &c.* Alia Mathildis Comitissæ ann. 1096. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 117. *Si quis... ultra fines & terminos Runcare fecerit absque jussione Comitissæ, &c.* Charta 1. inter Alamannicas Goldasti: *Tradidi videlicet ad Hasumunanc ipsa marca adherentem Runcalem, 1. hobam etiam & amplius continentem, ea conditione, ut ipsi illic residant, & ibi laborent tempus vite suæ, & censum inde persolvant.* Ch. 33. *Vendiderunt tibi Magno... cortinum Aroncale, quem habuerunt de sui patris... cum pomifera ex integro quantum ibi habuit.* Et mox: *Et 1. saistairale in Roncale.* Domesdei tit. de Essexæ: 10. *acr. prati, 11. Runcal. 4. aralia, 23. porci, &c.*

RONCALIA, Locus & planities porrectior circa Padum, non procul ab urbe Placentia, seu inter Placentiam & Cremonam, ut habet Otto Morena in Histor. Rer. Laudensium, ubi Imperatores Occidentis Curiam suam generalem cogere solebant, cum transalpinabant, seu in Italiam proficiscebantur: *Erat enim consuetudinis Regum Francorum, quæ & Theutonicorum, ut quotiescumque ad summendam Imperii coronam militem ad transalpinandum cogebant, in predicto campo mansionem facerent. Ibi ligno in altum porrecto scutum suspendebatur, universorumque equitum agmen feuda habentium ad excubias, proxima nocte Principi faciendas per Curie præconem exposcebatur, quod sectantes, qui in ejus Comitatu erant, singuli singulos beneficiatos suos per præcones exposcebant. At sequenti die, qui nocturnis vigiliis defuisse deprehensus fuerat, denuo ad præsentiam Regis aliorumque Principum, vel virorum illustrium evocabantur: sicque omnes omnium beneficiati, qui sine bona voluntate dominorum suorum domi remanserant in feudis, condemnabantur.* Verba sunt Ottonis Frising. lib. 2. de Gestis Friderici cap. 12. à quo haufit, quæ in eadem sententiam habet Guntherus lib. 2. Ligurini initio. *Roncaliensis Curia, mentio est passim apud Scriptores, ex quibus docemur, Conventum fuisse generalem indictum pro justitia ac pace regni componenda, ut est in Legibus Longob. lib. 3. tit. 9. §. 9. Conradus Usperg. in Friderico I. Pro reparando itaque justitia rigore, omnibus Lombardis & Italicis Roncaliam, nisi mos Lombardorum est, justitiam suam requirere, & ab Imperatoribus recipere, diem certam & Curiam publicam ad præsentiam Principum, qui tunc aderant, eis designavit. Edictumque est ab Imperatore, ut de singulis Italiae urbibus viri idonei Roncaliam convenirent, & Barones, & alii, qui causas haberent: cumque ibidem convenissent, assumptis nobilibus & prudentibus viris, causas singulorum determinare stnduit, primo pauperum, deinde Baronum, & postremo civitatum.* Glaber Rodulphus in Præfat. ad l. 4. Hist. Roncaliam, quasi Curiam Gallorum corrupte dictam vult, eamque in descensu Alpium statuit, id est, ad Pa-

dum, juxta Placentiam, ubi exstitit Roncaliensis campus, qui eam appellationem accepit, quod *Runcalis* esset, id est, incultus & sentibus oblitus, quæ vis est vocis, ut supra observatum. Ita etiam de eodem vocis etymo Constitutio Caroli Grassi Imp. an. 884. *Cuicumque secundum hanc legem expeditio imperetur, si ad Curiam Gallorum, hoc est, in campum, qui vulgo Runcalle dicitur, dominum suum non comitetur, &c.* [Vide Dissertationem Andreæ Rivini de Majumis, Maicampis & Roncaliis, quas cum aliquot aliis Dissertationibus raris edidit Grævius ann. 1716. Ultrajecti.]

Hunc porro morem, *Curias publicas* in Italia indicendi, hauserant Germani Principes à Francis nostris, quod ab Ottone Frising. observatum: nam cum Carolus M. Italiam Imperio suo adjecisset, fuis & profligatis Longobardis, solenne illi fuit, & successoribus, Primores sui Palatii & Comites Palatinos eo mittere, qui *justitias publicas* facerent. Has autem *Curias* solennes in campis cogebant. Annales Franc. Bertiniani an. 767. de Pipino: *Ibi Synodum fecit cum omnibus Francis solito more in campo.*

RUNCORA, RONCORA, in Chartis Longobardicis, passim. Charta Desiderii Regis in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 14. *Terra, silva, Roncora, & prata insimul ad mensura justa, &c.* Charta Mathildis Comitissæ ann. 1096. ibidem tom. 2. p. 117. *De terra partim laboratoria, & partim cum silva, quæ inter Ranco deputata, &c.*

1. RUNCARE, *A terra herbas diu innatas vel arbores evellere*, apud Papiam. [Rursus apud eundem: *Runcare, à rure aliquid innatum occare, id est, exstirpare, unde etiam Runcinare.* Habet Isidorus lib. 17. Orig. cap. 1. *Runcatio est à terra herbas evellere; nam rus terra est.* A ruere deducunt Perottus & Martinus. Ille scribit. *Ranco est eruo, evello; unde Runcatio, evulsio inntilium herbarum & veprium.* Glossæ Græc. Lat. Βολαίζω, *Runco, erunco.* Βοταίλει, *Sarit.* Βολαίλει, *Herbare.* Adde Latino-Græc. Scriptores de re rustica vocem hanc usurparunt non semel.]

¶ RONCARE, Eodem intellectu. Statuta Castri Redaldi fol. 20. verso: *Omnes qui laborant terras... teneantur eas terras arare... zapolare &, si opus fuerit, mundare & Roncare.*

¶ RONCHARE, Eadem significatione. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 126. *Ordinamus quod aliquis terrigena, vel forensis, non sit ausus, nec possit, nec debeat in nemoribus Cadubrii Ronchare, vel Ronchari facere, fractare, vel fractari facere, nec lignamen aliquod incidere, ... infra duo milliaria prope consinia Cadubrii.*

2. RUNCARE, *Sonitum de naribus emittere*, in Glossis Arabico-Latinis, [Rhonchos edere, *Ronchisfare.* Plauto, Stertere, Hispan. *Roncar*, Italis *Ronfare*, Gall. *Ronser*, Græc. Ρέγχειν. Glossæ Gr. Lat. Ρογχαζω *Runcino*; Ρογχαζει, *Runcinat*: ubi legendum videtur *Ronco, Runcat.* Ρογχος, *Ronchus*, ibidem. Male in Glossis Lat. Græc. *Runcino, γογχαζω*, pro γογχαζω. Acta S. Bardonis Archiep. to. 2. Junii pag. 316. *Immunis fuit eorum, qui ad hominum intuitum Runcantes sive grunnientes sibi tantum vacant solitarii.* Vide Rhonchare.]

RUNCARIUS, Idem quod *Runcalis*, [Ager incultus, *runchis* seu rubis plenus. Charta an. 837. apud Meichelbeck tom. 2. Hist. Frising. pag. 309. *Medietatem in silvis & in raris & in Runcariis dimiserunt in manus Erchanberti Episcopi.*] Charta ann. 1007. in Bullario Casinensi to. 2. p. 67. *Sunt mansos 4. & Runcarii 4. & mulinarii 3. qui sunt in loco, &c.*

RUNCARII, Hæretici, Valdensium & Paterinorum

aflectæ, qui Alemanniam veneno pravitate hæreticæ infecerunt, de quibus Reinerus contra Valdenses cap. 4. & 6. ubi de eorum opinionibus, & Pilichdorffius lib. contra Valdenses c. 12. Dictos videri à *Roncalia* opinatur Gretzerus in Prolegom. cap. 4. forte quod in *Roncalia* primum visi. A *Runcaria*, villa sic dicta, vult Reinerus c. 6. sed malim sic appellatos, quod in agris incultis & *Runcariis* ut plurimum degerent.

RUNCHI, Sentes, Gallis *Ronces*, Spinæ, vel sentes, quæ *runcari* solent. Charta ann. 1235. apud Ughellum tom. 7. pag. 1449. *De decima de omnibus Runchis omnium nemorum sive boscorum S. Zenonis, tam de illis Runchis, qui jam facti sunt, quam de illis, qui adhuc in futuro sient, &c.* [Charta alia an. 1112. tom. 2. Bullarii Casin. pag. 129. *Ab uno latere bradua, à secundo latere Runchus de Johanne Anefastii. Vide Ronchus & Runcus.*]

RUNCIAË, [Idem quod *Ronchi*.] Relatio S. Walrici, ubi de Diabolo: *Interrogavit eum (diabolum) quidam ex Monachis nomine Petrus: quo nomine censeris? respondit: Runcinellus vocor. Tunc Monachus, hujus etymologia non ignarus, iterum interrogavit: Cur ita vocaris? respondit: Peccatorum animas duco per Runcias & spinas.*

¶ **RUNCIARE**, pro *Runcinare*. Vide *Runcina* 1.

RUNCILUS. Domesdei tit. Essex: *Silva 20. perc. 10. acrarum prati, 2. Runcili, 4. aralia, 23. porci, 50. oves, &c.* Spelmanus idem cum *runcino*, seu equo putat: ego vero malim *Runcilum*, idem esse quod *Runcalis*.

1. **RUNCINA**, *Instrumentum fabrorum*, Papiæ. Idem: *Runcina, remota rura.* [Varro lib. 5. de Lat. Lingua cap. 10. *Runcinare à Runcina, cujus origo Græca ῥύνχις. Glossæ Lat. Græc. Runcina, ῥύνχις. Runcina, ῥύνχις. Aliæ Græc. Lat. ῥύνχις, Tribula, Roncina, Runcina. ῥύνχις, Runcio, male pro Runcino. ῥύνχις, Runcinat, ibidem. Et alibi: ῥύνχις, Ascia; ῥύνχις, Runcina. Johannes de Janua: Runcina est quoddam instrumentum lignarii gracile & recurvum, quo cavantur tabula domus, ut una alteri connectatur; de quo Esaiæ XIII. *Artifex lignarius extendit normam, formavit illud in Runcina, &c.* Miracula S. Amelbergæ Virg. tom. 3. Julii pag. III. *Pater ejus tanto tempore cum Runcina sua vellens avenam, &c.* Id est, cum sua falce messoria. S. Augustino lib. 4. de Civ. Dei cap. 8. *Runcina dicitur Dea Paganorum, quæ frumentis runcandis præsidebat. Runcinatus legitur supra in voce Incastratura.*]*

¶ 2. **RUNCINA**, Equa. Vide mox *Runcinus*.

¶ **RUNCINELLUS**, Diabolus. Vide *Runcia*.

RUNCINUS, Equus minor, gregarius, nostris *Roncin*, [*Roncin* vel *Rouffin*,] Cambro-Britannis *Rhynsi*. Claucerus Anglus Poëta:

He rode upon à Rowncy as he could.

Quidam vocem ab Teutonico *Ross*, equus, deducunt, non improbabili conjectura. Nam nostri olim *Rous*, pro *Roncin*, dicebant. Le Roman de Garin:

Hue s'en retourne sur le Rous Arabi.

Alibi:

Es un message for un Roux Arabi.

Rursum:

Bien fu armé for le Rox Arabi.

Idem Poëta:

Et Richard for le Rox Arabi.

Alii à Theutonico *Ruyn*, & *Ruynen*, Castrare, runcinos dictos volunt, quasi runcini fuerint cantherii. Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 306. *Novem averii, 2. Runcini, 27. porci, 100. oves, &c.* Occurrit ibi pluries. Petrus Cluniac. lib.

de Miraculis cap. 6. *Ad quod ille respondit, Runcinus ille, ille certe, ille mihi intolerabilis est.* Willelm. Brito lib. 12. Philippid. pag. 242.

Illi præda placet dextrarius Ardinis, illi Runcinus caput ignoto dat fune ligandum.

Rigordus ann. 1214. *Velut, nolit, compellunt illum ascendere in Runcinum.* Willel. de Podio-Laurentii cap. 25. *Nec in equis velocibus, sed Roncinis cum uno calcari equitando, &c.* Adde Statuta antiqua Ord. Cartusienfis 2. part. cap. 19. §. 16. 17. [S. Bernardum in Vita S. Malachie cap. 20. Matthæum Paris in Vitis Abbatum S. Albini pag. 116. Statuta Placentiæ fol. 2. verso, Statuta Montis regalis p. 46. Joh. Demuffis Chronicon Placent. apud Murator. to. 16. col. 581. Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 423. Acta SS. Junii to. 4. pag. 262. quibus in locis *Roncinus* & *Runcinus* indiscriminatim legitur, ut & alibi passim.] *Roncinus* vero proprie scutiferorum erat, ut *Palafidas* Militum, ut observare est ex Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 54. Brunetus Latinus in Thesauro MS. part. 1. cap. 155. *Il i a chevaux de plusieurs manieres, à ce que li uns sont Destrier grant pour le combat: li autre sont Palefroi pour chevaucher à l'aïse de son cors, li autres sont Roucis pour sommes porter, &c.*

¶ Hæc quidem vulgaris vocis *Runcini* notio; interdum tamen accipitur pro equo nobili ad usum militarem, quod optime advertit Alexander Taffonus Annot. sopra la Crusca Boccace Thesid. 1.6.

Costui montato sopra un grand Ronzone,

Del seme di Nettuno procreato,

Venne à Atene, e incontro gli si feo

Con festa assai l'amico suo Teseo.

Et iterum:

Erano audaci, e pieni di ferezza

D'intorno a lui, che sopra un gran Ronzone

Mostrava, e chiaro assai, la sua adornezza.

Hæc post Carolum de Aquino in Lexico Mil.

ROCINUS. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis ann. 781. apud Sandovallium: *Et duas equas, & duo Rocino, & una mula, & tres asinos, &c.*

ROSSINUS, apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 221. [& in sententia Navarri Episc. Conferan. ann. 1208. apud Marten. tom. 7. Ampliff. Collect. col. 95.]

¶ **RONCENUS**, Eadem notione, Nicolao de Jamsilla de Gestis Friderici II. Imp. apud Murator. to. 8. col. 514. & in Statutis Montis-regalis p. 268.

¶ **RONZENUS**, in Statutis Narniensibus, inter Acta SS. Maii tom. 1. pag. 396.

RONCHINUS, apud Lambertum Ardenssem pag. 158. & Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 70. [Charta an. 1295. tom. 1. Chartularii S. Vandregesili pag. 251. *Sachent tous presens & à venir, que comme je fusse tenu à hommes religieux monseignor l'Abbé & le Convent de S. Vandrille en un service de Ronchi à faire chacun an, pour les siés & pour les terres, que je tiens, &c.*]

¶ **RONSINUS**, in Statutis Arelat. MSS. art. 37. in Charta ann. 1380. ex Archivo S. Victoris Massil. & alibi passim.

RONZINUS, in Bulla Alexandri III. PP. apud Franciscum Mariam in Mathildi lib. 3. pag. 122. ex Italico *Ronzino*. Occurrit rursus in Statutis Vercell. fol. 160. vº. apud Muratorium to. 12. col. 1036. tom. 16. col. 321. &c.]

¶ **RONSSINUS**, in Curia generali Cataloniae an. 1359. *Equam, quam ille, cujus fuerit, calcari fecerit per equum aut Ronssinum non posse pro debito, vel alia causa, pignorari seu recipi.*

¶ **ROUCINUS**, in Statutis Humberti Bellijoci ann. 1233. apud Acherium tom. 9. p. 185. in Charta an. 1218. è Chartulario S. Martini Pontifar.

¶ **ROUSSINUS**, in Testamento ann. 1397. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1633.

SERVICIUM DE RUNCINO. Vide *Servitium*.

¶ **RONCINA**, **RONCENA**, Equa, femina *runcini*. Litteræ Humberti Dalphini apud D. *Secouffe* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 280. num. 32. *Videlicet à quolibet tenente boves aratorios, roncios & Roncinas, vel asinos vel asinas, mulos & equos, &c.* Occurrit rursus in Charta ann. 1302. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 98. col. 2. & in Statutis Montis-Regalis pag. 46. sed pag. 268. habetur *Roncena*.

RUNCO, **RONCO**, Papiæ, & Joanni de Janua, Falcis militaris species, ex Italico *Runchione*, vel *Roncone*. Academici Cruscani: *Roncone, arme d'asta corta e adunca per isterpare*. [Lego in Edit. an. 1691. *Ronca, Arme in asta adunca, e tagliente, Lat. Sparus, Runcina*. Et mox: *Roncone, strumento rusticale di ferro, maggior della ronca, e senz'asta*.] Sanutus l. 2. part. 4. c. 8. *Dictum navigium Roncombus & longis lanceis, atque lanceis cum rampiconibus, sive uncis in capitibus, optime fulciatur. Ubi lancea cum ronconibus, videntur eæ, quas lanceas falcatas vocat Fulbertus Carnot. Epist. 45. Historia Cortusiorum lib. 1. cap. 17. Quidam rusticus... clam traxit de sub chlamyde sua Ronconem ferreum, & virum nobilem percussit in capite*. [Rolandinus Patavinus de factis in Marchia Tarvisina lib. 10. cap. 5. apud Murator. tom. 8. col. 314. *Jussit dictos balisterios & Waldanam procedere cum vastatoribus ferentibus Roncones acutissimos & secures, fossoria & ligones, arbores incidere & rubecca, vineas & segetes omnes*. Adde Chronicon Estense ad ann. 1350. apud eumd. Murator. tom. 15. col. 457. Chronicon Petri Azarii ad ann. 1356. to. 16. ejusd. Muratorii, &c.] Vide *Falcastrum*, [*Ronchonus*, *Runcora* in *Runcalis* & *Villani* initio.]

¶ **RONCONUS**, Eadem notione. Statuta Castri Redaldi fol. 39. verso: *Declaramus quod arma vetita sint infra scripta, videlicet lancea, spata, cultellus, sive daga & cultellefia, stochus, spontonus, mazza serrata azza, Ronconus, &c.*

¶ **RUNCORA**, Ager dumosus. Vide *Runcalis*.

¶ **RUNCULEUM**, *ῥύνκος ὀρετῆρος*, in Glossis Lat. Gr. & Græc. Lat. Falcis genus. Vide *Runco*.

¶ **RUNCUS**, Sentis, rubus, Gall. *Ronce*, vel potius Senticetum, rubetum, locus rubis plenus. Testamentum ann. 1184. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 326. *S. Maria de Abbatia, ubi jacere volo, relinquo Runcos meos de Frata, &c.* Aliud Testam. ann. 1142. ibid. p. 330. *Cum omnibus Runcis & silvis, quæ sunt juxta meam portionem Frata*. Vide *Runchi*.

¶ **RUNDULA**, Piscis species, Rumplero lib. 1. Histor. Monasterii Formbac. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433.

¶ **RUNIA**. Vide *Runa*.

¶ **RUNIÆ LITERÆ**. Vide *Runæ*.

RUODA. Lex Saxonum & Angliorum tit. 2. §. 1. *Qui nobilem occiderit, 840. sol. componat, Ruoda quod dicitur apud Saxones 120. sol. & inter premium 120. sol.* Ubi observat Lindenbrogius *ruod*, & *ruod*, Saxon. crucem significare. Sed quid ad compositionem 840. sol. nisi ea compositione ejusmodi criminum rei se à crucis pœna redemerint? Neque enim conjecturam Spelmanni quisquam probet.

¶ **RUPA**, *Ex utraque parte acuta*, in Glossis Isidori. Pro *acuta*, legitur *cavata*, in Constantiensi. Martinus conjicit scriptum fuisse *Rupta*, *ῥυπῆ*,

Præruptæ petrae: qua significatione sæpius occurrunt *Abrupta* & *Prarupta*. Vide *Rupina*.

¶ **RUPA**, f. idem quod supra *Roba*, Vestis talaris, Gall. *Robe*. Acta S. Bernardi, tom. 1. Junii pag. 792. *Et quod per tactum unius petia Rupa bonæ memoriæ domini Bertrandi... erat sanata*.

¶ **RUPA**, Piscis albus paulo major gordione, Belgis *Roche*. S. Willelmus lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 8. *Pro signo Rupa, generali signo præmissio, saxi signum adde*.

¶ **RUPARE**, Idem quod supra *Robare*, Prædari, spoliare, Italis *Rubare*, nostris *Derober*, *Piller*. Memoriale Potestatum Regiens. ad an. 1237. apud Muratorium tom. 8. col. 1109. *Fecit Imperator pacem cum Mantuanis; ita quod miserunt pedites & balesterios in ejus servitio in obsidione Montis-clari, & combusserunt & Rupaverunt domos burgi Montis-clari*.

RUPASTES, *Flagellum*, apud Ugutionem.

¶ **RUPER**, Ligni genus. Statuta datiararia Riperiæ fol. 5. v.º. *De quolibet vase doarum laresi, castanea, Ruperis, albara & cujuslibet alterius ligaminis, de septem quartis pro introitu den. 8*.

RUPES, Idem quod *Mota*, de qua voce supra egimus, Castrum, castellum, domus præcipua domini feudalis. Vetus Charta in Tabulario S. Nicolai Andegavensis: *Geraldus Monachus, qui mecum habitat in Rupe mea*. Notitia ex Tabulario S. Albini Andegav. *Apud Capud pontis de Monasteriolo habebant Monachi S. Albini de dono & largitione Domini Berlai aliquot Rupes, & terrulam domibus edificandis aptam, &c.* Le Roman d'Alexandres MS.

*Sire, la haute Roche que tu as esgardée,
C'est une fermeté qui moult est redoutée.*

Infra:

Ia ne pourra durer Roche ne fermeté.

[Vide *Rocca*.]

¶ **RUPEX**, Rusticus, Lucilio apud Festum in *Squarrosi*, à rupis asperitate propter impolitiam & duritiem sic dictus, ut *Petro* à *petra*. Utuntur Gellius lib. 13. cap. 9. Tertullianus de Pallio cap. 5. de Anima cap. 6. & Apolog. cap. 21. *Rupico* dixit Apuleius lib. 1. Florid. eadem notione. Vide infra *Rupix*.

¶ **RUPIA**, Sutor. Glossæ Lat. Gr. & Gr. Lat. *Rupiam*, *ῥυπῆς*. Emendo *Rupia*; Salmasius vero *Rupiam* ad Historiam Augusti pag. 511. sed, ut mox *Rupiare*, pro *Suere*, sic *Rupia*, pro Sutor, dici potest.

¶ **RUPIARE**, *Suere*. Glossæ Lat. Gr. *Rupiar*, *ῥυπῆς*, hoc est, *Suit* subula. Adde Glossas Græco-Latinas.

¶ **RUPICO**, Rusticus. Vide in *Rupex*.

RUPINA, Loca montana. Glossæ Isidori: *Rupina; abrupta montium*. Charta Alrici Episc. Astensis an. 1029. apud *La Chiezza* in Historia Ecclesiæ Pedemontensis: *Cum... pascuis, silvis majoribus, cum arcis, molendinis, piscationibus, alpibus, rupis, Rupinis & paludibus, terris cultis & incultis*. Occurrunt eadem verba in Charta Ardoini Regis Italiae ann. 1011. apud Guichenonum in Biblioth. Sebusiana pag. 249. & in aliis apud Ughellum. [Adde Chartam an. 993. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 347. Additamenta ad Chronicon Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 929. Sed & Apuleius lib. 2. Metamorph. *Vides istas Rupinas proximas & præacutas in his præ eminentes silices*. Rursus utitur lib. 6. Vide Vossii Etymologicon in *Rupes*.]

RUPITANI, dicti *Donatistæ*, qui Romæ morabantur, quod in rupibus & in montibus conventus suos

suos agerent: unde & *Montenses* appellati, apud S. Augustinum lib. de Unitate Ecclesiæ cap. 3. de Hæresibus cap. 69.

RUPIX. Salvianus lib. 1. de Gubern. Dei: Adde... loquentem cum Mose dominum, legem divino ore resonantem, incisas Dei digito litteras, Rupices paginas, saxeam volumen, &c. [Hoc est, lapideas tabulas, ut satis patet; sed malim à recto *Rupex*, quam à *Rupix* derivare. Vide *Rupex*.]

RUPLUS, Στροφεύς γαλεάγρας ἢ ἀποψήλιον, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. Στροφεύς γαλεάγρας, *Ruplus*. Et alibi: Αποψήλιον, *Ruplus*. In Supplemento Antiquarii legitur *Rupus*; sed legendum est *Rutilus*, pro *Rutilus*, ut in Castigationibus habetur. Vide Salmasium ad Historiam Augusti pag. 437. & Martinii Lexicon in *Ruplus*.

RUPPO. Vide *Rusco*.

RUPS, *Rupis*, Κρημνός, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græc. Lat. Κρημνός, *Præceps rupes*, *rupes*, *Rups*, *rupis*, *præceps*.

1. RUPTA, Terra culta, vel *Ruptariorum* cohors. Vide in *Rumpere*.

2. RUPTA, Clades, Ital. *Rotta*, Gall. *Deroute*. Bonincontrus lib. 3. cap. 28. Die sequenti post superscriptam *Ruptam* factam circa horam primam diei, Henricus de Flandria solus cum duobus, quos non noverat, applicuit *Modoetia*.

3. RUPTA, Fossa. Chronicon Estense ad annum 1309. apud Murator. tom. 15. col. 367. *Detrañati fuerunt cum omnibus aliis interfectis usque ad quamdam Ruptam, quam ipsimet fecerant in capite Ferrariae extra civitatem causa necandi omnes Ferrarienses & civitatem, & dicta Rupta facta fuit ex consilio prædicti scilicet Ser Sgavardi. Et sic omnes mortui numero 1854. catervatim missi fuerunt in dicta Rupta; quare clausa fuit integre dictis corporibus interfectis. Alterum locum videlicet in *Rosta*.*

RUPTARE, pro *Ructare*. Ibi vide.

RUPTARII, RUPTARICA AGMINA, RUPTICES, RUPTICIUM. Vide in *Rumpere*.

RUPTIO, Diruptio. Ulpianus leg. 27. Dig. ad Leg. Aquiliam §. 17. *Lex Aquilia eas Ruptiones, quæ damna dant, persequitur.*

1. RUPTURA, Ager recens proscissus; Census ex eo solvendus; Teneturæ species. Vide supra in *Rumpere*.

2. RUPTURA, Diruptio; hinc *Ruptura castri*, *curtis* dicitur, cum quis effringit domum in castro sitam vel curtem, in easque violenter ingreditur, ut aliquid diripiat contra leges. Literæ Bartholomæi de Roya Camerarii Franciæ ann. 1220. ex Archivo Sangermanensi: *Justitia vero remanet domino Regi & nobis de omni Ruptura castri Montis Calvuli. Leges Rotharis apud Murator. tom. 1. part. 2. p. 13. col. 1. Si quis in curtem alienam hoste animo ingressus fuerit, xx. solidos componat ei cujus curtis est. Mulier curtis Rupturam facere non potest, vel wegors, quia absurdum videtur, ut mulier libera, aut ancilla, quasi vir cum armis vim facere possit. Si quis peculium suum de clausura aliena tulerit occulte, & non rogaverit, componat curtis Rupturam, id est wegors, solid. xx. Hæc ex editione Heroldi. In hac postrema lege pro *Wegors*, *Oberos* habet Muratorius ibidem pag. 47. col. 2. Vide *Oberos*.*

3. RUPTURA, Argentariæ dissolutio, inopiæ facta creditoribus denuntiatio, Gall. *Banqueroute*, Ital. *Bancarotta*, quasi *Banca rupta*. Statuta Genuæ lib. 1. cap. 8. *Magistratus Ruptorum sit iudex omnium & singularum causarum Ruptorum seu rumpentium, tam in dominio quam extra occasione Ruptura &*

dependentium ab ea, & inter Ruptos & creditores ac debitores... & in omnibus dependentibus, annexis & connexis, comprehensis uxoribus, participibus rationum, seu societatum, & aliis quibuscumque, etiam hypothecariis ac privilegiatis, & occasione ejusdem, usque ad illud completum exclusive. Vide Ruptus 1.

4. RUPTURA, Hernia. Bulla Innocentii III. PP. an. 1204. apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 233. *Objectum est insuper, quod Præpositus erat super simonia vitio infamatus, quod abusus fuerat sigillo Capituli, quod tanquam criminofus vitio Ruptura laborabat, & quod medio digito sinistra manus fuerat mutilatus, &c. [Nostri Rupture dicunt eadem notione. Vide mox Ruptus.]*

RUPTURARII. Vide in *Rumpere*.

1. RUPTUS, Creditorum fraudator, aut decoctor, qui dissolvit argentariam & foro cedit, Gall. *Banqueroutier*. Conventiones Civitatis Saonæ ann. 1334. p. 40. *Aliqui cives seu habitatores Saonæ, eo prætextu quod non sint solvendo, habuerunt recursum ad M. officium extraordinariorum, & fecerunt se declarari Ruptos, & tanquam non sint solvendo. Statuta Genuæ lib. 1. cap. 8. Nullus alius Magistratus possit in prædictis se intrmittere, nisi quod circa declarationem decoctorum seu Ruptorum possint Senatus & Conservatores legum, pro munere eis respective demandato, se intrmittere, servata semper forma eis præscripta. Vide Ruptura 3.*

2. RUPTUS, Herniosus & ramicosus, Græcis κρημνός, apud Apuleium de Virtutibus herbarum cap. 24. [Vide *Ruptura* 4.]

RUPUS. Vide *Ruplus*.

RUPUTATIO, mendose. Vide *Reputatio* 2.

RURÆ, *Rupes*, vel *petræ*, in Glossis Lat. MSS. Bibliothecæ Regiæ Cod. 1013.

RURASTER. Vide *Rurester*.

RURENSIS, Campestris, rusticanus. *Miracula S. Dymphnæ*, tom. 3. Maii pag. 487. *Ad castrum Rurense, cui Ghele nomen est, cum summa festinatione venerunt.*

RURENSIS, Qui ruri habitat, rusticus. *Georgius Christianus* tom. 1. *Rerum Mogunt.* pag. 681. col. 1. ex *Miscellis*: *Tunc væ omnibus Rurenfibus circumquaque habitantibus, quia tam religiosi quam sæculares indifferenter prædabantur.*

RURESTER, Αγορικός, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat. Αγορικός, *Ruricola*, *Rurester*. In MS. Regio habetur *Ruraster*.

RURISTUS, Αγορικός, in iisdem Glossis Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat. Αγορικός, *Rullam*, *Rurestus*, *rusticanus*, *agrarius*, *a, um*, *villanus*, *rusticius*, *rusticus*, *rustica*, è variis Codicibus.

RURICALIS, Rusticanus, campestris. *Abbatia ita Ruricalis est & quasi in deserto sita*, in Charta ann. 1351. apud Rymer. tom. 5. pag. 729. col. 2.

RURICOLA, Prædiolum, in Historia Translationis S. Guthlaci num. 17. Vide *Casalis* in *Casale*.

RURICOLANS, Ruricola. *Guabertus Monachus* in *Miraculis S. Rictrudis*, tom. 3. Maii pag. 127. col. 1. *Quæ leta quæque mæsta sibi fuerant, obviis quibuscumque Ruricolantibus non celabat.*

RURICULUM, Parvum prædium, *Rusculum* Gellio lib. 19. cap. 9. *Monasticum Anglic.* tom. 1. pag. 20. col. 1. *Item idem dedit eisdem... Ruriculum unius aratri in loco, qui vocatur Byri.*

RURINA, vel *RUSINA*, Dea Paganorum, cui rura committi somniabant. Vide S. Augustinum lib. 4. de Civitate Dei cap. 8.

RURITIA, Idem, ut videtur, quod *Rus*, ager, seu territorium. *Chartularium S. Vandregesili* to.

1. pag. 409. *Cum . . . hereditagium acquisierim sub Ruritia manerii sui de Fontanis in Braio.*

¶ RÜRIZ, Species filiginis, apud Saxones. *Tres mensura filiginis, qui dicitur Ruriz*, in Charta Henrici Ducis Saxoniae, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 237.

¶ RURLIATUM. Computus an. 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Usu Feudorum pag. CCVII. *Pro Rurliato vivarii Gornaci reparando xxvii. s. & dim. Pro relaxo & pro nave Gornaci paranda, &c.*

¶ RURSCUS, *Μυρσινάκωντος*, in Glossis Lat. Græc. & Græc. Lat. Legendum est *Ruscus* vel *Bruscus*.

¶ RUS, Pagus, regio, territorium, Gregorio Turonensi, ut observat Valesius in Præfatione ad Notitiam Galliarum p. x. qua etiam notione, ni fallor, Acta S. Cassiani Confess. apud Illustr. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 352.

Cæpit iter gaudens, & amore Dei proficiscens, Linquens Ægyptum, petiturus Rus Eduorum.

Possit intelligi ipsa civitas Eduensis, ad quam venisse S. Cassianum narratur infra. Pro vico fumitur in Vita S. Gerii, tom. 6. Maii pag. 160. *Venientesque ad locum, qui dicebatur Columbario, ubi Rus sive villa aliquantum habitantium sub paleariis seu casinis, &c.*

RUSANTE, *Pallio Roseo*. Papias MS. & editus. [Putat Martinius g Gallico more pronunciatum in sibilum abiisse, proindeque *Rufante* scriptum esse pro *Rugante*, ut apud Plautum *Rugat pallium*.]

¶ RUSATUS. Vide *Rosatus* & *Bagus*.

1. RUSCA, Cortex Italis, præcipue pomorum. Scriptor vetus Vitæ S. Lupicini Abbat. Jurensis n. 2. *Si vero vis frigoris sese ingessisset austerior, habebat ad propria statura mensuram in modum cuna decorticatam ex arbore Ruscam, atque utrique capiti ex eodem cortice assuta clusoria: Hac patula ad prunas secrete diuque tosta, aut inibi participato aliquantisper tepore, quievit aut calefactum illico sub ascella, in oratorium quietus attraxit.* [Chronicon Modoetiense apud Murator. tom. 12. col. 1147. *Deo dante, & meritis S. Johannis adjuvantibus, faciam cito, quod illa terra fiet arbor cooperta de bona Rusca, ferens fructum.* Statuta Civitatis Astæ de intratis portarum: *Rusca solvat pro quolibet modio lib. 3.* Intelligo pulverem quernei corticis ad inficienda coria, nostris *Tan*, ut & in Consilio Massiliensi an. 1328. MS. *Rusca è Massilia & ejus districtu non extrahatur.* Armorici corticem vocant *Rusk*, & Cambro-Britanni *Risg*. Vide *Ruscium* & *Ruchia*.]

2. RUSCA, Alia significatione. Synodus Exoniensis an. 1287. *Et quia decimæ debentur de . . . herbis hortorum, apibus, jumentis, . . . pannagiis, silvis caduis, Ruscis, fano, herba, &c.* Nostris *Rusche* vocant alvearia, apiarium, qua notione *Rusca* sumi videtur in hac Synodo, ut

RUSCHA, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 986. *Decimam de agnis, de caseis & velleribus, de purcellis, & de patnagio, & de vitulis, & de Ruschis, & de faldravis, &c.* Habetur in Charta alia, quam profert Spelmannus.

¶ Apium cubile voce *Rusca* revera intelligendum esse, confirmant Charta an. circiter 1080. è Tabulario S. Albinus Andegav. *De tabula aut è ruello cere, unum obolum. De Rusca, unum obolum.* Aliæ ex eodem Tabulario: *Savaricum ortulanum distrinxerunt pedagarii Ebardus & Calvinus propter Ruscam de apibus, quam portabat ad Salvum-murum.* Chartularium Kemperleg. *In loco Thadei mensura mellis, quam vulgo Ruscam vocant.* Vide Thomam Blount in Nomolexico Anglicano, & supra vocem *Hestha*,

ubi *Rusca butyri* memoratur pro certa butyri quantitate seu massa *ruscam* apium fortean referente.

RUSCARIA. Vide Edwardum Cokum ad Littletonem sect. 1. pag. 5.

¶ RUSCARE, Italis, Abradere, auferre, hic extirpare, diruerè. Petrus Azarius de Bello Canepiciano, apud Muratorium tom. 16. col. 433. *Post autem prædicta detestanda prædicti de Valperga cum universis peditibus partis Gibellina simul junctis, Ruscando arbores infinitas, sicut nuces & castaneas, quæ ibi erant in infinita quantitate & taleando vineas, fecerunt vastata, &c.*

¶ RUSCARIA. Vide in *Rusca* 2.

¶ RUSCATIUM, Pulvis corticis quernei, quo inficiuntur coria, Gall. *Tan*. Statuta Saluciarum col. lat. 3. cap. 92. *Et idem bannum solvant calligarii seu alii ponentes Ruscium affaiti in viis publicis dictæ civitatis Saluciarum.* Vide *Rusca* 1.

¶ RUSCHA, Alveare, *Ruche*. Vide *Rusca* 2.

¶ RUSCHUM, Aleæ jactus. Telomonius apud Leibnitium tom. 2. Scriptorum Brunsvic. pag. 91. *Quam cito itaque lusor Ruschum æquale, quod est, quando omnes tres decii æqualem oculorum numerum reportant, ex fortuna projecerit, mox rem cupitam lucrabitur.*

¶ RUSCINIUS, *Μυρσινος*, in Glossis Latino-Græcis & Græco-Latinis.

¶ RUSCO, *Κοίκαρος, κώφαρος*. *Rusco, rapor asco, κώφαρος, κώφαρος*, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Gr. Lat. *Κοίκαρος, Rusco, ruppo, rapor asco*. Et alibi: *κώφαρος, Rusco, ruppo, rapor asco*. An scriptum fuit *Rupex, Rusco, Αργεῖος, κωφός, ἄργιος*, ut significetur homo rusticus, iners, feros & incultus, inquit Martinius, qui & aliud divinat in has voces perobscuras, ut videre potes in ejus Lexico. Vide *Ruscus*.

¶ RUSCOSUS, Rusco plenus. Vide *Ruscium*.

RUSCUBARDUM. Charta Joannis Archiepiscopi Cantuariensis: *Et specialiter decimas arundinis, Ruscubardi, & silva cadua quancumque excisa intra fines & limites seu decimationes Capella de Northborne, &c.* [*Rush* Anglis est *Juncus*.]

¶ RUSCULUM, *Parvum rus*, Johanni de Janua: Gellii est. Vide *Ruriculum*. Habet idem de Janua: *Ruscus, à Rus, Quoddam spinosum genus fruticis; unde hic Ruscus: & hinc Ruscium vel Ruscium dicitur, quod colligitur vel congregatur immundum in terra, vel ad damnum (dandum, ut in alio Vocabulario) pulvis vel igni. Vel dicitur à Rus; inde Ruscosus, spinosus, immundus, rusco plenus.* Nota sunt Latinis *Ruscus* vel *Ruscium* pro Myrto silvestri.

¶ RUSCUM, Quodvis immundum, ut videtur, è rusco similibusve fruticibus collectum. Statuta Mutinæ fol. 52. cap. 36. in Additionibus: *Prohibemus etiam, quod aliquis possit projicere immunditias, Ruscum, vel aliquod terrenum in dicto canali.* Vide supra *Ruscium*.

¶ RUSCUS, *Sordidus*, apud Papiam & in antiquo Lexico, quod laudat Martinius in hac voce. Suspiciatur hic Lexicographus *Rusco*, de quo paulo ante dictum est, pro inerte, fero & inculto sumtum ex *Ruscus* dici potuisse, sive hoc deduxeris à *Ruscus*, Myrtus silvestris, quæ planta est spinosa, aspera & rudis, sive à *Rus*, quod incultum est.

RUSELLUS, apud Spelmannum ex Willelmo Armorico lib. 1. Philippidos pag. 108.

Arbitrio Comiussa suo punire Rusellum.

Ubi frustra quærit, quid sit *Rusellus*, cum codex à Duchesnio editus habeat *Misellum*.

¶ RUSEUS. Vide supra in *Rubicus*.

¶ RUSINA, Dea ruris. Vide *Rurina*.

¶ RUSMA, Metallicum psilothrum Turcis maxime usitatum: de quo plura Martinius in hac voce, ex Bellonio lib. 3. Observat. cap. 33. Incertum est etymon.

¶ RUSPARE. Vide mox in *Ruspaticum*.

RUSPATICUM. Bulla Honorii III. PP. an. 1217. apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 298. in Alban. Episcop. *Tam in Comitatu, castellania & mone- ra, quam fidelitatibus hominum futuris, bannis, placitis, plateatico, guerra, pace, hoste, cavalcada, glandatico, herbatico, Ruspatico, pratis, vineis, nemoribus, &c. Ruspate pro Rustate, quod est rubos & fentes, seu rusta vellere, dixit Tertullianus lib. de Pallio cap. 2. Itaque cogitans omnia sibi domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deserentem, runcare atque Ruspate consuluit.* [Pro *Ruspate* quidam legunt *Rustate*: quod vide infra.] Glossæ Isidori: *Ruspantur, perquirunt anxie.* [Hac notione *Ruspate* dixerunt Accius apud Nonium & alius Poeta apud Festum. Vide *Raspate*.]

¶ RUSPIDUS, Impolitus minimeque lævigatus. Vide locum in *Limpidare*.

¶ RUSPINARE, Manibus fricare, terere. Glossæ Lat. Græc. & Græc. Lat. *Ruspinat, χειροτριβή.*

¶ RUSPUS, Ruber, Ital. *Rosso*, Gall. *Rouge*, si bene conjecto. Modus exigendi gabellam ponderis ad calcem Statutorum Saonæ: *Pro quibuscumque generibus specierum, seu aromatum & drogariarum, videlicet succarorum... masticis, grana pulveris, grana cremexilis, verdeti, brazilis, sinapis, argenti vivi, olei linosa, gumma biancha & Ruspa, à civibus Saonæ soldum unum & denarios novem, à forensibus vero solidos & denarios tres pro centenario.*

¶ RUSQUEJARE, *Ruscum* seu corticem de arbore detrahere, decorticare. Sententia arbitralis inter dominos & incolas Calliani an. 1497. *Sunt in possessione antiquissima... de eodem territorio disponere & ordinare, tam in dando quibuscumque exteris, quibus voluerint, terram gastam pro eyssartejando, fustejando, Rusquejando, &c. Et infra: Neque etiam dicti domini licentiam dare valeant ac possint aliquibus exteris in dictis Mauris legneirandi, fustejandi, eyssartandi, ner-tegeandi, Rusquejandi ac pegas faciendi.* Rursum occurrit infra. Vide *Rusca* 1.

¶ RUSQUETUM, Idem forte quod *Rusculum*, Parvum rus, vel locus *ruscis* seu myrtis plenus. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 681. *Quinque virgas in campo de Angulo... in Rusqueto Guilleberti Roussel dimidiam virgam, in Rusqueto Roberti Benart, &c.* Hæc vox etiam duci posset à *Rusca*, Gall. *Ruche*, Apium alvus, & si vera esset hæc origo, *Rusquetum* idem esset quod *Alvearium*; sed hæc notio non videtur convenire loco citato.

¶ RUSSATUS, Ruber, coccineus. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 22. *Russata* (vestis) quam Græci Phœniceam vocant, nos Coccineam, reperta est à Lacedæmoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur, (ne) contemplanti adversario animus aufereret. Hac sub Consulibus Romanis usi sunt milites, unde etiam *Russati* vocabantur. Solebat enim (f. etiam) pridie, quam dimicandum esset, ante principia poni, quasi admonitio & indicium future pugna. Hunc militarem habitum respexit Tertullianus de Corona cap. 1. ubi de Christiano milite scripsit: *Sanguine suo Russatus, spe calceatus.* Quod autem adnotatur ab Isidoro *Russatam* expandi solitam fuisse ante pugnam, ab aliis simile de vexillo sæpe memoratur. Cæsar lib. 2. de Bello Gallico: *Cæsari omnia uno tempore erant agenda; vexillum proponendum, quod erat insigne cum ad arma concurrerent.*

oportebat. Hirtius de Bello Alexandrino: *Vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum, idem ut facerent, significabat.* Ammianus lib. 20. *Matutina lucis exordio, signo per flammeum erecto vexillum, circumvaditur civitas.* Et lib. 26. *Cum undique ad arma conclamaretur, imperio Principis & Ductorum stetit regibilibus miles vexillum opperens extollendum, quod erat subeunda indicium pugna.*

RUSSETUM, Pannus vilior; rufei seu rufei coloris, quem nostri *Roux*, Angli *Ruffet* dicunt. Statuta Hospitalis S. Joannis de Notingham in Anglia: *Regularem gerant habitum, scilicet de Russeto, & de nigro panno.* Monasticum Anglicanum tom. 2. pag. 419. *Sex ulna de Russeto, & decem virga de linea tela.* Matth. Paris an. 1251. *Cumque annulo sponsali vestem accepit de Russeto, quibus in testimonium perpetui cœlibatus uteretur.* Henricus de Knygton: *Principio pseudolollardi prima introductione hujus sectæ nefanda vestibus de Russeto utebantur.* [Testamentum Johannis de Nevill ann. 1386. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 429. *Et volo, quod dicti xxiiii. torchii teneantur per xxiiii. pauperes indutos togis de Russeto; & volo, quod cista corporis mei cooperiatur cum panno laneo de Russeto & una cruce rubea.* Hinc emendanda Charta Henrici Regis Angl. an. 1155. apud D. Brussel to. 2. de Feudorum usu pag. v. ad calcem, ubi legitur, *Una latitudo pannorum cunctorum & Russetorum, &c.* Legendum est *Russettorum*, ut supra habetur in *Haubergettus*.]

¶ RUSSIIUM. Vide *Ressium*.

RUSSOLEMBUS, Muliebre vestimentum. Miracula S. Servatii Episcopi Trajectens. tom. 3. Maii pag. 220. [*Uxor autem ejusdem Ducis sericum quoddam permiranda pretiositatis de Sancti arario, cum curiosa thesaurum templi contemplaretur, tulit muliebrique levitate Russolembum ad sui corporis modum sibi fieri jussit.*]

¶ RUSTARE, Rubos & fentes evellere, cædere. Tertullianus Apolog. cap. 4. *Securibus Rustatis & caditis. Quidam legunt Truncatis.* Sed *Rustare* dici potuit à *Rustam*, Rubi genus apud Festum, nisi tamen & hic legendum sit *Ruscum*. Vide *Ruspate*.

¶ RUSTICA. Statuta criminalia Saonæ cap. 32. *De assassinis & eorum receptatoribus puniendis: Condemnentur duplicatis pœnis constitutis per Statutum, sub Rustica de vulneribus & percussionibus.* Procul dubio legendum est *Rubrica*. Vide in hac voce.

¶ RUSTICALITER, Rustice, Gall. *Rustiquement*. Historia Monasterii S. Laurentii Leod. apud Martenium tom. 4. Ampliff. Collect. col. 1130. *Respondit, se non curare, satis Rusticaliter.*

¶ RUSTICARIUS, *Ἐωδῆρος*, in Glossis Lat. Græc. & Gr. Lat. Agricola. *Rusticaria falces*, apud Varonem de Re rustica lib. 1. cap. 22.

¶ RUSTICE, *Rustica lingua*, seu vulgari idiomate, non Latino. Charta an. 1038. è Chartulario Gemetic. pag. 1. *Est igitur michi quadam silva supra Sequanae fluvium, quæ Rustice Brotunb vocatur.* Charta Donationis seu restitutionis factæ Abbati Montismajoris à Godefrido Comite Provinciae ante medium sæcul. xi. apud Ruffy in Dissertat. de Origine Comitum Provinc. pag. 29. *Denique in villa, quam Rustica lingua nominat Pertusum, &c.* De *Rustica* seu vulgari lingua, ejusque à Latina distinctione satis dixit Cangius in Præfatione ad hoc Glossarium num. xiiii.

RUSTICI, Coloni, glebæ adscriptitii, qui proinde in commercio erant. Will. Brito in Vocab. MS. *Rusticus dicitur operarius, qui rus vel terram operatur.* Ebrardus in Græcismo:

Rusticus à rure, quoniam rus est sibi cura:

Villicus à villa, quia res disponit in illa:

Dicitur Agrestis ab agro, sit littera testis.

Charta Guillelmi II. Regis Angliæ apud Ordericum Vital. lin. 5. pag. 602. *Dedit & 16. Rusticos ad ipsas decimas custodiendas, atque novem Ecclesias.* Charta Sancii Lascurrensis Episc. circa an. 1101. *Dedit eis Ecclesiam de sancta Confessa ex integro, pro qua unum Rusticum apud Ilhe donavit Abbati de S. Juliano.* Consuetudines Clarendoniæ c. 16. *Filii Rusticorum non debent ordinari absque consensu domini, de cujus terra nati dignoscuntur.* Charta S. Joannis Pinnatenfis ann. 1077. apud Marcam lib. 4. Histor. Beneharn. cap. 19. *Concedo ... unum Rusticum, nomine Lupo Garsias in villa, quæ vocatur Isnici, cum uxore & filiis, & omni alodio suo, ut perpetuo jure, ipse & omnis generatio ejus Ecclesie S. Joannis ... deserviant.* Adde Gregorium M. lib. 1. Epist. 42. to. 13. Spicilegiû Acheriani pag. 286. Rocchum Pirrum to. 1. Notitiæ Eccl. Sicil. pag. 103. Somnerum ad Scriptores Historiæ Anglicanæ [& Kennettum in Glossario ad calcem Antiquitat. Ambrosden. &c.]

RUSTICA FAMILIA, Eadem notione apud Anastasium Bibl. in Paschali PP. pag. 152. *Quæque ab ipso pia devotione ad augmentum jam dicti Monasterii adjuncta sunt sive agris, vel vineis, etiam domibus, nec non Rustica familia, sue auctoritatis pagina ... confirmavit.* Supra: *Cum fundis & casalibus, atque massis, seu etiam colonis, sive domibus, nec non familiis, &c.*

RUSTICUM, Quævis possessio campestris, rustica. Notitia rerum Monasterii Gellon. MS. *Lupus presbiter & frater ejus Gerardus ad S. Salvatoris Ecclesiam ... quartam partem de manso ... tam inquisitum quam ad inquirendum, tam divisum quam ad dividendum, tam Rustica quam suburbana, concedunt ann. xxviii. regnante Loterio Rege.* Alia Charta Gellon. ann. 1074. *Tam quistum quam ad inquirendum, tam divisum quam ad dividendum, tam & Rusticum quam & suburbanum, &c.* Eadem, ni fallor, notione Charta an. 1103. in Probat. Hist. Occitan. to. 2. col. 360. *Donatores sumus ... monasterio Caunensi ... in casis vel casalibus in Rusticis, in agris, &c.* Posset hic Rusticis dici à superiori voce Rustici, tumque servi glebæ forent intelligendi.

RUSTIS, Idem, ut videtur viris doctis, qui Rusticus, Servus glebæ. In Vita S. Tygris Virg. tom. 5. Junii pag. 75. *Rex Guntramnus dicitur concessisse S. Johanni de Mauriana vallem Cottianam in gyrum Muriana structam, & Rustes & frum, quæ muris & tectis Ecclesie ministrarent.*

RUSTRUM, Ρῦστρος, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Græco-Lat. Ρῦστρος, Rostrum, Ρῦστρος, Rictus, Rustrum, Roster.

RUSUM, pro Rursum, à veteribus dictum fuisse, docet Scaliger ad Catullum pag. 58.

RUSUS, Αρρῦστος, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Gr. Lat. Αρρῦστος, Fusum, Fusus, Rufus. Puto mendose scriptum fuisse Rufus pro Fusus.

1. RUTA, Platea. Ruta mercatoria, in veteri Charta apud Paradinum lib. 2. Historiæ Lugdun. c. 104. Vide Ruga. [Eadem notione Charta an. 1267. ex Archivo Monasterii de Bono-nuncio Rotomag. *De masura sua sita inter masagium Emeline diète Renier ex una parte, & Rutam domini Petri dicti Mortaigne ex altera, adbutantem ad magnum vicum, &c.* In alia ann. 1276. ex eodem Archivo legitur, *adbutantem ad Ruttam.* Vide Rua.]

2. Haud satis scio qua notione Statuta Vercell. fol. 146. recto: *Item domini Ubertus Lanfranchus &*

Bartholinus fratres de Pectenatis debent Communi Vercellarum annuatim solidos viginti Pap. pro una Ruta balbacane, quæ est post domos illorum de Pectenatis.

2. RUTA. Rythmi veteres de fundatione Abbatiz Pratenfis in Flandria, apud Buzelinum:

Juxta villam, quam prædico, Virgini deservierunt;

Quæ protulit Salvatorem, virgo tamen incorrupta,

Quæ cælitus dat splendorem, magis quam oculis Ruta.

Vim vocis non percipio, nisi legendum sit Ruta, i. visa, ex Gallico *Veüe.*

3. RUTA, Prædonum cohors. Vide Rumpere.

RUTARE. Anonymus Salernitanus in Chronico cap. 78. *Princeps Siconulfus omnes anticipat, eumque (aprum) forti ictu percussit, atque in terram videlicet protinus mortuum Rutavit.* An pro Urtavit Italica & Gallica voce, inquit Cl. Muratorius tom. 2. part. 2. col. 231. Retineri posse Rutavit suadent Glossæ Lat. Græc. in quibus Ruto exponitur καταβάλλω, Deicio, prosterno: quæ notio belle convenit loco citato. Sic etiam Græco-Latinæ: καταβάλλω, Deicio, Ruto, as, Prosterno, Sterno.

RUTARII, Prædones, milites. Vide Rumpere.

RUTEFOLIUM. Joan. Sarisberiensis Epist. 196. *Neque hoc ille impediēt vester Collega Batoniensis, qui utinam submergatur in thermis (thermis) quibus dignus est, quas meruit, ut conjiciatur in Rutefolium, cujus Pectonus (an Pictonus?) in pœnam delinquentium meminit, aut sepeliatur in Salinario Heduorum.*

RUTELING. Chronicon Magdeb. apud Haltausium in Calendario German. pag. 83. *Quo facto inventus est, cultellum evaginatam, qui Ruteling dicitur, sub toga habere.* Vide Rutellus.

RUTELLIUS, Fornicator, Johanni de Janua.

RUTELLUS, Teli genus, rutabulum. Historia Australis ann. 1296. *In lecto suo sagittatus, postea gladiis & Rutellis confossus, demum capite truncatus, ... vitam finivit.* [Vide Ruteling.]

RUTERI, Vide in Ritteri.

RUTHARII, RUTHERI, Prædones. Vide supra Rumpere.

RUTHRUM, Spina peregrina, apud Josephum Laurentium in Amalthea.

RUTICA, Κάμαξ, in Glossis Lat. Græc. Aliæ Gr. Lat. Κάμαξ, Rutica, pertica, sudes, longurius, fuscina. Legendum est ut in MS. Sangerman. Κάμαξ, Rustica pertica.

RUTICILIA, Αρροθίνια, in Glossis Lat. Gr. Aliæ Græc. Lat. Αρροθίνια, Ruticilia, Proscle, pro Proscie, ut apud Festum, ad quem Scaliger consulendus est.

1. RUTTA, Platea, Gall. Rue. Vide Ruta 1.

2. RUTTA, Cohors prædonum vel militum; Rutuarii, Milites vel prædones. Vide Rumpere.

RUTUBARI, mendose. Vide Ructuari.

RUVARDUS, Defensor, patronus, vel idem qui supra Rebbardus. Amelgardus lib. 2. de Gestis Ludovici XI. Regis Franc. c. 31. apud Marten. tom. 4. Ampliff. Collect. col. 815. *Trajectenses ... sua spei omne stabilimentum in Rege Francorum primum ... reposuerant, deinde in Duce Clevenfi, cujus fratrem Engelbertum in suam Defensorem seu Ruvardum asciverant, fœdere facto cum eodem Duce, quod eis auxilio foret adsuturus.*

RUVINARE, Gall. Ruiner. Vide Ruinare.

RUVOR, Species arboris, eadem quæ supra Rover, Robur, Gall. Rouvre. Statuta Montis regalis pag. 229. *Qualibet persona de civitate Montis-reg. & posse, possit plantare & allevare super suam possessionem, tam intus villam quam extra, arborem pirus, nucis, pomorum, castanearum, Ruvoris, cæri & cu-*

juscumque generis ... Et qui incideret ad pedem seu cauzegnum aliquam arborem castanearum alicujus hominis specialis, solvat bannum solidos viginti: & idem intelligatur de Ruvoze, quercu, cerro, nuce, pomo, piru, &c.

¶ RUXFURLONGA, Modus agri vel campi, de quo vide in Furlongus.

¶ RUZIA, Pulvis, ut puto, quernei corticis ad inficiendum corium. Statuta Datiaria Riperiæ fol. 4. recto: De qualibet soma Ruzia pensum duodecim, soldi tres. Vide Roseum, Ruchia & Rusca 1.

RYTHMICI VERSUS. Marius Victorinus lib. 1. Artis Grammaticæ: Rythmus est pedum temporumque junctura velox, divisa in arsi vel thesi, vel tempus, quo syllabas metimur. ... Differt autem Rythmus à metro, quod metrum in verbis, Rythmus in modulatione ac motu corporis sit, &c. Isidorus lib. 1. cap. 38. Rythmus versus qui non est certo sine moderatus, sed tamen rationabiliter ordinatus pedibus currit. Statuta Ordinis Præmonstratensis distinctione 3. cap. 6. Quicumque etiam Rythmis vel versibus, aut libello famoso projecto per compita, patres suos aut fratres infamaverit de aliquo crimine, &c.

At rythmicos versus vocarunt Scriptores ævi inferioris, quos alii Leoninos, seu ὁμοιοτελεύτες. Alvarus in Vita S. Eulogii num. 3. Epistolatim in invicem egimus, & Rythmicis versibus non laudibus mulcebamus. Epist. 4. inter eas, quæ S. Bonifacio Mo-

guntino adscribuntur: Obsecro, ut mihi Aldhelmi Episcopi aliqua opuscula, seu prosarum, seu metrorum, aut Rythmicorum mittere digneris. Idem Liber Epistolarum S. Bonifacii Epist. 65. Tertium quoque (carmenis genus) non pedum mensura elucubratur, sed octonis syllabis in quolibet versu compositis, una eademque littera comparibus linearum tramitibus aptata cursim calamo perarante caraxatum tibi... dicavi. Adde Epist. 68. Vita S. Theofredi num. 10. Micrologum cudens de mundi lapsu senario, determinat cum sermone Rythmico. Ordericus Vitalis lib. 10. Misérias captivitatis suæ ut erat jucundus & lepidus, ... multotiens retulit Rythmicis versibus cum faceris modulationibus. Vide Leonini versus, & Politici versus, Salmasium ad Histor. August. pag. 351. & Vossium de Poëmatum cantu & viribus Rythmi, editum Oxonii an. 1673.

¶ RYTHMUS. Monachus S. Audoeni Rotomag. in Historia Johannis Abrinc. ad calcem Gestorum Archiepisc. Rotom. Finitis itaque Kyrie eleyson cum duobus Rythmis, exacto Gloria in excelsis, quod inceptum ab Abbate Ricardo Sigiensi (Sagiensi) chorus celeberrime fuerat executus cum laudibus. Versiculos intelligo vocibus Kyrie eleyson interfertos, de quibus jam dictum est in Farsa 2. Tropos intelligit Johannes Prevotius in notis ad Johannem Abrincensem pag. 146. Quid autem sint Tropi in cantu, dicitur suo loco.

FINIS TOMI QUINTI.

E M E N D A N D A.

Col. 2. lin. 5. f. Idem quod pulmentum, leg. Herba palustris genus; & lin. 20. post denarius, adde: Vide Sagna 2. Col. 11. lin. 54. & 58. Padohamento, leg. Padolamento. Col. 23. lin. 37. fivare, leg. finare. Col. 25. lin. 22. post Pagefis, adde (l. Pagefi.) Col. 42. lin. 54. Noniantus, leg. Noviantus, & vide Martenium tom. 3. Anecd. col. 995. Col. 92. lin. 3. cam, leg. cum. Col. 125. lin. 28. praccinerat, leg. pracinuerat. Col. 249. lin. 42. Omnes, leg. Omne. Col. 256. lin. 54. Rex, leg. Regem. Col. 264. lin. 55. paria, leg. patria. Col. 284. lin. 1. Pralog, leg. Praloq. & lin. 40. inconulsto, leg. inconsulto. Col. 372. lin. 15. eleis, leg. cleis. Col. 376. lin. 53. Summo, leg. Summa. Col. 452. lin. 3. tritceas, leg. triticeas. Col. 456. lin. 58. salicet, leg. salices. Col. 629. lin. 67. clyclope, leg. cyclope. Col. 635. lin. 67. nescio quo vade. Caterum, leg. à Græco πωτός. Col. 713. lin. 13. post Potestivo, adde (l. Potestiva.) Col. 736. lin. 20. dele per. Col. 792. lin. 63. arces, leg. artes. Col. 822. manichis, leg. monachis. Col. 961. lin. 29. Regina, leg. Regina. Col. 1087. ljn. 60. Racentatum, leg. Recentatum. Col. 1362. lin. 52. demissio, leg. dimissio. Col. 1461. lin. 28. Retoria, leg. Retorta.

1875

Handwritten notes in the left column, including the number 1875 at the top and several lines of text that are mostly illegible due to fading and bleed-through.

1875

Handwritten notes in the right column, including the number 1875 at the top and several lines of text that are mostly illegible due to fading and bleed-through.

